Digitized by Google

Staatl. Bibliothek
Regensburg

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# THESAVRI LINGVAE LATINAE

## TOMVS II.

BASILEAE, M D LXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

E

LITERA, *ſecunda uocalis, quinta in ordine alphabeti, quæ loco i aliquando fuit. Quint. lib. 5. cap. 6, Quid, non e quoq; i loco fuit? ut Mencrua, & Leber, & Mageſter, & Deioue, & Veioue, pro Diſoui, Veioui? Hactenus Quint. Pierius in ſuis in Virgilium Caſtigationibus idem admonet, in marmoribus antiquis ſæpiſſimè e pro i legi: ut Vergilius, Vergmia, Deana, & Ioue Opt. Max. pro Ioui.*

E. Eſt. E. Ennius, uel Edilis. E.B. Eius bona. E.D. Eius domus. E.E. Eius ætas. E.F. uel E.FIL. Eius filius. E.F. Eius fecit. E. Eius. E.H. Eius hæres. E.L. Edita lex. E.N. Etiam nunc.

E' & Ex Præpoſitiones ſunt, quæ & ſeparantur, & componuntur. Separatæ modò temporales ſunt, ut, Ex illo celebratus bonos, hoc eſt, poſt illud tempus: modò locales, ut, E' cœlo. Compoſitæ quandoq; priuationem indicant, ut E linguis, Exanguis: quandoq; uehementiam uel perfectionem, ut, Eludo, Exoro: quandoq; extrà, ut Educo, Excludo. Componitur autem E cum B. ut Ebibo, D. ut Educo, G. ut Egredior, I, ut Eijcio, L, ut Eludo, M. ut Emitto, N. ut Enitor, R. ut Erigo, V. ut Eueho. Ex uerò componitur cum A. ut Exaudio, C. ut Excurro, E. ut Exeo, F. ut Efficio, O. ut Exoleo, P. ut Expello, Q. ut Exquiro, S. ut Exſequor, T. ut Extĕdo, V. ut Exuro. Verùm quando poſt Ex ſequitur F. mutatur X. in F. ut Effundo: quum uerò ſequitur S. abijcitur S. ut Exequor & Exicco: in alijs integra manet.

E' præpoſitio (ἐν uel ἐξ) ablatiuo caſui ſeruit: ut, E' ſeruo libertus. Terentius And. 1.1.10.

Abijt è. Terent. Phorm. 5.9.30, Ea mortem obijt, è medio abijt.

Aſpicere è. Plin. epiſt. 102. f, Placuit egredi in littus, & è proximo aſpicere, ecquid iam mare admitteret.

Audiui è prædonibus. Terent. Eun. 1.2. 34.

Candicans è ruſo. Plin. lib. 12. cap. 13. 4.

Dedit è. Plaut. Trinum. 13. 54, —è manibus
Dedit mihi ipſe in manus.

Fabrefactum è ferro. Plaut. Rud. 30. 13.

Fugere è conſpectu. Terent. Hecyr. 1.2.107.

Grauida è Pamphilo eſt. Terent. And. 1.3.11.

E' fontibus abditis & conditis hauriri artium ſtudia. Cicer. 1. de Orat. 7.

Languere è uia. Cic. 1. Philipp. 8.

Laborare è dolore. Terent. And. 1.5.33.

Laborat è renibus. Cic. 2. Tuſc. 101.

E' meo animo, id eſt, mea ſententia, ut mihi uidetur. Plaut. Aulul. 16.3.

Peperit è Pamphilo. Terent. And. 3.2.17.

Petere è. Terent. Eun. 3.2.38, E' flamma te petere cibum poſſe arbitror.

Scire è. Plaut. Moſtel. 9.48, —è me, ne quidem
Metuas, nihil ſciet.

E' contraria parte. Cic. 4. Acad. 220. Vide E' regione.

E' contrario. Plin. lib. 10. cap. 38. 3, Multæ aues è contrario ſemper in uolatu ſilent. Cic. Antequam iret in exilium, 16.

E' diuerſo. Plin. lib. 12. cap. 21. 3, E' diuerſo Arabica glans uiridis ac tenuior.

E' diuerſo, pro E' contrario. Plinius lib. 4. cap. 4. 1, E' diuerſo irrumpentia.

E' facili, pro Facilè. Plin. lib. 30. cap. 3. 4, E' facili cadere eos cogit. Alia exemplaria habent, Ex facili.

E' longinquo. Plin. lib. 12. cap. 22. 3. Vide in Longus.

E' natura, Secundum naturam. Cic. de Finib.

E' re nata. Terent. Adel. 3.1.8, E' re nata melius fieri haud potuit quàm factum eſt, hera.

E' regione, Ex aduerſo. Cic. 4. Acad. 220, Nónne etiam dicitis, eſſe è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduerſis uestigijs ſtent contra noſtra ueſtigia? Idem 1. de Finib. 28, Si omnia deorſum è regione ferrentur, & ut dixi ad lineam, nunquam fore ut atomus altera, alteram poſſet attingere. Budæus.

E' regione & in conſpectu, apud Hirtium lib. 6. bel. Hiſpanienſis, 59.

E' regione, cum genitiuo. Cic. 2. de Diuinat. 25, Vident è cœſtantiſſimo motu Lunæ, quando illa è regione ſolis facta incurrat in umbram terræ, quæ eſt meta noctis, ut eam obſcurari neceſſe eſt. Budæus.

E' Repub. id eſt, pro Reipub. utilitate, uel in commodum Reip. Plin. epiſt. 109. b, Prolata lege de Senatu habendo, iurare coegit è Repub. eſſe quod cenſuiſſet. Saluſt. in Catil. Certè ſcio quæ ſtudio dixerit, è Repub. dixiſſe. Liu. Facere quod è Repub. fideq; ſua duceret. Cic. 3. Phil. 145, Duobus aut tribus Senatuſconſultis è Repub. bene factis, reliquas res ad hanc rem prædamq; reuocarit. Idem 10. Phil. 287. Id Qu. Cepionem, Brutum Proconſulem bene & è Repub. & ex ſua maiorum q; ſuorum dignitate conſuetudineq; Reipub. bene gerendæ feciſſe.

E' ſublimi iacere. Plin. lib. 10. cap. 3. 2.

Tollere è uita amicitiam. Cic. de Amic. 43.

Surrexit è lecto. Terent. Adelph. 4.1.4.

E' ueſtigio, pro Confeſtim, properanter. Plinius epiſt. 90. lib. 6, Aut profectum è ueſtigio ſubſequi. Cæſar 4. bel. Gal. 481. Seruius. Cic. lib. 4.12.5.

Repentè è ueſtigio. Cicer. 1. Verr. 31, Sed repentè è ueſtigio ex homine, &c.

Vicinus è proximo. Plaut. Aulul. 9. 11.

Ea] uel Eadem, Ea re. Vide Is, ea, id.

Eale] Fera eſt in Aethiopia naſcens, magnitudine equi fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra & fulua, maxillas habẽs apri, & maiora cubitalib. cornua, mobilia, quæ alterna in pugna ſiſtit, uariatq; infeſta aut obliqua, utrunq; ratio monſtrauit. Hæc Plin. lib. 8. cap. 21.

Eamus] Vide Eo, is, ex Græco uenit, quod eſt ἴωμεν, teſte Feſto.

Eanes] ἑανὸς, Viri proprium, quem Patroclum interemiſſe ferunt, ob idq; domo profugum ad Peleum in Theſſalia uenitaſſe, à quo & ſacellum Eanium, & Eanidem fontem oſtendunt nominatum. Strab. lib. 9.

Eanon] Veſtimenti genus, quod quidam idem putant cum peplo. Sunt qui diſpeſcant ita, ut nullis diſtinctis uarietatibus eanos intelligant, peplos uerò accipiant uariegatos. Cælius lib. 16. cap. 10.

Eantes] Nomen proprium hiſtorici Cyziceni, qui fuit eadem ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eantis] tidis (ἑαντὶς) Vna ex Athenarum tribubus, quæ quum fortiter contra Mardonium & Perſas pugnaſſet, hoc proprium ab Athenienſibus tulit, ut ſoli illius tribules Spargiticis nymphis ſacrum uictoriæ facerent quotannis impenſa publica. Hæc Alex. Genial. dier. lib. 1. cap. 17.

Eanus] A' ueteribus dictus eſt, qui poſtea Ianus, qui menſi anno credebatur præſidere. Sæpe enim antiqui ſecundam uocalem pro tertia uſurpauerunt, ut dictum eſt ſuprà.

¶Eanus, pen. prod. Deus qui eũtibus præerat, uel Deus anni. Cuius imaginem quum Phœnices uellent exprimere, draconem finxerunt, in orbem redactum, caudamq; suam deuorantem, ut appareat mundũ in se resolui. Macrob. 1. Saturn. cap. 9.

Eapse] Ea ipsa. Festus.

Earinus] ἠαρινὸς, penult. corrept. Adolescentis formosi nomen apud Martialem, à uere dictum, quod Græci ἔαρ appellant.

Earites] ἠαρίτης, Lapis est, alio nomine hæmatites dictus. Earitẽ autem appellari scribit Rhodiginus, quòd ἔαρ, apud Nicandrum, sanguinem significet, quoniam uere plurimum exundet. Hæc ille lib. 3. cap. 12.

Easo] onis, Promontorium Pyrenei montis. Item oppidum Vasconum. Vtriusq; author Ptolem. lib. 2. cap. 6.

¶Easo, Ciuitas Hispaniæ Tarraconẽsis, Ptolemæo. Vulgò S. Sebastianus.

Eatenus] penult. corr. Aduerbium (ἐπὶ τοσοῦτον) Tamdiu uel usq; ad id. Plaut. Mostel. 3. 34,

—ad legionem
Quum itur, adminiculum eis danunt tum iam aliquem cognatũm suũm: Eatenus abeunt à fabris.

Eatenus quoad (τοσοῦτον ἕως) Cicer. ad Quint. fratr. lib. 1. 1. 15, Quorum si quis fortè esset sordidior, ferres eatenus quoad per se negligeret eas leges, quibus est astrictus. Idem 1. de Legib. 20.

Eatenus qua. Colum. lib. 12. cap. 9. 1, Caules lactucæ ab imo depurgatos, eatenus qua tenera folia uidebuntur. Quintilian. lib. 1. cap. 11. 1.

Eatenus quatenus. Caius de Inficitoria actione, Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ea re locupletior factus est.

Eatenus ut (τοσοῦτον ἵνα) Cic. de Opt. gen. Oratorum, 153, Verba persequens eatenus ut ea non abhorreant à more nostro. Colum. lib. 5. cap. 1. 4, Si eatenus progreditur ut dicat qua quidq; ratione faciendum.

Estenus ne quid, pro Solum. Suet. in Tiberio, cap. 33, Ac primo eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret.

E B

Ebenus] ἔβενος, Vide Hebenus.

Ebeo] es, ebere, Beatitudine priuare. Huius passiuum est Ebeor, à quo Ebeati dicuntur, qui felicitate aliqua cecidêrunt. Sipont.

Ebibo] ebibis, ebibi, pen. corr. ebibitum (ἐκπίνω) ebibere, Exhaurire. Plin. lib. 5. cap. 15. 1, Asphaltiten lacum dirum natura petit, à quo postremo ebibitur. Terent. Heaut. 2. 3. 14, Quid comedent? quid ebibent?

Ebibere imperium heri sui. Plaut. Amph. 7. 73.

Ebibere sanguinem alicui, Hoc est, exugere. Plaut. Curc. 3. 60.

Vbera ebibere. Ouid. 6. Metam. 69.

Ebiscus] siue althea, Malua est agrestis, facultate digerendi, laxandi, phlegmonem leuandi, mitigandi, concoquendi, difficilia concoctu tubercula. De hac uide Galenum lib. 6. Simplic. medic.

Eblandior] eblandiris, pen. prod. (ἐξαρτυσόμαι) eblandiri, Blanditijs elicere, & impetrare. Cic. Attic. lib. ult. 343. 4, Nunc mi Capito (scio enim quantum semper apud eos quibuscum fis, posse soleas) eò plus apud hominem facillimum atq; humanissimum Plancum enitere, elabora, uel potius eblandire, effice, ut Plancus, quem spero optimum esse, fit etiã melior opera tua. Plin. lib. 9. cap. 8. 9. de Arione, Eblanditus ut prius caneret cithara.

Eblandiri suffragia, Precibus, & blanditijs emere & aucupari. Cic. pro Cn. Plancio, 8. Sic apud Plinium lib. 16. cap. 27. 5, Cælo fœcunditatem omnem eblandito.

Eblandiri solitudines ruris, dicuntur in passiua significatione. Colum. lib. 8. cap. 11. 1.

Eblanditæ preces, Blandis precibus impetrata testimonia. Plin. in Paneg. 119.

Eblandita alicui aspectu rosa. Plinius lib. 25. cap. 2. 15, Nuper cuiusdam militantis in Prætorio mater uidit in quiete, ut redicem syluestris rosæ, quam Cynosrhodon uocant, eblanditam sibi aspectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam. Sed hìc omnino legendum est, blanditam: & ita habent codices emendati.

Eblitei] Montes in Arabia, in gente Omanorum, non procul ab Ichthyophagis, de quib. Plin. lib. 6. cap. 28, in descriptione Arabiæ.

Ebodè] Oppidum Helmodenorum in Arabia, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 8.

Ebora] Oppidum ueteris Latij, quod item Liberalitas Iulia dicebatur, authore Plin. lib. 5. cap. 22.

¶Ebora, Vrbs Hispaniæ apud Melam. lib. 3. Nomen retinet. testè Oliuar.

Eboracum] ἐβόρακον, Britanniæ ciuitas Ptolemæo. Vulgò Iortz.

Eborarius] Vide Ebur.

Eboſia] pen. prod. Insulæ nomen. Stat. lib. 1. Sylu. 6,

Quid ramis pia germinat Damascus,
Et quas præcoquit Eboſia cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis. Quo tamen loco sunt qui legant Eboſita, uidelicet ut sit gentile nomen, ab Eboſus. Sic enim Græci proferunt eam, quæ Plinio Ebusus dicitur, lib. 3. cap. 5.

Eboſus] Vide Ebusus.

Ebrius] Adiectiuum (μέθυσος, οἰνοβαρὴς, οἰνόφλυξ, μεθύων) Qui nimio potu alienatus est mente. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 17. 2, Habuisti enim in tua potestate, ex quo uel ex sobrio, uel certè ex ebrio scire posses.

Insanis & ebrijs multa falsa uidentur. Cic. 2. de Diuin. 180.

Fortuna dulci ebrius. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.

Amnis ebrius. Claud. 5. Paneg. 50.

Anus ebria. Ouid. 2. Fast. 117.

Ebria cœna, pro Opipara, & quæ nimijs delitijs ueluti ad ebrietatem conuiuas inuitet. Plautus Casina.

Conuiua ebrius. Ouid. 5. Fast. 68.

Gradus ebrius. Seneca Medea, 2. 3.

Ocelli ebrij. Catul. de Acme & Septimio, 42. 3.

Turba ebria. Propert. lib. 4. eleg. 4. 16.

Verba ebria. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 1.

Vestigia ebria trahere. Propert. lib. 1. eleg. 2. 2.

¶Ebriolus, pen. cor. Dimmutiuum. Plaut. Curcul. 4. 37, Quid ais propudium? tun' etiam cum nocturnis oculis odium me uocas?

Ebriola, persolæ nugæ. Ibidem 7. 16, Tristes atq; ebriolí incedunt.

¶Ebriosus, pen. prod. Adiectiuum (μεθυστικὸς) Qui sæpe sit ebrius. Plin. lib. 30. cap. 15, Ebriosis ouа nocturnа per triduum data in uino, tedium eius adducunt. Cicer. in Catilinam, 32. Et 3. Off. 123.

¶Ebriosior. Catul. ad puerum suum, epig. 24. 1,

Vt lex Posthumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris.

¶Ebriositas, pen. corr. (οἰνοφλυγία) Cic. 4. Tusc. 41, Vt inter ebrietatem & ebriositatem interest.

¶Ebrietas, penult. corrept. ebrietatis (μέθυσμα, μέθη, πώδυμ) Plin. lib. 30. cap. 15. 10, Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus.

Soluitur ebrietas. Celsus lib. 2. cap. 6.

Ebrietas geminata libidine regnat. Ouid. 12. Metam. 41.

¶Ebriulo, as, pen. cor. (μεθύσκω) Ebrium facio. Laberius Chore, Ebri-

Digitized by Google

re, Ebriulati mentem bilarem accipiunt. Nonius.

Ebriacus] ἀωμαφὴς, Idem quod Ebrius. Plaut. Aulul. Homo ebriacus somno sanari solet. Ex Nonio Marcello.

Ebroduntij] Alpini populi, à Galba Imperatore Narbonensi prouinciæ adiecti, teste Plin. lib. 3. cap. 4.

Ebron] Mons Palestinorum, haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

Ebrus] Vide Hebrus.

Ebudes] Insulæ sunt quinq; numero in Oceano Britannico, angusto freto diuisæ, quarum incolæ (ut scribit Solinus) lacte solùm & piscibus uitam agunt. A Plinio Hebudes dicuntur. A Stephano αὔβυδαι, diphthongo non aspirata.

Ebulides] Grosphus Centuripinus, ab Apronio decumano indignissimè affectus. Author Cic. 5. Verr.

Ebullio] ebullis, ebullire (αὐαζέω, αὐαβράσσομαι, αὐαφλύω) Efferuescere, dictum à bullis, ut ait Nonius, quæ emittit aqua dum feruet. Cato cap. 105, Vbi ebullibit unum, ignem subducito.

Ebullire, per translationem. Cic. 5. de Fin. 138, Dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam. Id est, ui ueritatis incitatus dicere. Idem 3. Tusc. 72, Qui si uirtutes ebullire uolent & sapientias. Id est, cum ostentatione & pompa efflare, & quasi pleno ore detonare, uel crepare.

¶ Ebullitio, Verbale (ἀναβρασις) Feruor.

Ebullo] ebullas (παφλάζω) ebullare, Erumpere, crepare. A bulla, quæ æstiuo tempore in aqua pluuia subinde eleuatur in formam rotundam, ac statim euanescit. Persius satyra 2,

—ôsi
Ebullet patrui præclarum funus.

Id est, ad bullæ similitudinem exeat, & erumpat. Taxat autem immanem cupiditatem sui temporis, & auaritiam.

Ebulum] siue Ebulus, ebuli, pen. corr. (χαμαιδάφνη) Herba est producens baccas rubras & ueluti sanguineas in similitudinem sambuci. Vnde Virg. Sanguineis ebuli baccis. Columel. lib. 2. cap. 2. 10. Plin. lib. 25. cap. 10. 1, Ebuli quoq; (quē nemo ignorat) fumo fugantur serpentes.

Ebur] siue Ebor, ebŏris, pen. corr. neut. gen. (ἐλέφας) elephanti dens, quasi è barro, id est, elephanto productus, teste Seruio. Cic. 4. Acad. 180, Non enim est è saxo scalptus, aut ebore dolatus. Plin. lib. 8. cap. 3. 2. de elephantinis dentibus, Hoc solum, inquit, ebur est.

Ebur, pro uasis, aut alijs rebus ex ebore dolatis. Horat. lib. 2. Carm. ode 18,

Non ebur, neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Cicer. 4. Verr. 35, Omne ebur ex ædibus sacris auferret.

Ebur atramento cãdefacere, Lena Plautina puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad oblimendas malas postulanti, Vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. Propterea quòd omne lenocinium rebus natura pulcris, dehonestamentum affert, non uenustatem. Hæc Erasmus in Chiliad. Plauti locus est in Mostel. 4. 101.

Pulcherrimum ex ebore signum Mineruæ. Cicer. de clar. Orator. 139.

Asperum signis, ebur. Senec. Hipp. 8. 8.

Assyrium ebur. Ouid. 2. Amorum, eleg. 5. 8.

Candens ebur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 20.

Conspicuum ebur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 4.

Indicum ebur. Horat. 1. Carm. ode 31. 2.

Nitidum ebur. Ouid. 2. Metam. 1.

Niueum ebur. Ouid. 10. Metam. 50.

Regale ebur. Seneca Hipp. 9. 8.

Splendidum ebur. Seneca Thyeste, 5. 11.

Ebur ex inanimo corpore extractum, haud satis castum donum deo. Cic. 2. de Legib. 72.

Fulgentia ebore & auro tecta. Cic. in Parad. 14.

Lucet ebur. Virg. 10. Aeneid. 27.

¶ Eburneus, Adiectiuum (ἐλεφάντινος) Quod ex ebore est. Plinius lib. 36. capite 5. 28, Iouem fecit eburneum in Metelli ædè, quà campus petitur. Et lib. 28. cap. 4. 2, Eburnea costa. Et apud Liuium lib. 5. ab Vrbe, 184, Eburneis sellis sedere.

Eburneum etiam dicitur instar eboris album. Ouid. 3. Metam. 85, Impubesq; genas, & eburnea colla, &c.

Ceruix eburnea. Ouid. epist. 19. 11.

Signum eburneum. Cic. 6. Verr. 1.

¶ Eburneolus, penult. corrept. Diminutiuum. Cic. 3. de Orat. 125, Quem seruum sibi habuit ille ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula.

¶ Eburnus, Aliud adiectiuum. Tibullus,

Hanc primum ueniens plectro modulatus eburno. Lucanus libro 2,
Legitimæq; faces, gradibusq; accliuis eburnis.

Decus eburnum. Claud. 1. de Raptu Proserp. 50.

Eburnus ensis, pro Vagina eburnea. Virg. 11. Aeneid. 3. Seru.

Digiti eburni. Propert. lib. 2. eleg. 1. 2. Id est, candidi.

Morsus eburnus numerosi dentis. Claud. in Nupt. Honorij, 21. Pectinem eburneum intelligit.

Sceptrum eburnum. Ouid. 1. Metam. 38.

Templum eburnum. Propert. lib. 4. eleg. 2. 1.

¶ Eboreus (ἐλεφάντινος) Adiectiuum ab ebore. Quint. lib. 6. cap. 4, Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata. Plin. lib. 7. cap. 53.

¶ Eburatus, penult. product. (ἐλεφαντόδωτος) Adiectiuum, Quod ebore tectum est. Plautus Stichо, 6. 53, Lectos eburatos, auratos.

¶ Eborarius, Eboris artifex. Eborarij autem inter artifices numerantur, qui à Principib. uacationem muneris obtinent. l. 1. de excus. artif. lib. 10.

Ebura] ἔβορα, Lusitaniæ urbs Ptolemæo: hodie Ebora. Dicitur Plinio lib. 4. cap. 21, Eburo.

Eburini] Lucanorum populi in Italia, quorum meminit Plinius 3. cap. 11.

Eburones] ἐβυρῶνες, Populi inter Belgas, gente, nomine, & numero Germani appellati, Condrusis, Menapijs, Aduaticis, Treueris (quorum clientes erant) & sylua Arduennæ finitimi: nunc Leodienses dicti apud Gallos. Plinius lib. 4. cap. 18, populos Galliæ Lugdunensis aut quondam Aulercos appellatos, nunc uerò Eburones.

Eburonices] Populi sunt inter Celtas, Aulercis, Lexouijs, & Vuelijs, reliquisq; maritimis ciuitatib. uicini. Marianus in Cæsarem. Vide Plin. lib. 4. cap. 18.

Eburum] ἔβορον, Ptolemæo urbs Germaniæ, uulgò Olmütz Moraniæ regia.

Ebusus] ἔβυσος, Vulgò Bizza. Insula est in mari Balearico, altera Pityusarum, nullum animal noxium gignens. Plin. lib. 3. cap. 5, Ebusi terra fugat serpentes, Colubrariæ pariter: ideò infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Habet hæc Insula oppidum eiusdem nominis, à Phœnicibus (ut putant) conditum, aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus origine duxerunt. Silius lib. 3,

Iamq; Ebusus Phœnissa mouet, iamq; Artabrus arma.

Nunc Ayiussa uulgò uocatur, ut scribit Oliuar. in Melam.

Ebusitanus] Adiect. Plin. lib. 3. cap. 5. Vide etiam Melam lib. 2. cap. ult. ad finem.

Ebutia] lex, quæ de ambitu lata est, non modò illi qui de nouo creando magistratu ad populum ferret, sed nec ipsius collegæ &



Digitized by Google

lege & affini curationem potestatemue demãdari graui documento sanciuit. Meminit legis huius Alex. ab Alex. libro 3. capite 17.

Ebutius] Nobilis Romanus, de quo sic Cic. in orat. pro Flacco, M. Ebutius constantissimus & prudentissimus homo. Hinc Ebutia lex, Vide Ebutia.

E C

Ecameda] fuit magnanimi Arstnoi filia, forma deabus aequãda, quam à cæteris Græcis electam, Nestor quòd consilio reliquos antecelleret, sibi donatam è Tenedo ad Græcorum castra deportauit, cui illa decorè & iucundè ministrabat, teste Homero Iliad. 11.

Ecardia] siue Ecardiste. Gemma est, quæ nigri cordis speciẽ ostendit: quanquam aliud genus eius uiridi colore similitudinem cordis præ se ferat. Sipont.

Ecastor] ναὶ τὸν σοσὸν. Aduerbium iurandi. Donatus, Ecastor, per Castorem & Pollucem: ornatius sunt iurandi, apta fœminis. Plaut. Amph. 6.10, Ecastor te experior quanti facias uxorem tuam. Terent. And. 3.2.6, Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Ecatonphoneuma] ἑκατονφόνευμα, Sacrum appellabatur, apud Athenas Marti sacrificari solitum. Si quis enim cẽtum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnum, quod sacrificatum est à duob. Cretẽsibus, & uno Locro, sicut Sosicrates scribit. Sed postea hoc Athenienssibus displicuit, cœperuntq; porcum afferre castratum, quem nefrendem uocabant, quasi sine renibus. Hæc Fulgentius ad Chalcidium.

Ecbasis] pen. corr. huius ecbaseos (ἔκβασις) Figura est, quæ Latinè excursus dicitur, teste Seruio. Virg. lib. 10. Aeneid.

Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, &c. Vbi Seruius, Descriptio per ecbasin facta, non enim à superioribus pendet, sed antedictis adiungitur: ut Insula Sicanium iuxta latus. Has autem descriptiones esse raras & aptas conuenit: sicut etiam Horat. docet in Arte poetica, dicens,

Purpureus latè qui splendeat unus & alter
Assuitur pannus.

Ecbatana] numero plurali, pen. corr. (ἐκβάτανα) Metropolis est Mediæ: uel, ut quidam existimant, regionis magnæ nomen. Strabo lib. 11, Media in duas partes diuisa, quarum alteram, maiorem uocant: cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput: nunc etiam Parthi regia utuntur.

Ecbolas] adis, pen. corr. (ἔκβολας) Vuæ genus in Aegypto proueniens, eijciendo fœtui idoneum, παρὰ τὸ ἐκβάλλω, quod expellere & eijcere significat. Plin. lib. 14. cap. 18, Aegyptus & ecbolada habet, abortus facientem: de uuis loquens.

Ecbolia] ecboliorum, siue Ecbolima, me, aut Ecbolas, dis (ἐκβόλιμα) medicamenta quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quæ & Phthoria dicuntur. Verba sunt crebra apud Dioscoridem. Latinè electoria & electrices medicinæ dici possunt. Plin. lib. 14. cap. 18. 2, Aegyptus & ecbolimam habet abortus facientem. Vbi in quibusdam libris Ecbolada legitur: utrobiq; rectè. Budæus.

Ecce] Aduerbium demonstrandi (ἰδὲ, ἴδε, ἴδιδε) repentinum aliquid, insperatumue significans: & ferè sequitur Autem. Cicer. 2. de Finib. 154, Ecce miserum hominem. Terentius Adelph. 4.7.4.

—fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis. M. ecce autem. Vbi Donatus, Ecce dicitur, quum repentè triste aliquid rebus interuenit lætis, aut certè quum aliud agitur, aliud emergit nouum: ut Virgilius 2. Aeneid. 81,

Ecce trahebatur passis Priameia uirgo Crinibus. Terrent. Phor. 2.1.34, Ecce autem similia omnia, omnes congruunt. Vbi Donatus, Ecce autem, uox est apta his quæ noua & improuisa animo accidunt.

Ecce autem noua turba atq; rixa, &c. Cic. 6. Verr. 130.

Ecce autem repentè ebrio Cleomene, esurientibus cæteris, nuntiatur piratarum naues esse in portu Edissæ. Cicero 7. Verr. 69.

Ecce dicitur & de re non repentina neq; noua. Plinius lib. 36. capit. 27. 3, Adeò in rebus damnatis quoque ac iam nullis, sunt aliqua remedia, ut in carbone ecce & cinere. Id est, ut uides in carbone.

Ecce, nunc nominatiuo, nunc datiuo iungitur: aliàs etiam accusatiuo, quanquam refragetur Valla lib. 2. cap. 15.

Ecce Antonius. Cic. ad Atticum, lib. 14. 388. 1, Veruntamen ecce autem Antonius accepta grandi pecunia, &c. Eidem, lib. 7. 142. 1, Ecce postridie ad Caßium literæ Capua à Lucretio familiari eius.

Ecce tibi, frequentißimum apud Ciceronem: ut in Oratione pro Cluẽtio, 60, Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo, &c. Idem ad Attic. lib. 2. 30. 3, Quum hæ maximè scriberẽ, ecce tibi Sebosus. Idem 4. Acad. 216.

Ecce alterum, ecce me Terentius Eunuch. 2.3.6, — ecce autem alterum Nescio quid de amore loquitur. Sed Valla contendit legendum hic esse, alter, non alterum. Terent. Adelph. 5.9.38, Ecce me qui id faciam uobis. Sic apud Plautum in Menæh. 9.44, Prandi in naui: inde huc sum egressus: te conueni, ecce rem.

¶ Eccubi (ἔκ πῦ) per duplex cc. & pen. corr. componitur ex Ecce & ubi, idemq; significat Nuncubi. Calepinus.

¶ Eccum, eccam, eccos, eccas. Eccum, id est, ecce hic, subintellige uirum de quo agebamus. Eccam, Ecce hic, subintellige fœminam de qua mentio erat. Valla lib. 2. cap. 15.

Eccum ipsum. Plaut. Amph. 10.16, Et eccum ipsum uideo, &c. Terent. Eunuch. 5.3.9,

— uirum bonum eccum Parmenonẽ incedere. Video.

Eccum Iupiter. Plaut. Amph. 3.120.

Eccum adest. Terent. Eunuch. 4.7.6.

Atq; eccum. Plaut. Sticho, 9.71, Atq; eccum tibi lupum in sermone. Terent. And. 5.5.1.

Sed eccum. Terent. Eunuc. 2.3.12, Sed eccum Parmenonem. salue. Ibidem 4.5.12, Sed eccam ipsam.

Eccam, locum signat ubi ea exeidit. Plaut. Cistel. 10.29.

Eccos. Plaut. Menæh. 6.1. Terent. Heaut. 2.3.15, Sed uideo, eccos quos uolebam. Pro, Ecce hìc quos uolebam.

¶ Eccillum, antiquum uerbum cõtractum, pro Ecce illũ. Plaut. Persa, 6.67, Eccillum domi, & hanc, &c.

¶ Eccistam, Plaut. Curcul. 14.16, Certè eccistum uideo. Pro, Ecce istam. Antiquè.

Eccere] Aduerbium (τὸ πάλιν δόμητραν) iurantis, ac si dicatur per Cererem. Plautus Amphit. 7.3, Eccere, iam tu autem facis, ut tuis nulla apud te sit fides. Alijs placet duas esse dictiones, quasi dicas Eccere, id est, re uera. Terentius Phorm. 2.2.5.

Ecchymosis] ἐκχύμωσις, Affectus est, qui plurimum unà cum contusione, ruptioneq́ue incidit, ut uult Galenus libro 4. Meth. medend. Idem quoque libro 6. in Aphorism. Hippocrat. ecchymosin eandem ferè esse cum inflammatione innuit, differentiam tamen quam dam assignat, ut per te uidere poteris.

Ecclesia] Latinè dicitur cœtus, & congregatio, ἐκκλησία.

¶ Ecclesiastes, ecclesiastæ, Concionator, ἐκκλησιαστὴς.

Eccope]

Eccope] ἐκκοπή, Diuisio est caluæ, qua os offensum refractum est, teste Galen. finit. medic.

Eccum] Vide Ecce.

Eccyclema] atis (ἐκκύκλημα) pegmatis erat species in scena, subiectis rotis, quo circumacto, quæ intus acta fuissent, spectatoribus ostendebantur. Ex Cæl. Rhod. libro 8. capite 8.

Ecdici] ἔκδικοι, sunt quos Iurisconsulti defensores appellant, qui in municipijs Tribunorum plebis instar erant, & plebem ab iniuria optimatũ tuebantur. Vnde tractatus est apud Iustinianum lib. 1. Cod. De defensoribus ciuitatum, & in nouellis constitutionibus XV. Cic. ad Thermum, libro 13. 57. 3, Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curaturum ut ecdici Milasij Romam mitterentur. Id factum non est. Legatos audio missos esse: sed malo ecdicos, ut aliquid conficí possit. Quare peto à te, ut & eos & Albandenses iubeas Ecdicos Romam mittere. Ecdicorum autem munus erat, iudicio experiri contra eos, qui aurum uel argentum & pecuniam Reip. deberent.

Ecdippa] Oppidum in Phœnice, iuxta Ptolemaidem Claudij Cæsaris coloniam, quæ quondam Ace uocata est. Author Plin. lib. 5. cap. 19.

Ecebolius] ἐκηβόλιος, Constantinopolitanus quidam fuit sophista, qui quũ ethnicus esset, metu tamẽ imperatoris Constantij simulauit se Christianũ: deinde Iuliani tempore, truculentus gentilis apparuit. Rursus uerò Iouiniano imperante, qui se Christianum profitebatur, ad Ecclesiam reuersus est, atq; ante fores templi prostratus magna uoce clamauit, Calcate me salem insipidum. Ad hunc modum leuis & mobilis Ecebolius & ante & post Iulianum fuit. Vide Socrat. hist. Eccles. lib. 3. cap. 13.

Ecestenses] Siciliæ populi, inter stipendiarios à Plinio commemorati lib. 3. cap. 8.

Echeæ] ἐχέαι, Ciuitas in Græcia, cuius meminit Strab. lib. 8. illamq; Teleclum inhabitasse scribit.

Echebolum] ἐχέβολον, Lorum illud latum dicitur, quo lignum quod inter bouem utrunq; ad iugum usq; protensum est, iugo adnectitur. Cæl. Rhod. lib. 26. cap. 5.

Echecrates] ἐχεκράτης, Vir Thessalus, qui quum Phœbadis amore obretitus, illam stuprasset, in causa fuit, ut quum primò uirgunculæ uaticinandi apud Delphos pontificium gererent, sancitum postea fuerit, ut quinquagenaria mulier, uirgineo tamen cultu, futura de tripode panderet. Author Cæl. Rhod. lib. 8 cap. 16.

Echemon] ἐχέμων, Priami filius à Diomede occisus. Homerus Iliad. 5.

Echemythia] ἐχεμυθία, Latinè taciturnitas dicitur & auscultatio. Vnde echemythos à Græcis dictos putat Budæus auscultatores, & censendi immunitatem habentes in Senatu. Idem alio loco interpretatur echemythos cunctatores, et sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se, unicam linguam in causis etiam publicis meminerint. Vide Gellium lib. 1. cap. 9.

Echeneis] huius echeneis, pen. prod. f. gen. (ἐχενηΐς) Latinè remora dicitur. Plinius libro 9. capite 25. 1, Est paruus admodum piscis, assuetus petris, echeneis appellatus. Hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur: inde nomine imposito: quam ob causam amatorijs quoque ueneficijs infamis est, & iudiciorum ac litium mora, &c. Lucan. lib. 6. 135,

Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In medijs echeneis aquis.

ἐχενηΐς, quidam scribunt ἐχινηΐς. Nomen habet ab ἔχω teneo, & ναῦς nauis.

Echemus] Tegeates quidam fuit, qui primus palestram in Olympicis certaminibus uicisse dicitur, ut scribit Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 17.

Echeneus] per quatuor syllabas, & pen. prod. (ἐχένηος) omnium Phæacum generosissimus, teste Homero libro 7. Odyss.

Echephron] onis (ἐχέφρων) unus ex filijs Nestoris, quos septem habuisse fertur, Antiochum, Pisistratum, Tasimenem, Echephronem, Stratium, Perseum, Anthum. Vide Homer. & eius interpretes.

Echetle] es (ἐχέτλη) Rectum illud lignum est, quod inter arandum manu continet arator, totumq; aratrum permouet, ubi uerò infigitur, dicitur Alya. Ex Cæl. Rhod. lib. 26. capite 5.

Echetlion] In nauigio locus est, in quo pisces colligunt piscatores: dici & uiuarium potest, quod ζωγρεῖον nuncupatur Græcis. Author Cæl. lect. antiq. lib. 26. cap. 5.

Echetus] ἔχετος, Regis cuiusdam nomen apud Homerum in Odyss. mortalibus infestissimi. Meminit Cæl. Rhodig. lib. 22. & cap. 22.

Echidna] ἔχιδνα. Latinè hydra, ea potissimum quæ ab Hercule interfecta est. Ouid. 3. Fast.

Sanguine Centauri Lerneæ sanguis echidnæ
Mistus ad auxilium tempora nulla dabat.

Tumidæ echidnæ. Ouid. 10. Metam. 63.

Echidna] Nympha, dimidia sui parte puella speciosa, in quascunq; partes oculos flecteris: reliqua uerò dimidia, quà serpens immanis erat, in cauerna diuersans, & cruda mandens. Hæc cum Typhone mixta peperit Orthum canem, Cerberum, & Hydram. Author Hesiodus in Theogon.

Echinades] penultima correpta (ἐχινάδες) insulæ sunt in Epiro, contra Ambracium sinum natæ Acheloi impetu, arenáque limo conuectis, sicut pars Aegypti Nili cœno. Lege Plinium libro 2. quibus locis maria cesserint. & Thucydidem libro 2. ubi de Acheloo. Ouidius libro Metamorph. 8. inuolucro fabulæ uerum occuluit, & ex Naiadibus factas insulas tradidit, quoniam hæ terræ fluuio agestæ fuerunt.

Echinometræ] ἐχινομῆτραι, Echinorum genus, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi, nec omnibus ijdem, rufus & uitreus color. Plin. lib. 9. cap. 31.

Echinon] Thraciæ urbs est ad Pegaseum sinum. Pomp. Mela lib. 2. in descriptione Thraciæ.

Echinophora] Genus conchæ. Plin. lib. 32. cap. 11.

Echinopus] podis, Herba quædam aculeata Dioscoridi, quod sciam, non memorata. Plinius libro 11. Ceras ex omnium arborum satorumq; floribus confingunt, excepta rumice & echinopode. In editis Chenopode scriptum est, sed corruptè. Echinopodis mentio est in ueteri disticho,

ὡς αὖ ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων. Turnebus.

Echinus] in bobus uenter propriè dicitur, quamuis & de ceruo item pronunciari nonnulli putent. Cæterum triplicem haberi uentrem tradunt, quorum primus, qui et supremus, dicatur Cecryphalus, quia cibum occulit: sequens echinus est, διὰ τὸ ἐχῖνος ἐοικέναι τὴν τραχύν, uel ob asperitatem tertium appellant Apocriticum. Ex Cæl. Rhodig. Antiq. lib. 4 cap. 5.

Echini (ἐχῖνοι) ornamenta circa carpum manus, ex Polluce libro 5. capite 16. ut non admodum dissimilia intelligas brachialibus & armillis, de quibus etiam suprà diximus.

¶ Echinus, huius echini, penultima producta (ἐχῖνος) tegmen spinosum, quo seruantur castaneæ. ἐχῖνον enim hir-

 tum

tum significat. Vnde castaneæ echinatæ. Plinius libro 15. capite 23.1, Nuces uocamus & castaneas, quanquam accommodatiores glandium generi: armatum his echinato calyce usallum est.

Ab huius tegminis similitudine, echinus dictus est piscis quidã ex cancrorum genere, teste Sipontino. Plin.lib.9.cap.31.3, Ex eodem genere sunt echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his in orbem uolui. itaq; detritis sæpe aculeis inueniuntur. Mart.lib.13.86,

Iste licet digitos testudine pungat acutâ,
Cortice depositò mollis echinus erit.

Marinus echinus. Horat.Epod.5.6.

Echinus apud Græcos terrestre animal, cui apud nos hericio nomen, ab hærendo deductum: & æquè hirsutus est atque marinus echinus.

Echinus parturiens cunctatur, uel echinus partum procrastinat. Prouerbium in eos qui in perniciem suam morarũ causas innectunt: cuiusmodi sunt illi uersuram facientes, &c. Echini enim terrestres, id est, erinacei, existimãtur aculeos, catulorum suorum partum morari solere, ac deinde aculeatioribus factis catulos ægerrimè eniti. Hæc Budæus.

Echinus, genus usus ænei est, in quo calices lauantur: alij ampullam dicunt esse uitream. Hor.1.Serm.Satyr.6.24,

Pocula cum cyatho dum sustinet, astat echinus
Vilis, cum patera guttus, campana supellex.

Athenis etiam Echini nomine intelligebatur scrinium forense, in quod dicta testium & totius litis acta conijciebantur: unde in Echinum conijcere dicebant, pro eo quod est, acta in iudicio proferre. Echinus, quoque inter placentas recensetur apud Athenæum, ut refert Cæl.lib.9.cap.16.

¶ Echinatus, A diectiuum (ἐχινώδωτος) ut, Echinata castanea Plinius libro 27.cap.9.1, In cacumine capitula sunt echinata spinis.

Echinus] oppidum in ora Phthiotidis, ad Maliacum sinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cic.in Arato,

Dicitur ex celsis errans in collibus amens,
Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus. Recensetur etiam à Ptolemæo lib.3.cap.13.

Est item Echinus Stephano oppidum Acarnaniæ, non procul ab ostio Acheloi, quod Echinadibus insulis nomen fecisse putatur. Meminit huius oppidi Plin.lib.4.cap.1.

Echinus, Herba, de qua sic Galenus lib. 6. Simpl. Echini herbæ fructus acerbus est, ac proinde repellentis & exiccatoriæ facultatis. Vtuntur eo ad oculorum fluxiones & aurium.

Echinussa] Insula Eubœæ uicina, quæ postea Cimolus dicta est, referente Plin.lib.4.cap.12.

Echion] ἠχίων, Pictor insignis. Plinius libro 35.capite 7, Quatuor coloribus Solis immortalia illa opera facere, ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus clarissimi pictores, cum tabulæ eorum singulæ oppidorum uæniret opibus. Fuit et alter Echion statuarius, qui centesima septima Olympiade floruit, teste eodem Plinio, lib.34.cap.8.

Echion] ἠχίων, Alij Doriada, nonnulli Alcibiadion uocant. Spinosa herba est, quæ non modò à serpente commorsis cum uino pota auxiliatur, sed præsumentes quoque ex ictu nihil molestum pati sinit. Hæc Paulus lib.7. Vide & Dioscorid.lib.4.cap.25.

¶ Echion, siue Echium. Plinius lib.29.cap.6.13, Viperam uiuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum unum, & thuris manna una, atq; ita suffusiones oculorum, & caligines inungere, utilissimum est. medicamentum id Echion uocatur.

Echion] penult. product. (ἠχίων) unus fuit è socijs Cadmi, primi regis Thebarum, & pater Penthei regis: qui ab eo dicitur Echionides & Echionius, id est, Thebanus, ut notat Seruius. Virg.Aen.12,

Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiæ.

Inuictus cursu Echion. Ouid.8.Metam.62.

Arces Echioniæ. Ouid.5.Trist.eleg.6.11.

Plebs Echionia. Stat.1.Theb.34.

Thebæ Echioniæ. Horat.4.Carm.ode 4.13.

Echite] es (ἐχίτης) Herba est similis scammonio, de cuius natura consule Plin.lib.24.cap.15.

Echites] ἐχίτης, Gemma est, colore uiridi subobscuro, quandam uiperæ similitudinem referens. Plinius libro 37. capite 11.

Echo] echus, fœm.gen. Est uocis uel soni repercussio. Græcè ἠχώ, sonus, & ἠχέω, resono. Plinius lib. 36.cap.15.2, Eadem in urbe, iuxta portam quæ Thracia uocatur, turres VII. acceptas uoces numerosiore repercussu multiplicant: nomenq; huic miraculo, Echo est à Græcis datum. Idem lib. 2.cap.44, Montium uerò flexus, crebriq; uertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui uallium sinus, scindunt inæqualiter inde resultantem aera, quæ causa etiam uoces multis in locis reciprocas facit. Ouid.lib. 3.Metamorph.

Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo. Martialis lib.2.85,

Nusquam Græcula quod recantat echo.

Resonabilis echo. Ouid.3.Metam.72. de Narcisso.

Reparabilis echo. Persius Satyr.1.11.

Echo] item porticus Olympiæ fuit, quam Hetaphonon appellabant, quoniam septies eadem uox ibi reddebatur. In hanc sententiam ait Lucretius,

Sex etiam ac septem loca uidi reddere uoces
Vnam quum faceres, ita colles collibus ipsi
Verba repulsantes iterabant uerba referre. Echo uerò à Latinis dicitur imago. Valerius Flac. libro 3. Argonauticõn,

Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat
Auia, responsa syluæ, & uaga certat imago. Horatius,

Quem deum, cuius recinit iocosa
Nomen imago. Vbi Porph. imaginem interpretatur uocis reflexionem: itaq; dictam uult, quasi imitaginem.

Eclatilmata] ἐκλατίσματα, Mulierbres erant saltationes, de quibus uide Cæl.Rhod.lib.5.cap.4.

Eclecta] orum, neut. gen. authore Budæo libro 3. de Asse, sunt adnotata, & ἐκλογὰι adnotationes, & ἐκλελεγμένα ea quæ legendo adnotamus. Plinius Iunior libro 3.epistola 5.de Plinio auunculo, Perire omne tempus arbitrabatur quod studijs non impartiretur. Hac intentione tot ista uolumina peregit, electorumq; commentarios CX. mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimè scriptos. Quo in loco non electorum, quæ Latina dictio est, sed electorum legendum esse contendit Budæus. Idem in commentarijs linguæ Græcæ, Eclectici sunt Philosophi quidam sui arbitrij, & flosculos legentes Philosophiæ sectarum. Eclegomena sunt, quæ adnotantur & regeruntur, unde ecclecta apud Plinium Iuniorem, in epistola in qua de auunculo suo loquitur. Eclectorum enim legi debet, non electorum.

Ecligma] ecligmatis, siue eclegma (ἔκλειγμα) uulgus medicorum electuarium uocat. Plinius lib.20.cap.22.14, Ad phthisim utilissimè semine fiunt ecligmata. Idem libro 21.3.

de thy-

Digitized by Google

de thymo. Ab eo nomen habet, quod linctu, non noxatu absumatur.

Eclipsis] ἔκλειψις, Latinè defectio. est enim defectus quidam necessariæ dictionis, quam desyderat præcisa sententia: ut, Hæc secum. Deest, loquebatur. Terent. Adelph. 2.1.4, Ego istam omnibus inuitis. Idem Andria, Verbum unum caue de nuptijs. Deest, dicas.

Eclipsis lunæ: Hoc est, defectus lunæ, nempe dum sol per interpositionem terræ ita lunæ opponitur, ut luna ipsa lumine suo proprio carere uideatur. Plin. lib. 2. cap. 12. 1.

Eclipses in plurali. Author ad Herennium, lib. 3. 131, Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt: at eclipses solis mirantur, quia rarò accidũt: & solis eclipses magis mirãtur quàm lunæ, propterea quòd hæ crebriores sunt.

¶ Eclipticus, pen. corr. Adiectiuum (ἐκλειπτικὸς) Plin. lib. 2. cap. 16. 6, Conuenit stellas in occasu uespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine, exortusq; matutinos in initio cuiusq; fieri: stationes in medijs latitudinum articulis, quæ uocant ecliptica.

Ecloga] pen. correp. (ἐκλογὴ) Latinè dicitur electio, electus, explanatio, annotatio. Dicitur & sermocinatio seu colloquium. Vnde Eclogæ Virgilij. Et eclogarij apud Ciceronem ad Atticum, lib. 16. 322. 7. id est, sermocinatores, uel auditores sermonum.

Eclygmata] ἐκλύγματα, dicuntur, quum aliquid in ore tenentes paulatim distillando sorbemus. Plin. E femine lini fiunt eclygmata.

Ecnephias] ἐκνεφίας, Procellæ genus est, teste Plinio lib. 2. cap. 48, quæ ex scissæ nubis discissione erumpit, hoc est, sine pluuijs. Nam quæ cum imbribus nubes franguntur, exhydriæ uocantur.

Econ] Vide Icon.

Econia] ciuitas in Græcia, ad sinum Maliacum: de qua sic Plin. lib. 4. capite 7, Postea Maliacus sinus ab incolis dictus, in quo oppida Halcyone, Econia, Phalarum. Hæc ille in descriptione Græciæ & Atticæ.

E contrario] δι' ἐναντίας. Vide E præpositionem.

Ecphantus] ἔκφαντος, Syracusius Philosophiam professus, qui Deum mentem, & animum esse existimauit, ut Origenes scribit.

Ecphrasis] ἔκφρασις, Est mera puraq; enarratio, ἀπὸ τῦ ἐκφράζειν, quod est exprimere, clarè & euidenter explicare. Hesichius λόγον ἐναργῆ, hoc est, sermonem euidentem interpretatur.

¶ Ecphrasis autem, ut Cælio placet, à narratione differt, q hæc nudam habeat rerum expositionem, illa tantùm non etiam oculis audientium subijciat. Præterea Narratio uniuersum inquirit: sicuti, in Athenienses à Lacedæmonijs esse bellatum. Ecphrasis autem per Partes: uti, quo genere belli, quibusq; machinarum tormentis. Hæc ille Antiq. lect. lib. 13. cap. 19.

Ecphyades] ἐκφύαδες, dicuntur intestinorum appendices. Vide suprà in Apophyades.

Ecpiesma] atis, penultima producta (ἐκπίεσμα) Medicis est caluæ in multas partes diffractio, simul ubi intrusæ ossis partes in imum decubuerint, ac membranã innixu suo premant. Galen. lib. finit. medic.

Ecplexis] ἔκπληξις, Latinè consternatio. Est emotio mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinsecus aduenit. Vide Gal. lib. finit. medic.

Ecquænam] Vide Ecquis.

Ecquando] ἔ ποτὲ, Id est, Et quando. Cic. pro lege Agrar. 31, Quæro à populari Tribuno plebis, ecquando nisi per xxxv. tribus creati sint. Idem 7. Verr. 53.

Ecquis] ecqua, ecquod, & ecquid (ἔ τις) pro Et quis, t in c mutato, ut expeditior esset pronunciatio. Significat autem Num aliquis. Terentius Eunuch. 5.9.1, O populares ecquis uiuit me hodie fortunatior? Cic. 4. Verr. 7, Ecquam existimatis unquam ulla in prouincia, &c. Cælius Ciceroni, lib. 9. 15. 1, Ecquem autem, &c.

Ecquo de homine. Cic. 4. Verr. 113.

Ecqua. Cicero in Verrem, ut uideant & inuestigent ecqua uirgo sit, an mulier, &c. Idem Attico, libro 7. 128. 3, Quod quæris ecquæ spes pacificationis sit, &c. Idem pro lege Manilia, Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuisse quæ locuples sit?

Ecquod. Cic. 5. Verr. 112, Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum. Sic Liu. 1. ab Vrbe, 36, A pleriſq; rogitantibus dimißi, ecquod fœminis quoq; asylum aperuissent.

Ecquid. Terentius Heaut. 3.3.34, Quid tu, ecquid de illo quod dudum tecum egi?

Ecquid te pudet? Terent. And. 5.2.30. Cic. ad Attic. lib. 2.23. 1, Voco, quæro, ecquid literarum? negant. Idem 1. in Catil. 15, Quid est Catilina? ecquid attendis? ecquid animad uertis horum silentium? patiuntur: tacent.

Ecquid, pro Aliquantùmne. Terent. Eunuch. 1.2.3,

—ecquid nos amas De fidicina istac?

Ecquid sit, pro eo quod dicunt, Quicquid sit. Plaut. Casin. 8. 51.

¶ Ecquisnam, ecquænam, ecquodnam, & ecquidnam (μῶν τις) Cicer. in Topicis, 44, Ecquidnam honestum sit, ecquid æquum re uera, an hæc tantum opinione sint. Idem in Vatinium. 29, Ecquisnam tibi dixerit? Idem 10. Philip. 283, Ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ? Idem 4. de Fin. 110, Ecquænam fieri possit accessio? Catul. ad Veranium & Fabullum, 25. 2,

Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expensum?

Ecrectice] ἐκρικτική, Regio est non procul à Suanibus populis in Themiscyrena regione, ut refert Plin. lib. 6. cap. 4.

Ecrylis] ἔκρυσις, Effluxio, Quo nomine Aristoteles libro 7. de Nat. animalium, eas conceptus corruptiones uocari scribit, quæ intra septimum diem fiunt: abortiones, usq; ad quadragesimum uocitari. Ex Bud. in Annot in Pand.

Ecstasis] huius ecstasis, penult. correp. (ἔκστασις) Est affectus eorum qui mente sunt emota, ut inquit Lactantius: quos Plinius mente commotos appellat, lib. 23. cap. 1. 12. id est, fanaticos.

Ectacti] ἐκτακτοι, Græcis dicuntur milites, uelut extra ordinem adiecti, ut cornicines sunt, ac signiferi, fabri, & id genus alij. Meminit in collectaneis Suidas.

Ectasis] huius ectasis, f. ge. (ἔκτασις) Latinè dici potest productio. Figura est qua syllaba naturaliter correpta producitur: ut, Italiam fato profugus: quum Italiam prima correpta dicere debeamus. Donatus.

Ecthlipsis] fœmin. gener. (ἐκθλῖψις) est consonantium cum uocalibus asperè concurrentibus difficilis ac dura collisio: ut,

Littora multum ille & terris iactatus & alto.

Ectini] Populi, inter Alpinas gentes à Plinio commemorati, lib. 3. cap. 20.

Ectrapelos] penult. correp. (ἐκτράπελος) quasi horrens, & auersans communem & usitatum naturæ modum. Plin. lib. 7. cap. 16. 9.

Ectropium] siue Ectropia, ectropiæ (ἐκτρόπιον, ἢ ἐκτροπία) dicitur diuisio palpebrarum, quum scilicet inferior palpebra non satis sursum attollitur, sed pendens hiat,

nec

nec cum superiore committitur. Lagophthalmos uerò, quum superior palpebra non descendit. Cælius libro 16. capite 1.

Ectypa] penult.correp.ectyporum (ἔκτυπα) dicuntur opera quæ ex ipsis typis formata sunt. Plin. lib. 37. cap. 10.33, Hæc sunt gemmæ quæ ad ectypas scalpturas aptantur. Idem lib. 35. cap. 12.3.

Eculeus] Vide Equuleus.

E D

Edacitas, Edax] Vide Edo, es.

Eddana] ἔδδανα, Vrbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce. Stephanus.

Edeatrę] Qui præsunt regijs epulis: dictis ἀπὸ τῶν ἑδισμάτων. Festus.

Edecimata] electa. Festus.

Edenates] Alpini populi, quos cum pluribus alijs à Romanis deuictos scribit Plin. lib. 3. cap. 20.

Edentare] Id est, dẽtes excutere, & rumpere (ἀποδοντοῦν) Plaut. Rud. 16. 46,

Nimis uelim homini improbißimo mala edentauerint.

¶ Edentatus, penultima producta, Participium, Macrob. lib. 7. Saturn. capite 3, Sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatæ belluæ morsus.

¶ Edentulus, penult. corrept. (νωδὸς, ἀνόδους) Qui sine dentibus est. Plautus Casina, 12.20, Propter operam illius improbi edentuli.

Edera] Vide Hedera.

Edepsus] ἑδεψὸς, Ciuitas Straboni, in qua terræ motu illo uniuersæ Græciæ, aquæ calidæ triduo retentæ rursus efflu xerunt. Vide eum lib. Geograph. 1.

Edessa] Arabiæ ciuitas, antea Antiochia dicta, ut scribit Plinius lib. 5. cap. 24.

Edessa (ἔδεσσα) Ciuitas est Mesopotamiæ, siue, ut Plin. mauult, Syriæ Cœles, olim Rhages dicta, teste Hieronymo de traditionibus Hebraicis. In hac Agabarus toparchus regnauit, cuius extat ad Christum epistola, & Christi ad eundem responsio, ut uidere est apud Euseb. Histor. eccles. libro 1. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo, trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hieropolim uocant, in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Edessæi (ἐδεσσαῖοι) Dicti sunt Edessæ ciues.

Edetania] Hispaniæ citerioris regio. Plinio libro 3. capite 3, Regio Edetania amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens.

Edico] edicis, pen. prod. edixi, edictum (διατάττω, παραγγέλλω) edicere, iubere, decernere, edicto uetare: & propriè est magistratuum. Cic. ad Brutum, lib. 11. 6. 2, Quum Tribuni plebis edixissent. Senatus adesset ad XIII. Calen. Ianua. haberentq; &c. Liuius 2. ab Vrbe, 104, Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit ne quis ciuem Rom. uinctum aut clausum teneret.

Inter Edico & Interdico, hoc interest: Edicimus quod iubemus fieri: interdicimus quod uetamus fieri. Edicimus etiam uni generi hominum: interdicimus diuersis. Itaq; Prætoris edicta & interdicta dicuntur. Donatus.

Edicere, pro Denunciare. Terent. Hecyr. 4. 1. 51. Ibo intrò, atque edicam seruis, ne quoquam efferri sinant. Idem Eunuc. 5. 5. 20, Dico, edico uobis, nostrum esse illum herilem filium. Ibidem 5. 9. 33.

Proscribere & edicere diem. Cic. 3. Verr. 99.

Comitia edicere ad Calend. Februar. Cicero Quinto fratri, lib. 2. 6. 3.

Concilium edicere. Gel. lib. 15. cap. 27.

Iustitium edicere. Cic. de Aruspic. respon. 51.

Legem edicere. Cic. 2. de Legib. 39.

Edicere socijs conuentum. Liu. 6. bel. Pun. 262. Sic, Edicere Senatum, apud Suetonium.

Edixit socijs conuentum Tarraconem. Liu. 3. ab Vrbe, 45.

Edicere diem ad conueniendum in Hetruriam. Liu. 1. belli Macedon. 38.

Edicere militibus prædam, Liu. 8. ab Vrbe, 186.

Edicere, pro Prædicere, & præmonere. Cicero 2. de Finibus 118, Est enim tibi edicendum quæ sis obseruaturus in iure dicendo.

¶ Edici, passiuum (διατάττεσθαι) Cicer. 6. Phil. 205, Tumultum esse decerni, iustitium edici, saga sumi dicit placere.

¶ Edictus, Participium (διατεταγμένος) ut, Edicto mercatu uendere. Plin. lib. 12. cap. 19. 7.

¶ Edicto, edictas (διεξίημι) Edictare, Frequentatiuum. Plaut. Epid. 3. 2. Idem Amphit. 8. 182, Tute edictas facta tua. Hoc est, dicis, narras, recenses.

¶ Edictum, edicti (διάταγμα, πρόσταγμα) Iussum principis, uel magistratus. Cic. pro Quint. 14.

Edicta & decreta. Cicer. 3. Verr. 66, Non hi qui decretis, edictisq; tuis, in te concitati, infestiq; sunt.

Immitte & minax edictum. Ouid. 2. Trist. 27.

Inimicum edictum. Cic. pro lege Manilia, 40.

Peculiare edictum. Vide Peculiaris.

Edictum circunducere, Decretum irritum facere & abolere. Quo uerbo Vlpianus usus est in l. & post edictum. de iudicijs.

Edicto audiens. Vide Audio.

Componere edictum. Cic. 3. Offic. 105.

Conscribere edictum. Cic. 3. Offic. 105.

Edicto Prætoris, de saltu agroq; communi & seruis communibus detruditur. Cic. pro Quintio, 14.

Dare edicta terris. Claud. 8. Paneg. 7.

Habere edictum. Cic. 9. Philip. 268.

Iacere edicta in populum. Tacit. lib. 19.

Ex edicto Prætoris possidere bona alicuius. Cicer. pro Quintio, 41 & 49.

Sancire aliquid edicto. Cic. pro Flac. 52.

Vetare edicto. Hor. 2. epist. 1. 48.

Edictum etiam priuati hominis dicitur. Terent. Heaut. 4. 1. 10, Primum hoc te oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum Facere esse ausam.

¶ Edictales, Hoc nomine decorabantur qui annum unum in legũ studio uersati, alterum etiam adiungebant: ductâ scilicet appellatione ab edicto, cui cognoscendo tum operam nauabant. Imper. in epist. ad Antecessor. §. 3. In secundo autem anno, per quem ex edicto eis nomen antea positum, & à nobis probatur, &c.

Edictalis bonorum possessio, quæ edicto defertur, l. 30. §. 1. ff. de acquir. hæred. lib. 1. §. 1. ff. si tabul. testam.

¶ Edictio, Verbale (διάταξις) Plaut. Capt. 13. 42, Basilicas edictiones atq; imperiosas habet.

Basilicæ edictiones. Vide Basilicus.

EDIL. CVR. uel ED. Aedilis curulis. EDIL. P. Aedilis plebis.

Edim] Vide Comedim, in Comedo.

Ediſco] ediſcis, edidici, pen. corr. (ἐκμανθάνω) ediſcere, Memoria complecti. Cic. 2. Tusc. 48, Ita sunt deinde dulces, ut non legantur modò, sed etiam ediſcantur.

Artes ſontenta paternas Edidiciſſe fuit. Ouidius 2. Metamorph. 128.

Lauri ediſcunt. Virg. ecclog. 6. 17.

Linguæ

Linguas ediſcere. Ouid. 2. de Arte amandi, 25.
Vſum ediſcere. Ouid. 7. Metam. 20.
Vultus alicuius ediſcere. Valer. 1. Argon. 75.
Nec potuit ſimiles, uoluit ue ediſcere uultus: id eſt, non potuit dignoſcere filiorum formas.
Inter luſum locos ex poetis maximè ediſcere licet. Quintil. libro 1. cap. 1. 26.
Ediſcendus ad uerbum libellus. Cic. 4. Acad. 245.
Ediſſa.] Cic. Verr. 7. Ediſſa portus in Sicilia.
Ediſſero] ediſſeris, pen. corr. ediſſerui, ediſſertum, (ἀνέξημι, ἐκδιηγέομαι, ἐκτίθημι) ediſſerere, Ordine exprimere, explanare, declarare. Cic. de claris Orator. 32. Quis in docendo, ediſſerendóq; ſubtilior? Liuius 4. bell. Maced. 191. Plaut. Capt. 17. 14.
Iam animaduerte: hæc mihi quæ dicam, ediſſere.
Pacuuius, Ediſſere fabulam hanc. Cic. 2. de Legib. 86.
Vera ediſſere. Virg. 2. Aeneid. 30.
¶ Ediſſerto, ediſſertas, ediſſertare, Frequentatiuum, (ἐξαναλέω.) Plaut. Amph. 7. 42. Ordine omne ut quicquid actum eſt, dū apud hoſtes ſedimus, Ediſſertauit.
Editio, Editꝛtius, Editus] Vide Edo.
Ediuerſo] ἐξ ἐναντίας. Vide E præpoſitionem. Plinius lib. 6. cap. 4. 4. & lib. 23. cap. 4. 3.
Edo] es, eſt: uel Edo, edis, prima corr. edi, eſum, uel eſtū, (ἔδω, κατεσθίομαι) eſſe, uel èdere, Comedere. Virgil. 4. Aeneid. 14.
—eſt mollis flamma medullas. Cic. ad Atticum libro 13. 298. 4. Itaq; & edit & bibit ἀδιῶς, & iucundè, opiparè ſanè & apparatè.
¶ Edi, præterit. Cic. 5. Tuſc. 137. Nec eſuriēs Ptolemæus ederat.
Edere de patella. Cic. 2. de Fimb. 38.
Auidè edere. Ouid. 3. de Arte aman. 151.
Agellos edit pecus. Horat. 1. epiſt. 12. 3.
Edere pugnos, per translationem, pro Percuti pugnis. Plautus Amph. 4. 155.
Vbi eſuri ſumus? pro Vbi prāſuri uel cœnaturi? Plaut. Menæch. 4. 36. & Pœnulo, 7. 31. Edere de alieno.
Furit ardor edendi. Ouid. 8. Metam. 167.
Rabies edendi. Virg. 6. Aeneid. 13.
¶ Edendus, participium, (ἐδιτέος.) Cicero de Amicit. 60. Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit.
¶ Edor, ederis, penult. correp. eſtur: Præteritum, Eſus, (ἐδομαι.) Plinius libro 20. cap. 9. 12. Et in Aegypto, propter amaritudinem non eſtur. De braſſica loquitur. Columella libro 2. cap. 10. 11.
¶ Eſtur, impersonale, (ἐδητέα.) Plautus Moſtel. 4. 78. Iam iſta quidem abſumpta res erit, quando dies noctesq; eſtur, bibitur. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 14.
¶ Eſito, eſitas, pen. corr. (συχνῶς ἔδω) eſitare, Frequentatiuum à ſupino Eſum. Cato cap. 157. 9. Lotium conſeruato eius qui braſſicam eſitauerit. Gellius lib. 4. cap. 11. Pythagoram Philoſophum non eſitauiſſe ex animalibus. Ibidem, Videtur autem de Cyamo non eſitato cauſa erroris fuiſſe. Plinius libro 20. cap. 9. 5.
¶ Edax, edacis, pen. prod. om. gen. (ἀδηφάγος, πολυφάγος, βορός) Vorax, & conſumptor: ut, Edax hoſpes. Cic. pro Flacco, 31. Terent. Phorm. 2. 2. 21. Alere nolunt hominem edacē. Idem in prolog. Eun. 38. Edax paraſitus.
Edaces multi cibi. Colum. lib. 6. cap. 2. 12.
Curæ edaces. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.
Ignis edax. Ouid. 4. Faſt. 158.
Imber edax. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.
Liuor edax. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Luctus edax, maciēsq; malis comes addita morbis. Silius libro 13. 117.
Paraſiti edaces. Horat. 2. epiſt. 1. 35.
Tempus edax rerum. Ouid. 15. Metamorph. 17.
Turdi edaces. Horat. Epod. 1. 7.
Vetuſtas edax. Ouid. 15. Metamorph. 175.
Virus edax. Ouid. 5. Faſt. 81.
Vultur edax. Ouid. 1. Triſt. 5. 3.
¶ Eſtrix, eſtricis, penult. prod. fœm. gen. (ἐδέστρια:) Ea eſt quæ deuorat cibos. Plautus Caſin. 17. 20. Ego noui ambas illas eſtrices, corbitant ubi comeſſe poſſunt.
¶ Edacitas, pen. corr. edacitatis, fœm. gen. (ἀδηφαγία) Voracitas, conſumptio. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 24. 15. Edacitatem pueri pertimeſco.
¶ Eſurio, eſuris, pen. cor. eſuriui, eſuritum, pen. prod. (πεινάω) eſurire, Cupio edere. Plautus Curcul. 8. 11.
Qui homo maturè quæſiuit pecuniam,
Niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. Mart. lib. 7. 26.
Vilius eſurio.
Eſuribo, pro Eſuriam. Pomponius Augure, Imo mane non eſuribis diutius, quare roga. Nouius Mortis & uitæ iudicio, Ita uobis otioſus ſum, mihi algebo, & mihi eſuribo.
Facilè eſurire. Cælius Ciceroni, lib. 8. 17. 5. Veſtras copias non noui: noſtri ualde depugnare, & facilè algere & eſurire conſuerunt.
¶ Eſurior, Paſſiuum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 2.
Nil ibi quod nobis eſuriatur, erit.
¶ Eſuriens, Participium, (πεινῶν.) Ouid. lib. 2. de Remed. amor. 47. Non facilè eſuriens poſita retinebere menſa.
Eſuriens dominus, pro Auaro. Horat. 2. Serm. ſatyr. 13.
¶ Eſuriturus, penult. prod. (πεινάσων.) Terent. Heaut. 4. 2. 28. Modò liceat uiuere, eſt ſpes. C L. quæ? S. nos eſurituros ſatis.
¶ Eſuriales ferie, (πεινητικὴ ἑορτὴ) quibus ab edendo feriatur. Plaut. Capt. 8. 8.
¶ Eſurio, eſurionis, (πεινητὴς) qui eſurit. Plaut. Perſ. 4. 23.
O ſaturio opportunè aduenifti mihi.
S. Mendacium, ædepol, dicis, atq; haud te decet:
Nam eſurio uenio, non aduenio ſaturio. Antiqua uerba.
¶ Eſuritor, penult. product. Verbale, (πεινητὴς.) Martialis libro 3. 14. Romam petebat eſuritor Tutius: hoc eſt, qui ſæpè eſurit.
¶ Eſuries, eſuriei, pen. prod. fœm. gen. (πεῖνος) pro fame etiam apud antiquos ſumebatur.
¶ Eſuritio, Verbale, (πείνωσις) idē. Mart. lib. 5. 129. Quam ſolet eſuritionem. Gellius lib. 16. cap. 3.
Corpus aridum ſole, frigore, eſuritione. Catul. epigr. 20. 3.
Pater eſuritionum, Valde famelicus, Catul. epigr. 18. 1.
¶ Eſurigo, penult. prod. eſurigīnis, fœm. gen. (πείνωσις) idem. Varro, Vbi lubet, ire licet accubitum, accedo ſtrenuoſus, ſimulans quòd eſurigo fundebat coſtas. Nonius.
¶ Eſus, huius eſus, (ἔδωσις.) Plin. lib. 20. ca. 7. 7. Stomachos diſſolutos utiliſſimè adiuuant, uti ne eo eſu alluantur: hoc eſt, comeſtione. Quædam exemplaria legunt, Stomachi diſſoluti utiliſſimè adiuuantur, in eo uſu, &c.
¶ Edilis, & hoc edile, pen. prod. (ἐδώδιμος) pluraliter ediles uel Edules, per quintam uocalem, dicuntur omnia quæ ad eſum pertinent. Gellius libro 17. cap. 11. Quod ex ſalutis uſu foret, ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretq; in ſtomachum & pulmonem.
Capreæ edules. Horat. 2. Serm. ſatyr. 4. 9.
¶ Edulium, ἐδώσιμα, (inquit Valla in Raudenſem) eſt, quicquid edimus, aut quicquid ad prandium cœnamq; edendi gratia nobis apponitur & ſumimus.
¶ Edo, edonis, pen. prod. (ῥάος.) Nonius, Edones & phagones

Digitized by Google

nes ab edacitate unum Latinum, & aliud Græcum. Varro. Edones Romam, ut turba, intendet annona, sed propter phagones ficedulam pinguem aut turdum nisi uolantem non uideo.

Edo] edis, prima prod. edidi, editum, pen. corr. (ἐνδίδωμι) edere, Est emittere, & quasi extra dare. Plin. lib. 10. cap. 52. 3. Fœminam edunt quæ rotundiora gignuntur oua.

Edidit centum uasa hæc uitis. Suet. de claris Gramm. 23.

Edere & exponere. Cicer. 3. de Leg. 67. Apud eosdem qui magistratu abierint, edant & exponant quid in magistratu gesserint.

Perulgare atq; edere tabulas, &c. Cic. pro Sylla, 32.

Audacter & licenter edere. Catul. in Camerium, 54. 4.

Edere, apud Iurisconsultos, quod nunc Per scriptum dare, uel Per declarationem, dicunt. Budæus.

Edit quisque quod potest: id est, profert & agit. Plautus Amph. 4. 77.

Natus, & in lucem editus. Cic. 1. de Legib. 23.

Edere animam, pro Mori. Cic. pro Sestio, 71.

Annos. Ouid. Dum licet, & ueros etiam nunc editis annos.

Annales. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 7.

Authorem alicuius doctrinæ: hoc est, Proferre, & in medium afferre. Liu. 1. ab Vrbe, 73.

Cædem. Liu. 5. ab Vrbe, 65.

Cantus edere, & Cantare, idem. Cic. 2. de Diuinat. 84.

Certamen cruentum. Liu. 1. bel. Pun. 160.

Clamorem. Cic. 2. de Diuin. 75. & Liu. 6. bel. Pun. 24.

Corpus edere super equum. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 23.

Aliquid dignum hominum auribus efficere, atq; edere. Cic. 1. de Orat. 59.

Dolorem. Lucan. lib. 7. 9.

Exemplum. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 8.

Exempla fœda in socios per fœdam auaritiam. Liu. 9. bel. Pun. 48. Et Cæsar 1. bel. Gall. 126.

Exempla auaritiæ. Liu. 5. bel. Pun. 176.

Facinora. Liu. 3. bel. Pun. 26.

Fœtus, dicitur ager. Cic. 2. de Oratore, 72. Subacto mihi ingenio est opus, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores fœtus possit & grandiores edere. Liu. 8. bell. Pun. Et insuetos fœtus animalia edere. Virg. 4. Georg. 40.

Frondem edere dicitur arbor. Colum. lib. 5. cap. 6. 2.

Fructum edere dicuntur arbores & animalia. Colum. de Arboribus, cap. 21. Cic. 2. de Nat. deor. 236.

Funera. Liu. 9. ab Vrbe, 114.

Gemitus doloribus edere. Lucret. lib. 4. 204.

Gladiatores edere. Tacit. lib. 13.

Edere herbas dicuntur campi. Colum. lib. 2. cap. 4. 1.

Himitus edere. Ouid. 2. Metamorph. 134.

Ignem. Liu. de bel. Maced.

Indicium. Cic. pro P. Sylla, 33. Sed tamen abs te, Torquate, quæro, quum indicatum tuus inimicus esset, & esset uim rei frequens Senatus, & recens memoria testis, tibi meo familiari & contubernali, prius etiam edituri fuerint indicium scribæ mei si uoluisses, quàm in codicem retulissent.

Obliuia non edunt laudem. Sil. lib. 13. 134.

Edere leges. Cic. 2. de Leg. 30.

Librum. Cic. 4. Acad. 24.

In aliquem libros edere. Quint. lib. 3. cap. 7. 2.

Luci. Cic. 2. de Diuinat. 96. ex antiquo poeta.

Ludibrium. Liu. 10. bel. Pun. 135.

Ludos. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 39.

Proprio sumptu ludos edere. Tacit. lib. 1.

Mandata alicui, Exponere suam commissionem, ut uocant, uel suum onus. Liuius 5. bell. Maced. 72. Idem 3. ab Vrbe, 160. Quibus postquam mandata ediderunt, in concilio Gallorum datur responsum.

Motus edere. Lucret. lib. 3. 113.

Munus gladiatorium. Liu. 8. bell. Pun. 109.

Murmur edere. Ouid. 14. Metam. 56.

Nefas edere. Stat. 8. Thebaid. 14.

Edere nomen, pro Imponere. Liu. 1. ab Vrbe, 156.

Est etiam edere nomen, Proferre uel efferre nomen suum ut describatur, & ueluti suum nomen profiteri in actis, quem manu missuri sumus: id quod fiebat ante cognitionem Consulis. Quinetiam Edere nomina, hodie dicere possumus eos qui prouocatores apud acta curiæ præsentari dicuntur. Hæc Budæus. Cic. 4. Verr. 46. Quibus ego testimonium denuntiaui, quorum nomina edidi Metello.

Nomen alterius alicui edere & inijcere. Cic. pro Domo sua, 12.

Operam annuam. Liu. 5. ab Vrbe, 15.

Operam uirorum fortium. Liu. 3. ab Vrbe, 266.

Quasi oracula sapientiæ edere. Cic. 2. de Fin. 34.

Ordinem. Liu. 7. bell. Pun. 154.

Ouum dicitur gallina. Plin. lib. 10. cap. 41. 1.

Edere partum dicuntur fœminæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 194.

Partu edere. Tacit. lib. 2. Vbi Agrippina nouissimo partu Iuliã ediderit.

Planctus edere. Iuuenalis Satyr. 10. 27.

Ploratum uirginalem ore, Muliebriter lugere. Cicero 2. Tuscul. 35. & 65.

Postulata. Cic. 4. Verr. 7. Hoc commoti dolore, postulata Consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina uiderentur esse, ediderunt: per translationem.

Prælium, siue pugnam. Liuius 1. bell. Maced. 145. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 2. Dij immortales quas ego pugnas, & quantas strages edidi.

Prælia & pugnas edere. Lucret. 2. 24.

Pugnæ aliquid edere. Plaut. Capt. 11. 55.

Quæstus edere. Ouid. 4. Metam. 118.

Edere rationes, quod uulgus dicit Facere computum cum aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 10. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit.

Rationem alicuius rei alicui edere. Cic. Attico, lib. 5. 100. 3.

Responsum oraculo. Liu. 9. bell. Pun. 50.

Risum. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 12. 3.

Ruinas. Cic. 1. de Legib. 57.

Edere scelus: hoc est, cõmittere & patrare. Cic. 13. Philip. 359.

Scriptum. Cicer. 6. Verr. 30. Ede mihi scriptum, quid argenti in prouincia Sicilia pararis. Et subdit, Nec scriptum habeo, nec possum edere. quod uulgus barbarorum dicit Producere scripturas.

Signum. Liuius ab Vrbe, Edito è speculis signo.

Sonos. Ouid. in Ibin, de bubone,

Funereoq; graues edidit ore sonos.

Spicas edere dicitur culmus. Colum. lib. 2. cap. 16.

Spiritum extremum, pro Mori. Cic. 12. Philip. 334.

Strages. Liu. 7. bell. Pun. 81. & Cic. 3. de Legib. 32.

Strepitum. Colum. lib. 12. cap. 21. 2. Sic, Edere stridorem dicuntur locustæ. Plin. lib. 11. cap. 29. 6.

Recitare & edere tabellas. Cic. pro Cluent. 146.

Tactus edere. Lucret. lib. 2. 164.

Edere testes, hoc est, proferre, &, ut dicit Cicero, producere. Liuius 3. ab Vrbe, 305.

Trepidationem. Liu. 1. bell. Pun. 104.

Verba edere. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 9.

Victoriam edere. Tacit. in uita Agricolæ.

Verba. Cic. pro Quintio, 43.

Edere uitam. Cic. 5. de Finib. 7.

Voces.

Digitized by Google

Voces. Cic. 2. Tuſcul. 30.
Vrinam, pro Meiere. Plin. lib. 28. cap. 4. 5.
Vulnera edere. Stat. 1. Syl. 6. 12.
Edi tribus ab accuſatore. Cicer. pro Plancio, 30, Non intelligo quamobrem Senatus hoc uno in genere tribus edi uoluerit ab accuſatore, neque eandem editionem tranſtulerit in cæteras cauſas.
Editum eſt. Cic. 1. de Orat. 91, Peruulgar i artem ſuam noluerunt, deinde poſtea quàm eſt editum.
¶ Editus, penult. correp. Participium: ut, Editus Ioui ſatu. Cicer. 1. Offic. 165.
Edita in uulgus. Liuius 6. ab Vrbe, 4. Cæſar 3. bel. Ciuil. 115, Quæ opinio erat edita in uulgus, antè quàm Cæſar ad inſequendum facultatem haberet.
Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta, nihil poteſt eſſe uerius. Cic. Bruto, 2. 5.
In lucem editus, id eſt, natus. Cic. 2. Tuſc. 186. Ibidem, lib. 3. 3, Nunc autem ſimul atq; editi in lucẽ & ſuſcepti ſumus, &c.
Indicium expoſitum atq; editum. Cic. in Catil. 56.
Iudices editi. Cic. pro Plancio, 33.
Facinora edita. Liu. lib. 9. Decad. 4.
¶ Editus, pen. corr. (ἔκδοτος) Nomẽ ex participio, Altus. Liu. 8. bel. Pun. 85, Tumulo editiſſimo communierunt.
Editi atq; aſperi colles, Cæſ. 3. bel. Ciuil. 170.
Editum in altitudinem cacumen. Liu. 8. bel. Pun. 25.
Editior uiribus homo, Superior. Horat. 1. Serm. Sat. 3. 22.
Arx edita. Seneca Octauia, 7. 1.
Locus præcelſus atq; editus. Cic. 6. Verr. 95.
Immenſum editus. Tacit. lib. 21.
¶ Editus, huius editus, pen. corr. ut, Editus boum, pro excremẽto & ſtercore. Vlp. in l. ligni. §. in quibuſdam. ff. de leg. 3.
¶ Edititius, Adiectiuum (ἐκδοτικὸς) Iudex edititius, quem una pars elegit. Author Seruius in illud Virg. 13. eclog. 11, Nec quenquam fugio. Cic. pro Plancio, 29, Neq; enim quicquã aliud in hac lege, niſi edititios iudices eſ ſecutus.
¶ Editio, Verbale (ἔκδοσις) pro emiſſione: ut, Editio librorũ. Præcipitare editionem libri. Quint. Triphoni 2.
Honor editionis. Quint. in procem. lib. 1. 7.
Editio Conſulũ & magiſtratuum. Liu. 4. ab Vrbe, 97. Cic. pro Plancio, 32, Quid enim poteſt dicere, cur iſta editio non ſummam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo ſecuti ſumus?
¶ Editor, pen. corr. editoris. Lucã. lib 2. 85, -delabitur inde Vulturnuſq; celer, nocturnæq; editor aurę Sarnus.
Edoceo] edoces, pennul. corr. edocui, edoctum (ἐκδιδάσκω) edocere, Idẽ quod Docere, aut diligẽter docere. Plaut. Trinum. 6. 89, Pol ego iſtam uolo me rationem edoceas.
Edocere ut res ſe habet. Plautus Trinum. 11. 14.
Quem Minerua omnis artes edocuit. Saluſt. in Cic. 4.
Cæleſtia edocere aliquem. Stat. 3. Theb. 21.
Imperitos edocere. Cic. Poſt reditum in Senatu, 25
Edocere omnia ordine. Liu. 4. bel. Pun. 111.
Ratio edocet. Cic. 3. Tuſc. 136.
Senatum edocet de itinere hoſtium. Saluſt. in Catilin.
Edoctus omnia per legatos. Saluſt. in Catil.
Edoctæ militiam legiones. Liu. 6. ab Vrbe, 127.
Edoctus belli artes ſub magiſtro. Liu. 5. bel. Pun. 227.
Edolo] edolas, pen. corr. (πελεκίζω) edolare, Idem ſignificat quod Dolare. Nonius, Edolare, fabrorum eſt uerũ uerbum, quum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo uerbo laudandi ſcriptores uetuſtatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimargo, Quum tot comœdias ſine ulla feceri mus, ego unum librum non edolem, ut ait Ennius? Hactenus Nonius. Cic. ad Atticum, lib. 13. 295, 1, Quod in manibus habebam abieci, quod iuſſeras edolaui.
Edom] Eſau dictus eſt, ob coctionem ruſæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi namq;, ut Ioſephus lib. 2. ſcribit, Edom, rubeum dicun. Vnde & regio in qua regnabat Eſau, Edom dicta eſt, quam Græci, deflexo nonnihil nomine, Idumæam, Ἰδουμαίαν denominauerũt. Hæc nũc regio, inquit, Hieronymus, Gabalena dicitur, quæ eſt in finib. Eleutheropoleos, ubi habitabãt antè Chorræi, qui interpretantur liberi: unde et ipſa urbs poſtea ſortita uocabulũ eſt. Nũc uiculus Palæſtinæ eſt à conditore ſic impoſito nomine.
Edomo] edomas, pen. corr. edomui, edomitum (ἐκδομάζω) edomare, Idem quod Domare ſignificat: niſi quòd præpoſitio aliquid fortaſſe addit. Cicero pro Sylla, 1, Improbi ac perditi ciues, edomiti atq; uicti. Idem de Fato, 15, Scribunt uitioſam naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrina, ut, &c. Plinius lib. 17. cap. 19. 1, Omni interim tempore edomari meditatione curuandi.
Nefas edomare. Horat. 4. Carm. ode 5. 5.
Alpes edomitæ. Claud. 2. in Ruff. 1.
Equi edomiti. Claud. 4. Paneg. 76.
Edon] huius Edonis, pen. prod. quia per ω ſcribitur, & maſ. gen. (ἄδων) Mons eſt Thraciæ, teſte Seruio in 12. Aeneid. Hic Edonus quoq; dicitur Plinio, lib. 4. cap. 11. 12.
Edones] Vide Edoni.
Edoni] ſiue Edonij, Thraciæ populi, uel certè Macedoniæ, quæ proxima eſt Thraciæ. Solinus cap. 14, Qui Edonij olim populi, quæq; Mygdonia erat terra, aut Pierium ſolum, uel Emathium, nunc omne uniformi uocabulo Macedonica res eſt: & partitiones quæ ſpecialiter ante ſe iungebantur, Macedonum nomini contributæ, factæ ſunt corpus unum. Hermolaus in 4. lib. Plin. cap. 11. de montibus Thraciæ loquens, Edonus, à qua Edoni quoq; populi, & Edonis ibi regio. Plin. lib. 4. cap. 11. 2, Edonos facit Thraciæ populos. Edones uerò inter Scythas connumerat, lib. 6. cap. 17. 1.
Edonis] pen. prod. huius Edonidis, fœ. g. Aeolidis urbs Plin. lib. 5. cap. 30. 3, Rurſus in littore Antandros, Edonis prius uocata. In quem locum ſic ait Hermolaus: Teſtis eſt Ariſtoteles, Antandron prius dictã à Thracibus colonis Edonida.
Edonis, huius Edonidis, Thraciæ regio. Vide Edoni.
Edonis, pen. prod. huius Edonidis (ἄδωνις, uel ἄδονις) Patronymicum, fœ. g. quo interdum utimur pro poſſeſſiuo. Hinc Edonides dicuntur Mænades, ſeu Bacchi ſacerdotes, quæ furore diuino agitatæ myſteria Bacchi celebrabant paſsis capillis more furentium huc illuc curſitantes. Propert. lib. 1,
Nec minus aſſiduis Edonis feſſa choreis.
Ouid. 11. Metam.
Protinus in ſyluis matres Edonidas omneis,
Quæ uidere nefas, torta radice ligauit. Hoc eſt, in arbores conuertit ob necem Orphei. Lucan. tamen corripuit, lib. 1. 134.
-nam qualis uertice Pindi
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo,
Talis & attonitam rapitur matrona per urbem. Sed hìc putat Seruius ſyſtolen eſſe.
¶ Edonius (ἀδόνιος) Adiectiuum, cuius ſecundam ſyllabã corripi plerique putant, citantes illud Ouidianum ex lib. 2. de Remed. amoris.
Ibas, ut Edonio referens trieterica Baccho
Ire ſolet ſuſis barbara turba comis. Sed hìc multi codices habent Aemonio, non Edonio. Adde quòd Seruius contenderet legendum Edono, ut apud Virgilium, Edoni Borea: & Statium, Edonas hyemes.
Edonus] pen. prod. (ἄδωνος) Mons Thraciæ. Vide Edon.
Edonus. pen. corr. Adiectiuum (ἄδωνος) Virg. 12. Aeneid. 73.



Digitized by Google

Ac uelut Edonè Boreæ quum ſpiritus alto
In onat Aegæo &c. Seruius, Edoni, id eſt, Thracij. Nã Edon mons eſt Thraciæ, Sanè ſciendũ hoc loco erraſſe Donatum, qui dicit Edonij eſſe legendum, ut Do breuis ſit, ſecundum Lucanum qui dicit,
Edonis Oygio decurrit plena Lyæo. Namque certum eſt ſyſtolen feciſſe Lucanũ. unde Edoni legendũ eſt, ut ſit, hic Edonus huius Edoni. Statius & Virgiliũ & artẽ ſecutus ait,
Triſtius Edonas hyemes, Ebrumq; uitualem: non, Edonias. Hactenus ille.

Hyemes Edoniæ. Claud. 1. Paneg. 25.

Edor] ab antiquis appellatũ fuit Far, quod poſtea Ador uocauerũt, teſte Feſto. Dictum ab edendo, eo q; populus Romanus trecẽtis propemodũ annis ex omni frumẽti genere, ſolo farre uſus fuerit, ut ex Verrij ſenẽtia refert Plin. lib. 18. c. 7.

Edormio] edormis, edormiui, edormitum, penult. correp. (ἐκκοιμάομαι) edormire, dormiendo abſoluere, uel potius dormire ad ſatietatem. Cic. 4. Acad. 96, Quumq; edormiuerunt, illa uiſa quàm leuia fuerunt, intelligunt. De dormientium ſomnijs.

Edormire uinum ſiue crapulam, Eſt dormiendo perficere, & excoquere. Cicero 2. Philip. 53, Edormi crapulam inquam, & exhala. Gellius lib. 6.

Dicitur & tempus edormiri. Seneca epiſt. 100.

¶ Edormiſco, edormiſcis, (ἐκκοιμάομαι) edormiſcere, Idem quod Dormire.

Edormiſcere ſomnum. Plaut. Amph. 8. 63.

Edormiſcere crapulã: Id eſt, ſomno et dormitione crapulã concoquere: optima enim cõcoctio, inquiũt medici, per ſomnũ fieri ſolet: ueluti in id unũ opus conſpirãtibus & cõſentientibus omnibus quatuor facultatibus. Plaut. Rud. 14. 28.

Edormiſcere ullum, Idem. Terent Adelph 5. 2. 11.

Edoſa] Oppidũ in ſinu maris Troglodytici, ex Africæ latere, dicẽte Plinio in deſcriptione ſinus maris Rubri Troglodytici, & Aethiopici. Ex Africæ latere tradita ſunt eodem nomine Tacompſos altera ſiue pars prioris: Magora, Sea, Edoſa, Pelenaris, &c. Hæc ille lib. 6. cap. 29.

Edri] Ptolomæo lib. 2. cap. 2, inſula eſt iuxta Orientalem plagam Hyberniæ, Andros Plinio lib. 4. cap. 16. dicta.

Edron] ἕδρων, Portus ad Padum fluuium. Plin. lib. 3. cap. 16, de Atheſi & Togiſono fluminib. loquens, Pars eorum, inquit, & proximum portum fecit Brundulum, ſicut Edronẽ Medoaci duo, ac foſſa Clodia.

Educo] educas, pen. corr. (τρέφω, τιθλυέω) educare, Nutrire. Mart. lib. 13. 20,
Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Liu. 2. ab Vrbe, 41, Pauperes ſatis ſtipendij pendere, ſi liberos educent. Cic. 3. de Fin. 59, Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenuè, nõ, &c. Terẽt. Adelph. 3. 4. 49.
— una à pueris paruoli Sumus educati. Varro de liberis educandis, Educit enim obſtetrix, educat nutrix, inſtituit pædagogus. Ouid. 6. Faſt. 98.

Inter Alere & Educare. Plaut. Meneb. 1. 1, Hic homo conuiuas non alit, ſed educat.

Aere educat. Ouid. 8. Metam. 168.

Educare mammis fœtum. Plin. lib. 9. cap. 13. i.

Oratorem educare. Quint. in Proœm. lib. 1. 5.

Terra malos homines nunc educat. Iuuen. Satyr. 15. 7.

Vuas educare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 11.

In ſermone alicuius educatus. Cic. de claris Orat. 111.

Educatus ad turpitudinem. Cic. 5. Verr. 49.

Suſceptus & educatus. Cic. 7. Verr. 96.

Ingenuè educatus. Vide Ingenuus.

Liberaliter educatus. Vide Liberaliter.

Liberè educatus. Vide Liber.

Eloquẽtia nutrimẽtis epidictici generis educata. Cic. in Or. 24.

Educari inter aliquos. Quint. lib. 1. de pueris.

¶ Educator, pen. prod. Verbale, maſc. gen. (τροφεὺς, τιθλωὸς) Cic. pro Plancio, 66, Quis eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educatores, &c.

¶ Educatrix, pen. prod. Verbale, fœm. gen. (τροφὸς, τιθλώνη) Colum. lib. 8. cap. 11. 12. Et Cic. 1. de Leg. 93.

¶ Educatio (ἀγωγὴ, τιθήνησις, τροφὴ) Nutritio. Cic. 3. de Finib. 96, Atque etiam in beſtijs uis naturæ inſpici poteſt: quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipſius uocem uidemur audire.

Corporum fortiſſimorum educatio. Quint. lib. 1. cap. 1. 16.

Mollis illa educatio quam indulgentiã uocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quint. lib. 1. cap. 2. 6.

Inſtitutus liberaliter educatione doctrinaq; puerili. Cic. 3. de Oratore, 69.

Educatio & diſciplina. Cic. 3. de Legib. 43.

Educatio & perfectio rerum quas gignit terra. Cic. 5. de Finibus, de ſtirpibus.

Educo] educis, pen. prod. eduxi, eductum (ἐξάγω) educere, Extrahere, quaſi extra ducere, emittere.

Educere è cuſtodia. Cic. 1. Tuſc. 113.

Pios eduximus annos, id eſt, uiximus. Prop. lib. 2. eleg. 10. 10.

Colores educere. Catul. 59 epig. 10.

Educere cirneam uimi. Plaut. Amph. 4. 276.

Educere in aciem copias, uel in expeditionem exercitum. Liu. 5. bel. Puni. 82. Cic. 1. de Diuinat. 125.

Educere gladium è uagina. Cic. 2. de Inuent. 131.

Educere aliquem in ius. Cic. 5. Verr. 92.

Lacus emiſſus & eductus. Cic. 1. de Diuin. 162.

Legiones educere. Plaut. Amph. 4. 64.

Letho educere aliquem, id eſt, liberare morte. Valer. 7. Argon. 91.

Educere naues ex portu. Cæſar 2. bel. Ciuil. 95.

Noctem educere ludo. Valer. 1. Argon. 51. Hoc eſt, ludere.

Oculos educere. Seneca Theb 1. 36.

Ex anguſtijs Oratorem educere. Cic. 3. de Orat. 69.

Educere aliquem rus. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 19. 6.

Somnos educere. Sil. lib. 11. 81.

Telum educere corpore. Virg. 10. Aeneid. 148.

Sortiri tribus, & educere quas uelis. Cic. 2. de leg Agr. 34.

Educere Verbum eſt ſermone ipſo Ciceronẽ, 5. Verr. 128, Aditum eſt ad Metellum: eductus eſt Apronius: eduxit uir primarius C. Gallius Senator à L. Metello, ut ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium, quod per uim ac metum abſtulliſſet. Bud.

Educere, Erigere. Virg. 6. Aencid.
— aramq; ſepulchri
Congerere arboribus, cæloq; educere certant.

Sub aſtra educere. Virg. 2. Aeneid. 92.

Molem educere cælo. Virg. 1. Aeneid 38.

Dorſum eductum. Lucan. lib. 2. 86.

Turrim educere. Virg. 12. Aeneid. 135.

Educere (τρέφειν, τιθηνεῖν) Nutrire, educare. Terentius Adelphis 1. 1. 23, Eduxit mater pro ſua. Ibidem 4. 6. 10, Educta ita uti teq; illaq; dignum eſt. Idem Heaut. 2. 1. 4. Et in Andr. 5. 4. 8.

Procreare & educere. Cic. 2. de Orat. 67, Neq; enim boni eſt, neq; liberalis parentis, quem procrearit & eduxerit, eum non & ueſtire & ornare.

Fœtũ educere, pro Educare, Claud. in Præfat. 6. Paneg. 1. Virg. 4. Georg. 33.

Educere fœtum, pro Parere. Plin. lib. 10. cap. 54. 2.

¶ Eductus,

Digitized by Google

¶ Eductus, Participium, (προβεμιδίζω) ut,
In contubernio eductus. Tacit. lib. 1.
Disciplina eductus. Tacit. lib. 5.

Edui] Vide Hedui.

Edulco] edulcas (μειλίσσω) edulcare, Dulce facere. Mactius,
Quapropter edulcare conuenit uitam,
Curasq; acerbas sensibus gubernasse. Ex Nonio.

Edulis, Edulium] Vide Edilis, in Edo, es.

Eduro] eduras, penult. product. (σκληρόω) edurare, Valde durum facere, & quasi ad laborem assuefacere. Columel. libro 11. cap. 1, Quare docendus, & à pueritia rusticis operibus edurandus futurus uillicus. Hoc loco nunc legitur, educandus.

¶ Edurare, Neutrum (ὑπομένειν) pro Perdurare. Seneca de Breuit. uitæ, Aiunt animalibus tantum indulsisse naturam, ut quina, aut dena secula edurent.

¶ Edurè, Aduerbium (ἀκοτόμως) Ouid. 3. de Arte amandi,
Nec tamen edurè, quod petit ille, nega.

¶ Edurum, Non durum, quasi extra durum. Virg. lib. 2. Geor. 13, Plantis eduræ coryli nascuntur. Quædam uetera exemplaria legunt, Plantis & duræ. Vtranq; lectionem Seruius agnoscit. Plin. lib. 14. cap. 3. 6, In pergulis uerò seruntur escariæ appellatæ, eduræ acinis: albæ, nigræq;.

¶ Edurus, Valde durus. Virg. 4. Georg. 29,
Eduramq; pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Hoc est, nimium duram, ualidam. Seruius.

Edusa] sæ, deæ nomẽ apud ueteres, cui cum cibo & potu infantẽ initiabant, illi & Potinæ sacra facere moris erat. Meminit Alex. lib. 2. cap. 25. Meminit & Nonius.

Edyia] ἰδυῖα, apud Hesiodum in Theogonia, Nymphæ nomẽ est, Oceani & Tethyos filiæ.

Eæ] Plurale ab Ea pronomine.

E. E. Esse.

Eetion] onis (ἰετίων) Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, teste Homero lib. 12. Iliad. Hinc deducitur adiectiuũ Eetioneus. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Eetioneus impleui sanguine Thebas.

Eetionea] Eetioneæ (ἰετιώνεια) Alterum ex Pyræi promontorijs. Stephanus.

E F

Effarcio] effarcis, effarsi, effartum (ἐμπλήθω) effarcire, Farciendo maximè implere. Cæs. 7. bel. Gal. 87, Ea aũt quæ diximus interualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur.

Effari] ἀποφαίνω, ἐμφαίνω, propriè est eloqui. Liu. 1. ab Vrbe, 99, Fœdus multisq; id uerbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Virg. 8. Aeneid. 36, Nec plura effatus. Cic. pro Domo sua, 109, Neq; uerbum ullum solenne potuit effari. Idẽ 3. de Orat. 84, Effari dicitur Latinè.

Effari alicui. Virg. 4. Aeneid. 96.
Apertè effari aliquid. Seneca Hipp. 7. 5. & 8. 5.
Ordinem gestæ rei alicuius effari. Seneca Hipp. 10. 2.
Ore effata. Virg. 2. Aeneid. 105.
Secum multa effatus. Seneca Hipp. 10. 3.
Honestè aliquid effari. Cic. in Salust. 14.
Effari templum. Cic. ad Attic. lib. 13. 291. 3, Opinor augures nihil habere ad templum effundum. Ex uetusto codice legendum, efflandum.
Effari precationes, dicitur sacerdos sacris operans: cui chorus respondet Amen. Ex Gellio & Macrobio.

¶ Effata, pen. prod. (ἐμφωνήματα) sunt ultimæ precationes augurum, quas post fines auspiciorũ extra urbẽ sunt effati: ut Varro & Seruius autumãt. Cic. 2. de Legib. 33. Auctu quod interpretetur fatidicorum & uatum effata incognita.

Ager effatus. Seruius in illud 6. Aeneid. 40,
– sic effatus uestigia pressit: Propriè (inquit) effata sunt augurum preces. Vnde ager post pomœria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus. Vide etiam Gellium, libro 13. cap. 14.
Effati fines urbis. Gellius, lib. 13. cap. 14.
Templa effata. Cic. 2. de Legib. 34, Vrbemq; & agros, & templa liberata & effata habento.

¶ Effatum, penult. prod. Enunciatio dialectica. Cic. 4. Acad. 169, Nempe fundamentum dialecticæ est quicquid enunciatur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut uerum esse, aut falsum.

¶ Effabilis, pen. corr. (ἐμφατὸς) Adiectiuum: ut, Dictu effabilis. Virg. 3. Aeneid. 124,
Nec uisu facilis, nec dictu effabilis ulli. De Polyphemo.

Effascino] effascinas, penult. correp. (ἐκτοξοντεύω) effascinare, Idem quod Fascinare. Solinus, Quædam in terrâ Aphrica hominũ familiæ sunt, noce atq; lingua effascinantes: quæ si impensius fortè laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes postu, atq; cultu opimas, emoriantur repentè. Plinius lib. 7. cap. 2 8, Esse eiusdem generis in Triballis & Illyrijs adijcit Isigonus, qui usu quoq; effascinent, interimantq; quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis: quod eorum malum facilius sentire puberes. Et paulò antè, In eadem Aphrica familias quasdam effascimantium Isigonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, arescãt arbores, emoriantur infantes. Idem, Fœminas quidẽ omnes ubique usu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoq; apud nos author est.

¶ Effascinatio, Verbale (κατακοίτευσις) Plinius libro 37. cap. 10. 7.

Effata] Vide Effari.

Effaxillo] as, ab Axilla fit, & significat exero: quòd exerto brachio axilla ostendatur. Festus.

Effectio, Effector, Effectrix, Effectus] Vide Efficio.

Efferatus] Vide Effero, efferas, in Efferus.

Effero] pen. cor. efferr, extuli, elatũ, (ἐκφέρω, ἐκφωρέω, διαίρω, διαφέρω) efferre, Extra ferre. Terent. Adelph. 2. 4. 1, Nunquidnam efferri occidi.

Efferre immunditias ex piscina. Cato, cap. 2. 3. Et apud Plaut. Amph. 7. 71, Sed uide efferantur ex naui.
Efferre ex acie saucios. Cic. 2. Tusc. 65.
Efferre pedem domo, uel porta. Cic. de Fato, 52. Et ad Atticũ, lib. 7. 122. 7. Sic Plaut. Bacch. 8. 19.
Efferre pedem aliquò. Plaut. Capt. 7. 98.
Efferri pedibus. Vide A præpositionem.
Efferre de custodia. Colum. lib. 8. cap. 17. 14.
Gressum efferre aruis. Seneca. Medea, 11. 5.
Verecundiam secum efferre. Cic. Trebatio, lib. 7. 18. 7.
Efferre, Prouehere, extollere. Liuius 7. bell. Pun. 227. Virg. 8. Aeneid.
Vt bellî signum Laurenti Turnus ab arce Extulit.
Sublime pennis elatus. Liu. 1. bel. Pun. 109.
Caput efferre altius. Virg. 3. Georg. 110.
Efferre caput undis. Colum. lib. 10. 16.
Efferre clamorem. Plaut. Amph. 4. 74.
Effert se alueo Nilus. Plin. in Paneg. 48.
Ora efferre. Virg. 5. Aeneid. 73.
Patriam demersam efferre. Cic. pro Sylla, 66.
Efferre cadauer. Spontimus, Effero, plerunq; extra fero significat. Hinc tractum quidam existimant, ut efferri cadauer dicatur, dum celebratur funus, uel dum sepelitur, quasi extra domum ferri. sed falsum est. Efferri enim dicitur, quasi proue-



Digitized by Google

uehi & extolli: quoniam cum pompa ferri solebat, humeris clarorũ uirorum pheretro suppositis, quod nũc quoq; fieri uidemus. Plaut. Asin. 12. 25. Terent. And. 1. 1. 90, Effertur, imus. Liu. 2. ab Vrbe, 37, Nihil aliud ad eum nuntiũ à proposito auersus, quàm ut cadauer efferri iuberet. Cic. pro Flacco, 31, Quum efferretur magna frequentia. Idem Attico, lib. 15. 321. 7, Cn. Luculus familiaris noster matrem efferebat. Idem 2. de Legib. 103, Ante lucem enim iussit efferri: id est, ad sepulturam.

Efferri funere, & cum funere, hoc est, cum pompa exequiarũ. Cic. ad Atticũ, lib. 14. 306. 2. Idem 2. de Orat. 124, Quum. casu in eadem causa cum funere efferretur anus tunia.

Efferre aliquem ad summum imperium per omnes honorũ gradus. Cic. 1 in Catil. 20.

Quæ res extulit eum? una commendatio huius. Cicer. pro Roscio Comœd. 18.

Fortuna efferre aliquem dicitur. Cic. pro Corn. Balbo, 13.

Ad gloriam aliquem efferre Cic. de Arusp. resp. 14.

Efferre laudibus, uel summis laudibus in cælum. Cic. 2. de Fin. 128. Item 4. Acad. 111, Quũ tantis laudibus Philosophiam extuleris. Idem 3. de Legib. 32. Plinius lib. 20. cap. 3. 6, Diocles magnis laudibus extulit.

Virtus aliquem efferre ad laudem dicitur. Cicer. Antequam iret in exil. 8.

Verbis aliquem efferre. Cic. 3. de Orat. 29.

Efferre sese, quod uulgus se eleuare dicit, hoc est, sese uel uerbis, uel factis extollere. Cic. 1. Offi. 174. Sic, Efferre se insolẽtius, Cic. 4. Tuscul. 31.

Efferre se cupiditate gloriæ, & cupiditatibus. Cic. 2. de leg. Agra. 89. Et in Salust. 8. Terent. Heaut. 4. 3. 31, Hic me magnificè effero. Vide Magnus.

Animos insolentia dominatus efferre. Cic. pro Domo sua, 109.

Gloriando se & prædicatione efferre. Cic. in Parad. 17.

Efferre sese sermonibus & uerbis. Cic. 3. de Fin. 62.

Studio in aliqua re efferri. Cic. Attico, lib. 1. 5. 3.

Efferri iracundia, odio, dolore. Cic. 5. de Fin. 49. Et pro Sestio, 97. Idem de Arusp. respon. 2.

Læsi dolent, irati efferuntur. Cic. pro Cælio, 15.

Cupiditatibus infinitis efferri. Cic. in Salust. 8.

Incredibili gaudio sum elatus. Cic. Planco, lib. 10. 12. 4.

Efferre se lætitia. Cic. 5. de Fin. 77. Idem pro Deiotaro, 7, Ait hac lætitia Deiotarum elatum.

Hæc me lætitia extulerunt. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 2.

Studio uidendi aliquem efferri. Cic. de Senect. 75.

Efferre, pro Portare. Liuius 5. bel. Pun. 94, Ne scuta quidem secum extulerant.

Efferre in humeros. Cic. 1. de Orat. 116.

Efferre in terram de naue. Liu. 9. bel. Pun. 69.

Efferre, Diuulgare, palam facere. Terent. Adelph. 4. 4. 17, Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod mimimè est opus Vsquam efferri.

Ineptias alicuius efferre. Cic. 2. de Orat. 55.

Efferre foras peccatum alicuius. Terent. Phorm. 5. 8. 65.

Efferre malum aliquod, pro Superare & uincere. Cicero 4. Tuscul. 102.

Efferre dicitur ager, id est, producere. Cic. 5. Verr. 172.

Ager qui multos annos quieuit, uberiores efferre fruges solet. Cic. de claris Orat. 9.

Efferre, pro Proferre & loqui: ut, Non indecenter aliquid efferre. Quint. lib. 1. cap 5. 40.

Efferri in amorem. Plin. lib. 37. cap. 11.

¶ Efferens, pen. corr. efferentis, Participium (βαλέω) Plin. lib. 26. ca. 14. 7, Per se œnothera efferẽtia sese ulcera sanat. Hoc est, ulcera quæ uocant Græci Phlegmonode: nempe ob inflammationem & humorum copiam turgentia.

¶ Elatus, pen. prod. Participium (ἐξενεμόω)

Elatus è conspectu. Liuius 7. ab Vrbe, 116.

Elatis uerbis intensa oratio. Cic. in Orat. 68.

Elatus & inflatus. Cic. 2. de lege Agr. 94.

Elatus arrogantia, superbia, insolentia. Cæsar 3. bel. Ciui. 228. Liu. 5. ab Vrbe, 144. Cic. 2. Philip. 101.

Leuitate elatus. Cic. 5. Tusc. 25.

¶ Elatè, Aduerbium (ὑπερμεγάως) ut, Elatè dicere, hoc est, grauiter, & quod Virgilius uocat Alto cothurno. Cic. in Orator. 146.

¶ Elatio, Verbale (ἐπαρσις, ἔξαρσις) ut, Elatio animi, pro nimia lætitia. Cic. 4. Tuscul. 22, Quum autem inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, uel nimia dicè potest: quam ita definiunt, fine ratione animi elationẽ. Idem 1. Offic. 90. Et 3. de Finib. 55.

Elatio atq; altitudo orationis alicuius. Cic. de claris Orat. 33.

Elatio & magnitudo animi. Cic. 1. Offi. 92.

Elatio & Submissio, contraria. Cic. in Topic. 37.

Gestientis animi elatio uoluptuaria. Cic. 3. de Fin. 55.

Effero] efferas. Vide Efferus.

Efferueo] efferues, siue Efferuo, efferuis, efferui, & efferbui (βράω, ἐκζέω) efferuere, Vehementer feruere. Virgilius 1. Georg. 94,

– quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus undantẽ ruptis fornacibus Aetnam? Ibidem, libro 4. 111.

¶ Efferuesco, efferuescis (ἐκβράω) efferuescere, Idẽ. Colum. lib. 13, Ne in condiendo, cum medicamento efferuescat & defluat. Id est, ne ebulliendo circũfundatur. Cic. 2. de Natur. deor. 40, In his aquis quæ efferuescunt subditis ignibus.

Efferuescere, per translationem, pro Ebullire & impetu quodam atq; æstu maximo feruere. Cic. pro Plancio, 12, Si campus atq; illæ undæ comitiorum ut mare profundum & immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu.

Efferuescere atq; erumpere aliquò. Cic. de Prouinc. Conf.

Efferuescere in dicendo, stomacho & iracundia. Cic. de claris Oratoribus, 132.

Gratulatio efferuescit. Cic. Varroni, lib. 9. 2. 10. Id est, refrigescit. Budæus.

Mens iracunda facilè efferuescit in ira. Lucret. lib. 3. 58.

Vis efferuescit. Cic. pro Cælio, 61.

¶ Efferuescens, Participium (ἐκβράω) Silius lib. 3. 64,

Quiq; atro rapidas efferuescente ueneno
Dipsadas immensis horrent Garamantes arenis.

¶ Efferuescentia, uerba. Cic. 2. de Orat. 49.

Efferus] Adiectiuum, pen. corr. (θηριώδης, ἄγριος) Valde ferus & crudelis: ut,

Corda efferа. Valer. 1. Argon. 160.

Facinus efferum. Seneca Theb. 1. 53.

Ira efferа. Valer. 5. Argon. 104.

Iuuentus efferа sæuit. Virg. 8. Aeneid. 1.

Laniatu effero dispersa membra. Seneca Hipp. 12. 19.

Motu effero recursare huc & huc. Seneca Medea, 6. 3.

Pecus efferum. Senec. Hipp. 2. 7.

Virtus efferа. Valer. 2. Argon. 130.

Vis animi efferа. Virg. 10. Aeneid. 78.

¶ Effero, efferas, penult. correp. (ἀγριόω) efferare, Crudelem instar feræ facere. Plinius lib. 10. cap. 63. 11, Fœminæ fues in tantum efferantur, ut hominem lacerent. Liu. 5. ab Vrbe, 153. Item 2. ab Vrbe, 96, Adhoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. Senec. Thebaid. 1. 42.

Efferare animos assuetudine mali. Liu. 5. bel. Pun. 152.

Immanitate efferatus. Cic. 1. de Nat. deor. 85.

Efferatis

Efferatis militia animis. Liu. 1. ab Vrbe, 78.
Efferatus odio iraq; Liu. 5. ab Vrbe, 126.
Efferata & immania. Cic. 4. Tusc. 49.
Efferari dicitur terra, id est, uastari. Cic. 2. de Nat. deor. 144.
Voces efferatæ. Senec. Herc. furent. 6. 13.
¶ Efferatus, penult. product. (ἀγριωθεὶς) Nomen ex Participio. Liuius 4. bel. Maced. 91, Linguam tantum Græcorum habent, sicut speciem hominum, moribus ritibusq; efferatoribus, quàm ulli barbari, imò quàm rapacissimæ belluæ utuntur.
Efficax] Vide Efficio.
Efficio] efficis, pen. corr. effeci, effectum (ἀπεργάζομαι, διαπεραίνω) efficere, Perfectionem denotat. Terent. And. 5. 1. 6, Dum efficias id quod cupis. Sic in Eunucho, 5. 9. 28, — si hoc efficio, postulo, &c. Cic. 1. de Natura deorum, 74, Vt innumerabiles natura mundos effecturà sit, efficiat, effecerit.
Efficere, uulgò Perducere ad effectum. Cic. 2. de Orat. 66, Qui hoc primus in nostros mores induxit, qui maximè auxit, qui solus effecit. Idem Att. lib. 13. 26. 1.
Vt enim non efficias quod uis: tamen mors ut malum non sit, efficis. Cicer. Tusc.
Conflari & effici. Cic. 1. Offic. 24.
Quantum efficere & consequi possumus. Cicer. Quinto Fratri, lib. 1. 1. 57.
Dignum aliquid hominum auribus efficere atque edere. Vide Edo.
Effingere atq; efficere. Cic. 1. de Nat. deor. 88.
Elaborari & effici. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 16. 4.
Omnino efficies quod cupis. Catull. ad Victium, 93. 1.
Instituere & efficere aliquid. Id est, incipere & perficere. Cic. Attico, lib. 16. 337. 5.
Maius opus institutum quàm effici potuerit. Cic. in Orat. 141.
Efficere admirationes in aliquibus. Vide Admiror.
Efficere argentum alicui. Plaut. Bacchid. 4. 55.
Clades efficere. Lucret. lib. 5. 10.
Efficere clamores. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 10.
Efficere columnam nouam ab integro. Cic. 3. Verr. 104.
Epistolam efficere ad aliquem. Cic. Attico, lib. 13. 282, 7.
Facinora magna. Plaut. Pseud. 8. 20.
Illa mirabilia facinora effecit. Cic. 2. Philip. 105.
Iussa alicuius efficere. Ouid. epist. 14. 11.
Paupertatem ferendo efficere leuem. Ouidius 8. Metamorphoseos, 128.
Mandata alicuius. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 11, Tu mandata effice quæ recipisti.
Efficere morbos uarios dicitur aqua. Hirtius 4. bel. Alex. 17.
Munus colere & efficere. Cic. 1. de legib. 23.
Nuptias alicui efficere. Terent. And. 3. 4. 16.
Officium suum. Plaut. Trucul. 16. 1.
Opus. Cæsar. 4. bel. Gal. 52, Omni opere effecto.
Opus suum efficere. Cic. in Topic. 30.
Per se efficere. Quint. lib. 2. cap. 19. 2.
Pollicita. Terent. Phorm. 4. 1. 24.
Efficere propositum. Cic. in Parad. 3.
Efficere & concludere rationem. Cic. 1. de Fin. 33.
Re efficere quod sentias. Cic. Plancio, lib. 4. 14. 2.
Sapientia efficit sapientes sola per se: beatos efficiat nécne sola per se, quæstio est. Cic. in Topic. 31, Vbi testimonia sunt plurima huius uerbi.
Efficere quod satis sit in, &c. Cic. Attic. lib. 6. 111. 7, Nec id satis efficitur in usuram menstruam. Ibidem 8.
Senatum frequentem efficere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 5. 7.
Similitudinem panis. Cæs. 3. bel. Ciuil. 193.

In studijs aliquid efficere. Quint. lib. 2. cap. 16.
Venti efficerunt sonum in arundine. Ouid. 1. Metam. 142.
Summam, nummum, longitudinem, & similia. Plin. lib. 4. cap. 12. 32, Quæ summa efficit XIII. XXXVI. M. Idem lib. 13. cap. 4. 15, Quaterni cubitorum longitudinem efficiũt, Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 5. Et Liu. 2. ab Vrbe, 126, Legiones decem effectæ.
Viam ac ordinem efficere. Quint. lib. 2. cap. 17. 16.
Vicem, pro Aequè prodesse, & loco alicuius esse. Plinius lib. 23. cap. 4. 19.
Votum efficere alicui, id est, facere quod optarat. Lucanus libro 7. 20.
Efficere ut. Cic. 2. de Fin. 26, Quum efficere non posit, ut cuiquam, &c. Plaut. Pseud. 3. 111.
Eniti & efficere, ut amici animum excites. Cic. de Amic. 52.
Enitere, elabora, uel potius eblandire, effice ut, etc. Cic. Capitoni, in Epistolis ad Atticum, lib. 16. 343. 4.
Efficitur, Impersonale. Cicero 4. Acad. 208, Rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse quàm terram, &c. Id est, argumentis probatur.
Effectum est ut. Cic. 1. Offic. 83, Quibus rebus effectũ est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset.
Effexis, pro effeceris: Antiquum. Plaut. Casin. 15. 64, Effexis hoc, ego soleas tibi dabo, & annulũ in digito aureũ.
¶ Efficiens, Participium, siue Nomen ex participio (ποιητικὸς) Cic. in Topic. 44, Causa autem efficiens sic, ut, &c.
Causa & ratio efficiens magnos uiros. Cic. 1. Offic. 96.
Res efficientes uoluptatum. Cic. 2. de Fin. 35.
Res efficientes, id est, causæ. Cic. in Topic. 29.
Virtus efficiens est uoluptatis. Cic. 3. Offi. 156.
Virtus efficiens utilitatis. Cic. 3. Offi. 15.
¶ Efficientia, efficientiæ (ἐνέργεια) ut,
Efficientia solis. Cic. 2. de Nat. deor. 138.
Naturalis efficientia. Cic. de Fato, 30.
¶ Efficienter, Aduerbium (ἐνεργητικῶς) Cicer. de Fato, 50, Non sic causa intelligi debet, ut quod cuiq; antecedat, idem causa sit: sed quod cuiq; efficienter antecedat.
¶ Effectus, Participium (ἀπεργασμένος) ut,
Iter effectum iam est. Ouid. 6. Metam. 104.
Res maxima effecta. Virg. 11. Aeneid. 3.
Effectos syllogismos uocat Plinius lib. 2. ad Nepotem, epist. 27. bene formatos, Syllogismi circunscripti & effecti: quod stylo quoq; assequi magnum est.
Vrbs effecta ex latere & cæmento. Cic. 2. de Diuinat. 148.
Dare effecta. Claud. 7. Paneg. 71,
Hæc effecta dabo. Id est, efficiam.
Effectum dabo. Terent. Eun. 2. 1. 8.
Effectum aliquid reddere. Terent. And. 4. 2. 20.
¶ Effectus, huius effectus (ἐνέργημα) Plin. in Paneg. 73, Perge modò Cæsar, & uim effectumq; censuræ tuum propositum, tui actus obtinebunt.
Non caret effectu quod uoluere duo. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 3.
Ad effectum uires dare alicui, id est, iuuare, ut perficiat quod animo conceperat. Propert. lib. 3. eleg. 9. 6.
¶ Effectũ, huius effecti. Quintil. lib 7. cap. 4. de finitiones, Ex antecedentibus, consequentibus, adiunctis, repugnantibus, causis, effectis, similibus. Ibidem: Cicero initia, causas, effecta, &c.
¶ Effector, Verbale, m. g. (ποιητὴς) Cic. 2. de Diuin. 83, Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores.
Conditor & effector alicuius rei. Cic. 1. Tusc. 109.
Effector, ac magister dicendi præstantissimus stylus. Cicer. 1. de Orator. 73.



Digitized by Google

¶ Effectrix, Verbale, fœm. (ποιήτρια) Cic. 1. de Fin. 102, Amicitiæ nõ modò fautrices fidelißimæ, sed etiam effectrices sunt uoluptatum tam amicis quàm sibi.

¶ Effectio, Verbale (ποίησις) Cic. 3. de Fin. 38, Effectio artis. Ibidē, 70, Sic recta effectio. διατύρωσιν, enim ita appello.

¶ Efficax, pen. corr. huius efficacis, om. gen. (αὐτικός, ἀρεσκτικός, ἐνεργής) dicitur quod ad aliquid agendum uim habet, maximè conducit. Plin. lib. 24. cap. 15.

Efficax ad. Plin. in Paneg. 138, Vtrum sit efficacius ad rectè uiuendum bene institui, aut feliciter nasci.

Efficaces ad muliebre ingenium preces. Liu. 1. ab Vrbe, 41.

Efficax aduersus serpentes. Plin. lib. 24. cap. 15. 10.

Efficax contra. Plinius lib. 13. cap. 21. 1.

Efficacißima auxilia. Plin. lib. 20. cap. 10. 3.

Parum efficax homo. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 10. 9.

Efficax uir, pro robusto & ualido. Horat. Epod. 3. 4.

Efficacia, efficaciæ (ἐνέργεια) Plin. lib. 11. cap. 5. 2, Quos efficaciæ, industriæq; tantæ paremus neruos?

¶ Efficacitas, penult. corr. (ἐνέργεια) Idem. Cic. 4. Tusc. 47, Itemq; uiribus corporis & neruis, & efficacitati similes, similibusq; uerbis animi uires nominantur.

Ars & efficacitas. Cic. de Petit. Consul. 7.

¶ Efficaciter, pen. corr. Aduerbium (ἐνεργῶς) Plin. lib. 28. cap. 11. 2, Capitis ulcera manantia, urina tauri efficaciter sanat. Idem lib. 20. cap. 20. 6. Sic lib. 18. cap. 6. 12, Id efficacißimè contingit.

Effigies] effigiei, pen. prod. fœm. gen. (ἐικαγεῖον, ἐμφέρεια, ἐικασφάγισμα) Figura ad uiuam alterius similitudinem, uel ad ueritatis imaginem efficta, tam in picturis, quàm in scalpturis: inquit Valla lib. 5. Plin. lib. 10. cap. 44. 2, Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

Effigies hominis & imago. Cic. 1. de Natur. deor. 143.

Effigies & simulacrum alicuius. Cic. 4. Verr. 114.

Antiquitatis effigies in x 11. tabulis. Cic. 1. de Orat. 95.

Effigies humanitatis et probitatis patris filij. Cic. 2. de Fin. 94.

Effigies ingenij. Liu. 1. ab Vrbe, 247.

Effigies lupi. Plin. lib. 8. cap. 19. 30.

Numinum effigies. Tacit. lib. 1.

Cerea effigies. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 7.

Dißimiles effigies formarum. Lucret. lib. 4. 28.

Indiscretæ effigies. Vide Indiscretus.

Mirabiles fama effigies. Vide Miror.

Muta effigies. Quint. lib. 6. cap. 1. 2. 5.

Sacræ effigies diuûm. Virg. 3. Aeneid. 30.

Torua effigies. Stat. 4. Sylu. 6. 10.

Vasta effigies. Valer. 5. Argon. 6. 10.

Veneranda effigies. Valer. 5. Argon. 46.

Honora effigie cælatus clypeus. Sil. lib. 8. 77.

Complecti effigiem alicuius in auro. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 2.

Conformata effigies caminis. Stat. 1. Sylu. 1. 1.

Effigiem ducere. Virg. 8. eclog. 14. Vide Duco.

Eminens effigies uirtutis. Cic. 3. Tusc. 6.

Habere effigiem thuris. Plin. lib. 25. cap. 7. 7.

Effigiem dei in se ostendere. Plin. lib. 2. cap. 25. 3.

Consiliorum relinquere ac uirtutum nostrarum effigiem, nónne multo malle debemus summis ingenij expressam & politam? Cic. pro Archia, 22.

Ad effigiem Macedonicæ chlamydis. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.

Ad effigiem iusti imperij. Cic. Quint. frat. lib. 1. 1. 33.

In effigiem pelagi exundabat lacus. Id est, in modum pelagi. Sil. lib. 5. 1.

Effigie columnæ. Plin. lib. 2. cap. 11. 3.

¶ Effigia, effigiæ (ἐικαγεῖον) Idem. Plaut. Rud. 11. 7. Prò dij immortales, Veneris effigia hæc qdē est. Afranius Vopisco, Cuius te suscitat imago? cuius effigia cognatus patre?

Effingo] effingis, effinxi, effictum (ἀπεικάζω, διατυπόω, ἐικάσω) effingere, Ad alterius formam fingere, & quodammodo fingendo repræsentare, ut ait Valla, lib. 5. Cic. 1. Tusc. 95, Quæ porrò tam immẽsa magnitudo, quæ illa tam multa poßit effingere?

Effingere & efficere. Cic. 1. de Nat. deor. 88.

Effingere ex. Plin epist. 93. lib. 4. Cic. 4. Acad. 38, Visum igitur impressum effictumq; ex eo unde esset.

Animo effingere aliquid. Cic 2. de Orat. 192.

Casus aliquos effingere in auro. Virg. 6. Aeneid.

Sui dißimilia effingere natura nõ potest. Cic. 3. de Nat. deo. 30.

Figuras uarias effingere. Lucan. lib. 5. 143.

Exprimere & effingere uerbis, corporis cuiusþiam formam. Author ad Heren. lib. 4. 230.

Effingere mores. Cic. 1. de legib. 39.

Mores oratoribus effingit oratio. Cic. 2. de Orat. 99.

Formas & mores ab aliquibus effingere. Cic. 2. de Diuin. 142.

Effingit senem signum illud. Plin. epist. 50. 4.

Verba effingere imitando conabitur. Quint. lib. 1. cap. 1. 4.

Effingere uim alicuius docti hominis. Quint. lib. 10. cap. 1.

¶ Effictus, Participiũ (ἀπεικασθείς) Cic. pro Rosc. Amer. 27, Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus.

¶ Effictio, Verbale (διατύπωσις) Author ad Herennium, lib. 4. 230, Effictio est, quum exprimitur & effingitur uerbis corporis cuiusþiam forma, quoad satis sit ad intelligendum.

Effilatum] ut ait Sipontinus, dicimus quòd extra uestimentũ filo contextum est, quòd Erectum quoq; à quibusdã dicitur.

Effio] penult. prod. effis, effieri, penult. correp. (γίνομαι) Plaut. Persa, 12. 12,

Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia factu facta sunt,
Quæ uolui effieri.

Efflagito] efflagitas, penul. corr. (δεῖται) efflagitare, est uehementer, & plus quàm postulare, inquit Valla libro 5. Virg. 12. Aeneid. 152,

Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quenq; uocans: notumq; efflagitat ensem.

Ab aliquo aliquid efflagitare. Cic. 3. Verr. 42.

Auxilium ab alienis efflagitare. Cic. Anteq. iret. in exil. 5.

Efflagitare conuitio. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. epist. 13. 1, Epistolam hãc cõuitio efflagitarũt codicilli tui. Quint. Triphoni.

Reqrere & efflagitare misericordiã alicuius. Cic. pro Mil. 71.

¶ Efflagitatus, Participium (δεηθείς) Cic. 1. Verr. 5, Iudicorum desyderio Tribunitia potestas efflagitata est.

¶ Efflagitatus, huius efflagitatus, pen. prod. (δέητμα) pro uehementi postulatione. Cic. 7. Verr. 60, In iudicio, coactu atq; efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.

¶ Efflagitatio, Verbale (δέητσις) Cic. ad Brutum, 16. 19, Quia neminem magis decet Remp. amare, liberatisq; defensorem esse, uel ingenio, uel rebus gestis, uel studio atq; efflagitatione omnium.

Efflagitatio ad coeundam societatem. Cic. Ruf. lib. 5. 19. 5.

Insulsa efflagitatio. Vide Insulsus.

Effleo] effles, effleui, effletum, pen. prod. (ἰκλαίω) efflere: ut, Efflere oculos, pro Flendo consumere. Quintilianus Declamatione sexta, Audita mea calamitate rari uxor exempli, & prorsus talis filij mater effleuit oculos. Nam cæca fuerat facta præ nimio fletu.

Effligo] Effligis, pen. prod. efflixi, efflictum (ταλαιπορέω) effligere, Idem significat quod Affligere. Plaut. Asin. 14. 9, Quam tu propediem (nisi quidem illa antè occupaßit te) effliges scio. Idem Cistel. 5. 50.

¶ Efflictim,

Digitized by Google

¶Efflictim, παλαικόρως, Aduerbium, pro Valde & uehementer, inquit Nonius. Plaut. Amph. 6.19, Sic efflictim amare perinde, ut hic te efflictim deperit. Idem Casin. 2.48.

Efflo] efflas (ἐκφυσάω) efflare, Extra spirare, emittere. Plin. lib. 34. cap 13.2, Leuissimè hæc efflatur, & ocyus, euolatq; è fornacibus. Varro 1. de Re rust. Præterea quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est, quòd & bestiolæ, si quæ prope nascuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

Efflare animam, Mori. Cic. pro Milone, 37.

Efflare colorem, id est, deperdere colorem. Lucret. lib. 2.167.

Efflare nimbos in sublime. Plin. lib. 9. cap. 6. ad finem.

Efflauit extremum halitum, id est, Mortuus est. Cic. 2. Tusc. 37. Ex quodam poeta.

Vitam efflauit anhelo pectore. Silius lib. 17.113.

Efflauit animam spes. Plau. Trucul. 18. 22. Per translationem.

¶Efflans, Particip. (ἐκφυσῶν) Cic. 1. de Diuin. 172.

Abijcit efflantem, & laceratum affligit in unda.

Ex quodam poeta.

Efflorescо] efflorescis, efflorui (ἐξανθέω) efflorescere, Flores producere: & per translationem pro Crescere uidetur accipi, & abundare, aut produci. Cic. de Amic. 83. de utilitate, Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sequutus fis. Idem 5 Tusc. 101, Hinc illa cognitio uirtutis existit, efflorescunt genera, partesq; uirtutum. Cic. pro Cælio, 60, Efflorescere ingenij laudibus.

Efflorescere & redundare. Cic. 1. de Orat. 11.11, Etenim ex rerũ cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.

Effluo] effluis, effluxi, efflux um (ῥέω) effluere. Extra fluere, effundi. Cato. cap. 111, Si habebit aquam, uinum effluet, aqua manebit. De uasis hederaceis loquitur.

Influere, & Effluere, contraria Cic. de Vniuers. 55.

Efflux it de. Varro 1. de Re rust cap. 61, Eius conditio, cum expressa olea, quod statim efflux erit de ea, decoquuntur duæ partes. Vbi nunc sic legitur: Eius conditio, quum expressa efflux it, quod statim de ea decoquuntur duæ partes, & refrigeratum conditur in uasa.

Ex animo effluere. Cic. 2. de Orat. 165.

Ex disciplina aliquorum dicuntur effluere multa, & ad aures aliorum permanare. Cic. pro Domo sua, 93.

Abũdare, et effluere: quib. opponitur Deesse. Ci. 1. de Diu. 109.

Desyderio alicuius effluere. Ouid. 2. de Remed. amor. 59.

Aetas effluit. Cic. de Senect. 5.

Effluit æstas. Cic. ad Atticum, lib. 12. 25 7. 2.

Effluit genitura morbo, id est, extra fluit, siue sua sponte & nobis nolentibus fluit, De semmis genitalis incontimentia loquitur. Plin. lib. 20. cap. 8. 6.

Mens effluit. Cic. de claris Orat. 116, Huic minimè mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem.

Effluunt uires lassitudine. Liu. 7. ab Vrbe, 158.

Effluit uita cum sanguine. Cic. 2. Tusc. 109.

Effluunt præteritæ uoluptates. Cic. 1. de Fin. 63.

Effluet, per translationem, pro Vulgabitur, & palàm omnibus fiet: quod de ijs dicitur qui nihil secreti continere possunt. Terent. Eun 1. 2. 41, Vtrunq; hoc falsum est, e fluet.

Præterijt, & effluxit. Cic. de Senec. 63, Sed mihi ne diuturnum quidem quicquã uidetur, in quo est aliquid extremũ, quum enim id aduenit, tum illud quod præterijt, effluxit.

Effluere aliquid alicui dicitur: quod ipse oblitus est & memoria excidit. Cic. 6. Verr. 50.

Dicta animo effluxerunt. Catul. ad Ortalum, 60 4.

¶Effluens, entis (ῥέων) Partic. Cic. de Vniuersitat. Itemq; in eo influente atq; effluente animo diuino, ambitus illigabant.

¶Effluentia, huius effluentiæ (ῥοή) Plin. lib. 26. cap. 10.1, Illa lita quoq; radix genitalibus, inhibet non solum Venerem, sed effluentiam genituræ.

¶Effluuium, effluuij (ἔκρεσις) Plin. lib. 7. cap. 51, Profundi humoris è corpore effluuium.

Effluuium lacus, quo exundat, & se exonerat. Tacit. lib. 12.

Effoco] effocas, penult. prod. (ἀπάγχω) effocare, Idem quod Suffocare. Senec. de Breuit. uitæ, Aspice illos ad quorum felicitatem concurritur, bonis suis effocantur.

Effodio] effodis, pen. cor. effodi, pen. pro. effossum (ἐξορύσσω, κατασκάπτω) effodere, Extra fodere, siue fossam facere, uel aliquid terra exerere. Mart. lib. 13.16,

Gaudet in effosis habitare cuniculus antris. Plin. lib. 9. cap. 51. 8, Mus marinus in terra scrobe effossa, parit oua, & rursus obruit terra.

Effodere è terra, pro Extrahere. Cic. 2. Offic. 17, Argentum effoderetur penitus abditum. Ouid. 1. Metam. 29,

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Effodere ex terra. Plaut. Pseud. 619.

Effodere alicui oculos, pro Confodere, & excauare. Plaut. Trinum. 8. 50, Terent. Eun. 4. 6. 2, Oculi ilicò effodientur. Et Cic. 3. de Natur deor. 132.

Effodit illius memoria pectus meum. Cic. pro Marcello, 6. Id est, grauissimum dolorem nihil infligit, quasi pectore penetrato, aperto, & uulnerato.

Effossus, Participiũ (ἐξορυχθείς) ut, Oculi effossi, Senec. Oedip. 12.12. Catul. in Siconium. 103. Et, Aurum effossum, Silius libro 1. 47.

Effœmino] effœminas, pen. corr. (ἐκθηλύνω) effœminare, In mollitiem muliebrem, atq; lasciuiã conuertere: cuius passiuum est Effœminor. Cic. 2. de Nat. deor. 95, Effœminarũt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, quòd nihil eo mollius. Hoc est, aerem fecerunt uelut fœminam, Iunonem appellantes. Idem 1. Tusc. 152, Cogitationibus molestissimis effœminamur. Cæsar 1. bel. Gal. 3, Remollescere homines atque effœminari ea re arbitrantur.

Fortitudinis quædam præcepta sunt, ac penè leges, quæ effœminari uirum uetant in dolore. Cic. 2. de Finib. 150.

¶Effœminatus, pen. prod. Participium (ἐκτεθηλυμένος) ut, Homo effœminatus. Cic. pro Milone, 68.

Impurus, impudicus, effœminatus. Cic. 3. Phil. 131.

Effœminatum & molle. Cic. 1. Offic. 179. Idem 4. Tusc. 104, Nam uidendũ est in utrisq; ne quid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectumq; faciamus.

Effœmmatæ artes. Plin. in Paneg. 74.

Effœminata opinio ac leuis. Cic. 2. Tusc. 91.

Effœminatæ uoces. Plin. in Paneg. 89.

Vox effœminata nefarijs stupris. Cic. pro Plancio, 70.

¶Effœminatè, Aduerbium (θηλυδρίως) Cic. 1. Off. 23, Cauetq; ne quid indecorè, effœminatéue faciat.

Effœminatio, onis, Verbale. Firmicus lib. 7. cap. 16, Omnium libidinum impuritates, cum extrema corporis effœminatione dixerunt.

Effœtus] effœta, effœtum (ἀποκύμων, ἐξάντλητος) Quod fœtum emisit. Colum. lib. 7. cap. 12. 10, Primus effœtæ partus amouendus est, quoniam tyrunculs nec rectè nutrit.

Effœtus, id est, emissus. Colum. lib. 8. cap. 5. 12. de gallinis, Postero die quum grex fuerit effœtus, hoc modo deponitur. Hoc est, quum fœtus gregis fuerit absolutus.

Effœta gallina, Quæ amplius non parit, quasi frequenti partu delassata. Plin. lib. 10. cap. 53. Col. lib. 7. cap. 3. 13, Effœtus senectute grex. Sic lib. 6. cap. 24. Ita quoq; uiribus effœtam senectutem dixit Virgilius: hoc est tardam, & declinãtem.

Effœtus, Fœtu destitutus, enervatus, exhaustus, & lassatus, à similitudine mulierum, quas partus debiles reddit.



Digitized by Google

Aetas effœta. Lucret. lib. 2. 231.
Effœtus ager, & effœtum solum. Virg. lib. 1. Georg.
Effœtos cinerem immundum iactare per agros. Vbi Seruius, Effœtos, Continua fertilitate lassatos: sicut etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Colum. in Præfat. 2, Quod existiment ubertate nimia prioris æui defatigatum & effœtũ solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta.
Effœtum corpus. Cic. de Senect. 26, Libidinosa etenim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Hoc est, laxum & debile, ac libidinibus confectum. Ouidius 7. Metamorph. 53.
Tellus effœta. Lucret. lib. 2. 231.
Telius calore effœta. Lucret. lib. 6. 169.
Vimitor effœtus. Virg. 2. Georg. 84.
Vires effœtæ. Virg. 5. Aeneid. 79. Effœtæ, id est, exhaustæ, & est translatio à mulieribus, quas frequens partus debiles reddit. Seruius.
¶ Effœtè, Aduerbium (ἐξαντλήτως) Mart. lib. 2. 27, Effœtè, grauiter, citò, nequiter, euge beatè.
Effor] Vide Effari.
Efforo] efforas, pen. corr. (ἐκτιτραίνω) efforare, Idem quod Perforare. Colum. lib. 9. cap. 1. 3, Erit fissilis stipes, complurib⁹ locis per latus efforatus.
Effractarius, Effractor, Effractura, Effractus] Vide Effingo.
Effrænatus] pen. prod. (ἀχάλινος, ἀφρίπετος) dicitur qui cohiberi, & pro arbitrio nostro agi non potest, quasi fræno carens, uel fræno reluctans, aut frænum non metuens. Cic. 3. de Fin. 57, Quis unquam fuit, aut auaritia tam ardenti, aut tam effrænatis cupiditatibus, ut eandem illam rem, &c.
Effrænatus & furiosus. Cic. 1. in Catil. 18.
Languens & Effrænatus, contraria. Cic. 2. de Orat. 20, Eiusdem & languentis populi incitatio, & effrænati moderatio. De munere Orator.
Effrænatus animus. Cic. 7. Verr. 109.
Effrænata audacia uel cupido. Cic. in Catil. 1. Et pro Cluen. 10.
Indomitæ & effrænatæ cupiditates. Cic. 3. Verr. 41.
Proiecta & effrænata cupiditas. Cic. pro Domo sua, 88.
Effrænatus & præceps furor alicuius. Cic. de Aruſp. resp. 1.
Effrænata & indomita libido. Cic. pro Cluent. 10.
Violentia hominis est effrænata. Cic. 12. Philip. 338.
Effrænatus fertur, aut libidine, aut iracundia. Cic. 3. Tuscu, 17.
Homines secundis rebus effrænatos, & sibi præsidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, uarietatemq; fortunæ. Cic. 1. Offi. 128.
Effrænatè] pen prod. (ἀφρίπετῶς) Aduerbiũ. Cic. 14. Philip. 401. Cic. Tusc. 76, An propter infinitum odium tyranni effrænatius in Aruntem inuaserit. Hoc est, petulantius.
Temere & effrænatè incitari ad potiundum. Cic. de Senec. 36.
¶ Effrænatio, Verbale (ἀναβεξία) Cic. 5. Philip. 139, Quæ effrænatio impotentis animi?
¶ Effrænus, pen. prod. Adiectiuum (ἀνάβεντος, ἀνοήνιος) Cui frænum detractum est. Liu. 4. ab Vrbe, 146, effræno equo in medios ignes infertur.
Amor effrænus. Ouid. 6. Metam. 93.
Gens effræna. Virg. 3. Georg. 76. Id est, sæua, rectorem recusans, Seruius.
Impetus effrænus. Senec. Agam. 12. 6.
Iuuenta effræna. Stat. 1. Achil. 56.
Licentia effræna. Claud. de bello Getico, 74.
Mors effræna, id est, uiolenta. Senec. Hipp. 2. 35.
Effræno nimbos æquare profatu. Stat. 5. Sylu. 21. Profatum effrænem intelligit orationem solutam & rhetoricam.
Effrico] effricas, pen. corr. (ἀποτρίβω) effricare, pro Fricando excutere. Senec. epist. 96, At illis, aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est.
Effringo] effringis, effregi, pen. prod. effractũ (διαῤῥήγνυμι) effringere, Idem quod Frãgere, uel ui quadã & maximo impetu concutere & disrumpere. Terent. Adel. 1. 2. 9, Fores effregit, atq; in ædes irruit alienas. Cic. 6. Verr. 46. & 84.
Animam effringere. Seneca Herc. Oeth. 11. 7.
Corpus effringere. Seneca Thes. 1. 1.
Effringere thesaurum. Plin. lib. 34. cap. 7. 5.
Effringere dicuntur agricolæ, quum excitatæ grãdiores glebæ franguntur. Author Varro. Imò uerò Offringere, utiq; per quartam uocalem. Vide Varronem lib. 1. cap. 29.
Effractus, Participium (διαῤῥηγμένος) Cic. pro Murena, 31, Eamq; urbem sibi Mithridates Asiæ tanuam forte putauisset, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia.
Effractus fame, per translationẽ dictũ, pro consumptus. Plaut. Capt. 8. 6, Neq; ieiuniosiorẽ, neq; magis effractũ fame uidi.
Cerebrum effractum. Virg. 5. Aeneid. 95.
Cista effracta. Horat. 1. epist. 18. 11.
Vrbs effracta. Stat. 9. Theb. 112.
¶ Effractor, Verbale (καταῤῥήκτης) Paulus in l. 3. ff. de officio præfecti uigilum, Cognoscit præfectus uigilum de incendiarijs, effractoribus, furibus, &c. Idem in l. finali. ff. de effractorib. In effractores uariè animaduertitur. Vlpian. eodem titulo. l. 1. Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoq; pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa, unde erat, & Vrbe, & Italia.
¶ Effractarius (διαῤῥηκτὴς) qui effringit. Seneca epist. 69. Vile uidetur quicquid patet: aperta effractarius præterit.
¶ Effractura, effracturæ, penult. prod. Ipse effringendi actus. Paulus in l. 3. ff. de offi. præf. uig. Effracturæ fiunt plerunq; in insulis horreis, ubi homines pretiosissimam partẽ fortunarum suarum reponunt.
Effugio] effugis, pen. corr. effugi, pen. prod. (ἐκφεύγω, ἐξαλύσκω, ἐκκλίνω, αἰλέω) effugitũ, effugere, Eiusdem cum suo simplici significationis.
Longè effugere. Lucret. lib. 3. 14.
Nunquam hodie effugies. Virg. eclog. 3. 10.
Nihil te effugiet, atq; omne quod erit in re, occurret atque incidet, si modò rerum usum percalleueris. Cic. 2. de Orat. 81.
Effugere ex urbe. Plaut. Trinum. 1073. Et apud Cæsarem, 8. bel. Gal. 89, Effugere ex agris.
Effugit rex è manibus. Cic. pro lege Manil. 15.
Effugere de prælio. Cic. 2. Philip. 79.
Per manus infestas effugere. Ouid. 6. Fast. 69.
Effugere mari. Cic. 7. Verr. 72.
Effugit sors ex sitella, quum nomen alicuius in sitella, uel cistella potius, coniectum, perit & euanescit. Plaut. Casin. 8. 43.
Effugere patria. Plaut. Merc. 12. 75.
Effugit memoria. Plaut. Bacch. 1. 2.
Voluptas effugit. Stat. 1. Sylu. 6. 11.
Effugere, pro Vitare ponitur, uel (ut dit Donatus) in totum fugere.
Effugere calumniam. Cic. pro Cluent. 131.
Oculorum aciem effugere. Vide Acies.
Amorem alicuius effugere. Ouid. 3. Metam. 161.
Effugere catenas, aut uincula. Horat. 2. Serm. Sat. 7.
Crimen aliquod effugere. Ouid. 7. Metam. 14.
Crimen inconstantiæ. Cic. 5. de Finib. 151. Et Crimen ineptiarum. Cic. 3. de Orat. 104.

Maximos

Digitized by Google

Maximos cruciatus præcipiti uia effugit. Q. in Proœ. li. 6.6.
Diem aliquem. Cic. 4. Verr. 26.
Dolores intolerabiles effugere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 4. 4.
Incursum alius effugere. Lucret. lib. 3. 151.
Infamiam crudelitatis. Cic. pro lege Agr. 90.
Maculam aliquam. Terent. Adelph. 5. 8. 33.
Maledictum omne effugere. Cic. pro Flacco, 5.
Manus. Cic. in Somnio, 7. Nuptias, Terent. And. 2. 1. 34.
Mortem non effugiunt. Virg. 11. Aeneid. 176.
Offensionem. Cic. 3. Verr. 72.
Peccata effugere. Ouid. 2. de Arte, 35.
Pericula effugere. Lucan. lib. 1. 104.
Periculum. Cæsar 4. bel. Gal. 589.
Plagam. Cic. Attico, lib. 7. 121. 8. Pœnas, li. 3. de Nat. deor. 130.
Scelus aliquod effugere. Ouid. 10. Metam. 69.
Speciem alicuius effugere. Cic. de claris Orat. 89.
Vincula effugere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 15.
Visus alicuius effugere. Ouid. 3. Fast. 82.
Vituperationem. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 7.
¶ Effugiens, Participiũ (ἐκφεύγω) ut, Anima effugiens. Lucanus lib. 3. 124.
¶ Effugiendus, ἐκφευκτέος. Ouid. 2. de Arte, 11,
Hac nobis Minos effugiendus ope. Verba sunt Dædali.
¶ Effugium, ἐκφυγὴ, ἀποφυγὴ, Idem quod Refugium: ut,
Mali unicum effugium. Senec. Hipp. 2. 43.
Assequi effugium. Cic. 7. Verr. 131.
Habere effugium. Cic. 2. de Nat. deor. 180.
Insidere effugia. Tacit. lib. 3, Qui effugia insederant, Id est, loca per quæ effugere poterant.
Patet effugium. Liu. 4. bel. Pun. 120. Id est, locus uel uia fugæ.
Præcludere effugium alicui. Lucret. lib. 1. 199.
Effulcio] effulcis, effulciui, effulcitum (ὑποστηρίζω) effulcire, Idem quod Fulcire: nisi quid addat præpositio. Virg. 7. Aeneid. 19. de Latino,
Centum lanigeras mactabat ritè bidentes:
Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat Velleribus.
Atria effulta montibus. Stat. 1. Theb. 29.
Fulmina effulta metallis. Stat. 3. Sylu. 1. 1.
Effulgeo] effulges, effulsi, effulsum (στιλαγέω) effulgere, Idem quod uehementer fulgere, Liu. 8. bel. Pun. 81, Non ex uehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, &c. Et apud. Virg. 9. Aene. 23, Effulsit oculis lux. Et lib. 8. 134.
– instructo Marte uideres
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.
Ex hoc effulsit illud. Plin. lib. 4 cap. 1. 2.
Ostro effulgens Lælius. Silius lib. 16. 116.
Effundo] effundis, effudi, effusum, pen. prod. (ἐκχύω, ἐκχέω, προχέω) effundere, Fundendo in terram spargere. Plautus Asin. 5. 64, Effundit cibum: aues assuescunt.
Redundare & effundi dicitur mare. Cic. 2. de Nat. deor. 174.
Effunditur amnis in Atlanticum Oceanum. Plin. lib. 3. cap. 1. 3.
Fletus effundere. Virg. 2. Aeneid. 55.
Lachrymas effundere. Cic. pro Plancio, 82.
Effundere sanguinem pro Rep. Cic. pro Milone, 77.
Effundere se dicitur ciuitas. Cicero ad Brutum, 3. 2, Timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat.
Copiam oratorum effudit ætas. Cic. de claris Orat. 18.
Effudit sese in publicum maxima frequentia mulierum. Liu. 4. bel. Macedonici, 38.
Effudit omnes studium certaminis. Liu. 10. bel. Pun. 74.
Celerius effundere. Quint. lib. 1. cap. 3. 3.
Effunduntur omnibus portis ad opem ferendam. Liuius 8. bel. Maced. 23. Et 6. bel. Pun. 23.
Effuderant se ex omni prouincia legationes ad famam aduentus eius. Liuius 5. bel. Pun. 102.
Effundi ad luxuriam. Liu. 4. bel. Maced. 29.
Effundere se in aliqua libidine, & Continere, contraria. Cic. in Parad. 25.
Effundere, atq; consumere aliquid per luxuriam Cic. pro Ros. Amer. 4. Et ibidem 41, Effusus sumptus.
In questus, lachrymas, uota effundi. Tacit. lib. 1.
Effundere ærarium. Cic. 3. Tusc. 83. Idem pro leg. Agr. 9, Spoliemus orbem terrarum, uendamus uectigalia, effundamus ærarium.
Animam effundere. Virg. 1. Aeneid. 21.
Crines effundere uertice. Lucan. lib. 1. 38.
Autumnus effundit fruges. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.
Furorem uiolentũ in aliquẽ effundere. Cic. Corn. lib. 12. 25. 9.
Herbas effundunt inimicissimas frugibus segetes fœcundæ & uberes. Cicero in Orat. 27.
Effundere honores in mortuum. Cic. ad Brutum, 15. 11.
Effundere primum impetum feruido ingenio & cæca ira. Liu. 8. bel. Maced. 71.
Effundere iram in aliquem. Liu. 9. bel. Maced. 137.
Ira effundi. Valer. 7. Argon. 7.
Minas effundere. Lucan. lib. 5. 53.
Odium. Cic. Lent. lib. 1. 78.
Effundere patrimonium, Prodigere, consumere. Terent. Adel. 5. 9. 54. Cic. 2. Offic. 78, Multi enim patrimonia effuderunt inconsultè largiendo. Idem 3. Philip. 125.
Pauorem. Liu. 10. ab Vrbe, 30.
Querelas effundere. Lucan. lib. 2. 9.
Questus effundere pectore. Virg. 5. Aeneid. 155.
Rabiem. Silius. lib. 11. 45.
Remedia Reipub. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 3.
Extremum spiritum. Cic. 14. Philip. 405.
Verba effundere. Ouid. 1. Trist eleg. 3. 9.
Dolor effudit uerba. Seneca Medea, 7. 25.
Effundere uim telorũ ingentẽ in inimicos. Liu. 7. bel. Pu. 108.
Vires effudit in uentum. Virg. 5 Aeneid. 89.
Vitam effundere. Ouid. epist. 7. 36.
Effundere uocem in turbam. Cic. pro Flac. 54.
Effundere quæ tacueramus. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 7.
Effunditur stomachus in uomitiones. Plin. lib. 23. cap. 1. 29. De ijs quibus stomachi facultas, quam retentricẽ uocamus, est corrupta aut imbecilla, uel ijs qui facilè nauseant.
Effundere ac profligare peditatum. Salust. Effuso ac profligato peditatu paulatim retrocedere ceperunt. Sallust.
¶ Effusus, pen. prod. Participium (ἐκχυμόω) Plinius lib. 9. cap 29. 1.
Effusus Tyberis super ripas. Liu. 1. ab Vrbe, 15.
Agris effusa iuuentus. Virg. 7. Aeneid. 162.
Effusa uelut ad spectaculum triumphi multitudo omnis. Liuius 10. bel. Pun. 57. Plin. lib. 8. cap. 40. 5.
Effusi in fugam. Liu. 2. bel. Maced. 44.
In amorem alicuius effusus. Tacit. lib. 1.
In lachrymas effusus. Tacit. lib. 4.
In luxum, & epulas, & nocturnos cœtus effusi. Tacit. lib. 2.
Ad preces, lachrymasq; effusus. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Effusi in Venerem Numidæ. Liu. 9. bel. Pun. 117.
Nos contrà effusi lachrymis. Virg. 2. Aeneid. 140.
Effusus in aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 79. 2.
Aquæ effusæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 6.
Crines effusa sacerdos. Virg. 4. Aeneid. 102.
In uerbis effusior cultus. Quint. lib. 3. cap. 8.
Ruunt effusi carcere currus. Virg. 5. Aeneid. 29.
Effusus cursus. Liu. 8. bel. Pun. 33.

Effuso

Effusa fuga. Liu. 7. ab Vrbe, 123. Et lib. 1. 119.
Fuga effusior, minor cædes. Liu. 3. ab Vrbe, 20.
Effusis ac dissipatis fructibus. Cic. 2. de lege Agra. 87.
Grandine effusa præcipitant nimbi. Virg. 10. Aeneid. 159.
Effusissimis habenis inuadere hostem. Liu. 7. bel. Maced. 84.
Imber effusus nubibus. Virg. 4. Georg. 63.
Italia effusa. Cic. pro Deiotaro, 6.
Iubæ effusæ per colla. Silius lib. 16. 89.
Effusa lætitia. Liu. 5. bel. Maced. 169.
Licentia effusa. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Effusæ opes. Plin. lib. 7. cap. 25. 3.
Risus effusus. Claud. 3. de rapt. Proserp. 42.
Effuso sinu. Liu. 1. bel. Pun. 66.
¶ Effusus, pen. prod. (ἐκχυτός) Nomen ex Participio. Cicer. pro Cælio, 9, Quis in largitione effusior? Id est, magis prodigus.
¶ Effusè, pen. prod. Aduerbium (ἐκκεχυμένως) Abundanter, aut prodigaliter. Cic. pro Cæl. 30, Si uidua liberè, proterua petulãter, diues effusè, libidinosa meretricio more uiueret.
Effusè inuehentem sese hostem absterruit. Liu. 10. bel. Pun. 47.
Effusè aliquem diligere. Plin. epist. 150.
Largè effuseq; donare. Cic. pro Rosc. Amer. 14.
Effusè exultat animus. Cic. 4. Tusc. 21.
Effusè fugere. Liu. 3. ab Vrbe, 97.
Effusè petulans. Cic. in Pisonem, 7.
Effusè uastare agrũ nobilissimæ fertilitatis. Liu. 7. bel. Pu. 173.
¶ Effusio, Verb. (ἐκχυσις) ut, Effusio aquæ. Cicer. 2. de Natur. deor. 38.
Effusiones hominum ex oppidis. Cic. in Pisonem, 40.
Effusi animi, cui Contractio opponitur. Cic. 4. Tuscul. 107, Eodem enim uitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.
Effusio, Prodigalitas. Cic. pro Rosc. Amer. 80, In hac uita Iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiões fieri putatis?
Effusio pecuniarum. Cic. ad Att. lib. 2. 32. 1.
Effusio in aliquem. Cic. ad Att. lib. 7. 123. 5.
Inducta effusio Liu. lib. 4. Decad. 5.
Liberalitatem effusio imitatur. Cic. in Partit. 43.
¶ Effusores, qui patrimonium peculiumue temerè et longè expendant, dissipantq;. Verbum fuit admodum familiare diuo Cæsari Imperatori Augusto Frid. tertio. Ex Spieg.
Effutio] effutis, pen. prod. effutiui, effutitum (ἀλωάω) effutire, Imprudenter & impræmeditatè loqui, nulla habitatem poris, uerboris, aut personarũ ratione. Terẽt. Phor. 5. 1. 19, Eo perperam olim dixi, ne uos fortè imprudentes foris Effutiretis. Vbi Donatus, Effutiretis, Eloqueremini eua cuaretis, eximaniretis: ab eo quod est, effundere. Translatio est à uase, futili nomine: quod patulo ore, fundo acuto instabile, nihil prorsus continet. Vnde futilis dicitur eiusmodi, ut nihil intra se contineat, & semper inanis sit. Horat. in Arte Poetica, 46, Effutire leues indigna Tragœdia uersus.
Effutire aliquid extempore. Cic. 5. Tusc. 127.
Temerè, de re aliqua effutire. Cic. 2. de Nat. deor. 137.
Multa effutire. Lucret. lib. 5. 182.
Effutire (inqt Nonius) Est cũ mẽdacio dicere. Cic. 5. Tusc. 128, Nec hæc sic agit, ut extẽpore quasi effutire uideatur. Lucr. Multa licet simili ratione effutiat ore. Nonius.
¶ Effutiens, entis, Participiũ (ἀλωάων) Cic. 1. de Nat. deor. Quàm bellum erat Vellei confiteri potius nescires, quã ista effutientem nauseare, atq; ipsum sibi displicere.
¶ Effutitus, pen. prod. Participium, (ἀπολαωμένος) Cic. 2. de Diuinat. 169. Quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modò prudenti probata sunt.

EG. Eger.
Egelasta] æ (ἐγέλασα) Oppidum est citerioris Hispaniæ, natiui salis fodinis nobilitatum. Plin. lib. 31. cap. 7, In Hispania quoq; citeriore Egelastæ creditur sal glebis penè translucentibus. cui iam pridem palma inter omnia salis genera à pleriſq; medicis præbetur.
Egelestani, Hispaniæ citerioris populi, in conuentu Carthaginensi, inter stipendiariorum celeberrimos à Plin. numerati, lib. 3. cap. 3.
Egelidor] pen. corr. egelidaris (χλιαίνομαι) egelidari, Gelu dissolui. Sidonius, Egelidarentur fibræ glaciales.
¶ Egelidus, pen. cor. Adiect. (χλιαρὸς) Quod nõ est calidũ neq; frigidũ. Seruius, pualde frigido exposuit. Virg. 8. Aen. 122, Vt procul egelido secretũ flumine uidit. Suet. de Aug. calen. 82, Vngebatur sæpius, sudabat ad flãmã: deinde perfundebatur egelida aqua, uel sole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum Boream, egelidumq; Notum. Colum. lib. 10. 27, Nunc uer egelidum, nunc est mollissimus annus. Celsus lib. 3. cap. 22, Tum & uinum, si tussis non est, potui frigidum dandũ: si æstas est, egelidum. Idem lib. 4. cap. 2, Mulcaq; aqua, prius calida, post egelida fouendum os.
Tepores egelidi. Catullus ad seipsum, de aduentu ueris, 43. 1.
Egeo] eges, egui (ἀπορέω, ὑστερέομαι) egere, Aliqua re opus habere. Et tam genitiuo, quàm ablatiuo iungitur. Cic. 2. de Fin. 40, Qui consumptis patrimonijs egeant.
Aeris egere. Horat. 1. Epist. 6. 8.
Authoritate egere. Cic. de claris Orat. 128.
Egere auxilij. Cæsar. 6. bel. Gal. 41.
Auxilio alicuius egere. Cic. Canimio, lib. 2. 16. 12.
Egeo consilij & cõsilio. Cic. Att. li. 7. 140. 2. Vide Consiliũ.
Consolatione egere. Cic. Titio, lib. 5. 16 1.
Eorum qui copijs egent, infinita est multitudo. Cic. 1. Offic. 78.
Eget humanitate. Plin. epist. 114. a. lib. 5.
Non eget interpretatione. Plin. epist. 115. a. lib. 6.
Literis de philosophia, non egere. Cic. 2. de Diuinat. 8.
Mentis egere. Ouid. 2. Trist. 79.
Moderamine egere. Ouid. 2. Metam. 14.
Monitoris egere. Horat. 1. epist. 19. 14.
Oculis ad cernendum egere. Cic. 2. de Nat. deor. 215.
Officio egere. Ouid. 5. Fastorum, 47.
Ope egere. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 14.
Eget pudoris. Plaut. Amph. 8. 185.
Egeo rationis. Martialis lib. 6. 25.
Ratione egere res dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. 172.
Egere rebus omnibus. Cic. ad Atticum, lib. 11.
Eget ille Senatu, Equitibus Romanis, populo, urbe, ærario, necligalibus, cuncta Italia, prouincijs omnibus, exteris nationibus. Cic. 2. in Catil. 44.
Tempore egere. Cic. Quint fratri, lib. 3. 21. 5.
Egeo tui abeuntis. Plaut. Asin. 12. 1.
Voce egere. Ouid. 6. Fast. 72.
Eget foris. Plaut. Mil. 10. 43, Quum apud te exemplum experiundi habeas, nõ eges foris. Id est, nõ est quod quæras foris.
Indignè egere. Cic. Antequam iret in exil. 10.
Egere, Egenum & inopem esse. Cic. ad Brutum, 15. 17, Siquidem etiam Themistocli liberi egerunt. Id est, ad extremam paupertatem redacti fuerunt. Budæus.
Egetur acriter. Plaut. Pseud. 5. 40.
¶ Egens, egentis, om. gen. (σὺν δεὶς ἄπορος) Dicitur inquit Festus, uelut exgens, cui ne gens quidem sit reliqua. Est enim propriè egens, cui desunt necessaria ad uiuendum. Terent. Phorm. 2. 3. 10, Egens relicta est misera: ignoratur parens. Cic. de Amicitia, 32, Quocirca & absentes adsunt, & egentes abun-

Digitized by Google

tes abundant, & imbecilli ualent.
Egens æquè est is qui non satis habet, & is cui nihil satis potest esse. Author ad Herennium, lib. 4. 170.
Egentes, inanesq; discederent. Cic. 4. Verr. 15.
¶ Egēs, egentior, egentißimus. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 9, Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Ad eundem. lib. 9. 175. 7, Egestates tot egentißimorum hominum.
Egētißimus in sua re est, insolēs in aliena. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Serui & egentes. Cic. Attico, lib. 14. 306. 2.
Animo egens. Catul. epig. 58. 7.
Artis egens. Stat. Thebaid. 135.
Coloris egens tellus. Ouid. 5. Fast, 45,
Huius egens tellus antè coloris erat.
Egens consilij. Plaut. Bacchid. 15. 10.
Animus deliciarum egens. Horat. 4. Carm. ode 8. 2.
Fortuna egens homo. Cic. pro Flacco, 27.
Fructu amoris egens. Prop. lib. 3. eleg. 20. 6.
Frugis egens. Ouid. 11. Metam. 25.
Lucis egens aer. Ouid. 1. Metam. 4.
Egens opum. Plaut. Rud. 7. 11.
Egens rebus omnibus. Cic. Domitio, lib. 7. 22. 2.
¶ Egenus, pen. pro. Adiectiuum, Pauper. Liu. 9. ab Vrbe, 28,
Omnium egena corpora humi prostrauerunt.
Lucis egenus. Lucret. lib. 3. 206.
Rerum cunctarum egenus. Sil. lib. 8. 3.
Decoris, & frontis egenum corpus. Sil. lib. 6. 61.
Egenæ res. Plaut. Pœnulo, 3. 2.
Rebus in dubijs, egenis. Virg. 8. Aeneid. 73.
In rebus egenis supplex. Virg. 6. Aencid. 19.
¶ Egestas, egestatis, pen. prod. (ἀπορία, ἀχρημοσύνη) Indigentia. Virg. 1. Georg. 30, — labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.
Inopia atque egestas. Cic. 2. in Catil. 43.
Egestas ac mendicitas. Cic. in Parad. 57.
Animi egestas. Cic. in Pisonem, 18.
Copiarum egestas. Tacit. lib. 20.
Linguæ egestas. Lucret. lib. 1. 28.
Egestas patrij sermonis. Plin. epist. 83.
Acris egestas. Lucret. lib. 3. 13. Vide Acer.
Crudelis egestas. Valer. 4. Argon. 92.
Dira egestas. Iuuen. Satyr. 15. 10,
Feralis egestas. Claud. ad Adrianum, 1. 5
Infelix egestas. Claud. 1. in Ruff. 8.
Ingeniosa egestas rerum. Claud. 3. de Raptu Pros. 7.
Mortalis egestas. Virg. 3. Georg. 63.
Procliuis sceleri egestas. Silius lib. 13. 118.
Tristis egestas. Senec. Thyeste, 3. 26.
Turpis egestas. Virg. 6. Aeneid. 56.
Afferre egestatem. Vide Affero.
Amittere egestatem. Vide Amitto.
Copiæ cum egestate confligunt. Cic. 2. in Catil. 44.
Vitam in egestate degere. Cic. pro Rosc. Amer. 85.
Esse in egestate. Cic. 1. de Inuent. 101.
Sustentare egestatem. Cic. post red. in Senatu, 9.
Tentat enim dubiā mentem rationis egestas. Lucr. lib. 5. 244.
Vrgens egestas. Virg. 1. Georg. 30.
Egeria] inquit Festus, Nympha fuit, cui sacrificabāt prægnantes, quòd eam facilè fœtum utero egerere. Vide Aegeria.
Egermino] egerminas, pen. corr. (ἐκβλαστάω) egerminare, Idem quod Germinare. Colum. lib. 5. cap. 5. 16, Bipedaneis scrobibus malleolus deponitur: qui quum egerminauerit, ad unam materiam reuocato. Idem lib. 4. cap. 17. 3, Quæ infra trunci caput egerminauerint.
Egero] egeris, pen. corr. egessi, egestum (ἐκκομίζω, ἐκφέρω) egerere, Extra gerere, siue portare. Colum. lib. 2, Auiū primum habetur stercus quod ex columbarijs egeritur.
Egerit aquam fons. Plin. epist. 101. m. lib. 5. Idem epist. 273. c, Idem lacus in flumen egeritur.
Dapes egerere. Ouid. 6. Metam. 33.
Dies egeritur querelis & questu. Valer. 8. Argon. 91. Hoc est, transigitur, exigitur.
Dolor egeritur. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 8.
Gaza egeritur. Lucan. lib. 3. 34.
Iras egerere. Stat. 4. Sylv. eleg. 4. 16.
Egerere prædam ex hostium tectis. Liu. 6. ab Vrbe, 14.
Egerere sermones, pro Disponere. Senec. epist. 67.
¶ Egestus, Participium (ἐκκομισθεὶς) Colum. lib. 2. cap. 2. 15.
Sed & si uelis scrobibus egestam humum recondere.
Tellus egesta scrobibus. Ouid. 7. Metam. 49.
¶ Egestus, Verbale (ἔκκρισις) Seneca lib. 3. de Natur. quæst. Quēadmodū corpora nostra ad egestū uēter exhaurit, &c.
¶ Egestio, Verbale (ἐκκόμισις) Plin. epist. 159. c, Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egestione cōingeret.
¶ Egeries, egeriei, fœm. gen. Solinus cap. 53, Quum in fugam uertitur, prō citi uentris fimum egerit per longitudinem trium iugerum: cuius arbor quicquid attigerit, aduritur: ita egerie noxia summouet insequentes. De Bonaso animali.
Egesinus] Philosophus, Euādri auditor, cuius meminit. Cic. Acad. quæst. lib. 2 & 4.
Egesta] σεγέστα, Ciuitas in Sicilia, quam Aeneas condidit, & ab Acestis matre Egesta eam nominauit. Plin. lib. 31. cap. 6. Hæc nunc Segesta dicitur præposita et litera s, ne obscœno appellaretur nomine.
Egesta (ἐγέστα) filia Hippotæ Troiani, quam, ne marinæ beluæ ob periuria Laomedontis secundum Apollinis responsa traderetur, pater imposuit nauiculæ misit quò fors tulisset. quæ tādem ad Siciliā delata, à Crimiso fluuio in canem conuerso compressa, Acesten edidit. Vide Seruiū in 5. Aen.
Egestas] Vide Egeo.
Eggyna] Ciuitas in Sicilia, cuius meminit. Cic. 5. Verr.
Egilius] Viri proprium, de quo Cic. 2. de Orat. Egilius homo festiuus.
Egnium] αἰγνίιον, Tymphæorum oppidum, Ethiciæ confine atq; Triuiæ. Author Strab. lib. Geograph. 7.
Egnatia] ἐγνατία, Ptolemæo, Apulorum urbs Ionio pelago, hodie Iuuenatium, teste Oliuario in Melam.
Egnatia, Nympha in Apulia celebrabatur, à qua & loci nomē, ubi deā cultā fuisse proditū est, in cuius ara lignis superpositis extructisq;, ignis sua sponte excitari accēdiq; ab antiquis, existimabatur. Plin. lib. 2. miraculi meminit, non autem nymphæ. Vide Hesi. in Theog. et Alex. ab Alex. lib. 4. ca. 17.
Egnatius] Cicero pro Cluentio, Cn. Egnatius à Censoribus Senatu motus.
Egnatius Mecennius, Romanus quidam fuit, qui uxorem, quòd uinū bibisset è dolio, interfecit, quumq; cædis postularetur, à Romulo est absolutus Author Plin. lib. 14. cap 19.
Egnatuleius Lucius] de quo Cic Philip. 3, L. Egnatuleius Quæstor, cū quarta legione ab Antonio ad Octauiū defecit.
Ego] mei uel mis, mihi, me, à me. Pronomen (ἐγώ, ἐγών) Tractum à Græcis ἐγώ.
Ego, in principio narrationis. Terent. And. 1. 1. 8 Ego postquam te emi à paruulo, &c. Cic. ad Lentulum, libro 1, Ego omni officio ac potius, etc. Semper grauis est inceptio oratiōis (inquit Donatus) quæ exordiū sumit à pnomine Ego.
Ego sum Aeschinus, aperite. Terent. Adelph. 4. 4. 25.
Dico ego mihi insidias fieri. Terent Eun. 3. 3. 26.
Sed quid ego? cur me excrucio? Terent And 5. 3. 25.
Nunc ego & illam scelestam esse, &c. Terent. Eun. 1. 1. 29.

Volq

Volo ego adesse hic aduocatos nobis, etc. Terent. Eun. 4.6.26.
Et quidem ego. Terent. And. 5.6.3.
Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? Terēt. And. 3.2.38.
Imò ego te obsecro. Terent. Eun. 3.5.14.
Ego uerò. Cic. ad Attic. lib. 11.215.7, Quòd te excusas: ego uerò & tuas causas nosco: & mea interesse puto, te istic esse.
Ego uerò maneo. Terent. Eun. 5.2.55.
Ego uerò istuc ago, per ironiam dictum. Terent. And. 1.2.15.
Ego, tu, Discretiuè. Terent. And. 5.6.4,
- more hominum euenit, ut quod sim nactus mali,
Prius resciscere tu, quàm ego quod tibi euenit boni.
Ego, pro Quod ad me attinet, Salust. in procem. Catil. Quibus profectò contra naturam corpus uoluptati, anima oneri fuit. Eorum ego uitam moremq; iuxtà æstimo. Quasi dicat, Hæc est mea sententia.
Ego ille. Vide Ille.
Ego sum ille Consul, cui, &c. Cic. 4. in Catil. 73.
Ego idem dixi. Cic. 1. in Catil. 5.
Idem ego. Cic. pro Sylla, 14.
¶Egomet] pen. corr. Terent. Adel. 4.3.13, Egomet narrabo quæ mihi dixti. Cic. 7. Verr. 35, Eam nauem nuper egomet uidi Veliæ.
Vidi egomet. Virg. 3. Aeneid. 124.
Egomet iam hîc ero, Plaut. Sticho, 3.10.
Egomet mecum cogitare, &c. Plaut. Aulul. 13.9.
Egomet, memet uerberaui. Plaut. Amph. 7.49.
Egomet sum hîc: animus domi est. Plaut. Aulul. 7.4.
Egomet, pro Solus. Plaut. Amph. 10.49, Ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero.
Egomet, aliter. Plaut. Pœnul. 6.34, Si nequeo facere ut abeas, egomet abire uolo.
Egomet mihi. Cic. 7. Verr. 128, Statui egomet mihi tũ modum orationi meæ. Abundat Mihi. Egomet quoq; eius causa in funus prodeo. Terent. And. 1.1.88.
¶Egóne, Terent. Eun. 5.8.2, - quid cœptas Thraso?
T. Egóne? ut Thaidi me dedam, &c.
Egóne debacchatus sum in te, an tu in me? Terent. Adel. 2.31.
Egóne quid uelim? Terent. Eun. 1.2.111.
Egóne illam? quæ me? quæ illum? Terent. Eun. 1.1.20.
Egóne, egóne? Conduplicatum aliquid habet uenustatis in interrogando. Plaut. Pœnulo, 5.19.
Mihi pulchra satis est. Plaut. Sticho, 14.54.
Mihi sum. Plaut. Mostel. 8.86,
T R. Vide ut fastidit simia. D. mihi sum, sic sum.
Mihi tu dederis pallam? Admiratiuè, & negatiuè simul. Plautus Menæh. 15.9.
Mihi esurio, non tibi. Plaut. Capt. 13.97.
Mihine? Terent. And. 5.2.9,
Quid istic tibi negotij est? C. mihine? S. ita.
C. Mihine? S. tibi ergo.
Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore.
Mihimet, pen. corr. Plaut. Amph. 7.39, Neq; ita me dij amẽt, credebam primò mihimet Sosiæ.
Me uiuo. Plaut. Sticho, Vósne ego patiar cum mendicis nuptas me uiuo uiris? (uide.
Me uide. Plaut. Trin. 11.58, Nihil designo quod uereare, me
Me miseram, Blandimentum mulierũ, cum exclamatione quadam. Terent. And. 4.5.49.
Méne quærit? S. uerum. Terent. Adelph. 4.2.4.
Egouarri] ἐγγαύρροι, Hispaniæ populi conuentu Lucensi, dicente Plin. lib. 5. cap. 20, Et deinde conuentus Lucensis à flumine Nanilubione, Cibarci, Egouarri, cognomine Namarini Iadoni, &c.
Egra] ἔγρα Stephano, Oppidum Arabiæ, ad sinũ Elaniticũ.

Egredior] egrederis, pen. corr. egressus sum (ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι) egredi, pen. corr. Ab Ex, & Gradior compositum, & significat exire. Terent. And. 5.2.2, Vnde egreditur?
Egreditur ab ea, id est, de domo eius, Terent. And. 1.3.21.
Egredi ex castris. Cæsar 1. bel. Ciuil. 309.
E portu egredi. Cic. Attico, lib. 6.119.3.
Ex prouincia egredi. Cic. Senatui, lib. 15.2.3.
Extra fines & terminos egredi. Cic. pro Quintio, 19. Ibidem, Extra cancellos egredi.
Extra præscriptum egredi. Quint. lib. 1.21.
Egreditur subitò. Terent. Eun. 4.2.14.
Egredi pedem è uilla. Cic. ad Atticum, lib. 13.273.2.
Egredi obuiam alicui. Liu. 1. ab Vrbe, 63.
Domo egressus ad bellum. Cic. pro Ligario, 2.
Porta egressus. Cic. 1. Tusc. 22.
Tectis egredi. Ouid. 11. Metam. 43.
Vrbe egredi. Cic. 2. in Catil. 25.
Egredi suo officio. Terent. Phorm. 4.5.10.
A proposito egredi. Cic. de claris Orat. 41.
Terminos egredi. Tacit. lib. 20.
¶Egrediens, Particip. (ἐκβαίνων) Cic. de Aruisp. resp. Quum egredientem insequi cœpissem. Et 2. Catil. Ipsum egredientem urbe persecuti sumus.
¶Egressus, Participium (ἐκβεβηκώς) ut, Rates egressæ, Ouid. 1. Trist. eleg. 9.2. Sexum egressa, Tacit. lib. 16. Et Quint. lib. 5, Iuuenes nondum scholam egressi.
Via egressa, Propert. lib. 1. eleg. 19.4.
Virtus egressa modum. Stat. 10. Thebaid. 166.
¶Egressus, huius egressus, Verbale (ἔκβασις) Cic. in Pisonem, 24. Itaq; Credo, si minus frequentia sua uestrum egressum ornando atq; celebrando.
Egressus liber. Tacit. lib. 4, Plebis, & optimatium certamina libero egressu memorabant.
Dare egressus. Ouid. 2. de Arte, 7.
Tentare egressus. Senec. Agamem. 10.6.
Rarus egressu Cæsar, domo, aut hortis clausus, ad ludicra Circi uentitabant. Tacit. lib. 15.
¶Egressio, idem quod egressus.
Egregius] Adiectiuum (ἐξόχως, ἐλλόγιμος, ὑπερέχων) Excellens: quasi ex toto grege electus, inquit Festus cum Donato in Hecyr. 1.1. Vt, Egregius iuuenis. Plin. epist. 246.
In bellica laude egregius. Cic. de claris Orat. 42.
In procuratione ciuitatis egregius. Cic. 1. de Orat. 108.
Linguæ egregiùs. Sil. lib. 5.16. de Coruino.
Animæ egregiæ. Virg. 11. Aeneid. 5.
Author egregius. Virg. 10. Aeneid. 154.
Egregius color, integra ualetudo. Cic. 2. de Fin. 104.
Corpus egregium. Horat. 1. Serm. Sat. 6.14.
Decus egregium. Sil. lib. 4.37.
Domus egregiæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.5.
Egregia exercitatio. Cic. 3. de Fin. 64.
Facies egregiæ. Lucret. lib. 5.236.
Egregium facinus audere. Liu. 8. ab Vrbe, 122.
Egregia forma. Id est, formosa & elegans. Terēt. And. 1.1.45.
Gens egregia. Virg. 1. Aeneid. 90.
Egregia & præclara indoles ad dicendum. Cic. de Orat. 1. 65.
Iuuenis egregia forma. Virg. 7. Aeneid. 12.
Labor egregius. Senec. Troade. 1.2.
Laudem egregiam referre. Virg. 4. Aeneid. 19.
Memoria egregia. Tacit. lib. 4.
Egregiam operam dare alicui. Cic. ad Attic. lib. 5.90.2.
Opus magnum & egregium. Cic. 1. de Nat. deor. 139.
Os egregium. Virg. 4. Aeneid. 30.
Pax egregia. Claud. in Nupt. Honorij, 67.



Digitized by Google

Progenies egregia. Virg. 7. Aeneid. 52.
Egregij saporis oleum. Col. lib. 5. cap. 8. 3.
Virtutes egregiæ. Catul. in Argon. 59. 70.
¶ Egregius, comparatiuum. Hoc est præclarius & elegantius, siue magis egregium. Lucret. lib. 4. 95,
Nam nihil egregius quàm res secernere apertas
A' dubijs. Sed antiquum est.
¶ Egregiè, Aduerbium (ὑπερβόλως) Excellenter. Plin. in Paneg. 61, Egregiè Cæsar, quòd lachrymas parentũ uectigales esse non pateris. Quasi dicat, Pauci sic facerent.
Egregiè. Terent. And. 1. 1. 31, Horũ ille nihil egregiè præter cætera studebat. Vbi Donatus, Hìc egregiè, ualde, nimis significat. Non est ergo ad laudem positum, hæc inquit ut cætera similiter studebat.
Egregiè chara. Terent. And. 1. 5. 38. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. 12, Sed tamen quòd ab eo egregiè diligi sensi, multò amicior ei sum factus.
Egregiè cordatus homo. Cic. 1. de Orat. 98.
Seruus egregiè fidelis. Cic. Qu. fratri, lib. 11. 26.
Egregiè fortis & bonus Imperator. Cic. 2. de Orat. 149.
In uulgus egregiè gratus. Cic. Attic. lib. 2. 37. 4.
Animi natura mobilis egregiè. Lucret. lib. 3. 42.
Egregiè subtilis scriptor atq; elegans. Cic. de clar. Orat. 17.
Funus egregiè factum. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 22.
Egregiè facta ferramenta. Cic. 6. Verr. 4.
Res gestæ egregiè. Persius Satyr. 6. 5.
Egregiè instructa & armata classis. Liu. 6. bel. Pun. 196.
Egregiè loqui Græcè. Cic. 2. de Finib. 32.
Egregiè munitum oppidum. Cæsar 2. bel. Gal. 333.
Egregiè ad miseriam natus. Terent. Heaut. 3. 1. 11.
Pingere egregiè. Cic. de clar. Orat. 139.
Placere egregiè alicui. Cic. Attic. lib. 14. 318. 6.
Egressus] Vide Egredior.
Egretus] & adgretus, ait Festus, ex Græco sunt ducta, à surgendo & proficiscendo: Vnde & Nyctegresia, quasi Noctisurgum.
Eguituri] Alpinorum populi, enumerantur à Plinio lib. 3. capite 20.
Egula] læ, Genus sulphuris, lanis suffitu mollitiem candoremq; inducens. Plin. lib. 35. cap. 15, Tertio quoq; generi unus tantum est usus ad suffiendas lanas, quoniam candorem tantũ mollitiemq; confert. Egula uocatur hoc genus.
Egurgito] tas, pen. corr. (ἀπαρύομαι) significat exhaurio. Plaut. in Epid. Atq; egurgitem domo prorsus.

E H

Ehem] ἔ, Interiectio est eius qui cõmotus sit noua re aliqua. Terent. Adelph. 3. 3. 19, Ehem, Demea, haud aspexeram te: quid agitur? Idem Eun. 1. 2. 6, Quis hìc loquitur? ehem, túne eras hìc, mi Phædria?
Eheu] ἰὼ, Lamentantis, & lachrymantis interiectio. Terent. Heaut. 1. 1. 31, Quæso quid de te tantum meruisti? M. eheu. C. Ne lachruma.
Eheu conditionem huius temporis. Cicer. Antequam iret in exil. 20.
Eheu quid uolui misero mihi. Virg. eclog. 2.
Eho] Interiectio uocantis & quærentis responsum, perinde ac si diceremus, O' dic, uel O' dic mihi, Græcè ὦ εἰπέ, uel ὦ εἰπέ μοι, subauditur enim uerbum Dic, uel Veni, uel aliud simile: ut, Ehodum ad me, id est ueni ad me. Terent. Hecyr. 2. 2. 25, Eho, nunquid' nam accusat uirum?
Eho, Conturbatæ mentis interiectio. Terent. And. 5. 4. 42,
—D. coactus legibus
Eam uxorem ducet. M. eho obsecro, an non ciuis est? Terentius Heaut. 3. 3. 24, Nónne accedã ad illos? C. eho quæso, una accedendi uia est.
Eho, Interiectio uel principium animaduersionem in se poscentis, aut repentè cernentis. Terent. And. 4. 5. 7.
Eho Mysis, puer hic unde est? quis 'ue huc attulit?
Eho, Admirantis. Terent. And. 3. 2. 20,
Eho an, tute intellexti hoc aßimulari? Ibidem 5. 4. 49,
—propero ad filiam. eho, mecum Crito. Hic admiratio est intentionis ad id quod dicturi sumus.
Interrogantis. Terent. Heaut. 3. 2. 26,
Eho quæso, laudas qui heros fallunt?
Intentionem audientis exposcens. Terent. And. 4. 1. 42,
Eho, dic mihi, si omnes coniectum hunc in nuptias
Inimici uellent, quod, nisi hoc consilium, darent?
¶ Eho, Vocantis. Plaut. Mostel. 10. 44, Eho, istum puer circunduce hasce ædes, & conclaua.
Eho tu impudens. Terent. And. 4. 2. 27. Et in Eunu. 4. 4. 24,
Eho tu num ego te?
Eho, tu Glycerium hinc ciuem esse ais? Terent. And. 5. 4. 5.
Eho tu, eho tu, Conuocantis, cum quadam celeritate. Plaut. Merc. 4. 75.
¶ Ehodum, similiter interiectio uocantis & simul quærentis ut respondeatur, uel aliquid aliud fiat, Græce ὦ εἰπέ μοι uel ἔλθε πρός με. Terent. And. 1. 2. 13, Daue? D. hem, quid est? S. ehodum ad me. Id est, O' ueni ad me.
Ehodum bone uir. Terent. And. 3. 5. 10.
Ehodum dic mihi. Terent. And. 2. 1. 26. Hìc dic mihi, exprimitur, quod intelligitur superioribus exemplis.

E I

EI. M. uel EIMO. Eiusmodi.
Ei] datiuus ab Is, ea, id, aliquando habet qualitatis uim. Terẽt. in And. Eine ego ut aduerser? hoc est, tali, tam bono. In metro plerunq; monosyllaba dictio est, sicut cui & huic: licet quãdoq; etiam duarum syllabarum reperiatur, ubi e modò corripitur, modò producitur. Iuuenal.
—iuuenes hortantur ut illam Ire uiam pergant, & eidẽ incumbere sectæ. Lucretius, Scilicet & fluuius, qui uisus maximus ei.
Eia] εἶα, Aduerbium est, correctionem aliquando significans. Terent. Eunuch. 5. 9. 35, peristi. G. eia, haud sic decet. Idem Hecyr. 2. 2. 8.
Nunc uideo in illarum potestate esse te. P. eia uerò.
Eia, ne. Terent. Phorm. 3. 2. 23, eia, ne parum leno sies,
Nunquid hic confecit?
Eia, ut. Terent. Heaut. 5. 5. 19, non possum pater.
CH. Eia, ut elegans est.
Eia, Reprehendentis. Plaut. Merc. 2. 4. 38,
Pergin' tu autem eia superbè inuehere?
Eia, Hortantis: Plaut. Epid. 5. 78, eia nerò age dic.
Eia autem, Repetentis. Plaut. Amph. 10. 20,
Inimicos ausa sum semper obtuerier.
L. Eia autem inimicos?
Eia, eia. Plaut. Persa, 6. 31, ——at pol multi esse ita sciunt.
P. Eia. S. eia.
Eia, In principio epistolæ positum. Plin. epist. 94, Eia tu, quum proximè res agentur, &c.
Eia age rumpe moras, quo te spectabimus usq;? Virgil. 4. Aeneid. 114.
Eiaculor] pen. corr. eiacularis (ἐξακοντίζω) eiaculari, deponens, uel Eiaculo, eiaculas, actiuum, Idem quod longè uel eminus iaculari. Plin. lib. 37. cap. 9. 17, Species & colores arcus cælestis in proximos parietes eiaculatur. Gellius lib. 16 cap. 19, Se in salum eiaculauerat.



Digitized by Google

In altum eiaculatus. Ouid. 6. Metam. 52.
Repentinas eiaculatus aquas. Ouid. 1. Fast. 54.
Fistula aquas eiaculari. Ouid. 4. Metam. 25.

Eiectamentum, Eiectio, Eiectitius, Eiectio] Vide Eijcio.

Eiero] eieras, pen. cor. (ἐξόμνυμι) eierare, Quod recusare iudicem barbarè dicitur. Cic. 2. de Orat. 157, Placet etiam mihi illud Scipionis illius qui T. Gracchum perculit, quum & M. Flaccus multis probris obiectis P. Mutium iudicem tulisset, Eiero, inquit, iniquus est, quum esset admurmuratum, ah, inquit, P. C. num ego mihi illum iniquum eiero, uerum omnibus. Quo loco non desunt qui legant, deiero. Vide Eiuro.

Eijcio] eijcis, penult. corr. eieci, penult. product. eiectum (ἐκβάλλω, ἐξαλίω) eijcere, Proprie est excludere, & quasi extra iacere.

Eijcere, & excludere. Cic. Terētiæ, lib. 14. 3. 4, Eijcere nos magnum fuit, excludere facile est.

Expellere, exterminare, eijcere. Cic. pro Milone, 78.

Retinere & eijcere, contraria. Cic. pro Milone, 77.

Eijcere foras Terent. Adelph. 1. 2. 29. Lucr. lib. 4. 194.

Eijcere foras ædibus. Plaut. Asin. 4. 1.

Eijectus hinc. Terent. Eunuch. 2. 2. 44.

Eijcere è, uel ex Senatu. Cicer. de Senect. 38. Idem pro Cluent. 94.

Eijcere aliquem à suis dijs penatibus. Cic. pro Quint. 55.

Eijcere in exilium. Cic. in parad. 39.

Arenæ in littus eiectæ. Ouid. 11. Metam. 124.

Extrudere & eijcere in uiam. Cic. 2. de Orat. 130.

Eijcere nauem in terram Cæsar 3. bel. Ciuil. 111.

Ratis eiecta. Ouid. epist. 7. 34.

Eijcere se in agros. Liu. 6. ab Vrbe, 14. Et 7. Verr. 72, Iam sese in terram è naui eiecerat.

Eijcere sese ex oppido uel syluis. Liu. 8. bel. Pun. 14.

Se eijcere, suosq; secum educere. Cic. 1. in Catil. 22.

Eiectus è mari. Plaut. Rud. 7. 9.

Eiectus apud Andrum naui fracta. Id est, naufragiū passus est. Terent. And. 5. 4. 20.

Eijcere animum patris de alieno. Terent. Heaut. 5. 2. 2.

Eijcere ex animo amorem insitum. Cic. pro Rosc. Amer. 31.

Eijcere animi molliciem. Terent. Eunuch. 2. 1. 16.

Eijcere ex animis memoriam alicuius Liu. 8. bel. Pun. 149.

Eijciam ex eis crepitum polentarium. Plaut. Curcul. 7. 16.

Eijcere dicitur mulier, subaudi partū. Vlp. in l. si seruus seruū. §. si mulier pugno. ff. Ad legem Aquiliam, Si mulier pugno, uel equa ictu à te percussa eiecerit: Brutus ait Aquilia teneri quasi ruperit ἐκτρώσασα. Vnde uulua eiectitia.

Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes. Ouidius 3. Trist. 7. 3.

¶ Eiecto, eiectas (ἐκβάλλω) eiectare, Frequentat. Plaut. Merc. 4. 105, Ne hic te opprimeret imprudentem, atque eiectaret.

Arenas eiectare. Ouid. 5. Metam. 71.

Cruorem manantem ex ore eiectare. Silius lib. 10. 56.

Faulla eiectata. Ouid. 2. Metam. 47.

¶ Eiectio, Verbale (ἐκβολή) Cicer. ad Attic. libro 2. 33. 1, Sed mortem & eiectionem, quasi maiora timemus, quæ multo sunt minora.

¶ Eiectitius, Adiect. (ἐκβάλλω &) ut, Vulua eiectitia. Plin. lib. 11. cap. 27. 77, Vulua eiecto partu melior, quàm edito: eiectitia uocatur illa, hæc porcaria.

¶ Eiectamentum, pro excremento (ἐκκρίμα) Tacitus de moribus Germ. Diu quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat. De succino loquitur.

¶ Eiectus, eiectus, eiectui. Lucret. lib. 4,

Altior, atq; foras eiectus largior eius,
Et diuisior inter se, ac distractior intus.

¶ Eiecta, Absolutè apud Iurisconsultos dicuntur, quæ uel leuādæ nauis gratia mari committuntur, donec fors ea saluata restituat: uel quæ incendij causa sub dium emittuntur, priori domino, qui ea abiecit, restituenda, ut qui animo ea possidere interim non destitit, ut uulgatis legib. sub titulo ad leg. Rhod. de iact. & de acquir. rer. domin. constat.

Eicosaēdrum] Figura est solida, quæ triangulis uiginti æqualibus & æquilateris continetur. Euclid. 2. Element.

Einateres] εἰνάτορες, apud Græcos dicūtur duorum fratrū uxores, quod uno uersu ait Modestinus. Idem Hom. significat, Ἡ πῶ ἐς γαλόων, ἢ εἰνατέρων ἐκπέπλων. l. 4. §. 4. D. de grad. affinit.

Eion] Eionis (Ἠιών) Locus est in Taurica Cheroneso, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 6. Stephano item Eion oppidū est Macedoniæ iuxta Pieriam, quæ alio nomine Amphipolis dicitur.

Eiones] Ἠιόνες, Vicus quidem erat, quem electis incolis Mycenæi nauium receptaculum instituere: quo deinde uastato, ne statio quidem ipsa manet. Hæc Strab. lib. 8.

Eioneus] unus è Græcorum principibus qui ad Troiā profecti sunt, ab Hectore interfectus, teste H. mero. Alter fuit eiusdem nominis Thrax, & pater Rhœsi regis, qui noctu à Diomede & Vlysse interfectus est, eodem Homero teste, lib. Iliad. 10.

Eiulo] eiulas, pen. cor. (ἀναδύρομαι, κλαυθμυρίζομαι) eiulare, Est uoce sublata flere: quod magis mulierum est proprium. Plaut. Aulul. 2. 5. 16, Quinam homo hìc ante ædes nostras, eiulans conqueritur mœrens? Cicero 2. Tuscul. 28, Ipsum enim Herculem uiderat in Oeta magnitudine dolorū eiulantem.

¶ Eiulatio, Verbale (κλαυθμύρισις) Ploratus rationis expers. Plaut. Capt. 5. 7,

L. Eiulatione haud opus est, oculis multa misera cuditis.

Lugubris eiulatio. Cic. 2. de Legib. 94. Vide Lugeo.

Virilis eiulatio. Horat. Epod. 10. 4.

¶ Eiulatus, huius eiulatus, pen. prod. Idem (κλαυθμυρισμός) Cicer. de Aruisp. resp. 35, Non sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ, &c. Idem 2, Tuscul. 95, Ingemiscere nonnunquam uiro concessum est, idq; rarò: eiulatus uerò ne muliebri quidem.

Nunc eiulatum quem gemis, cuncti gemunt. Senec. Herc. Oetheo, 74.

Eiuncidus] pen. corr. Adiect. Debilis, gracilis, languidus, & ualde iunceus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 31, Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile.

Mulier eiuncida. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 10, Audij te dicere, quum in Liburniam uenisses, te uidisse matres familiās eorum, afferre ligna, & simul pueros quos alerent, alias singulos, alias binos, quæ ostenderent fœtas nostras quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse eiuncidas ac contemnendas. Sic enim legunt docti.

Vitis eiuncida. Plin. lib. 17. cap. 22, Aliàs festinatione pariendi gracilis & eiuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fœtum abeat tota. Vbi uulgò legitur eiuncida. Est autem uitis eiuncida, gracilis, languida, debilis, macra.

Eiuro] eiuras, penultima producta (ἐξόμνυμι, ἀπαρνέομαι) eiurare, Est quod uulgò dicitur renuntiare. Plinius in epistol. Et quasi eiurato magistratu priuatum me facerem.

Eiurare,

Digitized by Google

Eiurare, pro eo quod recusare iudicem barbarè dicitur. Cicer. 5. Verr. 117, Negociatores putant esse turpe id forum sibi iniquum eiurare, ubi negocientur: Prætor prouinciam suam totam sibi iniquam eiurat. Idem Pæto, libro 9.16.21, Tu autem, quod mihi bonam copiam eiures, nihil est.

Imperium eiurare. Tacit. lib. 19.

Magistratum eiurare. Tacit. lib. 12.

¶ Eiuratio, Verbale (ἀθόμνυσις) Festo Pompeio significat id quod desyderetur non posse præstari. Plautus, Eiurauit militiam.

Eiuratio, pro resignatione, apud Valerium lib. 2. Ignominiosa Consulum eiuratione.

Eiu smodi] pen. cor. (τοιοῦτος) Nomen indeclinabile, cõpositũ ex Eius, genitiuo Is pronominis, & Modi, genitiuo nominis Modus. Terent. And. 1. 1. 66, Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi, &c. Cic. 1. Acad. 5, Nihil enim eiusmodi celare possumus.

Genus belli est eiusmodi, quod maximè uestros animos excitare atq; inflammare debet. Cic. pro lege Manilia, 3.

Eiusdem modi] cui opponitur Dissimilis. Cicer. 4. Acad. 225, Alios dissimiles, alios eiusdemmodi mundos esse. Ibid. 93. & 75.

Eius generis. Plin. lib. 12. cap. 1. 8, Ceu uerò non alia eius generis esset in Cypro.

E L

Elabor] pen. prod. elaberis, elapsus sum (ἐξολισθαίνω, ἀποφεύγω, διαπίπτω, ἐκφεύγω) elabi, Est (ut ait Valla lib. 5.) periculum fugere. Nam quẽadmodum anguis lubricus, murænáue, aut anguilla manu prehẽsa lapsu fugit, quod est è manu elabitur: ita qui è medio periculo euadunt, elapsi dicuntur. Virg. 2. Aen. 106,

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites. Plancus ad Ciceronem, li. 10. 23. 10, Magno cum dolore parricidarum elapsus sum ijs.

Elabi & abire. Cic. 1. de Diuinat. 84.

Paulatim elabi. Vide Paulatim.

Excidere casu aliquo & elabi. Cic. 1. in Catil. 11. Idem pro Domo sua, 80, Ex isto ore, religionis uerbum excidere aut elabi potest, &c.

Cum uinclis elapsus. Stat. 6. Thebaid. 177.

Pugnam, aut uincula elapsi. Tacit. lib. 1.

Custodiæ Vitellij elapsum. Tacit. lib. 19.

Elabi, de, uel è, siue ex manibus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 11. Et lib. 10. 195. 3, Elapsus è soceri manibus ac ferro. Idem pro Muræna, 76.

Elapsus ex prælio. Cæsar 5. bel. Gall. 140.

Elabi inter tela & gladios alicuius. Liu. 1. ab Vrbe, 232. Et lib. 8. bel. Pun. 177, Elabi inter tumultum,

Spinoso flexu elabi. Virg. 1. Georg. 49.

E memoria elabi. Author ad Heren. lib. 3. 131.

Elabi ex criminibus. Cic. 4. Verr. 100. Idem 3. Verr. 62, Idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbitrabare.

Elabi suspicione. Cic. 3. Verr. 71.

Ex confessione insciticæ suæ non potuit urbanius elabi. Quint. lib. 2. cap. 11. 2.

Elabitur mos & disciplina de manibus. Cic. pro Flacco, 12.

Elabitur assensio. Cic. 1. Tusc. 41, Sed nescio quo modo dum lego, assentior: quum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assensio illa omnis elabitur.

¶ Elapsus, (ἐξολισθηκὼς, Participium. Cic. 2. de Nat. deor. 193, Quod quum ex utero elapsum excidit.

Elapsa ex oculis hominum anguis. Liu. 6. bel. Pun. 100.

Elapsi corporibus animi. Cic. in Somnio Scip. 33.

Elapsa est spes. Plaut. Capt. 12. 101.

Elapsa uerba reprehendere. Ouid. epist. 11. 11.

Imperfecta tibi elapsa est, ingratáq; uita. Lucretius lib. 3. 195.

Elaboro] elaboras, pe. pro. (φιλοπονέω, ἐκπονέω, ἐπεξεργάζομαι, περιεργάζομαι) elaborare, Summo labore & diligẽtia eniti, conari. Cic. Nihil mihi ita elaborandum est, quàm ut consilia nemo intelligat.

Elaborare & elucubrare. Cic. de claris Orat. 173.

Elaborare & efficere. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 4.

Eniti & elaborare. Cicer. Capitoni, in Epistol. ad Atticum libro 16. 343. 4.

Elaborare ad iudicium alterius. Cic. 1. de Fin. 12.

Extempore elaborare. Cic. de Petit. Consul. 16.

De industria, non ex insidijs, sed apertè ac palàm elaborare. Cic. in Orat. 21.

Elaborare in. Cic. 1. Offic. 160, Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimùm elaborabimus.

Elaborare in disciplinis, & illis studere. Cic. 1. Verr. 21.

Elaborare in aliquid. Quint. lib. 2. cap. 8. 5.

In literis elaborare. Cic. de Senec. 24.

Desudare & elaborare in re aliqua. Cic. de Senec. 34.

Contentione & dimicatione in aliqua re elaborare. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 15.

In re aliqua separatim elaborare. Cic. 1. de Orat. 5.

Elaborare aliquid, pro Artificio excolere. Plinius libro 34. capite 3. 1, Sic, Elaborata ars apud eundem, libro 25. capite 12. 7.

Elaborare sapòrem dicuntur epulæ. Horat. 3. Carm. ode 1. 4.

Instituere & elaborare orationem. Cic. pro Cælio, 35.

Ornare & elaborare uersus. Cic. in Orat. 20.

Elaborari dicitur locus, qui ædificijs ornatur. Plinius epistol. 17.

Elaborare ut prosis alicui. Cic. 2. de Orat. 163.

¶ Elaboratus, pen. prod. (ἐπεξεργασθεὶς) Participium. Cicer. de claris Orator. 13, Hæc est à Græcis elaborata dicendi uis atq; copia.

Elaboratus amor. Horat. Epod. 14. 3. de Anacreonte.

Concinnitas elaborata. Cic. in Orat. 46.

Curriculum industriæ alicuius elaboratum. Cicer. 7. Philipp. 222.

Elaboratum munus. Cic. ad Attic. lib. 13. 263. 1.

Elaboratum industria. Cic. pro lege Manilia, 1.

¶ Elaboratio, onis, Verbale (ἐπόνησις) Author ad Heren. Aliquid sine elaboratione & operæ consumptione inuenire.

Elabotas] ἐλαβώτας, Straboni fluuius est, per Antiochiæ cãpum, qui Pagris subiacet, fluens. Vide lib. 16.

Elacata] elacatæ, uel ut apud Festum legitur, Elacatena, Genus salsamenti, quod appellatur uulgò Malandrea. Columella lib. 8. cap. 17. 11, Tum scombri charchariq;, & elacatæ uentriculo: & ne per singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta, &c.

Elacatæum] ἐλακάτειον, Mons Thessaliæ, Iouis Elacatæi templum habens. Stephan.

Elactesco] elactescis, elactescere (ἐλαυνάινομαι) hoc est, in albedinem lactis conuerti, & lacteum colorem præ se ferre. Plinius libro 20. cap. 21. 8, Mirum, aquam radice ea addita addensari sub dio, atq; elactescere. Ex uetusto codice legitur, lactescere.

Elæa] ἐλαία, Vrbs est Asiæ in Aeolia, Pergamenorum nauale, quæ Cidænis nominata fuit, posita à Menesthæo. Est & alia urbs Elea Italiæ quæ e simplici scribitur, unde dicuntur Ele-



Digitized by Google

tur Eletæ uel Elitæ: illi uerò, Eletæ. Est & Eleá Phœnicum urbs, inter Tyrum & Sidonem, tanquam amicorum. Præterea Elæa, nauale Bithyniæ iuxta Mysiam. Postremò & lacus quidam Aethiopiæ, & hoc nomine tres insulæ. Steph. de Vrbibus.

Elæomeli] ἐλαιόμελι, olei species, è quodam arboris caudice manans in Syriæ Palmyris, melle crassior, sapore dulci. Eius naturam & uires uide apud Dioscorid. libro 1. capite 22.

Elæon] ἔλαιον, Latini oleum uocant: unde componitur Elæomeli: de quo sic Plin. lib. 23. cap. 4. 7, Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus, sapore melleo, non sine nausea, aluum emollit.

¶ Elæmporia (ἐλαιμπορία) Olei coëmendi cura. Arcad. l. ult. §. 2. D. de muner. & honor. Elæmporia, & ospratura, apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur.

Elæones] ἐλαιῶνες, Curator oleo coemendo. Arcad. l. ult. D. de muneribus & honor. Cura quoq; emendi frumenti, olei. Nam harum specierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris est.

Elæotheſium] Latinè unctorium, & sumitur pro loco ubi unctores corpora ungere solebant post lauationem.

Elais] Vna ex tribus filiabus Anij, Apollinis & Rhoeo filij, quæ quicquid tangebant, in triticum, uinum ac oleum statim uertebatur. Author Cælius Antiq. lect. libro 7. capite 15.

Elainos] ἐλαῖνος, Montis nomen, prope Phigaliam Arcadiæ urbem, stadijs plus minus triginta, in quo Cereri sacrũ antrum, quam μελαίνην cognominant, id est nigram pullam ue. Hæc Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 31.

Elaitica] præfectura (ἐλαίτης νομὸς) Vna ex Aegypti præfecturis, ad dextram Canopicæ fossæ, à fratre primi Ptolemæi appellata: non ab heroe, ut quidam uolunt, è quibus est Artemidorus. Verba sunt Strab. lib. 17.

Elaiticus] sinus (ἐλαϊτικὸς κόλπος) cui ex aduerso Lesbiorum insula consurgit. Strab. lib. 13, Post Cinnam, inquit, sunt Adæ, deinde post stadia x l. promontorium nomine Hydra, quòd ad aduersum promontorium Hermatuntem, Elaiticum sinum efficit. Vide & libr. 12. ubi de eo fit mentio.

Elamitæ] penult. product. (ἐλαμῖται) Dicti sunt Persarum principes, ab Elam filio Sem, ut ait Iosephus. Sunt item Elamitæ, populi ad sinum Arabicum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Elana] ἔλανα, Vrbs est in altero recessu Arabicæ sinus, qui apud Gazam est, nomine Elaniticus. Vide Strabon. libro 16.

Elangueo] elangues, elangui (ὀλιγοσθενῶ, ἀδῳνέω) elanguere, Languore confici & quodammodo contabescere. Plinius de Viris illust. 42. Quumq; urbem capere posset, in Campaniam diuertit, cuius delicijs elanguit. Valer. 4. Argonaut. 106, Hæsit uterq; polo, dubijsq; elanguit alis.

Elanguit cura hominum. Liu. 3. bel. Pun. 107. Hoc est, segnis & uana fuit.

Differendo deinde elanguit res. Liu. 5. ab Vrbe, 119.

¶ Elangueſco, elangueſcis (ἀπομαραίνω) elangueſcere. Valde infirmum fieri. Liuius 1. ab Vrbe, 203, Vt elangueſcendũ aliena ignauia esset. Gellius libro 2, In quibus eorum omnis uigor animi, corporisq; elangueſcit, & quod Salustius ait, effœminatur.

Dictis elangueſcere. Stat. 11. Thebaid. 77.

Cornus elangueſcens, & iam cæsura. Silius lib. 4. 28.

Elaniticus] sinus in Arabia, cui Læanitæ populi, qui ipsum incolunt, nomẽ dedere. Quidam Aelanitĩcum scribunt. Vide plura apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Elape] Genus serpentis. Plin. lib. 32. cap. 5, Salsamentorum cibus prodest à serpente percussis, & contra bestiarũ ictus, mero subinde hausto, ita ut sub uesperam cibus uomitionẽ reddatur. Peculiariter à Chalcide, Ceraste, aut quos Cepas uocant, aut Elape, Dipsadeue percussis.

Elaphantozographi] ἐλεφαντοζωγράφοι, A Plutarcho in Periclis uita, uocantur pictores qui ebore pingunt.

Elaphebolia] ἐλαφηβόλια, Festa celebrabantur mense Februario ab Athenienſib. in quibus cerui Dianæ elaphebolię sacrificabantur, unde & mensis ipse Elaphebolion dictus. Vide Elaphobelion.

Elaphebolion] ἐλαφηβολιών, Mensis nomẽ est apud Græcos, qui nostro Decembri ferè respõdet: ita dictus, à ceruorum uenatione, qui ex consuetudine Dianæ eo mense offerebantur, Gaza tamen Februarium uertit.

Elaphites] Insulæ sunt numero tres, x i i. m. paſ. à Melitæ (à qua Melitei canes Callimacho dicũtur) distantes, Chioq; à Samo finitimæ. Author, Plin. lib. 3. cap. ult. & lib. 5. ca. 31.

Elaphoboſcon] ἐλαφόβοσκον, Herba, de qua Plinius libro 22. capite 22. 12. Hanc herbam monstrauere ceruæ, ut ait idem libro 25. cap. 8. 21. Officinæ & herbarij, Gratiam Dei uocant.

Elaphonneſus] ἐλαφόννησος, Insula Asiæ, Plinius libro 5. cap. ult. Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, unde Cyzicenum marmor: eadem Neuris & Procorme sus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acanthus, &c.

Elaphus] ἔλαφος, Placentæ genus est, in elaphebolijs cõfici solitum ex seſamo & farinæ flore. Vide Cæl. libro 9. capite 16.

Elaphuſa] ἐλάφουσα, Insula est ante Corcyram, non procul ab his duabus quæ Paxae uocantur, ad Leucadiam sita. Author Plin. lib. 2. cap. 12.

Elapido] elapidas, penult. corr. (τὴν λίθων ἐκβολὴν ποιῶ) elapidare, Lapidibus purgare terram, uel lapides amouere. Plinius lib. 17. cap. 47, At in Syracusano agro aduena cultor elapidato luto sole perdidit fruges. Budæus legit, Elapidato solo lutoso.

Elapinaſta] ἐλαπινάστης, Iupiter colebatur à Græcis, hoc est conuiualis uel dapalis. ἐλαπίνη enim magnificum & splendidum conuiuij apparatum significat, ut est apud Athenæum, Eustathium & alios.

Elargior] elargiris, penultima producta, elargitus sum (χαρίζομαι) elargiri, Idem quod Largiri: nisi quòd compositio aliquid addit uehementiæ. Liuius 3. ab Vrbe, 1, Possessores & magna pars patrum Tribunitijs se iactare actionibus, principem ciuitatis, elargiendo de alieno, popularem fieri querentes.

Elargiri patriæ, charisq; proquinquis. Pers. Sat. 3. 8.

Elaſceſco] elaſceſcis, elaſceſcere, Laßũ fieri (διατακνῶμαι) Plin. lib. 16. cap. 25. 5, In arboribus tamen nimia germinatio elaſceſcit.

Elatè] Vide Effero, effers.

Elate] elates, fœm. gen. (ἐλάτη) Genus palmæ. Plinius lib. 23. cap. 5. 1, Palma, siue elate, siue spathe, medicinæ confert germina, folia, corticem.

Elate] Ciuitas in Locris, non procul ab Opunte, ut scribit Plinius lib. 4. cap. 7.

Elaterium] ἐλατήριον. Plin. lib. 20. cap. 11, Cucumim syluestrem esse diximus multo infra magnitudinem satiui. Ex eo fit medicamentum quod uocatur elaterium, succo expresso è semine. Succus est expressus ex eo agresti cucume-

re, qui

re, qui uulgò Cucumer asininus dicitur.

**Elatia**] ἐλάτεια, Ciuitas non longè ab Opunte, cuius murum terræ motu uniuersæ magna ex parte discissum esse scribit Strabo lib. 1.

**Elatine**] elatines, penultima producta, fœmin. gener. herba, quæ folia helxinæ habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis, quinis senisue: à radice statim foliosis: nascitur in segetibus: acerba gustu. Plinius libro 27. capite 9. 3.

**Elatio**] onis, Vide Effero.

**Elatites**] penultima producta, lapis. Plinius libro 36. capite 20. 4.

**Elatium**] Ciuitas. Plin. in descriptione Hierapolis libro 5. cap. 26, Vltra Palmyram quoq; ex solitudinibus ijs aliquid obtinet Hemesa, item Elatiũ, dimidio propior Petræ quàm Damascus.

**Elatria**] ἐλάτρια, Ciuitas non longe à Cibyro. Strab. libro 7.

**Elatro**] elatras, pen. cor. (ἐλαυνω) elatrare, compositum à Latrare. Horat. 1. epist. 19. 4,

Sic mihi prima fides, & uerè quod placet, ut non
Acriter elatrem.

**Elatum**] Flumen in Arcadia, quod mulieribus conceptus repræsentare creditur, ut author Plin. lib. 31. cap. 2.

**Elatus**] penultima producta, Adiectiuum (ὑπέρω, ὑπερόμενος) Excelsus, eminens, ab Effero, effers: huic Depressus opponitur. Columel. lib. 2. cap. 4. 8, Modò in elatiora, modò in depressiora cliui obliquum agi sulcum oportebit. Interdum etiam per translationem pro superbo ponitur. Vide Effero.

**Elatus**] Mons nobilis in Zacyntho insula inter Achaiam & Cephaleniam, quem montem circa Arginussam cernos non excedere, aurib. etiam in monte fissis scribit Plin. lib. 9. cap. pen. Vide & lib. 4. cap. 12.

**Elaudo**] as, elaudare, Plus quàm nominare. Festus.

**Elauo**] elauas, penultima correpta, & antiquè elauis, in tertia coniugatione, elaui, elotum, penult. product. (λούω) elauare, siue elauere: Idem quod Lauare, uel perfectè lauare significat. Columel. libro 12. capite 50. 20, Sed quum fuerit oliua elota, reliqua, sicut suprà præcepimus, fieri debebunt.

**Elauare se bonis**, Est se denudare, spoliare, exhaurire: ita ut se se quispiam lauisse uideatur. Plaut. Asin. 4. 9.

**Elbia**] M. Annei Senecæ Cordubensis uxor fuit, cui liberos peperit in Hispania, L. Anneum Senecam, Iunium Anneum Gallionem, & Anneum Melam. Vide Sipont.

**Elcebus**] ἕλκηβος, Ptolem. Galliæ urbs. Vulgò hodie Schelestad.

**Eldamarij**] Mesopotamiæ populi. Plinius libro 6. capite 26.

**Eldana**] ἑλδανα, Ptolemæo Hispaniæ urbs, Donia alio nomine. Vulgò Duennes.

**Elea**] ἐλέα, Strab. libro 6, ciuitas est Lucaniæ, à Phocensib. condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria, qui ab ea Eleatæ dicuntur. Romani primùm Heliam, deinde Veliam uocare.

**Elea**] ἕλεα, Diana cognominata fuit, cuius templum situm est circa Helos, Alorium siue paludem, Arcadiæ subiectum. Nam Arcades eius sacerdotium gerebant. Author Strab. libro 8.

**Eleatæ**] Populi Lucaniæ, Eleam urbem incolentes, quæ & Elia, & postremò Velia dicta est. Vide Elea & Velia.

**Eleatici**, Philosophi. Cicer. 2. Acad. Eleatici Philosophi à Parmenide & Zenone nominati, qui iidem & Megarici.

**Eleatri**] ἐλεάτροι, Vocatores dicuntur regij, ut scribit Pamphilus, & repetit Athenæus, addito etiam uerbi etymo, ab Eleos, quo mensa signatur coquinaria. Dipnocletoras uocat Artemidorus. Sed mox Eleatri quoq; nuncupati, cibario præfecti ministerio: quòd genus honestum censebatur, quando Ptolemæum Soterá fuisse Alexãdri Eleatrum, tradidit Chares. Hosce tamẽ Edeatras pronuntiat Sex. Pompeius. Vide Cæl. lib. 25. cap. 24.

**Eleazarus**] ἐλεάζαρος, Viri proprium, qui, ut Iosephus se uidisse testatur, inspectante Vespasiano & filijs, annulo ad nares maniaci adacto, eum è uestigio liberauit. Ex Cæl. libro 8. cap. 12.

**Elecebræ**] argentariæ, dictæ sunt ab antiquis meretrices, teste Festo, ab eliciendo argento. Locus est apud Plaut. in Menæch. Vbi nunc legitur, Illecebræ argentariæ.

**Electarium**] Medicamentum est aduersus uenenum cantharidarum utilissimum, cuius descriptionem & usum. Vide apud Mathiol. in lib. 6. Dioscor. cap. 1.

**Electè, Electio, onis, Elector, oris**] Vide Eligo.

**Electo**] electas. Vide Elicio.

**Electra**] ἤλεκτρα, Hesiodo nympha est, Oceani & Tethyos filia, uxorq; Athlantis: cuius filia quædam etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit. Virgil. libro 8. Aeneid. 27,

Dardanus Iliacæ primus pater urbis & author, &c.

Electra, fuit etiã Orestis soror, filia Agamemnonis, quæ cælibem ad multum ætatis uitam egit: unde etiam ab Helena apud Euripidem, πολυχρόνιος παρθένος, hoc est annosa uirgo, per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictam uolunt, qua ἄλεκτραν, hoc est, sine thalamo: quanquam alijs magis placet à flauo colore, electrumq; referente ita fuisse appellatam.

¶ **Electrius**, Adiect. (ἠλέκτριος) ut Tellus Electria, id est, Samos: sortita nomen ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Valer. 2. Argon. 87.

**Electrides**] ἠλεκτρίδαι, Steph. Maris Adriatici insulæ, sic à Græcis appellatæ, quòd electrum in illis prouenire putarunt, uanitatis Græcæ certissimo documento, ut scribit Plin. lib. 37. cap. 2. 17. Ouid. lib. Metam. 2,

Inde fluunt lachrymæ, stillataq; sole rigescunt
De ramis electra nouis, &c.

**Electrum**] electri (ἤλεκτρου) Gemma nigri coloris, quæ uulgò ambra dicitur, quanquam & croceum & album inueniatur. Dictum electrum, quòd apud ueteres Græcos sol Elector dicebatur. Sipontinus ex Plinio ferè, libro 37. capite 2. 17.

**Electrum**, Metalli genus mistum, nempe quoties in auro quintá argenti portio commista est. Hoc autem, modò naturale est, modò cura fit. quod si quintam portionem excedat, incudibus non resistit. Plin. lib. 33. cap. 4. 14.

Electra pinguia. Virg. 8. eclog. 9.

Stillata electra. Ouid. lib. 2. Metam. 73.

**Electryon**] ἠλέκτρυων, Amphitryonis frater, & filius Alcæi, ut testis est Hesiod. in Aspide.

**Electus**] Vide Eligo.

**Eledon**] onis, Polypi genus Hesiodo, sic dictum ἀπὸ τοῦ ἑλκτὸν εἶδος, quòd ipse se rodat: ita ut λ. in nomine, perinde ac uocans legatur. Author Cælius Antiq. lect. libro 13. capite 32.

**Eleemosyna**] eleemosynæ, penultima correptá (ἐλεημοσύνη) Misericordia, ab ἔλεος, quod miserationem significat.

Elegans] Vide Eligo.

Elegia] Armeniæ ciuitas, quàm præterfluit Euphrates, occurrente illi apud eam Tauro monte, nec resistente, ut tradit. Plin. lib. 5. cap. 24.

Elegia, Arundo uocatur obliqua, nõ in excelsitatẽ nascens, sed iuxta terram fruticis modo se spargens, suauissima in teneritate animalibus. Verba sunt Plin. lib. 16. cap. 36.

Elegea] elegæa, penult. product. (ἐλεγεία) quum ut Græca dictio ponitur ultimam longam habet: quum uerò ut Latina, corripit eandem. cuius rei rationem grammatici docẽt. Dicitur autem elegia, quasi miserabilis uel misera, Romani autem id genus carminum quod cum lamentatione adcanitur mortuis, Næniam nuncupauerunt. Vnde tractum, ut epitaphia quoq; defunctorum, elegis uersibus conscribantur. Ouid. 3. Amor. eleg. 1,

Flebilis indignos elegeia solue capillos: &c. Idem,
Blanda pharetratos elegeia cantat amores. Stat. lib. 1. Syl. 2. 3,
Quas inter multum petulans elegea propinquat.

¶ Elegiacus, Adiect. ut, Elegiacum carmen, & Elegiographus, elegiarum scriptor, qui scilicet poemata conscribit alternis uersibus, hexametris & pentametris, quo in genere poematis primam apud Græcos palmam meritus est Callimachus: apud Latinos, Ouidius.

¶ Elegia, elegiorum (ἐλεγεία) pro Carminibus elegis. Plaut. Merc. 7. 68, Occenteni noctu ad ostium, meæ impleãtur carbonibus elegiorum fores.

¶ Elegidion, elegidij, n. g. (ἐλεγείδιον) Diminut. Perf. Sat. 1,
——non siqua elegidia crudi Dictarunt proceres.

¶ Elegus, pen. corr. Adiect. (ἔλεγος) ut, Elegus uersus: Flebilis. Horat. 1. Carm. ode 33. 1. ad Tibullum.

Vela elegorum. Ouid. 2. Fast. 1.

Exigui elegi. Horat. in arte, 16.

Imbelles elegi genialis musa Valete. Ouidius 3. Amor. eleg. 14. 4.

Leues elegi. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 5.

Componere elegos. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 1.

Miserabiles elegos decantare. Horat. 1. Carm. ode 33. 1.

Emittere elegos. Horat. in Arte, 16.

Resumere elegos. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 5.

Elei] pen. prod. (Ἠλεῖοι) Populi ab Elide dicti in Peloponneso clarissimi, propter delubrum Iouis Olympij, ludosq; Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer sæpe leguntur. Lucan. libro 1. 60. Vide Strabonem lib. 8.

Eleis, pen. prod. Eleidis, pen. cor. f. g. Ouid. epist. 4. 10, Nunc fœror, ut Bacchi furijs Eleides actæ,
Qua eáq; sub Idæo tympana colle mouent.

Eleleus] pen. cor. trium syllabarum (ἐλελεῦ) Vnum è Bacchi nominib. ab ἐλελεῦ adhortantis interiectione seu acclamatione, qua in Orgijs atq; in bellis uti solebãt. Sanè ἐλελίζω, clamo in bello dicitur. Ouid. 4. Metam. 3. in Catalogo nominum Bacchi,

Nyctelius q;, Eleleusq; parens, & Iacchus, & Euan.

Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 17. hoc nomen tribuit etiam Apollini.

Elelisphacos] ἐλελίσφακος, Herba est notissima, Latini saluiam uocant. Vide in Saluia.

Elementum] elementi (στοιχεῖον) principium omnium rerum, Ab elementis res omnes sumunt incrementum, & in ea resoluuntur. Cicer. 1. Acad. 40. de aqua, igni, aere, & terra loquens, Ergo illa initia, & ut è Græco uertam, elementa dicuntur.

Elementa sunt quatuor, ignis, aer, aqua, terra. Plinius libro 15. capite 27. 3, Et dicuntur elementa, ut quibusdam placet, ab alendo. Alij, quasi eleuamenta dici uolunt, eò quòd ex ipsis cætera originem sumant, initia uidelicet & fundamenta creaturarum. Alij, elimenta per i literam, quasi fabricamenta, ex eo quod est elimo, elimas: quòd ex eis fabricata sint omnia.

Elementa, literarum notæ, eò quòd sint principia orationis. nam ex literis syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus orationes conficiuntur. Inde Elementa puerorum. Cicer. 2. de Orat. 77.

Molestiæ elementorum. Quint. lib. 2. cap. 3. 2.

Primæ indolis elementa. Stat. 2. Achil. 75.

Acuta elementa. Vide Acuo.

Grandia elementa. Ouid. 1. Metam. 6.

Prima elementa. Horat. 1. Serm. Sat. 1. 6.

Prima literarum elementa. Quint. lib. 1. cap. 1. 17.

Tractare prima elementa. Quint. in Procem. lib. 1. 16.

Irarum elementa mearum. Silius lib. 3. 17.

Elementa loquendi. Cic. 4. Acad. 163. & 257.

Rationis elementa inire. Lucret. lib. 1. 17.

Vitiorum elementa. Iuuen. Satyr. 14. 13.

¶ Elementarius, στοιχειακὸς, Quod ad elementum pertinet.

Elementarie literæ, pro Literis alphabeti. Iulius Capitolinus, Puer literis elementarijs & calculo imbutus.

Elementarius senex, qui adhuc in primis elementis instituitur. Seneca epist. 36.

Elenchus] elenchi, masc. gen. (ἔλεγχος) Vnionis genus. Plinius libro 9. cap. 35. 9, Et procerioribus sua gratia est, elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria est. Iuuen. Sat. 6. 46,

——turpe putat nil
Quum uirides gemmas collo circundedit, & quum
Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Elenchus Græcè idem ferè quod σύλλαβος, id est, ut in epistolis ad Attic. scribit Cicero, quasi comprehensio: sed Latinè index, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod significat arguere ac patefacere: id quod solent indices, ab indicando nominati. Hæc uox reperitur in principio primi libri Plinij, ubi sic legitur ex uetustis exemplaribus, statim post Præfationem, C. Plinij Secundi historiarum mundi elẽchos librorum omnium. Hæc Hermolaus.

¶ Elencticus, pen. cor. (ἐλεγκτικὸς) Adiect. unde Elenctici libri. Quint. lib. 2. cap. 6, sed alij sunt eius sermones ad coarguendos qui contrà disputant, compositi, quos ἐλεγκτικοὺς uocãt: alij ad præcipiendum, qui δογματικοὶ, appellantur.

Elenium] Herba, de qua sic Galen. Elenij herbæ radix maximè est utilis, non primo statim occursu excalfaciens, ac proinde dicenda est non calida exactè & sicca, ceu piper, cum atrum, tum candidum, sed cum recrementitio humore. Hæc ille lib. 6. de Simplic. medic. facult.

Eleo] eles, eleui, eletum, pen. prod. (ἐλεάω) elere, Maculare. Lucil. lib. 6, Si hic uestimenta eleuit luto, ab eo risum magnũ ad cachinnum impudens subijt Nonius.

Eleon] ἐλεών, Bœotiæ oppidum in ora infrà Thebas, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Est & aliud oppidum hoc nomine in Macedonia, haud longè distans à sinu Thermaico, de quo idem Plin. lib. 4. cap. 10.

Eleoselinum] ἐλεοσέλινον. in humentibus & palustribus locis nascitur, caule & foliis satino apio maioribus, rariorib. q; : à nonnullis Paludapium nominatum. Ex Matthiol.

thiol. Senenſ. apud Dioſcor.

**Elepha]** Poculi ſpecies apud Damaxenum, referente Cel. Rhodig. lib. 27. cap. cod.

**Elephantia]** elephantiæ, ſiue elephantiaſis, huius elephantiaſis (ἐλεφαντίασις) eſt ceu lepræ quoddã genus, elephantorum cuti ſimile. Origo morbi ex atra bili non quidem omni, ſed retorrida. Hæc Hermolaus in Plinium. Plinius lib. 20. cap. 10. 2, Eadem in aceto decocta, contra elephantiam proficit. Idem lib. 26. cap. 1. 7, Diximus elephantiaſin ante Pomp. Magni ætatem nõ accidiſſe in Italia, & ipſam à facie ſæpius incipientẽ: in nare prima ueluti lenticula, mox inualeſcente per totum corpus, maculoſa, uarijs coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura ceu ſcabie aſpera: ad poſtremũ uerò nigreſcente, & ad oſſa carnes apprimente intumeſcentibus digitis in pedibus manibuſq; Aegypti peculiare hoc malum. Vide Celſum lib. 3. cap. 25.

¶ Elephantia alba. Plin. lib. 25. cap. 5, Medetur ita comitialibus morbis, uertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis, elephantiæ albæ, lepris, &c.

¶ Elephantiacus, pen. corr. Adiect. Firmicus lib. 8. cap. 19, Viceſima tertia pars Arietis ſi in horoſcopo fuerit inuenta, ſtrumaticum faciet, exulcerata macularum labe poſſeſſum, uel certè elephantiaca contagione maculatum.

¶ Elephanticus, pen. corr. Qui elephãtia laborat. Firm. lib. 8. cap. 28. Sexta pars Capricorni ſi in horoſcopo fuerit inuenta, homines faciet qui tandem miſerabiliter elephantici moriantur.

**Elephantina]** Inſula Nili ſupra Syenen, oppidum habens eiuſdẽ nominis, et puteum ad Nili ripã ex eodẽ ſaxo, in quo Nili incrementa ſolent incedi. Vide Strab. lib. 17.

**Elephantini]** Libri triginta quinq; numero erant, in quibus tribuum & tribulium continebantur nomina. Scribit tamen in Tacito Flauius Vopiſcus, in libris hoc genus ſolita perſcribi ſenatuſconſulta, quæ ad Principem pertinerent. In Vlpia uerò bibliotheca ſeruabantur hi. Ex amplitudinis autem ratione ab Elephante hoc nomen ſortiti ſunt. teſte Cæl. lib. 21. cap. 22.

**Elephantis]** Nili inſula eſt. Plin. lib. 5. cap. 9, Elephantis inſula infra nouiſſimum Cataracten, nauigationis Aegyptiæ finis. Ibi Aethiopicæ conueniunt naues. nãq; eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractes uentum eſt. Eſt & Elephantis, Viri poetæ nomen, cuius meminit Martial. lib. 12. ad Sabellum,

Nec molles Elephantidos libelli.

**Elephantiſtes]** ἐλεφαντίστης, Ariſtoteli elephantorum moderator, quem Plutarchus elephantarchen uocat, teſte Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 18.

**Elephantophagi]** ἐλεφαντοφάγοι, Aſiæ populi, elephantorum uenationem exercentes, de qua & quo pacto fiat. Vide Strab. lib. 16.

**Elephas]** Arabiæ mons in mare expoſitus prope Daphnum portum & fluuialem regionem, quæ Apollinis dicitur. Vide Strab. lib. 16.

**Elephas]** pen. corr. elephantis, m. g. & elephantus, elephanti (ἐλέφας) Maximum animalium terreſtrium, inquit Plinius lib. 8. cap. 1. Cic. 5. Philip. 197.

Elephanto belluarum nulla prudentior. Cicero 1. de Nat. deor. 136.

Elephantorum acutiſſimi ſenſus. Cic. 2. de Nat. deor. 226.

Anguimani elephanti. Lucretius lib. 2. 109. Sic dicti, quòd manum ſiue proboſciden flectunt ac contorquent, ut angues propria corpora.

Libycus elephas. Lucan. lib. 6. 41.

Elephantes in ordinem conſtituere, Vide Conſtituo.

Vires elephantis deſyderare. Cic. de Senect. 24.

Manus etiam data elephanti. Cicero 2. de Nat. deor. 183. Manum uocat proboſciden, ſeu roſtrum oblongum, quo utitur uice manus.

Elephantus, quãdoq; pro Ebore ſiue elephanti dente ponitur. Virg. 3. Georg.

In foribus pugnam ex auro ſolidoq; elephanto.

Idem 3. Aeneid. 93.

Elephantus candens, id eſt, ebur. Virg. 6. Aeneid. 179.

**Elephantinus]** penul. prod. Poſſeſſiuum (ἐλεφάντινος) ut, Pellis elephantina.

Elephantinum emplaſtrum deſcribit Celſus lib. 5. cap. 19. Sic autem dicitur, eodem teſte, quòd ſit percandidum.

**Eleti]** ἐλέτοι, Thraciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 11.

**Eleuo]** eleuas, pen. corr. (ἐπαίρω, αἰωρέω) eleuare, In altum tollere. Plautus, Capedum lapidem hunc, atq; eleua.

**Eleuare** (ἐκφαυλίζειν, συντελίζειν) Minuere, extenuare, & res geſtas uerbis deprimere. Vilem item, leuemq; aliquem uerbis demonſtrare. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Maior, ſi uana noſtra P. C. authoritas ad plebẽ eſt, uos eleuatis eã. Idẽ lib. 28. Q. Fabius res geſtas in Hiſpania eleuauit. Cicero de Amic. 74, Eſt enim uarius & multiplex uſus amicitiæ, multæq; cauſæ ſuſpicionum offenſionumq; damnantur: quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre ſapientis eſt. Valerius lib. 8, Quoniã ipſis uoluminibus nomina ſua diligenter adijciunt, ut quod profeßione eleuant, uſurpatione memoriæ conſequantur. Eleuant, id eſt, aſpernandum dicunt. Hæc Budæus.

Lepôre eleuare, id quod eſt ab alio obiectum. Cicero 2. de Orat. 127.

Aduerſarium eleuare. Cic. 2. de Orat. 131, Quod frangit aduerſarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat, &c.

Eleuare ægritudinem. Cic. 3. Tuſc. 60, Nihil eſt enim quod tam obtundat, eleuetq; ægritudinem, quàm, &c.

Authoritatem eleuare. Liu. lib. 7. Decad. 4.

Famam eleuare. Tacit. lib. 4.

Eleuare uerbis famam urbis captæ. Liu. 6. bel. Pun. 263.

Eleuare ignominiam. Liu. 4. ab Vrbe, 182.

Index, indicium q; eleuabatur. Liu. lib. 6. Decad. 3.

Inuidiam eleuare. Quint. lib. 5. cap. 13. 23.

Multitudinis noxam eleuabat. Tacit. lib. 5.

Sæuitiam eleuare, pro minuere. Tacit. lib. 4.

Solicitudines eleuare. Lucelus. Cic. lib. 5. 14. 5.

Teſtimonia eleuare. Quint. lib. 5. cap. 7. 4.

**Eleuatio]** onis (συντελισμὸς) Quint. lib. 9, Et illæ eleuationes uidelicet, O Dij boni.

**Eleus]** dictus eſt Bacchus à Græcis, quaſi pius pater, quòd libertatem hominibus præſtet. Græci ἔλεον, miſericordiam dicunt.

Eleus habitus. Plin. lib. 34. cap. 8. 42.

¶ Eleus, Adiectiuum (ἐλεῶς) ab Elide, Vide Elis.

**Eleus]** untis, ſiue potius Eleus (ἐλεύς) Stephano, Oppidum eſt in Thracia Cherroneſo, nõ procul à Maſtuſia promontorio. Author Plin. lib. 4. cap. 11. Eleuntij, huius incolæ dicuntur, ſiue Eleuſii, ἐλευσίοι.

**Eleuſa]** ſiue potius Eleuſa (ἡ ἐλεοῦσα) Inſula eſt Ciliciæ adiacens, non procul à Cypro, cuius meminit Plinius libro 5. cap. 31.

**Eleuſin]** Eleuſinis, Vicus in Aegypto ſic uocatus, ubi Grammaticam etiam docuit Callimachus. Suidas in eius uita, περὶ δὲ συζεύξαι τῷ βασιλεῖ, γράμματα διδάξαντα ἐν Ἐλευσῖνι ὠμυνσθίῳ τῆς Αλεξανδρείας.



Digitized by Google

Eleusinia ] ἐλευσίνια, Sacra apud Athenienses in honorem Cereris nobilissima fuere, de quibus, Augustino teste 7. de Ciuit. Varro nihil interpretatur, nisi quòd attinet ad frumentum, quòd Ceres inuenit, & Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit. Vide plura apud eundem Augustinũ lib. eodem. 7. de Ciuit. Dei.

Eleusinius sinus ] ἐλευσινίαν κόλπον, Strab. lib. 8, Ante hanc ripam & Saronicus & Eleusinus sinus iacet, unus & idem quodammodo, Hermionico sanè contiguus.

Eleusis ] & Eleusin (ἐλευσὶς) ciuitas in Attica prouincia, non longè ab Athenis, in qua regnauit Eleusius, quem Ceres docuit omnem agriculturam: & in ea mystica Cereris celebrabantur, à qua tota prouincia Eleusina dicta est. Ex Strab. lib. 9.

Attica Eleusis. Senec. Herc. Oeth. 5.4.

Cerealis Eleusis. Ouid. epist. 4.14.

¶ Eleusinus, Adiectiuum, pen. prod. (ἐλευσίνιος) ut, Mater Eleusina, Ceres. Virg. 1. Georg. 33.

Eleutheræ ] ἐλευθέραι, Oppidum Bœotiæ, inter Megaram, & Thebas, ex qua Myron ille bucula tantopere nobilitatus, ortum traxisse fertur. Author Plin. lib. 4. cap. 7. & lib. 34. cap. 8.

Eleutherius ] ἐλεύθερος, Latinè dicitur liberalis, ingenuus, seruator, liberatorq; . Eleutheria libertas. Item Eleutheria, eleutheriorum, libertatis solennia. Plaut. Persa, Basilicè agito eleutheria.

Eleutherius Iupiter (ἐλευθέριος Ζεὺς) quem apud Latinos tum Liberatorem, tum liberalem, & libertatis autorem interpretatum legimus, ideò uocatus est, quòd Athenienses à Medicis liberauit. Hic tamen & Syracusijs cultus fuit, & à Tarentinis, & à Plataensibus, & in Caria. Hyperides orator aliunde dictum existimat. Sic enim inquit, O uiri iudices, hæc quidem Iouis appellatio facta est, ut Eleutherius uocetur, propterea quòd ἐλεύθεροι, id est liberti, porticũ construxere propinquam. Et certè Plato in Theage, Athenis Eleutherij Iouis porticum fuisse ostendit, quum ibi Socratem & Demodocum colloquentes inducit. Templi uerò, imò etiam porticus mentio est in œconomico Xenophontis.

Eleuthernæ ] Cretæ insulæ oppidum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Eleutherocilices ] ἐλευθεροκίλικες, Asiæ populi. Cic. 5. ad Atticũ, Eleutherocilices populi in Amano, ne regibus quidem unquam paruerunt. Idem, 5. famil.

Eleutheros ] ἐλεύθερος, Flumẽ est iuxta Orthosiam urbẽ, quæ est in radice Libanij montis. Plin. lib. 9. cap. 10, Testudines in Phœnicio mari ultrò ueniunt, statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine.

Eleutho ] ἐλευθὼ, Dea est parturientibus assistere solita, ut Pindaro placet in Olymp. ubi eam & Parcas Apollo iubet adesse Euadne parturienti. De eadem Eleutho meminit & Pburnutus, et Hesychius his uerbis, Eleutho una est Ilithyiarum, & Cereris cognomen apud Tarentinos & Syracusanos.

Elice ] Oppidum in sinu Corinthio, quod à mari unà cum Bura altero quoq; oppido, hausturn refert Plin. lib. 2. cap. 92.

Elice ] Vide Helice.

Elicio ] elicis, penult. corr. elicui, elicitum, penult. corr. uel elexi, electum, Antiquè, unde Electo (ἔλαγω) Elicere, est educere, extrahere. Plaut. Bacch. 6.17, Vt eum ex lutulento cœno properè hinc eliciat foras.

Domo aliquem elicere. Horat. 2. Carm. Ode 11.5.

Elicere aluum. Plin. lib. 19. cap. 5.14.

Inferorum animas elicere. Cic. in Vatinium, 10.

Aquas elicere. Ouid. in Ibin, 80.

Chelin elicere. Stat. 1. Achil. 38.

Eliciunt cælo te Iuppiter. Ouid. 3. Fast. 66.

Ex terræ cauernis ferrum elicere. Cicero 2. de Nat. deor. 226.

Elicere ferrum terræ cauernis. Vide in Abdo.

Fauorem elicere. Tacit. lib. 15.

Suscitare & elicere fontem. Plin. epist. 95. lib. 4.

Elicere ignem conflictu & ictu lapidũ. Cic. 2. de Nat. deor. 36.

Iras elicere. Sil. lib. 7. 14.

Elicere lachrymas. Plaut. Trinum. 6.13.

Literas ab aliquo elicere. Cic. Attico, lib. 9. 171. 2.

Manes sepulchris elicit. Tibul. lib 1. eleg. 2.10.

Sanguinem elicere. Cicero 2. Tuscul. 190, Iphigenia Aulide duci se immolandum iubet, ut hostiũ sanguis eliciatur suo.

Elicere sudorem. Plin. lib. 25. cap. 11. 6.

Conquirere & elicere blãditijs. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1. 2. 8.

Elicere multa ab aliquo & cognoscere, &c. Cicero Attic. libro 2. 37. 5.

Elicere & tanquam exprimere aliquid. Cic. 4. Acad. 16.

In quaq; re quòd probabile uideri posit, eliciendum. Cicero 1. de Orat. 77.

Elicere arcana alicuius. Liu. 10. bel. Maced. 96.

Elicere causam immutatæ alicuius uoluntatis. Cic. ad Att. li. 1. 7.

Præsensionum causas elicere. Cic. 1. de Diuin. 22. (2.

Opportunitatem elicere. Cic. 1. de Inuent. 3.

Elicere ex mentibus diuinis prodigia. Liu. 1. ab Vrbe, 84.

Elicere sententiam alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 7. 121. 9.

Neruorum elicere sonos. Cic. 2. de Nat. deor. 224.

Suspicionem elicere ex re aliqua. Cic. 2. de Inuent. 149.

Elicere uerbum ex aliquo. Cic. 1. de Orat. 48.

Elicere uerum. Plaut. Persa, 4.4.

Elicere ululatum. Cic. 2. Tusc. 96.

Vocem elicere. Cic. pro Cælio, 47.

Vocem è lateribus & faucibus elicere. Cic. 2. Tusc. 96.

Elicere, & inuitare, ut. Plin. epist. 195, Qui elicis & inuitas, ut quàm plurima communicare tecum uelim.

Propositis præmijs elicere optimum quemq; . Cic. pro Cornelio Balbo, 16. Idem 5. Tusc. 31, Nos uellem præmio elicere possemus, qui uobis aliquid attulisset, &c.

Elicere ad colloquium. Liu. 5 ab Vrbe, 71.

Aliquem ad disputandum elicere. Cic. 2. de Orat. 8.

Elicere ad pugnam. Liu. 4. bel. Maced. 75. Id est, pertrahere, siue adducere.

Elicere in. Cæsar 5. bel. Gall. 187. Idem lib. 8. 45, Eodemq; equites postero die mittunt, qui primùm nostros elicerent in insidias, deinde circunuentos aggrederentur.

Voce mea uoces eliciente Dei. Ouid. 1. Fast. 52.

Acribus est stimulis eliciendus amor. Ouid. 2. de Arte, 89.

Elicienda est responsio. Cic. 1 de Inuent. 70.

¶ Electo, electas (ἀφελκύω) electare, Frequẽtatiuũ, Idẽ quod Elicere, ut ait Fest. Plau. Asin. 7.29, Quæ illæc præda est? ibo aduorsum, atq; electabo q̃quid est. Magis in usu est Illecto.

¶ Elix, elicis, penult. corr. m.g. (ἀγωγὸς) Sulcus aquarius qui in segetibus fit. Col. lib. 2. cap. 8.3, Sed quamuis tempestiuè sementis confecta erit, cauebitur tamen ut patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nonnulli elices uocant, faciamus, &c. Festus, Elices sulci sunt aquarij, per quos aqua collecta educitur è liris.

¶ Elicius, Adiectiuum (ἐξαγωγὸς) ut, Iupiter Elicius, ab eliciendis & euocandis fulminibus. Ouid. 3. Fast. 66.

Eliciunt cælo te Iuppiter: unde minores

Nunc

Digitized by Google

Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; uocant.

Elichrysum] ἐλίχρυσον, Herba est caule constans recto, æquali, ac lignoso, cubitalem longitudinem non excedente: foliis per interualla emergentibus, abrotoni æmulis: comantibus in cacumine floribus, aureo colore fulgentibus, & in orbem umbellæ modo cohærentibus, corymbacea facie, ueluti myriophylli uel agerati: qui exiccati aureum colorem diutius retinent. Hæc Mathiol. ex Dioscor. Elichrysi meminit & Plinius libro 21. cap. 25. Et Gal. lib. 6. Simplic. medicam.

Elico] Heluetius quidam fuit, de quo Plinius. Produnt Alpibus coercitat, & tum inexuperabili munimento Galliæ, hanc primùm habuisse causam superfundendi se Italiæ, quòd Elico ex Heluetijs ciuis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam & uuam, oleiq; ac uini præmissa remeans secum tulisset. Hæc ille lib. 12. cap. 1.

Elido] elidis, penult. prod. elisi, elisum (ἐκθλίβω) elidere, Ex e præpositione, & Lædo, ledis, compositum, Effringere, dissipare. Plautus Pœn. 6. 45, Hercle tuum iam elidam caput. Liu. 1. bel. Pun. 169, Caput pecudis saxo elisit.

Elidunt fœtus suos. Colum. lib. 7. cap. 9. 8.

Fauces elidere. Ouid. 12. Metam. 29.

Herbas elidere, id est, comminuere & tundere. Varro 1. de Re rust. cap. 47.

Elidere ignem è silice. Plin. lib. 11. cap. 37. 81.

Elidere claua leonem. Sueton. in Nerone, cap. 53.

Ignis elisit nubes. Stat. 5. Theb. 79.

Elidere pactum. Paulus in l. Si unus. §. pactus. ff. de pactis.

Elidere naues constratas. Cæsar 3. bel. Ciuil. 106.

Elidere omnes neruos uirtutis. Cic. 2. Tusc. 48.

Elidere alicui oculos. Plaut. Rud. 16. 43. Id est, extrahere.

Pontum elidere. Lucan. lib. 6. 12.

Sibilum elidere. Celsus lib. 4. cap. 4.

Elidere sonum. Plin. lib. 11. cap. 51. 4.

Spiritum elidere. Celsus lib. 4. cap. 4.

Elidere spumam, Colligere. Virgilius 3. Aeneid. 114.

Ter spumam elisam, & rorantia uidimus astra.

Seru. interpretatur excussam.

Stirpes ægritudinis elidere. Cic. 3. Tusc. 140.

Victum elidere. Curtius lib. 9, Stipitem intentans, elisurusq; eo uictum, nisi prohibitus esset à rege. Hoc est, hostem superatum.

Viuacemq; animam missis elidite syluis. Ouidius 12. Metamorph. 103.

Elidi & examinari. Suet. in Cæsare, cap. 39.

Elidi ægritudinibus. Cic. 5. Tuscul. 24.

¶ Elisus, pen. prod. Participium (ἐκθλιμμένος) ut,

Aer elisus. Ouid. 1. Metam. 94.

Artus elisi. Ouid. 14. Metam. 39.

Guttura elisa. Lucan. lib. 2. 31.

Ignes elisi. Ouid. 6. Metam. 39.

Nubes elisa. Senec. Agamem. 6. 21.

Venter elisus. Lucan. lib. 3. 131.

Eligo] eligis, penult. corr. elegi, electum (ἐκλέγω, αἱρέομαι, ἐπιλέγω, αἱρετίζω, προαιρέω) eligere, Notæ significationis. Est autem uel ad nostrum emolumentum, uel ad illius qui eligitur, dignitatem, inquit Valla, libro 5. Cicero 4. Acad. 209, Quam potissimum sententiam & disciplinam melius eliget?

Optionem alicui facere ut eligat utrum uelit. Cicero 1. Verr. 24.

A' multis eligere commodissimum quodque. Cicero 2. de Inuen. 124.

Eligere de. Varro de Re rust. De asinis quemq; amplissimum & formosissimum quem possunt eligunt.

De tribus eligere quem uelis. Cic. 10. Philip. 171.

Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse uersus Hieronymus Peripateticus. Cic. in Orat. 110.

Eligere ad munus aliquod. Cic. 4. Tusc. 9.

Eligere in. Cic. Populus elegit sibi in principem Octauium.

In usus locum eligere. Virg. 4. Georg. 59.

Stultè eligere. Ouid. epist. 15. 34.

Opus eligere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 12.

Pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. Ouid. 13. Metam. 75.

Leuius malum eligendum. Cic. Octauio.

¶ Electus. partic. (προκεκριμένος) Plinius libro 15. cap. 29. 3.

Conquisiti atq; electi coloni. Vide Conquiro.

Feræ electæ. Ouid. 12. Metam. 83.

Ex orationibus, uel historijs electi loci. Quintilianus lib. 2. cap. 7. 2.

¶ Electus, Nomen ex participio (ἀπόλεκτος, αἱρετὸς, ἐκλεκτός) ut, Electis uerbis dictatæ res. Cicero 1. de Fin. 14.

Scripta electissima. Catul. epig. 34. 2.

Electissimis uerbis ornari. Cic. 3. de Fin. 41.

Electissimi uiri ciuitatis. Cic. pro Quintio, 3.

¶ Electus, electus, electui, Verbale. m. g. (πρόκριμα) Ouid. epist. 2. 29, In necis electu parua futura mora est.

¶ Electior, electoris, Verbale masc. (αἱρετὸς) Qui eligit. Author ad Herennium, lib. 4. 144, Postremò in eo uim artificij consumant, ut ipsi ab alijs potius eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur.

¶ Electio, electionis, Verbale, f. gen. (ἐκλογὴ, αἵρεσις) Cic. in Oratore, 37, Id autem est iudicium electioq; uerborum. Idē 4. de Finibus, 75.

¶ Electè (αἱρετῶς) Aduerbium. Cicer. de Inuent. Electè dirigere.

¶ Elegans, penult. corr. elegantis (φιλόκαλος, ἐπιτρεπτικός, ὀνητικὸς) Quidam participium ab Eligo esse uolunt: utcunque tamen sit, elegans significat cultum, ornatum, politum: ut,

Elegans oratio. Cic. 1. de Fin. 16.

Magis elegans. Vide Magis.

Mundus & elegans. Cic. 3. de Finib. 46.

Pueri ex elegantissimis familijs lecti. Cicero pro Rosc. Amer. 72.

Facetum, elegans, Oratorium. Cic. 2. de Orat. 133.

Artes elegantes & ingenuæ. Cic. 3. de Fin. 6.

Eloquentia elegantior. Quint. lib. 1. cap. 1. 6.

Iocandi genus elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Cicero 1. Offic. 146.

Elegans homo (inquit Gellius lib. 11. cap. 2.) nō dicebatur cum laude, sed id ferè uerbum ad ætatē M. Catonis, uitij, non laudis fuit. Est nanq; hoc animaduertere, cùm in quibusdā alijs, tum in libro Catonis qui inscriptus est Carmen de moribus, ex quo libro uerba hæc sunt, Auaritiam omnia uitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, uitiosus, tritus qui habebatur, is laudabatur. Ex quibus uerbis apparet, elegantem dictum antiquis, non ab ingenij elegantia, sed qui nimis læto, amœnoq; cultu, uictuq; esset. Postea elegans reprehendi quidem desijt: sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso & Q. Scæuolæ non meram elegantiam, sed multa parsimonia

nia mistă laudi dedit. Crassus (inquit) erat parcissimus elegantium, Scæuola parcorum elegantissimus. Hactenus Gel. Col. lib. 7. cap. 2. 1, Tum etiam casei, lactisq; abundantiam non solum agrestes saturat, sed etiam elegantium mensas iucundis & numerosis dapibus exornat. Cic. 6. Verr. 88, Vide ne ille non solum temperantia, sed etiam intelligentia te at q; istos qui se elegantes dici uolunt, uicerit.

Ingenium iucundum & elegans. Quint. lib. 5. cap. 13. 38.

Faceta & elegans ironia. Cic. de claris Orat. 161.

Lingua elegans. Catul. epig. 40. 1.

Polita, urbana & elegans oratio. Cic. de claris Orat. 156.

Elegantem regem narras. Terent. Eun. 3. 1. 18, —hui
Regem elegantem narras. Vbi Donatus, elegantem, qui ipse sciat eligere: aut ipse sit eligendus.

Egregriè subtilis scriptor atq; elegans. Cic. de claris Orat. 17. Ibidem 32, Acuti sunt, elegantes, faceti, breues.

Elegans formarum spectator. Terent. Eun. 3. 5. 18, Vbi Donatus, Elegans spectator est, qui sit cunctantis & fastidiosi iudicij, cui non quid placet facilè.

Elegans in cibo. Cic. in Orat. 46.

In dicendo elegans. Cic. in claris Orat. 129.

Elegans in omni iudicio. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 3.

Elegantius, Comparatiuum. Catul. epig. 13. 2,
Seu quid suauius, elegantiusue est.

¶ Elegantia (σύνεσις, φιλοκαλία) Cultus & ornatus, dicta quòd sit selecta & separata à uulgari opinione. Plinius lib. 26. cap. 14. 10, Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.

Materies crispioris elegantiæ. Plin. lib. 13. cap. 9. 3.

Elegantia & munditia. Cic. in Orat. 43.

Hominis elegantia. Cic. Attico, lib. 1. 5. 2.

Morum elegantia. Tacit. lib. 19.

Linguæ subtilitas & elegantia. Cic. 2. de Orat. 17.

Elegantia disserendi, Elegantia sermonis. Cic. 2. de Fin. 47. Et ad Atticum, lib. 7. 123. 14.

Loquendi elegantia. Cic. de claris Orat. 79.

Exculta elegantia. Quint. lib. 6. cap. 3. 14.

Politior elegantia. Cic. 3. de Fin. 61.

Cum summa elegantia atque integritate uiuere. Cicero pro Syl. 59.

Elegantia apud Rhetores, est quæ facit ut unum quodq; purè & apertè dici uideatur. Hæc distribuitur in Latinitatem & explanationem. Author ad Heren. lib. 4. 159.

¶ Eleganter aduerbium (σὺν εἶναι τῶς, φιλοκάλως) Hoc est, politè & propriè: ut, Eleganter disputare. Cic. 4. Acad. 153. Idem 2. de Fin. 106, Hoc ipsum elegantius poni, meliusq; potuit. Et ad Brutum, 15. 1, Tibi is exponet qui & optimè omnia nouit, & elegantissimè expedire, & deferre ad te potest.

Eleganter acta uita. Liu. 5. bel. Maced. 120.

Eleganter acceptus, hoc est lautè & opiparè. Cicero ad Attic. lib. 13. 298. 4.

Eleganter copioseq; colligere. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 5.

Accuratè eleganterq; dicere. Cic. de claris Orat. 43.

Latinè loqui elegantissimè omnium. Cicero de claris Orat. 136.

Neq; distinctè, neq; distributè, neq; eleganter, neq; ornatè scribere. Cic. 2. Tuscul. 10.

Elij] ἦλεις, Populi sunt circa Astaboram & Astapam fluuios incolentes, qui etiam Rhizophagi dicuntur, propterea quòd ex adiacente palude euulsis radicibus massulas conficiunt, & ad solem coctis uescuntur. Author Strabo libro 16.



Elimino] eliminas, penult. corr. (ἐξοράω) eliminare, Efficere, & ueluti extra limen trudere. Ennius Medea, Exule antiqua herilis, fida custos corporis, quòd sic extra ædes eliminatur. Accius Phœnicis, Egredere, exi, effer te, elimina urbe. Var. Serano, Occipitium Arino Deo ostendo, ex oraculo elimino mihi. Non.

Dicta foras eliminare. Horat. 1. epist. 5. 5.

Eliminare gradus, de qua locutione Fabius, lib. 8. cap. 3.

Elimiotæ] ἐλιμιῶται, Populi Macedonibus uicini & ab illorum parte stantes, ut refert Strabo lib. 9.

Elimo] elimas, penult. prod. (ἀπορρύω) elimare, De aliqua re limare. Plin. lib. 34. cap. 18. 5, Alij elimatã scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figulinum. Ouid. 4. Metam. 36.

Elimare, per translationem. Cice. ad Attic. lib. 16. 334. 4, Velim χάλιον. elimes ad me, oportuisse te id facere. Idem 4. Acad. 119, Rationes latiore specie non ad tenue & limatæ.

Commodius aliquid elimare. Quint. lib. 2. cap. 8. 3.

Elimos] Tibiæ genus ex buxo fieri solitæ, quam inuentam à Phrygibus author est Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 7.

Elinguis] & hoc elingue (ἄγλωττος, ὁ) Qui sine lingua est.

Elinguis, Qui mutus est, & loqui non potest, etiam si linguam habeat. Cic. pro Flacco, 15, Conuicit, & elinguem reddidit. Idem de clar. Orat. 51, Præsertim quum Fannius nunquam sit habitus elinguis.

Elinguis curia. Plin. epist. 167. d, Idem prospeximus curiam, sed curiam trepidam, & elinguem.

¶ Elinguare, Verbum (ἀγλωττίζειν) Linguam amputare. Plaut. Aulul. 7. 72, Si hercle ego te non elinguandam dedero usq; ab radicibus, &c.

Eliquo] eliquas, penult. corr. (ἐκτήκω) eliquare, Liquidũ facere: quod idem Colliquare dicitur: ut quum aurum, aut argentum dissoluitur.

Eliquare, pro Ad liquidũ purgare. Seneca, lib. 3. Natur. quæst. Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post aliquantum interuallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusq; est. Col. lib. 12. cap. 12. 1, Deinde quum sæpius eam in alia uasa transfuderint, & eliquauerint.

¶ Eliquesco, eliquescis (τήκομαι) eliquescere, Liquidum fieri, siue liquefieri. Varr. 1. de Re rust. cap. 55. 2, Alia ad cibum eligitur: alia ut eliquescat, ac non solum corpus intus ungat, sed etiam extrinsecus. De olea loquitur.

¶ Eliquamen, pen. prod. (τῆγμα) Quod eliquatum est ex re aliqua, ut carne aut piscibus: id autem uulgus uocat Salmuriam uel Muriam. Col. lib. 9. cap. 14. 2, Abstineatq; ferè ab omnibus redolentibus esculentis, ut sunt salsamenta, & eorum omnia eliquamina, &c.

Elis] ἦλις, Vrbs in Peloponneso. Cice. 1. de Diuin. 150, Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Ianundarum unam, alteram Glutidarum, aruspicinæ nobilitate præstantes.

Elis, Achaiæ urbs, ubi curule certamen exercebatur in honorẽ Iouis Olympici. De Elide scribit Plin. in descriptione Achaiæ, lib. 4. cap. 5. 2.

Resupina Elis. Stat. lib. 4. 48.

Elim, Messeniaq; arua colebas. Ouid. 2. Metam. 136.

Elidis fluuius, Alpheus. Virg. 3. Aeneid. 138.

¶ Eleus, pen. prod. Adiect. (ἠλεῖος) Virg. 3. Georg. 40,
Hic uel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumis aget ore cruentus.

Labores

Labores Elei. Stat. 4. Sylu. 7.

¶ Eliades equæ (ἠλιάδες ἵπποι) Virg. 1. Georg. 12,

—Eliadum palmas

Epiros equarum. Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curuli certamine. Seruius.

Eliſa] pen. prod. (ἐλίσσω) Nomen fuit Didonis. Nam Dido lingua Phœnicum uirago interpretatur. Quum enim Iarbas Libyæ rex eam uellet uxorem ducere, illa uerò negaret, Carthagini bellum intulit. Cuius timore quum cogeretur à ciuibus, petijt ut antè placaret manes mariti: & exædificata pyra ſe in ignem præcipitauit: ob quam rem Dido, id eſt uirago dicta eſt, quæ uirile aliquid fecit. Hactenus Seruius in illud 4. Aeneid. 8,

Non Libyæ, non antè Tyro deſpectus Iarbas. Virg. 4. Aeneid. 67,

—nec me meminiſſe pigebit Eliſæ, &c.

¶ Eliſeus, pen. prod. Adiectiuum. Sil. lib. 6,

At noua Eliſci iurato fœdera patres
Conſultant mandare duci. Id eſt, Carthaginienſes, ab Eliſa Didone.

Eliſſo] ſiue Eliſſa (ἐλίσσωρ, ἡ ἕλισσα) Fluuius eſt in Peloponneſo, in Elidis & Piſſæ terminis labens, de quo Strabo. lib. 8.

Elix] Vide Elicio.

Elixa] à liquore dicta. Feſtus.

Elixo] as (ἑψάω) Aqua coquo. Laur. Valla, Quod in prandio carnes quaſdam parum elixaſſet.

¶ Elixus, Adiectiuum (ἑφθὸς) Dicitur quod aqua coctum eſt, Plaut. Moſtel. 15. 65,

Nam elixus eſſe quàm aſſus ſoleo ſuauior. Idem Pœn. 4. 57, Aſſum apud te eccum. A. at ego elixum uolo. Nonius Marcellus, Elixum, quicquid aqua mollitur uel decoquitur. nam elixam aquam ueteres eſſe dixerunt. Vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad caſtra uel ad tentoria ſolent ferre. Varro, In pauimento non audes facere laconam: at in humum calceos facis elixos. Id eſt, madefacis calceos.

Elixus balneator. Martial. lib. 3. 7.

Herba elixa. Ouid. 4. Faſt. 75.

Elixum ſorbum. Col. lib. 8. cap. 17. 12.

Veruex elixus. Iuuen. Saty. 3. 29.

Miſcere elixa aßis. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 16.

Elleborinæ] teſte Plinio lib. 7. cap. 9, herba eſt exiguis foliis, quæ alio nomine Epipactis dicitur.

Elleborium] Vini factitij genus, de quo uide Plinium lib. 14. cap. 16.

Elleborum] Vide Helleborum.

¶ Elleborum, Iulius Pollux libro 5. cap. 16. & rurſus libro 2. cap. 22, inter fœminea ornamenta reponit.

Ellobia] ἐλλόβια, Genus inaurium, inquit Iulius Pollux, à fimbris aurium, quas Græci λόβους uocant. Vide Pollucem lib. 5. cap. 16.

Ellum] Aduerb. demonſtrantis apud Comicos, inquit Donatus, pro Ecce illum. Plaut. Curcul. 6. 28. Terent. And. 5. 2. 14, Neſcio quis ſenex modò uenit: ellum, confidens, catus. Vide Vallam.

Ellychnium] ellychnij (ἐλλύχνιον) Dicitur funiculus ille papyraceus, ſiue ſparteus canabinusúe, aut ſtupeus qui ſtans in oleo peruritur. Plin. lib. 23. cap. 4. 7, Ellychnia ex uua fiunt claritatis præcipuæ. Idem lib. 35. cap. 15. 2, de ſulphure loquens, Quarto autem ad Ellychnia maximè conficienda.

Elminthes] ἕλμινθες, uermes ex genere lumbricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes & lati, ut docet Gal. lib. ult. Meth. cap. ult. Nominatiuus ſingularis eſt Elmis.

Elmon] Theſſaliæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 45. In Theſſalia autem Orchamenus antea dictus Minyeus, & oppidũ Almon, ab alijs Elmon, Atrax, &c.

Eloco] elocas, pen. corr. (ἀποµισθόω) elocare, Loco mouere, ſiue ſedibus pellere. Cic. pro Flac. 54, de Iudæorum gente loquẽs, Quàm chara dijs immortalibus eſſet, docuit quòd eſt uicta, quòd elocata, quòd ſeruata.

Elocare ſeſe curandum. Plin. lib. 26. cap. 1. 4.

Elocare fundum: Hoc eſt, fundum alteri committere & locare. Cicero 5. Verr.

Elocare boues. Hoc eſt alteri locare, ut inde lucrũ accipiamus, quemadmodum de equis fieri ſolet. Col. lib. 1. cap. 7. 5.

Elocare funus. Plin. lib. 21. cap. 3. 5.

Elocutio, Elocutrix] Vide Eloquor.

Elogium] elogij (ἐγκώµιον) Teſtificatio de aliquo, honoris uel uituperationis cauſa.

Vituperationis: ut Quint. lib. 7. cap. 5, Si exhæredatum à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem amaret. Modeſtinus in l. deſertorem. ff. de re militari, Deſertorem auditum, ad ſuum ducem cum elogio Præſes mittet. Id eſt, cum uituperatione.

Honoris cauſa. Cic. 2. de Finib. 184, Non elogia monumentorum id ſignificant, uelut hoc ad portum, Vno ore cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe uirum. Et iterum, 1. Tuſc. 50, Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Idem in L. Piſonem, 57. Valla lib. 4.

Elogium, Simplex ſuæ ſententiæ teſtificatio. Cicero de Senect. 66, Solonis quidem ſapientis elogium eſt, qui ſe negat uelle ſuam mortem dolore amicorum lamentisq; uacare. Idem Valla lib. 4.

Elona] ἠλώνη, Perrhœborum urbs, quæ in Lemonem nomẽ permutauit, hodie diruta iacens. uide Strab. lib. Geographi. 9.

Elongo] elongas (ἐπιµηκύνω) elongare, Idem quod Prolongare, & prolatare, ac differre. Plinius, Quo maximè tempore dies elongantur.

Elongoſine] Locus in regione Armeniæ, ex quo Tigris fluuius oritur, ut author eſt Plin. lib. 6. cap. 27.

Elops] ἔλοψ, Piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus. Venus omnium ſquamis ad os uerſis contra aquã nando meat. A nonnullis Acipenſer dictus. Plin. lib. 9. cap. 17. Eſt & centauri nomen proprium, apud Ouid. 12. Met.

Eloquor] pen. corr. eloqueris, (ἐξαυδάω, ἐρωλωσύνω, ὀνοµάζω, λογέω) eloqui, Dicere, efferre. Plaut. Amph. 3. 51,

—argumentum huius eloquar tragœdiæ. Cic. 3. Offic. 81, de uenditore & emptore, Vterq; ſi ad eloquendum uenerit, non plus quàm ſemel eloquetur.

Eloquere uno uerbo. Plaut. Trucul. 16. 42.

Perge eloqui. Terent. Phorm. 4. 3. 36.

Quid ueni eloquar. Terent. in Prol. Heaut. 3.

Cum hero pauca eloquar. Plaut. Milit. 20. 43.

Ipſe eloquar nomen meum. Plaut. Amphit. 3. 18.

Expedire uerbo, & eloqui. Terent. Phorm.

Vnum elocutus. Cæſar 2. bel. Cil. 148.

Monſtrum eloqui. Senec. Herc. Oeth. 6. 5.

Verba ſimillima ueris eloquor. Ouid. epiſt. 21. 27.

Eloqui, pro Loqui. Virg. Eloquar, an ſileam?

Eloqui, quod ad oratores ſpectat, Eſt, ut ait Cicero, aptè, ornatè,

Digitized by Google

*lè, & eleganter dicere. Vnde idē Cic.1.de Orat. 47, Diſertos me cognoſſe nonnullos, eloquentem adhuc neminem.*

*Eloqui & exprimere. Cic. Qu. frat. lib. 3. 21. 5.*

*Compoſitè, ornatè, copioſè eloqui. Cic. 1. de Orat. 26.*

*Copioſè eloqui, modò prudenter: melius eſt, quàm uel acutiſſimè ſine eloquentia cogitare. Cic. 1. Offic. 219.*

*Dignè eloqui. Seneca Thyeſte, 8. 13.*

*Per continuationes eloqui res aliquas. Author ad Heren. lib. 4. 175.*

*Eloqui politè. Cic. 1. Tuſc. 10.*

*Præclarè eloqui cogitata. Cic. de claris Orat. 137.*

*Domina rerum eloquendi uis quàm eſt præclara, quamq; diuina. Cic. 2. de Nat. Deor. 222.*

*Vis eloquendi. Quint. lib. 2. cap. 1. 5.*

*Vis eloquendi maxima ſoli oratori tribuitur. Cic. in Orat. 34.*

*¶ Eloquens, pen. corr. (λόγιος, λεπτικὸς, σύγκειμενος, προφορικὸς) Nomen ex participio, Qui in dicēdi ratione perfectus eſt. Cice. pro Cecin. 39, L. Craſſus homo longè eloquentiſſimus.*

*Paucitas eloquentium. Cic. 1. de Orat. 10.*

*Eloquens, ſuauis & ornatus. Cic. 1. de Orat. 26.*

*Eloquens is eſt qui & humilia ſubtiliter, & magna grauiter, et mediocria tēperatè poteſt dicere. Cic. in Orat. 54. et 55.*

*Eloquens etiam is erit, qui ad id quodcunq; decebit, poterit accommodare orationem. Cic. in Orat. 67.*

*Eloquens & muta res. Author ad Herenn. lib. 4. 237.*

*¶ Eloquentia, eloquētiæ (λογιότης, λογορρυτὸς) Bene & rectè eloquendi ſcientia. Terent. Phorm. 4. 3. 24,*

*—eia ſudabis ſatis,*
*Si cum illo incœptas homine: ea eloquentia eſt.* Idem

*Eunuch. 5. 9. 63.*

*Eloquentia nihil aliud eſt, niſi copioſè loquens ſapientia. Cice. in Partit. 42.*

*Eloquentia & Infantia, opponuntur. Cic. in Topic. 44.*

*Prudentiā cū eloquentia iungebat Ariſtoteles. Cic. 1. Tuſc. 11.*

*Arma, & tympana eloquentiæ dare. Quint. lib. 5. cap. 12. 16.*

*Conſultus eloquentiæ. Vide* Conſultus.

*Effectus eloquentiæ eſt audientiū approbatio. Cic. 2. Tuſc. 4.*

*Imago eloquentiæ. Quint. lib. 2. cap. 12. 12.*

*Lumen eloquentiæ. Tullius. Quint. lib. 3. cap. 1. 14.*

*Ornamentum eloquentiæ. Quint. lib. 1. cap. 8. 7.*

*Adulta eloquentia. Vide* Adoleo.

*Alumna eloquentia. Vide* Alumnus.

*Artificioſa eloquentia. Quint. lib. 2. cap. 17. 2.*

*Attica eloquentia. Quint. in Procem. lib. 6. 11.*

*Pacis eſt comes otijq; ſocia, & iam bene conſtitutæ ciuitatis, quaſi alumna quædam eloquentia. Cic. de claris Orat. 22.*

*Libidinoſa eloquentia. Quint. lib. 5. cap. 12. 15.*

*Eloquentia lucroſa & ſanguinans. Tacit. de Oratore.*

*Mediocris eloquentia. Quint. lib. 1. cap. 4. 4.*

*Paterna eloquentia. Quint. lib. 1. cap. 1. 5.*

*Pauper eloquentia. Vide* Pauper.

*Abundans ſonantibus uerbis, uberibusq; ſententijs eloquentia. Cic. 1. Tuſc. 99.*

*Fontes eloquentiæ aperire. Quint. lib. 6. cap. 1. 38.*

*Vires augere eloquentiæ. Quint. in Procem. lib. 1. 18.*

*Coacta eloquentia. Quint. lib. 4. cap. 4. 28.*

*Coaleſcit eloquentia. Quint. lib. 2. cap. 9. 2.*

*Ex uerbis & ſententijs cōſtat eloquentia. Cice. de Opt. gen. Orat. 143.*

*Conſummata eloquentia. Quint. in Procem lib. 1. 15.*

*Corrumpunt eloquentiam. Quint. lib. 2. cap. 10. 2.*

*Effingere eloquentiam. Quint. lib. 1. cap. 2. 18.*

*Expulſa eloquentia ciuitate Lacedæmoniorum. Quintilianus lib. 2. cap. 16. 3.*

*Facere eloquentiam alicui. Quint. lib. 6. cap. 2. 22.*

*Formare eloquentiam. Quint. lib. 2. cap. 10. 2.*

*Locupletare eloquentiam. Vide in* Locus.

*Foro & multitudini nata eloquentia eſt. Cic. de clar. Ora. 156.*

*Occultare eloquentiam. Quint. lib. 4. cap. 1. 7.*

*Perſuadere eloquentia aliquid alicui. Cic. in Orat. 54.*

*Vt hominis decus, ingenium: ſic ingenij ipſius lumen, eſt eloquentia. Cic. de clar. Orat. 29.*

*Timere eloquentiam ac gratiam alicuius. Quint. lib. 4. cap. 1. 8.*

*Locuples, & ſpecioſa mult eſſe eloquentia. Quintilianus lib. 6. cap. 14. 63.*

*¶ Eloquium (ἀμυλία, λόγος) Sermonem aliquando ſignificat, aliquando facundiam. Plaut. Dulci ac blando eloquio amicam ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis ſolis natos eſſe.*

*Potentis eloquij uirtus. Stat. 4. Sylu. 4. 13.*

*Nitor eloquij. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 10.*

*Fertile eloquium. Claud. ad Olibrium, 25. 4.*

*Inſolitum eloquium. Horat. in Arte, 44.*

*Decus partum eloquio. Silius lib. 3. 125.*

*Vincere aliquem eloquio. Ouid. 13. Metam. 13.*

*¶ Elocutio, (φράσις, ἑρμηνεία, ἔξαύλησις, προφορὰ) ſermonis expreſsio. Plaut. Milit. 14. 15.*

*Elocutio eſt idoneorum uerborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio. Cic. 1. de Inuent. 13.*

*Tenera cutis elocutionis. Quint. lib. 5. cap. 12. 14.*

*Inanis & penè puerilis elocutio. Cic. 1. de Orat. 11.*

*Elocutio ad commodum Oratoris accommodata, tres in ſe res debet habere, elegantiam, compoſitionem, dignitatem. Author ad Heren. lib. 4. 159.*

*Circunſcribere elocutione rem ſimplicem. Author ad Heren. libro 4. 198.*

*Dare aliquid elocutioni. Quint. in Procem. lib. 1. 17.*

*¶ Elocutoria, (ἑρμηνευτικὴ) Vide* Elocutrix.

*¶ Elocutrix, pen. prod. (ἑρμηνεύτρις) elocutricis, Verbale, f. g. Quint. lib. 2. cap. 15. 2, Nam oratoria ſic efferetur, ut elocutoria: oratrix, ut elocutrix. De Rhetorice loquitur.*

*Elorini] populi Siciliæ, ut author eſt Cic. 5. Verr.*

*Elorus] pen. prod. (ἔλωρος) Siciliæ urbs, ab Eloro amne, qui campis ſuperfunditur, ſicut Nilus, dicta: proximè Pachynū. Meminit Plin. lib. 3. cap. 8. 4. & lib. 32. cap. 2. 5. Silius,*

*Sidonios Drepane, atq; unda clamoſus Elorum.*

*Ouid. in Fast.*

*Hinc Camarinam adit, Thappſonq; & Eloria Tempe.*

*quanquam mendoſè legitur Oloria, quaſi ab oloribus. Author Hermolaus in Plinium.*

*Elos] ἄλος, Vitium tuniculæ oculi, quæ dicitur Rhagoides, eroſione proueniens, aut ſciſſura ceratoidis: ſic cognominatum ἄλος, id eſt, clauus, ſi obdureſcat calli imagine. Plura Cæl. lib. 12. cap. 5.*

*Elotæ] ἵλωτες, ſiue Elotia (ἱλωτεῖα) Sua publica appellabant mancipia Lacedæmonij: id eſt, publicos miniſtros, ut ſunt apparitores, lictores, qui apud Theſſalos dicuntur Paneſtæ.*

*Elotus] Vide* Elauo.

*Elpenor] pen. prod. huius Elpenoris, pen. corr. (ἐλπήνωρ) Vnus è ſocijs Vlyſſis, quem Circe mutauit in porcum. Homerus tamen in Odyſſea ſcribit, quòd de ſcalis cadens interfectus ſit. Iuuenal. Satyr. 1. 5,*

*—aut tenui percuſſum uerbere Circes,*



Digitized by Google

*Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.*
*Miſer Elpenor. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 4,*
*At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto.*

Elpiæ] ἐλπίαι, *Ciuitas, quam Rhodij apud Daunos condiderunt, teſte Strab. lib. 14.*

Elpis] ἔλπις, *Samius natione, ut inquit Plin. in Africam delatus naue, iuxta litus conſpecto leone, hiatu minaci arborem fuga petit. Neque profugienti quum potuiſſet, fera inſtiterat, & procumbens ad arborem hiatu quo terruerat, miſerationem quærebat. Os morſu auidiore imbæſerat dentibus, cruciabatq; inedia, &c. Degreſſus tandem euellit prębenti, traduntq; quandiu nauis ea in litore ſteterit, retuliſſe gratiam uenatus aggerendæ. Hæc Plin. lib. 8. cap. 16.*

Elpis, *Nomen proprium Boethij uxoris: de qua hoc extat epitaphium.*

*Elpis dicta fuit, Siculæ regionis alumna,*
*Quam procul à patria coniugis egit amor.*
*Quo ſine mæſta dies, nox anxia, flebilis hora:*
*Cumq; uiro ſolùm ſpiritus unus erat.*
*Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito:*
*Maiorisq; animæ parte ſuperſtes ero.*
*Porticibusq; ſacris, iam nunc peregrina quieſco,*
*Iudicis æterni teſtificata thronum.*
*Nęue manus buſtum uiolet, ne ſorte iugalis*
*Hæc iterum cupiat iungere membra cinis.*

Eluceo] *eluces, pen. prod. eluxi (ἐκφαίνομαι) elucere, Lucidum eſſe: & per translationem, manifeſtum, & apparens. Cic. 1. de Diuinat. 109, Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Virg. —elucent aliæ & fulgore coruſcant.*

*Elucere & occultari, contraria. Cic. 2. pro Roſc. Amer. 52.*
*In cauſis atq; in foro elucere. Cic. 2. de Orat. 30.*
*Amicitia magis elucet inter æquales. Cic. de Amicit. 83.*
*Ex animo elucebit omnium conſtantia, omniſq; moderatio. Cic. 1. Offic. 143.*
*Elucet eruditio in ipſa pictura. Plin. lib. 35. cap. 11. 12.*
*Elucet animi excellentia magnitudoq; in deſpiciendis opibus. Cic. 1. Offic. 27.*
*In Republica bonos elucet. Cic. Planco, lib. 10. 10. 4.*
*Ignis eluxit. Tibullus lib. 4. eleg. 1. 27.*
*Elucet ingenium in eo. Cic. pro Cælio, 35.*
*Elucet lumen tuum. Cic. ad Caßium, lib. 12.*
*Sanctitas, & prudentia, & dignitas illius quaſi lumen aliquod extinctis cæteris elucet. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 8.*
*Significatio uirtutis elucet. Cic. de Amicit. 45.*
*Spes in pueris elucet. Quint. lib. 1. cap. 1. 3.*
*Elucet circulus. Cic. in Somnio Scip. 12.*

¶Elucens, tis, Particip. (ἐκφαινόμενος) *Cic. in Somnio Scip. Inter flammas circulus elucens ſplendidiſſimo candore.*

¶Eluceſco, is (παρεκφαίνω) *eluceſcere, ſignificat magis lucidum fieri. Hieronym. Quod ut clarius eluceſcat, ſumamus exemplum ab his corporalibus ſenſibus.*

¶Elucificare, *antiquum uerbum à luce. Laberius, —ſic ego*
*Fulgentis ſplendore pecuniæ uolo*
*Elucificare exitium ætatis meæ. Hæc uerba Laberij leguntur apud Gellium lib. 10. cap. 17.*

Eluctor] *eluctaris, eluctari (διαπαλαίω) Quaſi luctando ſuperiorem eſſe, & uincere. Plin. lib. 34. cap. 10. 2, Tenuiſſima eſt in ipſo fornacium ore, qua flammæ eluctătur. Id eſt, qui quodămodo exeunt, & quaſi luctando. Virg. 2. Georg. —aqua eluctabitur omnis. Id eſt, cum mora egredietur, inquit Seruius. Liu. 34. bel. Pu. 121, Tenentibusq; quum tot ac tam ualidæ eluctandæ manus eſſent, ſeſe eripuerunt.*

*Locorum difficultates eluctatus. Tacit. in Vita Agricolæ.*
*Eluctari per multa impedimenta. Senec. lib. 6. Controuerſ.*
*Niues eluctari. Tacit. lib. 19.*
*Vox eluctata furorem eſt. Stat. 1. Achil. 106.*

¶Eluctatus, penult. prod. Particip. (περιπαλαιώς) *Lucanus lib. 2. 44,*
*Tandem Tyrrhenas uix eluctatus in undas, &c.*

Elucubro] *elucubras, pen. corr. (νυκτογραφέω, φιλοπονέω) elucubrare, et Elucubror, elucubraris, elucubrari, deponēs, Vigilare, & aliquid ad lucernam ſcribere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 137. 1, Nihil habeo quod ad te ſcribam, quin etiam eam epiſtolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Columella lib. 10. cap. 1. 5, Quare quicquid eſt iſtud quod elucubrauimus, propriam, &c.*

*Elucubrare & elaborare. Cic. de Clar. Orat. 173.*

¶Elucubratus, a, um, *Cic. de clar. Orat. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas etiam, quàm elucubratas afferebamus.*

Elucum] *penult. prod. Veteres languidum, uel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, ſiue hallonem, hoc eſt, heſterno uino languentem uocauerūt. Author Varro de Ling. Lat. lib. 5.*

Eludo] *eludis, eluſi, eluſum, penult. prod. (καταπαίζω) eludere, deridere, decipere. Eludere, inquit Donatus, propriè gladiatorū eſt, quū uicerint. Eludere, eſt finem ludo imponere. Terent. Eunuch. 1. 1. 10, Periſti, eludet, ubi te uictum ſenſerit. Cic. in Catil. 1, Quandiu nos etiam furor iſte tuus eludet? Idem 4. Acad. 222, Sed & uos ab illo irridemini, & ipſi illum uiciſſim eluditis.*

*Leuiter aliquid eludere. Quint. lib. 4. cap. 5. 17.*
*Venuſtè eludere. Quint. lib. 5. cap. 13. 38.*
*Facetius eludi ab aliquo. Cic. pro Roſc. Amer. 76,*
*Alicui eludere. Cic. de Opt. gen. Orat. 149.*
*Eludere, & omni ratione iactare aliquem. Cic. 1. Ver. 14.*
*Animos conſilijs eludere. Claud. in Gigantomachia, 8.*
*Aſperius dicta eluduntur. Quint. lib. 5. cap. 13. 32.*
*Magnas accuſatoris minas, magnamq; iudicij expectationem ad noſtrum arbitrium libidinemq; eludere. Cic. 2. Ver. 19.*
*Seges eludit meſſem fallacibus herbis. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 4.*
*Eluſit militem annulum & annulo. Plautus Curcul. 14. 31. & 1. 2.*
*Eluſi militem in alea. Plaut. Curcul. 14. 11.*
*Ratione aliqua quempiam eludere. Ouid. 3. de Arte, 122.*
*Qua uafer eludi poſſit ratione maritus. Idem Horatius, 2. Epiſtol. 1. 10.*
*Rempublicam in ſuis cogitatis & furoribus eludere. Cic. pro Milone, 24.*

¶Eludens, pen. prod. Particip. (καταπαίζων) *Cic. 2. de Diuin. 214, Quæ eſt ars coniectoris, eludentis ingenio.*

¶Eluſus, pen. prod. (καταπεπαιγμένος) *Aliud Particip. Cic. 2. Philip. 85, Nihil queror de Dolobella, qui tum eſt impulſus, eluſus, inductus.*

*Imagine alicuius rei eluſus. Ouid. 6. Metam. 21.*

Elugeo] *eluges, pen. prod. eluxi, eluctum (πενθέω, καταλύγω) elugere, Luctū deponere. Liu. 4. bel. Maced. 36, Quid aliud in luctu quàm purpuram, atq; aurum deponunt? quid aliud quàm eluxerunt, ſumunt?*

*Elugere, Lugendo deflere. Cicero ad Papirium, lib. 9. cap. 20. 8, Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm ulla mater unicum filium.*

¶Elugeor, *Vlpian. in l. liberorum. ff. de ijs qui notantur infamia. Prætor ad id tempus ſe retulit, quo uis elugeretur: qui ſolet elugeri propter turbationem ſanguinis.*

Elui] ἔλλοι, *Aquitaniæ populi, inter Garumnam & Ligerim adiacentes, de quib. Strab. lib. 4.*

Eluina] *dicta eſt Ceres, ab Eluio oppido, uel ab Eluide flu-*



Digitized by Google

mio, in quo colebatur. Iuuenal. sat. 3,
Me quoq; ad Eluinam Cererem, ueſtramq; Dianam.

Elumbus ] & hic & hæc Elumbis, & hoc elumbe (ἐξωσφυσμένος) Qui euulſum habet lumbum, inquit Feſtus: qui præ lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt.

Eluo ] eluis, elui, elutũ, pen. prod. (ἐκπλύνω, ἐκπλύζω) eluere, Lauare, ſeu lauando purgare, ſiue exhaurire. Cato, cap. 86, Lauetq; bene, corticemq; deterat bene, eluatq;. Col. Semel atq; iterum eluantur.

Eluere ex aqua. Celſus, lib. 7. cap. 21.

Corpus eluere. Ouid. 11. Metam. 29.

Eluere maculam ueſtium. Plin. lib. 20. cap. 83.

Sanguinem profuſum eluere. Cic. 12. Philip. 327.

Eluere uitæ ſordes & animi labes, per translationem. Cicer. in Saluſt. 1. Et 2. de Legib. 40, Animi labes, nec diuturnitate uaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt.

Crimen eluere. Ouid. 11. Metam. 29.

Curas eluere. Horat. 4. Carm. ode 12. 4.

Labem pudoris eluere. Senec. Hippol. 8. 6.

Eluere maculas furtorum ſuorum, ſanguine ſociorum. Cicero 7. Verr. 94.

¶ Elutus, pen. prod. Particip. (ἐκπλυθὲς) ſiue Nomen ex Participio: ut, Eluta & ſiccata uimaria, Col. lib. 6. cap. 34. Et, Eluta alica, Plin. lib. 22. cap. 24. 4.

Elutius, Comparatiuum. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4,
—irriguo nihil eſt elutius horto.

¶ Eluuies, eluuici, pen. pro. uel Eluuio, eluuionis, fœ. gen. (ἔκπλυσμὸς) Propriè dicitur quod expurgatur, præſertim aquarum fluxu: quamuis & alterius humoris dici poßit immundities. Cic. in Somnio Scip. 24, Propter eluuiones, exuſtiones q; terrarum. Idem 2. Offic. 22, Collectis cæteris cauſis eluuionis, peſtilentiæ, uaſtitatis.

Eluuies, pro uoragine ſeu terra ui imbrium exhauſta. Sic enim exponit Eraſinus. Curtius, lib. 6, Torrentesq; & eluuies uter morabantur.

Eluuies, ſiue eluuio, per translationem, pro morbo peſtifero omnia corrumpente, ac ſi diceres cloacam. Cicer. pro Domo ſua, 43, Idcirco tu ad illam Labem, atq; eluuiem ciuitatis ſine ſumma ui peruenire potuiſti?

Eluuiem Plinius accipit pro egeſtione ſordium ex urbe, qualis eſt quæ fit per cloacas publicas, lib. 2. cap. 82, Quod in certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Voragines & Eluuies ſimul iunxit Liu. lib. 8. pro foßis ui imbrium excauatis, Ab altera parte uoragines eluuiesq; perruptæ ſunt.

Elurus ] Vide Aelurus.

Eluſaberris ] apud Melam lib. 3. cap. 2, ciuitas eſt præcipua Auſcorum. Vulgò dicitur Aux.

Eluſates ] Aquitaniæ populi, Plinio lib. 4. cap. 19.

Eluſco ] eluſcas (ἑτεροφθαλμοποιέω) eluſcare, Luſcum facere. Apud Iuriſc. tit. ad legem Aquil. ſcribitur Aquilia eum teneri, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

¶ Eluſcatus, penult. prod. Participium. Vlpian. in l. ſi quis. ff. ad exhibend. Si quis hominem debilitatum exhibeat, uel eluſcatum, &c.

Elutia ] orum, teſte Plinio lib. 34. cap. 16, dicuntur metalla auraria, in quibus aqua immiſſa elutis ſordibus metallum oſtendit.

Eluto ] as, are, pro Exprimere, probat Calep. ex 2. Georg. ubi legitur, Aqua elutabitur omnis. Legi enim non poteſt Eluctabitur, propter uerſum.

Elutrio ] elutrias (μεταγγίζω) elutriare, eſt de uaſe in uas transferre: quod quidem & transfuſare dicitur Latinè, ſed rarius. Fortaſſe à lurca, quæ os culei eſt, unde Lurcones apud Feſtum, capacis gulæ homines. Plin. lib. 14. cap. 17. à Sufferuefactis decies, mox elutriatis, atq; ita inueteratis. Idẽ lib. 9. cap. 38. 2, Decimo fermè die liquata cortina uellus elutriatum mergitur in experimentum.

Eluuies, Eluuio, Elutus ] Vide Eluo.

Eluxatus ] pen. prod. (ἐξαρθρωμένος) Idẽ ſignificat quod ſimplex. Plin. lib. 20. cap. 9. 4, Sic etiam fiſtulas eluxatas & tumores reuocari, quæq; diſcuti opus ſit.

Eluxuriari ] καταπαργᾶν, Idem quod Luxuriari: ad arbores translatum. Col. de Arborib. cap. 3. 2, Quod ſi pingui & agro ualidas uites depoſueris, pampinis magis eluxuriabuntur: & qualemcunq; fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

Elxine ] Vide Helxine.

Elyma ] ἕλυμα, nuncupatur, cui inhæreat iugum, ſicut Pollux ſcribit. Heſiodi uerò interpres, Gyes (inquit) eſt, quod alio modo aratrigonation uocatur. Elyma eſt, quod gyæ inſitur adaptaturq;, in quod uomerẽ immittunt, qui Hynnis dicitur, cuius ſummũ appellatur Nympha. Author Cæl. lib. 26. cap. 5.

Elymais ] Plin. lib. 6. cap. 25, Regio Perſidi uicina.

Elymęi ] ἐλυμαῖοι, Indiæ populi uerſus Auſtrum incolentes, teſte Plin. lib. 7. cap. ult.

Elymæi ] lepores, Polluci uocantur, uulpibus non ferè minores, & nigricãtes, corpore oblongo, albicante macula, prope ſummam caudam longiore. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 26. capite 30.

Elymos ] Tibiæ ſpecies, quæ ex buxo & lauro fiebat, ut ſcribit Alex. Genial. dier. lib. 4. cap. 17.

Elymus ] ἔλυμος, Galeno authore, ex leguminum genere eſt, milio ſpecie ſimilis, facultate certè pauci nutrimenti, & exiccatoria. Siſtit quoq; nonnihil uentris fluxus, ceu ipſum etiam milium. Si uerò foris illinatur, exiccat, atq; refrigerat. Hæc ille lib. 6. de Simpl. medicam. facult.

Elyſium ] ἠλύσιος, Secundum poetas, eſt locus inferorum, uoluptatibus plenus: ubi dicuntur eſſe animæ bonorũ. Virg. 5. Aeneid. 146, —ſed amœna piorum
Concilia, Elyſiumq; colo. Idem, lib. 6. 149,
—per amplum Mittitur Elyſium.

¶ Elyſius, Adiectiuum: ut,
Elyſij campi. Virg. 1. Georg. 8.
Colle ſub Elyſio nigra nemus ilice frondet. Oui. 2. Amor. eleg. 6. 10.
Domus Elyſiæ. Ouid. 14. Metam. 23.
Vallis Elyſia. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 12.

Elytron ] ἔλυτρον, Cruſta dicitur pennas ſuperueniens, quaſi uagina incluſas, ut in ſcarabæis, unde anelytra uocantur, quæ detectas habent pennas, uelut apes. Ex Cæl. lib. Antiq. lection. 18. cap. 40.

E M

Emacio ] emacias (ἐξισχναίνω) emaciare, Macie conficere. Col. lib. 2. cap. 14. 1, Sed ex ijs quæ retuli ſeminibus, idẽ Saſerna putat alijs ſtercorari, & inuari agros, alijs rurſus peruri & emaciari. Ibidem cap. 10. 1, Emaciatæ uineæ. Et lib. 4. cap. 24. 10, Quæ nec ſpem uindemiæ deſtituant, emacient ſtirpem ſicam.

Emacitas ] Vide Emo.

Emacror ] pen. corr. emacraris (ἰσχναίνομαι) emacrari. Macrum fieri, & macie confici. Plin. lib. 18. cap. 10. 10, Terram emacrari hoc ſatu exiſtimantes.

Emaculo ] emaculas, pen. cor. (ἀποσμήχω) emaculare. Maculam auferre. Plinius lib. 21. cap. 19. 6, Nigras uitiligines emaculat. De narciſſo.

Emancipo ] emancipas, pen. corr. (ἀπαλλάττω, ἐκποιῶ) emancipare,

Digitized by Google

mãcipare, siue emãcupare, Manumittere & liberare, proprié de filijs: ut Manumittere de seruis. etiamsi hoc non sit perpetuum. Cic. pro Domo sua ad Pontifices, 30, Id autem scire & uidere omnes, non ut ille filius instituatur, sed ut è patricijs exeat, ut Tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari: neq; id obscurè: nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptarit. Plin. epist. 67, Hunc Regulus emancipauit, ut hæres matris existeret.

Emancipare agrum, Est alienare: è mancipio, id est, dominio & possessione sua emittere, & alteri possidendũ tradere. Plin. in epist. lib. 7, Nam pro quimgentis milibus nummũm, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumq; promiseram, agrũ ex meis longè pluris actori publico emancipaui: eundemq; uectigali imposito recepi. Plin. emancipare, non pro uendere posuit, sed pro alienare, quum enim uellet uectigal publicè donare in alimenta puerorũ: id est rentam constituere (ut uerbis uulgi loquar) fundum suum imaginaria uenditione Reipublicæ donauit, & subinde uectigalem recepit. Suet. in Othone, Cuidam etiam de parte finium cum uicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipauitq;. Id est, suum iam factum mancipio tradidit illi. Ex Budæo.

Emancupo me tibi, Id est, me tuæ potestati trado. Plautus Bacchid. 1, 60.

Emancipare in. Cicer. 1. de Finib. 35, Quum eam seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emancipauerat, ut, &c.

Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur, aut ij qui ex patris iure exierunt, aut ij qui aliorum fiunt dominij: quorum utrunq; fit emancipatione.

¶Emancipatus, pen. prod. (ἀπαλλαγείς, αὐτεξούσιος, ἐκπολιτος, ἐλεύθερος) Id est, dedititius. Cic. Senec. 33, Ita senectus nimis honesta est, si seipsam defendit, si iuis suũ retinet, si nemini emancipata est, si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos. Apul. lib. 10, Et assumpto statim nequissimo & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo perfidiæ suæ consilia communicat.

Miles emancipatus fœminæ. Horat. Epod. 9. 3.

¶Emancipatio, onis, Verbale. Theophilus, Emancipatio, inquit, est actus, tres emancipationes & tres manumissiones, uel unam emancipationem, & unam manumissionem complectens. §. 5. quibus modis ius patr. instit.

Emanco ] as, care, pro Manus præcidere, mancum facere. Labienus apud Senecam libro Controuers. 6, Cedo lora, gaudeo me non omnes emancasse.

Emaneo ] es (ἐμμένω) emanere dicitur miles, qui diu extra castra manet & uagatur, Modestinus in l. desertorem. §. 1. ff. de re militari, Is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui à fossa tunc recedit: capite tunc puniendus est.

¶Emansio, onis, Verbale ab Emaneo. Emansio uerò minus est delictum desertione, sicut fugitiui deteriores sunt erronibus. Spieg.

¶Emansor, emansoris, masc. gen. (ἐμμονητὴς) Est miles qui diu uagatus, ad castra reuertitur. Modestinus in l. desertorẽ. §. Emansor. ff. de re militari.

Emano ] emanas, pen. prod. (ἐκβρύω, ἐκβρέω) emanare, Emitti atq; exire. Col. lib. 5, Et sale cum adipe defricatur, dũ saniei uis emanat. Lucret. lib. 3. 118.

Emanare perpetim. Vide Perpetim.

Fons emanat. Cic. 2. de Diuinat. 95.

Ex fonte emanare. Cic. 2. de Inuent. 126.

Ex generibus emanant partes. Cic. 1. de Orat. 93.

Emanare saniem. Plin. lib. 23. cap. 3. 2.

Mala istinc emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil est. Cic. Attico, lib. 7. 139. 1.

Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in uulgus. Cic. ad Attic. lib. 3. 52. 2, Sed ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem. idem 1. de Leg. 61, Sed quod metuat, ne emanet: id est, ne malum habeat.

Emanauit fama. Cic. 3. Verr. 1.

Emanare in uulgus gratia & potentia alicuius. Suetonius in Nerone, cap. 6.

Exit & emanat in uulgus oratio. Cic. pro Rosc. Amer. 2.

Emanare indicijs. Liu. 3. ab Vrbe, 102.

Emanuel ] Hebraica dictio, quam si interpreteris, nobis sonat, Nobiscum deus. Alij Emmanuel.

Emarcum ] teste Colum. lib 3. cap. 2. est genus uuæ, à Gallis sic appellatæ.

Emargino ] emarginas, pen. cor. (ἐκπαπαιδόω) emarginare, Crustas & puluillos, & oras ulcerum adimere, ut ait Hermolaus. Plin. lib. 28. cap. 9. 23, Item equarum, præter quàm uirginum, erodit, & emarginat ulcera.

Emasculo ] as (σὺν χίζω) Castro, & uirilitatem aufero. Seruius ait, apud quosdã populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, ut uenerem arcerent, & coire non possent.

Emath ] Nomen fuit duarum Syriæ urbium, quarum maior Antiochia, minor appellatur Epiphania: unde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam, prima mansio, Emas dicitur, corrupto quidem uocabulo, sed pristini nominis uestigia retinente. Hemath uerò, in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

Emathia ] ἡμαθία, (inquit Seruius) Thessalia est, ab Emathio rege dicta. Virg. 1. Georg.

Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Æmi pinguescere campos. Phar

Salia alio nomine dicitur.

¶Emathius, Adiectiuũ (ἡμαθιος) ut, Emathij campi. Lucanus libro 1. 1.

Ematureſco ] ematurescis, ematurui, πεπαίνομαι) ematurescere. Maturum fieri. Plin. lib. 25. cap. 4. 9, Nonnũquam antè candidũ ruescit, si non ematuruit, improbatur q;. Gel. lib. 2. cap. 29, Dominus postea segetum illarum filium adolescentem uocat, & Videsne, inquit, hæc ematuruisse?

Ematurescere, pro relinquere acerbitatem. Ouid. 2. Trist.

Atq; ea sic lapsa est, ut surgere, si modo lesi
Ematuruerit Cæsaris ira, queat.

Emax ] Vide Emo.

Embænetica ] cæ, pen. corr. Ars nauicularia. ἐμβαίνειν in nauim ascendere: ἐκβαίνειν, de naui exire. Cel. ad Cic. lib. 8. Fam. epist. 1, Ego qui scirem Q. Pompeium Baulis embæneticam facere, & usque eò, ut ego misererer eius esuriei, nõ sum commotus. Id est, artem nauiculariam exercere. Alij legunt, schœnobaticam, id est, artem funambulorum, quæ per auxesim, & cum contemptu potest accipi pro qualibet uili opera. Turnebus legit empeneticam, Vide suo loco.

Embamma ] embammatis, pen. corr. n. g. (ἔμβαμμα) Condimentum quod ad condienda obsonia fit. Columella lib. 12. cap. 55. 2, Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam speciosо uteris. ἐμβάπτειν, enim intingere est. Vlpian. de Tritico, uino, & oleo legato. l. si quis, Embamma, aceti numero fuit. Plin. lib. 20. cap. 14. 3.

Embata ] ἔμβατα, Græcis tragica sunt calciamẽta, sicut Embades comica, ut scribit Cælius ex Ammonio, lib. 5. cap. 13.

Embatæ ] legendũ Epibades naues, & Epibatæ milites. Vide suo loco.



Digitized by Google

**Embateuticũ ius** ] ἐμβατευτικὸν, Alciat. lib. Parerg. 1. ca. 36. id interpretatur, quod & quandam detentationem respicit, & rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas uera ad aliũ pertineat, quale est ius superficiarij, uel eius qui fundũ uectigalem possideat, ἀπὸ τῦ ἐμβατεύειν, quod est ingredi, & intrò pedem ferre. Vlp. lib. 3. §. 4. de reb. eor. qui sub. Sius ἐμφυτευτικὸν, uel ἐμβατεύτικον habeat pupillus, uideamus an distrahi hoc à tutoribus possit. Hæc Alciatus.

**Emblema** ] pen. prod. emblematis, n. g. (ἔμβλημα) Vermiculatum opus tessellis insititijs aptum atq; consertum. Inde illud Ciceronis in Bruto, 150. de Marci Calidij oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in uermiculato emblema te, ut ait Lucilius, structum uerbum uideres. Et lib. 3. de Oratore, 94. de collocatione uerborum loquens, ex Lucilio,

Quàm lepidè lexas compostæ, ut tessellulæ omnes,
Arte pauimẽto atq; emblemate uermiculato Lexas (inquit) id est dictiones in oratione tam lepidè cõpositæ, quàm in pauimentis uermiculato opere factis tessellulæ. Budæus.

Emblemata etiam in uasis argenteis, aureisq; & Corinthijs ornamenta erant apud antiquos exemptilia, quum libitum erat. Cic. 6. Verr. 46, Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres uocantur: pauca improbant: quæ probarunt, ijs crustæ aut emblemata detrahuntur. sic Haluntini excussis delicijs cum argento puro domum reuerterunt. Quod unquã, Iudices, huiusmodi uerriculum in illa prouincia fuit? Et paulò pòst, Tũ illa ex thuribulis & patellis quæ uellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rẽ nata esse diceres. Hæc Budæus. Plin. lib. 33. cap. 12, Vlysses & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium surripientes. Cic. 6. Verr. 40, Quum in iudicẽdum poposcisses, auulso emblemate remisisse. Varr. 3. de Re rust. cap. 2. 3.

Exornare dictiones quibusdam locis uelut emblematis. Quint. lib. 2. cap. 4. 31.

Illigare & includere emblemata in aureis poculis. Cicero 6. Verr. 46.

Auellere uel detrahere emblemata. Cic. 6. Verr. 46.

**Emblema**, Insertum quid & insitum significat, iniunctumq;: ideò factum, ut emblema pro ornatu temperario & exemptili ponatur. Inde Fabius lib. 2, de locis cõmunibus loquẽs, cap. 2, Vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur. Budæus.

**Embola** ] ἔμβολὴ, Latinè incursio, eruptio. In l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. pro expeditione sumitur: Iubemus nullam nauem ante felicem embolam, uel publicarum specierum transuectionem, publicis utilitatibus subtractam excursari posse. Hoc autẽ in l. sequenti sic extulit, Quum ad felicissimam expeditionem nostri numinis debeant solita nobis ministeria exhiberi.

Embolicus, Adiectiuum: ut, Embolicæ species, de quibus apud Vopiscum in Aureliano his uerbis, Aurelianus nitri, chartæ, limi, stupæ, atq; embolicas species æternas constituit. Sunt autem hæ species, ut Turnebus interpretatur, quibus onustæ naues quotannis Romam mittebantur ex Aegypto annuo uectigali. Ambolicas in editis legitur, quas in anatolicas quidam conuertant, & orientales intelligunt: sed hæc Turnebi lectio mihi magis probatur, præsertim quam de embole in Codice multa mentio fit.

**Embolismus** ] mi (ἐμβολισμὸς) dicitur intercalatio. ἐμβόλιμος atq; etiam ἐμβολιμαῖος, Latinè intercalaris & insititius seu interiectitius dicitur. Intercalare enim, interserere est, si Macrobio credimus: & mensis Februarius ob hoc dicitur, quòd ei dies unus interseritur.

**Embolium** ] embolij (ἐμβόλιον, ἀπὸ τῦ ἐν, καὶ βάλλω) ab In & iacio: quasi argumentum & ingressus quidam scenicus, quale sub Domitiano repræsentatum est, si Martiali credimus, libro 1. 5,

Iunctam Pasiphaen Dictæo, credite, tauro,
Vidimus: accepit fabula prisca fidẽ. Cic. ad Atticum, Embolium nouum cogito. Idem pro Sextio. 101, Cur ille ipse maximè ludius non solum spectator, sed actor & acroama, qui omnia sororis embolia nouit, qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur, nec tuos ludos aspexit, in isto ardenti tribunatu suo? Ergo saltatores & psaltrias introduci solitas in scenam Polybius, Athenæusq; testantur, & alia ridiculorum genera: idq; à Lucio maximè Attico factum fuisse ludis capto cum liberis Illyriorum rege Gentio. Dicitur & stabilitas ipsa Græcis embolon. Et rostra quoq; nauium appellantur embola. Sed & acies in rhombi modum instructæ nominantur embola: sicut & pars arietis extrema machinæ muralis qua ingruit. Ipsa quoq; fibula rotarum, axibus firmandis immitti solita, quam rustici clauiculam appellant, Græcè nomen habet embolium. Hæc ex Hermolao.

**Embregmata** ] ἐμβρέγματα. Medicis dicuntur inspersiones, hoc est, quæcunq; fronti aut temporibus ratione medica conspergũtur. Embrochas per imperitiã nonnulli uocant, ut scribit Cæl. lib. 3. cap. 23.

**Embryon** ] embryi, neut. gen. (ἔμβρυον) Imperfectus partus dicitur. Nuper genitus infans, uel crudus & indigestus, inquit Suidas.

**Emedullo** ] emedullas (ἐμυελόω, ἐξοντερίζω) emedullare, Medullam extrahere. Plin. de Limonio, lib. 22. cap. 22. 19, Item graueolentiam alarum emendat radicis emedullatæ uncia in uini falerni heminis tribus decocta.

Emedullare, per translationem, Declarare. Plaut. Narrat iam rẽ nobis omnem, atq; emedullat. Ex Perotto.

**Emem** ] pro Eundem, dicebant antiqui, teste Festo.

**Emendico** ] emendicas, pen. prod. (ἐξαιτίζω) emendicare, More mendicantium aliquid petere. Sueton. in Cæsare, In Hispania à Proconsule & à socijs pecunias accepit emẽdicatas in auxilium æris alieni.

¶ Emendicatus, pen. prod. Participium (ἐξαιτισμένος) In l. singuli. C. de accusationibus. Singuli uniuersíq; iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragijs decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere. Et in l. scrinijs, de Palatinis sacrarum largitionum.

Honos emendicatus. In l. 1. C. ubi quis de curiali, uel cohortali.

**Emendo** ] emendas (ἐπανορθόω) emẽdare, Corrigere. Plin. epist. 116. b. lib. 6, Quis autem hic est qui emendet publicos mores? Cicer. ad Attic. lib. 2. 31. 7, Ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem & edam.

Corrigi & emendari. Cic. 3. de Legib. 44.

Studijs animum emendare Platonis Incipiam. Propert. lib. 3. eleg. 21. 5.

Emendare antiquitatem. Cic. in Orat. 86.

Consilium aliquod emendare. Cic. pro Mur. 55.

Consuetudinem uitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendare. Cic. de claris Orat. 141.

Arte fortunam emendaturus. Horat. 2. Satyr. 8. 17.

Vrbes iudicijs emendare. Quint. in procem. lib. 1. 9.

Emendare, Auferre. Plin. lib. 24. cap. 10. 4, Succus hederæ, tædia narium graueolentiamq; emendat, præcipuè albæ satiuæ. Martial. lib. 11. 100.

Agenoreos penates emendare. Stat. 12. Thebaid. 11.

Alopecias emendat cinis è radice asphodeli. Plinius, libro 22. capite 22. 4.

Aluum citam emendat flos hederæ, in uino austero bis die põ-

tus

tus. Plin. lib. 24. cap. 10. 6.
Dolores capitis emendantur contrito nasturtio. Plinius libro 20. capite 13. 4.
Epiphoras, & si qua in oculis uitia sunt, emendat. Plinius libro 25. capite 12. 2.
Furfures emendant pityusæ folia in aceto decocta. Plinius libro 24. cap. 6. 10.
Grauitas aurium emendatur nasturtio trito, impositò auribus. Plin. lib. 20. cap. 13. 4.
Scabiem palpebrarum emendat fici succus lacteus. Plinius libro 23. capite 7. 3.
Res Italas legibus emendare. Horat. 2. epist. 1. 1.
Succos emendare. Ouid. de Medic. faciei, 1.
¶ Emendatus, pen. prod. participium (ἐπανορθωθείς) Cic. de Amicit. 54.
Correcta & emendata. Cic. 1. Acad. 19, Certè enim recentißima quæq; sunt correcta & emendata maximè.
Emendata & Latina loquutio. Cic. de claris Orat. 139.
Sapiens & emendatus. Horat. 2. epist. 17. 6.
Velocitas emendata. Quintil. lib. 1. cap. 1. 24.
¶ Emendatè, Aduerb. (ἐπανορθωμένως) Cic. de Opt. gen. Orat. 143, Perficiendum est ut purè & emendatè loquentes, quod est Latinè.
¶ Emendator, pen. prod. (ἐπανορθωτὴς) Verbale. Cic. pro Corn. Balbo, 14, O præclarũ interpretem iuris, authorem antiquitatis, correctorẽ atq; emendatorẽ nostræ ciuitatis.
Emendator & corrector. Cic. 2. Philip. 60.
Emendator sermonis. Cic. de claris Orat. 140.
¶ Emendatrix, pen. prod. Verbale, fœm. gen. (ἐπανορθώτειρα) Cic. 1. de Leg. 87, Quoniam uitiorum emendatricem legem esse oportet. Sic 4. Tusculan. 113, Emendatrix uitæ poetica.
¶ Emendatio, Aliud Verbale (ἐπανόρθωσις) Cic. 4. de Finibus, 37, Hæc uidelicet est correctio philosophiæ ueteris & emendatio.
Seueritas emendationis. Quint. 2. cap. 4. 8.
Accipere auribus emendationem. Quint. lib. 2. cap. 6. 2.
Obstare emendationi. Quint. lib. 1. cap. 2. 11.

**Emensus** ] Vide Emetior.

**Ementior** ] emẽtiris, pen. prod. ementitus sum (ψεύδομαι) ementiri, Apertè & palàm dicere, uel effingere quod non est. Cic. pro Domo sua, 62, Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem? Ouid. 5. Metam. 38,

—quæ se genitum septemplice Nilo Ementitus erat.

Ementiri & fingere. Cic. pro Roscio Amerino, 75.
Ementiri atq; criminari aliquid. Cic. 4. Ver. 62.
In aliquos ementiri. Cic. in Partitionibus, 27.
Ementiri auspicia. Cic. 1. de Diuin. 56.
Genus suum ementiri. Cic. pro Corn. Balbo, 3.
Legationem ementiri. Cic. de Opt. ge. Orat. 152.
Ementiri stirpem. Liu. 9. ab Vrbe, 94.
¶ Ementiens, Particip. (ψευδόμενος) Cic. de Diuin. 24, Videmus hæc signa nonnunquam ferè ementientia.
Ementiri authoritatẽ alicuius ordinis. Cic. pro Domo sua, 40.
¶ Ementitus, pen. prod. Partic. (ψευσμένος) ut, Ementita opinio. Cic. 3. Tusc. 97.

**Emercor** ] emercaris, emercatus sum (ὠνέομαι) emercari. Tacit. lib. 12, Missis corruptionibus exuendam ad fidem hostes emercari.

**Emereo** ] emeres, pen. cor. emerui, & emeritus sum, emeritum (ἐξαιτοῦμαι) emerere, Idem quod Merere significat. Plautus Aulul. 26. 5,

—quid ego emerui adolescens mali, &c.

¶ Emereor, emereris (ἐξαιτοῦμαι, μισθοφορέω, μισθολογοῦμαι) Idem penè quod Mereor: præteritum eius Emeritus. Cic. Att. lib. 6. 113. 9, Annuæ enim mihi operæ ad 111. Calend. Sextil. emerẽtur. Vnde milites emeriti stipendia, qui militia perfuncti sunt, nominantur, inquit Valla lib. 5.
Generosos honores emerere. Propert. lib. 4. eleg. 12. 13.
Iudicium hominum emereri. Quint. in procem. lib. 1. 4.
Emerita acus. Vide Acus.
Emeritos musis, & Phœbo tradidit annos. Hoc est, iam effœtos. Martial. lib. 7. 62.
Emeritæ apes. Plin. lib. 11. cap. 11. 1.
Aratrum emeritum. Ouid. 1. Fast. 133.
Emerita arma: Id est, uictricia, & finem bellis imponentia. Plinius in Paneg. 27. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 5.
Emeritos boues Virgilius per translationem appellat, pro defessis & opere ac labore solutis.
Canes emeriti. Stat. 3. Sylu. 1. 12.
Currus emeriti. Senec. Thyest. 9. 2.
Emeritus cursus, apud Ouid. Fast. 3. 9. pro iusto & completo.
Equi emeriti (ἄφετοι ἵπποι) Ouid. 4. Fast. 138.
Honor emeritus. Ouid. 5. Fast. 119.
Iugales emeriti. Claud. 2. de Raptu Proserp. 64.
Emeritus miles, Qui iam à militia absolutus est. Lucan. libro 1. 69.
Militia emerita. Sueton. in Caligula, cap. 44.
Mors emerita. Lucan. lib. 3. 124.
Nomen emeritum. Claud. de Torpedine 16. 1. Id est, meritum.
Emeriti senes (ἄφετοι γέροντες) uocantur, qui solent habere alios qui pro se laborent: ij dicuntur pro alio opus agere. Valla lib. 5.
Emeritum stipendium, passiuè dicitur quod peractum est, quum iam milites missionem ut ueterani impetrauerũt, inquit Budæus. Plaut. Mostel. 3. 34, Vnum ubi emeritum est stipendium. Liu. 9. bel. Maced. 72, P. Ebutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret.
Emerita stipendia libidinis. Cic. de Senect. 44.
Tempus emeritum. Cic. Att. lib. 6. 116. 4.
Emerita, sunt commoda ueteranorum. Modestinus in l. desertorem. §. si plures. ff. de re militari. Etsi expleto tempore militiæ redeat: ut ueteranus restituetur, & emerita accipiet. Et §. præcedenti, Qui militiæ tempus in desertione impleuit, emerito priuatur. Budæus.

**Emerepes** ] Ephorus, Phrynidis musici duas ex nouẽ fidibus ascias abscidit, insusurrans μὴ πανάρχαια τὰ μουσικὴν, Id est, ne musicam depraues. Refert Cæl. lib. 9. cap. 1.

**Emergo** ] emergis, emersi, emersum, emergere (ἀναδύομαι) Extrà mergere, & quasi ex loco ubi submersus fuerã, uel delitueram, extire, & in lucem prodire. Liu. 1. ab Vrbe 55, Primum profunda emersus palude. Cic. 3. de Finib. 74, Si non longè absunt à summo, ut iam iamq; possint emergere. Terent. Eunuch. 3. 5. 7, Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, unde emergam. Vbi Donatus, Propriè dixit, Vnde emergam: ut ex lustris atque inhonestis locis, utpote meretricis domo.
Delitescere & Emergere se, contraria. Cicero de Aruspic. respons. 51.
Mergere & Emergere, contraria. Cic. 2. de Nat. deo. 185.
Obliteſcere & Emergere, contraria. Cic. de Vniuer. 48.
Respirare & Emergere à fluctibus seruitutis. Cicero de Aruspic. respons. 44.
Emergunt à septenis partibus illæ stellæ. Plin. lib. 2. cap. 14. 2.
Ab aliquo loco emergere. Cic. 1. de Diuin. 125.
Emergere de. Liu. Quum tandem de paludibus emersisset?
È flumine emergere. Cic. 2. de Diuinat. 102.



Digitized by Google

Emergere è patrio regno. Cic. pro Lege Manilia, 4.
Ex alto emergere. Cic. 4. de Finib. 105.
Emergere ex iudicio peculatus. Cic. 3. Ver. 7.
Emergere ex malis. Terent. And. 3. 3. 31.
Emergere ex mendicitate. Cic. in Vatinium, 17.
Emergere ex aliquo negotio. Cic. ad Att. lib. 5. 97. 3.
Emergere ex paternis probris ac uitijs. Cic. 5. Verr. 138.
Emergere incommoda ualetudine. Cic. ad Att. lib. 5. 95. 1.
Emergere ex urbe aliqua. Cic. ad Att. lib. 2. 27. 1.
Emergere extra terram. Plin. lib. 19. cap. 5.
Emergere super. Col. lib. 11. cap. 3. 38.
Altè emergere. Cic. 2. de Nat. deor. 166. Ex quodam poeta.
Tenebris pulsis emergere. Claud. de bel. Getico, 64.
Amor emergit. Cic. Att. lib. 9. 181. 3, Nunc emergit amor, nunc desyderium ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest.
Animus per tanta negotia emergit. Claud. Paneg. 8. 42.
Bellum emergit. Cic. 6. Verr. 114.
Ciuitates emergunt. Cic. 6. 113. 7.
Emergere utero infans dicitur. Plin. lib. 11. cap. 51. 4.
Emersit è mari insula. Plin. lib. 2. cap. 88. 1.
Lux emersit Olympo. Valer. 5. Argon. 1.
Emersit è uadis oratio. Cic. pro Cælio, 39.
Emersit uentus. Plin. lib. 2. cap. 82. 3.
Emersit hoc uno modo depressa ueritas. Cic. pro Cluent. 135.
Emergere, & se ad frugem bonã recipere. Cic. pro Cælio, 20.
Ad summas emergere opes, rerumq; potiri. Lucret. lib. 2. 3.
Emergere se ex malis, Actiuũ. Corn. Nep. in uita Attici. Tale est illud Cic. de Aruſp. reſp. 51, Tum se emergit, & fertur illuc.
Emergi, Impersonale. Terent. Adelph. 3. 2. 4, Tot res repentè circunuallant, unde emergi non potest. Vbi Donatus, Vnde emergi non potest: Quum impressio est hostium, sic dicitur. ut Saluſt. Preſſi undiq; multitudine. Cicer. Qui semper premuntur, & nunquã emergunt. Et emergi noue: nã emergo dicitur, nõ emergor. Sed ideo est usus, quia extra compositionem & mergo & mergor dicitur.
¶ Emersus, Particip. (ἀναδυθείς) Cic. 2. de Diuin. 207, Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subitò sum uisus emersus è flumine.
Emersus ab admiratione animus, id est, qui se recepit. Liu. lib. 8.
Nox emersa. Ouid. 3. Metam. 80.
E' cœno emersus homo. Cic. in Vatinium, 13.
Ex diuturnis tenebris lustrorum, ac stuprorum emersus homo. Cic. pro Sestio, 15.
¶ Emersus, huius emersus, Verbale, Plin. lib. 18. cap. 25, Exortus occasusq; binis modis intelligũtur. Aut enim aduentu Solis occultantur stellæ, & conspici desinunt: aut eiusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius, quàm exortum consuetudo dixisset: & illud occultationem potius, quàm occasum.
¶ Emersurus, pen. prod. Adiect. (ἀναδύσων) ut, Emersura uirtus ex omni sæuitia fortunæ. Liu. 5. bel. Pun. 212.
Emerita] Augusta (αὐγύστα ἐμερίτα) Vrbs Hispaniæ Lusitaniæ. Strabo Augustam Emeritam uocat. Est hæc urbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cuius succo uellera tinguntur, Tyrio splendori neutiquam cedentia, ut Plinius scribit lib. 9. cap. 41.
Emeritus] Vide Emereo.
Emetior] emetiris, pen. prod. emensus sum (διαμετρέω) emetiri, Idem quod Metiri significat.
Laborem diuersum emetiri. Sil. lib. 4. 11.
Emetiri iter, per trãslationẽ. Liu. 5. bel. Pun. 193. Vir. 8. Ae. 32.
Emetiri iter uehiculis. Plin. lib. 7. cap. 20. 5.
Emetiri uno die ingens spatium. Liu. 1. bel. Maced. 88.
Oculis spatium emensus. Virg. 10. Aeneid. 153.
Voluntatem emetiri. Cicero de clar. Orat. 8. Id est, cunctatè satisfacere.
¶ Emensus, Participium (διαμετρηθείς) ut, Labores emẽsus aulæ. Claudianus in Epithalamio Palladij, 14.
Emensus est sol ardua. Plin. lib. 18. cap. 28. 6. Emendati codices habent, per ardua enisus.
Emensus, Paßiuè. Liu. 1. belli Pun. 109, Postquam multo maiorẽ partẽ itineris emensam cernant, &c. Virg. 1. Georg. 90,
—emẽso quũ ia decedet Olympo. De sole loqtur. Hoc est, percurso & perlustrato cælo, quum iam descẽdet ad occasum. Hæc Seruius.
Emeto] emetis, pen. corr. emessui, emessũ (ἐξαμάω) emetere, Idẽ quod Metere. Hor. lib. 2. epist. 2. 36, —emetit Orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro. Alij legunt,
Quid uici prosunt, aut horrea, quidue Calabris
Saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro? Emetit, Acron interpretatur amputat.
Emeum] Oppidum, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus maris rubri, Troglodytici, & Aethiopici.
Emico] emicas, penul. corr. emicui & emicaui, emicatũ (χορεύω) emicare, Effulgere, resplendere. Plaut. Ex oculis quasi radij emicant solis.
Emicant & faces, non nisi quum decidunt uisæ. Id est, repentè existunt & lucentes apparent. Plin. lib. 2. cap. 26. 2.
Emicare de. Plin. lib. 11. cap. 37. 65, Cecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio traditur.
Emicare ex una radice. Plin. lib. 27. cap. 8. 7.
Emicare ex incendio flãma dicitur. Sen. lib. 2. de Benef. cap. 27.
Ignis emicuit. Claud. 7. Paneg. 38.
Sanguis emicat per mille foramina. Stat. 12. Theb. 156.
Sol emicuit super terras. Valer. 4. Argon. 20.
Emicare in iugum, pro Attollere sese & erigere. Colum. lib. 4. cap. 20. 4. Plaut. Aulul. 19. 4, Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Hoc est uelut subsultare.
Emicat Euryalus. Virg. 5. Aeneid. 68. Et lib. 6. Aeneid.
—iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperiũ.
Ante oculos emicuit. Valer. 7. Argon. 80.
In fata alicuius emicare. Valer. 6. Argon. 111.
Emicet in partẽ sanguis, unde icimur ictu. Lucret. lib. 4. 212.
In prælia uictor emicat. Silius lib. 16. 105.
Emicare, pro Excellere. Plin. lib. 35. cap. 11. 6, Post eum emicuit lõgè ante omnes Euphranor Isthmius. Legitur & Eminuit.
Præ omnibus emicat Nisus. Virg. 5. Aeneid. 63.
Emigro] emigras, pen. corr. (ἀποικίω, ἀποικέω) emigrare, Idẽ quod Migrare significat, authore Valla: ut, Emigrare domo. Cic. 4. Verr. 62. Plaut. Mostel. 7. 41,
—pedem Nemo intrò tetulit, semel ut emigrauimus.
Emigrare finibus suis. Plin. lib. 6. cap. 17. 11.
Emigrare è uita. Cic. 2. de Legib. 77.
¶ Emigrans, Participium (ἀποικαίων) ut, Emigrans populus. Stat. 4. Sylu. 10.
Emineo] emines, pen. cor. eminui (ὄχω, προύπω, ὑπερέχω) eminere, Quasi extra alios, hoc est præ alijs manere. ita enim eminere dicitur, qui cæteris altior est. Plin. lib. 16. cap. 31. 2, Esculus quantum corpore eminet, tantũ radice descendit. Cæsar 2. bell. Ciuil. 30.
Eminere & apparere. Cicero. pro Rosc. Amer. 73, Quò studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet.
Extare & eminere. Cic. 3. de Orat. 57.
Eminet illius audacia, & proiecta est. Cic. pro Cluent. 145.

Emine-

Digitized by Google

Eminere extra terram. Plin. lib. 17. cap. 21.
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos. Ouid. 3. Fast. 50.
Eminere foras. Cic. in Somn. Scip. 33.
Eminere in re aliqua. Quint. lib. 2. cap. 3. 5.
Leuiter eminere. Vide Leuis.
Magnopere eminere. Vide Magnus.
Inter omnes in omni genere dicendi unus eminet Demosthenes Cic. in Orat. 56.
Eminere quatuor digitos transuersos. Plin. lib. 17. cap. 18. 2.
Eminet animus maxime in contemnendis doloribus. Cicero 2. Tusc. 107.
Eminebat ex ore crudelitas. Cic. 7. Verr. 126.
Arbor in aruis eminet. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 1.
Eminet ferrum per costas. Liu. 8. ab Vrbe, 32.
Eminere hasta in ambas partes dicitur, quæ per medium traiecta est corpus. Ouid. 5. Metam. 28.
Eminens è mari globus terræ. Cic. 1. Tuscul. 106. Cæsar 7. bel. Gal. 292, ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent.
Indignatio eminet. Curt. lib. 4.
Eminet ira in suos maior. Liu. 2. ab Vrbe, 152.
Eminebat etiam in uoce, sceleris quod parabat atrocitas. Curtius lib. 8.
Virtutibus eminet oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 44.
Eminet aliquis, qui cæteris excellit. Liu. 1. ab Vrbe, 69.
Emineo, cum accusatiuo, actiuè. Curtius, lib. 4, iamq; populum moles aquam eminebat, & simul aggeris latitudo crescebat, & c. id est excedebat, siue super aquam eminebat extabatq;.
¶ Eminens, penult. corr. (ὑπερέχων) Participium, siue Nomen ex participio.
Eminẽs animus in futura, pro Imminẽs. Senec. de Trãquil. uitæ.
Expressum & eminens. Cic. 1. de Nat. deor. 100.
Incisum, eminens, lacunosum. Cic. 2. de Nat. deor. 67.
Eminens effigies uirtutis. Cic. 3. Tusc. 6.
Forma eminens. Senec. Octau. 4. 20.
Eminens ingenium. Quintil. lib. 6.
Leuiter eminentes genæ. Cic. 2. de Nat. deor. 215.
Oculi eminentes. Cic. in Vatinium. 2.
Eminens statura. Colum. lib. 3. cap. 8. 3.
Obscurare, & Eminens esse, contraria. Cic. 3. de Orat. 110.
Eminentiores trabes. Cæsar 2. bel. Ciuil. 32.
Eminentissimus in eloquentia. Quint. in proœm. lib. 4. 3.
Authores eminentissimi. Quintil. lib. 1. cap. 2. 2.
¶ Eminentia, eminentiæ. (ὑπεροχὴ, προεξοχὴ) Cic. de Nat. deor. 146, Nam si tantummodo ad cogitationem ualent, nec habent ullam soliditatem, nec eminentiam, & c.
Eminentiæ in pictura. Cic. 4. Acad. 41.
¶ Eminulus, penul. corr. (ὑπὸ μικρὸν ὑπερέχων) Adiect. Diminutiuum, Parum eminens. Varro. 2. de Re rust. cap. 5. 7, Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus: potius breuioribus, quàm longis, rectis genibus & eminulis, distantibus inter se. Ibidem de canibus, cap. 9. 3, Spina eminula, neq; curua.
Eminor] pen. corr. eminaris (ἀπειλέω) eminari, Idem quod Minari. Plaut. Cap. 13. 22, Eminor, interminorq; ne quis obstiterit obuiam.
¶ Eminatio, Verbale (ἀπείλησις) Plaut. Cap. 13. 30, Quæ illæc eminatio est?
Eminus] pen. corr. Aduerbium (πόρρωθεν) E longinquo, inquit Valla: cui opponitur Comminus. Cic. de Senect. 17. Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut comminus gladijs uteretur. Cæsar 1. bel. Ciuil. 103, Sic quotidie utrinq; eminus fundis, sagittis, reliquisq; telis pugnabatur.
Emiror] pen. prod. emiraris, emiratus sum (ἐπιθαυμάζω) emirari, Valde mirari. Horat. 1. Carm. ode 5. 2, —& asperæ
Nigris æquora uentis Emirabatur insolens.
Emischabales] Fons Arabiæ, de quo Plin. lib. 6. cap. 28, Agacturi in montibus, oppido 20. M. pass. in quo fons Emischabales, quod significat Camelorum oppidum.
Emiseni] Populi in Emisena regione Syriæ. Paul. de censib. Imperator noster Antonius ciuitatẽ Emisenorum coloniam Iuris Italici fecit. Ex Nebriß.
Emissarius, Emissitius] Vide Emitto.
Emitto] emittis, emisi, pen. prod. emissum (ἐκπέμπω, ἀποφέλλω, ἀπιλαύνω) emittere, Extrà mittere. Vnde, Emitti à deo. Cic. 1. Tusc. 117.
Emittat ad me Publius qui obsignent: iurabo, & c. Sic ad Attic. lib. 2. 27. 1.
Emittere de manibus. Cic. pro Cælio, 52.
Emitti è carcere. Cic. pro Plancio, 25.
Emitti è custodia, & leuari uinculis. Cic. 1. Tusc. 192.
Emittere è manibus. Liu. 8. bel. Pun. 227.
Ex uinculis emitti. Cic. 1. Tusc. 118.
Emittunt noctu per uallum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 282.
Emittere in hostem equites. Liu. 4. bel. Pun. 66.
Actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Quint. lib. 7. cap. 3. 20. Hoc est, edideram, in uulgaram.
Emittere aculeos in hominem. Cic. pro Cælio, 21.
Ardor se emittit. Cic. 2. de Diuinat. 64.
Aliquid dignum suo nomine emittere: id est, edere. Cicero Volumnio, lib. 7. 34. 3.
Emittere fulmina & iacula. Cic. 2. de Diuin. 65.
In auras iaculum emittere. Virg. 9. Aeneid. 17.
Lacrymas emittere. Ouid. 11. Metam. 92.
Emittere manum, est cautionẽ propria manu facere, Modestinus in l. quidam quasi. ff. de probat. & præsump. Quærebant, an cum eo de hæreditate fratris propter emissam ab eis manum poßint quasi cum filio agere.
Maledictum emittere. Cic. pro Plancio, 47.
Emittere oculos. Plaut. Merc. 17. 16.
Emittere oua dicitur gallina. Plin. 11. cap. 24. 6.
Rudentes puppe emittere. Stat. 2. Achill. 4.
Emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. lib. 9. cap. 8. Cic. de Arusp. respon. 1.
Emittere uenis sanguinem. Plin. lib. 25. cap. 5. 18.
Emittere saturitatẽ. Plin. li. 10. ca. 33. 2. Id est, Purgare uentrem.
Emittere uocem. Liu. 1. ab Vrbe, 237.
Emittere uocem cum querimonia. Cic. 4. Verr. 66.
Emittere manu aliquem, pro Manumittere, & in libertatem asserere. Plaut. Aulul. 17. 16, Volo me emitti manu. L. egóne emittam manu?
¶ Emissus, Participium (ἐξαπισάλμενος) ut, Agmen emissum. Virg. 4. Georg. 12.
Euocatus atq; emissus. Cic. 1. Tusc. 117.
Ex urbe emissus. Cic. 1. in Catil. 20.
Facetè dictum emissum hærere debet. Cic. 2. de Orat. 122.
Vixdum emissa dies. Stat. 2. Sylu. 46.
Hyems emissa. Virg. 1. Aeneid. 26. Id est, tempestas.
Lacus emissus. Cic. Attico, lib. 4. 84. 5.
Ortus solis emissus. Claud. 7. Paneg. 78.
Ratio simulatq; emissa est, adhæresc it. Cic. 2. de Orat. 18.
Tela emissa. Lucan. lib. 3. 109.
In lucẽ Stygijs emissa tenebris. Pallida Tisyphone. Virg. 4. Georgic. 109.
Venti emissi. Ouid. 11. Metam. 11.
Verbum emissum. Horat. 1. epist. 19. 15,
Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.
Emissa cælo uox. Liu. 5. ab Vrbe, 227.



Digitized by Google

¶Emißio, Verbale(ἄφεσις, βέλεσις)pro iaculatione & uibratione: ut, Emißiones tormentorum. Cic. 2. Tusc. 97.

¶Emissarius, emissarij, Qui paratus est inuehi in aliquem: Calumniator & uexator, summissus & subornatus ab inimicis. Cic. Mario, lib. 7. 2.7, Persuaserat̃q; nonnullis inuidis meis se in me emissarium semper fore.

Emissarios Domitiani, uocat Suetonius in Domitiano, cap. 11, quorum opera ad delationes abutebatur.

Emissarius, ut Asconius docet, furtorum conciliator, atq; internuntius, quæ à magistratibus cõmittuntur. Cic. 5. Verr. 77. In eundem, Act. 4. 14, Petit Nœuius Turpio quidam istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo cõuentu quadruplatorum deterrimus.

Emissarius equus, aries, & huiusmodi, Qui emissus sit in solitudinem, uel qui ad generandam sobolem emittitur. Hæc Valla in Rauden. Plaut. Milit. 15.19,

—abi sis hinc: nam tu quidem Aequè fuisti scitus emissarius, Qui consectare, qui mares, quæ fœminæ.

Emissarius palmes. Plin. lib. 17. cap. 23. 9.

¶Emissarium, emissarij(διάγειον)Locus per quem aqua è lacu aut stagno emittitur, inquit Sipontinus. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 20, Item emissariũ Fucini lacus, portũq; Hostiensem. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 18. 4, Helico nequissimus H S. M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

¶Emißititius, Adiect. (ἐμβόλιμος) Quod emittitur. Cic. 3. de Legibus, 30, C. uerò Gracchus ruinis & emißititijs, quas ipse se proiecisse in forum dixit, &c.

Emißititij oculi, Qui huc & illuc aspectant, & ueluti sese eiaculantur. Plaut. Aulul. 4. 2.

Emmaus] huius Emmai, fœ. gen. (ἐμμαοῦς) Ptolemæo Iudææ urbs, eidem alio nomine Nicopolis, ubi cognitus Christus in fractione panis. Plin. lib. 5. cap. 14, Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaum. Vide Ioseph um libro 12. Antiquit. cap. 10.

Emmelia] ἐμμέλεια, Saltationis species, quam Pacatam uocat Plato, lib. 3. de Leg. Δύο δὴ τῶν ὀρχήσεων χρὴ καλῶμεν εἶναι, τὸ μὲν πολεμικὸν, πυρρίχιον, τὸ δὲ εἰρηνικὸν, ἐμμέλειαν ἐπωνόμασαν. Duo, inquit, saltationis honestæ genera: unum quidem bellicum, quod Pyrrhichen: alterum pacatum, quod Emmeliam appellauerunt. Vide Bud. in Annot. in Pandect.

Emmota] Medicamenta quædam sunt, in quorũ uenit usum quandoq; quod Isis nuncupatur, cerote permixta. Horum meminit Galen. lib. 2. ad Glauconem, à quo & Pyulca nominantur. Vide & Cæl. Rhod. lib. 26. cap. 22.

Emo] emis, emi, emptum(ὠνέομαι, ἀγοράζω, ἐπρίαμαι) emere, Pecunijs, uel gratia aut præmio, uel alio quouis modo aliquid sibi comparare. Cic. pro Cecinna, 14, Suum esse, seq; sibi emisse.

Emere (inquit Festus) quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro Sumere siue accipere.

Emere de. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 10. 5, Emerat de Cosconio & Pomponio bestiarios. Et ad Atticum, lib. 13. 28 6. 3.

Bene emere. Cic. Attico, lib. 1. 8. 9.

Carè emere. Horat. 2. epist. 1. 48.

Emere tam salubriter, ut pœnitentiæ locus non relinquatur. Plin. epistol. 24.

Emere argento sibi aliquem. Plaut. Asi. 12. 83.

Propè dimidio carius emere aliquid quàm æstimatur. Cic. pro Domo sua, 89.

Emere bona fide. Plaut. Mostel. 8. 151.

Emere magno. Cic. 5. Verr. 56. Ouid. 2. de Arte, 126.

Minimo emit. Vide Minor.

Emere pondere. Plin. lib. 12. cap. 7. 4.

Precibus emere. Senec. de Benefi. lib. 2. cap. 1, Nulla res grauius constat, quàm quæ precibus empta.

Emere pretio alterius. Terent. in Prol. Hecy. 52, —mihiq; ut discere Nouas expediat posthac pretio emptas meo. Vbi Donatus, Pretio meo, æstimatione à me facta quantum ædilis daret.

Potestas uirtute emitur. Claud. 6. Paneg. 38.

Emere tanti, quanti, &c. Cic. 3. Offic.

Emere aliquem donis. Liu. 6. bel. Maced. 48.

Emere aliquem uita. Virg. 9. Aeneid. 42.

Emere aliquid in publicum, id est, ea lege ut publicum fiat. Liu. lib. 4. Decad. 5.

Munere custodem emere. Ouid. 3. de Arte amandi, 130.

Citharas emere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 21.

Gaudia emere. Stat. lib. 9. Thebaid. 12.

Generum sibi emere. Virg. 1. Georg. 7.

Emere talento inimicum. Plaut. Trinum. 14. 48.

Emere litigium. Plaut. Amphit. 14. 44.

Metum emere. Lucan. lib. 3. 120.

Mortem emere. Propert. lib. 3. eleg. 16. 5.

Emere pretio spem. Terent. Adelph. 2. 2. 11.

Ad sententias emendas dedisse pecuniam. Cic. pro Cluent. 81.

¶Emptus, Particip. (ὠνητὸς) ut, Pax empta donis ingentibus. Lucan. lib. 10. 22.

Decus perenne ingenti clade emptum. Claud. de pijs fratribus, & statuis eorum, 42. 10.

Emptum, constupratumq; iudicium. Cicero ad Atticum, libro 1. 13. 5.

Fœdera empta multis cladibus. Claud. 7. Paneg. 91.

Pulmenta laboribus empta. Horat. 1. epist. 9. 10.

Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas. Horatius epistol. 2. 12.

Ex empto aut uendito fieri aliquid contra fidem. Cic. 3. de Nat. deor. 106.

¶Emptio, Verbale(ἀγοραστία, ὠνὴ, ὤνησις)Cicero ad Attic. lib. 12. 23 3. 2, Quid Cæsar tres habet conditiones: aut emptiones ob hastam. &c.

Mancupi emptio. Vide Manceps.

Abire ab emptione. Vide Abeo.

Emptione facta. Cic. pro Cecinna, 12.

¶Emptito, emptitas, pen. corr emptitare, Frequentatiuum, Frequenter emere, uel frequenter mercandi seu acquirendi usum habere. Plin. lib. 33. cap. 1. 1, Ita enim (ut opinor) cõmercia uictus gratia inuenta alios corijs boum, alios ferro, captiuisq; rebus emptitasse tradit. Colum. lib. 8. cap. 10. 4.

Empsitare quidam legunt apud Plautum Casina, 7. 40, Non ego istud uerbum empsitem titiuilicio.

¶Empturio, empturis, pen. corr. (ἀγορασείω) empturire, Cupere emere. Varro in Proœm. lib. 2. 6, Propterea quòd te empturientem in campos macros adducunt crebrò pedes.

¶Emptor, Verbale (ἀγοραστὴς) Qui emit. Cic. 3. Offic. 67, Ne quid omnino quod uenditor norit, emptor ignoret.

Emptorem hiantem inducere dicitur res. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.

Dedecorum pretiosus emptor. Horat. 3. Carm. Ode 6. 7. Id est, incestuum, ut ait Acron. Qui dedecora, id est, adulteria magno pretio emit, inquit Porphyrio.

¶Emptrix, cis, penult. prod. Aliud uerbale. Modest. in l. Herennius. ff. de euict. & dupl. postul. Quũ emptrix non prouocauerit. Paulo pòst: Nihil proponi, cur emptrici aduersus uenditorem actio non competat.

¶Emptionalis, & hoc emptionale, penult. prod. (ἀγοραστικὸς) Qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. Cælius ad Ciceronem, lib. 7. 30. 1, Quod quidem si inter

Digitized by Google

*inter uos ſenes emptionales uenale proſcripſerit. Quo in loco antiquiſſima exemplaria legunt, coemptionales.*

¶ *Emptitius, Adiect.* (ὠνητὸς) *Qui emptus eſt, cui Gratuitus opponitur. Varro 3. de Re ruſt. cap. 2. 9, Hic aprum glans quum paſcit emptitia, facit pinguem: illic gratuita, exilem. Ibidem, cap. 176.*

*Emptitius miles, Mercenarius, inquit Sipontinus: quem Feſtus emptitium appellat.*

¶ *Emax, huius emacis, pen. prod.* (ὠνητικὸς) *Qui libenter, & ſæpius emit, uel qui emendi eſt cupidiſſimus. Cicero in Paradox. 64, Non eſſe cupidum, pecunia eſt. non eſſe emacem, uitium eſt.*

*Domina emax. Ouid. 1. de Arte, 85.*

¶ *Emacitas, pen. corr. emacitatis* (τὸ ὠνητικὸν) *Facilitas & inclinatio uoluntaria emendi. Columel. lib. 4. 3. 1, Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in comparandis mancipijs cura: de tuendis nulla cura tangit. Plin. epiſt. 51, Erat φιλόιαλος uſq; ad emacitatis reprehenſionem.*

**Emodulor**] *pen. corr. emodularis, emodulatus ſum* (ἐπαυλέω) *emodulari, idem quod modulari. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7, Muſa per undenos emodulanda pedes.*

**Emodus**] ἄμωδος, *Mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur. Alteri Ortorocoras nomen: alteri Semantinus. Vide Ptolem. lib. 6. cap. 15.*

**Emolior**] *emoliris, pen. prod. emolitus ſum* (ἐξαίρω) *emoliri, Excitare, expellere. Celſius lib. 4. cap. 6. de pleuritide, Interdum ſicca tuſſis eſt, quæ nihil emolitur. Columel. libro 8. cap. 5. 16, Dum eas amaritudo cogat, per nares emoliri pituitæ nauſeam.*

*Emoliri fretum. Senec. Agamem. 6. 18. Id eſt, commouere.*

**Emollio**] *emollis, emollui, emollitum, pen. prod.* (ἐμμαλθαλιόω, ἐμμαλακίζω) *emollire, Idem quod mollire, & fricatione aut ſubactione molle reddere. Liu. 7. bell. Maced. 168, Humor arcus, funduſq;, & iaculorum armenta emollierat.*

*Emollire aliquem, Laxare & lenire. Plin. lib. 20. cap. 9. 15.*

*Emollire hominem. Liu. 7. bel. Pun. 11. Idem 8. bell. Maced. 216, Degener & emollitus amœnitate Aſiæ hoſtis.*

*Artibus mores emollire. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 10.*

*Pax emollit ferociam. Tacit. in Vita Agricolæ.*

¶ *Emollitus, pen. corr. Adiect.* (μαλθακὸς) *Idem quod Mollis. Liuius 4. bel. Maced. 178, Labor & æſtus emollida & fluida corpora Gallorum & minimè patientia ſitis, quum decedere pugna coegiſſet, &c. Vetuſtiora exemplaria legunt mollia.*

**Emolumentum**] ὠφέλημα, σύγχρημα, *Vtilitas quam ex opera & labore, & (ut ita dicam) molimine noſtro aſſequimur. Plaut. Trinum. 10. 67,*

*Et ſi ſine dote duxeris, tibi ſit emolumentũ honoris, mihi*
*Quod obiectant ſiet.*

*Detrimentum & Emolumentum, contraria. Cic. 1. de Finib. 82.*

*Fructus atq; emolumentum. Cic. 5. Verr. 195.*

*Dicere aliquid ob emolumentum ſuum. Cic. pro Fonteio, 14.*

*Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem. Cicero pro Mil. 4.*

*Largiri aliquid emolumenti. Lucret. lib. 5. 34.*

*Proponere emolumentum alicui. Cic. pro Fonteio, 15.*

*Laus ſuſcepta ſine emolumento ac præmio. Cicero 2. de Orat. 188.*

*Emolumento eſſe alicui. Cic. 1. de Orat. 18.*

**Emoneo**] *emones, pen. corr. emonui, emonitum, pen. corr.* (ἀναγιγνώσκω) *emonere, Idem quod monere. Plaut. Aſin. 14. 17, Hunc politare, illam expilare iam emone.*

**Emorior**] *emoriris, penul. prod. uel emoreris, penult. corr. emortuus ſum* (ἀποθνήσκω) *emori: Simplicis ſignificationem retinet. Terent. Heaut. 5. 2. 18, Emori cupio. Cicero 3. Offic. 156. Vt eſſet inſitum militibus noſtris aut uincere, aut emori.*

*Amorem emori. Ouid. 2. de Remed. amor. 52.*

*Emortuum auxilium ad rem. Plaut. Epid. 3. 14.*

*Quorum Luis emori non poteſt. Cic. in paradox. 20.*

*Emoritur membrum. Celſus lib. 5. cap. 26. in cap. de curatione gangrenæ.*

*Emoriri, penult. corr. Terent. Eunuch. 3. 1. 42, Riſu omnes qui aderant, emoriri. Vbi Donatus, Emoriri, uitiosè dictum ab imperito milite.*

¶ *Emortualis, & hoc mortuale, pen. prod.* (νεκρικὸς) *ut, Emortualis dies, in quo quis mortuus eſt, ſicut Natalis, in quo natus. Plaut. Pſeud. 20. 127.*

**Emotus**] *Vide* Emoueo.

**Emoueo**] *emoues, pen. corr. emoui, emotum, penult. prod.* (ἀποκινέω) *emouere, Ex loco mouere. Liu. 6. ab Vrbe, 158, Tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoueret, miſit. Sic, Emouere è foro multitudinem, Liuius 5. bel. Pun. 5.*

*Emouere herbas. Columel. lib. 8. cap. 3.*

*Emouit ex pectore meo phroneſim. Plaut. Trucul. 3. 44.*

*Emouere, pro Exerere, ſeu in apertũ producere. Ouid. 3. Faſt.*
*Dum loquitur, totum iam ſol emouerat orbem. Id eſt, tota ſua rotunditate apparebat.*

¶ *Emotus, pen. prod. Participium* (ἀποκινηθεὶς) *ut, Axis à cardine emotus. Stat. 1. Thebaid. 69.*

*Curæ emotæ. Virg. 6. Aeneid. 77.*

*Poſtes cardine emoti. Virg. 2. Aeneid. 99.*

*Emotis deinde curia legatis. Liu. 10. bel. Pun. 103.*

*Emotum ſolum. Columel. lib. 3. cap. 18. 1.*

EMP. *Empta.*

**Empanda**] *Paganorum dea fuit, teſte Feſto, ita dicta quod patentibus pagis, non clauſis urbibus præeſſet.*

**Empedocles**] *pen. cor.* (ἐμπεδοκλῆς) *Philoſophus & poeta Agrigentinus, de rerum natura uerſibus ſcripſit, ut apud Romanos Lucretius. Diſcipulus fuit Pythagoræ, & inuentor Rhetoricæ, Is noctu à ſocijs clàm diſcedens, in ardentem caminum montis Aetnæ ſe demiſit, ut deus immortalis haberetur: ſed ferreæ eius crepidæ ex camino per flammam reiectæ, rem patefecerunt. Horatius in Arte Poet. 94. Vide Gellium lib. 4. cap. 11. & Cælium lib. 11. cap. 18.*

*Empedocles Phyſicus, idemq; poeta optimus. Cicero 1. de Oratore, 100. Idem quatuor elementis omnia conſtare ait. Cic. 4. Acad. 211.*

*Empedocles animum eſſe cenſet, cordi ſuffuſum ſanguinem. Cic. 1. Tuſc. 30. De eodem uide 1. de Nat. deor. 43.*

¶ *Empedocleus, Adiect.* (ἐμπεδοκλείος) *Cic. Qu. frat. lib. 2. 13. 2, Quum ueneris, uirum te putabo: ſi Saluſtij Empedoclea legeris, hominem non putabo.*

**Empenetica**] *Eſuritionis ars. Cæl. Ciceroni, Ego, qui ſcirem Q. Pompeium Baulis empeneticam facere, &c. Embeneticam alij legunt, cui uocabulo nullus eſt nec in Latina, nec in Græca lingua locus, etſi Græcam refert originem, ſed deriuatione falſa. non enim huiuſmodi nomina à uerbis orta formantur à præſenti: & alioqui hoc ſententiæ parum conuenit. Proinde Turnebus empeneticam legit, ut cum dicat eſurientem eſuritionis artem Baulis facere, & uſq; eò ut eſurientis eius miſereatur. Vt enim Græcè dicitur σὺν πράγειν pro πράγειν, Attico more, & ἐμπίειν pro πίειν, & ἐμφαγεῖν pro φαγεῖν, quid ni etiam dicatur ἐμπεινλῦ pro πεινλῦν, præſertim quum etiam in uerbo quæſita ſit arriſio fortaſſe è uicinitate uocis, quòd non faciat embaticam, ſed empeneticam. Vide ſuprà Embenetica.*

**Empetron**]

Digitized by Google

Empetron] pen.corr. (ἐμπιτρον) Herba quam noſtri Calcifragam uocant: naſcitur in montibus maritimis, ferè in ſaxo: quo propius mari fuit, minus ſalſa eſt. Plin.lib.27.cap. 9.4. Ea inquit Ruellius lib.3. cap. 85, facilè putaretur eſſe quæ medijs ſaxis erumpit, officinis Pariſienſibus Saluia uita dicta: primò quòd è medijs ſaxis emicet, & frangere ſaxa uideatur: partim quòd calculos mirè frangat.

Emphaſis] pen.corr. (ἔμφασις) Figura eſt Grammaticalis, qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur. Cuius duo ſunt genera: Alterum quod plus ſignificat quàm dicit: alterum quod etiam id quod non dicit. Virg.1.Georg.

—quum iam glandes, atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ. Hoc eſt non ſolum aliæ, ſed etiam ſacræ. Quintil.lib.8, Ego autem libentius emphaſin retulerim ad ornatum Orationis.

Emphracta] Nonnulli dici putauerunt naues tectas, qui citantes illud Vlpiani ex l.1. ff. de exercitor. act. Quædam enim naues onerariæ, quædã, ut ipſi dicunt, emphractæ ſunt. Quo tamen in loco caſtigatiora exempla ἐπιβάδες, aut certè ἐπιβατίδες, non emphracta legendum docent. Naues autem tectas, ſiue conſtratas, Græci uocabulo, κατάφρακτας uocari, ſuo loco oſtendimus.

Emphyliſmus] ἐμφυλισμὸς, Inoculationis ſpecies eſt, quũ inter lignum & corticem σύθεμα inſeritur. ἐμφυλίζειν enim id agere eſt. Ex Cæl.Rhod.lib.7.cap.ult.

Emphyteuſis] ἐμφύτευσις, Latinè Inſitionem ſignificat, ſeu plantationem, à uerbo Græco ἐμφυτεύω, quod eſt Inſero, uel conſero. Vnde fundum in emphyteuſim dare, frequẽs eſt apud Iuriſconſultos, pro eo quod eſt, ea conditione alicui tradere fundum, ut accipiens eum reddat meliorem, & ex ſterili fertilem efficiat. Ab initio ſterilia tantùm & inculta hoc contractus genere concedebantur. Hinc emphyteutes, ſiue emphyteuta dicitur, qui fundum agrúmue ea lege à domino accipit, ut eum conſerat, meliorémq; efficiat. Ex Cæl.Rhod. lib.7.cap.ult.

Emphyteuſis, Contractus eſt à Zenone Imperat. primùm nominatus, quum ager ea lege fruendus datur, ut quandiu merces ſoluatur, nunquam ad dominum reuertatur, l.1. C. de iur. emphyt. ubi Zeno ait, Ius emphyteuticarium neq; conditionis, neq; alienationis eſſe titulis adijciendum: ſed hoc ius tertium eſſe ab utriuſq; memoratorum contractuum ſocietate ſeparatum, conceptionemq; ac definitionem habere propriam.

Emphiteuticum agrum poſſidere. Macer in l.pen. in princip. ff. qui ſatisdare cogantur.

¶ Emphyteuticarius. Lib. 6. Pandectarum iuris titulus eſt, Si ager uectigalis, uel emphyteuticarius petatur. Vide Iuſtinianum lib. 3. Inſtit. titul. De location. & conduct.

Empirice] pen.corr. (ἐμπειρικὴ) Vna ex tribus ſectis medicinæ, quæ experientia tantum nitebatur. Plin. lib. 29. cap. 1.5. Alia factio ab experimentis ſe cognominans empiricen, cœpit in Sicilia.

¶ Empiricus, Adiectiuum (ἐμπειρικὸς) Celſus in Præfatione, Qui ſe empiricos ab experientia nominant. Cicero 4. Acad. 219.

Emplaſtrum] emplaſtri (ἔμπλαστρον, ἔμπλαστρου) Latinè fictum uel formatum: Quod ex diuerſis rebus confingi & conformari conſueuit, quod nunc uulgò Vnguentum dicitur. Id uerò quod uulgò emplaſtrum dicitur, à doctis cataplaſma uocatur. Plinius lib.21. cap.4.2. Vide Celſum lib.5. cap.17.

Emplaſtrum in arboribus quomodo fiat, & quid ſit, uide Plin. lib.17.cap.16.

¶ Emplaſtro (ἐμπλαστόω) uerbum, cuius paſſiuum uſurpauit Colum.lib.11.cap.2, Poſſunt, inquit, ſi iam librum remittunt, inſeri oleæ, uel emplaſtrari, cæteræq; pomiferæ arbores eodẽ emplaſtrationis genere inſeri.

¶ Emplaſtraturus, Particip. quo Columella uſus eſt lib.5. cap. 11, Delibrato, inquit, item alteram arborem, quam emplaſtraturus es.

¶ Emplaſtratio, Verbale (ἐμπλάστωμα) In arboribus dicitur, quum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore, ut ait Plin. lib.17. cap.16. Colum.lib.de Arbor.cap.26.1. Et lib.3.cap.11, Tertium, quum geminam cum exiguo cortice in partem ſui deliberatam recipit: quam uocant agricolæ emplaſtrationem, uel, ut quidam, Inoculationem.

Emplecton] ἔμπλεκτὸν, Structuræ genus, tantũmodo frontibus politis. Reliqua fortuitò collocant. Author Plin. libro 36.cap.23.

Emplocia] ἐμπλοκία, Celebritas fuit apud Athenienſes, in qua mulieres plexis capillis procedere ſolebant. Author Heſychius.

Empolæus] ἐμπολαῖος, Mercurius dictus, & cultus eſt, quòd in auctionibus & mercimonijs præſit. ἔμπολος enim mercator, & ἐμπολαῖος mercatorius & negotiator uocatur. Cauponatorem ſunt qui uertant, ut apud Plutarchum in eo qui inſcribitur, An principem oporteat maximè philoſophum diſſerere. Empolæi præterea meminit Phurnutus & Heſychius.

Emponema] ἐμπόρημα, Græcis, quæ Melioratio noſtris dicitur. Et eſt ius quod emphyteuta acquirit. Primùm enim ſic cœpit contractus emphyteuticus ut ſterilia tantùm concederentur, in meliorem ſtatum plantationibus reddenda. Extat uox apud Iuſtinianum, in l. ult. C. de iur. emphyteut.

Emporiæ] ἐμπορίαι, Vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo. Vulgò Caſtellon Dempurias.

Phocaicæ Emporiæ. Silius lib.3.75.

Emporicus] ſinus (ἐμπορικὸς κόλπος) in Libya ad Auſtrũ iacet, & habitationes mercatorias habet ex palma confectas. Vide Strab.lib.17.

Emporitani] Populi ſunt, quos ex loci natura & cæli clima te imbelles & barbaros eſſe, tradit Alexand. libro Genial. dier.4. cap.13. Degunt autem, ut idem author, in ora minoris Syrtis, iuxta Aphros Numidaſq;, in agro ubere & fertilis ſoli.

Emporium] Oppidum (ἐμπόριον) à Maßilienſibus ædificatum, à Pyrenæis montibus ſtad. M. IIII. interuallo & Hiſpaniæ finibus ad Galliam diſtans, à quo Emporienſes populi dicti ſunt, ut uidere eſt apud Strab.lib.3.

Emporium] emporij (ἐμπόριον) Locus in quo res uænales exponuntur: ab ἐμπορέω, lucror, negotior. Plaut. Amphit. 13.4, Apud emporium, atq; in macello, in paleſtra, atq; in foro. Cic. Attico lib.5.89.3, Quum per emporium Puteolanorum iter facerem.

¶ Emporeticus, pen.corr. Adiectiuum (ἐμπορικὸς) ut, Emporetica charta. Plin.lib.13.cap.12.2.

Emproſthotonus] ἐμπροσθότονος, Affectus eſt ſpinæ, quum ſcilicet illa obriguit, & inflexibilis facta eſt, atq; ita in anteriorem partem incuruatur, ut omnino erigi non poſſit. Huic affectui ſimiles ſunt tetanus & opiſthotonus: in hoc tamen differunt, quòd emproſthotonos, quum in anteriorem partem ſpina ſit inflexa: opiſthotonos, quum ea in partem poſteriorem eſt incuruata: tetanus autem, quum recta obriguit, ita ut neq; in anteriorem, neq; poſteriorẽ partem flecti queat. Calep.

Emptitius, & Emptito] Vide Emo.

Empuſa

Digitized by Google

**Empuſa**] pen.prod. (ἔμπουσα) *ut ait* Demoniodes, *phantaſma, quod ſeſe infelicibus ingerat, multifariamq; demutet ſor mam, ac ſe meridie plurimum oſtentet, quum inferis parentatur. Sunt qui eaſdem* Empuſas *cum* Hecate *ſtatuant: id quod* ἐν ταγηνισταῖς Ariſtophanes *ſignificat. Nominis ratio eſt, ut* Euſtathio *placet, quia uno incedant pede. Verum nec deſunt qui alterum interpretentur habere æneum pedem, & inde appellatam* Empuſam. Cælius lib. 6. cap. 38.

**Empyi**] ἐμπύοι, A medicis dicuntur, *qui abſceſſum thoracis laborantes pus excreant, quorum affectus etiam empyema appellatur: nos purulentam excreationem dicere poſſumus. Qui uerò hunc morbũ patitur,* Empyicus *dicitur. Meminit* Cæl. lib. 30. cap. 14. & lib. 21. cap. 24.

**Empyrium**] *cælum* (ἐμπύριος ὁ οὐρανός) *appellatur à Theologis (nam Philoſophi cæli huius nuſquam meminerũt) undecimum cælum, primum mobile ambitu ſuo complectens, Dei & beatorum ſedes: ita dictum, quaſi ignitum, non quòd reuera tale ſit, ſed quòd puritate ſua reliquis cælis, ut ignis cæteris elementis, antecellat.* Calep.

**Emucidus**] pen.corr. Adiect. *ut,* Vitis emucida. Plin. lib. 17. cap. 22. 6, *Simili modo & ſecundo anno reciditur, uiresq; concipit, & intra ſe paſcit, ſuffecturas oneri, quum aliàs feſtinatione pariendi gracileſcat, ac emucida (ni cohibeatur caſtigatione tali) im fœtum exeat tota.*

**Emugio**] *emugis, pen. prod. emugiui, emugitum* (ἐμυκάομαι) *emugire. Propriè eſt boum. Et per translationem, cum mugitu proferre & enuntiare.* Quintilianus lib. 2. cap. 12. 6, *Nam & clamant ubiq;, & omnia leuata (ut ipſi uocant) manu emugiunt.*

**Emulgeo**] *emulges, emulſi uel emulxi, emulſum uel emulctũ* (ἐξαμέλγω) *emulgere, Idẽ quod* Mulgere. Colum. lib. 7. ca. 3. 15, *Sed priuſquã hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram uocant.*

**Emundare**] ἐκκαθαίρω, *Idem quod ſimplex.* Colum. lib. 3. cap. 15. 1, *Seritur ergo prius in emundata paſtinatione.*

**Emungo**] *emungis, emunxi, emunctum* (ἀπομύττω) *emungere. Idem quod* Mungere. Plin. lib. 35. cap. 11. 21.

**Emungere alicui oculos**, *per translationem dictum.* Plautus Caſ. 8. 38.

**Emungere aliquem.** Deſpoliare. Plaut. Epid. 10. 58. Terentius Phorm. 4. 4. 1,

—G. Emunxi argẽto ſenes: *Hoc eſt, abſtuli illis ſuas pecunias. Metaphora ſumpta ab ijs quibus nares emunguntur.*

**Cubito ſe emungere**, Prouerbialis ironia in hominem ſordidi quæſtus, & conditionis abiectæ. Vide Chiliadas Eraſmi. Author ad Herenn. lib. 4. 239, *Tota res relinquitur in ſuſpicione: ut ſi ſalſamentarij filio dicas, Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.*

¶ Emunctus, Participium (ἀπόμυκτος) *ut,* Emunctæ naris homo: *id eſt, facetus & elegans, apud* Horatium de Lucilio *inquit* Donatus *in* Phorm. Terẽtij. Emunctæ naris homo, (*inquit* Eraſmus *in* Chiliadibus) *acri, exactoq; iudicio, quaſi purgatis naribus, mucoq; emunctis.* Horat. 1. Serm.

**Emunctus Sino**, metaphoricè, pro ſpoliato. Horatius de Arte, 49.

¶ Emunctio, Verbale, fœm. gen. (ἀπόμυξις) Quint. lib. 11. cap. 3, *de narium geſtu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehendatur.*

**Emunio**] *emunis, pen. prod. emuniui, emunitum, pen. prod.* (ἀσφαλίζω) *emunire, Idem quod* Munire *ſignificat: ut,* Emunitus in modum arcis. Liu. 4. bell. Pun. 97, Tacitus in Vita Agricolæ, *Corpora ipſa, ac manus, ſyluis ac paludibus emuniendis, uerbera inter ac contumelias conterunt.*

**Emunire uites ab iniuria pecoris.** Colum. lib. 5. cap. 6. 19.

**Emuſco**] *emuſcas* (ἐμυκάω) *emuſcare, Purgare & muſcum adimere, quod propriè de arboribus dicitur.* Colum. lib. 11. cap. 2. 31, *Iiſdem diebus, ubi prægelidum & pluuium cælum eſt, oleæ putantur & emuſcantur.*

**Emuſitatum**] pen. prod. *Ad amuſim factum.* Feſtus.

**Emutio**] *emutis, pen. prod. emutiui, emutitum, penult. prod.* (ἄφωνος εἰμὶ) *emutire, Tanquam mutus ſignum facere, uel ſtrepitum.* Plaut. Merc. 22. 55, —2. *etiã emutis? omnia* Commonſtrabo.

**Emuto**] *emutat, pen. prod.* (ἐξαλλάττω) *emutare, Idem quod* Immutare. Quint. lib. 8. cap. 2, *Quidam emutatis in peruerſum dictum de figuris, idem uitium conſequuntur.*

**Emydes**] ἔμυδες, *Græcis teſtudinum genus dicitur, quod in aqua dulci uiuit, quarum ſanguine inſtillato crebros capitis dolores ſedari, item ſtrumas, author eſt* Plin. lib. 32. cap. 5. *apud quem plura.*

**Enæorema**] εὐαώρημα, A medicis *uocatur illud quod in urina circa mediam matulæ partem innatat, quemadmodum quod in ſumma matulæ parte cernitur, nubes ſiue nebula dicitur: quod uerò in fundo ſubſidit, hypoſtaſis. Nomẽ accepit à uerbo* εὐαωρεῖσθαι, *quod ad medium matulæ ſublatum, ibi quodammodo maneat ſuſpenſum.* Calep.

E N

**En**] λῦ, λύι, λῦιδι, ἰδού, A *duerbium demonſtrantis, quod interdum nominatiuo, aliquando accuſatiuo iungitur.* Terent. Hecyr. 1. 1. 6,

—*ut quiuis facilè poſſet credere,*
*Nunquam illa uiua ducturum uxorem domum*
*En duxit.* Virg. 1. Aeneid. 93,
*En Priamus, ſunt hic etiam ſua præmia laudi.* Cicero 3. Verr. 65,
*En cui tuos liberos committas.*

*En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet.* Cic. pro Deiotaro, 11.

*En hoc illud eſt quod antè dixi, mulier abundat audacia, &c.* Cic. pro Cluentio, 146.

*En hic ille eſt.* Cic. Cæſari, lib. 13. 16. 2.

¶ Accuſatiuo. Plaut. Amphit. 15. 54, *En tectum, en tegulas, en obductas fores, en ludificatum herum, &c.*

*En, inquit* Donatus, *uim habet indignationis poſt enarratum iniuriam.* Terent. Phorm. 2. 3. 1,

*En unquam cuiquam contumelioſius*
*Audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi?*

*En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur.* Cic. pro Seſtio, 50.

*En ut pultat propudium.* Plaut. Bacch. 12. 7.

*En pro Eum apud ueteres, ab eo quod eſt is.* Feſtus.

**Enagora**] Inſula *in Aſia,* VIII. M. paſſ. *contra Chimæram, ut tradit* Plin. lib. 5. cap. 31.

**Enalus**] ἔναλος, Leſbius adoleſcens, *qui quũ ſeruandæ puellæ cuiuſdam gratia ſe in mare abieciſſet, opera delphinum ſeruatus, unà cum illa ad continentẽ tranſuectus eſt. Author* Plutarch. *in Sympoſio ſeptem ſapientum.*

**Enargia**] *enargiæ, pen. prod. propter ει diphthongum* (ἐνάργεια) Quintil. lib. 8. cap. 3, Itaq; ἐνάργειαν, *cuius in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus eſt euidentia, uel ut alij dicunt, repræſentatio, quàm perſpicuitas: & illud quidem patet: hæc ſe quodammodo oſtendit: inter ornamenta ponamus. Idem lib. 6. cap. 2,* Inſequetur ἐνάργεια, *quæ à Cicerone illuſtratio & euidentia nominatur: quæ non tam dicere uidetur, quàm oſtendere: & affectus non aliter, quàm ſi rebus ipſis interſimus, ſequentur. Corruptè legitur in quibuſdam exemplaribus hoc loco, energia per e: quemadmodum & apud Ciceronem in Academicis quæſtionibus, lib. 4.*

35, Pro-

Digitized by Google

35, Propterea quòd nihil esset clarius ἐναργέίᾳ, ut Græci, nos si placet, perspicuitatem aut euidentiam nominemus. Budæus.

Enarro] enarras (διηγέομαι) enarrare, Idem quod Narrare. Terent. Adelph. 3.3.11, —omnem rem modò seni
Quo pacto se haberet, enarrauimus ordine. Plin. lib. 17. cap. 5.2, Plus dixit una significatione, quàm posit ulla copia enarrari. Cic. pro Marcello, 2, Nulla dicendi aut scribendi tanta uis, tantaq; copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas posit.

Enarratu difficile. Plin. lib. 2. cap. 93.

¶ Enarratio, Verbale (διήγησις) Authorum enarratio. Quint. lib. 1. cap. 9.1.

Exigitur à Grammaticis Poetarum enarratio. Quintil. lib. 2. cap. 5.1.

Diligens enarratio. Quint. lib. 1. cap. 8.12.

Vsq; ad superuacuum laborem occupata enarratio. Quint. lib. 1, cap. 8.12.

¶ Enarrabilis, & hoc enarrabile, pen. corr. (διηγητὸς) Quod enarrari potest. Quint. lib. 6. cap. 4, Motu animi quodam nescio an enarrabili, indicatur.

Enarthrosis] ἐνάρθρωσις, Diarthroseos, quæ est ossium structura, species est, definiturq; Galeno, quum excipiens cauum altum admodum est, caputq; quod in id inseritur oblongum. Vide eum lib. De ossibus.

Enascor] enasceris, pen. corr. enatus sum (ἐνγεγονέναι) enasci, Idem quod nasci. Varro 1. de Re rust. cap. 41.5, Simili de causa oleæ semen quum sit nucleus, quod ex eo, tardius enascebatur colis quàm ex taleis: ideo, &c. Idem 2. de Re rust. cap. 9.3, Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. De canibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 8.

¶ Enatus, pen. prod. Participium (ἐνγεγονὼς) Cic. Attico, lib. 11. epist. 1, Ex multis meis miserrimis curis est una enata.

Enato] enatas, pen. corr. (ἐνήχομαι) enatare, compositum ab Ex & Nato, natas, Est ita natare, ut iam ad eum locum in quem prætendimus, deueniamus. Hirtius lib. 4. 73, Seq; per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum passuũ spatio ad oppidum enatauerunt. Cic. 5. Tuscul. 126, Reliqui habere se uidentur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. Hoc est, euadunt, sese explicant.

Enauigare] ἐκπλεῖν, Nauigio trajicere. Plin. lib. 6. cap. 17. 12, Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadia D C. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinq; enauigare. Cic. 4. Tuscul. 50. E` quibus tanquam è scrupulosis totibus enauigauit oratio.

Enauigare etiam Nauigio peruenire. Suet. in Tiber.

¶ Enauigandus, Participium peruenire. Suet. in Tiber.

¶ Enauigandus, Participium (ἐκπλευσθησόμενος) Horat. 2. Carm. Ode 14.2, Enauiganda unda.

¶ Enauigatus, pen. prod. Participium (ἐκπλευσθείς) Plin. lib. 9. cap. 3, Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi.

Enauo] enauas, pen. corr. (ἀπεργάζομαι) enauare, Idẽ quod Nauare. Tacit. lib. 19, Et præmia enauatæ operæ petebant. Est autem elegans uocabulum enauatus, ab enauando. Vbi e consummationem significat, ut in uerbo Euinco.

Encænia] ἐγκαίνια, cum æ diphthongo, Innouatio. August. Encænia festiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim καίνον dicitur nouum. Quandocunq; enim nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia uocatur.

Encanthis] ἐγκάνθις, Morbus oculorum, quum in maiori ipsorum oculo tuberculum enascitur, quod genas parum patitur diduci. Nomen habet à situ. Nam Græci oculorum angulos, κάνθους appellant. Cæl. Rhodig. lib. 6. cap. 7.

Encardia] ἐγκαρδία, Gemma est, à cordis effigie sic dicta. Eius tria enumerantur genera, primum in quo nigra effigies cordis eminat: Secundũ uiridi colore cordis effigiem repræsentans: Tertium, nigrum cor ostendẽs, reliqua sui parte candidum. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Encarpus] encarpi (ἔγκαρπος) uide Vitruuium lib. 4. cap. 1. Encarpus, ait Philander, Græcis fructuosum significat: apud Vitruuium autem ornamentum est, hoc est, florum frondiumq; & pomorum implexus atq; contextus, coronario luxu fòlijs flores & fructus intercurrentibus: cuiusmodi sunt quæ serta, & corollas triumphales nostri uocant, Itali Ghirlandas & festones à festiuitate appellant.

Encaustice] encaustices, pen. corr. f g. (ἐγκαυστικὴ) Genus picturæ, quod adhibito igni fingitur. Apuleius, Encaustices oppido exercens, se & duos filios sustentabat.

¶ Encaustes, encaustæ, m. g. (ἐγκαύστης) Qui ita pingit. Vitruuius, Quod faceret ab encauste didicerat.

¶ Encaustus, Adiectiuũ (ἔγκαυστος) Opus ita pictum. Martial. lib. 1. 155,
Encaustus Phaethon tabula tibi pictus in hac est?

¶ Encaustum, encausti (ἔγκαυστον) Materia inusta ad picturam apta. Plin. lib. 36. cap. 25. 5, Figlinum opus encausto pinxit.

¶ Encausticus, pen. corr. Adiect. (ἐγκαυστικὸς) ut, Encaustica pictura. Plin. lib. 35. cap. 11. 2.

¶ Encaute, encautes. Plin. lib. 35. cap. 11. 2, Lysippus quoq; Aeginæ picturæ suæ inscripsit encauten: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta. Alia exẽplaria habẽt encausen.

Enceladus] pen. corr. (ἐγκέλαδος) Gigas, Terræ filius, fulmine ictus à Ioue, & sub Aetna monte sepultus. Virg. lib. 3. Aeneid. 115,
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus, &c.

Ferox Enceladus. Senec. Herc. Oetheo, 9.3.

Iaculator audax Enceladus. Horat. 3. Carm. Ode. 4.12.

Encentris] idis (ἐγκεντρὶς) Dicitur inhærens calcaneo flimmulus, quo excitari equos nouimus, authore Eustathio. Erant & furibus encentrides, quibus per parietes obrepebant, uelut factitasse Corœbus dicitur apud Pausaniam. Hæc Cæl. lib. 21. cap. 24.

Encheleæ] ἐγχελέαι Stephano, oppidum in Illyride, iuxta quod Cadmus & eiusdem uxor in serpentes uersi sunt Lucan. lib. 3,
—& nomine prisco.
Encheleæ uersi testantes funera Cadmi. Meminit huius oppidi & Plin. lib. 3. cap. 21.

Enchiridion] enchiridij, n. ge. (ἐγχειρίδιον) A` manu dictũ, quasi promptuariũ, & quod ad manum semper haberi debeat, ceu in ense capulus, quem ita Græci nominant: cuius inscriptionis cum alij, tum Gellius quoq; meminit postremo libro Noctium. Hermol.

Enchiridion uocari partem illam remi, quam nautæ manu comprehendunt, Iulius Pollux tradit. Hermolaus.

Enchorion] ἐγχώριον, Græci dicunt indigenam, hoc est, in eo ipso loco in quo agit, genitum: unde enchoriæ aues, dicuntur nostrates, quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ. Calep.

Enchorda] ἔγχορδα, Organa Græcis uocantur, quæ neruis intenduntur, sicut quæ spiritu inflantur, ut tibiæ, πνευμάτινα dici ualent. Ex Cæl. lib. 9. cap. 6.

Enchrides] ἔγχριδες, qui & Tageniæ uocantur, in generibus panis recensentur, qui dum in sartagine coquerentur, infundebatur caseus, oleum, melsesama. Author Cæl. Rhodig. lib. 28. cap. 7.

Enchrista] ἐγχριστὰ, Medicamenta sunt apud Celsum, quæ illinuntur.

Enchusa

Enchusa] ἔγχουσα, Herba est similis anchusæ (unde & Pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior, & minus pinguis, tenuioribus folijs, & languidioribus: radix non fundit oleū, sed rubentem succum, qua nota ab anchusa discernitur. Author Plin. lib. 22. cap. 20.

Enchytum] Placentæ species quædam, cuius mētio est apud Athenæum. Hæc placenta suum quoddam operimentū habet, quod dicitur κρηπὶς. πᾶ κρηπὶς, ut ait Hesych. λέγεται καὶ τὸ ἐπίθεμα τῶν ἐγχύτων πλακούντων. Veteres libri Encytum habent, sine aspiratione, quum eam dictionibus Græcis sæpe Latini detrahant. qui tamen aspirant, probabiliores sunt, sequunturq; originem Græcam. Enchytum autem dicitur, quòd infunderetur, quum esset aliquantò liquidius. Nam infundebatur in calicem pertusum in unguine positum. Hæc Turn.

Enclastridia] ἐγκλαστρίδια, Genus ornamenti muliebris, à Comicis usurpatum, ut tradit Pollux lib. 5. cap. 16.

Enclisis] f. g. (ἔγκλισις) Latinè dicitur inclinatio. Vide encliticæ particulæ, quæ in quamuis partem inclinantur.

Encnisma] atis (ἔγκνισμα) Sacrificij genus fuit apud Argiuos, quod defunctis exhibebatur. Nam quum aliquis cognatorum aut familiarium defunctus fuisset, statim post luctum Apollini sacrificabant. Post uerò trigesimum diem Mercurio: mortuorum enim corpora ut à Tellure, sic animas à Mercurio suscipi putabant. Apollinis autem sacerdoti hordeum dantes, carnem pro eodē accipiebant, ignemq; quasi pollutum extinguentes, & rursus accendentes, carnem coquebant, quod sacrum Encnisma appellabant. Plutarchus author in Problem.

Encolpiæ] ἐγκολπίαι, ut ait Aristoteles, uenti sunt qui è mari ueniunt per sinus. Nam κόλπον Græci sinum uocant.

Encombomata] ἐγκομβώματα, teste Nonio, Vestes sunt puellares, quemadmodum & Parnasides. Varro de liberis educand. Vt puellæ habent potius in uestitu chlamydas, encombomata, ac parnasidas, quàm togas. Perottus Encimibota scribit. Alij Enchimibomata. Est autem encomboma genus suppari, aut cincti fœminei, Varino descriptore, aut seruilis etiam. De encombomate consule Etymologici authorem, & Pollucem lib. 4. cap. 18.

Encomium] mij (ἐγκώμιον) Laus uel præconium alicuius, & propriè quod ex multis eius uirtutibus compingitur. Nam quæ unum tantum singularemq; spectant uirtutem, ut si quis Aristidem iustum prædicet, Græci ἐπαίνους potius appellant. Solent autem encomia cani, uel dici uictoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repeti solet quicquid illi in uita laude dignum gesserit. Vide Cæl. lib. 7. cap. 5.

¶ Encomiastes (ἐγκωμιαστὴς) Dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

¶ Encomiastice (ἐγκωμιαστικὴ) Cantilenæ species. In ueterum siquidem monumentis adnotatum est, apud heroas cantilenæ species fuisse quinque: sophronisticen, cuiusmodi Clytemnestræ accinebat cantor: encomiasticen, qua præstantium uirorum præcinebantur laudes, ab Achille celebratam: threneticen, id est, lugubrem: orchematicen, id est, saltatoriam: & deniq; pœanicen: de quibus plura apud Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 26.

Encotyle] les (ἐγκοτύλη) Lusus nomen est, quo uicti uictorum genua manuum excipientes cauitate, gestabant. Cæl. meminit lib. Antiq. lect. 27. cap. 27.

Encratitæ] Hæretici quidem apud Hieronymum: sic dicti à carnis abstinentia, Author Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 7.

Encrinomenos] ἐγκρινόμενος, Vocatur qui athletis adnumeratur: id est, qui in eorum numerum recipitur: unde & ἐγκρίσεις ἀθλητῶν dicitur. Plinius, Alcamenes Phidiæ discipulus, & marmorea fecit, & æreum pentathlum, qui uocatur encrinomenos. Sic Turneb.

Encritos] ἔγκριτος, A Græcis appellatur qui in ordinem numerumq; redactus est, hoc est, uilis & uulgaris, ut inquit Priscianus. Contrà uerò, numero exemptum Eccritum, ἔκκριτον, id est, eximium & præcipuum appellant. Budæus.

Encryphias] ἐγκρυφίας, Dicitur panis subcinericius ἀπὸ τοῦ ἐγκρυφιάζειν, quòd dum coquitur, sub cineribus abscondatur. Cæl. Rhod. lib. 28. cap 7.

Encycleræ] Machinæ ligneæ genus, subiectis rotis, de qua Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 19.

Encyclias] Commentationes (ἐγκυκλίους διατριβάς) Aristoteles in Ethicis eas intelligit quas Gellius extrarias, hoc est, exoticas uocat, Martianus cyclicas: cuiusmodi & problematum sunt libri, & quæ populares à Cicerone ac Themistbio quæstiones appellantur quòd de rebus omnibus tanquā in circulo passim quæreretur.

Encyclios] com. ge. (ἐγκύκλιος) circularis Latinè dici potest. Vnde Encyclios pædia, uel Disciplina encyclios, id est, circularis doctrina, uel orbis omnium disciplinarum. Vitruuius lib. 6. in Præfatione.

¶ Encyclopædia, encyclopædiæ, penul. prod. (ἐγκυκλοπαιδεία) Fabius lib. 1, Vt efficiatur orbis ille doctrinæ: quem Græci encyclopædiam uocant. Inde illud Vitruuij lib. 1. cap. 1, Quum autem animaduerterint omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum & communicationem habere, fieri posse facilè credent. Encyclios enim disciplina, ut corpus unum ex his membris est composita.

Encyclon] ἔγκυκλον, Vestis quædam muliebris circularis, apud Aelianum lib. 7. De uaria historia: & apud Pollucem lib. 7. cap. 22. & ante hos apud Aristophanem in Thesmoph. & ab eo apud Clementem lib. 2. cap. 12. Pædagog.

Endelechia] Vide Entelechia.

Endemi] ἐνδήμιοι, Morbi Græcis dicūtur qui in certis grassantur regionibus: epidemi uerò, qui temporibus quibusdam plures eodem infestant loco. Author Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 14.

Endeploro] ras, pen. prod. Antiqui dixerunt, teste Festo, pro Imploro, quod est cum questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè uapulantis.

Endera] ἔνδερα, Indiæ locus, Strab. lib. 16. Fuit etiam Endera, quædam interius Gymnetarum hominum habitatio: qui arcu & arundineis sagittis præustis utuntur. Plura apud eundem.

Enderudini] Liburniæ populi, quos à Græcis nomen habentes, sua iam ætate concidisse scribit Plin. lib. 3. cap. 22.

Endyadis] pen. corr. Figura. Virg. 1. Aeneid. 13,

——molemq; & montes insuper altos. Id est, molem montium. Et est figura Endyadis, ut una res in duas diuidatur, metri causa, interposita coniunctione: ut alibi,

——pateris libamus & auro. Id est, pateris aureis. Hæc Seruius. Sic in impressis codicibus: cum legendum sit Hendiadyo, ἓν διὰ δύο, id est, unum per duo. Cuius legitur contraria figura apud Donatum in Terentium, And. 1. 4. δύο διὰ ἑνὸς, Id est, duo per unum.

Endo] Præpositio apud antiquos, pro In. Cic. 2. de Leg. 31. ex XII. Tabulis, Et ollos quos endo cælo merita uocauerint: id est, in cælum.

Endoitium] Initium: Endoplorato, pro Implorato: Endoprocinctu, pro In procinctu. Festus.

Endromis] pen. corr. endromitis, f. g. (ἐνδρομίς) Vestis genus ita dictum, quòd ea ueste antiqui ἐν δρόμῳ, id est, in cursu & palæstra uterentur: quam pinguem, hirsutamq;, & uilli

& nilli longioris fuisse constat ex Martiale, lib. 4. 19.

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus endromidem, &c. Iuuenalis taxat mulieres Romanas, quæ endromide purpurea utererentur, in sexta,

Endromidas Tyrias & fœmineum coroma
Quis nescit? Baysius.

Endymion] ἐνδυμίων, Quidam pastor, quem quum Luna adamaret, ut semel dormientem posset osculari, sopiuit eum in Latmio monte Cariæ per aliquot annos, Vnde natum prouerbium Endymionis somnum dormire. de quo uide to Erasmum in Chiliadibus.

Endymion multa ad Lunæ motum pertinentia primus deprehendit, ut tradit Plin. lib. 2. cap. 9. & ob id amore eius captus fama traditur. Ouid. lib. 3. de Arte amandi, 17.

Latmius Endymion non est tibi Luna rubori. Endymionis meminit & Cic. 1. Tusc. 147.

Endymiones] Varronis satyra quædam fuit hoc nomine, qua inscriptione somniculosos & usternosos homines reprehendebat. Eam inscriptionem apud Nonium ferè in Eudæmones degenerasse animaduerti. Hæc Turnebus.

Eneco] enecas, pen. corr. enecui & enecaui, enectum & enecatum (ἐκφονέω) enecare, Interficere, suffocare, & neci dare. Plaut. Amphit. Puer ambas angues enecat. Columel. lib. 11. cap. 3. 30. Ne herbis enecetur ruta.

Enectus] Participium (ἐκπεπνωθεὶς) Non tã mortuus, quàm propemodum mortuus. Valla lib. 6. cap. 28. ut, Enectus fame. Cic. 2. de Diuin. 111.

Plenus & Enectus, contraria. Cic. 2. de Diuinat. 210.

Inopia enectus. Cic. 1. de Diuinat. 108.

Enecta fame & siti prouincia. Cice. ad Atticum, lib. 6. 111. 3. Liu. Fame, frigore, illuuie, squalore enecti, contusi, ac debilitati.

Situ enectus. Cicer. 1. Tusc. 16.

Enenthius] deus uel dæmon fuit Phœnicum. Lampridius in uita Heliogabali, Pallia, inquit, deo Enenthio fudisse, uel (ut Giraldus Gregorius legendum putat) Euẽthio. Huius dei Sachoniathon in historia Phœnicũ meminit, & Philon Byblius, ut docet Eusebius in præpar. Euangel.

Energia] pen. prod. (ἐνέργεια) Latinè dicitur actus, actio, & efficacia.

Energumenus] pen. corr. dicitur ab immundo spiritu uexatus, siue à dæmone obsessus, ut nõnulli existimãt, ab ἔργα, quod detineri significat ac impediri. quanquam & lunatici eo intelliguntur nomine, uelut in eos agat luna, id est, μήνη. Valla ab ἔργομαι, uerbo ducit, quod Agor significat & agitor. Raudensis ab Arguo: sed ridiculè. Cælius lib. 2. cap. 13.

Eneruo] eneruas (ἐκνευρίζω) eneruare, Debilitare, & uelut neruos auferre, & contundere. Cicer. de Senect. 28. Sed tamen ut uos uidetis, non planè me eneruauit, non afflixit senectus.

Animos eneruare. Ouid. 2. de Remed. amor. 72.

Manus eneruare. Claud. 7. Paneg. 65.

Vires eneruare. Horat. Epod. 8. 1.

¶ Enernatus, pen. prod. Participium (ἐκνενευρισμένος) ut,

Eneruata oratio. Cic. in Orat. 134.

Eneruati & exangues homines. Cic. pro Sestio, 18.

Languidus & eneruatus Philosophus. Cic. 1. de Orat. 122.

Mollis & eneruata ratio & oratio alicuius. Cic. 4. Tusc. 59.

Eneruata & muliebris sententia. Cic. 2. Tusc. 23.

¶ Eneruus, & hic & hæc Eneruis, & hoc enerue (ἐκνευρος) Sine uiribus. Plin. in Paneg. 53, Visum est spectaculum inde non enerue, nec fluxum, nec quod animos uirorum molliret & frangeret. Apul. lib. 1. Asini aurei, Enervatum & exossam saltationem explicat. Quintil. lib. 9. cap. 4, Effœminata & eneruis compositio.



Enete] ἐνέτη, παρὰ τὸ ἐνίεσθαι, hoc est, ab immittendo, fibula est qua Iunonem se ornasse tradit Homerus, lib. 14. Iliad.

Engaddum] In tribu Iudæ, ut scribit Hieronymus, uocatur usq; hodie uicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum, ubi opobalsamum prouenit, quas uineas Engaddi Solomon in Cantico nominat. Idem alibi, Engaddum ager est terræ Iudææ, non tam uineis quàm balsamis florens. Plin. Engadda oppidum esse scribit, palmetorum nemoribus nobile, ut uidere est lib. 5 cap. 17.

Engastrimythi] ἐγγαστριμύθοι, Vates quidam Græcis dicuntur, quasi uentriloqui, id est, qui dæmonis afflatu aliquid præsagirent. Plutarchus in commentatione quæ est, Cur oracula defecerint: Fatuum, inquit, ac omnino puerile censendum est, arbitrari deum ipsum, perinde ac engastrimythos, olim Eurycleas, nunc uero Pythonas nuncupatos, insinuantem se propetharum corporibus, ore illorum eloqui. Hactenus Plutarch. Eustathius etiam Pamphylius librum de engastrimytho concinnauit aduersus Origenem.

Engisoma] tis, pen. prod. (ἐγγίσωμα) Pertusio est ossis, quum pars affecta in profundum descendit, ac super illesum os corruit. Galen. lib. Finit. medic.

Engissomata] Medicis uocantur inter fracturas craneæ uehementissimas, quæ partæ sui media, meningi, id est, panniculo innituntur. Vide Cæl. Rhod. libro 3. capite 23.

Engonasis] pen. prod. (ἐγγόνασις) Cic. 2. de Nat. deor. 155,

Id autem caput Attingens defessa uelut mœrentis imago
Vertitur. Quam quidem Græci
Engonasin uocitant, genibus quia nixa feratur. De Nixo sydere,

Ex poeta. Vide Hyginum lib. 2. & lib. 3.

Engosiaui] ἐγγοσιάβοι, Populi, ad quorum agros descendit Rhodanus, Allobrogibus finitimi. Vide Strab. lib. 4.

Enguini] Latinæ conditionis populi in Sicilia, apud Plinium lib. 3. cap. 8.

Enhæmum] ἔναιμον, Medicamentum quoddam est, quod, ut ex Hippocrate 4. Therapeut. inquit Galen. λιπόνεα ἕλκεα πυέα καὶ αὐαξυραίνει. Nam & primo Problematum Aristoteles, supprimi ab eo sanguinem scribit, ac materiæ inutilis confluuium reprimere. Ita enim effici ut uulnus simul & inflammatione careat, & unitati sit opportunum. Vide Cæl. Antiq. lect. libro 3. capite 12. uide & Plin. libro 12. cap. 17.

Enhippus] ἔνιππος, Argiuorum rex fuit, felicitatis miræ, cuius clypeum, qui apud Græcos insigniter rem gessisset, accipiebat, ut per urbem incedens honestaretur. Mentio regis & scuti est apud Papinium hisce uersibus,

——celsam subeuntibus arcem,
In gradibus summi delapsum culmine templi
Arcados Enhippi spolium cadit, æreus orbis.

Enhydra] ἔνυδρα, Oppidum in Tyro, olim Insula non procul à Carthagine, ut author est Plin. lib. 5, cap. 19.

Enhydriæ] ἔνυδρίαι, Flatus ab Aristotele dicuntur, quæ cum aqua tumultuosè profusa, inhorrentes & fragosi feruntur. Vide Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 19.

Enhydris] pen. corr. (ἔνυδρις) Coluber in aqua uiuens, unde nomen accepit, inquit Plin. lib. 32. cap. 7. 15.

Enhydrus, Genituum habet enhydridis, pen corr. Plin. lib. 30. cap. 3. 3, Aut draconis os è spina, item enhydridis. Est autem serpens

ſerpens maſculus & albus. Idem Solin.cap.45. Quod enhydrus conſpicatus, alterum ichneumenum genus penetrat belluam.

**Enhydros**] ἔνυδρος, Lapillus abſolutæ rotunditatis, & cum candore leuitatem habens, liquorem intus continens, ad motum fluctuantem, ut albumen in ouis. Author Plin. lib.37.cap.11.

**Eniandos**] Ciliciæ oppidum, quod antea Epiphania uocabatur, authore Plinio, lib.5.cap.27.

**Eniconiæ**] ἐνικονίαι, Caſtellum eſt habitale in inſula Corſica, cuius meminit Strab.lib.5.

**Enim**] γάρ, Cauſalis coniunctio, fermè ſecundo loco ponitur. Cic.1.de Natu.deor.43. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare cenſet, diuinas eſſe uult.

**Enim**, copulatiua. Cic.de Senect.29, Nec enim unquam ſum aſſenſus illi ueteri laudatoq; prouerbio, quod monet maturè fieri ſenem, ſi diu uelis eſſe ſenex.

Attendite enim diligenter. Cic.4.Verr.58.

Enim affirmatiua, primo loco poſita. Plau. Trinummo, 17.18 Enim me nominat. Idem Perſa, 6.56, Enim non ibis nunc uicißim niſi ſcio.

At enim. Terent. Eunuch.2.3.80, At enim iſthæc in me cudetur fabula. Cic.3.Verr.105.

En incertè. Cic.de Senect.67, Moriendum enim certè eſt, & id incertum an eo ipſo die.

Certè enim ſcio. Terent. And.3.2.23.

Nihil enim Terent. Adel.4.5.22, Quid iſtas cenſes nihil enim? Commenta mater eſt, &c.

Profectò enim. Cicer. Attico, libro 4.86.7, Profectò enim aliquid egiſſem.

Enim profectò. Cic.1.de Natur.deor.36, Terra enim profectò quoniam mundi pars eſt, pars eſt etiam dei.

Quoq; enim. Liu.7.bel.Pun. M. Valerius Leuinus (ei quoque enim in annum prorogatum imperium eſt) claſſem quæ ad Siciliam erat, nauium LXX. obtineret.

Verùm enim. Terent. Adel.2.1.47, Verùm enim quando bene promerui, fiat, ſuum ius poſtulat. Cic.3.de Oratore, 30, Imò enim quàm maximè abs te poſtulo. Terent. And. 5.1.4.

¶ Enimuero, pen.prod. (καὶ μὴν δή) Id eſt, certè, in principio poſitum. Cic. 5. Verr. 50. Enimuero iſte ridere ac mirari. Idem 3. Verr. 46, Enimuero ferendum hoc non eſt. Terent. Heaut. 5.5.1, Enimuerò Chremes nimis grauiter, &c.

Enimuero inquit, &c. Cic.1.de Orat.80.

Enimuero, pro Exaduerſo. Liu. Bactius de proditione Daſium appellabat. Enimuero ille, ut in manifeſta re, exclamat ſub oculis Hannibalis.

Enimuero, poſtpoſitum, in reſponſione indignanti accommodum, & ferociter reſpondenti. Interdum ſine indignatione & in affirmatione. Plaut. Amphit. 8.115,

tun' te abijſſe hinc negas?
AM. Nego enimuero. Cic.7.Verr.80, Illi enimuerò ſe oſtendunt quod uellet eſſe facturos. Idem 6. Verr. 16, Ille enimuero negat.

Imò enimuero. Terent. Eunuch.2.3.37.
P. Incommodè hercle. CH. imò enimuero infeliciter.
Nunc enimuero occidi: eunt ad te hoſtes Tyndare. Plaut. Capt.II.2.

**Eningia**] εἰνιγγαι, Inſula eſt in ſinu Codano, non longè à Scādinauia altera inſula: ambæ magnitudinis incompertæ. Plin.lib.4.cap.13.

**Eniochi**] uel Heniochi, pen corr. (ἡνίοχοι) Ptolemæo cap. 9.lib.5, populi Sarmatiæ iuxta Pontum, non longè ab Achæis. Plin.lib.6.cap.5, à Telchio & Amphito, Caſtoris ac Pollucis aurigis, Heniochorum gentem feram, ortam dicit. Strabo uerò lib.11, Tradunt (inquit) Laconas habitaſſe Heniochiam, quorum duces Rhecas & Amphiſtratus fuerunt, Caſtoris & Pollucis aurigæ, unde ἡνιόχοι (ut par eſt) ex iis quidem ſunt nominati.

Eniochosq; truces iampridem infenſus Anauſis. Valerius Flac. 6. Argon.6.

**Eniochus**, ſiue Heniochus, Latinè dici poteſt tenens habenas.

**Eniopeus**] ἡνιοπεύς, Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus. Author Homerus 8. Iliad.

**Enipeus**] pen.prod. (ἐνιπεύς) Fluuius Theſſaliæ, iuxta quẽ fuit prælium inter Ceſarẽ & Pompeiũ. Lucanus lib.7.24, Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus.

Altus Enipeus, id eſt, profundus. Virg.4.Georg.74.

Virginibus dilectus Enipeus. Claud. de bello Getico, 37.

Magnus Enipeus. Valer.5.Argon.41.

Pulcher Enipeus. Claud.6.Paneg.24.

Segnior Enipeus. Valer.lib.1.Argonaut.77.

Theſſalicus Enipeus. Proper.lib.3.eleg.19.3.

Tumidus Enipeus. Valer.1.Argonaut. 17.

**Enipi**] Natio in Cyrene, à Corn.Balbo deuicta, & in triumpho cum pleriſq; alijs oppidis & gentibus, ducta, ut refert Plin.lib.5.cap.5.

**Eniſpe**] Oppidum Arcadiæ. Plin.lib.4.cap.6.

**Eniſus**] Vide Enitor.

**Eniteo**] enitet, pen. corr. enitui (ἐκλάμπω, ἐκλάμπομαι) enitere, Reſplendere, & nitidum ac politum & ornatum eſſe. Tibullus, Et quantum faciles enituere deæ.

Acumen quoddam ſingulare enitet in aliquo. Cicer. 2. de Orator. 69.

Decus enitet ore. Virg.4.Aeneid.30.

Fruges enitent. Cic.3.Tuſc.19.

Opus enitere dicitur. Cic.2.de Inuent.125.

Oratio enitet. Cic.de Clar.Orat.113.

Enitere, Celebrem eſſe. Cic.ad Atticum, lib.2.16.5, Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes. Liuius 1.ab Vrbe, 185, In eo bello & uirtus & fortuna enituit Tullij.

Enitent Athenæ cunctis gentibus. Cice.pro Flacco, 13.

Virtus alicuius enitet in re aliqua. Cic.pro Murena, 29.

Enitere & Obſoleſcere, oppoſita. Cic.1.de Inuent.7.

¶ Eniteſco, eniteſcis (ἐκλάμπομαι) Quintil. lib. 2.cap.15, Tum noſter hic cultus clarius eniteſcet.

**Enitor**] pen. prod. eniteris, pen.corr. eniſus & enixus ſum, (πρόθυμος, φιλοτιμοῦμαι) eniti, Idem quod Niti. Cicer. ad Atticum, lib.9.18.4, Tu nunc omni amore enitere, ut noſ cura tua & prouidentia iuues. Terent. And.3.4.17, Corrigere mihi natum porrò enitere.

Eniti & contendere. Cic.3.Offic.55.

Eniti, cõtẽdere, uel potius perficere. Cic. Dolabellæ, lib.9.13.8.

Eniti & efficere. Cic.de Amic.52.

Facere & eniti. Cic.2.Philipp.45.

Eniti in re aliqua. Cic.2.de Orat.163.

Enitere, elabora, uel potius eblandire, ut, &c. Cic. Capitoni, in Epiſtolis ad Atticum, lib.16.3.4.

Illud pugna & enitere, ne quid temporis nobis prorogetur. Cicero Appio, lib.3.10.10.

Aggerem eniti. Tacit.lib.2, Pars obiectũ aggerem eniteretur.

In æquum eniti. Tacit.lib.2.

Omni ope atq; opera eniti. Cic. Attico, lib.14.3.13.7.

Remis eniti. Valer.4.Argon.135.

Viribus eniti. Virg.2.Georg.72.

Quantum uiribus eniti, consilio prouidere, autoritate mouere potuero. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 6.

Eniti, Cum difficultate aliquò ascendere. Plin. lib. 18. cap. 28. 6, Sol ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua enisus, ab ea meta incipit flecti.

Eniti, (ἀποτίκτειν) Parere. Plautus Amphit. Geminos Alcmena enititur. Plin. lib. 28. cap. 8. 15. & Quintil. lib. 5, Quæ cum anno uidua fuisset, enixa est.

Eniti partum, Eniti puerum. Liu. 10. bell. Maced. 10. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 7.

Eniti oua dicitur gallina. Columel. lib. 8. cap. 11. 8.

¶ Enisus, pen. prod. Participium (πεπειρασμένος) Cicer. Qu. fratri, lib. 3. 26. 9, Angit unus Milo, sed uelim finem afferat Consulatus: in quo enitar non minus quàm sum enisus in nostro.

¶ Enixus, (τετοκώς) Aliud Particip. siue Nomẽ ex Participio. Partus enixa. Tacit. lib. 3. Et Liu. lib. 10. Dec. 4.

Enixæ dicuntur fœminæ, nitendi, hoc est, cõandi & dolendi labore perfunctæ nixis, quæ religionum genera parientibus præsunt. Sed elegantior intellectus, ut ex hoc dictæ esse credantur enixæ, quòd uinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exolutæ. Hæc Nonius. Idem alio loco, Enixa, partu leuata dicitur. Virg. Aeneid. 2.

Triginta capitũ fœtus enixa iacebit. Idem alio loco, Enixas non in partu solum possumus dicere, sed etiam omni labore exercitas, authore Virgilio, lib. 3. Aeneid. 66,

Sturpis Achillææ fastus, iuuenemq; superbum
Seruitio enixæ tulimus.

Sus enixa fœtus. Virg. 3. Aeneid. 78.

Enixior opera. Plin. li. 9. ca 8. 13. Id est, maior & laboriosior.

¶ Enixus, huius enixus, m. g. Ipse enitendi seu pariendi actus. Plin. lib. 10. cap. 63. 9, Equæ post unum annum ab enixu utiliter admittuntur.

¶ Enixè, Aduerbium (φιλοτίμως) Cum conatu. Cic. pro Sestio, 30, Meam causam Senatus palàm, Equester ordo acerrimè, cuncta Italia publicè, omnes boni propriè enixèq; susceperant.

Enixè iuuare aliquem. Cæsar 3. bel. Ciuil. 137.

Enixè obstare plebi. Liu. 4. ab Vrbe, 236.

Eo enixius ad bellum adiuuerunt. Liu. 9. bel. Pun. 7.

¶ Enixim, pro Enixè (σπουδαίως) Sisenna lib. 4. Histor. Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atq; honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse censeo.

Enna] ἔννα, Ciuitas Siciliæ edito in loco & undiq; præcipiti sita, & à Syracusanis (Stephano teste) condita. Cicer. 6. Verr. 94, Vetus est opinio, Iudices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atq; monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cùm cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atq; innatum esse uideatur. nam et natas esse in his terris deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam uocant, ex Ennẽsium nemore: qui locus, quòd in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cicero. Habuit igitur iuxta Ennam, augustissimũ templum Ceres, à quo Ennæa dicta. Silius lib. 1. 43. Ibidem, 19. Diua Ennæa Ennææ Cereris simulacrũ tale fuit, ut homines quum uiderent, aut ipsam uidere se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factã esse, sed cælo delapsam arbitrarentur. Author in 7. Actione cõtra Verrem Cic. 147. Enna uulgò hodie Anna.

Ennam] Antiqui dixerunt, pro Etiamnè, teste Festo.

Enneacrunos] ἐννεάκρουνος, Nomen fontis apud Athenas, à Pisistrato conduti, & à numero fistularum dicti, quos Græci κρήνας appellant, nostri uerò Salientes.

Enneapharmacum] pen. corr. unde Enneapharmacum emplastrum ad pus mouendum. Cels. lib. 5. cap. 19, Alterum, inquit, ad idem Enneapharmacum nominatur, quod magis purgat. Constat ex nouem rebus, cera, melle, seuo, resina, myrrha, rosa, medulla uel ceruina, uel uetulina, uel bubula, œsypo, butyro.

Enneaphthongos] ἐννεάφθογγος, Quod nouem edit uoces: ut, Enneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον dicunt Græci.

Enneaphyllon] ἐννεάφυλλον, Herba est, quæ longa folia nouena habet, causticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne urat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utilissima. Plin. lib. 27. cap. 9.

Enneas] ἐννέας, Numerus est nouenarius, sicut Decas denarius. Calepin.

¶ Enneaticus, pen. corr. Adiect. unde Enneatici anni. Vide Androdas.

Enneaterides] ἐννεατηρίδες, Celebritates fuere apud Delphos numero tres, quarum unam σπτήριον uocabant, quæ in imitatione pugnæ uidebatur, quam Apollo aduersus Pythonem habuisse dicitur: alteram Heroidem: tertiam Charilam appellabant: de quibus omnibus lege Plutarchum in Problem. ubi eas exponit.

Ennius] ἔννιος, poeta, quem Rudiæ genuere uetustæ, ut ait Silius, Rudiæ, ciuitas est Calabriæ: sed Eusebius Tarentinũ eum facit, dicitq; à Catone Quæstore Romam translatum, in Auentino habitasse, ac unius ancillæ ministerio contentũ fuisse. Sequutus est M. Fuluium nobiliorem ad bellum Actoliũ, cuius filiũ erudyt. Ab hoc & Cato senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quæ Annales: Bellum Punicum secundum hexametris, quæ sanè non extant. ex ijs nonnulla Macrobius, quæ Virgilius ab eo est mutuatus, manifestat. Nam dicere solebat, se aurum ex Ennij sterquilinio colligere. Elogium eius sepulchri scribit Cicero in primo Tuscul. quæst. 53,

Aspicite ô ciues, senis Ennij imaginis formam.
Hic uestrum panxit maxima facta patrum.

Vixit annos LXX. Cicer. de Senect. 14. De eius sepulchro Cicero pro Archia, 16, Charus fuit Africano superiori noster Ennius: itaq; etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus.

Ennius natus est post Romam conditam anno quadringentesimo decimo. Cic. de clar. Orat. 36. Idem fuit Liuio Andronico æqualis, ibidem.

Ennius ingenio maximus, arte rudis. Ouid. 2. Trist. 85.

Sapiens Ennius: Horat. 2 epist. 1. 10.

Ab Homero locos quosdam transtulit Ennius. Cic. 1. de Fin. 12.

Ennius somniauit sibi uisum adesse Homerum poetam. Cic. 4. Acad. 94. Idem in Somnio Scip. 4.

Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit, ut autor est Tranquillus.

Ennosigæus] ἐννοσίγαιος, Neptuni epitheton apud poetas. quasi terram concutiens. Iuuenalis Satyra 10. de Xerxe loquens,

Ipsum compedibus qui uinxerat Ennosigæum.

Eno] enas, (ἐνήχομαι) enare, Extrà enare, & nando aliquò peruenire. Liu. 3. bel. Maced. 91, Multæ naues eiectæ, multæ ita haustæ mari, ut nemo in terram enauerit.

Enare ad arctos. Virg. 6. Aeneid. 4. de Dædalo.

Enare è concha. Cic. 3. de Finib. 97.

Enare in aeris auras. Lucr. lib. 3. 129. de anima. Valer. 5. Agon. 63,

——tantumq; fretis enauimus orbem.



Digitized by Google

Enodo] *enodas, pen. prod.* (ἀποξέω, πλανίνω) *enodare, Nodis exoluere, inquit* Nonius.

*Enodari dicuntur arbores, quum nodi eis amputantur. Cato cap. 31. 1. Colum lib. 5. cap. 6. 12, Quæ ulmus à positione bene prouenerit, eius summæ uirgæ falce debent enodari.*

*Enodare,* (διηγεῖσθαι, ἀναπίνοσειν, ἐκδιαλῦσαι) *Explicare, authore* Nonio. *Cic. 3. de Natur. deor. 84, In enodandis autem nominibus, quod miserorum sit elaboratis. Turpilius Demetrio, Ab initio ut res sit gesta, enoda mihi.*

*Enodare & explicare. Actius Euryface.*

*Voluntatẽ contrariæ legis enodare. Author ad Heren. li. 2. 48.*

¶ Enodatus, *pen. prod.* (ἀναπεπυγμένος) *Nomen ex participio. Cic. 2. de Inuent. 125.*

¶ Enodatio, *Verbale* (ἀνάπυξις) *Explicatio. Cice. in Topic. 15, Ea est insita & antè percepta cuiusq; formæ cognitio enodationis indigens.*

*Explicatio, & enodatio. Cic. 3. de Natur. deor. 84.*

¶ Enodatè, *pen. prod. Aduerbium* (ἀναπεπυγμένως) *Cicer. 3. de Finib. 46, Hec igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatius, uos ignoscetis. Idem 1. de Inuent. 42, Sua diligenter & enodatè narrando.*

¶ Enodis, & hoc enode, *pen. prod.* (ἄδεσμος) *Quod sine nodo est. Plin. lib. 12. cap. 14. 6, Quibus credi potest, matrem quoq; teretem & enodi fruticare trunco.*

*Trunci enodes. Virg. 2. Georg. 16.*

*Enode etiam dicitur quod sine difficultate est. Plin. epist. 112. a, lib. 5, Recitabat ἱρωτοπαίγνιον, eruditam sanè, luculentamq; materiam (scriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus, etiam, ut poposcit locus.*

Enona] ἀινῶνα, *Ptolemeo urbs Dalmatiæ, hodie Nona.*

Enope] ἐνόπη, *Stephano urbs Peloponnesi, in tractu Messeniaco, iuxta Pylum, sub ditione Agamemnonis, teste Homero lib. 9. Iliad.*

Enoplia] *saltatio inuenta fertur in Creta: nonnulli à Lacedæmonibus ad res bellicas facilè obeundas, ut armati leui flexu & saltu, nunc se contrahendo, nunc in altum exiliendo, nunc declinando, tela & plagas uitarent, disciplinamq; ediscerent. Tranquillus Troiam dixit: idq; à Romulo institutum, ut cum armis saltarent milites, saltatione, quam Bellicrepã nuncupauit. Author Alex. ab Alex. libro 6. cap. 19.*

Enorchis] ὀνόρχις, *Gemma est candida, quæ diuisa fragmentis, testium effigiem repræsentat. Author Plin. li. 37. cap. 10.*

Enormis] *& hoc enorme* (ἀμέτρος, ἔκτοπος) *Magnũ, sine mensura, quæ norma à quibusdam dicitur. Plin. epist. 203. b, Sed acri intentione dijudicandum est, immodicum sit an grande, altum an enorme. Plin. lib. 17. cap. 12. 2, Eædem enormes cerasis, lauris.*

*Colossi enormes. Stat. 1. Sylu. 3. 11.*

*Enorme etiam quod non est ad certam regulam directum. Tacitus lib. 15, Remedia ante ut uelocitate mali & obnoxia urbe arctis itineribus hucq; & illuc flexis atq; enormib. uicis.*

¶ Enormiter, *penul. corr. Aduerbium* (ἐκτόπως) *Plin. lib. 17. cap. 6. 9, Simili modo si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.*

Enos] *Hebraica dictio, Latino interpretamento non aliud ferè signans quàm hominem uerum, quem non alium intelligunt, nisi qui Deum scienter cognoscat & piè colat. Reliquos à pecoribus nihil admodum diuersos opinantur, quoniam uelut bestiæ ad terram proni, uentri obediant & Veneri. Hæc Cæl. Antiq. lib. lect. 2. cap. 20.*

Enosis] ἔνωσις, *Insula in Sardinia. Plin. lib. 3. cap. 7. in descriptione Sardiniæ, Habet & à Gorditano promontorio duas insulas, quæ uocantur Herculis: à Sulcensi Enosim, à Caralitano Ficariam.*

Enoteſco] *enoteſcis, enotui* (γνωρίζομαι) *enoteſcere, Notum fieri. Plin. epist. 34, Enotuerunt quidam tui uersus, & inuito te claustra tua refregerunt. Sueton. in Othone, cap. 3. qui tamen sic quoq; hoc disticho enotuit,*

*Cur Otho mentito sit quæritis exul honore?*
*Vxoris mœchus cœperat esse suæ.* *Ibidem, cap. 10, Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus, Augusti claruit: is mox referre crebrò solebat rem usq; adeò enotuisse, Othonem etiam priusquam usque adeò detestatum Ciuilia bella, ut memorante quodam inter epulas de Cassij Brutiq; exitu, coborruerit. Tacit. lib. 19, Quod ubi enotuit.*

Enoto] *tas, tãre, Idem quod memoriæ causa notare. Plin. Iunior. lib. 1. epist. 6. ad Cornel. Tacitum, Ad retia sedebam: erat in proximo non uenabulum aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliquid, enotabamque, ut si manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem.*

notion] ὄνιον, *Latinè inauris. Hoc in mundo muliebri posuit Pollux, lib. 5. cap. 16.*

Enotocœtæ] ὠτοκοῖται, *Populi sunt qui aures ad talos usque dependentes habent, ut super eis indormiant, adeò fortes, ut arbores euellant & neruum frangant. Author Strab. lib. 15.*

Enouo] *uas* (ἐνόω) *Idem quod Nouo. Cice. Acad. 1, Enouare aliquid ne obsoleſcat. Id est, exercere ne in desuetudinem & obliuionem abeat.*

Ens] *entis* (τὸ ὄν) *Vide* Sum. *Quintil. lib. 2. Et hæc interpretatio nõminus dura est, q̃ ill. Plauti essentia atq; entia.*

Enſis] *huius enſis, masc. gen.* (ξίφος) *Idem quod mucro, spatha, gladius. Virg.*

*Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.* *Cic. 2. de Natura deorum, 238,*
*Auſaq; funestum prima est fabricarier ensem.*

*Acutus enſis. Vide* Acuo.

*Crudus enſis. Vide* Crudus.

*Alacres enſes. Claud in Eutrop. 2. 57.*

*Bellator enſis. Silius lib. 13. 75.*

*Cæcus enſis. Stat. 9. Thebaid. 40.*

*Dirus. Seneca Octau. 6. 19.*

*Falcatus. Ouid. 1. Metam. 144.*

*Fatifer. Virg. 8. Aeneid. 124.*

*Habiles breuibus mucronibus enſes. Silius lib. 8. 75.*

*Hoſticus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 7.*

*Impius. Ouid. 7. Metam. 82.*

*Inimicus. Virg. 2. Aeneid. 120.*

*Lethalis. Ouid. 13. Metam. 79.*

*Neſandus. Virg. 2. Aeneid. 31.*

*Nitidus. Ouid. 10. Metam. 96.*

*Nudus. Vide* Nudus.

*Periurus. Stat. 4. Syl. 6. 16.*

*Plenus rubiginis. Silius lib. 7. 108.*

*Feri. Ouid. 13. Metam. 69.*

*Ferreus. Lucret. lib. 3. 260.*

*Fidus. Virg. 6. Aeneid. 105.*

*Pugnax. Ouid. 5. Triſt. elegia. 8. 10.*

*Quietus. Stat. 1. Sylu. 1. 9.*

*Rigidus. Virg. 1. Georg. 10.*

*Scaber. Lucanus lib. 1. 49.*

*Sceleratus. Ouid. 15. Metam. 156.*

*Validus. Virg. 10. Aeneid. 161.*

*Violentus. Ouid. epist. 11. 20.*

*Vncus. Valer. 6. Argonaut. 80.*

*Vulnificus. Stat. 4. Thebaid. 18.*

*Abdere enſem lateri. Virg. 2. Aeneid. 121.*



Digitized by Google

Abſcondere enſem in uulnere. Senec. Thyeſte, 8.20.
Accincti enſes lateri. Stat. 1. Thebaid. 86.
Accommodare enſem lateri. Silius lib. 5. 29.
Acuere enſem in aliquem. Ouid. 15. Metam. 156. Vide Acuo.
Adigere enſem in pectus. Vide Adigo.
Agitatus hinc illinc enſis. Seneca Thyeſte, 7.2.
Aptare enſem. Virg. 12. Aeneid. 18.
Auellere enſem dextra alicuius, id eſt, auferre è dextra. Stat. 3. Theb. 60.
Cinctum enſe latus. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 3.
Clauſus enſis. Lucanus lib. 5. 49.
Condere enſem in pectore alicuius. Virg. 9. Aeneid. 72.
Conficere bellum enſe. Silius lib. 11. 64.
Cruentatus enſis. Stat. 5. Thebaid. 64.
Pudendo enſe debellati. Stat. 5. Thebaid. 7. Id eſt, infami cæde.
Detegit enſem uagina. Silius lib. 13. 34.
Diripere enſem uagina. Ouid. 10. Metam. 95.
Diſtrictus enſis. Horat. 3. Carm. Ode 1. 4.
Dare terga enſibus, Eſt fugere enſes, aut fugiendo tergum præbere ictibus. Ouid. ad Liuiam, 63. de Druſo.
Ducere enſem, Educere. Seneca Oedipo, 12. 5.
Eductus enſis uagina. Silius lib. 13. 89.
Eat per artus enſis exactus meos. Seneca Herc. Oeth. 7. 21.
In enſes ire. Seneca Herc. Oetheo, 4. 42.
Iturus enſis in pectus. Ouid. epiſt. 3. 30.
Eripere enſem uagina. Virg. 10. Aeneid. 77.
Exerti enſes. Ouid. 3. Faſt. 163.
Exigere enſem per medium aliquem. Virg. 10. Aeneid. 161.
Exuere enſem humero. Virg. 9. Aeneid. 63.
Exuere enſem uagina. Stat. 9. Thebaid. 16.
Ferire aliquem enſe. Virg. 6. Aeneid. 50.
Fidere enſi. Silius lib. 1. 44.
Geſtati ſcapulis enſes. Claud. Paneg. 2. 20,
Hæſurus iugulo enſis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1. 9.
Imbuere enſem. Statius 11. Thebaid. 137. Subauditur, ſanguine.
Imbuti enſes ſcelere. Lucanus lib. 5. 50.
Impellere enſem. Claud. 1. de raptu Proſerp. 42.
Infecti cædibus enſes. Stat. 5. Thebaid. 71.
Infecti iugulis ciuilibus enſes. Claud. in nupt. Honorij, 66.
Inſerere enſem alicui. Stat. 5. Thebaid. 46.
Iugulari enſe. Ouid. 13. Metam. 97.
Liberare enſem uagina. Ouid. 6. Metam. 110.
Madens enſe, id eſt, cæde madens. Stat. 3. Thebaid. 46.
Obliquare enſem in latus. Ouid. 13. Metam. 97. Id eſt, obliquo ictu latus ferire.
Seuo enſe peremptus. Senec. Troade, 4. 23.
Polluti enſes ſanguine. Lucan. lib. 2. 108.
Proſtratus iacet adacto enſe. Silius lib. 17. 98.
Quieſcit enſis uagina. Stat. 4. Sylu. 5. 11.
Receptus enſis pectore. Seneca Thyeſte, 8. 24.
Recidendum uulnus enſe. Ouid. 1. Metam. 39.
Recludere enſem. Virg. 4. Aeneid. 130.
Referre enſem uaginæ, id eſt, recondere. Sil. lib. 7. 103.
Reprimere enſem. Stat. 11. Thebaid. 52.
Retegere enſem, Euaginare. Lucan. lib. 9. 167.
Rotare enſem. Stat. 9. Thebaid. 40.
Fulmineum rotare enſem. Virg. 9. Aeneid. 91.
Placidi ſeruibant legibus enſes. Claud. 1. Paneg. 34.
Spumans cruore enſis. Virg. 4. Aeneid. 133.
Vetitos enſes ſtringere. Claud. de bello Gildon. 59.
Stricti enſes. Virg. 12. Aeneid. 58.
Succiditur ſeges enſe. Silius lib. 15. 105.
Tectus enſis uagina. Horat. 2. Serm. Satyr. 8.
Tranſigere enſem per pectora alicuius. Sil. lib. 13. 75.
Tranſmiſſus enſis per latus, ſtridet. Seneca Hercul. Oeth. 9. 8.
Tranſuerberare aliquem enſe. Silius lib. 15. 159.

¶ Enſiculus, pen. corr. Diminutiuum (ξιφιδιον) Plaut. Rud. 24. 114, In eo enſiculo literarum quid eſt?

¶ Enſifer, pen. corr. enſiferi (ξιφόρης) Ouid. 2. de Arte, 12, Enſifer Orion aſpiciendus erit. Idem 4. Faſt. 78.

Entela] ἔντελα, Siciliæ, urbs à Campanis habitata, Carthaginienſium primi belli Punici tempore ſocia. Steph. Vulgò Caſtro uetrano.

Entelechia] pen. prod. (ἐντελέχεια) perfectio, energia, uis ex ſe mouens, Gaza agitationem uertit. Hermolaus continuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Sunt autem qui ἐνδελέχειαν ſcribi uolunt, ſed per τ ſcriptū pluribus arridet, ut eſt uidere apud Budæum in Aſſe, qui dici putat quaſi τὸ ἐντελὲς συχὴν, id eſt, perfecti corporis comprehenſionem. Lucianus ludens quodam in loco, ſuo more, ait eam quæ prius dicta fuit ἐνδελέχεια, ἐντελέχειαν dici cœpiſſe. Cic. 1. Tuſc. 36.

Entellini] ἐντελλῖνοι, Siciliæ populi, & Latinæ conditionis, apud Plin. lib. 3. cap. 8.

Enterione]ones (ἐντερώνη) Lignorum quorundam medulla, quæ tibijs faciendis, aut id genus alijs, eximi plerunq; ſolet. Author Cæl. lib. 4. cap. 14.

Enterocela] uel enterocele, pen. prod. (ἐντεροκήλη) dicitur quum inteſtinum cæcum dilabitur in ſcrotum: Epiplo occele, quum omentum, Hydrocele, quum in alterum è teſtibus humor confluit. Omneſq; has ſpecies noſtri uocant Hernias, ut inquit Celſus lib. 6. cap. 18. Ramices uerò qui ſequuntur, Porocela, quum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum, materia ſubduruit: Sarcocela, quum in ipſo ſcroto cõcreuit caro: Cirſocela, quum uenæ intumuerunt tunicis teſtiũ integris, uel in ipſo ſcroto, uel quum bubonocela dicitur in inguine. Eſt tamen ubi Plinius enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupreſſi. Hæc Hermolaus. Plin. lib. 26. cap. 8. 34, Symphiti radix illita, enterocelas cohibet.

¶ Enterocelicus, pen. corr. (ἐντεροκηλίτης) Qui enterocela laborat. Plin. lib. 26. cap. 8. 32, Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur ueſicæ uitijs.

Enteron] ἔντερον, Latinè inteſtinum. Hinc quidam Exenterare, pro Euiſcerare, & inteſtina detrahere, deduci putant. Vide ſuo loco.

Entheos] pen. corr. Adiectiuum (ἔνθεος) Id eſt, numine diuino plenus ſpiritu Dei inſtinctus. Seneca Medea, 6. 1,

Incerta qualis entheos curſus tulit, &c. Stat. 1. Syl. 2. 46,

Hic thyrſos, hic plectra ferit, hic enthea lauro
Tempora, Minoa crinem premit ille corona.

¶ Entheaſtici, (ἐνθεάζοντες) Deo pleni, diuinitusq; inſpirati uocantur. Quo nomine meritò ac uerè uocitari poſſunt uates noſtri, id eſt, prophetæ, qui aduentum lucis æternæ in mundum prædixerunt. Aegineta libro 3, de mania & melancholia loquens, Sunt qui uideantur, inquit, à maioribus quibusdam potentijs regi, & futura prædicere, inſtar eorum qui numine afflati dicuntur, quos etiam peculiari nomine entheaſticos appellant.

¶ Entheatus, entheata, entheatum, Diuino numine afflatus: ut, Enthiata uatum pectora, apud Martial. libro 6.

Enthecæ] ἐνθήκαι, Impoſita inſtrumenta, ſiue dotes prædiorum. Pap. l. 2. §. 1. de inſtrum. uel inſtruct. Dotes prædiorum, quæ Græco uocabulo ἐνθήκαι, appellantur, quum non inſtructa legantur, legatario non præſtantur. Vlp. l. 68. §. 3. ff. de leg. & fideic. Prædijs cum ijs enthecis,

enthecis, quæ in ea poſſeßione ſunt, relictis, &c.

**Enthemata**] *ἐνθήματα*, A Medicis uocantur, quæ iuſneribus recentibus imponuntur ad reprimendum ſanguinem, & humorum affluxum. In inſitionibus item enthemata uocantur ſurculi, qui in fiſſuram trunci inſeruntur. Ex Cæl.lib.7.cap.ult.

**Enthroniſtica**] pro introniſticis reponendum apud Iuſtinianum in Conſt.de ſanctiſſ.epiſcop. §. ſi quis autem epiſcoporum. Sunt autem cathedralia, ut nunc uulgò dicuntur, à Græco *ἐνθρονίζειν*, quod eſt in ſedem ponere. Barbari dicunt Inſtallare. Ex Spieg.

**Enthuſiaſmus**] *ἐνθουσιασμός*, Id eſt, fanatica perculſio, ſeu afflatio numinis: medicis affectus eſt, uelut quum quidam mente in ſacris faciendis capiuntur, ſi qua uiderint: aut ſi tympana, uel tibias, uel ſigna audierint. Vide Galen. lib.de Finit.med.

**Enthymema**] pen. prod. enthymematis, n.g. (*ἐνθύμημα*) commentum uel commentationem Quintil. lib. 5.cap. 10. 1, interpretatur, quòd mentis actio omnis atq; ſententia, enthymema nominetur. Cicero in Topicis, 28, Ex hoc illa rhetorum ſunt ex contrarijs concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant. Enthymema, dialecticis eſt ſyllogiſmus imperfectus, quod rhetoribus attribuunt: tanquam ſyllogiſmis plenis utatur dialecticus, enthymematis orator. At Demoſthenes & Cicero pleni ſyllogiſmis, Ariſtoteles ac Plato enthymematis utuntur.

*Curtum enthymema.* Iuuen. Sat. 6,

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum ſermone rotato
Torquet enthymema. Curtum uocatur, quod à nonnullis dicatur ſyllogiſmus imperfectus. Quintil. libro 5. cap.ult. Enthymema ab alijs oratorius ſyllogiſmus, ab alijs dicitur pars ſyllogiſmi, &c.

**Entochus**] *ἔντοχος*, Statuarius nobilis, cuius opera retenſet Plin. lib.36.cap.5.

**Entoma**] *ἔντομα*, A Græcis appellantur quæ nos uocamus inſecta, cuiusmodi ſunt muſcæ, crabrones, apes, & euiuſmodi, ratione nominis, inde, ut opinor, ducta, quòd pleraq; ex his circa medium ſui inciſa ſunt adeò ut poſterior pars tenui admodum diſcrimine adhæreat priori. Calepinus.

**Entomon**] *ἔντομον*, Vnum ellebori genus quod nigrum uocant purgans per inferna. Quidam Polyrrhizon nuncupant. Vide de hoc apud Plin. lib.25.cap.15.

**Entribæ**] *ἔντριβαι*, Populi Thraciæ, à Stephano commemorati.

**Entropha**] *ἔντροφα*, quaſi dicas innutrita. Nam & hæc muliebribus ornamentis annumerat Pollux lib.5.cap.16.

**Entropides**] Genus calceamẽtorũ ex Lexico. Entropõ autẽ poni. Pollux in mũdo muliebri, ubi Gualtherus uertit Velũ.

**Enubo**] enubis, pen.prod. enupſi, enuptum (*ἐνγαμίζω*) enubere. Eſt nubere, uel paulo plus. Liu.10.ab Vrbe, 107, Virgineã Auli filiam patriciam, Plebeio nuptam L. Volumnio Coſ. matronæ, quòd è Patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt.

¶ **Enuptio**, Verbale (*ἐνγάμισις*) ut Enuptio genus, pro iure nuptiarum extra gentem. Liu.lib.9. Decad.4, Vt Hiſpalæ Feceniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet, quaſi ei ut teſtamento dediſſet.

**Enucleo**] enucleas (*σαφηνίζω, ἐξομαλόω*) enucleare, Propriè eſt aperire, & nucleum à putamine extrahere.

*Enucleare*, per translationem, pro Declarare & explanare. Cicero de Orat.19, Et ex omni parte cauſæ ſeptum, acre, acutum, enucleatum in unaquaq; re commorans. Idem in Partitionibus, 31, Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum eſt.

¶ **Enucleatus**, pen.prod. Participium (*ἐξηκριβωμένος*) ut enucleata ſuffragia. Cicer. pro Vlancio, 8, Et laudita illa non enucleata eſſe ſuffragia. Id eſt, magna acrimonia mentis & iudicij facta.

¶ **Enucleatè**, Aduerbium (*ἐξηκριβωμένως*) Purgatè (inquit Nonius) exquiſitè, & ſine aſperitate aut durtitia: ab eo quod nucibus ſeparatis, id eſt, tectis nucleorum, utilis uſus habeatur. Cic.de claris Orat.17. Nihil ſubtiliter dici, nihil preſſè, nihil enucleatè, quo fieri aliquid poßit limatius.

Enucleatè & politè. Cic.de claris Orat.59.

Eleganter enucleateq; dicere. Cic.in Orat.15.

Enucleatè aliquid perſcribere. Cic.ad Qu.fratrem, lib.3.19.2.

**Enudo**] enudas, penul.prod. (*ἀπογυμνόω*) enudare, Idem quod Nudare. Et per translationem exponere, ac ueluti intellectui aperire: hoc eſt, interpretari. Cicer. 1.de Legibus, 38, Et rerum plurimarum obſcuras, nec ſatis intelligentias enudauit.

**Enula**] *ἔνυλα*, Gingiuæ intima uocantur, ſicut extimæ, Vla. Cæl.Rhod.lib.4.cap.1.

**Enula**] campana, Herba eſt, eadem quæ Elenium. Vide Elenium.

**Enumero**] enumeras, pen. corr. (*ἀναριθμέω*) enumerare, Idem quod multas res ſimul numerare, & recenſere. Cic.4. Verr. 57, Dixi iam antea me non omnia iſtius, quæ in hoc genere eſſent, enumeraturum.

Enumerare per ſingula. Columel.lib. 8.cap.17.11.

Enumerare, Aliter. Terent. Adelph.2.2.28, Iámne enumeraſti quod ad te rediturum putes?

Quæ ne ſingula enumerem, totam tibi domum commendo. Cic.Seruio, lib.13.20.5.

Fando enumerare plurima. Virg.4. Aeneid.67.

Dicere atq; enumerare cauſas omnes. Cic. pro Roſc. Amer. 31.

Magnitudinem multitudinemq; beneficiorum enumerare, aut conſequi poſſe. Cic.Poſt.red.ad Quir.3.

Pretium enumerare. Cic.pro Roſc.Amerino, 79.

Enumerat miles uulnera, paſtor oues. Propert. lib. 2.eleg.1.9.

¶ **Enumeratio**, Verbale (*ἀναρίθμησις*) Cic.3.de Legib.33, Sed eſt iniqua in omni re accuſanda prætermiſſis bonis malorum enumeratio, uitiorumq; ſelectio.

Enumeratio apud Oratores, eſt in qua pluribus rebus expoſitis, & cæteris infirmatis, una reliqua neceſſariò confirmatur. Cic.1.de Inuent.61. Idem paulò pòſt, 109, Enumeratio eſt per quam res diſperſè & diffuſè dictæ, unum in locum coguntur, & reminiſcendi cauſa unum ſub aſpectum ſubijciuntur.

Rerum ordine collata enumeratio. Quintil.lib.4.cap.5.1.

Verſari in enumeratione aliquorum. Cic.de claris Orat.71.

**Enunquam**] Ecquando: Antiquum Feſtus.

**Enuntio**] enuntias (*ἐκφέρω, ἀποφαίνω*) enuntiare, Pronunciare, declarare. Cicero 2.de Finibus, 35, breuitur enuntiatæ ſententiæ. Idem 3.de Oratore, 92, Videtis profectò genus hoc totum, quum inflexo commutatoq; uerbo res eadem enuntiatur ornatius.

Orationem enuntiare. Author ad Herennium, lib 3.116.

Enuntiare uerbis. Cic.1.Acad.10.

Enuntiare, Significare. Cic.Attico, lib. 1.14. 14, & amans tui uiſus eſt, & talis qualem eſſe eũ tuæ mihi literæ enuntiarãt.

Enuntiare, Diuulgare, exponere. Plãcus ad Coſſ Tribun. plc. lib.10.8.2, Non enim præteritam culpam uideri uolo redemiſſe, ſed optimæ mentis cogitata iam pridem maturo tempore enuntiare.

Enuntiare conſilia amicorum aduerſarijs: Hoc eſt, retegere. Cicero pro Roſc.Amerino, 64. & 69.

Enuntiare myſteria dicendi. Cic.1.de Orat.110.

Enuntiare commiſſa. Cic.2.Tuſcul,55.



Digitized by Google

Enuntiare apud homines, quod tacitũ erat. Cic. 1. de Orat. 58
Distortum enunciandi genus. Cic. de Fato, 25.
¶ Enuntiatus, Participium, (ἀποφανθείς) ut, Sermo rectus, & secundum naturam enuntiatus. Quintil. lib. 2. cap. 5. 7.
Per iudicium enunciata res. Cæsar 1. bell. Gall. 16.
¶ Enuntiatum, pen. prod. (ἀπόφασμα) Substantiuum, neut. gen. Est quod Dialectici propositionem uocant. Cic. Fato, 41, Nec si omne enuntiatum, aut uerum aut falsum est, sequitur ilico causas esse immutabiles.
¶ Enuntiatiuus, penul. prod. Adiect. (ἀποφαντικὸς) Seneca epist. 118, Sequuntur deinde motus animorum, enuntiatiui corporum. Construitur & ablatiuo cum præpositione de. Ibidem, Aliquid est enuntiatiuum de corpore, quod alij effatum dicunt, alij enunciatum edictum.
¶ Enuntiatio, Verbale (ἀπόφανσις) Cicer. de Fato, 1. Explicanda uis est, ratioq; enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα uocant, quæ de re futura, quum aliquid dicunt, deq; eo quod possit fieri, aut non possit, quam uim habeant, ol scuta quæstio est.
Propria, & dilucida, & breuier comprehensa uerbis enuntiatio. Quintil. lib. 7. cap. 4. 2.
¶ Enuntiatrix, pen. prod. enuntiatricis. f. g. (ἀποφαντρία) Verbale. Quintil. lib. 2. cap. 15. 15, Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.
Enutrio] enutris, pen. corr. enutrui, enutritum, pen. prod. (ἐκτρέφω) enutriri, Idem quod Nutrire. Plin lib. 12. cap 1, Tantum posterà honoris increuit, ut mero infuso enutriantur. De platano. Columel. lib. 3. cap. 3. 4, Deinde fata non ita enutriunt, ut antè conualescant, ac prosiliant, quàm retorrescant.
Enunquam] Ecquando: Antiquum. Festus.
Enyalius] ἐνυάλιος, Vnũ est ex Martis cognominib. teste Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 19. qui Enyalius dicitur, quasi ἐνυσήϊος hoc est Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoso.
Enyo] huius Enyus, pen. prod. (ἐνυώ) Nomen quo Bellona dea belli, Martis soror, uocitata est. Mart. lib. 6. 3. 2,
Quum dubitaret adhuc belli Ciuilis Enyo. Idem libro 1. 24,
——ne te decipiat ratibus naualis Enyo.
Martia Enyo. Stat. 5. Thebaid. 31.

E O

EO. Eorum.

Eo] Ablatiuus casus pronominis Is, ea, id, Multis modis enuntiatur, ut in sequentibus uidere est.
Eò (εἰς τοῦτο) pro Intantum, interprete Donato, Terentius Phorm. 1. 3. 6,
Neu me cupidum eò compulisset, quod mihi principiũ est mali. Liuius in Præfat. Quæ ab exiguis profecta initijs, eò creuit, ut iam magnitudine laboret sua.
Eò insolentiæ furorisq; processit. Plin. in Paneg. 29.
Eò (διὰ ταῦτα) Propterea. Terent. Hecyra, 2. 1. 41,
S. Enim lassam oppidò tum aiebant: eò ad eam non admissa sum. Idem Eunuch. 4. 4, 17. Plaut. Truc. 3. 50,
——is nunc dicitur uenturus peregrè,
Eò nunc commenta est dolũ, peperisse simulat sese, ut, &c.
Eò mirabilius quòd, uel quia. Cic. ad Marium, lib. 7. 3. 1. Idem 4. Academ. 3, Eò fuit mirabilius, quòd ab eo non expectabatur, &c. Liu. 1. ab Vrbe, 200, Imò eò impensius, quia de agro plebis aduersum patrum uolũtatem senserat agi, &c.
Eò ut, id est, Ideó, uel ob id. Cic. Tironi, lib. 16. 3. 3, Marionem ad te eò misi, ut aut tecum ad me quamprimum ueniret. Idem Seruilio, lib. 13. 70. 3, Hæc ad te eò pluribus scripsi, ut intelligeres, &c.
Non eò quin. Plaut. Asin. 15. 16, Ea res me malè habet: ac non eò quin tibi non cupiam quæ uelis.
Non eò dico quin. Plaut. Trinum. 6. 59,
Non eò hoc dico, quin quæ tu uis ego uelim & faciã lubens.
Non eò dico quò, uel quòd. Terent. Heaut. 3. 2. 43,
Neq; eò nunc dico quòd quidquam illũ senserim. Cic. pro Quintio, 3, Non eò dico, quò mihi ueniat in dubium.
Eò dico ne putes, &c. Plaut. Aulul. 7. 63, Eò dico, ne me thesaurum reperisse censeas.
Eò fit, quia. Terent. Heaut. 3. 1. 95. Cic. 5. de Finib. 38, Eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi, &c.
Eò, fit, ut. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 12.
Eò secius, Sueton. de Claris gramm. 20. Nec eò secius plurimos docuit: fuitq; familiarissimus Ouidio poetæ.
Eòne, pro Ideòne. Terẽt. Eun. 3. 1. 25, ——quæso inquã Strato,
Eòne esferox, quia habes imperium in beluas?
Eò, pro Tanto. Plaut. Aulul. 13. 6,
Atq; eò fuerunt cariora, æs non erat. Idem Pœn. 14. 61,
Tu autem si quid tu adiuuas, eò facilius facere potest.
Quintò, eò. Cn. Magnus Domitio in Epistolis ad Atticum, lib. 8. 16. 2, Quintò enim magis appropinquare aduersarius cœpit, eò tibi celerius agendum erat.
Eò magis quòd. Cic. de Amicitia, 2, Meministi enim pfectò (ut opinor) Attice, & eò magis quòd P. Sulpitio utebare multũ.
Eoq; magis quòd. Cic. de Amicit. 7. Id est, præsertim.
Atq; eò etiam magis. Cic. 4. Verr. 50.
Eò minus scilicet. Cic. Attic. lib. 11. 22. 3, Alij capti, alij intercluso, non ueniunt in dubium de uoluntate, eò minus scilicet, quum se expedierint.
Eò minus. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 1.
Eò, quò. Cic. 2. Tusc. 97, Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habẽt, quò sunt contenta atq; adducta uehementius.
Eò plus Cic. Capitoni in Epistolis ad Atticum, lib. 16. 3. 4, nunc mi Capito eò plus apud hominem facillimum atq; humanissimum Plancum enitere, &c.
Plus eò. Terent. Hecyra, 3. 4. 7. Idem Heaut. 1. 1. 11,
Aut quid quæris? annos sexaginta natus es,
Aut plus eò, ut conijcio.
Eo, Ad eum locum. Terent. Adelph. 2. 3. 23, Nisi eò ad mercatum ueniam, damnum maximum est.
Eò, pro In eum statum. Cicero, Eò redacta res erant, ut nulla amplius spes esset.
Vsq; eò, quò opus erit, &c. Author ad Heren. lib. 1. 14.
Eò loci, pro In eo statu. Cic. pro Sextio, Res erat & causa nostra eò loci, ut erigere oculos, & uiuere uideretur, &c.
Eò loci, In eo loco, uel in loco. Vlpianus de iudicijs, l. sed etsi, Si ea res quæ per fidei commissum relicta est, eò loci sit, dicendum est non debere præscribi. Plin. lib. 11. cap. 37. 13, In Oriente quidem & uiris aurum gestare eò loci decus existimatur. Vlpianus de iudicijs, l. hæres, Defendere se eò loci debebit. Id est, in eodem loco.
Res eò recidit. Quintil. lib. 2. cap. 10. 2.
Eò pertinet, uel spectat ut. Cic. ad Trebatium, lib. 5. 10. 9, Hoc eò pertinet, ut nihil existiment tam esse difficile, quod, &c. Idem ad Qu. Valerium, lib. 13. 4. 7.
¶ Eôdem. pen prod. pro Ad eundem locum. Cæsar. 6. bel. Gal. 18, In syluas paludesq; confugiunt, suaq; eôdem conferunt.
Eodem, loci: Id est, in ipso loco. Plin. in Paneg. 2, Quippe inter aras & altaria, eodemq; loci, quem deus ille tam manifestus ac præsens, quàm cælum ac sydera insedit. Sueto. in Caligula. cap. 53, Pronunciatio quoq; & uox, ut neq; eodem loci præ ardore consisteret, & exaudiretur à procul stantibus.
Eodem loci, pro Eodem statu. Cic. Attico, lib. 1. 1. 8, Res eodem loci est quo reliquisti.

Eodem

Digitized by Google

Eodem pertinentia. Liu. 1. ab Vrbe, 221, Hæc atq; alia eodem pertinentia.

¶Eousque, (ἐπὶ τοσοῦτο) creuit donec, &c. Valer. Maxim. lib. 1, Natam uitem eousq; creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.

Eousq; dum. Colu. lib. 6. cap. 6. 4, Tum concitatè agitur pecus eousq; dum anhelet.

Eousq; ut. Hirtius lib. 5. 216.

Eo]is, iui, itum, ire (ἴημι, εἶμι, πορεύομαι, μολέω, ὁδεύω) Notæ significationis.

Eo, is, Ire dicitur eques, uel qui sella gestatur, aut lectica uehitur. Paulus in l. qui sella, & l. inter actū. ff. de seruitut. rust. præd.

Ire, Redire, contraria. Martial. lib. 6. 10,

Et Capitolinas itq; reditq; uias.

Ire aduorsum patricè, magnificè, amicè. Vide apparat.

Altius ibunt, qui ad summa nitētur. Quintil. in Procem. li. 1. 25.

Celeriter isti & redisti. Cic. 2. Philipp. 85.

Dissimulanter huc illuc ire. Ouid. epist. 19. 26.

Ire leniter. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 2.

Magnificè ire aduorsum, Vide Magnificus.

Melius ire, Vide Melius in Bonus.

Modestius ire. Ouid 2. epist. 20.

Passim atq; ordinatim ire. Brutus Cicer. libro 11. 13. 4. Vide Ordo.

Ire grandibus gradibus. Plaut. Epid. 2. 11.

Ire itineribus alicuius. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. 19. 6.

Nauibus instructis ire. Virg. 2. Aeneid. 51.

Ire nauigio. Cic. ad Atticum, lib. 10. 198. 1.

Ordine belli ire. Lucan. lib. 2. 45.

Ire pedibus. Plaut. Sticho, 5. 19.

Rectis sensibus ire. Cic. 13 Philipp. 380.

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros. Virg. 1. eclog. 13.

Ire domum. Plaut. Rud. 2. 43.

Ire inficias, Negare. Plaut. Menæh. 9. 39. Terent. Adelph. 3. 2. 49, ——hoc reliquum est,

Si inficias ibit, testes mecum est annulus quem amiserat. Quintil. lib. 7. cap. 1. 5, Neq; inficias eo quædam esse, quæ demonstrari possint.

Italiam ire. Virg. 3. Aeneid. 51.

Ire obuiam. Plaut. Mostel. 5. 17, Num non uis me obuiam hisce ire, anime mi? Cic. ad Atticum, lib. 2. 168.

Vias ignotas ire. Valer. 4. Argon. 74.

Viam longam ire. Virg. 4. Aeneid. 94.

Ire cum onere. Plaut. Amphit. 4. 176.

Ire ad arma contra aliquem. Cic. 3. Verr. 79.

Ire ad cœnam. Terent. Eunuch. 3. 2. 6, Eamus ergo ad cœnam, quid stas?

Ad opus ire. Ouid. 4. Fast. 33.

Ad saga ire. Cic. 6. Philipp. 210.

Ibam ad te. Terent. And. 3. 4. 1.

Ire ad tonsorem. Plaut. Asin. 8. 14.

Ire in aciem, pro Militare. Quintil. lib. 9. cap. 2.

In aciem ire, aliter. Tacit. lib. 18, Ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam & instinctu flagrabant.

Ire in aliquem, pro Irruere. Ouid. 5. Fast. 173.

Ire in articulum dicitur seges Plinio, lib. 18. cap. 17. 9.

It in auras. Ouid. epist. 10. 22,

Spiritus infelix peregrinas ibit in auras.

Ire in colloquium ad Celtiberos. Liu. 4. bel. Maced. 73.

Ire in consilium iudices dicuntur, quum aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur, quum processus esse super burellum dicitur, id est, in medium positus. Cic. pro Cluentio, 42, in consilium iturè iudices triginta duo, sententijs decem & sex absolutio confici poterat. Budæus.

In corpus ire. Quintil. lib. 2. cap. 10. 4, Themata iuuenibus pertractare permittemus, ut expatientur, & gaudeant materia, & quasi in corpus eant.

In crucem. Plaut. Asin. 16. 91.

Ire in duplum. Cic. pro Flacco, 39.

In exemplum ire. Tacit. lib. 3.

Ire in exilium. Cic. ad Atticum, lib. 10. 205. 7.

Ire in fastidium, pro Incipere haberi fastidio. Sene. de Benefic. lib. 1.

In hominem ire. Cic. Attico, lib. 2. 22. 2, Equidem antequam legit uas literas, in hominem ire cupiebam.

Dolo ire in hostem. Stat. 10. Thebaid. 51.

Ire in ius ad aliquem. Plin. de Viris illust. 72. p.

In lacrymas ire. Statt. 11. Thebaid. 39.

In litem ire. Ouid. 6. Fast. 18.

I in malam rem. Plaut. Pœnulo, 14. 51.

Ire in matrimoniū sine dote, dicitur puella. Plau. Trinum. 11. 3.

In melius ire. Tacit. lib. 12.

Ire in neruum. Terent. Phorm. 4. 4. 15.

Ire in opus alienum. Plaut. Milite, 12. 6.

Ire in orbem. Vide Orbis.

In ora alicuius ire. Valer. 7. Argon. 59,

Vix animos, dextramq; tenens, quin ipsa loquantis
Iret in ora deæ: tanta pudor æstuat ira.

In pœnas ire. Ouid. 6. Metam. 134.

Ire in possessionem. Cic. 3. Verr. 89.

Ire in regna. Ouid. 2. de Remed. amor. 18.

In rixam non ibimus. Quintil. lib. 6. cap. 4. 11

In scelus ire. Ouid. 6. Fast. 106.

Ibit in secula nomen tuum, id est, memoria tui erit sempiterna. Plin. in Paneg. 91.

In sententiam alicuius ire. Cic. Lentulo, li. 1. 2 7. Ibidem, 4, De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.

Ire in sententiam alicuius, uel Pedibus ire in sententiam, Est alterius sententiæ, non uerbo, sed corpore accedere. Liu. 7. ab Vrbe, 66, Qui hoc sentitis in dexteram partem pedibus transite, quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. deinde frequenter omnes in dexteram partem pedibus transierunt. Cic. 11. Philipp. 299, Dixit tamen, si quis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Nos hodie id Idem dicere uocamus. Hæc ratio inuenta est, quòd nonnunquam est plus satis longum audire singulos dum plurimi sunt: uel duo capita sententiarum sunt: ut res expeditiores fiant. Aliquando ne pedibus quidem pro multitudine in sententiam ire possumus: ideoq; manu sententiā significamus Quod Quintilianus intelligit, ubi ait, Manibus, pedibusq; imus in sententiam necessitatis. Vide Gellium lib. 3. cap. 18. Et Erasmum in Chiliad. in prouerbio, Pedibus in sententiam discedere.

Ire in somnum. Plin. lib. 26. cap. 8. 28.

Ire in subsidium. Cic. ad Atticum, lib. 8. 161. 2. Item, Ire subsidio, Cæsar. 7. bel. Gall. 244.

Ire in suffragium. Plin. lib. 18. cap. 6. 10.

In thalamos ire. Lucanus lib. 8. 18.

Ire in uigiliam. Plaut. Pseud. 20. 75.

Ire per. Liu. libro 2. Decad. 5, Neminem eorum per Italiam ire liciturum.

Ire per amnes. Ouid. 14. Metam. 118.

Ire per annos fratris. Ouid. ad Liuiam, 83.

Verba per attentam aurem ire. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 4.

Ibit per gladios (bei mihi) noster amor. Ouid. epist. 16. 50.

Per medium ire. Quintil. lib. 4. cap. 2. 24.

Ire lon-

Digitized by Google

Ire longius per mores. Ouid. 2. de Arte. aman. 81.
Per singulas causarum iudicialium partes ire. Quintilianus li. 7. cap. 2. 45.
Per omnes & personas & affectus Comœdiam ire. Quintil. li. 1. cap. 8. 5.
Per omnes rerum species artes eunt. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15.
Sub amplexus ire alicuius. Ouid. epist. 16. 19.
Sub furcam ire. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 13.
Comitem alicui ire in. Lucanus lib. 9. 5.
Ire comitem mariuo. Ouid. 3. de Arte amandi, 4.
Ibis nuntius. Virg. 2. Aeneid. 110.
Ire accersitum. Terent. Eunuch. 5. 2. 53. Idem Heaut. 2. 3. 74, Hoc uide, in mea uita tu tibi laudem is quæsitum scelus.
Ire consultum malè aliquem, pro Incommodare alicui. Plautus Bacchid. 11. 36.
Eunt depressum, pro Deprimunt. Plaut. Cist 2. 29.
Ire datũ operam amico, pro Iuuare amicũ. Plaut. Pœnul. 7. 9.
Ire dormitum. Plaut. Curcul. 4. 28. Sic, Ire cubitum. Cicer. pro Rosc. Amer. 38.
Ire habitum honorem alicui, pro Honorare. Plaut. Cist. 2. 3.
Ire opitulatum, Opitulari. Plaut. Milit. 10. 27.
Ire oppugnatum, Oppugnare. Plaut. Bacchid. 22. 51.
Ire perditum, pro Perdere. Liu. 2. bell. Maced. 96.
It dies, pro Præterit, & elabitur. Plaut. Pseud. 5. 13, It dies: ego mihi cesso: i præ puere.
It dies nostro omine. Plaut. Casin. 10. 74.
Fluuius it. Virg. 8. Aeneid. 143.
It lucrum ad me. Plaut. Pœnulo, 9. 70.
Luna it per cælum obtusis cornibus. Virg. 1. Georg. 87.
Eunt præcipites mores: Hoc est, in malum declinant. Liuius 1. ab Vrbe, 6.
Puppis it per fluctus. Stat. 2. Achil. 1.
It res. pro Succedit. Cic. Attico, lib. 14. 318. 6. Ibidem, 313. 2, Incipit res melius ire quàm putaram.
Semina eunt æqualiter in agros. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 7.
Quocunq; ferunt pedes, ire. Horat. Epod. 16. 4.
I tu hinc quò dignus es, quàm penè tua me perdidit proteruitas. Terent. Heaut. 4. 6. 9.
Eo hinc. Plaut. Amphit. 6. 3, Mihi necesse est ire hinc.
I præ, pro. Præi. Plaut. Curcu. 10. Terent. And. 1. 1. 144, Eamus iam nunc intro. 5 1. I præ, sequar.
Ibo quò profectus sum. Plaut. Aulul. 5. 40.
I sanè. Plautus Epid. 2. 74.
Ire, cum infinitiuo. Stat. lib. 4. Syluarum, 4. 13,
Forsitan Ausonias ibis frænare cohortes.
Eamus uisere. Terent. Phorm. 1. 2. 53.
I nunc. Iuuen. Satyr. 12, I nunc, & uentis animam committe.
Ire melius est. Plaut. Milit. 20. 63.
Ire, pro Venire aliquando ponitur. Terent. Adelph. Quæso ut unà mecum ad matrem uirginis eas.
Itur, Impersonale. Terent. And. 1. 5. 17,
——ea quoniam memini obtrudi potest,
Itur ad me. Virg. ——sic itur ad astra.
Aeternas itur in usq; moras. Claud. ad Probinum, 26. 2.
Ibitur. Plaut. Trucul. 13. 17. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 5, Ibatur in eam sententiam: quum Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.
Eatur. Senec. Med. 7. 6. Idem Thyeste, 5. 17.
Iretur. Papinianus in l. pupillus. ff. de fideius. tutor. Iudice defuncto, prius quàm ad eum iretur.
Iri. Terent. And. 1. 2. 6, Qui postquam audierat nõ datum iri filio uxorem suo. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 9, Item antè nõ esse itum obuiam, ne tum quidem quum iri maximè debuit.
Debitum iri. Scæuola iml. respiciendum. ff. si certum petatur.



Respiciendum enim est, an (quantum in natura hominum sit) possit sciri eam debitum iri.
Viæ eundæ & uitandæ. Claud. 2. in Eutrop. 84.
¶ Iens, euntis (ὁ ἰών, ἰόντος) Qui huc & illuc proficiscitur: quẽ peregrinum uocant. Plaut. Milit. 10. 81, Deum uirtute euntem hospitio accipere, apud me est comitas.
Oculi eunt es. Stat. lib. 5 Thebaid. 97.
Incidere eunti & in euntem. Vide Incido.
¶ Iturus, pen. prod. (ὁ ἰτουρός, ἰούρου) Participium. Cic. 3. Verr. 34, De te in consilium iturum putasti.
¶ Itus, itus, itui, Verbale (βάδισμα) Cic. Attic. lib. 15. 324. 3, Qui s'porrò noster itus, reditus, uultus, incessus inter istos! Sueton. in Tiberio, cap. 38.
¶ Itio, itionis, Verbale (βάδισις) Teren. Phorm. 5. 9. 23, Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?
Obuiam itio. Cic. Attico, lib. 11. 224. 1, De obuiam itione ita faciam ut suades.
Dare itionem domum. Cic. 1. de Diuinat. 120.
¶ Ito, itas (φοιτάω) Itare, Frequentatiuum, Frequenter ire. Suet. de Claris Rhetoribus, 1. b, Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare uellent, instituerunt.
Eodaæ] νῶδαι, Partes quædam Caucasi montis à Barbaris uocantur. Vt author est Strab. lib. 11.
Eodanda] Ichthyophagõn insula deserta in Arabia, teste Plin. lib. 6. cap. 28.
Eone] eones, Arbor. Plin. lib. 13. cap. 22. Alexander Cornelius arborem eonem appellauit, ex qua facta esset Argo, similem robori uiscum ferenti, quæ nec aqua, nec igni posset corrumpi, sicuti nec uiscum, nulli alij cognitam, quod equidem sciam. Hæc ille, quem uide.
Eos] Montis nomen in sinu maris rubri, Azaratis populis Arabiæ finitimus, authore Plinio lib. 6. cap. 29.
Eos] priore syllaba prod. quia per η scribitur (ἠώς) Aurora. Ouid. 3. Fast. 176,
Tres ubi luciferos ueniens præmiserit Eos. Idẽ 4. Fast.
Proxima uictricem quum Romam inspexerit Eos. Scribitur etiam per ε psilon: & tunc priorem syllabam corripit: adspiraturq; à nonnullis.
Eous] pen. prod. (ἑῶος) Oriens dicitur, ab ἠώς, quod est manè & aurora. Capitur etiam adiectiuè pro Orientalis, primamq; habet indifferentem, quia interdum per η scribitur, interdum per ε psilon, ut Fluctus Eous. Virg. 3. Aeneid. 107.
Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum. Lucanus,
Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas. Id est orientales. Propert. lib. 2,
Siue illam Hesperijs, siue illam ostendet Eois:
Vret & Eoos, uret & Hesperios.
Cælum Eoum. Ouid. 3. Metam. 40.
Equi Eoi. Virg. 2. Aeneid. 84.
Gelu Eoum. Propertius lib. 1 eleg. 15. 5.
Mare Eoum. Tibull. lib. 2. eleg. 2. 4.
Opes Eoæ. Ouid. 1. de Arte aman. 41.
Orbis Eous. Ouid. 3. Fast. 94.
Partes Eoæ. Ouid 1. Fast. 28.
¶ Eous, pen. prod. Subst. (ἑῶος) Vnus ex equis Solis: quasi lucifer ac orientalis: quòd manè assurgens orbem illuminet. Ouidius 2. Metamorphos. Interea uolucres Pyrois, Eous, &c.
Eous, pro Lucifero. Virg. 1. Georg. 58,
Aut quum sole nouo terras irrorat Eous. de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait,
Te Matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paulo uidit pòst Hesperus idem.
Eouſq;] Vide Eò aduerbium



Digitized by Google

E P

**Epacria**] ἐπακρία, Attici agni oppidũ, unũ ex his quæ à Cecrope in ciuitatis formam sunt redacta. Author Stephan.

**Epacta**] uerti potest intercalatio (ἐπάκτου ἡμέρα) intercalati dies. ἐπάγω, intercalo & intrinsecus addo) Quidam Astrologi sic definiunt: Epacta est numerus triginta non excedens, prouenies ex superabundantia anni solaris, ad annum lunarẽ cõmunẽ. Officium Epactæ est ostendere etatẽ Lunæ: nulla autẽ etas Lunæ est maior quàm triginta dierũ. non debet igitur Epacta maior esse.

**Epactra**] ἐπάκτρα, Dicũtur piscatoria nauigia: nam & piscatores nuncupãtur epacteres quãdoq;. Cæl. Rhod. li. 28. c. 18.

**Epageritæ**] Populi in regiõis Colchicæ tractu, à tergo Pityus oppidi opulẽtissimi ab Heniochis direpti. Author lib. Plin. 6. cap. 5.

**Epago**] onis (ἐπάγων) A' Græcis uocatur artemon nauis, siue trochlea, qua funes ductarij, & cætera nauis armamenta explicantur, quaq; maiora onera ex portu in nauem attolluntur. Vitruuius Ergatos uidetur appellare.

**Epagoge**] epagoges, pen. prod. (ἐπαγωγὴ) Figura quæ fit ex rerum similium collatione, uel argumentorum, salua tamen similitudine rerum: ut Virg.

Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Præsit humi nitens. Et Cicer. pro Rosc. Amer. 70. & 78, comparat occupationes Iouis Optim. Max. Sylle rebus gestis propius. Argumentorũ alũt, ut Lucretius,

Nam si tu fluctus, undasq; è gurgite salso
Tollere decreris, uentum prius Hæmatium tu,
Ventum inquam tollas. Iulius Rufianus.

**Epagogia**] ἐπαγώγια, Apud Græcos scitè admodũ nũcupãtur præputia, ducto inde, ut Cælius putat, uocabulo, ga uti fuerit collibiũ inducũtur, retroq; agẽtur. Vide eũ li. 4. c. 6.

**Epagris**] ἐπαγρὶς, Insula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

**Epaminondas**] ἐπαμινώνδας, Thebanorum dux præstantissimus, cum quo (inquit Trogus lib. 6.) Thebanorum gloria & nata est & extincta. Tandem apud Mantineam cum Lacedæmonijs congressus, uicit, & cecidit, ut scribit Cicero in epistola ad Luceiũ. De Epaminonda Plutar. in Parall.

**Epanadiplosis**] penult. product. (ἐπαναδίπλωσις) Figura, quum idem uerbum in eadem sententia, & primum est, & extremum: ut,

Antè nouis rubeant, quàm prata colorib. antè. Rufian.

**Epanalepsis**] ἐπανάληψις, Repetitio sententiæ propter aliam necessariam causam, non ut fit in figuris elocutionis. Cic. pro Rab. Libenter si esset integrũ profiterer idem, Saturninum C. Rabirij manu interfectum: nihil me iste clamor commouet. usq; huc, Libenter inquam profiterer.

Epanalepsis est etiam eorundem uerborum simul positorum, eiusdemq; sententiæ post multa interiecta, cum aliqua periodi conclusione facta repetitio: ut,

Huc pater ô Lenæe, tuis hic omnia plena
Muneribus, &c.
Huc pater ô Lenæe ueni. Hæc Rufianus. Verba Ciceronis pro Rabirio perduel. reo. 12. aliter nunc legunt, quàm legerit Rufianus.

**Epanaphora**] pen. cor. (ἐπαναφορὰ) Figura est, quum ab eodem uerbo plures inchoatæ sententiæ incipiunt: ut,

Hìc gelidi fontes, hìc mollia prata Licori:
Hìc nemus, hìc ipso tecum consumere æuo. Rufianus.

**Epangelia**] ἐπαγγελία, Dicitur, quum quis accusatur, quòd præter leges concionetur, aut Rempublicam capessat. Author Cel. Rhodig. lib. 8. cap. 4.

**Epanodos**] pen. cor. (ἐπανόδου) Figura est cum duabus

E P E

breuibus, pluribúsue propositis, ad singularem enarrationem recurritur: ut,

—diuellimur inde
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo
Iam grauior. Rufianus.

**Epaphroditus**] ἐπαφρόδιτος, Grammaticus fuit, patria Cheronæus, Archiæ grammatici alũnus & discipulus, quẽ Modestus Aegypti præses sibi coemit, & filium suum Pitholinum eidẽ in disciplinã tradidit, quẽ ille Romæ iustituit sub Nerone: mortuus est hydropisi. Reliqua uide apud Suidam.

**Epaphus**] pen. corr. (ἔπαφος) filius Iouis ex Io uel Isíde. Ouid. 1. Metam. 151, quum fabulam ius enarrasset, de Epapho hæc subiungit,

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iouis, perq; urbes iuncta parenti
Templa tenet.

**Eparchia**] ἐπαρχία, A' Græcis dicitur, quam Latini prouinciam, siue præfecturam appellant: unde & Eparchus, Prouinciæ præses, & Eparchiotes, Prouincialis.

**Eparmata**] ἐπάρματα, Hippocrati dicuntur tumores secundum aures præter naturam in ægrotantibus exorti. Author Galen. in 6. Hippoc. de morb. uulgar.

**Epastus**] Participium passiuum ab epascor, apasceris, Idem quod pastus. Ouid. in Halieuticis.

Vt Scarus epastus solus qui ruminat herbas.

**Epatarius, Epaticus**] Vide Hepar.

**Epaulia dona**] ἐπαύλια δῶρα, Dicebantur, quæ Græcorũ more postriduano nuptiarũ die sponsæ pater, pompæ cuiusdam imagine quadam sponso proferebat, ducto inde uocabulo, quòd in sponsi aulam tunc primum diuertisset sponsa. Erant autẽ hæ munera aurea pleraq;: strigmata, pectines, alabastri, sandalia, thecæ, myraliptra. Sunt tamen qui epaulia diem ipsum post nuptias secundum appellari opinentur. Ex Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 18.

**Epeclia**] ἐπέκλεια, Vt ex Appione ac Diodoro refert Cælius, tragemata uocantur, quæ post cœnam dari consueuerunt. Vide lect. Antiq. lib. 27. cap. 17.

**Epei**] ἐπεῖοι, Populi in occidentali ora Peloponnesi, alio nomine Elij dicti, teste Plin. lib. 4. cap. 5, cuius sententiæ etiam Stephanus subscribit. Homerus tamen in Catalogo nauiũ, Epeorum urbem diuersam facit ab Elide, quam uidetur Epeorum iuri subijcere. Vide Strabonem lib. 8.

**Epelanete**] es, Piscis modicus est, in Sequanæ ostio frequens Rothomagum usq;, squamis argenti modo nitescentibus, cuius si in propinqui æstes, putes uiolis te circumfusum. Ex Cæl. Rhodig. lib. 28. cap. 7.

**Epenthesis**] pen. cor. (ἐπένθεσις) Est appositio quædam litera uel syllabæ ad mediam dictionem, ut productior fiat uel quantitate, uel una syllaba. Literæ uel syllabæ: ut Relliquias, pro Reliquias: Induperator, pro Imperator. Hanc autem alij epenthesin, alij parenthesin uocant.

**Epetini**] ἐπετῖνοι, Liburniæ populi, qui in Salonam coloniã iura petunt, ut refert Plin. lib. 3. cap. 22.

**Epeus**] trisyllabum, pen. prod. (ἐπεὼς) Endymionis filius, & Pœonis frater, à quo Epea ciuitas in Græcia. Hic Troiani equi faber fuit, Virg. 2. Aeneid. 53,

—& ipse doli fabricator Epeus.

**Ephaptis**] idis (ἐφαπτὶς) Clementi Alexãdrino lib. Pædag. 2. cap. 10, inter uestes muliebres ponitur. Est autem (ut nõnullis placet) læna pretiosior.

**Epharmiotæ**] Cretẽsib. serui dicti sunt, sicut Lacedæmonijs Elotæ, peculiari illo nomine nunquam alijs quàm seruis attributo. Vide Alex. ab. Alex. lib. 3. cap. 20.

**Ephebus**] ephebi, penul. prod. (ἔφηβος) Qui ad pubertatis annos peruenit, quasi ἐπὶ ἥβης, Terent. And. 1. 124.

Nam

Nam is postquam excesit ex ephebis Sosia.
Idem Eunuch.5.1.8.
—quis fuit igitur? P. iste Chærea. T. Qui Chærea? P. iste ephebus frater Phædriæ. Hæc citat. Cic. 2. de Orat. 177.
Idem pro Flac.40. Et 1.de Nat.deor.107.
Animus ephebis ætate exijt,dixit Plaut.in Merc.3.40.
Greges epheborum.Cic.1.de Nat.deor.106,
Amans ephebus.Horat.2.epist.1.35.

¶ Ephebia,ephebiæ(ἐφηβία)Pubertas,id est prima ætas adolescentiæ.

¶ Ephebium (ἐφήβιον)Pars ea palæstræ,in qua ephebi exercebantur. Vitruuius, In duplici portico collocentur hæc membra:ephebium medio.hoc autem est exhedra amplissima.

Ephebicum] ἐφηβικὸν, Locus in theatro constructus,ubi iuuenes ludos spectarent, nulliq; alij usui deseruiens, teste Alex.ab Alex.lib.5.cap.16.

Ephecticus]pen.cor. Ephectici dicebãtur Academici,quòd nihil certò neq; pronunciare neq; constituere uolebant de re aliqua,more aliorum philosophorum: sed sententiam suam animo continebant, semperq; se melius consultaturos dicebant:unde & Sceptici alio nomine uocati sunt.Budæus cunctatores & hesitatores dici posse autumat, ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν, quod assensionem retinere significat, authore Cicerone.Vide Sceptica.

Ephedra] ἐφεδρὶς, Dioscoridi, Herba est alijs nominibus Caucõ & Anabasis appellata.Nascituruentoso ferè tractu, scãdens arbores,& ex ramis propẽdens,folio nullo,cirthis numerosis,qui suy?iunci geniculati. Hæc Plin.lib.26.cap. 13.Hac mulierculæ utuntur ad uasa lignea emundanda,pectinumq; opifices ad buxi scabritiem expoliendam. Vulgò Prælam uocant.

Ephegesis] ἐφήγησις, Causæ uel iudicij genus, quum accusabatur is cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli aut homicidæ.Ex Calepino.

Ephelcis] idis, pen.corr. (ἐφελκὶς) Medicinam professis crustula dicitur, quam extrahit plerunq; tussis uehementior: sed & in ulceribus ephelcida intelligit Galenus. Vide Cæl. Rhod.lib.13.cap.8.

Ephelis]pen.prod.(ἐφηλὶς)Tuberculum, seu aspredo cutis in facie,ex ardore solis prognata.Calep.

Ephelmator]apud Firm.lib.8.cap.15. Vide Petaminarius.

Ephemera] siue Ephemeros (ἐφήμερος) Febris est unius diei,quam & Latini diariam appellant, eo quòd diei unius (quantum in ipsa est) spatio terminetur. De hac uide Galen.in lib.2.Aphorism.Hippocr.

Ephemeris]pen.cor.huius ephemeridis,f.g.(ἐφημερὶς) Vide Commentarius.Iuuen.Satyr.6,
In cuius manibus ceu pinguia succina tritas
Cernis ephemeridas. Propertius lib. 3. eleg. 23. 4,
Duræ ephemerides. Cic.pro Quint. 39. Discedens in memoriam redijt Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis.

Ephemeron] pen.cor. Animal ortum apud Hippanin fluuium apud Bosphorũ, authore Aristotele,lib.5. Animaliũ.

Ephemeron,Genus herbæ,folia habens lilij,sed minora,caulem parem,florem cæruleum,semen superuacuum. Plin.lib.25. cap.13.24.

Ephestiades] pen. cor. Insulæ quæ à Latinis Vulcaniæ & Aeoliæ dicuntur:quòd Aeolus Iliacis tẽporib.illic regnarit.

Ephestij] ἐφεστίοι,A' Græcis dij appellantur,qui à nobis Penates & Lares, quòd aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim τῆς ἑστίας, Græci focum seu Laremintelligunt.

Ephestria] ἐφέστρια, Thebis festa fuerunt ob Tiresiam constituta, in quib. ipsius simulachrum uirilib. uestimentis exuebatur & muliebrib. induebatur: moxq; illis ademptis, iterum uirilia imponebant,alludentes ad ipsius Tiresiæ fabulam,de qua poetæ & Græci & Latini adeò multa. Dicta uerò sunt Ephestria,ἀπὸ τοῦ ἐφεστρίδος,Id est à superiore ueste,qua iuduebatur.

Ephestris]idis (ἐφεστρὶς)uestis quæ supra arma iudui solet. Bayfius putat eandem fuisse ei, quam Romani paludamentum appellarunt.

Ephesus]pen.cor.f.g.(ἔφεσος) Ioniæ urbs, Insignis quondam famæ, & Dianæ spectatissimo tẽplo,tum & clarorum uirorum,quorum genitrix fuit,dignitate:ab Androcho Codri Athenienſium regis filio condita, ut ex Pherecide scribit Strabo. Iustinus lib.2. ab Amazonib. conditam scribit. quod ipsum. & Plin.lib.5.cap.29.11.confirmat. Eius alumnus Heraclitus fuit cognomento Scotinus hoc ipso commendabilis,quòd quum Hermodorum uirum probatissimum in exilium ob iustitiæ & uirtutis amorem,actum uidisset,omnes Ephesios dignos esse dixit qui strangularentur, ut scribit Strab.Cic.Att.lib.5.100.1.

¶ Ephesinus,pen.pro.Adiectiuum,ut,Ephesina mulier.Cic.3. Philip.34.

¶ Ephesius, Adiect.(ἐφέσιος) Cic.1.de Diuin.86,Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagrauit.

Ephesium] Arx olim Massilienſium dicta, teste Alex. Genial.dier.lib.6.cap.11.

Ephialtes] ἐφιάλτης, & Oetus, Neptuni filij (inquit Seruius) nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cælum uoluerunt euertere, sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ. De quibus Virgilius 1. Georg. 56. Vide Aloeus. Fuit præterea Ephialtes quidam, qui in pauperrimo tenuissimoq; cultu semper uixit, omnium tamen optimus atq; iustissimus. Videndus Alex.ab Alex.lib. 3.cap.11.

Ephialtes]huius ephialtæ,m.g. (ἐφιάλτης) Incubus, quasi dicas Insultor. Vide Macrobium in Somn. Scip.lib. 1. cap. 3. & Dioscorid.lib.3.cap.De Pæonia.

Ephippium]ephippij(ἐφίππιον) Ornamentum equorum est:propriè tegmina seu stragula significans, quibus equi sternuntur, uel sellæ equis ad insidendum impositæ.Horat. in epistola ad uillicum,
Optat ephippia bos piger,optat arare caballus. Gellius libro 5.capite 5,Equitatum frænis, ephippijs,monilibus,phaleris præfulgentem.Cicero tertio de Finib. 24,Puto concedi nobis oportere ut Græco uerbo utamur,si quando minus occurret Latinum, ne hoc ephippijs & acratophoris potius q̃ proegmenis & apoproegmenis cõcedatur.

¶ Ephippiarij equi,quibus sellæ imponuntur,propter molliorem uecturam. Calep.

¶ Ephippiati, (ἐφίππια ἔχοντες) qui ephippia habent in equis.Cæsar de Sueuis lib.4.bel.Gal.470,Non eorum moribus turpius aut inertius habetur,quàm ephippijs uti:itaq; ad quemuis numerum ephippiatorum quamuis pauci,audire audent.

Ephippos]ἔφιππος,Latinè equestris,Veneris cognomentum, quod ab Anea filio prorepsisse uidetur, qui diuturna sessus nauigatione demum inscenderit equum, atq; ea effigie coli matrem instituerit.Vide Cæl.Rhod. lib. 29.cap.18.

Ephodi]pen.corr.Firmic.lib.6.cap.32.titulus est, Generales cuiusq; genituræ ephodi.Id est,ingressiones,initia,& institutiones.

Ephori]ἔφοροι,magistratus Lacedæmoniorum. Erant enim ephori,

Digitized by Google

ephori, tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic oppositi legibus sunt, ut apud Romanos Cõsulibus Tribuni. Vt enim à Cõsulibus ad Tribunos prouocare quisq; poterat: sic Lacedæmonij à Regibus ad Ephoros. Satis cõstat ab Ephoris Reges electos, alios fugisse, alios interemptrs. Olim pro ministris regũ fuerunt, paulatim deinde omnẽ potentiã in se transferentes, ad id licentiæ peruenerunt, ut sensim à rege magistratum proprium constituerint, nomine Ephoriã. Cic. 3. de Legib. 24. De eorum numero fuit Lysander quidam, ut testatur idem Cic. 2. Offic. 117. Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expulerunt.

**Ephorus**] penult. correp. (ἔφορος) Historicus fuit Cumæus. Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi: cuius uitam & scripta uide apud Suidam.

**Ephthopolium**] ἐφθοπόλιον, Locus dicitur, in quo cibi percocti distrahuntur: & qui eo se fouent quæstu, ephthopolæ nuncupantur. Author Cæl. lib. 28. cap. 7.

**Ephydor**] ἐφύδωρ, Dicebatur apparitor, qui clepsydræ æqualitatem custodiret, ut scribit Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 39. Meminit & Bud. Annotat.

**Ephydron**] ἔφυδρον, Herba, quæ & Equisitũ, & Hippuris, & Anabasis appellatur. Vulgus Prelam. Vide Hippuris.

**Ephyra**] pen. corr. (ἔφυρα) nympha Oceani & Tethyos filia. De qua Virg. lib. 4. Georg. meminit.

**Ephyra item, siue Ephyre**, pen. corr. urbs Achaiæ, quæ postea Corinthus dicta est, in qua pulcherrima & artificiosissima ex ære fiebant uasa. Ouid. 2. Metam. 81,

— quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonem, Ephyre Pyrenidas undas. Fuit & alia eiusdem nominis urbs in Epiro: aliaq; rursus in finibus Thessaliæ: item aliæ nonnullæ, quas uide apud Steph.

**Ephyre, insula** est in sinu Argolico, cuius meminit Plinius libro 4. capite 12.

¶ **Ephyreias, Ephyreiadis**, pen. corr. (ἐφυρηιάς) Quæ est ex Ephyra. Claud. de bel. Get. 126,

Scilicet Argolicas, Ephyreiadesq; puellas.
Cœperat & pulchras iam fastidire Lacænas.

¶ **Ephyræus**, pen. prod. (ἐφυραῖος) Adiect. quatuor syllabarum. Lucan. lib. 6. 4,

Insedit castris: Ephyræaq; mœnia seruat.

¶ **Ephyreius** (ἐφυρήιος) Adiect. quinq; syllabarum. Virg. 2. Georg. 93, Illusaq; auro uestes, Ephyreiaq; æra.

**Ephyri**] ἔφυροι. Plin. lib. 4. cap. 2, Aetolorum populi Athamanes, Tymphæi, Ephyri, &c.

**Ephyris**] Vrbs Laconiæ, teste Herodotõ.

EPI. uel EP. Epistola. EP. M. Epistolas misit.

**Epia**] æ (ἐπία) Oppidum Achaiæ Straboni. Inde.

**Epij populi**, quibuscum bellum gessit Nestor adhuc iuuenis: postea Helij dicti sunt.

**Epialos**] pen. corr. (ἐπίαλος) Genus febris est ex pituitâ quidem frigida, sed uitrea, putrefactaq;: nomen ei dedit placidi pellacia ponti subdola, quam Græci uocant ἁλὸς ἐπιόντα. Hermolaus.

**Epibades**] pen. corr. (ἐπιβάδες) Naues. Vlp. in l. 1. §. Igitur præpositio. ff. de exercitoria actione. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Bayfius. Epibades, dictæ ut opinor, quasi epibatides, ad epibatas solum, id est, uectores traijciendos. Et fortasse legendum apud Iurisconsultum epibatides. Sed lectoris esto iudicium.

**Epibatę**] pen. corr. (ἐπιβάτης) Milites classiarij dicuntur: hoc est milites in nauibus merẽtes. Hirtius 4. bel. Alexãdrini, Capta est una hostium quadriremis, degressa est altera, deinde omnibus epibatis nudatæ. Idẽ bel. Afric. lib. 5. 243,

Ibiq; Getulis remigibus, epibatisq; complet. Apud Græcos epibatæ pro uectoribus etiam accipiuntur, id est, ἀντὶ τῶν ἐχομένων.

**Epibathra**] æ (ἐπιβάθρα) Scalæ nauticæ, quibus in nauim conscenditur. Ex Calep.

**Epibatigæ**] ἐπιβατηγοί, Naues eædem quæ uectoriæ, id est, uectorũ ductrices: iuncto nomine ex (ἐπιβάτης) id est, uector, et ἄγω, duco. Vlp. l. 1. §. 5. ff. de exer. actio. Quædãenim naues onerariæ, quædam, ut ipsi dicunt (ἐπιβατηγοί) sunt, & plerosq; mandare scio ne uectores recipiant, & sic ut certa regione, & certo mari negotietur.

**Epibatirios**] ἐπιβατήριος, Apollinis cognomentum, cui templum in Tronzene dicauit Diomedes, quòd in reditu ab Ilio euasisset tempestatem, qua Græcorum afflictæ sunt opes. Ex Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 24.

**Epiblema**] ἐπίβλημα, uestimentum exterius, amiculum, stragulum, torale, apud Galenum, παρὰ τὸ ἐπιβάλλομαι τὸ σῶμα, authore Bud. in Comment. Ling. Græcæ. Quanquam aliud significare uideatur apud D. Matthæum cap. 9, Hoc autem genus uestimenti inter muliebria ponit Pollux lib. 7. cap. 13. Vbi Paludamentum uertit Gualtherus.

**Epicataphoram**] uocant cælestium periti supernam portam: quippe loca nũcupãt quædam pigra in cælo, deiectaq;, quia nulla cum horoscopo societate iungantur. Verba sunt Cælij Rhod. lib. 11. cap. 2.

**Epicauma**] atis (ἐπίκαυμα) oculi ulcus crustosum, sordidũ, & impurũ, humore fœdo iugiter effluẽte: ita dictum à quadam adustionis similitudine. Huius meminit Galen. lib. finit. medic.

**Epicedium**] ἐπικήδιον, Carmen quod in laudem defuncti ante cadauer sepultum cani solet, aliter Nænia uel Monodia dictum. Sipont.

**Epicephalium**] lij, n. g. Tributum in singula capita imperatum. Cic. ad Attic. lib. 5. epist. 16, Audiuimus nihil aliud, nisi imperata ἐπικεφάλια, soluere non posse. Idem Fam. lib. 3. epist. 8, exactionem capitum uocat: Principes, inquit, ciuitatum à me postularunt, ne in uenditionem tributorũ, & illam acerbissimam exactionem capitum atq; ostiorum, inducerentur sumptus minimè necessarij: Similis erat columnarij exactio, hoc est, tributi in singulas edium columnas imperati. Vide suo loco.

**Epicerides**] ἐπικερίδης, Vir Cyrenẽsis, qui ob singularẽ suã in populum Atheniẽsem liberalitatem, amplissimis uicissim ab illo honoribus est affectus. Vide Demosth. in orat. aduers. Leptin.

**Epicharis**] ἐπίχαρις, Mulier libertina fuit, quam in coniuratione Pisoniana, iussu Neronis per omnia fœda exempla cruciatam, non uerbera, non ignes, non torquentium ira peruincere potuit, ut se consciam fateretur. De hac Alexan. Genial. dier. lib. 1. cap. ult.

**Epicharmus**] ἐπίχαρμος, Siculus poeta Comicus & Philosophus, Pythagoræ auditor, scripsit de natura rerum & medicina commentarios. Epicharmi sententiam de morte refert Cic. lib. 1. Tusc. quæst. Emori nolo: sed me esse mortuum nihil existimo. Horat. 2. epist. 1. 12,

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi.

**Epicherema**] pen. prod. (ἐπιχείρημα) epicherematis, n. g. quid significet, docet Quint. lib. 5. capite 10, his uerbis, Epicherema Valgius aggressionem uocat: Celsus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem, quã aggredimur, id est, argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiam si nondum uerbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicheremá dici. Quidam epicherema rationẽ appellauerunt. Cic. melius ratiocinationem: quanquam & ille

nomen duxisse magis à syllogismo uidetur. nã & statiũ syllogisticum, ratiocinatiuũ appellat, exemplisq; utitur Philosophorum. Et quoniam est quædam inter syllogismum & epicherema uicinitas, potest uideri hoc nomine rectè abusus. Ibidem, cap. 14. 4.

Epichrista] ἐπίχρισμα, apud Galenum in eundem ferè usum accipiuntur quo circumlitiones, quas Dioscorides περίχρισμα καλλιβλέφαρα appellat, à circumliniendo, quod est expolire. Nam & in pictura circumlitionem uocat ipse, quum operibus iam perfectis, manus quædam salutatrix admouetur ultima, quæ illa ipsa properante lambenteq; penicillo circumlegat, atq; reuisitet. Hermolaus.

Epichysis] ἐπίχυσις, uasis genus est, teste Var. lib. 4. de Ling. Lat. è Græcia primũ aduectũ, nomen habens ἀπὸ τῆ ἐπιχύσεν, hoc est, ab infundendo. Vnde nõnulli etiã infundibulũ hoc nomine appellant. Huius fit mentio ab Athenæo.

Epicichlides] ἐπικιχλίδες, Genus carminis, quod in Homerum refertur authorẽ à quibusdam: sic dictũ, quoniã quum id pueris præcineret, turdis donabatur, quos Græcorũ quidam cichlas appellant. Ex Cel. Rhod. lib. 10. cap. 2.

Epicnemidij] ἐπικνημίδιοι, Græciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 7, quo loco de Græcia & Attica, Locris, inquit, deinde Epicnemidij cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephissus defertur in mare.

Epicœnum] ἐπίκοινον, Latinè promiscuũ dicitur. Sunt nomina apud Grãmaticos, in qbus obscurior discretio est alterorũ: sæpe genere utrũq; sexũ cõfundit usus: appellauitq; huiusmodi uoces, promiscui generis. Græci ἐπίκοινον uocãt: ut, passer, miluius, quæ sub masculino: aqla, mustela, quæ sub fœmimino utrũq; genus cõprehẽdunt. Quint. lib. 1. cap. 4. 18, Nec statim diligentẽ putabo q promiscua, quæ Epicœna dicũtur, ostẽderit: in quibus sexus uterq; per alterũ apparet.

Epicomia] ἐπικώμια, Laudationes dicebantur, quæ incomessationibus post uictoriam concinebantur. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 13.

Epicopanon] ἐπικοπανὸν, Mensa coquinaria Polluci est: quod uerbum extare in Menandri Messenia idem asseuerat: Quin & apud Iurisconsultum Florentinum. ff. de supellect. leg. id uerbum reperias notione quam præstruximus. Hæc Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 12.

Epicopi] ἐπικῶποι, Dicuntur remis appositi & gubernaculis, uelut epibatæ Atticis sunt, in nauibus depugnantes. Quanquam & qui aliena iter naui faciũt, sic dicãtur quoq; quos Hom. itẽ emporos uocat. Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 25.

Epicopus] pen. prod. Adiect. Qui est in procinctu nauigationis. Cic. ad Att. lib. 14. 314, Quinto nonas conscẽdens ab hortis Oluuianis in Phasilum epicopum, has dedi literas. Alij legunt Episcopium, Epicopum: remigabilem, ut ita dicã, id est, qui iam in eo erat, ut remis impelleretur.

Epicrisis] ἐπίκρισις, uerbũ est Medicorum scholis frequẽs. Dicitur autem eo nomine aura τῆς διακρίσεως, quum sensim quod malum est, educitur, reponiturq; itidem quod bonum. Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 18.

Epicrates] ἐπικράτης, Athenienſium princeps, teste Cicer. lib. 16. Fam.

Epicrates, pen. corr. Verti potest, Omnia tenens: quo nomine Cic. ad Att. lib. 2. epist. 3, Videtur Pompeium significare: siquidem eo tempore princeps erat in Republica Pompeius. Vide Cn. Pompeius, in Pompeij.

Epicrocum] Genus uestimenti, croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Author Festus.

Epicrotos] ἐπίκροτος, Terra dicitur pauita & cõplanata, ubi incubet testudo. Author Cæl. Antiq. lect. lib. 10. cap. 3.

Epictetos] ἐπίκτητος, Latinè Post quæsita, Aetoliæ pars. Bifariam enim diuisa erat: nam & Antiquam, & Epictetos dicebant. Antiquã ab Acheloo usq; ad Calydonis litus longè intra mediterranea pertinentem, planã & fructuosam, ubi Stratus est ac Trachiniũ, optimã tellurem habens. Epicteton, seu Post quæsitam, Locris affinem, usq; Naupactum & Eupalium, asperam sanè sterilemq; tenus Oetæ, Athamanibus, & deinceps montibus atq; gentibus, iam in arctos uergentibus. Ex Strab. lib. 10.

Epictetus] pen. prod. (ἐπίκτητος) Philosophus Stoicus, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidã Neronis familiari seruiuit, atq; ad Marci usq; Antonini tẽpora peruenit. Domitiano autem imperante, eius dominatu offensus, Roma Hierapolim migrauit: ratus uerum esse quod est tragicum, patriam esse cuiuscq; ubi quis rectè ageret. Tanta uerò apud omnes homines eius uitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernã fictilem tribus drachmarum milibus, ob eius authoritatem, uenusse tradat. Hic enchiridion scripsit, opus utile, quod Angelus Politianus nuper Latinum fecit.

Epicurius] ἐπικούριος, Apollo dictus est, Bassęq; (qui locus est in Cotylio monte prope Phigaliam in Arcadia) celebratus, ubi & templum extructum habebat, nato inde cognomine, quòd in pestilenti morbo tulisset opem. Ex Cæl. Rhod. lib. 19. cap. 1.

Epicurus] pen. prod. (ἐπίκουρος) Athenienſis annos natus quatuordecim, Philosophari cœpit in hortis, ut est author Demetrius Magnesius: summum bonũ non ut Aristippus in uoluptate corporis, sed in doloris uacuitate ponebat. Dialectică damnabat, quando Philosophia simplicibus ac propijs rerum uocabulis comprehendi posset. Deos & prouidentiam & officium in uita tollebat. Metrodorũ Lampsacenũ unicũ in uita comitẽ & familiarissimũ habuit. Auditor fuit Xenocratis. Author Diogenes Laert. Cic. 2. Offic. 159.

Epicuri de grege porcus. Horat. 1. epist. 4. 3.

Doctus Epicurus. Propert. lib. 3. eleg. 21. 6.

Oscitans Epicurus. Vide Oscito.

¶ Epicureus, pen. prod. Adiect. (ἐπικούρειος) Voluptarius. Cic. 1. de Nat. deor. 23. Idem 2. de Diuin. 58, Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Epicureis, subaudi hominibus. Sidonius in epithalamio Polemij, Ast Epicureos eliminat undiq; uirtus.

¶ Epicurius, pẽ. corr. Adiect. (ἐπικούριος) Author Priapeorũ, Vt credas Epicurios citari. Phaleucium est.

Epicus] pen. corr. Adiectiuum (ἐπικὸς) Cic. de Opt. gen. Orat. 142, Itaq; licet dicere & Ennium summum epicum poetam, si cui ita uidetur, & Pacuuium tragicum, & Cæcilium fortasse comicum.

Epicum poema. Cic. de Opt. gen. Orat. 141.

Epicus, Adiect. est ab Epos. Hinc Epicus uersus dicitur, qui & heroicus, & hexameter, & pythius, ac buculus, et ab Ennio longus. Author Diomedes. Vide etiam Cæl. lib. 17. cap. 20.

Epidamnus] ἐπίδαμνος, Ciuitas Siciliæ, ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes, ut ait Plin. lib. 3. cap. 23, Dyrrhachium dici maluerunt, propter inauspicatum nomen Epidamni: tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad hoc alluſit Plaut. in Menæchmis, quũ ait: Ne mihi damnum in Epidamno duas. tanquã nomen inditum sit Epidãno, quòd illuc nemo sine damno diuertatur. De hac Lucr. lib. 10, Ad campos Epidamne tuos. Apianus sic habet: Epidamnus rex urbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Huius ex filia nepos Dyrrhachus portũ urbi adiecit, quod Dyrrhachium appellatur. Hæc nunc Segesta dicitur, quam Aeneas condidisse fertur, præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominauit. Sed præposita est ei litera s,

Digitized by Google

tera s,ne obſcœno appellaretur nomine.

Epidaphne] ἐπιδάφνη, Vrbs inſignis Syriæ, ad Orontem fluuiũ, una earum quæ Tetrapolim efficiunt, alio nomine Antiochia appellata,ab Antiocho Seleuci,Nicanoris patre: Epidaphne uerò dicta, à Daphne uicino ſuburbano,quod lucũ habebat amœniſſimũ LXXX.ſtadiorũ,& phanum Apollinis cum Dianæ delubro.Iul.Capitol.Verùm poſtea quã in Syriam uenit,in deliciſs apud Antiochiam & Daphnem uixit.Ammian. apud Daphnem amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum.

Epidaurum] ſiue Epidaurus (ἐπίδαυρος) Achaiæ urbs ſupra Corinthum ſita.Plin.lib.4.cap.5, In Saronico Epidaurum oppidum,Aeſculapij delubro celebre. Vetuſtas ei dicauit anguẽ,quòd multa huic animali remedia inſint,ut ſcribit Plin.lib.29.cap.4, Atqui anguis Aeſculapius Epidauro Romã aduectus eſt.De quo Valerius in miraculis lib.1.ſcribit.Epidaurus hodie,uulgò Raguſia.Hoc etiam nomine dicta fuit inſula iuxta Dalmatiam, in Illyrico mari ſita,de qua Lucanus lib.2,

Illyris Ionias uergẽs Epidaurus in undas. Fuit aũt ſerpentũ ferax.unde ab Horatio ſerpentes Epidaurij dicũtur.

Domitrix Epidaurus equorum.Virg.3.Georg.9.

¶ Epidaurius, Adiectiuum (ἐπιδαύριος) ut, Rura Epidauria Stat.4.Theb.25.

Tellus Epidauria.Ouid.7.Metam.90.

Littora Epidauria.Ouid.15.Metam.129.

Epidemetici] de quibus titulus eſt apud Iuſtinianum,ſunt hoſpitiorum metatores in urbe: hoc eſt, qui in ualuis ianuarũ faciũt inſcriptiones,quibus ſignificatur quis in ea domo ſit hoſpitaturus. ἐπιδημέω idem ualet quod ad ciuitatẽ in rem præſentem uenio.Vulgus Forrerios uocat. Hæc Alciatus in tres poſteriores libros Codicis. Meminit & Cæl lib.7.cap.14.

Epidemia] Eſt acceſſus ad ciuitatem aliquam obſeruari plerunq; ſolitus.Hæc Bud.in Pand. Epidemiam uocant medici morbum populariter uagantem ſiue populariter ſparſum.

Epidermis] dis (ἐπιδερμὶς) Cuticula eſt exterior in corpore noſtro,alteriuſue animalis, è uera cute ueluti efflorescens,adeò tenuis,ut uel atterendo,uel ſcalpendo facilè poſſit lacerari. Nomen inde habet, quod ἐπὶ τῷ δέρματι,hoc eſt,ſuper uerum cutem ſita ſit.

Epidicon] ἐπίδικον,uocant Græci quod etiamnum ſub iudice uerſatur: hinc eleganter uiduæ ἐπίδικον dicimus, quæ incerta ſit ac dubia.Sic & puella nũcupatur ἐπίδικος,ubi ambigi contingit cui nubat potiſſimũ. Cæl. lib. Antiq.lect. 23.cap.16.

Epidictícon] pen.corr.(ἐπιδεικτικὸν) dicitur Demonſtratiuum.Cic.in Orat.24,Dulce igitur orationis genus,& ſolutum, & effluens ſententijs argutum,uerbis ſonans eſt in illo epidictico genere.

Epididymis] idis (ἐπιδίδυμις) Latinè ſupergeminalis:eſt pars quædam animalis gemini,hoc eſt, teſtis capiti ſuperimpoſita,id quod nomen ipſum præ ſe ferat,ex qua multæ fiſtulæ ſeroſo quodam humore plenæ ad teſtem permeãt. Author Galen.lib.1.de Semine.

Epidípnides] pen.corr.(ἐπιδαπνίδες) Hoc eſt,epulæ quæ in extrema cœna uel prandio adferuntur.Mart.lib.11.32,

Hinc ſeras epidipnidas parabit. Phaleucium eſt. Nominatiuus,ἐπιδαπνὶς.

Epidires] Oppidum,Berenice aliter dictum, & hoc cognomine ab alijs duobus oppidis,Berenice nimirum, et Berenice Panchryſo diſtinctum. de quo ſic Plin.luba, qui uidetur diligentiſſimè proſecutus hæc,omiſit in hoc tractu Berenicẽ alteram,quæ Panchryſos cognominata eſt: & tertiã, quæ

Epirides,inſignem loco.Eſt enim ſita in ceruice longè procurrẽte,ubi fauces rubri maris IIII.Mill. CCCCC.paſſ. ab Arabia diſtant.Hæc ille lib.5.cap.29.

Epidius] C. Authoris nomen apud Plin. in cuius commentarijs arbores aliquãdo locutas reperire eſt. Vide eum lib. 7.cap.25.

Epidius,ut refert Cæl.Vir quidam fuit, qui quum in Sarni fluenta eſſet præcipitatus,mox cum cornibus extitiſſe proditũ annalibus eſt, ac momento euanuiſſe: ſed & numinis uice cultum. Vide eum lib.Antiq.lect.3.cap.23.

Epidromides] pen.corr.(ἐπιδρομίδες) Plagarum funiculi diſcurrentes appellantur, quibus retia panduntur cõtracta,& contrahuntur expanſa.Author Pollux, qui epidromos tamen & peridromos uocat, ut & Plin. lib.19.cap.1. 5,Vidimus plagas tantæ tenuitatis,ut annulum hominis cũ epidromis tranſirent.Budæus.

Epidromos]pen.corr.(ἐπίδρομον) Velũ in naui quod retrorſum pãditur,authore Polluce.Cato cap.13. Vide Acatium.Sic interpretatur etiã Bayfius. Turnebus epidromũ intelligendũ putat funẽ quo lectus ſubtẽdatur,in quo ſeruus cubet:nam lecti ſubtenſi ſtratis opponuntur.

Epies] Maximus deorũ interpres apud Aegyptios.Huic deo attribuebãt accipitris caput, aliaq; permulta ſuperſtitioſa, ut meminit Zoroaſtres,& pluribus oſtendit Euſebius.

Epigamia] miæ (ἐπιγαμία) Connubium,affinitas cum alijs gentibus.

Epigaſtrion] ἐπιγάστριον, A rei anatomicæ peritis uocatur extima totius uẽtris pars,totũq; illud quod inteſtina tegit,ex cute,adipe muſculis octo,& peritoneo cõpactum: totum aliud ſpatiũ comprehẽdens, quod eſt à cartilagine mucronata,nothiſq; coſtis,uſq; ad ilia, atq; ad ipſum uſq; os pubis.Corn.Celſ.lib.4.cap.1,Abdomen appellat.

Epigenes] ἐπιγένης,Nomẽ Philoſophi Byzãtini.Item poetæ cuiuſdam comici,cuius fabulæ recenſentur à Suida.

Epigloſsis] huius epigloſſis,ſ.gen.ſiue Epiglottis,epiglottidis, pen. corr. (ἐπιγλωττὶς) Minor lingua à Plinio dicitur lib.11.cap.37.47,Tonſillæ(inquit)in homine, in ſue glandulæ.Quod inter eas uitæ nomine ultimò dependet palato, homini tantum eſt.Sub ea minor lingua epigloſſis appellata,nulli ouæ generantiũ. Opera eius gemina,duabus interpoſita fiſtulis.Interior earum,appellatur arteria,ad pulmonem atq; cor pertinens.Hanc operit in epulando:ne ſpiritus ac uoce illac meante,ſi potus cibúsue in alienum deerrauerit tramitem,torqueat. Altera exterior appellatur ſanè gula,qua cibus atq; potus deuoratur.Cæterum epiglottida uel gusliguam uocat,quæ eſt cartilago larynges ſeu trachiæ arteriæ meatũ operiens:ne dum cibus aſſumitur, per œſophagum quidquam in pulmones deerret. Vide Macrob.lib.7. Saturn.cap.15.

Epigoni] pen. corr. (ἐπίγονοι) dicti ſunt authores ſecundi belli Thebani, quaſi fœtus illorum qui primũ confecerant bellum. Græcè enim ἐπίγονοι, fœtus appellatur,& qui poſt gignitur.Inde Euripides tragicus tragœdiam hoc argumento compoſitã,Epigonon inſcripſit,quæ agi expoſcebat uoce magna ſcenicorũ et ſonorã.Ob hoc dixit Cic.lib.1.Offic. 159,Qui uoce freti ſunt,Epigonos,Medumq;:qui geſtu;Menalippã,Clytẽneſtrã.Epigoni etiã dicti ſunt ſucceſſores Macedonum ueteranorum, qui ſub Alexãdro Magno ex Aſiaticis fœminis ſobolem ſuſceperant, quæ ſoboles,ut hiſtorici memorant,nomẽ habuit Epigonorum, qui in caſtris nati,in armis educati,à pariula ætate periculis exercitati,laboribus durati,prorſus inuicti extiterunt.

Epigramma]epigrammatis,pen.corr.n.gen.(ἐπίγραμμα) Latinè dicitur inſcriptio, uel ſuperſcriptio. Cicer.pro Archia,



Digitized by Google

chia, Quod epigramma in eum feciſſet tantummodo alternis uerſibus longiuſculis. Idem ad Att. lib. 1. 11. 23. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus.

Pernobile epigramma Græcum. Cic. 6. Verr. 113.

Nobile epigramma. Quint. lib. 1. cap. 1. 14.

Epigranea] Fontis nomẽ in Bœotia, non procul à Dirce altero quoq; fonte, ut refert Plin. lib. 4. cap. 7. in deſcriptione Græciæ.

Epigraphe] pen. corr. (ἐπιγραφὴ) Titulus, inſcriptio: item cenſus, id eſt, dinumeratio ciuium, & luſtrum.

Epij] Populi ſunt qui Elidentes poſtea dicti ſunt, authore Tortelio.

Epilepſia] epilepſia, pen. corr. (ἐπιλεψία) ueluti quædam corporis totius conuulſio: unde nomen epilepſiæ à comprehenſis & illigatis ſenſibus affecto cerebro, aut eius neutriculis. Hermolaus. Vulgus uocat Morbum S. Ioannis, qui & Caducus appellatur.

¶ Epilepticus, pen. corr. (ἐπιληπτικὸς) Comitialis dicitur, authore Hermolao.

Epilimma] inquit Feſtus, Genus utiliſſimi unguenti.

Epilogiſmus] ἐπιλογισμὸς, Ratio eſt, quæ id quod ab intelligentia diuertit, in firmam certamq; notitiam adducit. Galen. libro Finit. medic.

Epilogus] pen. corr. (ἐπίλογος) Concluſio, Peroratio, & nouiſſima pars orationis. Cic. 4. de Fin. 38, Patronúsne cauſe in epilogo pro reo dicens, negaret eſſe malum exilium, publicationem bonorum, &c.

Concluſiones apud Græcos ἐπίλογοι nominantur. Author ad Heren. lib. 3. 85.

Epilogus, Peroratio dicitur. Cic. de clar. Orat. 65.

Leniores epilogi. Quint. lib. 6. cap. 1. 37.

In epilogo miſericordiam mouet Orat. Cic. 2. de Orat. 154.

Epimachus] ἐπίμαχος, penultima correpta. Nomen uiri proprium.

Epimaranitæ] Populi in Arabia, flumini Canis propinqui, authore Plin. lib. 6. cap. 28.

Epimedes] Vnus ex Idæis dactylis, qui ijdem & Curetes erant, quos quinq; commemorat Cel. Herculem uidelicet, Peonetum, Epimedem, Iaſium, & Idam. Vide lib. Antiq. lect. 13. cap. 17.

Epimedion] ἐπιμήδιον, Caulis eſt non magnus, hederæ foliis denis duodenisue, neq; florem, neq; fructum ferens, radice tenui, nigra, grani odore. Romani Vindictam appellãt. Dioſcorid. lib. 4. cap. 19.

Epimelas] Gemma candida eſt, nigricante ſuperne colore. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Epimelis] ἐπιμηλὶς, Meſpili genus eſt, mali magnitudine, folio tantùm minore, pomum ferens rotundum, eſculentũq;, fundo in latitudinem reſimo, aſtringentis naturæ, & tardè matureſcentis. Galen. πίνοπλον uocari teſtatur, à tribus granis ſiue oßibus quæ in ſe continet.

Epimelitę] ἐπιμεληταὶ, Curatores. Vlp. l. 46. §. 1. ff. de adminiſt. tut. Sempronij bona Reſpub. iuſſu Præſidis poſſedit, quorum bonorum Magiſtratus Reip. tres curatores conſtituerunt, qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ uocantur.

Epimenides] ἐπιμενίδης, Cretenſis tempore Pythagoræ, ut Apuleius ſcribit 2. Floridorum, miſſus à patre Agiſarcho in agrum ad cuſtodiendum pecus, in quodam antro obdormiuit annos LXXV. Tandem à ſomno excitatus, quum uideret omnia mutata, domũ reuerſus à fratre omnia didicit. Quãobrem pro deo eſt habitus. Idem Athenienſibus peſtilentia laborantibus dixit ciuitatem purgari expiariq; oportere. Itaq; quum rogatus eò uenisſet, iußit oues albas atq; nigras apud Areopagum immolari. Reuertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit. Meminit huius Plato in 1, & 3. de Leg. Suid. item, de ipſius ſomno mentionem facit, in deq; manaſſe prouerbium.

Epimenidium] ἐπιμηνίδιον, bulbi genus eſt, cuius meminit Plinius libro 19. capite 5. 25, ubi de bulbis inter alia hæc refert, Duo genera medica: maſculus albis foliis, femina nigris: & tertium genus eſt cibis gratum: Epimenidium uocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero. Iuuen. Satyr. 7. 13. de cauſidicis,

Quod uocis precium? ſiccus petaſunculus, & nec
Petamydum, aut ueteres Aphrorum epimenidia bulbi.

Contraxit uocabulum excluſa litera, propter metrum.

Epimetatica] Dicebantur inſcriptiones foribus impingi ſolitæ, quibus innoteſcebat cui nam deſtinata foret domus, ſeu foret miles, ſeu hoſpes quoq;. Metata enim partes ſunt domus, militibus (ut aſſolet) in urbe, uel alibi, gratia hoſpitij aßignatæ à menſoribus. Author Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 20.

Epimetheus] quadriſyllabum, penult. prod. (ἐπιμηθεὺς) quia per η ſcribitur, filius Lapeti, & frater Promethei, pater Pyrrhæ.

Epimone] pen. corr. propter ο micron (ἐπιμονὴ) Latinè dicitur perſeueramia: figura quando ad maiorem certitudinem in eadem dictione perſeueratur: ut Virg.

— ſic ſic iuuat ire ſub umbras. Hæc etiam Epizeuxis uocatur.

Epimythium] ἐπιμύθιον, Eſt quod fabulæ additur: ut quã apologi rationem & ſententiam authores mythologici attexerunt: ut ſunt apud Æſopum appendices fabularum, quaſi affabulationes. Budæus.

Epina] ἔπινα, Vna eſt ex octo ciuitatibus Piſanæ regionis, iuxta Olympiam, & per quam Parthenias excurrit amnis, ubi ad Phyræam deſcenderis. Hæc Strab. lib. 8.

Epinicium] epicinij (ἐπινίκιον) Celebritas pro parta uictoria. Epinicia celebrantur apud nos quum ſupplicationes decernuntur, obſecrationesq; ſolennes: & quum canticum palmarium & laureatum ob partam uictoriam canitur. Budæus.

Epinicia, Lucianus pro epulo poſuit uictoriæ cauſa dato. Sueetonius in Nerone, capite 43, Affirmauit ſe lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oporteret. Budæus.

Epinyctis] epinyctidis, pen. corr. f. g. (ἐπινυκτὶς) Puſtula eſt modicè humeſcens, & plena ſanguinis, ut ait Pollux, in tibijs & pedibus ferè, noctu maximè infeſtans, à quo nomen. Hermolaus. Plin. lib. 20. cap. 6. 1, Illitis foliis ſanantur & ambuſta & epinyctides: ita uocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epinyctis, Commentarius eſt rerum nocturnarum, quod nocturnum dici poteſt ut diurnum. Budæus.

Epiodium] ſiue Epicœdium (ἐπῳδεῖον) Canticum, quod dicitur cadauere nondum ſepulto.

Epipactis] ἐπιπακτὶς, Herba ab alijs Elleborine dicta, exiguis foliis, iecinoris uitijs utilis, & contra uenena pota. Hæc Dioſc. lib. 4. cap. 104. De hac etiam Plinius libro 13. capite 20.

Epipetros] ἐπίπετρος, Herba eſt, Acinus aliter dicta, quæ nunquam floret, & ſponte prouenit, authore Plin. libro 21. cap. 15.

Epiphanenſes] ἐπιφανεῖς, Populi Aſiæ in Cele Syriæ regione, de quibus Plin. lib. 5. cap. 23.

Epiphanes] ἐπιφανὴς, cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit, quæ etiam à cognomine eius Epiphania appellata eſt. Dictus Epiphanes, quaſi illuſtris, à rerum geſtarum claritate.

Epiphania]

**Epiphania**] Oppidum. Plin.lib.5.cap.24,in deſcriptione Euphratis, Oppida alluuntur Epiphania & Antiochia, quæ ad Euphratem uocantur.

**Epiphania**] pen.prod.propter ei diphthongũ (ἐπιφάνεια) Latinè dicitur apparitio ſeu manifeſtatio. Inde apud Chriſtianos natalitia feſta, epiphania dici conſueuerunt,quòd in his (ut ait Gregorius Nazianzenus) Deus homo apparuerit.

**Epiphonema**] penult. prod. epiphonematis, neut. gener. (ἐπιφώνημα) Genus ſententiæ, Fabius acclamationem appellat. ea eſt rei narratæ uel probatæ ſumma acclamatio. Narratæ,ut apud Virgilium,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Probatæ,apud M.Tullium pro Ligario,6,Quorum igitur impunitas,Cæſar,tuæ clementiæ laus eſt, eorum te ipſorũ ad crudelitatem acuet oratio? Neq; tamen quoduis epiphonema continuo ſententia eſt, etiam ſi plerunq; eſt: uerùm quicquid in clauſula argutè additum ferit aurem, epiphonema dici poteſt:quod genus proprium eſt epigrammatis. Vnde apud Martialem ſæpenumero carmen epiphonemate claudit.Hæc Eraſmus.Martialis,

Das nihil,& dicis Candide πανταφίλων.

**Epiphora**] epiphoræ,pen. corr. (ἐπιφορὰ) oculorum,quẽ uulgò lachrymam uocant, quum deſcendit humoris cuiuſdam mordacis oculos malè angit.Plin.lib.20.cap.2.3, Caro peponum,epiphoris oculorũ aut doloribus imponitur. Cic.Tironi,lib 16.23.1, Veruntamẽ Balbus ad me ſcripſit tanta ſe epiphora oppreſſum, ut loqui non poſſit.Plin.lib. 20.cap.5.9,Epiphora dicitur & de aliis membris,ἀπὸ τῆς ἐπιφορᾶς,hoc eſt,ab inferendo dicta. Idem lib 20.cap 13. 15, Teſtium uerò epiphoris cum ramis laureæ teneris, &c. Eſt igitur epiphora,non peculiaris morbi oculorum nomẽ, ſed omnium humorum,ad quaſcunq; corporis partes impetuoſior impreſſio,& influxus:& propterea loci ad quos eiuſmodi fluxiones impreſſionem faciunt, aliquando adjici ſolent.

**Epiphoremata**] ἐπιφορήματα, Dicuntur omnia quæ menſis ſecundis inferri erant ſolita. Antiquitus ſiquidem priuſquam ingrederentur conuiuæ, ſua unicuiq; apponebatur portio ſuper menſam:poſterius uerò multa inferebantur uariaq;:unde & epiphoremata dici cœpta. Hinc Phil Illus, Amygdala, caridia epiphoremata. Hæc Cæl. Rhod.libro 27.cap.17.

**Epiphyllides**] ἐπιφυλλίδες, Botriunculi ſunt maioribus incumbentes,qui & Botrydia nuncupantur. Calliſtratus tamen ab alijs ſequeſtratos intelligere maluit. Appellantur autem ſic,quia foliis obtegantur. Hinc facetißimè loquaces inceſſens poetas Ariſtophanes, ἐπιφυλλίδες inquit,ſunt,ac φωνίλλματα.Alij quæ adnaſcuntur palmitum cacuminibus in ſuperna foliorum parte,hoc nomine accipiunt. Vide Cæl. Rhod.lib.7.cap.6.

**Epiphyſis**] ἐπίφυσις,Hoc eſt,adnata appendix,Galeno dicitur, ubi os cum oſſe ad unionem coit, differtq; ab apophyſi, quæ eſt totius oſſis pars. Vide eum lib. De oſſib.

**Epiploocele**] pen.prod.(ἐπιπλοοκήλη)Eſt interaneorum, ſiue omenti,quod Græci epiploon uocant,deſcenſus: noſtri cõmuni nomine Herniã appellarunt. Vide Enterocela.

**Epiploomphalon**] ἐπιπλόμφαλον, Omenti eſt in umbilicum decurſus,ut uidere eſt apud Galen. lib.Fnit.medic.

**Epipolæ**] ἐπιπολαὶ,Præruptus eſt locus Syracuſas contingens,cuius meminit hiſtoria ſexta Thucydides, & Stephanus non omiſit, nec T. Liuius lib. 5. Punici bel. 2. Vide de hoc plura apud Cæl.Rhod.lib.14.cap.6.

**Epirhedium**] ἐπιῤῥέδιον, Vehiculi genus. Quint. Quum ſit ἐπὶ præpoſitio Græca, rheda Gallicum: nec Græcus tamen,nec Gallus utitur compoſito: Romani ſuum ex utroq; fecerunt.Iuuen.Satyr.8.7,

Tritoq; trahunt epirhedia collo Segnipedes. Vide Quint.lib.1.cap.10.

**Epiropia**] Inſula eſt contra Hermionium agrum, non longè ab Argolico ſinu in Aſia, cuius meminit Plinius libro 4.cap.12.

**Epirus**] penultima producta (ἤπειρος) Regio quæ Moloſſia dicta eſt:& à Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc uerò Albania uocatur.Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia, ab Oriente Achaia, ab Occidente Ionio mari. Cicero Attic.libro 3. 41. 1, Vt quum ex Italia profecti eſſemus, ſiue per Epirum iter eſſet faciendum, tuo tuorum.q; præſidio uteremur.

Herbida Epirus.Ouid.8.Metam.57.

¶ **Epirota**, huius Epirotæ, penultima producta,quia per ω ſcribitur (ἠπειρώτης) Liu.5.Decad.lib.2, Marcius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quũ aſcenderent,conſilio Epirotarum habito cum magno omnium aſcenſu auditi ſunt. Idem lib. 5, Vt liberi Epirotæ,ſicut Macedones eſſent.

¶ **Epiroticus**,pen.corr. Adiect. (ἠπειρωτικὸς) Cic.Att.lib.12. 260. 6, Niſi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello.

**Epirotici boues**, qui in Epiro inueniuntur, uel qui ex Epiro ſunt. Varro 2.de re Ruſt.cap.5.8.Plin.lib.4.cap.10, Epiroticam gentem dixit in ſolis occaſum recedere.

**Epirotica mala** dicuntur (inquit Siponti nus) orbiculata, à figura orbis rotunditatem circumacti.

**Epis**] Plin.lib.6. cap. 29.in deſcriptione ſinus maris rubri, &c. Fuit quondam & Epis, oppidum contra Meroen, antequam Bion ſcriberet,deletum. Vide Plura apud eundẽ.

**Epiſcenium**] ἐπισκήνιον, Pars ſcenæ ſuperior. Vit. uuus de ſcena ; Præterea ,inquit, ſupra eam epiſcenium , in quo tholi,pronai, ſemifaſtigia,omniſq; tecti uarius picturis fuerat ornatus.Hæc ille.

**Epiſchidion**] ἐπισχίδιον, apud Vitruuium accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam σχίζειν, Græcis eſt, findere.

**Epiſciroſis**] ἐπισκίρωσις, Quoddam ſacrificandi genus, cuius meminit Strab.lib.9.

**Epiſcopus**] epiſcopi,pen.corr (ἐπίσκοπος,ἐφορος)Latinè ſuperintendens, cuſtos ſpeculator dicitur. Epiſcopus,inquit Siponti nus, non ſignificat Pontificem, ut nunc uulgò exiſtimatur, ſed ut Arcadius. ff.de muner. & honor. ſcribit,ſi propriè dicuntur epiſcopi, qui præſunt pani & cæteris uænalibus rebus,quæ ciuitatum populis ob quotidianum uictum neceſſaria ſunt.

**Epiſcopus** oræ Campaniæ fuit Cicer.ipſo teſte,in 7.libro Epiſt. ad Atticum.

¶ **Epiſcopius**, Adiect. (ἐπισκόπος) Id eſt, exploratorius:ut, Nauis epiſcopia.Cic.ad Att.lib.14.3 14.1.

¶ **Epiſcopium** (ἐπισκοπεῖον) Epiſcopi habitatio dicitur, ſicut Prætorium appellatur,ubi Prætor ius reddit. Calep.

**Epiſcopos**] Diana dicta, cuius templum legimus fuiſſe in Elibe, quod Ariſtarchium diceretur. Id quum expilaſſet Sambicus, cruciabiliter per annum in quæſtionibus habitus interijt: nata inde paræmia, Sambico grauiora pati. Ex Cæl Rhod.lib.18.cap.3.

**Epiſcynium**] ἐπισκύνιον, Latinè ſupercilium Hoc uerbo uſus eſt Septimius Florens,quum ait, Cenſoris intentio epiſcynio diſperſo. Monuit Turnebus.

**Epiſibrium**] Oppidum in Europa, inter Bætim fluuium



Digitized by Google

& oram Oceani in mediterraneo ſitum, de quo Plin.lib.3. capite 1.

Epiſitij] ἐπισίτιοι, Parаſiti quibuſdam dicuntur,nimirum, quia cibi modo gratia ſubſeruiunt,laborandi nè:nam & epiſitia uocamus,quæ in alimoniã dantur.Ex Cæl.lib.12.cap.1.

Epiſpaſtica] ἐπισπαστικαὶ, Medicamenta, quæ pertinent ad ulcus purgandum,puſq; extrahendum:dicta à uerbo Græco ἐπισπάω,quod idem eſt,quod Attrabo.

Epiſtalma] atis (ἐπίσταλμα) Id eſt, commiſſio principis per mandati ſubſcriptionem facta. Alciat. in l. pactum. C. de pact.

Epiſtates] penult.correp.(ἐπιστάτης)dicitur procurator ac præpoſitus rei faciendæ.

Epiſtata villica,quæ præeſt villæ & familiæ ruſticariæ. Cato capite 58.

Epiſtathmi] ἐπίσταθμοι, Appellantur ij qui ſuperſunt in comitatu principis, aut legati ducisue exercitus: & Epiſtathmia hoc munus appellatur. Hodie Mareſchalli hoſpitiorum, lingua noſtra uocitantur: qui eorum miniſterio utuntur, quos deſignatores manſionarios Latinè appellare poſſumus,& cretarios deſignatores, à creta qua utuntur. Cic.ad Atticum, in grandi illa epiſtola libri decimitertij, in fine,Hoſpitium ſiue epiſthathmiam odioſum mihi duxi,nõ moleſtam. Bud.in Annot.

Epiſtola] huius epiſtolæ,pen.corr.(ἐπιστολή) Græcũ uocabulum eſt,ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν,quod eſt Mittere,quia ad abſentes mittitur.Cic.Q.fratri, lib. 1.1.56, Illud quod eſt epiſtolæ proprium,ut is ad quem ſcribitur,de his rebus quas ignorat,certior fiat, prætermittendum eſſe non puto.

Ab epiſtolis. Vide A uel A B præpoſitiones.

Epiſtola ad aliquem. Cic. 2. Offic. 68,Extant epiſtolæ & Philippi ad Alexandrum,&c.

Anxia præcipiti uenisſet epiſtola penna. Iuuen.Satyr. 4.15.

Crudelis epiſtola. Ouid. epiſt.21.44.

Dives epiſtola. Ouid.epiſt.16.13. Vide Dives.

Inſignes amoris notis epiſtolæ. Vide Inſignis.

Intempeſtiua epiſtola. Vide Intempeſtiuus.

Interior epiſtola. Vide Intra.

Licentior epiſtola. Vide Licet.

Longior epiſtola. Ouid.19.epiſt.48.

Loquax epiſtola. Vide Loquor.

Minuſcula epiſtola. Vide Minor.

Ponderoſa epiſtola.Cic.Att.lib.2.26.2.

Puſilla epiſtola.Cic.Att.lib.6.112.2.

Secretæ,& familiares epiſtolæ. Quint.lib.1.cap.1.22.

Subtiles epiſtolæ.Cic.Att.lib.5.101.3.

Verboſa & grandis epiſtola. Iuuen.Satyr.10.8.

Mandato aliquo claudere epiſtolam.Ouid.epiſt.13.32.

Complicare epiſtolam. Vide Complico.

Concerpere epiſtolam. Vide Concerpo.

Concludere epiſtolam Vide Concludo.

Continet epiſtola. Vide Contineo.

Longiorem epiſtolam facere.Cic.Att.lib.6.116.6.

Impingere epiſtolam alicui. Vide Impingo.

Inſcripta epiſtola alicui. Vide Inſcribo.

Epiſtola narrat. Vide Narro.

Ei nunc epiſtolæ literis his reſpondebo.Cic.Att.lib.1.15.1.

Epiſtolas quotidianis uerbis texere ſolemus.Cic.Pæt.li.9.21.3.

Tradit epiſtolam tabellarius alicui.Cic.2.Philip.84.

Tradere ſermonem epiſtolis in poſteros. Quint.lib.1.cap.1.5.

¶ Epiſtolium,epiſtolij,Diminut. (ἐπιστόλιον)ut,Conſcriptum lachrymis epiſtolium. Catul.ad Mallium,63.1.

¶ Epiſtolaris,pen.prod.Adiect. (ἐπιστολικὸς) ut, Epiſtolaris charta. Mart.lib.14.11.

Epiſtomiſum] epiſtomij (ἐπιστόμιον) Aeramentũ,quo ora ſalientium obturantur & laxãtur quum opus eſt,dum manu ducitur uertibulũ illud pertuſum, quod admittit uel arcet aquã,prout hoc aut illo modo uerſatur. Epiſtomiũ enim Græcum eſt,quaſi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum ad quotidianum uſum uinam in hypogeis utimur,Fontem appellantes. Vitruuius lib. 10. de hydraulicis organis loquens,Singulis autem canalibus ſingula epiſtomia incluſa ſunt, manubrijs ferreis collocata, quæ manibus contorquentur,ex arca patefaciunt nares in canales. Idem, Motione uerò uectium uehementiore ſpiritus uehemens compreſſus epiſtomiorum aperturis influit,& replet anima canales.Epiſtomium accepit pro eo obturaculo, quod in muſicis organis ſpiritum continet & laxat ut opus eſt. Seneca ad Lucilium, Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint, & adhuc plebeias fiſtulas eloquor.Varro lib.3.de re Ruſt. 5.14,Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo mentã,quam dixi in primis radijs eſſe, epiſtomijs uerſis ad unumquenq; actum,ſic ut influat in conuiuium. Aliqua exemplaria habent,epitomijs uerſis ad unumquenq; factum,ſic ut fluat in conuiuam.

Epiſtrophe] ἐπιστροφὴ,Rufiniano figura eſt λέξεως,quum eadem in uerba plures deſinunt ſententiæ.

Epiſtropheus] ἐπιστροφεύς,A rei anatomicæ peritis dicitur prima ex ſeptem colli uertebris,omnium ut latiſſima ita & tenuiſſima,duplicem habens concauitatem,capitis conuexitatem,ſiue proceſſus recipientem, cuius articulationis beneficio,caput ad latera circumagitur. A quo uſu uertebra hæc epiſtropheus appellatur,à uerbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera ſignificat Conuerto,circumago.Cæl.Rhodig.lib.4.cap.2.

Epiſtrophus] ἐπίστροφος, Nobilis fuit Phocenſis, Iphitii Naubolidæ filius,qui unà cum fratre Schedio Phocenſibus præfuit in bello Troiano. Author Homer.in Catal.nauium.

Epiſtylium] ἐπιστύλιον, Columnella quædã, quæ ſuper aliam columnam maiorem collocatur in ædificijs: uel, ut alij uolunt,capitellum dicitur. Varro 3. de re Ruſt.cap.5.9,In limine,in lateribus dextra & ſiniſtra porticus ſunt primoribus columnis lapideis intermedijs arbuſculis humilibus ordinatæ,quum à ſumma marcerie ad epiſtylium tecta porticus ſit rete canabina,& ab epiſtylio ad ſtylobaten,hæ ſunt auibus omne genus oppletæ.De epiſtylijs apud Vitruuium multa.

Epiſynalœphe] phes (ἐπισυναλοιφὴ) Figura eſt dictionis, eadem cum ſynæreſi, qua duæ ſyllabæ iiſdem literis remanentibus,in unam conglutinantur: ut Aeripedem ceruam, apud Virgilium,pro Aeripedem.Huic opponitur Diæreſis, qua una ſyllaba in duas reſoluitur,ut Syluæ triſyllabum apud Horatium,pro diſſyllabo Syluæ.Inter Epiſynalœphen, & Synalœphen hoc intereſt, quod Synalœphe propriè fiat in diuerſis dictionibus,prima ſequentis dictionis uocali ultimam præcedentis,abſumente, ut Carthag' Italiam.Epiſynalœphe uerò,nonniſi in eadem fit dictione,nulla litera pereunte,ſed duabus tantùm in unam coaleſcentibus.

Epitalium] ἐπιτάλιον, Maſticiæ locus uocatur, quem Alphei uadum,Homerus in Catalogo nauium appellauit.Vide Strab. lib.8.

Epitaphium] ἐπιτάφιος, Propriè dicitur inſcriptio quæ fit ſupra ſepulchrum in laudem defuncti.Virg.

Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen,
Daphnis ego,in ſyluis,hinc uſq; ad ſydera notus. Cic. 1.Tuſc.51,

Quid uerò in epitaphio,quomodo idem?

Epitaſis] pen.corr.(ἐπίτασις)in Comœdia uehementiſſimus actus,

actum, qui catastrophen præcedit, in quo omnia quasi feruent & æstuant inter spem & metum. Apud grammaticos etiam pro exaggeratione sumitur.

Epiterpum] ἐπίτερπον. Oppidulum est prope Rauennam: quod quum minus à paludibus uexetur, modicis sursum nauigationibus mari iungitur. Author Strab. lib. 5.

Epithalamium] ἐπιθαλάμιον, dicitur sacer hymnus, qui in nuptijs canitur, quasi iuxta thalamum.

Epithemata] ἐπιθέματα, Medicamenta sunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut linteo illita: ita dicta à uerbo Græco ἐπιτιθέναι, quod est imponere.

Epithesis] ἐπίθεσις, Præter uulgatas illas apud Græcos significationes, quibus pro impositione siue aggressione sumitur, apud Iurisconsultos etiam usurpatur pro inscriptione quadam apposititia, in contumeliam fraudemue alicuius facta. Vlp. l. lex Cornelia ff. de iniur. & famos. libel. Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin, aliudue quid, siue scripturam in aliorum notam produxerit.

Epitheton] pen. cor. (ἐπίθετον) Est appositio dictionis cum proprio nomine. Differt autem epitheton ab antonomasia: quòd antonomasia uicem proprij nominis sustinet: epitheton nunquam est sine proprio nomine: ut, Dira Celæno, & Dia Camilla. Fit etiam tribus modis: ab animo, à corpore, ex trimsecus. His duobus tropis uel uituperamus, uel ostendimus, uel laudamus. Donatus.

Epitheton exiguis aptum proprium efficit. Quintilian. libro 8. capite 3.

Epithymia] ιæ (ἐπιθυμία) Latinè dicitur concupiscētia, desiderium: à uerbo ἐπιθυμέω, quod est concupisco.

Epithymodipni] ἐπιθυμοδείπνοι, Græcis uocantur, qui rerum multarum curis districti, nihilominus cœnæ cupiditate uocatoribus non negant, etiam si ad præscriptum adesse queant minus. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 27. cap. 24.

Epithymon] pen. cor. (ἐπίθυμον) hoc est thymi cuscuta. Cuscuta enim si ramos thymi apprehenderit, sese ita circunligat, ut etiam ab ipsa eadem radice thymi nutrimentum accipiat, & floreat quemadmodum thymus. quod idem in saluia & satureia efficit. Plin. lib. 26. cap. 8. 12. Epithymon qui est flos è thymo satureiæ simili.

Epitimia] ιæ (ἐπιτιμία) Modest. in l. scire. ff. de tut. & curat. Sed & si quis à parentibus prohibitus fuerit tutor esse: nec is creari hunc oportet. Et si creatus sit, nec recusauerit: prohiberi eum esse tutorem, manente epitimia. Alciatus lib. 2. Paterg. cap. 29, Accipitur ἐπιτιμία inter cætera pro μὴ ἀτιμία: μὴ non, ἀτιμία ignominia, infamia, dedecus. Voluit igitur filium quidem submoueri, sed tamen non ideo notari infamia aliqua, uel dedecore, quo suspecti remotiq; tutores afficiuntur. Non enim talis fuit mens parētum, ut filio suo uellent ullam notam inurere. Remouebitur igitur manente epitimia, id est, illabefacta nominis bonorisq; sui fama. Cæl. lib. 30. cap. 18, legit manente epitimio, id est, mandato patris mordaci iurgatorioq;. Epitimion enim Græci quandoq; pro obiurgatione capiunt.

Epitogium] ἐπιτόγιον, Genus pallij quod super togam ferebatur. Sipont. Quint. lib. 1. cap. 5. 43.

Epitome] epitomes, pen. cor. f. g. & Epitoma, epitomæ (ἐπιτομή) Breuiarum Latinè dicitur, & compendium, siue opus concisum. Nec unquam dicitur neutro genere, Epitomata Flori: nisi ab indoctis, teste Budæo. Cic. Att. lib. 12. 235. 4, Conturbor enim epitome Bruti Fanniana. in Bruti epitoma Fannianorum scripsi, quod erat in extremo. Idem Att. lib. 13, Epitomen Bruti Cælianorum uelim mihi mittas.

Epitonia] ἐπιτονία, ab ἐπιτείνεσθαι, id est, intendi. Sunt instrumenta quibus funes intĕduntur: Qualia plerisq; in Germaniæ locis cernuntur, rota instructa, & puteis applumbata eo ordine, ut terni, & quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire possint, funiculo per rotam demisso. Vlp. l. 18. §. 5. ff. de act. empt. Castella plumbea, putea, opercula puteorū, epitonia fistilis applumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sunt affixa, edium esse constat.

Epitoxis] huius epitoxidos, fem. gen. Nux balli, æ. Vitruu. lib. 10. cap. 15. & 17.

Epitragi] ἐπιτράγοι, Vermes uitibus infesti, ita dicti, quòd hircorum more uitium frondes prærodant.

Epitragia] Venus culta & celebrata fuit, teste Plutarcho in Paralellis, hac ratione. Nam quū respondisset Apollo Delphicus Theseo, nauigationis in Cretam ducem sibi seligeret Venerem, ac is ad mare capram deæ immolaret, è uestigio in marē ea est deformata. Meminit Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 18.

Epitrapezia] ἐπιτραπέζια, Dicūtur generaliter mēsis apta, quæ sunt uascula, & potoria, & escaria.

Epitritus] pen. cor. (ἐπίτριτος) pes ex quatuor syllabis constans, quòd supra tres syllabas longas breuem unam habeat. Eius quatuor genera sunt. Primus epitritus est, qui primam syllabam breuem habet, cæteras longas: secundus, qui secundam: tertius, qui tertiam: quartus, qui quartam. Sipont.

Epitritus, etiam Propertio dicitur, continens aliquem numerū, & eius partem tertiam, ut quatuor epitriti proportionem habent ad tria, duodecim ad nouem: quadraginta ad triginta. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. ult.

Epitrochasmus] ἐπιτροχασμός, Figura est sentētiarum, teste Aquila, qua plura inter se distantia uelociter percurrimus, eo consilio ut aduersarium perturbemus: à uerbo ἐπιτροχάζω, quod est uelociter percurro.

Epitrope] pes (ἐπιτροπή) Schema est διανοίας, teste Rutilio, quum rei alieni uehementer confidētes, iudici permittimus, ut quemadmodum illi uisum fuerit constituat, eiq; nos parituros pollicemur. Rufinianus epitropē esse ait, quum alicui figuratè permittimus, ut faciat quod uelit, quum tamen id minimè sentiamus, profertq; exemplum ex 4. Aen.

I, sequere Italiam uentis, pete regna per umbras. Ibi enim Dido quamuis liberū Aeneæ profectionis arbitriū permittere uideatur, re tamen ipsa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens. Latinè concessionē uocare possumus.

Epitus] ἐπιτος, Mōs in sinu Thermaico, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Epitus, Poeta, qui primus Latinorū heroica attigit, adeò uictu tenui fuisse fertur, ut in Auentino domuncula, & unius ancillæ ministerio contentus fuerit. Author. Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 10.

Epitydes] Patronymicum, id est, Epity filius, nomine Periphas, de quo Homerus lib. Iliad. ρ. Virgilius,

Custodem ad sese comitemq; impubis Iuli
Epitydem uocat, &c.

Epityrum] epityri (ἐπίτυρον) Vocabulum est cibi (inquit Varr. lib. 3. de Lingua Latina) quo frequentius Sicilia quàm Italia usa est, ab ἐπὶ, καὶ τυρὸς, caseus. Verùm huic etymologiæ reclamat authoritas Catonis, capit. 119. quin & Colum. lib. 12. cap. 47. Videtur enim appellari epityrum à confracta oliua, quæ Græcè dicitur μίδυρις. Plaut. Milit. 3. 24,

— beto, & ego me ibi mancupi dabo,
Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane.

Modum conficiendi epityri docet Cato, cap. 11. 9. Col. quo. lib. 12. cap. 47. 8.

Epium] Arcadiæ oppidum numerãtur à Plinio lib.4.cap.6.

Epixenum] ἐπίξενον, Stipes est, super quem carnes concidere consueuerunt coqui: unde exit Aristophanium illud, ὑπὲρ ἐπιξένα θιλέοω τλὼ κεφαλλὼ ἰχωρ λέγειν. Quo significatur, Si uera nõ dixero, abscindatur caput mihi. Hæc Cælius Rhod. lib.18.cap.5.

Epizelus] Athenienſis, qui (ut tradit Herodot.) in pugna Marathonia dum præliabatur, uisum monstrum, quod ante se conspiciebat, occidere nisus, luminibus captus perpetuò mansit. Vide Alexand. ab Alexand. libro primo, capite 20.

Epizephyrij] ἐπιζεφύριοι, Populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est, à Locris, qui Crissæum incolunt sinum, originem trahentes. Dicti Epizephyrij, quòd supra Zephyrum promontorium habitarent. Vide Strab. lib.6.

Epizeuxis] ἐπιζευξις, Combinatio, figura, quum dictio in uersu absque medio aliarum combinatur. Virg.9.Aeneid.

Me me adsum qui feci. Et apud Terentium in Andria,

O Mysis, Mysis.

Epizygis] Foramen in quod nux balistæ inseritur. Vitruuius lib.10.cap.15.& 17.

Epobelia] ἐπωβελία, Verbum est satis frequens apud Oratores, ex hoc dictum, quòd in quamlibet drachmam calumniæ reus obolo mulctaretur, quum seni essent oboli in drachma. Erat autem mulcta, quam dependebãt actores, qui peraperam aliquem in iudicium uocassent, aut essent calumniati. Vide Bud. lib. de Asse.

Epodes] Pisces sunt, de quibus meminit Ouid. in lib. de Ponto, ut testis est Plin. lib.32.cap.ult.

Epodus] epodi, penult. prod. (ἐπωδὸς) Genus carminis, quum singulis uersibus singulæ clausulæ subijciuntur, & quasi accinuntur: cuiusmodi sunt apud Horat. Quint. lib. 10.cap.1. Iambus non sanè à Romanis celebratus est, ut proprium opus à quibusdam interpositus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quanquam illi epodos interuenire non reperiatur.

Epolonos] dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum autem est his nomen, quòd epulas incidendi Ioui, cæteris q; dijs potestatem haberent. Author Festus.

Epomeus] ἐπώμευς, Collis in medio Pithecusæ insulæ situs, qui per quosdam terræ motus incendia euomuisse traditur, & terram intermediam in pelagus ignes non paucos eiectasse. Vide Strab. lib.5.

Epomis] idis, pen. corr. (ἐπωμὶς) Dicitur musculus superiorem humeri partem occupans, ut ostendit Galen. lib. De dissect. uenar. Est item uestimenti species, authore Fauorino in Lexico. Vide & Pollucem lib.7.cap 13.

Epona] ἐπόνα, dea quædam olim fuit, equorum curam habens. Sic enim Plutarchus in Parallelis. Prudentius,

Nemo Cloacinæ, aut Epone super astra deabus. Iuuenalis,

Solam Eponam, & facies olida ad præsepia pictas. Sic enim legendum contendit Turnebus. non ut hactenus.

Epope] pes, pen. prod. (ἐποπὸ) Stephano, Corinthiorũ arx, quæ & Acrocorinthus dicitur. Epope dicta à uerbo Græco ἐποπτεύειν, hoc est, inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iouem conspexisse Aeginam rapientem.

Epopeus] Piscator quidam fuit, qui quum à Delphinorum Pompilorumq; quos sacros pisces esse dicebãt, captura abstinere nollet, ab irruente ceto deuoratus perijt. Ex Cæl. lib. 12.cap.12.

Epops] ἔποψ, Auicula sordidissima est, eaq; cristata, unde & ἀλεκτρυὼν, ἀγγεῖος à Græcis appellatur. Latini, à sono quẽ edit, conficto nomine, Vpupam uocant.

Epoptæ.] ἐπόπται, in sacris dicebãtur mystæ, qui totum iam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A uerbo ἐποπτεύω, quod est spectare siue inspicere, unde & sacrorum inspectionem, ἐποπτείαν Græci appellant.

Eporedia] ἐπορεδία, Salasiorum urbs, authore Ptolemæo: hodie Hiaurea.

Epos] neut. gen. (ἔπος) Latinè dicitur uerbum, uersus, poema. Martial. lib.12.91,

Scribebamus epos, cœpisti scribere: cessi. Horat.1.Sermon.Sat.10.9, —fortè epos acer

Vt nemo, Varius ducit. Persius robustum carmen dixit. Epos, ut scribit Diomedes, Græcè dicitur carmen hexametron, diuinarum rerum & heroicarum humanarumq; comprehensio. Vide Cælium lib.7.cap.4.

Epoto] epotas, pen. pro. (ἐπίνω) epotare, Potando exhaurire. Martial. lib.2 29,

Queq; Tyron toties epotauere lacernæ. Plin. lib.28. cap.14.2.

Epotare medicamentum. Liu.8.ab Vrbe, 92. Cic. pro Cluent. 134. Epoto poculo.

¶ Epotus, penult. prod. Partic. (ἐπιπωμύς) ut, Aqua epota. Ouid.2.de Remed.amor.69.

Venenum epotum. Cic. pro Cluent. 138.

Epotus equus, pro sanguine equi epoto. Mart. lib.1.3. Vide Plinium lib.18.cap.10.9.

Epsethia] ἐψεθία, Polluci ima dicitur in pane crusta, sicut superiorem Attaragum uocat, ut refert Cæl. Antiq. lect. libro 26.cap.21.

Epulæ] pen. cor. epularum, tantum pluraliter dicitur (δαιτὺς, θοίνη) Cibi ministerio hominũ & in nostrum usum comparati. Cic. de Finib. 79, Nec libidinum, nec epularum, &c. Idem Philip. 3. Vino, & epulis retentus, & alea est: si epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt. Ex Valla.

Epulæ, epularum, pro Ipso conuiuio etiam accipiuntur, & lautis mensis quæ in conuiuio offerri consueuerunt. Vnde amplissimæ epulæ apud Cæsarem lib.6. bel. Gal. 100. Cic. pro L. Planco, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum atq; domesticorum hostium cõuentu, epulisq; celebratum est. Virg.6.Aeneid.121,

——epulæq; ante ora paratæ Regifico luxu.

Carmina in epulis cantitata à singulis conuiuis de clarorum uirorum laudibus. Cic. de clar. Orat. 37.

Libationes, epulæq; ludorum. Cic. de Aruisp. resp. 19.

Dicendi epulæ. Cic. in Topicis 11.

Regum epulæ. Horat. 2. Serm. Sat. 2.9.

Epulæ carnifices. Vide Carnifex.

Dulces. Horat. 3. Carm. ode 8.2.

Geniales. Claud. 2. de raptu Proserp. 66.

Lautiores. Stat. 1. Syln. 6.7.

Liberales. Tacit. lib.15.

Nocturnæ. Lucret. lib.2.6.

Regales. Ouid. 6. Metam. 98.

Sacræ. Virg.7.Aeneid.35.

Solennes. Tacit. lib.10.

Accipere epulis apparatis. Vide Accipio.

Accumbere epulis. Vide Accumbo.

Adhibere fides ac tibiæ ueterum Romanorũ epulis moris fuit. Quint. lib.1.cap.10.17.

Adhibere aliquem epulis. Vide Adhibeo.

Adire epulas, Id est, ad conuiuium. Ouidius primo libro Amor. eleg.4.1.

Apponere in epulis. Vide Appono.

Largius epulas celebrare. Vide Largior.

Primas epulis decerpere noctes. Pers. Satyr. 5.5.

Distinguere

Digitized by Google

Distinguere epulas. Silius lib. 7. 37.
Dare epulas alicui. Virg. 4. Aeneid. 97.
Dare ad epulas. Cic. 2. de Finib. 162.
Dare leges epulis. Ouid. 2. Trist. 98.
Effusi in luctum, & epulas, & nocturnos cœtus. Tacit. lib. 20.
Mensa conquisitissimis epulis extruebantur. Cic. 5. Tusc. 87.
Instaurare epulas. Virg. 7. Aen. 30. Vide Instauro.
Instituere epulas. Silius lib. 11. 55.
Instituere epulas. Vide Instruo.
Instructæ epulæ. Seneca Agamem. 10. 2.
Ad epulas inuitare. Vide Inuito.
Gravibus marcere epulis. Claud. in Eutrop. 2. 87.
Onerare mensas epulis. Virg. 4. Georg. 76.
Paratæ epulæ luxu regifico. Virg. 6. Aeneid. 121.
Ponere epulas. Ouid. 4. Fast. 109.
Profusæ epulæ. Cic. pro Murœna, 69.
Rimari epulis, pro Pasci epulis, authore Seruio apud Virgilium lib. 6. Aeneid. 20.
Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Cicero 1. de Diuinatione, 108.
Struere epulas. Tacit. lib. 15.
Epulæ, etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virgilius 4. Aeneid.

— epulasq; draconi Quæ dabat.

Tinearum epulæ. Horat. 2. Satyr. 3. 24.
¶ Epulum, epuli, pen. corr. (ἀνμοδοσία) significat solenniores cibos: & propriè publicum conuiuium in propatulo nomine populi ciuibus exhibitum, siue in dedicatione templi, siue in triumpho, siue in funere, siue ludorum causa: quale Imperatores exhibebant apud Romanos, & quale factum esse constat à pluribus, qui testamento legauerunt epulum quotannis ad sepulchrum rosis & uariis respersum odoribus, pro hereditatum facultatibus exhibendum. Ex Valla lib. 4 Iuuenalis Satyra 3,

Vnde epulum positis centum dare Pythagoreis. Gell. lib. 11, Solenni die Ioui epulum libaretur. Cic. pro Murœna, 68, Is quum epulum Q. Max Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est, &c.

Funebre epulum. Cic. in Vatin. 24.
Accumbere in epulo. Cic. in Vatin. 23.
Dare epulum populo. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 18.
¶ Epulo, pen. corr. epulonis (δαιτυμών) Conuiua.
Epulones etiam dicebantur tres, quos Pontifices propter sacrificiorum multitudinem esse uoluerunt, ut ludorum epulare sacrificium facerent, authore Cicerone Lib. 3. de Orator. 42. Et Liu. 3. bel. Maced. 92. Cic. de Arusp. resp. 19, Patres Conscripti, uosq; Pontifices, ad quos epulones Ioui Opt. Max. si quid est prætermissum aut commissum, afferunt, &c.
¶ Epulor, penult. corr. epularis (δαιτάζω) epulari, Lautè & splendidè edere, aut conuiuari. Liu. lib. 25, Vulgò apertis ianuis in propatulo epulati sunt. Cic. 2. de Finib. 27, Quum in uoluptate sint qui epulentur.
Hilarè epulatus. Tacit. lib. 11.
Ad ipsas excubias epulari. Claud. de Nup. Honor. 40.
Modicè epulari. Cic. de Senec. 41.
Saliarem in modum epulari. Cic. Attic. lib. 5. 96. 1.
Res exquisitissime ad epulandum. Cic. 4. de Finib. 14.
Adimere ius epulandi. Vide Adimo.
Amicus ferisq; epulandum aliquem trahere. Senec. Thyest. 8. 26.
¶ Epulandus (δειπνηθησόμενος) Participium uti, Corpora epulanda Ouid. 15. Metam. 22.
¶ Epulatus, pen. prod. (δεδειπνηκώς) Aliud participium. Cic. 2. Tusculan. 184, Post epulatos cum matre adolescentes fono se dedisse.
Gens epulata nonem dies. Virg. 5. Aen. 151.
¶ Epulatio, Verbale (ἑστίασις) Col. lib. 12. cap. 3. 2, Quæ ad mensam quotidianam atq; epulationem pertinerent.
Epulatio, Idem quod epulum. Lucil. Stat. lib. 14,

Id epulo cibus, atq; epulatio Iouis omnipotentis.

¶ Epularis, & hoc epulare, pen. prod. (δειπνητικὸς) Quod ad epulas pertinet: ut, Epulare sacrificium. Cic. 3. de Orat. 42. Item, Epularis sermo, qui fit in conuiuio. Apul. Iam illatis in mimibus epularis sermo percrebuit. Cic. de Senect. 42.
Epularis dies dicitur, quo epulum præbetur. Suet. in Domit. Et, Epularis apparatus, uel cœna epularis. Budæus.
Epulares etiam uocabantur, qui in sacris epulabantur. Varro, Dum epulares nocte epularentur.
¶ Epulatorius, a, um, Quod aptum est ut in epulis comedatur. Sipont.
Epulis] dis (ἐπουλὶς) Dicitur quoties iuxta dentes caro excrescit. Paulus Aegineta paruum abscessum esse ait circa gingiuas, qui nisi discutietur, suppuratur.
Epulotica] ἐπουλοτικὰ, Medicamenta appellantur quæ cicatricem inducunt. Nam ἐπουλοῦν Græcis est, ad cicatricē perducere. Galen. Vide & Cel. lib. 3. cap. 14.
Epyaxa] Synnensis Cilicum regis uxor, quam in harmamaxa sedisse scribit primo ἀναβάσεως Xenophon. Vide plura apud eum, & Cel. Rhod. lib. 18. cap. 3.

E Q

EQ. Equester ordo, uel Equestris ordinis. EQ. AVR. Eques auratus. EQ. M. SP. POM. Equitum magister Sp. Pomp. EQ. P. Equalis, uel Equestris persona, uel Equus publicus. EQ. R. Eques Romanus.
Equapium] Nonnulli appellauerunt herbam, quam quidam Olus atrum nominant, existimantes ita transferri posse Græcam uocem ἱπποσέλινον, quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facilè reperias: neq; ἱπποσέλινον tam equinum, quàm magnum, aut prægrande apium sonat. Nam ἵππος & βῶς in compositione sæpe uocabulorum significata intendunt, amplitudinemq; & magnitudinem demonstrant. Meminit Galen. de alim. facult.
Equa, Equaria, Equarius, Eques, Equester] Vide Equus.
Equestris] ἱππουρὶς, Ptolemæo, Sequanorum ciuitas in Gallia. Vulgò Neufchastel.
Equiceruus] Animal in Oriente, habens cornua & iubas per collum descendentes usq; ad scapulas, & barbam sub mento, ungulas & corpus ad cerui quantitatem. Vtitur hac uoce Aristotelis interpres libro de animalibus.
Equidem] pen. corr. (ἐγωγε) Coniunctio affirmatiua pro Certè. Cic. de Senect. 69, Equidem non uideo cur quid ipse sentiã de morte, non audeam dicere uobis. Idem Qu. fratri, lib. 3. 17. 11, Nã mihi uno die tres sunt redditæ, equidē ut uidebantur, eodē abs te datæ tempore. Idē Att. lib 13. 282. 6.
Quid ego aruspicum responsa commemorem? possim equidem innumerabilia. Cic. 2. de Diuinat. 89.
Quod demiror equidem. Cic. Att. lib. 14. 312. 1, Equidem certè Idem sum, qui semper fui. Plaut. Amphit. 4. 293.
Certè equidem audieram, &c. Virg. 9. eclog. 2.
Equidem, ecastor uigilo. Plaut. Amphit. 8. 64.
Equidem hercle opus hoc facto existimo. Plaut. Mere. 11. 5.
Equidē pol in eã partē accipio & uolo. Terent. Eun. 5. 2. 37.
Equidē ego, & ego equidem. Salust. ad Cæsarem de Rep. ord. Idē in Iugurtha, Ego equidē regnum uobis trado firmū, &c.
Adhuc equidem ualde me pœnitet. Cic. Att. lib. 3. 43.
Sic equidem diligentius, sæpiusq; ista loquemur inter nos. Cic. 3. de Finib. 14.

Equidem

Equidem cum uerbo ſecundæ perſonæ. Perſius Satyra 5. 5,
Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
Conſentire dies.
Equidem, cum tertia perſona coniunctum. Perſ. Sat. 1. 11,
— per me equidem ſint omnia protinus alba.
Equitine] Iuſiurandum per Quirinum. Feſtus.
Equiſelis] Herba eſt in prato equis inuiſa, & fœniſecis haud placens, à ſimilitudine equinæ ſetæ ſic dicta. Vide Plin. lib. 18. cap. 28.
Equus] Medicis oculorum affectus quidam eſt, quum nullo tempore manere poſſint requieti, ſed in modum intremiſcentium ſubinde nictant. Author Galen. comment. primo in Prognoſt. Hippocrat.
Equus] equi(ἵππος) Animal notum.
Fabulâ de ceruo & equo. Horat. 1. Carm. ode 10. 7.
Acer equo. Virg. 5. Aeneid. 133.
Aptus equis. Horat. 1. epiſt. 7. 9.
Virtus paterna eſt in equis. Horat. 4. Carm. ode 4. 6.
Agitator equorum. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 2.
Anfractus leuioris equi. Valer. 6. Argon. 76. Id eſt, diſcurſus nunc in hanc partem, nunc in illam.
Generoſi equi argumenta. Virg. 3. Georg. 16.
Diues equûm. Virg. 9. Aeneid. 6.
Domitor equorum. Virg. 7. Aeneid. 38.
Moderamen equorum. Ouid. 2. Metam. 10.
Proles duellica equorum. Lucret. lib. 2. 133.
Fortis equi uis. Lucret. lib. 3. 2.
Cui gratior uſus equorum. Virg 3. Georg. 42.
Solis equi. Ouid. 2. Metam. 31.
Equi ſolis quadrijuges. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 14.
Solis equi radiantes. Ouid. 8. epiſt. 21.
Acer equus. Ouid. 3. Metam. 141. Virg. 4. Aeneid. 32.
Aemonij equi. Ouid. 2. de Arte amand. 24.
Aetherei equi. Ouid. 3. de Arte amand. 78.
Alatus equus, Id eſt celer. Sil. lib. 6. 52. Ouid. 3. Faſt. 8.
Albus equus. Ouid. 8. Metam. 7.
Ales equus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 4.
Alipedes equi. Virg. 12. Aeneid. 94.
Anheli equi. Ouid. 15. Metam. 84. Virg. 1. Georg. 50,
Nosq; ubi primo equis Oriens afflauit anhelis. Id eſt, curſu anhelantibus. Seruius.
Arduus equus. Virg. 2. Aeneid. 66.
Aſper equus. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 3.
Aßidui equi. Ouid. 6. Metam. 44.
Atrati equi. Propert. lib. 3. eleg. 5. 7.
Attoniti equi. Ouid. 23. epiſt. 13.
Bellator equus. Ouid. 15. Metam. 75.
Bigati equi. Vide Biga.
Bipedes equi marini. Valer. 2. Argon. 102.
Bipedes equi Protei. Virg. 4. Georg. 78.
Cærulei equi Thetidis. Stat. 1. Achil. 26.
Ceſpitatores equi. Vide Ceſpes.
Cornipedes equi. Ouid. 1. de Arte amand. 56. Virg. 7. Aen. 156.
Curules equi. Vide Curulis.
Diſcordes equi. Sil. lib. 16. 83.
Diuidui equi. Ouid. 2. de Arte amandi.
Durior oris equus. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 6.
Eoi equi. Virg. 2. Aen. 84. Vide Eos.
Feri equi. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 12.
Fugax equus. Ouid. 4. epiſt. 10.
Generoſiſſimus equus. Quint. lib. 5. cap. 11. 3.
Ignipedes equi. Ouid. 2. Metamorph. 79.
Impiger. Horat. 4. Carm. ode 3. 1.
Inanis equus. Vide Inanis.
Inſignis equus. Virg. 10. Aeneid. 44.
Inſignis phaleris equus. Virgil. 5. Aeneid. 62.
Intractatus & nouus. Cic. de Amic. 60.
Lacertoſus equus. Vide Lacertus.
Luciferi equi. Ouid. epiſt. 11. 10.
Magnanimi equi. Virg. 2. Aeneid. 140.
Mi es equi. Claud. 1. in Ruff. 51.
Nobiles equi. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 1.
Numidici equi. Vide Numidia.
Optimus equus. Quint. lib. 5. cap. 11. 3.
Pauidi equi. Vide Pauidus.
Pennatus equus. Vide Penna.
Equus quammaximè pernix. Vide Pernix.
Equus primus in certamine. Horat. de Arte poetica, 17.
Publici equi. Plin. lib. 33. Vide Ordo.
Puluerei equi, Id eſt puluerulenti. Valer. 4. Argonaut. 121.
Purpurei ſolis equi. Ouid. 20. epiſt. 17.
Rapidi equi. Ouid. 9. epiſt. 6.
Recentes equi. Ouid. 2. Metam. 13.
Regalis equus. Claud. 4. Paneg. 103.
Equi roſei. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 1.
Semianimes equi. Virg. 11. Aen. id 125.
Supinus equus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 10.
Equus tenax. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 4.
Trepidi equi. Ouid. 15. epiſt. 42.
Veloces equi. Ouid. 8. Metam. 112.
Velociſſimus equus. Quint. lib. 5. cap. 11. 3.
Venator equus. Claud. de Nupt. Honorij, 1.
Vetulus equus, cui opponitur Tener equus. Cic. de Amic. 59.
Victor equus. Virg. 3. Georg. 98.
Virides equi Neptuni. Claud. 6. Paneg. 40.
Vtiles bello equi. Ouid. 14. Metam. 64.
Volucres equi. Ouid. 2. Metam. 47.
Volucer equus, Id eſt, pegaſus qui fingitur alatus. Ouidius 6. Metamorph. 24, 25.
Aſia equis abundat. Ouid. 15. epiſt. 72.
Equum accendere ſtimulis. Vide Accendo.
Addere equos. Virg. 3. Aeneid. 94.
Admittere equum. Vide Admitto.
Admouere equum. Vide Admoueo.
Adornati uenatui equi. Tacit. lib. 12.
Aduehere equo. Vide Adueho.
Aduectus equo. Cic. 1. de Diuin. 103.
Agere ſiue agitare equum. Vide Ago.
Agitare ſpumantem equum. Virg. 11. Aeneid. 154.
Anhelantes equi. Senec. Oeth. 9.
Apprehendere equos. Sil. lib. 16. 75.
Ardentes equi. Vide Ardeo.
Bello equi armantur. Virg. 3. Aeneid. 108.
In equum aſcendere. Cic. de Senec. 30. Vide Aſcendo.
Aſpirare equis. Vide Aſpiro.
Aßiſtere equos. Stat. 3. Thebaid. 66.
Attribuere alicui equum. Vide Attribuo.
Cadere de, uel ex equo. Vide Cado.
Calcari equo. Claud. in Ruff. 1. 76.
Cadentes equi. Claud. 2. Paneg. 74.
Verbere cogere equum anhelum. Claud. 4. Paneg. 46.
Comere equos. Stat. 4. Thebaid. 9.
Concitare equum. Vide Concito.
Acres equos concutere. Virg. 8. Aeneid. 1.
Conſcendere equum. Ouidius 14. Metamorph. 164. Vide Conſcendo.
Conſternantur equi. Ouid. 2. Metam. 63.
Equi macie corrupti. Vide Corrumpo.



Digitized by Google

Corruit equus. Sil. lib. 17. 28.
Curare equos. Virg. 8. Aeneid. 119.
Decidere equo uel ex equo. Vide Decido.
Eludere instantem equo. Sil. lib. 6. 52.
Recentes equi uix enituntur. Ouid. 2. Metam. 13.
Exercere equos campis. Claud. de bello Getico, 51.
Exhortari equos. Ouid. 5. Metam. 81.
Furentes equos exhortari. Virg. 11. Aen. 122.
Equos pressos exhortari. Ouid. 12. Metam. 16.
Expatiantur equi. Ouid. 2. Metam. 41.
Expedire tela, & equos. Liu. lib. 8. Decad. 4.
Expeditus in equo. Cic. pro Milone, 20.
Externati equi. Ouid. in Ibin, 87.
Ferocitate exultantes equi. Cic. 1. Offic. 127.
Fertur equis auriga. Virg 1. Georg. 102.
Trimacrijs equis ferri. Virg. 5. Aeneid. 114.
Ire niam, quam monstrat eques. Horat. 1. epist. 13.
Flectere equum sciens Horat. 3. Carm. ode 7. 5.
Frænare equum auro, Id est lupatis aureis, aut fræno aureo. Claud. de Phœnice, 3. 18.
Frænati equi. Virg. 5. Aeneid. 110.
Fremens equus. Virg. 1. Georg. 3.
Fundere equum. Virg. 1. Georg. 1.
Gaudere equis Horat. de Arte poet. 33.
Ad curs.m gignuntur equi. Quint. lib. 1. cap. 1. 2.
Hærere equo & in equo. Horat. 3. Carm. ode 24. 11.
Hortari terribiles equos. Ouid. 5. Metam. 85.
Immittere equum ad. Vide Immitto.
Imperitare equis. Horat. 1. Carm. ode 15. 5.
Incitare equos. Vide Incito.
Indomitus equus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 2.
Inobsequentes equi. Senec. Hippol. 10. 16.
Insidere equo. Vide Insideo.
Insilire in equum. Vide Insilio.
Equus instratus ornatu regio. Vide Insterno.
Interiungere equos. Vide Interiungo.
Inuehi equo. Virg. 3. Georg. 72. Vide Inueho.
Inuehi Sidonio equo. Virg. 5. Aeneid. 114.
Inuectus quatuor equis. Virg. 6. Aeneid. 118.
Iungere equos. Virg. 2. Georg. 23.
Iungere equos curru, & ad currum. Virgilius 5. Aeneid. 162. Vide Iungo.
Labans equus. Valer. 6. Argonaut. 48.
Lucentes equi solis. Stat. 1. Thebaid. 20.
Equo merere. Plin. lib. 33. cap. 1. 4. Vide Mereo.
Mercari equos. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.
Equos obliquare. Stat. 12. Theb. 150.
Ouantes equi. Claud. 2. de Raptu Proserp. 62.
Soluti per campum pascuntur equi. Virg. 6. Aen. Vide Pasco.
Equus patens uulneri. Vide Pateo.
Præteragere equum locum aliquem. Horat. 1. epist. 15. 3.
Præuertere equos. Stat. 8. Thebaid. 120.
Proculcare aliquem equo. Stat. 8. Thebaid. 129.
Vis equorum prorumpit. Lucret. lib. 2. 53.
Prospectare equo. Stat. 1. Achil. 47.
Prouehi equo. Virg. 7. Aeneid. 33.
Ex equis pugnare. Cic. 2. de Nat. deor. 7.
Religati equi. Virg. 9. Aeneid. 79.
Residere equo. Sil. lib. 11. 83.
Retentare equos. Ouid. 2. de Arte amand. 87.
Rubentes equi Phœbi. Claud. in Gigantomachia, 2.
Ruens equus. Sil. lib. 7. 7.
Senescens equus. Horat. lib. 1. epist. 2. 1.
In equo sedere. Cic. 7. Verr. 22.



Spumans equus. Sil. lib. 13. 29.
Stans equus. Lucret. lib. 4. 85.
Sustinere equos. Cic. 4. Academ. 166.
Tollere aliquem in equum. Cic. pro Deiot. 19.
Tonantes equi. Horat. 1. Carm. ode 34. 2.
Transmittere equis fluuium. Cic. Attic. lib. 16. 333. 18.
Turbati equi. Virg. 9. Aeneid. 26.
Phaethontis equi auroram uehunt. Virgil. 5. Aeneid. 51.
Vehi in equo. Cic. 2. de Diuinat. 208.
Vertere equum. Virg. 11. 14. Aeneid. 124.
Vincentes equi. Horatius 1. Serm. Satyr. 24.
Citatis uolare equis. Claud. 7. Paneg. 88.
Volans equus. Stat. 2. Sylu. 8.
¶ Equus, Stella. Cic. 2. de Natur. deor. 162.

Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti
Summum contingit caput aluo, stellasq; iungens Vna.

Ex Arato.

Equus Troianus, Prouerb. Cic. pro Murena, 71. Intus intus, inquam, est equus Troianus, à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini. De Catilina.

Equis & quadrigis: Id est, omni conatu. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 16. 3. Sic ego qui in isto homine colendo tam indormi ui diu, te me hercule, sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, quum equis, tum uerò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis.

Velis, equisq;, ut dicitur. Cic. 2. de Offic. 159. Cum his uelisq; (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.

Equus, Machina bellica. Plin. lib. 7. cap. 56. 11. 11. Equum qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam. Subaudi inuenisse dicunt.

¶ Equa, equæ, f. g. (ἡ ἵππος) Plin. lib. 11. cap. 49. 2. Non ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas.
Doctus equæ pullus. Lucret. lib. 3. 153.
Sonus equæ. Ouid. 2. Metam. 134.
Apta quadrigis equa. Horat. 2. Carm. ode 16. 7.
Nobiles equæ. Ouid. 2. Metam. 239.
Potniades equæ. Ouid. in Ibin, 12.
Trima equa. Horat. 3. Carm. Ode 11. 2.
Equa equam non amat. Ouid. 9. Metam. 147.
Equas uento Zephyro concipere. Virg. 3. Georg. 54.
¶ Equila, Idem quod Equa: Antiquum. Vide Equula.
¶ Eques, equitis, pen. corr. com. g. (ἱππεύς, ἱπποδάτης, ἱππότης, ἱππάτης) Qui insidet equo. Plaut. Milit. 8. 52.

— iam faxo hic erit:
Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est, &c.

Eques, Qui equestrem habet ordinem. Mart. lib. 8. 44.

Vescitur omnis eques tecum populusq;, patresq;.

Acies equitum. Tacit. lib. 20.
Exercitus equitum. Virg. 11. Aeneid. 120.
Equitum uirtute nomen Romanum uictoriam cum laude possidet coniunctam. Cic. Antequam iret in exilium, 18.
Turmæ equitum. Horat. 2. epist. 1. 39.
Alarius eques. Tacit. lib. 12.
Egregij equites. Iuuenal. Satyr. 10. 10.
Infrænati equites. Vide Infrænatus.
Loricati equites. Vide Lorica.
Eques ipso melior Bellerophonte. Horatius 3. Carmin. ode 12. 2.
Numerosus eques. Claud. in Eutrop. 15.
Equitum aciem in collum erigere. Tacit. lib. 20.
Inducere equites in pugnam. Vide Induco.
Locare equites pro cornibus. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.

Equites

Digitized by Google

Equites etiam iudices uocabantur, quia iudicum decuriæ ex Equestri ordine deligebantur. Suet. in Cæsare, Ludis Decius Laberius Eques Romanus mimũ suum egit: donatusq; quingentis sestertijs & annulo aureo, sessum in quatuordecim ex scena per orchestram transijt. Budæus.

Decus equitum. Horat. 3. Carm. ode 16. 4.

Equites ordini Senatorio dignitate proximi. Cicero pro Cluent. 122.

Quem tu si ex sensu spectas, Eques Romanus est. Cicero pro Rosc. Com. 25.

Celsus eques. Stat. 1. Sylu. 4 9.

Magnus eques. Horat. Epod. 4. 3.

Seuerus eques. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 12.

Eques, pro ipso equo aliquando ponitur. Virg. 3. Georg. 242.

Impositi dorso, atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos. Vide Gell. lib. 18. cap. 5. & Macrob. lib. 6. cap. ult.

¶ Equester, equestris, & hoc equestre (ἱππικὸς) Quod pertinet ad equitẽ: ut, Equestris ordo. Sipontinus, Equestrem ordinẽ medium fuisse constat inter patritios & plebem. Principio equites iudicesq; ijdem habebantur, & gestandi annuli aurei ius eis erat. Postea M. Cic. in Consulatu suo Equestre nomen stabiliuit, Senatum ei concilians, celebrans se ex eo ordine prouectum esse. Ab illo tempore planè hoc tertiũ corpus in Rep factum est, cœpitq; adijci Senatui, Pop. Rom. Equester ordo. Cic. ad Brutum, lib. 11. 16. 4, Equestris ordinis princeps. Idem pro Cluent. 122. Et, Equestris disciplina, Cic. 6. Verr. 117. Et, Equestre prælium, Cæs. 3. bel. Gal. 433. Item, Equestres copiæ, Cic. 2. de Fin. 177.

Equestre æs: inquit Festus, quod equiti dabatur.

Agmen equestre. Ouid. epist. 9. 20.

Annulus equestris. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 11.

Census equester. Cic. Q. fratri lib. 1. 2. 9.

Cursus equestres ducere. Virg. 5. Aeneid. 132.

Equestri ortus loco. Cic. 1. de lege Agraria, 17.

Pes equestris, Id est, equinus. Senec. Thebaid. 2. 16.

Populi equestres. Stat. 3. Syl. 3. 29.

Pugna equestris Cic. 7. Ver. 108.

Splendor equestris. Cic. pro Plancio, 9.

Statua equestris. Cic. 6. Philip. 212.

Turma equestris. Claud. de bello Getico, 116.

¶ Equestria (ἱππικὰ) quatuordecim ordines, in quibus equites sedebant, uocat Seneca de Benef. 7, Equestria omnium Equitum Roman. sunt. Item, Habeo in Equestribus locum: non ut uendam, non ut locem, non ut habitem, sed tantum ut spectem.

Equestria item pro locis theatralibus equitum, & modificatis uerbis, pro equitibus usurpauit Petronius, quũ scripsit, Nũquam tamen nisi in equestribus sedeo. Id est, nunquam est mihi res nisi cum ijs qui sedent in quatuordecim ordinibus. Sic Turnebus.

¶ Equito, equitas, pen. cor. (ἱππαΐζω, ἱππεύω) equitare, Equo uti. Horat. 2. Ser. Satyr. 3. 50,

Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cic. 2. Tusc. 105, Apud quos autem uenandi & equitandi laus niget, qui, &c.

In orbem equitare, id est in circulum. Ouid. 12. Metam. 94.

In equuleis equitare. Cic. 6. Ver. 38.

Equitare, antiqui dicebant equum publicum mereri. Fest. Pom.

¶ Equitari, Passiuum (ἱππάζεσθαι) Plin. lib. 8. cap. 18, Omnes autem in ijs terris iumentorum dorso funguntur, atq; etiam equitantur in prælijs. De camelis.

¶ Equitatio, Verbale (ἱππευσις) Plin. lib. 28. cap. 4. 19, Equitatio stomacho & coxis utilissima.

¶ Equitatus, huius equitatus, pen. prod. (τὸ ἱππικὸν, ἡ ἵππος) Equitum manus. Lepid. Ciceroni, Equitatum habet magnũ. Cic. pro Font. 3, Magnos equitatus ad ea bella, &c. Claud. de laudib. Serenæ 22. 13, — dat Gallia robur
Militis, Illyricis sudant equitatibus alæ.

Victor equitatus. Tacit, lib. 19.

Abducere ab aliquo equitatum. Vide Abduco.

Portis exijt equitatus. Virg. 8. Aeneid. 116.

Instruere aliquem peditatu, equitatu, copijs. Cicero 5. Philipp. 167.

Orbare equitatu. Vide Orbo.

Equitatus, Actus equitandi. Plin. lib. 28. cap. 15. ad finem, Fœmina atteri, aduriq; equitatu notum est. Id est, equitatione.

¶ Equarius, Adiect. (ἱππικὸς) Quod ad equum pertinet: ut, Equarius medicus. Valer. Max. lib. ult.

Equaria, pecuaria. Varro in proœmio lib. 2. de re Rust. ad finem, Quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouarias, & in Reatino equarias.

¶ Equiferus, pen. cor. (ἵππος ἄγριος) Id est, equus non domesticus. Plin. lib. 28, In primis efficax equiferorum sanguis. Et cap. 10. 7, De equiferis non scripserunt Græci.

¶ Equimentum, equimenti, Merces quæ datur pro admissura equi. Varro, An si equam emisses quadrupedem ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcisses, dedissem equimenti?

¶ Equile, equilis, pen. prod. neut. gen. (ἱπποστασία) Stabulum equorum. Varro lib. 2. cap. 7, Suadet frænos in equili suspendere. Cato cap. 14. 1.

¶ Equinus, penult. prod. (ἱππεῖος) Adiect. nomen possessiuum. Horat. 1. de Arte poet. 1,

Humano capiti ceruicem pictor equinã iungere si uelit.

Caudæ equinæ pilos uellere. Horat. 2. epist. 1. 9.

Cornu equinum, Id est, pes corneus equi. Valer. 5. Argon. 31.

Crista equina. Virg. 10. Aeneid. 142.

Iuba equina. Plin. lib. 2. cap. 25. 2. Ouid. 12. Metam. 18.

Nervus equinus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5.

Pecus equinum. Varro de re Rust. lib. 2. cap. 7.

Conculcare pedibus equinis. Ouid. 12. Metam. 75.

Sanguis equinus. Ouid. 9. epist. 29.

Equina seta. Cic. 5. Tusc. 87.

Vbera equina. Horat. Epod. 8. 2.

¶ Equisetum, equiseti, pen. prod. ab Equus fit, Herba est, quæ Græcè ἱππουρις dicitur: hoc est, cauda equina: nostri à similitudine setæ equinæ nomen imposuerunt. est enim pilus terræ. Vide Plin. lib. 26. cap. 13. 1.

¶ Equiso, pen. corr. equisonis (ἱππονόμος, ἱππόδαμος) Equorum domitor. Varro Triopite, Trifilio, Nam ut equus, qui ad uehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equiso doceat tolutim incedere. Idem Marcipore, Neq; furentem equuleum insanus equiso exhibeat maris fluctibus.

Equisones, Veteres uocabant omnes quibus alicuius rei regimẽ committebatur: ut, Nautici equisones. Nonius.

¶ Equarius, equarij, Substantiuum, Equorum curator. Solinus cap. 57, Alexandri Magni equus Bucephalus dictus, &c. quum ab equario suo aliàs etiam molliter sedaretur, accepto regio stratu neminem unquam alium præter dominum uehere dignatus est.

¶ Equitabilis, & hoc equitabile, pen. corr. (ἱππάσιμος) ut, Locus equitabilis, in quo facilè equi inambulare possint. Liu. Opportuna explicandis copijs regio erat, equitabilis, & usta planities.

¶ Equittum, equitij (ἱππαγέλη) Equorũ armentũ. Vlpian. in l. plenũ. §. equitij. ff. de usu et habitatiõe. Equitij quoq; legato usu, uidẽdumne et domare possit, et ad uehendũ sub iugo uti.

¶ Equuleus,

Digitized by Google

¶ Equuleus, equulei, pen. corr. Diminutiuum (πῶλος) Pullus equinus & nouellus. Cic. Hortensio, ut fame debilitatur equuleorum nimis effrænata uis. Liuius 3. bel. Punic. 158, Bos equuleum peperit.

Exagitantur tactu equulei fræno iniecto. Cic. 3. Tusc. 114.

Equuleus, Tormenti genus in equi formam, in quem conijciebantur rei. Cic. lib. 5. Tusc. 19, Hæc etiam in equuleũ cõijciuntur, quo uita non aspirat beata.

¶ Equulus, equuli, pen. corr. (ἱππάριον) Paruus equus. Cic. lib. 2. de Nat. deor. 54, Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, ut in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in uiro quàm in puero.

¶ Equula, equulæ, pen. corr. (ἱππάριον) Parua equa. Varro, Nemo est tam negligens, qui summa diligentia eligat asinũ, qui suam saliat equulam.

¶ Equio, equis (ἱππομανῶ) equire, Coitum equi appetere, sicut Suire suis. Plinius lib. 10. cap. 63. 11, Equas domitas LX. diebus equire.

¶ Equiria, equiriorum (ἱπποδρομία) Ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur. Festus. Ouid. 2. Fast. 172,

Ex uero positum permansit equiria nomen.

¶ Equitiarius, rij, Equitij custos, uel præfectus. Gallicè Haraſſier. Iulius Firmicus lib. 8. cap. 13, Cẽtauro oriente, qui natus fuerit, aut erit aurigа, aut equorum nutritor & cultor, uel eorum exercitator, aut mulomedicus, uel equitiarius.

E R

ER. Erunt, uel Erit, uel Aerarij. ER. COL. Aere collato. ER. P. Aere publico.

Eradico] eradicas, pen. corr. (ἐκρίζω) eradicare, Auellere. Terentius And. 4. 5. 22, Di te eradicent, ita me miseram territas.

Eradicare aureis alterius, obtundere narrãdo aliquid. Plautus Epid. 9. 50.

Erado] eradis, pen. prod. erasi, erasum (ἀποξύω) eradere, Notæ significationis. Col. lib. 3, Postea surculos, quos insere re uoles, eradito tam altè quàm cuneum demisisti. Idem lib. de Arboribus, cap. 9. 2.

Albo Senatorio aliquem eradere, Id est, delere. Tacit. lib. 4.

Eradenda elementa praui cupidinis. Horat. 3. Car. ode 24. 11.

¶ Erasus, pen. prod. Partic. (ἐξαλφθείς) Plin. in Paneg. 40, Datum est ijs qui post edictum tuum in locũ erasorũ subditi fuerant. Erasorum, id est, deletorum è numero eorũ qui accipiebant congiarium. Budæus.

Genæ erasæ. Propert. lib. 4. eleg. 8. 6.

Timor erasus ex animo. Senec. Thyeste, 6. 6.

Eræa] ἠραία, ciuitas Græciæ, non longè ab Orchomeno & Mantinea, quã suo iã tẽpore cõcidisse, aut uix ullum ipsius apparuisse uestigium, scribit Strab. lib. 3.

Erana] Oppidum in Amano à Cicerone captum. Cic. 15. Fam. Eranam autem, quæ fuit non uici instar, sed urbis, &c.

Erana (ὄρανα) Vrbs est media inter Pylum & Cyparissiam, circa quam Pamisus amnis effluit, & quam nonnulli Arenam falsò quondam crediderunt. Strab. lib. 8.

Erania] pecunia quid, & corruptè hactenus erosa apud Iurisconsultum in l. creditor. de solut. lectũ esse Alciatus ostendit lib. Disputat. 2. cap. 25. Catanæus apud Plinium secundum, uocem Eranos, interpretatur, Exactiones collationum, dicens sic Pollucem Atheniæum, & eos secutum Ammonium interpretari.

Eranthemon] ἠρανθεμον, Vnum ex nominibus anthemi herbæ: sic dictum, quòd uere floreat. De hac uide Plin. lib. 22. cap. 21.

Eranusa] Insula in Locris Italiæ fronte, de qua Plinius libro 3. cap. 10.



Eraphiotes] ὀραφιώτης, Bacchus dictus est ab inducenda contentione, quoniam uinum, iram atq; certamen inducit. ὄρις enim contentio, φαίνειν ostendere.

Eraphius] ὄραφις, Aegypti rex, qui obeliscum unum posuit sine notis quadragenũm octonum cubitorum, ut refert Plin. lib. 36. cap. 9.

Erasinus] pen. prod. (ὄρασινος) Achaiæ fluuius, in sinu Argolico, ut scribit Mela. Is terras subit, rursumq; redditur: sicut in Asia Lycus, in Mesopotamia Tigris, Plinio. Ouidius 15. Metam. 56,

Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris. Lege Herodotum lib. 6. ubi de Cleomene.

Erasistratus] penult. corr. (ὁρασίστρατος) Medicus eximius, ex familia Aristotelis natus, in quem sæpius inuehitur Galenus. Meminit huius multis in locis Plinius.

Erate] Nymphæ nomen, quæ Arcados Callistus filij consuetudine utebatur, oraculaq; Arcadibus ex sacello quopiam, in quod per gradus aliquot ascendebatur, edere solebat, ut scribit Pausanias.

Erate, tes (ὄρατη) Nympha, Oceani & Tethyos filia, ἀπὸ τοῦ ὄρωτος, hoc est, ab amore nomen habens.

Erato] penult. corr. (ὄρατω) Vna musarum ab amore dicta: quòd præsit his qui amoris face rapiũtur. Virg. 10. Aeneid. Nonnunquã pro Calliope ponitur, ut Virg. lib. 7. Aeneid.

Nunc age qui reges Erato, &c. Seruius.

Erato (ἀπὸ τοῦ ὄρωτος) hoc est, ab amore nomẽ habere, innuit Ouid. 2. de Arte, hoc uersu,

Nunc mihi si quando, Puer, & Cytherea fauete?
Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

Eratosthenes] penult. corr. Cyrenæus, Aristonis Chij & Callimachi poetæ discipulus, Plato minor à quibusdam ob doctrinam uocitatus, præfuit bibliothecæ regiæ: scripsit præter philosophiam poemata, historias, Astronomica, de sectis dialogos. Author Suidas. Quint. lib. 1. cap. 1. 12.

Eratum] ὔρατον, Vrbs Sabinorum, quam uicũ potius quàm urbem censeri debere, tradit Strab. lib. 5.

Eratyra] ὀράτυρα, Illyrici ciuitas, imperio Cadmi nepotum & Hermiones aliquando subiecta, de qua uide Strab. libro 7.

Erauisci] Pannoniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 25.

Ercinia] ὄρκυνιος δρυμὸς, Multis syluis nomen peculiare, sed apud Germanos maximè, quæ apud Græcos Orcinia dicitur. Ab Heluetijs ad Nemetum, Taurinorumq; fines protenditur, & ad Dacos & Danubium: inde ad alias gentes. Alij scribunt Hercynia. Eius meminit Cæsar libro 6. bel. Gallici.

Erciscor] ercisceris (ἐρκίζω) erciscere. Verbum compositum à Coercendo & ciendo. Festus, Erctum quod fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Erctum à coercendo dictum: unde & Erciscundæ & erciscitum. uocatum est autem à ciendo. Hactenus Festus. Vnde Erciscundæ familiæ iudicium dicitur, quod fit in bonorum diuisione. Alij ab ἐρκίζειν, quod intersepire & diuidere significat, deduci contendunt: ideoq; aspirandum dicunt. Potius Erciscor tertiæ coniugationis, quum legamus Erciscundæ participium, ut dicundæ, legundæ, quod idem in secunda coniugatione non fit.

Verbis erciscere. Cic. 1. de Orat. 122.

Postulare aliquem familiæ erciscundæ. Cic. pro Cecinna, 14.

Erctum] pro Arctum, ab Arceo, dixerunt ueteres. Festus.

Erebinthius] Dionysius (ὀρεβινθίνος λιόνυσος) in contumeliam & derisum dicebatur (quod & in prouerbium transiit) à cicere uidelicet legumine, uel à pudendo, quando id utrunque ἐρέβινθος indicat. Hesychius ὀρεβίβινθος λιόνυσος usurpat pro eo qui nullius rei homo sit, nec dignus:

gnus: iuxta (inquit) prouerbium. Cicerinum ius, quum tamen ad multa medici utatur. Sunt qui Erebinthium Dionysium ideò dictum putent, quòd ex leguminibus ab antiquis cõficeretur, sicut Zithus Aegyptiorum, celia Hispanorum, ceruisia Gallorũ: qui potus, inopia uini repertus fuit in his regionibus, quæ minus uitem ferunt.

Erebinthus] ἐρέβινθος, Legumen est flatuosum, copiosi nutrimenti, aluo mouendæ habile, ciendæ urinæ idoneum, lacti & semini generando aptum: prolicit uerò & menses. Vide plura apud Galen. lib. 6. de Simpl. medic. facult.

¶ Erebinthus (ἐρέβινθος) Insulæ nomẽ, apud Plin. lib. 5. cap. ult. Collocat autem eam in Bithynia ultra Heracleam.

Erebus] Erebi, m. g. (ἔρεβος) Festus Pompeius. Erebũ Virgilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos, quum ait,

—imas Erebi descendit ad umbras. Interdum flumen eiusdem loci dicens,

—& magnos Erebi transauimus amnes. Varro uerò Erebo natam noctem ait. Vnde est & illud, Erebo creata Fuscis crinibus Nox te inuoco. Hactenus Festus. Cic. de Nat. deor. 59, Amor, dolus, metus, labor, inuidentia, fatum, senectus, mors, tenebræ, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, hesperides, somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.

Deæ Erebi, Furiæ. Senec. Octau. 17. 18.

Regina Erebi, Proserpina. Ouid. 5. Metam. 109.

Profundi Erebi ripa. Stat. 1. Thebaid. 60.

Sedes imæ Erebi. Virg. 4. Aeneid. 81.

Vmbræ imæ Erebi. Virg. 6. Aeneid. 81.

¶ Erebeus, pen. prod. Adiect. (ἐρέβεος) Ouid. in Ibin, 46,

Pectoraq; unxerunt Erebeæ felle colubræ.

Erechthæus] ἐρεχθεύς, Rex Athenienſis: cuius filiæ uirgines mortẽ pro patria cõtempsisse dicũtur. Cic. pro Sest. 39.

Arces Erechtheiæ, Athenæ. Ouid. 8. Metam. 110.

Erectæum] Delubrum Neptuni in Achaia, cuius hoc fertur memorabile, ut aqua in puteo flante Austro fluctuet, cæteris uerò perflantibus uentis iaceat immota. Vide Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.

Erectus] Vide Erigo.

Erembi] ἐρεμβοί, Populi in Arabia, qui prærupta saxa nudi inhabitant. Author Strab. lib. 16.

Eremigo] eremigas, penult. corr. (ἐρεσσέτω) eremigare, Enauigare, emetiri. Plin. lib. 2. cap. 67. 2, Circa Caspium quoque multa Oceani littora explorata, paruoq; breuius, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

Eremodicium] ἐρήμου δίκης, Vadimonium desertum dicitur à Demosthene. Vnde uno uerbo eremodicium dicitur, quod in Pandectis, tit. de minoribus. in l. ait prætor. §. idem in eremodicijs. C. de iudicijs. l. properandum. §. sin autem. hermodicium corruptè legitur. Dicitur quaſi desolatum ac desertum, seu desertio causæ, absentia, seu negligentia partium facta. Budæus.

Eremus] eremi, pen prod. f. g. (ἔρημος) solitudo. unde Eremitæ, pen. prod. dicti, qui eremum, hoc est locum solitariũ, religionis ergò incolunt.

Erepo] erepis, pen. prod. erepsi, ereptum (ἑρπύω) erepere, Difficulter loca aspera & edita scandere: tanquam opus sit erepere maius quàm ambulare. Plaut. Aulul. 20. 1, Foras lumbrice, qui sub terra erepsisti modò. Varr. 3. de Re rust. cap. 15. 1, Ne ex ea erepere possit. Horatius 1. Serm. Satyra 5. 16.

Erisichthon] ἐρισίχθων. Vide Erisichthon.

Ersij] ἐρσίοι, Populi in Aeolide, Rhyndaco amni finitimi, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 30.

Ereſos] Insula in Chio, de qua Plin. Restant Ereſos, Pyrrha, & libera Mitylene annis D. potens. Hæc ille lib. 15. cap. pen.

Eretria] Genus ceruisiæ, quæ terræ suæ nomen habet, qua præcipuè usus fuisse dicitur Parrhasius. Plin. lib. 35. cap. 6.

Eretria, æ. penult. corr. (ἐρετρία) Oppidum est Euboeæ insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ usu præstantissima, quam ab ea Eretriam uocant. Eius Dioscorides duas facit ſpecies, unam uehementer albam: alteram ad cineris colorem uergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat, lib. 35. cap. 6. Huius urbis memi nit & Homer. 2. Iliad. in Catalogo nauium.

Eretriacus] a, um, unde Eretriaci philoſophi. Cic. 2. Acad. Eretriaci philoſophi à Menedemo Eretriate sic appellati, qui & Megarici. Horum, ut idem inquit, omne bonum in mente positum, & mentis acies quasi uerum cerneretur. Vide 4. Acad.

Eretum] penult. prod. (ἔρετον) Vicus Sabinorum supra Tyberim. Virgilius 7. Aeneid. 143, Ereti manus omnis, &c.

Ereutalion] ἐρευτάλιον, Viri proprium, quem Nestor interemit, dixitq; illum cum miraculo corporis, tum excellentia armorum, præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

Erga] εἰς, πρὸς, περί, Præpositio, accusatiuo casui seruit, & pro In, uel Contra, aut Aduersus sumitur. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 1. 1, Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus. Terent. Heaut. 1. 2. 15, Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga ut sit suæ, &c.

Affecti erga amicum simus eodẽ modo quo erga nosmetipsos. Cic. de Amicitia, 1.

Animos eorum, apud quos agitur, conciliari quammaximè ad beneuolentiam, cùm erga oratorem, tũ erga illum, pro quo dicet orator. Cic. 2. de Orator. 97.

Facere erga aliquos aliquid. Cic. 2. de Nat. deor. 86.

Beneuolentiam erga aliquos habere. Cic. 1. Offic. 71.

Officium & studium erga propinquum habere. Cicero pro Quintio, 52.

Erganes] nis. Rex fuit Aethiopiæ, qui, quum in Meroe Iouis sacerdotes adeò superstitione implessent animos, ut nõ nunquam misso nuntio necem regi Aethiopiæ demandarẽt, nullo detrectante, aut mandatum iussionem ue abnegante, re audita & nuntio, sacerdotes omnes occidit, & sacerdotium sustulit. Testis Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 8.

Ergaſteria] orum (ἐργαστήρια) Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta stadijs à Pergamo distans, metallorũ fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit, ab officinis uidelicet metallorum. Celebratur hic uicus à Galeno lib. 9. Simplic. medicam.

Ergaſterium] rij (ἐργαστήριον) Officina ubi aliquid operamur, ut est in Decretis, dist. 44, Nulli clerico liceat tabernam aut ergasterium habere.

Ergaſtulum] penult. corr. (ἐργαστήριον, οἰκοδόμημα δουλικὸν) Locus in quo mancipia deteriora in uinculis opus facere cogebantur, ut metallarij serui solent, ut ait Budæus. Iuuenalis. Satyr. 8. 18,

Quid, facias talem sortitus Pontice seruum?
Nempe in Lucanos, aut Tusca ergastula mittas. Accipitur interdum pro ipsis mancipijs quæ in custodia alligabantur. Iuuen. Satyr. 14. 3,

Quem mire afficiunt inscripta ergastula. Varro, Missiq; mox eò nuntium, qui tota ergastula donaret libertate.

Liu.

Liu.2.ab Vrbe,97.Col.lib.1. cap.6, Optimè ſolutis ſeruis, cellæ meridiem æquinoctialem ſpectantes fient. Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum plurimis, ſitiq; id anguſtis illuſtratum feneſtris. Cice. pro Cluen. 14, Inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit, & apud eum fuit in ergaſtulo.

Compedes & ergaſtula. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 14.

Soluere ergaſtula. Brutus Cic. lib. 11. 13. 4.

¶ Ergaſtulus, ergaſtuli, pen. corr. (ἄδικος, ἐργαστὴς) Mancipiũ in ergaſtulo alligatum. Luc. lib. 15, Non ergaſtulus unus, & alius iudicem appoſuit, ut nemo ſententiam liberè magis, quàm ergaſtulus dicere poßit.

¶ Ergaſtularius (ὁ τῶν ἐργαστηρίων, καὶ δουλοπωλικῶν ἐπιστάτης) Qui præeſt ergaſtulo & mancipijs. Vnde Col. lib. 1. cap. 8. 13, docet quomodo mancipia ab ergaſtularijs tractari debeant.

Ergaſylus] Nomen uiri proprium, Tortelio.

Ergata] tæ, penult. corr. Machina eſt tractoria, axe recto, quæ non brachiorum ductum, ſed ambientibus & obtinentibus uectiarijs uerſatur. Ea mirè facit ad exonerandas nauigia, prægrandibus ſaxis, quæ manus humanæ moliri non poßmt, onuſta. Vulgò uocant Vn Singe. Vide Vitruuium lib. 10. cap. 4.

Ergauica] ἐργαυῖνα, Oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Vaſconum, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Plin. quoque lib. 3. cap. 3, Ergauicenſes populos enumerat in eodem Hiſpaniæ tractu.

Ergetium] ἐργέτιον, Oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur Ergetini: quorum meminit & Plin. lib. 3. cap. 8.

Erginus] Tyrannus fuit, qui ab Hercule ex Mynyis Orchomeni urbe extruſus, & poſtea extinctus fuit.

Erginus, Thraciæ fluuius, authoribus Plinio & Pomponio Mela, lib. 2. in deſcriptione Thraciæ.

Ergo] οὖν, τυγαρῦν, τυγάρτοι, Illatiua ſiue completiua coniunctio, & minoribus concluſionibus competit: ponituŕq; in principio pro Itaq;. Plaut. Amph. 4. 22. Virg. 2. Aen. 5,

Nos abijſſe rati, & uento petijſſe Mycenas:
Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu. Cicero de Amic. 44,

Ergo hoc proprium eſt animi bene conſtituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs.

Tace dum tabellas pellego. c. ergo quin legis? Plaut. Pſeud. 3. 38.

Ipſus inquam Carmides ſum. s. ergo ipſusne es? Plaut. Trin. 13. 144.

Tibi ergo. Terent. 5. 2. 9,

D. Mihine? s. tibi ergo.

Quid ergo eſt? Primùm magnitudo periculi, &c. Cicero pro Quintio, 3.

Ergo, dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret uirtus, creuit imperium Romanum. Liu. 4. ab Vrbe, 15.

Ergo etiam precium aliquanto quàm cætera grauius atq; atrocius fuit. Liu. 2. ab Vrbe, 81.

Non ergo. Vide Non.

Nam ergo is excæcat nos aut orbat ſenſibus. Cic. 4. Acad. 32.

Ergo, tertio loco poſitum. Liu. 1. ab Vrbe, 117, Nec manere ergo, nec tranſire auſus.

Ergo productè, inquit Feſtus, idem quod χάριν, hoc eſt Gratia, quum ſcilicet gratia intelligitur pro cauſa. Virgil. 6. Aeneid. 134,

— illius ergô
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Cic. Atti. lib. 3. 65. 3, Si quid contra alias leges eius legis ergò factũ ſit. Idem de Optimo gen. Orat. 151, Eum donari uirtutis ergò, beneuolentiæq;.

Ergolabus] pen. corr. (ἐργόλαβος) Operarius, manceps, operarum redemptor. ἐργολαβέω, opus faciendum conduco, operam loco, rem perficiendam ſuſcipio, redempturas facio, & inde lucrum facio: ἐργολαβία, merces ex labore, manualis operatio, redemptio operis, & conductio, uel locatio. In Codice Iuſtiniani, tit. de Monopolijs, Aedificiorum quoq; artifices, uel ergolabi, aliorumq; diuerſorum operũ profeſſores, penitus arceantur pacta inter ſe componere, ut ne quis quod alteri commiſſum ſit, opus impleat aut iniunctam alteri ſolicitudinem alter intercipiat. Ergolabi etiam ab Oratoribus dicti ſunt ſycophantæ & quadruplatores, quæſtui delationes habentes, qui compendia ſua comparant ex alienis diſpendijs, atq; calamitatibus: Interpretes etiam & ſequeſtres, qui iudicijs corrumpendis, aut eiuſcemodi maleficijs ſuſcipiendis operam ſuam locant. Cice. ſequeſtres appellat.

Eria] ἔρια, Græcis ſepulchra dicuntur, ut Theocriti interpres ſcribit in Pharmaceutria, παρὰ τὴν ἐπιχυμένην τοῖς νέκροις ἔραν, id eſt, ab ea quæ mortuis injiciatur terra, quam uocant ἔραν. Sunt qui Eria opinentur dici, non ſurrecta, ſed iacentia ſepulchra. Plura Cæl. lib. 17. cap. 20.

Eribœa] ἐρίβοια, Macedoniæ urbs Ptolemæo, uulgò Preſſa. Euribœa item dicitur Iuno, Mercurij nouerca, apud Homerum lib. 5. Iliad.

Ericæum] Tertium genus mellis uocatur, minimè probatũ, & ſylueſtre. Conuehitur poſt primos autumni imbres, cum erice ſola floret in ſyluis, ob id arenoſo ſimile. Plura Plin. lib. 11. cap. 16.

Ericates] penult. prod. Viri cuiuſdam Lycaonij nomen, à Meſſapo Turni comite interfecti, ut Virgilio placet 10. Aeneidos,

Cedicus Alcathoum obtruncat ſacrator Hydapſeum.
Meſſapus Cloniumq; Lycaoniumq; Ericatem.

Erice] erices, penult. prod. ſiue Erica, ericæ: ſiue Erix, ericis, f. g. (ἐρείκη) Frutex non multum à myrice differens, colore roriſmarini & penè folio. Plin. lib. 24. cap. 9. 7.

Erichthæus] idem Erichthonius (ἐρεχθεύς) de quo ſic Seruius ſcribit, Vulcanus impetrato à Ioue Mineruæ connubio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terrã: inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt Erichthonius, quaſi de terra & lite procreatus. nam ἔρις, eſt lis: & χθὼν, terra. Hic ad tegendam pedum fœditatem, iunctis equis uſus eſt curru, quo tegeret ſui corporis turpitudinem. Virg. 3. Georg. 23,

Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus
Iungere equos rapidiſq; rotis inſiſtere uictor. Idem fuit Athenarum rex, & argenti inuentor, ſecundum Plinium. Vide Hyginum.

Domus Erichthea. Ouid. 6. Faſt. 41.

Populus Erichthonius, Athenienſes. Propert. lib. 2. eleg. 6. 1.

Erichtho] ἐρεχθώ, mulier Theſſala, multis ueneficijs famoſa. De qua abundè Lucanus lib. 6. De hac & Ouidius in epiſtola Sapphus,

Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichto Impulit.

Erichthonius (ἐρεχθόνιος) Vide Erichthæus.

Ericis] portus Ptolemæo, Liguriæ oppidum, Plinio Delphini portus. Vulgò Finus port.

Ericuſa] ἐρικοῦσα, Vna ex ſeptem inſulis Liparei, quam ab arbuſtis uocatam, & ad paſcua prorſus omiſſam, tradit Strab. lib. 6. Meminit & Plin. lib. 3. cap. 9.

Eridanus] penult. corr. (ἠριδανός) inquit Seruius, Solis filius fuit: hic à patre impetratum currum agitare non potuit. Et quum eius errore mundus arderet, fulminatus, in

Italiæ fluuium cecidit: & tunc à luce ardoris sui Phaethon appellatus est, & pristinum nomen fluuio dedit. Vnde mistæ hæc duo nomina inter Solis filium & fluuium inuenimus. Postea eius sorores, flendo in populos arbores uersæ sunt. Hæc Seruius, explicans illud Virgilij in 6,

Inter odorandum lauri nemus, unde superne
Plurimus Eridani per syluam uoluitur amnis.

Eridanum in cælo etiam Aratus esse dixit, stellam Arieti proximam. Cic. in Arato, 17. Vide Higynum.

Auratus Eridanus gemina cornua. Virg. 4. Georg. 74.

Maximus Eridanus. Ouid. 2. Metam. 65.

Sacer Eridanus. Silius lib. 12. 140.

Gurgite sydereo subterluit Oriona. Claud. 4. Paneg. 35.

Fluuiorum rex Eridanus. Virg. 1. Georg. 91.

Erigeron] pen. cor. Herba, à nostris uocatur Senecio: trixaginis specie, & mollitia cauliculis subrubicundis: nascitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia uere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine. Hæc Plin. lib. 25. cap. 13. 21. A' quibusdam per aspirationem scribitur. significat autem uox ipsa uernum senem, quòd citò in pappum & lanuginem abeat. Vulgus uocat Du senecon.

Erigo] erigis, penult. cor. erexi, erectum (ὀρθόω, ἀνυψόω) erigere, Ab Ex & Rego significat eleuare. Cicero pro Rosc. Amer. 36, Quem simul atque attigi, statim homo se erexit.

Abijcere & Erigere, contraria. Cic. 1. de Legib. 39.

Erigere ad gloriam & efferre. Cic. Antequam iret in exiliũ, 8.

Extollere caput, & se erigere. Cic. pro Plancio.

Erigere ad spem & in spem. Cicer. pro Domo sua, 20. Liu. 10. bel. Pun. 71, Iis honoribus mollitus regis animus, erectusq; in spem propinquam sublato Syphace, &c.

Erigere in gradus. Col. lib. 8. cap. 15. 2.

Erigere aciem. Liu. 3. ab Vrbe, 77.

Erigere aculeos iudicum in rem, in uitia, in mores, in tempora. Cic. pro Cælio, 21.

Erigere afflictum. Cic. pro lege Manilia, 15.

Aliquem erigere, Ad diuitias & honores extollere. Ouidius ad Pisonem, 43.

Animum erigere, & spem afferre. Cic. 5. Philip. 164.

Erigere animos. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 16.

Erigere animum, & respirare à metu. Cic. pro Cluent. 158.

Animum demissum & oppressum erigere. Cic. pro Cluẽt. 44.

Erigere animos ad audiendum. Cic. 4. Acad. 21.

Erigitur animus expectatione rerũ bonarũ. Cic. 2. de Leg. 45.

Arces erigere. Stat. 3. Syl. 1. 4.

Erigere aures, & animum attendere. Cic. 3. Verr. 19.

Caput expergefactum erigere. Lucret. lib. 5. 243.

Erigere caudam falcatam in sublime. Plin. lib. 10. cap. 21. 2.

Erigere omnium cupiditates, & acuere industriam. Author ad Herennium, lib. 4. 138.

Erigere expectationem alicuius. Plin. epist. 156.

Fumus erigitur ad sydera. Virg. 9. Aeneid. 49.

Gradum erigere, Id est, altius tollere, ut solent qui ascendunt cliuum aliquem. Sil. lib. 3. 107.

Iras erigere. Silius lib. 4. 56.

Iubam erigere. Senec. Hippol. 10. 10.

Mentem erigere, Forti animo esse. Lucanus lib. 8. 16.

Erigere mentes aures q; & attendere. Cic. pro Sylla, 24.

Oculos erigere. Ouid. 4. Metam. 29.

Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos Pyramus erexit. Cic. pro Sest. 57.

Patriam erigere, Id est, celebrem reddere. Claud. 8. Paneg. 30.

Pectus erigere. Stat. 1. Achil. 109.

Erigere & recreare afflictam & perditam prouinciam. Cic. 5. Verrin. 182.

Rempublicam erigere. Cn. Magnus Domitio, in epist. ad Atticum, lib. 8. 163. 6.

Erigere scalas ad mœnia & ad murum. Liu. 2. bel. Maced. 52.

Se erigere. Cic. 2. de Orat. 29.

Se erigere, & ab omni solicitudine abstrahere. Cicero pro Deiotaro, 27.

Erigere se, & confirmare. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 7.

Erigere & parare se ad. Cic. in Orat. 67.

Exurgere, & erigere se. Cic. 2. de leg. Agr. 86.

E partibus infernis sese erigere. Cic. 2. de Nat. deor. 169.

Contumacius se erigere. Quint. in Procem. lib. 6. 13.

Serpens erigitur. Ouid. 15. Metam. 148.

Te iam series usus q; laborum Erigit. Lucan. lib. 1. 25. Id est, euehit ad summam nobilitatem.

Studia prima se erigunt ad imitationem condiscipulorum. Quint. lib. 2. cap. 3. 8.

Syluas erigere, Id est, ligna in pyram extruere. Lucan. 7. 164.

Pontus in scopulos undas erigit. Lucan. lib. 5. 120.

Vultum erigere. Ouid. 14. Metam. 22.

Vultus erexit rubicunda Phœbe. Seneca Hippol. 6. 3.

Erigi. Cic. 4. Acad. 229, Erigimur, altiores fieri uidemur, humana despicimus, cogitantes q; supera atq; cælestia hæc nostra exigua & minima contemnimus.

In aliquem erigi. Ouid. 12. Metam. 75.

In digitos erigi. Quint. lib. 2. cap. 3. 7.

Sub auras erigi. Virg. 8. Aeneid. 5.

Contra aliquem erigi. Stat. 8. Thebaid. 135.

Bonis erigi. Cic. 1. de Finib. 87.

¶ Erectus, Particip. (ὀρθωθείς) Cic. 1. de Oratore, 91, Hæc igitur & horum similia iura suæ ciuitatis ignorantem, erectum & celsum alacri & prompto ore, ac uultu huc atq; illuc intuentem, &c.

Erectus expectatione. Liu. 2. ab Vrbe, 236.

Ardens & erectus ad libertatem. Cic. 4. Philip. 159.

Celsus & erectus. Cic. 2. de Nat. deor. 110.

Liber & erectus. Horat. 1. epist. 1. 14.

In auras erectus. Sil. lib. 4. 29, —erectus in auras
It sonipes. Ouid. 3. Metam. 9.

In spem erectus. Tacit. lib. 17.

Alacer & erectus animus. Cic. de Senect. 58.

Erectus animus & minimè perturbatus. Cic. ad Att. li. 2. 36. 9.

Magnus animus & erectus. Cic. pro Deiotaro, 26.

Capillo erecto euolare ex aliquo loco. Author ad Heren. libro 4. 241.

Erectus horret crinis. Senec. Herc. Oet. heo, 6. 1.

Cristæ erectæ. Sil. lib. 7. 138.

In armos erectus equus. Stat. 6. Thebaid. 101.

Mens erecta. Quint. lib. 1. cap. 3. 6.

Pectore erecto ambulare. Claud. 1. in Eutrop. 62. de simio.

Proræ erectæ. Statius 1. Thebaid. 75.

Pyra sub auras erecta. Virg. 4. Aeneid. 101.

Status erectus & celsus. Cic. in Orat. 32.

Erecta in arcem uia. Liu. 4. ab Vrbe, 96.

Erectum uotum. Stat. 6. Thebaid. 160.

Erecto uoto, Id est, suspenso fauore propter incertum uictoriæ exitum.

Vultus erectos ad sydera tollere. Ouid. 1. Metam. 18.

¶ Erectus, Nomen ex participio (ἀνύψωτος) Cic. ad Brutum, 10. 1, Erectior Senatus erat tamen non sententijs solum nostris, sed cohortationibus excitatus.

Minor & Erectior, contraria. Claud. de Aponi balneis 5. 3.

Animi erectus, Id est, erecto & excelso animo. Sil. libro 13. 38.

Erigon]

Digitized by Google

Erigon] ἠριγών, Fluuius, qui multis acceptis amnibus ex Illyricis montibus, & à Lyncistis, & Brigibus & Deuriopis, aliisq; compluribus in Axiam irrumpit. Verba sunt Strab. lib. 7.

Erigone] pen. corr. (ἠριγόνη) filia Icarij, & soror Penelopes: quæ patrem suum à rusticis ebrijs occisum ita luxit, ut seipsam præ dolore suspenderit. Sed miseratione deorum mutata fuit in cæleste signum, quod Virgo dicitur. Virgilius 1. Georg.

Quæ locus Erigonem inter, Chelasq; sequentes
Pandit ur. Vide Hyginum.

Flebilis Erigone. Stat. 11. Thebaid. 129.

Erigonem à Baccho compressam fuisse in uuam mutato, docet Ouid. 6. Metam. 26,

Liber ut Erigonem falsa deceperit uua.

¶ Erigoneius, Adiect. (ἠριγονεῖος) ut, Canis Erigoneius. Ouid. 5. Fast. 145. Id est, Canis, sydus cæleste. Vide Hyginum.

Erigonus] Pictor insignis, de quo Plin. libro 35. cap. 11, de picturis agens, Nanq; Erigonus, inquit, tritor colorum Nealcæ pictoris tantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Aegyneta fictoris. Hæc ille.

Erimanthus, & Erimanthius. Vide Erymanthus.

Erinacius] Vide Herinacius.

Erineon] ἐρίνεον Græci uocãt caprificum. Vnde & urbs in Doride, à caprifico dicta est Erineum, ut author est Strabo.

Erinna] uel Erinne, es (ἐρίννα) Teia, uel, ut alij uolũt, Lesbia aut Telia, poetria fuit, carmine illustris, Sapphus contemporanea, ac, ut nonnullis placet, amica. Scripsit autem Elacatem, Aeolica & Dorica lingua uersibus trecentis. Decem & nouem annorum mortuam uirginem ferunt. Meminit huius Eustathius in nauium catalogo apud Homerum: repetit in Temporibus Eusebius. In Erinnam elegans est apud Græcos epigramma, cuius hi duo sunt postremi uersus,

Σαπφὼ δ' ἠέννης ὅσσον μέλεσιν ἀμείνων,
Ἠέννα σαπφῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις. Id est, quãto Erinna in Lyricis Sappho præstantior, tanto Sapphus gloriam Erinna hexametris præcellit. Meminit & Propertius Elegiarum secundo, ubi inquit,

Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ,
Carminaq; Erinnos non putat æqua suis.

Erinnys] ἐρινὺς, Furia infernalis: dicta quòd humanam corrumpat mentem. Huius genitiuus est Erinnyos & Erinnyis, Latinè, & per synæresim Erinnys: accusatiuus Erinnya & Erinnyn, in plurali Erinnes, & Erinnyes.

Crudelis Erinnys. Stat. 8. Thebaid. 134.

Fera regnat Erinnys. Ouid. 1. Metam. 49.

Feralis Erinnys. Lucan. lib. 10. 12.

Flammifera Erinnys. Senec. Herc. furente, 11. 18.

Horrifica Erinnys. Ouid. 1. Metam. 146.

Improba Erinnys. Sil. lib. 13. 59.

Insana regnat Erinnys. Ouid. 11. Metam. 3.

Nocturna Erinnys. Valer. 3. Argon. 4.

Pronuba Erinnys. Cornelia Pompeij uxor lamentando, sortem suam detestatur in Coniugis fuga, apud Lucanum, lib. 8. 18.

Sæua Erinnys. Seneca Octauia, 4. 3.

Tristis Erinnys. Virg. 2. Aeneid. 68. Seneca Octauia, 1. 5.

Succincta anguibus ultrix Erinnys. Senec. Octauia, 5. 9.

Ciuilis Erinnys, Furor belli ciuilis. Lucan. lib. 4. 39.

Patriæ communis Erinnys. Virgil. 2. Aeneid. 115. De Helena.

Atræ Erinnyes. Ouid. 11. epist. 21.

Erinus] ἐρινὸς, Plin. lib 23. cap. 7, Herba, inquit, quam Græci Erinon uocant, reddenda est in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis quinis, ferè ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, paruum, quod trium cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur. Manat lacte multo, & dulci, herba perquàm utilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt uenenis. Hæc Plin. Cæterùm Galenus hanc herbam non Erinum, sed Echinon appellat, ut uidere est lib. 6. Simpl. ubi de hoc disserit.

Eriophorus] Theophrasto teste, Bulbi genus est circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem, eamq; partẽ qua uescuntur, lanea natura est, ex qua mapalia, uestesq; quædam conficiuntur. Refert lib. 19. cap. 2.

Erioxylon] pen. prod. n. g. (ἠριόξυλον) Lana est seu lanugo xyli. Vlpian. in leg. Si cui lana legetur. ff. de Legatis 3. Lana legata etiam leporinam lanam & anserinam & caprinam credo contineri, et de ligno quam Græci ἠριόξυλον, hoc est, ligneam lanam appellant.

Eripha] Equæ nomen Marmacis cuiusdam, qui primus uenit Hippodamiæ procus, anteq; alios ab Oenomao necatus est. Sed & equas eiusdem iugulauit. Eripham nimirum & Parthenian, quas postea iussit sepeliri. Vide Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 22.

Eriphia] ἠρίφια, Veneficæ & fascinatricis cuiusdam nomen fuit, de qua uide Eras. in Adag.

Eriphia, Herba est, septem lanuginosis camulis apij modo foliata purpureo flore, & eo quidem perenni semine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Hanc Magi prodidere in auena scarabeum habere, sursum deorsumq; decurrentem cum sono hœdi: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 18.

Eriphyle] pen. prod. (ἠριφύλη) Vxor Amphiarai, & soror Adrasti. Hæc accepto monili aureo latentem maritum prodidit Polynici: cum quo in prælium proficisci coactus, hiatu terræ perijt: cuius filius Alcmeon postea matrem necauit, & est Orestis furore correptus. Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij 6. Aeneid. 89,

His Phædram, Probriq; locis, mœstamq; Eriphylen,
Crudelis nati monstrantem uulnera cernit. Cicero 1. de Inuen. 106.

Dicimus etiam Latinè Eriphyla, Eriphylæ. Cic. 6. Ver. 35.

Eriphylæus] Adiect. (ἠριφυλαῖος) Stat. 4. Thebaid. 43,

Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irrupit, scelerumq; ingentis semina mouit.

Eriphyza] ἠριφύζα, Insula una ex Aeolijs. Strab. lib. 6.

Eripio] eripis, penult. corr. eripui, ereptum, (ἐξαρπάζω) eripere. Est ut ait Pomponius Iurisc. de manibus alicuius quidpiam auferre per raptum. Terent. Heaut. 4. 2. 6,

Crucior bolum tãtum mihi ereptum tam subitò è faucibus.

Eripio (inquit Valla libro 5) quoties habet cum accusatiuo datiuum, ferè in malam partem accipitur: ut, Eripuisti mihi omnes bene uiuendi facultates. Quoties uerò ablatiuũ cum præpositione à uel ab, siue abs, plerunq; in bonam: ut, Eripuisti me à periculo. Interdum in malam: ut, Eripuisti à me filiam. Terent. Heaut. 4. 3. 39,

Vnus est dies dum argentum eripio.

Eripi & euolare ex insidijs aliquorum. Cicero pro Murena, 74.

Eripere & Relinquere, opposita. Ouid. 6. Metam. 40.

A' morte contra fatum aliquem eripere non posse. Cicero 2. de Diuinat. 37.

Ab igne eripere aliquid. Ouid. 8. Metam. 92.

Eripere de. Cic. 7. Ver. 136, Si qua uis istum de uestra seueritate eripuerit. Id est, liberauerit.

Eripere aliquem ex custodia. Cic. Bruto, 6. 3.

Eripere ex omni impetu urbem & conseruare. Cicero pro Archia, 16.

Ex periculo aliquem eripere. Cicero pro Cluentio, 55. Cæsar 4.bel.Gal.501.
Per carnem & herbas aliquem eripere furijs. Ouidius 15. Metamorph.66.
Humeris suis aliquem per flammas eripere. Virgilius 6. Aeneid.23.
Per tela, per ignes aliquem eripere. Virgilius 2.1. Aeneidos 33.
Curis eripere aliquem. Valer.4.Argon.103.
Damno eripere. Ouid.11.Metam.27.
Dolis alicuius aliquem eripere. Ouidius de Arte aman. libro 3.36.
Domino aliquem eripere. Ouid.8.Metam.172.
Flammis eripere. Ouid.2.Metam.127.
Colla turpi iugo eripere. Horat.2.Serm.Satyr.19. Id est, repellere à se seruitutem.
Iugo se eripere luctantur sonipodes. Seneca Hippol.10.19.
Equi colla iugo eripiunt. Ouid.2.Metam.63.
Letho eripere res alicuius. Virgil.5. Aeneid.137. Acyrologia est, inquit Seruius.
Letho se eripere. Virg.2.Aeneid.27.
Eripere agnum lupo. Plaut.Pœnulo,11.31.
Hærentes aduerso littore naues eripere. Horatius 2.Serm.Sat. 3.41.
Litibus implicitum eripere. Horat.in Arte poet.86.
Moræ se eripere, Non esse in mora, Festinare. Horat. 3. Carm. od.29.1.
Lepus eripitur morsibus canis. Ouid.1.Metam.108.
Morti aliquem eripere. Virg.12.Aeneid.32.
Malis aliquem eripere. Virg.6.Aeneid.73.
Eripere aliquem tormento. Plin.epist.87.
Aliquem in medio uersantem turbine lethi eripere. Catul. in Argonaut.30.
Eripere aliquem domo. Terent. Adelph.2.1.44.
Eripere alicui aliquid per oppressionem. Terentius Adel. 2. 2.30.
Adimere, & eripere. Cic. pro Rosc.Amer.89.
Eripere & extorquere. Cic.2.de lege Agrar.33.
Eripi & surripi. Cic.in Parad.65.
Alimenta alicui eripere. Ouid.9.Metam.3.
Eripere alicui amicum. Matius ad Ciceronem, lib.11.28.18.
Animam. Ouid.6.Metam.108.
Membris alicuius animam eripere. Ouid.15.Metam.169.
Annos eripuere mihi Musæ, id est, ætatem meam consumpsi in literarum studijs. Claud.8.Paneg.28.
Arbitrium secreta loquendi alicui eripere. Ouidius 4. Metamorph.45.
Auxilium solitum alicui eripere. Virg.9.Aeneid.27.
Nubes eripiunt cælum ex oculis. Virg.1.Aeneid.19.
Eripuit à nobis regiam causam. Cic.ad Lentulum, lib.1.5.5.
Eripere alicui conspectum. Cic.pro Rabir.Post.30.
Consulatum alicui. Cic.2.de Finib.101.
Eripere se ex crimine. Terent. Phorm.2.2.9.
Curas. Ouid.de Remed.amor.lib.2.83.
Dolorem eripere aut minuere consolatione. Cicero Attic. lib. 9.173.12.
Vagina eripere ensem. Virg.4.Aeneid.116. Et in 10.95.
Facultatem. Cic.ad Appium, lib.5.3.13.
Ferrum uagina eripere. Virg.6.Aeneid.52.
Fidem alicui, Derogare fidem. Ouid.15.Metam.57.
Formam. Virg.9.Aeneid.21.
Fugam. Virg.2.Aeneid.124,
Eripe nate fugam finemq; impone labori. Id est, Accelera, raptim fac. Seruius.
Imperium semestre. Cæs.1.bel.Ciuil.38.
Eripere se ex infamia. Cic.5.Verr.119.
Anni iocos eripuere. Horat.2.epist.2.12.
Ius. Plaut.Rud.18.6.
Laudem. Cic.2.Tusc.7.
Libertatem. Plaut.Capt.6.61.
Ex sinu parentum liberos. Cic.7.Verr.97.
Linguam alicui, id est, euellere. Ouid.2.Fast.122.
Lucem. Cic.4.Acad.58.
Lucem eripere, & noctem quandam rebus offundere. Cic.1.de Natura deor.10.
Tenebræ lucem eripiunt. Silius lib.10.66.
Mentem. Hirtius lib.4.bel.Alexandrini,72.
Mentem confusam alicui eripere. Virg.2.Aeneid.146.
Eripere se à miseria. Cic.ad Dolabellam, lib.9.13.3.
Mortem alicui eripere. Senec. Thebaide,1.21.
Oculis nefas eripere. Senec. Thyeste,8.1.
Necem eripere. Stat.3.Thebaid.14.
Flammæ eripiunt noctem. Silius lib.11.56.
Notitiã alicuius rei alicui eripere. Ouid.2.de Põto, eleg.10.1.
Nubem, quæ mortales hebetat uisus, alicui eripere. Virgilius 2.Aeneid.121.
Oculos. Terent. Adelph.3.2.20.
Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm, &c. Horat. 2. Serm. Satyr.5.7.
Ignis opes partas eripit. Tibul.lib.2.eleg.4.8.
Eripere ex urbibus ornamenta. Cic.7.Verr.98.
Orationem ex ore alicuius. Plaut.Merc.4.62.
Oscula. Horat.2.Carm.ode 12.6.
Pacem. Vide Pax.
Potestatem aliquid faciendi. Cic.de Amic.73. Cæs.1.bel.Ciuil.
Præmia eripere. Ouid.5.Metam.5.
Pudicitiam. Cic.pro Milone,6.
Rates ab intimis æquoribus eripere, id est, seruare à naufragio. Horat.4.Carm.ode 8.7.
Respiramen, iterq; eripere animæ. Ouid.12.Metam.29.
Responsiones uno uerbo. Plaut.Mostel.8.65.
Eripit interdũ, modò dat medicina salutẽ. Ouid.2.Trist.54.
Sanguinem uitamq;. Cic.pro Quintio,21.
Sensus omnes alicui eripere. Catul.epist.48.2.
Spem nuptiarum. Terent. Heaut.4.3.35. Cic.4 in Catil.80, Eripit etiã spẽ, quæ sola hominẽ in miserijs consolari solet.
Eripere tempus cibi. Cels.lib.2.cap.8.
Tempora certa alicui rei eripere. Horat.1.Serm.Satyr.4.12.
Timorem alicui. Cic.1.in Catil.13.
Vires oẽs animo somnus et alea eripiũt. Ouid.1.de Rem.amor. 30.
Eripere ui ab aliquo uirginẽ. Terẽt. Eunu.4.6.14.
Vitam. Cic.pro lege Manil.7.
Per crimina uitam alicui eripere. Ouid.2.Fast.162.
Vocem loquentis ab ore eripere. Virg.7.Aeneid.24.
Voluntatem alicui. Cic.3.Verr.80.
E' complexu patriæ conspectuq; aliquorum se eripere. Cicero pro Sestio,44.
Te hinc eripe. Senec. Medea,7.13.
Posse loqui eripitur. Ouid.2.Metam.47.
Vix eripiam quin hoc potius uelis. Horat.2.Serm.Satyr.2.5.
Eripere simpliciter usurpatum, pro De periculis eripere. Virgilius 3.Aeneid.112,
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat,
Eripite ô socij, pariterq; insurgite remis.
Tũne hinc spoliis indute meorum Eripiare mihi? Virgilius 12.Aeneid.188.
Honor eripitur. Ouid.1.Fast.124.
Currendi uires eripiente metu. Ouid.3.Amorum, eleg.5.14.

¶ Ereptus,

Digitized by Google

¶ Ereptus, participium (διαφαιρεθείς) Cicer. pro Rosc. Amer. 88, Ipse assiduitate, cõsilio, authoritate, diligentia perfecit, ut S. Roscij uita erepta de manibus sectorum, sententijs iudicum permitteretur.
Ab undis ereptus. Virg. 1. Aeneid. 121.
In primis annis ereptus. Valer. lib. 6. Argon. 114.
Per medios enses ereptus. Propert. lib. 1. eleg. 20. 21.
Fato ereptus. Virg. 2. Aeneid. 147.
Fluctibus ereptus. Horat. 4. Carm. ode 8. 5.
Humanis ereptus. Curtius lib. 10. De Alexandro mortuo.
Oculis ereptus. Ouid. epist. 10. 9.
Periculis ereptus. Virg. 3. Aen. 142.
Pugnæ ereptus. Silius lib. 17. 77.
Ruinis alicuius ciuitatis ereptus. Virg. 3. Aeneid. 95.
Thalamis alicuius fœminæ ereptus. Id est, liberatus illius coniugio. Seneca Medea, 2. 10. De Iasone & Medea.
Amor ereptus. Prop. lib. 2. eleg. 9. 8.
Erepta coniux. Virg. 3. Aen. 66.
Facta erepta. Stat. 3. Thebaid. 17.
Honor dolo, ereptus alicui. Virg. 5. Aeneid. 68.
Ius ereptum restituere. Ouid. 1. Fast. 125.
Iuuenta prima fato erepta alicui. Virg. 7. Aeneid. 11.
Laus erepta alicui. Senec. Herc. Oetheo, 7. 29.
Littora erepta. Silius. lib. 7. 87. Id est, ab hostibus occupata.
Locus ereptus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 12.
Merces erepta laborum. Lucan. lib. 1. 69.
Munera erepta ruinis alicuius ciuitatis. Virgilius 1. Aeneidos 131.
Pellis erepta iuuenco. Virg. 11. Aeneid. 136.
Ratis erepto campis deserta profundo. Silius. lib. 3. 12.
Regnum alicui ereptum. Lucan. lib. 5. 13.
Sensibus ereptis mens excidit. Catul. epig. 61. 5.
Solatia sibi erepta lugebant Nymphæ. Claud. in Præfat. lib. 2. de raptu Proserp. 1.
Stirps erepta, Mortua. Ouid. ad Liuiam, 13.
Ereptum tempus ex summis occupationibus. Cicer. ad Attic. libro 1. 9. 1.
Venia scelerum erepta populo nocenti. Lucan. lib. 440.
Virginitas erepta. Virg. 12. Aeneid. 29.
Voluptas urbis alicui erepta. Ouidius tertio, de Ponto, eleg. 9. 8.
Ereptus, Mortuus. Ouid. ad Liuiam, 40,
Consulis erepti publica damna refert.
¶ Ereptor, tôris, Verbale, Qui eripit. Cic. pro Quin. Iste, homo acerrimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor.
¶ Ereptio, onis, Verbale. Cic. in Verr.
Eris] huius eris, Nomen est herbæ in Aegypto nascentis, aro similis, nisi quòd minor est, & minoribus foliis ac radice, quæ tamen grandis oliuæ magnitudinem implet. Hermolaus.
Eris (ὄρις) Fluuius, quem antea Cleanin uocauere, labiturq; superne de Apenninis collibus, & agro Vestino, præter uicũ Fregellas, clarissimam olim urbem. Excurrit autem in Lucum sacrum, quem magnis honoribus Minturnenses celebrant, oppido incumbentem. Ex Strab. lib. 5.
Erisichthon] huius Erisichthonis, penul. corr. (ὁρισίχθων) Vir fuit Thessalus, qui quum Cereri nemus consecratũ, præcipuè uerò quercum unam in qua Nympha quædam habitabat, succidisset: irata Ceres fàmem ad eum misit: quæ toto exhausto patrimonio, eò coegit etiam, ut membra propria absumerentur. Fabulam habet Ouid. 8. Metam.
Erisma] Vide Anteris.
Erismæ] Pilæ sunt ædificiorum, quæ procurrunt ab imo, mox gradatim contrahuntur. Vide Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 11.
Eristalis] Gemma est, teste Plinio, quæ quum candida sit ad inclinationes rubescere uidetur. V. de eadem Plin. lib. 37. capite 10.
Eristici] ὁριστικοί, Dicti sunt sophistæ quidam. Duo enim genera Sophistarum fuerunt olim, unum simile Oratoribus, qualis Gorgias Leontinus fuit: alterum simile Dialecticorũ, eorum qui Eristici uocabantur, à quibus Eristicis Dialectica profecta uidetur, si Laertij authoritas id ut credamus meretur, quòd mihi quidem uidetur. Hos autem Sophistas insectatur Isocrates, sed & alteros quoq;, qui ciuiles orationes amplectebantur. Ex Turnebo.
Erithacus] ὀριθακος, Auis est solitaria, formam & colorem mutans cum nomine. Nam hyeme tantùm Erithacus, æstate Phœnicurus appellatur, à puniceo caudæ colore. Author Plinius libro 10. capite 29. Theod. ex Aristotel. Rubeculam uertit.
Erithales] ὀριθαλης, Herba est semper uirens, quæ alio nomine Sedum siue semperuiuum minus appellatur. Vide Pli. lib. 25. cap. 13.
Eritheræ] ὀριθόραι, Serui libertati donati à Lacedæmonijs dicti sunt, ut refert Alexand. Genialog. dier. libro 3. capite 20.
Erithyni] ὀριθυῖοι, Duo sunt scopuli, qui nunc Erythri uocantur, à colore sic nominati, quorum meminit Homer. in Catalogo nauium. Vide Strab. lib 12.
Eritius] Machina est militaris, infestis undiq; horrens telis, ut aculeis echinus. Salust. Saxaq; ingentia & axe uincti orbes per pronum incitabantur, axibusq; eminebant in modũ eritij militaris ueruta binum pedum. Turnebus.
Eritudo] Seruitudo. Festus.
Eriunius] Mercurius (ὁριούνιος ἐρμῆς) cognominatus, quòd ualde prosit hominibus ad lucra: ἐριούνιος enim ualde utilis interpretatur. Aristophanes in Ranis inducit Euripidem & Aeschylum de Tragœdia certantes, ubi & Eriunij Mercurij mentionem fecit. Meminit & Phurnutus, ἀπὸ τοῦ ὀνεῖν, id est, à iuuando dictum scribens.
Eriuo] eriuas, penultima producta, eriuare, Riuis factis educere, euacuare. Plinius libro 17. cap. 26. 4, Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eriuari conuenit.
Ero] ὁρὼ, Puella formosissima ex Sesto Thraciæ urbe, ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos, cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu eius causa Hellespontum solebat traijcere. Verùm quum aliquando nimio amatæ desiderio, mari tempestatibus agitato se commisisset, uiribus destitutus submersus est. Huius cadauer quum fluctuum impulsu Sestum esset delatum. Ero doloris impatientia ex editissima sese specula in mare præcipitauit. Vide Musæum, qui horum amores elegantissimo carmine exequitur.
Ero] eronis, Erones, inquit Turnebus, texta quædam sunt storiarum, & tegetum more, in quibus interdũ pauperes dormiebant, & fruges reponebantur: sed & uasa sic uiminea uocabantur, tegetibus similia & cophinis: φορμοὶ à Græcis dicuntur. Hæc obsignabimus, subdit idem, testimonio interpretis Terentiani, cuius uerba sunt, Phormio non à formula, sed Phormione dicitur sparteo, quem nos eronem dicimus triuialiter & pro consuetudine. Vetus criticus eronem interpretatur κόπιναν. Ex his quod in Vitruuio, Plinio, & Iurisconsultis berones uel perones quidam legunt, Turnebus erones legendum contendit. Tu uideris.
Erodius] Auis est quæ in coitu sanguinem exudat: quæ ex causa argumentantur impositum nomen ὅτι ἔαρ ἰδοῦσαι. nam ἦαρ quandoq; sanguinem dici. Ciconiam putat Suidas; aut



Digitized by Google

Ciconiæ ſimilem: dictamq; quòd in paludibus uerſetur, quaſi clodion. Fulicam transfert Auguſtinus: ardeolam Theodorus. Cælius.

Erodo] *erodis, pen. prod. eroſi, eroſum* (δάκνομαι, ἀποβρώσκω) *erodere*, Idem quod Rodere. Plin. lib. 11. cap. 29. 4, Omnia uerò morſu erodentes. Colum. lib. 10. 31,

Nec ſolum teneras audens erodere frondes.

Eroſus ſile. Plin. lib. 12. cap. 9. 3.

Erogenneton] ἐρωγενέτων, Herba eſt ſic dicta, quòd amatorijs conueniat, γεννάω enim gigno, & ὄρως amor dicitur.

Erogo] *erogas, pen. corr.* (ἐκδίδωμι) *erogare*, Diſtribuere, & quaſi rogatoribus effundere. Plin. epiſt. 240, Deinde quam ipſi erogare in oleum ſoliti, parati ſunt in operibus balinei conferre.

Erogare pecunias ex ærario. Cic. in Vatinium, 22.

Pecunias alicui erogare in rem aliquam. Cic. 7. Verr. 39.

Erogare pecuniam in claſſem. Cic. pro Flacco, 22.

Vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Liu. 1. ab Vrbe, 83.

Erogatus] *pen. prod.* Participium (ἐκδοθείς) *ut*, Pecunia publica ex ærario erogata. Cic. 5. Verr. 141.

¶ Erogito, *erogitas, pen. corr.* (καταδέομαι) *erogitare*, Vehementer rogare. Plaut. Capt. 16. 30,

—interibi ego ex hac ſtatua ueruecea uolo
Erogitare, meo minore quid ſit factum filio.

¶ Erogatio, Verbale (ἔκδοσις) Diſtributio: *ut*, Erogatio pecuniæ. Cicer. ad Atticum, lib. 15. 322. 4. Plin. in Paneg. 66, Vt tot impendijs, tot erogationibus ſola ſufficiat. Atque hic in malum ſumitur, quemadmodum apud Suetonium pleriſque in locis, nempe pro largitionibus & profuſionibus pecuniarum.

Eropia] Inſula una ex Cycladibus: aliter Acis, & poſtea Syphnus appellata.

Eros] *huius* Erotis, *penult. prod.* Comœdus fuit, cuius meminit Cicer. in Oratione pro Roſcio Comœdo, 18, Quod item nuper (inquit) in Erote Comœdo uſu uenit: qui poſtea quàm è ſcœna non modò ſibilis, ſed etiam conuitio explodebatur, ſicut in aram confugit in huius domum, diſciplinam, patrocinium, nomen.

Eroſus] Vide Erodo.

Erotema] *pen. prod. erotematis* (ἐρώτημα) Interrogatio latinè dicitur: *ut*, Virgil. 2. Aeneid. 65,

Quò res ſumma loco Panthu?

Erotema, Figura quædam eſt Aquilæ, quam Cicero Interrogatum uertit, qua utimur ubi exacerbando aliquid interrogamus, ut exaugeamus rei inuidiam. Differt autem à pyſmate, hoc eſt, quæſito, quòd ad erotema una uoce reſpõderi poſſit negando, uel confitendo: ad pyſma uerò, non niſi pluribus.

Erotium] *tij* (ἐρώτιον) Mulierculæ nomen eſt apud Plautum, per diminutionem ἀπὸ τῦ ἔρωτος, hoc eſt, ab amore detortum. Erotium item Græcis, Cupidinis imaguncula ſignificat.

Erotopægnium] *nij, g. n.* (ἐρωτοπαίγνιον) eſt ludicrum opus uel poema de amore. ἔρως enim amor, παίγνιον ludus. Pli. Iunior lib. 5. epiſt. 17, Nuntio tibi, fuiſſe me hodie in auditorio Calphurnij Piſonis: recitabat ἐρωτοπαίγνιον. Auſonius in Centone nuptiali, ſub finem, Quid antiquiſſimi poetæ Liuij (alij legunt Lelij) erotopægnion libros loquar? Gellius lib. 2. cap. 24. Huius legis Lælius poeta meminit in erotopægnijs. Priſcianus lib. 2. cap. De temporibus & reformatione Participiorum, Liuius erotopægnion quarto, Meminens Varro corde uolutat.

Erotylos] ἐρωτύλος, Gemma eadem quæ Mepicoros & hieronnemon dicitur, à Democrito præcipuè laudata in argumentis diuinationum. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Erphoum] ἐρφῶον, Oppidum ad Euphratem, cuius meminit Strab. lib. 14.

Erranoboas] Fluuius eſt nauigabilis, qui in Gangem influit, teſte Plinio lib. 6. cap. 18.

Erro] *erras* (ἄλημι, ἀλητεύω, πλανάομαι, σφάλλω, πταίω, ἀμπλακέω) errare, Huc atque illuc ire, Vagari. Cicero 3. Tuſcul. 106,

Qui miſer in campis mœrens errabat Alcis.

Ex Homero.

Vagari & errare. Cic. 1. de Orat. 104.

Huc & illuc errare. Ouid. 11. Metam. 72.

A ſedibus ſuis errare. Claud. 4. Paneg. 82.

Ad flumina errare. Virg. 6. eclog. 13.

Ad lacus errare. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 8.

Circum littora errare. Virg. 3. Aeneid. 16.

Circum omnia maria errare. Vide Circum.

Circum uillulas errare. Cic. Att. lib. 8. 153. 4.

Errare in ſylua. Virg. 6. Aeneid. 91.

Multis in annis errare. Ouid. 1. Triſt. 12.

In undis errare. Virg. 3. Aeneid. 40.

Inter audaces lupus errat agnos. Horat. 3. Carmin. ode 18. 3.

Per agros errare. Propert. lib. 2. eleg. 29. 5.

Armentum teneras errat per herbas. Ouid. 15. Metam. 3.

Per ignotos errant animalia montes. Virg. 6. eclog. 8.

Per undas errare. Ouid. 5. Metam. 93.

Per ignotas urbes errare. Tibull lib. 4. eleg. 1. 11.

Procul errare, Vehementer falli. Vide Procul.

Subter ſupraq; errare. Stat. 9. Thebaid. 87.

Procul auius errat. Lucret. lib. 3. 148.

Ignari hominumq; locorumq; Erramus. Virgil. Aeneid. 68.

Errat uarius. Cic. pro Cluent. 138.

Toto paſſim uagus errat in orbe. Ouid. 14. Metam. 136.

Curſu ſolicito errare. Claud. de raptu Proſerp. 1. 6.

Paſſibus non certis errare. Ouid. 3. Metam. 35.

Pelago errare. Virg. 3. Aeneid. 41.

Via errare. Virg. 2. Aeneid. 147.

Vrbibus errare. Virg. 1. Aeneid. 117.

Errare, pro Paſci aliquando uſurpatur: quod pecudes errando paſcere ſoleant. Virgil. 2. eclog. 5,

Mille meæ Siculis errãt in montibus agnæ. Idẽ 1. eclog. 2,
Ille meas errare boues (ut cernis), &c.

Non per dubias errant mea carmina laudes. Tibull. libro 4. eleg. 1. 22.

Varij colores ſæpe errant in uultu ſolis. Virg. 1. Georg. 90.

Perq; nouem errauit redeuntis cornua lunæ. Ouidius 10. Metamorph. 95.

Dolor errat per omnes. Lucan. lib. 2. 5.

Flamma per medullas errat. Ouid. 14. Metam. 70.

Fluuius errat. Virg. 3. Georg. 3.

Fulmen errare in aliquos dicitur. Senec. Medea, 7. 22.

Extremus ſuper halitus errat. Virg. 4. Aeneid. 137.

Manus errat circum aures & tempora. Virg. 5. Aeneid. 86.

Elnitans nauis errat amiſſo magiſtro. Virg. 5. Aeneid. 172.

Orbes cæli alij in alios errant. Virgil. 1. Georg. 68,

Qui ſignis cæli Cyllenius erret in orbes. Ordo eſt, in quos orbes cæli erret Cyllenius ignis. Et bene Erret: nam planetæ uocantur ἀπὸ τῦ πλανᾶσθαι, id eſt, ab errore. Nam interdum ad Auſtrum, interdum ad Septentrionem, plerunque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. Seruius.

Spes ſolicitæ, trepidiq; metus errant. Senec. Herc. furent. 3. 2.

Tempora errant. Ouid. 3. Faſt 31,

Sed tamen errabant etiam tum tempora.

Vires

Vires errant. Ouid. ad Liuiam, 10.
Nec uires errasse tuas cãpoq; fŏroq;. Id est, ubiq; spectata tua constans uirtus.
Errare, Labi à uero: quoniam uagando, sæpe à recta uia deflectimus. Cic. 12. Philip. 321, Cuiusuis est hominis errare: nullius nisi insipientis, perseuerare in errore. Idem 5. Verr. 93, Errauit, an potius insaniuit Apronius?
Errare & Erudiri, contraria. Cic. pro Corn. Balbo, 62.
Errare, & Vera sentire, contraria. Cic. 1. Tuscul. 61.
Errare cum aliquo. Cic. 1. Tusc. 61.
In amicitia errare. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 9.
Licenter errare, Cic. in Orat. 42.
Licentius errare. Ouid. 4. de Ponto, 6.
Longè errat. Vide Longè.
Magnopere errare in re aliqua. Lucret. lib. 3. 22.
Stultitia errare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 42.
Probè ac uehementer errare. Plaut. Amphit. 11. 21. Cicer. 4. Academ. 185.
Erro propemodum. Cic. pro Rosc. Amer. 76.
Non ultra uerba, ac uoces errare. Tacit. lib. 17.
Erras si id credis: hoc est, Falleris. Teren. Heaut. 1. 1. 53.
Errare in aliquam partem. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 11. 13.
Errare in aliquam rem, pro Declinare. Liuius libro 1. bel. Maced.
Errare de uerbis alicuius, Non assequi, aut intelligere quid uelit, aut dicat. Terent. Heaut. 2. 3. 12.
Ne erres: hoc est, Ne temerè putes aut existimes. Terent. And. 4. 2. 21, Huic, non tibi habeo, ne erres.
Scio quid erres. Plaut. Epid. 12. 4. Terent. And. 3. 2. 18, Teneo quid erres: quid ego agam habeo.
Totis re errare. Cic. 2. Philipp. 45.
Errare tota uia. Terent. Eunuch. 2. 2. 14.
Animus sæpe in corporis morbis errat. Lucret. lib. 3. 94.
Erratur in nomine. Cic. 4. de Finib. 93, Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine.
¶ Errans, Participium (ἀλατσύων) Terent. Heaut. 2. 3. 16, Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu interea loci, &c. Virgil. 1. Aeneid. 66,
Vidistis si quam hìc errantem forte sororum.
Terris omnibus & fluctibus errans. Virgil. 1. Aeneid. 152.
Digitis errantibus scindere chelym. Stat. 5. Sylu. 5. 7.
Domus errantes. Lucan. lib. 1. 52. Alludit ad Scytharum domos, quas plaustris uehi dicit Horat. 3. Carm. ode 24. 2.
Gradum errantem in recta deflectere. Senec. Thebaid. 1. 1.
Greges errantes. Horat. Epod. 2. 3.
Hederæ errantes. Virg. 4. eclog. 4. Id est, passim uagantes: unde antiqui Lyricî dixerũt Flexipedes hederas, quòd hac atq; illac uagantur. Seruius.
Locum tutum erranti dare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 12.
Lumina errantia. Propert. lib. 3. eleg. 14. 6.
Luna errans. Virg. 1. Aen. 150, Quia (inquit Seruius) ἐλικοειδὲς, id est, obliquo incedit cursu, non recto ut sol, scilicet ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclipsim. Vicinus est enim eius circulus terræ.
Errans opinio. Cic. 2. de Finib. 114.
Errans & uaga sententia, cui opponitur Stabilis & certa. Cicer. 2. de Nat. deor. 2.
Errantia sydera, Errantes stellæ. Plin. lib. 2. cap. 6. 13. Et Cic. 1. Tusc. 96.
Turmæ errantes sine præside. Stat. 10. Thebaid. 3.
¶ Errantia, huius errantiæ (ἀλαμοσύνη) Idem quod Error. Accius Neoptolemo, Satis iam dictum est, neq; ego errantia animi praue morigerabor. Nonius Antiquum.
¶ Erratus, pen. prod. Particip. (ἀλατσυθεὶς) Ouid. 3. Fast. 135, Protinus erratis læti uescuntur in agris. Id est, quos errando lustrauerant.
Littora errata. Virgil. 3. Aeneid. 137, Errata (inquit Seruius) Participium sine uerbo.
Orbis erratus. Ouid. epist. 22. 21.
Orbis erratus diuersis casibus, id est, pererratus. Valer. 4. Argonaut. 90.
Terræ erratæ. Ouid. 4. Fast. 115.
¶ Erratum, pen. prod. (σφάλμα, πταῖσμα) Idem quod Error. Cicer. pro Cluen. 105, Nullum ob totius uitæ non dicam uitium, sed erratum.
Erratum & Rectè factum, contraria. Cicer. 2. de lege Agrar. 21.
Errata ætatis. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 4.
Commune erratum. Cic. Attic. lib. 6. 111. 30.
Obtegere errata. Vide Obtego.
Petere ueniam errato alicuius. Cic. pro Sylla, 48.
¶ Erratio, Verbale (ἀλήτευσις, ἀλητεία) propriè est pedum error autem animi. Teren. Adelph. 4. 2. 42, Sanè hac multo propius ibit, & minor est erratio. Cic. 2. de Nat. deorum, 80, Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec uanitas inest: contraq; omnis ordo, ueritas, ratio, constantia. Idem de Vniuers. 25.
¶ Errabundus (πλανώμενος) Vagabundus. Liu. 1. ab Vrbe, 127, Nunc in luminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illud uisuri peruagrentur.
Errabunda uestigia. Virg. 6. eclog. 12.
Errabundæ naues, Vento dispersæ. Hirtius, libro 5. bel. Afric. 8.
¶ Erraticus, pen. corr. (πλανήτης) Adiectiuum, Qui errat & uagatur. Gellius, lib. 2. cap. 2, Interibi aliquot ex ijs qui aderant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei, incolãq; sordentium, ganearum. Cice. de Senect. 48, de uite loquens, Multiplici serpentem lapsu & erratico ferrum coercet agricolæ.
Delos erratica. Ouid. 6. Metam. 67.
Herba erratica, id est, agrestis, & non satiua, uerùm passim nascens. Plinius libro 19. cap. 8. 5, Est & erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium uocant. Sic, Erratica brassica, apud Columellam.
¶ Error, erroris, masc g. (ἄλη, σφάλμα, πλάσμα, ἀμπλακία, πλάνη) Ignorantia. Cic. 1. Acad. Et pro Marcel. 7, Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus.
Error & insania. Horat. 2. epist. 2. 24.
Virtus, & Error, opponuntur. Horat. in Arte poet. 63.
Modicis erroribus æqui mores. Iuuenal. Satyr. 14. 2.
In magnis tenebris erroris & inscientiæ. Cic. pro Sylla, 30.
Nebula erroris. Iuuenal. Satyr. 10. 1.
Vulgus errori simile. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 12.
Rabies erroris, Furor culpæ. Silius, lib. 7. 110.
Error alicuius rei, Deceptio. Virg. 2. Aen. 83.
Mentis alienatæ error. Quint. in Proœm. lib. 6. 10.
Error nominum. Liuius 1. ab Vrbe, 97, Tamen in re tam clarâ nominum error manet, utrius populi Horatij, utrius Curiatij fuerint.
Ambiguus error. Stat. 5. Thebaid. 88.
Cæcus error. Senec. Herc. fur. 12. 9.
Dulcis labantibus error. Valer. 3. Argon. 95.
Mentis gratissimus error, Voluptas in stultis rebus. Horat. 2. epist. 2. 28.
Falsus error. Plin. lib. 15. cap. 3. 2.
Grauis error. Seneca Octau. 7. 11.
Honestus error. Quintil. lib. 1. cap. 6. 2.



Digitized by Google

Indeprehenſus & irremeabilis error labyrinthi. Virgil.5.Aeneid.117.
Inexplicabilis uiarum error. Vide Inexplicabilis.
Infandus error. Valer.5.Argon.115.
Ingens error. Quintil.lib.3.cap.6.5.
Irreuocandus error. Claud.de bello Getico,25.
Malus error. Virgil.8.eclog.9.
Vt uidi,ut perij,ut me malus abſtulit error, Definitio eſt amoris, inquit Seruius. Nam amor errare plerunque compellit.
Phanaticus error. Horat.in arte poet.92.
Prophanus error animi. Claud.1.in Ruff.16.
Sacri uatum errores. Silius lib.8.20.
Simplex error. Quint.lib.3.cap.8.39.
Credulitas & temerarius error. Ouid.12.Metam.12.
Turbulenti errores. Cic.2.de Nat.deor.101.
Vanus error. Stat.12.Thebaid.59.
Adiuuare alterius errorem. Vide Adiuuo.
Afficere mentis errore. Vide Afficio.
Suus cuiq; attributus eſt error. Catul.epig.19.4.
Auferre errores alicuius, Rem alicui aperire. Eripere falſam opinionem. Ouid.5.Faſt.73.
Erroribus cæcari. Vide Cæco.
Captus errore. Cic.12.Philipp.322.
Coarguere errorem alicuius. Cic.1.Acad.19. Vide Coarguo.
Falſa opinione errore hominum commendatum eſſe. Cicero pro Seſtio,16.
Confiteri errores ſuos. Quint.lib.3.cap.6.46.
Errorem creat ſimilitudo. Cic.2.de Diuinat.82.
Decipit error. Ouid.4.Triſt.eleg.1.5.
Deferri errorem. Vide Defero.
Demere alicui mentis errorem. Horat.2.epiſt.2.28.
Depellere errorem. Cic.2.de Diuinat.89.
Deponere errorem ſuum. Cic.8.Philip.255.
Detrahere errorem alicui. Ouid.4.de Ponto,eleg.8.4.
Duci errore. Cic.pro Corn.Balbo,22.
Effugere errorem aliorum. Lucret.lib.4.66.
Ut error ante oculos alicuius, Decipitur ſpecie. Ouidius 3. Faſtor. 77.
Eripere errorem alicui. Cic.Attico,lib.10.195.9.
Ab errore euellere aliquem. Cic.3.Offic.111.
Origine erroris aliquid factum. Ouid.2.de Ponto,eleg.2.11.
Feſſus errore uiarum. Silius lib.15.142.
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucretius libro 4.217.
Fluitans errore. Lucret.lib.3.214.
Illudit error. Horat.2.Serm.Satyr.3.10.
Mentes imbutæ prauitatis erroribus. Cic.5.Tuſc.114.
Sæuis erroribus implicat nubem. Valer.3.Argon.7.de Cybele.
Erroribus implicari. Vide Implico.
Incutere errorem. Vide Incutio.
Inducere in errorem. Vide Induco.
Imperitos in errorem inducere. Cic.de clar.Orat.162.
Induci in errorem. Cic.in Piſonem,46.
Inflatus errore. Cic.4.Acad.206.
Quantum animis erroris ineſt. Ouid.2.Faſt.158.
Lapſus errore. Quint.lib.4.cap.2.51.
Lapſum eſſe per errorem. Cic.Q.Frat.lib.3.24.14.
Liberare animos errore. Vide Liber,liberi.
Erroribus mederi. Vide Medeor.
Natus error. Vide Naſcor.
Nocens error. Senec.Herc.Oeth.7.3.
Scelerum errore nocens. Stat.12.Thebaid.102.
Obiectus error alicui. Cic.pro Cecinna,4.

Pendere ex errore imperitæ multitudinis. Vide Pendeo.
Opinionibus uulgi rapimur in errorem. Cic.2.de Legib.70.
Recipere errorem. Quint.lib.1.cap.5.31.
Sublato errore. Lucan.lib.3.121.
Cum mulieris lacte ſuximus errorem. Cic.3.Tuſc.4.
In magno errore ſunt qui ſandareſon uocant. Plin.lib.37.capite 7.9.
Tardare errorem aliqua re. Propert.lib.2.de eleg.19.9. Id eſt, nectere moras.
Tantus tenet error amantem. Ouid.3.Metam.90.
Teneri malo errore. Virg.10.Aen.22.
Errore aliquo trahi. Ouid.2.Metam.16.
In ſummo errore, atq; in maxima rerum ignoratione uerſari. Cic.1.de Nat.deor.5.
Verſatur magnus error. Cic.2.de leg.Agrar.23.
Error, pro dolo: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Virg.2.Aeneid.10.
Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.
Error, pro uagatione etiam accipitur: ut, Errores Vlyſſis. Cic.1.Offic.158.
Propriè erratio appellatur.
Error uiarum. Liu.4.bel.Pun.75.
Feri errores nemorum. Stat.1.Thebaid.46.
Inextricabilis error. Virgil.6.Aen.6.
Inobſeruabilis error labyrinthi. Catul.in Argon.23.
Vagus error. Valer.5.Argon.23.Ouid.4.Metam.101.
Longis agi erroribus. Ouid.4.Metam.114.
Diffugiunt quò quenq; agit error. Ouid.3.Faſt.111.
Pelagi erroribus actus. Virg.6.Aeneid.107.
Viæ errore actus. Virg.6.Aeneid.40.
Deceptus nouo errore ueterum locorum. Virg.3.Aen.37. Vbi Seruius, Aut per contrarietatem ſermonum declamauit, aut nouo pro Magno poſuit.
Ducere in errorem. Ouid.8.Metam.33.
Implicita errore uia. Lucan.lib.8.1.
Palanteis error in ſyluis certo de tramite pellit. Horat.2.Serm.Satyr.3.10.
¶ Erro, erronis, pen.prod.m. g. (πλανός, πλανήτης) Vlpian. Errones appellantur ſerui, qui non quidem fugiunt, ſed frequenter ſine cauſa uagantur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redeunt. Arrianus de Re militari, Leuius itaq; delictum emanſoris habetur, ut erronis in ſeruis: deſertoris grauius, ut in fugitiuis. Plinius epiſtol.34.a
Fugitiuus ut erro. Horat.2.Serm.Satyr.7.23.
Admittere erronem. Ouid.epiſt.21.11.
Vocare erronem ſub ſua ſigna. Tibul.lib.2.eleg.7.2.
Errones Nigidius uocat eas ſtellas, quas multi erraticas appellant. Gellius, lib.14.cap.1.
¶ Erroneus (πλανήτης) Idem quod Erro. Col.lib.7.cap.12.5, Maximè autem debent in cuſtodia uigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſsidui, & circunſpecti magis quàm temerarij. De canibus loquitur. Vlpian.in l. ædiles. De ædilitio edicto, Si aleator erroneus uel uinarius ſit factus.
Erubeſco] erubeſcis, erui (ἐρυθριάω, καταισχύνομαι) erubeſcere, Rubore & uerecundia ſuffundi. Terent. Adelph. 4.5.9, Erubuit, ſalua res eſt. Cicer. 2.de Finibus, 49, Deinde ubi erubuit (uis enim eſt permagna naturæ) confugit illuc ut neget.
Erubuit iram q; pudore repreſſit. Ouid.1.Metam.152.
Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter locutum eſſe. Author ad Herennium, lib.2.39.
In aliqua re erubeſcere. Cic.1.de Legibus, 61.
Epiſtola non erubeſcit. Cic.Luceio, lib.5.12.1.

Gene

Digitized by Google

Genæ erubuere. Ouid. 2. Fast. 166.
Iura fidemq; alicuius erubescere. Virg. 2. Aeneid. 108.
Erubescere ora alicuius. Cicero in Salustium. Hoc est, conspectum uereri.
Preces erubescere. Claud. 1. de rapt. Proserp. 14,
Posce Iouem, dabitur coniux. Vix ille pepercit:
Erubuitq; preces. Id est, erubuit supplex esse & precari.
Non erubescere uoluptates. Cic. 1. de Nat. deor. 154.
¶ Erubesco, cum infinitiuo. Senec. Herc. Oeth. 13. 21,
Sed ire ad illos umbra quos uici deos Pater erubesco.
Erubesco loqui. Cic. 1. de Leg. 74.
Erubescere, cum genitiuo. Curtius, lib. 5, Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunæ.
Erubescere, cum ablatiuo. Senec. 3. de Benefic. Nunquid iam illa repudio erubescit? &c.
Genis erubuit. Ouid. 2. Amor. 8. 4.
Malis alterius erubescere. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 2.
Saxa roratis rosis erubuerunt. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 8.
Viro erubescit puella. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 13.
¶ Erubescendus. (καταισχυντός) Nomen ex Particip. ut, Amor erubescendus: id est, turpis. Horat. 1. Carm. Ode 27. 3, Ignes erubescendi.
¶ Erubescens, tis, Particip. (καταισχυνόμενος) Cic. 1. de Natu. deor. Epicurus uoluptates quidem non erubescens, persequitur omnes nominatim.
Eruca] huius erucæ, pen. prod. (ἐλάφνη) ab erodendo dicta, genus uermis, Campe alio nomine dicti, qui in olerum folia repit, abroditq; præsertim brassicas. Colu. lib. 11. cap. 3. 52, Vbi uerò apricis regionibus, post pluuias, noxia incesserũt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ, Græcè autẽ ἐλάφναι nominantur, uel manu colligi debent, uel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt.
Eruca, si Apuleio creditur, ab hærendo uenit, quoniam rebus quas occupat, tenaciter inhæreat.
Eruca (ἴρυσιμον) herba quædam uirtutis calidæ, Venerem excitans: unde salax appellatur. Col. lib. 10,
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.
Vulgò appellatur Ruchetta ouer Ricola. Iuuenal. Satyr. 10. 14.
Salaces erucæ. Ouid. 2. de Remed. amor. 81.
Virides erucæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 11.
Erucius] Roscij accusator, incerto patre natus, à literis non abhorrens, de quo multa Cic. in Orat. pro Sext. Rosc. Amer.
Eructo] eructas (ἐρεύγομαι, ἀπερεύγομαι, ὀρυγγάω) eructare, Prequentatiuum ab Erugo, erugis. Propriè extra ructum mittere. Festus, Erugere semel factum significat, quod eructare sæpius. Cic. in Pisonem, 9, Vnde nos cùm improbissimè respondendo, tam turpissimè eructando eiecisti.
Eructare, Foras mittere, eijcere. Sic Varro 1. de Re rust. cap. 4. 3, Eructare odorem pestilentem. Et Cic. in Catil. 32, Eructare sermonibus cædem bonorum.
Eructat Bosphorus amnes. Valer. 4. Argon. 69.
Arenam eructare fluuij dicuntur. Virg. 6. Aen. 6. de Acherõte.
¶ Eructans, Particip. (ὀρυγνόμενος) ut,
Tartarus horrificos eructans faucib. æstus, Lucret. libro 3. 206.
Saniem eructans. Virg. 3. Aen. 126. De Polyphemo.
Scopulos erigis eructans. Virg. 3. Aen. 115. Vbi Seruius, Ructo, ructat tantum facit.
Erudero] eruderas, pen. cor. (ὀρέπτομαι ἐκβάλλω) eruderare, Rudus eijcere. Varro 2. de Re rust. cap. 2. 6, Solum oportet esse eruderatum, & procliuum: ut euerri facilè possit.
Erudio] erudis, pen. cor. eruditum, eruditum, pen. prod. (παιδεύω, διατηχέω, κατηχίζω) erudire, Ex rudi doctum facere. Cic. pro Rosc. Comœdo, 18, Non solum ut Roscij discipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore, stomacho, miseriaq; erudijt. Plin. epist. 5. 8, Vir est grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura possit ex præteritis prouidere.
Erudire atq; docere. Cic. 1. Offic. 218.
Rhetoricis quibusdam libris aliquem insequi ut erudias. Cicer. de Orat. 6.
Scripta eruditunt. Ouid. 2. Trist. 49.
Erudire ad deorum cultum, ad ius humanum, &c. Cice. 1. Tusculan. 99.
Erudire de omni Republ. Cic. ad Cælium, lib. 2. 11. 3.
Erudire in aliqua re. Cic. 1. de Orat. 131.
Erudire aliquem artes. Ouid. 8. Metam.
Aues infirmæ mater erudit artes. Ouidius 2. de Arte amandi, 14.
Institutis & præceptis suis aliquem erudire. Cic. de Amic. 12.
Instituere atq; erudire filios ad maiorum instituta. Cicero 5. Verr. 137.
Erudire laboribus iuuentutem, uenando, currendo, &c. Cicer. 2. Tuscul. 59.
Erudire puerum artibus. Liu. 1. ab Vrbe, 173. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 37, Lentulum nostrum eximia spe, summæ uirtutis adolescentem cùm cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.
Oculos erudire. Ouid. 2. de Remed. amor. 59.
Fortuna erudijt te factis meis probare. Silius lib. 7. 78.
Erudiuit te usus. Cic, ad Qu. frat. lib. 1. 1. 13.
Erudio, cum infinitiuo. Silius, lib. 11. 71,
——an tristia uincla
Et Decius non erudiunt componere mentem. Ouid. 3. Fastor. 164.
Erudire etiam dicuntur res inanimatæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 6, Erudit admotas ipse capillus acus.
In scholis eruditi. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.
¶ Erudiendus, Particip. (παιδευτός) Ouid. epist. 1. 22,
——qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat. Idem 3. de Arte aman. 10.
¶ Eruditus, pen. prod. Participium. Hoc est, edoctus, sciens: ut, Eruditus Græcis literis. Cic. 1. Acad. 15. Et 1. de Finibus 22, Eruditus omni doctrina.
Non satis politus his artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur. Cic. 1. de Finib. 39.
Doctus atq; eruditus. Cic. 1. de Orat. 51.
Ad nimiam assentationem eruditi. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 24.
Leuiter eruditus. Vide Leuis.
Liberaliter eruditus. Vide Liber, liberi.
Subtilius eruditus. Cic. de Prouinc. Consul. 12.
Disputationibus alicuius eruditum esse. Cic. 3. de Orat. 76.
Doctrina atque optimarum artium studijs eruditi. Cicer. Qu. frat. lib. 1. 1. 33.
Institutionibus Græcis eruditus. Cic. 1. de Nat. deor. 13.
Literis primis eruditus. Quint. lib. 1. cap. 10. 27.
Homo à magistro & Græcis literis eruditus. Cicer. 2. de Orator. 16.
Literis aut musicæ eruditus. Cic. Attic. lib. 4. 86. 4.
Stipendijs & legationibus bellicis eruditus. Cicer. pro Corn. Balbo, 37.
¶ Eruditus (παιδευτὸς) Nomen ex participio: ut, Erudita operatio, hoc est sciitè & compositè facta. Plinius lib. 11. capite 24. 2.
Disciplina iuris ciuilis eruditissimus. Cic. 1. de Orat. 88.

Ciuitas

Digitized by Google

Ciuitas disciplinis erudita. Author. ad Heren. lib. 4. 237.
Habere oculos eruditos. Cic. in Parad. 47.
Oratio erudita. Cic. in Parad. 4.
Eruditum palatum. Col. lib. 8. cap. 16. 3.
Tempora Ciceronis erudita. Cic. Att. lib. 12. 241. 10.
¶ Eruditius. Quint. lib. 1. cap. 5. 23, Illud eruditius quæritur.
¶ Eruditulus, erudituli, pen. corr. (μικροπαίδευτος) Dimin. Catul. in Mamurram & Cæsarem, 53. 2,
Morbosi pariter, gemelli utriq; Vno in lectulo, erudituli ambo.
Eruditrix] pen. prod. eruditricis, Verbale, fœ. ge. Florus lib. 2. cap. 6, Illam Annibalis eruditricem.
¶ Eruditio, Verb. (παιδεία, κατήχησις, παίδευσις) Doctrina. Cic. 1. de Finib. 108, Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ uitæ disciplinam iuuaret.
Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Cic. 1. Acad. 7.
Homo præclara eruditione atque doctrina. Cicero 1. Offic. 166.
Homo ingenio præstanti, & eruditione perfecta. Cicer. 2. de Diuinat. 195.
Omnis eruditionis expers atq; ignarus. Cic. 2. de Orat. 1.
Altißima eruditio, ac scientia. Quint. lib. 1. cap. 4. 6.
Liberalis eruditio. Vide Liber.
Potior eruditio in scholis, quàm domi. Quintilian. libro 2. capite 3. 7.
Exercere eruditionem. Quint. lib. 1. cap. 4. 6.
Intendere eruditionem suam. Vide Intendo.
Eruditione uaria repletus homo. Sueton. in August. cap. 89.
Erugo] erugis, erugire. Vide Eructo.
Erugo] erugas, pen. prod. (ἐκρυσόω) erugare, Quasi rugas auferre. Plin. lib. 13. cap. 12. 7, Iterum constricta erugatur, atq; extenditur malleo. Idem lib. 23. cap. 1. 14, Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugatq; corpus si statim bina stadia ambulentur.
Erugare cutem. Plin. lib. 26. cap. ult. 12, Cacaliæ grana mista ceræ liquidæ, extendunt cutem in facie erugantq;.
¶ Erugatio, Verbale (ἐκρύσωσις) ut, Erugatio cutis. Plin. lib. 28. cap. 12. 2.
Erugo] eruginis, pen. cor. (ὄρυσίβη) est incidentis segetibus humoris putrefactio. Propterea (inquit Theophrastus lib. 4. De caus. plantar.) quum multum pluerit, humor ille abluitur, nec in erugine putrescit. Quum uero rores permulti sustillauerint, & sol subsecutus cum tranquillitate fuerit, tunc erugo putrescit. Ideo in locis editioribus minus fit, in conuallibus autem plerunq;, ubi uenti consilescunt, cuius tamen pro parte in causa est lunaris calor: propterea q; plenilunio, id est, prævalente luna, magis fit. Hactenus Theophrastus. Eruginem, Nullam nostrates agricolæ uocant. Bud.
Erulia] iliæ (ὄχος) Genus est leguminis, folio quàm faba longiore, flore apibus gratißimo: ideo rei rusticæ scriptores circa aluearia seri præcipiunt. Colu. lib. 1, Saserna putat agros stercorari lupino, faba, uicia, eruilia.
Eruli] ὄρυλοι, Populi sunt Istri accolæ, apud quos moris erat, uti concedente ex humanis uiro, uxor quæ uirtutis existimatione aliqua foret, uel quæ sibi quæreret gloriam, laqueo apud mariti sepulchrum gulã frangeret, aliàs ignominiæ deformabatur nota, odijq; in uiri propinquos subibat crimẽ. Ex Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 22.
Erumno] Vide Erumna. Aerũnæ Herculis. Cic. 2. de Fi. 187.
Aerumnosus, pen. prod. Cic. in Parad. 17.
Erumpo] erumpis, erupi, pen. prod. eruptum (διαῤῥήγνυμι, ἐκῥήγνυμι, ἐξελαύνω) erumpere, Cum impetu exire, Cæsar 1. bel. Ciuil. 307, Quo paratiores essent ad insequendum omnes, siue noctu, siue interdiu erumperent.
Erumpere ad pugnam. Col. lib. 9. 4. De apibus.
Erumpere ab aliquo. Ouid. in Ibin, 31.
Scatêre atq; erumpere plano campo. Lucret. lib. 5. 191.
Erumpere ex proposito. Quint. lib. 4. cap. 3. 12.
Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. Cicero pro Sestio, 6.
Erumpere in actum. Cic. pro Domo sua, 50.
In aliquem erumpere. Stat. 4. Sylu. 48.
In rem aliquam erumpere. Lucan. lib. 3. 119.
Efferuescere atque erumpere in aliquam regionem. Vide Efferuesco.
Erumpit in hoc tempus, in hos dies. Cic. pro Murena, 74.
Erumpere in affectum. Quint. lib. 8. cap. 3.
Erumpere in omnium perniciem. Liu. 4. bel. Maced. 222.
Inter nubila sese erumpunt radij. Virg. 1. Georg. 89.
Se erumpere. Lucret. lib. 4. 125.
Parua sit ardoris uiolenti pausa parumper. Virgil. 4. Georgic. 74.
Erumpunt se portis foras. Cæsar 2. bel. Ciuil. 53.
Erumpere per castra hostium. Plin. lib. 22. cap. 6. 1.
Foras erumpere. Lucret. lib. 6. 178.
Erumpere loco aliquo. Cæsar 3. bel. Ciuil. 176.
Portis erumpere. Virg. 4. Georg. 16.
Subito clamore erumpunt. Virg. 11. Georg. 121.
Illustrantur & erumpunt omnia. Cic. 1. in Catil. 4.
Hæc quò eruptura sint, timeo. Cic. ad Attic. lib. 2. 35. 4.
Odia erumpere in aliquem dicuntur. Cic. pro Mur. 45.
Abijt, excesßit, euasit, erupit. Cic. 2. in Catil. 25.
Clades erumpit. Ouid. 7. Metam. 115.
Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus. Cicer. Attic. lib. 2. 36. 2.
Erumpit furor & indignatio. Liuius 4. ab Vrbe, 22. Cicero ad Quint. fratrem, libro 2. 16. 8, Erumpet amentis hominis furor.
Gemitus erumpunt. Stat. 11. Thebaid. 77.
Ignes ex Aetnæ uertice erumpunt. Cic. 7. Verr. 95.
Erumpit ignis ex uaporario. Cicer. ad Quint. fratrem, libro 3. 17. 4.
Ignis erumpit oculis. Senec. Hippol. 4. 2.
Erumpit lacryma, Erumpit fœtus, Erumpit liquoris plusculũ. Plinius lib. 10. cap. 55. 2. Et lib. 12. cap. 17. 1. Et libro 16. capite 10. 6.
Malum erumpit ad perniciem ciuitatis. Cic. de Arusp. resp. 3.
Mugitus erupit fluuio. Silius lib. 6. 57.
Nubes erumpit, Scindit se. Virg. 1. Aeneid. 117.
Risus repente erumpit. Cic. 2. de Orat. 130.
Sagittæ neruo pulsante erumpunt. Virg. 4. Georg. 63.
Erumpunt sermones iniquorum in tuum nomen. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 2. 3.
Perfracto saxo sortes eruperunt. Cic. 2. de Diuin. 128.
Terra fontibus erumpit liquores. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 18.
Ventus erumpit. Lucan. lib. 3. 92.
Vndæ per fontem erumpunt. Lucret. lib. 6. 180.
Erumpat aliquando uera & me digna uox. Cicero 10. Philipp. 282.
Attonitum erumpit subita formidine uulgus. Silius, libro 17. 103.
Erumpere stomachum in aliquem. Cicero ad Atticum, libro 16. 333. 2.
Erumpere gaudium. Terent. Eunuch. 3. 5. 2, Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus, Erumpere quasi actiuum uerbum posuit pro neutrali, ut sit, licet ne id mihi erumpere hoc gaudium? Aut erũpere, quasi exire mihi. pro Ame. Et paulò pòst, Vtrum me erumpere, pro Emittere posuit: aut

aut erumpere pro Exclamare? ut, Erumpere uocem dicitur, qui exclamat.

Erumpet in neruum iſthæc fortitudo. Terent. Phorm. 2. 2. 11 Vbi Donatus, Ex cõſuetudine Romana dixit: qa ſæpe in neruum conijciebantur ex aliquo maleficio in carcerem miſsi. An prouerbium à ſagittarijs natum eſt, quòd immoderatæ plerunq; uires adducendo arcu non telum incitent, ſed neruũ rumpant? an ex eo, quòd ſæpe fortius ferientes, neruum ſibi aliquem lædant? Ergo fortitudo nimia ſæpe uinci, ſæpe decipi contingit.

¶Erumpens, pen. prod. Particip. (ἐξελαύνων) Cic. de Prouinc. Conſul. Byzantij totum pontum armatum efferueſcentem in Aſiam, atq; erumpentem, ægrè repulſum & ceruicibus ſuis intercluſum ſuſtinuerunt.

¶Eruptio, Verbale (ἀπόλυσις, ἔκρηξις) Exitus cum impetu. Plin. lib. 16. cap. 10. 7, Carbonem repentè expuunt cum eruptionis crepitu.

Eruptiones dicuntur quando uel exercitus è caſtris, uel præſidia ex urbibus in hoſtes impetum faciunt. Cæſar 1. bel. Ciuil. 81, Non ſolum ab eruptionibus caueant, ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus aſſeruent. Cic. ad Brutum, 2. 2.

Inopinatæ eruptiones. Quintil. lib. 6. cap. 4. 11.

Pugnare uelut eruptione. Quintil. lib. 4. cap. 5. 6.

Eruncõ] eruncas (βοτανίζω) eruncare, uerbum ruſticũ à runca inſtrumento ruſtico deductum: Hoc eſt, runca auellere, quod propriè de herbis dicitur Exherbare. Colum. lib. 2. cap. 11. 4, Omnes alterius generis herbas eruncato. Idem lib. 11. cap. 3, Altera uice dimidias areas eruncet.

Eruo] eruis, erui, erutum, pen. corr. (ἐξερύω, ἐξερέω) eruere, Extrahere. Columel. lib. 7. cap. 5. 10, Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, uel alumine & ſulphure atq; aceto miſtis ritè eruuntur.

Eruere & oſtendere populis aliquid. Ouid. ad Piſonem, 48.

Eruere atq; proferre in lucem. Horat. 2. epiſt. 2. 23.

Protrahere & eruere aliquid in luminis oras. Lucret. libro 5. 279.

Eruere ex tenebris. Cic. 1. de leg. Agr. 1.

Media turba aliquem eruere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 5.

Prudenter aliquid eruere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 43.

Bipennibus arborem eruere. Virg. 2. Aeneid. 126. Id eſt, deijcere. & eſt Acyrologia. Seruius.

Aurum terra eruere. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.

Cenſum conditum templo eruere. Lucan. lib. 3. 32.

Ciuitatem eruere. Tacit. lib. 20.

Eruere curam. Plaut. Caſin. 11. 3.

Antiquas domos auium cum ſtirpibus imis eruere. Id eſt, arbores. Virg. 2. Georgicorum, 42.

Boreæ quercum ſtatibus eruunt. Virg 4. Aeneid. 90.

Genas ungue eruere. Propert. lib. 4. eleg. 5. 4.

Eruere herbas & limum. Plin. lib. 11. cap. 37. 33.

Latus haſta eruere quà uir eſt equo commiſſus. Ouid. 11. Metam. 96.

Lumina eruere. Senec. Thebaid. 1. 36. Et Quintil. lib. 6.

Eruere memoriam alicuius rei ex uetuſtate annalium. Cic. pro Mur. 14.

Obrutum eruere. Cic. 4. de Finib. 17.

Eruere oculum. Plin. lib. 11. cap. 37. 25.

Eruitur oculos, Synecdoche. Ouid. 12. Metam. 54.

Opes & regnum alicuius eruere. Virg. 2. Aeneid. 1.

Segetem ab radicibus imis eruere. Virg. 1. Georg. 64.

Sus roſtro ſemina eruit. Ouid. 15. Metam. 23.

Syluas manu eruere. Virg. 4. Georg. 66.

Vrbem aut aliquem uirum eruere. Virg. 6. Aeneid. 168.

Vrbem è ſedibus eruere. Virg. 2. Aeneid. 122.

Eruere, pro perſcrutari & inueſtigando elicere. Stat. 3. Thebaid. 111,

Eruimus quæ prima dies, ubi terminus æui, &c.

Scrutari uetera, & ex his ea quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt, eruere. Cic. 1. Tuſc. 46.

Cura & cogitatione aliquid eruere. Cic. 2. de Orat. 93.

Argumenta eruere. Cic. 2. de Orat. 80.

¶Erutus, pen. prod. Particip. (ἐξερυσθ) Cic. 1. de Diuin. 102 Mortuum erutum eſſe cauponẽ, re patefacta, pœnas dediſſe.

Eruta genas ungue. Stat. 10. Thebaid. 162.

Aqua eruta remis canet. Ouid. epiſt. 5. 11.

Aurum erutum. Stat. 4. Sylu. 7. 3.

Cæpa eruta. Ouid. 3. Faſt. 68.

Freta eruta. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.

Oppida eruta conuulſis muris. Silius lib. 2. 43.

Radicibus eruta pinus. Virg. 5. Aeneid. 89.

Sacra eruta priſcis annalibus. Ouid. 1. Faſt. 2.

Tempora cum cauſis annalibus eruta priſcis. Ouid. 4. Faſt. 3.

Eruptio] Vide Erumpo.

Eruptio] ἔκρηγμα, Locus quidam in Aegypto, qui iam inde à Strabonis ætate obrutus eſt, ut idem ipſe ſcribit lib. 16.

Erutus] Vide Eruo.

Eruum] *erui* (ὄροβος) genus leguminis: dictum ab eruendo: quòd manibus eruatur & uellatur. Plaut. Caſ. 3. 37, Poſt autem niſi ruri tu eruum comederis, &c. Dioſcorides, libro 2. cap. 11. 9, Eruum paruus frutex, omnibus cognitus, anguſto folio, tenuis ſemina in ualuulis habens: è quibus farina fit nomine Erina, ad multos medendi uſus conueniens. Vbi Hermolaus, Eruũ herbúmue, aliud candidum, aliud ruſum. In ſiliquis grana ſine ſepto habet, quæ ſe inuicẽ quaſi tangant, ut in piſo: ſiliquæ forma teres, & ad rationem grani calindracea, ut item piſo. Patientiſsimum uetuſtatis eſt atq; cicer. Genus & eruilia leguminis, quam nonnulli falsò Durellam uulgò dictam interpretantur: propterea quòd hodie quoq; in Vmbria uocant eruiliam agricolæ, quod in Gallia Venetia prouincia Doram, durellamq;: folio craſſo, & oblongo leontopodij, ſed maiore, capitulis ſemen includentibus minutum, ſimile naſturtio, tantũ exilius flore candido. Scopas ex ea ruri faciũt. At eruilia, ſylueſtris herba eſt, amaritudinis eximiæ, colore folio cicerculæ, quanquã minore. Plin. lib. 18. cap. 15. 2, Hoc leguminis genere plurimum abundant Delphinates. Eruum apud Tuſcos uulgò appellatur Mochò.

Pingue eruum. Virg. 3. eclog. 20.

Tenue eruum. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 24.

¶Eruilla, fœm. gen. Idem quod Eruum. Varro apud Nonium, Sed ut is erat hæc leguminũ arte praua pauca cicer, eruillã, ac peregia alia ſpina cæteris. Hæc Nonius.

¶Eruum, & Eruilia à Græco ſunt dicta, quia illi eruum ὄροβος eruilia ὀρόβιον appellant. Feſtus.

Eryannos] ἔρυανθος, Aeolidis fluuius, de quo Plinius lib. 5. cap. 30.

Erycinus] Gracchi ſeruus fuit, qui domino agenti, eburneola fiſtula modos incinebat, ut refert Cæl. lib. 9. cap. 1.

Erycus] pen. cor. Mons eſt Siciliæ Ciceroni 4. Verr. 14, itaq; apponit qui petat Veneri Erycinæ illam hæreditatem. non enim Quæſtor petit (ut eſt conſuetudo) is qui Erycum montem obtinebat, &c. In hoc monte celebre templum habuit Venus: unde Erycina eſt appellata. Horat. 1. Carm. ode 2. 7. Straboni lib. 6. ſcribitur Eryx mons. Vide Eryx.

Templa Erycina. Stat. 1. Sylu. 2. 32.

Erymanthus] ὄρυμανθος, Eſt mons ſyluoſus Arcadiæ, ubi ingentẽ aprum Hercules cepit. Eſt etiam fluuius ab illo monte in Alpheum defluens. Plin. lib. 4. cap. 6, Erymanthi meminit



Digitized by Google

minit Virg.lib.6.Aeneid.161,
Fixerit æripedem ceruum licet,aut Erymanthi
Placarit nemora,&c.
Monstrifer Erymanthos.Stat.4.Thebaid.60.
Densa iuga Erymanthi.Senec Herc.furen.4.5.
Nigræ syluæ Erymanthi.Horat.1.Carm.ode 21.2.
Cupressifer Erymanthus.Ouid.epist.9.18.
Phocaicus Erymanth.Ouid.2.Metam.49.
¶Erymanthæus(ὀρυμανθαῖος)Adiectiuum:ut,Monstrũ Erymanthæum.Valer.1.Argon.76.De apro Erymantheo.
¶Erymanthius(ὀρυμανθίος)Aliud Adiectiuum:ut,Aper Erymanthius.Cic.6.Verr.86.Idem 4.Tusc.77,Iratumne censes conflixisse cum Erymanthio apro,aut leone Nemæo?
Pestis Erymanthia:id est aper,quem in Erymantho Hercules interfecit.Silius lib.3.8.
¶Erymanthis,idos(ὀρυμανθὶς)Patronymicum,Arcadia.Ouid.2.Metam.100,
Nexilibusq; plagis syluas Erymanthidos ambit.
Erymanthis ursa dicta est Calisto Lycaonis uxor,quæ uersa est in ursum,ut docet Ouid.lib.2.Met.Stat.9.Thebaid.119.
—ut fortè iugis longo defessa ridebat
Venatu modò rapax ferox Erymãchidos ursæ Ora ferẽs.
Erymanthidos.Id est Arcadicæ.
Custos Erymanthidos ursæ,Arctophylax.Ouid.1.Trist.eleg.3.
Stellæ Erymanthidos ursæ.Ouid.5.Trist.eleg.4.2. (21.
Erythnæ]ἐρύθναι,Oppidum in Magnesia,nõ longè ab Aeantio promontorio,cuius meminit Plin.lib.4.cap.9.
Eryngæ]siue eryngion(ἠρύγγιον)herba aculeatæ mordacitatis,spinosa ueluti cardaus,sactua in cibis probatur radice tantum,quæ melle cinnamomo & garyophillo cõdita gustui non inuucunda est.Hæc ex Plinio lib.22.cap.7.1.Et lib.21.cap.15.6.Colum.lib.6.cap.5.2.Vulgus Hispanorum,inquit Dioscor.uocat hoc cardui genus Centum capita,à multitudine capitum in quibus semen reconditur:pharmacopolæ autem uocant Irringorum corruptè.
Erysimum]ἐρύσιμον,Semen est sesamo corporis substantia quodammodo affine,sed in cibo est insuauius,corpori; alimentum parcius exhibet,præductoq; omnino est deterius.Vide plura apud Galen.lib.2.de Aliment.facult.
Erysipelæ]pen.corr.(ἐρυσιπέλας)erysipelarum,morbus.Celsus lib.5.cap.26,Omnis cancer non solum id corrumpit quod occupauit,sed etiam serpit:deinde alijs alijsq; signis decernitur.Nam modò super inflammationem rubor ulcus ambit,isq; cum dolore procedit.ἐρυσιπέλας Græci nominant.Apud eundẽ Celsum paulo pòst titulus sic habet,Curatio erysipelarum.Vbi fortè pro erysipelarum,legendum est,erysipelatum.Video enim alijs passim erysipelata genere neutrò uocari sacros ignes,utiq; à nominatiuo Erysipelas,huius erysipelatis.Non ignoro tamen quin & Celsus & Galenus diuersum faciant sacrum ignẽ ab erysipelate:quamuis Plinius erysipelas interpretetur sacrum ignem.Sed nobis de uoce tantum est disceptatio.
Erysisceptrum]Frutex.Plin.lib.24.cap.13.Sed & frutex humilior æquè spinosus in Nisyro & Rhodiorum insulis,quem alij Erysisceptrum,alij adipsatheon,siue dipsacon,siue diachoton uocant.Optimus,qui minimè ferulaceus,rubens,& in purpuram uergens,detracto cortice.Nascitur pluribus locis,sed non ubiq; odoratus.Hæc Plin.ubi suprà.
Erysithales,Herba est flore luteo,foliis acanthi,bibituq; è uino,ut uult Plin.lib.26.cap.13.
Erythace]erythaces(ἐρυθάκη)Varro 3.de Re rust.cap.16.18.Erythacen uocant,quò fauos extremos inter se conglutinant,quod est aliud melle,propoli,itaq; in hoc uim esse elidendi.Quo circa examen ubi uolunt considerare,cum ramum aliámue quam rem oblinunt hoc admisto apisstro.Sic habent emendatiora exemplaria.
Erythacus]Vide Erithacus.
Erythæus]Rex Athenarum Orythiæ pater,quam Boreas rapuit,& in Thraciam abduxit.
Erythia]ἐρυθέια,Plin.lib.4.cap.22,insula in mari Gaditano,quam sic nominatam dicit,quoniam Tirij ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur.Tum subdit,In hac Geryones habuisse à quibusdam existimantur,quorum armenta Hercules abduxerit.Sunt qui aliã esse eam & contra Lusitaniam arbitrantur,eodemq; nomine quondam ibi appellatam.Hæc Plin.Vide Melam,lib.3.
Vbi scribitur in omnibus ferè codicibus apud Ouid.Erythreides boues,ibi legendum uidetur,Erytheides ab Erythia,siue Erithea hac Gaditana insula,patria Geryonis,cuius meminit Steph.& Strab.lib.3.
Erythibius,Apollo cultus est apud Rhodios,quoniam Erythiben appellant ipsi,quam ἐρυσίβλην alij,id est rubiginem,cui arcendæ hunc deum præficiebant.Author Cæ.lib.6.cap.7.& Alex.ab Alex.lib.1.cap.13.
Erythræ]ἐρυθραὶ,Vulgò Cabobianco,Ciuitas Asiæ,nõ longè à Chio,ex qua Sibylla fuit,quam à patria Erythræam nominauerunt:antiqua sanè mulier,& diuinatrix tempore Alexandri.Vide in dictione sequenti.
Erythræa]ἐρυθραία,Sibylla est,de qua Seruius in illud Virgilij 6.Aeneid.8,Deiphobe Glauci.Ducitur tamen Varro,inquit,ut Erythræam credat scripsisse libros Sibyllinos,in quibus fata Romana scripta erant:quia post incensum Apollinis templum,in quo fuerant apud Erythram insulam,inuenta sunt carmina.Idẽ de eadẽ paulò pòst,15,explicãt TVAS SORTES,Sibyllina responsa:quæ,ut suprà diximus,inquit,incertum est cuius Sibyllæ fuerint:quanquam Cumanæ Virgilius dicat,Varro Erythrææ.
¶Erythræa(ἐρυθραία)Regio ex qua Hercules armenta boum abduxit in Italiam.Propert.lib.4.eleg.10.1,de Hercule & morte Caci,
Amphitryoniades qua tempestate iuuencos
Egerat à stabulis ô Erythræa tuis,&c.Opinor legendum esse Erythreia pro Erythia.
Erythræis,Erythræidos(ἐρυθραὶς)ut omnes ferè codices habent,Patronymicum:ut,Erythræis præda.Ouidius 5.Fastorum,130,
Victor abit,secumq; boues Erythræida prædam
Abstrahit.
Erythræides boues.Ouidius 1.Fast.109.Lego potius Erythreidas.
Erythræum mare]ἐρυθρὰ θάλασσα,quod rubrum dixere nostri,Græci Erythræũ,à rege Erythrâ,aut,ut alij,solis repercussu talem reddi colorem existimantes:alij ab harena terraq;:alij tali aquæ ipsius natura.Plin.lib.6.cap.23.
Gemmæ Erythrææ.Claud.Paneg.7.121.
Lapilli Erythræi,Vniones.Stat.4.Syl.6.4,
Nox & Erythræis Tethydis signanda lapillis
Et memoranda diu.Prouerbialiter dictum.
Littus Erythræum.Tibull.lib.3.eleg.3.4.
Smaragdi Erythræi.Claud.4.Paneg.113.
Erythraicon]Altera est Satyrij herbæ species,semine uiticis maiore,leui,durè radicis,cortice rubro intus album includente,sapore subdulci.Inuenitur ferè in montosis.Hæc Plin.lib.26.cap.10.
Erythris]Aleos amnis pilos gignit in corporibus.Plinius 31.cap.2.
Erythrocomos]Punici mali species,cuius meminit Plinius lib.13.cap.19.

Erytini]

Digitized by Google

Erytini ] *pisces sunt, qui uuluas habere creduntur, in quorum nimirum genere nõ sit mas, quum omnes ouis grauidæ capiantur. Author Plin. lib. 9. cap. 52. & cap. 16. eodem lib.*

Erythrodanum ] ἐρυθρόδανον, *Herba est, rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. Latini Rubiam appellant. Vulgus Garenciam. Vide Plin. lib. 24. cap. 11.*

Erythros ] ὄρυθος, *Frutex, alio nomine Rhus appellatus, cuius folio coriarij in condepsandis pellibus utuntur: unde & excoriarium fruticem quidam appellarunt. Vide Plin. libro 24. cap. 11. Galli Viurnam uocant.*

Erythrotaones ] ἐρυθροτάωνες, *Ex anserum genere uolucres, in quibus nitor eximius, absolutáq; nigritia, & in supercilijs cocci rubor: ita dicti, quasi* ἐρυθροὶ ταῶνες, *hoc est, rubri pauones.*

Eryx ] *huius erycis, pen. corr.* (ἔρυξ) *Brutæ & Veneris filius: secundum alios, Neptuni & Veneris. Hæc Seruius in illud Virgilij 5. Aeneid. 5,*

—*nec littora longè*
*Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos.* *Idem in illud 1. Aeneid. 115,*

*Siue Erycis fines, regemq; optabis Aceſtem.* *Eryx (inquit) Veneris & Brutæ filius fuit, qui occisus ab Hercule, monti ex sepultura sua nomen imposuit, in quo matri fecerat templum: quod Aeneæ adscribit poeta, dicens,*

*Tum uicina astris Erycino in uertice sedes*
*Fundatur Veneri.* *In hoc autem monte dicitur Anchises sepultus: licet secundum Catonem in Italiam uenerit.*

*Cæstibus fractus suis Eryx. Senec. in Herc. furent. 6. 30,*

*Ipsius opus est cæstibus fractus suis*
*Eryx, & Eryci iunctus Anteus Libys.* *Ipsius opus, subaudi Herculis. Nam Eryx in Sicilia regnans, uir corporis præstans uiribus, legem hospitibus dederat, ut cum ipso cæstibus certarent: qui tandem ab Hercule redeunte ex Hispania uictus occubuit, & in summo montis propinqui Drepano sepulturæ datus, monti nomen dedit.*

*Terga Erycis, Cæstus. Virg. 5. Aeneid. 83.*

*Acer Eryx. Virg. 5. Aeneid. 80.*

*Altus Eryx. Ouid. 2. de Arte amandi.*

*Zephyro semper apertus Eryx. Ouid. 4. Fast. 96.*

*Aeneæ germanus Eryx. Virg. 5. Aeneid. 82.*

¶ *Erycinus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Concha Erycina. Propert. lib. 3. eleg. 13. 2.*

*Littus Erycinum. Virg. 10. Aeneid. 7.*

*Vertex Erycinus. Virg. 5. Aeneid. 151. Horat. ode 2. 6,*

*Siue tu mauis Erycina ridens.*

E S

Esæi ] ἐσσαῖοι, *Vna ex tribus religiosioribus Iudæorum sectis, quæ omnino tres erant, teste Iosepho, Phariſæorum, Esæorũ, & Sadducæorũ. Ex his Esei, uxoribus & uino, & carnibus abstinebant, quotidianumq; ieiunium uertebant in naturam. Meminit Alexan. ab Alexan. libro 6. cap. 12. Plinius Essenos uocat.*

Esalon ] *seu potius Aesalon* (αἰσάλων) *Auis est ex accipitrum genere, perpetuũ cum uulpe bellum gerens. Plin. lib. 10. cap. 74, Aesalon uocatur parua auis, oua corui frangens, cuius pulli infestantur à uulpibus. Inuicè hæc catulos eius ipsámq; uellit. Quod ubi uiderint corui, cõtrà auxiliantur, uelut aduersus communem hostem.*

Esar ] ἔσαρ, *Aegyptiorum, qui Psammetichum fugerunt, oppidum, dierum duodecim itinere à Meroe distans, in quo produntur annis trecentis habitasse. Author Plinius libro 6. cap. 30.*

Esau ] *Nomen filij Isaac, qui & Edom, hoc est, rufus, & Seir, quod pilosum significat, appellatus est.*



Esbonitæ ] *Populi, de quorum nomine & Catabanum, & Scenitarum Arabia illa sterilis uocatur, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 10.*

Esca ] *Arabiæ ciuitas, quam Gallus, Augusti Cæsaris legatus in Arabia diruit, authore Plin. lib. 6. cap. 28.*

Esca ] *huius escæ* (ἐδητὺς, ἐδεσμα, βρῶμα) *ab edendo dicta, Significat cibum hominum, ac cæterorum animalium. Plautus Mostellaria, 7. 2,*

*Melius hoc anno non mihi fuit domi,*
*Nec qui esca una sibi me demeruerit magis.*

*Contemptissimæ escæ. Vide* Contemno.

*Dulcis esca. Virg. 4. Ouid. 2. Amorum, eleg. 19. 6.*

*Simplex esca. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 15.*

*Temperatæ escæ, modicæq; potiones. Cicero 1. de Diuinatione, 188.*

*Hoc est esca mihi. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 7.*

*Conficere escas. Vide* Conficio.

*Vesci escis. Cic. 2. de Nat. deor. 183.*

*Escis & potionibus non uescuntur dij. Cic. 2. de Nat. deor. 84.*

*Esca, pastus & cibus animantium. Cic. 2. de Nat. deor. 238, Sus uerò quid habet præter escam?*

*Ignis esca. Liu. 5. bel. Pun. 18.*

*Esca, Quæ datur auibus piscibúsue ad decipiendum. Cic. de Senect. 40, Diuinè enim Plato escam malorum uoluptatem appellat, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut hamo pisces.*

¶ *Escalis, & hoc escale, pen. prod. Paulus in l. cum quid. m. ff. suppell. leg. Escale autem uel potiorum argentũ non deberi.*

¶ *Escarius, adiectiuum* (ἐδεσματικὸς) *Quod ad escam pertinet: ut, Escaria uasa. Plin. lib. 36. cap. 26. 8.*

*Vincula escaria. Plaut. Menæch. 3. 18.*

*Escariæ mensæ, quadratæ uocantur, uel in quibus homines epulantur. Festus Pom.*

¶ *Esculentus, Adiect.* (ἐδώδιμος, ἐδώδιμος) *Quod ad edendum pertinet, uel quod edi potest. Cato, uel de liberis educandis, Fortunasse illos non natura præstare, si quid his datum sit esculentũ. Cic. 2. de Nat. deor. 186, Atq; ita eligere ex ijs quæ sunt esculenta.*

*Esculenta animalia, Quibus uescimur. Plin. lib. 8. cap. 55. 3.*

*Esculenta frustra. Cic. 2. Philip. 74.*

*Esculenta merx. Col. lib. 11. cap. 3. 40.*

*Esculento ore homo, cuius os plenum est esca. Plin. lib. 8. cap. 25. 2. de crocodilo.*

¶ *Esculentum, absolutè, pro esca ipsa. Cic. 2. de Nat. deor. 212, Iam gustatus, qui sentire eorum, quibus uescimur, genera deberet, habita in ea parte oris qua esculentis & potulentis iter natura patefecit.*

*Nihil esculenti. Plin. lib. 10. cap. 10. de miluis.*

¶ *Esco, as, escare. Solinus cap. 53. ad finem, Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia uel maximè, ubi serpentum immanis copia est: quos dum escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. De ciconijs.*

Escamus ] ἰσκαμὸς, *Mœsiæ flumen, ex Hæmo profluens, ut Plin. docet lib. 3. cap. ult.*

Eschara ] *e* (ἐσχάρα) *A Græcis dicitur crusta, siue durities illa, quæ uulneribus per cauteria quædam induci solet, quum sanguis aliter sisti non potest. Cornel. Cels. medic. lib. 5, Post exustionem putris ulceris, superponendæ sunt, quæ crustas à uiuo resoluant. Eas* ἐσχάρας *Græci uocant.*

Escharites ] ἐσχαρίτης, *Panis genus est de craticula sic dicta, apponi solitum sub cœnæ finem. Hinc Plaut. Escharulas mulieres appellat, de paneficij ratione. Huius meminit Athenæus. Cæl. quoq; Rhod. lib. 26.*

Escharotica ] *medicamenta dicuntur causticа, quæ uim ha-*



Digitized by Google

bent eſcharã, hoc eſt, cruſtam inducendi. Gal. lib. 5. de Simpl. medic. facult.

Eſcua] ἴσκυα, Hiſpaniæ ciuitas in Tarraconenſi prouincia inter Bætim fluuiũ & Oceani oram in mediterraneo ſitam. Author Plin. lib. 3. cap. 2.

Eſculus] Vide Aeſculus.

Eſermini] Populi in quarta regione Italiæ à Plinio collocati lib. 5. cap. 12.

Eſionenſes] εἰσιονῆς, Populi Aſiæ, quorum meminit Strabo lib. 13. quem uide.

Eſis] Italiæ fluuius, non procul à Rauenna. de quo Plin. lib. 3. cap. 13, In ora (inquit) flumen Eſis, Senogallia, Metaurus fluuius, &c.

Eſiteria] εἰσιτήρια, Dies celebris & feſtus Athenis fuit, in quo omnes, qui in magiſtratu erant, procedebant, unde & nomen fuit. Hanc uerò anni primam diem Athenienſes exiſtimabant. Meminit Demoſthenes in oratione πρὸς πεισοβόιαν.

Eſito] Vide Edo, es.

Eſopis] ἐσώπις, Ciuitas in Locris, in quodam montis ſuperciliо ſita, ut refert Strab. lib. 6.

Eſopon] Lactucæ genus in aruis naſcens, cuius folia trita, & cum polenta illita uulneribus medentur, ut ſcribit Plin. lib. 20. cap. 7.

Eſox] Piſcis eſt Rheno fluuio peculiaris, magnitudine inſigni, ut refert Plin. lib. 9. cap. 15.

Eſquiliæ] Vide Exquiliæ.

Eſſe] Infinitiuus à Sum, es, eſt. Vide Sum.

Eſſe] Infinitiuus ab Edo, es. Vide Edo.

Eſſedones] ἰσσηδόνες, teſte Plin. lib. 4. cap. 12, Populi ſunt Aſiæ utramq; Scythiam incolentes, ſuper Mæotim lacum, nõ procul à Riphæis montibus, quibus, teſte Herodot. libro 4. hiſt. mos fuit parentum funera cantu proſequi, & congregatis proximis, cadauera ipſa, pecudum admixtis carnibus, comedere: os autem capitis, quòd cranium uocamus, auro cingere, & ad poculi uſum aſſeruare.

Eſſedum] eſſedi, pen. corr. n. g. (ἔσσηδον) Vehiculi genus, Gallorum Britannorumq;, apud Belgas primò repertũ. Et proprie eſſedum in equo. Cic. Att. lib. 112. 6. 5, Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus eſſedis & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Idem in Antonium, Philip. 2. 71, Vehebatur in eſſedo Trib. plcb. Virg 3. Georg. 4,

Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. De equo.

Britannia eſſeda. Propert. lib. 2. eleg. 1. 16.

Multiſonora eſſeda. Claud. de mulabus Gallicis, 10. 4.

Eſſeda feſtinant. Horat. 2. epiſt. 1. 39.

Trahit equus eſſeda. Silius lib. 3. 69.

¶ Eſſeda, etiam genere fœminino legitur apud Senecam, epiſt. 57, In ijs, quæ me ſine auocatione circunſtrepunt, eſſedas tranſcurrentes pono.

¶ Eſſedarius, eſſedarij (ἱσσηδλάτης) Qui eſſeda regit. Cic. Trebatio, lib. 7. 6. 4, Tu qui cæteris cauere didiciſti in Britannia, ne ab eſſedarijs capiaris, caueto. Cæſ. bel. Gall. 5. 58, Equites hoſtium, eſſedarijq; acriter prælio cum æquitatu noſtro in itinere conflixerunt.

Eſſentia] ἰσσία, Quintil. lib. 8. cap. 3, Quorum dura quædam admodum uidentur, ut ens & eſſentia, quæ cur tantopere aſpernemur, non uideo: niſi quòd iniqui iudices aduerſus nos ſumus: ideoq; paupertate ſermonis laboramus. Idem lib. 2, Et hæc interpretatio non minus dura eſt, quàm illa Plauti eſſentia atq; entia.

Eſtiæotis] ἑστιαώτις, Theſſaliæ pars, continens occiduas regiones, & quæ intra Pindum, Macedoniamq; ſuperiorem ſunt. Vide Strab. lib. Geograh. 9.

Eſtimo] Vide Aeſtimo.

Eſto] Vide Sum.

Eſtor] oris (ἔστωρ) Clauus eſt, quo temoni coaptatur iugũ. Meminit in Alexandro Plutarch. & Rhod. lib. Antiq. lect. 26. cap. 5.

Eſtrix] Vide Edo, es.

Eſubiani] Populi inter Alpinos à Romanis ſuperatos numerantur à Plin. lib. 3. cap. 20.

Eſubopes] ἰσσοβόπης, Rex Colchorum fuit, qui terram uirginem nactus, plurimum auri, & argenti eruiſſe dicitur in gente Sannorũ, & alioquin uelleribus aureis inclito regno. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atq; paraſtatæ, uicto Seſoſtri Aegypti rege, tam ſuperbo, ut prodatur annis quibuſq; ſorte reges ſingulos è ſubiectis iungere ad currũ ſolitus, ſicq; triumphare. Verba ſunt Plinij, lib. 33. cap. 3.

Eſurio, Eſuritio, Eſuritor] Vide Edo, es.

E T

Et] καὶ, Coniunctio copulatiua, atq; ideo à Græcis enclitica appellata: coniungit enim duos caſus inter ſe ſimiles: ut, Cicero eloquens fuit & philoſophus. Cic. pro Cluent. 69, Quod tum exploſum, & eiectũ eſt, nunc retuliſſe demiror.

Et, duo ſubſtantiua ad eandem pertinentia diuidens: ut, Molem & montes, pro Molem montis. Virg. 1. Aeneid. 13. Sic ibidem 23, In uada & Syrtes, pro, In uada Syrtium.

Et duplicatur interdum, ac Completiua eſt in diuerſis rebus: ut,

Te admirantur & ciues & hoſpites. Virg. 1. Aeneid. 2,

—multum ille & terris iactatus, & alto. Terent. Eun. 1. 1. 27,

ô indignum facinus, nunc ego & Illam ſceleſtum eſſe, & me miſerum ſentio: Et tædet, & amore ardeo. Cic. pro Qu. 2, Homo & in alijs cauſis exercitatus, & in hac multum & ſæpe uerſatus.

Et copioſè & grauiter dicere. Cic. pro Cælio, 21.

Et multiplicatum. Horat. 1. epiſt. 7. 12,

Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & uti Gaudentẽ paruiſq; ſodalibus, & lare certo, Et ludis, &c. Cicero 1. Off. 154, Quòd in Catulo & in patre & in filio, itemq; & in Qu. Mutio Mancino uidimus.

Que & Et iunguntur. Cic. 5. Tuſc. 109, Academici balbutire deſinant, aperteq; & clara uoce audeant dicere, &c.

Et cauſalis, pro etiam: ut Virg. 2. Aeneid. 87,

—quorum Iphitus & uo Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyſſi. Virgilius, Natus & ipſe dea. Ex Valla lib. 2.

Et, interrogatiua, ſeu expletiua. Virg. 1. eclog. 6,

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi?

Et indignatiua, ut apud Græcos εἶτα. Virg. 1. Aeneid. 11.

—& quiſquam numen Iunonis adoret Prætereà? Id eſt, An iuſtum uideretur, & cætera.

Et, confirmatiua. Virg.

Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis? Cic. Attico, lib. 10. 202. 4, Et dubita, ſi potes, quin ille, ſeu uictus, ſeu victor redierit, cædem facturus ſit?

Et, deſeruit etiam affectui, & quaſi interrogandi uim habet. Cicero pro Milone, Et ſunt qui de uia Appia loquantur, taceãt de curia? Valla lib. 2.

Et, pro, Id eſt. Plautus. Annos natus ſexaginta, & ſenex.

Et, pro Nam, uel Quia. Virg. Audieras, & fama fuit. Quintil. lib. 1. cap. 1, Has primùm audiet puer, harum uerba effingere imitando conabitur: & natura tenaciſſimi ſumus eorũ quæ rudibus annis percepimus. Terent. Eun. 2. 2. 60,

Non temerè eſt, & properans uenit. Ex Valla lib. 2.

Et, plerunq; ſententiarum mitijs competit. Quint. Et finitæ quidem ſunt partes duæ: quas hæc profeſſio pollicetur. Ex Valla lib. 2.

Digitized by Google

lib. 2. Terent. Phorm. 1.3.19, Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum senties. Vbi Donatus, Et modò non connexiua, sed inceptiua coniunctio est.

Et, pro Deinde, ordinandi aduerbio. Virg. —corpusq; lauãt frigentis, & ungunt. Id est, deinde ungunt.

Et, pro Quamuis. Cic. Defendi legem Voconiam magna uoce, bonisq; lateribus, & uidetis annos meos. Id est, quamuis sim ita senex. Valla lib. 2, Et uidetis annos meos, Ac si dixisset, Defendi legẽ Voconiã iuuenili uoce, atq; lateribus, & uidetis annos meos, & sum ita senex. Locus Ciceronis de Senectute, 14. quo loco, hæc uerba, Et uidetis annos meos: non leguntur in emendatioribus codicibus.

Et, subauditum ante Si. Terent. Eunuch. 5.2.26,

—nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Id est, etsi ego digna.

Et id scio, Quasi dicat, inquit Donat. nihil est. Ter. An. 2.2.11.

Et ni, pro Si non. Terent. Adelph. 3.4.8, Et ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent. Ita legit Donatus: ubi in omnibus ferè exemplaribus legitur solum ni, sine &.

Et, pro Sed etiam. Terent. Adelph. 5.5.5,

Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. Donatus, Et adiectum est, ut ostendat hanc esse sententiam, Non solum te laudo, sed etiam iuuo: illud dicendo, hoc faciendo.

Et, pro Similiter. Horat. 2. Carm. od. 13.1,

Ille & nefasto te posuit die
Quicunq; primum, & sacrilega manu, &c.
Illum & parentis crediderim sui Fregisse ceruicem, &c.

Et redundans. Virg. 1. Aen. Multa quoq; & bello passus.

Et ille, pro Tunc. Var. 1. de Re rust. cap. 49, Dic, inquit Agrius de fructibus maturis capiendis. Et ille, primùm de pratis summißis, &c.

Et certè. Terent. Eun. 5.6.4, Sed éstne ille noster Parmeno? & certè ipsus est. Cic. pro Marcel. 3, Et certè in armis, militum uirtus, locorum opportunitas, &c. multum iuuant.

Et profectò, aut hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ Reipub. Cic. 1. Ver. 38.

Et ecce. Virg. 5. Aen. —& ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo.

Et hercle. Cic. de Amic. 35. Et hercle ita fecit: uel plus etiam quàm dixit.

Et non, pro Ne quidem. Cic. in Topic. 27, Non & legatum argentum est, & non est legata numerata pecunia.

Et etiam, In his duobus uidetur compositionis quædam incõcinnitas: ideoq; aliquid solet interponi. Cic. Pæto, lib. 9.23.2, Vt & te uiserim, & cœnarem etiam.

Et, & etiam. Cic. Pæto, lib. 9.25.6, Authoritate tua nobis opus est & consilio, & etiam gratia.

Et item. Lucret. lib. 2.117, Et superantur item.

Et iam, Virg. 1. Aeneid. 46, Et iam finis erat, quum, &c.
Idem 4. Aeneid. 117,

Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

Quippe etenim. Lucret. lib. 2.111,

Quippe etenim sumant oculi, &c.

Et quidem. Cic. de Amic. 67, Rarum genus, & quidem omnia præclara rara. Idem, 1. Acad. 25, Et eam quidem plenam ac refertam.

Et id quidem, in principio periodi. Cic. 1. Offic. 5.

Et, sequente parenthesi cum Vt. Cic. de Amic. 65, Tales igitur amicitiæ sunt remißione usus leuandæ: & (ut Catonem dicere audiui) dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt.

Et quod. Terent. Eunuch. 1.1.19,

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, &c.



Et quod dicendum nunc siet. Id est, Et ut uerum dicam: uel, Quũ iam dicendum sit, id quod res est. Terent. An. 2.6.23.

Et sæpe aliàs & maximè. Cic. 1. de Orat. 20, Quorum pater homo prudens, & grauis, haud quanquam eloquens, & sæpè aliàs & maximè Censor saluti Reipublicæ fuit.

Et tamen. Lucret. lib. 2.67,

Et tamen est quidam locus altis montibus, &c.

Et uerò. Cic. Attic. lib. 16, Sæpe præsens & illi ostendisti, & uerò etiam mihi.

Etaxalos] ἐταξαλος, Insula est iuxtà sinum Persicum, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Etæra] Venus (ἑταίρα ἀφροδίτης) Id est, amica Venus, ab Athenienſibus colebatur, ut Apollodorus scribit. Meminit & Hesychius. Sic uerò appellata est, quòd amicos & amicas cõiungeret. Eualces uerò in Ephesiacis prodidit, in Samo tẽpla ædificata Veneri Etæræ, qd' & Athenæus repetit in Cœnis.

Etearchus] ἐτεάρχος, Oaxi ciuitatis Creticæ rex fuit, qui amissa uxore, filiæ suæ Phronimæ nouercam superinduxit: quæ domũ ingressa, ut erat, ita re ipsa se nouercam præstitit, cùm lædendo, atq; omne iniuriarũ genus excogitando, tum ad extremũ impudicitiam impingendo. Etearchus criminationibus uxoris fidem habens, Temisonem quendam Thræum iureiurando astringit, ut acceptam Phronimã in mari demergeret. Qui quum se neq; Etearchi crudelitatis ministrum præbere uellet, neq; rursus iusiurandum uiolare, reuinctã funibus puellam demisit in pelagus, eáq; subito retracta, Theræam peruenit, ubi Polymnestus uir inter Theræos spectatus, in concubinatũ Phronimam accipit, qui ex ea Bactum genuit, Cyrenarum in Africa conditorem. Author Herod. lib. 4.

Etenim] pen. corr. (ναὶ γὰρ) pro Quia uel certè. Plaut. Amphit. 3.26. Terent. And. 2.6.9,

Etenim eam secum rem recta reputabit uia. Cic. 6. Ver. 13, Etenim est primus ciuitatis. Et 7. Ver. 143, Etenim tacitè magis, &c.

Etenim, Similiter etiam. Terent. Eunucho 5.9.44,

Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas. Horat. lib. 2. Satyr. 5.13,

Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.

Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudentes intelligit. Cic. de clar. Orat. 12.

Etenim, mulieres? id est, quod uulgò dicitur, de mulierib. quids Plaut. Most. 10.21.

Etenim, pro At. Terent. Phorm. 5.8.90,

Assequere ac retine, dum ego huc seruos euoco.
C. Etenim nequeo solus, accurre huc.

Etenim, pro Nunc. Cic. 5. Ver. 42, Etenim quoniã summam & numerum iniuriarum Iudices, uobis non possum exponere.

Etenimuero, pen. prod. Plaut. Amph. 4.112,

Etenimuero quoniã formam cepi huius in me & statũ, &c.

Etenim quoniam, pro Nanq; quoniã. Cic. 1. de Fin. 46, Etenim quoniam detractis de homine sensibus reliqui nihil est, &c.

Etenim si. Cic. 4. Verr. 100, Etenim si C. Verres, &c.

Etenim deinceps uideamus, Herbitensis ciuitas honesta, &c. Cic. 5. Verr. 63.

Eteobutadæ] Viri fuere nobiles & perillustres Athenis, à Bute sacerdote propagati, ex qua familia sacerdotes producebantur, umbellamq; ferre soliti erãt, unumquenq; summonentes tacitè, tempus ædificandi, & tectum aliquid sibi struendi iamiam appetere. Ex Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 13.

Eteocles] Vide Etheocles.

Eteocretes] ἐτεόκρητες, Peloponnesi populi, Australẽ oram incolentes, quorum Prasium est pusillum sanè oppidum, ubi Dictæi Iouis phanum extat. Vide Strabo. lib. 10.

Eteſiaca] Vuæ genus eſt fallax, quæ quo plus tulit, eò laudabilius fundit: mirumq; fœcunditate ceſſat. Author Plin. lib. 14. cap. 3.

Eteſiæ] ἐτησίαι, Venti qui certo anni tempore flant, quos Strabo lib. 3. ſubſolanos uocat, hoc eſt, Euros. Hi quotannis in uigore æſtatis perflant x L. diebus poſt Caniculæ exortum. Dicti Eteſiæ, id eſt annui. ἔτος enim annus, ἐτήσιος annuus: quòd ex omnibus uentis hi maximè ſtati ſint, & ſingulis annis eodem tempore redeant. Cic. ad Attic. lib. 6. 118. 2, Inde quàm primũ Athenas, etſi Eteſiæ ualde reflant. Cicero 2. de Natura deorum, 198, Et rurſus Plinius lib. 5. cap. 9. 11.

Dies Eteſiarum. Cic. Bruto, 15. 7.

Veliferæ Eteſiæ. Senec. in Thyeſte, 2. 2.

Morantur Eteſiæ aliquem. Cic. Cælio, lib. 2. 14. 10.

¶ Eteſius, Adiectiuũ. (ἐτήσιος) ut, Flabra Eteſia. Lucret. lib. 6. 147, De Eteſijs uentis, uide eundem paulo antè, lib. 6. 144.

Ethanion] ἠθάνιον, Vaſis ænei genus eſt, quo Aegyptij uti conſueuerunt. Nam, teſte Athenæo, in Aegyptiorum omnibus penè domibus, tria erant uaſa ænea, cyathus, phiala, & ethanion.

Ethecuſa] Inſula eſt in ora Cariæ, non procul ab Argijs inſulis. Plin. lib. 5. cap. 31.

Ethcleum] ἠθέλεον, Fluuius minoris Aſiæ, olim Troadis & Myſiæ terminus, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. ult.

Ethelontes] ἠθέλοντες, Thebanis dicebantur hiſtriones, qui comico in luſu, cuius apud eos frequens erat uſus, operam nauabant. Hos Lacedæmonij Diceliſtas nuncupabant. Author Cæl. lib. 6. cap. 17.

Ethemon] pen. corr. Nomen uiri propriũ, de quo Virg. lib. 10. Aen. 26. meminit, quum ait,

Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta. Niſi fortè legendum quis putet apud Virgil. Clarus & Ethemon. Ouidius tamen primam corripuit, ſecunda producta, 5. Metam.

—inſtabat parte ſiniſtra
Chaonius Molpheus, dextra Nabathæus Ethemon.

Etheocles] pen. corr. (Ἐτεοκλῆς) filius Oedipi regis Thebarum, qui cum Polynice fratre ſuo ita conuenerat, ut alternis annis regnarent. Sed Etheocles anno finito, fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adraſtum regem Argiuum ſoceruſ ſuum, & alios principes Achaiæ armauit contra Etheoclem. In quo bello quum multi utrinq; occiſi eſſent, tandem fratres ipſi mutuis ſe uulneribus confecerunt. Quorum cadauera quum rogo eſſent impoſita, flammæ diuiſæ ſunt, tanquam illorum nondum ceſſarent odia. Statius in Thebaide. Sed rectius ſine aſpiratione ſcribitur Eteocles. Id quod apertè docet ipſa compoſitionis ratio. Nomen enim habet à uera gloria. ἐτὸς uerus dicitur.

Etheoclis neſas. Stat. 3. Thebaid. 42.

Sæuus Etheocles. Stat. 12. Thebaid. 12.

Etheſius] lapis mortariorum. Plin. lib. 36. cap. 22.

Ethice] ethices, pen. corr. fœm. gen. (ἠθικὴ) Pars philoſophiæ ad mores pertinens. Cic. de Fato, 1, Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci uocant, nos eam partẽ philoſophiæ De moribus, appellare ſolemus, ſed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

¶ Ethicus, pen. corr. Adiect. (ἠθικὸς) qui circa naturalia, ſiue moralia uerſatur. Cic. in Orat. 70, Quod Græci ἠθικὸν uocant, ad naturam, & ad mores, & ad omnem uitæ conſuetudinem accommodatum.

Ethnicus] pen. corr. (ἐθνικὸς) Latinè dicitur gentilis.

Ethologus] pen. corr. (ἠθολογος) Morum effictor. Cic. 2. de Orat. 134, Mimorum eſt enim ethologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas, &c.

¶ Ethologia, Quint. lib. 1. cap. 9. 3, Ethologia perſonis continetur. Eſt autẽ morum, ac affectuum cuiuſq; perſonæ effictio.

Ethopœij] ἠθοποιὸς, inquit Budæus, ijdem ſunt, ut opinor, atq; ethologi. Id eſt, hiſtriones qui mores imitantur eius perſonæ quam ſuſtinent, authore Suida. Vnde Ethopœia Quintilianus lib. 9. id eſt, morum alienorum imitatio. cuius exempla licet apud eundẽ uidere. Meminit & Priſcianus in præexercitamentis.

Ethruria] Vide Hetruria.

¶ Ethruſcus, Adiect. ut, Fontes Ethruſci. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.

Ethuſa] olim inſula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum accreuit. Plin. lib. 26. cap. 89.

Etiam] coniunctio (ἔτι) pro Quoq;. Cic. de claris Orat. Voce, motu, forma etiam magnifica.

Quoq; etiam. Terent. Hecyra, 5. 1. 7, Ego pol quoq; etiam timida ſum, quum uenit mihi in mentem quæ ſim.

Stultus atq; etiam inſanus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 61.

Etiam, Adhuc. Terent. And. 1. 1. 89,

Egomet quoq; eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans etiam mali. Ibidem, 3. 2. 23,
Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim, Simo. Donatus.

Adhuc etiam. Cic. 5. Verr. 168, Sed fortaſſe adhuc in nullo etiã uindicatum.

Aut etiam. Cic. 1. de Orat. 85, Quinqueremes autem, aut etiam maiores gubernare didiciſſe.

Poſt etiã. Cic. 1. de Orat. 84, Cæteros uerò non dubitabo primũ inertiæ condemnare ſententia mea, pòſt etiam impudentiæ.

Iam nunc, mox etiam. Horat. 2. epiſt. 1. 26.

Primum, mox etiã. Horat. 2. Epiſt. 19. —aſpice primũ, &c.
Mox etiam, ſi fortè uacas. ſequere, &c.

Etiam minus. Horat. 1. Epiſt. 19. 23, Sit mihi quod nunc eſt etiam minus, &c.

Etiam, non ſolùm. Liu. 3. ab Vrbe, Interim Hernici, Latiniq; pudore etiam, non miſericordiæ ſolùm moti.

Si ulla ratione etiam nunc efficere potes. Cic. Att. lib. 8. 164. 2.

Etiam, hortantis. Terent. And. 5. 2. 8, Etiam tu hoc reſpondes? Vbi Donatus, Etiam aut hortatio eſt, aut cõiunctio. Seruius Sulpitius, Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam aduoca.

Etiam, reſponſio pro Ita. Plin. lib. 4. Epiſt. ad Tacitum, Studes inquam? Reſpondit etiam. Valla lib. 2.

Etiam, Præterea. Terent. And. 2. 2. 31,

Etiam puerum abiens conueni Chremis. Ibidem 4. 1. 31.
Imò etiam, quo tu minus ſcis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Donatus.

Etiam, pro Et. Horat. 1. Epiſt. 17. 3,

Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ.

Etiam, pro Quin potius. Plin. in Paneg. 129, Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius auctoritas imminuta eſt, aucta etiam.

Etiam, pro Contrà. Cic. in Oratore, 139, Vt ea quæ utantur, non ſtulti homines haberi poſſint, etiã plerunq; prudentes. Idem 3. Tuſc. 1.

Etiam, Aduerbiũ affirmantis (ναὶ) cui Non opponitur. Cic. pro Roſcio Comœdo, 5, Si nõ, quemodo tabulas conficis? ſi etiã, quamobrem quum cætera nomina in ordinẽ referebas, &c. Idem 4. Acad. quæſt. 173, Quaſi aut etiam, aut non, non modò uerum eſſe, ſed etiam neceſſarium Ibidem, 186.

Etiam mehercule, pro Deinde. Cic. Seruio, lib. 4. 4. 7.

Iam uerò etiam. Cic. de clar. Orat. 142, Probabilis orator, iam uerò etiam probatus, &c.

Et uerò etiam. Cic. Planco in epiſtolis ad Att. lib. 16. 342. 4, Et illi oſtendiſti, & uerò etiam mihi. Idem pro Murena, 43.

Etiam rides? Terent. Eunuch. 5. 7. 16. Idem And. Etiam ſententias loqueris carnifex?

Etiam clamat carnifex? Plaut. Amphit. 4. 222.



Digitized by Google

Etiam negas? Plaut. Merc. 16. 23.
Etiam denuo? Plaut. Amphit. 4. 246.
Etiam repetit dictionem. Lucret. lib. 2. 1.
—cernere suaue est,
Suaue etiam belli certamina magna tueri, &c. Horatius 2. epist. 1. 10.
Etiam, geminatum. Virg. 2. Eclog. 2,
Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant.
Nũc uirides etiã occultãt spineta lacertos. Idẽ 6. Aen. 97.
Etiam atq; etiam, Valde, summopere. Terent. Eunuch. 1. 1. 11,
Proin tu, dum tempus, etiam atq; etiam cogita.
Quare etiam atq; etiam. Lucret. lib. 117. Idem 67,
Quare etiam atq; etiam simili ratione necesse est.
Qualem cõmẽdes etiã atq; etiã aspice. Hor. 1. epist. 19. 17.
Diligenter etiam atq; etiam facere aliquid. Cic. 1. de Diu. 12.
Etiam atq; etiam te hortor, ut, &c. Cic. Att. lib. 8. 163. 5.
Te prorsus uehementer etiam atq; etiam rogo. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 2. 18.
Etiam sæpenumero ita ponitur, ut in eo intelligatur Non solum. Cic. ad Lent. Cumq; ea contentio mihi magnum, etiam foris, fructum tulisset. Hoc est non solum domi, sed etiam foris. Quasi dicat, Non solum in urbe, sed etiam extra urbem: id est, apud externos.
Etiam dum. Terent. Heaut. 2. 1. 17, Hoc ego mali nõ pridem inueni, neq; etiam dum scit pater. Plin. lib. 26. cap. 12. 1.
Etiámne. Terent. Eunucho, 1. 2. 63,
—sed ego quantum suspicor, ad uirginem animum
Adiecit. PH. etiámne amplius? T. nihil. Cic. ad Att. lib. 10. 203. 6, Etiámne Balbus in Senatum uenire cogitet? Idem 5. Verr. 196, Etiámne frumentum pro empto gratis dare? etiámne in cellam quum cupiant gratis dare ultrò, pecuniam grandem dare? etiámne, &c.
Etiámne si. Cic. de Amic. 35, Etiámne inquam, si in Capitolium faces ferre uellent?
Etiam insuper. Terent. Adelphis, 2. 2. 38,
Præterea colaphis tuber est totum caput:
Etiam insuper defrudet?
Non etiam. Vide Non.
Nondum etiam. Terent. Heaut. 3. 3. 35, Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?
Etiamnum, ponitur pro Vsq; tunc, uel Vsq; ad id tempus. Plaut. Pœn. 2. 99, Neq; quicquam cum ea fecit etiamnum stupri? Idem Trucul. 10. 57, —perij miser,
Iam auro contrà constat filius, etiamnum nihil pendit.
Varro de Re rustica, Quũ etiamnũ platanus nouella esset.
Etiam nunc, pro Vsque nunc, usque ad hoc tempus. Terent. Andr. 1. 5. 47,
Memor essem? ô Mysis Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis. De Glycerio. Cicero pro L. Murena, 24, Homines tã ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, &c. Idem in Oratore, 64, De materia loquor orationis etiam nunc, nõ de genere ipso dicendi.
Quum etiam nunc in prouincia esset. Asin. Poll. Ciceroni, libro 10. 32. 15.
Etiam nunc hic stas Parmeno? Terent. Eun. 2. 3. 55.
Etiam nunc, geminatum, pro Nunc nunc, extemplò. Plaut. Aul. 416, Abscede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam obe
Istic adesto. Ibidem, 7. 77,
Quid? nunc etiam mihi despondes filiam.
Etiam quod. Plaut. Milit. 9. 83,
—si post hunc diem
Mutiuero, etiam quod ego me certò sciam, &c.
Etiamsi, pro Quamuis, licet. Subiunctiuo iunctũ. Cicero de Amicitia, 83, Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sequutus sis. Ibidem, 86.
Facere omnia aut uoluptatis causa, etiam si eam non consequaris: aut nõ dolẽdi, etiãsi id assequi nequeas. Cic. 5. de Fin. 32.
Etiamsi, tamen. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 8, Etiamsi timidi essemus, tamen omnem timorem abijceremus.
Etiamsi, attamen. Plin. lib. 7. cap. 27, Quæ mihi omnia, etiam si non prius, attamen clarius fuisse in Scipione Aemyliano uidentur.
Etiam & si. Plaut. Trin. 17. 58,
—ego ducam pater,
Etiam & si quam aliam iubebis.
Etiam tu here, isthunc amoues abs te, atq; ipse me aggredere. Plaut. Asin. 12. 124.
Etiam tum, pro Vsq; tunc, uel Vsq; ad illud tempus. Terent. Hecyra, Me educit foras: narratq; ut uirgo ab se integra etiam tum siet. Cic. 2. de Orat. 52, Omnes etiam tum etiam retinebant illum Periclis succum.
Etiam tum. Cic. 4. Verr. 67, Quum isti etiam tum de Sthenio integra tota res esset.
Etiam ut, etiam si. Cic. Att. lib. 15. 324. 2, Ille quidem periculi causa, quod sibi etiam fuisse dicit: ego autem etiam ut nullum periculum sit.
Etini] ἐτῖνοι, Siciliæ populi, à Plinio inter stipendiarios numerati, lib. 3. cap. 8.
Etsi] καί τοι, Coniunctio, id est, quamuis, indicatiuo iungitur. Terent. And. 2. 2. 37,
Ibo, etsi hercle sæpe iã me spes hæc frustrata est. Idẽ Heaut. 41. 11, Vin' me istuc tibi (etsi incredibile est) credere? Idẽ Hec. 3. 3. 44, Etsi amor me grauiter cõsuetudoq; tenet.
Etsi essem. Cic. de Amic. 86, Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret ætas ipsa mihi solatium.
Etsi, cum interrogatione. Cic. Att. lib. 9. 181. 3, Do, do pœnas temeritatis meæ, etsi quæ fuit illa temeritas?
Etsi quãuis. Cic. Attic. lib. 16. 334. 6, Etsi quãuis nõ fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.
Etymologia] ἐτυμολογία, Latinè ueriloquium interpretatur. Cic. 1. Acad. 46, Verborum etiam explicatio probatur, id est, qua de causa quæq; essent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Idem in Topic. 17. Quint. lib. 1. cap. 6. 17, Etymologia, quæ uerborũ originẽ inquirit, à Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota. nam uerbum ex uerbo ductum, id est ueriloquium, ipse Cicero, qui finxit reformidat.
¶ Etymon, etymi. pen. corr. (ἔτυμον) Idem quod Etymologia. Var. 1. de Re rust cap. 48. 2, Videtur uocabulum etymon habere à glumendo, quòd eo folio deglubitur granum. De gluma loquitur.
¶ Etymologus, pen. cor. (ἐτυμολόγος) Qui rationem uerborum indagare solitus est.

E V

Euacuo] euacuas (ἐκκενόω) euacuare, Exinanire significat: ut, Euacuare aluum. Plinius lib. 20. cap. 6. 7. Et libro 32. capite 9. 11.
Euadne] εὐάδνη, Martis filia ex Thebe uxore Asopi, uxor Capanei ducis, quem adeò dilexit, ut in rogum eius se miserit, & cum illius cadauere fuerit exusta. Huius meminit Virg. 6. Aeneid. 96.
Fida Euadne. Propert. lib. 3. eleg. 13. 5.
Euado] euadis, pen. prod. euasi, euasum (ἐκφοβέω, διαλύομαι, διεκπίπτω) euadere, quasi Extra uadere, & effugere. Donatus, Euadere, est per quancunq; difficultatem ad aliquid peruenire. Plin. epist. 25. 4, Cæsares, quibus suspectus, atq; etiam inuisus uirtutibus fuerat, euasit. Cicer. 4. de



Digitized by Google

Finibus, 106, Tamen illud in ea causa est à quo abesse uelis donec euaseris.
Ab improbis iudicibus euadere. Cic. 1. Tus. 156.
E' custodia euadere. Quint. lib. 2. cap. 17. 13.
Euadere è manibus hostium. Liu. 2. bel. Pun. 203.
Euadere è morbo. Cic. 2. de Diuinat. 20.
Euasit ex hoc aere animus. Cic. 1. Tusc. 68. Et de Senect. 73.
Euadere ex iudicio aliquo. Cic. 3. Verr. 8.
Euadere in terram. Liu. 9. bel. Pun. 140.
Euadere in tutum. Liu. 6. bel. Pun. 92.
Abijt, excessit, euasit, erupit. Vide Erumpo.
Aliquid sicut prædictum est euadere. Cic. 2. de Diuin. 164.
Amnem euadere. Tacit. lib. 12. Hoc est, transire.
Casum euadere. Virg. 4. Georg. 97.
Clustris euadere. Valer. 7. Argon. 115.
Cursu euadere pugna. Virg. 11. Aen. 141.
Discrimen euadere. Tacit. lib. 14.
Facinus alicuius euadere. Tacit. lib. 14.
Diuos iniquos euadere. Silius lib. 15. 117.
Flammam euasit classis. Virg. 5. Aen. 137.
Furto euadere. Valer. 8. Argon. 31.
Hostes euadere. Virg. 9. Aeneid. 81.
Loca mortis euadere. Ouid. 14. Metam. 26.
Manus alicuius euadere. Virg. 9. Aen. 116.
Euadere sermonem malignorum, pro Non esse obnoxium sermonibus. Plin. Epist. 144.
Pestem euadere belli Virg. 10. Aen. 11.
Euadere perpetuam ualetudinẽ, pro Liberari à perpetuo morbo. Plin. epist. 12. d.
Tela euadere. Silius lib. 7. 77.
Vincla euadere. Silius lib. 7. 15.
Vndis euadere. Virg. 9. Aen. 21, —olim quæcũq; euaserit undis. Id est, de undis exierit: quum uenerit ad eum locũ de quo nauigatura iam non sit. Seruius.
Voces alicuius euadere. Valer. 7. Argon. 60.
Euadere ab uel in muros, pro Ascendere. Liu. 4. ab Vrbe, 48. Et lib. 5. bel. Pun. 128.
In cacumina uites euadunt. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Euadere in summum. Liu. 7. ab Vrbe, 161.
Euadere ardua. Liuius 2. ab Vrbe, 274.
Gradus altos euadere. Virg. 4. Aen. 137. Id est, ascendere. Seru.
Euado, pro Vado. Virgil. 2. Aen. 92,
Euado ad summi fastigia culminis. Nam (inquit Seruius) e uacat, ut Emortuus.
Euadere aduersus aciem. Vide Acies.
Omnem uiam euadere. Virg. 2. Aen. 145.
Lapis non euasit spatium. Virg. 12. Aen. 180,
Tum lapis ipse uiri uacuum per inane uolutus,
Nec spatium euasit, totum nec pertulit ictum. Id est, euacuatus est impetus ipsius spatio longiore. Seruius.
Vana euasit spes. Liuius 5. bel. Pun. 125.
Euasit somnium uerum. Cic. 2. de Diuin. 162.
Euasit pestilentia in morbos longiores. Liu. 7. bel. Pun. 135.
Euasti, per syncopen pro euasisti. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 14.
Euasset, pro Euasisset. Sil. lib. 15. 73.
Euadere ante oculos, pro Apparere. Virg. 2. Aen. 106. Seru.
Euadere, peruenire. Virg. 6. Aen. 26,
—superas euadere ad auras.
Euadere ad superos. Senec. Herc. furente, 7. 12.
Euadere, fieri. Cic. de clar. Orat. 68, Perfectus Epicureus euaserat. Idem 5. Ver. 137, Nisi hoc fortè deterior est, si fieri potest, quòd tu eiusmodi euasisti, non in hominis luxurioſi, sed tantum in furis ac diuisoris disciplina educatus. Idem, An uerebar, ne non putaremus potuisse probum euadere?
Minutatim euadere. Cic. de Petit. Cons. 23.
In dicendo pauci digni nomine euadunt. Cic. de clar. Orat. 166.
E' Philosophorum scholis tales ferè euadunt. Cic. in Or. 51.
Summus euasit. Cic. de clar. Orat. 91.
Nunquam euades ne te sacrificem. Plaut. Amph. 15. 48.
Quò euadat nescio. Plau. Pœn. 3. 44, Intelligo hercle: sed quò euadas nescio. Hoc est, ad quid illud dicas, uel quorsum hæc dicas, & quid uelis assequi uerbis tuis. Teren. Phorm. 4. 3. 21, Quid hic cœptat? aut quò euadet?
Quorsum euadat. Cicer. Attic. lib. 9. 190. 6, Videamus hoc quorsum euadat. Idem eidem, lib. 7. 135. 9, Sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur quorsum euasura sint.
Huc euasit. Terent. Eun. 3. 3. 11,
Vbi friget, huc euasit, quampridem pater
Mihi & mater mortui essent.
Timui semper quorsum euaderet heri lenitas. Teren. An. 2. 42.
Euadere in. Teren. Adel. 3. 4. 64, —profectò euadet in aliquod magnum malum. Quintil. lib. 2. cap. 4. 13.
In infinitum euadere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 11.
Euæmon] εὐαίμων, Pater fuit Eurypyli, qui cum Græcis ad Troiam profectus cũ quadraginta nauibus præfuit Orchomenijs. Author Homer. in Catalog. nauium.
Euænetus] εὐαίνετος, Nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, unà cum Themistocle Athenienſium duce, à Græcis constitutus fuit. Author Herod. lib. 7.
Euagor] pen. cor. euagaris (περιφέρομαι, περιπολέω) euagari, Idem quod Vagari. Liuius 2. bel. Pun. 195, Frontibus enim aduersis concurrendum erat, quia nullo circa ad euagandum relicto spatio, &c.
Euagantur aquæ. Plin. lib. 10. cap. 33. 2.
Euagatur longius appetitus. Cic. 1. Offic. 143.
Euagatur in luxuriã prædens uitis. Colum. lib. 5. cap. 6. 22.
Euagatur capparis per agros. Plin. lib. 19. cap. 8. 31.
Euagata est latè uis morbi. Liuius 3. ab Vrbe, 30.
Euagari, Extra propositum aliquid dicere. Quintil. lib. 2, Verum hactenus euagari satis fuerit.
¶ Euagatio, Verbale (περιπόλησις) Plin. lib. 2. cap. 17, Ac spatia longitudinis latitudinũ euagatione pensat. Sen. epist. 66.
Eualeo] euales, pen. cor. eualui (ἀύαμαι) eualere, Idẽ quod Valere & posse. Stat. 5. Sylu. 2. 16, —tibíne illa nefanda
Pocula lethalesq; manu cõponere succos Eualuit? Lucanus lib. 1. 100. Ouid. epist. 24. 13.
¶ Eualesco, eualescis, eualui (ἰσχύω, ἐπιῤῥώννυμαι) eualescere, Validũ fieri. Plin. lib. 15. cap. 29. 4, Quintil. lib. 2. cap. 9. Adiuta cura natura magis eualescit. Idem lib. 17. cap. 15. 3. Quum eualuissent flagella pedes binos. Id est, excreuissent.
Euallo] euallas (ἐκχαράσσω) euallare, Extra mittere, excludere, quasi extra uallum proijcere. Titinnius Prælia, Qua ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricem, pallia euallauit, ô pulchre. Varro, Donec foras nos intus euallauerunt. Nonius.
Euallo] euallis (ἐκ, πηλίζω) euallere, purgare frumentũ, non etiam frangere. Plinius lib. 18. cap. 10. 8. Et ipsa quæ euallantur, uariam pisturarum rationem habent. Et paulo antè, Triticum autẽ perfundi aqua multa iubet, postea eualli, deinde sole siccatum pilo repeti.
Euan] εὐαν, Bacchi nomen. Ouid. 4. Metam. 3.
Lucidus Euan. Stat. 5. Thebaid. 135.
Phrygiæ Euantes circum Orgia, Virg. 6. Aen. 104. Euantes (inquit Seruius) id est, Bacchãtes, à Libero, qui Euã dicitur. Sil. lib. 1. 21,
Non ille Euantes Maßilæ palluit iras.

Thyades

Digitized by Google

Thyades Euantes. Catul. in Argon. 78.

**Euander** ] uel Euandrus (εὐανδρος) Arcas fuit, nepos Pallantis regis Arcadiæ. Hic quum patrem suũ occidisset, suadente matre Nicostrata (quæ etiam Carmentis dicta est, quia carminibus uaticinabatur) dimissa prouincia sua uenit ad Italiam: & pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est, & modicum oppidum fundauit in monte Pallatino. Hic autem mons, Pallatinus secundum Virgilium à Pallante auo Euandri est dictus: secundum Varronem & alios à filia Euandri Pallantia eius filio illic sepulto, ut refert Seruius in hos uersus Virgilij 8. Aen. 11,

Arcades his oris, genus à Pallante profectum, &c. Dicitur etiã nominatiuo Euandrus in eodem lib. 107. & 109,

Tum pater Euandrus dextrã complexus euntis Hæret.

Alter est eiusdem nominis quem ferunt cælatorem ac plasten Athenienſem à M. Antonio Merandriam perductum, et inde inter captiuos Romam uenisse: ut refert Acron in illud Horatij, 1. Serm. Satyr. 18, —mensáue catillum

Euandri manibus tritum deiecit. Id est, calicem nobiliter cælatum.

Boues Euandri. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.

Mœnia Euandri. Ouid. 14. Metam. 91.

Veteres Penates Euandri. Stat. 3. Sylu. 4. 10.

Sedes Euandri. Vir. 9. Aen. 2.

Arcas Euander. Ouid. 5. Fast. 129.

Fidus Euander. Stat. 2. Syluarum, 1. 19.

Rex Euandrus Romanæ conditor arcis. Virg. 8. Aen. 62. Id est, Conditor Pallanteæ, ubi nunc palatium est, quod non est re uera arx, sed tenet rerum omnium principatum. Seruius.

¶ Euandrius ] Adiectiuum (εὐανδρειος) ut, Regna Euandria. Silius libro 7. 4.

Euandrius ensis. Virg. 10. Aen. 78.

**Euander** ] Aulanius, Sculptor insignis, qui signo Dianæ, quod Thimothei manu effictum erat, Romæ in Palatio, Apollinis delubro, caput reposuit. Author Plinius libro trigesimo sexto, cap. 5.

**Euanesco** ] euanescis, euanui (ἀφανίζομαι, διαπίπτω, αὐξανομαι) euanescere: Inanem fieri, & in nihilũ redigi. Plin. lib. 9. cap. 51. 4, Vere pectines, limaces, brucines eodem tempore euanescunt.

Exanescere ac defluere. Plin. lib. 13. cap. 1. 6.

Euanescere inter ineptias. Quintil. lib. 1. cap. 7. 4.

Cœpit euanescere. Ouid. 13. Metam. 188.

Ex oculis euanuit in tenuem auram. Virg. 4. Aen. 56.

In auras tenues euanescere. Ouid. 2. Fast. 102.

Paulatim euanescere. Lucret. lib. 2. 166.

Euanuerunt & exaruerunt amnes. Cic. 1. de Diuinat. 70.

Ardor animi euanuit. Ouid. 1. Amorum, 10. 2.

Cornua extremæ lunæ euanescunt. Ouid. 2. Metam. 24.

Dolor euanescit. Ouid. in Ibin, 9.

Flos Bacchi euanuit. Lucret. lib. 3. 45.

Euanuit pruina, ac colliquefacta est glacies. Varr. 2. de Re rustica, lib. 4. 6.

Omnis eorum memoria sensim obscurata est & euanuit. Cic. 2. de Orat. 53.

Nubes incipiunt euanescere. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 22.

Euanuerunt opera eius, pro Interciderunt. Cic. de clar. Or. 54.

Præterita euanescunt. Cic. Bruto, 16. 19.

Rubor euanuit. Ouid. 6. Metam. 10.

Euanescit sententia. Cic. 5. Tusc. 123.

Extenuatur & euanescit spes. Cic. ad Att. lib. 3. 53. 1.

Virtus herbarum euanuit. Ouid. 14. Metam. 71.

Vetustate euanescere aliquid dicitur. Cic. 1. de Diuin. 70.

Homo euanescere dicitur. Cic. de clar. orat. 180.

¶ Euanescens, participium (διαπίπτων) ut, Euanescens memoria alicuius rei, quæ effluit. Senec. de Benef. lib. 1.

¶ Euanidus, pen. corr. adiectiuum (ἰσχνὸς) Inane, caducum, & citò periturum. Col. de Arb. cap. 17. 1, Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parum fructus ferũt. Plin. lib. 37. cap. 5. 9. Ouid. 2. de Remed. amor. 52,

—in tenues euanidus exeat auras.

Pectoraq; in tenues abeunt euanida riuos. Ouid. 5. Met. 87.

Leue & euanidum gaudium. Sen. epist. 35.

**Euangelium** ] euangelij (εὐαγγέλιον) Latinè bonum nuntium dicitur.

Euangelia, euangeliorum (εὐαγγέλια) Pluraliter & neutro genere dicuntur sacrificia & supplicationes, quæ pro iucundo nuntio decerni consueuerunt, uel etiam merces allati iucundi nuntij. Cic. Attico, lib. 2. 27. 1, O suaues epistolas tuas, uno tempore mihi datas duas, quibus εὐαγγέλια quæ reddam, nescio, deberi quidem plane fateor. Vlpianus in l. falsus. §. qui alienum quid. de Furtis. Ergo si ea quæ dicũt Græci euangelia petat, id est, mercedem pro rei inuentæ uel repertæ nuntio, Sunt qui hoc loco Menytra legendum existiment: hoc est, iudicium, uel præmium.

¶ Euangelus, euangeli, pen. cor. Vitruuius lib. 10, Honores ei decreuerunt, & nomen mutauerunt, ut Euangelus nominaretur.

**Euanno** ] euannas (ἐκλικμίζω) euannare, Ventilare, uel mucere. A uanno, in qua legumina uentilantur. Pomponius Pannuceatis, Dixi ego illud futurum in prima ualua est, uix hæret misera, euannentur, & mea ocyus opera ut fiat, fecero. Varro 1. de Re rust. cap. 52, Ita fit, ut quod leuissimum est in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream.

**Euanthes** ] εὐάνθης, Nomen authoris satis laudati, apud Plinium lib. 8. cap. 22.

**Euanthia** ] εὐάνθια, teste Plinio, Ciuitas Asiæ, Trallis quoq; & Seleucia dicta, quam allui Eudone amne, ibiq; Pygmæos habitasse refert idem lib. 5 cap. 29.

**Euaporatio** ] euaporationis (ἀναθυμίασις) Seneca lib. 1. Natur. quæst. Nec mirum si terris omnis generis & uaria euaporatio est. Idem 3, Nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur.

**Euarchus** ] εὔαρχος fluuius est Scythiæ Europææ. Valer. 6. Argon. 20,

—Taras niueumq; ferax Euarchus olorem.

**Euares** ] εὔαρες, Latinè execrabiles, quo nomine dicti sunt Scythæ quidam, eo quòd quum templum in Ascalone expilassent, ira numinis in eos cum posteritate omni fœmineus morbus sit immissus. Author Herod. hist. lib. 1. Nominatiuus est Euaris.

**Euasto** ] euastas (διερημόω) euastare, Idem quod uastare significat. Liu. 10. ab Vrbe, 66, Ibi duo Consulares exercitus, diuersis uagati partibus, omnia quinq; mensium spatio euastauerunt. Ibidem lib. 8. 189. & lib. 5. 18.

**Euax** ] Nomen regis Indiæ, qui de uirtutibus gemmarum scripsit ad Neronem. Ex Calep.

**Euax** ] εὔγε, Interiectio exultantis nihil significat, inquit Varro de analogia: sed effutitiũ naturaliter est, ut apud Ennium hehe. Plaut. Bacchid. 5. 13, Euax aspersisti aquã. Idem Casin. 20. 14, Euax nunc pol demum ego sum liber.

**Euazæ** ] ἰβάσαι, Sarmatarum populi, à Medis orti, & Tanaim fluuium incolentes, authore Plin. lib. 6. cap. 7.

**Eubius** ] Scriptor quidã fuit, cuius meminit Ouid. 2. Tristiũ,

Nec qui descripsit corrumpi semina matrum

Eubius, impuræ & conditor historiæ.

**Eubœa** ] εὔβοια, inquit Plin. cap. 12. libro 4, insula auulsa Bœotiæ, tam modico interfluente Euripo, ut ponte, iungatur,

tur, ad meridiem promontorijs duobus. Gereſto ad Atticam uergente, & ad Helleſpontum Caphareo inſignis, à Septentrione Ceneo, nuſquam latitudinem ultra XLM. paſſus extendit, &c. Hæc Plinius. De Eubœa uide Solinum cap. 18, Eubœa hodie Nigri ponti inſula dicitur.

¶ Eubœus, Adiectiuum (εὐβοϊσὸς) ut, Plebs Eubœa. Stat. 5. Syl. 3. 28.

¶ Euboicus, Aliud adiectiuum (εὐβοϊκὸς) ut, Carmen Euboicũ. Ouid. 4. Faſt. 52.

Aquarum cultor Euboicus. Ouid. 13. Metam. 1.

Gurges Euboicus. Ouid. 9. Metam. 46.

Littus Euboicum. Propert. lib. 2. eleg. 27. 8.

Euboicum mare, duplex eſſe dicitur, aliud in Aegeo, aliud in Cãpano, ſeu Tuſco. Quod in Aegeo, Eubœæ adiacet inſulæ, à qua denominatum eſt: quod autem in Tuſco, Cumarum, Baiarumq; alluit oram, ab Euboicis aduenis, & Cumarum conditoribus nuncupatum.

Montes Euboici. Valer. 6. Argon. 64.

Oræ Euboicæ Cumarum. Virg. 6. Aen. 1. Vbi Seruius, à colonia, inquit, Cumas appellauit. Nam Eubœa inſula eſt, in qua Calchis ciuitas eſt, de qua uenerunt qui condiderunt ciuitatem in Campania, quam Cumas uocarunt.

Penates Euboici. Stat. 3. Sylu. 5. 3.

Rupes Euboica. Virg. 6. Aen. 9. de antro Sibyllæ Cumanæ.

Rupem Euboicam exponit Seruius montem Cumanum, quem Euboici habitauerunt. Eſt aũt (inquit ille) Acyrologia: Coloniæ enim epithetum, rei dedit immobili.

Sibylla Euboica, id eſt, Cumana. Stat. 1. Syluar. 2. 36.

Sinus Euboicus. Ouid. epiſt. 22. 16. Et in Ibin, 69,

Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat, ut olim
Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu. Hanc hiſtoriã confirmat. Propert. lib. 2. eleg. 27. 8.

Vnda Euboica. Seneca Hercule furente, 6. 9. Ouid. 9. Metamorph. 44.

Vrbs Euboica. Ouid. 14. Metam. 31.

**Euboicum**] talentum, authore Feſto, nummo Græco, ſeptem millium & quingentorum ciſtophorum eſt, noſtro, quatuor millium denariorum.

**Eubule**] Filia fuit Leo cuiuſdam, Orphei filij (ſicut nonnulli exiſtimant) quam cum Phaſithea & Theope ſororibus ciuitati immolandas exhibuit, ut ingens annonæ caritas, quæ Atticam uehementius premebat, finem ſecundum oracula caperet. Hæc Cælius Rhod. libro decimotertio, capite ſeptimo.

**Eubulia** ] εὐβουλία, Latinè conſultatio bona: alijs etiam promptitudo. Eſt autem Eubulia Cælio, directio ſecundum utilitatem, & ſecundum id cuius opus eſt, & ut, & quando. Vide eum lib. Antiq. lect. 11. cap. 9.

**Eubulus**] pen. prod. (εὔβουλος) Athenienſis ciuis fuit, contrarias ferè Demoſtheni in Reipub. adminiſtratione partes fouens, & interpretatur, prudens, conſultus, boni conſilij. Fuit & Eubulus modiæ Comœdiæ poeta, ut ſcribit Suidas. Eubulus præterea nomen fuit hiſtorici, qui hiſtoriam Mitræ multis uoluminibus explicuit.

**Euburiates**] Celeberrimi Ligurũ populi, citra alpes habitantes, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5.

**Euburo**] Oppidum Luſitaniæ. Plinius libro quarto, capite uigeſimoprimo.

**Eucæria**] εὐκαιρία, Opportunitas dicitur. Cic. 1. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellamus eucæriam) nõ fit maior productione temporis. Idem 1. Offi. 19. occaſionem interpretatur.

**Eucarpeni**] εὐκαρπλίνοι, Populi ad Laodiceam, in conuentu qui à Synnada accipit nomen, ut ſcribit Plin. libro quinto, capite 29.

**Eucarpia**] εὐκαρπία, Vrbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles ſunt: unde & nomen, quaſi uber fructuum prouentus. Mem.nit huius oppidi Strabo, libro duodecimo.

**Euchadia**] εὐχαδία, Villa in Macedonia, cuius meminit Cicero in Piſonem.

**Eucharistia**] εὐχαριστία, Latinè gratiarum actio.

¶ **Euchariſticus**, pen. corr. (εὐχαριστικὸς) ut, Euchariſticum carmen, apud Statium libro quarto, Syluarum quo Poeta Imperatori Domitiano gratias agit, quòd epulo ab eo fuerit acceptus honorificè.

**Euchatæ**] εὐχαῖται, Scythiæ populi apud Plinium, libro 6. cap. 17.

**Euchetæ**] εὐχῆται, Heretici quidam erant, quorum dogma nefarium in Syria propagatum fuit. Horum fuit hæreſis poſſe humanam uirtutem ac ſcientiam, non ad Dei modò ſimilitudinem peruenire, ſed perfectionem quoque ac æqualitatem, adeò uti ſit mox ἀναμάρτητος, id eſt, ut ſic dicam, impeccabilis, quoniam ne cogitatione quidem aut inſcitia, ubi perfectionis faſtigium contigerit, queat relinquere. Cæterùm hoc nomen illis inditum tradunt de orationis aſſiduitate; quod incredibiliter, ut inquit Auguſtinus, perpetuò faciebant, adeò, ut monachos ſouendæ uitæ gratia quidpiam facere impium ducerent, quia interpellaretur orandi facultas. Porrò quam ſceleſtiſſima obire ſoliti eſſent cum Gnoſticis ſacrificia, & quo tempore, uide apud Cæl. Rhod. lib. 2. cap. 16.

**Euchion** ] εὔχιον, Bacchum cognominant Poetæ, ἀπὸ τῆς εὐχῆς, id eſt, à uoto, ut notant Grammatici, inter quos Sipontinus.

**Euchir**] Statuarij nobilis nomen, de quo Plin. libro 34. capite 8. Fuit & alter Euchir fictor, laudatus Plin. libro 35. capite duodecimo.

**Euchyla** ] εὔχυλα, Dicuntur quæ ſunt boni ſucci, ut carnes auicularum montanarum, & piſcium ſaxatilium. His opponuntur κακόχυλα, quæ malum ſuccum generant, ut caſeus uetus, & ſalſamenta. χυλὸς enim Græcis eſt ſuccus, ſiue liquor.

**Euchyma**] εὔχυμα, Græca appellatione dicuntur, quæ boni ſunt ſucci, ſiue præſtantis ſaporis. Nam χυμὸς Græcis modò ſuccum ſignificat, modò ſaporem.

**Euclia**] Dea: de qua ſic Alex. Genial. dier. libro primo, capite 24, Bœotijs & Locris nihil erat in ſponſalibus firmũ, niſi ſponſus & ſponſa in ara Euclię uirgini dicata, prius libarent, haud aliter, niſi more ſolenni antea libaſſent, matrimonium eſſe rati. Hæc ille.

**Euclides** ] pen. prod. (εὐκλείδης) Megarenſis philoſophus, auditor Socratis & inſignis geometra, qui è patria Athenas ueniebat, ut Socratem audiret, & tempore belli ueſtitu muliebri induebatur, ne noſceretur. Alter Euclides elementorum author tempore Ptolemæi ſecundi. Huius meminit Cicer. in Academ. quæſt. libro 4. Sidonius in laudibus Narbonis,

Euclideus ſpatium ſciens Olympi. Phaleucium eſt.

**Eucraſia**] εὐκρασία, Latinè temperamentum, quam Galenus libro primo, de Sanit. tuend. facit duplicem: alteram, quæ in animantium ſaltem corpore cogitatione potius uſurpetur, quàm ſolidè ſubſiſtat: Alteram, quæ in ſanis omnibus eſt, atq; apparet.

**Eucratidia**] εὐκρατίδια, ciuitas Bactrianæ regionis ab Eucratida imperante ſic cognominata, authore Strabone libro undecimo.

**Eucratus** ] tidis, Bactrianorum rex fuit. Hic, quum ingentes

Deme-

Digitized by Google

Demetrij copias parua manu fudiſſet, Indiamq; exterminato hoſte, magno conſilio ſubegiſſet, dum Bactra peteret, à filio impuro & flagitioſo, quem ſocium regno aſciuerat, ut ſolus potiretur imperio, imprudens ex inſidijs occupatur, turpiq; nece in uia trucidatur: qui patris cæde non contentus, pari ſcelere & audacia per corpus uulneribus affecti, currum agere, & ſanguine aſperſus paterno, inſepultum abijcere non dubitauit, auſus facinus, quod in nulla unquam Scythia tyrannus admiſit. Alexander ab Alexandro libro 2. capite 6.

**Eucteria**] εὐκτήρια, Loci in quibus orationes actæq; prouinciarum continentur. Alciat. in l. immunitatis. C. de agric. & cenſit. lib. 11.

**Euctici**] εὐκτικοί, Hymni dicuntur, qui uotum habẽt & preces, ſicut Apeuctici, reijcientes deprecationem, quorum exempla paſſim ſuppetunt ex poetis. Vide Celiũ Rhod. libro 7. capite 5.

**Eudæmon**] onis, pen. prod. (εὐδαίμων) Aegyptius grammaticus, teſte Suida, patria Peluſiotes, Libanij ſophiſtæ contemporaneus. Scripſit uaria poemata: item artem grammaticam, & de dictionum orthographia. Græcis εὐδαίμων, felicem ſignificat. Vnde etiam Meli illam Arabiæ partem, quæ inter ſinum Arabicum & Perſicum in Pelagus excurrit, ſeruato Græco nomine, Eudæmona appellauit, quam nos uerbum uerbo reddentes, Felicem appellamus.

**Eudæmonidas**] Nomen uiri proprium. Tortelio.

**Eudamidas**] pen. corr. (εὐδαμίδας) Nomen filij Archidami & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis, authore Plutarcho.

**Eudamus**] εὔδαμος, Vir quidam fuit profeſſione philoſophus, quem annulos quoſdam ſolitum conficere memoriæ proditum eſt, quorum uis eſſet mira aduerſus dæmonia: item ſerpentium morſus, & id genus alia pleráque. Inerat ijs quoque contra faſcinationes uirtus præclara. Ex Celio Rhodig. Antiquitat. lect. libro ſexto, capite duodecimo.

**Eudemia**] εὐδημία, Inſula in Pagaſico ſinu, non longè à Scyro & Cycladum extima referente. Plinius libro quarto, capite duodecimo.

**Eudemus**] εὔδημος, Orator fuit Megalopolitanus, Philopœmenis præceptor. Author eſt Plutarchus in uita Philopœmenis. Alterius Eudemi meminit Cicero 1. Diuinationum libr. quem ad Syracuſas præliantem occidiſſe ſcribit.

**Eudiæon**] Lineum filum, quod medici extremo in clyſterio relinquunt, per quod κλύσμος emittitur. Author Feſtus. Sic Græci uocant foramen in naui, per quod emittitur ſentina: unde & per translationem, ut opinor, medici inclyſterio, id eſt, inſtrumento quo aluus perluitur, ſic uocarunt.

**Eudiæus**] εὐδιαῖος, dicitur clauus in nauium carinis, quo exempto effluit aqua, ne computreſcant. Vocatur & Chimares. Cel. Rhod. lib. 13. cap. 9.

**Eudielus**] εὐδιέλος, Submutato nomine Aſpledon ciuitas poſterius dicta eſt, à bono crepuſculo, quod Græcis ἀσπληδὼν uocatur. Plura Strabo lib. 9. quem uide.

**Eudora**] pen. prod. (εὔδωρα) Nympha, Oceani & Tethyos filia, ut placet Heſiod. in Theogon. Item una ex Atlantidibus, quæ ſeptem numero eſſe perhibentur, Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche. Cælius duodecim fuiſſe ſcribit, inter quas & hanc connumerat, lib. 16. cap. 16.

**Eudorus**] εὔδωρος, Mercurij filius fuit, ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum ſecutus eſt, ut eſt uidere apud Homerum 2. Iliad.

Eudorus, Statuarius & pictor fuit, ſcena depicta, & ſignis ex ære fabricatis, ut ſcribit Plin. lib. 35. cap. 11.

**Eudoxus**] εὔδοξος, Aeſchinis filius, patria Gnidius, Geometra, et Aſtrologus, ſummus medicus, Socratis auditor. qui primus annum cõpoſuit. Huius meminit Cic. 2 de Diuin.

Fuit & alius Eudoxus Rhodius hiſtoricus. Alius Siculus, filius Agathoclis, poeta comicus.

**Eudoxia**] εὐδοξία, Latinè bona fama dicitur. Cicer. 3. de Finibus 86, De bona autem fama, quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius eſt hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam.

**Euectice**] εὐκτικὴ, Medicinæ pars eſt, quæ exactè perfecteq; ualentem accipiens, in hoc ipſum gradu conſeruat: ſic dicta, quaſi boni habitus ſeruatrix. Author Gal. libro ad Thraſybulum.

**Eueho**] euehis, euexi, euectum (εὐάγω, ἄγχω, ἀναιρέω) euehere, Extra uehere. Varro de Re ruſt. Aut flumina propiũ qua, quæ nauigari poſſent, quibus utriſq; euehere atq; inuehi ad multa prædia ſcimus.

Euehere anguſto tramite. Plin. lib. 12. cap. 14. 2.

Euehere ſuas merces. Plin. lib. 6. cap. 19. 1.

Euehere aquas ex plenis locis. Liu. 1. ab Vrbe, 171.

Euehi equo. Liu. 1. ab Vrbe, 163.

Virtus euehit ad æthera. Virg. 6. Aen. 26.

Euehere in altum. Liu. 5. bel. Pun. 158.

In cælum euehere aliquem. Iuuenal. Satyr. 1. 4.

¶ **Euectus** participium (ἐξαιρῶν) ut, Eloquentia euecta è Pereo. Cic. de claris Orat. 25.

In auras æthereas euectus. Claud. ad Chriſtum, 9. 4.

Confragoſis atq; aſperis euecti, tota pandere poſſumus uela. Quintil. lib. 6. cap. 1. 39.

Titan cæruleis euectus equis. Senec. Herc. furente, 2. 2.

Aliquid ploſtris euectum & aſportatum eſſe. Cic. 3. Verr. 36.

¶ **Euectus**, huius euectus (ἐκπόμπος) Hoc eſt, uectio & portatio, quæ fit uel nauibus uel curribus in aliquem locũ. Plin. lib. 18. cap. 5. 2. Vt operariorum copia propè ſit, oppidũq; ualidum: ut nauigiorum euectus uel itinerum: ut bene ædificatus & cultus. De agro.

¶ **Euectio**, Verbale (ἐξαγωγὴ) Euectiones (inquit Bud.) dicuntur diplomata, ſiue chartulæ ſigno principis obſignatæ. In tractatu, de curſu publico, Cod. Euectiones ab omnibus poſtulentur: & tam iudices quàm cuſtodes, &c.

**Euelatam**] Veteres dixere, pro euentilato. Vnde uelabra dicuntur, quibus frumenta uentilantur. Author Feſtus.

**Euello**] euellis, euelli, & euulſi, euulſum (ἐκβάλλω, ἐκκαίω) euellere, Vi quadam uellere, ſiue extrahere: ut, Euellere ſibi capillum luctu. Cic. 3. Tuſculan. 105. Et ad Att. lib. 15. 323. 7, Exciſa enim eſt arbor, non euulſa, itaque quàm fruticetur uides.

Euellere ſeſe ex cœno. Plin. lib. 8. 42. 5.

Euellere ex complexu. Cic. ad Att. lib. 3. 49. 2.

Euellere arborem radicitus. Vlpian. in l. furtim. §. 1. ff. arbor. furtim cæſarum.

Caſtra obſeſſa euellere. Silius lib. 7. 68.

Femur puellæ pulex euellit. Ouid. de Pulice, 3.

Linguam alicui euellere. Cic. pro Seſtio, 51. Idem 3. de Or. 3.

Plantam cœno euellere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 6.

Radices euellere. Cic. Attico, lib. 10. 203. 4.

Tela confixis membris euellere. Lucan. lib. 6. 90.

Euellere per translationem: ut, Euellere ſibi ſcrupulum ex animo. Cic. pro Roſc. Amerino, 4.

Ex memoria euellere. Cic. pro Seſtio, 26.

Euellere

Euellere ex intimis mentibus. Cic. 1. de Orat. 124.
Euelli ex ordine. Cic. 4. de Fin. 126.
Euellere aculeum ſeueritatis. Vide Aculeus.
Mala radicitus euellere. Lucret. lib. 3. 63.
Odorem è thuris glebis euellere. Lucret. lib. 366.
Euellere opinionem aliquam animis hominum. Cicero pro Cluent. 2.
Inſerere nouas opiniones, euellere inſitas. Cic. in Orat. 52.
Spinas animo euellere. Horat. 1. epiſt. 14. 1.
¶ Euulſus, Participium (ἐκκεκλεῖς) ut, Simu matris euulſi filij. Seneca Medea, 12. 14.
Palus euulſa. Catul. ad Mallium 63. 22.
Trunci euulſi. Horat. 3. Carm. ode 4. 11.
¶ Euulſio, uerbale (ἐκκοπὴ, τίλωσις) ut, Euulſio dentis. Cic. 3. de Natura deor. 78.

Euemenius] uir Cardianus magnæ uirtutis, qui ad amicitiã Philippi Macedonis acceſſit, & breui tempore in intimã familiaritatem eius peruenit, quam cum Alexandro continuauit. De hoc multa in Græcorum hiſtorijs.

Euemerus] pen. corr. (εὔημερος) Nomen hiſtorici, de quo Lactantius ſic inquit, Euemerus antiquus author fuit, è ciuitate Meſſana: res geſtas Iouis, & cæterorum, qui dij putantur, collegit, hiſtoriamq; contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, & ſequutus. Fuit & Euemerus Tegeates, ἄθεος dictus, de quo Alex. ab Alexandro lib. 6. cap. 26.

Euenor] εὔηνωρ, Pictor fuit illuſtris Parrhaſij pater & præceptor maximi pictoris, floruit nonageſima Olympiade, referente Plin. lib. 35. cap. 9.

Euenetus] Lacedæmoniorũ dux, qui ad cuſtodiendũ introitum Theſſaliæ contra Xerxem unà cũ Themiſtocle Atheniẽſium duce, à Græcis cõſtitutus eſt, ut ſcribit Herodot. lib. 2.

Euenio] euenis, pen. cor. eueni, euentũ (ἀποβαίνω, συμβαίνω) euenire, ldẽ quod Venire, & accedere, redire. Plaut. Caſin. 10. 1, Sime modò rus eueniat, remittam ad te uirum.

Euenire, Contingere. Terent. Heaut. 1. 1. 105. Quod ſi eſſet factum, hæc nunquam euenìſſent tibi. Plaut. Aſin. 12. 130.

Accidere & euenire. Cic. Torquato, lib. 6. 21. 2, Timebam enim ne euenirent ea quæ acciderunt.

Euenire & cadere, ferè pro eodem. Cic. 1. de Diuin. 203, Vt quid euenerit, ita cadat ut prædictum ſit.

Euenit ex ſententia. Terent. Heaut. 4. 5. 17.
Euenit præter ſententiam & ſpem. Plaut. Mere. 19. 20.
Euenire in aliquid. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 3.
Euenire aliter. Terent. in Prol. And. 3.
Contrà euenit. Horat. 1. Serm. 3. 6.
Bene atq; feliciter euenire. Cic. pro Murena, 1.
Euenit facilè. Liu. 1. ab Vrbe, 173.
Fortè euenit ut. Cic. 2. de Orat. 123, Fortè euenit ut in Priuernati eſſemus.
Malè euenire, cui opponitur Optimè euenire. Cic. 3. de Natura deorum 116.
Malè illis eueniat. Plaut. Curcul. 2. 39.
Proſperè euenire. Cic. Appio, lib. 3. 12. 4.
Euenit ut moreretur ille. Cic. 1. Tuſc. 24. Sic de Amicitia, 66, Sin tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ uideantur.
Vt plerunq; euenit. Cic. pro Plancio, 12.
Eueniunt ea à me tibi Plaut. Capt. 7. 56.
Non hæc ſine numine diuũm Eueniunt. Virg. 2. Aen. 154.
Id euenit ob eam rem, quòd, &c. Cic. Att. lib. 16. 333. 22.
Omnia ferè contrà, ac dicta ſunt, euenìſſe. Cic. 2. de Diu. 79.
Quare euenit, ut, &c. Id eſt, quare fit. Cic. 1. de Inuent. 76.
Nihil aduerſi euenit. Brutus Ciceroni, 4. 4.
Auſpicia ſecunda euenerunt. Cic. 1. de Diuinat. 52.
Amorem alicui euenire. Tacit. lib. 14.
Euenit illi commodum. Terent. Heaut. 4. 3. 7.
Damnum maximum illi. Plaut. Sticho, 4. 56.
Diſceſſio. Terent. And. 3. 3. 37.
Habitatio bona, fauſta, felix. Plaut. Trinum. 4. 2.
Homo alicui euenire dicitur. Propert. lib. 3. eleg. 8. 4.
Incommoda eueniunt improbis. Cic. 1. de Fin. 83.
Illis iter ut eſſet in Lemnum. Terent. Phorm. 1. 2. 15.
Illis iter incommodum. Terent. Hecyra, 3. 4. 1.
Numinibus ſecundis euenire. Tacit. lib. 15.
Occaſio. Plaut. Mil. 4. 30.
Odio omnib. euenire. Plin. lib. 28. cap. 2. 18. Legitur et euenire.
Optata eueniunt. Ouid. 6. Metam. 74.
Partus, clam patrem. Terent. Hecyra, 3. 3. 36.
Poteſtas alicuius rei faciundæ. Plaut. Ciſt. 3. 18.
Vſu uenire & euenire alicui. Cic. pro Quintio, 27.
Vſu hoc euenit, ut, &c. Cic. 5. de Fin. 7.
Euenire, Euadere: id eſt, per quancũq; difficultatem ad aliquid peruenire. Plaut. Moſt. 6. 47, Hei mihi commiſta hæc blanda dicta quò eueniant, madeo metu. Idem Epid. 7. 2.
Pulchrior euenit: id eſt, euadit. Horat. 4. Carm. ode 4. 13.
Euenit, pro Sorte contigit. Saluſt. in Iugurtha.
Euenit, Impersonale; pro ita cecidit. Terent. And. 5. 4. 4, Quid tu Athenas inſolens? c. euenit.
¶ Euenturus, pen. prod. (ἀποβησόμενος) Participium: ut, Precari euentura. Tibul. libro ſecundo, eleg. 1. 5. Id eſt, ut eueniant, quæ optamus.
Videre procul euentura. Tibul. lib. 2. eleg. 5. 3.
¶ Euentus, huius euentus, euentui, gen. maſc. & declinat. quarta eſt tam in ſingulari quàm in plurali (ἀποβάσεις, σύμβασις) Quod caſu aut fortuna nobis euenit. Plaut. Ru. 8. 10. Cic. 2. de Legibus, 77, Sceleris eſt pœna triſtis, & præter eos euentus qui ſequuntur, per ſeipſa maxima eſt. Liu. 10. ab Vrbe, 72, Euentus comitiorum incertus. Ouid. epiſt. 2. 16.

—careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Euentus accidit. Vide Accido.
Euentu aliquid coniectare. Vide Conijcio.
Non ſine euentu. Plin. epiſt. 115.
Caſus euentusq; rerum. Cic. pro Corn. Bal. 6.
Amorum euentus incertus. Vide Incertus.
Formæ euentus. Propert. 3. eleg. 24. 8.
Orationis euentus. Cic. 1. de Orat. 59.
Rerum euentus. Cic. 1. de Diuinat. 103.
Senectutis euentus. Cic. 2. de Diuinat. 33.
Temporis euentus. Ouidius 5. Faſt. 53.
Cæci euentus. Virg. 6. Aeneid. 32.
Deterior euentus. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 2. 7.
Fatalis euentus. Cic. de Aruſp. reſp. 5.
Felix euentus. Claud. de raptu Proſerp. 9.
Grauis euentus. Ouidius 13. Metam. 103.
Hyberni euentus. Tacitus in Vita Agricolæ.
Incerti rerum euentus. Silius lib. 8. 41.
Secundus euentus. Stat. 6. Thebaid. 161.
Varij belli euentus. Virg. 10. Aen. 31.
Spem maleficij præſentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. Cic. pro Quintio, 56.
Animum deprehendi euentu. Quintil. lib. 4. cap. 2. 53.
Conſilia primùm, deinde acta, poſtea euentus expectantur. Cicero 2. de Oratore, 34.
Fortiter quemuis euentum ferre. Cic. Attico, lib. 9. 173. 14.
Ad euentum feſtinare. Horat. in Arte poet. 30.



Digitized by Google

Merere aliquos euentus. Ouid. 13. Metam. 117.
Ad omnem euentum paratus sum. Cic. Torano, lib. 6. 21. 3.
Non euentis, sed factis, cuiusq; fortunam ponderari. Cicero in Pison. 78.
Dicendi euentum non satis ex sententia procedere. Cicero 1. de Oratore, 61.
Spei fructum euentui reseruare. Cic. 14. Philip. 388.
Scire rerum euentus. Lucan. lib. 5. 156.
Secundare euentus. Virg. 4. Georg. 80.
Pugnæ euentu suspensum esse. Sil. lib. 5. 17. Idem lib. 3. 143. Virgil 8. Aeneid. 3.

¶ Euentum, euenti, pluraliter euenta, euentorum inquit Nonius (σύμβαμα) Cic. in Partitionibus, St cuiusq; facti & euenti causa ponetur. Idem Attico, lib. 9. 173, Semper causæ euentorum magis mouent, quàm ipsa euenta. Idem in Hortensio, Tu me & aliàs nonnunquam, & paulò antè adhortatus es, aliorum facta & euenta conquirere. Idem de Orat. Ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis. Idem ad Lucceium, lib. 5. 12. 19, Fabulam rerum euentorumq; meorum. Idem Lentulo lib. 1. 7. 31, Vt ex nostris euentis communibus admonendum putarem.

Prædicta aliquorum, re & euentis refelluntur. Cic. 2. de Diuin. 148. Videre rerum euenta. Lucret. lib. 1. 91.

Euentilo] euentilas, pen. corr. (ἐκλικμάω) euentilare, Idem quod Ventilare. Plin. lib. 31. cap. 3. 19, Fit & sine his ventis altitudine ipsa grauior aer, quem emendant assiduo linteorum iactatu euentilando. Colum. lib 11. cap. 6. 16, Et eadem euentilata mundiora sunt. De frumentis.

Euenus] pen. prod. (ἰυνὸς) Philosophus, qui ignem optimũ ciborum condimentum esse dicere solebat, ut refert Plutarchus. Euentus item Aetoliæ fluuius est, non procul à Calydone, ut author est Plin. lib. 4. Ouid. 9. Metam.

Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas. Hunc fluuium poetæ quandoq; Centaurum uocant. Dictus antea fuit Lycormas. Vide Lycormas. Fuerunt item Eueni duo Parij Elegiarum scriptores, quorum memmit Suidas.

Euenus, Apolloniæ, quæ est in sinu Ionico, ciuis nobilis, qui quum sacras Soli oues noctu non procul ab urbe custodiret (moris enim erat ut delecti uiri, diuitijs & genere inter populares splendidißimi, singulis annis singuli eas custodirẽt) oppressus somno edormiens, contrucidari ouium pleraq; lupis grassantibus contigit. Quo facto, publico Apollinatũ decreto, quum se is minus tueri quiuisset, est exoculatus. Vide Cæl. Rhod. lib. 26. cap. 17.

Euerbero] euerberas, pen. corr. (καταπάτησω) euerberare, Idem quod simplex Verberare. Quintil. lib. 2. cap. 4. 14, An credibile sit super caput Valerij pugnantis sedisse coruum, qui os oculosq; hostis Galli rostro atq; alis euerberaret. Senec. lib. 5. Nat. quæst. quum euerberatus cursu parum libero incaluit.

Alis euerberare aliquid auis dicitur. Virg. 12. Aen. 272.

Euergetes] εὐεργέτης, Cognomen Ptolemæi Aegyptiorum regis, qui Philadelpho successit, à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impositum. Nam εὐεργέτης, à Græcis dicitur, quem nos beneficum, uel benemerutum appellamus. Euergetæ item dicti sunt populi Scythiæ, qui & Arimaspi, quòd benefici fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum litora delatos. Steph.

Euergo] euergis (ἐκβάλλω) euergere, Emittere. Liu. quinta Decad. lib. 4. 129, Montes ingentis altitudinis spem faciebant, eo magis quia nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum uenæ in mare permanantes, undæ miscerentur.

Euerro] euerris, euerri, euersum (ἐκσαρόω) euerrere, Verrendo nitidum facere. Col. lib. 7. cap. 4. 5, Stabula frequenter euerrenda, & purganda. Cic. Action. 4. in Ver. 37, O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quò non attuleris istum diem. etenim quàm tu domum, quam urbem adijsti, quod fanum deniq;, quod non euersum atq; exterſum reliqueris? Varro 3. de re Rust. cap. 8. 2.

Euerrere sermones, pro Curiosè excutere. Senec. 3. de Ira.

Euerriator, Dicitur qui iure accepta hæreditate, iusta facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit, suo capite luat. Id nomen ductum à uerrendo. Nam euerræ, sunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per euerriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra uerrendo dictæ. Author Festus.

Euerriculum, euerriculi, pen. cor. (σαγήνη) Rete est piscatorium, sagena à Græcis dictum: & à uerrenda aqua sic appellatũ. Cic. sexta in Verrem actione, 47, Quod unquam Iudices, huiusce modi euerriculum in illa prouincia fuit? Alludens ad Verris nomen, & ad significationem uerbi. Idem in tertio de Natur. deor. 107, actionem de dolo, euerriculum appellat, quo scilicet euerruntur fraudes hominum è uita Ciuili. est enim hæc actio prodita ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam eius iudicij formidant. Hæc Budæus. Varro 3. de re Rust. capite 17. 6, Quum neq; euerriculo illi in littus educere possent uiuam saginam plebeiæ cœnæ pisces.

Euerto] euertis, euerti, euersum (καταστρέφω, ἀνατρέπω, καθαιρέω, ἀνάγω, καταβάλλω) euertere, Destruere. Cic. 1. Off 115, De euertendis autem diripiendisq; urbibus ualde illud consyderandum est, ne quid, &c. Sic 1. Verr. 5, Euersæ funditus prouinciæ.

Ab imo euertere summa. Lucret. lib. 5. 3.
Sua confirmare, aduersaria euertere. Cic. in Orat. 67.
Ventis æquora euertere. Virg. 1. Aen. 10.
Aliquem euertere. Lucan. lib. 5. 131.
Euertere aliquem bonis, siue fortunis, pro Spoliare. Cic. 3. Ver. 95 Ibidem, 66 Plaut. Persa, 16. 19, Euertes homines tuo arbitratu fundis, familijs.
Euertere aliquem ui & impressione. Cic. ad Metel. lib. 5. 2. 23.
Funditus euertere amicitiam. Cic. 2. de Fin. 128.
Funditus arces euertere. Silius libro 17. 76. Horatius 2. epist. 2. 7.
Ciuitates miseras funditus euertere. Cic. in Pisonem, 68.
Odijs atq; dißidijs ciuitas funditus euertitur. Cic. de Amicit. 23.
Definitionem euertere, cui opponitur Definitionem retinere. Cicero 4. Acad. 36.
Euertere dialecticam. Cic. 4. Acad. 174. Hoc est, corrumpere.
Domum euertere. Senec. Agamem. 7. 29. Iuuenal. Satyr. 10. 1.
Firmamenta Reipub. euertere. Cic. Attico, lib. 1. 13. 6.
Euertere leges. Cic. 4. Verr. 32.
Nauiculam euertere. Cic. 1. de Orat. 85. Idem in Parad. 23.
Nemora euertere. Virg. 2. Georg. 42.
Opes euertere. Virg. 2. Aeneid. 121.
Pietatem euertere. Lucret. lib. 3. 17.
Pinum in syluis euertere. Id est, excidere. Virg. 1. Georg. 52.
Fluctus euertit puppim. Lucan. lib. 5. 130.
Euertere rationem. Cic. 1. de Finib. 38, Homines optimi non intelligunt totam rationem euerti, si ita res habeat.
Euertere Remp. Cic. 4. de Finib. 107.
Res & gentem euertere. Virg. 3. Aen. 1.
Amyclas silentia euertunt. Silius lib. 8. 105.
Statuam euertere. Cic. Bruto, 15. 13.
Euertere uitam. Cic. 4. Acad. 62.
Vrbes euertere. Ouid. 2. Fast. 218.



Digitized by Google

¶Euersus, Particip. (καθαλόμενος, ἀνάστατος) Hoc est, destructus: ut, Euersa urbs. Plin. lib. 15. cap. 18. 8.
Euersus fortunis. Cic. pro Flac. 8.
Aquæ euersæ. Ouid. epist. 7. 8.
Campus euersus. Valer. lib. 7. Argon. 15. Euerso campo, subauditur uomere, uel aratro.
Euersæ ceruices alicuius dicuntur, cuius ceruices non amplius erectæ sunt, sed depressæ. Terent. Heaut. 2. 3. 131.
Columen euersum. Seneca Troade, 1. 2.
Impetu fortunæ euersa domus. Seneca Octau. 2. 1.
Domus funditus euersa. Seneca Agamem. 11. 1.
Equus cuspide euersus. Propert. lib. 4. eleg. 11. 2.
Fasces euersi, Consulatus fato amissus. Ouid. ad Liuiam, 29.
Foci euersi gentis alicuius. Propert. lib. 2. eleg. 1. 6.
Homo euersus. Senec. Herc. furent. 6. 29.
Pharetra euersa. Ouid. 3. Amorum, 8. 2.
Phryges euersi. Seneca Troade, 6. 25. & 10. 1.
Euersa ui tempestatis quercus. Plin. lib. 10. cap. 31. 4.
Rates euersæ. Seneca Agamem. 13. 11.
Ruinæ urbis euersæ. Seneca Troade, 1. 9.
Seculo euerso. Virg. 1. Georg. 100.
Spes euersa. Ouid. 13. Metam. 136.
Vrbs excisa & euersa. Cic. pro Sestio, 28.
¶Euersio, Verbale (καταστροφὴ, ἀνατροπὴ, καθαίρεσις) ut, Euersiones uehiculorum. Plin. lib. 22. cap. 17. 3.
Rerum publicarum euersiones. Cic. de Senect. 36.
Euersio uitæ. Cic. 4. Acad. 177.
Excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, uastitatem, tectis & agris inferre. Cic. de Arusp. resp. 3.
¶Euersor (καθαιρέτης) Aliud uerbale: ut, Euersor ciuitatis. Cic. pro Domo sua, 79. Et in Partitionibus, 58.
Decoris euersor. Senec. Hip. 8. 7.
Euersor iuris humani. Plin. lib. 28. cap. 1. 6.
Regnorum euersor. Virg. 12. Aen. 110.
Euestigio] αὐτίκα, Vide E præpositionem.
Euexippe] & Theano, filiæ Scedasi fuerunt, qui fortuna pauper Leuctra (qui uicus erat prope Thespias in Bœotia) habitabat. Hæ quum à iuuenibus quibusdam Spartanis constupratæ essent, moxq; interemptæ, in puteum quendam deiectæ sunt. Qua re per patrem intellecta, quum Lacedæmone, quo se contulerat, conatu iudicatuq; excidisset, Erinnys aduocatis, ad filiarum tumulos seipsum confecit. Longa est historia. Vide in dictione Scedasus. & Cel. Rhod. lib. 5. capite 8.
Eugalacton] εὐγαλακτὸν, Herba, Glaux postea dicta, cytiso & lenticulæ foliis similis: auersa candidiora. Rami in terram serpunt quini, seniue, admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur insorbitione similaginis ad excitandam ubertatem lactis. Hæc Plin. lib. 27. cap. 9.
Euganei] εὐγάνεοι, Venetiarum populi, ab euganea, hoc est nobilitate cognominati: de quibus Plinius, Strabo & Liuius.
Euganei, Montes supra Patauium Istriam uersus, abundantes pecudibus mollissimas lanas ferentibus.
¶Euganeus, Adiectiuum (εὐγάνης) Iuuenal.
—— Euganea quantumuis mollior agna.
Collis Euganeus, dictus ab Euganeis populis, quòd ibi olim habitarunt. Lucanus lib. 7. 39.
Tellus Euganea. Silius lib. 8. 126.
Eug:] εὖγε, Interiectio laudantis, uel exultantis, & assentientis siue congratulantis.
Laudantis. Plaut. Mostel. 4. 192. Idem Epid. 2. 8, Euge, corpulentior uidere, atq; agilior.
Exultantis. Plaut. Capt. 6. 24, Euge pol Thalem talento non emam Milesium. Terentius Adelph. 5. 7. 13, Euge iam lepidus uocor.
Euge, aliter: quasi obstupescentis uox. Plaut. Amph. 13. 10,
—— sed ædes occluserunt: euge hoc fit
Pariter atq; ut alia facta sunt.
Eugenię] pen. prod. (εὐγενείαι) Vuæ quædam sunt, à generositate sic dictæ. Nam εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. Columel. lib. 3. cap. 2, Frigidum solum, ac roscidum cælum commodissimè sustinent, sicut eugeniæ, dum sunt in Albano colle. Nam mutato loco uix nomini suo respondent.
Eugium] εὔμον, Pellicula quædam in pudendo mulieris, quã primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt. Quam uis reuera constet inter anatomicæ rei peritos, pelliculam eiusmodi commentitiam esse, & in uirginum dissectionibus non inueniri. Nonius, Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Næuius, Si me eugio puellam inuenit. Laberius, Quare tam arduum ascendis? An conspicus eugium scindere.
Eugnomosyne] es (εὐγνωμοσύνη) Recta animi constitutio, tranquillaq; affectio, omni indignitate uacans. Cicero Aequitatem animi uertit. Sic enim inquit in oratione pro Marcello, Sæpe enim uenit ad aures meas, te idem istud nimis crebrò dicere, Satis te tibi uixisse. Hic tu modum tuæ uitæ non salute Reip. sed æquitate animi definies? Id est, quòd æquo animo, & citra indignationem mori potes. Bud.
Eugoa] εὐγόα, Oppidum in sinu maris Aethiopici, ex Africæ latere, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 29.
Eugrammus] σύγγραμμος. Plin. lib. 35. cap. 12, Demaratus uerò, inquit, ex eadem urbe profugum, qui in Hetruria Tarquinium Priscum regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira & Eugrammum: ab ijs Italiæ traditam plasticen.
Euhippa] εὐίππη, Ciuitas Magnesiæ, quam alluit Lycus fluuius, Pelopia aliquando, nunc Thyatira nominata. Author Plin. lib. 5. cap. 29.
Euhoe] εὐοῖ, Vox Bacchantis. Plaut. Meneh. 17. 74, Euhoe atq; eheu Bromie quò me in syluam uenatum uocas? Fortasse rectius scriberetur Euohe.
Euhyus] pen. cor. εὐύος) Bacchus cognominatur poetis, & interpretatur bonus filius. Sic autem dictus est, eo, quòd quũ Dij bellum cum gigantibus gererent, primus in leonem conuersus occîdit gigantem. Ex quo facto eum Iupiter ita laudauit, Euhye hoc est bene fili. Græci enim εὖ Latinis bene dicitur, ὑιὸς autem filius. Hactenus Acron in Horatium 2. Carmin. ode 11. 4.
Dißidat Euhyus Curas edaceis. Horat. Carm. 2. ode 11. 4.
Tenet Euhyus. Stat. lib. 2.
¶Euhyas, penultima correpta, huius euhyadis, fœminini gen. εὐιὰς, Sacerdos Bacchi. Horatius Carm. ode 25. 2,
—— non secus in iugis
Exomnis stupet Euhyas
Hebrum prospiciens & niue candidam Thracem.
Euianes] Populi, apud quos Bacchi festa celebrãtur, in quibus ludiones primò, mox spectatores multo uino epoto, ad arma concurrunt. Hæc Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 19.
Euibro] euibras, penultima corrept. (ἐκπαλλω) euibrare. Gell. lib. 1. cap. 11, Excitarentur, atque euibrarentur animi.
Euictio, Euictus] Vide Euinco.
Euidens] pen. cor. om. gen. (ἐναργὴς) Quod uidetur apertè: & intelligitur: non quod uidet & intelligit. Cic. de Vniuers. 40, Atq; ut esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates, tarditatesq; declararet.
Si quid est euidens, de quo inter omnes conueniat. Cicero 3. de
Natura

Digitized by Google

Natura deorum,11.
Euidentiſſimum id fuit. quòd quacũq;,&c.Liu.8.ab Vrbe,47.
Quid enim eſt hoc illo euidentius? Cic.2 de Nat.deorum,7.
Authores euidentiſſimi.Plin.lib.19.cap.3. 4.
Narrationes euidentes,id eſt,dilucidæ.Cicer.in Top.52.
Euidens ratio, Euidens argumentum. Plin.lib.2.cap.16.6.& 52.2.
Res in aliquo euidens.Cic.de Amic.26.
Perſpicuæ & euidentes res.Cic.4.Acad.85.
¶Euidentia,Denominatiuũ(ἐναργεια)Cic.4. Acad. 36, Propterea quòd nihil clarius ἐναργείας,ut Græci:perſpicuitatem aut euidentiam nos,ſi placet nominemus, fabricemusq; ſi opus erit,uerba.Quintil.lib.6.cap.2.26, Inſequitur ἐναργεια, quæ à Cicerone illuſtratio,& euidentia nominatur: quæ non tam dicere uidetur,quàm oſtendere.
¶Euidenter,Aduerbium(ἐναργῶς)Quintil.lib.8.Liu.6.ab Vrbe,104,Vel fateri nobis ea,quum tam euidenter pœnituerit,tutum cenſemus.
Euigilo]euigilas,penult.cor.(ἐγειρω)euigilare,Expergiſci. Plin.epiſt.5.d,Euigilaueram:nuntius à Spurina,&c.Catul. Et duce ſtant acies euigilante ſuo.
In quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? Cicero in Parad.20.
Euigilare in ſtudio.Cic.ad Brutum,15.
In undis euigilare.Stat.5.Syl.3.26.
Euigilare,pro Elucubrare.Ouid.7.Triſtium,ad Librum, Quos ſtudium cunctos euigilauit idem.
Nox euigilanda multis modis.Tibul.lib.1.eleg.8.13.
Euigilata conſilia.Cic.ad Attic.lib.9.184.2.
Eulla] Regio ad Orientem uergens,ſacris literis celebrata, quam circuit de Paradiſo Phiſon egrediens,quem noſtri mutato nomine Gãgem uocant.In ea aurum puriſſimum, quod Hebraicè Zaab,& gemmæ pretioſiſſimæ,carbunculus,ſmaragduſq; naſcuntur.
Euileſco]euileſcis,euilui(φαυλίζομαι) euileſcere, Deſpicatum fieri.Suetonius in Claudio Cæſare,cap.15,Propter quæ uſq; eò euiluit,ut paſſim ac pro palàm contemptui eſſet.
Euincio]euincis,euinxi,euinctum(ἀναδέω)euincire, Virgil.lib.8.Aeneid.
——euinctis tempora ramis.
Inſigni regio aliquem euincire.Tacit.lib.5.
¶Euinctus,participium(ἀναδεδεμένος)ut,Vitta crines euinctus.Ouid.15 Metam.137.
Caput fõlijs euinctus,Habens caput circundatum fõlijs.Virg.5. Aeneid.154.
Ducuntur euincti geminas ad ſua terga manus.Ouid.3.de Põt. eleg.2.15.
Vittis,corniſq; euinctus.Tacit.lib.20.
Tempora euinctus tænijs.Virg.5.Aeneid.53.Id eſt, Vittis tectus.Seruius.
Comæ euinctæ.Ouid.3.Amorum,5.12.
Palmis euinctis brachia attollere.Virg.5.Aeneid.72,
Nunc ſicui uirtus,animuſq; in pectore præſens
Adſit,& euinctis attollat brachia palmis. Id eſt,ſi adſit quis plenus animi. Seruius.
Suræ euinctæ Cothurno.Virg.7.eclog.7.
Euinco]euincis,euici,pen.prod.euictum(ὑπερτίθω)euincere,Idem quod Vincere.Liu.2.ab Vrb.16, Omne id tempus cum coniuratis conſultando abſumunt: euincũtq; inſtando, ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur.Valer.1.Arg.51,
— dubijſq; euincite rebus Quæ meminiſſe iuuet.
Precibus euincire aliquem.Seneca Medea,4.2.
Fretum euincire.Ouid.15.Metam.142.
Iura Stygis euincire.Senec.Herc.furen.7. 7.

Amnis oppoſitas euincit gurgite moles.Virg.2.Aen.100.
Euincire morbum.Col.lib.6.cap.5.2.
Arbor celſo uertice euincit nemus.Senec.Hipp.4.20.
Solis imago nubes oppoſitas euincit.Ouid.14.Metam.154.
Ratio euincit.Horat.2.Serm.Satyr.3.50.
Somnos euincere.Ouid.1.Metam.138.
Platanus euincit ulmos.Horat.2.Carm.ode 15.2.
¶Euictus,pro Conuicto(ὑπερηρτημένος)Cic.in Ver. Act.2, Qui tam nefarijs criminibus,tam multis teſtib.euictus.
Dolore euictus.Virg.4.Aeneid.95.
Lachrymis alicuius euictus.Senec.Medea,7.13. Virg.4.Aeneid.110.
Longo tempore euictum eſſe.Ouid.3.Triſt.1.16.
Aequora euicta.Ouid.epiſt.18.31.
Arbor uulneribus paulatim euicta uehementer concuſſa.Virg.2.Aeneid.126.
Virtus paulatim euicta ſeneſcit.Silius lib.3 117.
¶Euictio,Verbale. Eſt autem Euictio Iureconſultis, eius rei quam aduerſarius legitimo iure acquiſierat,per iudicem recuperatio.l.non tamen.ff.de euict.Quod ut intelligamus,illud ſcire oportet,olim moris fuiſſe,ut ſi res non Quiritium, ſed gentium iure abalienaretur,is qui eam acquirebat duplã aut ſimplam ſtipularetur ſibi ab authore dari,ſi ea ſibi iudicio adimeretur,quemadmodũ Varro lib.de re Ruſt.11.cap.10.ſignificat.Quum autem mancipio res uenierat,tum iudicij periculum præſtabat is qui eam uendiderat.Itaq; Varronis locus intelligendus eſt,quum ait,ſi mancipio non datur,id eſt,ſi res non acquiratur per ius Quiritium,hoc eſt, per mancipationem & nexum.Nam ſi mancipio res erat data,aut uſu capta aut in iure ceſſa, nunquam euincti poterat,id eſt,iudicio à poſſeſſore auferri.Ex Hotomano.
Euiratio]Vide Euiro,euiras.
Euireſco]euireſcis(ἐυθαλέω)euireſcere,Viride fieri. Varro Prometheo,
Atq; ex ſanguinibus dolore euireſcat colos,
Euiro]euiras,pen.cor.(ἐκθυλύνω,ἐυνεχίζω) euirare, Virilitatem auferre,& effœminare. Varro Marcipore,Spatulæ euirauit omnes Veneri uaga puerõs.Nonius.
¶Euiratus,pen.prod.(θηλυτὸς)Adoleſcens,apud Plaut. pro molli.Mart.lib.5. 41,
Spadone quum ſis euiratior fluxo.
¶Euiratio pilorum(ἀτρίχωθις)Hoc eſt,deglabratio & uirilitatis ablatio per pilorum abraſionem. Plin.lib.29.cap.1. 25,Potus deinde iciuntorum ac uomitiones, & rurſus per potationes,ac pilorum euiratio inſtituta reſinis eorum.
Euiratio bonæ ſpei.Seneca de Vita beata.
Euiſcero]euiſceras,pen.cor.(ἐξεντερίζω)euiſcerare,Viſcera extrahere.Virg.11.Aen.141,
Compreſſamq; tenet,pedibusq; euiſcerat uncis. Cicer. Tuſc.172.ex Ennio,
Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis,
Euiſceratus latere pendens. Idem in Piſonem,34.Seneca de Remedijs fortuitorum,& 4. Natur. queſt. dicit amnes,excepto Nilo,terras abluere & euiſcerare, quia ſcilicet humorem exedunt.
¶Euiſceratus,Participium(ἐξεντερισθείς)Cicero 2. de Diuin. 198,Euiſcerata,inanima,cum animali ſono. De teſtudine. Ex Pacuuio.
Euiſcerata corpora.Quint.Decl.12.
Euito]euitas,pen.prod.(ἐκφεύω)euitare,Vitam eripere, uel uita ſpoliare.Verbum uetus,& planè poeticum. Cicero 3. de Oratore,120,
Hæc omnia uidi inflammari:
Priamõ ui uitam euitari. Hæc eadem adducit Cic.3.



Digitized by Google

Tuſc.78.ex antiquo poeta.

Euitare(ἐυλαβεῖσθαι,ἐξαλύεσθαι)Fugere,deuitare.Cic. de Amic.74,Eſt enim uarius & multiplex uſus amicitiæ, multæq; cauſæ ſuſpicionum offenſionumq; damnãtur,quas tum euitare,tum eleuare,tum ferre ſapientis eſt.Cælius ad Cicer. lib.8.ſ.2,Periculoſam & grauem illam dimicationem euitarent.Sic,Euitare caſum,Cæſar 8.bel.Gall.77. Horat. lib. 1.Carm.

Metaq; feruidis Euitata rotis.

Fugere & euitare.Cic.in Orat. 112.

Dolorem euitare.Cic.ſ.de Finib.34.

Perſonam quæ officit euitare.Horat.1.Serm.Satyr.2.13.

Pugnam euitare.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.8.

Amictu euitare tela alicuius.Catul.epig.111.2.

¶Euitatio,Verbale(ἐυλάβεια,ἐξάλυσις) Quint. lib.ſ.cap. 10, Malorum euitationem,&c.

¶Euitabilis,pen.cor.Adiectiuum(ἐξαλυτὸς) ut,Euitabile telum. Ouid.6.Metam. 47.

Eulabes]Negotiorum ſuſceptorem ſignificat,ut eſt apud Suidam. Monuit Alciat.in tit.c.de præpoſ.labor.lib.12.

Eulæus]ἐυλαῖος,Fluuius.Plin.Suſianen ab Elymaide diſterminat amnis Eulæus,ortus in Medis:medioq; ſpatio cuniculo conditus,ac rurſus exortus & per Meſobatenem lapſus, circuit arcem Suſorum ac Dianæ templum auguſtiſsimum illis gentibus,& ipſe in magna cæremonia. Siquidem reges non ex alio bibunt,& ob id in longinqua portant. Recipit amnem Hedypnum, præter Aſylum Perſarum uenientem, & unum ex Suſianis.Hæc ille lib.6.cap.27.

Eulogia]eulogiæ(ἐυλογίαι)Latinè dicitur Benedictio, munificentia,beneficentia.Cicero ad Atticum,lib.13.280.4,Locum hominibus non ſanè probo,quòd eſt deſertior: ſed habet ἐυλογίαν.Vbi interpres,Eulogiam,honeſtam rationem, uel probabilem: & rationaliter mihi commodus erit qui deſertiſsima quæro,ac loca inacceſſa,qua nulla humano ſit uia trita pede.

Eûm]pro Eorum,antiqui dicebant.Feſtus.

Eumæus]ἐυμαῖος,Subulcus fuit Vlyſſis,qui dominum à bello Troiano reducem opera ſua adiuuit contra procos uxoris.Homerus lib.22.Odyſſ.

Eumaris]ἐυμαρὶς,Calceamenti genus ab induendi facilitate.Nam ἐυμάρεια,ἐυμαρὴς,facilis dicitur.Eſt autem inuentũ Barbaricum,è ceruina pelle confectum,commune uiris & muliebribus,ut tradit Pollux lib.7.cap.22.

Eumarus]Athenienſis,pictor egregius,qui primus in pictura marem fœminamq; diſcreuit,omnesq; figuras imitari auſus eſt.Author Plin.lib.35 cap.8.

Eumeces]ἐυμήκης,Balſami genus, leui cortice: ita dictum, quòd cæteris ſit procerius.Plin.lib.12.cap.25.

Eumelis]pen.prod. Augur nobilis, cuius meminit Stat.4. Syl.8.10,

Reſpiciens blandè felix Eumelis adorat.

Eumelus]pen prod. Admeti regis Theſſaliæ ex Alceſta uxore filius.

Eumelus,Troianus uir,de quo Virg.5.Aen.132,

Nuntius Anchiſe ad tumulum,cuneosq; theatri
Incenſus perfert naues Eumelus. Huius meminit Bocat. lib.5.cap.43.

Eumenes]ſiue Eumenus,pen.cor.Vir Cardianus, qui cura, uigilantia,patria calliditate & celebritate omnes Macedones ſuperauit.Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardeas ingenti prælio uicit: de quo uide Strabonem lib.13.

Eumenetica]ἐυμενητικὸν,Regio eſt Ioniæ, quam Mæander fluuius peruagatur,ut tradit Plin.lib.5. cap.29.

Eumenia]Cariæ ciuitas, Cludro fluminiappoſita,teſte Plinio lib.5.cap.29. Eſt & hoc nomine oppidum in Thracia,quod Scythæ Aroteres cognominati tenuere. Author Plin.lib.4.cap.11.

Eumenides]Eumenidis,pen.cor.(ἐυμενίδης) q uidam fuit cuius meminit Ouid.3.Triſt.eleg.46,

Non foret Eumenides orbus,ſi filius eius
Stultus Achilleos non adamaſſet equos.

Eumenides]ἀλάστορες,furiæ infernales: Latinè beneuolæ & mites dictæ,per contrarium,quaſi non mites ἐυμενεῖς, enim beneuolus dicitur. Has tres ferunt Acherontis fuiſſe filias,atq; Noctis, uno partu editas.Et apud inferos uocantur Canes.In ſingulari dicitur Eumenis,media correpta.

Agmina Eumenidum.Virg.4.Aeneid.94.

Amnis ſeuerus Eumenidum.Id eſt,circa quem habitant Eumenides.Virg.6.Aeneid.75.

Cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides. Virg. 4. Georg.96.

Intorti angues Eumenidum capillis.Hor.2.Car.od.13.8.

Comæ Eumenidum,Serpentes.Stat.5.Sylu.1.6.

Mater Eumenidum.Virg.6.Aeneid.50.Id eſt Nox:ut,

Hunc mihi da proprium uirgo ſata Nocte laborẽ. Seruius.Ferrei Eumenidum thalami.Virg.6.Aen.56.Vbi Seruius,Furiæ,inquit,nunquam nupſerunt. unde thalamos accipiamus in quibus natæ ſunt.

Turbã ſeuera Eumenidum.Propert.lib.4.eleg.12.5.

Vultibus Eumenidum agitari.Ouid.9.Metam.83.

Quinta Luna Eumenides ſatæ:quibus temporibus operis initium ſumere uetat.Virg.1.Georg.46.

Victæ carmine Eumenides.Ouid.10.Met.10.

Eumetris] Gemma eſt apud Bactros naſcens,ſilici ſimilis, quæ capiti ſuppoſita,nocturna uiſa ad oraculi ſimilitudinem reddit.Plin.lib.37.cap.10.

Eumilus]Vnus fuit ex Græcis ducibus,qui ad Troianum bellum profecti ſunt.

Eumolpus]Nomen Athenienſis uiri,quem Suid.Muſæi poetæ filium fuiſſe ſcribit: uerſificator ante Homerum fuiſſe traditur.Ab hoc Eumolpidas,ſacrorum quorundam præſides dictos uolunt, quorum meminit Aeſchin. in Oratione contra Cteſiph.

Eumolpidæ,dicti ſacerdotes ſeu magiſtratus Athenis,in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Aegyptij generis fuiſſe Diodorus refert. Alij uatem Orphei filium putant.

Eumonides]ἐυμονίδης,Nomen proprium iuri Thebani,cuius meminit Plutarch.

Euneus]Iaſonis filius ex Hypſiphile filia Thoantis regis,teſte Homero lib.7.Iliad.

Eunica]Malis,& Nychia,Nympharum nomina in 13.edyll. Theocrit.quæ Hylam Herculis puerum rapuerunt.

Eunicus]ἐυνικὸς,Statuarij nomen,apud Plin.lib.34.cap.8.

Eunomia]ἐυνομίαι,Recta iuris legumq; conſtitutio. Budæus in Annotat.

Eunoſti]portus(ἐυνόστου λιμὴν)Dicitur qui ab Occidentali inſulæ Phari parte efficitur,iaceq; ante foſſum & clauſum portum,qui ex turri ingreſſum habens, maximus dicitur. Author Strab.lib.17.

Eunoſtus]Tanagræorum deus,cuius templum adeò mulieribus interdictum fuit,ut ſi quo infortunio aut uaſtitate Tanagræi opprimerentur,diligenter inquirerent,ne qua mulier conſultò,aut caſu templo appropinquaſſet.Ex Alex.Genial.dier.lib.6.cap.2.

Eunuchus]pen.prod.(ἐυνοῦχος)qui euiratus eſt, & uirilibus,ac teſticulis caret.Dicitur autem ab ἐυνὴ, quod eſt cubile: & ἔχω, cuſtodio:quia id genus hominum adhibebatur

ſeruan-

Digitized by Google

*seruandis cubilibus regum, quasi eunoechus, & per synæresim eunuchus.*

*Eunuchum se facere. Iuuen. Satyr. 12. 4.*

¶ Eunucho, eunuchas (εὐνουχίζω) eunuchare, Castrare. *Cuius passium est, Eunuchor. Var. lege Mænia, Si qui patriam maiorem parẽtem extinguit, in eo est culpa: quod facit pro sua parte is qui se eunuchat, aut aliqua liberos producit.*

¶ Eunuchizo (εὐνουχίζω) Castro. *Hieronymus contra Iouinianum, Sunt eunuchi, qui de utero matris ita nati sunt: & sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt: & sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum.*

Eunuchion] εὐνουχίων, *Lactucæ genus, rotunda ac minima radice, latis fõlijs, quam quidam Astylida uocant. Sic autem dicta est eunuchion, quoniam hæc maximè refragetur Veneri. Author Plin. lib. 19. cap. 8.*

Eunus] *patria Syrus, qui quum nuce iuglande in os inclusa ignem euomeret, simulans se deæ Syriæ numine afflatum, apud seruos & infimam plebem diuinus habitus, primò duo hominum millia in Sicilia spe rapinarum asciuit, mox effractis carceribus ad sexaginta millia coegit, Manliumq; & Lẽtulum Prætores iusto prælio uicit & profligauit. Deniq; à Romanis coercitus, post multiplices clades suæ temeritatis meritas pœnas dedit. Vide Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 11.*

Euoco] *euocas, pen. cor. (ἐκκαλέω, παρεκκαλέω) euocare, Extra uocare. Terent. And. 3. 3. 48, Euocate huc Dauum. Cæsar 4. bel. Gall. 484, Principibus Galliæ euocatis. Cicero 4. Ver. 45.*

*Accersere & euocare. Cic. pro Deiot. 8.*

*Euocare aliquem foras. Terent. Eun. 2. 2. 52.*

*Euocare aliquem foras uerbis alicuius. Plaut. Casin. 5. 56.*

*Intus aliquem euocare. Vide* Intus.

*Euocare aliquem intus foras. Plaut. Pseud. 9. 12. Idem Menæh. 5. 36, Euocate intus Cylindrum mihi coquum actutũ foras.*

*Euocare huc Sosiam, accersat Blepharonem. Plaut. Amphit. 10. 68.*

*Magnopere euocare. Cic. 2. de Orat. 192.*

*Euocare à. Plaut. Amphit. 11. 12,*

*Tu gubernatorem à naui huc euoca meis uerbis, &c.*

*Euocari è patria. Cic. ad Attic. lib. 8. 146. 4.*

*Euocari à Deo. Cic. 1. Tusc. 117.*

*Euocare ad cœnam. Plaut. Mostell. 14. 13.*

*Euocare ad colloquium. Liu. 3. bel. Pun. 201. Cæsar 4. bel. Ciuil. 62.*

*Euocare hostes ad pugnam. Cæsar 5. bell. Gall. 218, Magna contumelia uerborum nostros ad pugnam euocant. Liuius 5. bell. Pun. 102.*

*Euocat ad se Centuripinum magistratum, & Decemprimos, nisi restituissent ijs statuas: uehementer ijs minatur. Cicero 4. Ver. 117.*

*Euocare ad causam dicendam. Liu. 9. bel. Maced. 149.*

*Euocare aliquem accitu alterius. Cic. 5. Ver. 56.*

*Euocare in concilium. Liu. 9. bel. Pun. 16.*

*Euocare aliquem Romam, aut ad aliam urbem. Cic. 3. Ver. 60. Idem ad Atticum, lib. 5. 110. 5, Nam euocari ex insula Cyprios non licet.*

*Euocare aliquem literis. Cic. ad Attic. lib. 2. 39. 1.*

*Inuitare & euocare. Cic. 2. de Finib. 159.*

*Præmijs aliquem euocare. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15.*

*Piscem esca euocare, id est, elicere. Silius lib. 7. 101.*

*Nubibus siccis euocare aquas. Senec. Medea, 10. 3,*

*Postera lux Hyadas Taurinæ cornua frontis*
*Euocat, & multa terra madescit aqua. Oui. 6. Fast. 40.*

*Zephyrus uernas euocat herbas. Senec. Hippol. 1. 3.*

*Vigil ales euocat auroram. Ouid. 11. Metam. 120.*

*Lucifer ignes euocata Auroræ, cursusq; aurora diurnos. Ouidius 4. Met. 127.*

*Euocare deos, pro Elicere, precibus enim deos euocabant, ut alio transferrent. Plin. lib. 28. cap. 2. 8, Verrius Flaccus authores ponit: quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum esset. Quid sit sacrorum euocatio & quo modo olim fieri solita sit, si quis scire cupit, uideat Macrobium lib. 3. Saturn. cap. 8. Apud Liuium autem lib. 5. ab Vrbe condita, 95, Dictator è Veijs deos euocans, &c.*

*Animas Mercurius euocat Orco. Virg. 4. Aeneid. 49.*

*Letheum ad fluuium Deus animas euocat. Virg. 6. Aen. 150.*

*Sepulchris auos atauosq; euocare. Ouid. 1 Amor. eleg. 8. 4.*

*Euocare deos: eo modo quo dicimus euocare dæmones, apud Plinium, libro 24. cap. 17. 4.*

*Euocare, pro Inuocare & implorare: ut, Oratione euocare misericordiam alicuius. Cic. pro Deiot. 28.*

*Euocare ad arma, inquit Seruius, Est ad diuersa loca diuersos cogere exercitus. Cic. pro Rabir. 14, De teipso, inquam, Labiene quæro, quum ad arma Consules ex Senatusconsulto euocassent. Legitur & uocauissent. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 89, Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipijs Domitius euocauerat.*

*Sparsas cohortes euocare. Lucan. lib. 1. 80.*

*Euocare testes. Plin. epist. 91. lib. 6.*

*Euocare, pro Citare, inquit Budæus apud Ciceronem in prætura urbana. Nunc in personam citare dicunt: hoc est, uadimonio obstringere.*

*Euocare animum à negotio: Id est, retrahere. Cic. 1. Tusc. 117. In uetustioribus codicibus legitur, seuocamus.*

*Euocare animũ gratè excipiẽdo. Senec. de Benefic. lib. 2. ca. 28.*

*Euocare mentem ab oculis. Cic. 3. de Nat. deor. 27. In emendatioribus codicibus legitur, seuocare & seuoco.*

*Euocare in. Plin. lib. 14. cap. 1. 2, Vis earum omnis euocatur in palmites. De uitibus.*

¶ Euocatus, pen. prod. (ἐκκεκλημένος) Participium, & Nomẽ ex Participio. Vnde, *Euocati dicuntur, non qui iusti milites sunt, sed qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuariè & uocantur & coguntur. Sueton. in Galba, cap. 10, Delegit & Equestris ordinis iuuenes, qui manente annulorum aureorum usu, euocati appellarẽtur, excubiasq; circa cubiculum suum uice militum agerent. Cic. ad Appiũ, Antonium præfectum euocatorum misi ad te, cui si uidebitur, cohortes traderes.*

¶ Euocans, pen. cor. Participium. *Cic. ad Att. lib. 10. 197. 14, Nauitam ipse audire uideor iam euocantem. In uetustioribus codicibus legitur, Ne meam συμπάθειαν euocem.*

¶ Euocator, pen. prod. Verbale (ἐκκλητὴς) *Cicer. in Catonem, 20, Principem coniurationis, euocatorem & seruorum & ciuium perditorum exire patieris?*

¶ Euocatio, Verbale (ἔκκλησις) *Plin. lib. 30. cap. 1. 6.*

Euohe] *pen. cor. (ἐυοῖ) Vox bacchantis. Virg. 7. Aen. 78,*

*Euohe Bacche fremens. Ouid. 4. Metam. 105,*

*Euohe Bacche sonat.*

¶ Euæ, *dißyllabum. Catul. in Argon. 12,*

*Saxea ut effigies Bacchantis prospicit Euæ. Horat. 2. Car. ode 19. 2. Ouid. 6. Metam. 120.*

Euolo] *euolas, pen. cor. (ἀφίπταμαι) euolare, Modò Volare significat, modò Extra uolare. Plin. lib. 10. cap. 38. 3, Vultur & ferè grauiores, nisi ex procursu, aut altior tumulo immisse non euolant.*

*Euolare & Inuolare, contraria. Var. 3. de re Rust. cap. 11. 3. Columm. lib. 8. cap. 15. 1.*

*Altius euolare. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 26.*



Digitized by Google

Euolare plus est, quàm excurrere. Cic. de clar. Orat. 148, ut euolare, non excurrere uideretur.
Cursu præpeti uolat. Senec. Hippol. 10. 15.
Ex arbore euolat ales nuntia Iouis. Cic. 1. de Legib. 3.
Nusquam è nostro pectore euolat. Propert. lib. 2. eleg. 13. 3.
Euolant & excurrunt foras animi spretis corporibus. Cic. 1. de Diuinat. 185.
Madidis Notus euolat alis. Ouid. 1. Metam. 53.
Euolauerunt ex omnibus partibus syluæ, & in nostros impetũ fecerunt. Cæsar 3. bel. Gal. 458.
Euolare ad belli, aut fugæ societatem. Cicero ad Atticum, lib. 9 188. 4.
Euolarat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis. Cicer. 7. Verr. 70.
Euolare per translationem, pro Eripere se. Cic. 3. Ver. 47, Iste qui suæ cupiditate tantos tumultus concitatos uideret, cupere aliquà euolare si posset.
Euolare ex corporum uinculis, tanquam ex carcere. Cic. in Somn. Scip. 9.
Euolare ex flamma. Cic. Ante quàm iret in exil. 4. Et 3. Verr. 48.
Eripi atque euolare ex insidijs aliquorum. Cicer. pro Muræn. 74.
Euolare ex seueritate iudicis. Cic. 2. Verr. 8.
Euolare rus ex urbe, tanquam ex uinculis. Cic. 2. de Orat. 13.
Euolare pœnam. Cic. de prouincijs Consul. 11.
Euolauit oratio. Cic. 1. de Orat. 77, Tantus enim cursus uerborum fuit, & sic euolauit oratio.
¶ Euolito, euolitas, pen. corr. (ἐξίπταμαι) euolitare, Frequentatiuum. Colum. lib. 8. cap. 8. 1, Patentibus feneſtris per quas ad requirendos cibos euolitat. De columbis.
¶ Euolaticus, pen. corr. Adiectiuum (ἐκπλωὸς) ut, Euolatici homines. Plaut. Pœnul. 6. 26.
Euolo] euolas (ἁρπάζω) euolare, à Vola, uolæ, Furari, rapere: quasi in uolam recipere. Plaut. Ciſtel. 10. 71, Quid quæritas? H. ciſtellam adoleſcens, hic mihi Euolauit.
Impunè aliquid euolare Cic. pro Deiotaro, 21.
Euoluo] euoluis, euolui, euolutum, pen. prod. (ἑλκυλίω, ἐξελίπω, σφαιρόω, ἀναπτύσσω) euoluere, De loco uoluere.
Ex æquore Titan Rorãtes euoluit equos. Stat. 1. Achilleid. 49.
Inuolutum euoluere. Cic. in Topic. 5.
Orbes euoluere ſedibus cauis. Id eſt, oculos extrahere. Lucan. lib. 2. 37.
Orbe euolui. Lucan. lib. 9. 176.
Saxa euoluere. Lucan. lib. 3. 97.
Iactas euoluere ſyluas, Coniectas in ſe arbores reijcere. Ouid. 12. Metamorph. 105.
Mundus nitidus certas euoluit uices. Senec. Medea, 6. 5.
In mare fluuij ſe euoluunt. Virg. 5. Aeneid. 160.
Euoluitur in Pontum ſex fluminibus Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12. 33.
¶ Euoluor, Claud. 8. Paneg. 8,
— quicquid fluuijs euoluitur auri.
Queſtus euoluere pectore. Valer. 4. Argon. 24.
Euoluere alicunde argentũ ſibi, per translationem dictũ. Plautus Pſeud. 5. 83.
Euoluere ſe turba, & ex turba, pro Expedire & liberare. Terent. Eunuch. 4. 4. 56.
Euoluere librum, quaſi complicatum explicare. Cic. 1. Tuſcul. 40. Idem in Topicis, 1.
Arcana deũm euoluere. Silius lib. 7. 100.
Deliberationem aliquam totam accuratius euoluere in literis. Cic. Attic. lib. 9. 181. 13.
Faſtos euoluere. Ouid. 1. Faſt. 131.

Euoluere poetas. Cic. 1. de Finib. 108. Et ad Atticum, lib. 9. 181. 7, Euolui uolumen epiſtolarum tuarum.
Seriem fati euoluere. Ouid. 15. Metam. 31. Id eſt, exponere.
Tempora & faſtos mundi euoluere. Horat. 1. Serm. Sat. 3. 23.
Verſus euoluere, id eſt, legere. Ouid. 2. Triſt. 62.
Volumina euoluere. Quintil. lib. 2. cap. 15. 16.
Euoluere aliqua, pro Explicare & exponere. Cic. 3. de Orat. 116.
Euoluere, Meditari. Virg. 4. Georg. 102, Fleuiſſe, & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.
Non poſſum euoluere exitum rei. Cic. pro Cælio, 44.
Iocos euoluere. Ouid. 2. Triſt. 48.
Euoluere naturam rerum. Cic. 4. Acad. 203.
Complicatam notionem animi ſui euoluere. Cic. 3. Offic. 99.
Promiſſa ſomni euoluere, Quæ ſomnium dormienti euentura proponit. Silius lib. 3. 44.
Digna euoluere tantas Sobria corda uices. Stat. 5. Syl. 1. 16.
Euoluere, pro Diſcernere & dirimere. Ouid. 1. Metam. 5,
Quæ poſtquã euoluit, cæcoq; exemit aceruo. De elementis confuſis.
Euoluiſſe, quimq; ſyllabarũ, metri neceſsitate. Ouid. epiſt. 12. 1,
Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos. Catull. ad Ortulum, 61. 15,
Condita quin ueri pectoris euoluam.
¶ Euolutus, pen. prod. Participium (ἀναπτυκτός) Liu. 6. bel. Pun. 100. de angui loquens, Interuentuq; hominum euolutam repentè, atq; ex oculis elapſam.
Fluctus euoluti. Senec. Herc. Oetheo, 6. 6.
Euolutum furfure panicum pinſitum: hoc eſt, furfure exutum. Colum. lib. 2. cap. 9. 17.
Euolutus, & nudatus integumentis diſsimulationis. Cicero 2. de Orator. 190.
Euolutus bonis. Seneca epiſt. 75. Id eſt, deturbatus.
¶ Euolutio, euolutionis, Verbale (ἀνάπτυξις) Cic. 1. de Finib. 37, Quid hiſtoriæ, cognitioq; rerum, quid poetarum euolutio?
Euomo] euomis. pen. corr. euomui, euomitum (ἐξεμέω) euomere, Extra uomere. Plin. lib. 10. cap. 40. 1, Plateæ calore uentris coctas conchas euomit. Cic. 2. de Nat. deor. 186, Eademq; hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere implere, easq; quũ ſtomachi calore concoxerit, euomere, &c.
Veſbius euomuit ignes. Silius lib. 17. 120.
Euomere peſtem, forasq; proijcere. Cic. in Catil. 26.
Euomere aliquid in aliquem. Cic. 5. Philip. 177. Cic. pro Mil. 59.
Euomere iram in aliquẽ. Terent. Adelph. 3. 2. 14. Idẽ Adelph. 3. 4. 65, Ibo, ac requiram fratrem: ut in eum hæc euomam.
Euomit ſe Nilus multis faucibus in Aegyptium mare. Plin. lib. 5. cap. 9. 11.
Euomere uirus apud aliquem. Cic. de Amicit. 73.
Euonus] εὔωνος, Inſula ad Athon, nouem M. paſſ. latitudine, quæ hodie Peparethus uocatur. Vide Plin. libro 4. capite 12.
Euonymos] εὐώνυμος, Vulgò Luſtega, Inſula eſt una ex Vulcanijs: ita dicta, quòd è Lipara, Siciliam nauigantibus ſiniſtra offeratur. Nam εὐώνυμα Græci λαπ' εὐφημισμὸν uocant ſiniſtra. Author Strab. lib. 6. Eſt autem Euonymos, Theophraſto, arbor infelix, malo punicæ ſimilis, in Leſbo inſula potißimum proueniens, pecori guſtatu lethalis. Vide Plin. lib. 13. cap. 22.
Eupalia] εὐπαλία, Nomen urbis in Locride, apud Plin. lib. 4. cap. 3.
Eupatoria] uel Eupatorium (εὐπατόριον) herbæ genus, caulis lignoſi, nigricantis, hirſuti, cubitalis aliquando, & amplio-

Digitized by Google

amplioris. Plin. lib. 25. cap. 6. 2, Omnino ea est herba, quam Dioscorides ait à Latinis agrimoniam uocari, atq; ita quoque uulgò appellatur. Nomen habet ab rege Mithridate, cui cognomen fuit Eupator.

Eupatoria (εὐπατώρια) Paphlagoniæ oppidum à Mithridate conditum, quod Amiso iunctum fuisse scribit Plinius lib. 6. capite 2.

Eupetalos] εὐπέταλος, Gemma est, quator habens calores, igneum, cæruleum, minij, & mali. Author Plinius libro 36. capite 10.

Eupetalos (εὐπέταλος) Lauri genus, quod alij Daphnoides, alij Pelasgum, alij Stephanon Alexandrij uocant: Est autem, ut inquit Plin. hic frutex ramosus, crassiore ac molliore quã Laurus folio, cuius gustatu accenditur os atq; guttur, baccis è nigro rufis. Vide eum lib. 15. cap. ult.

Eupheme] εὐφήμη, Mulieris nomen, nutricis Musarum, & Croti siue Crotonis matris. Vide Crotus.

Euphemia] εὐφημία, Vxor fuit Iustini Imperatoris, cuius meminit Suidas. Græcis item euphemia, faustam acclamationem significat, qualis fieri solet Principibus recens inauguratis.

Euphonia] pen. corr. (εὐφωνία) sonoritas, bona uox, sonitus uocum iucundior. Quint. uocalitatem uertit.

Euphorbeni] Asiæ populi in conuentu Apameno, de quibus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Euphorbia] εὐφόρβιον, herba, de qua sic Plin. lib. 25 cap. 7. 6, Inuenit & patrum nostrorum ætate rex Iuba quam appellauit Euphorbiam, medici sui nomine, & fratris Musæ. Dicitur & Euphorbium neutro genere Plin. lib. 25. cap. 12. 2, Facit & claritatem euphorbium iunctis.

Euphorbus] εὔφορβος, Troianus, Panthi filius, qui Patroclum uulnerauit, interfectus ab Achille ut est apud Homerum.

Panthoides Euphorbus. Ouid. 15. Metam. 33.

Euphorion] εὐφορίων, Poeta Chalcidensis, quem transtulit Gallus. Habebat hi quosdam ita deditos sibi amatores, ut eum præferrent Ennio & reliquis poetis. Cic. lib. de Natura deor. 2, Ille uerò nimis etiam obscurus Euphorion: at non Homerus.

Euphragia] Planta est tenuis, quæ ad palmi altitudinem assurgit: foliis minutis, crispis, per ambitum serratis, gustu astringentibus, paululumq; amaris. Caule exit tenui, rubenticq; flore inter purpuram & aurum albicante, quem emittit abeunte æstate: nascitur in pratis. Plura uide apud Matthiol. in Dios. lib. 4. cap. 38.

Euphranor] εὐφράνωρ, Nomen statuarij laudatißimi, isthmij, qui de symmetria & coloribus aliquot uolumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade, plurimaq; signa nobilißima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio libro 34. capite 8. Idem & pictor & marmorarius fuit, in unoquoq; genere excellens. sibiq; æqualis, teste eodem Plin. lib. 35. cap. 11. Huius meminit & Quint. Instit. orat. lib. 12. Item Iuuen. Satyr. 3,

Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polyleti, &c.

Euphrates] Euphratis, & Euphrate, Euphrates, penultima producta (εὐφράτης) fluuius Mesopotamiæ, in Paradiso oriens. Strabo scribit Euphratem ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem nasci, exire autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium dividere, & Tigri coniunctum Mesopotamiam facere. Sallustius quoq; certißimus author asserit, tam Tigris quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Boethius, Tigris & Euphrates uno se fonte resoluunt. Vide Plin. lib. 5. cap. 24. Et Solinum cap. 50.

Euphrates, Latinè fœcunditas, atq; abundantia fructuum dicitur. Ambrosius, libro de Paradiso, Plerique inquiunt Euphratem dictum ab εὐφραίνεσθαι; hoc est à lætando: eò quòd hominum genus nullo magis quàm lætitia & æquitate lætetur. Cicero 2. de Natura deorum, 196, Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi nouos agros inuehit.

Altus Euphrates. Virg. 4. Georg. 112.

Babylonius Euphrates. Ouid. 2. Metam. 50.

Celer Euphrates. Claud. 7. Paneg. 74.

Fertilis Euphrates. Lucan. lib. 3. 5.

Magnus Euphrates. Lucan. lib. 3. 52.

Tumidus Euphrates. Claud. 6. Paneg. 14.

Vagus Euphrates. Stat. 5. Sylu. 1. 18.

Euphrates ibat iàm mollior undis. Virg 8. Aeneid. 143. Id est, sentiens quasi se esse superatum. Seruius, Significat Orientis populos uictos ab Augusto.

Euphrates, Metonymicè capitur pro Orientis populis apud Virg 1. Georgic. 101,

Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.

Euphrates] pen. prod. Philosophus grauißimus, tẽporibus Adriani principis, uoluntaria morte excessit è uita, ueniam ei dante Adriano, ut citra ignominiam & infamiam, cùm propter senectutem, tum etiam propter grauem morbum, cicutam bibere posset. Authore in Adriani uita Dione.

Euphronides] Statuarius nobilis, qui centesima quartadecima Olympiade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8.

Euphronius] εὐφρόνιος, Scriptor nominatur, apud Plinium, qui de uino condendo præcepta dedit. Vide libro 14. capite 19.

Euphrosyna] Euphrosynæ, & Euphrosyne, Euphrosynes, penult. corr. (εὐφροσύνη) Vna ex tribus Gratijs: & interpretatur Gratia.

Euphrosynum] pen. corr. Herba quæ Bugloßis aliàs dicitur, siue buglossum: hoc est, lingua bubula, quoniam linguæ boum sit similis: species boraginis. Plin. lib. 25. cap. 8. 2, Iungitur huic buglossos, boum linguæ similis, cui præcipuum, quòd in uinum deiecta, animi uoluptates auget, & uocatur Euphrosynum. Alij autem Euphrosynen uocant.

Eupilis] Lacus Cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Author Plinius libro 3. capite 13. Vulgò Lago di putiano.

Euplea] eæ, Herba, quæ perunctos commendationis esse fumæ tradunt Magi, authore Plin. lib. 20. cap. 10.

Eupolis] pen. corr. (εὔπολις) priscæ Comœdiæ scriptor fuit, qui uitia populi magna cũ libertate reprehendit: de quo Hor. 1 Serm. Satyr. 4. 81,

Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; poetæ, &c.

Iratus Eupolis. Pers. Satyr. 1. 13. Eupolidem iratum uocat Perseus, quasi uehementi ira in hominum uitia inuectum.

Eupolim in accusatiuo dicit Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 3.

Eupolemus] Calactinus, Lucullorum hospes, de quo Cicer. 6. Verr.

Eupolus] Thessalus, qui, lege aduersus athletas lata, pœnaq; indicta, qui aduersarios corripuissent, primus mulctam subijt, quòd aduersarios Pythias erogatis deliniuisset numinis. Refert. Cæl. lib. 12. cap. 11.

Eupompus] Macedo, Arithmeticæ & Geometricæ peritißimus, sine quibus negabat artem posse perfici. Est, et Plin. lib. 35. cap. 10, præclari pictoris nomen, qui docuit Pamphilum Apellis præceptorem.

Euporia] εὐπορία, Vrbs Macedoniæ, ab Alexãdro Magno cõdita, & à loci fertilitate nomen sortita. Author Steph.

Euporus] pen. corr. Seruus fuit C. Gracchi, qui dominum

ex Auentino fugientem qua potuit ratione tutatus est, ac super occisum animam scibis proprio uulnere uisceribus effudit, inquit Macrobius.

Euprosopon] pen. prod. Promontorium Phœniciæ ad Byblon urbem. Nomen habet ab insigni aspectu. nam Græcis εὐπρόσωπος dicitur, qui bello est aspectu. Vadianus.

Euranium] nij (εὐραχύιον) Cariæ oppidum est, Halicarnassæorum iurisdictioni ab Alexandro Magno assignatum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Eureos] Gemma nulceo oliuæ similis. Plin. li. 37. cap. 10. 21.

Euripedes] pen. indiff. (εὐριπίδης) Athenienſis poeta Tragicus, natus quo die Xerxes rex ab Athenienſibus fugatus est. Fuit primùm in Rhetorica Prodici discipulus, deinde Socratis in Philosophia, ad Tragœdiam conuersus: secutus est Anaxagoram. Athenis discedens uenit ad Archelaum Macedoniæ regem, apud quem in honore fuit: à Venere omnino abstinens (ex quo μισογύνης, id est, osor mulierũ, dictus est) duxit tamen uxores duas. Excessit noctu, discerptus à canibus annum agens LXXV. Eius ossa Pellam trãslata. Iussu regis scripsit fabulas LXXV. Vicit quinq;, ut est author Suidas. Vide Gellium lib. 15. cap. 20.

Censura Ciceronis de Euripide ad Tironem, lib. 16. 8. 4, Euripides, inquit, cui tu quantum credas nescio, ego certè singulos eius uersus, singula eius testimonia puto.

¶ Euripidius (εὐριπίδιος) Numerus in talis quadragenarius, ab Euripide inuentus eo tempore, quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Athenienſium Rempubli. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 27.

Euripus] penultima producta (εὐρῖπος) Maris pars inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœam insulam, cuius meminit Strabo lib. 9. Et Plin. lib. 2. cap. 97. 7, Et quorundam tamen priuata natura est, uelut Taurominitani Euripi sæpius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Hactenus Plin. Tam rapida autem conuersione est Euripus, ut quemadmodum author est Pomponius Mela, uentos, ac etiam plena uentis nauigia secum portet. Cic. 3. de Natur. deorum, 31, Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius?

Euripi (inquit Hermolaus) fossæ in ludis circundatæ pro septis, quorum loco temporaria prius cloſtra fuerũt, authore Plin. Hinc natum existimo, ut ludi equestres (quorum modò usus est tam multiplex) uulgari uerbo Clostra nuncupentur, hoc est, cloſtralis. Spartianus in Heliogabalo, Euripis, inquit, uino plenis nauales Circenſes exhibuit. Plin. li. 8. cap. 7. 4, Qua de causa Cæsar Dictator posta simile spectaculum editurus, euripis harenam circundedit, quos Nero sustulit, equiti loca addens. Suet. in Dictatore.

Euripi, tractus angusti inter uada, quales Venetijs nauigantibus per amphractus designantur. Plin. lib 6. cap. 23. 9, Inde uadosa nauigatio paluſtri ſimilis: per euripos tamen quosdam peragitur. Cic. 2. de Legib. 2, Ductus uerò aquarum, quos isti Nilos & Euripos uocant, quis non quum hæc uideat, irriserit?

Fretum & Euripus. Cicer. pro Mur. 34, Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tãtas, tam uarias habere putatis agitationes fluctuũ, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum?

Prius uicibus alternis fugax
Euripus unda ſtabit Euboica piger. Senec. Herc. furen. 6. 9. de re impoßibili.

Euripylus] εὐρύπυλος, Inter Græcorum ueteranos qui ad Ilium depugnabant, fortißimus, de quo uide Hom. 11. Iliad. Meminit huius Cic. 2. Tuſc.

Eurome] es, penultima producta, Oppidum est Cariæ, apud Plinium libro 5. capite 29, A' Stephano εὔρωμος appellatur.

Euronotus] penultima correpta (εὐρόνοτος) alio nomine Vulturnus dicitur, teſte Sipontino: Ventus ab Oriente hyberno ſpirans: quòd inter Notum & Eurum ſit. Columel. lib. 11. cap. 2. 32, Idib. Maijs Fidis mane exoritur, Auſter, aut Euronotus.

Europa] uel Europe, pen. prod. filia Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter forma bouis, aut ituli, raptam abduxit in Cretam. Horat. 3. Carm. ode 27. 5,

Sic & Europe niueum doloſo Credidit tauro latus.

Tyria Europa, à patria quæ pars est Phœniciæ. Senec. Herc. furent. 1. 2.

Vilis Europa. Horat. 3. Carm. ode 27. 12.

Europa eluſa imagine tauri. Ouid. 6. Metam. 21.

¶ Europæus, Adiectiuum: ut, Dux Europæus, Minos Iouis & Europæ filius. Ouid. 8. Metam. 5.

Europa] pen. prod. (εὐρώπη) Tertia pars orbis, incipiens à Tanai, uel Helleſponto, & deſinens in Atlanticum fretum. Eam Plin. lib. 3, altricem uictoris omnium gentium populi, terrarũq; pulcherrimã nominat, Aſiæ & Africæ aliquando non magnitudine, ſed uirtute comparatam. Vnde huic terræ nomen acceſſerit, aut quis eius extiterit author, à nemine mortalium compertum eſſe ait lib. 2. Herodotus. De Europæ laudibus Strabonem legito, lib. 3. Vide & Ciceronem 3. de Nat. deor. 32. Et pro Flacco, 50.

Tanais Europæ terminus. Lucan. lib. 3. 55.

Vltrix Europa. Stat. 1. Achil. 80.

Europum] pi (εὔρωπον) Syriæ urbs, olim Thapſacum, poſtea Amphipolis appellata. Author Plin. lib. 5. cap. 24. Est item eiusdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas, cuius meminit idem Plinius libro 6. capite 25.

Europus] pi, pen. prod. (εὔρωπος) Oppidum Macedoniæ ad Axium amnẽ, teſte Plin. lib. 4. cap. 10. Ita dictum, ſi Stephano credimus, ab Europo Macedonis & Orithiæ filio.

Eurotas] penultima producta, fluuius Laconum, qui ab Apolline inſtructus ſuas edocet lauros, quibus eius plenæ ſunt ripæ. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij in Sileno, 6. eclog. 17,

Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Eurotas, iußitq; ediſcere lauros. Hic teſte Liuio, libro 4. belli Macedonici, urbem Lacedæmona præterfluit.

In Eurotæ ripis exercet Diana choros. Virg. 1. Aen. 101.

Aſper Eurotas. Stat. 1. Thebaid. 24.

Beatus Eurotas. Virg. 6. eclog. 17.

Oliuifer Eurotas. Stat. 4. Theb. 46.

Rigidus Eurotas. Stat. 10. Theb. 99.

Frigidus Eurotas. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 7.

Tænareus Eurotas. Ouid. 2. Metam. 50.

Eurotias] æ (εὐροτίας) Gemma est, quæ ſitu uidetur operire nigritiem: ita dicta à Græco uerbo εὐρωτιᾶν, quod est ſitũ trahere. De hac Plin. lib. 37. cap. 10.

Eurotos] εὐρωτὸς, Theſſaliæ fluuius, quẽ Peneus accipit, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantẽ (ut dictũ est Homero) breui ſpatio portatũ abdicat: pœnales aquas diriſq; genitas, argẽteis ſuis miſceri recuſans. Verba ſunt Plin. lib. 4. cap. 8.

Eurus] Ventus ab Oriente flans, & calidus est. Colum. lib. 5. cap. 5. 19, Quoniam plerunq; dicti ſyderis tempore quædam partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, ut niſi tegminibus uites opacentur, uelut halitu flammeo fructus uratur.

Citatior

Citatior Euro. Silius lib. 4.2.
Truculentior Euris. Ouid. Epist. 11.2.
Velocior Euris. Silius lib. 3.60.
Immania saxa domus Euri. Virg. 1. Aen. 29.
Rapido uelocior Euro. Claud. 5. Paneg. 20.
Animosi Euri. Virg. 2. Georg. 89.
Aquosus Eurus. Horat. Epod. 16. 11.
Atrox Eurus. Stat. 3. Sylu. 3. 20.
Lætus Eois Eurus equis. Virg. 2. Aen. 84.
Mites Euri. Claud. ad Serenam, 17. 12.
Niger Eurus. Horat. Epod. 10. 2.
Nubifer Eurus. Silius lib. 10. 65.
Præceps Eurus, Virg. 4. Georg. 6.
Pennis suis proteruus Eurus. Ouid. epist. 11. 3.
Riphæus Eurus. Virg. 2. Georg. 76,

Gens effræna uirûm Riphæo tunditur Euro. Id est, Scythico uento. Riphæi autem montes Scythiæ à perpetuo uentorum flatu nominati. Seruius.

Tumidi Euri. Ouid. 1. Amor. 9. 3.
Volucer Eurus. Silius lib. 4. 2.
Aduentantibus Euris. Virg. 4. Georg. 39.
Agente nimbos ocyor Euro. Horat. 2. Carm. ode 16. 5.
Certantes Euri Notiq;. Stat. 6. Theb. 62.
Conuulsæ undis & Euro naues. Virg. 1. Aeneid. 78.
Demissa tempestas ab Euro. Hor. 3. Carm. ode 17. 3.
Igneus sol Euros denunciat. Virg. 1. Georg. 90.
Equitat Eurus per undas. Hor. 4. Carm. ode 4. 9.
Impulsa cupressus Euro. Hor. 4. Carm. ode 6. 2.
Nauigijs uiolentior incidit Eurus. Virg. 2. Georg. 22.
Indomiti Euri. Ouid. epist. 21. 2.
Thrax insibilat Eurus. Ouid 15. Metam. 121.
Minatur Eurus fluctibus. Hor. 1. Carm. ode 28. 5.
Hybernis parcunt flatibus Euri. Virg. 2. Georg. 68.
Sæuos Euros pati. Ouid. epist. 23. 19.
Ruit Eurus. Virg. 1. Aen. 18.
Tonat Euri domus. Virg. 1. Georg. 75.
In saxa urget naues Eurus. Virg. 1. Aen. 23.
Eurus, pro parte Orientali. Valer. 1. Argon. 108,

Iampridem regio, quæ uirginis æquor ad Hellest
Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro,
Vndat equis, floretq; uiris. Intelligit Asiam.

¶ Eurinus, & Euricius, Adiectiua, apud Columellam libro 11. capite 2, Ventus Eurinus, & interdum Auster cum grandine est.

Euryale] penultima correpta, Minois regis filia, quæ Neptuno Orientem peperit. Alia fuit filia Prœti Argiuorum regis. Alia eiusdem nominis inter Gorgones numeratur, quæ tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montẽ: quæ omnes unum oculum habebant, quo inuicem utebantur, Sthenio, Euryale, Meduſa. Serenus tamen dicit puellas fuisse unius pulchritudinis, quas quum uidissent adolescentes, stupore torpebant: unde fingitur, quòd si quis eas uidisset, uertebatur in lapidem. Seruius enarrans illud Virgilij, lib. Aen. 6,

Gorgones, Harpyiæq;, & forma tricorporis umbræ.

Euryalus] pen. corr. (εὐρύαλος) Vnus fuit ex ducibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauibus profecti sunt, quem dixit Homerus diuina pulchritudine fuisse, libro Iliad. 2. Virgil. 5. Aen. 58,

Euryalus forma insignis, uiridiq; iuuenta. Fuit & nomen histrionis. Iuuenalis,

Nobilis Euryalum aut Myrmillonem exprimat infans.

Euryampus] pi (εὐρύαμπος) oppidum Magnesiæ apud Stephanum.

Euryanassa] εὐρυανάσσα, Insula est maris Aegei, è regione Ioniæ, non procul ab Arginusa. Author Plinius libro 5. capite 31.

Eurybates] penultima correpta (εὐρυβάτης) Vir Ithacus, Agamemnonis minister, quem Vlysses apud se perpetuum præconem habuit. Is & Talthybius missi sunt ab Agamemnone ad Achillis tentoria, ut Briseidem raperent. De quibus Ouid. epist. 3. 2,

Nam simul Eurybates me Talthybiusq; uocarunt. Meminit & huius Homerus lib. 1. Iliad.

Eurybatus] pen. corr. (εὐρύβατος) Latro fuit Astutia singulari, quem deprehensum quum custodes uellent cogere ut ostenderet quibusnam modis consuesset domos conscendere: ille aptatis spongijs & stimulis ferreis q; retinaculis, irrepsit in parietem: & spectantibus illis, artificijsq; nouitatem mirantibus, prehenso laqueari per tegulas effugit, eoq; modo periculum euasit. Hinc Eurybatissare: id est, quum quis deprehensus sit, arte quapiam elabi. Meminit & huius Homerus, lib. 19. Odyss.

Eurybia] Nympha, quæ stellas & Luciferum genuit, teste Hesiodo in Theogonia.

Eurybiades] εὐρυβιάδης, Lacedæmonius, quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, uniuersæ Græcorum classis dux à Lacedæmonijs constitutus aduersus Xerxem. Vide Herodotum libro 8.

Eurychidia] εὐρυχίδιον, Mons est in Triphilia, cuius meminit Strab. lib. 8.

Euryclea] pen. corr. Homero lib. Odyss. 1, Opos Piseoridis filia pulcherrima, quam Laertes in prima existens pubertate uiginti boum precio emit, ac honore parem uxori domi habuit, Telemachumq; ei nutriendum dedit.

Eurycles] pen. corr. Vates fuit, qui de se, suisq; incommodis aliquid semper diuinabat. Hic per assistentem dæmonem uaticinabatur. Propterea Euryclidæ dicuntur omnes diuinaculi. Cælius lib. 5. cap. 10.

Eurycratidas] Vir fuit Lacedæmonius, de quo nonnunquã Plutarchus meminit.

Eurycyon] Faber argentarius, cuius meminit Virg. lib. 10,

Quæ bonus Eurycyon multo cælauerat auro.

Eurydamas] penul. corr. Vir Troianus, somniorum interpres teste Hom. lib. 5. Iliad.

Eurydamas, Pyctes fuit nobilis, patria Cyrenæus, cui, quum inter certandum fortè, aduersarius, quem ualidum nactus fuerat, plagarum ui & frequentia, dentes excussisset, ne tali spectaculo illi animum adderet, proindeq; insuperabilis coriretur, omnes deuorabat. Author Cæl. Rhodig. libro 21. capite 41.

Eurydame] penult. correp. Diactoris filia, & Menij soror, quam Leutychides Spartiatarum rex ducit in uxorem. Author Herod. lib. 6.

Eurydemus] pen. prod. Pater Peribœæ, ex qua Neptunus genuit Nausithoum regem Phæacum.

Eurydice] pen. corr. (εὐρυδίκη) Vxor Orphei, pro qua recuperanda ferunt Orpheum ad inferos descendisse. Fabulam narrat Virg. 4. Georg. 97, usq; ad finem. Seneca Hercule Oeth. 8. 11. Alia item fuit Eurydice Clymeni filia, uxor Nestoris, ex qua ille filios septem & filiam unam suscipit. Homer. in Odyss. lib. 3.

Eurylochus] pen. corr. Phlegyorum rex, qui teste Phereclide, struxit Thebas antequam Cadmus aduenire, qui eas postea reædificauit. Fuit etiam hoc nomine unus sociorum Vlyssis, qui solus Circes pocula non gustauit, neq; in suis figuram transmutatus est. Ouid. lib. 14. Metam.

—suis

—ſuis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit

**Eurymachus**] pen.corr. Vnus ex procis Penelopes, cuius meminit Ouid.epiſt.1.19.

**Eurymachus** (εὐρύμαχος) Thebanorum potentißimus fuit, qui quum Plateas noctu per proditionem cepiſſet, rebellantibus deinde ciuibus, cuius in hoſtium poteſtatem peruenit, unáq; cum ſuis omnibus ſupplicio affectus eſt. Author Thucydides lib.2.

**Eurymedon**] pen. corr. filius fuit Fauni, ut placet Statio in Thebaide, Proximus Eurymedon cui paſtoralia Fauni
Arma patris, &c. Eſt & Eurymedon, Pamphiliæ fluuius, qui ex Tauri iugis ortus mediam Pamphiliam tranat, ut eſt apud Pomponium Melam, lib.1.

**Eurymides**] pen.corr. (εὐρυμίδης) Telemus Eurymi filius inter Cyclopas uates fuit egregius, qui Polyphemo prædixerat omnia quæcunq; ab Vlyſſe paſſus eſt. Ouid. 13. Metamorph.166,
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, &c.

**Eurynome**] pen. corr. (εὐρυνόμη) ut ſcribit in Theogonia Heſiodus, nympha fuit Oceani & Tethyos filia, uxoráq; Orchami Acbemeniorum regis. Altera fuit Apollinis filia, quæ Ethalioni marito Adraſtum Argiuorum regem, atque Euripilen peperit. Prior mater eſt Leucothoes, cuius ſpeciem indutus Apollo filiam compreſſit, ut refert Ouid. 4. Metamorph. 42,
—Leucathoe multarum obliuia fecit
Gentis odoriferæ, quam formoſißima partu
Edidit Eurynome, &c.

**Euryon**] Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris inſidijs liberauit.

**Eurypylus**] penultima correpta (εὐρύπυλος) Euemonis filius, ex Ormenio urbe, qui (ut ſcribit Homerus) cum quadraginta nauibus in expeditionem Troianam Agamemnona eſt ſecutus.

Eurypyluſq; ferox. Ouid.13.Metam.72. Fuit & alter Eurypylus Herculis filius, qui regnauit in Coo inſula, & cunctorum Græcorum peritißimus eſt habitus. Virgilius 2.Aeneidos,
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus. Quo ex loco ſacerdotis eundem functum munere, colligere eſt.

**Euryſicheï**] εὐρυσιχέοι, Populi Acarnaniæ, Strab.libro 10, Cæterùm in mediterranea Acarnaniæ gentem quandam Euryſicheam eſſe ſcribit Apollodorus, cuius apud poetam Alcmonem mentio fit,
Neq; inquit, Euryſicheus, Calydoniſq; ſum paſtor,
Verùm in uertice Sardinienſi, &c.

**Euryſteus**] triſyllabum (εὐρυσθεύς) Rex fuit Græciæ Perſei genus, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, ut uaria monſtra ſuperaret, quibus poſſet perire: unde eum durum appellauit Virgilius, qui potuit ad complendum odium nouercale ſufficere. Seruius enarrans illud poetæ 3.Georgicor.1,
Quis aut Euryſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Cruentus Euryſtheus. Senec. Herc. Oeth. 16.7.

Euryſtheus Stheleneius. Ouid.9. Metam.55. Dicitur Stheleneius, quod eſt Stheleni Mycenarum regis filius. Hic recepto iam in cælum Hercule, bellum in eius filios egit. Verùm ipſe profligato ſuo exercitu, curru fugiens, ab Hillo Herculis filio tandem eſt interfectus.

Natus Euryſtheus properante partu. Senec. Herc. furen. 10.1. Homerus ſcribit, quum Iupiter eo die quo Hercules proditurus in lucem erat, prædixiſſet naſciturũ, qui cæteris eſſet imperaturus, ſuſpicatam fuiſſe Iunonem id de Hercule dixi: quapropter impetraſſe primò à Ioue, ut id iureiurando affirmaret: deinde miſſa Lucina dea parturientium, Herculis ortum diſtuliſſe, & uxoris Stheleni (quæ ſeptimo iam menſe prægnans erat) partum acceleraſſe: ex quo eſt natus Euryſtheus, qui Mycenis XLV. annis impetrauit, ſemper infeſtus Herculi, ut Diodorus ſcribit, lib.5.cap.2.

**Eurythus**] pen.corr. (εὔρυθος) Rex Oechaliæ, Iolem filiã denegauit Herculi antè promiſſam, ideò quòd eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule & Megæram uxorem, & ex ea filios interemptos: quod factum fuerat Iunonis inſtinctu. Vnde iratus Hercules propter nuptias ſibi denegatas, euerſa ciuitate interemit Eurythum, & Iolem filiam ſuſtulit. Hæc Seruius apud Virgilium libro 8. Aeneid. 57. de Hercule,
Vt bello egregias idem diſiecerit urbes:
Troiamq;, Oechaliamq;. Ouid.9.Metam.
Aut puer Amphiſus, nanque hoc auus Eurythus illi
Addiderat nomen.

**Eurythis, thidis**, Patronymicum fœmininum. Ouid.9. Metam.
Eurythidos lachrymas admoto pollice ſiccat Alcmene.

**Εὐρυθμία**] decens & aptus corporis motus. Quintilian. libro 1.capite 21.10.

**Eurytion**] onis (εὐρυτίων) Faber inſignis fuit, qui Pollanti Euandri filio arma fabricauit. Virg. 10. Aeneid.
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.

**Euſebe**] εὐσέβη, ut ex Theopompo refert Cælius, ciuitas eſt extra orbem hunc, cuius incolæ perpetuam ducunt pacem, diuitijs affluentibus, quando ex terra ſuccreſcant fructus citra cultum omnino ullum. Neque uerò ſerendi illis cura, id eſt, ſine egritudinum moleſtia. Adeò uerò ſine ambiguitate iuſti ſunt, ut ne dij quidem indignum opimentur eos uel frequenter inuiſere. Vide eum lib. Antiq. lect. 17. capite ultim.

**Euſebes**] Gemma, ex qua Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua facile dij ſurgebant. Plinius libro 37.capite 10.

**Euſebes**] Euſebis, penultima correpta, Viri proprium. Cicero 15. Fam. Vt ego regem Ariobarzanem, Euſebem & Philoromæum tuerer.

**Euſebius**] εὐσέβιος, Epiſcopus Cæſarienſis, firmißimo amicitiæ fœdere tum Pamphilo martyre coniunctus, à quo & Pamphili cognomen eſt mutatus. Floruit temporibus Conſtantij & Conſtantini Cæſarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum uide apud Suidam.

**Euſtathius**] Epiphanæus, ſcripſit temporum epitomen ab Aenea Troiano uſq; ad Anaſtaſium principem ſub quo fuit: Tomos etiam ſeptem, & alia quædam, ut Suidas ait. Euſtathius alius, genere Pamphilius, Præſul Antiochenus, aduerſus Arrianorum dogma multa compoſuit ſub Conſtantino principe: pulſus demum eſt in exilium Traianopolim Thraciæ ciuitatem, ubi & ſepultus eſt. Sunt quoq; ipſius uolumina de anima, epiſtolæq; complures. Hieronymus. Alius fuit Præſul is qui in Homerum & Dionyſium poetas commentarios edidit, patria Conſtatinopolitanus. Præter hos fuit Euſtathius martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea uocatus: quum in uenatione ceruum ſectaretur, conſpecto inter eius cornua crucis ſimulacro, & uoce ferè eiuſdem audita, Cur me perſequeris? domi uxori Theophytæ, & filijs rem manifeſtauit: factiq; ex hoc Chriſtiani, ipſe unà cum uxore, ſub Adriano æneo tauro necatus eſt. Cuius Romæ templum feſtumq; colitur. Volaterranus, lib.15.

Euſte-

Digitized by Google

Eustephius] Aphrodiseus Sophista scripsit declamationes. Author Suidas.

Eustochius] Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ aliarumq; gentium antiquitate. Volaterran. lib. 15.

Eustratius] Nomen Philosophi, qui in Ethicen Aristotelis commentarios edidit.

Eurane] Cariæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Euterpe] Musa, Latinè iucunda dici potest: εὐτέρπειν enim apud Græcos iucundum significat & delectabilem: propter uoluptatem quæ ab audientibus ex honesta eruditione percipitur, ut ait Diodorus lib. 5. cap. 1. At Fulgentius, Euterpe, quam nos Latinè benedelectans dicimus, ideo dicta est, quòd primùm sit scientiam quærere, secundum sit delectari quod quæras. Plerique eam tibijs delectari, & ijs præesse scribunt: alij dialecticæ. Apollonij uerò Rhodij expositores, μαθήματα, hoc est, disciplinas inuenisse affirmant. Sunt & qui Rhesi matrem scribant. Euterpe quoq; Themistoclis matris nomen fuit, ut ex Neanthe historico refert Cæl. libro 14. cap. 12.

Eutheriston] εὐθριξόν, Balsami genus, tenui & capillacea coma, de quo Plin. lib. 12. cap. 25.

Euthene] εὐθλύν, Asiæ oppidum, in sinu Doridis, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Euthycrates] εὐθυπράτης, Lysippi filius, & discipulus, ante omnes ætatis suæ laudatos in pictura artifices, excelluit. Floruit centesima uicesima Olympiade, constantiamq; patris potius æmulatus, quàm elegantiam, austero maluit genere, quàm iucundo placere. De hoc Plin. lib. 34. cap. 8, ubi & opera eius enumerat.

Euthydamus] εὐθύδαμος, Rhetor, & orator, qui quum ingentes opes à maioribus suis accepisset, ipse & dicendi facultatem & gloriam addidit, & non solùm in patria magnus fuit, sed etiam in Asia primos honores adeptus est. Hæc Strab. lib. 14.

Euthydemus] penultima producta (εὐθύδημος) Philosophus fuit, Tarsensis Apollonij Tyanei præceptor: de quo uide plura apud Suidam.

Euthymedes] εὐθυμήδης, Pictor sui tẽporis nõ ignobilis, cuius in trãscursu meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

Euthymia] εὐθυμία, Cic. 5. de Fin 38, Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas, ea ipsa est beata uita.

Euthymus] pen. corr. pycta in Locris Italiæ, qui Epizephyrij cognominantur, ortus, Astycleo patre: uel (ut indigenis persuasum est) Cecino amne genitus, qui Locros à Rheginis diuidit. De hoc & Aelianus uariæ Historiæ lib. 8, Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pyctes inclytus & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temessæum heroa, quod cuiq; per uim abstulerat, reddere coegit, etiam cum fœnore: ut inde natum sit adagium ijs, qui sordidos, & iniustos quæstus faciunt, affore Temessæum genium. Hic, inquit, Euthymus ad amnem Cæcinum, oculis hominum apparere desijt. Huius & meminit Plin. lib. 7. cap. 47.

Euthyoria] εὐθυωρία, Rectæ lineæ porrectio, & mensura, non per diuerticula itinerum (quæ obiectu montium & interuentu conuallium, aut fluminum flexu plerunq; necessaria sunt) sed in directum acta.

Eutimus] Poeta Locris oriundus, oraculi iussu uiuus consecratus, & inter diuos relatus est, teste Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4, Cæterùm tam diserta scripsit carmina, ut Olympicis ludis semper uictor fuerit, semel tantùm uni post habitus, ut refert idem Alex. lib. eodem cap 19.

Eutocus] penultima correpta, author Bocatio libro 5, Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeuntibus, Cyrenis dicitur remansisse, & his imperasse, qui unà secum ibidem remansere.

Eutrapelia] εὐτραπελία, Dictio est Græca, idem fortè significans, quod apud nos urbanitas, lepor, festiuitas & facetia. Aristoteles in Rhetoricis Eutrapeliam interpretatur παιγνιδιωδῆ ὕβριν, hoc est, eruditum conuitium. Paulus ad Ephes. cap. 5, pro scurilitate accipit, siue scurili urbanitate, graui uiro indigna.

Eutrapelus] penultima correpta, Homo fuit hominum corrumpendo callidissimus, ut ostendit. Hor. 1. epist. 19. 7. Martial. lib. 7,

Eutrapelus tonsor dum circuit ora Luperci. Interpretatur comis, facetus, dicax.

Eutresis] εὐτρησις, Thespiensium pagus modicus, in quo Zethum & Amphionem, antequam Thebarum regnum tenuissent, habitasse ferunt. Huius meminit Homerus, ut Strabo author est, lib. 9.

Eutyche] es (εὐτύχη) Mulier Tralliana, triginta partus enixa, & à uiginti liberis rogo illata. Author Plinius libro 7. cap. 3.

Eutyches] penultima correpta, Constantinopolitanus Abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, alium affirmabat esse Christum, aliud uerbum Dei. Negabatq; Christi carnem nostræ similem: nec duas eodem supposito naturas esse: sed de cælo corpus descendisse dictitabat, ac in uirginis utero tanquam solis radios penetrasse: ut, uisum sit sanè ex muliere generatum, quamuis uerè generatum non sit. Author Suidas.

Eutychia] e (εὐτυχία) Insulâ est Thessaliæ adiacens, ante sinum Pagasicum. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Eutychides] Plinio lib. 34. cap. 8, statuarius, centesima uicesima Olympiade floruit. Hic, ut idem author est, fecit Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere.

Euulgo] euulgus (ἐκφόρω) euulgare, Idem quod Vulgare significat, siue palàm uulgò aliquid facere. Liuius 9. ab Vrbe, 248, Ciuile ius repositum in pepetralibus Pontificum emulgauit.

Euulsio, Euulsus] Vide Euello.

Euxenidas] εὐξενίδας, Pictor sua ætate celeberrimus, Aristidis præclari artificis præceptor, ut author est Plin. lib. 35. capite 12.

Euxinus] pen. prod. (εὔξινος) Pontus (inquit Plinius) antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus est. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 11,

Frigida me cobibent Euxini littora ponti:

Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. Euxenus, Græcis ἄξενος inhospitalis dicitur, οὔξεινον Pontum dixere mutatis nominibus hospitaliorem factum. Ammianus lib. 2, Heniochi, Sindi & Achæi intendente sæuitiam licentia diuturna indidere mari nomen inhospitali: & à contrario per cauillationem, pontus Euxinus appellatur. Ouid.

Quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus.

Aquæ Euxinæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 12.
Littus Euxinum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 11.
Mare Euxinum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 10.
Oræ Euxinæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 1.
Pontus Euxinus. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 5. 2. Cicero 1. de Orator. 58.

Euxynthetus] εὐξυνθέτος, Fluuius ex Lebena ortum trahens, cuius meminit Strab. lib. 10.

Euzomos] siue Euzomon, pen. prod. εὔζωμος, ὁ εὐζωμος)

Eruca

Eruca herba, ita dicta, quod iuris saporem commendet. ἐρύσιμον enim ius appellant Græci. Plin. libro 20. cap. 13, In condiendis obsonijs tanta erucæ est suauitas, ut Græci eu-ζomon appellauerint.

E X

EX CVR. Excursor. EX DO. AV. Ex domo Augusti. EX. R. Exactis regibus. EX S. C. Ex Senatusconsulto. EX S. D. Ex Senatus decreto.

Ex] ἐκ, δὲ, præpositio ablatiuo casui seruiens, uarijs uerbis iungitur: unde & uariam accipit significationem.

Ex, aliquando significat propter. Salust. in Catil. Igitur ex diuitijs iuuentutem luxuria, atq; auaritia una cum superbia inuasere. Id est, propter diuitias.

Ex, causalis. Seneca de Benef. 6, Si quis patriæ meæ pecuniam crediderit, non dicam me illius debitorem: nec ex hoc æs alienum profitebor. Id est, propterea.

Ex melle resinam uorator: id est, cum. Plaut. Merc. 4.28, Apud Plinium, Celsum, atq; adeò omnes medicos frequens est hoc genus loquendi. Cato, cap. 156. 1.

Ex, interdum loco Præ accipitur. Cæsar lib. 1. bel. Gal. Quòd ei ex alijs Gallis maximam fidem habebat.

Ex abundanti addere, uel adijcere. Quintil. lib. 4. cap. 5. 12. Idem lib. 5. cap. 6. 2.

Ex aduersum, Ex oppositio. Terent. Adelph. 4. 2. 46,

—apud ipsum lacum.
Est pistrilla, et ex aduersum est fabrica. Idem Phorm. 1. 2, 38, Ex aduersum ei loco
Tonstrina erat quædam.

Ex aduerso, uel Ex aduorso antiquè, Idem Terentius, Phormi. 1. 2. 47,

Ea sita erat ex aduerso. Plaut. Merc. 2. 2. 37,
—nónne ex aduorso uides? Plin. lib. 4. cap. 13. 1, Ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur.

Ex altera parte, Idem Cic. 3. Verr. 53.

Ex aduerso, cum genitiuo, pro E regione. Plin. lib. 5. cap. 31, Posita est inter Samum & Lesbon, ex aduerso maximè Erythrarum. Idem, lib. 6. cap. 23.

Ex aduerso rem aliquam proponere. Quintilianus libro 4. capite 2.

Ex aduerso inferri. Liu. bel. Pun. lib. 8.

Ex aduerso dicere aut respondere. Quint. lib. 6. cap. 5.

Ex aduerso, id est, Per antiphrasim. Plin. lib. 27. cap. 10, Holosteon, sine duritia herba, ex aduerso appellata à Græcis, sicut sel dulce.

Abire ex matrimonio: hoc est, recedere ab alicuius matrimonij contractione. Plaut. Mil. 16. 27.

Ex æquo fœdus facere, pro Ex æquitate. Liu. lib. 2. Decad. 5.

Pariri discrimen ac periculum ex æquo. Tacit. lib. 18.

Agere ex æquo. Tacit. lib. 20.

Ex æquo & bono non fit. Quod uulgus dicit, Ex bona fide & æquitate. Terent. Adelph. 5. 9. 30.

Ex æquo & bono animo offerre. Senect. de Benef. libro 2. capite 34.

Ex æquo fertilis. Plinius libro 17. capite 8. 2. De terra columbina.

Ex æquo Venus duobus grata uenit. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 7. Id est, æqualiter.

Ex æquo uiuere cum aliquo: id est, æqua conditione. Plin. in Præfat. 2. & lib. 6. cap. 25. 2.

Alia ex alia facies ætatis q; sequitur. Lucret. lib. 4. 165.

Ex alto repetere aliquid. Salustius de Republic. ordinanda ad Cæsarem.

Ex animo miser. Plaut. Trinum. 7. 6.

Ex animo amicus, uereq; benevolus. Cic. 11. Philip. 314.

Ex animo, & Simulatè, contraria. Cicero 2, de Natura deorum, 249.

Ex animo solicitus. Plautus Truculent. 9. 2, Parcelcon esse uidetur Ex animo, quum nemo, nisi ex animo, solicitus esse possit.

Ex animo dicere. Terent. Eunuc. 1. 2. 95. Cic. in Pisonem. Equidem dicam ex animo quod sentio.

Ex animo uelle factum. Terentius Adelph. 5. 7. 21. Idem Heaut. 5. 2. 6,

Nec rationem capio, nisi quòd tibi bene ex animo uolo.

Cic. Cornificio, lib. 12. 17. 4, Huic tu libro maximè uelim ex animo: si minus, gratiæ causa, suffragere.

Ex animo amare. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 2.

Ex animo facere. Terent. Adelph. 1. 1. 47.

Verè & ex animo. Liu. 10. bel. Maced. 187.

Ex animi sententia, Conceptio solennis erat iurisiurandi Cic. 3. Offic. 145, Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut uerbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Sic 1. Tuscul. 31. Liuius 21. belli Pun. 220, Ex mei animi sententia iuro, ut ego Rempub. non deseram, neq; alium ciuem Roman. deserere patiar, si sciens fallo, tum me Iupiter Opt. Max. &c. Salust. in Iugurtha, Nam me quidem ex animi sententia nulla oratio lædere potest.

Ex ante. Liuius 5. ab Vrbe, 61, Annona ex ante conuecta copia nihil mutauit.

Ex ante diem Nonarum: id est, ex die Nonarum, est enim compendiosa locutio, pro ante diem Nonarum finitum: sicut Post diem Nonarum, sub. cœptum. Cicero Attic. libro 3. 58. 1, De Quinto fratre nuntij nobis tristes, nec uenerant, ex ante diem Nonarum Iuniarum, usque ad pridie Calend. Septemb.

Ex aperto. Liuius 1. belli Punici, 120, Luce prima subijt tumulos, ut ex aperto atque interdiu uiam per angustias facturus.

Ex argumento. Plin. lib. 11. cap. 37. 3.

Ex arte dicere, multo maximum: de arte loqui, minimum est. Cic. 1. de Inuent. 13.

Astat ex pictura. Plaut. Stich. 4. 1 14, —at hoc uide
Satin' ut facetè, atq; ex pictura hic astitit. Id est, ut picturam spectare putes.

Audiui te ex hoc. Plaut. Milit. 18. 50.

Audiui ex. Plaut. Epid. 11. 36 —nam postquam audiui illico
Ex meo seruo, illam esse captam, continuò argentum dedi, ut emeret.

Ex aulide Philocrates. Plautus. Capt. 9. 9. Terentius Eunuch. 1. 2. 30,

Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit Ex Attica hinc abreptam. Ibidem, 3. 2. 18, Ex Aethiopia est usq; hæc.

Ex authoritate aliquorum & uolũtate facere aliquid. Cic. Antequam iret in exilium, 16.

Ex authoritate Pontificum. Plin. epist. 139. 4.

Ex bono & æquo. Vide Ex æquo & bono. Iulianus de contractibus bonæ fidei loquens, In ijs (inquit) alter alligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet. Id est, non de eo solo quod cautum est: quod etiam ex bona fide dicitur alibi ab eodem. Ex Budæo.

Ex causa est: id est, causæ utile est. Quint. lib. 4.

Ex confesso turpia: id est, Indubitatè turpia. Quint. lib. 3.

Ex ea causa. Plin. lib. 12. cap. 17. 9.

Ex commodo. Colum. lib. 6. cap. 2. ad finem, de bobus loquens, Ideoq; robora corporum citra maciem conseruant, qui ex commodo quàm qui festinanter mandunt. Idem lib. 12. cap. 19, Vt

Digitized by Google

19, Vt ex commodo, mustum ferueat.
Ex compacto aliquid facere, pro Ex composito. Suetonius in Cæsar. Dictat. cap. 20.
Ex cõposito, Idem significat quod Composito, ablatiuus: quasi dicas, dedita opera, & ut conuenerat inter eos: ut subaudiri uideatur alius datiuus (negotio) nempe ex composito negotio. Liu. ab Vrbe, 38, Tum ex composito orta uis, signoq; dato iuuẽtus Romana ad rapiẽdas uirgines discurrit.
Capere dolorem ex aliquo. Terent. And. 4.3.4.
Conflata amicitia ex malo p incip o, &c. Terẽt. Eun. 5.2.34.
Condemnatus ex inuidia. Plin. de Viris illust. 50.
Ex alijs cognoscere aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 1.2.8.
Ex literis alicuius aliquid cognoscere. Cic. Attic. lib. 18.157.1.
Comparare sua commoda ex incommodis alterius. Terentius And. 4.1.3.
Ex confesso malus uel bonus, pro Palàm. Senec. epistola 77. Quintil. lib. 3. cap. 5, Nisi fortè laudare, quæ constet esse honesta, & uituperare quæ ex confesso sint turpia, nõ est Oratoris Officium.
Conijcitur in morbum ex ægritudine. Plaut. Pœnul. 2.69.
Ex consilio iurisperitorum. Cic. pro Rosc. Comœd. 32.
Ex auriq; putat micis consistere posse Aurum. Lucretius lib. 1.172.
Ex consuetudine tua aliquid facere: id est, secundũ consuetudinem tuam. Plin. epist. 2.a, Cic pro Cluent. 28, Qui quum unum iam & alterum diem desyderaretur, neq; in his locis ex consuetudine quærebatur, inueniretur, &c.
Ex consuetudine omnium aliquid facere. Cic. pro Qu. 27.
Ex officij ratione, atq; ex omnium consuetudine rem ipsam & factum alicuius consyderare. Cic. pro Quintio, 27.
Ex Consule, Ex Quæstore, pro Consulari & Quæstorio, sæpe legitur apud Iustinianum.
Consulere ex. Plaut. Casin 10. 63, in re præsenti, ex copia piscaria consulere licebit quod emam.
Ex continenti, pro Statim. Iustinus lib. 1, Septem tantum cõscij fuere huius coniurationis, qui ex continenti, ne dato in pœnitentiam spatio res quenquam enarraretur, &c.
Ex contrario, pro Econtrario. Cæsar 7. bel. Gall. 129, Vt reliquorũ imperatorum res aduersæ authoritatẽ minuunt: sic ex cõtrario dignitas incõmodo accepto in dies augebatur.
Ex contrario stare dicuntur, quæ sunt inter se opposita. Seneca epist. 89. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Corruptus ex adolescente optimo. Plaut. Most. 2.80.
Corruptus ex amore. Plaut. Asinaria.
Ex cunctis unum deligere. Cic. 2. de leg. Agra. 36.
Ex omni populo deligendi potestas. Cic. 2. de leg. Agrar. 36.
Demens ex peregrina. Terent. And. 3.1.11.
Ex denuntiato. Senec. epist. 80.
Ex destinato aliquid facere. Sueton. in Calig. cap. 43. &c.
Ex disciplina. Plaut. Pseud. 22.23, Illis satisfacere minimè ex disciplina quiui ego, qui lenonem capere didici.
Ex diuerso, cui Dissimile opponitur. Plin. epistol. 45.c, Apud Græcos enim est quiddam, quamuis ex diuerso, non tamen omnino dissimile.
Consistere ex diuerso. Quintil. lib. 4. cap. 1.29.
Ex diuerso agere. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Ex diuerso dicere. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Dicta ex adyto. Virg. 6. Aeneid. 20. Locum uaticinationis ostendit. Seruius.
Ex die hoc. Plaut. Persa, 15.11,
Bonus uolo iam ex hoc die esse, quod neq; fiet, neq; fuit.
Dare uerba ex instdijs. Plaut. Aulul. 4.23.
Datus aduocatus ex iudicibus. Plin. epist. 53.h.
Discrimen adire ex periculo alicuius. Plin. epist. 199.
Excedere ex pueris Cic. pro Archia poeta, 2. Sic etiam. Excessit ex ephebis, dixit Terent. in And. pro eodem, 1.1.24.
Ex dignitate tribuere alicui. Cic. Licinio, lib. 5.8.11.
Ex dignitate sua agere dicitur, qui locũ suum & authoritatem seruat. Liu. lib. 2. Decad. 5.
Educere ex obsidione in tutum. Plaut. Mostel. 15.7.
Ex ea re est in culpa, pro De ea re. Terent. Hecyr. 3.10.19.
Ex eo, pro Ex eo tempore. Tacit. lib. 29. Versa ex eo ciuitas. Quo modo Suetonius quoque loquitur.
Ex eo die, pro Ab eo tempore. Cic. 3. Verr. 22, Ex ea die ad hãc diem quæ feci sti, in iudicium uoco. Sic, Ex eo tempore Cic. pro Quintio, 11. Et 1. Philip. 1.
Ex eo fit ut. Cic. de Amicit. 43, Ex eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm uiri, &c.
Ex eodem genere, pro Eiusdem generis. Cic. 3. Verr. 67.
Ex equo pugnare. Vide Equus. Plin. lib. 7. cap. 56. 11.
Etasit ex aqua. Plaut. Rud. 4.86.
Ex euentu rerum: id est, secundum euentum. Tacit.
Exire ex urbe. Cic Sulpitio, lib. 4.1.10.
Ex alterius oratione aliud excipere atque ille uult. Cicero 2. de Orat. 151.
Eximere ex reis: Hoc est, ex reorum & accusatorum albo delere. Cicer. 4. Verr. 69.
Ex die diem expectare. Cic. Attico, lib. 7.144.3.
Ex pellere aliquid dictis ex animo. Lucret. lib. 5.10, De uitijs animi loquitur, quæ non ferro, sed præceptis & doctrina extirpantur.
Exponere ex memoria. Cic. 3. in Catil 58. Idem 4. de Finib. 1. Memoriter exponere dixit. Et de Amicit. 1, Memoriter narrare.
Factus ex Oratore orator. Cic. 3. Philip. 139.
Pugnam aliquam ex auro solidoq; elephanto facere: id est, incidere in auro & ebore. Virg. 3. Georg. 5.
Ex fortuna non ponderanda fides. Cic. in Partit. 64.
Facere ex insulso salsum. Plaut. Rud. 13.33.
Facere ex more: hoc est, Secundum consuetudinem. Plinius epistola 62.a. Salust. in Iugurtha.
Facere ex necessitate, uel abolere, pro necessario: cui opponitur Sponte. Plin. epist. 109.c. lib. 5, Quum omnes ex necessitate facient, quod ego sponte faciebam. Idem, 139.b.
Ex facili, pro Facilè. Plin. lib. 30. cap. 3, Eorundem cinis ex esis dentibus coniectus, ex facili eos cadere cogit. Idem lib. 22. capit. 15.15.
Ex fide, pro Fideliter. Plinius epistol. 191. lib. 8. ad Tacitum, Et ego nihil magis ex fide, q̃ de te scribo. Sic Suet. in Cæsare.
Illud non fit ex uera uita: Hoc est, Quemadmodum qui bene uiuere solent. Terent. Adelph. 5.9.30.
Ex gratulando. Plaut. Capt. 9.5, Vix iam miser ex gratulando Eminebam.
Qui ex ædibus sub. prodit. Plaut. Amphit. 16.7, -illic qui Ex ædibus, herus est, hic uerò ueneficus.
Hæres ex besse relictus. Plin. epist. 144.
Ex hac re. Terent. Eunuc. 56..27, Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum.
Ex hoc solicita: id est, propterea. Terent. And. 1.5.33,
Laborat è dolore: atque ex hoc misera solicita est, diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ.
Ducit res fidem ex hoc. Lucret. lib. 2.106,
-pergam connectere rem, quæ
Ex hoc apta fidem ducat. Ibidem, 97.
Est ex hoc licentia. Quintil lib. 4. cap. 1.3.
Dependet ex humeris amictus. Virg. 6. Aeneid. 60.
Ex illo, subaudi tempore. Virg. 2. Aeneid. 34,
Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri Spes Danaûm.



Digitized by Google

Impressa ex animo imago. Plaut. Pseud. 3.54.
Ex improuiso. Plaut. Rud. 2.5.6. Cic. 3. Verr. 78, Voluisti ex improuiso, si quæ res natæ essent, ex urbano edicto decernere.
Incendium ex amore. Plaut. Asin. 16.69.
Iuuenes fiunt ex infantibus. Lucret. lib. 1.38.
Ex industria. Liu. 1. ab Vrbe, 246. Plaut. Pœnulo, 4.7.
Postquam illuxit aurora, nunquam cessauimus ex industria
Ambæ lauari, atq; fricari.
Ex infinito ne causam causa sequatur. Lucret. lib. 2.52.
Insanire ex iniuria. Terent. Adelph. 2.1.43. Hoc est, propter aliquam iniuriam sibi illatam.
Ex insidijs aucupari quam rem agat quis. Plaut. Asin. 16.31.
Ex insidijs uerba dare. Plaut. Aulul. 4.23.
Ex insidijs capi. Cic. 3. Offic. 134.
Ex insidijs interire. Cic. 2. Offic. 35.
Ex insidijs aliquid agere Cic. 1. Offic. 153.
Ex insolentia. Liu. 3. bel. Pun. 84.
Ex insperato: id est, insperatè, atq; præter spem & opinionem. Liu 8. bel. Pun. 204, Quũ ex insperato repentè misistis nobis hũc P. Scipionem. Idẽ 1. ab Vrbe, 105. Plaut. Sticho, 5.30.
Ex integro, Idem quod De integro, significat. Plin. epist. 273, Datumq; à Senatu ius omnibus, de quibus ille aliquid constituisset, ex integro agendi. Idem epist. 129. b, Recalescere ex integro, & resumere impetum fractum omissumq;.
Ex integro aliquid agere, est rursus de nouo quippiam, quasi nunquam actum sit, inchoare. Iulianus in l. si is qui. ff. De except. rei iudicatæ, Si te negotijs meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandauero tibi, ut ex integro eũdem fundum peteres, acceptio rei iudicatæ non obstabit.
Ex interuallo, Procul. Liu. lib. 8. bel. Pun. Cic. Att. lib. 4. 86. 2, Ille Latinus ἀπὸ διαστήματος, ex interuallo reuocandus est.
Ex intimis unus. Cic. Memmio, lib. 13. 3. 1.
Iudicare aliquem ex aliorum ingenijs: hoc est, secundum ingenia. Terent. Eunuch. 1.2.118.
Ex ipsis cœli rationibus. Lucret. lib. 2.36.
Ex maximè raro genere hominum iudicare debemus & penè diuino eum qui grauem, constantem, stabilem se in amicitia præstiterit. Cic. de Amic. 57.
Ex iure, manu consertum uocare: id est, ad conserendum. Verbum est antiqui iuris. Varro lib. 2. de Ling. Lat. Conserere manu dicimus cum hoste. inde ex iure manu consertum uocant. Gel. lib. 20. cap. 9. de uindicatione loquens, id est, rei uendicatione, quæ olim in re præsenti ex duodecim tabulis iure fiebat, ita inquit, Sed postquam prætores propagatis Italiæ finibus, mandatis iurisdictionibus, negocijs occupati, paciſci uindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabantur: institutum est contra duodecim tabulas tacito consensu, ut litigantes non in iure, id est, apud Prætorem manu consererent, sed ex iure manu consertum uocarent: id est, alter alterum ex iure ad conserendum manu in rem de qua ageretur, uocaret. Hoc est ex eo loco in quo isti constitissent, apud Prætorẽ (qui locus, ius appellatur) in agrũ controuersum descenderent: ibiq; absente Prætore, manu cõsererẽt, nõ in iure, ut antea. neq; enim absente Prætore, locus cõtrouersus ius appellabatur. Quo facto in ius ad Prætorẽ redibant. Addit Gellius, Atq; profecti simul in agrũ de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unã glebam, in ius in urbem ad Prætorẽ deferrent: & in ea gleba, tanquã in toto agro uindicarent. Cic. pro Muræn. 22. formulæ uerba huiusmodi fuisse ait, Fundus, inquit, qui est in agro, qui Sabinus uocatur. Satis uerbose. Cedo qui postea? Eum ego ex iure meũ esse aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manu conserũ uoco. Hæc erãt uerba eius qui uindicabat. A quo uerò uindicabatur, eius hæc erant uerba, Vnde tu me ex iure manu consertũ uocasti, inde ibi te ego reuoco. Idẽ de Orat. lib. 1.22, metaphoricõs hac locutione usus est in persona Sceuolæ, Quod uerò (inquit) in extrema oratione quasi pro tuo iure sumpsisti, Oratorẽ in omnis sermonis disputatione copiosissimè posse uersari, id, nisi hîc in tuo regno essemus, nõ tulissem, multisq; præessem, qui aut interdicto tecũ contenderent, aut te ex iure manu consertũ uocarent, quòd in alienas possessiones tã temerè irruisses. Eius generis sunt uerba Scipionis ad Annibalem apud Liuium, lib. 10. de secundo bello Pun. 147. Cic. Trebatio, lib. 7. 13. 5, Tantum metuo ne tibi istic artificium tuum parum prosit: nam ut audio, istic

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt. Id est, quod nos diceremus, per iustitiã.

Ex Ennio. Hæc Budæus.
Non est ex iustitia nostrorum temporum. Plin. in epist.
Laborare ex pedibus, pro Laborare podagra. Cic. Papyrio Pæto, libro 9. 23. 1.
Lar ex hac familia. Plaut. Aulul. 3.2.
Ex lege repetere ab aliquo pecuniam. Cic. 1. Verr. 10.
Ex lege sedet iudex. Cic. pro Cluent. 83.
Ex lege iurati iudices, legibus obtemperare debent. Cicero 1. de Inuent. 84.
Ex legibus omnes Respublicæ optimè administrantur. Cicero 1. de Inuent. 83.
Toto corpore lætari ex animo. Lucret. lib. 3.22.
Lorica ex ære. Virg. 8. Aeneid. 122.
Reuenire ex longinquo. Tacit. lib. 2. Vide Longus.
Ex longo, sub. tempore. Virg. 9. Aeneid. 13,
-collecta fatigat edendi Ex longo rabies.
Mors consequuta ex ægritudine. Terent. Phorm. 5.1.23.
Miser ex amore. Plaut. Casina, 11.6.
Natus ex homine. Terent. Eunu. 3.2.7.
Ex natura aliquid gerere. Sueton. de Nerone.
Ex natura auidus. Plin. lib. 10. cap. 9.3.
Ex natura sua cæteros fingere. Cic pro Rosc. Amer. 15.
Ex nauibus loqui. Vide Loquor.
Ex necessitate. Vide paulo antè, Facere ex necessitate.
Noscere potes ex me. Terent. Adelph. 5.4.8,
Facilitate nihil homini esse melius, neq; clementia,
Id esse uerum ex me, atq; ex fratre, cuiuis facilè est noscere.
Ex numero disertorum homo. Cic. 1. de Orat. 82.
Qui ex numero ciuium deprauati hostes patriæ semel esse cœperunt, &c. Cic. 4. in Catil. 93.
Ex reis & rebus numerare argumenta. Cic. 2. de Orat. 74.
Ex obliquo. Plin. lib. 2. cap. 31. 1, Nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo.
Ex occasione ementium precia uaria. Plin. lib. 12. cap. 16. 2. Cæsar 6. bel. Gal. 123, Neq; ex occulto insidiandi, & dispersos circumueniendi singulis deerat audacia.
Ex omni occasione laudare amicos. Plin. epist. 148.
Ex occulto interuenire. Cic. pro Cluent. 36.
Ex occulto, & ex insidijs agere aliquid. Cic. 1. Offic. 153.
Ex occulto latrocinari. Plin. lib. 9. cap. 42. 3.
Euanuit ex oculis. Virg. Aeneid. 56.
Fugit subitò ex oculis: id est, ex cõspectu. Virg. 4. Georg. 100.
Vetustatem subducere ex oculis nostris. Lucret. lib. 2.14.
Ex offensa. Lucret. lib. 2.89,
Aut iuuat egrediens, &c.
Aut ex offensa cũ turbant corpore in ipso Semina, &c.
Ex omni. Lucret. lib. 2.61,
Nam neq; quo possit genus ullum materiai
Effugere ex omni quicqua'st, neq; rursus in omne.
Vnus ex omnibus ciuibus probus. Hoc est, Inter omnes. Plautus Sti-

*tus Sticho,2.11. Idem Mostel.5.17,*
*Num non uis me obuiam hisce ire,anime mi?*
PHILEL. *Ilico ex omnibus optime uolo.*
*Ex omnibus seculis uix quatuor nominantur paria amicorum,* Cic. de Amicitia,14.
*Ex opinato.Liu.4.ab Vrbe,* 118, *Vnde nec ex opinato aduersum hostem inuadat.*
*Ex opinione hominum atq; fama aliquid scribere. Cicero Cassio,libro* 12.4.6.
*Ex opibus, nõ ex ueritate causa pendetur.Cic.pro Quintio,7.*
*Ex ordine, pro eo quod est Intermissione. Virg.lib.* 4.*Georg.*
*Septem illum totos perhibent ex ordine menses*
*Fleuisse. Cic.6.Ver.*125,*Ita sententiam dixit ex ordine.*
*Sic pro leg.Agr.*54,*Ex ordine dicere.*
*Ortum ex me, ex te.Plaut. Milit.*10.59. *Terentius.Adelph.* 5.3.11,
*Ex te adeò est ortum,ne tu curares meum,*
*Néue ego tuum.* Idem Eun.5.5.24, *-nam hoc putant,*
*Quicquid factum est,ex te esse ortum.*
*Ex parte maiore. Plin. lib.* 10.*cap.*32.1, *Ipsa auis paulo amplior passere,colore cyaneo ex parte maiore.*
*Velatum caput ex parte.Quint.lib.6.cap.*1.36.
*Ex parte, pro Partim, uice aduerbij ponitur. Liu. 6.bel.Pun.* 67, *Annibal ingentibus copijs peditum equitumq; castra oppugnauit,& ex parte cepit.*
*Non ex pactione uerborum, quibus iusiurandum comprehenditur: sed ex perfidia & malitia,per quã insidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus irasci & succensere consuerunt.Cic. pro Rosc.Comœdo,*27.
*Coire ex pari.Quint.lib.*2.*cap.*19.2.
*Ex pari gratia aliquid alicui dare. Plautus Trucul.*10.55.
*Ex paupertate nemo alius parcior.Idem Aulul.*7.29.
*Ex post delicto. Vlpianus in l.si seruum.§.ult.ff.de acquir.hæred. Equidem qui semel se abstinuit,quemadmodum ex post delicto obligetur.*
*Ex pòst facto. Papinian. in l. dominus.ff.de usufruct. Mansisse fructus ius integrum, ex pòst facto apparuit. Sic sæpe alibi apud Iurisperitos.*
*Ex præcepto.Plin.lib.*9.*cap.*35.17.*Col.lib.*11.*cap.*19,*Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciant. Id est,nisi præceperit dominus.*
*Ex professo Philosophiam ostentãtibus parum decori sunt plerig; orationis ornatus.Quint.lib.*2.*cap.*1.
*Ex professo inimicitias cum aliquo gerere. Valer.lib.*4.*cap.*1.
*Pendere ex ore alicuius.Lucret.lib,*18.
*Ex pœnitẽtia.Suet. in Othone, cap.*1, *Ausus est etiam in Illyrico milites quosdam, quòd motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos quasi defectionis aduersus Claudium authores occiderant,capite punire,&c.*
*Ex præparato, Vice aduerbij ponitur:id est,præmeditatò.Liu.* 8.*bel.Pun.*156.*Et lib.*2.174, *Tumultuario prælio ac præcursu magis militum,quàm ex præparato aut iussu imperatorum orto. Id est, dedita opera. Seneca epist.*11,*Non enim, ex præparato locutus est:sed subitò deprehensus.*
*Ex præscripto.Col.lib.*1.*cap.*1.20, *Neq; enim semper eundem, uelut ex præscripto,habitum gerunt.*
*Ex præterito. Liu.*7.*bel.Pun.*7.*Et Romæ quidem cùm luctus ingens ex præterito,tum timor in futurum erat.*
*Probare ingenium alicuius ex alterius ingenio.Plaut.Trinum.* 14.40.*Idem Persa,*6.31.
*Procul ex occulto hostes cædere.Terent.Eun.*4.7.17.
*Ex propinquo præliari, pro Cominus, & collato pede.Liu.*7.*bell.Pun.Ibidem,lib.* 5.7,*Ex propinquo cognoscit Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum.*
*Ex proposito. Senec.epist.*72, *Et quæ ex præposito sumenda sunt,& quæ subita res tulit.*
*Ex prora tantũ & puppi pugnabatur.Plin.lib.*7.*cap.*56.19.
*Prospicere ex aliquo loco. Virg.*7.*Aeneid.*6.
*Ex prouocatione dimicare.Plin.lib.*7.*cap.*28.1.
*Ex proximo.Plaut.Aulul.*14.3, *Ego hinc artoptam ex proximo utendam puto. Plin.epist.*101.*p.lib.*5.
*Ex quo fit.Cic.de Senect.*65,*Ex quo fit ut animosior etiam senectus sit,quàm adolescentia,& fortior.*
*Ex quo.Sub.tempore.Liu.*1.*ab Vrbe,*175, *Duodequadragesimo fermè anno ex quo regnare cœperat. Huic ex aduerso respõdet,Ex illo:quod Seruius exponit,Ex illo facto uel tempore.Virg.*2.*Aeneid.*33, *-impius ex quo*
*Tydides sed enim,scelerumq; inuentor Vlysses*
*Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium,etc.*
*Ex illo fluere,ac retrò sublapsa referri*
*Spes Danaum.&c.*
*Ex quo nominata amicitia.Cic. de Amicit.*26, *Amor enim(ex quo amicitia est nominata) princeps est ad beneuolentiam coniungendam.*
*Ex quo manifestum.Plin.in Paneg.*74.
*Ex quo palàm est, quàm turpiter deserat eam partem Rhetorices institutio.Quint.lib.*2.*cap.*1.7.
*Quærere ex aliquo,pro Interrogare.Cic.Att.Quæsiuit ex eo, placerétne iudices à Prætore legi. Idem* 1.*de Diuinat.*165, *Caium Marium cum fascibus laureatis quærere ex te quid tristis esses.*
*Ex re tua fuerit: hoc est, in tuum commodum Plaut. Capt.* 6.46.*Terent.Phor.Non hercle ex re istius me instigasti.Cic. Att.lib.*5.95.3,*Summa erit hæc,statues ut ex fide,fama,req; mea uidebitur.*
*Ex re garrire aniles fabulas. Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 6.16. *Ex re,Pro commodo. Acron.*
*Ex Republica facere: hoc est, in utilitatem & commodũ Reipub. Cicero Bruto,*2.2. *Eidem,*5.1, *Si minus id commodo Reipub.facere posses, siue non existimares ex Republica esse.Salustius in Catil. Certò scio quæ studio dixerit, è Republica dixisse.*
*Ex Republica & ex doctrina nobilis & clarus Demetrius. Cic.pro Rabirio Posth.*14.
*Ex Reipub. tempestate sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium atq; cursum moderari, non est inconstantis. Cic. pro Cornelio Balbo,*50.
*Ex re & ex tempore constituere aliquid. Cicero Cornificio, libro* 12.19.4.
*Consulere ex re:hoc est,ut occasio tulerit. Simile illi,Pro re nata.Tacit.lib.*1.
*Sanus non est ex amore. Plaut.Merc.*7.100.
*Scire ex aliquo.Terentius Heauton.*3.1.2, *Cicero Pæto, libro* 9.12.2, *Habuisti in tua potestate, ex quo uel ex sobrio,uel certè ex ebrio scire posses.*
*Ex scripto recitare.Liu.*3.*bel Pun.*
*Ex mea sententia, Vt uolo & opto. Plaut. Capt.* 78. *Terent. Hecyra,Spero hanc rem euenturam nobis ex sententia. Cic.* 4.*Acad.*179, *Quid enim conscendens nauem sapiens,num comprehensum animo habet, atq; perceptum,se ex sententia nauigaturum?*
*Ex sententia non sum hero: Id est, non placeo hero, Plautus Persa,*2.10.
*Ex sententia seruire hero.Plaut.Aulul.*17.3.
*Ex sententia seruus: Qui acceptus est, & placet. Plautus Capt.*6.97.
*Ex sententia amborum fiat.Plaut.Trucul.*19.66.
*Ex sententia succedere, pro Ad uotum. Cic.Bruto,* 9.4, *Nos te*



Digitized by Google

*tuumq; exercitum expectamus: ſine quo, ut reliqua ex ſententia ſuccedant, uix ſatis liberi uidemur fore.* Idem *Caſio, libro* 12. 10. 4. *Terentius Phorm.* 2. 1. 26,

*Sed ſatin' omnia ex ſententia?*

*Ex ſe nimium exhibet negotij* Plaut. *Pœn.* 4. 23.

*Ex ſe hunc reliquit filium.* Plaut. *Aulul.* 3. 21.

*Ex ſeſe aliud magis habet.* Terent. *And.* 5. 4. 52.

*Ex ſua quiſq; parte.* Cic. 3. *Ver.* 86.

*Ex ſe & ex natura ſua.* Cic. 1. de *Inuent.* 20.

*Ex ſomno.* Celſ. *lib.* 2. *cap.* 4, *Somno non eſt terribilis neruorũ diſtentio. Timere etiam ex ſomno, mali morbi eſt.*

*Moliri corpora ex ſomno.* Liu. *lib.* 6. *Decad.* 4.

*Ex ſponſo agere.* Cic. *pro Quintio*, 17.

*Ex ſupero.* Lucret. *libro* 2. 50, *Ex ſupero quum præcipitant, &c.* Et 49.

*Ex ſuperuacuo aliquem admonere.* Senec. *epiſt.* 64. Liu. *lib.* 2.

*Suſpicio ex ipſa re incidit.* Terent. *And.* 22. 22.

*Ex tẽpore.* Cicero *libro* 2. *Offic. Quos credimus expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe.* Plin. *epiſt.* 27, *Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit.* Saluſt. *in Iugurtha, cætera uti res poſceret, ex tempore parare placuit.* Cic. 2. de *Orat.* 136, *Illud egregium Seſtij, & ex tempore, Manus laua, inquit, & cœna.*

*Ex tempore aliquo.* Cic. 3. *Verr.* 41, *Audimus alium non ab initio feciſſe, ſed ex tempore aliquo conficiſſe. De tabularum conſictione.*

*Ex illo tempore.* Virg. 7. *Eclog.* 14,

*Ex illo Corydon, Corydon eſt tempore nobis.*

*Ex tempore, Ex temporis conditione.* Cicer. *lib.* 3. *Offic. Vnius generis quæſtiones ſunt hæ omnes, in quibus officiũ ex tempore quæritur.*

*Extemplò, Id eſt, ſtatim.* Plaut. *Amphit.* 4. 53,

*-ſe exercitum extemplò domum Reducturum.*

Idem *Merc.* 3. 61, *Seſe extemplò ex ephebis poſtquam exceſſerit.* Liu. 1. *ab Vrbe*, 21, *Extemplò aduocato concilio, etc.* Cic. 1. de *Inuent.* 53, *Affectio eſt animi, aut corporis extemplò aliqua de cauſa commutatio, &c.*

*Ex toto, pro In totum.* Senec. 3. de *Ira, Quædam ex toto euaneſcent. Sic* Plin. *lib.* 11. *cap.* 12, *Curtius lib.* 8.

*Ex toto integer.* Celſus *lib.* 3. *cap.* 4, *Integerrimus autem, & ex toto integer eſt, qui febre omnino caret, quam integritatem Græci ἀπυρεξίαν uocant.*

*Extranſuerſo quidam adortus tranſfigit.* Liu. 2. *ab Vrbe*, 84. *lib.* 1. 53, *Ex tranſuerſo impetu facto.*

*Ex tutu.* Liu. 1. *Decad. lib.* 10, *Vrbemq; ex tuto rectis itineribus peruiam conſpiciunt.* Idem 3. *Decad. lib.* 6.

*Ex tunc pœnæ reſeruatus.* Apul. *lib.* 7. *Metam.*

*Ex uano pro fruſtra.* Liu. *lib.* 7. *bel. Pun. Nec ſpem, nec meum ex uano haberet. Item pro falſo.* Idem *lib.* 3. *bel. Maced. Neque tota ex uano criminatio erat.*

*Ex uerbis tuis.* Plaut. *Epid.* 13. 18, —*Ex tuis*

*Verbis meum futurum corium pulchrum prædicas, &c.*

*Celebrare facta alicuius ex ueritate.* Tacit. *lib.* 4.

*Ex uero nomine uocor Robertus.* Plaut. *Stich*, 4. 88.

*Venire ex gratia in inuidiam.* Plin. de *Viris illuſt.* 66.

*Venire ex longinquo.* Vide Longinquus.

*Ex ſummis opibus, uiribuſq; uſq; experire nitere,*

*Herus ut minor opera tua ſeruetur.* Plaut. *Merc.* 4. 1.

*Ex uino uacillantes.* Quint. *lib.* 8. *cap* 3.

*Ex ſua uoluntate nanciſci ſortem.* Cic. 3. *Verr.* 73.

*Valde ex uoluntate accidere aliquid.* Cic. *in Piſonem*, 36.

*Ex animi uoluntate id procedit.* Lucret. *lib.* 2. 55.

*Ex ſua uoluntate facere ſibi pecuniam.* Cic. 2. *de lege Agr.* 67.

*Ingredi aliquid ex uoluntate alterius.* Quint. *in Proœm. lib.* 6. 1.

*Vorare panem ex iure heſterno.* Terent. *Eunuch.* 5. 4. 17.

*Ex uoto.* Plaut. *Stich.* 4. 80,

*Vt decumam partem ex uoto Herculi polluceam.*

*Ex utilitate Reip.* Idem *quod Ex uſu.* Cic. 1. de *Inuent.* 83, *Legem (ut æquũ eſt) ex utilitate Reip. cõſyderate.* Pli. *in Paneg.* 113. Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. 4, *Agro empto domum uendendam, inclementer atq; non ex utilitate publici ſtatus Mago cenſuit.*

*Ex unis geminæ nuptiæ.* Terent. *And.* 4. 1. 50.

*Ex utraq; parte.* Lucret. *lib.* 1. 18.

*Cui ſimul inſula uirgineos circundata comptus*
*Ex utraq; pari malarum parte profuſa eſt.*

*Ex utero.* Plaut. *Trucul.* 10. 32,

*Quid illi ex utero exitio eſt, prius q̃ poterat ire in prælium?*

*Ex uultu cognoſcere.* Cic. *Att. lib.* 14. 311. 1, *Sed ex uultu, & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes.*

*Omnibus ex unus egregius adoleſcens.* Liu. *libro* 4. *Decad.* 5. *Hoc eſt, unus ex omnibus.*

*Ex uſu.* Tacit. *lib.* 5, *Qui plebẽ primoribus tradidit ex ſuo uſu.*

*Ex uſu temporis.* Tacit. *lib.* 4, *Quum ex uſu temporis huc illuc mearent.*

*Ex uſu tuo eſt, hoc eſt, in tuam utilitatẽ.* Plaut. *Perſa*, 16. 11,

*Ex tuo inquam uſu eſt, eme hanc.* Terent. 4. 3. 10. Idem *Eu* 5. 9. 47,

*Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex uſu tuo Nemo eſt.* Idem *Heaut.* 1. 2. 26, —*hoc*

*Scitum eſt, periculum ex alijs facere tibi quod ex uſu ſiet.*

Exacerbo] *exacerbas, exacerbare, Irritare, ad iracundiam prouocare.* Suetonius *in Gal. cap.* 16, *Atq; eo quidem nomine omnes qui ubiq; erant, exacerbauit.* Idem *in Tib. Cæſare, capite* 62.

*Exacerbata ſuperbia.* Liu. 9. *bel Pun.* 35.

*Exacerbare ſupplicium.* Claud. *Saturn. in l. aut facta. §. ult. de pœnis, Nonnunquam euenit ut aliquorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimium multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt.*

*Exacerbatur abſolutè.* Modeſt. *in l. famoſi. §. ult. ff. ad legem Iul. maieſt. Crimine maieſtatis facto, uel uiolatis ſtatuis, uel imaginibus, maximè exacerbatur in milites.*

¶ *Exacerbeſco, ſcis, Valde acerbus, id eſt, aſper fio, quod ab Exacerbeo, es, fieri cõſtat, licet Acerbeo rarò inueniatur.* Apul. *in Apologet. Quis eſt tam mitis, quin exacerbeſcat.*

Exaceſco] *exaceſcis, exacui, exaceſcere, Acidum fieri.* Col. *libro* 12. *cap.* 17. *de aceto, In dolium uel in amphoras conditur, & ibi ſinitur fermentari: deinde quum exacuit, & remiſit liquorem, quicquid eſt aceti, diligenter colatur, &c.*

Exacon] πενταώριον λέπορ, *Secunda centaurij ſpecies à Gallis appellata eſt, quoniam omnia mala medicamenta potum è corpore exigat per aluum. Dicitur & Fel terræ, ob inſignem amaritudinem.* Author Plin. *lib.* 25. *cap.* 6.

Exactio, Exactor, Exactus] Vide Exigo.

Exacuo] *exacuis, pen. cor. exacui, exacutum, pen. prod. exacuere, Acutum facere.* Plin. *lib.* 34. *cap.* 14. 8, *Quippe quũ in exacuendo oleares cotes & aquariæ æquè differant.*

*Exacuere corticem.* Varro 1. de *Re ruſt. cap.* 41. 2.

*Exacuere dentes etiam dicitur ſus.* Virg. 3. *Georg.*

*Mucronem in aliquos exacuere.* Cic. 3. de *Legibus*, 31.

*Spicula exacuunt roſtris.* Virgilius 4. *Georgic.* 15. *de apibus.* Virg. 1. *Georg.* 53.

*Exacuunt alij uallos, furcaſq; bicornes.* Id eſt, *repurgant & reformant in altitudinem priſtinam. Seruius.*

*Mentem exacuere ad.* Sil. *lib.* 7. 29,

*Miſcetq; exacuens uaria ad conamina mentem.*

*Acetum exacuere.* Vide Acetum.

Aciem

Aciem oculorum exacuere. Vide Acies.
Nasturtium exacuit animum: hoc est, irritat & pungit facultatem animalem quæ in cerebro est. Vnde etiã à naribus torquendis dictum, quod sternutamenta excitet. Plinius lib. 20. cap. 13. 2.
Animos in bella uersibus exacuere. Horat. de Arte, 82.
Sapor exacuit palatum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 3.
Exacuunt uisum scarabei uirides: hoc est, perspicaciorẽ & magis acutum reddunt. Plin. lib. 29. cap. 6. 24.
Exacuere aliquem, pro Incitare inflammare. Metaphora sumpta ab ijs rebus quæ dum exacutæ sunt, magis pungũt. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 16. Cic. 1. de Orat. 65, Nec magis ad eos deterrendos qui non possent, quàm ad uos qui possetis, exacuendos acccommodaui orationem meam.
Cohortari & exacuere aliquem. Cic. Att. lib. 12. 152. 3.
Inuicem se mutuis exhortationibus exacuere. Vide Inuicem.
Stimulis exacuere aliquem. Claud. de bel. Get. 70.
Exacuere religionem. Cic. 1. de Legib. 90.
¶ Exacutus, pen. prod. Nomen ex Participio. Plin. lib. 18. cap. 18. 5, Latior hæc quarto generi, sed exactior in mucronem fastigiata.
¶ Exacutio, Verbale. Plin. lib. 17. cap. 14. 7, Calami exacutio medullam ne nudet.
Exaduersum] & Exaduerso (κατεναντίον) Vide Ex.
Exædifico] exædificas, pen. corrept. (οἰκοδομέω) exædificare, Absoluere ædificationẽ. Cæsar 1. bel. Ciuil. 58, Quod oppidum Labienus constituerat, suaq; pecunia exædificauerat.
Exædificare templum Apollini. Cic. 2. Tusc. 184.
Exædificare atq; efficere. Cic. 7. Ver. 38.
Exædificare institutum opus. Cic. 1. de Orat. 79.
Dimensa & exædificata animo domus. Cic. ad Att. lib. 1. 4. 1.
Mundus diuino consilio exædificatus. Cic. 4. Acad. 227.
Exædificare inchoatam ignauiam, Per translationem. Hoc est, exacerbare uel continuare. Plaut. Trinum. 4. 70.
Exædificare, pro Eijcere domo. Plaut. Trinum. 17. 3, Nam exædificasset me ex his ædibus si absq; te foret. Antiquum.
¶ Exædificatio, uerbale (οἰκοδόμησις) Cicer. 2. de Orat. 34.
¶ Exædificatus, a, um (ἀνοικοδομηθείς) Cic. ad Attic. lib. 1, Dimensa & exædificata animo domus.
Exæquo] exæquas (ἐξισόω) exæquare, Aequum facere: ut, Exæquare tumulos tumulis, apud Hirtium de bell. Hispan. 6. 21.
Exæquare ad regulam, pro Exactè cõformare. Senec. epist. 20.
Exæquari bonis. Cic. Post red. in Senat. 18.
Exæquari alteri. Liu. 3. bel. Pun. 168.
Exæquare aliquem dignitate cum altero. Cæs. 1. bel. Ciuil. 15.
Exæquare aliquos. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 13.
Exæquat omnium dignitatem pecunia. Cic. ad Att. lib. 4. 84. 7.
Exæquare omnia. Cic. 3. de Fmib. 16.
Exæquare precio omnia iura. Cic. 4. Verr. 86.
Exæquare facta dictis: hoc est, paria dictis facta ostendere. Salust.
Nos exæquat uictoria cælo. Lucret. lib. 1. 16.
¶ Exæquor, exæquaris, deponens. Ouid. ad Pisonem, 6, Nos quoq; pacata Pisonẽ laude nitentẽ Exæquamur auis.
¶ Exæquatus, pen. prod. Particip. Lucret. lib. 5. 261, Exæquataq; sunt crepere certamina belli.
¶ Exæquatio, Verbale. Liu. 4. bel. Maced. 17, Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuples, &c.
Exæstuo] exæstuas (ἐκτυμαίνω) exæstuare, Aestum emittere, & exhalare. Liu. 6. bel. Pun. 223, Incertæ altitudinis utcunq; exæstuat mare. Plin. lib. 37. cap. 2. 23, Exæstuante oceano.

Fundo exæstuat imo. Virg. 3. Aeneid. 115. de Aetna.
Exæstuare æstus. Lucret. lib. 6. 164.
Igne exæstuat. Lucan. lib. 5. 35.
Læsus exæstuat acrior ignis. Ouid. 13. Metam. 184.
Exæstuat mens ira. Virg. 9. Aen. 56. Hoc est, uehemẽter æstuat.
Vnda exæstuat uorticibus. Virg. 3. Georg. 48.
Exæuio] exæuis, exæuiui, exæuitum, exæuire, pro Desæuire, hoc est, desinere sæuire. Liu. Consulem Claudium atrox uis tempestatis adorta, in metum ingentem adegit. Populoneos inde quum peruenisset, stetit ibi, dum reliquum tempestatis exæuiret. Budæus.
Exaggero] exaggeras, pen. corr. (καταχόω, προχόω) exaggerare, Coaceruare, & in unum ueluti aggerem atq; aceruum cogere. Plinius libro 19. cap. 8. 13, Exaggerando aliam acumules.
Exornare & exaggerare. Cic. 2. de Orat. 161, Vt boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem, &c.
Exaggerare & Extenuare, contraria. Cic. 5. Tusc. 73.
Verbis exaggerare aliquod beneficium. Cic. pro Plancio, 57.
Iniuriam nostram exaggeramus. Quint. lib. 6. cap. 2. 19.
Exaggerare oratione. Cic. 1. de Orat. 127.
Exaggerare rem familiarem, pro Augere. Cic. 1. Offic. 131.
Exaggerare rem: id est, maiorem & atroctorem uerbis facere. Cic. pro Cecinna, 13.
¶ Exaggeratus, pen prod. Partic. (ἐπικεχωσμένος) ut, Exaggeratus uirtutibus animus. Cic. in Parad. 52.
Auctæ atq; exaggeratæ fortunæ. Cic. 4 in Catil. 91.
Oratio altius exaggerata. Cic. de clar. Orat. 33.
¶ Exaggeratio, Verbale (ἐπιχωματισμὸς, ἀμβολὰς) Magna coaceruatio.
Exaggeratio, Per translationem. Cic. 2. Tusc. 107, Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi & quasi quandam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maxmè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, unam esse omniũ rem pulcherrimam.
¶ Exagito, exagitas, penult. corr. (διατροφέω) exagitare, Vehementer uexare, & agitando commouere. Plaut. Merc. 19. 26, Mala bilis cruciat me atq; exagitat. Cic. 3. Ver. 37, Non solum orationes, sed etiam sedes suas patrias istius iniurijs exagitati reliquerant.
Lenire & Exagitare, contraria. Salust.
Exagitare & Contemnere dicendi exagitationem. Cicero 3. de Oratore, 34.
Insectari & exagitare. Cic. Att. lib. 1. 11. 13.
Curas exagitare. Lucan. lib. 8. 9.
Turba Dianæ exagitat fures: id est, canes exagitant fures. Ouid. 5. Fast. 29.
Furores exagitare. Catul. Argonaut. 19.
Furor aliquem exagitat. Senec. Thyeste, 4. 1.
Littora clamor nauticus exagitat. Lucanus lib. 2. 137.
Lustra exagitare ferarum. Sil. lib. 16. 111.
Manes exagitare. Propert. lib. 2. eleg. 9. 4.
Mœrorem exagitare. Cic. Att. lib. 3. 47. 4.
Volucres alis Zephyros exagitant. Stat. 3. Thebaid. 103.
Vrbem exagitare clamoribus. Stat. 5 Thebaid. 20.
Di exagitent me, si quicquã, &c. Iurandi modus. Horatius 2. Serm. Satyra 6. 11.
Exagitare rem aliquã, pro Disceptationibus excutere & agitare. Cic. pro Cluent. 81.
¶ Exagitatus, pen. prod. Partic. (διατροφημένος) ut Spoliati & exagitati aratores. Cic. 5. Verr. 63.
Disputationibus aliquorum exagitatus. Cic. in Orat. 7.
Causa alicuius exagitata concionibus improborum. Cic. post red. in Senatu, 17.



Digitized by Google

Dissenſio multos iam annos exagitata. Cic. pro Sylla, 45.
Frænis ora exagitata. Sil. lib. 6. 69.
Lepus alijs exagitatus. Ouid. 3. de Arte, 132. Prouerb.
Res exagitatæ & in ſummam inuidiam adductæ. Cicero Lentulo, lib. 1. 1. 12.

¶ Exagitator, penult. product. Verbale (διαστροφεύς) Cicero in Oratore, 24. At ea de ſeniore ſcribit Plato, & ſcribit æqualis, & quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur unum.

Exagoga] exagogæ, pen. prod. m. g. (ἐξαγωγὴ) Qui educit & exportat. Plaut. Trucul. 11. 2,

Ite hac ſimul mulieri damni geruli foras gerrones,
Bonorum exagogæ. Antiquum.

Exagoga, ſ. g. Eductio, prouentus, reditus. Plaut. Trucul. 16. 6. Idem Rud. 16. 17,

- teq; oro & quæſo, ſi ſperas tibi
Hoc anno multum futurum ſirpe & laſerpitium,
Eamq; euenturã exagogam ſaluam et ſoſpitem. Antiquũ.

Exagogica] ἐξαγωγικὰ, Vectigalia quædam erant, mercibus ex agricolatione exportatis, ſicut iſagogica alia dicebantur, quum importabantur. Horum meminit Cic. pro Lege Manilia, & Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 8.

Exagon] Legatus ex familia Pſyllorum Romam profectus, quum fama percrebuiſſet ipſos tactu luctuue leuare ſerpentium morſus, ipſiſq; ſerpentibus terrori eſſe, à Conſulibus in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa, circumulcẽtibus linguis miraculũ præbuit. Ex Plin. lib. 28. ca. 3.

Exalbeſco] exalbeſcis (ὠχριάω) exalbeſcere, Palleſcere, & colorem priſtinum in album commutare. Cic. 4. Acad. 89, Si qui fremerent & exalbeſcerent. Idem 1 de Orat. 60.

Exalbeſcere metu. Cic. 3. de Orat. 121. Idem 5, de Fin. 53. Ex antiquo po ta uerſus citatur.

Exalbidus] pen. corr (ὑπόλευκος) Idem quod Albidus, niſi ex præpoſitio aliquid minuat. Plin. lib. 24. cap. 19. 3, Folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia. Idem lib. 12. cap. 17. 7, Petunt in Helimæos arborem brutam, cupreſſo fuſæ ſimilem, exalbidis ramis. Hoc eſt, ueluti albeſcentibus.

Vina admodum exalbida. Plin. lib. 23. cap. 1. 26.

Exalburnare] ἀπομιλᾶν, Alburnum detrahere. Plin. lib. 16. cap. 40. 5, E' reliquis arboribus ſiccißima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color.

Exalto] exaltas (ὑψόω) exaltare, Extollere. Col. lib. 3. cap. 13. 3, Paribus alternis omißis ſpatijs, ſenum pedum latitudinis ſulcos dirigunt, fodiuntq;, & exaltant in tres pedes. Hoc eſt, erigunt.

Exaluminatus] pen. prod. Denominatiuum ab alumine: ut, Vnio exaluminatus. Plin. lib. 9. cap. 35. 8, Summa laus coloris eſt, exaluminatos uocari. De unionibus. Id eſt, ad colorem aluminis accedentes.

Exambio] bis, bire, Per ambitũ aſſequi, ſiue eniti: ſicut eblandiri. Cyprian. lib. 3. epiſt. 5, Quum comperiſſem eos qui ſacrilegis contactibus manus ſuas atque ora maculaſſent, uel nefandis libellis nihilominus conſcientiam polluiſſent, exambire ad martyres paßim, confeſſores quoq; importuna & gratioſa deprecatione corrumpere, &c.

Examen] pen. prod. examinis, n. g. (ἔσμὸς) Noua apum ſoboles, quam parẽtes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quærendas exire cogunt, quòd hæ ita uniantur, ut ſimul ligatæ appareant. Examen, inquit Feſtus, Eſt apum congregatio. Nec ſolum de apibus, ſed etiam de ueſpis, piſcibus, & alijs. Cic. de Senect. 50, Nec uerò de ſegetibus ſolum, et pratis, & uineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt, ſed hortis etiam & pomarijs, tum pecudum paſtu & apum examinibus, & florum omnium uarietate. Idem 1. de Finib. 219, Atq; ut apum examina, &c.

Stridor examinis. Ouid. 3. Faſt. 150.
Apum examen. Iuuen. Satyr. 13. 7.
Examina infantium. Plin. in Paneg. 40. Sic, Examina ſeruorum. Cic. de Aruſp. reſp. 23.
Iuuenum recens examen. Horat. 1. Carm. ode 35. 6.
Piſcium examina. Plin. lib. 31. cap. 1. 2.
Pullorum examina. Lucret. lib. 5. 274.
Vatum examina. Stat. 5. Syl. 3. 57.
Apibus & multo examine abundare. Virg. 4. Georg. 28.
Prima examina noui reges ducant. Virg. 4. Georg. 5.
Apes examina condunt. Virg. 2. Georg. 91.
Taxos examina fugiunt. Virg. 9. Eclog. 6. Nam taxis paſtæ apes, mel amariſſimum faciunt. Seruius.
Ludunt examina. Virg. 4. Georg. 21.
Pendet examen ramo frondente. Virg. 7. Aeneid. 14.
Regere examen. Horat. 1. epiſt. 20. 5.
Reſonant examina è quercu. Virg. 7. Eclog. 3.
Stridula examina. Claud. 7. Paneg. 77.

¶ Examen, ſtylus eſt in lance, ſiue ſtatera, qui eò exit, quò pondus ſe uergit. Virg lib. 12. Aeneid. 145,

Iuppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet, &c. Plin. lib. 17. cap. 22. 6, Inæquali examine. Hæc autem bilancis ſeu ſtateræ lingua, ab alijs æquamentũ, ab alijs libramentum, ab alijs æquilibriũ & trutina dicitur.

Improbum examen in trutina caſtigare. Perſ. Satyr. 1. 1. Hic pro ipſo ponderandi actu accipitur.

Examen, metaphoricè, iudicij inueſtigatio, inquit Feſtus.
Vitæ examina poſcere. Stat. 3. Syl. 3. 4.

¶ Examino, examinas, pen. cor (ζαβμάομαι, ἐξετάζω, ἀνακρίνω) examinare, Scrutari, & ueluti ponderare. Plin. epiſtol. 167. 1, Examina ſingula uerba, & expende. Cic. 2. de Orat. 87, Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Idem pro Plancio, 64.

Herbas examinare. Ouid. 14. Metam. 54.
Diligenter examinare uerborum omnium pondera. Cicero in Oratore, 14.
Malè uerum examinat omnis Corruptus iudex. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 2.
Examinare dicuntur apes: id eſt, uernare. Col. lib. 11. cap. 14. Ab exortu Vergiliarum ad ſolſtitium examinant aluei.

¶ Examinatio, onis, Verbale. Hinc Examinatio ciuilis apud Iuriſconſultos, pro Iudicium priuatum, ac pecuniarium. Vlp. l. 1. §. 3. ff. de abig. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controuerſiam, abegit, ad examinationem ciuilem remittendus eſt.

Examo] examas, pen. cor (ὑπερφιλέω) examare, Valde amare. Plaut Truc. 6. 22,

Vt ego me ruri iam examauerim, patulum moueri.

Exampeus] Scythiæ fons, Herodotus lib. 4, Inter Boryſthenen & Hypanim flumina, locus eſt nomine Exampeus, ex quo hic amarus fons ortum habet & nomen.

Examurcari] ἐξαμυργοῦσθαι, oleum dicitur, quando ab amurca defæcatum ſit. Apuleius lib. 4, Ac dum cæleſtis uaporis flammis examurcatur.

Examuſsim] Aduerbium (ἐκεμβωμιεύως) Regulariter, inquit Feſtus: uel, ut ait Nonius, examinatè ad regulam, rectè & caſtigatè, Plaut. Mcnæh. 2. 48,

Vt hanc rem uobis examuſsim diſputem. Idem Amph. 8. 212,

Ne iſta ædepol ſic hæc uera loquitur, examuſsim eſt optima. Ibidem, 16, 42, Hic examuſsim rem enarrat.

Exanclo]

Digitized by Google

Exanclo] *Vide* Exantlo.

Exangelus] ἐξάγγελος, Cælio citan'e, *Angelum esse scribit Ammonius eum, qui extrinsecus quidpiam nunciat: Exangelum, qui quæ intus fiunt extimis prodit, quem Diangelum Thucydides uocat. Antangelum, qui ex se nunciat, non ab alio missus.*

Exanguis] *& hoc exangue* (ἀναίμων) *Quod est sine sanguine.* Cic. Verr.101, *Ne deniq; etiã exanguiũ corpora mortuorum, ne mœror, &c.* Liu.3.bel.Pun.68, *Propè exanguis ruina superincidentium.*

*Exanguis atq; æstuans.* Cic.de Arust.resp.1.

*Exanguis & confectus.* Cic.pro Sest.68.

*Exanguis & mortuus concidit.* Cic.in Pisonem,70.

*Metu exanguis.* Ouid. 9.Metam.45.

*Visu exangues.* Virg.2.Aeneid.43 Id est, perterrefacti.

*Acerui occisorum exangues.* Claud.7 Paneg.95.

*Animæ exangues, Mortuorum animæ.* Ouid.10.Metam.9.

*Artus exangues.* Senec.Herc.furent.6.16. Lucret.lib.3.145.

*Immissa morte exangues cateruæ.* Lucan.2.41.

*Color exanguis.* Ouid.3.Trist.eleg.1.11.

*Corpora exanguia.* Ouid.3.de Ponto, eleg.2.7.

*Corpus frigidum, exangue.* Quint.in Proœm.lib.6.11.

*Corpus exangue reddere sepulchro.* Virg.2.Aeneid.109.

*Cuminum exangue, quod pallidos homines efficit.* Horatius 1. epistol. 20.4.

*Humore exangues genæ.* Cic.3.Tusc.45.

*Herbæ exangues.* Ouid.4.Metam.54.

*Homo eneruatus atq; exanguis.* Cic. pro Sest.18.

*Horror exanguis.* Claud.2.in Ruffin.26.

*Membra exanguia.* Sil.lib.7.137.

*Morbus exanguis.* Ouid.15.Metam.126.

*Populus exanguis.* Stat.12.Thebaid.5.

*Senectus exanguis.* Lucan.lib.1.70.

*Tumuli exangues.* Claud.3.de raptu Proserp.69.

*Vmbræ exangues.* Virgilius 6. Aeneid.80. Id est, *animæ mortuorum.*

Exanimus] *exanima, exanimũ: &, hic & hæc* Exanimis, *& hoc exanime, pen.corr.* (ἄψυχος, ἄφρων) Id est, *mortuus & anima carens.* Liu.lib. 8, *Vt uno ictu exanimẽ equo præciputaret.* Virg.6.Aen.30,

Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles.

*Exanimis, Exterritus, & ueluti per animi deliquium consternatus.* Virgilius 4.Aeneid.135,

Audijt exanimis, trepidoq; exterrita cursu, &c.

*Pauidus & exanimis.* Horat.2.Serm.Satyr.6.23.

*Artus exanimes.* Ouidius 2.Metam.68. Idem 1.Amor.7.11,

Exanimes artus & membra trementia uidi.

*Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos.* Virgilius 5.Aeneid.5.96.

*Corpus exanime.* Quint.lib.4.cap.2.9.

*Lingua exanimis.* Ouid.11.Metam.11.

*Pallor exanimis.* Stat.12.Thebaid.147.

*Vmbra exanimis.* Ouid.in Ibin,29.

*Vultus exanimes.* Lucan.lib.2.6.

*Decidit exanimis.* Virg.5.Aeneid.103.

¶ *Exanimalis, & hoc exanimale, penult. prod.* (ἀναιρετικὸς) *Quod animã eripit, uel quod est sine anima.* Plaut.Rud.6.3,

Ita malè uiuo, ita multæ in pectore
Sunt curæ exanimales. Idem Bacchid.19.7.

¶ *Exanimo, exanimas, pen.cor.* (ἐκπλήττω, ἐκφοβέω, λειποψυχῶ) *exanimare, Ab animo deductum, Perterrere, perturbare.* Plaut.Cistel.55. Terent.And.1.5.17,

Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Cic. ad Patum, 9.15.7, *Miraris me tanta perturbatione ualetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse?*

*Exanimare aliquem metu.* Terent.And.1.5 16.

*Metuentes uerbera exanimantur.* Horat.3.Carm.ode 12.1.

*Te metus exanimant iudiciorum atq; legum.* Cic. in Parad.21.

*Auidos uicinum fumus ut ægros exanimat.* Horatius 1. Serm. Satyr.4.26.

*Timentem exanimat.* Lucan.lib.8.2.

*Aliquem exanimare & inflare, cõtraria.* Horat.2.epist.36.

¶ *Exanimare, ab Anima, Occidere, necare, Anima priuare.* Curtius, *Multos exanimauit rigor insolitus niuis, multorũ adusſit pedes, plurimorumq; oculis præcipuè perniciabilis fuit.* Gel.lib.3.cap.15, *Anus repentè filio uiso, copia atque turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudij, oppressa exanimataq; est.* Cæsar 6.bel.Gal.112.

*Exanimare, & interimere.* Cic.pro Milone,71.

*Graui uulnere exanimari.* Cic. 2.de Fin.155.

¶ *Exanimatus,* Particip. (ἐκπλαγὴς) *siue Nomen ex Participio, Timore conturbatus.* Cic.3.Verr.46, *Hæc ubi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit.* Terentius And.1.1.104, *-ibi tum exanimatus Pamphilus,*

Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat. Idem Phorm.3.3.33.

—Quam ego nunc intus socio esse exanimatam metu.
Dolet exanimatus. Stat.3.3.Sylu.1.10.

*Conscientia peccati nutus atq; exanimatus, ac uix uiuus.* Cicero 4.Verr.137.

*Nulla conscientia exanimatus.* Cic.pro Milone,45.

*Agmina exanimata.* Virg.5.Aen.160.

*Pectora bello exanimata replere.* Stat.4.Theb.152.

*Verba exiliter exanimata: quibus opponuntur Inflata & anhelata.* Cic.3.de Orat.23, *Nolo uerba exiliter exanimata exire, nolo inflata et anhelata grauius. Exanimata, id est, efflata.*

¶ *Exanimatio, Verbale* (ἔκπληξις) *Est quæ metũ subsequitur, & quasi comes est pauoris, ut ait* Cicero 4.Tusc.30. Et 1. Offic.183, *Ne in perturbationes atq; exanimationes incidamus.*

¶ *Exanimatus, ab Anima, Mortuus.* Liu.lib.22, *Vnam, in ipsa porta sospite filio repentè oblato, in cõspectu eius expirasse ferunt: alteram, cui mors filij falsò nuntiata erat, mœstam sedentem, ad primum conspectum redeuntis filij, gaudio nimio exanimatam.*

*Corpora exanimata.* Lucret.lib.6.253.

Exanio] *exanias* (ἐκπανίσω) *exaniare, Ab Ex, & Sanies, Saniei, compositum uerbum: significat sanem & uirus exprimere.* Celsus lib. 5.cap. 27, *Sal quoque his, præcipueq; ei quod canis fecit, medicamentum est, si manus uulneri imponitur, superq; id duob. digitis uerberatur: exaniat enim.* Col. lib.12.cap.47.9, *Patimur autem nonnunquã tota nocte, & postero die pondere pressam baccam uelut exaniari: tum, &c. Alij scribunt Exsanio,*

Exanthemata] ἐξανθήματα, *A' medicis appellantur tumores siue papulæ per totum cutem efflorescentes, præcipuè in pueris, idq; beneficio naturæ, corporis profunda expurgantis. Horum duo sunt genera, Sublimia, quæ cutem in manifestum attollunt tumorem, eamq; exulcerant, & pruritum excitãt. Vulgus Morbillos appellat. Et lata, quæ exiguũ quidem faciunt tumorẽ, nõ tamen exulcerant, neq; pruritũ excitant. Vulgò Variola dicuntur, quòd maculis per totũ corpus sparsis, uarijs cutem inficiant coloribus.*

Exantlo] *exantlas* (ἐξαντλάω) *exantlare, Exhaurire, A' uerbo Græco ἐξαντλέω, quod exhaurire significat.* Plautus Stich o, 4.116,

Ne iste ædepol uinum poculo pauxillulo
Sæpe exantlauit submetrum scitissimè,



Digitized by Google

Exantlari, Perfici. Pacuuius Peribœa, Non poteſt Menalippe hic ſine tua opera exantlari clauos. Nonius.

Exantlare, Perpeti uel ſuperare Plautus Amphit. 15.20,
-pertolerarem uiam, cladesq; Exantlarem impatibileis. Lucil. lib. 30, Quantasq; modò ærumnas, quantosq; labores exantlaueris. Cic. 4. Acad. 94, Credoq; Clitomacho ita ſcribenti, Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade. Idem 1. Tuſc. 194. Idem 2. de Diuin. 98,
Tot non ad Troiam belli exantlauimus annos.

¶ Exantlatus, a, um, Partic. (ἐξαντλαόμενος) Cic. 4. Acad. Credoq; Clitomacho ita ſcribenti, Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade.

Exaptus] Adiectiuum (συνημμένος) pro Valde aptus: ut, Brachia exapta ualidis lacertis. Id eſt, aptata & coniuncta. Lucretius lib. 4. 167.

Exarchiatri] ἔξαρχιάτροι, Qui Archiatri dignitate defuncti ſunt, in l. 6. C. de Profeſſoribus. & Medic. lib. 10. Cod.

Exardeo] exardes, exarſi, exarſum (ἐκπυρόομαι) exardere, Valde inflammatum eſſe. Cic. de Amicit. 65, Niſi quædam admodum inuolerabilis iniuria ita exarſerit, ut neq; rectũ, neq; honeſtum ſit, neq; fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio, diſſunctioq; facienda ſit.

Acrius exarſit. Cic. 1. de Diuinat. 115, Ineſt igitur animis præſagio extrinſecus iniecta, atq; incluſa diuinitus: ea ſi exarſit acrius, furor appellatur. Ouid. 2. de Arte, 71.

Grauiter exarſit. Id eſt, iratus eſt. Cic. 3. de Orat. 3.

Ad libertatis recuperandæ cupiditatem exarſiſſe. Cicero 11. Philip. 290.

Ad ſpem libertatis exarſimus. Cic. 4. Philip. 16. 3.

Contra aliquem exardere. Cic. 5. Tuſc. 121.

In omni genere amplificationis exardere. Cic. in Orat. 55.

Exardere in iras. Mart. lib. 1. 9.

Cupidine exarſit nouæ formæ. Ouid. 4. Metam. 70.

Exardere ira & indignatione: hoc eſt, ueluti excandeſcere. Liuius 5. bel. Maced. 120. Cic. 4. Verr. 33, Exarſit iracundia ac ſtomacho. Plin. lib. 33. cap. 1. 13. Ouid. 13. Metam.

Sibilis uulgi exardere. Cic. Att. lib. 2. 36. 2.

Exarſit admiratio. Plin. lib. 37. in Proœmio, 2.

Exarſit ambitio magis quàm unquam aliàs. Liuius 5. bell. Macedon. 30.

Exarſit dies. Martial. lib. 3. 25.

Exarſit dolor, urgere illi ut nos loco mouerent. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 4.

Dolor exarſit in imis oſſibus. Virg. 5. Aeneid. 35.

Ignes exarſere animo. Virg. 2. Aeneid. 125 Ignes, Iræ.

Repentè iſta importunitas inauditi ſceleris exarſit. Cicero pro Sylla, 56.

Tota Italia deſyderio libertatis exarſit. Cic. 10. Philip. 283.

Tempus illud exarſit ad innocentiam periculum. Cicero pro Rabirio Poſthum. 9.

¶ Exardeſco, exardeſcis (ἐκπυρόομαι) exardeſcere, Ardentem fieri. Cic. 2. de Orat. 103, Nulla materies tam facilis ad exardeſcendum, quæ niſi admota igni, ignẽ concipere poſſit. Plin. lib. 18. cap. 25. 5.

Excipere flammam & exardeſcere. Cic. de Aruſp. reſp. 42.

Ad aliquid, aut ad aliquem exardeſcere. Cicero 3. Verrin. 43. Id eſt, amore capi.

Iracundia exardeſcere. Cic. Lentulo, lib. 9. 77.

Amor exardeſcit. Cic. de Amic. 83.

Exardeſcit ira. Cic. 2. Tuſc. 98.

Exardeſcit admirabilis quædam beneuolentiæ magnitudo. Cicero de Amicit. 29.

Exareno] exarenas, penult. product. (ἐξαμμόω) exarenare, Expurgare, & arenulas igni uel aliter auferre ex ære, quod quidam Exſquammare dicunt. Plinius libro 33. capite 3. 23, Poſtea exarenatur, an ſatis decoctum ſit ſplendore deprehendente, iterumq; exhalatur igni, &c. De ære inaurando loquitur.

Exareo] exares, pen prod. ſiue Exareſco, exareſcis (αὐαίνομαι) exareſcere, Siccum eſſe, ſiue fieri.

Exareſcere ex amore. Plaut. Milit. 10. 46.

Exaruit diuturna miſeria filius. Cic. ad Att. lib. 10. 205. 6.

Exaruerunt amnes. Cic. in Piſonem, 64.

Sole & uento penitus ſiccari & exareſcere. Columell. libro 3. capite 11. 2.

Exareſcere ſiti. Cic. de claris Orat. 8.

Lachrymæ diuturna miſeria exareſcunt. Cicero Attico, libro 10. 205. 5.

Facultas orationis exaruiſſe dicitur. Cic. Pæto, lib. 9. 18. 5.

Exaruit uetuſtate opinio. Cic. 3. Tuſc. 128.

Exaruerunt orationes Galbæ. Cic. de claris Orat. 41. Id eſt, iam non uigent propter antiquitatem quam redolent.

Vetus urbanitas exaruit. Cic. Curioni, lib. 7. 32. 3.

¶ Exareſio, pen. prod. exarefis (ἐξαυχμῶμαι) exarefieri, Aridum fieri: ut de fuco marino dicit Plin. lib. 26. cap. 10. 9.

Exargentare] in pecuniam redigere ſignificat. Ex Alciato.

Exarmo] exarmas (ἀφοπλίζω) exarmare, Armis ſpoliare. Suet. in Domitiano, cap. 15, Mineruam, quam ſuperſtitioſè colebat, ſomniauit excedere ſacrario, negantemq; ultrà ſe eum tueri poſſe, quòd exarmata eſſet à Ioue. Tacit. lib. 17, Longinum manibus coercent exarmantq;.

Exarmare ducem. Stat. 6. Thebaid. 69.

Legiones exarmare. Tacit. lib. 18.

Exarmare nauem, Armamentis ſpoliare. Papinianus in l. 1. ad l. Rhod. de iactu. Budæus.

Exarmare accuſationem. Plin. lib. 3. epiſtolarum metaphoricõs dixit, pro Debilitare & infirmare. Budæus.

Exarmare feras: hoc eſt, dentes, ungues, uel alia noxia membra eis adimere. Vnde exarmatæ beſtiæ, pro cicuribus & manſuefactis ponuntur. Lamprid. in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in delicijs, &c. Budæus.

¶ Exarmatus, Partic. (ἀφωπλισμένος) Stat. 3. Theb. 61,
-pallentes agar exarmatus ad umbras. Sil. lib. 11. 62.

Aequor exarmatum. Claud. epigram. 31. 1.

Exaro] exaras, pen. corr. (ἐξαρόω, διαχαράττω) exarare, Arare, aut perfectè arare.

Exarare frumentum: hoc eſt, aratione percipere quantum frumenti producere poſſit ager unus, Cic. 5. Ver. 73. Ibidẽ, 36. Hæ literæ, Iudices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantũ eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exaruerunt. Idẽ 7. Ver. 78.

Exarare radices. Plin. lib. 17. cap. 8. 4.

Exarare, per translationem, ſignificat ſcribere. qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere uidentur. Cic. Att. lib. 12. 232. 1, Vndecimo die poſtquam à te diſceſſeram, hoc literularum exaraui egrediens è uilla ante lucem. Plin. epiſt. 124 lib. 7, Perquàm exiguo temporis momento, idipſum, quod me ad ſcribendum ſolicitauerat, his uerſibus exaraui. Cic. ad Att. lib. 13. 290. 1, Ante lucem quum ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui neſcio quid ad te, & ante lucem dedi.

Notas exarare. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 2. 18.

Sepulchra exarare. Cic. 2. de Legib. 92.

Senectus frontem rugis exarat. Horat. Epod. 8. 1.

Exaratus deus: id eſt, arando effoſſus. Cic. 2. de Diuinat. 76. Et paulo pòſt, 121. de Tagete.

Exaſcio] exaſcias (πελεκίζω) exaſciare, Dedolare, diſponere, dolabra & aſcia parare, nondum tamen expolire. Exaſciatum:

Digitized by Google

*ſciatum dicitur quod iam affectum eſt, quanquam nondum confectum ſit.* Vulgò Esbochare uocant artifices. *Budæus.*

**Exaſciare**, per translationem, pro rudi Minerua expolire, dixit Plaut. *Aſin.* 7.104,

Iam hoc opus eſt exaſciatũ. Id eſt, iam fieri cœptũ eſt.

**Exaſpero** ] *exaſperas*, pen cor. (ἀπαγριόω, διαγριαίνω) *exaſperare*, Aſperiorem facere. Plin. *lib.* 23. *cap.* 4. 4, Fauces *exaſperat*, & uenena omnia hebetat. Varro 1. de Re ruſt. *cap.* 52, Id fit è tabula lapidibus aut ferro *exaſperata*.

*Exaſperatæ arteriæ.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 24. 5.

*Enſem exaſperare* ſixo. Sil. *lib.* 4. 4.

*Concuſſus* Triton *exaſperat undas.* Ouid. 2. Amorũ, *eleg.* 11. 6. Idem 5. Metamor. 2.

*Exaſperare rem uerbis.* Quint. *lib.* 4.

*Exaſperare*, pro Concitare & irritare. Col. *lib.* 9. *ca.* 15 3. Celſ. Itaq; ſi qua ſunt quæ *exaſperatura* eorum animos ſunt, optimum eſt ea eorum notitiæ ſubtrahere.

*Exaſperatus animo.* Liu. 8. bel Pun. 130.

*Comprimere*, ac ſedare *exaſperatos.* Liu. *lib.* 2. Decad. 5.

**Exatio** ] *exatias* (κορέννυμι) *exatiare*, Idem quod Satiare. Liu. 8. bel. Maced. 249, Pop. Rom. ne morte quidem P. Scipionis *exatiari*, niſi & ipſius fama ſepulti lacereturr.

*Enſes exatiare* cruore. Sil. *lib.* 7. 108.

*Corda exatiata* cruore. Sil. *lib.* 16. 109.

*Clade domus exatiata.* Ouid. 8. Metam 109. De Diana.

**Exaturo** ] *exaturas*, pen. cor. (κορέννυμι, κορέω) *exaturare*, Idem quod Saturare.

*Exaturare animum alicuius ſupplicio*, &c. per translationem. Cic. 7. Verr. 53.

*Dolorem exaturare damnis.* Stat. 6. Thebaid. 17.

*Exatur ſuimus tela.* Stat. 9. Thebaid. 3.

*Oculos exaturata.* Stat. 6. Thebaid. 35.

*Exaturata libido.* Cic. 5. Tuſcul. 143. de Sardanapalo.

¶ *Exaturandus* (περιθηπόμενος) Ouid. 5. Metam. 4,

Sed quæ uiſceribus ueniebat bellua ponti
*Exaturanda* meis.

**Exauctoro** ] Vide Exauthoro.

**Exaudio** ] *exaudis*, *exaudiui*, *exauditum*, pen prod. (πατακούω, εἰσακούω) *exaudire*, Idem quod perfectè audire: ut, *Exaudire* uocem alicuius. Varro 1. de Re ruſt. *cap.* 9. 2. Cic. ad Atticum, *lib.* 4. 77. 3, Dic, oro te, clarius: uix enim mihi *exaudiſſe* uideor.

*Attendere & exaudire.* Cic. *in* Orat. 109.

*Vt idẽ omnes exaudiãt*, uoce clariſſima dicã. Cic. pro Sylla, 25.

*Quæ exaudio*, diſſimulare non poſſum. Cic. 4. *in* Catil. 86.

*Exaudire clamorem.* Terent. Hecyra.

*Hinnitum equi exaudire.* Cic. 1. de Diuinat. 126.

*Tacitæ mentis exaudi preces.* Senec. Hippol. 5. 10.

*Supplicis exaudi preces* Ouid. 13. Metamorph. 183. Idem 2. de de Ponto, eleg. 9.

*Verba exaudi mea.* Senec. Hippol. 12. 4.

*Voces aliquorum exaudire.* Cic. 1. *in* Catil. 16.

*Vota & preces alicuius exaudire* dicitur Deus. Virg. 1. Aen. 32.

¶ *Exauditus*, pen. prod. Particip. (εἰσηκροσμένος) Author ad Heren. *libro* 2. 38.

*Clamores exauditi.* Cic. *lib.* 1. 9. 7.

*Monitor non exauditus* Horat. 1. *epiſt.* 21. 3.

*Vota exaudita parentis.* Stat. 11. Thebaid. 123.

*Vox exaudita per lucos.* Virg. Georg. 96.

*Vox naturæ exaudita.* Cic. 1. de Finib. 108.

**Exaugeo** ] *exauges*, *exauxi*, *exauctum* (ἐπαύξω) *exaugere*, Valde augere. Plaut. Sticho, 5. 9. -egenti

Heræ ſubueni, benefacta matorum tuorum *exauge*.

*Exaugere animum alicuius.* Terent. Heaut. 2. 2. 3.

**Exauguro** ] *exauguras*, pen. cor. (ἐξοιωνίζομαι) *exaugurare*, Ex ſacro prophanũ reddere: cui cõtrarium eſt Inaugurare. Solebant enim ueteres etiam ſua templa augurijs ſanctiora reddere. Liu. ab Vrbe, 240, Et ut libera à cæteris religionibus area eſſet tota Iouis, templiq; eius quod mædificaretur, *exaugurare* fana ſacellaq; ſtatuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege primum in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ uota cõſecrata, inauguratáq; poſtea fuerant. Inter principia condendi huius operis mouiſſe numen ad iudicandum tanti imperij molem traditur deos. Nam quum omnium ſacellorum *exauguratione*s admitterent aues, in Termini fano non addixere. Id eſt, quum omnibus ſacellis alijs felix augurium præberent, & ſubſiſterent.

¶ *Exauguratio*, Verbale (ἐξοιωνισμὸς) Vide in Exauguro.

**Exauſpico** ] *exauſpicas*, pen. corr. *exauſpicaui*, *exauſpicatũ* (διατέρχομαι) *exauſpicare*. Plaut. Capt. 12. 108,

*Exauſpicau* ex uinculis, nunc intelligo
Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo. Id eſt, malo auſpicio huc proceſſi, utiq; qui à uinculis, in quibus eram, initium uitæ cepi: propterea redauſpicare, hoc eſt, regredi in catenas, quaſi iterum auſpicandum, & feliciorum uitam incœptandam mihi neceſſe uideo.

**Exauthoro** ] *exauthoras*, pen. prod (ἀποστρατεύω) *exauthorare*, Authoratum & adſtrictũ dimittere, & abire ſinere, & ſuo arbitrio reddere: id quod citra ignominiam fieri poteſt. Liu. *lib.* 8. ab Vrbe, 176, Si me cõmeatu uagi milites in pacato, in hoſtico errent, immemores ſacramenti, licentia ſola ſe ubi uelint, *exauthorent*. Idem lib. 6. bell. Macedon. Poſtero die concione aduocata de rebus ab ſe geſtis quum diſſeruiſſet, milites *exauthoratos* dimiſit. Idẽ lib. 5. bel. Pun. 111, Velut *exauthoratus* morte ducis, ab ſignis deceſſit. Vlpianus interpretatur exauthorare, inſignia militaria detrahere, quod cũ infamia conficitur, ut eſt apud Lampridium in Alexandro, qui de exauthorata una legione loquens, ita inquit, Quum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamauit, Quirites diſcedite, atq; arma deponite. mirando exemplo, depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, non ad caſtra, ſed ad diuerſoria uaria diſceſſerunt. Et paulò pòſt, Eam tamen legionẽ quam exauthorauerat, &c. loco ſuo reſtituit. Ex Budæo.

*Additur ſolum interdum ablatiuus bello aut armis: quia per translationem alijs quoq; rebus dicitur quis exauthorari.* Quintil. Declam. 3, Pater huius poſt fractum Iugurthã *exauthoratas* bellis manus ruſtico labore ſubigit.

**Exbaliſto** ] *exbaliſtas* (ἐκβαλίζω) *exbaliſtare*, Baliſta deijcere. *Exbaliſtare*, Decipere. Plaut. Pſeud. 8. 12,

Num mimicũ ego hũc cõmunẽ, meũ atq; noſtrorũ omniũ
Ballionem *exbaliſto* lepidè. Antiquum, & inuſitatum.

**Excæco** ] *excæcas* (ἐκτυφλόω) *excæcare*, Idem quod Cæcare, & oculos eruere. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. 7, Quidam tunc *excæcãt* eum ſupina falce auferendo oculos. Idem *lib.* 20. *cap.* 18. 4. de papauere.

*Excæcare aliquem*, per translationem. Cic. 4. Acad. 132, Num ergo is *excæcat* nos, aut orbat ſenſibus?

*Limus uenas excæcat in undis.* Ouid. 4. de Ponto, eleg 24.

**Excalceo** ] *excalceas* (ὑποδέω) *excalceare*, Calceos detrahere. Suet. *in* Vitell. *cap.* 2, Claudium uxoribus libertiſq; addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Meſſalina petijt, ut ſibi pedes præberet excalceandos. Martial. *lib.* 12. 84, Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

¶ *Excalceor*, pro Excalceo, antiquum. Varro Pſeudolo, Nam in oppido, quæ eſt ædes Apollinis, & quæ ibi ad Herculis introeat, nemo ſe excalceatur. Antiquum.

**Excalefacio** ] ſiue Excalfacio, *excalfacis*, detracto e ante f,

excal-

Digitized by Google

excalfeci, pen.prod.excalfactũ (ἐνθερμαίνω) excalfacere, Vehementer calfacere. Plin.lib.21.cap. 20.4, Vrinas magis excalefacit, quàm crocum ipſum. Ibidem, cap.21.4.

Excalfacere algores. Plin.lib.22.cap.23. 6.

¶ Excalfio, pen.prod.excalfis, excalfieri, pen.cor. Plin.lib.24. cap.7.6, Quum quid ſiccari excalfieriue opus ſit.

¶ Excalfactio, Verbale (ἐνθέρμανσις) Plin.lib.31.cap.9.8.

¶ Excalfactorius, Adiect. (θερμαντικὸς) ut, Excalfactoria roſa, quæ excalfacit. Plin.lib.21.cap.18.10. Et, Excalfactoria uis, Idem.lib.23.cap.4.9.

Excalpo] excalpis, excalpſi, excalptum, (ἐκγλύφω) excalpere. Idem quod Scalpere. Cato cap. 18.1, de ædificatione torcularis, Arbores craſſas pedes duos, altas pedes nouem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres ſemis, & excalpta digitos ſex. Quintilianus libro 3, Excalpere ſignum ex molari lapide.

Excandefacio] excandefacis, pen.corr. (ἐκπυρόω) excandefacere, Aliquid ita incendere & inflammare, ut albũ candidum uideatur.

Excandefacere annonã, per metaphoram. Varro 3. de Re ruſt. cap.2.12. Id eſt, incendere & reddere cariorem annonam.

¶ Excandeſco, excandeſcis, excandui (ἐκπυρόομαι, θυμόομαι) excandeſcere, Vehementer incendi, inflammariq;. Cato de Re ruſt.cap.95, Nam ſi in tecto coquas, quum bitumen & ſulphur additum eſt excandeſcet.

Excandeſcere, transfertur etiam ad iram, quòd ea uelut igne animus incendatur. Col.lib.7.cap.12.5, Vt nonnunquam etiam conſeruos iratius intueantur, ſemper excandeſcant in exteros. Cælius Ciceroni, lib.8.12.5, Id poſtquam reſcijt, excanduit. Plin.epiſt.90.lib.4.

Ira excandeſcere. Cic.4.Tuſc.65.

Verbis excandeſcere. Quint.lib.5.cap.10.45.

¶ Excandeſcentia, huius excandeſcentiæ (θύμωσις) ab Apuleio de dog Platonis, appellatur ea animi pars, quæ irritabilis eſt, habens domicilium in corde: quam alio nomine iraſcentiam nominãt. Cic.lib.4.Tuſc.26, Libidini, ira, excandeſcentia, odium, inimicitiæ, diſcordia. Ibid.32, Excandeſcentia autem fit ira naſcens, & modò exiſtens.

Excanto] excantas, (ἐκτελέω, ἐκταγοντεύω) excantare, Idem quod incantare. Plin.lib.28.cap.2.18, Qui fruges excantaſſet. Plaut. Amph.15.71,

Præſtigiator fortè aut ueneficus
Hanc excantat tibi familiam. Cato cap.160. Luxum ſiquod eſt, ut excantes: hac cantione ſanum fiet.

Excantare: Id eſt, cantionibus è loco aliquo euocare. Proper. lib.3.eleg.3.10,

Vt per te clauſas ſciat excantare puellas, &c. Horat. Epod.5.9.

Quæ ſydera excantata uoce Theſſala,
Lunamq; cælo deripit.

Excantare, Excludere, inquit Nonius. Plaut.Bacch.Nam credo cuiuis excantare cor poteſt. Lucilius Satyr. lib.2, Quæ ego nunc Aemylio præcanto, atq; exigo, atq; excanto. Varro Eudæmonibus. Vbi uident ſe cantando ex ara excantare non poſſe, deripere incipiunt. Antiquum.

Excarnifico] excarnificas, pen.corr. (ἐξανιάω) excarnificare, A carnifice. Suet.in Vitell. Apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus atq; confectus eſt. Cic. 3. de Nat. deor.116, Anaxarcum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus.

Excarnificare, per translationẽ excruciare. Ter.Heau.4.6.9, Huiuſmodi mihi res ſemper cõminiſcere ubi me excarnifices.

Excauo] excauas, pen.corr. (ἐκκοιλόω) excauare, Idẽ quod cauare. Cic.6.Ver.54. Erat etiã uas uinarium ex una gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Varr. 3. de Re ruſti.cap.5.13. Et natatilia ſunt excauata anatum ſtabula. Plinius lib.10.cap.33.3.

¶ Excauatio, Verbale (κοίλωσις) Senec. 4. Natu.quæſt. Stillicidij caſus lapidem cauat: & hæc ipſa excauatio rotũda fit.

Excedo] excedis, pen. prod. exceſſi, exceſſum (ἐκχωρέω, ἀποχωρέω) excedere, Egredi ſignificat, teſte Feſto.

Abire, excedere, euadere, erumpere. Cic.2. in Catil.25.

Excedere acie, prælio, uel è prælio, & ex acie. Liu.4.ab Vrbe, 123. Cæſar 4.bel.Gal.502. Ibid. Liu.2.ab Vrbe, 81.

Excedere de medio. Teren.Phorm.5.8.74. Id eſt, mori.

Excedere ex loco: id eſt, mori. Terent.And.4.5.21,

Mane, caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco.

Excedere è uia, uel ex uia. Cæſar 5.bel.Gal.71.

Ex urbe excedere. Cic.1.Philip.6.

Excedere extra. Cic.de Vniuerſ.20.

In locum aliquem excedere. Cic. in Saluſt.11.

Excedere in certameu. Liu.4.bel.Maced.

Cælo excedit luciſer. Ouid.11.Metam.115.

Excedere domo. Cæſar 4.bell.Gall.510.

Excedere finibus. Cæſar 4.bel.Gall.530.

Finib.prouinciæ excedere. Aſinius Pollio Ciceroni, li.8.32.13.

Foribus excedere. Ouid.4.Metam.17.

Muros patrios excedere. Lucan.lib.1.100.

Paria excedere. Virg.1.Aeneid.73.

Pugna excedere. Virg.5.Aeneid.

Excedere quatuordecim dies morbus dicitur. Celſ.lib.3.ca.23.

Regione uiarum excedere. Virg.2.Aeneid.157.

Regnis exceſſit auitis. Virg.3.Georg.46.

Excedere Roma, uel Italia. Liuius 2.ab Vrbe, 59. Cæſar 2. bell.Ciuil.43.

Sedibus nefandis excedere. Stat.11.Thebaid.

Tectis excedere. Ouid.2.Metam.151.

Terra ſcelerata excedere. Virg.3.Aeneid.12.

Excedere urbe. Cic.ad Brutum, 15.6.

Exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo. Plaut. Bacchid.2.40.

Excedit è corpore animus. Cic.1.Tuſc.40.

Exceſſit annos decem Colum lib.6.cap.21.1. Plinius epiſt.25. a, Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate.

Excediũ in eũ annum: hoc eſt, reducuntur & ueluti excedẽtia transmittuntur ex uno anno in alium. Liu.10.bel. Pun.115.

Cenſu excedere. Stat.3.Syl.3.30.

Exceſſit ex corde cura. Terent. Hecyra, 3.1.12.

Exceſſit dominatus, & Alius exortus, contraria. Cicero in Parad.51.

Excedere ex ephebis. Terent.And.1.2.24.

Excedit fidem impudens cura, qua, &c. Plin.lib.28.cap.5.17.

Fidem exceſſit ſumma tuorum meritorum. Ouid.7.Metam.33.

Excedunt quadragenos denarios libræ. Plinius lib.13.cap.3.1. de unguentis.

Non excedunt in modium uicenas libras. Plin.lib.18.cap.7.16.

Excedit magnitudine in fabæ. Plin.lib.12.cap.5.2.

Exceſſit è memoria. Liu.6.bel.Pun.65. Id eſt, oblitus ſum.

Metum exceſſere mea bona. Ouid.6.Metam.40.

Excedere modum. Liu.3.ab Vrbe, 278. Idem 6.bel. Pun.101, Multa alia eiuſdem generis, alia uera, alia aßimulata, admirationis humanæ in eo iuuene exceſſerant modum.

Olympus excedit nubes: id eſt, cælũ eſt ſupra nubes. Luc.2.55.

Excedere officium. Plin.epiſt.264.

Notæ exceſſere de pectore. Ouid.6.Metam.134.

Peſtes excedunt. Virg.6.Aeneid.148.

Pudorem iuſtum excedere. Stat.5.Syl.5.12.

Excedere ex pueris. Cic.pro Archia, 2.

Exceſſit

Exceßit res ad publicam querimoniam. Liu. 5. bel. Pun. 5.
Excedit aurium ſenſum. Plin. lib. 2. cap. 3. 1.
Excedere uita, uel è uita, pro Mori. Cic. de clar. Orat. 39. Ibid. 142, Sed ad eos, ſi placet, qui uita, exceſſerunt, reuertamur. Idem 9. Philip. 258. Et de Amicit. 11.
Excedere è uita, & Manere in uita, contraria. Cicero 3. de Finibus, 92.
Excedere, abſolutè. Cic. Poſt reditum in Senat. 53, Quo quidem tempore quum is exceßiſſet, qui cædi & flammæ uobis authoribus reſtiterat, &c.
Excedere, pro exire, effluere. Celſ. lib. 7. cap. 14. ad finem, de uitijs umbilici, Neq; id ſatis eſt, ſed aluus quoq; ei ducenda eſt, quò facilius omnia quæ exceſſerunt, intra aluum conſidant.
¶ Exceſſus, huius exceſſus (ἀποχώρησις) Verbale: ut, Exceſſus è uita. Cic. 3. de Fin. 91, In his & exceſſum è uita, & in uita manſionem. Idem 1. Tuſcul. 43.
Exceſſus, Abſolutè, pro morte poſtiũ inuenitur. Cic. lib. 1. de Legib. Certè non longè à tuis ædibus inambulans, poſt exceſſum ſuum Romulus Iulio Proculo dixit ſe deum eſſe.
Exceſſus uocabulum Alciatus in Parergis monuit, ueteres pro digreßione quadam accipere: uel quũ quis altius rem petit: uel quum capta occaſione aliquid extra argumentũ dicitur. Vſus eſt Marcell. in l. iam dubitari nõ poteſt. ff. de hær. inſtit.
Excello] excellis, excellui, excelſum (διαφέρω, περιέχω, ὑπερέχω, ἐξέχω) excellere, Eſt, ut ait Feſtus, in altũ tollere.
Excellere, Præſtare, antecellere, eminere. Cic. 1. de Diuin. 159. Telmeſus in Caria eſt, in qua urbe excellit Aruſpicũ diſciplina. Idem de Amicit. 63.
Excellere & præſtare. Cic. pro Plancio, 49.
In gloria eſſe, & excellere. Cic. 1. de Diuin. 69.
Excellere ſuper omnes alios. Liu. 8. bel. Pun.
Multum excelluit. Vide Multus.
Excellere in re aliqua. Cic. de Amic. 29. Idem 1. Acad. 6, Præſertim quum & ipſe in eo excellas.
Longè alijs excellere in aliqua re. Cic. 2. de Orat. 119.
In aliquo genere uirtutis excellere. Cic Bruto, lib. 11. 21. 7.
In ſcientia excellere, pulchrum. Cic. 1. Offic. 28.
Excellere inter aliquos. Cic. 1. de Inuent. 5.
Inter omnes unum excellere. Cic. in Orat. 4.
Præter cæteros in aliqua re excellere. Cic. 2. de Orat. 120.
Excellere animo. Cic. 4. de Finib. 47. Conſilio, ad Attic. lib. 1. 12. 8. Ingenio, 1. Tuſc. 55. Vitijs, 1. de Leg. 76. Dignitate, Cæſ. 6. bel. Gal. 54.
Excellere cæteris, id eſt, excedere cæteros, uel præſtare cæteris Cic. pro lege Manil. 27.
Dignitate cæteris excellere. Cic. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par eſſe uideatur.
Fama bona excellere. Lucret. lib. 6. 3.
Ingenio ſcientiaq; excellere. Cic. 4. Academ. 9.
Excellere opibus. Liu. bel. Maced. 122.
Rebus omnibus excellere. Lucret. lib. 1. 6.
Aliquem pluribus rebus excellere. Cic. de claris Orat. 42.
Excellere, etiã in malam partem accipitur. Cic. in Piſonẽ, 74, Non enim dubito quin quum hæc excellunt, me noſſe uideas, non exiſtimes, mediam illam partem & turbam flagitiorum tuorum mihi eſſe inauditam.
¶ Excellens, Participium (περιέχων, ἐξέχων) Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 9, Virum enim excellentem, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum.
Excellens & præſtans. Cic. de claris Oratorib. 144. Idem 1. de Nat. deor. 77, Piè ſanctéq; colimus naturam excellentem atq; præſtantem.
Perfectum & excellens. Cic. in Orat. 5.
Excellens omnibus uir. Cic. 3. de Finib. 13.
Inter tot æquales unus excellens Galba fuit. Cicero de claris Oratoribus, 187.
Excellens omni genere laudis. Cic. 1. Acad. 18.
Excellens animo & forma. Plin. lib. 24. cap. 17. 10.
Excellens amicitiæ gloria. Cic. de Amicitia, 5.
Ore excellens: id eſt, eloquens. Sil. lib. 1. 31.
Rerum omnium præſtantia excellentes dij. Cicero 2. de Diuinat. 193.
Animo & uirtute excellenti homo. Cic. pro Archia, 11.
Ars & uenuſtas excellens. Cic. pro Archia, 13.
Excellenti gratia homines ad conficiendas centurias. Qu. Cic. de Petit. Conſul.
Excellens ingenium. Liu. 2. ab Vrbe, 187.
Ingenijs excellentibus præditi homines ſpe gloriæ excitantur. Cic. 2. de Finib. 122.
Muliebris formæ pulchritudo excellens. Cic. 2. de Inuent. 122.
Excellens & ſingularis ſcientia. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 14.
Tumulus ciuitatis excellens. Cic. Antequam iret in exil. 15.
¶ Excellens, (ὑπέροχος) Nomen ex participio. Cic. 1. de Nat. deor. 7, Atque haud ſcio an pietate aduerſus deos ſublata, fides etiam & ſocietas generis humani, & una excellentiſſima uirtus iuſtitia tollatur.
¶ Excellentia, huius excellentiæ (ὑπεροχή) ut, Excellentia & magnitudo animi. Cic. 1. Offic. 26.
Excellentia & præſtantia. Cic. 1. Offic. 137.
Hominis excellentiæ conſentaneum. Cic. 1. Offic. 135.
¶ Excellenter, Auerb. (ἐξόχως) Cic. 1. Offic. 89, Quæ magno animo, & fortiter, excellenterq; geſta ſunt.
Audere excellentius aliquid. Ouid. ad Piſonem, 51.
¶ Excelſus, (ὑψηλὸς, ὑψόροφος, ὑψίπυργος) Participium, ſiue Nomen ex participio, Magnus, altus: ut, Arces excelſæ. Lucanus lib. 3. 93.
Excelſus & altus. Cic. 2. Tuſc. 16.
Ab æde excelſa proſpectare. Ouid Metam. 169.
Ibes aues excelſæ. Cic. 1. de Nat. deor. 140.
Baſis excelſa. Cic. 6. Verr. 66.
Excelſiſſimum uiſcerum, cerebrum. Plin. lib. 11. cap. 37. 12.
Ab excelſa præceps delapſa feneſtra. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 8.
Excelſus mons. Plin. lib. 12. cap. 14. 1.
Nemus excelſum: id eſt, Quod excelſas habet arbores, Senec. Troad. 3. 3.
Porticus excelſa. Cic. Att. lib. 4. 86, 6.
Tecta excelſa. Ouid. 15. Metam. 12.
Turris excelſa. Sil. lib. 13. 139.
Vertex excelſus montis. Virg. 5. Aen. 7.
¶ Excelſior, Comparatiuum (ὑψηλότερος) Gel. lib. 1, Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem. Plin. lib. 10. cap. 6, Nidificant enim in excelſiſſimis rupibus.
Excelſus & magnificus. Cic. 1. Offic. 111, Omnino illud honeſtum, quod ex animo excelſo magnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis uiribus.
Magnus & Excelſus homo. Cic. pro Muren. 55.
Grandis & excelſus orator. Cic. in Orat. 64.
Amplus & excelſus animus. Cic. 1. de Inuen. 120.
Excelſus & illuſtris locus. Cic. Curioni, lib. 2. 4. 1.
Excelſus, illuſtris, & clarus locus. Cic. in Somnio Scip. 5.
In excelſum collocare ſimulachrum aliquod. Cicer. 3. in Catilin. 64.
In excelſum emicant rami. Plin. lib. 12. cap. 52.
In excelſo poſita ſtatua. Cic. Att. lib. 6. 111. 29.
¶ Excelſitas, pen. corr. huius excelſitatis, ſ. g. (ὕψος) Altitudo. Plin. libro 21. cap. 5. 1, Nec ulli florum excelſitas maior. De lilio. Idem lib. 36. cap. 25. 23.
Excelſitas animi, pro magnitudine. Cic. 3. Offic. 29.

In excelſo

In excelſitatem naſcitur. Plin.lib.16.cap.36.9.

¶ Excelsè, excelsius, excelsißimè, Aduerbium (ὑψῆ, ὑψόθι, ὑψό-σε) Hoc eſt, altè & in ſublime. Colum.lib.4.cap.1.5, Si modò ſcandit excelsius, plus alimenti, terræq; deſyderat. Cic. in Oratore, 65, Omnia proflctò, quum ſe à cæleſtibus rebus referet ad humanas, excelsius magnificentiusq; & dicet & ſentiet.

Excendo] Vide Exſcendo.

Exceptio, Excepto, Exceptas, Exceptus] Vide Excipio.

Excerno] excernis, excreui, excretum.pen.prod. (ἐκκρίνω, ἀποκρίνω) excernere, Extra cernere, Purgare. Col.lib.2, Itaq; in area detrita frumenta ſic aggerenda, ut omni flatu poßint excerni. Idem lib.8.cap. 4, Furfures à farina excreti. Celſus lib. 4, Quoniam portæ modo, in inferiores partes ea quæ excreturi ſumus emittit.

¶ Excretum, pen.prod. Subſtant. (ἔκκριμα) Quod excernicu lo pro immundo ſeponitur. Col.lib.8.cap. 4. Vbi annona eſt carior, excreta tritici minutè commodè dantur gallinis.

¶ Excrementum, excrementi (περίττωμα) Purgamentum & ſtercus. Vnde Plin.lib.10.cap.43, ſcribit quòd quia coruus excrementis calceamẽta fœdauerit, à mãcipe proximæ ſutrinæ exanimatus ſit.

Oris excrementum. Tacit.lib.20.

Excerpo excerpis, excerpſi, excerptum (ἐκλέγω) excerpere, Secernendo extrahere. Terent. Phorm. 4.4.17, Tu id quod boni eſt, excerpis, dicis quod mali eſt. Cic. 3. Offic. 4, Sed quia ſic ab hominibus doctis accepimus, non ſolùm ex malis eligere minima oportere, ſed etiam excerpere ex his ipſis ſi quid ineſſet boni.

Excerpere & libare. Cic.1.de Inuent.124.

De aliquo numero aliquid excerpere. Cic.2.de Orat.26.

Numero aliquorum ſe excerpere. Horat.1.Serm.Satyr.4.8.

Excerpere ſe uulgo. Senec.de Tranq.uitæ. Item epiſt.5, Hominum conſuetudini excerpere: pro Eximere.

¶ Excerpens, Partic. (ἐκλέγω) Horat.2.Serm.Satyr.3.55,

Quid? quum Picenis excerpens ſemina pomis
Gaudes, &c.

Exceſſus] Vide Excedo.

Excetra] excetræ, pen.prod. (ἔχιδνα) dicta eſt hydra ſerpens, quòd uno cæſo capite tria excreſcant. Seruius in 6. Aeneid. hydram dicit quæ fuit in Lerna Argiuorum palude. Plaut. Perſa, 2.3,

Nã cũ leone, & cũ excetra, cũ ceruo, cũ apro Aetolico,
Cũ auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim,
Quàm cum amore. Cic.2.Tuſc.37.

Exchalcio] exchalcias (ἐκχαλκάω) exchalciare, Aere ſpoliare, ac nummos auferre. Porphyrio in Horat.lib.1. Serm. Saty.8. Voranus (inquit) Qu. Luctatij Catuli libertus, omni loco, omni tempore furaciſſimus fuiſſe dicitur. De quo etiã illud traditur: quum deprehenſus à nummulario eſſet, de cuius menſa nummos ſubtractos in calceos ſibi infarcierat: quidam iocans, Bellè, inquit, te nummularius ille exchalciauit. cũ aſpiratione ſcilicet ſecundæ ſyllabæ: ſimul ut chalcon, id eſt, æs ablatum ex calceamento obijceret. Meminit & Cælius lib.19.cap.9.

Excido] excidis, pen.cor. excidi (ἐκπίπτω) excidere, Ab Ex, et Cado, cadis, ſignificat ueluti ex ſublimi in decliuẽ locũ cadere. Plaut. Pœn. 4. 38, Huic excidit lingua, ut ego opinor.

Excidere & elabi. Cicero 1. in Catil. 11, Quoties iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties uerò excidit caſu aliquo, & elapſa eſt.

Excidere & fluere. Cic.12.Philip.324.

E corpore excidunt ſagittæ. Cic.2.de Nat.deor.18.9.

E mundo excidere ſol uidetur. Cic. Att.lib.9.18.1.6.

Ex utero elapſum excidit animal. Cic.2.de Nat.deor.192.

Excidit de manibus gladius. Cic.in Piſonem, 15.

Excidit in pedem ſagitta. Plin.lib.25.cap.6.3.

Excidit in uia. Cic.ad Atticum, lib.2.23.1.

Curru exciderat. Ouid. 6.Faſt.149.

Equis excidit iuuenis. Ouid.ad Liuiam, 23. de Phaethonte,

Vinclis excidere, pro Effugere. Virg.4.Georg.82.

Dies cælo excidit. Senec. Thyeſte, 1.11.

Fulmina exciderunt cœlo. Silius lib.7.75.

Inchoata & rudia exciderunt. Cic.1.de Orat.3.

Excidere aliquid alicui dicitur, quando obliuiſcitur alicuius rei. Cic.2.de Legibus, 74. Mart.lib.1.91, Queris quis hic ſit? excidit mihi nomen.

Excidere & Inſidere cogitatio dicitur, Contraria. Cic. Luceio, libro 5.13.3.

Excidit, qui memoria labitur. Quint.lib.11, Nam etiã excidentes, unius admonitione uerbi memoriam reponuntur.

Excidit animo caritas. Plinius in Paneg. 143. Et Virgil. 1. Aeneid.6,

Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores
Exciderant animo.

Aeuo primo excidere: id eſt, Mori. Propert.lib.3.eleg.7.2.

Auſis magnis excidere. Ouid.2.Metam.66.

Cura mei tibi excidit. Ouid.2.de Ponto, eleg.10.2.

Excidit dolori noſtro uindicatus Nero. Plin. in Paneg.87.

Excidit ex hac familia. Plaut. Menæch.14.93.

Fme excidit. Quint.lib.2.cap.17.16.

Ingenium excidit tantis malis. Ouid.1.Triſt.eleg.1.10.

Ingenio alicuius excidere. Ouid.2.Amor.eleg.14.

In uitium libertas excidit. Horat.de Arte, 57.

Excidit memoria huius rei: uel, Hæc res excidit è memoria. Liu. 9.bel.Pun.101. Ibidem, lib.7.14.

Excidit numero ciuium. Plin.epiſt.171.c.

Excidit mihi oratio. Cic.2.Verr.99.

Nefas ore excidit. Virg.2.Aeneid.142.

Scelus excidit ore. Ouid.7. Metam.35.

Sẽſib.ereptis mẽs excidit. Catul. de coma Berenicis, epiſt.61.5.

Exciderat pacis mentio ex omnium animis. Liuius 4.bel.Macedon.146.

Nomen tuum penè mihi excidit. Ouid.4.Triſt.eleg.5.2.

Officium mihi excidit. Ouid.5.Faſt.63.

Pietas excidit. Ouid.1.Triſt.eleg.4.3.

Spes excidit. Ouid. 6.Faſt.79.

Fortuitu excidit Verbum. Cic.10.Philipp.272.

Excidit uerbum ex ore, Elapſum eſt, per incogitantiam prolatum eſt. Cic.pro Sylla.54, Verbum ecquod unquam ex ore huius excidit, unde quiſquã poßit offendi? Idẽ.10.Philip.

Excidit è manibus uictoria. Cic.ad Brutum, 10.3.

Vox excidit ore. Virg.6.Aeneid.137.

Vultus deo excidit. Ouid.2.Metam.59.

Excidet uxore. Terent. And.2.5.12. Id eſt, non dabitur ei illa in uxorem.

Excidere ab aliquo, pro Diſſentire, ut ait Nonius. Lucil.li.28, Ego ab Archilocho excido.

Excîdo] excidis, excidi, exciſum, pen.prod. (ἐκτέμνω) excidere, Ab Ex, & Cædo, cædis, compoſitum.

Arborem excidere. Cic. Attic.lib.15.323.6.

Columnas excidunt rupibus. Virg.5.Aeneid.87.

Excidere lapides ex terra. Cic.2.Offic.17.

Lucum excidere. Cic. Trebatio, lib.7.21.3.

Syluas excidere. Lucret.lib.5.255.

Excidere ſtagnum in petra. Colum.lib.8.cap.17.1.

Excidere malum. Cic. ad Brutum, 4.4, Nec ſemper primi cuiuſq;

ęuſq; mali excidendi cauſa ſit, ut aliud renaſcatur illo peius. Eidem, 16.14.

Oppugnare, excidere, incendere. Cicer. pro Seſtio, 82, Ille qui monimenta publica, qui ędes ſacras, qui domos inimicorum ſuorum oppugnauit, excidit, incendit.

Excidere manibus ſuis patriam. Plaut. Trucul. 10.52.

Vrbes excidere. Cic. pro Domo ſua, 48.

Excidere & euertere urbem. Cic. pro Seſtio, 28.

Ex animo excidere. Cic. de Prouinc. Conſul. 36. Hoc eſt, memoria euellere.

Excidere numero ciuium aliquem, pro Eijcere in exilium. Plinius epiſt. 171.

¶ Exciſus, penultima producta (ἐκτετμημένος) Participium: ut, Exciſa arbor. Cic. ad Attic. lib. 15. 323. 6. Et 5. Verr. 98. Item, Exciſum caput, Plin. lib. 33. cap. 3. 9. Et apud Virg. 2. Aen. 96, Trabs exciſa.

Domus exciſa. Senec. Herc. furente, 11.29.

Templa exciſa. Stat. 5. Sylu. 3.4.

Marte exciſa. Stat. Sylu. lib. 11.29.

¶ Excidium (ἀνάστασις) Peremptio, & quaſi nex urbis aut prouinciæ. Liu. 7. bel. Punic. 214, Magnum ſe excidio eius urbis terrorem cæteris iniecturum. Plin. lib. 16. cap. 39. 10. Fumantia excidia querſæ urbis. Virg. 10. Aeneid. 9, Quòd ignibus conflagrata ſit.

Miſerabile excidium. Stat. 6. Theb. 20.

Aduentat illi excidium. Tacit. lib. 20.

Dare aliquem excidio. Virg. 12. Aeneid. 132.

Excidium auro ſenis factum, per translationem dictum. Plaut. Bacchid. 20. 20.

Moliri excidium. Sil. lib. 1. 3.

Petere urbem excidijs. Virg. 2. Georg. 101.

¶ Exciſio, Verbale (ἀνάστασις) ut, Exciſio tectorum. Cicer. pro Domo ſua, 113.

Excidionem urbis à cædendo dictam, manifeſtum eſt. Feſtus.

¶ Exciſo, exciſas, penult. prod. (διατίμνω) exciſare, Laniare, uulnerare, inquit Nonius. Plaut. Ciſtel. 10. 46,

Capillo ſciſſo, atq; exciſatis auribus. Antiquum.

Excieo] Vide Excio.

Exciet] pro Excutiet dixerunt ueteres. Feſtus.

Excindo] excindis, excidi, penult. corrept. exciſum, penult. prod. (ἀναιρέω, καταβάλλω, ἐκπόπτω, ἐκπολεμέω) excindere, Euertere, dedere. Cicer. in Som. Scip. 60, Numantiam excindes. Liu. Multum interest, alienos populari fines, an uri tuos, excindiq; uideas. Sine ſ ſcribendum, quòd x pro duplici ſſ accipiatur. Cic. pro Plancio, 79.

Domos excindere. Virg. 12. Aeneid. 129.

Genus aliquod excindere. Valerius 6. Argonaut. 94. Et apud Virgilium libro 9. Aeneidos, 28, Gentem aliquam ferro excindere.

Excindere linguam. Cic. 3. de Orat. 3.

Nomen alicuius excindere. Sil. lib. 7. 129.

Rupes excindere. Stat. 3. Sylu. 1. 25.

Telis excindere urbem. Virg. 2. Aen. 36.

¶ Exciſorius, Adiectiuum (ἐκκοπικός) ut, Exciſorius ſcalper, quo cariosa exciditur caro. Celſ. lib. 8. cap. 3.

Excio] excis, exciui, excitum, pen. prod. (ἐκκαλέω) excire uel Excieo, excies, exciui, excitum, pen. corr. exciere, Extra uocare, ſiue accire. Plaut. Epid. 12. 1,

Quid eſt pater, quòd me exciuiſti ante ędeis?

Excire foras. Plaut. Pſeud. 23. 1.

Exeire iuuentutem ex Italia. Cic. 12. Philip. 329, Idcircòne ſaga ſumpſimus? arma cepimus? iuuentutem omnem ex tota Italia excuimus?

Excire ſomno, uel ex ſomno. Liu. 4. ab Vrbe, 116. Idem libro 1. 26. Et Lucret. 4. 9, Sopore excire aliquem.

Excire cubilibus. Liu. 5. ab Vrbe, 199.

Excire animas ſepulchris. Virg. 8. eclog. 20.

Excire (ἐγείρω) pro Commouere: ut, Excire lachrymas alicui. Plaut. Ciſtel. 2. 103.

Molem in undis excire. Virg. 5. Aen. 153.

Excire hoſtem ad dimicandum. Liu. 2. ab Vrbe, 128.

Excire tumultum. Liu. 3. ab Vrbe, 161.

Vrbes excire. Lucan. lib. 2. 10.

Excire aliquem ad cupiditatem diſcendi. Liu. 1. ab Vrbe, 74.

In arma excire aliquem. Stat. 4. Theb. 30.

In pugnam exciri. Lucan. lib. 6. 3.

Canes excient ſuem. Ouid. 10. Met. 141.

Sonitus excitur pedibus. Lucret. lib. 2. 66.

Excitur omne Hernicum nomen, omnis militaris ętas. Liu. 7. ab Vrbe, 28.

¶ Excitus, pen. corr. (ἐγερθείς) ab Excieo: ſiue excitus, penul. prod. ab Excio, Partic. Ouid. 2. Metam. 56, Nec fruitur oſſa no uigilantibus ex curis.

Excitis longè ab domo principibus. Liu. 1. ab Vrbe, 219.

Somno longo excita. Claudian. in Præfation. belli Getic. 1. Sil. lib. 17. 21.

Stratis excita iuuentus. Lucan. lib. 1. 48.

Mens pauida excita ſonipedis. Senec. Hippol. 10. 19.

¶ Excito, excitas, penult. corr. prep. (ἐγείρω, ἀνεγείρω, διεγείρω) excitare, Frequentatiuum ab Excieo, excies, ſignificat Commouere, allicere & excitare. Cicero 2. Offic. 28, Hoc igitur cognito dicendum eſt quónam modo hominum ſtudia ad utilitates noſtras allicere atque excitare poſſumus.

Excitare & acuere. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 12.

Excitare & agitare. Cic. 3. Offic. 83.

Commouere & Excitare. Cic. pro Murena, 35.

Confirmare & excitare. Cic. Att. 1. 11. 13.

Excitare & incitare. Cic. Q. fr. frat. lib. 111. 66.

Excitare & inflammare animos imperitorum. Cic. de Aruſpic. reſpon. 37.

Excitare & Sedare, contraria. Cic. de Orat. 101.

Stimulare & excitare. Cic. pro Plancio, 56.

Excitare ad aliquid. Quint. lib. 4. cap. 1. 23.

Excitare ad actionem. Cic. 4. Academ. 187. Ad experientiam, Plancus ad Ciceronem lib. 10. 18. 10.

Ductor ad arma excitat. Silius lib. 5. 39.

Excitare ad arma ciuitatem aliquam. Cic. 1. de Diuin. 97.

Ad decus populum languentem labentemq; excitare. Cicero 1. de Orat. 101.

Ad laborem & laudem nos & liberos noſtros excitare. Cicero pro Planc. 49.

Excitare ad memoriam alicuius rei. Cic. in Top. 4.

Excitare aliquem ad uirtutem. Cæſar 7. bel. Gal. 326.

Alacritate & quaſi lętitia ad canendum galli uictores excitantur. Cic. 2. de Diuin. 84.

A mortuis dicendo aliquem excitare. Hoc eſt, uelut euocare. Cic. 1. de Orat. 127.

Excitare ſomno, de, è, uel ex ſomno. Liu. 5. bel. Pun. 210. Cic. 2. Philipp. 78. Idem pro Sylla, 18, Excutient tibi iſtam uerborum iactationem, & te ex ſomno ſæpe excitabunt.

De re aliqua excitari. Quint. lib. 3. cap. 6. 14.

Excitare, & in ſpem cogitationemq; meliorem animum amicti iacentem inducere. Cic. de Amic. 52.

In curas excitare aliquem. Sil. lib. 7. 62.

In fortunas alicuius excitare incendium. Cicero pro Murena, 49.

Cohortationibus excitare aliquem. Cic. Bruto. 2.

Summam hominum admirationem excitare. Cicero de claris Oratoribus,183.
Excitare alicui amores ſapientiæ. Cicero 1. Offic.24.Et 2.de Finibus,85.
Animos.Cæſar 1.bel.Ciuil.321.
Excitare ædificium,pro Erigere.Senec.epiſt.53.
Animum excitare,Bono animo eſſe.Senec.Herc.fur.5.1.
Aras ſopitas excitare ignibus.Virg.8.Aen.107.
Bellum ciuile & tantum & tam luctuoſum excitare.Cicer.pro Marcel.10.
Calorem iuuenis excitat in amorem belli.Lucan.lib.2.66.
Ceſpites excitare dicitur ſus.Col.lib.2.cap.18.1.
Excitare clamorem.Cic.in Orat.124.
Clamorem uulgi & imperitorum.Cic.5.de Fin.112.
Cunctantem & diffidentem authoritate ſua excitare.Cic.Torquato,lib.6.1.13.
Dormientem.Cic.7.Verr.73.
Flammas excitat admoto fomite.Lucan.lib.8.15.
Fletum.Cic.pro Seſtio,105.
Fletum orator excitat.Catul.in Egnatium,epig.37.1.
Foculum bucca excitare.Iuuen.Satyr.3.26.
Gloriam excitare.Cic.2.Offic.68.
Iacentem aliquem excitare.Cic.de clar.Orat.7.
Iras excitare.Virg.2.Aen.129.
Malum ex aliqua re.Terent.Heaut.5.3.10.
Memoriam alicui.Liu.10.ab Vrbe,151.
Memoriam aliquorum excitare ad timoris præteriti cogitationem.Cic.pro Seſtio,8.
Metum alicui.Plin.epiſt.4.
Mortuos excitare.Horat.Epod.17.6.
Ab inferis mortuos excitare.Cic.in Orat.47.
Motus urbanos.Liu.3.ab Vrbe,36.
Opus.Colum.lib.1.cap.9.6,Nam cum certamine opus excitetur,tum in ceſſanteis animaduerſio iuſta eſt, & ſine querela uidetur adhiberi.
Philoſophiam.Cic.1.Tuſc.9,Philoſophia iacuit ad hanc ætatem:nec ullum habuit lumen literarum Latinarum:quæ illuſtranda & excitanda nobis eſt.
Plauſus.Cic.1.Offic.137.
Rationes omnes fortitudinis & patientiæ. Cicero 4. de Finibus,51.
Reos excitare. Quint.lib.11.
Riſum.Cic.3.Philipp.138.
Sedibus.Liu.2.bel.Maced.48.
Sepulchrum è lapide.Cicero 2.de Legibus,105. Id eſt, erigere & extruere.
Sermones uarios de re aliqua. Cælius ad Ciceronem, libro 8.10.4.
Stomachum: hoc eſt, uires uentriculi uel ſtomachi deiectas reparare, & quaſi ſopitas ſuſcitare. Plinius libro 20. capite 5.4.
Auditor ſtudium excitat.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.7.
Suſpicionem aliquam literis & nuncijs excitare. Cicero pro Seſtio,33.
Tempeſtates excitare.Cic.de Aruſp.reſp.3.
Teſtes ex annalium monimentis.Cic.2.de Finib.107.
Tragœdias.Cic.pro Milone,13.
Vapores ex agris tepefactis,& ex aquis excitat ſol. Cic.2.de Nat.deor.176.
Veternum excitare.Catul.ad Coloniam,epig.17.5.
Excitare,Erigere & quaſi ſuperſtruere.Cic.4.de Finibus,29, Principis autem à natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabuntur.
Excitari,Paſſiuum.Cic.5.de Finibus, 122, Excitantur ſpe gloriæ,quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem. Hoc eſt,animantur & commouentur.
Miles truci excitatur claſſico.Hor.Epod.2.1.
Excitari præmijs, & promiſſis. Cicero pro Rabirio Poſthum.26.
¶ Excitatus,pen.prod.Partic. (ἐξεγρθεὶς) ut,Excitatus pietate ad accuſandum.Cic.pro Cluent.137.
Feras excitatas curſu conſequi.Senec.Hippol.2.6.
¶ Excitatus (ἐγρτὸς) Nomen ex participio.Plinius libro 20. capite 17.7,Optimum quàm excitatiſſimi odoris,& quàm nigerrimum.Hoc eſt,odoris uehementiſſimi,& qui citò cerebrum ferit.
Excitatus,& Inclinatus ac iacens, contraria. Cicero Cælio,libro 2.15.3.
Acutus & excitatus ſonus.Cic.in Som.Scipionis,17.Pro incitato & concitato,id eſt,celeri.
Excitatus humo.Cic.2.de Natur.deor.210, Quæ primum eos humo excitatos,celſos & erectos conſtituit, ut deorum cognitionem cælum intuentes, capere poſſent. De hominibus loquitur.
¶ Excitandus (ἐξεγρτέω) Cic.1. Offic.144, Excitandam{que} animaduerſionem & diligentiam,&c.
¶ Excitatè,pen.prod.(ἐγρτῶς) Aduerb.Hoc eſt,uehementer & lucidè. Plin.lib.37.cap.7.13,Et in his autem mares excitatius fulgent:fœminæ pinguiores ſunt, & craſſius nitent.De quibuſdam gemmis loquitur. Videtur oppoſuiſſe aduerbio Excitatè,aduerbium Craſſè.
Excipio] excipis,pen.corr.excepi, exceptum (ἐπλαμβάνω, ἐξαιρέω,ἐξαίρω,παραχάφω,ἀποδέχομαι) excipere. Capere.Plaut.Rud.24.140,

Sùmne ego ſceleſtus,qui illuc hodie excepi uidulum?
Aut quum excepi,qui non alicui in ſolo abſtruſi loco?

Arripere & excipere.Cic.2.de Diuin.39.
Cum literis aliquem excipere.Plancus Cic.lib.10.23.12.
Domus accepit reduces.Claud.7.Paneg.43.
Hoſpitia cæli excipient ſenectam tuam.Sil.lib.3.127.
Patria quæ nos accepit, non ſecus dulcis eſt ea quæ nos genuit. Cic.2.de Legib.9.
Comiter excipere aliquem.Ouid.2.Faſt.158.
Aduentum alicuius excipere.Senec.Hippol.8.1.
Amplexu excipere aliquem.Ouid.epiſt.17.21.
Excipere brachijs.Col.lib.9.cap.15.7.
Excipere aliquem clamore, pro Contra aliquem tumultuari. Cic.7.Verr.74.
Excipere clamoribus,pro Applaudere. Plin.epiſt.38.d.lib.2. ad Maximum.
Corpus excipere poplitibus.Curt.lib.9.
Semet excipere poplitibus.Curt.lib.6.
Gremio alicuius excipi.Claud.6.Paneg.26.
Excipere hoſpitio.Plinius libro 25.capite 6.3. Ouidius epiſtol.15.26.
Excipere oſculo.Plin.in Paneg.36.
Plauſu excipere aliquem.Virg.5.Aen.114.
Excipi ſermonibus compoſitis.Liu.8.bel.Pun.137.
Excipere benigno uultu.Liu.10.bel.Pun.63.
Excipi inter aliquos.Ouid.ad Liuiam,66.
Excipere,pro Audire.Plaut.Amph.15.26,

Quid memoret,hinc excipiam,ne propera.

Emittere maledictum,& excipere. Cic.pro Plancio,47,Tam uolucre quàm maledictum:nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur.
*Exedrarum usum frequentem fuisse apud Romanos, docet Cic. lib. 1. de Nat. deor. 23, Nam quum ferijs Latinis ad eum ipsius rogatu, accersituq; uenissem, offendi eum sedentem in exedra, & cum Caio Velleio Senatore disputantem. Hic autem pro cellula studiaria accipi uidetur, in qua grabatulus ad meridiandum accommodatus esse solet. Quomodo & in tertio de Oratore, de meridiana quiete loquens, quum dedita (inquit) opera quiescentibus alijs in eam exedram uenisset: in qua Crassus lectulo posito recubuisset, &c.*

¶ Exedrium, *drij, neutr. gen. Diminutiuum ab* Exedra. *Cicer. libro 7. ad Gallum, epist. 24, Exedria quædam mihi noua sunt instituta in porticula Tusculani: ea uolebam tabellis ornare.*

Exedum] *Herba Plinio, quæ ueternosa curat. Vide lib. 24. cap. 19.*

Exegematicus] *character* (ἐξηγηματικὸς χαρακτὴρ) *Latinè narratiuus uel expositiuus dici potest, quum scilicet narrationis series nullius personæ interlocutione interrumpitur, cuiusmodi est apud Virg. in tribus primis libris Georg. Et in duabus eclog. quarum initia sunt,*

*Sicelides Musæ, paulo maiora canamus. Et,*
*Prima Syracusio dignata est ludere uersu. Dictus ἐξηγηματικὸς, ἀπὸ τοῦ ἐξηγεῖσθαι, quod inter cetera significat narrare, siue exponere.*

Exegetes] ἐξηγήτης, *Strabo, ubi de Aegypto in prouinciam redacta agit, Inter municipales autem, inquit, magistratus est, qui Exegetes dicitur, quasi sacrorũ interpres, uel augur in urbe, purpuram gestans, & alijs honoribus prouincialibus insignis, earum rerum procurationem habens, quæ ciuitati conducunt. Ex Bud. lib. de Asse.*

Exemplum] *exempli* (παράδειγμα, ὑπόδειγμα) *Res quæ nobis aut uitanda, aut imitanda proponitur, authore Festo. Valla lib. 6, Exemplum est ipsa res quam imitamur: aut (si ita sors tulerit) deuitamus in aliquo. Ille autem in quo sunt uirtutes uel uitia, Exemplar dicitur. Cic. 7. Verr. Vetus est quod dicam, & propter seueritatem exempli nemini fortasse uestrum inauditum, L. Domitiũ prætorem in Sicilia, &c. Idem 4. Verr. 27. Nullius apud te grauis authoritas? nullũ exemplum quod sequi uelles?*

*Innocentiæ exemplum uir. Cic. 1. de Orat. 116.*
*Vitiorum exempla. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 22.*
*Clara & illustria exempla. Cic. 2. de Diuinat. 12.*
*Deforme exemplum. Tacit. lib. 3. cap. 7. 15.*
*Domestica uitiorum exempla. Iuuen. Sat. 14. 4.*
*Detestabile exemplum. Iuuen. Satyr. 2. 5.*
*Honesta exempla ludendi. Cic. 1 Off. 147.*
*Immensum exemplum. Vide* Adducere in crimen, in Crimen.
*Plin. lib. 28. cap. 2. 3.*
*Leue exemplum. Ouid. epist. 23. 6.*
*Nobiliora exempla. Claud. de Laude Serenæ, 22. 30.*
*Nouissima exempla. Vide* Nouus.
*Pari exemplo. Ouid. 3. Metam. 12.*
*Pernicioſum exemplum. Cic. pro Flacco, 19.*
*Exemplum peßimum. Liu. 2. ab Vrbe, 238.*
*Venerabile exemplum morum. Ouid. ad Liuiam, 3.*
*Sine exemplo tempora. Quint. lib. 10. cap. 2. Hoc est, quibus temporibus nulla adhuc similia fuerant.*
*Si meum exemplum esset: hoc est, si primus illud excogitassem. Martialis lib. 1. 29.*
*Ad illud exemplum fit. Plaut. Mil. 10. 161,*

PA. Fit pol illud ad illud exemplum, ut doctè & perfectè sapit. Id est, procul dubio ita fit ut dicis.

*Quod ad exemplum est, coniectura si reperire possumus? Id est, qualis, qua facie est, quo statu corporis, & cui similis. Plaut. Trinum. 13. 73.*
*Ad exemplum ambarum, mores earum existimans. Terentius Hecyra, 1. 2. 88. Vbi Donatus, Quasi ad imaginem & collationem, & speciem comparationis.*
*Melioribus exemplis addere se, id est, eos sequi qui res suas melius administrarint. Claud. 4. Paneg. 12.*
*Capere exemplum de aliquo. Terent. And. 4. 1. 27, Quid iste huc tam mirum est si de te exemplum capit? Vbi Donatus, Vtrum, si te imitatur, an si de te exigit pœnas?*
*Docere aliquem exemplum. Ouid. 1. de Remed. amor. 11.*
*Expetere exemplum. Plaut. Mostel. 3. 14. Laudant fabrum, atque ædeis probant: sibi quisq; inde exemplum expetunt, sibi quisq; simile sumit.*
*Exemplo alicuius facere. Terent. in Prol. Heaut. 20. Plin. epist. 7. lib. 2, Facit hoc Homerus, multiq; eius exemplo.*
*Exemplo facere aliquid. Cic. 4. Verr. 70.*
*Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Cicero pro Corn. Balbo, 24.*
*Exemplo atq; instituto ueteri optimi cuiusq; facere. Cicer. pro Sylla 37.*
*Nullo exemplo aliquid facere, id est, nouum aliquid facere & inauditum. Cic. de Senect 4. Liuius in principio 4. bel. Maced. Statuere apud animum mouea possum utrum peior ipsa res, an peiore exemplo agatur. Id est, ut uulgò dicunt, cum maiore scandalo. Budæus.*
*Nouo exemplo aliquid facere, Idem Lentulus ad Senatum, lib. 12. 15. 15, Binæ profectò erant ad Dolabellam legationes eorum: & quidem nouo exemplo, & contra leges eorum. Cic. 5. Verr. 96. Idem ad Sulpitium, lib. 4. 3. 6, Quod exemplo fit, id iure fieri putatur.*
*Exemplum habere. Plaut. Mil. 10. 43,*
*Domesticum exemplum ad imitandum habere. Cicer. pro Murena, 60.*
*Imitari exemplum alicuius. Plin. epist. 131.*
*Instituere exemplum: reducere exemplum. Vide* Instituo.
*Monere aliquem ad exemplum alicuius: id est, hortari aliquem ad imitationem alicuius. Stat. 5. Sylu. 1. 25.*
*Mala exempla mouere. Ouid. 2. de Arte aman. 116.*
*Nocere exemplo plus, quàm peccato. Cicer. 2. de Arte aman. 116.*
*Fortitudinis, & iustitiæ exemplum ab aliquibus petere. Cic. 3. Off. 20. Et pro Deiotaro, 19, Neq; eum uirum, unde pudoris pudicitiæq; exempla peterentur.*
*Pingere exemplum. Plaut. Pœn. 18. 101.*

Exem-

Exemplum præbere. Liu. 2. bel. Maced. 91.
Graue exemplum præbere. Horat. 4. Carm. ode 11. 6.
Propositum alicui exemplū ad imitandum. Cic. pro Mur. 61.
Ad unū exemplū & regulam omnes quærere. Cic. in Salust. 2.
Reperire exemplum. Plaut. Mostel. 3. 5.
Scripta pluribus exemplis. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 5.
Exemplum statuere in aliquo. Terent. in Prol. Heaut. 51.
Exemplo esse alicui: hoc est, aliquid facere quod alij subinde imitentur. Terent. Heaut. 5. 1. 47. Propertius lib. 2. eleg. 16. 6, Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ.
Exemplo sibijpsi esse. Plinius epist. 176. Cic. de Amicitia, 68, Carent amicitia per se, & propter se expetita, nec sibi exemplo sunt.
Exemplum sumere. Terent. Adelph. 3. 3. 62. Cicero de Amicitia, 33, Earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis.
Tangi exemplo. Ouid. epist. 15. 66.
In exemplum uenire. Ouid. 4. Fast. 49.
Exempla, pro præiudicijs, apud Quintilianum accipiuntur, ut iurisperitis. Budæus.
Exemplo uno: id est, simili modo, & genere. Plaut. Milit. 10. 131, Vno exemplo ne omnes uitam uiuerent. Idem Bacch. 11. 11, Multi more isto atq; exemplo uiuunt.
Exemplum, pro forma & eo quod in literis continetur. Vulgus copiam uocat. Salust. Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, earum exemplum infrà scriptum est. Paulus Iureconsul. Si legatum certum petatur, non iubet Prætor uerba testamenti edere: ideo fortasse, quia hæredes solent habere exemplum testamenti. Cicer. Attico, Epistolam ad me Cæsaris ostendi. eam cuius exemplum ad te antea misi, &c. Ex Valla libro 6.
Literarum quarundam exemplum componere. Cicer. pro lege Agraria, 57.
Exemplo eodem literæ binæ: id est, eiusdem formæ, inquit Valla lib. 6. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 14. 4, Misi ad Cæsarem eodem exemplo literas. Idem Cornificio, lib. 12. 29. 13, Hæc ferè ad eas literas quas eodem exemplo binas accepi.
Exemplum & imago antiquitatis. Cic. pro Sestio, 14.
Animale exemplum. Cic. 2. de Inuent. 123.
Exempla (inquit Donatus) Pœnæ dicuntur, quæ possunt cæteris documento esse. Plaut. Mostel. 15. 66, Exempla ædepol faciam ego in te. Terent. Adelph. 5. 1. 9,

—— D. exemplum omnibus
Curarem ut esses. Idem Phorm. 4. 4. 7,
Vt te quidem omnes dij, deæq; superi, inferi
Malis exemplis perdant.

Recentis exempli terror. Claud. 2. in Eutrop. 110.
Nullam caruit exemplo nefas. Senec. Hipp. 4. 40.
Cauere exemplo aliquid. Ouid. 10. Metam. 136.
Edere exempla in aliquem. Terent. Eun. 5. 7. 21. Vbi Donatus, Noua ac mira tormenta quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta sint cæteris, ne delinquant, exempla dicuntur. Cic. ad Qu. frat. li. 1. 2. 7, Simile in superiore parte prouinciæ edere exemplum seueritatis tuæ. Cæsar bel. Gall. lib. 1, Obsides nobilissimi cuiusq; liberos poscere, & in eos omnia exempla cruciatusq; edere, &c.
Metuere exemplum. Ouid. 8. Metam. 24, Finitimi exemplum metuunt. Id est, uerentur ne idem faciam illis, quod patri feci, & meis ciuibus.
Premi suo exemplo. Senec. Herc. fur. 9. 24.
Statuere exemplum in aliquo. Vide Statuo. Cic. 4. Verr. 77.
Exemplum quod adhibetur rei aut probandæ aut ornandæ causa. Vnde pars probationis uocatur Ab exemplis. Ex Valla, libro 6. Quintilianus lib. 10. cap. 2, Iis quæ in exemplum assumimus, subest natura & ueritas.
Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Cic. in Off. Suet. in Tiberio, cap. 67, Sed exempli causa cauendum, ne se Senatus in acta cuiusquam obligaret.
Exempli gratia. Plin. lib. 2. cap. 17. 6, Multa proni amplius circa hæc possunt secreta naturæ leges q;, quibus ipsa seruiat. Exempli gratia: in Martis sydere, cuius, &c.
Definitiones & exempla. Cic. 3. de Orat. 145.
Familiaria exempla. Quint. lib. 7. cap. 3. 13.
Mediocre exemplum. Quint. lib. 4. cap. 1. 5.
Perspicuum exemplum. Cic. 1. de Inuent. 100.
Exemplum continentiæ. Terent. Adelph. 1. 1. 65. Idem Adelph. 5. 1. 5, Illud sis uide exemplum disciplinæ. Sic, Exemplum innocentiæ, apud Cic. lib. 1. de Oratore.
Singularis exempli uxor. Plin. lib. 9. epist. ad Geminium.
Singularis exempli iuuenis. Quint. in Corpore proiecto.
Rarissimi uxor exempli. Quint. in Corpore proiecto.
Exempli mulier. Quint. in Corpore proiecto, Iam inimici mei triumphant, iam passim loquuntur: illa exempli mulier, illa sæculi decus, uirum redimi noluit, nec filium sepeliri.
Sub exemplo. Plin. in Paneg. Licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie uindicari: & futuros sub exemplo præmonere. Hoc est, proposito exemplo. Ibidem, Iam quàm antiquum, quàm Consulare, quòd triduum totum Senatus sub emplo tui sedit. Hoc est, ad imitationem tui.
Interest exempli. Plin. lib. 9. epist. ad Quadratum, Veráne hæc, affirmare non ausim. Interest tamen exempli, ut uera uideantur.
Refert exempli. Plin. lib. 9. epist. ad Geminium.
Pertinet ad exemplum. Plin. lib. 10. ad Traianum. Sic libro 6. ad Quadratum.
Vsq; in exemplum. Quint. in Sepulchro incantato, Illo ipso lãguore quo filius caducũ illud & fragile corpus amisit, quàm perdite mulier & usq; in exemplum, modò super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc siccata frustra ubera querebatur, nunc, &c.
Exemplum, rem ornatiorem facit, quum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur. Apertiorem, quum id quod sit obscurius magis dilucidum reddit. Probabiliorem, quum magis uerisimilem facit. Ante oculos ponit, quum exprimit omnia perspicuè, ut res dicta propè manu tentari possit. Author ad Herenn. lib. 4. 228.
Adiungere exempla rebus. Cic. 1. de Orat. 93.
Agere exemplis. Vide Ago.
Capere exemplum ex similitudine aliqua. Cic. de Amic. 33.
Confirmare aliquid exemplo aliquo. Cic. 1. de Diuin. 112.
Facere exemplum. Quint. lib. 5. cap. 2. 3.
Fingere sibi exempla. Quint. lib. 1. cap. 5. 7.
Monstrare exemplum ad imitationem. Quint. lib. 5. cap. 7. 19.
Ponere exemplum ex diuerso. Quint. lib. 1. cap. 5. 28.
Ponere exempla ex aliqua scientia. Cic. in Topic. 29.
Subijcere aliquid in exemplū. Sueton. in Tiberio, cap. 21. Hoc est, exempli causa.
Vniuscuiusq; rei exemplum supponere. Cic. 2. de Inuent. 137.
Vti exemplis grandioribus. Cic. 1. de Diuinat. 71.
Inter exemplum & testimonium hoc interest: Exemplo demonstratur id quod dicimus cuiusmodi sit. Testimonio, esse illud ita ut nos dicimus, confirmatur. Præterea oportet testimonium cum re conuenire: aliter enim rem non potest confirmare. Author ad Heren. lib. 4. 142.
Exemplum, pro eo quod uulgus Monstram uocat. Author ad Heren. lib. 4. 147, Si quis purpurã aut aliud quippiam uendens, dicat, Sume à me: sed huius exemplum aliunde rogabo, tibi quod ostendam. Si merces ipsi qui uenditant, aliunde exem-

Digitized by Google

*exemplum quæritent aliud mercis, aceruos se dicant tritici habere, & eorum exemplum pugno non habeant quod ostendant.*

**Exemplum** *pro chirographo, aut exemplari, quod ex aliquo scripto descriptum est. Plaut. Pseud. 9.58,*

*Nam hic quoq; exemplum reliquit eius.*

**Exemplum,** *Id quod aliquando fuit. Plinius libro 28. cap. 9.3, Sunt inter exempla, qui asininum lac bibendo liberati sunt podagra, chiragráue. Id est, Scriptum legimus, aliquos liberatos fuisse.*

*Inuenitur inter exempla.* Vide **Inuenio.**

*In exemplis authoritatem habet antiquitas. Cic. in Orat. 96.*

**Exemplum,** *Est alicuius facti, aut dicti præteriti cũ certi authoris nomine propositio. Author ad Herenn. 228.*

*Monimenta rerum gestarum & uetustatis exempla, Oratori nota esse debent. Cic. 1. de Orat. 100.*

*Commemoratio antiquitatis exemplorumq; prolatio, summa cum delectatione & authoritatem orationi affert & fidem. Cic. in Orat. 66.*

*Est in exemplis prodigium Dionysio euenisse. Plinius libro 2. capite 100.*

¶ **Exemplar,** *exemplaris, pen. prod. n. g. (ἀντίτυπον, ἀρχέτυπον, πρωτότυπον, ἀντιγραφὴ) In quo sunt uirtutes, uel uitia: ut, Cato fuit exemplar uirtutis, Catilina uerò iniquitatis. Plin. in Paneg. 97, Non te ad exemplar eius uoco, qui continuis Consulatibus fecerat longum quendam & sine discrimine annum: ijs te confero, quos certum est, quoties Consules fuerunt, non sibi præstitisse. Horat. 2. epist. 1. 12,*

*Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.*

*Vitæ morumq; exemplar. Horat. in Arte, 64.*

*Ingens exemplar. Senec. Herc. 14. 20.*

*Vtile exemplar. Horat. 1. epist. 2. 4.*

*Sui aliquod exemplar intuetur qui amicum intuetur. Cicer. de Amic. 22.*

*Decipit exemplar uitijs imitabile. Horat. 1. epist. 20. 4.*

*Imitari exemplar. Cic. de Vniuers. 7.*

*Proponere alicui exemplar. Horat. 1. epist. 2. 4.*

*Proponere sibi exemplar speciem aliquam. Cic. de Vniuers. 5.*

**Exemplar,** *pro eo quod ex aliquo scripto transcribitur, uulgus Duplum uocat. Plin. epist. 291, Exemplar testamenti, quanquam mendosum, misi tibi. Suet. de Claris grammaticis, 24, Multaq; exemplaria contracta emendare ac distinguere & adnotare curauit. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 7, Exemplar eius chirographi Titio misi. Asinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 31. 17, Exemplar literarum.*

*Græca exemplaria. Horat. in Arte, 55.*

**Exemplar,** *pro exemplo positum legitur, ita ut parum inter se differant exemplum, & exemplar. Cic. de Oratore, Illa oratio fuit mihi exemplar bene dicendi. Quint. in 10, Cornelius autem Seuerus etiam si uersificator quàm poeta melior: si tamen (ut est dictum) ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, uendicaret sibi secundum locum. Cic. pro Muræna, 61, Ad imitandum uerò tam mihi propositũ exemplar illud est, quàm tibi. Hæc ex Valla lib. 6. Legitur in postremo loco Ciceronis etiam, exemplum.*

¶ **Exemplare,** *pen. prod. (ἀντίτυπον) pro* **Exemplar.** *Lucre. lib. 2. 25,*

*Duntaxat rerum magnarum parua potest res*
*Exemplare dare, & uestigia notitiai.*

¶ **Exemplarium,** *rij, pro exemplo reperitur, teste Valla libro 6. Vlp. in l. 3. in fine. ff. quemadm. testament. aperiant. Si in duobus exemplarijs scriptum sit testamentum. Sic habent Haloander & Pandectæ Florentinæ.*

**Exemptus, Exemptilis]** *Vide* **Eximo.**

**Exentero]** *exenteras, pen. cor. (ἐξεντερίζω) exenterare, Interiora auferre, quod propriè de piscibus dicitur quum apparantur. Sic per translationem dixit Plautus Epid. 5. 3,*

*——acutum cultrum habeo*
*Qui seni exenterem marsupium. Ibidem, 10. 74.*

*Exenterauit mihi opes argentarias. Plaut. Epid. 14. 7.*

*Exenteror miser. Hoc est, Angor & excrucior. Plau. Epid. 7. 1.*

**Exeo]** *exis, exiui, pen. prod. exitum, pen. cor. (ἔξειμι, ἔξεμι, ἔξέρχομαι, ἐκπορεύομαι) exire, Egredi significat. Terent. Adelph. 4. 4. 17, Fieri potis est ut ne quà exeat.*

*Domo exire. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 19.*

*Exire foras. Plaut. Amphit. 14. 17. Terent. Eunuch. 4. 4. 1, Exi foras scelestè.*

*Foras exire ex ædibus. Lucret. lib. 3. 215.*

*Exire limen. Terent. Hecyr. 3. 3. 18.*

*Limine exire. Lucan. lib. 1. 102.*

*Exire Roma. Cic. ad Attic. lib. 1. 1. 13, Sic, Exire cauis, pro E' cauis, Plin. lib. 11. cap. 25. 1.*

*A' patria exire. Cic. in Pisonem, 25.*

*Exeo ad te. Plaut. Bacchid. 17. 24.*

*De balneis exire. Cic. 2. de Orat. 123.*

*De triclinio exire. Cic. 2. de Orat. 146.*

*Exire è portu. Cic. 7. Verr. 79.*

*Exire ex urbe. Plautus Amphit. 6. 35. Cicer. Sulpitio, libro 41. 10.*

*In solitudinem. Cic. 1. Offic. 165.*

*Per ferrum exire. Lucan. lib. 1. 43. de leone.*

*Exire continuò.* Vide **Continuus.**

*Exire in literam aliquam dicitur dictio. Quin. lib. 1. cap. 5. 38. Hoc est, terminari.*

*Intus exit.* Vide **Intus.**

*In aliquem exire. Stat. 2. Thebaid. 128,*

*Exit & in fratrem, cognataq; pectora telo Conserit.*

*Exire in aciem.* Vide **Acies.**

*Exire ære alieno. Hoc est, liberari. Cic. 11. Philip. 299.*

*Exire ærumna, pro Liberari. Cic. Vt tandem è tot miserijs atq; ærumnis eximur.*

*Ab amplexibus alicuius exire. Stat. 11. Theb. 71.*

*Exire ex animo dicitur res aliqua, pro Effluere, & obliuioni dari. Cic. 3. de Nat. deor. 9. Legitur in uetusto scripto codice, ex animo exuri.*

*Exijt animus ephebis ætate. Plaut. Merc. 3. 40.*

*In altitudinem exire arbor dicitur. Plin. lib. 13. cap. 4. 9.*

*Exijt ad cælum ramis felicibus arbos. Virgil. libro 2. Georg. 17. Et apud Plin. lib. 14. cap. 1. 1, Exire ad præcipuam altitudinem.*

*Ad bellum exire. Senec. Herc. fur. 4. 2.*

*Ex Italia ad bellum ciuile exire. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 10.*

*E' contemptibus exire. Lucr. lib. 5. 257.* Vide **Contemno.**

*Exijt dies, pro præterijt. Liu. 4. ab Vrbe, 132. Idẽ 10. bel. Pun. 101, Necdum exierat induciarum dies. Vlpian. Ex quibus causis, &c. l. 1. Si cuius quid de bonis quum his metu, aut sine dolo malo Reipub. causa abesset, siue in uinculis, seruitute, hostiumúe potestate esset, posteáue cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur.*

*Exire in alias domos. Cic. 1. Offic. 80.*

*In fabellam. Quintil. Si historicus narret fabulam, eleganter exit in fabellam.*

*In diuersos flexus exire. Quint. lib. 1. cap. 6. 10.*

*In angulos exire dicuntur folia. Plin. lib. 16. cap. 23. 1.*

*De gremio exire dicitur puer. Quint. lib. 1. cap. 2. 1.*

*Exire in herbam aut radicem dicitur granum. Plin. 18. cap. 7. 3. Idem lib. 11. cap. 30. 1, Semina arrosa condunt formicæ, ne rursus in fruges exeant è terra.*



Digitized by Google

De imperio exire. Tacit. lib. 19.
In iram exire. Lucan. lib. 3. 23.
Exeunt libri. Cic. ad Attic. lib 13. 27 1. 2, Libri quidem ita exierunt (nisi fortè me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quiddam. Id est, editi sunt, & in lucem emissi.
In longum exire. Quint. lib. 4 cap. 2. 37.
In medium. Plaut. Amph. 4. 69.
Exire ab hominum memoria. Senec. 3. de Beneficijs.
Modum exire. Ouid. 9. Metam. 127.
Ab aliquo exire nummos. Cic. 4. Verr. 43.
Exire obuiam. Liu. 4. bel. Pun. 72. Cæsar bel. Ciuil. 68.
Odorem acrem exire: id est, Vitare fœtorem. Lucret. libro 6. 145.
Exire ad opus, aut ad priuatum negotium. Plin. lib. 11. cap. 10. 2. Cic. pro lege Agrar. 4.
Exit & emanat oratio. Cic. pro Rosc. Amer. 2.
Ex ore exire dicuntur uerba. Cic. de clar. Orat. 144.
In oras luminis exire: id est, nasci. Lucr. lib. 1. 34.
Exire de ouo à cauda. Vide A' præpositionem.
Exire pastum. Varro de Re rust. cap. 6. 3.
Exire de, uel è potestate, Est mentis impotem fieri. Cic. lib. 4, Tuscul. 127.
In prælium. Liu. 7. bel. Maced. 157.
In aliquam prouinciam legatum exire. Cic. in Vatinium, 9.
Ad pugnam exire. Virg. 4. Georg. 14.
In rigorem. Plin. lib. 7. cap. 19. 1.
Seruitio exire. Virg. eclog. 1. 8.
Spiritus exit in auras. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 9.
Stratis exire. Stat. 2. Achil. 26.
Exire tela, pro Vitare. Virg. 5. Aen. 87. Seruius. Vnde de Tarchonte, lib. 11. 150,
Sustinet à iugulo dextram, & uim uiribus exit.
Exijt tempus induciarum. Liu. 4. ab Vrbe, 249.
Quod tempus exit in urbis nostræ CCXLIX. annum. Plin. li. 33. cap. 2. Hoc est, Quod tempus refertur, & reduci potest ad annum CCXLIX. ab Vrbe nostra condita.
Exire è uita, pro Mori. Cic. 1. de Fin. 77.
Exire de uita. Cic. de Amic. 14.
In uulgus exierat, eum dixisse. Suet. in Galba, cap. 20.
Exire in tertium diem, pro Differri. Plin. epist. 35. g.
Exire supra mille annos. Senec. de Breuitate uitæ, cap. 6.
Super aliquem exire, id est, Maiorem esse illo. Statius 6. Thebaid. 67.
In eadem literas exire, pro Finiri. Quint. lib. 1. cap. 5. 38.
Per eandem literam exire. Quint. lib. 1. cap. 6. 5.
Exire, de fluuijs dictũ. Virg. 8. Aẽ. 15. uerba Aeneæ ad Tybrim,
Quo te cunq; lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenent, quocunq; loco pulcherrimus exis.
Fluuius exit septem aquis. Valer. 8. Argon. 38.
Exire, ad sortionem pertinet. Cic. 4. Verr. 88, In qua scriptum erat, ut quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes conijcerentur: cuius nomen exisset, ut is haberet sacerdotium. Idem 2. Verr. 24. Budæus.
Sors exit. Cic. Attic. lib. 1. 14. 3, Quum de Consularib. mea prima sors exisset, una uoce Senatus frequens retinendum me in urbe censuit.
E' Patricijs exire. Cic. pro Domo sua, 30, Non ut ille filius instituatur, sed ut è Patricijs exeat, ut Tribunus plebis fieri possit.
Exitur, pen. prod. Impersonale. Plaut. Casin. 19. 5, Crepuit ostium, exitur foras.
Exitum huc nollem. Terent. Adelph. 5. 1. 13, Quidam legunt, hunc exitum; ut sit (exitum) accusatiuus.

¶ Exiens, Participium (ἐξορχόμενος) Cicer. 1. de Diuinat. 95, Quinto autem anno exeunte, quum esset ex illo somnio, &c.
¶ Exitus, penult. corrept. (ἐξανυμός) Aliud participium, apud antiquos. Vnde apud Festum, Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.
¶ Exitus, huius exitus, pen. cor. (ἔξοδος, ἔξοδος) Egressio.
Cursus rerum & exitus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 2. 7.
Initium & Exitus, contraria. Cic. 1. Tusc. 146.
Principium & Exitus, contraria. Cic. pro leg. Manil. 2.
Exitus anni. Liu. 10. bel. Pun. 115.
Armorum exitus semper incerti & timendi. Cicer. Atticum libro 7. 123. 8.
Exitus orationis. Cæsar 4. bel. Gall. 488.
Exitus studij Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 14.
Temporis exitus Horat. 3. Carm. ode 29. 6.
Vitæ exitus. Propert. lib. 3. eleg. 5. 10.
Exitus principio simillimus. Cic. 4. Verr. 69.
Exitu fœdum. Liu. 1. ab Vrbe, 7.
Ad exitum, pro Ad postremum. Cic. ad Culeolum, lib. 3. 42. 3, Peto ut ea quæ initio ostendisti, deinde quæ feciſti, ad exitum augeri & cumulari per te uelis.
Faustus exitus. Lucret. lib. 1. 20.
Felix exitus. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 10.
Incertus exitus & anceps fortuna belli. Cic. pro Marcello, 9.
Ingens exitus. Virgil. 5. Aen. 104.
Inopinati exitus. Quint. lib. 4. cap. 2. 77.
Miserabilis exitus. Quint. lib. 4. cap. 1. 20.
Secundi exitus. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.
Segnis exitus. Stat. 5. Sylu. 3. 52.
Superbus exitus. Quint. lib. 4. cap. 1. 20.
Tristes exitus. Cic. de clar. Orat. 66.
Exitus accesit uerbis: id est, ita factum est ut prædixerat. Ouid. 6. Fast. 113.
Ad exitum adducere & profligare aliquid. Cic. 5. Tusc. 23.
Claudere exitum. Vide Claudo.
Notabili exitu concludi. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 19.
Contigit exitus quem optamus. Cic. Bruto, 11. 3.
Facilis exitus datur. Virg. 6. Aen. 179.
Ad bonos exitus uota ducit Liber. Horat. 4. Carm. ode 8. 7.
Expectare exitum. Cic. Attic. lib. 16. 336. 4.
Expedire exitum institutæ orationis. Cicero Appio, libro 3. 12. 5.
Contrarios exitus habere. Cic. 2. de Diuinat. 79.
Exitiales exitus habere. Cic. 7. Verr. 10.
Meliores exitus habere. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 18.
In exitu similes casus habere. Cic. in Orat. 94.
Imponere exitum alicui rei, aut sermonibus. Vide Impono.
Indicat exitus rei. Cic. 3. de Legib. 37.
Liber patet exitus. Lucret. lib. 4. 80.
Ad exitum peruenire. Cic. in Orat. 63.
Præstare exitu pollicita. Plancus Coss. Senatui Populoq; Romano, lib. 10. 8. 6.
Exitus acta probat. Ouid. 2. epist. 17.
Exitum nullum reperire. Cic. 4. Verr. 42.
Exitus sequitur uerba. Ouid. 3. Fast. 71.
In unum exitum spectare. Cic. 1. de Orat. 46.
In exitu esse. Cic. pro Muræna, 73. Vide In.
In dubio est exitus. Ouid. 2. Fast. 156.
Veniunt ad eundem exitum utriq;. Cic. de Fato, 66.
Exitus, pro morte. Tacit. lib. 4, Atrociore semper fama erga dominantium exitus uerteret. Et lib. 18, Exitu demum Neronis positis odijs in medium consuluere.
Hominis exitus. Iuuen. Satyr. 10. 28.

Fatales

Fatales exitus. Cic. de Diuinat. 35.
Exitus grauior auspicio. Ouid. 10. Metam. 2.
Grauissimi exitus clarissimorum hominum: Cicer. 2. de Diuinat. 33.
Honesti ciuium exitus. Tacitus lib. 16.
Suos exitus cogitare. Cic. 2. de Diuin. 36.
Sæuus exitus illum eripuit. Iuuen. Sat. 10. 13.
Bonos exitus habent boni. Cic. 3. de Nat. deor. 128.
Exitus illum sorte tulit. Virg. 2. Aen. 121.
Exitus alueorum. Plin. lib. 21. cap. 14. 4.
¶ Exitium, huius exitij (ἐξώλεια, ὄλεθρος) Festus, Exitium antiqui ponebant pro exitu: nunc exitium, pessumum exitum dicimus. Terentius Phorm. 1. 4. 24, Quod ego nunc subito huic exitio remedium inueniam miser? Plaut. Capt. 13. 63. Idem, Bacch. 20. 23, Alexander qui erit exitium rei patriæ suæ. Idem, Cap. 10, Neq; exilium exitio est. Cicer. ad Quint. fratr. lib. 1. 4. 4.
Interitus & exitium urbis. Cic. 1 in Catil. 6.
Pernicies & exitium Reipub. Cic. 4. in Catil. 82.
Crudele exitium. Valer. 3. Argon. 61.
Furiale exitium. Valer. 2. Argon. 21.
Magnum exitium. Virg. 2. Aen. 38.
Exitio dare. Lucret. lib. 5. 20.
Imminere exitio alicuius. Ouid. 1. Metam. 30.
Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Idem, 8. Metam. 75.
Insolita exitia machinatus. Senec. Hipp. 12. 14.
Mereri exitium. Ouid. 2. Metam. 58.
Mittere exitium alicui. Virg. 4. Georg. 107.
Parare exitium. Vide Paro.
Ponere modum exitijs. Virg. 7. Aen. 26.
Ab exitio refrænare. Lucret lib. 1. 174.
Graui exitio sternere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 16. 4.
Esse exitio alicui, id est, causam esse mortis alicui. Virg. 3. Georgic. 101.
Esse exitium alicui, Idem. Virg. eclog. 3. 20.
Exitium superat opes: id est, mors aut morbi uis superat medicamenta. Ouid. 7. Metam. 107.
Exitium, de homine dicitur. Horat. 1. Carm. ode 15. 5,
Non Laertiadem exitium tuæ
Gentis, non Pylium Nestora respicis.
Exitium Troiæ, Achilles. Ouid. 13. Metam. 102.
¶ Exitialis, & hoc exitiale, pen. prod. (ὀλέθριος) Quod est mortiferum, calamitosum, damnosum: ut, Exitialis euentus. Liu. 7. bel. Pun. 134. Cic. 7. Verr. 10, Exitiales exitus. Plinius lib. 8; Ille contrà urinam spargit prudens, hanc quoq; leoni exitialem.
Aurum exitiale. Stat. 4. Thebaid. 39.
Donum exitiale. Virg. 2. Aeneid. 7. De equo Troiano. Silius; lib. 8. 11.
Malum exitiale. Silius lib. 8. 51.
Motus exitiales. Lucret. lib. 2. 115.
Præmia exitialia. Stat. 2. Achil. 69.
Scelus exitiale. Virg. 6. Aen. 103.
¶ Exitiabilis, & hoc exitiabile (ἐξόλης) Idem quod Exitiale. Liu. 7. bel. Pun. 134, Exitiabilis prodigiorum euentus uenit. Ouid. lib. 6. Metam. exitiabile ferrũ. Plaut. Epid. 12. 36, exitiabilem ego illi faciam ut hunc sciat diẽ. Cic. ad Attic. lib. 10. 195. 4, Exitiabile bellum.
Caput exitiabile serpentis. Ouid. 8. Metam. 86.
Clades exitiabilis, pro Internecina. Suet. in Augusto, cap. 23.
Monstrum exitiabile dictu. Stat. 1. Theb. 79.
Nomen exitiabile. Silius lib. 15. 75.
Telum exitiabile. Ouid. 6, Metam. 52.
¶ Exitiosus, Adiect. penult. prod. (ὀλ) Idem. Cicer. in Catil. 78, Exitiosa coniuratio. Et ad Atticum, lib. 8. 16. §, Exitiosum bellum.
Prodigium exitiosum. Cic. de Arusp. resp. 3.
Fore exitiosum aliquid. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 16.
Exequor] penul. corr. exequeris (ἐπιτελέω, ἀποπλερόω, ἀποπράγαζομαι, διεξέρχομαι, ἀφικνέομαι, ἀκολουθέω) exequi, Perficere, Absoluere. Plaut. Trucul. 9. 10,
—nullam rem oportet aggredi dolosè, nisi
Astutè accuratèq; exequare. Terent. And. 1. 5. 24,
—sed nunc quid primum exequar?
Exequi certum est ut. Plaut. Mostel. 9. 13,
Odiosa hæc exequi certum est ut abeam
Potius hinc ad forum, quàm nunc domi cubem.
Diuinè aliquid exequi. Quint. lib. 1. cap. 6. 12.
Verbosius exequi. Quint. lib. 5. cap. 12. 11.
Hoc tamen unum exequere mihi. Virg. 4. Aeneid. 85.
Actionem exequi. Vlpianus in l. fin. ff. de priuatis delictis. Si quis actionem, quæ ex maleficijs oritur, uelit exequi.
Exequi ærumnam, Aerumnam pati uel defungi. Plau. Capt. 5. 1.
Aeternitatem exequi. Cic. de Vniuers. 7.
Beneficium exequi. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 25.
Aspectum alicuius. Plaut. Epid. 12. 3, Quam matrem meam? P. quæ exanimata exequitur aspectum tuum. Id est, coniectos in te habet oculos quasi dicat, te oculis sequitur.
Consilium. Terent. Phorm. 2. 4. 21.
Decreta. Liu. 5. bel. Maced. 90.
Exequi delicta, pro Punire. Suet. in Iulio, cap. 67.
Dicta alicuius. Liu. 4. ab Vrbe, 122.
Egestatem: id est, pati. Plaut. Trinum. 10. 60.
Fatum alicuius. Cic. ad Attic. lib. 9. 184. 1, Miseros nos; cur non omnes fatum illius unà executi sumus? id est, non sumus unà in eodem periculo, & sequuti sumus eum in periculis.
Fugam, Fugere. Cic. 2. Phil. 68.
Funus. Gellius lib. 10. cap. 15.
Imperium celer exequitur. Silius lib. 10. 71.
Imperiũ heri, Facere quod herus imperat. Liu. 5. bel. Pun. 202. Plaut. Menæh. 21. 12. Terent. Heaut. 4. 1. 22,
—nam iam primùm si meum
Imperium exequi uoluisses, interemptam oportuit.
Incœpta. Liu. 10. bel. Pun. 17.
Exequi iniurias, pro Vlcisci. Plin. Iunior lib. 3. epist. 4.
Itinerem, pro Iter, antiquè. Id est, conficere. Plaut. Merc. 22. 88.
Ius suum. Cæsar 1. bel. Gall. 17.
Iussa. Liu. 1. ab Vrbe, 119. Virg. 4. Aen. 80.
Laudes brassicæ longum est exequi, id est, Persequi & enumerare. Plin. lib. 20. cap. 9. 1.
Mandata, uel rem mandatam. Plaut. Bacch. 8. 72. Cicer. 9. Philipp. 262.
Ministeria. Liu. 9. bel. Pun. 130.
Modum sationis nulla ex parte exequi posse. Cic. 5. Verr. 37.
Mortem, Mori. Plaut. Pseud. 15. 38.
Munus suum, id est, officium. Cic. 3. Tusc. 27.
Exequi & tueri munus officij. Cic. de Senect. 65.
Negotium. Cic. 1. Offic. 112.
Numerum. Liu. 3. ab Vrbe, 22.
Officia & studia. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. 6.
Officia & munera. Cic. de Senect. 30.
Patronam: id est, precibus solicitare, ut adsit, & adiuuet. Plau. Rud. 7. 3.
Perficere itinera exequar. Plaut. Mere. 22. 72.
Pergam exequi. Plaut. Amph. 8. 167.
Præcepta alicuius exequi. Virg. 6. Aen. 47.
Probrum. Plaut. Trucul. 9. 8.
Procurationem exequi. Vlpianus in l. quæ omnia. §. sed etsi. ff. de pro-



Digitized by Google

de procuratorib. Nisi fortè purgare magis cõuitium, quàm procurationem exequi maluerit.
Sermonem, Loqui. Plaut. Trinum. 6.5.
Exequi uiam scelerati consilij. Liu. 8. bel. Pun. 149.
Vota exequi. Virg. 5. Aen. 11.
Exequi, pro Exponere, uel narrando persequi. Liu. lib. 5, Exequebatur deinde, quæ solennis deriuatio esset.
Verbis aliquid exequi. Cic. Matio, lib. 11. 27. 13.
¶ Exequens, pen. corr. (ἀκριβῶς χόμενος) Nomẽ ex Participio. Gellius, lib. 10. cap. 12, Philosophus memoriarum ueterum exequentissimus.
¶ Exequutus, pen. prod. (ἀκολουθικὸς) Particip. Catul. de Bere cynthia & Atys, 3, Sectam meam executæ duce me.
¶ Exequutio, Verbale (ἀκριβασία) Plin. lib. 35. cap. 8. 1, Neque enim instituti operis est talis exequutio. Tacit. li. 3, Exequutionem eius negotij lubens suscepit.
¶ Exequutor, pen. prod. Verbale (ἀκοπληρωτὴς) ut, Exequutor inimicitiarum, pro Vindice. Suet. in Vespas. cap. 14.
¶ Exequiæ, exequiarum, tantum pluraliter (συναγίσματα, ἐκπτέρια) Funebre officium, quod scilicet in funere alicuius exequimur: ab eo dictæ, quòd homines pompam funebrem sequũtur. Terent. Phorm. 5. 9. 37, Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est. Cicer. 2. de Legibus, 69, Sepultura & iustis exequiarum caruerunt.
Exequiæ, pro ordine ducẽtium pompam funebrem. Tacit. lib. 20, Silens agmen, & uelut longæ exequiæ.
Præclari funeris exequiæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 8.
Mites exequiæ. Stat. 3. Syl. 3. 2.
Mœstæ exequiæ. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 9.
Carere exequijs. Ouid. ad Liuiam, 34.
Exequias celebrare. Liu. 2. ab Vrbe, 264.
Cohonestare exequias. Cic. pro Quintio, 29.
Comitari exequias. Vide Comitor.
Dignas funere magni Exequias fortuna dedit. Lucan. libro 3. 59.
Exequias ducere. Plin. lib. 8. cap. 42. 2. Plin. iunior lib. 3. cap. 16, Ita duxi exequias.
Ferre exequias. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 1.
Largiri exequias. Stat. 12. Theb. 17.
Prosequi exequias funeris. Cic. pro Cluentio, 159.
Reddere exequias alicui. Ouid. ad Liuiam, 44.
Exequijs ritè solutis. Virg. 7. Aeneid. 1.
Spoliare aliquem exequijs. Cic. pro Milone, 25.
¶ Exequialis, pen. prod. Adiect. (συναγισματικὸς) Ouid. 14. Metam. 86,
Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.
Iusta exequialia. Stat. 11. Thebaid. 122.
¶ Exequiare (συναγίσειν) pro Exequias facere, Obsoletum. Varro Bimargo, Ipsum propter uix liberti semiatrati exequiantur. Nonius.
Exerceo] exerces, exercui, exercitum, penul. corr. (ἀσκέω, γυμνάζω, ἐπιτηδεύω, ἀσχολέω, μελετάω) exercere, Ab Ex & Arceo compositum, quasi extrà arcere, premere, fatigare. Terent. Adelph. 4. 2. 49, I sanè, ego, te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. Cicer. ad Cassium, lib. 12. cap. 4. 1, Nunc me reliquiæ uestræ exercent, & quidẽ præter cæteros me.
Exercere aliquid, pro Facere. Virg. 1. Georg. 54. Varijs nominibus iungitur: ut,
Exercere ætatem, Viuere. Plaut. Milit. 19. 32.
Artem. Plin. lib. 11. cap. 24. 4.
Abiectus hospitum. Vide Abigo. Plin. in Paneg. 32.
Acies pueriles exercere: id est, bella puerilia. Iuuen. Sat. 15. 6.
Aliquem in aliquo studio. Cic. de claris Orat. 123.
Amorem aliquorum exercere. Catul. epig. 66. 1.
Amores exercere ad aliquam. Catul. ad Malium, epig. 63. 14.
Animos exercere in armis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 9.
Fluuius aquas exercet. Ouid. 8. Metam. 34.
Arcum. Claud. Paneg. 8. 38.
Arma. Claud. in Præfatione Paneg. 3. 1.
Arma iuuentus exercet. Virg. 4. Aeneid. 18.
Artem. Horat. 1. Epist. 14. 9,
Quam scit uterq; libens censebo exerceat artem.
Bacchanal. Plautus Amph. 14. 26.
Agni balatum exercent. Virg. 9. Aen. 13.
Brachia. Ouid. 2. Metam. 54.
Campos, Colere. Plin. epist. 20 f. Virg. 1. Georg.
Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis. Id est, colit.
Cantus exercere. Virg. 1. Georg. 81.
Choreas. Claud. de laudibus Serenæ, 22. 29.
Diana choros exercet per iuga Cynthi. Virg. 1. Aen. 101.
Vomere exercere colles. Virg. 7. Aen. 160.
Commercium alicuius rei. Plin. lib. 12. cap. 14. 2.
Crudelitatem insatiabilem exercere non solum in uiuo, sed etiã in mortuo. Cic. 11. Philip. 294.
Pinguia culta exercere. Virg. 10. Aen. 28.
Curas. Silius lib. 11. 75.
Diem. Virg. 10. Aen. 160. Id est, per diem exerceri. Seruius.
Discipulos. Suet. de claris Rhet. 1. c.
Discordias cum hostibus. Salustius.
Ferro exercere dolorem. Ouid. 12. Metam. 108.
Equos. Virg. 7. Aeneid. 156.
Equos exercere campis. Claud. de bello Get. 51.
Genas. Stat. 5. Sylu. 5. 17,
——iam iamq; natantes
Exercere genas, dulcesq; accersere somnos.
Guttur inani cibo exercet. Ouid. 8. Metam. 167.
Humum in messem. Virg. 1. Georg. 44.
Dura imperia. Virg. 2 Georg. 74.
Ingenium exercere. Author ad Herennium, lib. 3. 129.
Inimicitias. Liu. 8. bel. Maced. 189.
Inimicitias nimium familiariter exercere. Cic. 1. Verr. 7.
Iracundiam in superatos. Cic. Bruto, 2. 4.
Rostrisq; & aduncis unguib. iras exercẽt. Ouid. 13. Met. 134.
Iras plus quàm ciuiliter exercet. Ouid. 12. Metam. 117.
Iudicium. Cic. 3. Verr. 110.
Ius ciuile exercere. Cic. 1. de Leg. 20.
Iustitiam. Plin. epist. 10. d.
Iuuentam. Catul. in Epithalamio, 47.
Linguas turpes litibus exercent. Ouid. 6. Metam. 75.
Malitiam præmijs. Salust. de Rep. ordinanda, Malitia præmijs exercetur: ubi eam dempseris, nemo omnium gratuitò malus est.
Manus in sua dona. Propert. lib. 3. eleg. 3. 7.
Medicinam. Plin. lib. 22. cap. 25. 16. Cic. pro Cluent. 142.
Membra exercent in palæstris gramineis. Virg. 6. Aen. 129.
Munera militiæ togatæ. Ouid. ad Pisonem, 6.
Memoriam. Cic. de Senect. 18.
Nomen patris, Facere officium patris. Plin. in Paneg. 34.
Odium in aliquem. Ouid. 9. Metam. 55. Idem, lib. 5. 49.
Pretiosa odia. Ouid. epist. 7. 9.
Stirpem aliquorum & genus omne futurum exercere odijs. Virgil. 4. Aen. 125.
Opes. Liu. 9. ab Vrbe, 114, Tum in minimè pertinaci genere pugnæ sic fortuna exercuit opes, ut insignis utrinq; clades, & clara ipsorum ducum ederet funera.
Palæstras. Virg. 3. Aen. 56.

Pacem.

Digitized by Google

Pacem. Virg. 4. Aeneid. 20.
Quum potius pacem æternam, pactosq; hymenæos
Exercemus?
Pœnas malorum. Virgil. 6. Aen. 109.
Populationem, Populari. Liu. 1. bel. Maced. 101.
Principem exercere: hoc est, præstare se principem & exhibere. Suet. in Tiberio, cap. 33. Vide Præsto, præstas.
Exercere pugnos in aliquem. Plaut. Amph. 4. 170.
Quæstionem. Cic. 2. de Fin. 87, Qui quum Prætor quæstionẽ miter sicarios exercuisset, &c.
Quæstionem in aliquem. Liu. 9. ab Vrbe, 140.
Quæstionem de aliquo. Suet. in Cæsare.
Regnum. Plin. lib. 10. cap. 21. 1.
Scelus, libidinem, & auaritiam in socios. Liu. 9. bel. Pun. 85.
Simultates cum aliquo: hoc est, Inimicitiarum & simultatum signa præbere. Cic. pro Flacco, 68.
Solum sub pressо uomere. Virg. 2. Georg. 72.
Spicula. Ouidius 13. Metam. 11.
Studia Dianæ exercere. Ouid. epist. 4. 18.
Stylum, apud Plinium, lib. 17.
Sumptum suum. Terent. Heaut. 1. 1. 91.
Tauros. Virg. 1. Georg. 42,
Exercete uiri tauros, serite hordea campis. Id est, ad aratra tauros iungite. Seruius.
Aranea telas exercet. Ouid. 6. Metam. 29.
Tellurem. Virg. 1. Georg. 20.
Vectigalia, atq; exigere. Cic. pro leg. Manil. 10.
Velitationem Plaut. Rud. 13. 41.
Exercere uerba, pro Exercere se ad orationem extemproalẽ. Senec. epist. 40.
Vices. Virg. 9. Aen. 37,
—exercetq; uices quod cuiq; tuendum est. Id est, exercet unusquisq; uices ad id quod accepit tuendum. Seruius.
Vires suas exercere, linguæ celeritatem incitare, uerborum frequentia delectari. Cic. 1. de Orat. 72.
Vires omni cura. Virg. 3. Georg. 45.
Vitam hominum curis. Lucret. lib. 5. 286.
Vndas exercet Auster. Horat. 4. Carm. ode 14. 5.
Vocem. Plaut. Pœn. 2. 13.
Cura alicuius rei nos exercet. Virg. 2. Georg. 83.
In omni genere belli Pompeium fortuna Reipublicæ exercuit. Cic. pro leg. Manilia, 19.
In casibus uarijs me fortuna exercet. Cic. 5. Tusc. 4.
Strenua nos exercet inertia. Horat. 1. epist. 11. 6.
Iræ alicuius dicuntur quempiam exercere. Virg. 4. Georg. 91.
Labor exercere aliquos dicitur. Virg. 1. Aen. 87.
Ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit. Cic. 1. in Catil. 18.
De aliqua re exerceri. Cic. Attic. lib. 13. 280. 3.
Pœnis exerceri, Pœnas pati. Virg. 6. Aen. 148.
Discere & exerceri. Cic. Attic. lib. 6. 12. 21, Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur.
Apud magistros pueri exercentur. Cic. 1. de Orat. 129.
Ad morem alterius aliquos exercere. Cic. in Orat. 26.
Ad pugnam exerceri. Quint. lib. 5. cap. 12. 13.
In aliqua re exerceri. Ouid. 13. Metam. 195.
Studiosissimè in dialectica exerceri. Cic. de clar. Orat. 171.
In uenando exerceri ad similitudinem bellicæ disciplinæ. Cic. 2. de Nat. deor. 240.
Agris exerceri. Virg. 4. Georg. 32.
Armis exerceri. Cic. 6. Verr. 49.
Pueri & primæuo flore iuuentus Exercentur equis. Virgil. 7. Aen. 33.
Exercere se, & studere. Cic. in Orat. 53.

Acerrimè quotidianis commentationibus sese exercent. Cicero de claris Orat. 134.
Arcu se exercere. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 14.
Cogitare aliqua, & ad ea se exercere. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 31.
Exercere se ad cursuram. Plaut. Mostel. 12. 5.
Ad uersus alicuius se exercere. Cic. 1. de Ora. 75.
Vehementissimè se in aliqua re exercere. Cic. 1. de Orat. 73.
Exercere naturam suam in optimis rebus. Cic. in Somnio Scipion. 32.
Exercere se in agris. Terent. Heaut. 1. 2. 94.
In consultationibus se exercere, & in utranq; partem disserere. Cic. Attic. lib. 9. 172. 6.
In curriculo se exercentes athletæ. Cic. de Senect. 24.
Graui iudicio multaq; arte se in uerissimo genere dicendi exercere. Cic. Bruto, 152.
Multis se in laboribus exercere. Cic. pro Archia, 21.
Exercere, cum datiuo. Cicer. 2. Tuscul. 69, Iouem Olympium, eum ipsum cui se exercebit, implorabit, ferre non posse clamabit.
¶ Exercens, Participium (ἀσχολῶν) Cicer. 2. de Orat. 158, M. Lepidus quum cæteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare.
Olid molli cura exercens. Silius lib. 15. 139.
Telum exercens. Lucret. lib. 2. 221.
¶ Exercendus, Participium (ἀσκητέον) ut,
Aequabilitas iuris exercenda. Cic. 1. Offic. 124.
Arcenda etas adolescentis à libidinibus, exercendaq; in labore patientiaq; & animi & corporis. Cic. 1. Offic. 172.
¶ Exercitus, pen. cor. Particip. (κεκμηκώς) Fatigatus & exercitatus. Cic. pro Plancio, 64. Plaut. Merc. 5. 4. Plin. epist. 99, Vnquámne uidisti quenquam tam laboriosum, tam exercitum, quàm Varenum meum?
Solicitus & exercitus homo. Cic. pro Milone, 3.
Exercitus in re militari, lõgo bellorũ usu. Cic. pro Fõteio, 26.
Exercitus in mundo rustico Plaut. Merc. 3. 65. Gellius, lib. 19. cap. 13, Homo sanè perquàm in noscendis ueteribus scriptis exercitus. Sic apud Plinium iuniorem, lib. 2. epist. 9, Exercitus in agendis causis.
Curis exercitum esse. Ouid. 15. Metam. 154.
Dissidijs crebris exercitos esse aliquos. Lucret. lib. 2. 24.
Fatis exercitus. Virg. 5. Aen. 144.
Furijs exercita. Claud. de bello Get. 10.
Exercitus multa lectione. Gellius.
Exercita ærumna. Plaut. Epid. 11. 3,
Simul ærumnam multiplex exercitam
Habet paupertas.
Motu exercita animalia. Lucret. lib. 4. 174.
Assiduo uarioq; exercita motu corpora. Lucret. lib. 2. 20.
Flumina cursu exercita. Virg. 3. Georg. 105.
Vario ludo fatorum gens exercita. Stat. 3. Theb. 36.
Manus innumeris castris exercita. Stat. 1. Syl. 4. 15.
Manus exercita furtis. Claud. 1. in Eutrop. 39.
Exilio, rebusq; exercita egenis Membra. Statius 11. Thebaid. 110.
Probitas exercita rebus aduersis. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 10.
Vestis Veneris sudorem exercita potat. Lucr. lib. 4. 227.
¶ Exercitor, pen. corr. exercitoris (ἀσκητὴς, γυμναστὴς) Verbale, Qui docet & exercet alterum in re aliqua. Plaut. Trinum. 14. 9,
——hic quisquis est, Curculio est
Exercitor, is hunc hominem cursuram docet. Ibid. 5. 3.
Exercitorem eum dicimus (inquit Vlpianus in l. 1. §. exercitorem. ff. de exercitoria actione) ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à



Digitized by Google

domino nauem per auersionem conduxit, uel ad tempus uel in perpetuum.

¶ Exercitorius, Adiectiuum (ἀσκητικὸς) Aphricanus in l. fin. ff. de exercitoria actione, Lucius Titius Stichum magistrum nâui præposuit: is pecuniam mutuatus, cauit se in refectionem nauis eam accepisse. Quæsitum est, an non aliter Lucius Tit. exercitoria teneretur. Sub. actione, sic toto illo titulo.

¶ Exercitium, exercitij (ἄσκημα) ut apud Gellium lib. 19. cap. 4, Exercitium dicendi.

¶ Exercitio, exercitionis, Verbale (ἄσκησις) Vlp. in l. si tamen. ff. de exercitoria actione, Si tamen plures per se nauẽ exerceant, proportionibus exercitionis conueniuntur.

¶ Exercitus, huius exercitus, penult. cor. (στρατιά, στράτευμα, στρατὸς, στόλος) Vegetius lib. 2, Numerus militum exercitatur, unde & re ipsa ab opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquã liceret obliuisci quod uocabatur. Vlpian. Exercitũ dicimus non unam cohortem, neq; unam alam, sed numeros multos militum.

Omnis equitum exercitus. Virgil. 11. Aeneidos 120. Idem 9. Aeneid. 5,

Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis
Diues equum, diues pictai uestis & auri.

Fortissimorum militum exercitus. Cic. 4. Phil. 154.
Aduena exercitus. Virg. 7. Aen. 8.
Insolens exercitus. Horat. 1. Carm. ode 16. 4.
Insolitus ad laborem exercitus. Vide Insolitus.
Integer exercitus. Vide Integer.
Iustus exercitus. Vide Iustus.
Maximus & fortissimus exercitus. Cic. pro Murena, 30.
Pedestris exercitus. Vide Pedestris.
Accipere exercitum. Vide Accipio.
Amittere exercitum. Cic. in Pisonem, 36.
Carpere exercitum. Vide Carpo.
Circunfluens exercitus, Vide Circunfluo.
Colligere exercitum. Cic. de Prouin. Consul. 3.
Concidere exercitum. Vide Concido.
Inuictum exercitum conducere. Cic. 4. Phil. 154.
Conficere exercitum. Vide Conficio.
Conficere exercitum, & ei præesse. Cic. pro lege Manil. 42.
Conflare exercitum. Vide Conflo.
Conscribere & comparare exercitum. Cic. 5. Phil. 190.
Continere exercitum castris. Vide Contineo.
Contractus exercitus. Vide Contraho.
Largiendo corrumpere exercitum. Quint. lib. 5. cap. 13. 14.
Cum exercitu urbes depopulare, agros uastare, domos exhaurire. Cic. in Pisonem, 31.
Dimittere exercitum. Cic. in Pisonem, 37.
Ducere exercitum. Cic. pro Murena, 17. Quintil. lib. 2. capite 16. 11.
Educere exercitum ex aliqua prouincia. Cicer. in Pison. 38. & 39.
Facere exercitum. Cic. 5. Phil. 180.
Imposuit exercitum Brundisij. Vide Impono.
Incidens portis exercitus. Vide Incido.
Increpare exercitum. Vide Increpo.
Instructus exercitus. Cic. de Prouin. Consul. 8. Vide Instruo.
Intentus atq; infestus exercitus. Vide Intendo.
Lustrare exercitum. Vide Lustrum.
Mutilatus exercitus. Vide Mutilus.
Transferre exercitum in aliquem locum. Quintilian. lib. 3. capite 8. 12.
Transportare exercitum in aliquã prouinciã. Cic. in Pis. 37.
Turbati exercitus. Quint. lib. 7. cap. 1. 3.
Coruorum increpuit densis exercitus alis. Virg. 1. Georg. 77.
Phorci exercitus omnis. Virg. 5. Aen. 164. Id est, dij marini.

¶ Exercito, exercitas, pen. cor. (ἀσκέομαι) exercitare, Frequẽtatiuum.

¶ Exercitatus, pen. prod. Participium, siue nomen ex Participio (ἀσκητὸς) Qui longa exercitatione doctus, & melior ac ualidior est. Plin. epist. 53. e, Solet dicere Claudius restitutus, qui mihi respondit, uir exercitatus & uigilans, & quãlibet subitis paratus. Cæsar 2. bel. Gal. 303, Superiorib. prælijs exercitati.

Exercitatus ad rem aliquam. Terent. Hecyr. 3. 3. 47.
Exercitatus & uersatus in causis homo. Cic. pro Quint. 2.
Exercitatus in dicẽdo. Cic. pro. Cluent. Sic, ad Atticum lib. 14. 398. 4, Exercitatus in Arithmeticis. Et 4. Acad. 198. Idem, Cæs. 1. bel. Ciuil. 214, Exercitati in armis.
Exercitatus & agitatus curis. Cic. in Somn. Scip. 32.
Bona disciplina exercitati. Cic. in Orat. 116.
Exercitati subigendis glebis. Cic. pro lege Agrar. contra Rullum, 83.
Exercitatus usu. Liu. 5. ab Vrbe, 9.
In maximis rebus & gerendis & sustinendis exercitatus animus. Cic. Quint. frat. lib. 1. 1. 3.
Syrtes exercitatæ. Horat. Epod. 9. 7.

¶ Exercitatior, & exercitatissimus (ἀσκητότερος) Cic. 2. Off. 76, Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum.

Exercitatissimus & paratissimus in re aliqua. Cicer. pro leg. Manil. 38.
Interpres exercitatissimus. Cic. 1. de Diuin. 153.
Valentissimus & ad uerberandos homines exercẽtatissimus lictor. Cic. 7. Verr. 11.

¶ Exercitatio, Verbale fœm. (ἄσκησις, γυμνασία, μελέτη) ut, Exercitatio corporis. Cic. 1. de Finib. 50. Idem, lib. 1. Off. 2, Neq; id in philosophia solum, sed etiã in dicẽdi exercitatione feci.

Exercitatione ludoq; campestri uti. Cic. pro Cælio, 7.
Studia & exercitationes. Cic. Lent. lib. 1. 9. 102.
Vsu forensi & exercitatione tyro, non ætate. Cic. 1. Verr. 26.
Labores corporis minuendi senibus, & exercitationes animi augendi. Cicer. 1. Offic. 172.
Exercitationes ingenij, & curricula mentis. Cic. de Senec. 34.
Iuris Ciuilis exercitatio. Cic. 1. de Orat. 126.
Malorum exercitatio. Quint. lib. 2. cap. 4. 12.
Scholarum exercitationes. Quint. lib. 3. cap. 8. 29.
Artes & exercitationes uirtutum. Cic. de Senect. 8.
Dicendi exercitatio. Quint. lib. 2. cap. 12. 7.
Laboriosæ exercitationes. Vide Labor.
Ludicra exercitatio. Cic. 1. de Nat. deor. 142.
Modicæ exercitationes. Vide post Modus.
Non parua exercitatio. Vide Non.
Primæ exercitationes. Quint. lib. 2. cap. 4. 26.
Puerilis exercitatio. Quint. lib. 1. cap. 11. 11.
Quotidiana dicendi exercitatio. Cic. pro leg. Manil. 1.
Subitæ ad propositas causas exercitationes, & accuratæ & meditatæ commentationes. Cic. 1. de Orat. 134.
Accommodata exercitatio. Quint. lib. 2. cap. 4. 24.
Dicendi exercitatione linguam acuere. Cic. de clar. Orat. 186.
Consuetudo & exercitatio & intelligendi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat. Cic. 1. de Orat. 35.
Stuprorũ & scelerũ exercitatione assuefieri. Cic. 2. in Catil. 31.
Augere exercitationes. Vide Augeo.
Conficere exercitatione. Vide Conficio.
Firmari atq; ali memoriã exercitatione. Quint. lib. 1. ca. 1. 26.
Exercitatione & stylo ad certam legem formanda oratio. Cic. 3. de Orat. 105.

Conuitij

Conuitij exercitationem cùm intolerabili petulantia, tum etiã diuturna impunitate munire. Cic. pro Domo ſua, 2.
Motu & exercitatione recaleſcunt corpora noſtra. Cic. 2. de Natura deor. 39.
Meditatione atq; exercitatione multi naturæ uitiũ fuſtulerũt. Cic. 2. de Diuinat. 144.
Corporis exercitatione tuendus color. Cic. 1. Off. 181.
Modicis exercitationibus utendum eſt, & ratio ualetudinis habenda. Cicero de Senect. 32.
¶ Exercitator, penult. prod. Verbale (ἀσκητὴς, γυμναστὴς) Qui exercet. Plin. lib. 23. cap. 7. 7, Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos tranſtulit. De athletis. Idẽ lib. 35. cap. 11. 14, Lecythion agilitatis exercitator.
¶ Exercitatrix, pen. prod. exercitatricis (ἀσκητὶς) Quint. lib. 2. cap. 15. 17, Quòd duas partes ciuilitatis corpori aſſignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.
Exercio] cis, cire, compoſitum ex præpoſitione Ex, et uerbo Sarcio. Vide Sumptum ſuum exercere, in Exerceo.
Exero] exeris, pen. corr. exerui, exertũ (ἐξείρω) exerere, Ab Ex, & Sero compoſitum, Extrahere, quaſi dimouere.
Herba exerit cacumen è tepida humo. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12. 3.
Exerere caput. Colum. lib. 8. cap. 7. 1.
Caput exerere ab. Lucan. lib. 5. 120,
Primus ab oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æſtus.
Galatea ponto caput exerit. Ouid. 13. Metam. 179.
Neptunus imis exerens undis caput. Senec. Agamemn. 6. 33.
Phœbus illuſtre lætis exerit terris caput. Senec. Herc. fur. 8. 1.
Altius uitijs exeruiſſe caput. Ouid. ad Liu. 10. Id eſt, excelluiſſe.
Roma caput magnanimis urbibus altè exerit. Sil. lib. 1. 6.
Exerere ſe domicilio dicuntur cochleæ. Plin. lib. 9. cap. 32.
Exerere enſem. Statius.
Humerum exerere. Ouid. 1. Faſt. 82.
Exerere ius in librum alicuius. Plin. epiſt. 160.
Latentem exerere. Ouid. ad Piſonem, 51,
Tu nanti protendè manum, tu Piſo latentem
Exere. Prouerbialiter.
Exerere linguam. Plin. lib. 10. cap. 23. 8. Liu. 7. ab Vrbe, 38,
Linguam etiam ab irriſu exerentem producunt.
Exerere manum. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 30.
Manu ſubter togam ad mentum exerta. Liu. 6. ab Vrbe, 45.
Delphin ſydus exerit ora patrijs undis. Ouid. 1. Faſt. 92.
Exerere radicem. Colum. lib. 12. cap. 56. 1.
Mentis ſecreta exerere. Senec. Herc. Oeth. 4. 5.
Exerere uincula. Colum. lib. 8. cap. 8. 10.
Phœbe uultus exerit. Senec. Hippol. 6. 3.
Exerere aliquem, pro Exhibere aliquem & proferre. Clau. 4. Paneg. 98.
¶ Exertus, Participiũ, ſiue Nomen ex Participio (ἐξαρτὸς) Plin. lib. 11. cap. 37. 34, Dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto. Stat. 9. Theb. 137.
Amazon unum exerta latus pugnæ. Virg. 11. Aeneid. 130.
Humero exertus. Silius, lib. 8. 117. Statius 4. Thebaid. 47,
Exerti ingentes humeros.
Humeros exertaq; brachia uelat. Stat. 1. Achil. 70.
Cethegus exertus. Lucan. lib. 2. 109, Ab Horatio Cinctutus dicitur. Solebat enim Cethegorum familia in publicum & pugnã prodire humero & brachio exerto, id eſt, nudato.
Enſis exertus. Stat. 11. Thebaid. 75. Ouid. 3. Faſt. 163.
Lacerti exerti. Senec. Herc. Oeth. 12. 6. Virg. 1. Aeneid. 100,
Exerta mamma. Et lib. 11. 161, Papilla exerta.
Medulla exerta. Horat. in Epod. 8.
¶ Exerto, exertas, exertare (ἐξείρομαι) Frequentatiuũ. Virgil. 3. Aeneid. 85,

At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem, & naues, & ſaxa trahentem.

Humeros exertare, id eſt, nudare. Stat. 1. Theb. 83.
Exeſus] Vide Exedo.
Exfacili] ἐξ ἑτοίμου. Vide Ex.
Exfilatus] Extra ueſtimentum filo contextus. Feſtus.
Exfio] exfis (ἐκναγίζω) exfire, Purgare. A' quo Exfitus, purgatio. Veteres exfir quoq; pro purgamẽto poſuere, teſte Feſto.
Exfodio] exfodis, pen. corr. exfodi, pen. prod. exfoſſum (ἐξορύττω) exfodere, Quod foſſum erat extrahere. Plautus Aulul. 24. 9, Exfodio aulam auri plenam. Antiquum eſt. magis enim eſt in uſu Effodio.
Exfundo] exfundas (ἐκπυθμένω) exfundare, à fundo euertere. Cælius Antipater lib. 7, Reſpub. amiſſo exfundato pulcherrimo oppido.
Exfuti] exfuſi, ut Mertat, pro Merſat. Feſtus.
Exgregius] uel Egregius, id eſt, è grege lectus. Feſtus.
Exgrumo] exgrumas, pen. prod. (ἐκθρομβόω) exgrumare, Dicũtur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exiliẽtes. Grumus enim eſt terræ collectio, à congerie dictus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 14. 3, Deniq; ipſæ exgrumantes ad propalam uitam diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interijciant, & aſpergant furfures non multos.
Exgurgito] exgurgitas, pen. corr. (ἐξαμπωτόω) exgurgitare, Extra gurgitem emittere. Vnde per translationem, Exgurgitare argentum domo, dixit Plaut. Epid. 12. 12.
Exhæredo] exhæredas, pen. prod. (ἀποκληρόω) exhæredare, Extra hæreditatẽ abijcere, & pſcribere. Vide Abdico. Mart. lib. 3. 10, Exhæredauit te Philomuſe pater. Cicer. pro Cluent. 106, Exhæredare filium. Et pro Domo ſua, 28.
¶ Exhæredans, Participium (ἀποκληρῶν) Cic. 2. Philipp. 59, Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem.
¶ Exhæredatus, pen. prod. (ἀποκεκληρωμένος) Aliud Participium. Author ad Heren. lib. 4. 181, Sed à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt. Plin. epiſt. 119. a.
¶ Exhæredatio, Verbale (ἀποκλήρωσις) Quintil. lib. 7. cap. 2, Tu impiè feciſti, quum exhæredationem meruiſti.
¶ Exhæres exhæredis, pen. prod. com. gẽ. (ἀπόκληρος) qui priuatus eſt hæreditate quæ ad eũ pertinebat. Cic. 1. 1. de Orat. 84. Nempe in ea cauſa quæſitum eſt de iure Ciuil. poſſet ne paternorũ bonorũ exhæres eſſe filius, quẽ pater teſtamẽto neq; hæredẽ, neq; exhæredẽ ſcripſiſſet nominatim.
Exhæredem ſe facere bonis ſuis. Plaut. Moſt. 4. 76.
Scribere ſine elogio exhæredem filium. Vlpian. in l. 1. §. Pomponius. ff. de Carboniano edicto.
Exhæredem uitæ ſuæ aliquem facere, per translationem dictũ à Plauto Bacchid. 19. 8. pro Occidere.
Exhæreſimus] pen. corr. dies (ἐξαιρέσιμος) Id eſt, exemptilis. Cic. 4. Verr. 99, Eſt conſuetudo Siculorum, cæterorumq; Græcorum, quod ſuos dies menſeſq; congruere nolunt cum ſolis lunæq; ratione, ut nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant unum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant. Budæus.
Exhalo] exhalas, penul. prod. (ἀναθυμιάζω, ἀποπνέω, ἐκπνέω, ἀτμίζω) exhalare, Expirare, & ueluti per halitum emittere aerẽ. Plin. lib. 17. ca. 4. 2, Quæ tenues exhalat nebulas. Virg. 7. Aen. —ſæuamq; exhalat opaca Mephitin.
Multa per os exhalantur. Lucret. lib. 4. 174.
Altaria uapore exhalant. Lucret. lib. 3. 88.
Animã exhalare, Mori. Ouid. 6. Met. 50. Iuuen. Satyr. 10. 29.
Exhalare crapulam. Cic. 1. Phil. 51, Edormi crapulam inquam & exhala. Idem 5. Verr. 22.
Lucem ſupremam exhalare, Mori. Sil. lib. 10. 31.
Metalla exhalant. Lucret. lib. 6. 163.



Digitized by Google

Flumina natas Exhalant nebulas. Ouid. 13. Met. 132.
Nebulã fumosq; uolucres exhalat terra. Virg. 2. Georg. 44.
Nebulæ caligine mistæ Exhalantur humo. Ouidius 11. Metamorph. 120.
Terra puluueris exhalat nebulã, nubesq; uolãtes. Lucr. li. 5. 51.
Ventos solum exhalat. Lucan. lib. 5. 17.
Vestes exhalant. Stat. 10. Theb. 21.
Exhalare uinũ, Idem quod exhalare crapulam. Cic. 2. Phil. 60.
Vitam exhalare. Virg. 2. Aeneid. 123.
¶ Exhalans, pen. prod. (ἀτμίζων) Participium: ut, Spiramenta exhalantia flammam. Ouid. 15. Met. 68.
Vitam exhalans. Ouid. 5. Metam. 13.
¶ Exhalatus, pen. prod. Participium (ἐκπνυθείς) ut, Anima exhalata. Ouid. 11. Metam. 9.
¶ Exhalatio, Verbale (ἄτμισις, ἀναθυμίασις) Plin. lib. 31. cap. 3. 14, Certior multò nebulosa exhalatio est.
Exhalationes terræ, Tenues spiritus qui per æstum maximum terra diffusa exhalantur, & sursum in aerẽ feruntur. Cic. 1. Tusc. 69, Quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.
Exhaurio] exhauris, exhausi, exhaustum (ἐξαντλάω, ἐξαρύω, ἀφύσσω, ἐκπενόω) exhaurire, Prorsus euacuare significat: ut, Exhaurire sentinam urbis. Cic. Attic. lib. 1. 14. 6.
Exhaurire poculũ. Hauriẽdo uacuare & ebibere. Liu. 9. bel. Mac. 211. Ouid. 5. Fast. 103. Sic, Exhaurire sanguisugam. Plin. lib. 20. cap. 13. 17.
Exhaurire poculum mortis. Cic. pro Cluen. 23.
Exhaurire uinum, & Vomere, contraria. Cic. 2. Phil. 74.
Exhaurire, per translationem: ut, Exhaurire ærarium. Cic. 2. Off. 107. Et 5. Verr. 140.
Dilapidare pecuniã & exhaurire ærarium. Cic. Octauio, 6.
Exhaurit ægrum cubantem fluens aluus. Cels. lib. 7. cap. 3.
Exhaurire ærarium, & compilare Remp Cic. in Vatin. 3.
Amorem aliquorum exhauriri nulla iniuria posse. Cic. Attic. lib. 2. 36. 5.
Exhaurire & penè perdere aratores. Cic. 5. Verr. 65.
Bellis maximis exhaurire. Cic. de Prouin. Consul. 3.
Ciuitatem aliquam exhaurire. Lucan. lib. 3. 37,
Exhausit totas quamuis delectus Athenas. Id est, militum ingentes copiæ eductæ sunt è ciuitate.
Euertere miseras funditus ciuitates, & bonis exhaurire. Cic. in Pisonem, 68.
Exhaurire maximas copias. Cic. in Parad. 56.
Dolorem exhaurire. Cic. Titio, lib. 5. 16. 7.
Exhaurire & exinanire domum alicuius. Cic. 7. Verr. 85.
Exhaurire domos, & Replere, contraria. Cicero de Prou. Cons. 3.
Genas citius exhauriet Sipyleia genitrix id est, Niobe. de re impoßibili. Stat. 5. Syl. 1. 7.
Exhaurire hæredem legatis, Onerare, & legatis hæredem uexare, ita ut nihil ei reliquum fiat. Plin. epist. 96. c.
Ligonibus humum exhaurire. Horat. Epod. 5. 7.
Ictum exhaurire. Stat. 5. Theb. 113,
—nam mollia colla refusus
In tergum serpens uenientem exhauserat ictum.
Laborem exhaurire. Silius lib. 17. 71.
Exhaurire labores in re aliqua. Plinius epist. 53. a. Idem epist. 100. b, Quod me recordantem miseratio subit quantum uigilarum, quantum laboris exhauserit frustra.
Labores exhaurire cũ sole. Stat. 6. Thebaid. 48. Significat finem imponere laboribus discedente iam sole, & ipso quoq; functo suis laboribus.
Exhaurire partem aliquam laudum alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 14. 315. 5. Hoc est, auferre.
Exhaurire mandata alicuius, pro Absoluere & perficere. Cic. ad Attic. lib. 5. 88. 6.
Manas manes exhaurire. Stat. 10. Theb. 58.
Pecuniam omnem ex ærario exhaurire. Cic. pro leg. Agr. 95.
Plebem exhaurire. Cic. 2. pro leg. Agrar. 72.
Exhaurire potionem. Quint. lib. 7.
Prædam ex fortunis aliquorum, ex agris urbibusq; sociorum exhaurire. Cic. in Pisonem, 38.
Sumptu prouinciam exhaurire. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 13.
Immanes quæstus M. Antonij tota exhausit domus. Cicero 5. Philip. 171.
Fluuius aliquam regionem exhaurire dicitur, quum omnia secum rapit & depopulatur. Lucan. lib. 2. 83.
Exhaurire sentinam furum ex urbe. Cic. 1. in Catil. 9. Idem 2. in eundem, 30, O fortunatam Rempublicam, si quidem hãc sentinam huius urbis eiecerit. uno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi & recreata Respublica uidetur.
Exhaurire sermone solicitudines. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 3. Id est, sermone & collocutione adimere atq; auferre.
Reliquum spiritum exhausit plaga. Cic. pro Sest. 69.
Supplicia exhaurire. Silius lib. 6. 58.
Exhaurire uires. Plin. epist. 63. b.
Exhaurire sibi uitam. Cic. pro Sestio, 40.
Pœnarum exhaustum satis est. Virg. 9. Aeneid. 75.
¶ Exhaustus, Participium (ἐξαντλημένος) ut, Exhaustus fons, in quo nihil amplius est aquæ. Cæsar 8. bel. Gal. 152.
Omnibus iam casibus exhaustus. Virg. 1. Aeneid. 121.
Exhaustus magnificẽtia publicorum operum. Liu. 1. ab Vrbe, 249.
Sonitu exhaustus, id est, exhaustus assiduo labore sonãdi, apud Claud. 4. Paneg. 53.
Lumbos exhaustus. Iuuen. Satyr. 9. 6.
Rebus exhaustum esse. Stat. 3. Syl. 3. 32.
Excussum et exhaustũ dimittere aliquẽ. Cic. de Aruſp. resp. 34.
Inops & exhaustum ærarium. Cic. 5. Verr. 140.
Amnes solibus exhausti. Stat. 3. Theb. 52.
Anno exhausto. Lucan. lib. 5. 9.
Apes exhaustæ, Imminutæ. Virg. 4. Georg. 50.
Exhausta aqua. Cic. 2. de Nat. deor. 177.
Bella exhausta. Virg. 4. Aeneid. 3.
Exhausta benignitas amicorum. Cic. ad Attic. lib. 4. 71. 11.
Exhaustæ bonis ciuitates. Cic. in Pisonem, 68.
Consumpta & exhausta motu domus. Cic. 3. de Orat. 57.
Cursu exhaustus equus. Lucan. lib 8. 1.
Fœmina uisceribus laßis, partuq; exhausta. Lucan. lib. 2. 69.
Flumine exhausto uincere æstũ, Pota aqua uincere sitim. Propert. lib. 4. eleg 10 13.
Hortus floribus exhaustus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 13.
Multo sudore exhausta iuuentus. Lucan. lib. 4. 62.
Labore exhausto. Lucan. lib. 3. 100. Quintil. lib. 4. cap. 5, Nã & exhausti laboris nosse mensuram, uoluptati est: & hortatur ad reliqua fortius exequenda, scire quanteũ superſit.
Pars est exhausta laboris. Ouid. 1. de Arte, 155.
Opes exhaustæ. Propert. lib. 3 eleg. 13. 1.
Pars exhausta. Lucan. lib. 3. 27.
Pericula exhausta commemorare. Ouid. 12. Metam. 33.
Pharetra telis exhausta. Ouid. 1. Metam. 90.
Exhausta plebs impensis. Liu. 6. ab Vrbe, 22.
Rubor exhaustus. Author ad Heren. lib. 4. 156.
Exhaustus enim est sermo hominum, & multæ emissæ iã eiusmodi uoces, &c. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 1. Id est, cõsumptus, etiam rumor conticescit.
Sanguine turba exhausta, pro senibus. Lucan. lib. 5. 67.
Vbere exhausto mulctra spumat. Virg. 3. Georg. 61.

¶ Exhau-

Digitized by Google

¶ Exhaustum, Substant. (ἐξαντλημένου) Virg.2.Georg.80,
Est etiam ille labor curandis uitibus alter
Cui nunquam exhausti satis est. Id est (inquit Seruius) exhaustionis, Finitionis. quod quia asperum usum est, se ad figuram transtulit, & ait Exhausti, ut Seruantissimus æqui, pro æquitatis.

¶ Exhaustant, efferunt. Festus.

Exhebenus] ni (ἐξέβενθος) Gemma speciosa & candida, quæ artifices aurum poliunt, ut ex Zoroastris sententia tradit Plin.lib.37.cap.10.

Exherbo] exherbas (ἐκβοτανίζω) exherbare, Herbas extirpare, & auellere. Colum.lib.4. cap.31.2, Et quum germinauit, ad unam perticam summittitur, crebroq; foditur, atq; exherbatur, nec minus quàm uinea pampinatur. Idem lib. 11.cap.3.6, Exherbandus est locus.

Exhibeo] exhibes, pen. corr. exhibui, exhibitum, pen. corr. (παρίστημι, ἀποφαίνω) exhibere, Proferre, & in publicũ deducere, & (ut ait Vlpian.) uidẽdi tangendiq; facultatẽ dare. Plaut. Mil. 9.65, Exhibeas herũ uolo. Cic. 7. Verr. 14, Is omnino seruus in familia nõ erat: eũ statim exhiberi iubet.
Exhibere, inquit Paulus Iureconsl. est facere in publicum potestatem, ut ei qui agit, experiundi sit copia.
Exhibere alicui affectum parentis. Plin. epist. 25. c.
Argutias alteri: pro Irritare & lacessere. Plaut. Mostel. 2.2.
Autoritatẽ salutis alicuius & supplicem alicui se exhibere. Cic.
Curam alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 13. (pro Sestio, 93.
Faciem parentis. Plin. lib. 15. cap. 13. 1.
Fidem ac beneuolentiam domino suo. Colum. lib. 11. cap. 1. 7.
Carbasus uiuos focos exhibuit Claudiæ. Propert. lib. 4. eleg. 12. 11.
Formam. Colum. lib. 5. cap. 2. 1, Ager nonnunquam plurium angulorum formam exhibet.
Horam in re aliqua agenda. Cic. 6. Phil. 209.
Imperiũ, id est, dominari alicui, & imperare. Plau. Casin. 8. 56.
Se iudicijs hominum. Plin. in Paneg. 109.
Iustitiam. Plin. in Paneg. 53.
Laborem difficilẽ colonis exhibere dicitur terra, quæ difficulter laboratur siue colitur. Colum. lib. 5. cap. 5. 15.
Molestiam, Molestare. Plaut. Capt. 13. 48. Cic. ad Cornific. lib. 12. 29. 4, Noli impudẽs esse, nec mihi molestiam exhibere.
Negotium alicui, quod & facessere negotium dicitur, uulgus dicit facere pœnam. Plaut. Mostel. 8. 39. Cic. lib. 3. Offic. 152. Quod quum audiuisset adolescens filius, negotium exhiberi patri. Idem 1. de Natur. deor. 65, Quod beatum æternumq; sit, id nec habere ipsum negotij quicquam, nec exhi=
Omnia integra exhibere. Cic. 7. Verr. 51. (bere alteri.
Notam linguæ baccis oleaster amaris exhibet. Ouid. 14. Me=
Opus exhibere alicui. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 5. (tam. 105.
Populo exhibere. Cic. 1. Acad. 2.
Promissum librum. Plin. epist. 2. 4.
Pupillum exhibere. Cic. Attico, lib. 5. 106. 6.
Rationes. Plin. epist. 126.
Rem salua m. Plaut. Asin. 9. 51.
Reum exhibere quid sit, patet in l. si quis. ff. de exhibitione reorum, Si quis reum criminis, de quo satisdedit, non exhibuerit: pœna pecuniaria plectitur. puto tamẽ si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. Est enim quod dicitur, Ducere personaliter. Budæus.
Sonos. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 11.
Spectaculum. Plin. epist. 25. 4.
Nox exhibuit pulsa sydera clara die. Ouid. epist. 18. 7.
Vicem spodij. Plin. lib. 23. cap. 7. 12.
Vires. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 3.
Vultus. Ouid. 2. de Arte, 70.

Exhibere alterum, pro illum repræsentare. Ouid. 6. Metam. 9. Idem epist. 16. 24,
Tres tibi se nudas exhibuere deæ. Verba ad Paridem.
Exhibere, est etiam alimenta suppeditare Iurisconsultus. Paulus in l. Nesennius. ff. de negotijs gestis, Pone peregrè patrem eius obijsse: & matrem, dum in patriã reuerteretur, tam filium, quàm filiam eius exhibuisse. Hermogenianus in l. 1. ff. de muneribus & honoribus, Aeque personale munus est tutela, cura adulti furiosiue, item prodigi, muti & uentris, etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum & similia.

¶ Exhibitus, pen. corr. Participium (παρεσχημένος) ut, Tori exhibiti. Ouid. epist. 16. 39.

¶ Exhibitio, Verbale (παράσχεσις) Gellius, Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitionibus.

¶ Exhibitorius, Adiectiuum. Vlp. in l. deinde. ff. de liber. exhibend. item ducend. Superiora interdicta exhibitoria sunt. Hoc est, pertinẽtia ad exhibitionẽ liberorum, cæterorumq;, de quibus suprà diximus.

Exhilaro] exhilaras, pen. corr. (ἱλαρύνω, φαιδρόω) exhilarare, Idem quod simplex Hilaro. Colum. lib. 6. cap. 24. 2, Quoniam nimietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. Idem lib. 11. cap. 1. 15. Plin. lib. 22. cap. 25.
Exhilarantur arbores. Plin. lib. 16. cap. 25. 3.

¶ Exhilaratus, pen. prod. Partic. (φαιδρωθείς) Cic. Pæto, lib. 1. 26. 1, Miraris tam exhilaratam esse seruitutem nostram?

Exholcismus] Galeno dicitur ossis translatio à superficie in profundum: Phragma uerò, ex profundo in superficiem. Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 29.

¶ Exhorresco, exhorrescis, exhorrui (φρίττω) exhorrescere, Expauescere, & præ timore horrere & contremiscere. Plancus Cic. lib. 10. 18. 8, Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutẽ subest uulneris. Cic. 1. de Fin. 68, Quæ nos exhorrescere metu non sinat.
Exhorrescere in aliquo. Cic. 3. de Orat. 30, In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?
Furores exhorrescere. Silius lib. 3. 30.
Vt serpentem patrias exhorruit iras. Silius lib. 3. 86.
Vultus alicuius exhorrescere. Virg. 7. Aeneid. 53.
Exhorrescere, pro Fremere. Ouid. 4. Metam. 28,
—exhorruit æquoris instar
Quod fremit, exigua quum summum stringitur aura.

Exhortor] exhortaris (προτρέπω) exhortari, Vehemẽter hortari. Plin. lib. 12. cap. 14. 10, Alexander Magnus Arabia potitus, thure onustam nauim misit Leonidi, exhortatus ut largè deos adoraret.
Exhortari ad uirtutis studium. Cic. 1. Acad. 23.
Ciues exhortari in hostem. Ouid. 13. Metam. 47.
Equos exhortari. Ouid. 5. Metam. 81.
Tauros in aliquem exhortari. Ouid. 7. Metam. 7.

¶ Exhortans, Participium (προτρέπων) ut, Cuneos exhortans. Stat. 8. Thebaid. 131.

¶ Exhortatus, pen. prod. (προτετρεπώς) Aliud participium: Virg. 12. Aeneid 32, —sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam uulnere mentis.
Exhortatus, passiuè aliquando accipitur. Cic. in Catone, 38, Ille enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, ut secum ferret aliquem eorum, &c.

¶ Exhortatio (προτροπή) Quintilian. lib. 1. cap. 3, Exhortatio docentium.

Exhubero] exhuberas, pen. corr. (ὑπερπλεύω) exhuberare, Quasi super abundare. Plin. in Paneg. 47, Nónne cernere datur ut sine ullius iniuria omnis usibus nostris annus exhu
bereat?

Digitized by Google

beret? Colum. in Præf. In Asia, Mysiaq; densa & glutinosa terra maximè exhuberat. Virg.

—pomisq; exhuberat arbos.

Exhuberare, actiuè. Colum lib. 2. cap. 16, Melioremq; censebat esse materiam uindemijs exhuberandis. Idem lib. 9. cap. 4, Quæ herbæ fauorum ceras exhuberant.

Exibilo] exibilas, pen. corr. (ἐκσυρίττω) exibilare, Populari, tumultuarisq; sibilatione aliquem explodere, uel deridere. Cic. in Parad. 31, Histrio si paulum se mouit extra numerum, aut si uersus pronuntiatus, est syllaba una breuior aut longior, exibilatur, exploditur.

Exicco] exiccas (ἐξηραίνω) exiccare, Siccare, aut ualde siccare significat. Cic. 2. de Diuin. 49, Arboresq; ut hyemali tempore, cum luna simul senescentes, quia tũ exiccatæ sunt, tempestiuè cædi putentur. Plin. lib. 18. cap. 26. 11. Quintus Tironi, lib. 16. 26. 2.

¶ Exiccatus, Participium (ἐξηραασμένος) Stat. 5. Syl. 1. 7.

Exiccatum genus orationis. Cic. de claris Orat. 160.

Exigo] exigis, pen. corr. exegi, pen. prod. (ἐκπεράτω, ἐξάγω, περάτω) exactũ, exigere, ab Ex & Ago cõpositũ, Excludere, eijcere, expellere, quasi extra agere. Plau. Merc. 3. 68. Idem Aulul. 11. 9.

Exigit omnes foras. Virg. 2. Aeneid. 72,

—quos improba uentris
Exegit cæcos rabies. Plin. lib. 3. cap. 5. 13, Exegere Vmbros. Cic. 2. Phil. 78, Mimam illam suam suas res sibi habere iußit, ex XII. Tab. causam addidit, exegit.

Hasta exigere aliquem. Valer. 6. Argon. 114.

Exigit à se uirum. Plaut. Mil. 18. 62.

Exigere ex. Plaut. Persa, 4. 61,

—exigam ego hercle te ex hac decuria.

Exigere ex corpore mœrores, pro Abigere tristitias. Plautus Capt. 13. 72.

Exigere ex ciuitate reges. Cic. 2. de Orat. 108.

Triste tẽpus à malis alicuius exigere. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 8.

Exigitur fabula, inquit Donatus, cum displicet. Terentius in Prol. Hecyræ, 15.

Exigere atq; eximere aliquem honoribus, id est, priuare. Plin. epist. 36. 4.

Exigere hostem. Plin. in Paneg. 46, Exactus hostis mari.

Exigere laßitudinem ex corpore. Plaut. Capt. 19. 4.

Exigere uxorem matrimonio. Plaut. Merc. 20. 6.

Exigere ærumnam, Plaut. Capt. 19. 12. Id est, perferre & pati.

Exigere ætatem, Viuere. Plaut. Casina, 7. 12.

Aeuum exigere, Transigere. Virg. de Virbio, 7. Aeneid. 156.

Annos exigere, Ducere ætatem. Virg. 1. Aeneid. 16. Ouidius 3. Trist. eleg. 4. 9,

Viue sine inuidia, mollesq; inglorius annos
Exige, amicitias & tibi iunge pares.

Exigere noctem, pro Transigere. Plin. epist. 125.

Exigere tempus. Plin. epist. 45. 4.

Exigere: Petere, Rogare. Plin. epist. 173. 4, Exegerat prosocer meus ut Anerina prædia sua inspicerem.

Exigere à. Quint. lib. 2. cap. 13. 1, Nemo autem à me exigat id præceptorum genus. Idem, lib. 1. cap. 1. 27.

Exigere ab aliquo. Plin. in Paneg. 130.

Dare & Exigere, contraria. Cic. 2. Off. 93, Conuenit autem cũ in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum.

Expectare & Exigere, contraria. Cic. de claris Orat. 9, Ego uerò & expectabo ea quæ polliceris, neque exigam, nisi tuo commodo, & erunt mihi pergrata si solueris.

Exigere aliquid acerbius. Cic. 1. Tusc. 148.

Aes exigere. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 3.

Amicitiam exigere. Catul. epig. 95. 2.

Exigere aurum, Repetere creditũ aurum. Plaut. Bacch. 19. 62.

Exigit aurum de. Plaut. Bacch. 4. 45,

Qui de amittenda Bacchide aurũ hic exigit. Id est, petit.

Benefacta pro debitis exigimus. Brutus Ciceroni, 16. 18.

Collectam à conuiua exigere. Cic. 2. de Orat. 129.

Creditum exigere. Suet. in Vespasiano, cap. 11.

Damna exigere. Ouid. 5. Fast. 63.

Facta alicuius exigere. Ouid. 2. de Arte, 26.

Exigit Odryssi facta cruenta ducis. Id est, petit ab Vlysse ut recitet.

Fructus prætermissos exigere. Cic. Attico, lib. 4. 70. 3.

Gratiam exigere. Cic. de Amicitia, 30.

Iura debita polliciti tori exigere. Verecundè dictum. Ouid. epist. 20. 28.

Exigere mercedem. Cic. Verr. 82. Et 2. de Fin. 116.

Munera pacta cum plena fide exigere. Ouid. epist. 15. 76.

Exigere nomina, Ad dissolutionem cogere. Cic. 3. Ver. 19. Paulus De usuris, l. Caius, Quæ secundum formam ab his exigi soleant, etiam si omnia nomina idonea sint.

Exigere operam. Cic. 4. de Finib. 128.

Exigere operã, aliter. Cic. 1 Off. 64, Est aũt infima cõditio & fortuna seruorũ, quibus nõ malè præcipiunt, qui ita iubent uti, ut mercenarijs, operam exigendam, iusta præbenda.

Opus exigere oculis alicuius, Exhibere spectandũ. Ouid. epist.

Desperatas pecunias exigere. Cic. pro Muræna, 40. (11. 2.

Pensionem exigere. Cic. Leptæ, lib. 6. 18. 8.

Exigere pondus, Mensurare. Suet. in Cæsare.

Pretium exigere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 14.

Exigere promissum. Cic. 3. Off. 127.

Tributa exigere. Cic. Pulchro, lib. 3. 7. 3.

Vectigal exigere. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1. 50.

Voluptatem exigere. Cic. 2. de Finib. 116.

Exigere ut recitetur carmen. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 8,

—nisi si crudelis id ipsum Exigis ut pereat. Oui. 5. Met. 5.

Est qui nequitiam locus exigat. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 4.

Exigit necessitas. Colum. lib. 7. cap. 12. 8.

Quum exiget usus epularum. Colum. lib. 9. in Procem. 2.

Exigere. Liuius 4. belli Maced. 122, Nolite ad uestras leges atq; instituta exigere quæ Lacedæmone fiunt.

Ad ueritatem legitimũ ius exigere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 3.

Ad cælestia ritus exigere humanos. Ouid. 9. Metam. 101.

Ad planctus brachia exigere. Lucan. lib. 2. 5.

Exigere ad perpendiculum columnas. Cic. 3. Verr. 94.

Ad utres suas omne opus exigere. Ouid. 2. de Arte, 101.

Exigere stylo, pro Exactè scribere. Quint. lib. 1. cap. 15.

Exigere, Extorquere. Cic. 1. Verr. 17, Et quum esset tritici modius sestertijs quinq;, pro frumẽto in modios singulos duodenos sestertios exegisse. Idẽ, pro Fonteio, 8, Itaq; Tiburum Tolosæ quaternos denarios in singulas uini amphoras portorij nomine exegisse.

Exigere ab aliquo ueritatem. Plinius epist. 247. Cicero 2. de Leg. 6.

Exigere & cogere. Cic. 2. de Fin. 188.

Exigere, & Rogare, opponit Cic. Curioni, lib. 2. 5. 4, Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet: ne id quod petat, exigere magis quàm rogare, & cuideatur.

Facilè exigere. Cic. 2. de Orat. 69, Quo facilius id à te exigam quod peto, nihil tibi à me postulanti recusabo.

Exigere imperatam pecuniam. Cæsar 3. bel. Ciuil. 9.

Pœnam exigere, Sumere pœnam. Ouid. 4. Metam. 30. Idẽ 4. Fast. 46. Item, 5. Trist. eleg. 9. 2,

Exigit ad dignas ultrix Ramnusia pœnas,
Impositò calcas quòd mea facta pede. Iuuẽ. Satyr. 10. 19,

Has

*Hæ toties optata exigit gloria pœnas.*
*In pœnas uſq; nocentum exigi.Stat.1.Theb.43.*
*Exigere piacula.Liuius 9.bel.Pun.95.*
*Exigere ſupplicium ab aliquo,* Punire aliquem. *Plinius de Viris illuſtr.12.*
*Exigere uotũ.Trãquillus,* Votũ exegit ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoriã operã promiſerat. Alibi Votũ repoſcere dixit.
*Exigere opus,* Perficere. *Ouid.15.Metam.175,*
*Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,*
*Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas.*
*Fortuna clades omnes exigit in uno die.Lucan.lib.8.137.*
*Quum ſummas exiget horas* Cõſumpta dies. Id eſt, quũ erit ultimum tempus uitæ ac finis. *Senec.Herc.Oeth.171.*
*Mediam dies exigit horã,* Meridies eſt. *Ouid.1.Amor.eleg.1.*
*Prona dies longos ſuper æquora fines exigit.Stat.2.Theb.9,*
Periphraſis eſt occidentis ſolis, quẽ fingunt immergere ſeſe mari.
*Iuppiter annum quatuor ſpatijs exigit.Ouid.1.Metam.24.*
*Phœbus æſtiuos ſpatioſius exigit igneis. Propert. lib. 3. eleg. 20.3.*
*Exigere,* pro Compenſare. *Cic. de Petit. Conſul. 25,* Bellè negandum eſt, ut oſtendas neceſsitatem, demonſtres quàm moleſtè feras, alijs te id rebus exacturum eſſe perſuadens. Id eſt, cumulatè compenſaturum. *Budæus.*
*Ferrum exigere,* Traijcere enſem. *Ouid.epiſt.9.32.*
*Ferrum exegit per pectus. Stat.10.Theb.61.*
*Gladium per omnes exegit gentes. Lucanus lib.10.7.* Id eſt, omnes populos bello fatigauit. De Alexandro.
*Enſem exigere per medium iuuenem.Virg.10.Aeneid.163.*
*Exigere,* Tranſire, Traijcere. *Plin.lib. 12. cap.19. 3,* Præterea hybernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maximè flantibus. Hi recto curſu per ſinus impellunt, *&c.*
*Exigere,* pro Extra mittere: ut, Exigere ſues paſtum. *Varro 1. de Re ruſt.cap.4.6.*
*Fluuius admiſſas aquas exigit. Ouid.epiſt.2.23.*
*Exigere de re aliqua. Plin.epiſt.203.f.* Id eſt, diſceptare.
¶ *Exactus,* Participium (παρελλυθὼς) Præteritus.
*Exacta erat media æſtas. Liuius 4.bel.Pun.92.*
*Exacta ætate. Terent. Adelph. 5.4.16. Cic.7. Verr. 100,* Hoc tantum exacta ætate laboris, itineriſq; ſuſcepit.
*Exactæ ætatis uir. Liu.1.ab Vrbe.*
*Aetates exactæ. Virg.3.Georg.38.*
*Per exactos annos,* Quotannis. *Horat.3.Carm.ode 22.2.*
*Exacto errore,* Finito errore. *Propert.lib.2.eleg.15.1.*
*Exacto frigore. Plin.lib.17.cap.25.8.*
*Hora exacta multis trientibus. Propert.lib.3.eleg.10.6.*
*Lux exacta ſolis,* Finitus dies. *Stat.2.Sylu.2.10.*
*Exacta maturitate. Plin.lib.18.cap.7.29.*
*Menſis exactus. Virg.1.Georg.87,*
Totus & ille dies, & qui naſcentur ab illo
Exactũ ad mẽſem, pluuia uẽtiſq; carebũt. *Sic 3.Geor.27.*
Annuus exactis completur menſibus orbis. *Virg. 5. Aeneid.10.*
Quia mẽſes (inquit Seruius) in ſe recurrũt, & annũ faciũt.
*Exacto menſe. Plaut. Ciſtel. 4.15.*
*Syderibus exactis,* Diluculo fugatis. *Propert.lib.1.eleg.3.8.*
*Tempore exacto. Horat.1.Serm.Sat.1.24.*
*Temporibus exactis. Cic.3.Verr.32.*
*Vigilia exacta. Cic.3.in Catil.52.*
*Voluntas exacta. Ouid.epiſt.16.36.*
*His demum exactis. Virg.6.Aeneid.128.*
*Fides exacta. Ouid. 4. de Ponto, eleg.9. 10,* Credet & exacta cuncta locare fide.
*Pecunia exacta. Cic.3.de Nat.deor.122.*
*Enſis exactus,* Traiectus. *Senec.Herc.Oeth.721,*
Eat per artus enſis exactus meos. *Ouid.5.Metam.35.*
*Exacti reges. Cic.1.de Orat.20.* Id eſt, expulſi.
*Furijs exactus:* id eſt, agitatus. *Ouid.4.Triſt.eleg.4.14.*
*Verſus tenui pumice exactus. Propert.lib.3.eleg.1.2.*
*Exacta referre. Virg.1.Aeneidos,*
Quærere conſtituit, ſocijſq; exacta referre. Id eſt, quæſita, ſiue exquiſita.
¶ *Exactus,* aditiuum nomen (σύνθλος) Perfectus, conſummatus. *Horat.2.epiſt.1.15,* —emendata uideri
Pulchraq; & exactis minimum diſtantia, miror.
*Effigies exacta. Propert.lib.3.eleg.9.2,*
Exactis Calamis ſe mihi iactat equis. Id eſt, in equis elegãter ſculpẽdis gloriã quærit. Nam Calamis, inſignis ſculptor fuit.
¶ *Exactus, exactior, exactiſſimus* (ἀκριβὴς) Diligens. *Mart. lib.4.42,*
Nihil exactius, eruditiuſq;. *Plin. epiſt.176.a,* Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo uiro præſtitit?
*Notæ exactæ. Ouid.3.Faſt.33.*
*Ratiõe exacta. Horat.2.Ser.Satyr. 4.8.* Id eſt, exactè cognita.
*Exactus, cum genitiuo: ut,* Artis exactus, cuius comparatiuum eſt exactior. *Ouid.3.Faſt.77,*
Mamurius morum, fabræ ne exactior artis
Difficile eſt ulli dicere, clauſit opus.
*Exactum, Subſtantiuum. Ouid.2.de Ponto, eleg. 3.7,*
Te nihil exacto, niſi nos peccaſſe fatentem
Sponte ſua probitas officiumq; iuuant.
¶ *Exactus,* Verbale (ἀπόπρασις) pro Venditione: quia merx dum uenditur, exigitur à nobis, id eſt, emittitur. *Quint. Declam. 19,* Sacro ſanctus mercator oportunum mercis exactum puto inuenit.
¶ *Exactor,* Verbale (εἰσπράκτωρ) Qui pecuniam exigit. *Cæſar 3.bel. Ciuil.127,* Erat plena lictorum, & imperiorum prouincia, conferta præfectis atq; exactoribus.
*Exactor regum. Liuius 9.ab Vrbe,90.*
*Exactor ſupplicij. Liuius 2. ab Vrbe,20.*
*Exactor Latini ſermonis moleſtiſſimus. Suet. de Clar.grã. 22.*
*Aſſiduus ſtudiorum exactor. Quint.lib.1.cap.3.9.*
*Aſper exactor. Quintil.lib.1.cap.7.17.*
¶ *Exactio, exactionis,* Verbale, fœm. (εἴσπραξις)
*Nominum exactio. Cic.Attico, lib.5.88.2.*
*Operum publicorum exactio. Cic.pro Domo ſua,41.*
*Exactio operis. Colum.lib.1.cap.7.*
*Exactio pecuniarum. Cic.2.de Legibus,81.*
*Publicæ exactiones. Aſinius Pollio Ciceroni, lib.10.32.1.*
*Acerbiſſima exactio. Cic.Pulchro, lib.3.8.18.*
*Exactio regum. Cic.1.de Oratore,20.*
¶ *Exactè, Aduerbium. Pompon. Mela lib.1. in ſumma Africæ deſcriptione,* Nunc exactius oras ſituſq; dicturo inde eſt commodiſsimum incipere, unde terras, *&c.*
**Exiguus**] *Adiectiuum* (μικρὸς) Paruus, modicus.
*Ingens immenſusq;, & Exiguus, contraria. Cic.3. de Orat.41,* Ex ingenti quodam oratorem, immenſoq; campo in exiguũ ſanè gyrum compellitis.
*Maior & Exiguus, contraria. Cic.pro Deiotaro,15.*
*Ager exiguus. Virg.2.Georg.83.*
*Aqua exigua. Ouid.3.Metam.90.*
*Aura exigua. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.6.*
*Campis exiguis equitare. Horat.2.Carm.ode 9.5.*
*Caſa exigua. Ouid.4.Faſt.106.*
*Cenſus exiguus. Horat.1.epiſt.1.9.*
*Ceres exigua,* Modicum panis. *Virg.7.Aeneid.23.*
*Cibus exiguus. Ouid.in Ibin,23.*



Digitized by Google

Exiguæ amicorum copiæ. Cic. pro Quintio, 1.
Cõtractũ, exile, exiguũ, & uietũ cor bouis. Cic. 2. de Diuin. 55.
Homo corporis exigui. Horat. 1. epist. 21. 5.
Dapes exiguæ. Ouid. 2. Fast. 73.
Exiguum diem præfinire operi. Cic. 5. Verr. 13.
Exiguum discrimen. Plin. lib. 11. cap. 45.
Elegi exigui. Horat. in Arte poet. 16.
Fines exigui. Cic. 1. de Orat. 128.
Finis exiguus libidinum. Horat. 1. Carm. ode 18. 3, Quum fas atq; nefas exiguo fine libidinum Discernunt auidi.
Foramen exiguum. Ouid. 2. Fast. 135.
Exigua fortuna. Cic. 1. de Finib. 95.
Fumus exiguus. Ouid. 15. Metam. 71.
Gestus exiguus. Ouid. 3. de Arte, 55.
Haustus exiguus. Ouid. 3. Fast. 55.
Exigua & angusta hora. Cic. pro Rab. Perduel. reo, 6.
Humor exiguus. Virg. 1. Georg. 14.
Exiguus ignis. Virg. 1. Georg. 40.
Ab exiguis initijs profecta. Liuius 1. ab Vrbe, 3.
Interualla exigua. Lucretius lib. 2. 21.
Lapis exiguus. Ouidius 2. Amorum, eleg. 6. 12.
Lapillus exiguus. Ouidius 8. Metam. 4.
Laus exigua. Cicero pro lege Agrar. 21.
Exiguißima legata. Plinius epist. 144. c.
Limen exiguum. Ouidius 10. Metam. 137.
Locus exiguus. Ouidius 6. Fast. 53.
Merum exiguum. Ouidius epist. 1. 7.
Munus exiguum. Ouidius 2. de Arte, 58.
Murmur exiguum. Ouidius epist. 17. 4.
Murmure exiguo uerba loqui. Ouid. 5. Fast. 92.
Exiguus mus. Virg. 1. Georg. 37.
Nox exigua. Virg. 2. Georg. 41.
Exiguus numerus. Cicero Cassio, lib. 12. 2. 10.
Numero exigui. Virg. 5. Aeneid. 150.
Ope exigua. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 1. 16.
Opus exiguum. Ouidius 2. Fast. 1.
Orbis exiguus. Ouidius epist. 4. 16.
Pars exigua. Virg. 10. Aeneid. 25.
Pectus exiguum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 12.
Pes exiguus. Ouidius 3. Amorum, eleg. 3. 2.
Preces exiguæ. Ouidius 1. de Arte, 89.
Exiguus puluis. Virg. 4. Georg. 18.
Requies exigua. Ouidius 4. Metam. 126.
Res exiguæ. Ouidius 2. Trist. 43.
Sedes exigua. Virg. 7. Aeneid. 46.
Tenui & exiguo sermone disputare. Cic. 1. de Orat. 30. Prop. libro 3. eleg. 1. 7.
Significatio uoluntatis unius erga alterum exigua. Cice. Cn. Pompeio, lib. 5. 7. 3.
Solatia exigua. Virg. 11. Aeneid. 13.
Solum exiguum. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 5.
Sonus exiguus. Ouidius epist. 14. 11.
Spes exigua. Liuius 5. bel. Pun. 80.
Sumptus ad fructum & fœnus exiguus. Cic. in Parad. 63.
Leuis & exiguus tactus. Lucretius lib. 1. 88.
Ad exiguum tempus. Cic. de Senect. 67.
Tempus exiguum alicui concedere. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 14.
Exiguo tempore liber eris. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 8.
Exiguæ uindemiæ. Plin. epist. 193.
Vires exiguæ. Ouid. 2. Trist. 106.
Vmbra exigua. Ouidius 3. Metam. 10.
Vocem exiguam tollere. Virg. 6. Aeneid. 99.
Vrbs exigua. Virg. 4. Aeneid. 43.
Vsus exiguus cum aliquo. Ouidius 4. Trist. eleg. 6. 2.
Animi exiguus. Claud. 2. in Eutrop. 77.
Exiguißimus, pen. corr. Superlatiuum. Ouid. epist. 14. 23, De fratrum turba pars exiguißima restat.
Exiguum, Substantiuum. Silius lib. 4. 50, ——ut in tenui spes exiguumq; salutis Iam uidet esse suæ.
Exiguum aquæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 4.
Exiguum temporis medium, & rursus, simile aliud priori fidẽ fecit. Plinius epist. 147. e.
Intra temporis exiguum. Ouid. 13. Metam. 188.
Exiguo pòst, Paulò pòst. Plin. lib. 31. cap. 2. 4.
Exiguum aliquãdo, pro Exiguè capitur. Plin. epist. 50, Quantum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certè per quã exiguum sapio.
¶ Exiguè, Aduerbium (φεδομένως) Id est, parce & tenuiter: ut, Exiguè facere sumptum. Terent. Heaut. 1. 2. 33. Sic, Exiguè suppeditare aliquid, Liuius 9. ab Vrbe, 66.
Tribuere exiguè. Plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 4, Nihil aut sero, aut exiguè à patria ciui tributum potest uideri.
Celeriter exiguéq; dicere. Cic. 3. de Orat. 80.
Exiguè & celeriter ad calculos uocare amicitiam. Cicero de Amic. 52.
Exiguè scripta epistola: hoc est, stylo exiguo & non elaborato, sed simplici. Cic. ad Atticum, lib. 11. 224. 1.
Exiguè se habuit frumentum dies xxx. Cæs. 7. bel. Gal. 282.
¶ Exiguitas, pen. cor. huius exiguitatis (μικρότης) ut, Exiguitas lactis. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 12.
Exiguitas cibi. Colum. lib. 7. cap. 5. 4.
Copiarum exiguitas. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10. 2.
Exiguitas pellis. Cæsar 4. bel. Gall. 468.
Exiguitas temporis. Liuius 4. bel. Pun. 75.
Exiguitas uoluptatum. Cic. 4. de Finib. 48.
Exilio] exilis, pen. corr. exilui, exiliui uel exilij, exultum (ἐκπηδάω, ἀνάπηδάω, ἐκθορέω, ἐξάλλομαι) exilire, ab Ex & Salio compositum, Gaudere, & quasi præ nimio gaudio salire significat. Cic. Tironi, lib. 16. 16. 1, Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Idẽ 7. Verr. 59. & 129.
Perniciter exiluere. Catul. Argon. 2.
Foras emergere & exilire. Lucret. lib. 2. 41.
Domo leuis exilit. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.
Sedibus exilire. Lucan. lib. 1. 97.
Stratis exilire. Ouid. 5. Metam. 7.
Exilire cathedram. Plin. epist. 60, Dum hæc dicit, exiluit cathedram, aduersoq; parieti caput ingenti impetu impegit. Nisi fortè in ablatiuo legendum.
Exilire è uel de, pro Exire & prodire. Plaut. Amph. 17. 63.
Citus è cunis exilit. Cic. 4. Ver. 53. Ita properãs de sella exiluit.
Exilire ad aliquem. Terent. Heaut. 4. 1. 49. Hoc est, ueluti saliendo & gestiendo currere.
In arma exilire. Stat. 9. Theb. 23.
In cælum exilit arundo, id est, sagitta. Senec. Herc. Oeth. 7. 16.
Crines exiliunt. Stat. 1. Achil. 106.
Ad superos uolucer deus exilit. Id est, Mercurius reuolat ad superos. Stat. 2. Thebaid. 12.
Equi exiluerunt. Ouid. 5. Fast. 4.
Fretum exiluit è medio uulnere saxi. Ouid. 6. Metam. 16.
Lumen exilit. Lucret. lib. 6. 33.
¶ Exilui præteritum. Lucan. lib. 5. 159. —sic fata relictis Exiluit stratis.
Exilij, Aliud præteritum. Ouid. 9. Metam. 63, Exilijt, iunctasq; manus patefacta remisit.
Exilis] & hoc exile, pen. prod. (λεπτὸς) Id est, tenuis. Plin. lib. 11. cap. 51. 4, Bubus tantũ fœminis uox grauior, omni in alio genere exilior quàm marib. in homine etiam castratis.
Exilia, plenis opponit Plinius epist. 114. Itẽ Cic. 2. de Diu. 46, Iecur


Digitized by Google

Iecur nitidum atq; plenum est, aliæ horridum & exile.
Tenuis & exilis. Cic. pro Muræna, 44, Cõmoti animi tenuiũ, exilium in nostrum ordinem. Hoc est, plebeiorum.
Exilis aper, Gracilis & malè saginatus. Varr. 3. de Re rust. cap. 2. 9.
Artus exiles. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 6.
Exilis copia. Cic. de Finib. 20.
Digiti exiles. Ouid. 6. Metam. 29.
Domus exilis. Horat. 1. Carm. ode 4. 4.
Genus sermonis exile, aridum, concisum, ac minutum: cui opponitur Liquidum, fusum, profluens. Cic. 2. de Orat. 87.
Membra exilia. Ouid. 5. Metam. 87.
Spinosa & exilis oratio. Cic. 1. de Orat. 41.
Pectus exile. Stat. 11. Thebaid. 128.
Glebis exilis regio aliqua. Lucan. lib. 3. 41.
Exile & macrum solum. Cic. 2. de lege Agrar. 69.
Exilia dicere de uirtute. Cic. 4. de Finib. 12.
¶ Exiliter, pen. corr. Aduerbium (λεπτῶς) Cicero 1. de Orator. 27, Etenim uidemus ijsdem de rebus in uno quosdam & exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputauisse. Idem lib. 3. 23.
¶ Exilitas, pen. corr. (λεπτότης) Denominatiuum: ut, Foliorum exilitas. Plin. lib. 21. cap. 6. 3.
Exilitas uitis. Colum. lib. 5. cap. 5. 8.
Exilitas in dicendo. Cic. de claris Orat. 156.
Copia & exilitas in dicendo, contraria. Cic. 1. de Orat. 27.
Exilitas, & Pinguitudo literarum opponuntur. Quintil. lib. 1. cap. 11. 3.
Frangi fœmineæ uocis exilitate. Quint. lib. 1. cap. 11. 1.

Exilium] Vide Exul.

Eximius] Vide Eximo.

Eximo] eximis, pen. corr. exemi. pen. prod. exemptum (ἀφαίρω, ἐκφέρω) eximere, Ab Ex & Emo compositum, significat auferre.
Eximere cupressos cum radicibus. Cato cap. 28.
Eximere è dolio aliquid. Cato cap. 112. 3.
Eximere alicui quod eum angit. Cic. 2. Tusc. 51.
Eximere lapides sub terra. Plautus Capt.
Eximere in libertatem. Liu. 1. bel. Maced. 110.
Actionem eximere quando dicatur iudex, declarat Vlpianus l. sed etsi per Prætorem. §. ait Prætor. ff. Ex quibus causis maiores, Siue cui, inquit, per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur. hoc quoq;, ut si per dilationes iudicis effectum sit, ut actio eximatur, fiat restitutio. Actio autem exempta sic erit accipienda (ut paulo post inquit) si desijt agere posse.
Ambitus longos eximere. Stat. 4. Syl. 3. 5.
Beneuolentiæ coniunctionem ex rerum natura eximere. Cic. de Amicitia, 22.
Eximere curam. Plaut. Casina, 11. 3, Curam erue, curam exime.
Eximere diem. Liuius 5. bel. Pun. 16.
Diem dicendi eximere. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 5. 5. alio loco, Tollere diem dixit.
Eximere diem ex mense. Cic. 4. Verr. 90.
Eximere dubitationem. Liu. 5. bel. Pun. 50.
Labem concretam eximere. Virg. 6. Aeneid. 149.
Eximere lassitudinem. Plautus Merc. 4. 17.
Eximit ipsa dies omnes de corpore mendas. Oui. 2. de Arte, 131.
Ebrietas solicitis animis onus eximit. Horat. 1. epist. 5. 4.
Otium eximere. Horat. 4. Carm. ode 15. 4.
Exemisti tute huic pateram. Plaut. Amph.
Prænomen è familia eximere. Quint. lib. 3. cap. 7. 14.
Eximere alicui scrupulum. Plin. lib. 3. epist. ad Seruianum.
Eximere tempus. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 6. Metellus calumnia dicendi tempus eximit. Id est, dicendo diem consumpsit.
Eximere tempus studijs. Plin. epist. 49.
Tempus eximunt feriæ. Vlpianus in l. sed & si per Prætorẽ. §. si feriæ. ff. ex quibus causis maiores, Se quum feriæ repentinæ tempus eximunt, restitutio duntaxat ipsorum dierum facienda est, non totius temporis.
Conijcere in ordinem, & Eximere, contraria. Cic. in Pis. 74.
Inde non eximam te. Terent. And. 1 2. 29.
De feritate alicuius loci eximi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 22.
Eximere de uel ex reis, in criminalibus causis id dicitur quod nunc uulgò Dare congedium dicimus. Cic. 6. Verr. 37, Condemnare Diodorum non audet, absentẽ de reis eximit. Idem 4. Verr. 69, Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximerere, si ego non affuissem ad diem. Budæus.
Eximere de uectigalibus. Cic. 2. Philipp. 100.
Nomen alicuius de tabulis eximere. Cic. pro Rosc. Amer. 15.
E uinculis aliquem eximere. Cic. in Orat. 42.
Eximere ex ærarijs, Est condonare multam: id est, Quietare emendam. Cic. 2. de Orat. 149. Budæus.
Eximere ex culpa. Cic. 2. de Inuen. 137.
Eximere ex manu manubrium. Plaut. Aulul. 14. 12.
Eximere ex miserijs. Plaut. Cap. 16. 3. Et Epid. 13. 4.
Ex obsidione aliquos eximere. Cic. Sestio, lib. 5. 6. 6.
Eximere, cum ablatiuo: ut, Eximere metu. Plaut. Rud. 6. 13.
Eximere obsidione. Plin. lib. 7. cap. 28. 5, Cremonam obsidione eximit. Id est, liberauit.
Eximere uinculis. Plaut. Capt. 5. 10.
Eximere seruitute. Liu. 4. bel. Maced. 194.
Eximere seruitio. Liu. 8. bel. Pun. 208.
Vmbris infernis aliquem eximere. Silius lib. 15. 132.
Eximere, cum datiuo constructum: ut, Eximi noxæ, Absolui uel euadere condemnationem. Liu. 8. ab Vrbe, 179, Non noxæ eximitur Qu. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit.
Aceruo eximere aliquid. Ouid. 1. Metam. 5.
Eximere & exigere honorib. Plin epist. 36. 4. Id est, excludere.
Eximere memoriæ. Suet. in Claudio, cap. 11.
Eximere notæ. Gel. lib. 4. cap. 20.
Eximere numero, id est, Reijcere & excludere. Qu. lib. 1. cap. 5
Numero beatorum aliquem eximere. Horat. 2. Carm. ode 2. 4
Eximere in ius uocatum quomodo dicatur, docet Paulus in l. sed eximendi. ff. Ne quis eum, qui in ius uocabitur, ui eximat. Sed eximendi, inquit, uerbum generale est, ut Pomponius ait. Eripere enim, est de manibus auferre per raptum: eximere, quoquomodo auferre: ut puta, si quis nõ rapuerit quem, sed moram fecerit quo minus in ius ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteretur, uidebitur eximisse: quãuis corpus non exemerit.
Reum eximere. Vlpianus in l. si interueniente. ff. ad senatusconsultum Turpilianum. Nec enim uidetur desistere qui exemptum reum non defert. Eximitur aut reus publica abolitione interueniente.
Eximere, Interimere. Propert. lib. 3. eleg. 18. 6,
Nirea non facies, non uis eximit Achillem.
¶ Exemptus, Participium (ἀφαιρημένος) ut, Exemptus dies. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 10. 9.
Fames exempta epulis. Virg. 1. Aeneid. 44.
Finis exempta. Lucret. lib. 1. 198.
De spinis pluribus una exempta. Horat. 2. epist. 2. 43. Id est, unum tantum de multis sublatum uitium.
¶ Exemptilis, & hoc exemptile, pen cor. (ἀφαιρετικός) Quod auferri & eximi potest. Colum. lib. 8. cap. 11. 4, Sed idcirco sunt exemptiles, ut quum rex exigit, à papillis deductæ liberum adi-



Digitized by Google

rum aditum conuerrentibus ſtabulum præbeant.
Margaritæ exemptiles. Vlpianus in l. argumento. §. margaritæ. ff. de aur. & arg. leg.
¶ Exemptio, Verbale (ἔξαφσις) Col. lib. 3. cap. 18, Quum enim per exemptionem imæ partes eorum præfractæ ſunt, apertæ medullæ deponuntur. Ibidem, cap. 19, Ne depreſſus altius, quàm adoleuerit, exemptionem difficilem præbeat.
¶ Exemptor, Verbale (ὁ ἐξαρτὴς) Qui eximit lapides ſub terra. Plin. lib 36. cap. 15. 26, Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipſa marmora in lapidicinis creſcere, author eſt Papyrius Fabianus, naturæ rerum peritiſſimus. Exemptores quoq; affirmant compleri ſponte illa montium ulcera.
¶ Eximius, Adiectiuum (ὁ ἀφαιρετὸς, ἀπόκριτος) Donatus, Eximia pecora dicuntur, quæ à grege excepta ſunt ad uſus dominorum ſuorum, ut uberius paſcantur. Sed propriè eximij ſunt porci maiores, qui ad ſacrificandum excepti uberius paſcuntur. Etenim boues qui ad hoc electi ſunt, egregij dicuntur: & oues, lectæ, ut Virg.

—mactant lectas de more bidentes. Idem,
Quatuor eximios præſtanti corpore tauros. Hactenus Donatus.

Eximium & præſtans. Cic. 2. de Orat. 68.
Eximia & præclara ducere parua. Cic. 1. Offi. 96.
Eximia & pulchra uirtus. Cic. 1. de Fmib. 66.
Singularis & eximia uirtus. Cic. pro leg. Manil. 1.
Eximium ingenium. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 5. 6.
Eximium unum eſſe alteri. Cic. 1. Verr. 28. Id eſt, intactum & ex numero exemptum.
In pugna eximius. Lucan. lib. 3. 139.
Decus eximium. Catul. Argon. 65.
Facies eximia. Cic. 7. Verr. 65.
Facultas dicendi eximia. Quint. in Proœm. lib. 1. 8.
Forma eximia. Ouid. 4. Metam. 136.
Honos eximius & propè ſingularis. Cic. de Prouin. Conſul. 31.
Eximia iniuria. Cic. in Verr. Sin hãc uos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexiſſe.
Laudes eximiæ. Catul. epig. 106. 1.
Eximius odor. Plin. lib. 12. cap. 12. 1.
Pompæ eximiæ. Ouid. epiſt. 9. 17.
Virgo eximia ſpecie. Silius lib. 17. 15.
Eximia ſpe adoleſcens. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 36.
Eximius ſumptus. Plaut. Trinum. 8. 7.
Tauri eximij. Virg. 4. Georg. 108.
Eximia uelocitas. Plin. lib. 7. cap. 2. 3.
Virtus eximia. Cic. pro Roſc. Amer. 76.
¶ Eximiè, Aduerbium (ἐξαιρέτως) Excellenter. Lucret. lib. 2. 129, Quæ bene & eximiè quamuis diſpoſita ferentur.
Feroces eximiè. Claud. 6. Paneg. 5.
Eximiè ornatum templum. Liu. 5. bel. Pun. 225.
Eximiè utilis. Plin. lib. 20. cap. 22. 6.
Cœnare eximiè. Iuuen. Satyr. 11. 1.
Eximiè diligere. Cic. pro Archia, 15.
Eximprouiſo] ἐκ τοῦ ἀφανοῦς. Vide Ex.
Exin, ſiue Exinde] Aduerbium ordinis, inquit Seruius, ſignificat Deinde, ſiue Continuò & Protinus. Cic. in Orat. 86; Dein etiam, ſæpe, & exin, pro Deinde & pro Exinde dicimus. Virg. 7. Aeneid. 69,

Exin Gorgoneis, Alecto infecta uenenis, &c. Cic. 2. de Natur. deor. 163, Exin contortis aries tum cornibus hæret. Ex antiquo poeta. Feſtus, Exin metri cauſa dicitur pro Exinde.

Exinde] Vna pars orationis eſt (inquit Seruius) & in tertia à fine accentum habet, licet penultima longa ſit, Quod ideo factum eſt, ut oſtenderetur una pars eſſe orationis, ne præpoſitio iungeretur aduerbio, quod uitioſum eſſe non dubium eſt. Virg. 6. Aeneid. 146,

Quiſq; ſuos patimur manes, exinde per amplum
Mittimur Elyſium. Cic. 3. de Leg. 10, Exinde pecuniæ æuitatis ordines partiunto. Liu. 1. ab Vrbe, 4.

Exinanio] eximanis, pen. prod. exinaniui, exinanitum (ἐκκενόω) exinanire, Verbum ab Inanis nomine formatum: modo euacuare ſignificat, modò attenuare, modò ad nihilum redigere.
Exinanire aluum. Plin. lib. 27. cap. 8. 4.
Exinanire nauẽ. Cic. 7. Verr. 52. Ibidem, 82, In eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratã nauem, & minus exinanitam.
Exinanire ouum. Plin. lib. 10. cap. 60. 3.
Exinanire urinam. Plin. lib. 8. cap. 37. 3.
Exinanire aliquem re. Cic. 5. Verr. 82.
Depopulari, uaſtare, exinanire, ſpoliare. Cic. 1. Verr. 6, Siciliam prouinciã C. Verres per triennĩ depopulatus eſſe, Siculorũ ciuitates uaſtaſſe, domos exinaniſſe, fana ſpoliaſſe dicitur.
Vaſtare atq; exinanire agros uectigales. Cic. 5. Verr. 99.
¶ Exinanitus, pen. prod. Part. (ἐκκενωθὲς) Cic. 3. pro leg. Agr. 73, Vectigalibus abalienatis, ſocijs uexatis, regibus atq; omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, uos agros non habebitis.
¶ Exinanitio, Verbale (ἐκκένωσις) Plin. lib. 13. cap. 22. 1, Succurrit aliquando præceps alui exinanitio.
Exinduſtria] ἐκ προαιρέσεως. Vide Ex.
Exinſulare] Exercere eſt, inquit Feſtus. Inſulas enim ſacerdotum ſulcimenta uocabant.
Exinſidijs, Exinſolentia, Exinſperato] Vide Ex.
Exiſtimo] exiſtimas, pen. corr, (λογίζομαι, ὑπολαμβάνω, νομίζω, φημὶ, προσλογίζω) exiſtimare, ab Aeſtimo fit, diphthongo in i longam conuerſa: quaſi ab æſtimatione ſtatuere atq; decernere. Vide Aeſtimo. Cic. 4. Verr. 12, Certiſſimũ accipite argumentum, quo facilius de ſingulari eius impudentia exiſtimare poßitis. Teren. Adelph. 5. 6. 9,

—bonus es, quum hæc exiſtimas.

Regali nomine dignũ aliquẽ exiſtimare. Cic. de Aruſp. reſp. 26.
Scire aliquid & exiſtimare de re aliqua. Cic. pro Sylla, 9.
Aliter atq; ego exiſtimo. Cic. pro Domo ſua, 25.
De alicuius ingenio bene exiſtimare. Cic. Trebonio, libro 15. 21. 13.
De ſe bene exiſtimare, ſeſeq; diligere. Cic. 3. Offi. 38.
Malè de aliquibus exiſtimare. Cic. 2. Offi. 51.
Exiſtimare uerè de re aliqua. Cic. pro Cælio, 1.
De artibus aliquid exiſtimare. Cic. 2. de Orat. 3.
Ex euentu, de conſilio alicuius exiſtimare. Cic. Lent. lib. 1. 7. 16.
Ex aliorum & noſtra mollitia non ex ipſa uirtute de uirtutis robore exiſtimare. Cic. 5. Tuſc. 5.
Suis moribus alterum exiſtimare. Cic. in Saluſtium, 13.
Facilius eſt exiſtimare id, quàm ſcribere. Brutus Cic. 4. 1.
Aliquid parui auditus exiſtimare. Cic. 1. de Inuent. 97.
Operam ſuam exiſtimari uelle. Cic. 2. de Orat. 56.
Ex his exiſtimari poteſt de eius ingenio. Cic. de claris Orat. 40.
Inſantiſſimus & impudẽtiſſimus exiſtimari. Cic. pro Cluen. 39.
Exiſtimatur in probro. Plin. lib. 6. cap. 13. 3.
Domi ſuæ quum primis honeſtus exiſtimatus eſt M. Fulcinius. Cic. pro Cecinna, 8. Et pro Cluentio, 40.
Quid exiſtimandum in cauſis, &c. Cic. in Orat. 29.
In exiſtimando prudens. Cic. de claris Orat. 129.
Vt exiſtimabatur. Cic. 2. de Orat. 149, Vt cum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut exiſtimabatur, auarus & ſtrax, ſed, &c.
Exiſtimatu facile. Liu. 3. bel. Pun. 67.
¶ Eiſtimans, penult. corr. Participium (νομίζων) Cicero in in Orat. 42, Orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem uidetur eſſe

Digitized by Google

tur esse existimanti: sed nihil experienti minus.
Benevolum & bene existimantem facere aliquem sua oratione. Cic. 2. de Orat. 175.
¶ Existimatio, Verbale (δόκησις, ὑπόληψις, οἴησις) quando accipitur actiuè, est opinio quæ differt à iudicio: est enim existimatio iudicium tacitũ. Cic. pro Cluentio, 64, itaq; nunc quẽadmodum audiar, sentio, non modò ab his quorum iudicium atq; potestas est, sed etiam ab illis quorũ tantum est existimatio. Id est, à corona. Idẽ pro Cælio, 2, Nã quod de pietate dixi stis, est quidẽ ista nostra existimatio, sed iudiciũ certè parẽtis.
Ingenij existimatio. Cic. 2. de Orat. 103.
Tacita existimatione reprehendi. Cic. de Prouinc. Consul. 33.
Existimatio & reprehensio. Cic. 5. Verr. 165, In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio.
¶ Existimatio, passiuè (δόξα) ut, Homo magnæ existimationis: id est, famæ & nominis: quòd eum homines magni existimãt. Hæc Valla lib. 3.
Caput & existimatio. Cic. 4. Verr. 40.
Dignitas & existimatio. Cic. 4. Verr. 77.
Fama & existimatio hominum. Cic. pro Cælio, 4.
Sine honore, sine existimatione, sine censu homo. Cic. pro Flacco, 41.
Opinio & exstimatio. Cic. Antequam iret in exil. 14.
Existimatio bona. Cic. pro Fonteio, 12.
Honor, studiũ uirtutis, & fructus bonæ existimationis. Cic. pro Cluent. 29.
Integra existimatio. Vide Integer.
Præclaræ existimationis studiosus. Cic. 6. Verr. 28.
Sanctißima alicuius existimatio. Cic. pro Rosc. Com. 8.
Summæ existimationis iudicia priuata. Cic. pro Rosc. Com. 9, Si qua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis, penè dicam capitis: tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis.
Turpis existimatio. Cic. pro Cecinna, 6.
Accipere existimationem. Vide Accipio.
Existimationem amittere. Vide Amitto.
Colligere existimationem. Vide Colligo.
Existimationẽ suam cõmittere alteri. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 21.
Committere alicui de existimatione sua. Vide Committo.
Re & existimatione condemnare aliquem. Cic. pro Cluen. 43.
Existimationi suæ consulere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 17.
Existimatione damnatus homo. Cic. pro Flacco, 27.
Existimationem dignitatemq; ab inimicis defendere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 31.
Ad existimationem dimanare. Vide Dimano.
Existimatione innocentiæ floruerunt Præturæ illæ. Cicero pro Fonteio, 26.
Offendere existimationem alicuius. Cicero pro Plancio, 4. Vide Offendo.
Parere existimationem. Cic. pro Sylla, 58.
Perdere aliquid de existimatione. Author ad Heren. lib. 4. 156.
Contra existimationem alicuius uenire. Cic. Attico, lib. 1. 1. 9.
Existimationem uereri. Cæsar 5. bel. Gal. 164.
Secunda existimatio. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 7. Hoc est, fama prospera.
Violare existimationem alicuius. Cic. Phil. lib. 13. 74. 4.
¶ Existimator, pen. prod. Verbale masc. (λογιστὴς, ὑπολήπτωρ) Cic. 3. de Orat. 47, Neq; ea quum dicerem, me esse histrionẽ necesse esset, sed fortasse nõ stultũ alieni artificij existimatorẽ.
Existimator & Magister, quid differant, constat ex Cicerone in Orat. 60, Meminerimus, inquit, nihil nos præcipiendi causa esse dicturos: atq; ita potius acturos, ut existimatores uideamur loqui, nõ magistri. Quasi uelit magistrum eum esse, qui docet ut est res: existimatorem, qui ut putat, & existimat.
Doctus & intelligens existimator. Cicero de claris Orat. 178.

Vide Intelligo.
Existo, existis, extiti, pen. corr. extitum (εἰμὶ, ὑπάρχω, ἵσταμαι, ἀναπίπλω, ἐξαναπολυμβῶ) existere. Valla lib. 5, Existit atq; Extat, quorum uerborum unum atq; idem præteritum est, simile quiddam significans, quod est Eminet & supereſt. Sed primum cum motu, alterum sine motu: ut illud sit, Prodit uel exurgit: hoc uerò, Superstat.
Existit & apparet. Cic. 1. Tusc. 52, Sed nescio quomodo inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorũ: idq; maximis ingenijs, altißimisq; animis & existit maximè, & apparet facillimè.
Extare & existere. Cic. 2. de Diuinat. 88.
Existere & esse. Cic. Pulchro, lib. 3. 11. 5.
Creare, existere, & erumpere. Cic. pro Rosc. Amer. 45, In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia.
Existere ab inferis. Liu. 9. bel. Maced. 151. Et apud Ciceronem, 3. Verr. 66.
Ex aliqua familia existere. Cic. pro Cælio, 24.
In auras existere. Lucret. lib. 5. 43.
In lucem existere. Lucret. lib. 2. 160.
Subitò existere. Cic. de claris Orat. 15.
Plures in omnibus artibus quàm in dicendo admirabiles extiterunt. Cic. 1. de Orat. 4.
Vnde et amicitia existebat, & iustitia, et æquitas. Cic. 1. Acad. 35.
Animo Consulari in Rempub. existere. Cic. Planco, lib. 10. 6. 6.
Nota omnibus uel ipsa nouitate temporum clarißima & maxima beneficia unius in alterum existere. Cic. Curioni, lib. 2. 4.
Existat ergo ille uir parumper cogitatione uestra, quoniam re non potest. Cic. pro Corn. Balbo, 36.
Minimã copiam egregiorũ poetarũ extitisse. Cic. 1. de Orat. 6.
In capite alicuius extitit corona ex herbis. Cic. 2. de Diu. 103.
Ne in eum existã crudelior. Cic. ad Att. lib. 10. 203. 5. Id est, sim.
Eloquentiam existere talem qualis fuerit in Crasso. Cicero 2. de Orat. 4.
Summersus equus uoraginibus non extitit. Cic. 1. de Diuin. 126.
Fautorem & adiutorem cuiusq; dignitatis existere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 34.
Fidem in rege existere. Cic. pro Rab. Posth. 1.
Sic insulsi extiterunt, ut nihil illud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur. Cic. 2. de Orat. 120.
Repentè lætus extitit. Cic. 1. de Diuinat. 103.
Ex quo magnitudo quoq; animi existebat. Cic. 4. de Finib. 29.
Sine principijs nihil potest existere. Lucret. lib. 1. 40.
Officium extitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis. Cic. de Amic. 24.
Patronum alicui causæ existere. Cic. pro Rosc. Amer. 3.
In genere mathematicorum multi perfecti homines extiterunt. Cic. 1. de Orat. 6.
Poetam bonum neminem sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. Cic. 2. de Orat. 105.
Existit aũt hoc loco quædã quæstio subdifficilis. Cic. de Ami. 59.
Senectus diuturnitate temporum existit. Cic. 4. Acad. 215.
Similem auorum existere. Lucret. lib. 4. 245.
Infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis existit. Cic. 1. de Nat. deor. 70.
Philosophandi nobis subitò studiũ extitit. Cic. 1. de Nat. deor. 19.
Sudor existit toto corpore. Lucret. lib. 3. 31.
Existet ex uictoria tyrannus. Cic. ad Atticum, lib. 7. 125. 3. Id est, emanabit, enascetur.
In animis existunt maiores etiam uarietates, ut in corporibus magnæ dißimilitudines sunt. Cic. 1. Offic. 150.
Virtute & consilio præstanti existere. Cic. pro Sestio, 79.



Digitized by Google

E uirtutibus beata uita existit. Cic. 2. de Nat. deor. 230.
Vox exitit ex aliquo loco. Cic. 1. de Diuinat. 164.
Existunt hæc ei. Cic. 2. de Nat. deor. 122. Si qui dentes & pubertatem natura dicat existere, ipsum autem hominem cui ea existant, non constare natura.
Exitialis, Exitium, Exitus] Vide Exeo.
Exiuro] exiuras pen. prod. (ὄμνυμι) exiurare. Antiquum, pro iuramento asserere & affirmare. Plaut. Amp. 11. 18,
Quando exiurasti te mihi dixisse per iocum.
Exlex] exlegis, pen. prod. Adiectiuum (ἄνομος) Qui sine lege uiuit. Lucilius Sat. lib. 2, Non dico, uincat licet, & uagus exulet, erret exlex. Varro, Postremò quæro, parebis legibus, an non? an ne exlex solus uiuis? Cicero pro Cluent. 74, Non quo illi aut exlegem esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atq; abiectam putarent, sed, &c. Horat. in Arte, 46. —& potus & exlex.
Exloquor] penult. corr. exloqueris (ἐξαυδάω) exloqui, pro Eloqui, & palàm atq; apertè ac distinctè dicere, usurpauit Plautus Milit. 12. 32,
Nempe ludificari militem tuum herum uis? P A. exlocuta es.
Exobsecro] exobsecras, pen. corr. (ἐκλιπαρέω) exobsecrare, Vehementer obsecrare. Plaut. Asin. 5. 93,
Supplicabo, exobsecrabo, ut quemq; amicũ uidero. Antiquũ.
Exocculto] Vide Ex.
Exoche] pen. corr. (ἐξοχὴ) Latinè dicitur Eminentia, uel excellentia. Vnde κατ' ἐξοχὴν, dicitur per excellentiam. Virgil. 1. Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Vbi Seruius, Pelusium unum est de septem ostijs Nili, ubi optima lens nascitur. Vnde κατ' ἐξοχὴν loquutus est.
Exoculo] exoculas, penul. corr. (ἐξοφθαλμόω, ἐξοφθαλμίζω) exoculare, Exturbare siue offendere oculum. Apuleius, Cecã & prorsus exoculatam esse fortunã. Id est, oculis priuatam.
Exoculasso, exoculasis, exoculassere, Idem. Plaut. Rud. 18. 24,
Vos adeo, ubi ego innuero, si non ei caput exoculasitis, &c.
Ibidem, 19. 29,
Si hercle illas hodie digito tetigerit
Inuitas, nisi tunc illum uos exoculasitis, &c.
Exodium] exodij (ἔξοδιον) ut inquit Nonius, dicitur finis: à Græco tractũ, quasi ἔξω ὁδοῦ, Id est, extra uiã. Varro, quũ in uinculis publicis esset, & iam bibisset κώνειον, in exodium uitæ. Idem, Vitæ cursum ut cognoscere possem, & quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Idẽ, Quod cœperas modò in uia narrare, ut ad exodium ducas. Apuleius, Nullum ego eius rei exodium inueniebam. Suet. in Tiberio, cap. 45, Vnde uox in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebuit, Hircum uetulum capreis naturam ligurire.
Exodia quid sint, docet Liu. lib. 7. ab Vrbe, 8. his uerbis, Postquam lege hac fabularum ab risu, ac soluto ioco res auocabatur, & ludus in artẽ paulatim uerterat, iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo, ridicula intexta uersibus iactitare cœpit: quæ inde exodia postea appellata, consertaq; fabellis potißimum Attellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrionibus pollui passa est. Iuuen. Satyr. 6. 8,
Vrbicus exodio risum mouet Attellanæ
Gestibus Autonoes. Iulius Pollux lib. 4. cap. 15, Exodium, est carmen quod exeuntes cantabant. Et hæc quidem propriæ uocis significationi magis conuenit expositio.
¶Exodiarius, rij. Marcellinus, Vt in omni spectaculo exodiario, uenatori, aurigæ, & histrionum generi omni.
Exodium, Exitum. Festus. Alij legunt Exodum.
Exolesco] exolescis, exolui, & exoleui, exoletum, pen. prod. (ἐξίσαμαι, ἀπαρχαιόομαι, διακπίπτω) exolescere, Adultum fieri, & desinere. Plaut. Reliqui domi exoletam uirginem.
Exolescere, ueterẽ fieri, deficere. Colum. lib. 2. cap. 18. 3, Multæ sunt ut dixi, quæ negligentia exolescant, & fiant sterilia.
Exolescere & deficere. Plin. lib. 37.
Aetas exoleuit ad. Cic. in Salust. 8, Aetas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleuerat.
Nullo exolescet æuo. Statius 1. Syl. 6. 20.
Amictus exolescunt. Tacit. lib. 14.
Cladem exolescere. Tacit. lib. 4.
Disciplina exolescit. Tacit. lib. 11.
Vetustate exolescere. Quint. lib. cap. 10.
Dolor exoleuerat. Tacit. lib. 5.
Exoleuit fauor. Liu. 2. ab Vrbe, 228.
Instituta exolescunt. Tacit. lib. 20.
Exolescit metus. Plin. epist. 4.
¶Eoletus, pen. prod. Participium (ἐξίσαμαι) Quint. lib. 8, Obscuritas fit in uerbis etiam ab usu remotis: ut si commentarios quis Pontificum, & uetustißima fœdera, & exoletos scrutatus authores, idipsum petat.
Exempla annalium uetustate exoleta. Liu. lib. 7. Decad. 3.
Memoria iam exoleta. Liu. lib. Decad. 4.
Exoletum uetustate odium. Liu. 2. ab Vrbe, 153.
Stirps exoleta. Liu. lib. 7. Decad. 4, Bellicosiores ea tempestate erant Gallogræci adhuc, nondum exoleta stirpe, genitis seruantes animos.
¶Exoletus, pen. prod. (ἔξωρος) Substantiuum, pro scorto masculo ponitur, præcipuè iam adulto, apud Suetonium in Tib. Cæsare, cap. 43. Cic. pro Milone, 61, Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.
Exoluo] exoluis, exolui, exolutum, pen. prod. (ἐκλύω, ἀποτίνω) exoluere, Idem quod Soluere. Plaut. Capt. 9. 12,
—iußi ilico hunc exolui, nunc sequere me. Idem Epid. 3. 49, Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua.
Exoluere cistellam. Plaut. Amph. 8. 150.
Nexus exoluere. Lucret. lib. 1. 44.
Exoluere ærumnas duas uno labore. Plaut. Amph. 5. 26.
Exoluere æs alienum. Plin. epist. 55. a. Cic. 5. Verr. 45, Hac ille ui & hoc metu adductus tantum Decumanis, quantum iste imperauit, exoluit. Liuius 6. ab Vrbe, 65. Ea res si palàm fiat, exolui ære alieno posse.
Amictus exoluere. Stat. 1. Syl. 5. 11.
Animum exoluere nodis. Lucret. lib. 4. 2.
Culpa exoluenda. Tacit. lib. 20.
Curis exoluere. Virg. 4. Aeneid. 131.
Exoluere dotem. Plin. de Viris illust. 56.
Exoluere fidem. Plin. epist. 36. b. Liu. 4. bell. Pun. 71.
Glaciem exoluere. Lucret. lib. 6. 176.
Gladios exoluere. Lucan. lib. 7. 53.
Grates exoluere. Valer. 7. Argon. 57.
Honores exoluere. Valer. 5. Argon. 58.
Metus exoluere. Lucan. lib. 5. 52.
Omnibus è neruis, atq; ossibus, articulisq; exoluere aliquem. Lucret. lib. 3. 142. Et lib. 1. 166.
Exoluere nodum alicuius erroris, per translationem. Liu. 10. bel. Maced. 213.
Obsidium exoluere. Tacit. lib. 3.
Pœnas morte exoluere. Tacit. lib. 1.
Exoluere pœnas, præmiaq; multis pro cuiusq; merito. Liu. 6. bel. Pun. 207.
Pœna aliquem exoluere. Tacit. lib. 14, Titurium, & Caluisium pœna exoluit.
Pondere exolui. Silius lib. 13. 127.
Exoluere pretium. Plaut. Menæch. 21. 19.



Digitized by Google

Promiſſa exoluere. Tibul. lib. 4. eleg. 7. 1.
Exoluere quod promiſimus. Cic. 3. Offic. 10.
Pudore aliquem exoluere. Tacit. lib. 14.
Pugionem à latere exoluere. Tacit. lib. 19.
Exoluere religione, Eſt ſcrupulum adimere. Liu. lib. 9. ab Vrbe, 38, Exoluamus religione populum, ſi qua obligauimus: Idem lib. 3. 87, Cauillari tum Tribuni, & populum exoluere religione uelle: priuatum eo tempore Quintium fuiſſe, quum ſacramento addicti ſunt. Id eſt, cœperunt Tribuni dicere nulla religione ſacramenti obſtrictum eſſe populum, qui in uerba priuati hominis iuraſſet: nec metuendum periurium, ſi imperio eius non paruiſſent. Hæc Budæus. Idem Liu. 8. ab Vrbe, 48.
Exoluere aliquem ſolicitudine. Plin. epiſt. 22. d.
Exoluere aliquem ea re, qua ſuſpectus eſt alteri. Terent. Hecyr. 5. 3. 22.
Exoluere ſe ſuſpicione. Terent. Hecyr.
Venas exoluere. Tacit. lib. 16.
Exoluere uinculis. Plaut. Trucul. 17. 9.
Exoluere uota. Plaut. Amph. 10. 67. Liu. 1. bel. Pun. 77.
Relaxare ſe occupationibus, & planè exoluere. Cicero Mario, lib. 7. 1. 18.
Exolui tetraſyllabum. Ouid. 4. Faſt. 107,
Longamq; imprudens exoluiſſe fidem.
¶ Exolutus, pen. prod. (ἀπολελυμένος) Participium: ut, Compede exoluta. Stat. 1. Sylu. 6. 1.
Nexus legis exoluti, Tacit. lib. 3.
Exomides] exomidũ, pen. cor. fœ. gen. plur. numeri, ſunt, authore Feſto, comici ueſtitus exertis humeris. ſcribitur ἐξωμίς.
Exomnis] & hoc exomne: uel Exſomnis, & hoc exſomne, Sine ſomno, peruigil. Paterculus lib. 2. ſub finem, Tiberius Cæſar Seianum Aelium ſingularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit atq; habet, uirum ſeueritatis lætiſſimæ, uultu uitaq; tranquillum, animo exſomnem. A qui l'eſprit ne dort iamais.
Exomphalum] ἐξόμφαλον, Vmbilici uitium, quum plus æquo extat. Celſus, Vmbilicum prominentem: Plin. Prociduũ appellat.
Exonero] exoneras, pen. corr. (ἀποφορτίζω) exonerare, Alleuare, & quaſi onus detrahere. Plin. lib. 11. cap. 10. 2, Excipiunt ea ternæ aut quaternæ, atq; exonerant.
Exonerare corpus. Plin. lib. 8. cap. 26.
Plenas colos exonerare, Nere filum. Ouid. 3. Faſt. 164.
Exonerare uentrem. Martial. lib. 10. 48.
Exonerare aliquid in aurem alterius. Senec. epiſt. 3.
Exonerare aliquem metu. Terent. Phorm. 5. 6. 3. Liu. 2. ab Vrbe, 9, Amicus abi, exonera ciuitatem uano forſitan metu.
Odijs exonerare aliquid. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 8.
Caput exonerare tenebris. Ouid. ad Piſonem, 52.
Exonerare conſcientiam. Curtius lib. 6.
Curas Bacchus exonerat graues. Senec. Hippol. 4. 18.
Liberare & exonerare fidem ſuam. Liu. 5. Decad. lib. 2. 50.
Pios exonerare, Onerare nocentes. Ouid. ad Piſonem, 20.
Quæſtus exonerare. Lucan. lib. 9. 177.
Exonerari, pro Deponi. Tacit. lib. 81, Exundantem per Egitum multitudinem ducibus Ieroſolymo ac Iuda, proximas in terras exoneratam.
¶ Exoneratio, Verbale, Actus ipſe exonerandi. Vlp. in l. ex conducto. §. ubicunq;. ff. locati.
Ex opinato]. Vide Ex.
Exopto] exoptas (σὺχομαι, ἐπιθυμέω) exoptare, Vehementer optare. Terent. And. 5. 5. 6, Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Cicer. 4. Tuſcul. 110, Complexum exoptans mulier. Et pro Cluen. 13, Exitium exoptare.
Maximè optare. Cic. Qu fratri, lib. 1. 2. 24.
Gratulari alicui, & ut ſempiternæ laudi ſibi ſit aliquid exoptare. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1.
Exitum aliquem exoptare. Cic. Att. lib. 9. 184. 2.
Peſtem alicui exoptare, & ipſum execrari. Cic. in Piſonem, 76.
Exoptare, cum infinitiuo. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 12, Ego autem cùm multis de cauſis te exopto quamprimum uidere, &c.
¶ Exoptans, Part. (σὺχόμενος) Silius lib. 10. 61, —in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.
¶ Exoptatus, pen. prod. Participium (σὺγμένος) Cic. pro Roſc. Amer. 11, Non modò ut exoptatum inimico nuntium primũ afferret, ſed etiam cruorem inimici, &c.
¶ Exoptatus, Nomen ex Participio (ἐπιθυμητὸς) ut par ens exoptatus. Virg. 2. Aeneid. 28. ad Attic. lib. 5. 103. 1, Nihil exoptatius aduentu meo, nihil charius.
Exoptatiſſima gratulatio. Cic. ad Att. lib. 4. 70. 2.
¶ Exoptabilis, pen. corr. Adiectiuum (ἐπιθυμητὸς) ut, Tempus exoptabile. Silius lib. 11. 78.
Exorabilis. Exorabula] Vide Exoro.
Exorbeo] exorbes, exorbui, exorptum (ἐκροφέω) exorbere, Idem quod Sorbere, & exhaurire. Plaut. Epid. 5. 5, Iam ego me uertam in hirudinem, atq; horum exorbebo ſanguinem. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 48.
Auidis linguis aliquid exorbere. Ouid. 6. Faſt. 29.
Exhaurire & exorbere. Cic. de Aruſp. reſp. 55.
Exorbuit quiſq; ouum. Plin. lib. 28. cap. 2. 9.
Exorbere, per translationem. Iuuen. Satyr. 10. 23,
—quot longa uiros exorbeat uno Maura die.
Exorbere difficultatem. Cic. pro L. Muræna, 17.
Exorbere ciuilem ſanguinem. Cic. 2. Philip. 79, Guſtaras ciuilem ſanguinem, uel potius exorbueras.
Sanguinem decolorem exorbere. Cic. 2. Tuſc. 32.
Exorbito] tas, pen. cor. (παρεκτρέπομαι) Ab eo quod rectum eſt aberro, quaſi ex orbita recedo. Auguſtinus lib. 9. de Ciuitate Dei, Non eis credentes ad aliquid approbandum, uel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere ſapientiæ, & lege iuſtitiæ.
Exorbo] exorbas (ἐκτυφλόω) exorbare, Priuare oculorum luce, & ueluti cæcum & oculis orbum facere.
Exorbare animam alicuius. Plaut. Bacch. 19. 28,
Iam illorum ego animam amborum exorbabo oppidò. Antiqua locutio.
Exorciſmus] ἐξορκισμὸς, Idem quod adiuratio, quum ſcilicet homini dæmoniue cuipiam magico carmine, uel efficacibus Sacræ ſcripturæ uerbis neceſsitas imponitur proloquendi ea de quibus rogatur. Quo genere adiurationis qui utuntur, exorciſtæ Græco uocabulo appellantur. Hoc uerbo uſus eſt Lucas in Act. Apoſt. cap. 19.
¶ Exorciſo, ſas, ſare (ἐξορκίζω) Abiurare & execrari. Vlpianus l. 1. ff. de extr. cognit. Non tamen ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi, ut uulgari uerbo impoſtorum utar, exorciſauit, non ſunt iſta medicinæ genera, tametſi ſint qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment.
Exordeſco] Vide Exſordeſco.
Ex ordine] Vide Ex.
Exordium] exordij, Part. (προοίμιον, ἔρεισμα, ἀρχή) Plin. lib. 6. cap. 33. 2, Vniuerſus autẽ circuitus per ſinus dictos ab eodem exordio colligit ad Mæotin lacũ CLXI M. paſſuũ.
Fit exordium. Lucret. lib. 2. 213.
Cunctarum rerum exordia, Elementa. Lucret. lib. 3. 7.
Primis ſeminibus exordia omnia concreuerũt. Virg. 6. eclog. 7.
Exordium mali. Cic. 1. de Inuent. 5.
Primæ pugnæ exordia. Virg. 7. Aeneid. 8.



Digitized by Google

Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. Cic. de Vniuersit. 8.

Exordium pullum Quint. lib. 5. cap. 10 51, Non possum togam prætextã sperare, quum exordium pullum uideam Vbi interpres, Exordium cum aliarum rerum, tum uerò textilium, quales sunt prætextæ, principium dicitur.

Genera exordiorum, describit Cicero 2. de Orat. 172, Postremò soleo cogitare quo utar exordio. nam si quando id primum inuenire uolui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut uulgare atq; commune. Author ad Heren. libro 1. 5.

Exordium, est principium orationis per quod animus auditoris uel iudicis constituitur, uel apparatur ad audiendum. Author ad Herennium.

In dicendi exordio summos etiam Oratores permoueri, animad uersum est. Cic. de Orat. 61.

Scribendi exordium ab aliquibus temporibus capere. Cic. 1. de Legibus, 12.

Exordium dare, pro Incipere. Quint. lib. 10. cap. 1.

Ducere exordium ab aliquo. Quint. lib. 4. cap. 1. 5.

A prudentia totius uitæ exordium ducere. Cic. 5. de Fin. 31.

Inducere exordium. Vide Induco.

Sempiternæ sapientisq; uitæ inducit exordium animus. Cic. de Vniuersit. 34.

Nascitur exordium. Cic. 1. Tusc. 14. Vide Nascor.

Repetita exordia retro. Silius lib. 7. 88.

Sumere nouum audiendi exordium. Quint. lib. 4. cap. 4. 8.

Sumere prima exordia. Virg. 4. Aeneid. 57.

¶ Exordior, exordiris, pen. prod. exorsus sum (δι αρχω, ἄρχομαι, ἐγχειρέω, προοιμιάζω, προοιμίζω) exordiri, Incipere ni ficat. Plaut. Pseud. 6. 6. Cic. 4. Acad. 21, Quum ita esset exorsus, ad audiendum animos ereximus. Ibidem, lib. 1. 21, Tum Varro ita exorsus est.

Exordiri, & Retexere, contraria. Cic. 2. de Orat. 86, Sumpta est à textoribus metaphora.

Exordiri, & Perorare, contraria. Cic. 2. de Orat. 171.

A re ipsa exordiri in paruis atq; frequentibus causis commodius est. Cic. 2. de Orat 175.

Nõ gloriosè exordiri, magisq; à ueritate quàm à dignitate. Cic. 2. de Orat. 18.

Ab aduersarij dicto exordiri, & ab eo maximè quod ille nuperrimè dixerit. Author ad Heren. lib. 1. 10.

A principio exordiri. Cic. 2. de Diuin. 150.

Pertexere quod exorsus est aliquis. Cic. 2. de Orat. 79.

Exordiri cum infinitiuo. Cic. 1. de Fin. 44, Tunc dicere exorsus est.

Exordiri argutias. Plaut. Bacchid. 2. 19.

Bellum exordiri. Liuius, Cum Fidenatibus à causa tam nefanda bellum exorsus, atrox dimicatio instabat.

Exordiri consilia. Plaut. Asin. 3. 103.

Exordiri facinus. Plaut. Bacchid. 15. 73.

Exordiri orationem. Plaut. Cistel. 10. 70. Cicero 1. de Orat. 59, In exordienda oratione perturbantur.

¶ Exorsus, Participium (ἀρξάμενος) Cic. pro Cælio, 28, Quid tumultuaris soror? quid insanis? quid clamore exorsa, uerbis paruam rem magnam facis?

Exorsus rem. Plaut. Persa, 13. 7, Hanc ego rem exorsus sum facetè & callidè.

¶ Exorsa, Substãt. n. g. plur. nu. (ἀρχθέντα) Virg. 10. Aen. 22,

—sua cuiq; exorsa laborem Fortunamq; ferent.

Exorsa (inquit Seruius) id est, Initia, actus hodiernæ diei.

Longa exorsa. Virg. 2. Georg. 10,

—non hìc te carmine ficto,
Atq; per ambages & longa exorsa tenebo. Id est, simpliciter uniuersa describam: neq; ut in Aeneide, aliquibus figmentis aut ullis utar ambagibus. Longa autẽ exorsa, dicit Procœmia longè repetita: quæ constat esse uitiosa. Seruius.

¶ Exorsus, huius exorsus, masc. gen. Idem (ἀρχὴ) Cic. pro leg. Manil. 6, Sed pro uestri imperij dignitate atq; gloria, quoniam is est exorsus orationis meæ.

Exorior] exoriris, pen. prod. uel exoreris, pen. corr. exortus sum (δι ανατέλλω) exoriri, Emergere, exurgere. Lucret. lib. 2. 102,

Nanq; alius aliud præstantius exoreretur. Idẽ lib. 1. 37.

Exoriri & nasci, Extingui & opprimi, contraria. Cic. 2. pro lege Agraria, 88.

Ex alienigenis quæ terris exoriuntur. Lucret. lib. 1. 178.

In oras luminis exoriri. Lucret. lib. 1. 5.

Procliuius exoriri de Lucret. lib. 2. 159.

—multo procliuius exorientur
Candida de pullo, quàm nigro nata colore.

Clamor exoritur. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 16.

Exoritur illi color ex temporibus. Plaut. Menæch. 17. 68.

Dies exoritur. Lucan. lib. 1. 47.

Discordia exoritur inter ciues. Virg. 12. Aeneid. 118.

Exoriuntur dolores utero. Plaut. Amph. 17. 40.

Exoritur fama. Liu. 6. ab Vrbe, 80.

Fragor exoritur. Stat. 3. Theb. 25.

Honestum ex uirtutibus exoritur. Cic. 5. de Finib. 115.

Noua quædam illa immanitas exorta est. Cic. pro Sylla, 56.

Iniuria unde exorta est, ad eũ plerũq; reuertit. Lucr. lib. 5. 232.

Nefaria libido mulieris importunè repentè exorta est. Cic. pro Cluent. 8.

Nulla exoritur mora, quo minus, &c. Cæsar 2. bel. Ciuil. 48.

Motus nouus uetere semper exoritur. Lucret. lib. 2. 51.

Post solstitium natura exoritur. Cic. 2. de Diuinat. 139.

Subitò exoriri nefariam alicuius promulgationem. Cic. Lent. lib. 1. 5. 3.

Exoritur stella. Plaut. Rud. 2. 4.

Exortus timor ex conscientia peccatorum. Cic. in Paradox. 51.

Vis ueneris membris omnibus dicitur alicui exoriri. Lucretius lib. 4. 236.

Repentinus nobis aliquis exoritur. Cic. 3. pro lege Agrar. 7.

Exoritur rex, pro fit & creatur rex. Cic. 3. Offic. 50, Sic repentè annuli beneficio rex exortus est Lydiæ.

Gloria commotus Epicurus exoritur. Cic. 5. Tusc. 46.

Exorta sunt hæc omnia à te. Id est, prouenerunt. Terent. Hecyr. 4. 4. 10.

Exoriri dicitur, qui non expectatus inuadit aliquem, inquit Donatus.

Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia. Terentius Hecyra, 2. 1. 16. Vbi Donatus, Exorere, Existis.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. Id est, exoriatur. Verba Didonis imprecantis perfidis Troianis. Ostendit autem Annibalem. Virg. 4. Aeneid. 125.

Exoriri, pen. prod Recreari. Cic. Attico, lib. 7. 14. 1, Non uenit idem mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior. ego enim nunc paulum exorior, & maximè quidem his literis quæ Roma afferuntur.

¶ Exoriens, Participium (δι ανατέλλων) pro Oriente, quando cæli partẽ significat. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 4, Quæ spectent ad Orientem uersus.

Annus exoriens. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 1.

Aurora exoriente uagi sub lumina solis. Catul. in Argon. 55.

Auster exoriens media ab regione diei. Lucret. lib. 6. 145.

Sol exoriens. Vir. 1. Georg. 87.

¶ Eortus, (δι ανατελλάμενος) Aliud participium. Cic. 2. de Nat. deor. 38, Ex quodam poeta,

Ferres

Ferres tũ uerò proles exorsa repẽtè eſt. Lucret.lib.1.18.
E terraq; exorta repentè arbuſta ſalirent.Ibidem,25.
Exorta cædes.Cic.ad Atticum,lib.2.39.8.
Lubare exorto:id eſt,nato Lucifero.Virg 4.Aen.26. Seruius.
Lætitia ingens exorta.Virg.3.Aeneid.20.
Lis exorta.Stat.2.Achil.69.
Monſtra exorta ſub antris Siculis.Stat.12.Theb.111.
Peſtis exorta.Plin.lib.10.cap.50.1.
Sol exortus.Lucret.lib.3.212.
Sydera longos obitus exorta reuiſunt.Lucret.lib.4.79.
¶Exortus,huius exortus (ἀνατολή) ut, Exortus ſolis. Plin. lib.12.cap.11.2.Et lib.11.cap.12.1,Syderum exortus.
Exortus & Occaſus ſolis,contraria.Author ad Heren.3.131.
¶Exortiuus,pen.prod.Adiectiuum (ἀνατολικὸς) Plin.lib.18. cap.34.3, A parte exortiua ſolſtitialem habebit exortum. Id eſt,Orientem uerſus.Idem lib.37.cap.2.24,à Septẽtrione in exortiuum Oceanum.
Exortiua menſura. Plin.lib.7.cap.49.1, Negauere illi quenquam nonaginta partium exortiuam menſuram (quod anaphoras uocant) tranſgredi. De uarietate naſcendi loquitur. Exortiuam igitur menſurã:id eſt,eam quæ ortus noſtri ſpatium complectitur.
Exorno] exornas (ἐπικοσμέω,σὺνκαλέω) exornare, Idem quod ualde ornare,& magnificè inſtruere.Plau.Perſ.10.7,
Ea cauſa ad hoc exemplum te exornaui ego.
Vænibis tu hodie uirgo. Cic. Fabio Gal. lib.7.24.7,
Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palæſtra locum.
Exornare,et Deformare,cõtraria.Author ad Heren.lib.3.132.
Inſtruere & exornare.Cic.4.Verr.59.
Exornari graphicè.Plaut.Trinum,11.27.
Priuatim & publicè præſtantiſſimus, & inſtitutis & artibus exornauit eam Græciam,quæ Magna dicta eſt,Pythagoras. Cic.5.Tuſcul.15.
Exornare aciem.Saluſt.in Iugurt.Vide Acies.
Donis exornare aliquem.Stat.3.Syl.1.27.
Gratia & uenere aliquid exornare. Quint.lib.4.cap.2.82.
Caput exornare.Ouid.2.Amor.eleg.7.4.
Exorno me uobis.Plaut.Sticho,15.3.
Mortem communis ſermonis, decora quodã ſcenico exornãt. Quint.lib.2.cap.10.9.
Exornare nuptias.Plaut.Aulul.26.54.
Opus uerbis exornare.Propert.lib.4.eleg.5.4.
Exornare philoſophiam.Cic.lib.2.Tuſc.
Exornare ſe lepidis moribus.Plaut.Moſtel.4.12.Sic,Exornare Philoſophiam falſa gloria.Cic.2.Tuſc.18.
Exornare triclinĩũ. Cic. 6. Verr.54,Exornat amplè,magnificéq; triclinĩũ. Cic. pro Archia,20,Carminibus templorum, ac monumẽtorum aditus exornatus ſuorũ. Idem 4. Verr.3.
Donis & monimentis urbem exornare.Cic.3.Verr.37.
Exornare,Fœdare,interprete Nonio.Terent.Heaut.5.1.78,
—egóne?ſi uiuo,adeò exornatum dabo,
Adeò depexum:ut dum uiuat,memimerit ſemper mei.
Exornare aliquẽ magiſtratu. Plin.epiſt.229.Idem,lib.2.epiſt. 13,Quem rogo pro ingenio,pro fortuna tua exornes.
¶Exornatus, pen. prod. Participium (ἐπικοσμημένος) Cicer.de Aruſp.reſp.41, Niſi eum mulieres, exornatũ ita deprehendiſſent.
Exornatus comitatu.Plin.lib.30.cap.1.11.
Exornatus ueſte.Terent.Eunuch.
Clarum atq; exornatum trophæum.Cic.1.de Inuent.84.
¶Exornator, pen. prod. Verbale (ἐπικοσμήτωρ) Cicer.2.de Orat.29, Ceteri non exornatores rerum,ſed tantummodo narratores fuerunt.
¶Exornatio,Aliud Verbale (ἐπικόσμησις) Colum.lib.12.cap. 3.2,Inde quæ ad lauationem,quæ ad exornationem, quæ ad menſam quotidianam atque epulationem pertinerent, exponebantur.
¶Exornatio (χῆμα) Color rhetoricus. Cic.2.de Inuent.129, Hic tantum ipſa inuenta unamquamq; in rem exponentur ſimpliciter ſine ulla exornatione. Exornationis genera leges in Partitionibus eiuſdem,7. Verborum exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.Sententiarum exornatio eſt, quæ non in uerbis, ſed ipſis rebus quandam habet dignitatem.Author ad Heren.lib.4.161.
Exoro] exoras, pen. prod. (αἰτέομαι,λυσωπέω) exorare, Obtinere ac impetrare orando, ſi ad rem refertur, inquit Valla in Raud.Plaut.Pſeud.3.74,
—pumiceos oculos habeo,non queo
Lachrymam exorare. Id eſt,non poſſum lachrymã elicere ex oculis.Terent.And.5.3.30.Idem Heaut.5.5.6,
Da ueniam Chreme, ſine te exorem. Id eſt, perſuadeã, & illud à te impetrem.
Deterrere,& Exornare,cõtraria.Cic.8.Philip.247,Antè deterrere te, ne popularis eſſes, non poteramus:ut nunc ſis popularis,exorare non poſſumus.
Exorare,& Extorquere,contraria.Cic.Octauio,13.
Impetrare & exorare. Hirtius Ciceroni,in Epiſt.ad Atticum, lib.15.325.2, Brutus & Caßius utinam quàm facilè à te de me impetrare poſſunt, ita per te exorẽtur, ne quod calidius ineant conſilium.
Exorari & placari.Cic.pro Muræna,56.
Exorare unum.Plaut.Capt.5.18.
Exorare aliquid ab aliquo.Plaut.Trinum.6.43.
Exorare ut.Terent.Adelph.4.4.21,
—exoraſſem ut eam ducerem. Cic.1.de Leg.57,Exoremus ut ſileat.
Facilè exorare.Cic.pro Deiotaro,5.
Exorare aliquem,pro Impetrare ab eo quod poſtulamus.Stat. 5.Syl.3.55.
Facies exorat amorem. Id eſt,digna eſt,quæ ametur ob pulchritudinem.Ouid.3.Amor.eleg.10.9.
Exorant magnos carmine ſæpe deos. Ouid.2.Triſt.5.
Pacẽ diuũm exorare:id eſt,facere aut impetrare. Virgil.3. Aen.
Puellam exorare. Ouid.1.de Arte aman.8. (74.
Supplice uoce exorare deum.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.5.
Exorare triſtitiam.Plin.epiſt.29.b,Quod tamen ſi quis extiterit, qui putet nos latius feciſſe quàm ordinis ſeueritas exigat:huius (ut ita dixerim) triſtitiam exorare debebunt reliquæ actionis partes. Id eſt, reliquæ partes inducent eum, ut deſinat eſſe triſtis.
Sine exorem te illis hanc ueniam.Id eſt,mea gratia da illis hanc ueniam.Plaut.Bacchid.23.78.
Exorare,Vehementer aliquem orare.Plaut.Milit.18.13,
—Veneri pol habeo gratiam,
Tandemq; exoro & quæſo,ut eius mihi ſit copia,
Quem amo,quemq; expetiſſo.
Exorare aliquem alteri,pro Placare uel reconciliare. Trãquil. in Tib.cap.11.
¶Exorandus,Nomẽ gerundiuum (ἀλλητέος) Ouid.epiſt.20. 26,Exoranda tibi,non capienda fui.
Exorandus mihi es. Terent.And.1.1.140.Id eſt,Inducendus ut facias quod poſtulo.
¶Exorans, pen. prod. Participium (αἰτούμενος) ut, Thura exorantia diuos.Ouid.3.Triſt.eleg.13.5.
¶Exoratus,pen.prod.(ἀλλοθεὶς) Aliud Partic.Cic.pro Cluẽ. 54,Poſt exoratus,initio permagnam pecuniam popoſcit.
Adamas exoratus.Propert.lib.4.eleg.12.1,



Digitized by Google

Quum semel infernus intrarunt funera leges,
Nō exorato stāt adamāte uiæ. Id est, nō est reditus ad uitā.
Areæ exoratæ. Ouid. 7. Metam. 121.
Cytherea exorata. Tibul. lib. 4. eleg. 7. 1.
¶ Exorabilis, & hoc exorabile, pen. corr. (ἀπλεγὸς) Qui exorari potest, & à quo facilè obtinemus quod petimus. Cicer. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 59, Nam si implacabiles iracundiæ sint, summa est acerbitas: sin autē exorabiles, summa leuitas: quæ tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda est.
Minus exorabilem aliquem experiri. Cic. Attic. lib. 1. 1. 14.
Nulli exorabilis. Silius lib. 5. 26.
Non exorabilis auro. Horat. 2. epist. 2. 36.
Deus exorabilis. Propert. lib. 2. eleg. 31. 3.
Numen exorabile. Stat. 5. Sylu. 33.
Exorabilis & facilis populus. Cic. pro Domo sua, 36.
¶ Exorabula (κὐπαειδήεια) plur. num. Ab Apuleio uocātur omnia artificialia argumenta, quibus orator per uim eloquentiæ iudices exorat.
Exors] exortis, om. g. (ἄπλης) Sine sorte, inquit Seruius.
Exors amicitiæ. Liuius 3. bel. Pun. 39. Id est, qui non est particeps amicitiæ.
Exors culpæ. Liuius 2. bel. Pun. 188, Se omnis culpæ exortam, omnis tamen euentus participem fore diceret.
Exors matrimonij. Plin. lib. 5. cap 8. 3, Garamantes matrimoniorum exortes, passim cum fœminis degunt. Id est, non contrahentes matrimonium.
Dulcis uitæ exors. Virg 6. Aeneid. 86.
Cos exors secandi. Horat. in Arte poet. 62.
Honorem exortem ducere. Id est, sine sorte: ἄπληρον. Virgil. 5. Aeneid. 106. Seruius.
Exors interdū optimū et præcipuū significat. Vir. 8. Aen. 108,
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis. Seruius.
Exorsus] Vide Exordior.
Exortiuus, Exortus] Vide Exorior.
Exos] exosßis, Adiectiuū (ἄνος) Qui est sine osse. Plaut. Menæh. 17. 98,
Faciā quod iubes, securim capiā ancipitem, atq; hūc ego
Senem exossem reddam. Lucret. lib. 3. 145,
—atq; unde animantum copia tanta
Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus?
¶ Exosso, exossas (ἐξοσείσμαι) exossare, Ossa confringere, siue comminuere: aut ossa remouere. Plaut. Amph 4. 165,
Exossatum esse oportet, quem probè percusseris.
S. Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat,
Vltro istic qui exossat homines. Colum. lib. 12. ca. 53. 1,
Ergo sitientem suem quum occideris, bene exossato.
Exossare pisces, Donatus Purgare interpretatur. Terent. Adel. 3. 3. 24. Apuleius, Exquammatus atq; exossatus piscis uix palpitat amplius.
¶ Exossatus, penult. prod. Partic. (ἐξοσεμένος) Lucret. lib. 4. 255, Atq; exossato ciet omni pectore fluctus.
Exosculor] pen. corr. exoscularis (κατοφιλέω) exosculari, Idem quod Osculari.
¶ Exosculatio, Verbale (κατοφίλησις) Plin. lib. 10. cap. 12. 3, Aristoteles negat nō hercule magis quàm in Aegypto ibim: sed illam exosculationem quæ sæpe cernitur, qualem in columbis esse.
Exosus] pen. prod. Adiectiuum (μισούμενος) Actiuè dicitur, qui odio habet. Virg. 5. Aeneid. 126,
Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum
Troianus, siquid pietas, &c. Idem, lib. 13. 104.
Exosus hostes, Stat. 9. Theb. 15.
Templa exosa oculos uiriles. Tēpla Bonæ deæ. Ouid. 5. Fast. 31.
Exosus opes. Stat. 2. Sylu. 1. 33.
Exosus aliquando passiuè accipitur, pro Odioso: ut apud Gellium, lib. 2. cap. 18, Eius Epicteti etiam de se scripti duo uersus feruntur: ex quibus latenter intelligas, non omnes modò dijs exosos esse.
Exostra] Machina est lignea, qua quæ in scena intus geruntur & fiunt, uersatione rotarum spectatoribus ostendūtur, quæ eadem dicebatur ἐγκύκλιμα. Cic. de Prouinc. Cōsular. Itaq; ille alter, aut ipse est homo doctus, et à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscū iam in exostra helluatur, antea post siparium solebat. Sic enim ex manuscriptis legit Turnebus, non orchestra: ut sit sensus, Qui antè uelut cum histrionib. & mimis in scena post siparium & uelum solitus erat helluari, id iam propalam in exostra remōto sipario faciebat. Numeratur & à Vegetio in machinis militaribus oppugnatorijs exostra, sed nihil ad hunc locum Ciceronis.
Exoticus] pen. corr. Adiectiuum (ἐξωτικὸς) Peregrinus, aduētitius, inquit Nonius, & aliunde aduectus. Plaut. Most. 2. 41, Non omnes possunt olere unguenta exotica. Cic. 3. de Orat. 74, Aduentitia Latinè uocat, ut ait Budæus, Plinius lib. 13. cap. 3. 4, Certum est P. Lucinium Crassum, L. Iulium Cæsarem Censores edixisse, ne quis uenderet unguenta exotica: sic enim appellauere.
Exotica Græcia. Plaut. Menæh. 7. 11. quia est etiam Italica, quæ magna est appellata.
Expalleo] expalles, expallui (ἐξωχριάω) expallere. Pallidū esse, siue fieri. Plaut. Curcul. 7. 32, Vide ut expalluit. Plin. epist. 5. 5, Expalluit notabiliter, quamuis palleat semper.
Expallere, signum est conscientiæ. Author ad Heren. lib. 2. 39.
Fulgore auri magis expalluit. Catul. Argon. 20.
Metu expallere, & aliquem expallere. Stat. 11. Theb. 65.
Horruit infelix, totoq; expalluit ore. Ouid. 6. Metam. 121.
Viribus absumptis expalluit illa. Ouid. 1. Metam. 110.
Phœbe subita umbra expalluit. Lucan. lib. 1. 107.
Expallio] expallias (ἐξιματίζω) expalliare, Pallium auferre. Plaut. Casina, 24. 5,
Neq; quib. modis purgem scio me meæ uxori, expalliatus
Sum miser.
Expalpo] expalpas (ἐξαρεσκάνομαι) expalpare, Elicere significat, ut ait Nonius, & blandis quibusdam attrectationibus, quales ipsis equis fieri solent, impetrare. Plautus Pœnulo, 4. 135, Quid faciam? A G. exora, blandire, expalpa. Pomponius, Si quid expalpare possim ab illo.
Expalpabitur, pro Expalpabit, quod est extorquebit. Plaut. Vidular.
Seruus à patre argentum expalpabitur. Nonius.
Expando] expandis, expandi, expassum (ἐξαπλόω, ἐκπετάννυμι) expandere, Aperire, extēdere. Colum. lib. 12. cap. 13. 2, Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub umbram expanduntur.
Aperire florē & expandere dicitur rosa. Plin. lib. 12. cap. 11. 2.
Expandere dictis, pro Pandere, id est, aperire, explicare. Lucret. lib. 1. 26.
Expandunt alas aliquæ aues. Plin. lib. 10. cap. 38. 1.
¶ Expassus, Participium (ἐξαπλωμένος) ut, Fores expasse. Tacitus lib. 21.
¶ Expanditor, amnis, apud Plin. in Paneg. 48. de Nilo.
Expango] expangis, expanxi, expactum (ἐμπήγνυμι) expangere, Figere seu constituere. Plin. lib. 2. cap. 26, Idemq; ausus, rem etiā deo improbam, annumerare posteris stellas, ac sydera, ad normam expangere. De Hipparcho loquitur.
Expapillo] expapillas (γυμνόω) expapillare, Nudare. Vnde Expapillatum brachium, id est, exertum, inquit Festus: quod.

Digitized by Google

quod quum fit, papilla nudatur. Plaut. Milit. 16. 43, Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

Exparte ] Vide Ex.

Expato ] as, pen. corr. In locum patentem me do, ut interpretatur Festus, uel In spatium me confero. Pacuuius, Expatant se omnes, publicèq; se ostendunt. Antiquum.

Expatior ] expatiaris (πορίνοξέω) expatiari, Errare. Plin. lib. 16. cap. 30. 3, Latissima expatiantium umbra, & uicinas domos sæpe transilientium. De loto arbore. Quint. lib. 2. cap. 10. 4, Et poetica (ut uerè dixerim) themata, iuuenibus pertractare permittemus, ut expatientur & gaudeant materia, & quasi in corpus eant, erat optimum.

Expatiari in aliqua parte. Quint. lib. 2. 17. 1.

Longè expatiari. Ouid. 15. Metam. 91.

Equi expatiantur. Ouid. 2. Metam. 41.

Ignes clarè expatiantur in auras. Silius Ital. lib. 17. 19.

¶ Expatians, Participium (πορίνοξῶν) ut, Expatians lacus. Plin. lib. 16. cap. 36. 10.

Expatiantia tecta. Plin. lib. 3. cap. 5. 32.

¶ Expatiatus, pen. prod. Aliud participium (πορίνοξήσας) ut, Flumina expatiata. Ouid. 1. Metam. 58.

Expatritius ] Qui patritiatum deposuit. Zeno l. 3. C. de senat. uel patrit. Quoties uiro fortè patritio, uel expatritio, uel ei quem Prætorianæ, &c.

Expatro ] expatras, pen. corr. (διαπεράτ∫ω) expatrare. Idē quod simplex Patrare. Catul. in Iulium. Cæsar. 27. 4, Quid est? an hæc sinistra liberalitas parum expatrauit?

Expauco ] expaues, pen. corr. expaui, pen. prod. (ἐκφοβοῦμαι) expauere: siue Expauesco, expauescis, expauescere, Terreri. Liuius 6. ab Vrbe. 137, Quum ad id moris eius insueta expauisset minor Fabia, risui sorori fuit.

Ad comitum lachrymas expauescere. Stat. 3. Theb. 38.

Ad tumultum aliquem expauere. Plin. lib. 10. cap. 75. 1.

A primo conspectu eius expauescunt. Plin. lib. 21. cap. 11. 2.

Expauescere repentè, Genus est morbi. Plin. lib. 23. cap. 1.

Domus tumultu expauit. Stat. 8. Theb. 128.

Expauere, siue expauescere aliquid. Plin. lib. 9. cap. 30. 4. Idem lib. 13. cap. 24. 5, Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut uiuis iniuriam expauescit.

Expauere, attributum inanimatis: ut apud Silium lib. 3. 94,

At gregis allapsu fremebundo territus acris
Expauit moles Rhodanus.

Thetis expauit uitreo sub gurgite remos. Stat. 1. Achil. 5.

Non muliebriter expauit ensem. Horat. 1. Carm. ode 37. 5.

Famam expauere. Stat. 11. Theb. 63.

Fratrem expauescat frater, & natū parens. Senec. Thyeste, 18.

Expauere gradus, Nō audere ultra progredi. Stat. 1. Syl. 3. 12.

Vocem trucem expauere. Silius lib. 1. 14.

Expecto ] expectas (ὑπομένω, ἀϖαμένω, πορίμένω, προσδοκάω, καταδοκάω, ἰχαίνω) expectare, ab Ex et Specto. Spectas, compositum, significat præstolari: quia dum uenturum aliquem præstolamur, frequēter aspicere solemus an ueniat. Terentius Eunucho, 3. 5. 46,

Sto expectans si quid mihi imperent.

Expectare epistolas, & Exigere, contraria. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 1, Longiores enim expectabo, uel potius exigam.

Expectare & postulare. Cic. Bruto, lib. 11. 5. 7.

Expectetis ad extremum, & me meum dicendi ordinem seruare patiamini. Cic. pro Cluent. 3.

Ad mensem Ianuarium aliquem expectare. Cic. Atti. lib. 1. 1. 12.

Ad mediā usq; noctē expectare aliquē. Horat. 1. Ser. Sat. 5. 17,

Expectare in aliud tempus. Cic. Ad Atticum, lib. 1. 12. 16.

Expectare in anchoris. Cæsar 4. bel. Gal. 550.

In totas horas expectare aliquem. Propert. lib. 2. eleg. 30. 3.

Expectare dum. Terentius Eunucho, 1. 2. 126,

Concedam hinc intrò atq; expectabo dum uenit. Cicero de Amicitia, 41, Amicorum causa honesta faciamus: ne expectemus quidem dum rogemur.

Expectare donec. Traianus ad Plinium, epist. 342, Nec dubitandum fuisset, si expectasset donec me consuleres.

Expectare si. Cæsar 2. bell. Gall. 264, Hanc si nostri transierēt, hostes expectabant.

Expectare securè & negligenter. Plin. epist. 4.

Temere expectare. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 6.

Expecto quid uelis: id est, cupio scire quid uelis me facere: atq; ob id præstolor. Terent. And. 1. 1. 7.

Me tranquilla senectus expectat. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 12.

Expectare de, pro Sperare, uel potius metuere. Cic. de Amicit. 39, De Caij Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. Idem 2. Tuscul. 50.

Ab aliquo omnia expectare. Cic. Bruto, 11. 5. 4.

Ab omni terra expectari. Lucanus lib. 5. 135.

Quæ à summa uirtute summoq; ingenio expectanda sunt, expectare. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 7.

Auidissimè aliquam rem expectare. Cic. 14. Phil. 386.

Expectemus ætatem Tartesiorum regis. Cicer. de Senect. 63. Id est, speremus tandiu nos uicturos, quandiu uixit Tartesius.

Expectare alicuius aduentū in aliquo loco. Cæs. 1. bel. Gal. 105.

Magna cum spe aliquid expectare. Cicero Planco in Epist. ad Atticum, lib. 16. 345. 3.

Non expectare purpureum amictum, Non moueri cupiditate splendidæ uestis. Horat. 1. epist. 18. 6. Virg. 2. Georg. 6,

Syluarum aliæ pressos propagmis arcus
Expectant, & uiua sua plantaria terra.

Aures expectant, ut uerbis colligentur sententiæ. Cic. in. Or. 96.

Expectare auxilia. Cæsar 6. bel. Gal. 21.

Cursum expectare. Cic. Attico, lib. 95. 1.

Diem ex die expectare. Cic. Attico, lib. 8. 144. 3.

Oleæ non expectant falcem. Virg. 2. Georg. 85.

Hostem expectare. Virg. 9. Aeneid. 10.

Literas alicuius expectare ut. Cic. Attico, lib. 8. 148. 4.

Aliquo loco expectare. Cic. 4. Acad. 39.

Expectabo magnū malum hoc nuntio. Terent. Phorm. 1. 4. 16. Id est, inquit Donatus, Nescio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror.

Frustra expectant promissas horrea messes. Ouid. 8. Met. 59.

Expectare alicuius mortem. Terent. Adelph. 5. 4. 20.

Nuntios expectare. Cic. Attico, lib. 16. 333. 11.

Inclusi pœnam expectant. Virg. 6. Aeneid. 123.

Meritæ palmæ præmia expectare. Virg. 5. Aeneid. 14.

Expectare te arbitror, hæc tam longè repetita principia quò spectent. Cicero Planco, lib. 13. 30. 4.

Spe reditum alicuius expectare. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 13.

Intenti expectant signum. Virg. 5. Aeneid. 28.

Transitum tempestatis expectare. Cic. Attic. lib. 2. 36. 2.

Ventos ferentes, & facilem fugam expectare: id est, facilem nauigationem. Virg. 4. Aeneid. 87.

Expecto te ut hoc facias, pro Expecto ut tu hoc facias. Liuius lib. 2. Decad. 5.

¶ Expectādo, Gerundiū (ὑπομένω) Prop. lib. 2. eleg. 10. 2, Illum expectando facta remāsit anus. De Penelope & Vlysse.

Vltima semper expectanda dies homini est. Ouid. 3. Met. 28.

¶ Expectans, Participium (προσδοκῶν) ut, Puella expectans uirum. Propert. lib. 3. eleg. 3. 4.

¶ Expectatus, pen. prod. (προσδεδοκημένος) Aliud Participium, siue Nomen ex Participio, Cupitus, desyderatus. Cic. Nihil unquam expectatius fuit. Plaut. Amph. 8. 24, Certè enim me illi expectatum, optatum uenturum scio? Idem, Mostel.

Digitized by Google

Mostel.7.11,Credo expectatus ueniam familiaribus.
Charus & expectatus omnibus uenies. Cic.Tironi,lib.16.2.2.
Expectatus ad summam dignitatem.Cic.de Senect.62.
Aruis expectatus. Virg.8.Aeneid.8. Dat effectum etiam locis (inquit Seruius)ut, —ipsæ te Tityre pinus,
Ipsi te fontes,ipsa hæc arbusta uocabant.
Suauissimus & expectatissimus alicuius aduentus. Cic. ad Atti. lib.4.73.1.
Non expectata uenit imber aqua, Pluit de repente. Ouidius de Nuce,24.
Expectata dies aderat.Virg.5.Aeneid.21.
Non expectatum ensem alicui defigere.Silius lib.10.60
Expectatissimæ literæ.Cic.Planco, lib.10.5.1.
Lux diu expectata.Catul.in Carmine nupt.1.
Longum expectata manus.Valer.4.Argon.88.
Expectati parentes dicuntur, malæ uitæ & odio digni, ut docet Donatus: quorum mors in dies singulos expectanda sit. Terentius Adelph.1.2.29,
—si esses homo,
Sineres nunc facere,dum per ætatem licet,
Potius,quàm ubi te expectatum eiecisset foras.
Filij pietas expectata parentis.Virg.6.Aeneid.136.
Seges expectata.Virg.1.Georg.46.
Expectatissimus triumphus.Cæsar 8.bel.Gal.182.
Non expectatum uulnus,Subitum.Ouid.5.Fast.142.
Expectatior illo nemo uenit.Plaut.Mostel.7.12.
Expectate uenis.Virg.1.Aeneid.57.
Ante expectatũ tacuit.Ouid.4.Metam.158.Id est,ex inopinato & citius expectatione. Idem,lib.8.1, Ante expectatũ portus tenuere petitos.
¶Expectatio, Verbale (ὑπομονὴ, προσδοκία) Desyderiũ. Terent.in Prol.Hecyr.38, Funambuli eodẽ accessit expectatio.
Expectatio, inquit Donatus, certorum est, & propinquarum rerum,destinatq; tempus.
Animi et ingenij alicuius tãta expectatio. Cic.Curioni,li.2.1.6.
Nihil aliquorũ expectatione dignum, nihil reconditũ,nihil aut inauditum,aut cuiquam nouum dicere.Cic.1.de Orat.68.
Plenus expectatione.Cic.Attic.lib.3.54.1.
Vacua periculo & periculi expectatione nulla hora relinquitur.Cic.Antequam iret in exilium,12.
Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum.Cic.de claris Orat.145.
Contra omnium expectationem.Vide Contra.
Cæca expectatio.Vide Cæcus.
Indigna homine libero expectatio.Ci.pro Rab.perduel.reo,11.
Mirifica expectatio alicuius.Cic.Attico,lib.7.127.4.
Summa alicuius expectatio.Cic.Bruto,15.17.
Præter expectationem aliquid accidere.Cic.2.de Orat.157.
In summam expectationem aliquem adducere. Cic.1.Tusc.6.1.
Afferre expectationem.Quint.lib.3.cap.8.32.
Afferre non paruam expectationẽ alicui. Cic.Attic.lib.3.59.1.
Cum expectatione audire aliquem.Cic.3.de Nat.deor.2.
Commorat aliquis expectationem.Cic.Qu.frat.lib.2.5.2.
Crebras alicuius expectationes commouere. Cic. Attic.lib.1.2.1. Vide Commoueo.
Sui expectationem concitare,hanc sustinere & tueri.Cicer.Curioni,lib.2.1.7. Vide Concito.
Conturbat me expectatio tua.Cic.4.Academ.20.
Decipere expectationem alicuius.Cic.2.de Orat.159.
Dare alicui expectationem conuiuij. Cic.Attic.lib.2.27.3.
Explere expectationem omnem diuturni desyderij nostri. Cic. 1.de Orat.102, Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.Cic.Attic.lib.3.55.5.
Sui expectationem facere.Cic.4.Acad.21.
Habere expectationem.Cic.Attico,lib.7.135.1.
Non habere magnã expectationẽ in respondendo.Cic.in Sal.1.
Expectationem mouere,pro Excitare desyderium.Cic.ad Atticum,lib.2.29.1.Vide Moueo.
Occurrere expectationi alicuius.Cic.pro Cluent.49.
Obscura spe et cæca expectatione pẽdere.Cic.2.de leg.Agr.68
Animi expectatione pendere.Cic.Attico,lib.8.149.2.
Suspẽdere oratione unius expectationẽ alterius.Ci.pro Cluẽt.5
Summa est expectatio tui.Cic.ad Brutum,15.17.
Præter expectationem esse.Cic.2.de Orat.156.
In rerũ omnũ expectatione esse.Plancus Ciceroni, lib.10.4.7.
In aliquibus expectationẽ nostrã esse. Cic.Attico,lib.8.165.1.
In summa expectatione rẽ esse. Cic.Cn. Magno in Epist. ad Aticum,lib.8.159.4.
Sustinere nõ paruã expectatiouem imitãdæ alicuius industriæ, magnã bonorũ, nonnullam fortasse nominis. Cic.3.Offic.8.
Maior expectatio tenet aliquem.Cic.2.de Orat.41.
Vincere expectationem omnium: hoc est,opinionem & existimationem.Cic.7.Verr.9.
Expectoro ] expectoras,pen.corr. (ἐκπτύω) expectorare, Extra pectus eijcere. Actius Phœnissis,Incusant ultro à fortuna,opibusq; omnibus desertum, abiectum, afflictum animo expectorant.Idem Epigono, Eloquere propriè,ac pauorem hunc meum expectora.Cicer.3.de Orat. 85.& 121, Tum pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Et 4.Tusc.30. Ex Ennio. Hæc Nonius. Quod uerbum non omnino antiquum & remotum ab usu uidetur. propriè enim dicitur expectorare id quod ex pectore aliquid educit, ut quum medicamentum aliquod pituitam in pectore, hoc est in cauitatibus pulmonum infarctam educit, propriè expectorare dicitur,atq; expectorans medicamentum uocabitur. Fabius tamen, lib.8.cap.3. uidetur repudiare,tanquam nimis antiquum. (hausti.
Expeculiati ] serui à Plauto dicuntur, qui peculio sunt ex
Expedio ] expedis,pen.corr.expediui,expeditũ.pen.prod. (ἀνύτω,καταινύω,ἀπολύω)expedire,Liberare,et quasi pedum ligamenta dissoluere, unde & pro Explicare, & proferre ponitur.Expedire, Donato teste,dicitur qui pedem retentum liberat.Cicero in Pisonem,58,Hærerem enim,nisi tu me expedisses.Horatius Epod.11.5,
Vnde expedire non amicorum queunt Libera consilia.
Sisenna,lib.3.Histor.Inermes armat, inexpeditos expedit.
Impedire & intricare,contraria uerbo Expedire.Terent.And. 3.5.11.Plaut.Persa,13.10.Cicer.Pæto,lib.9.19.4, Me quotidie aliud ex alio impedit,sed si me expediero,ut in ista loca uenire possim. Vide Impedio.
Expedire se de re aliqua.Cic.6.Verr.24.
Expedire se de commisso adulterio.Cic.6.Verr.
Inter flammam & hostes expediri.Virg.2.Aeneid.127.
Expedias me hinc te rogo.Cic.ad Atticum,lib.11.226.1.
Expedire illigatũ.Hora.1.Carm.ode 27.5.Vide in Chimæra
Expedire uirgas,aut panes: id est,Proferre.Virg.1.Aeneid.37.
—Cereremq; canistris.
Expediunt. Cic.7.Verr.126,Quum repentè hominem proripi, atq; in foro medio nudari,ac deligari, et uirgas expediri iubet.
Pyxidem expedire,manum porrigere,uenenum tradere. Cicer. pro Cælio,18.
Expedire se ærumnis. Terent.Hecyr.3.1.8.Cic.ad Atticum, lib. 2.40.3,Expedire se omni molestia.
Expedire aditum.Cæsar 7.bel.Gall.347.
Agrum lectione lapidum.Colum.lib.2.cap.2.9.
Alimenta arcu expedire.Tacit.lib.5.
Animum impeditum expedire.Terent.Hecyr.3.1.17.

Animum

Digitized by Google

*Animum metu expedire.* Horat.3.Carm.ode 24.2.
*Arcus expedire.* Statius 10.Theb.173.
*Arma expedire.* Tacitus lib.20.Virg.4.Aeneid.
Non arma expedient? Verba furentis Didonis.
*Cauſam alicuius expedire.* Cic.de Aruſp.reſp.15.
*Cauſam expedire alicuius rei*, Exponere cauſam.Virg.4. Ge-
*Comas expedire.* Statius 3.Sylu.4.18. (org. 80.
*Conſilia expedire.* Tacitus lib.19.
*Conſilia ſe expediunt.* Valer.8.Argon.77.
*Nautæ contos expediunt.* Virg.5.Aeneid.42.
*Conuiuia tectis expediũt.* Valer.2.Argon.69. *Tectis, in tectis.*
*Copias expedire.* Tacitus lib.13.
*Expedire ſe cura, uel crimine aliquo.* Terent.Phorm.5.4.4.
Idem Hecyra,5.1.18.
*Fallacia m.* Plautus Capt.2.40.
*Ferrum.* Liuius 4.bel.Pun.119.
*Iter expedire.* Liuius lib.8.Decad.4.
*Labores alicuius expedire.* Valer.7.Argon.56.
*Induere ſe in laqueos, & Expedire ſe ex laqueis, contraria.* Cicero 4.Verr.70.
*Manus expedire.* Virg.12.Aeneid.52,
Tum uerò augurium Rutuli clamore ſalutant,
Expediuntq; manus. Id eſt, dimicare ſe uelle ſignificant.
Hæc enim eſt conſenſio militaris. Lucanus,
Elataſq; altè quæcunq; ad bella uocaret,
Promiſere manus. Hæc Seruius.
*Expedire manus per acuta bella, id eſt, exercitum.* Horatius 4.
Carm.ode 4.15.
*Merces expedire*, Explicare. Ouid.1.de Arte aman.85.
*Moleſtia expedire aliquem.* Cic.Attic.lib.3.40.3.
*Naues.* Cæſar 2.bel.Ciuil.14.
*Explicare & expedire negotia alicuius.* Cic.Seruio, lib.13.27.
*Nodum.* Cic.ad Atticum, lib.5.109.3. (4.
*Nomina.* Cic. ad.Attic.lib.16.333.21.
*Expedire ſe ab omni occupatione.* Cic.ad Atticum, lib.3.61.3.
*Expedire pecuniam*, pro Conficere. Tranquil.in Iul.10, cap.4.
*Pluteos expedire.* Tacitus lib.18, Vitelliani pluteos, crateſq; & uineas: Otboniani ſudes, & immenſas lapidum, plumbi, æriſq; moles expediunt.
*Præuiſa expedire.* Tacit.lib.14.
*Rem aliquam expedire*, Conficere. Virg.8.Aeneid 10.
*Expedire*, Rem impeditam explicare. Cic.2.Offic.47: Iis fidem habemus quos plus intelligere quã nos arbitramur: quosq; & futura proſpicere credimus, & quum res agatur in diſcrimenq; uentum ſit, expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe.
*Salutem.* Cic.pro Mil.7. Honeſta ratio eſſet expediẽdæ ſalutis, Hoc eſt, eum abſoluendi.
*Expediui è ſeruitute filium.* Plaut.Capt.7.95.
*Subita expedire.* Tacit.lib.14.
*Tela animosq; expedire.* Liu.lib.8.Decad.4.
*Tela equosq; expedire.* Liu.lib.8.Decad. 4.
*Expedit ſe ex turba.* Terent.Adelph.4.4.5.
*Expedire*, pro Paucis uerbis dicere. Terent.Eun.4.4.27,
—agedum hoc mihi expedi.
Primùm, iſtam, quã habes, unde habes ueſtem? taces. Aſinius Pollio ad Ciceronem, lib.10.33.17, Itaq; proximis litteris conſilium meum expedietur.
*Dictis expedire.* Virg.3.Aeneid.76.Lucret.lib.5.23,
Multa tibi expediam doctis ſolatia dictis.
*Altius expediam.* Virg.4.Georg.57, —altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine famam.
*Dilucidè & perſpicuè aliquid expedire.* Vide Perſpicuè.
*Planè expedire.* Cic.Attic.lib.4.85.13.
*Promptius expediam.* Iuuen.Satyr.10.22.
*Capita rerum.* Plaut.Trucul.17.14.
*Cauſam aduentus.* Liu.4.bel.Maced.223.
*Initium rei expedire.* Saluſt.in Iugurt.
*Expedire iudicibus rem ſuam.* Terent.Phorm.2.3.52,
Dilucidè expediui, quibus me oportuit
Iudicibus. Id eſt, Probaui, inquit Donatus.
*Exitum inſtitutæ orationis expedire.* Cic.Appio, lib.3.12.5.
*Expedire uno uerbo.* Terentius Phorm.Atq; id ſi potes, uerbo expedi uno.
*Expedire*, pro Conſtituere. Liuius lib.9.bel.Maced. Non modò cæteri, ſed ne in proximam quidem noctem ubi tutò cuſtodiretur, expediebant.
*Expedire*, Abſoluere aliquid, & liberari aliquo negotio. Cicero ad Marium, lib.7.3.19, Ego, ſi quæ uolo expediero, breui tempore te, ut ſpero, uidebo.
*Expedire & conficere res.* Cic.de Claris Orat.79.
*Expedire*, pro Parare, ſiue præparare. Tacit.lib.19, Multos è magiſtratibus, magnã Cõſulariũ partẽ ſecũ expedire iubet.
*Ad bellum expediri.* Tacitus, lib.18.
*Impedire ſe ad prælium, ſeu ad pugnam.* Liu.5.ab Vrbe, 217.
*Expedio me ad Druſum, inde ad Scaurũ.* Cic.Att.lib.4.84.9.
*Expedibo, pro expediam.* Plaut.Trucul.4.35,
Quid iam amabo? D. expedibo. Ennius Eumenidibus,
Id ego equum aptius feciſſe expedibo atq; eloquar. Pluribus Nonius idipſum probat. Sed antiquum eſt.
*Expeditum erat.* Plin.epiſt.155.a. Idem epiſt.182, Quorum ſi nihil nobis loci natura præſtaret, expeditum tamen erat, cataractis aquæ curſum temperare.
¶ *Expedit, pen.cor.* (συμφέρει, χρυσιμοῦται) Impersonale in tertijs perſonis, pro Vtile eſt. Terent.Heaut.2.3.96, Nihil ſatis firmi uideo, quamobrem accipere hũc mihi expediat metum. Cicer.3.Verr.5, Poſt hominum memoriam fuiſſe arbitrer, cui damnari expediret. Idem Ruſõ, lib.5.19.7.
*Optimum eſſe & expedire.* Cic.pro Marcello, 28, Multi dubitabant quid optimum eſſet: multi quid ſibi expediret: multi quid deceret: nonnulli etiam quid liceret.
*Vtile eſſe & expedire.* Cic.3.Offic.100.
*Ad diuturnitatem uictoriæ & dominationis alicuius expedit.* Cic.Attic.lib.7.140.1.
*Hoc mihi expedit.* Ouid.2.Faſt.119.
*Expediant.* Plaut.Trinum.5.10, —omnium primum
Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant.
*Si ita expedit*, pro Si commodum eſt, uel neceſſe eſt ita fieri, ut melius res ſe habeat. Cic.ad Qu.frat.lib.2.6.5.
*Expedit, cum infinitiuo.* Cic.pro Cecin.12, Quum pecunia Cæſenniæ ex illa hæreditate deberetur, eã porrò in prædijs collocari maximè expediret.
*Expedit ſtudijs lumen abeſſe meis.* Ouid.1.Triſt.eleg.8.12.
*An nihil expediat tale mouere uide.* Ouid.2.de Põto, eleg.2.12
*Expediat bonos eſſe uobis.* Terent.Phorm.5.2.1.
*Expedit eſſe deos.* Ouid.1.de Arte aman.128.
*Pacem reduci uelle uictori expedit.* Senec.Herc.furen.6.7.
¶ *Expeditus, pen.pro.* (πρόχειρος, ἀπαρασκεύαστος, σύζωνος, σύγαλις) Nomen ex Participio, Paratus. Cæſar 2.bel.Gal. 297, Cæſar ſex legiones expeditas ducebat.
*Expeditus & paratus.* Cic.11.Philipp.308, *Expedito nobis homine & parato* P.C. *opus eſt.*
*Expeditus, ſolutus, liber, nulla re implicatus.* Cic.4.Acad.188.
*Expeditus eò proficiſcitur.* Cic.pro Quint.12.
*Expeditum facere.* Plaut.Epid.2.77.
*Curis expeditus.* Horat.1.Carm.ode 22.3.
*Facilis & expeditus ad dicendum.* Cic.de claris Orat.93.
*Argumenta expedita ſtatim depromere.* Cic.2.de Orat.64.

Expedita

Digitized by Google

Expedita & profluens celeritas. Cic. de claris Orat. 116.
Expedita cœna, Breuis et succincta. Plin. iunior, lib. 3. epist. 12.
Inops & Expedita disciplina, contraria. Cic. de clar. Or. 143.
Expediti equites, Leuioris armaturæ, & nullis impedimentis grauati aut onerati. Salust.
Expedita excusatio. Cic. ad Att. lib. 16. 334. 5.
Exercitus ad mutandum expeditus. Cic. Att. lib. 5. 106. 4.
Acres, ad uim prompti, ad seditionem parati, armati in ciues et expediti ad cædem homines. Cic. 2. pro leg. Agrar. 81.
Iaculum expeditum. Horat. 1. Carm. ode 8. 3.
Expeditum iter. Cic. ad Atticum, lib. 8. 164. 1.
Expeditior labor, Facilior. Colum. lib. 2. cap. 4. 9.
Expedita legio, expeditus exercitus, expeduta subsidia, in quibus milites sunt leuis armaturæ, & qui facilè huc illuc perducuntur. Liu. 4. bel. Pun. 189. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 22. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 24. 6.
Expedita negotia. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 3. 1.
Expedita & perfacilè currens oratio. Cic. de clar. Orat. 120.
Ad explicandum expeditißima res. Cic. Q. ẽ. frat. lib. 3. 16. 9.
Expeditior tutiorq; ratio domandi est. Colum. lib. 6. cap. 2. 7.
Expeditißimus reditus ad cælum optimo & iustißimo cuique. Cic. de Amicit. 12.
Expeditior & celerior remuneratio. Cic. 2. Off. 101.
Senatusconsultum expeditum. Cic. Att. lib. 5. 91.
Expeditior uia ad honores. Cic. pro Flacco, 80.
Acer & acutus in dicendo, & ad pronuntiandum expeditus uir. Cic. 2. de Orat. 71.
Doctus ex disciplina, & à natura ad dicendum satis solutus atque expeditus uir. Cic. de claris Orat. 132.
Expeditißimum unguentum, quod citißimè apparatur, & præsentißimum est. Plin. lib. 13. cap. 1. 6.
In expedito positum. Quint. lib. 10. cap. 7. Vide In.
In expedito esse. Plin. lib. 4. cap. 23. 1. Vlpian. in l. si dubitet. ff. de fideiussoribus. Nec enim semper facilius est nominis emptio, quum numeratio totius debiti non sit in expedito.
¶ Expeditè, pen. prod. Aduerbium (σὺν ἀλῶς) Celeriter, facilè. Cic. 2. de Inuen. 135, Sed ut expeditius ratio tradatur, ea quæ præposuimus, breui nominabuntur.
Expeditè nauigare. Cic. ad Att. lib. 6. 119. 3.
Expeditè explicare. Cic. de claris Orat. 127.
Celeriter & expeditè percipere. Cic. 5. de Finib. 63.
Expeditißimè purgari sic poterit. Colum. lib. 2. cap. 10. 9.
¶ Expeditio, Verbale (στρατείας αἴνεσις) appellatur, quum exeunt milites belli gerẽdi gratia: hoc est, militaris apparatus: quòd explicẽt se atq; expediãt se à cæteris negotijs. Curtius, Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit. Cæsar 8. bel. Gal. 32. Liu. 4. bel. Pun. 130, Et mittentibus & missis ea læta expeditio fuit.
Expeditionem conficere ternis mensibus. Plin. lib. 7. cap. 2. 17.
Educere exercitum in expeditionem. Cic. 1. de Diuin. 125.
Apes noctu deprehensæ in expeditione excubant supinæ. Plin. lib. 11. cap. 8. 2.
Mittere in expeditionem. Vide Mitto.
Expello] expellis, expuli, penul. corr. expulsum (ἐξωθέω, ἐκπορύω, ἐξελαύνω, ἀποπορύω, ἀπελαύνω, ἀπαμυύω) expellere, Eijcere.
Expellere, & Euocare, contraria. Cic. Att. lib. 8. 146. 4, Non expulsi, sed euocati è patria.
Exturbari & expelli. Cic. pro lege Agr. 83.
Expellere & eijcere aliquem ex prædio. Cic. pro Quintio, 14.
Omnia ex animo expuli. Senec. Medea, 7. 26.
Expelli, exterminari, eijci ex urbe. Cic. pro Mil. 78.
Pondus uteri seipsum in auras expulit. Ouid. 9. Metam. 142.
Expellere in opus. Plin. lib. 11. cap. 11. 1.
Aeuo expelli. Lucret. lib. 3. 72. Hoc est, excludi uita, mori.
Violare, spoliare, bonis expellere. Cic. pro Milone.
Expellere bonis & fortunis omnibus. Cic. 4. Verr. 43.
Ciuitate aliquem expellere. Cic. Attic. lib. 10. 195. 2. Ibidem, 3, Italia expellere.
Expellere domo, & Domũ cõpellere, contraria. Cic. in Pis. 11.
Expellere finibus. Cæsar 4. bel. Gal. 474.
Finibus patrijs expulsum esse. Virg. 1. Aeneid. 125.
Per uulnera animam expellere. Ouid. 6. Metam. 124.
Expellere cinnos ex cerebro. Plaut. Trucul. 6. 3.
Curas pectore expellere. Lucan. lib. 3. 11.
Expellere desidiam ex corde. Plaut. Trinum. 10. 25.
Expellere dubitationem. Cæsar 5. bell. Gall. 181.
Expulit ex omni pectore lætitias. Catul. epig. 71. 5.
Expellere ex matrimonio. Cic. pro Cluent. 149.
Expellere memoriam beneficiorum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 136.
Mentem priorem expulit. Lucan. lib. 5. 34.
Expulit helleboro morbũ, bilẽq; meraco. Horat. 2. epist. 2. 28.
Naturam expellas furca, tamen usq; recurret. Prouerbium. Horatius 1. epist. 10. 5.
Nequities illum expulit. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 26,
—nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut nafri insciti uis,
Postremum expellet certè uiuacior hæres.
Expellere è patrimonio: hoc est, paterna hæreditate excludere. Cic. pro Rosc. Amer. 87.
Expellere se è periculo. Plaut. Bacch. 20. 41.
Rumpere atq; expellere quietem. Sil. lib. 15. 108.
Expellere aliquem regno. Cæsar 3. bel. Ciuil. 407.
Expellere sententiam alicuius, pro reijcere. Plin. epist. 167. 1.
Somnos expellere. Ouid. epist. 14. 15.
Tußim pectore expellere. Catul. epig. 41. 2.
Vitia ex animo dictis expellere. Lucret. lib. 5. 11.
Fama furoris expulit armatam patrijs è sedibus urbem. Lucan. lib. 2. 114.
¶ Expulsus, Participium (ἐξωθυμένος) Cicer. pro Cluent. 10, Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet.
Ira expulsa. Claud. 8. Paneg. 44.
Sedibus expulsi oculi. Lucan. lib. 3. 142.
Pudor expulsus. Senec. Medea, 12. 5.
Quies expulsa. Ouid. 8. Metam. 167.
Seges ab radicibus imis expulsa. Virg. 1. Georg. 64.
Senatu expulso. Lucan. lib. 5. 54. Lucan. lib. 2. 49,
Omnibus expulsæ terris, olimq; fugatæ
Virtutis iam sola fides.
¶ Expulsim, Aduerbium, dictum à frequenti pulsu. Varro apud Nonium, Purgatum scito, quoniã uidebis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere.
¶ Expulso, expulsas, expulsare (ἐξωθοῦμαι) Frequent. Mart. libro 14. 51,
Si me nobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis rustice, redde pilam.
¶ Expulsio, Verbale (ἐξώθησις) Cic. 2. Offi. 27, Atque ob eas benemeritorum sæpe ciuium expulsiones, &c.
Expulsiones uicinorum. Cic. in Parad. 59.
¶ Expulsor, Verbale (ἐξωθητὴρ) Qui expellit. Cicer. pro Quintio, 15.
¶ Expultrix (ἐξωθήτρια) uitiorũ Philosophia. Cic. 5. Tusc. 7.
Expendo] expendis, expendi, expensum (σταθμάομαι, ἐκτίνω, ἐξετάζω, λογίζομαι) expendere, Ponderare. Plautus Asina. 7. 34,
Quot pondo te censes esse nudum? L. non edepol scio.



Digitized by Google

LB. Scibam ego te nescire. at pol ego qui te expendi, scio: Nudus uinctus centum pondo es.

Expendere aurum auro. Plaut. Rud. 2. 4. 43.

Auro aliquem expendere. Plaut. Merc. 8. 19.

Expendere, atq; æstimare pecunia. Cic. 7. Verr. 18.

Pœnas expendere alicui. Cic. 2. Tusc. 40, Vnde ignis lucet mortalibus, clàm diuisus? eum Prometheus doctus clepsisse dolo, pœnasq; Ioui fato expendisse supremo.

Expendere pœnas scelerum. Virg. 12. Aeneid. Supplicia & scelerum pœnas expendimus omnes. Id est, luimus omnes pœnas quæ sunt statutæ sceleribus. Seruius.

Pœnas capite expendere. Tacit. lib. 12.

Expendere scelus: id est, persoluere. Virg. 2. Aeneid. 46.

Expendere supplicia ueterum malorum. Virg. 6. Aeneid. 148.

Expendere, examinare, consyderare. Cic. 1. Off. 158, Quæ contemplantes expendere oportebit quid quisq; habeat.

Expendere & seligere. Cic. in Orat. 27.

Iudicio expendere. Cic. pro Rab. Posth. 26.

Arte aliqua quædam expendere. Cic. de clar. Orat. 97.

Omnes expendere casus. Virg. 12. Aeneid. 6.

Meritis expendere causam. Ouid. 13. Metam. 30.

Dignum pretium expendere. Silius lib. 7. 143.

Expendant seipsi. Cic. pro Flac. 48. Et 9, Expendere testem diuiros spectare atq; expendere bello. Silius lib. 3. 116. (ligeter.

Expendere & æstimare uoluptates. Cic. Post red. in Senat. 13.

¶ Expensus, ἰσοθμημένος, Participium, Ponderatus: ut, Aurum expensum. Cic. pro Flacco, 53.

Expenso gradu ire. Propert. lib. 2. eleg. 4. 2. Fortasse quod Terentius suspenso gradu dixit.

¶ Expensum, expensi, & expẽsa, expẽsæ (ἀνάλωμα, λαπάνη) Sumptus. Plaut. Truc. 3. 39, Vsuraria accipiat illico expẽsa.

Codex accepti & expensi. Cic. pro Rosc. Comœdo, 3.

Non indecores expensæ lassant ærariа. Claud. 2. Paneg. 29.

Expensum ferre, Est scribere se pecuniam dedisse, ut inquit Asconius: ut quum per singula expensi nomina, summã quandam expensam ascribimus: nomina autem uocantur in rationibus, quos nunc articulos dicimus. Cic. 3. Verr. 71, Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, ijs expensum non ferres? neq; in tuas tabulas ullum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptũ Curtij referrent? quid proderat tibi te expensum illis non tulisse? Gellius lib. 14. cap. 2, Probari apud me debere pecuniã datã consuetis modis, expẽsilatione, mensæ rationibus, chirographi exhibitione, &c. Hactenus Budæus. Cic. pro A. Cecinna, 12, Hac emptione facta pecunia soluitur à Cæsennia, cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas non auerterit, se autẽ habere argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaq; relata. Idem 3. Verr. 70, Quòd minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expensum tulerit. Idem pro Roscio Comœdo, 1, Qui pecuniam expensam tulerunt. Et paulo pòst, Ille si non iusu huius expensum tulisset? non scripsisset hic. Idem Attico, lib. 2. 19. 1, Pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui, ne tu expensum muneribus ferres. Id est, inquit, Budæus, ne te donasse eum mihi existimares: uolo enim eum emptum mihi esse. Idem 6. Philip. 214, Quis unquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expensum? Idẽ pro Rosc. Comœdo, 7, Hæc pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. Vlpianus ad Senatusconsl. Trebellianum. l. mulier. Dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendum, quàm fideicommisso. Legitur & fiendum. Liuius ab Vrbe condita, Homines propè quatercentum produxisse dicitur, quibus sine fœnore expensas pecunias tulisset.

Expensam referri, non solum de pecunia, sed etiam de alijs operib. dicitur. Cælius Ciceroni, lib. 8. 4. 10, Mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit Caio Cæsari Pompeius. Marcellus ad l. Iuliam repetundarum, l. lex Iulia, Illud quoq; cauetur, ne expensum ferat opus publicum faciundum, frumentum publicè dandum, præbendum, apprehendendum, sartatecta tuenda, antè quàm perfecta, probata, præstita legerunt. Iabolenus de supellectili legata, l. qui uestem omnem, & res plurium generum supellectili nomine expensum ferre solitus erat. Legitur & expenso. Scæuola, Quæ in fraud. l. pupillus, Creditores suæ negligentiæ expensum ferre debent. Plin. lib. 2. cap. 7. 7, de fortuna, Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola utranque paginam facit. Id est, Quicquid lucri aut damni, quasi expensi aut accepti mortales faciunt, omnia fortunæ ascribunt.

¶ Expenso, as, expensare, pro Expensum ferre in conficiendis rationibus, lectum apud eruditos scribit Cælius Antiq. lect. lib. 12. cap. 21. Scæuola in l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicom. libertat. Post mortem testatoris tutores Cupito exactiones commiserunt, isq; numos redactos expensauit eisdem tutoribus.

Expergo] expergis, experfi, experfum (ἀνεγείνω) expergere, Est madefacere, compositum à uerbo Spargo, quum pro Implere sumitur. Hinc.

¶ Experfus, Participium (ἀναυθεὶς) Idem quod Madefactus. Virg. 3. Aeneid. 125,

—sanieq; experfa natarent
Limina. Vbi Seruius, Experfa: hæc fuit uera lectio, id est, madefacta. Nam si aspersa dixeris, id est, inrorata, Tapinosis & Hyperbole iungũtur.

Expergo] expergis, experrexi, experrectum (ἐξυπνίζω, ἀνυπνίζω) expergere, Idem quod expergefacere. Actius Antigona, Heus uigiles properate, expergite pectora tarda, sopore exurgite. Gellius lib. 6. cap. 10, Ista re animos iuuenũ expergebat. Sipontinus, Experge te facias scripsit Cicero, pro Te expergefacias.

¶ Expergor (ἐξυπνίζομαι) passiuum. Lucret. lib. 5. 166,

—expergi quo possit uis animai.

¶ Experrectus, Partic. (ἐξυπνισμένος) Salust. Experrecti somno, arreptis armis tumultum facere. Cic. 1. de Diuinat. 104, Quum autem experrectus esses hora secunda ferè, etc.

Experrectus, ut inquit Festus, qui per se uigilare cœpit.

Cum sole experrectus. Cic. Attic. lib. 13. 290. 1.

¶ Experrectus (ἐξύπνις) Nomen: ut, Experrecta nobilitas. Cic. pro Sex. Rosc. 83.

Experrecta uirtus. Cic. in Pisonem, 21.

Experrectiores apes. Colum. lib. 9. cap. 7. 4, Vt apricum habeant apes matutinum egressum, & sint experrectiores.

¶ Expergisco, scis, Actiuam significationem habet, pro Excitare. Plin. lib. 22. cap. 13. Vrtica lethargicos expergiscit, tactis cruribus, magisq; fronte. Sic enim legit Perottus & eũ secutus Calepinus. Quanquam bona pars exemplarium, quæ hodie in manibus uersantur, Expergisci modo infinito legendum ostendunt, ut dependeat à Cogit superioris clausulæ uerbo: ut sit sensus, Vrtica cogit expergisci, &c. Legitur & Expergisco neutrum absolutum, pro Expergiscor. Pomponius Agamemnone, Supposito ne quis miraretur, quum tam clarè tonuerit, ut si quis dormitaret expergisceret. Nonius.

¶ Expergiscor, expergisceris, pen. corr. (ἀνυπνίζομαι) expergisci, Excitari. Cic. Expergiscimini aliquando, atq; exurgite. Terent. Adelp. 4. 4. 22, Cessatum usq; adhuc est: nunc iam porrò Aeschine expergiscere. Salust. Omnes expergiscantur ad nobilitatem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 38. 3, Si dormis,



Digitized by Google

mis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere.
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? Horat. 1. epiſt. 2. 7.
Noctu lumine appoſito expergiſci. Cic. 1. de Diuin. 133.
¶ Expergefacio, expergefacis, pen. corr. (ἐξυπνίζω) expergefacere, Excitare. Plautus Curcul. 4, 43,
Magnum flagitium probrumq; expergefacis Phedrome.
Per translationem dixit Plautus.
Se expergefacere. Cic. 7. Verr. 31.
Terrore ſubito expergefacit Italiam tumultus. Author ad Herenn. lib. 4. 201.
¶ Expergefactus, Partic. (ἐξυπνισθεὶς) Lucret. lib. 2. 83.
Caput expergefactum erigere. Lucret. lib. 5. 243.
¶ Expergefio, pen. prod. expergefis, pen. indiff. expergefactus ſum uel fui (ἐξυπνίζομαι) expergefieri, Excitari. Sueton. in Caligula, cap. 38, Ac ne paululum quidem morę patiens, ſuper quadraginta reos quandam ex diuerſis criminibus una ſententia condemnauit: gloriatusq; eſt, expergefactę ſomno Cęſoniæ, quantum egiſſet, dum ea meridiaret.
¶ Expergitus, pen. cor. (διυπνισθεὶς) ut inquit Feſtus, dicitur ab alio excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum. Lucilius, Ego è ſomno pueros cum mane expergitur clamo. Lucretius, lib. 3. 190,
—nec quiſquam expergitus extat,
Frigida quem ſemel eſt uitai pauſa ſecuta.
Experior] experiris, pen. prod. expertus ſum (πειράομαι, λοιμάζω, ἀποπειράομαι) experiri, A peritia deriuatur, teſte Sipontino: & ſignificat probare, & tentare, ac periculum facere. Plaut. Merc. 6. 18, Benignitatem tuam mihi experto prædicas. Idem Amph. 6. 14, Experiri iſthuc mauellem me, quam mihi memorarier. Virg. 8. eclog. 14,
Coniungis ut magicis ſanos auertere ſacris.
Experiar ſenſus. Seruius.
Experiri, & aſſequi. Cic. Attic. lib. 7. 122. 8. Idem in Orat. 2, Experiri id nollent quod ſe aſſequi poſſe diffidant.
Experiri & perficere. Cic. in Orat. 2, Quod, quoniam me ſæpius rogas, aggrediar, non tam perficiundi ſpe, quàm experiundi uoluntate.
Experiri & probare. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 11.
Coniectura proſpicere & experiri. Cic. pro Domo ſua, 9.
Experiri & tentare. Brutus Ciceroni, 16. 16.
Experiri ad arborẽ cornua. Plin. 8. ca. 32. De cornib. ceruorũ.
De aliquo experiri. Cic. Att. lib. 14. 318. 4.
De ſeipſo experiri. Cic. 12. Philip. 322.
De iniurijs experiri. Cic. pro Cælio, 14.
Experiri in aliquo. Plaut. Moſt. 4. 79.
In nobis experiri aliquid. Cic. pro Plancio, 17.
Experiri in utranq; partem. Terent. in Prol. Heaut. 46,
In hac eſt pura oratio, experimini.
In utranq; partem ingenium quid poſſit meum. Niſi fortè ſic malis exponere, quid meum ingenium poſſit in utranq; partem.
Experiri in paruis. Plin. lib. 8. cap. 40.
In ſeipſo experiri. Cic. Planco, lib. 13. 30. 15.
Viciſſim experiamur inter nos quid poſſit uterq;. Vir. ecl. 3. 6.
Cum periculo aliquid experiri. Cic pro Flacco, 51.
Experiri quanti. Plaut. Amph. 6. 10. Idem Truc. 8. 33,
Nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam, ſeſe experturum Quanti ſeſe penderem.
Experiri quid. Plaut. Pſeud. 3. 71,
Curaui omnia: nũc ego te experiar quid ames, quid ſimules.
Experiri an uiuat. Plin. epiſt. 14. lib. 3.
Experiri ut. Plaut. Amph. 8. 28 —an ille me tentat ſciens? Atq; id ſi uult experiri, ſuum abitum ut deſyderem, &c.
Parum proſperè aliquid experiri. Quint. lib. 6. cap. 5. 6.
Actione experiri. Paulus in l. quum ſponſus. §. finali. ff. de Publiciana in rem actione, Sed etiam is, qui momento poſſedit, rectè hac actione experietur.
Experiri domo, pro In re domeſtica. Plaut. Amph. 8. 5.
Monitus alicuius experiri. Ouid. 2. de Remed. amor. 82.
Experiri opera & factis. Plaut. Capt. 7. 70. Idem Aſin. 5. 93,
Nunc pergam ad forum, atq; experiar opibus, omni copia.
Eperiri periculo, Idem quod Experiri fortunam, etiam cum periculo, uel periculum facere cum damno. Cic. ad Atticum, lib. 9. 181. 7, Nunc ſi ſine periculo experiundum erit, experiar certè, ut hinc abolem. Quædam exemplaria hic legũt, pericula, in accuſatiuo pluralitur ſit ea forma dictum, quas Pacemq; ab rege petendum.
Experiri reipſa. Terent. Adelph. 5. 5. 7. Cicer. de Senect. 78, Vt ea quæ ex me audiſtis, re experti, probare poſſitis.
Viribus intentis experiri aliquem. Valer. 3. Argon. 21.
Aequora & uias experiri. Valer. 8. Argon. 11.
Amorem alicuius in certo tempore experiri. Cice. Capitoni, in epiſt. ad Atticum, lib. 16. 343. 1.
Amores amaros experiri. Virg. 3. Eclog. 22.
Domi arma experiri. Stat. 11. Thebaid. 68.
Aues experiri, Captare auguria. Ouid. 4. Faſt. 164.
Carmina experiri. Virg. 5. eclog. 3.
Experiri certamen. Liu. 1. bel. Maced. 158, Prius quàm experirentur certamen, metu in deditionem uenerunt. Id eſt, congrederentur.
Deos iniquos experiri. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2. 6.
Experiri extrema. Saluſt. in Catil.
Fidelem experiri aliquem. Horat. 4. Car. ode 4. 1. de aquila.
Experiri fidem alicuius. Plaut. Capt. 6. 99.
Experiri fortunam. Cæſar 1. bel. Gal. 128.
Ius experiri. Paulus in l. 1. ff. de in ius uocando. In ius uocare eſt iuris experiundi cauſa uocare.
Laborum experiri. Virg. 4. Georg. 32.
Experiri & ſubire labores. Cic. pro Seſtio, 121.
Experiri libertatem. Saluſt. in Iugurtha.
Omnes omnia experiri par eſt, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. Cic. in Orat. 2.
Fruſtra omnia experiri. Catul. ad Aurelium, epig. 18. 2.
Experiri perfidiam alicuius. Cic. 3. Verr. 54.
Pœnas experiri. Ouid. 3. Triſt. el. 9. 11. 15.
Periclitari & experiri pueros. Cic. 2. de Diuinat. 145.
Taciturnitatem alicuius experiri. Cic. de claris Orat. 124.
Terram experiri facilem. Virg. 2. Georg. 45.
Vim ueneni experiri in aliquo, & eius perceleri interitu uenenum comprobari. Cic pro Cælio, 46.
Vires ſuas experiri. Ouid. 2. de Arte, 36.
Vltima experiri. Liu. 3. Decad. lib. 4. 14.
Experiri, cum Infinitiuo: ut, Ire per inuitas experiemur aquas. Ouid. epiſt. 17. 40.
Experire, pro experiri, antiquè apud Plautum Aſin. 5. 94.
—— ut quenq; amicum uidero,
Dignos indignos adire, atq; experire certum eſt mihi.
Experiri, Actionem intendere in iudicio. Vlpianus Iureconſul. l. Prætor ait. ff. ui bonorum rapt. In eum in anno quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, in duplum: poſt annum in ſimplum actionem dabo. Cic. pro Quintio, 20, Si quid in controuerſiam ueniret, aut inter parietes, aut ſummo iure experiretur. Budæus.
Liberari iudicio experiri. Vlpian. in l. ſi quis. ff. de quæſtionibus. Si quis, ne quæſtio de eo agatur, liberum ſe dicat: diuus Adrianus reſcripſit, non eſſe eum antè torquendum, quàm liberali iudicio experiatur.
Expertum eſt, pro Experimento comprobatum eſt. Gellius lib. 15 cap.

Digitized by Google

15.cap.7,Obſeruatum eſt in multa hominum memoria expertumq; eſt. Cato cap.157.9, Citò ſanum facies hac cura: expertum hoc eſt.
Experiendum eſt.Cic.de Amicitia,56.
¶ Experiendus,Adiect.(πειραστός)Plin.libro 16. cap.35.2, Ederæ mira proditur natura ad experienda uina.
Brachia experienda dare per luſus.Ouid.2,Faſt.74.
Experiundi iuris gratia. Cic.pro Cecinna,24.
¶ Experiens, Adiectiuum (ἔμπειρος) ut,Parum experiens. Ouid.3.de Ponto,eleg.7.3.
Ingenium experiens.Ouid.1.Amor.eleg.9.7.
Experiens uir,Qui ualde experitur.Cic.pro Cluent.16,Quæ literas A.Aurius,uir fortis & experiẽs,& domi nobilis,etc. recitat.Horat.1.epiſt.18.9.
Experientiſſimus ac diligentiſſimus homo.Cic.5.Verr.43. Et 6.Verr.32.Promptus & experiens homo.
¶ Expertus, Participium (ἔμπειρος) ſiue Nomen ex participio:hoc eſt, experientia doctus & prudens factus. Virg.1. Aeneid. —uos & Cyclopea ſaxa
Experti,reuocate animos. Cic.de Amicitia,55,Et iudicare,difficile eſt ſanè niſi expertum.
Doctus & expertus. Cic.2.de Orat.39, Dicam enim tibi Catule,non tam doctus quàm(id quod eſt maius)expertus.
In rebus ſuis & alterius expertus.Cic.Lentulo,lib.1.9.8.
Loquor expertus.Senec.Thyeſte,5.10.
Bello expertus.Virg.7. Aeneid.47.
Expertus honoribus homo.Plin.in Paneg.194.
Labores Lucinæ primos experta, id eſt,partũ. Virg.4.Geor.
Manum ſæuam experta eſt.Seneca Hippol.29. (68.
Pericula mille mecum expertus.Lucan.lib.1.61.
Puella uirum experta.Horat.3.Carm.ode 14.3.
Credere expertis.Ouid.5.Faſt.135.
Animus bellis expertus.Tacit.in Vita Agricolæ.
Expertæ induſtriæ homo.Suet.in Veſpaſ.cap.4.
Sæuitia experta.Propert.lib.1.eleg.3.4.
Virtus experta,pro explorata.Tacit.lib.3.
Experta & perſpecta uirtus. Cicero pro Cornelio Balbo,id eſt,probata.
Expertus,cum genitiuo.Liuius lib.4.bel. Pun.96. Seruitudinis indignitatisq; homines expertos aduerſus notum malum irritatos eſſe.
Belli expertus.Virg.10.Aeneid.34.
Certaminum expertus.Liuius lib.10.Decad.4.
Sagittæ expertus.Silius lib.8.123.
Experta prodimus. Plinius lib. 16. cap.13.2.Hoc eſt, iamdudum approbata.
¶ Experientia,experientiæ(πεῖρα,ἀπόπειρα,ἐμπειρία,Δοκιμασία) Periclitatio, Planc ad.Cic.lib.10.18.9,Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ,cõſtantiæq; meæ,quæ ad hanc experientiam excitauit.Virgil.1. Georg. 1, —atq; apibus quanta experientia parcis.
Veri experientia.Ouid.1.Metam.46.
Impigramentis experientia. Lucret.lib.5.292.
Noua experientia. Virg.4.Georg.63.
¶ Experimentum, πεῖρα,Plinius in Paneg. 50, Diſcat igitur Aegyptus,credatq; experimento,non alimenta ſe nobis,ſed tributa præſtare.
Longa magnaq; experimenta.Vide Longus.
Agere experimenta.Vide Ago.
Capere experimentum.Vide Capio.
Deprehendere experimentis.Quint.lib.2.cap.12.7.
Duci experimentis ad conſentiendum. Quint.lib.3.cap.8.25.
Facere certiſſimum morum experimentum. Quintilianus libro 3.cap.7.10.



Inſpicere aliquem experimentis.Vide Inſpicio.
¶ Expertor,toris,Verbale,Qui aliquid experitur,aut expertus eſt. Silius Italicus lib.12,
Non ita me experti Fabius,Fabioq; magiſter
Turbarum expertor quum clauſos milite colles,&c.
¶ Expers,expertis,Adiectiuum(ἄμοιρος)Quidam ab Experior deductum uolunt:alij ab Ex,& Pars,partis, quaſi ſine parte.Eſt autem expers,ignarus, rudisq;, & nullam rerum experientiam habens. Item, qui non ſentit. Vnde expertem doloris dicimus, qui non ſentit dolorem. Expertem mortis, qui non moritur. Cic.6.Verr.20, His quidem in temporibus in omni orbe terrarum uacui, expertes, ſoluti ac liberi fuerunt ab omni ſumptuum moleſtia,munere,&c.
Expers & ignarus eruditionis.Cic.2.de Orat.1.
Expers amoris gnati, Qui neſcit & ignorat gnatum amare. Plautus.Pſeud.7.8.
Belli expers.Ouid.5.Metam.19.
Conſilij,Qui caret conſilio,aut alterius conſilium ignorat.Cicer.ad Atticum,lib.3.66.2.
Rudis,ignarus rerum, expers conſilij aut ingenij.Cic.pro Seſtio,38.
Corporis,Qui non habet corpus.Cic.4.Acad.252.
Cupiditatum & æmulationum.Cic.1.Tuſc.70.
Curæ.Liu.1.ab Vrbe,102.
Curarum expers.Stat.2.Syl.2.15.
Decoris expers.Ouid.2.Metam.77.
Diſcriminis expers.Lucan.lib.5.39.
Ferri expers.Plin.15.cap.29.7.
Fraudis expers.Claud.de Nupt.Honorij,4.
Funeris expers.Ouid.ad Liuiam,12.
Honeſtatis expers ratio aut uoluptas. Cic.2.de Fin.64.
Humanitatis expers.Cic. Octauio, 4.Idem 2.de Diuinat.122.
Imperij matris. Plaut. Aſin. 10. 2. Id eſt, quæ mater imperat negligens.
Iniuriarum & commodorum.Cic.3.Verr.90.
Irarum expers. Silius lib.7.104.
Gens iuris expers.Senec.Troad.12.11.
Laboris.Plaut.Amph.4.18.
Liberalitatis tuæ expers factus ſum.Plin.in Paneg.40.
Imperitus & expers linguæ Græcæ.Plin.lib.29.cap.1.17.
Motus expers.Lucan.lib.2.58.
Nominis expers.Lucret.lib.3.49.
Nuptiarum expers.Hora.3.Carm.ode 11.3,de puella quadam.
Lumina oculorum expertia ſomno.Lucret.lib.6.238.
Opis expertes.Lucret.lib.6.250.
Nullius ornamenti expertem, præſertim in Republica oratorẽ eſſe oportere.Cic.1.de Orat.138.
Pacis expertes.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.1.
Omnium periculorum expers.Cic.Planco,lib.4.14.10.
Præmiorum beneficiorumq; expertes aliquos facere. Cicer. pro Cornelio Balbo,14.
Rationis. Cic.1.Acad.55.
Vtens ratione,& Expers rationis,contraria. Cic.in Topi.36.
Particeps rationis & cogitationis & Expers,contraria. Cice. 1.de Legibus,33.
Roboris expers.Ouid.15.Metam.41.
Sepulchri expers.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.10.
Somni expers.Senec.Herc.fur.3.1.
Expers ſui,Se ignorans.Cic.de Amicit.71.
Expers terrotis Achilles.Vide Achilles.
Thalami expertem uitam degere.Virg.4.Aeneid.110.
Triuptorum expertes.Tacit.lib.20.
Turpitudinis.Cic.4.Verr.139.
Virtutis expers.Virg.10.Aeneid.150.



Digitized by Google

Vndæ cibiq; expers per nouem luces. Ouidius 4. Metamorphoseos,53.
Expers,ablatiuo etiam iungitur.Plaut.Perſa,1.5.43, Ea res me domo expertem facit.Id eſt,me abeſſe domo facit.
Expers fama & fortunis.Saluſt.in Catil.
Expers metu.Plaut.Aſinar.3.31.
Expers eo more.Plaut.Amph.8.79.
Expes]om.gen.(ἄελπὸς)Sine ſpe.Accius Eurysace, Ille orbus,expes liberum.Idem Medea, Exul inter hoſtes, expes, expers,deſertus,uagus.Hæc Nonius.Taci.li.5,Mox ubi expes uitæ fuit, meditatus compoſitasq; diras imprecabatur. Horat.in Arte,4.
Inops & expes.Ouid.6.epiſt.33.
Expeto]expetis.pen.cor.expetiui,expetitum,pen.product. (ἐφίεμαι, γλίχομαι,ἐπιθυμέω,ὀρέγομαι) expetere, Vehementer petere,& concupiſcere. Cic. 1.Off. Expetuntur diuitiæ tum ad uſus uitæ neceſſarios,tum ad perfruendas uoluptates.Terent.And.4.2.13,Hanc mihi expetiui.
Inter appetere & expetere.Vide Appeto.
Expetere & Abijcere,contraria.Cic. Attico,lib.6.120.3, Nec me λιγνὸν,in expetẽdo cognoſces,nec ἄτυφον,in abijciẽdo.
Expetere & aſſequi.Cic.2.de Orat.66.
Expetere,& Fugere,contraria,Cic.2.de Finib.65.
Optare & expetere.Cic.1.Off.95.
Expetere & poſtulare.Cic.pro lege.Manilia,39.
Reſiſtere,& expetere,contraria.Cicero Quint. fratri,lib.1.1.4, Dum impudentiæ nonnullorum negociatorum reſiſto, dum noſtram gloriam tua uirtute augeri expeto, faci non ſapienter.
Vitare, & Expetere,contraria.Cic.pro Milone,37.
Expetere aliquid bona uenia ab aliquo.Terent.Phor.2.3.31.
Deposcere & expetere aliquem imperatorem ad bellum. Cic. pro lege Manilia,3.
Expetere in,uel expetere alicui.Plaut.Amph.7.31,
— proſers carnufex.
Cuius ego hodie in tergo ſaxo iſta expetant mendacia. Ibidem,12,
Nam mea ſit culpa,quod egomet contraxerim,
Si id Alcumenæ innocenti expetat.
A natura expetere aliquid.Cic.1.de Orat.66.
Vehementer aliquid expetere.Cic.1.Off.42.
Summa cupiditate expetere aliquid.Cic.6.Verr.97.
Maximè aliquem expetere.Cic.de claris Orat.109.
Expetere aliquem aliquid.Plaut.Caſina,9.6.
Expetam alterum præte. Plautus Merc.8.21.
Expetere ab aliquo auxilium.Cic.pro Milone,51.
Coniunx expetitus tauro.Ouid.9.Metam.10.
Expetere ius alicuius, pro Curare ut alicui fiat ius, ius ſuum obtineat.Plaut.Rud.31.37.
In concionibus tracta quædam & fluens expetitur oratio. Cicero in Orat.36.
Expetere pacem multis hoſtijs.Plaut.Amph.17.75,
Expetere pœnas ab aliquo.Cic.pro lege Manlia,10.
Expetere preces à deo,pro Precari deum.Plaut.Rud.7.1.
In gratiam aliquorum reditum eorum expetere.Cicero Appio Pulchro,lib.3.10.26.
Sapientiam expetere.Cic.1.de Finib.72.
Supplicium expetere, Liuius 6. bel. Pun.69, Tanta auiditas ſupplicij expetendi,tãta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis.
Vitam alicuius expetere.Cic. pro Deiot.21.
Vita ea expetitur quæ ſit animi corporiſq; expleta uirtutibus. Cicero 5.de Finibus, 66.
Natura uoluptatem expeti.Cic.2.de Finib.56.
Expetunt,pro Eueniunt,Plaut.Amph.4.22,
Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua.
Ætatem expetit. Plaut. Pœnulo, 7.23,
Malo ſi benefacias,id beneficium interit:
Bono ſi quid malefacias,ætatem expetit.
Audire expeto. Senec. Hippol. 9.7.
Cognoſcere expeto.Ouid.7.Metam.98.
Expetitur ungentis radix aſpalathi:hoc eſt, prodeſt in unguentis Plin.lib.12.cap.24.1.
¶ Expetendus,(ἐπιθυμητὸς)Dignus qui expetatur. Plautus Perſa,1.5.55,Forma expetenda liberalem mulierem.Cicero Pulchro,lib.3.10.29,Amicitia expetenda.
Magis expetendus.Catul.in Epithalã.Iuliæ, 56.de Hymenæo,
Vulgo expetenda atq; optabilia dicendo amplificat atq; ornat orator.Cicero 1.de Orat.112.
Quod optabile,expetendum eſt:quod expetendum,laudabile. Cic.4.de Finibus,82.
Magnopere expetendum nihil eſſe in uita,niſi laudem atq; honeſtatem.Cic.pro Archia,10.
Magnus & magnopere expetendas res cõcupere.Cic.in Orat.
Expetenda per ſe uirtus.Cic.1.de Finibus,39.
¶ Expetens, pen. corr. (ὀρεγόμενος) Nomen ex participio. Plin.lib.12.cal. 17.2, Capræ maleficum frondibus animal, odoratorum uerò fruticum expetentius.
Conſilia ſana expetens.Senec.Hippol.2.20.
¶ Expetitus,pen.prod.(ἐπιθυμητὸς)Aliud participium: ut,Complexus expetiti.Senec.Thyeſte,64.
¶ Expetiſco,expetiſcis,expetiſcere, Vehementer deſyderare. Plautus Milit. 13.13,
— à luculenta,atq; feſtiua fœmina
Quæ te amat,tum quæ expetiſcit pulchrã pulchritudinẽ.
¶ Expeteſſo, expeteſſis (ἐπιθυμέω)expeteſſere,Idem quod Petere,ſiue deſyderare.Plaut.Trinummo,5.4,
— ſed hoc non liquet,
Nec ſatis cogitatũ utrã potius harũ mihi artẽ expeteſſã.
Idem Epid.5.71.Antiquum.
Expiabilis,Expiamentum, Expiatio] Vide Expio.
Expilo]expilas,pen.prod.(πορθέω)expilare, Deripere,Deprædari,furtiuè fraudare, quaſi ne pilum quidem relinquere. Quidam exiſtimant dictum à pilis Romanorum telis,uel à Græco πιλῶ,quaſi σπιλῶ,id eſt,complano: quòd qui aut è facie pilos,aut è domo ſupellectilem detrahunt,æquare ac complanare omnia uidentur. Inde apud Iuriſconſultos titulus eſt, De crimine expilata hæreditatis: & qui alienam hæreditatem expilauerit,extraordinariè ſolet coerceri. Cicero in Parad. 55, Si ſocios ſpolias,ærarium expilas,Sueton.in Nerone,cap.26, Tabernulas etiam effringere & expilare,quintana domi conſtituta. Cicero 6. Ver. 26,Quum in ſuſpicionem ueniſſent ſuis ciuibus fanum expilaſſe Apollinis.
Oculos genis expilare. Ouid.13.Metam.124.
Expilare ſocios, & diripere prouincias. Cicere.pro leg. Manil.39.
Spoliare & expilare regem.Cic.6.Verr.55.
Expilare theſauros.Liu.1.bel Maced.45.
¶ Expilatus,pen.prod. Participium (πορθεσυλημένος) Cic. 3.de Orat. 67, Quæ quoniam iam aliunde non poſſumus, ſumenda ſunt nobis ab ijs ipſis à quibus expilati ſumus.
Armarium expilatum, pecunia ablata, Cic.pro Cluentio,143.
¶ Expilator,pen.prod.Verbale(πορθεσυλητὴς) Aſconius,Expilatores ſunt atrociores fures,qui ne pilum quidem relinquunt in corpore ſpoliatorum.Cic.ad Qu.fratrem, libro 1. 1.13,Quum urbs cuſtodem,non tyrannum: domus hoſpitẽ, non expilatorem recepiſſe uideatur?
¶ Expilatio, Verbale (πορθεσύλησις) Cic. 2. Off.102, Tanta ſub-

Digitized by Google

ta ſublatis legibus & iudicijs expilatio, direptioq; ſociorũ. Sic, 5. Verr. 6, Expilatio Aſiæ.

Expingo] expingis, expinxi, expictum (κατογράφω) expingere, Idẽ quod Pingere ſignificat. Plin. lib. 35. cap. 7. 1, Quoniam & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi. Cic. 5. Tuſc. 161, Qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus eſt, ut quæ ipſe non uiderit, nos ut uideremus effecerit?

Expio] expias (ἀφοσιόω) expiare, Purgare, & mundum ac purum facere. Valer. lib. 1. cap. de Somnijs, Supplicem ſacrificio expiauerat. Liu. 1. ab Vrbe, 113, de Horatio, qui Horatiam ſororem interfecerat, Imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Plin. lib. 33. cap. 11. 5, de lectis argẽteis, quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. Idem, Hæc ſæpe expiata magicis euentibus. Plinius in Paneg. 54, Miſeras uoluptates uino & ignibus expiauit. Idem epiſtol. 163, Quẽ errorem magnis documentis expiauit in ſummum periculum adducta. Id eſt, luit. Perſius Satyr. 2. 4,

Ecce auia aut metuens diuûm matertera, cuniſ
Exemit puerum, frontemq;, atq; uda labella
Infami digito, & luſtralibus antè ſaliuis
Expiat, arentes oculos inbibere perita.

Procurare & expiare. Cic. 2. de Diuinat. 195, Officium autem eſſe eius, prænoſcere dei erga homines mente qua ſint, quidq; ſignificent, quemadmodumq; ea procurentur atq; expientur.

Expiare cædem cæde, & ſanguinem ſanguine. Saluſt. de Rep. ad Cæſarem.

Crimen expiare. Senec. Medea, 8. 14.

Expiare egeſtates latrocinij ſui. Cic. 14. Philip. 391. Ex uetuſto codice legendum, ad explendas, &c.

Errata expiare. Cic. de Aruſp. reſp. 20.

Forum ab illis neſarij ſceleris ueſtigijs expiare. Cic. pro Rab. Perd. reo, 7.

Expiare iniuriam. Plin. epiſt. 159. b.

Expiare manes mortuorum. Cic. in Piſonem, 11.

Manus cæde expiare. Senec. Herc. fur. 11. 5.

Numen Cereri ſupplicio alicuius expiare. Cic. 6. Verr. 99.

Supplicio alicuius religiones expiare. Cic. pro Milone, 14.

Religionem ædium expiare. Cic. de Aruſp. reſp. 8.

Sacrum commiſſum quod expiari poterit, ſacerdotes expianto. Cic. 1. de Legibus, 36.

Expiare ſcelera: id eſt, punire. Cicero in Piſonem, 67, Tua ſcelera dij immortales in noſtros milites expiauerunt. Id eſt, propter te afflixerunt noſtros. Sic, Expiare iniurias legatorum, Liuius 1. ab Vrbe, 57, Atq; eadem quoq; ratione luxũ populi expiare ſolent bella: teſte Plinio lib. 33. cap. 11. 5. Horat. 1. Carm. ode 2. 6.

Cui dabit partes ſcelus expiandi Iuppiter?

Expiare ſomnium. Valer. de Somnijs, cap. 2.

Violata expiabuntur. Cic. Attico, lib. 1. 12. 11.

¶ Expiatus, pen. prod. Partic. Cic. 1. Phil. 22, Quem potes recordare in uita tibi illuxiſſe diem lætiorẽ, quàm quum expiato foro, diſſipato concurſu impiorum, &c.

Cruoribus expiatis uncta arma. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.

¶ Expiatus, huius expîatus, pen. prod. pro Expiatione. Terentianus.

¶ Expiamentũ, ti. Expiationis necis humanæ ab imprudentib. admiſſæ exemplum uidere licet apud Herod. lib. 1, quo in loco Cræſi meminit, nuptias filij ſui celebrantis. Quũ autem (inquit) filij nuptias Cræſus in manib. haberet, aduenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibuſq; impuris, natione Phryx. Hic quum ad Cræſi ædes acceſſiſſet, gentilicq; inſtituto ritúq; patrio poſtulaſſet, ſibi ut liceret expiamentum optati compotem eſſe, Cræſus eum expiauit. Eſt autem Lydis Græciſq; ritus expiandi ſimilis. Poſtquam autem Cræſus legitima iuſtaq; luſtrationis peregit: unde nam ille & quis eſſet percontari inſtitit. Budæus.

¶ Expiatio, Verbale (ἀφοσίωσις) Cic. 1. de. Leg. 57, At uerò ſcelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio eſt.

¶ Expiabilis, & hoc expiabile, pen. corr. (ἀφοσιωτὸς) Adiectium: ut, Bellum expiabile. Cic. 13. Phil. 343. Id eſt; neceſſarium, & expiandi gratia ſuſceptum piacula admiſſa. Bud.

Expiro] expiras, penultima producta (ἐκπνέω, ἐκψύχω, ἀπαμείβω) expirare, Spiritum emittere: dictum, ut ait Nonius, uel à ſpiritu effuſo, uel à ſpiraminibus. Lucilius lib. 3,

Expirans animam pulmonibus æger agebat. Liu. 2. ab Vrbe, 87,

Inter primam curationem expirauit.

Foras expirare. Lucret. lib. 6. 164.

Expirare animam, pro Mori. Virg. 11. Aeneid. 177.

Expirare auras dicitur amnis Plinio, lib. 5. cap. 9. 15.

Auras expirare dicitur etiã homo, pro Mori. Ouid. 3. Met. 25.

Expirare flammas transfixo pectore. Virg. 1. Aeneid. 10.

Vbi Seruius, Non animam dicit flammas: ſed cũ anima, fulminis flammam euomentem.

Flammam expirare ruptis caminis, dicitur Aetna, à Virgilio, libro 3. Aeneid. 116.

Odorem grauem expirare de corpore. Lucret. lib. 4. 25.

Saniem expirat ſerpens. Silius libro 6. 56.

Cadauera expirant uermes. Lucret. lib. 3. 144.

Expirauit libertas, per metaphoram. Plin. in Paneg. 96.

Expiratur, pen. prod. Imperſonale. Plin. libro 11. cap. 37. 49. Eandem eſſe ei naturam, quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò inciſa ſtatim expiretur. De ſpina lumborum oſſea.

¶ Expirans, pen. prod. Participium (ἐκπνέων) ut, Pectus expirans iras. Catullus in Argon. 59. 39.

Sanguinis expirans calidũ de pectore flumẽ. Lucret. lib. 2. 71.

Extremus expirantis hiatus. Quintil. libro 6.

¶ Expiraturus, pen. prod. Aliud participium (ἐκπνεύσων) ut, Flos expiraturus ad primos Auſtros. Stat. 2. Sylu. 1. 22.

¶ Expiratio, Verbale (ἐκπνοὴ) Cic. 2. de Nat. deor. 118, Eiusdẽq; expirationib. aer alitur & æther, et omnia ſupera.

Expiſcor] expiſcaris, pen. prod. (διερεύνω, διχνεύω) expiſcari, Eſt diligentiſſimè quærere ubinam piſces lateant, authore Donato.

Expiſcari, per metaphoram, pro Indagare. Terẽt. Phorm. 2. 3. 35. Proinde expiſcare, quaſi nõ noſſes. Verbum tractum à piſcatorib. ut ait Donat. Sic, Cic. ad Pætũ, lib. 9. 19. 1, Neſcis me ab illo omnia expiſcatum? Idem in Piſonem, 54.

Expiſſo] expiſſas (πυκνόω) expiſſare, Spiſſam facere. Plinius libro 25. cap. 13. 9, Semine trito expreſſius, & ſole denſatus in paſtillos, necat ſanguinem expiſſando. Ex uetuſto codice legitur, Sanguine ſpiſſando. Idem libro 20. cap. 7. 1, Expiſſatum lac. Legitur & Spiſſatum lac.

Explano] explanas, pen. prod. (διομαλύω, διομαλίζω, διαπλόω, λειόω) explanare, Planum facere: ut, Explanatus in denos pedes cortex. Plin. lib. 16. cap. 8. 4.

Explanare. Declarare, manifeſtare, exponere. Terent. Phorm. 2. 3. 33, Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum? explana mihi. Cic. 7. Verr. 76, Explanandum eſt enim diligentius eorum cauſa qui locum ignorant.

Docere & explanare quid faciendum. Cic. 1. Offic. 142.

Ille omnia tibi explanabit. Cic. ad Appium, lib. 3. 1. 1.

Quod non intelligitur explanare. Cic. Attico, lib. 13. 268. 4.

Apertius aliquid explanare. Cic. 2. de Finib. 98.

Diligentius aliquid explanare. Cic. Attico, lib. 14. 312. 1.



Digitized by Google

Coniectura quædam explanare longè aliter atq; sunt. Cic.2.de Oratore,155.
Maximè rem aliquam explanare.Cic.in Orat.44.
Rem uniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. Cic. de clar. Orat.78.
Vim legis cælestis explanare.Cic.2.de Legibus,15.
Explanare uerba, pro Distinctè pronuntiare. Plin. in Paneg. 109.Inde apud Senecam lib.1.de Ira,Explanabilis uox contraria confusæ.
¶ Explanari,Passiuum(ἐξαπλοῦσθαι)Cic.1.Acad. 47,Post argumentis & quasi rerum notis ducibus utebantur ad probandum,& concludendum id quod explanari uolebant.
Qualis differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quàm explanari potest.Cic.1.Offic.133.
¶ Explanatus,pen.prod.Particip.(ἁπλωμένος)Cic.1.Acad. 30,In lingua etiam explanatam uocum impressionem.
¶ Explanatè,pen.prod.Aduerb.(ἁπλωμένως) Apertè.Cic. in Orat. 63, Erit igitur hæc facultas in eo quem uolumus esse eloquẽtem, ut definire rẽ posit:neq; id faciat tam presse & anguste,quàm in illis eruditissimis disputationib. fieri solet:sed cum explanatius,tum etiam uberius,& ad cõmune iudicium popularemq; intelligentiam accommodatius.
¶ Explanator,pen.prod.(ἁπλωτὴς,ἑρμηνεύς) Qui interpretatur & exponit.Cic.1.de Diuin.189,Sunt enim explanatores,ut grammatici poetarum.
Deorum explanatorem habere Cic.2.de Diuin.196.Quo loco quædam exemplaria legunt,Explanationem.
¶ Explanatio, Verbale (ἁπλώσεις,ἑρμηνεία) ut, Adhibere explanationem.Cic.1.de Diuin.190.Plin.lib.10.cap.68.2, Arduæ explanationis omnia.Vide Interpretor.
Explanatio animi.Plin.lib.11.cap.51.6.
Portentorum explanationes.Cic.de Aruisp.resp.16.
Explanatio, figura est rhetorum, Authori ad Heren. libro 4.160,quæ reddit apertam & dilucidam orationem.
Vniuscuiusq; propositionis explanatio.Author ad Herẽnium, lib 10.4.167.
Emendata explanatio. Quintil.libro 1.cap.5.21.
Illustris explanatio & commoratio uera in re,permultum mouet.Cicero 3.de Oratore,112.
¶ Explanabilis, & hoc explanabile, pen. corr. Adiectiuum. Vide paulò ante, Explanare uerba.
Explanto]explantas(ἀποφυτεύω)explantare:contrarium est simplici Planto. Columel. lib. 4.cap. 14. 1, Pampini se capreolis illigent suis, ne uentis explantentur. Idem lib. 5. cap. 9.6, Antè quàm explantes arbusculam,&c.
Explendesco]explendescis explendi(ἐκλάμπω) explendescere,Eminere. Suet.in Tit. Vesp. cap.3, In puero statim corporis animiq; dotes explenduerunt.
¶ Explendescens,Part.Plin.libro 11. cap. 12, Venit hoc ex aere,& maximè syderum exortu, præcipuèque ipso sirio explendescente fit.
Expleo]exples, expleui, expletum, pen. prod. (ἐκπληρόω, ἀποπληρόω,καταπληρόω)explere,Implere significat. Virg. 4. Geor. Improbus ingluuiem raniscq; loquacibus explet. Varijs nominibus iungitur.
Explere, Satiare. Terent. Heaut.1.1.78. —hem, tot meæ Solius soliciti sunt causa,ut me unum expleant?
Explere aliquem scribendo.Cic.ad Curionem,lib.2.1.4. Hoc est,scribendo satisfacere.
Explere & cumulare.Cic.2.Offic.25.
Explere & satiare.Cic.in Partit. 52.
Explere & saturare.Cic.5.Verr.83.
Quod aliquibus defuit,explere.Cic.de clar.Orat.79.
Explere animum alicui,pro satisfacere.Terent.Hecyr.5.1.28. Ibidem,5.2.19.
Explere animum suum,pro Satisfacere animo. Terent. And.1. 2.17.Vide Animus.
Explere annos ducentos.Plin.lib.7.cap.48.2.Colli.8.ca.11.4. Quum trimatum expleuit,optimè progenerat.
Annos triginta explere imperio.Virg. 1.Aeneid.55.Id est,annos triginta regnare.
Luna quater plenis expleuit cornibus annũ.Ouid.7.Met.108.
Annos fatales expleuimus.Tibull.libro 1.eleg.3.11. (92.
Insaturabiliter præter annos expletur Saturnus. Cicero 2.de Nat.deor.
Explere auaritiam suam pecunia. Cicero pro Rosc. Amer.89.
Explere cicatricem.Plin.lib.36.
Consilium,pro Exequi. Cæsar.1.bell.Ciuil.286.
Cupiditates multa opera & impensa.Cic.1.de Finib.71.
Expletur ieiuna cupido.Lucret.lib.4.176.Id est,fames.
Damnationem.Cic.pro Cecinna,21.
Desyderium alicuius.Liuius 1.ab Vrbe,40.
Supremum diem expleuit.Tacit.libro 3.
Explere quatuor digitos longitudine. Plin.lib. 18.cap. 27.4.
Omnem expectationem diuturni desyderij nostri explere.Cic. 1.de Orat.102.
Famem. Cicero in Vatinium. 24.
Fructibus uitæ nunquam explemur.Lucret.libro 3.205.
Ieiunia explere.Seneca Thyeste,1.13.
Intemperantiam alicuius explere.Cic.de Aruisp.resp.38.
Dolor expletur lachrymis.Ouid.4.Trist.eleg.3.8.
Legiones supplemento aliquo.Liuius ab Vrbe,131.
Libidinem suam.Cicer.6.Verr.41.
Mentem expleri nequit.Virg.2.Aeneid.144.
Miserijs alicuius expleri.Cicero pro Sylla,68.
Mortalitatẽ explere.Tacitus in calce libri quinti, de Tiberio.
Mundum bonis omnibus expleuit Deus.Cic.de Vniuers.11.
Munus.Cicero de Prouincijs Consul. 29.
Numerum.Cicero.6.Verr.70,Sperabat ijs militibus,quos ex eo loco deduxisset,explere se numerum nautarum & remigum posse.
Numerum legitimum consuetudinis.Cic.7.Verr.46.
Numeros in fidibus explere, & conficere uersus. Cicero 4. Acad.46.
Odium.Liuius libro 4,factis simul dictisq; odium explet.
Excusatione officium scribendi explere.Cic.Tironi,lib.16.25. 2,Noli committere,ut excusatione potius expleas officium scribendi,quàm assiduitate epistolarum.
Opus alterius explere.Ouidius 3.Metam.130.
Partem relictam explere.Cicero 3.Offic.43.
Adimere prouidentiam,& cura explere.Liu.10.bel.Pun.20.
Rimas explere.Cicero in Oratore,136.
Explere se.Plautus Curcul.8.16.
Explere se largitionibus. Cic.2.Philip.65.
Sanguine aliquorum non potest expleri crudelitas. Cicero 1. de Orat.114.
Dilatare uerbis,& mollioribus numeris explere sententias. Cicero in Oratore,23.
Aptè explere concludereq; sententias. Cic.in Orat.135
Sitim diuturnam explere.Cicero de Senect.24.
Stipendia explere.Tacit.libro 3.
Summam. Liu.8.bell. Maced. 106.
Ad trecentorum summam expleuit.Liu.2.ab Vrbe,5.
Tecta frugibus exples.Catull.in Carm.seculari,324.
Tenebras explere,Stat.9.Theb.151,
—alio geminatum lumine uulnus Expleuit tenebras.
Id est,effosso etiam altero oculo totus euasit cæcus.

Vitam

Vitam beatam. Cicero 2. de Finib. 69.
Vrbes explere erroribus. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 14.
Explere, aliquando pro Minuere usurpatur. nam Ex præpositio nonnunquam priuatiua particula est. Ennius,
Nauibus explebant sese, terrisq; replebant. Vir. 6. Aeneid. 109,
—explebo numerum, reddarq; tenebris. Vide Seruium.
Explenunt, pro Explent, scripsere ueteres. Festus.
¶ Expletus, penul. prod. Participium (ἐκπεπληρωμένος) ut, Expletum omnibus suis partibus, siue omnibus suis numeris. Cic. 3. de Finibus 50. Et 2. de Natura deorum, 52.
Spectando expletus. Catul. in Argon. 59. 54.
Dapibus expletus. Virg. 3. Aeneid. 126.
Finis expletus pudoris. Id est, præterierunt anni uirginitatis. Stat. 1. Achill. 59.
Fines expleti humani æui. Stat. 5. Sylu. 1. 52.
Perfectus & expletus omnibus suis numeris & partibus mundus. Cic. 2. de Nat. deor. 52. Idem 2. de Finib. 79, Habes undiq; expletam & perfectam, Torquate, formam honestatis.
Amicitiæ munus expletum fit. Cic. de Amicit. 60.
Corruptus sanguis expletis naribus ibat. Lucret. lib. 6. 242.
Querela expleta annis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 2.
Animi & corporis uirtutibus expleta uita expetitur. Cic. 5. de Finib. 66.
Voluptas expleta flendi. Stat. 2. Sylu. 13.
¶ Expletio, Verbale (ἐκπλήρωσις) Cic. 5. de Finibus, 72, In eaq; expletione naturæ summi boni finem consistere, &c.
¶ Explementum, explementi (ἐκπλήρωμα) Senec. epist. 111, Si scieris cacumina arborum, explementum esse uentris.
¶ Explebilis, & hoc explebile, pen. cor. (ἐκπληρωτὸς) Quod expleri potest. Cic. 4. Tusc. 32, Indigentia, libido explebilis.
Explico] explicas, pen. corr. explicui & explicaui, explicitum, pen. corr. & explicatum, pen. prod. (ἀναπτύσσω) explicare, Extendere atq; euoluere. Plaut. Milit. 20. 7,
Orat te, ut eas, uentus operam dum dat, ut uelum explicet. Virg. 2. Georg.
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
De præterito huius uerbi, uide Gell. li. 1. cap. 7. circa finem.
Explicare acies, & Explicare agmẽ dicuntur Imperatores exercituum, quum milites suos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam. Liuius 4. ab Vrbe, 116. Et li. 10. bell. Pun. 19.
Explicat pauo alas. Martialis lib. 13. 70.
Tumulus diffuso uertice campum explicat. Id est, summitate planitiem latam exhibet. Lucan. lib. 3. 76.
Legio explicuit cohortes. Virg. 2. Georg. 56.
Cursum explicare citatis passibus. Seneca Hippol. 10. 3.
Explicare ensem, Euaginare. Ouidius.
Explicare epistolam, pro Aperire, & clausam reserare. Cic. ad Q. fr. frat. lib. 3. 17. 22, Quũ hanc iam epistolã explicarẽ, tabellarij à uobis uenerunt. Sed hîc legendum est complicarem: & ita habent codices emendati.
Laxare forum, & usq; ad alium locum explicare. Cicero Attico, libro 4. 86. 5.
Frontem solicitam explicuere. Horat. 3. Carm. Ode 29. 4.
Latus explicare. Seneca. Thyeste, 9. 5.
Ligna explicat natura in flammas. Id est, resoluit. Luc. libro 2. 177.
Proferre atq; explicare literas. Cic. 4. Verr. 73.
Luxus suos explicare. Lucan. lib. 10. 22.
Explicare turbidum mare, intelligitur apud Senecam in Hercule Oeth. 4. 45. pro Turbatum componere & serenare, & quasi corrugatum explicare.
Explicare nates. Hirtius lib. 4. 52.



Orbes explicare, dicuntur serpentes quum repunt. Ouid. 15 Metam. 144, de Aesculapio in serpentem mutato.
—deus explicat orbes, &c.
Explicare ordines. Liuius 1. ab Vrbe, 117. Et libro 7. bel. Maced. 121.
Pennas suas explicat pauo. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 11.
Scholam explicare. Cic. 2. de Finibus, 1. Vide schola.
Serpentem explicare, est Occidere serpentẽ. Mortuus enim serpens explicatur, & in longum porrigitur. Lucan. lib. 5. 17,
—adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis Explicuit,
Turmas omnes explicuit Cæsar. Lucanus lib. 6. 2.
Vestem explicare. Cic. 1. de Orat. 78.
Porrigit se ad alienas utilitates uirtus, atq; explicat. Cicero, Hoc est, tota est in alienis utilitatibus.
Explicat umbram porticus, quãdo eam reddit. Martia. lib. 1. 2.
Vndas spatiosas in longum explicat fluuius. Ouid. ad Liuiã, 5.
Volumen suum explicare. Cic. pro Rosc. Amer. 61.
Explicare atq; expedire negotium aliquod. Cicero ad Sulpit. libro 13. 27. 4.
Explicare cœnas duas unica mensa. Martialis libro 1. 98.
Explicare iter, pro Perficere. Plinius epist. 154.
Explicatam tibi rem dabo. Plaut. Pseud. 14. 22.
Se explicare. Cn. Magnus Domitio in epist. ad Attic. libro 5. 164. 2.
Explicare se laqueis. Cic. 7. Verr. 118.
Liberare & explicare. Cicero ad Cornificium, libro 12. 25. 14.
Explicare prouinciam cinctam undiq; periculis celeritate consilij. Cicero pro lege Manilia, 20.
Explicare, pro Explanare atq; ostendere: quoniam quæ extenduntur, perfectius uideri solent. Cic. 4. Verr. 133, Quæ nobis alio loco planius explicabuntur.
Quod quæritur, explicare. Cic. 2. de Finibus, 30.
Dilatare & explicare. Cicero 1. de Oratore, 79.
Exponere, & non explicare. Cice. de claris Orat. 85, Quod ex quibusdam capitib. expositis nec explicatis intelligi potest.
Explicare, atq; omnia in dicendo consequi. Cic. pro Cluent. 4.
Apertissimè planissimeq; explicare. Cic. 4. Verr. 112.
Breuè explicare aliquid. Cic. Attico, lib. 8. 147. 1.
Expeditè explicare. Cic. de claris Orat. 127.
Magnificè explicare aliquid. Cic. Attico, lib. 15. 327. 6.
Mirificè explicare aliquid. Catul. de Caluo, epigr. 50. 1.
Fando explicare aliquid. Virg. 2. Aeneid. 72.
Definitione aliquid explicare. Cic. 3. de Finibus, 51.
Captiones explicare. Cic. 2. de Diuinat. 60.
Carmina explicare alicui. Catull. de Caluo, epigr. 50. 1.
Causam alicuius rei explicare. Cic. Attico, lib. 7. 123. 5.
Rerum nouarum causas explicare. Cic. Luccio, libro 5. 12. 13.
Incredibilẽ fabricã naturæ explicare. Cic. 2. de Nat. deor. 108.
Geometricum quiddam, aut Physicum, aut Dialecticum explicare. Cicero 2. de Diuinat. 183.
Infantiam alicuius dicendo explicare non posse. Cicero 3. de Orat. 79.
Explicare atq; excutere intelligentiam suam. Cic. 3. Offic. 107.
Interpretationem alicuius explicare. Cic. 1. de Diuinat. 71.
Interpretari leges & æquitate explicare. Cic. 9. Philip. 263.
De præceptis, quæ ad institutionem uitæ communis pertinere uidentur, libris explicare. Cic. 1. Offic. 14.
Mentem suam de quaq; re uerbis explicare. Cic. in Orat. 63.
Nomen aliquod explicare. Cic. Attico, libro 13. 284. 3.
Summorum Oratorum orationes Græcas explicare. Cicero 1. de Orat. 75.
Orationem longam & uerbis ualde bonis explicare. Cicero 2. de lege Agraria, 28.



Digitized by Google

Ordines temporum explicare. Cic. de claris Orat. 8.
Philosophiam explicare. Cic. 2. de Diuinat. 8.
Totam rationem omni & personarum genere & literarum explicare. Cicero pro Flacco, 35.
Rationem belli explicare. Cicero de prouinc. Consul. 29.
Dictione rem aliquem explicare. Cic. de Orat. 33.
Se dicendo explicare. Cicero pro Flacco, 7.
Sententiam explicare. Quintil. lib. 2. cap. 15. 10.
Sententiam suã de aliqua re libris explicare. Cic. 1. de Diuin. 11.
Verbis explicare. Cicero de Vniuers. 47.
Vitam alicuius totam explicare, atq; eam non modò in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectúq; omnium exponere. Cicero 1. Verr. 15.
Voluptatem explicare. Cicero 2. de Finibus, 20.
¶ Explicitus, pen. corr. Participium (ἀναπεπυγμένος) Cic. Attico, libro 9. 175. 6, Sed ita meruisse illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen subire non audeam, quanquam à te eius quoq; rei iusta defensio est explicita. Hoc est, explicata.
Explicitus liber, pro absoluto. Mart. lib. 11. 101. Idem lib. 14. 1. Versibus explicatum est omne duobus opus.
His explicitis rebus, duas in castris legiones retinuit. Cæsar, 3. bell. Ciuil. 35.
Tractatus explicitus. Vlpianus in l. 1. ff. ad senatusconsc. Trebel. Explicito tractatu, qui ad fideicommissa singularum rerum pertinet: transeamus nunc ad interpretationem Senatusc. Trebel. Explicitus igitur liber dicẽdũ est, non explicit.
¶ Explicitius, Comparatiuum, (ἀναπεπυκτότερον) ab explicito Cæsar 1. bell. Ciuil. 286, Sed ex propositis consilijs duobus, explicitius uidebatur, ad Ilerdam reuerti.
¶ Expliciturus, pẽ. prod. Particip. (ἀναπτύξων) Stat. 1. Theb. Montibus aut latè Graijs effulta nitebant.
Atria, congestos satis explicitura clientes.
¶ Explicatus, pen. prod. Nomen ex participio (ἀναπεπυκτός) Cicero Attico, libro 9. 175. 2, Salutares te mihi literas misisse, neq; solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatus, nil perfectius.
Facilis & explicata causa. Cicero pro Plancio. 3.
Cognitio de aliquibus rebus explicata. Cicero de Vniuers. 9.
Opinio explicata uberius & ornatius. Vide Ornatè, in Orno.
Illustris & explicatus locus. Cicero 2. de Orat. 194.
Explicata diligentissimè philosophia Græcis literis. Cicero 1. Acad. 6.
Reliqua explicata. Cic. Attico, lib. 16. 333. 5, Maximè autem me angit ratio reliquorum meorum: quæ quanquam explicata sunt, tamen quòd & Dolabellæ nomẽ in his est, & attributione mihi nomina ignota, conturbor. Id est, quãquam sint soluendo qui mihi debent, uel non sit controuersa persecutio. Ibidem, 339. 8, Me res familiaris mouet: rem dico: imò uero existimatio: quum enim tanta reliqua sint, ne Terentiæ quidem adhuc quod solum expeditum est. Sic impedita nomina dicuntur, quæ non sunt expedita. Budæus.
Explicata & explorata ratio salutis suæ. Cic. Torq. lib. 6. 1. 6.
Veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio. Cicero 3. de Oratore, 3.
Explicata & Addubitata res, contraria. Cic. 1. Offic. 117.
Explicata tota Carneadis sententia. Cicero 4. Acad. 175.
Planissimo loco explicata urbs. Cic. 2. pro lege Agrar. 94.
¶ Explicatus, huius explicatus, penul. pro. (ἀναπτύγμα) Plin. lib. 8. cap. 42. 12, Quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.
Explicatus, pro declaratione. Cic. 3. de Nat. deor. 136, Vt intelligeretis quã esset obscura, & q̃ difficiles explicatus haberet.
¶ Explicatio, Verbale (ἀνάπτυξις) ut, Rudentis explicatio, Cicero 1. de Diuinat. 206.
¶ Explicatio, (κατάστρωσις) Declaratio. Cic. 3. de Fini. 22, Multũq; ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit.
Facilis aliquarum rerum explicatio. Cic. 7. Philip. 217.
Illustris & propolita explicatio. Cic. 2. de Orat. 65.
Explicatio fabularum, & Enodatio nominum. Cicero 3. de Nat. deor. 84.
Naturæ explicatione aliquid interpretari. Cic. de Diuin. 193.
Verborum explicatio probabatur: id est, qua de causa quæq; essent nominata, quam etymologiam appellabant. Cicero 1. Academ. 46.
¶ Explicator, pen. prod. Verbale (ἀναπτυκτὴς) Qui exponit, Cic. de Orat. 17, At laudatus est ab omnibus, fateor: sed ita, ut rerum explicator prudens, seuerus, grauis, non ut in iudicijs uersaret causas, sed ut in historijs bella narraret.
¶ Explicatrix, pen. prod. Verb. fœm. (ἀναπτυκτὶς) ut, Explicatrix orationis perpetuæ, est uis dicendi. Cic. 1. Acad. 47.
¶ Explicabilis, & hoc explicabile, pen. corr. (ἀναπτυκτὸς) ut explicabilis mensura. Plin. lib. 4. cap. 13. 7.
Difficilis & explicabilis res. Cic. Attico, lib. 8. 147. 11.
¶ Explicatè, pen. prod. Aduerb. (ἀναπεπυγμένως) Clarè & apertè. Cic. 3. de Orat. 30, Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & uerbis dicunt.
Explodo] explodis, pen. prod. explosi, explosum (ἐκπροτίω, ἐκκροτίω) explodere, Non tantum significat (inquit Valla libro 5) eijcere: sed eijcere manibus, & quidem cum sono pulsantibus: qualiter quempiam è domo, è theatro, ex aliquo concilio intectione manuum, aut pulsatione eijcimus. Quod apparet ex alijs à Plodo compositis, Complodo & supplodo. Cicero 1. de Orat. 135, Itaq; nos raucos sæpe attentissimè audiri uideo: tenet enim res ipsa atq; causa: at Aesopum, si paulùm irraucuerit, explodi. Idem 2. de Diu. 130, Sed hoc quidẽ genus diuinationis uita iã cõmunis explosit.
Explodere & eijcere. Cic. pro Cluentio. 69.
¶ Explosus, pen. prod. Participium (ἐκπεκροτημένος) Cic. Quint. fratri, lib. 11. 14. 3, Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus.
Explosa sententia, Cic. 1. Offic. 10.
Exploro] explorat, pen. prod. (κατασκοπέω, ὠτακουστέω, ἐπισκοπέω) explorare, Exclamare, & ueluti fletu quodam uociferari. Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Fest. Pomp. Explorare antiqui pro Exclamare usi sunt: sed postea, prospicere & certum cognoscere, cœpit significare.
Explorare, Sagaciter inquirere, tentare, obseruare. Brutus Ciceroni, in epist. ad Brutum, 16. 17, Futura quoq;, nisi antè sit occursum explores, ne se insinuent. Plin. epist. 311, Locus suspectus & mollis, quẽ ego interim explorare modico impendio iussi, an recipere & sustinere opus posit.
Amenta explorare in digitis. Stat. 11. Thebaid. 88.
Animos alicuius explorare. Ouid. 1. de Arte amat. 92.
Animum stimulis explorare. Tacit. lib. 17.
Bonitatem panis explorare gustu. Columel. lib. 1. cap. 8.
Taurus cornua explorat in truncis. Lucanus lib. 2. 120.
Iugulo alicuius dexteram suam explorare. Silius lib. 11. 72.
Explorare diem aliquam. Cic. Attico, lib. 12. 249. 2.
Fines & littora gentis explorant. Virg. 7. Aeneid. 30.
Explorare fugam. Cic. 7. Verr. 36.
Insidias explorat lupus circum ouilia. Virg. 3. Georg. 107.
Explorare iter. Liuius 3. ab Vrbe, 34.
Iter cæcum explorare. Ouid. 10. Metam. 92.
Locos nouos explorare. Virg. 1. Aeneid. 63.
Mentes explorare. Silius lib. 5. 12.
Explorare portas, Obseruare. Virg. lib. 9.
Explorare prouinciam aliquam. Cic. pro lege Manil. 24. Sic,

Explo-

Digitized by Google

Explorare consilium hostium. Cæsar 8. bel. Gall. 68.
Rem notam explorare. Cic. Attico, lib. 6. 119. 4.
Ventos explorare. Virg. 3. Aeneid 103.
Vias explorare. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 16.
Vires explorare. Stat. 8. Thebaid. 9.
Exploratum est mihi. Cic. de Senect. 61, Quis est tam stultus, quãuis sit adolescens, cui sit exploratum se ad uesperum esse mansurum? Terent. Phorm. 4. 3, 23, Iam id exploratum est. Lucil. lib. 29, Certũ scio esse ut dicis: nam mihi erant de illo explorata omnia.
Satis est exploratum. Ouid. 5. Metam. 73.
Exploratum est mihi de hac re. Cic. pro Cælio, lib. 2. 15. 17.
Exploratum habeo, Idem significat quod Exploratũ est mihi. Cicero De amicitia, 80. Idem libro 3. Offic. Hac ui non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam suspicaturum.
Exploratum dicere. Plaut. Cap. 11. 112, Quin exploratum dico, & prouisum hoc tibi.
Explorare, Siccare, authore Nonio. Virg. lib. 1. Georg.
Et suspensa focis explorat robora fumus.
¶ Exploratus, pen. prod. Participium (πεπειρασμένος) significat certum: ut, Explorata salus: cuius contrarium est. Salus deplorata. Cic. ad Appium, lib. 6. 12. 11.
Facilis & exploratus. Cic. Attico, lib. 16. 332. 5.
Consulatus exploratus & domi conditus. Vide Consulatus.
Fides explorata. Stat. 3. Sylu. 5. 9.
A timore exploratæ literæ. Cic. Attico, lib. 3. 58. 2.
Pacem exploratum habere. Cic. 7. Philip. 227.
Bene prouisa & diligenter explorata principia ponere. Cicero 1. de Legibus, 54.
Explorata atq; prouisa ratio. Cic. 3. Verr. 10.
Ratio ad aliquid cõfirmãdũ explorata. Cic. 1. de Nat. deor. 87
Spes alicuius explorata. Cic. 3. Offic. 160.
Magna spe & propè explorata, libertatis causam suscipere: Cicero 10. Philip. 283.
Victoria explorata. Cicero Torquato, lib. 6. 110.
Se semper fore, exploratũ habet Deus. Cic. 1. de Nat. deor. 72.
¶ Exploratus, Nomen ex participio, Cic. post. Red. ad Quir. 12, An ego quum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno Consulem futurum, &c.
Perspecta & explorata perscribere. Cic. Attico, lib. 3. 55. 14.
¶ Explorator, pen. prod. Verbale (σκοπὸς, κατάσκοπος, ἐπίσκοπος, ὠτακουστής) Qui explorat & obseruat. Cæsar 1. bell. Gall. 44. Plaut. Pseud. 20. 62.
Exploratorem hunc ludo faciamus suppositititium:
Pelagi exploratores. Claud. de Nupt. Honorij, 28.
Eques explorator. Silius lib. 16. 16.
¶ Explorate, penul. prod. Aduerb. Hoc est, certò. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 8, Hæc ità sentio, iudico, & ad te explorate scribo. Plancus ad Senatũ, lib. 10. 8. 13, Non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare uolumus.
Explorate percipere & cognoscere. Cic. 1. de Nat. deor. 3.
¶ Explorato, Absolutè. Tacitus libro 18. Et explorat iã profectos amicos noctẽ quietam, utq; affirmatur, non insomnè egit. Hoc est, postquam exploratum est illi & cognitum.
Explosus] Vide Explodo
Expolio] expolias (λωποδυτέω) expoliare, Idem quod spoliare. Cicero pro Deiotaro, 16, Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus sit, seseq; & filium suum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non subministrare?
Expoliare selectione naturam rerum. Cic. 2 de Finibus, 71.
Expoliare aliquem prouincia & exercitu. Cicero ad Atticum, libro 10. 192. 4.
Expoliare honorem & dignitatẽ Cæsaris. Cæs. 8. bel. Gall. 180.
Expolio] expolis, pen. corr. expoliui, expolitum, pen. prod. (ξέω, ἀποξέω, ἀπαλείφω) expolire, Idẽ quod Polire significat & ornare. Plaut. Milit. 16. 37, Meũ opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas. Cic. 2. de Diuinat. 78.
Expolire unguium scabritias. Plin. lib. 24. cap. 4. 4.
Expolire cõsilium, per translationem. Plaut. Pœnu. 3. 60.
Expolire aliquẽ, & hominem reddere. Cic. 2. de Orat. 13, Nocte, inquit, nobis Antoni expoliuit, hominemq; reddidit.
Doctrinis omnibus aliquem expolire. Cic. 3. de Orat. 77.
Inuentum expolire, & expeditè pronunciare difficillimum est. Author ad Herennium, lib. 2. 60.
Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Cic. 2. de Inuent. 123.
Expoliendum limandumq; se alicui uiro docto permittere. Plin. Iun. lib. 1. Epist. 10, ad Accium Clementem.
¶ Expolitus, pen. prod. (ἀπηκριβωμένος) Participium: siue Nomẽ ex participio, ut, Excultus atq; expolitus uita atq; cultu. Cic. de claris Orator. 48.
Dens expolitior. Catull. in Egnatium, epigr. 37. 5.
Pictum atq; expolitum orationis genus. Cic. in Orat. 51.
Libellus pumice expolitus. Catul. ad Cornelium, epigr. 1. 1.
¶ Expolitio, Verbale (ἀπήκρισις) Cic. ad Quint. fratrem, libro 3. 17. 9, Vrbanam expolitionem urges ille quidem & Philotimus, &c.
In uerbis inest quasi materia quædam, in numero autem expolitio. Cicero in Orat. 107. De ijs quæ condiunt orationem.
Artificiosa inuenti expolitio. Cic. 1. de Inuent. 89.
Artificio & expolitione distincta oratio. Cicer. 1. de Orat. 27.
De expolitione orationis, uide Ciceronem in Orat. 107.
Expono] exponis, pen. prod. exposui, expositum, pen. cor. (ἐκβάλλω, ἐκτίθημι) exponere, Emittere, & quasi extrà ponere.
Virg. 10. Aeneid 57,
——— socios de puppibus altis
Pontibus exponunt Cæsar 4. bel. Gall. 593, Quibus ex nauibus quum essent expositi milites. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 5,
——— quarta uix demum exponimur hora.
Exponere in terrã copias. Liu. 3. bel. Pũ. 186. Cæsar 5. bel. Gal. 34, Cæsar exposito exercitu, ac loco castris idoneo capto.
Exponere exercitum in Africam. Liu. 8. bel. Pun. 244.
Exponere in sole fœnum ut ficcescat. Colũ. lib. 12. cap. 28. 1.
Aduehere frumentum & exponere. Cic. 3. Offic. 67.
Exponere uasa. Cl. pro Mure. 69. Sic, 6. Verr. 29, Quũ essent triclinia strata, argentum expositum in ædibus.
Exposita ante oculos causa. Cic. pro Rosc. Amer. 20.
Expositum factum ad imitandum. Cic. 2. Philip. 109.
Exposita malignitati legentiũ epistola. Plin. epist. 102. b. lib. 5.
Exponere, Abijcere, & sorti ac fortunæ committere. Vnde infantes abiecti ut pereant, expositi dicuntur. Terent. Heauton. 4. 1. 43,
Quum exponendam do illi, de digito annulum
Detrahо: & eum dico ut unà cum puella exponeret.
Liu. 1. ab Vrbe, 15, In proxima alluuie ubi nunc ficus Ruminalis est (Romularem uocatam ferunt) pueros exponunt.
Exposita prouincia ad prædandum: hoc est, prædæ & direptionibus obnoxia. Cic. 3. Verr. 66.
Expositum medentis arbitrio animal. Colum. lib. 6. cap. 19. 3.
Exposita domus cupiditati & uoluptatib. Cic. pro Quin. 63.
Exposita mors uicto. Cic. 8. Philip. 253.
Exposuit memet populo fortuna uidendum. Ouid. 3. de Pont. eleg. 1. 10.
Exponere ad necem. Plaut. Ciſtell. 4. 18.
Exponere (ἐξηγεῖσθαι, ὑφηγεῖσθαι) Declarare, explicare, interpre-

terpretari. Cic.1.Acad.47, Cuius quas acceperim disputationes, si uultis exponam. Idem 2.Verr.10.
Exponam uobis breuiter quid hominis sit. Cic.4.Verr.92.
Exponere omnia ordine. Liu.10.bel.Pun.77.
Edere & exponere apud aliquos. Cic.3.de Legib.67.
Exponere & explicare, Vide Explico.
Referre & exponere. Cic.3.de Legib.67.
Ex memoria aliquid exponere. Cic.3.Catil.58. Hoc est, memoriter.
Memoriter exponere. Vide Memor.
Fusius & ornatius res posset exponi. Quintil.lib.4.ca.2.90.
Planis exponere aliquid. Cicero Lentulo, lib.1.9.10.
Plenius se loco suo expositurum esse promittat. Quintil.lib.4. cap.2.90.
Verbosius exponere. Quintil.lib.3.cap.11.19.
Artes rhetoricas exponere. Cic.3.de Orat.43.
Exponere alicuius in se beneficia. Cæsar.1.bel.Ciuil.84.
Veram causam uerbis exponere. Lucret.lib.3.94.
Consilium perfectionis & reuersionis suæ exponere. Cicero 1. Philip.1.& 4.
Crimina alterius exponere. Cic.pro Cælio, 6.
Errores suos exponere alicui. Ouid.3.Fast.126.
Facinus alicuius manifestò deprehensum atq; compertum exponere. Cicero pro Cluentio, 32.
Formam optimi exponere, difficillimum est. Cic.in Orat.19.
Indignitatẽ alicuius rei exponere. Cic. Antequã iret in exil.9.
Exponere alicuius mandata. Cic.2.de Finib.94.
Merita in aliquem exponere. Quintil.lib.4.cap.3.5.
Narrationem exponere. Cic.in Orat.121.
Orationem suam exponere. Cic.1.de Orat.116.
Præcepta enodata diligenter exponere. Cic.2.de Inuent.125.
Præmium sceleris exponere. Cic.pro Quintio, 49.
Reddere & exponere rationẽ alicuius rei. Cic.pro Cælio, 27.
Rem uerbis exponere. Lucret.lib.1.167.
Rem gestam breuiter exponere. Cic.pro Milone, 17.
Sentẽtias cuiusdam disputationis suo arbitratu in aliquo libro exponere. Cicero de Amicitia, 3.
Sermonem de aliqua re exponere. Cic.de Amicit.3.
Signa exponere. Cicero Attico, libro 1.1.13, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita.
Summam cogitationum suarum breuiter exponere. Cic. Lentulo, lib.1.9.32.
Explicare uitam alterius: atq; eam in animis iudicũ, & in oculis, conspectuq; omnium exponere. Cic.1.Verr.15.
Exponere, pro Numerare. Cic.Attico, lib.5.91.5, De Oppio bene curasti, quòd ei D C C C. exposuistui.
¶ Expositus, pen.corr. Participium, siue Nomen à participio (ἐκθετῷ) ut,
Expositus solibus locus. Plin.lib.15.cap.5.1.
Expositus uentis. Plin.lib.17.cap.22.18.
Expositus sub diuo. Vide Dius.
Actiones ab aliquo expositæ. Cic.1.de Orat.91.
Colores pictori, ad uariandum expositi. Cic.3.de Orat.120.
Dicta exposita & demonstrata omnia. Cic.pro Cluentio, 83.
Prompta, expositaq; fides. Cic.pro Cecinna, 57.
Mores expositi. Stat.5.Sylu.3.50, Expositos mores uocat faciles, & quasi omnibus obuiam beneuolentiam, seruata tamen interim decenti grauitate.
Cunctis expositum, nullíq; negatum. Lucanus lib.5.21.
Demissa in terrã, & Exposita uasa, cõtraria. Pli.li.14.c.2.1.3.
Vita innocentium si ingenijs hominum criminosorum sit exposita, conquirenda est conditio communis periculi. Cicero in Partit.25.
¶ Expositiuus, Adiectiuum (ἐκθετικὸς) Qui est abiectus ut pereat. Plaut. Reuertar ad illam puellam expositiuam.
¶ Expositio, Verbale (ἔκθεσις, ἐξήγησις) Explicatio. Cic.5.de Finib. Iunctæ autem & duplices expositiones summi boni, tres omnino fuerunt.
Expositio, Narratio. Plin.lib.9.cap.36.4, Quòd si hactenus trãscurrat expositio, fraudatam profectò se luxuria credat.
Expositio apud oratores pro propositione, quæ & intentio dicitur, & est prima propositio ratiocinationis. Quintil. in Proœmio lib.8.
Sententiæ suæ expositio. Cic.3.de Orat.113.
Rerum gestarum expositio. Quintil.lib.4.cap.3.8.
Circuncisa expositio. Quintil.lib.4.cap.2.31.
Credibilis expositio. Quintil.lib.4.cap.2.35.
Elegans & uenusta expositio. Quintil.lib.6.cap.3.27.
Perspicua, & dilucida, cũ grauitate expositio. Author ad Herennium, lib.4.209.
Lõgior sequetur, ac perplexa magis expositio. Quintil.lib.4. cap.1.54.
Distinguere breui interstitione expositiones. Quintil.libro 4. cap.2.37.
Facere credibilem expositionem. Quintil.lib.4.cap.2.35.
Simplicem & dilucidam expositionem debet habere narratio defensoris. Author ad Herrenium, lib.2.33.
Retroagere expositionem. Quintil.lib.2.cap.4.11.
Variare figuris expositionem. Quintil.lib.4.cap.2.16.
Expopulor] pen.corr. expopularis (ἐξαλαπάζω) expopulati, Idem significat quod simplex Populari: nisi præpositio Ex, aliquid addat. Vnde
Expopulatio, Verbale (ἐξαλάπαξις) Colum.lib.3.cap.2.11.de Apianis uitibus Pluuijs uentisq; & apib. afferunt prædam: quarum uocabulo propter hanc expopulationem cognominatur.
Exporrigo] exporrigis. pen.cor. exporrexi, exporrectum (ἐκτείνω) exporrigere, quod & Exporgere dicitur, significat porrò agere, inquit Festus. Plin.lib.11.cap.48.2, Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura, postea exporrigentia se uerius quàm crescentia. Hirtius 5.bel. Africani. 166, Postero die propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones. Hoc est extendere. Plaut. Pseud. 2.24, Exporrigi melius est lumbos, atq; exurgier.
Exporrigere frontem dicimur quum hilarescimus: Contrahere autem quum ringimur. Terent. Adelph.5.3.53,
— da te hodie mihi,
Exporrige frontem. Vbi Donatus, Exporrige frontẽ: quia contrahi in uerbo dicitur. Et uerbo isto ostenditur quanto conatu sit ad explicandam tantam cõtractionem senectutis & seueritatis.
Exporrigere, Prorogare. Seneca de Breuit.uitæ, Quid mensis tibi & annos, & longam temporis seriem exporrigis?
Exporto] exportas (ἐκπομπίζω) exportare, Extra portare, siue ex loco portare, aut auferre. Cic.6.Verr.20, Per istos quæ uolebat, in nauem clàm imponenda, occultè exportanda curabat.
Exportare ex oppido. Cic.6.Verr.68, Et 7.Verr.26, Ex prouincia secum exportare.
Ex Italia Ierosolymam aurum quotannis exportari solere. Cicero pro Flacco, 52.
Calathis exportant quod mulsere. Virg.3.Georg.80.
Tum corpora luce carentum Exportant tectis. Virgil.3.Georgic.52.
Frumentum in fame exportare. Cic.pro Flacco, 13.
Exportauit Syracusis magnam uim mellis. Cic.4.Verr.127.
Exportandum in ultimas terras portentum. Cic.3.Verr.28.
¶ Exportatio, Verbale (ἐκπόμπησις) Cic.2.Offic.17, Iam uerò &

Digitized by Google

*ro & earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio, certè nulla esset.* Cic. 4. Verr. 133.

Exportatio, *pro exilio.* Senec. de Tranquillitate uitæ, *Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, & loca patritia comitentur & sordes & exportatio, &c.*

Expoſco] *expoſcis, expoposci (ἐξαιτέω) expoſcere. Multum & cum instantia siue obnixè poscere,*

Expoſcere *fidem alicuius, ne, &c.* Liuius 10. bel. Pun. 54, *Itaque quum modò dextram amplectens in id, ne cui Romano traderetur, fidem expoſceret, propiusq; &c.*

Implorare & expoſcere miſericordiam. Cic. pro Milone, 70.

Opem expoſcere. Ouid. 8. Metam. 110.

Expoſcere precibus pacem, & uotis. Liu. 1. ab Vrbe, 66. Virgil. 3. Aeneid. 52.

Supplicium expoſcere factis. Catull. in Argon. 59. 41.

Veniam irarum cæleſtium, finemq; peſti expoſcunt. Liu. 3. ab Vrbe, 31.

Victoriam à dijs expoſcere. Cæſar. 2. bel. Ciuil. 17.

Expoſcere aliquid deos. Liu. 7. ab Vrbe, 196.

Expoſcere, & depoſcere aliquem, *Est dedendum aliquem ad pœnam petere.* Liuius 8. bel. Maced. 136.

Expoſcit audire. Virg. 4. Aeneid. 16.

Expoſtulo] *expoſtulas, pen. corr. (ἐξαιτέω) expoſtulare, Vehementer petere.* Cic. pro Roſc. Comœdo, 29, *Vix mediusfidius tu Fanni à Balelione aut aliquo eius ſimili hoc expoſtulare audeas, & impetrare poſſes.* Plaut. Perſa, 15. 27,

— *benedictis benefacta aures meæ* Auxiliũ expoſtulant.

Ex oratione unius alium expoſtulare. Cic. pro Plancio, 47.

Expoſtulare computationem. Plin. lib. 9. cap. 35. 17.

Expoſtulare (ἐγκαλέω, δικαιολογεῖσθαι) *Conqueri, ſeu querelam apud eum ipſum deponere qui fecit iniuriam, inquit* Donatus. Terent. Adelph. 4. 3. 4,

*Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero,*
*qui ita putant*
*Sibi fieri iniuriam, ultrò, ſi quam fecere, ipſi expoſtulant*
*Et ultrò accuſant.*

Expoſtulare & queri. Cic. 5. Tuſc. 21.

Expoſtulare de. Cic. 5. Ver. 178, *Queruntur omnes liberi populi, regna deniq; iam omnia de noſtris cupiditatib. & iniurijs expoſtulant.*

Expoſtulare cum. Plaut. Milit. 10. 102, *Tum obſtetrix expoſtulauit mecum parum miſſum ſibi.*

Expoſtulare cum altero iniuriam. Teren. And. 4. 1. 15.

De aliqua re cum aliquo expoſtulare. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 10. 17.

Iracundius & uehementius expoſtulare. Cic. pro Sylla, 33.

Minaciter expoſtulare. Vide poſt Minaciæ.

Verecundè expoſtulare. Vlpianus in l. 1. §. quod autẽ. ff. de officio præfecti urbi, *de ſeruis contra dominos loquens, Sed ſi uerecundè expoſtulent: ſi ſæuitiam, ſi duritiam, ſi famem, quæ eos comprimant: ſi obſcænitatem, in qua eos compulerint uel compellant: apud præfectum urbi exponant.*

Locus expoſtulandi. Cic. Saluſtio, lib. 2. 16. 10.

¶ Expoſtulatio, Verbale (ἔγκλημα) *Est aduerſus eum quem accuſamus.* Cicero ad Quintum fratrem, lib. 8. 5. 2, *Fucrũt nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.*

Aequitas expoſtulationis. Cic. Pulchro, lib. 3. 7. 4.

Bonorum expoſtulatione flagitabat, *improborum conuitia ſuſtinere non poteram.* Cic. pro Domo ſua, 13.

Facere expoſtulationem. Cic. pro Cluentio, 130.

Inſerere expoſtulationes ſuas, Vide Inſero.

Expotus] *expota, expotum, pen. prod. (ἐκπωτός) Idẽ quod Epotus.* Plaut. Trinum. 8. 5, — *quid factum eſt eo? 5. consumeſſum,*

*Expotum, exutum, elotum in balineis.*

Ex præcepto, Ex præparato, Ex præſcripto, Ex præterito] Vide Ex.

Expreſſe, Expreſsio, Expreſſus] Vide Exprimo.

Exprimo] *exprimis, pen. cor. expreſsi. expreſſum (ἐκπιέζω, ἐκθλίβω) exprimere, Premendo extrahere & elicere: ut,*

Exprimere liquorẽ. Plin lib. 12. cap. 21. 2, *Sunt qui Aethiopicam glandem præferant nucleo gracili, liquore qui exprimitur odoratiori.*

Exprimere oleum. Plinius lib. 12. cap. 21. 2. Sic, Exprimere uinum palmis, apud eundem libro 6. cap. 28. 19.

Exprimere per aures ſanguinem. Plin. libro 7. cap. 44. 3.

Exprimere per linteũ, pro Tranſcolare. Plin. li. 28. cap. 9. 21.

Exprimere, Vi & neceſsitate impetrare & auferre. *Vt enim extorquere, ſic exprimere dicitur, quaſi manibus preſsis auferre & extundere.* Cicero pro Quintio, 26, *Extorquendum eſt inuito, atq; ingratis quod non debet: eripiendum atq; exprimendum eſt: de fortunis omnibus* P. Quintius *deturbandus eſt.* Liuius 3. ab Vrbe, 127, Expreſsit hoc neceſsitas patribus.

Exprimere & cogere. Cicero 4. Verr. 120.

Exprimere literas, & Opprimere, contraria. Cic. 1. Offic. 186.

Exprimere confeſsionem culpæ. Liu. 1. bel. Pun. 64.

Expreſsa deditio neceſsitate. Liuius 8. ab Vrbe, 6.

Arripere, haurire, exprimere ex natura ipſa legem aliquam. Cicero pro Milone, 7.

Expreſsi ut conficere tabulas ſe negaret. Cic. 5. Verr. 92.

Exprimere pecuniam ab aliquo. Cic. 4. 5. Verr. 72.

Exprimere, *ad alia transfertur: ut, Exprimi dicitur fons, quum permultis ueluti ramis aut riuis diffunditur & transcolatur in diuerſa loca.* Plinius epiſt. 161. a, *Hunc ſubter fons exit, & exprimitur pluribus uenis, ſed imparibus.*

Animam exprimere. Seneca Oedipo. 4. 11.

Gemitus exprimere. Lucret. lib. 3. 100.

Exprimere ui lachrymam. Terent. Eunuch. 1. 1. 23.

Exprimere riſum alicui. Plin. epiſt. 7. lib. 4.

Metus dicitur uoces exprimere. Plinius Iunior in Paneg. 1.

Vocem alicuius exprimere. Cæſar. 1. bel. Gal. 131.

Exprimere (ἀπεικάζειν, μιμέσθαι) *tabella alicuius effigiem dicitur pictor, quum eius ſimilitudinem in ea reddit.* Mart. lib. 1. 180, Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,

*Pictam Publius exprimit tabella.*

Aſsimulare & exprimere. Cic. 4. Verr. 137.

Exprimere & reddere aliquem. Plin. epiſt. 199.

Eloquendi & exprimendi genere alios ſuperare. Cic. Qu. frat. lib. 3. 21. 5.

Aliquem ſatis diligenter libris ſuis exprimere. Cicero Attic. libro 8. 155. 2.

Bellum aliquod exprimere. Cic. pro Archia, 15.

Exprimere effigiem. Cic. 3. Offic. 91, *Sed nos ueri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſsam effigiem nullã tenemus.*

Exprimere exemplar. Plin. lib. 33. cap. 12. 6.

Exercitatione aliquem imitando effingere & exprimere. Cic. 2. de Orat. 51.

Exprimere faciem alicuius. Plin. epiſt. 153. a.

Exprimere & effingere formam alicuius. Author ad Heren. lib. 4. 230.

Exprimere formulas. Cic. pro Roſcio Comœdo, 14.

Expreſsa imago uitæ quotidianæ. Cic. pro Roſcio Amer. 27.

Expreſsa in cera ex annulo imago alicuius. Plaut. Pſeud. 3. 54.

Inceſsum alicuius exprimere. Id eſt, imitari. Ouid. 11. Metamorph. 128.



Digitized by Google

Exprimere ius literis. Cic. pro Cecin.
Literas putidius exprimere, & obscurari negligētius nō uult. Cic. 3. de Orat. 23.
Mores alicuius oratione exprimere. Cic. 2. de Orat. 98.
Expressa in huius moribus natura, uitaq;, persona illa lutulenta, inuisa, &c. Cic. pro Roscio Comœdo, 12.
De aliquo orationē exprimere. Cic. pro Rab. Perduel. reo, 4.
Expressa senatusconsulta, apud Tranquillum, teste Budæo, id est extrusa & extorta. in Augusto.
Sermones alicuius exprimere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 1. 7.
Expressus omnibus uerbis sermo. Cic. ad Attic. lib. 9. 188. 4. Id est, exactè ad uerum relatus, ut ait Budæus.
Exprimere sermonem dicitur lingua. Plin. lib. 11. cap. 37. 46.
Exprimere similitudinem. Plin. lib. 13. cap. 24. 4.
Exprimere similitudinem ex membris alicuius dicitur pictor. Plin. lib. 34. cap. 42.
Exprimere similitudinem orationis. Plin. epist. 20. 1.
Similitudinē pallatij hæc domus exprimit. Plin. epist. 16. lib. 6.
Speciem aliquam uersibus exprimere. Cic. 1. de Diuin. 134.
Verbum uerbo exprimere. Cic. 3. de Finibus, 23.
Exprimere ad uerbum de Græcis literis. Cic. 1. de Finib. 7.
Exprimere uerbum Latinum de, uel è uerbo. Cic. 4. Acad. 61. Amplectitur maximè cognitionem & istam κατάληψιν, quam, ut dixi, uerbum è uerbo exprimentes, comprehēsionem dicemus. Terent. in Prologo Adelph. 11.
Verbum de uerbo expressum extulit.
Exprimere uersibus: hoc est, explicare & describere: aut uersibus similitudinem rei alicuius repræsentare. Cicero 1. de Diuinat. 134.
Expressa sceleris uestigia. Cic. pro Rosc. Amer. 38.
Exprimere uim Græcorum poetarum. Cic. 1. Acad. 16.
Exprimere uitam patris. Cic. pro Rab. Posth. 3.
Vocem aliquam exprimere. Lucret. lib. 4. 112.
Dignè alicuius uultum exprimere. Quintil. lib. 2. cap. 13. 9.
Exprimere, Significantius eloqui. Plin. epist. 203. b, Sunt enim maximè mirabilia quæ maximè inspectata, maximè periculosa, quæ ut Græci magis exprimunt παράβολα.
Exprimere aliquid, Expressè dicere. Plin. epist. 292, Omnis uis & ratio dicendi in eorum, qui audiunt mentibus aut sedandis aut excitandis exprimenda est. Cic. 1. de Orat. 10.
Ad sensus animi exprimendos oratio reperta. Ci. 4. Acad. 136.
¶ Exprimens, pen. corr. Participium (ἐκπιεζῶν) Cic. 3. de Orat. 122, Manus autem minus arguta, digitis subsequens uerba, non exprimens.
¶ Expressus, Adiectiuum (ἐκπεπιεσμένον) Nomen ex participio: ut, Expressum signum Corinthium effingens senem. Plin. epist. 50. Catul. ad Ortalum, epigr. 60. 4.
Sed tamen in tantis mœroribus Ortale mitto.
Hæc expressa tibi carmina Battiadæ. Id est, Latinā linguam translatos Callimachi Græcos uersus.
Expressum, & adumbratum, contraria. Cic. pro Cæl. 8.
Expressum atq; effectum. Cic. 1. Acad. 41.
Expressum & illustre. Cic. Lentulo, li. 1. 7. 28. Vide Illustris.
Solidum, expressum, emine..s. Cic. 1. de Natur. deo. 100. Vide Eminens.
Nubium conflictu ardor expressus. Cic. 3. de Diuin. 64.
Caput ruptum expresso cerebro. Senec. Troad. 12. 13.
Conuitia expressa arbusto. Hor. 1. Ser. Sat. 7. 6.
Effigiem uirtutum nostrarum summis ingenijs expressam & politam relinquere. Cic. pro Archia, 22.
Fulmen expressum uentis per nubila. Lucanus lib. 1. 31.
Expressior loquacitas. Plin. lib. 10. cap. 42. 2.
Vitium imitatione ex aliquo expressum. Cic. 3. de Orat. 27.
Vultus expressi per ahenea signa. Horat. 2. epist. 1. 150.

¶ Expressius. Comparatiuū (ἐκπεπιεσμένστερον) Plin. epist. 110, Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis
¶ Expressio, Verbale (ἔκθλιψις) (expressus,
Expressionem Pli. lib. 9. & Celsus Latinè uocant, quam barbari medici colaturam appellant. Gallicè, Espreinte.
¶ Expressè, Aduerbium (σαφηνῶς) ut, Expressè dicere, Manifestè & apertè. Plin. epist. 38. a. lib. 2. ad Maximū, Vt mihi Attilius noster expressè dixisse uideatur, sic in foro pueros à Cētumuiralib. caulis auspicari, ut ab Homero in scholis.
Conscripta expressè oportet ponere exempla. Author ad Herennium, libro 4. 149.
¶ Expressim, aliud Aduerbium; Idem. Vlpian. in l. uenditor ff. de hæred. uel action. uendit. Si uerò nihil expressim inter eos conuēnit, sed tātummodo peculij mentio facta est: cessare exuendito actionem constat.
Expretus] Festus, Expreta antiqui dicebāt, quasi ex peritia habita. Hinc illud Bacchidum Plauti explicandum est.
It magister quasi lucerna, expretus uncto limtheo.
Id est, expertus. Experimur enim lucernas uncto limtheo, quàm bene luceant accenso ellychnio. Non tamen me latet quosdam in Festo emendare experta.
Exprobro] exprobras. pen. corr. (ὀνειδίζω, προφέρω) exprobrare, Probro obijcere, & qualemcunq; culpam imperare. Plau. Mostel. 4. 143, cur exprobras? PHILO.
Egòne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? Cic. de Amicitia, 62, Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quē collata sunt, non commemorare qui contulit.
Queri & exprobrare aliquid. Cic. de Amicit. 62.
Vehementius exprobrari. Quintil. lib. 4. cap. 2. 88.
Exprobrare & obijcere casus bellicos. Cic. 3. Verr. 103.
Fugam exprobrauit illi. Ouid. 3. Metam. 14.
Languorem & soporem alicui exprobrare. Cic. in Salust. 9.
Meritum exprobrare alicui. Ouid. epist. 12. 5.
Vitia in aduersarios exprobrare. Cic. 2. de Orat. 168.
Exprobrandi causa dicere aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 26.
Exprobrare, Reijcere. Plin. lib. 8. cap. 51. 6, Catonis Censorīs orationes exprobrant callum aprugnum.
Exprobrare, Indicare & prodere. Suet. in Tiber. Nihil honoris adijciet mihi patris appellatio: uobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi eius cognominis, aut inconstantiā contrarij de me iudicij. Idem, Cordubo cū suis copijs ad ripam Euphratis obuius Peto, nō eam speciem insigniū & armorum prætulit, ut diuersitatem exprobraret. Id est, ut pudore afficeret Petum ob dißimulationem apparatus. Plinius in epistolis, Etiam mala emptio semper ingrata, eo quòd exprobrare domino stultitiam uidetur. Budæus.
¶ Exprobratio, Verbale (ὀνειδισμός) Plin. libro 19. 4. 16. & Terent. And. 1. 1. 17, —nam istæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficij.
Tanta impotentiæ exprobratio. Quin. lib. 6. cap. 2. 14.
Esse in exprobratione: id est, uitio uerti. Plinius, Nam gari desyderia etiam erant in exprobratione. Budæus.
Expromitto] expromittis, expromisi, pen. prod. expromissum (ἐγγυῶμαι) expromittere, Fideiubere, & pro alio promittere. Vlpianus de iure dotium, Debitor mulieris iussu eius pecuniam uiro suo expromisit. Idem de Donationibus, l. hoc iure, Si quis seruo suo pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiserit.
¶ Expromissor, Verbale (ἐγγυητὴς) Fideiussor, Qui pro alio promittit. Pompon. de Verb. obligationibus, Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat, ut expromissores quoq; ab eo accipiantur. Id est, qui idem promittunt. Budæus.
Expromo] expromis, pē. prod. exprompsi, expromptum,

Digitized by Google

(προχαρίζομαι, προβάλλω) expromere, Extra promere, & efferre atq; educere. Plaut. Milit. 11.18, Neq; equidem heminas octo exprompsi in urceum.

Expromere nummos. Varro 2. de re Rust. cap. 2.4, Quum emptor dixit, tanti sunt mihi emptæ: & ille respondet, sunt: & exprompsit nummos.

Expromere supplicia in ciues, quæ constituta erãt in conuictos maleficij seruos. Cic. 7. Verr. 109.

Expromere (ἐκφέρειν) pro Loqui & dicere ponitur, & manifestum facere atq; enuntiare. Cic. 4. Acad. 259, Expromam primum illa inuidiosa, quòd eos omnes qui, &c. Liuius 9. bell. Pun. 3, Expromerent quid sentirent, cum bona uenia se auditurum.

Conferre causas, & quid in quanq; sententiam dici posit expromere. Cic. 2. de Diuinat. 223.

Audacius absens aliqua expromit. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 1.

Apud eos quod ab ijs didiceremus expromere. Cicero Quint. fratri, libro, 1. 1. 43.

Causas expromere tantarum rerum. Lucan. lib. 1. 14.

Expromere pectore consilia. Plaut. Bacch. 15. 11.

Crudelitatem alicuius expromere. Cic. pro Milone, 25.

Finem rerum expromere. Lucan. 5. 14.

Mens expromit fœtus Musarum. Catul. ad Ortal. epigr. 60. 1.

Odium alicuius expromere. Cic. Att. lib. 2. 27. 2.

Expromere perfidiam alicuius. Plautus Merc. 3. 47. Et Mil. 10. 168.

Querelas mente expromere. Catull in Argon. 59. 45.

Vim eloquentiæ expromere. Cic. in Orat. 68.

Voces mœstas expromere. Virg. 2. Aeneid. 2. 56.

Vocem anhelam expromit. Claud. 2. in Eutrop. 78.

¶ Expromitur, pen. corr. Passiuum (προβάλλεται) Cicer. 2. in Catil. 42, Quorum omnis industria uitæ, & uigilãdi labor in antelucanis cœnis expromitur.

¶ Expromptus, Particip. (προβιβλημένος) In mediũ prolatus, inquit Donat. Terent And. 4. 4. 1,

— Mysis nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria.

Expropinquo] Vide Ex.

Exproximus] Qui proximi dignitate functus est. l. unic. C. de magist. sacr. scrin. lib. 12.

Expugno] expugnas, pen. prod. (καταπολεμέω, ἀπομάχομαι, ἀναμάχομαι) expugnare, Pugnando capere, & euincere: ut, Expugnare urbem, ædes, castellum. Terent. Eunuch. 4. 7. 3, Primum ædeis expugnabo. Plaut. Amphit. 4. 37, Expugnatum oppidum est. Cæsar 4. bell. Gall. 403, Compluribus expugnatis oppidis.

Expugnare aurum alicui, metaphoricè, pro Extorquere nummos ab aliquo. Plaut. Bacchid. 20. 8.

Expugnare carcerem, pro Effringere. Plaut. Pseud. 20. 67.

Castella expugnare. Cic. de clar. Orat. 138.

Cœpta expugnare, id est, expugnando & instando assiduè, incepta perficere. Ouid. 9. Metam. 124.

Domos expugnare. Horat. 3. Carm. Ode 15. 2.

Expugnare fortunas patrias alicuius Cic. pro Cluen. 27.

Cupiditate & allegationibus legationem aliquam expugnare. Cic. 3. Verr. 30.

Violare & expugnare pecunia. Cic. 2. Verr. 3.

Expugnare pertinaciam legatorum. Liu. 7. bel. Maced. 242.

Expugnare propositum alicuius postulatione frequenti. Columel. lib. 10. in Præf. 3.

Expugnare pudicitiam puellæ. Cic. pro Celio, 38. Plinius de Viris illust. 9.

Ratione expugnare aliquid. Cic. 4. Verr. 91.

Reges expugnare. Lucret. lib. 4. 204.

Vinci & expugnari. Cic. in Parad. 33.

¶ Expugnans (καταπολεμικὸς) Particip. siue Nomen ex Participium, ut, Herba expugnantior. Ouid. 14. Metam. 5,

— siue expugnantior herba est,
Vtere tentatis operosæ uiribus herbæ.

¶ Expugnatus, penult. product. (καταπεπολεμημένος) Aliud participium: ut, Mens expugnata fathisci. Stat. 4. Thebaid. 38.

Mœnia expugnata. Lucret. lib. 2. 230.

¶ Expugnatio, Verbale (καταπολέμησις) Cic. pro lege Manil. 8, Non multum ab hostili expugnatione differant. Idem de Senect. Vt urbium expugnationes recordentur.

Nocturnæ expugnationes. Cic. Attico, lib. 11. 229. 3.

¶ Expugnator, pen. prod. Verbale (καταπολεμητής) Liu. 6. ab Vrbe, 84, Ibi eum expugnatores coloniæ haudquaquam perculsi fidentes militum numero, &c.

Expugnator pudicitiæ. Cic. 3. Verr. 5.

¶ Expugnabilis, pen. corr. Adiect. (καταπολεμητὸς) Stat. 4. Thebaid. 167, — & nullo ruis expugnabilis astro.

Robur expugnabile. Stat. 6. Thebaid. 21.

Expulsio, Expulso, Expulsor, Expulsus, Expultrix] Vide Expello.

Expumo] expumas, pen. prod. (ἐξαφρίζω) expumare. Celsus lib. 6. cap. 7. de cura sonitus aurium intra seipsas, Si ex grauedine est, purgare aurem oportet, & spiritum continere, donec inde humor aliquis expumet. Hoc est, spumæ similis exeat. Exspummo scribunt alij.

Expungo] expungis, expunxi, expunctum (διαχρίζω, κατακρίζω) expungere, Idem quod Foras dispungere significat.

Expungere, Expellere. Persius Satyr. 2. 2,

— expungã: nam & est scabiosius, & acri Bile tumet.

Expungere nomen debitoris. Plaut. Cistel. 4. 40.

Expungere rationes, Est ultimam manum calculo & disputationi imponere. Modestinus de administ. rerum, Calcularij erroris retractio etiam post decennij aut uicẽnij tempora admittetur, sed si gratiosæ expunctæ dicentur, non retractabuntur. Hermogenianus de diuers. & temp. præscr. Reipub. rationes subscriptæ & expunctæ aduersus eum quidem qui administrauerit ultra uiginti: aduersus uerò hæredem, ultra decem annos retractari non possunt. Expungere enim, est punctis circumducere & tollere, & quasi iam rem confectã eximere è codice. Budæus.

Expungere gloriam partam. Plaut. Amphit. 15. 27. Id est, priuare.

Expungere stipendijs militem: id est, priuare. Paulus in l. ex causa. ff. de re militari.

Expungere, significat etiam pungere. Martial. lib. 8. 46,

Expungitq; cutem, facitq; longam.

¶ Expunctus miles dicitur, qui è numeris exemptus est, & ere dirutus. Budæus.

Expuo] expuis, expui, exputum, penult. prod. (ἐκπτύω) expuere, Extra pus mittere, inquit Donatus. Plin. lib. 7. cap. 23, Expuit in os tyranni. Varro 3. de re Rust. cap. 3. 7.

Expuitur ignis cælestis in sydera. Plin. lib. 2. cap. 20. 2.

Mare expuit illum. Catull. in Argon. 59. 31.

Expuunt lachrymam oculi. Plaut. Pseud. 3. 74.

Expuere miseriam ex animo. Terent. Eunuch. 3. 1. 16. Vbi Donat. Expuere, cum fastidio aliquid reijcere & expellere.

Rationem expuere ex animo. Lucret. lib. 2. 209.

¶ Expuitio, expuitionis, f. g. Verbale. Plin. lib. 23. cap. 1. 9, Et ad expuitionem sanguinis quoq; adhibent.

Expurgo] expurgas (ἀποκαθαίρω, ἐκκαθαίρω) expurgare, Idem quod Purgare significat, aut omnino purgare. Col. lib. 2, Quũ rursus amplior messis prouenerit, quicquid extet-

tur, capisterio expurgandum erit. Idem lib. 5, Dolabella conuenit expurgari quicquid emortuum est.
Sermonem expurgare. Cic. de clar. Orat. 140.
Expurgare & dimouere suspicionem. Cicer. Anteq. iret in exilium, 13.
Expurgare se, Idem quod se uitio aliquo purgare. Plaut. Mil. 9. 17.
¶ Expurgatio, expurgationis, Verbale (ἐκκάθαρσις)
Expurgationem habere. Id est, Se purgare. Plaut. Amphit. 11. 10.
Exputo] exputas, pen. corr. (ἀναλογίζομαι) exputare, ab Ex & Puto compositum, Verbum rusticum, quo significatur putatio & incisio superfluorum ramorum aut sarmentorũ, quæ aut ex arboribus aut uitibus runca eximuntur. Colum. lib. 11, Palos una opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest. Idem lib. 3. cap. 15. 3, Deinde eam uelut ueteranam uitem totam exputare.
Exputare, per translationem, pro Putare & mente uoluere. Plaut. Trinum. 5. 8.
Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 24. 15, Quæ mens eum, aut quorum consilia à tanta gloria, sibi uerò etiam necessaria ac salutaria uocarit, & c. exputare non possum.
Exputresco] exputrescis, exputrui (καταῤῥέπομαι) exputrescere, Putridum fieri. Plaut. Curcul. 5. 26, Quin tu aliquot dies perdura, dum intestina exputrescunt tibi.
Exquæstore] Indeclinabile, Qui quæstura functus est. Vide in Exconsule.
Exquiliæ] Exquiliarum, Mons est & uicus Romæ: dictus quòd ibi erat arx & excubiæ regis Tulli, qui illum montem urbi addidit. Ouid. lib. 1. Fastorum,

Adde quòd excubias ubi rex Romanus agebat,
Qui nunc Exquilias nomine collis habet. Propert. lib. 4. eleg. 8. 1,
Disce quid Exquilias hac nocte fugarit aquosas. Himc.

¶ Exquilius, Adiectiuum: ut, Exquilius mons. Ouid. 2. Fast. 87.
¶ Exquilinus, pen. prod. Aliud adiectiuum: ut, Pontifex Exquilini uenefici, pro Veneficij. Horat. Epod. 17. 13. Porrò extra portam Exquilinam erant sepulchra: inter quæ malefícæ mulieres noctibus sua uenefícia conficiebant. Porphyr.
Exquilinæ alites. Horat. Epod. 5. 21.
Exquilina tribus. Plin. lib. 18. cap. 3. 5. Et Exquilina porta: id est, quæ in Exquilias ducit. Cic. in Pisonem, 43.
Exquiro] exquiris, pen. prod. exquisiui, exquisitum, penult. prod. (ἐξετάζω, ἐξελέγχω) exquirere, Diligenter inquirere & inuestigare. Terent. And. 1. 2. 15,

— nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est. Cic. 4. Acad. 15, Neq; nos studium exquirendi defatigati relinquemus.

Intrò exquire sitnè ita ut ego prædico. Plaut. Aulul. 26. 70.
Quid omni in munere uitæ optimum & uerissimum sit, exquirere. Cic. 1. de Finib. 19.
Quid in aliquo peccatum sit, exquirere. Cic. 1. Offic. 206.
Nihil certi exquirere. Cic. Attic. lib. 7. 131. 5.
Exquirere à. Plaut. Casina, 15. 50, —— est quod uolo Exquirere à te.
Exquirere ab stirpe: id est, à principio. Plaut. Trinum. 4. 133.
De aliquo exquirere. Cicer. pro Deiotaro, 29.
Exquirere ex. Plautus Capt. 6. 43. Cic. 5. de Fin. 14, Et complures iam menses Athenis hæc ipsa te ex Antiocho uideamus exquirere.
Exquirere constantissimè. Vide Consto.
Diligenter quid alicui de alio placeat, exquirere. Cic. Attic. lib. 13. 280. 1.
Nõ nimis ab aliquib. quicquã exquirere. Cic. Att. lib. 7. 136. 4.
Exquirere argumentis ex aliquo. Plautus Rud. 2 4. 136.
Causas alicuius rei exquirere. Cicero 2. de Diuin. 68.
Consilium exquirere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 2. 3.
Exquirere cursuram sibi. Plaut. Merc. 4. 10.
Exquirere facta alicuius ad antiquæ religionis rationem. Cicero 6. Verr. 9.
Frigus sceleratum exquirere. Virg. 2. Georg. 52.
Honores singulares exquirere. Cic. 4. Philipp. 155.
Exquirere iudicium alicuius. Cic. ad Attic. lib. 8. 1. 47. 14.
Ius aliquorum exquirere. Cic. pro Domo sua, 31.
Exquirere mores alicuius. Cic. pro Flacco, 9.
Mores testium exquirere. Cic. pro Flacco, 9.
Officium ex tempore exquirere. Cic. 3. Offic. 40.
Exquirere oratione. Cic. 1. de Orat. 119.
Pacem exquirere. Virg. 4. Aeneid. 12.
Exquirere pretium alicuius rei. Cic. 5. Verr. 59.
Palàm pretium exquirere. Cic. 4. Verr. 92.
Agitare & exquirere rationes. Cic. 5. Tusc. 94.
Religionis rationem exquirere. Cic. 6. Verr. 9.
Exquirere sententiam alterius. Cæsar 3. bell. Gall. 363.
Vallẽ umbrosam exquirere medijs æstibus. Virg. 3. Georg. 66.
Omnia uerba alicuius sententiæ exquirere. Cic. pro Cecin. 41.
Exquirere ueritatem. Cic. pro lege Manil. 36.
In uero exquirendo cogitatio maximè uersatur. Cic. 1. Off. 183.
¶ Exquisitum, penult. product. Supin. (ἐξετάζειν) Plaut. Stich o, 3. 50, Quid istuc, quod exquisitum mulierum mores uenis? Hoc est, Quid mores mulieris tam diligenter indagaris?
Sedes exquirenda alijs oris. Claud. de raptu Proserp. 3. 25.
¶ Exquirens, pen. prod. Partic. (ἐξετάζων) Cic. de Fato, 3, Multum unà eramus, maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem & ad concordiam ciuium pertinerent.
¶ Exquisitus, pen. prod. (ἐξητασμένος) Nomen ex Participio, Electus, quasi diligenter quæsitus.
Consulta & exquisita. Cicer. 1. de Orat. 130.
Lautum, elegans, exquisitum, sumptuosum nihil apud aliquem præter libidines esse. Cicer. in Pisonem, 52.
Exquisita adhortatio. Plin. epist. 8. e.
Adulatio exquisitior. Tacit. lib. 12.
Argumenta Philosophorum exquisita. Cic. 1. de Diuinat. 9.
Ars exquisita. Cic. de Orat. 93.
Exquisita difficultas lapidis. Plin. lib. 27. cap. 11. 6.
Exquisita doctrina philosophus. Cic. 1. de Finib. 1.
Exquisita ratio & doctrina. Cic. ad Nigidium, lib. 3. 13. 11.
Exquisita doctrina & singularis alicuius industria. Cicer. de clar. Orat. 11.
Exquisitæ epulæ: id est, lautæ. Plin. lib. 9. cap. 35. 15.
Exquisitus fulgor. Plin. lib. 33. cap. 1. 16.
Accuratius & exquisitius dicendi genus. Cicer. de claris Oratorib. 156.
Exquisita ingenia. Plin. in Paneg. 80.
Iudicio exquisito uir. Cic. 1. Offic. 186.
Multæ, & hæ quidem reconditæ & exquisitæ literæ alicuius. Cic. de claris Oratorib. 136.
Magistri exquisiti. Cic. de claris Orat. 53.
Munditia non odiosa, neq; exquisita nimis, adhibenda est. Cic. 1. Offic. 182.
Rationes exquisitæ. Cic. 1. de Finib. 46.
Sententia exquisita. Tacit. lib. 12.
Reconditæ & exquisitæ sententiæ. Cicero de claris Oratoribus 149.
Exquisitissima subtilitas. Plin. lib. 6. cap. 33. 5.
Supplicia exquisita. Cic. 3. Offic. 136.
Verbis exquisitissimis aliquos laudare. Cic. 4. Philip. 156.

¶ Exquisitè,

Digitized by Google

¶Exquisitè, pen. prod. Aduerbium (ἐξητασμένως) Hoc est, diligenter. Quint. lib. 8. cap. 2, Eleganter atq; exquisitè dictum: Cic. de claris Orat. 151, Deq; eo crimine accuratè atq; exquisitè disputauisset.

Colligere exquisitius aliquas rationes. Cic. 1. Tuscul. 188.

¶Exquisitim, Aduerbium. Varro, Stramentitio acre æger medicos exquisitim conuocabas, ut conualesceret.

¶Exquiror, passiuum. Vlpianus in l. in concedendo. ff. de aquâ pluu. arcend.

Exradico] exradicas, pen. prod. (ἐκριζόω) exradicare, Verbũ rusticum, pro Vsq; ad radices auellere & extirpare. Varro 1. de re Rust. cap: 27. 1, Terram rudem proscindere oportet: quæ sunt ex ea enata prius, quàm ex ijs quid seminis cadat, ut sint exradicata. Frequentius tamen in usu est eradicare.

Exrogo] exrogas, pen. cor. exrogare (ἀφαιρέω) Ex lege uetere aliquid eximere per legem nouam. Festus.

Exsacrifico] exsacrificas, pen. cor. (ἀποθύω) exsacrificare, apud Cic. 1. de Diuin. 76. Ex Ennio, Exsacrificat hostijs balantibus Antiquum tamen est, pro Sacrificio immolare.

Exsanio] exsanias. Vide Exanio.

Exsaturo] Vide Exaturo.

Exscendo] exscendis, exscendere, E' naui in terram descendere. Vnde.

¶ Extructio, Verbale (κατασκευὴ) Cic. 14. Philip. 408, Eaq; extructione quæ ſit ad memoriam æternitatis.
Extructio tectorum. Cic. 2. de Nat. deor. 225.
Extubero] extuberas, pen. correp. (προβλάσκω) exturbare, A Tuber deriuatum, ſignificat excreſcere, inflari, & quaſi tuberis figuram efficere. Plinius libro 21. capite 16. 3, Neq; in omnibus terris eſt, radice folioſa, ex qua media ueluti malum extuberat. Idem lib. 37. capite 8. 4, Vtrobiq; autem in rupibus inuijs & gelidis, oculi figura extuberans leuiterq; adhærens.
Exturbare, Actiuum, pro Tuberibus aſperare. Senec. libro 6. Natur. queſt. Defert montes, ſubrigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo inſulas erigit.
Exturbantes gemmæ: quibus opponuntur Cauæ. Plinius libro 37. cap. 12. 4.
¶ Extuberatio, Verbale (προβλωσις) Plin. lib. 31. cap. 9. 8, Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus. Hoc eſt, tuberculis per corpus enaſcentibus.
Extumeo] extumes, penult. corr. uel Extumeſc, extumeſcis (ὀιδαλέω) extumeſcere, idem quod Tumeſcere, & in tumorem redigi. Plin. lib. 37. cap. 5. 8, Democritus in hoc genere poſuit Hermoneos & Perſicos illos extumeſcentes pugiter.
¶ Extumidos, pen. corr. Adiectiuum (ἐξωδηκὼς) ut, Extumida media aera. Varro de re Ruſt. cap. 51. 1.
Extunc] Ex illa hora. Apuleius lib. 7. Aſini aurei, Extunc pœnæ reſeruatus.
Extundo] extundis, extudi, pen. corr. extuſum, penult. prod. (ἐκπόπτω, ἐκδιάζομαι) extundere, Extorquere uel in uenire, Nonius. Plaut. Moſt. 4. 64,
Eundẽ animũ oportet nunc mihi eſſe gratum ut impetrauí, Atq; olim prius quàm id extrudi, quum illi ſubblandiebar. Sueton. Ea demum extudit magis contuitio quã precib.
Vſus extundit artes. Virg. 1. Georg. 27.
Labor extudit faſtidia. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 3.
Extundere aliquem. Quint. lib. 1. cap. 4.
Extundere, Studioſè facere. Virg. 8. Aeneidos,
Lanigeroſq; apices, & lapſa ancilia cælo
Extuderat. Seruius.
Extundere, In tuber tundendo transformare. Caſſius Seuerus lib. 6. Controuerſ. apud Senecam, Alterius diminutas ſcapulas in deforme tuber extundit.
Exturbo] exturbas (ἐξώθω) exturbare, Violenter eijcere ab aliquo loco. Metaphora ſumpta à turbine uenti, qui dum perflat, pulueremq; ueluti in globum uiolenter ſurſum erigit.
Expellere atq; exturbare aliquem. Cic. pro Cluent. 10.
Exturbare, Eijcere, expellere. Cic. pro Murena, 43, Magnum eſt enim te comparare ea quibus poſſis hominem è ciuitate, præſertim non inopem, neq; infirmum, exturbare, qui & per ſe, & per ſuos, & uerò etiam per alienos defendatur. Budæus.
Exturbare, & Manere, contraria. Cic. Attic. lib. 8. 169. 3.
Exturbare aliquem foras. Plaut. Trinum. 14. 74.
Deijcere Senatum à gubernaculis, Populum è naui exturbare. Cic. pro Domo ſua, 20.
Exturbare homines è poſſeſſionibus. Cic. pro Sylla, 53.
Exturbari præcipitem è prouincia. Cic. 6. Verr. 59.
Exturbari ex agris. Cic. pro lege Agraria, 83. Sic, Exturbare aliquem bonis, Cic. 4. Verr. 32.
Exturbare ex numero uiuorum. Cic. pro Quintio, 28.
Exturbare aliquem ædibus & ex ædibus. Plaut. Trinum. 11. 56. & 4. 74.
Miſerum fortunis omnibus exturbari. Cic. pro Quint. 63.
Exturbare penatibus. Plin. in Paneg. 56.
Exturbare ſede. Colum. lib. 8. cap. 17. 9.
Exturbare ciuem innocentem, expellere. Cicero Anteq. iret in exil. 10.
Exturbare ex animo ægritudinem, pro Excutere. Plautus Curc. 5. 9.
Animas exturbare cæde. Ouid. 25. Metam. 3. 5.
Exturbare mentem alicuius. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 4. 3.
Noctem exturbabat uociferans. Stat. 10. Theb. 43.
Silentia noctis exturbare. Stat. 1. Theb. 88.
Exturbare ſpem pacis. Liu. 6. ab Vrbe, 80.
Exturbare calculos, dicitur radix herbæ, pro Eijcere & confringere.

Digitized by Google

fringere. Plin. lib. 20. cap. 10. 2.
Comas exturbare. Stat. 5. Theb. 61.
Exturbare oculos alicui, pro Excludere & exculpere, siue effodere. Plaut. Pœnulo, 4. 160.
¶ Exturbatus, pen. prod. (ἐξωθισμένος) Participium: ut, Radicibus exturbata pinus. Catul. epig. 59. 22.
Extuisire. Idem quod Tußire, & cum tußi aliquid eijcere, (ἐκβήχειν) Plin. lib. 35. cap. 15. 4, Purulenta quoq; extußientibus, & contra scorpionum ictus. Idem lib. 23. cap. 3. 4. Celsus lib. 2. cap. 8, Nisi nomicam aliquam excitauit sic, ut pus extußiretur.
Exubero] ἐκθυμέω. Vide Exhubero.
Annus exuberat pomis. Virg. 2. Georg. 104.
Humor malus membris exuberat. Claud. de Aponi balneis, 5. 19.
Vmbra exuberat luxuria foliorum. Virg. 1. Georg. 39.
Æstu exuberans. Silius lib. 1. 12. de Hannibale.
Exuccus] ἐκχυλος, Qui succo caret. Seneca epist. 30, Scis illum infirmi semper & exucci corporis fuisse. Quint. lib. 12. cap. 10, Vnde nunc quoq; aridi, & exucci, & exangues.
Exudo] exudas, pen. prod. (ἀφιδρόω) exudare, Veluti per sudorem emittere. Plin. lib. 24. cap. 9. 1, Vnum arbor ipsa exudat gummi modò. Colum. lib. 12. cap. 48. 3, Quum oliua quicquid habuit amurcæ, exudauit. Et, Exudare liquorem, Colum. lib. 7. cap. 8. 3.
Humor exudat. Virg. 1. Georg. 18. Nouè locutus est: nam non ipse humor, sed terra desudat. Vnde exudat pro exudatur accipimus. Seruius.
Exudare laborem. Liu. 5. ab Vrbe, 20.
Edomiti exudatiq; labores. Silius lib. 3. 107.
Exudare causas, pro magno labore agere. Horatius 1. Serm. Satyr. 10. 6. Vide Causa.
Exuerræ] Vide suprà in Euerriator.
Exuerro] Vide Euerro.
Exuerto] exuertis, exuerti, exuersum (προλαμβάνω) exuertere, Prævenire, præoccupare. Plaut. Pœnulo, 14. 52, Verùm enim qui bene eum norit, citò homo exuerti potest. Antiquum.
Exugo] exugis, pen. prod. exuxi, exuctum (ἐκχυλίζω) exugere, Succum omnem fugendo extrahere. Legitur & Exugebo, in secunda. Plaut. Rud. 23. 69,

Ego iã te hîc itidẽ, quasi penicillus nouus solet exugere,
Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi est. Idem Pœnulo, 8. 37,
Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul. Colum. lib. 4. cap. 24. 8, Sed ab uno latere exugitur. Cato, cap. 156. 2.

Exugere sudorem. Colum. in Procem. lib. 1. 14.
¶ Exugentes, Exprimentes. Festus.
¶ Exuctus, Particip. Gell. lib. 20. cap. 7, Lana nunc uidelicet senescit, ea re ostrea quoq; sicuti alia quædam, tenuia exuctaq; sunt. Hoc est, sine succo & humore.
Exul] exulis, pen. corr. com. gen. (φυγὰς, ἀπόπολις, ἐξόριστος) Is dicitur, qui ex patria eiectus est: quasi extra solum. Festus, Exules dicuntur loco patriæ suæ pulsi. Cic. pro Domo sua, 57, Quid est enim exul? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpe? Re uera quando est pœna peccati, opinione autem hominum si est pœna damnati.
Mentis domusq; exul. Ouid. 9. Metam. 82.
Patriæ exul. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.
Vagus exul. Ouid. 11. Metam. 82.
Exul agor. Ouid. epist. 7. 23.
Vagum exulem errare aliquem, atq; undiq; exclusum. Cicero pro Cluentio, 138.
Reducere exules. Cic. Cassio, lib. 12. 1. 4. Et pro Sestio, 48.
Vi eiectos exules reducere. Author ad Heren. lib. 2. 83.
Restituere exules. Cic. 1. Philipp. 2.
Venit exul ad Antiochum Ephesum Hannibal Carthagine expulsus. Cic. 2. de Orat. 42.
¶ Exilium, huius exilij (φυγὴ, ἐξορία) dicitur ipsa priuatio soli patrij. Cic. lib. 5. Tusc. 149, Exilium credo quod in maximis malis ducitur? Idem in Parad. 38, Nescis exilium, scelerum esse pœnam?
Exilij species tres ponit Martianus in l. exilium. ff. de interdictis & relegatis. Exilium, inquit, triplex est: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, ut omnium locorũ, præter certum locum: aut insulæ uinculum, id est, relegatio in insulam. Exilium autem pœna est iudicij capitalis. Paulus in l. 2. ff. de publicis iudicijs, Capitalia iudicia sunt, ex quibus pœna mors, aut exilium est: hoc est, aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cætera, non exilia, sed relegationes propriè dicuntur. tunc enim & ciuitas retinetur. Cicero pro Cecinna, 73, Tum amittitur hæc ciuitas deniq;, quum is qui profugit receptus est in exilium: hoc est, in aliam ciuitatem. Idem paulo antè, 72, Exilium enim, non supplicium est, sed profugiũ, portusq; supplicij. Nam qui uolunt pœnam aliquam subter fugere, aut calamitatem, eo solum uertunt: hoc est, sedem ac locum mutant.
Exilij causa solum uertisse aliquem, nec postea esse restitutum. Cic. 5. Philipp. 174.
Infelix exilium. Virg. 10. Aeneid. 168.
Terribile exilium illis quibus quasi circunscriptus est habitandi locus, non ijs qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Cic. in Parad. 20.
Pœna scelerum, exilium est. Cic. in Parad. 38.
Quos leges exilio affici uolunt, exules sunt, etiam si solum nõ mutarunt. Cic. in Parad. 38.
Afficiunt exilio sceleratos & impios leges. Cic. in Parad. 38.
Fugam meditari, & exilium cogitare. Cic. 1. in Catil. 19.
Consenescere in exilio. Vide Consenesco.
Delitescere exilio. Ouid. in Ibin, 3.
In exilio depellere, & agere. Plin. lib. 7. cap. 30.
In exilium aliquem eijcere. Cic. 2. in Catil. 33.
Ire in exilium. Cic. in Catil. 16. Quint. lib. 6. cap. 4.
Exigere in exilium. Iustinus, Quòd per iniuriam se in exilium exegissent.
Fugere in exilium. Iuuen. Satyr. 10. 16.
Imperare exilium alicui. Senec. Medea, 7. 6.
Liberatus exilio. Vide Liber.
Meditari exilium. Vide Meditor.
Multare exilio maleficiũ. Cic. pro Cecin. 72. Idem pro Syl. 55.
Multatum exilio maleficium. Vide Multa.
Mutare domos exilio. Virg. 2. Georg. 103.
Pati exilium. Virg. 2. Aen. 128.
In exilium pulsus aliquis. Cic. 2. de Orat. 30.
Pellere in exilium. Vide Pello.
Pendere pœnam exilio. Ouid. 10. Metam. 47.
Rectà pergere in exilium. Cic. 1. in Catil. 17.
Petere exilium. Lucan. lib. 3. 23.
In exilium proficisci. Cic. 1. in Catil. 15.
In exilium aliquem proijcere. Cic. Antequam iret in exil. 19.
De exilio quendam reducere. Cic. 2. Philip. 35.
In exilio esse. Cic. 3. de Nat. deor. 115.
In exilium uenire. Cic. 1. de Orat. 36.
Exulo] exulas, pen. corr. (μετοικέω, φεύγω) exulare, Patria priua-

Digitized by Google

priuatum esse. Cic. ad Metellum, lib. 4. 8. 5, Sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse ad exulandum locum. Idem 3. Tusc. 68, Aut Telamonem pulsum patria exulantem.

Exulare à patria sua Plaut. Mostel. 8. 71.

Exulare domo. Terent. Eunuch. 3. 5. 61.

Exulat anaritia ex urbe, per translationem. Plautus Pers. 16. 89.

In oris ignotis exulare. Ouid. epist. 9. 31.

Per externas profugus pater exulat oras. Ouidius 3. Trist. eleg. 14. 3.

Rempublicam discessu alicuius exulare. Cic. in Parad. 37.

Romæ exulare ius esse alicui. Cic. 1. de Orat. 86.

Exulatum abijt res patris. Plaut. Merc. 3. 43. Vide Abeo.

¶ Exulans, pen. corr. Participium (μετοικῶν) Cic. 2. de Diuin. 78, Rex Prusias quum Hannibali apud eum exulanti depugnari placeret, negabat se audere, quòd exta prohiberent.

Exulatio, onis, Verbale. Florus lib. 1. cap. 22, Populus Romanus clarissimos principes, quòd aduersarentur uoluntati suæ, exulatione multauit.

Exulcero] exulceras, pen. corr. (ἕλκόω) exulcerare, Proprie est ulcus facere & exasperare, ac nouam cicatricem inducere. Plin. lib. 20. cap. 6. 10, Leprас, lichenas, lentigines exulcerat. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 9. 12, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos: quòd muscæ, & ricini, & pulices soleant (si hoc unguine non sis usus) ea exulcerare. De canibus.

Exulcerare, per translationem, significat Exasperare, exacerbare, & deterius facere. Cic. 2. de Orat. 167, Quum aduersariorum adiumenta confirmant, aut ea quæ sanare nequeunt, exulcerant.

Exulcerare animum. Cicer. Ita mihi animum exulceranit. Idem pro Deiotaro, 4.

Exulcerare gratiam alicuius. Cic. de claris Orat. 80.

Suspicionibus hominum & scelere exulcerari. Cic. pro Domo sua, 23.

¶ Exulceratus, pen. prod. Participium, (δεδελκωμένος) Cicer. Lentulo, lib. 1. 1. 12, Vt in rebus multo antè quàm profectus es, ab ipso rege, & ab intimis & domesticis Pompeij clàm exulceratis.

¶ Exulceratio, Verbale (ἐξέλκωσις) Plin. lib. 20. cap. 3. 5, Sed omnium consensu, stomacho utilissimæ iudicantur, & interaneorum ueficarumq; exulcerationibus.

¶ Exulceratorius, Adiect. (ἐξελκωτικὸς) Quod exulcerat: ut, Exulceratorium medicamentum. Plin. lib. 23. cap. 7. 12.

¶ Exulceratus, pen. prod. huius exulceratricis, Verbale. fœm. gen. (ἐξέλκωτις) Plin. lib. 27. cap. 12. 2, Vis ei septica & exulceratiæ.

Exulto] exultas (ἀγαλλιάω, ἐπιγαυρόομαι, σκιρτάω) exultare, & exilire, Ab Ex & Salio compositum: estq; ueluti gestu corporis lætitiam ostendere. Nonius, Exultare est supra modum exilire & efferri. Cic. lib. de Rep. Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quòd uel exultat uoluptate, uel molestia frangitur. Idem ad Atticum, lib. 6. 112. 1, Lecta tua epistola gaudio exultat.

Exultare, nimiumq; gaudere. Catul. ad Lesbiam, epig. 48. 2.

Exultare, immoderatèq; iactari. Cic. 1. de Diuin. 107.

In herbis exultat uacca. Ouid. 1. de Arte, 63.

Inter medias cædes exultat. Virg. 11. Aeneid. 130.

Alacris improbitas exultat in uictoria. Cic. Attic. lib. 1. 11. 12.

Oratio exultat. Cic. 4. Acad. 199.

Exultat & triumphat oratio mea in hoc. Cic. in Catil. 26.

Pauor exultat circa pectus. Lucret. lib. 3. 29.

In aliqua re audacius exultare. Cic. in Orat. 14.

Exultare, Cum iactantia gloriari. Cic. de Senect. 9, Hannibalē inuenitiliter exultantē, patientia sua molliebat. Idem in Catil. 17, Infer patriæ bellum, exulta impio latrocinio. Nonius.

Gestis in suam famam exultare. Tacit. in uita Agricolæ.

Lætitia exultare. Cic. Attico, lib. 15. 329. 15.

Victoria nobilitatis exultare. Cic. pro Rosc. Amer. 10.

Nimis exultare secundis rebus. Senec. Hipp. 2. 24.

Exultare, Gestu uel dicto iniuriam facere. Lucilius libro 30, Quin totum purges, debellas me, atq; deuras, exultes, sollicites. Nonius.

Iniuriam unius in alium exultare. Cic. Attico, lib. 7. 122. 9.

Exultare, Sæuire. Cic. lib. 2. de Rep. Quæ sanguine alitur, quæ in omni crudelitate exultat, ut uix hominū acerbis funeribus satietur. Nonius.

Exultare, Extra saltare. Virg. 3. Aeneid. 111, Exultantq; uada, atq; æstu miscentur arenæ.

¶ Exultans, Participium (ἀγαλλόμενος) Cic. 3. de Orat. 91,

Erras, errus: nam exultantem te & præfidentem tibi
Repriment ualde legum habenæ. Ex quodam poeta.

Elatus leuitate, maniq; lætitia exultans & temere gestiens. Cic. 5. Tuscul. 25.

Furentem & exultantem continere. Cic. de Aruisp. resp. 1.

Successu exultans. Virg. 2. Aeneid. 77.

Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere. Cicer. 1. Off. 128.

Corda exultantia. Virg. 3. Georg. 20.

Cruor exultans in ora erupit. Silius lib. 5. 14.

Furorem exultantem ex parte reprimere. Cic. pro Sestio, 82.

Exultantem lætitiam comprimere. Cic. in Topic. 46.

Loliginibus exultantibus tempestatem significari gubernatores putant. Cic. 2. de Diuinat. 215.

Sanguis altè exultans è corpore emicat. Lucret. lib. 2. 40.

¶ Exultanter, Aduerbium (ἀγαλλιάντως) Plinius epist. 62. c, Quum ea potius quæ præsius & astrictius, quàm illa quæ hilarius, & quasi exultantius scripsit, possint uideri accersita & inducta.

¶ Exultatio, Verbale (ἀγαλλίασις) Plinius, lib. 8. cap. 54, Mutianus cauta luna tristes esse: quibus in eo genere cauda sit, nouam exultatione adorare. De simijs.

Indecora exultatio. Quint. lib. 2. cap. 2. 7.

¶ Exultantia exultantiæ (ὑπεραύρωσις) Idem Gellius, libro 12. cap. 5, Cum petulantia morbi doloriscq; exultantia colluctantem. Id est, eruptione uiolenta. Solinus, cap. 45, Verum omnem excessus originem de sole fieri, primamq; exultantiam iuuioris concipi quum per Cancrum sol uehatur. De incremento Nili.

¶ Exultim, Aduerbium (κεκινδιωμένως) id est, exultando & saliendo. Horat. 3. Carm. ode 11. 2.

Exululo] exululas, penult. corr. (δολολύζω) exululare, pro Valde ululare. Ouid. 1. Metam.

Territus ipse fugit, nactusq; silentia ruris Exululat.

Comis ruptis exululare. Ouid. epist. 21. 23.

¶ Exululatus, pen. prod. Part. (δολολυγμὸς) Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 9,

Vtq; suum Bacche non sentit saucia uulnus,
Dum stupet Idæis exululata iugis.

Exum] Extra sum. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitare solebat, Hostis uictus, mulier, uirgo, exesto: hoc est, nō introito, qa scilicet ingredi ea sacra prohibebātur. Ex Festo.

Exundo] exundas (ὑμαίνω) exundare, Alueum exire, uel extra alueum undas proferre. Plin. lib. 2. cap. 103. 7, In Tenedo insula fons, semper à tertia noctis hora in sextā, ab æstiuo solstitio exundat. Colum. lib. 8. cap. 17. 5.

Dolor exundat altè mersus. Senec. Oedip. 12. 2.



Digitized by Google

Eloquentiam exundare, & exuberare. Tacitus in Dialogo de Oratoribus.
Furor exundans. Stat. 10. Thebaid. 121.
Præruptum exundat pelagus. Silius lib. 3. 11.
Pestis exundat. Silius lib. 17. 21.
Terra exundauit chelydris. Silius lib. 3. 64.
Vapor exundat antro. Seneca Hippol. 2. 4.
¶ Exundatio, Verbale (ἐκπύμανσις) Plinius lib. 19. cap. 3. 1, Negant nasci nisi exundatione fluminum inuecto semine ab Tiaris.
Exungo] exungis, exunxi, exunctum (ἀλείφω) exungere, Vngere. Plaut. Rud. 14. 22,
Eluas tu, an exungare siccum.
Exungulo] exungulas, pen. corr. (ἀπονυχίζω) exungulare, Vngues auferre. Plautus Trucul. 6. 52,
— hercl, tuos exungula, malè uiuitis.
Exuo] exuis, exui, exutum, pen. prod. (ἀποδύω, ἐνδύω, λωποδυτέω) exuere, contrarium habet Induo.
Exuere uestem alicui. Senec. epist. 91.
Exuere ægritudinem. Cic. 3. Tuscul. 48.
Aequalitas exuitur. Tacit. lib. 3.
Amicitiam exuere. Tacit. lib. 5.
Animam exuit. Ouid. 14. Metam. 156.
Anima memet pariter ac scelere exuam. Senec. Hipp. 12. 5.
Animum syluestrem exuere. Virg. 2. Georg. 11. De arboribus.
Animus exuitur. Stat. 10. Theb. 187.
Serpens nouus exuit annos. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 7.
Armis exuere aliquem. Silius lib. 3. 120.
Arrogantiam, & auaritiam exuere. Tacit. in uita Agricolæ.
Aspectum exuere. Tacit. lib. 16.
Astus exuere. Silius lib. 7. 150.
Exuere castris hostem, pro Expellere. Liu. 9. bel. Pun. 15. Et 3. ab Vrbe, 293, Nisi paucis diebus hos populatores agrorũ fusos fugatosq; castris exuero. Id est, abstulero eis castra.
Charitatem exuere. Tacit. lib. 16.
Ciues nostros exuimus: id est, perdidimus, aut orbati sumus illis. Stat. 3. Thebaid. 42.
Cupido gloriæ alicui exuitur. Tacit. lib. 20.
Exuere ensem humero. Virg. lib. 9. 63.
Ensem uagina exuerat. Stat. 9. Theb. 16.
Fastus exuere. Ouid. 2. de Arte, 49.
Feritas exuitur. Ouid. 3. Fast. 57.
Ferociam exuere. Tacit. lib. 2.
Fidem exuere. Tacit. lib. 1.
Fœdus exuere. Claud. de bello Get. 73.
Exuere gratiam nouitatis dicitur. id, quod iam uetus esse incipit. Plinius, epist. 2. b.
Habitus regales exuere. Stat. 11. Theb. 87.
Hominem exuere. Ouid. 10. Metam. 21.
Exuere hominem ex homine. Cic. 5. de Fin. 62.
Exuere humanitatem. Cic. pro Ligario, 8.
Exuere iugum, & exuere se iugo. Liuius, 5. bel. Maced. 64. Et lib. 4. 56. pro Se liberare à seruitute.
Ius fasq; exuere. Tacit. lib. 19.
Iussa exuere. Tacit. lib. 11.
Iustitium exuere. Tacit. lib. 3.
Lacertos exuere: id est, nudare. Virg. 5. Aeneid. 84.
Magistrum exuere. Tacit. lib. 14.
Exuere mẽtem, Animũ uel affectũ deponere. Virg. lib. 4. Aen.
Mentem aliquam exuere, id est, repudiare consilium aliquod. Virg. 4. Aeneid. 64.
Montes exuere, id est, denudare syluis. Stat. 4. Syl. 3. 10.
Exuere mores. Mart. lib. 1. 176.
Antiquos mores exuere. Liu. lib. 7. Decad. 3.
Munia exuere. Tacit. lib. 4.
Obsequium erga imperatorem exuit. Tacit. lib. 3.
Otium exuere. Tacit. lib. 11. Vbi uidetur legendum, induere.
Senatorium ordinem exuere. Tacit. lib. 18.
Exuere ossa, Discooperire, Retegere. Virg. 5. Aeneid. 84.
Pacta exuere. Tacit. lib. 5.
Patriam exuere. Tacit. lib. 21.
Pacem exuere. Tacit. lib. 4.
Pectus exuere curis. Stat. 4. Syla. 4. 6.
Pedorem exuere. Tacit. lib. 5.
Tithonia polum exuerat: id est, Aurora cælum reliquerat. Valerius 3. Argonaut. 1.
Promissa exuere. Tacit. lib. 13.
Exuere aliquem regno, pro Priuare, & auferre ei regnũ. Plinius de Viris illust. 6. Ibidem, 51, Regem Philippum prælio fudit, castris exuit.
Reuerentiam imperij exuere. Tacit. lib. 17.
Profanos ritus exuere. Tacit. lib. 2.
Sacramentum exuere. Tacit. lib. 19.
Exuere se paterno agro, pro Diuendere uel dilapidare paternam hæreditatem. Liu. 2. ab Vrbe, 97. Suet. de Clar. gram. 11, Eoq; facilius licẽtia Syllani tẽporis exutum patrimonio.
Exuere se ex laqueis, pro Liberare. Cic. 7. Verr. 118.
Sedibus aliquem exuere. Tacit. lib. 13.
Exuere senectam dicuntur serpentes. Plin. lib. 20. cap. 23. 2.
Exuere seruitutem. Liu. 4. bel. Maced. 37.
Seruitium exuere. Tacit. lib. 20.
Societatem exuere. Tacit. lib. 10.
Spiritum inimicum exue: id est, animum qui te excruciat. Senec. Thebaid. 1. 9.
Tributa exuere. Tacit. lib. 1.
Tunicas exuerat. Ouid. 2. Fast. 35.
Serpens exuit in spinis uestem. Lucret. lib. 4. 12.
Vetustas exuitur anguibus. Ouid. 3. de Arte, 16.
Virtutes exuere. Tacit. lib. 1.
Vitia exuere. Tacit. lib. 5.
Vultus seueros exuere. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 9.
¶ Exutus, pen. prod. Participium (ἀποδυθείς) Plin. lib. 35. cap. 11. 17, Herculem ab Oeta monte Doridos exuta mortalitate consensu deorũ in cœlum euntẽ. De uarijs picturis.
Bonis exutus. Tacit. lib. 4.
Campus exutus. Tacit. lib. 12.
Diademate exutus crines. Stat. 9. Theb. 33.
Forma exutus. Silius lib. 8. 88.
Pudorem castum exuta. Silius lib. 5. 3.
Pedem unum exuta uinclis. Virg. 4. Aeneid. 104.
Vittis exuta comam. Stat. 11. Theb. 92.
Anguis exutus annis. Stat. 4. Theb. 20.
Dignitas exuta. Tacit. lib. 3.
Luctus exuti morte. Silius, lib. 6. 63.
Laqueis exutæ mulæ. Claud. de Mulabus Gallicis, 12. 4.
Palmæ exutæ uinclis. Virg. 2. Aeneid. 31.
Pectus exutum. Claud. in Epithal. Palladij, 46. 2.
Gelu exuta sydera tepuerunt lõgis solibus. Stat. 5. Theb. 92.
¶ Exuens, tis, Particip. Cice. lib. 50. de Finib. Et hominem ex homine exuens, naturam odisse uideatur.
Exupero] exuperas, pen. corr. (ὑπερβαίνω, ὑπερβάλλω) exuperare, Idem quod Superare & excellere. Cic. 4. Tusc. 125, Quis homo te exuperauit unquam gentium impudentia? Ex poeta antiquo.
Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem. Carmen traductum è Græco à Cicerone, 2. de Diuin. 37.
Exuperare anima: cui mortuum esse opponitur. Cic. Post reditum in Senatu, 19, Quapropter memoriam uestri beneficij colam

Digitized by Google

colam benevolentia ſempiterna, non ſolum dum anima exuperabo mea, ſed etiam cum mortuo monimenta veſtri in me beneficij permanebunt. Vbi ex uetuſto codice legitur, ſuperero anima.

Ardua exuperare. Silius lib. 3. 105.

Dolor exuperabat. Lucret. lib. 6. 257.

Flammæ exuperant, furit æſtus ad auras. Virg. 2. Aeneid. 151.

Genus exuperat nobilitate morum. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 1.

Exuperare laudes alicuius. Liu. 8. bel. Pun. 234. Et lib. 1. ab Vrbe, 242.

Materia exuperans uires. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 12.

¶ Exuperatus, pen. prod. (ὑπερβεβλημένος) Lucr. lib. 2. 47, Sed citius cædunt grauioribus exuperatæ.

¶ Exuperantia, exuperantiæ, Verbale (ὑπερβασις) Eminentia. Cic. 5. Tuſcul. 148, Nónne omnem exuperantiam uirtutis oderunt?

¶ Exuperatio, Aliud uerbale (ὑπερβολὴ) Author ad Herennium, lib. 4, Per exuperationem quum plus dictũ eſt quàm patitur ueritas augendæ ſuſpicionis cauſa.

¶ Exuperabilis, & exuperabile, pen. corr. (ὑπερβλητος) Qui poteſt ſuperari. Stat. Theb. 43, Exuperabile ingenium.

Vallum non exuperabile. Claud. 2. in Ruffin. 26.

Exuperabile, actiua ſignificatione, quod exuperare poteſt. Virgilius 3. Georg. 7,

—— tortoſq; Ixionis angues,
Immanemq; rotam, & non exuperabile ſaxum. Seruius.

Exurdo] exurdas (ἐκκωφόω) exurdare, Cuius paſſiuum poſuit Valerius Max. lib. 2. cap. 1, Græcis actionibus aures curiæ exurdantur. Id eſt, obtunduntur. Plinius lib. 32. cap. 10. 26, Paniculæ flos ſi aures intrauerit, exurdat. Senec. epiſt. 94, Ea ſcilicet quæ ibi tãtis clamoribus exurdato ſalubria inſuſurret uerba.

Vina exurdant palatum. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 8, Aliqui legunt, exſurdant, interpoſita ſ litera.

Exurgo] exurgis, exurrexi, exurrectum (διεγείρομαι, ἀνίσχμαι) exurgere. E loco ſurgere. Plautus Moſtel. 15. 28, Quæſo exurge, pater aduenit.

Exurgere & erigere ſe. Cic. 2. pro leg. Manil. 86.

Si eſſet iugulata, nunquam exurgeret. Cic. 13. Phil. 376.

Exurgere à genibus. Plaut. 7. 15.

Exurgere de nocte impigrè. Plaut. Rud. 22. 8.

Exurgere foràs. Plaut. Milit. 4. 3. Foràs abire.

Exurgere ex inſidijs. Liu. 7. bel. Pun. 223.

Pauliſper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis non neceſſariæ. Cic. pro Cluentio, 134.

Exurgere atq; erigere ſe, per translationem, pro Erigere ſeſe, & afflictionibus liberari. Cic. pro leg. Agra. 86. Idem ad Atticum, lib. 7. 132. 2, Nos autem ubi exurgere poterimus, aut quando?

Exurget Reſp. Cic. ad Caſſium, lib. 12. 10. 9.

Exurgit mons ab Indico mari. Plin. lib. 5. cap. 27. 7.

Colles exurgunt uertice. Silius, lib. 7. 55.

Dolor exurgit grauior. Seneca Medea, 2. 10.

Exurgere ædificijs dicitur urbs. Liu. 6. ab Vrbe, 18.

Voluntas exurgendi. Lucret. lib. 3. 35.

Exuro] exuris, pen. prod. exuſſi, exuſtum (ἐκκαίω) exurere, Idem quod Vrere, & igne prorſus conſumere ſignificat. Cic. in Piſ. 77, Epirus exciſa, Locri, Phocij, Bœotij exuſti.

Ex animo exuri. Cic. 3. de Natur. deor. 9, Fortè legendum eſt exui uel erui.

Igni exuritur ſcelus. Virg. 6. Aeneid. 149.

Sitis exurit miſeros. Lucret. lib. 3. 188.

Sol graciles exurit artus. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 2.

¶ Exuſtus, Participium (ἐκκεκαυμένος) ui, Media uerò terrarum, quaſi ſolis orbita eſt, exuſta flammis & cremata, Plinius lib. 2. cap. 68. 2.

Viuus exuſtus eſt. Cic. 3. Verr. 48.

Ager exuſtus morientibus æſtuat herbis. Virg. 1. Georg. 22.

Exuſtus ſole caſeus. Colum. lib. 7. cap. 8. 4.

Corpus exuſtum. Silius lib. 3. 55.

Flos exuſtus ſiti ueteris ubertatis exaruit. Cicero de claris Oratt. 8.

Palus exuſta. Virg. 3. Georg. 85.

¶ Exuſtio, Verbale (ἐκκαυσις) Cic. in Somnio Scip. 24, Propter eluuiones exuſtionesq; terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, &c.

Exuſtio ſolis. Plin. lib. 17. cap. 24. 7.

Exuſcito] exuſcitas, pen. corr. (ἐξαναίρω, ἐγείρω) exuſcitare, Idem quod Suſcito. Cicer. pro Murena, 18, Te gallorũ, illum buccinarum cantus exuſcitat. Idem 3. de Orat. 121, Quietum exuſcitat.

Exuſcitari & commoueri. Author ad Heren. lib. 3. 131.

Clamore aliquem exuſcitare. Author ad Heren. lib. 3. 114.

Exuſcitare animos. Cic. 1. Off. 21.

Memoriam naturalẽ exuſcitare. Author ad Heren. lib. 3. 129.

Exuſcitare ſe. Brutus ad Cic. 16. 20.

Exutus] Vide Exuo.

Exuuiæ] exuuiarum, pluralis tantum numeri (λάφυρα, ἔναρα) dicuntur ſpolia hoſtibus detracta, ab exuendo quidem dictæ, ut inquit Feſtus. Cic. pro l. Manil. 38, Quum eum uobis maiores veſtri exuuijs nauticis & Claſſium ſpolijs ornatum reliquiſſent. Virg. 2. Aeneid. 55,

—— qui redit exuuias indutus Achilli.

Bellorum exuuiæ. Iuuenal. Satyr. 10. 14.

Capitis exuuiæ. Senec. Hippol. 12. 6. Intelligit capillos.

Dulces exuuiæ. Virg. 4. Aeneid. 131.

Nauticæ exuuiæ Vide Nauis.

Exuuiæ non ſolum (inquit Nonius) hominum tegmina aut veſtes dicuntur, ſed etiam animalium quorumlibet: ut, Exuuiæ bubulæ, pro corio aut tergore aut pelle bubula. Plaut. Moſtell. 12. 23.

Exuuiæ ſerpentis. Virg. 3. Georg. 88.

Exuuiæ pecudum. Actius Bacch.

Poſitus exuuijs nouus coluber. Virg. 22. Aeneid. 95.

Leonis exuuiæ. Virg. 9. Aeneid. 64.

F

LITERA, ſextaordine alphabeti, quã ueteres aliquando aſpirationis loco ſcribebãt, Fordeũ dicẽtes, Traſo, Veſo, Fircus, Forreum, pro Hordeum, Traho, Veho, Hircus, Horreum. Aliquando eius loco priora quædam ſecula pronuntiarunt B, Bruges ſcribentia, & alia quæ poſteri per F, fruges ſcribere maluerunt. Dicta eſt & Aeolicum digamma. Vide Digamma.

F. uel FIL. Filius. F. uel F. Filia. F. Fecit. F. FA. Filiusfamiliãs. FAB. Fabius. FABR. Fabricius, Faber, uel Fabrorũ. FAC. Facti. FAC. C. Facundium curauit. F. C. Fideicommiſſum, Fiduciæ cauſa, Fraude creditoris, Faciundum cæſuit, uel curauit. F. D. Fides data, uel Fide data. F. E. Fides eius. F. E. D. Factum eſſe dicetur. FF. Fecerunt,

uel Fundauerunt, uel Fabricauerunt, uel Fabrefactura, uel Fabrefactum. F.F. Fabricari fecerunt, uel Filius familiâs, uel Fidem fecit, uel Flauius fecit. F. F. E. Fiat fides eius. F.F.F. Ferro, flamma, fame, uel Flauius filius fecit, uel Fortior fortuna fato, uel Fortius fortuna fatũ. F.F L. uel F R.F. Fratris filius. F.H. Filius Hæres. F.I. Fieri iußit. F.M. Fieri mandauit, uel Fati munus. F.M.I. Fati munus impleuit. F. N. Fides nostra. F. N. C. Fidei nostræ commisit. F.V.C. Fraudis ue causſa.

ꝑ litera solo puncto postposito, non tantùm filium, ut uulgò arbitrantur, sed etiam fratrem denotat. Extat in Bruto Ciceronis exemplum, quum ait, Festiuitate igitur & facetijs, inquam, C. Iulius. L. F. Vbi F litera fratrem denotat. Nam teste Pediano in orat. pro Scauro, is C. Iulius habuit fratrem L. Iulium.

Faba] huius fabæ (κύαμος) Legumen notum. Terent. Ennucho, 2.3.89, At enim isthæc in me cudetur faba.

¶ Fabula, huius fabulæ, pen. corr. Diminutiuum (κυάμιον) Plaut. Sticho, 14. 8, Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

¶ Fabulum, (κύαμος) pro Faba, apud Gellium lib. 4. cap. 11, Opinio uetus falsa occupauit & cõualuit, Pythagorã Philosophum non esitauisse ex animalibus. Itẽ abstinuisse fabulo, quẽ κύαμον Græci appellant. Paulò pòst fabã appellat.

Abstinere faba. Cic. 2. de Diuinat. 179.

¶ Fabaginus, pen. corr. Adiectiuum (κυάμινος) ut, Fabaginum acus. Cato cap. 54.

¶ Fabarius, adiectiuum aliud (κυάμεος) Quod ad fabam pertinet: ut, Insulæ fabariæ. Plin. lib. 4. cap. 13. 7. à frugis similitudine ſpõte prouenientis. Cato ca. 12, Pilũ fabariũ unũ.

Fabariæ Calendæ, Iuniæ dicebantur, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur. Macrobius.

¶ Fabale, huius fabalis, pen. cor. n. g. Stipula fabalis, siue grãdis ille culmus, de quo pendent siliquæ fabaceæ. Plin. lib. 18. cap. 12. 3. Colum. lib. 2. capit. 10. 7, Veteres itaq; rusticos plerunq; dicentes audio, male se matura fabalia quàm fructum trimestrem.

¶ Fabalis, & hoc fabale, pen. prod. (κυαμικὸς) Plin. lib. 22. cap. 25. 20, Fabalium etiam siliquarum cinis, ad coxendices, & ad neruorum ueteres dolores, cum adipis suilli uetustate prodest. Ouid. 4. Fast. 146,

Çertè ego de uitulo cinerem, stipulamq; fabalem
Sæpe tuli plena februa tosta manu.

¶ Fabacia, huius fabaciæ, Genus libi è fabis confecti à ueteribus dicebatur. Plin. lib. 18. cap. 12. 1, Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis dijs in sacro est.

¶ Fabataria, Vasa, aut patellæ, in quibus puls fabata ponebatur, & laribus offerebatur. Lampridius, Vt pro nascentis apiastri fasce laribus & fœnogræco exhiberet plenis fabatarijs & discis. Sic legit & interpretatur Turnebus.

Fabaris] pen. corr. (φάβαρις) inquit Seruius, Italiæ fluuius qui per Sabinos transit. Virgil. lib. 7. 143,

Qui Tyberim Fabarimq; bibunt, &c. Fabaris, eodem Seruio authore, etiam Farfarus dicitur. Ouid.

—& amœnæ Farfarus umbræ.

Fabaria] Insula est in mari Germanico, non procul à Cimbrica Cherrhoneso, alio nomine Burchana dicta: Fabaria à Romanis appellata, propter similitudinem frugis sponte ibi prouenientis. Author Plinius lib. 4. cap. 13.

Fabella] Vide Fabula.

Faber] Piscis est, alio nomine Zeus appellatus, quem Gadibus principatum obtinere, author est Plin. lib. 9. cap. 18.

Faber] huius fabri (τέκτων) A' faciendo nomen accipit: idẽq; significat quod adiectiuũ sibi adiunctũ. nam est omnis artifex qui labore corporis aliquod artificiũ facit: siue quiè quauis materia facit aliquid, excepto gypso, argilla, cera, & similibus. Nam hi plastæ dicuntur. Plaut. Most. 8. 91,

Taceſis faber, qui cudere soles plumbeos nummos.

Aeris, eboris, & marmoris fabri. Horat. 2. epist. 1. 19.

Faber aurarius. Vide Aurũ. Faber ærarius. Vide Aes, æris.

Faber ferrarius, Qui cudit & tractat ferrũ. Plaut. Rud. 13. 47.

Tignarius faber. Cic. de claris Oratoribus, 139.

Faber, pro structore. Cic. Varroni, lib. 9. 2. 12, Si quis adhibere uolet non modò ut architectos, uerumetiam ut fabros ad ædificandam Remp. Idem Pæto, lib. 9. 15. 14. Budæus.

Fabrûm in genituo plurali rectius dicitur quàm fabrorum, Ciceroni in Orat. 87, Fabrûm & procûm audio dicere, non fabrorum & procorum.

Præfecti fabrum alicuius. Cæsar Oppio Cornelio, in Epist. ad Atticum, lib. 9. 177. 3.

¶ Fabrè, Aduerb. (τεχνικῶς) Artificioſè Plau. Pœnulo, 7. 74,

Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallaciã. Idẽ Meneh. 4. 21, Hoc lepidum est, hoc factum est fabrè. Sed iam ab usu receſsit, magis enim utimur alio aduerbio, Affabrè.

Fabram artem, adiectiuè posuit Ouid. 8. Metam.

¶ Fabrefacio, fabrefacis, pen. corr. fabrefeci, pen. prod. (τεχνιτεύω) fabrefacere, Artificioſè aliquid componere uel ædificare. Plaut. Casina, 21. 7,

Nec fallaciam astutiorẽ ullus fecit poeta, atq; ut hæc est Fabrefacta à nobis. Plin. de Viris illustribus, 33, Classem magis ualidã q̃ decorã fabrefecit. Liu. 4. bel. Maced. 192, Fabrefacta uasa. Legitur & disiunctim, fabrè facta.

¶ Fabrico, fabricas, pen. cor. (τεύχω, τεκταίνομαι, τεχνάομαι, κατασκευάζω, κτίζω, χαλκεύω) fabricare. Ouid. li. 13. Metã.

Craterem Aeneæ, quem quondam miserat illi:
Miserat hunc illi Thersea, fabricauerat Alcon.

Gladium fabricare. Quintil. lib. 3. cap. 2. 2.

Fabricare animum & formare, Philosophia dicitur. Senecæ epistol. 16.

Morari fabricare. Silius lib. 16. 134.

Fabricare uerba. Cic. 4. Academic. 35.

¶ Fabricari, Paßiuè. Quint. Non fabricetur militi gladius.

¶ Fabricor, fabricaris, deponens (κατασκευάζομαι) Idem. Cic. 1. de Orat. 99, Capitolij fastigium illud & cæterarum ædium non uenustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Idem 1. Offic. 208, Vt enim pictores & ij qui signa fabricantur.

Gladium fabricari. Cic. pro Rab. Posthum. 9.

Naues fabricari. Tacit. lib. 14.

Fabricari, etiam ad animum refertur. Curtius, Multa interest fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hostem posset.

Fingere & fabricari. Cic. 4. Acad. 152.

Quæ terra gignit, talia sunt, ut ea ipsa dij immortales ad usum hominum fabricati penè uideantur. Cic. 7. de Nat. deor. 8.

Quãto quasi artificio natura fabricata est primùm animal omne, deinde hominem maximè. Cic. 4. Acad. 59.

¶ Fabricatus, pen. prod. Participiũ (κατασκευασμένος) Cic. de Vniuers. 22, Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant. De mundo.

Arma fabricata. Claud. 1. Paneg. 21.

Fulmen fabricatos esse Ioui Cyclopas in Aetna putant. Cicer. 2. de Diuinat. 63.

Machina fabricata. Virg. 2. Aeneid. 10.

Pocula fabricata fago. Ouid. 8. Metam. 135.

¶ Fabricator, penult. prod. Verbale (κατασκευαστὴς, κτίστης, τεκτονικὸς) ut, Fabricator minutorum opusculorũ Myrmecides. Cic. 4. Acad. 216.

Doli fabricator. Virg. 2. Aeneid. 53.

Morbus lethi fabricator. Lucret. lib. 3. 96.



Digitized by Google

*Mundi fabricator.* Quintil.lib.2.cap.16.7.
*Fabricator imitatus exemplar.* Cic.2.de Vniuerſ.7.
¶ *Fabricatio,* (κτίσις) *Aliud uerbale.* Cic.2.de Nat. deor.201.
*Hominis fabricatio perſpecta.* Cic.2.de Nat.deor.201.
*Immutatio in uerbo fabricationem non habet, ſed in oratione.* Cic.3.de Orat.91.
¶ *Fabrica, huius fabricæ, pen. corr.* (τεκτονικὴ) *Propriè inquit Sipontinus eſt fabri lignarij officina: ueruntamen & de aliorum fabrorum officinis dicitur.*
*Fabrica ferrea.* Plin.lib.7.cap.56.7.
*Fabrica, Ars, & ut ita dicam, fabricatio alicuius rei, & machinatio.*
*Fabricam apparare.* Plaut.Pœnul.15.135.
*Fabricas admouere.* Plaut.Ciſtel.6.5.
*Fabricam fingere ad aliquem.* Terent.Heaut.3.2.34.
*Ars, fabrica.* Cic.2.de Nat.deor.49, *Pictura & fabrica, cæteræq; artes habent quendam abſoluti operis effectum.*
*Aeris & ferri fabrica.* Cic.2.de Nat.deor.24.
*Confectionis materiæ fabrica.* Cic.1.de Diuinat.190.
*Præeſſe fabricæ alicuius.* Cic.3.de Nat.deor.75.
*Fabricam, pro compactione & coagmentatione poſuit.* Cic.1. Offic.177, *Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum uerecundia.*
*Admirabilis fabrica membrorum animantium.* Cic.2.de Natura deor.181.
*Explicetur incredibilis fabrica naturæ.* Ci.2.de Nat.deo.208.
¶ *Fabricus, a, um, pen. corr.* (τεκτονικὸς) *Adiectiuum.* Paulus in l. *ſi mancipia. ff. de inſtructo uel inſtrumento leg. Seruũ uerò arte fabrica peritum,* &c.
¶ *Fabrilis, & hoc fabrile, pen. prod.* (τεκτονικὸς, χαλκευτικὸς, χαλκότυπος) *Quod eſt fabri. ſiue ad fabrum pertinens ut, Opus fabrile.* Horat.1.epiſt.1.24, *Tractant fabrilia fabri.* Sic, *Fabrile miniſterium,* Plin.lib.16.cap.43.3.
*Dextra fabrilis.* Ouid.4.Metam.35.
*Fabrile erratum.* Cic.ad Atticum, lib.6.111.30. Sic, *Fabrile glutinum.* Plin.lib.28.cap.11.18. Et, *Fabrile ſcalprum,* Liu.7. bel.Pun.259.
*Flamma fabrilis.* Claud.2.Paneg.36.
*Fabrilis manus.* Mart.lib.11.78.
Fabianus] *Adiectiuum: ut, Arcus Fabianus, qui conſtructus eſt iuxta regiam in Sacra uia.*
Fabianus] (φαβιανὸς, *Martyris nomen, qui unà cum Sebaſtiano, quòd Chriſtum profiteretur, ſupplicio eſt affectus.*
*Fabianus Papyrius, Authoris nomen apud Plin. quem naturæ rerum peritiſſimũ idem quoq; affirmat, lib.36.cap.15. Huius quoq; meminit Seneca in epiſtolis.*
*Fabianus* (φαβιανὸς) *Pagus in Sulmonenſi Italiæ agro, ubi & arua rigantur: herbæ aqua illa necantur, fruges aluntur, & riguus pro ſarculo eſt. Plura* Plin.lib.17.cap.26.
¶ *Fabiani & Quintiliani appellabantur Luperci, à Fabio & Quintilio præpoſitis ſuis.* Feſtus.
Fabienſes] *Italiæ populi, quorũ meminit* Plin.lib.3.cap.5.
Fabius] φάβιος. *Trecẽti (inquit Seruius) in Fabiorũ familia fuerunt, qui coniurati cum ſeruis & clientibus ſuis, contra Veientes dimicarunt, & inſidijs apud Cremeram fluuium interrempti ſunt, de quibus* Ouid.in Faſtis,

*Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,*
*Ad bellum miſſos abſtulit una dies.*

*Ex his unus tantũ ſuperfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiã in ciuitate remanſerat. Hic poſtea Dictator creatus, quũ Annibalis impetũ ferre nõ poſſet, mora eũ eluſit, & ad Campaniam traxit, ubi delicijs eius uirtus obtorpuit. De quo ait Ennius,*

*Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.*

*Hæc Seruius, illud Virgilij lib. Aeneid.6. explicans,*

*Quò feſſum rapitis Fabij? Fuit et alius Fabius, Allobrox cognominatus à rege Allobrogũ, ad Iſarã flumẽ interẽpto.*

*Victrices moræ Fabij.* Propert.lib.3.eleg.3.2.
¶ *Fabius Dorſenus, Poeta comicus, cuius teſtimoniũ citat Plin. lib.14.cap.13. de uinis antiquorũ uerba faciens.*
¶ *Fabius Perſicus, quem impuriſſimum & obſcœniſſimum omnium mortalium deſcribit Seneca, & perpetuis inurit ſtigmatis. Is planè eſt quẽ Iuuenalis pſtrinxit quũ ſcripſit,*

*Cur Allobrigicis & magna gaudeat ara,*
*Natus in Herculeo Fabius lare,* &c.

*Fabius, pictor, homo nobiliſſimus, iuris & literarum antiquitatis bene peritus,* Cic.in Bruto, 40. Quintil.lib.1.cap.6.8.
¶ *Fabius, Adiectiuum* (φάβιος) *ut,* Gens Fabia. Ouid.3.de Ponto, eleg.3.1.
Fabrateria] *oppidum Cãpaniæ, iuxta quod Trerus amnis fluit.* Silius lib.8.79, *Hic Fabrateriæ uulgus,* &c.
Fabraterni] *noui, et Fabraterni ueteres, Populi ſcilicet in Italia ex Falerno agro cognominati, ut docet* Plin.lib.3.ca.5.
Fabræ, Fabrica, Fabricatio] *Vide* Faber.
Fabricenſes] *in Imperatorum conſtitutionibus appellãtur, qui in ſacris fabricis arma cudebant.* Iuſtinian. Nouell.85, συμβάλομεν τὸ τῆς ὁπλοποιΐας ὄργανον μηδενὶ ἐξὸν ἰδιώτην ὀργάζεσθαι· μόνοις δὲ ἐκείνοις τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τοῖς οὐ ταῖς δημοσίαις καταλεγομένοις, ὁπλοποιίαις, ἢ ταῖς λεγομέναις φάβρικι. *Fabricæ autẽ in Imperio Romano 19. præcipuæ erant, uidelicet in Illyrico, 5. in Italia, 6. in Gallijs, 8. erantq; ſub diſpoſitione magiſtri officiorum.* Ex Briſſonio.
Fabricianus] *pen.prod. matrem Fabiam interfecit, quòd illa Fabium Fabricianum maritum ſuũ occidiſſet, ut liberius adulterium cum Petronio adoleſcente cõmitteret. Author Doſitheus apud Plutarchum.*
Fabricius] φαβρίκιος, *Conſul Romanus, qui contra Samnites & Pyrrhum regem bella geſſit: ualde ſobrius, & fidelis. Nam munera hoſtium ſpreuit, & regis medicum ſibi pollicentem necem domini ſui, ligatum remiſit ad regẽ, ſcribens etiam quid illi facere uoluiſſet. Vide Ciceronẽ lib.3.Offic.*
*Paruo potens Fabricius.* Virg.6.Aeneid.169.
*Pauperis Fabricij animoſa umbra,* Claud.1.in Eutrop.91.
¶ *Fabricius, Adiectiuũ* (φαβρίκιος) *ut, Pons Fabricius.* Horat. 2.Serm.Satyr.3.8. *Pons Fabricius dicitur qui eſt inſulæ illius quæ in medium Tyberim poſita eſt: ideo Fabricius, quia à Fabricio factus.* Porphyr.
Fabrico, Fabrile] *Vide* Faber.
Fabula] *fabulæ, pen. cor.* (μῦθος) *Propriè eſt res paſſim uulgata, etiam ſi uera ſit: à fando dicta, ut ait Varro lib. 5. de Ling. Lat.* Iuuenalis,

*Vt noua nec triſtis per cunctas fabula cœnas.*

Terent.Hecyra, 4.3.1.4, *iam nos fabulæ ſumus,*

*Pamphile, ſenex atq; anus.* Horat.Satyr.1.
*— quid rides? mutato nomine, de te*
*Fabula narratur.* Martial.lib.1.86,
*Quodq; tibi mœchum fabula nulla dabat:*
*Eſſe uidebaris fateor Lucretia nobis.*

*Fabula, eſt in qua nec ueræ, nec uerisimiles res continentur: cuiuſmodi eſt: Angues ingentes alites iuncti iugo,* Cic.1.de Inuent.39. *Author ad Herenn. lib.1.13.*
*Lupus in fabula. Vide* Lupus.
*Fabula, Res ad utilitatem, ſiue delectationem hominum conficta, ut ſunt poetarum fabulæ, & hæ quæ licet ab Heſiodo poeta initium acceperint, nomine tamen dicũtur Aeſopiæ.* Cic.3.de Nat.deor.84, *Iã uerò quid uos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum exectum à filio Cælum, uinctum itidem à filio Saturnum?*



Digitized by Google

Fabulæ comicorum. Terent in prolo. And. 3,
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.
Apologus, fabula, irrisio. Cic. 1. de Inuent. 36.
Nutricularum fabulæ. Quintil lib. 1. cap. 9. 2.
Aniles fabulæ. Quintil. lib. 1. cap. 8. 13.
Conuiuales fabulæ. Tacit. lib. 5.
Monstrosa, turpisq; relatu fabula. Claud. 2. in Eutrop. 110.
Notißima fabula. Ouid. 4. Metam. 38.
Par fabula somnio. Senec. Troad. 5. 8.
Personata fabula. Vide Personatus.
Poeticæ fabulæ. Quintil. lib. 5. cap. 11. 14.
Puerilis fabula. Stat. 2. Achil. 55.
Vulgaris fabula. Silius lib. 4. 11.
Accommodare fabulas. Vide Accommodo.
Agere fabulam. Vide Ago.
Conficere totam fabulam. Cic. 2. Philipp. 54.
Fabulas contaminare. Vide Contamino.
Credere fabulis. Cic. 2. de Diuinat. 168.
Decantata erat fabula, sed complere paginam nolui. Cic. Attic. lib. 13. 288. 6.
Fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur. Quintil. lib. 5. cap. 10. 7.
Conciliationis & gratiæ fabulam dare. Cic. pro Cluent. 68.
Docuit primus fabulam Liu. Cic. de clar. Orat. 36.
Fictæ fabulæ. Cic. pro Milone, 6.
Fieri fabulam. Horat. 1. epist. 13. 2.
Cinis & manes, & fabula fies. Pers. Satyr. 5. 6.
Incœptare fabulam. Vide Incœpto.
Inseratur huic loco fabula. Vide Insero.
Persegere fabulam. Cic. de Senec. 59.
Fabulam esse. Horat. Epod. 11. 2.
In fabulis esse, Est hominũ sermone temerario celebrari. Suet. in Augusto, cap. 70. Vide In.
Fabulæ: Verbum in responsione poni solitum, quum negamus uerum esse quod quis dicit, ueluti per tædium. Terent. Heaut. 2. 3. 95 Idem And. 1. 3. 19,
— ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam: fabulæ:
Mihi quidem hercle non fit uerisimile.
¶ Fabella, Diminutiuum (μυθίδιον) Cicero pro Celio, 51, Verũ hæc tota fabella ueteris & plurimarũ fabularũ poetriæ.
Breuiter fabella. Quintil. lib. 5. cap. 11. 16.
Commentitiæ fabellæ. Cic. 2. de Diuinat. 120, Nihil debet esse in philosophia commentitijs fabellis loci.
Agere festiuè fabellam. Cic. Q. fratri, lib. 2. 16. 13.
Narrare fabellam. Cic. 2. de Orat. 133.
¶ Fabulor, pen. corr. fabularis (μυθολογέω, μυθεύομαι) fabulari, à famen deriuatur, & significat loqui. Plaut. Capt. 11. 3,
Quid fabulabor? quid negabo, aut quid fatebor? Idem Mercatore, 7. 24,
Quid illud quod solus secum fabulatur filius.
Inter se fabulari. Vide Inter.
Fabulari falsa. Plaut. Epid. 13. 38.
Fabulari, ioco excipere, & habere ludibrio. Plaut. Trucul. 4. 75, Non isthæc mea benignitas docuit te fabularis?
Fabulari, aliquando pro Ineptè garrire sumitur. Liu. lib. 5. Decadis 5, Et tu Centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decreuit, potiùs, quàm quid Sergius Galba fabulatur, audi.
¶ Fabulo, fabulas, pĕ. cor. actiuè (μυθεύω) Plaut. Milite, 8. 32,
— mala es. PH. imò ecastor stulta multum,
Quæ uobiscum fabulem.
Fabulandi sermones conferre. Plaut. Pœnulo, 2. 34.
¶ Fabulator, pen. prod. huius fabulatoris (μυθοποιὸς) facundus & facetus congerro. Suet. in Augu. 4, cap. 78, Si interruptum somnum recuperare, ut euenit, non posset, lectoribus aut fabulatoribus accersitis resumebat.
¶ Fabularis, & hoc fabulare, pen. prod. (μυθικὸς) ut, Historia fabularis. Sueto. in Tiberio, cap. 70, Maximè tamen curauit historiæ fabularis notitiam usq; ad inepias atq; derisum.
¶ Fabulosus, pen. prod. Adiectiuum (μυθώδης) Ducitur celeberrimũ, de quo omnes fantur: uel de quo multa finguntur. Horat. 1. Carm. ode 22. 2,
— uel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.
Colitur illic fabulosa Dercto. Plin. lib. 9. cap. 13. 2. Horat. 3. Carm. ode 4. 2,
Me fabulosæ Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliæ, &c.
Fabulosa antiquitas. Vide Antiquus.
Fabulosior, comparatiuus. Plin. lib. 33. cap. 1. 3, Midæ quidem anulũ, quo circumacto habentẽ nemo cerneret, quis nõ etiã fabulosiorem fateatur? Dixerat antè de Promethei anulo.
¶ Fabulosè, pen. prod. Aduerbium (μυθικῶς) Hoc est, mẽdosè. Plin. lib. 32. cap. 11. 2. Idem lib. 5. cap. 1. 2, Colonia à C. Cæsare facta Lixos, uel fabulosissimè ab antiquis narrata.
¶ Fabulositas, pen. corr. Denominatiuum (μυθολογία) Plinius libro 36. cap. 13. 82, Sed quum excedat omnia fabulositas. Idem lib. 7. cap. 52.
Fabulinus] Deus, qui pueris primò fari incipientib. præesse putabatur, cui etiam Romani sacrificabant, quum primùm liberi eorum fari incipiebant. Author Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.
Fabulum] Vide Faba.
Facesso] Vide Facio.
Facetus] pen. prod. Adiectiuum (σὺν τρόπῳ, σὺν χάριτι, φιλοπαίγμων, γωμύλος) A fando deduci uidetur, & is dicitur qui uerbis facit quod uult: authore Donato. Cic. pro Quin. 6, Nã neq; parum facetus scurra Sex. Næuius. Plaut. Milite, 10. 47, Cauillator facetus, uel commodus conuiua item ero.
In altercando cum aculeo, & maledicto facetus. Cic. de claris Oratoribus, 90.
Non parum facetus. Vide Non.
Genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum. Cic. 1. Offic. 145.
Homo facetus inducit sermonem urbanum ac uenustum. Cic. pro Domo sua, 74.
Acuti, elegantes, faceti, breues homines. Cic. de claris Orat. 2.
homo minimè ineptus, & facetus. Cic. de claris Orat. 162.
Faceta & elegans ironia. Cic. de claris Orat. 101.
Faceto lepôre solers. Plin. lib. 17. cap. 1. 4.
Narratores faceti. Cic. 2. de Orat. 121.
Facetißimus poeta ueteris comœdiæ, Aristophanes. Cicero 2. de Legibus, 60.
Facetißimi sales. Plin. libro 35. cap. 10. 49.
Sermo facetus, & nulla in re rudis. Cic. 1. de Orat. 17.
¶ Facetum, faceti, pen. prod. n. g. Substantiuum (σὐτραπελον) Quintil. lib. 6. cap. 3. 13, Facetum quoq; non tantum circa ridicula opinor consistere.
¶ Facetiæ, facetiarum, pluraliter tantùm (σὐτραπελίαι, λαμπρότητες, γωμυλίαι) Deliciæ quædam sermonis, & dicta urbana sine scurrilitate: quæ etiam in factis intelligi possunt. Cic. 1. Offic. 186, Sale uerò & facetijs Cæsar Catuli patris fratem uicit omnes.
Duo sunt genera facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum: alterum peracutum & breue: illa à ueteribus superior cauillatio: hæc altera dicacitas nominata est. Cic. 2. de Orat. 120. Idem in Orat. 47. & 48, dicit facetiæ genus esse salium.

Lepôrum

Digitized by Google

Leporum facetiarum disertus puer. Catul. in Asiniu, epig. 12.2.
Facie magis quàm facetijs homo. Cic. Attico, lib. 1.8.4.
Facetiarum & urbanitatis oratorius, nō scurrilis lepôs. Cicero de claris Orat. 74.
Acerbæ facetiæ. Tacit lib. 5.
Asperæ facetiæ. Tacit. lib. 15.
Accedat eodem oportet lepos quidam, facetiæq; & eruditio libero digna. Cic. 1. de Orat. 10.
Capi mirificè facetijs. Cic. Peto, lib. 9.15.5.
Conditus sale & facetijs Cæsar. Cic. 1. Offic. 185.
Oblitæ Latio facetiæ. Vide Oblino.
Sale, lepôre, politißimis facetijs pellicere aliquem. Cicero 1. de Orat. 125.
Festiuitate & facetijs equalibus suis præstare. Cicero de clar. Orat. 91.
Superabat sale, facetijsq; omnes Scipio. Cic. de clar. Orat. 66.
¶ Facetè, pen. prod. Aduerbium (λαμυρῶς, σωμύλως) Urbanè, & festiuè atq; elegāter. Plaut. Asin. 11.35, Ut aßimulabat Sauriam me esse, quàm facetè! Terent. Eunuch. 2.2.57, ebo
——num nam tu hic relictus custos,
Ne quis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet?
P. Facetè dictum. Cic. in Verr. Act. 6, Nunquam tantum mali est Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicāt. Idem 1. de Finib. 60, Ut è patre audiebam facetè & urbanè Stoicos arridente. Idem 2. de Orat. 123, Noster hic facetißimè tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legētidos dedit.
Quod facetè dicitur, id alias in re habere, alias in uerbo facetias. Cicero 2. de Orator. 137.
¶ Facetosus pen. prod. Adiectiuum (εὐτραπελώδης) Cice. 2. de Finib. 164, In quantam hominum facetosam urbanitatem incurratis, non dico.
Facies] pen. corr. huius faciei, pen. prod. fœm. gen. (πρόσωπον, ὄψις, πρόσοψις, εἶδος) Dicitur in homine os, nasus, oculi, genæ: & quod Græci πρόσωπον dicunt. Plin. libr. 11. cap. 37.15, Facies homini tantum, cæteris os aut rostra: frons & alijs, sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Terent. Eunuch. 2.1.24,
——papæ honesta Facie. Salust. Prorsus in facie, uultuq; uecordia inerat. Plaut. Milit. 14.35,
Collaudato huius formam & faciem. Vide Vultus.
Facies, Aliquando totius corporis forma, & habitus: tota species quæ apparet & cernitur. Plaut. Trin. 13.55,
—qua facie est homo?
S. Sesquipede quidem est, quàm tu longior. Eunucho 2.3.5, O faciem pulchram.
Forma & facies. Cicero 1. Offic. 24.
Facies & statura. Cic. 2. Philipp. 59.
Insignis facie iuuenis. Virgil. 9. Aeneid. 71. Ouid. epist. 5.25.
Præsignis facie puella. Ouid. 3. de Arte, 154.
Aduersa facies. Quintil. lib. 2. cap. 13.6.
Facies cadauerosa. Vide Cadauer.
Cicatricosa facies. Quintil. lib. 4. cap. 1.43.
Decora facies. Horat. 1. Serm. Satyr. 2.18.
Egregiæ facies. Lucret. lib. 5.236.
Flammata facies: id est, iracunda. Senec. Medea, 6.2.
Hispida facies. Horat. 4. Carm. ode 10.1.
Humana facies. Ouid. 2. Metam. 133.
Nec facies impar nobilitate fuit. Ouid. 4. Fast. 62.
Incesta facies. Lucan lib. 10.21.
Informis facies. Lucan. lib. 6.44.
Ingenua facies. Vide Ingenuus.
Inscripta facies: id est, signata uel ferro, uel alia quauis re. Cla. 2. in Eutrop. 69.
Inuisa facies. Virg. 2. Aeneid. 120.
Irata facies. Lucan. lib. 8.129.
Liberalis facies. Vide Liber.
Facies mala. Quintil. lib. 6. cap. 3.22.
Mendosa facies. Ouid. 12. Metam. 80.
Mœsta facies. Lucan. lib. 8.14.
Mœstißima facies. Valerius 2. Argonaut. 99.
Peregrinæ facies. Vide Peregrinus.
Præstante facie puella. Ouid. 3. Fast. 94.
Puerilis facies. Ouid. 8. Metam. 65.
Pulchra facies. Ouid. epist. 24.11.
Rara puella facie. Ouid. 14. Metam. 67.
**Falco** ] *conis (ἱέραξ) Auis est ex accipitrum genere, ita dicta (ut Festus innuit) quòd ungues more falcis habeat introrsum flexos. Auis huius uolatus à ueteribus in auguriis maximè obseruabatur. Feliciſsimum siquidem omen ad res agendas putabant, si falco à siniſtra uolaſſet. unde & à Græcis ἱέραξ, quaſi ſacra auis uocatur. Campani Capyn olim uocabant, à qua etiam nonnulli uolunt Capuæ nomen eſſe impoſitum, quòd ex uolatu falconis, de ea ædificanda ſumptũ fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (ut hodie à Principum aucupibus obſeruatũ eſt) fœminæ. Mares uerò ſunt, quos uulgus hodie uocat Moſcardinos.*

**Falere** ] *neut. gen. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 5. 12, Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis à falere pedẽ & dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinq;, ut in cubitras & columnellas conuiuæ pedibus circumire poſſint. In fimo intra falere eſt ſtagnum cum margine pedali, & inſula in medio parua. Circum Falere & natatilia ſunt excauata anatum ſtabula. Verbum architecturæ incognitum.*

**Falerij** ] *orum (φαλέριον) Oppidum fuit Faliſcorum in Tuſciæ mediterraneis. Author Ptol. lib. 3. cap. 1. Feſtus, Faleri, oppidum à ſale dictum. Falerina tribus. Vide* Tribus.

**Falernus** ] *ager (φαλέρνος, φαλερῖνος) à ponte Campano incipit læua petentibus urbanum coloniam Syllanam, antea Capuæ contributam. Illic enim uitiferi colles incipiunt, & temulentia ſucco nobilis per omnes terras inclyto, atque ut ueteres dixere ſummum Liberi patris cum Cerere certamẽ. Ex Plinio lib. 3. cap. 5. 23.*

*Summis collibus Gauranum gignitur uinum, mediis Fauſtianũ. imis Falernum. Falerno inter generoſa uina Italiæ ſecũda nobilitas erat. Ex Plinio lib. 14. cap. 6. 5. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 7.*

*Cellæ Falernæ. Virg. 2. Georg. 20.*

*Vina Falerna. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 11.*

*Vites Falernæ. Horat. 1. Carm. ode 20. 2.*

*Vuæ Falernæ. Horat. 2. Carm. ode 6. 4.*

*Falernũ, pro uino quod in Falerno monte creſcebat. Martialis,*

*Attica nectareũ turbatis mella Falernũ. Idẽ lib. 1. 102,*

*—ſcelus eſt iugulare Falernum. Tibullus maſculino genere protulit, lib. 2. eleg. 1. 6,*

*Nunc mihi fumoſos ueteris perferre Falernos*
*Conſulis, & Chio ſoluite uincla cado.*

*Acre Falernum. Iuuen. Satyr. 13. 23.*

*Ardens Falernum. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.*

*Forte Falernum. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 5.*

*Indomitum Falernum. Perſ. Satyr. 3. 1.*

*Liquidum Falernum. Horat. 1. epiſt. 14. 7.*

*Seuerum Falernum. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.*

*Vetus Falernum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 23.*

*Vetulum Falernum. Catul. ad puerum ſuum. epigr. 24. 1.*

**Faliſca** ] *Colonia intus Tyberim, Argis orta, ut author eſt Cato, quæ cognominatur Hetruſcorum. Vide Plin. lib. 3. cap. 5.*

**Faliſci** ] *φαλίσκοι, Vulgo monte Fiaſcone. Populi ſunt Heturiæ, quos Virgilius Aequos appellauit, quia populus Romanus miſsis Decem uiris inde multa iura collegit: & nonnulla ſupplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Athenienſibus decem habuerunt tabulas. Hactenus Seruius explicans illud Virgilij, 7. Aeneid. 139,*

*Hi Feſcenninas acies, Aequoſq; Faliſco. Faliſci habuerunt urbem Falerios, quam Camillus dux obſedit. Author Liuius.*

¶ **Faliſcus**, *Adiectiuum (φαλίσκος) ut, Faliſcus uenter, quòd eum farcire à Faliſcis didicere, inquit Varro de Ling. Lat. Mart. lib. 1. 152,*

*Et lucanica uentre cum Faliſco. Papinius lib. 4. Syl. Non lucanica, non graues Faliſci.*

*Faliſcæ præſepes item à Catone cap. 4. & 14. 1. dictæ, quæ in Faliſco agro, uel à Faliſcis, aut Faliſco ligno optimæ fiebant.*

**Fallacia, Fallax** ] *Vide* Fallo.

**Fallam** ] *pro fallacia dixere ueteres, ut annotauit Nonius antiqui poetæ locum citans, &c.*

*Ne non uocabit ob eam rem, hanc feci fallam.*

**Fallienates** ] *Populi in ſexta regione Italiæ, quos iam ætate ſua interiiſſe refert Plin. lib. 3. cap. 14.*

**Fallo** ] *fallis, fefelli, falſum (ψεύδω, παραβρόνω, σοφίσομαι, ἀλεύομαι) fallere, à fando deducitur, ut Varroni placet, quòd fando decipiamus, ac contrà quàm diximus, faciamus. Nam ſi quis re fallit, impropriè fallere dicitur. Terentius Heaut. 3. 1. 61, —Falli te ſinas*

*Technis per ſeruulum. Cic. pro Roſc. Amer 66, Perditiſsimi eſt igitur hominis ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.*

*Fallere & effugere optimus eſt triumphus. Horat. 4. Carm. ode 4. 11.*

*In aliquo fallere. Quintil. in Procem. lib. 4. 3.*

*Naturaliter fallere. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2.*

*Ab arte quadam fallere aliquem. Ouid. 2. Triſt. 92.*

*Fallunt amaritudinem edentes abſynthiũ in fico. Plin. lib. 27. cap. 7. 7.*

*Perrarò hæc alea fallit. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 11.*

*Animi fallunt ſub uulpe latentes. Horat. de Arte poet. 88.*

*Nec me animi fallit quàm res noua, &c. Lucret. lib. 5. 20.*

*Credentem Fallere. Ouid. epiſt. 2. 13.*

*Curam fallere ſomno. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 23.*

*Labor fallebat curas. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2. 4.*

*Cuſtodes fallere. Ouid. 4. Metam. 17.*

*Deceptam fefellit, pro Decepit & fefellit. Virgil. 4. Aeneid. 4. Seruius.*

*Fallere depoſitũ, pro Fraudare in depoſito. Oui. 5. Metam. 96.*

*Dextram alicuius fallere: id eſt, promiſſam fidem. Virgil. 6. Aeneid. 123.*

*Diuinatio fallit fortaſſe nonnunquam, ſed tamen ad ueritatem ſæpiſsimè dirigit. Cic. 1. de Diuinat. 50.*

*Fallere dolis. Terent. And. 3. 2. 12. Sic, Fallere omni perfidia & fraude. Cic. pro Roſc. Amerino, 69.*

*Faciem alicuius fallere: id eſt, Effingere uultũ. Virg. 1. Aen. 138.*

*Fallere fidem, Peierare. Cic. 1. Offic. 61.*

*Fidem hoſti datam fallere. Cic. 1. Offic. 61.*

*Omni fraude & perfidia fallere. Cic. pro Roſc. Amer. 69.*

*Horas ſermonibus fallere. Ouid. 8. Metam. 131.*

*Fallere hoſtem. Liu. 1. bell. Maced. 151.*

*Fallere imperium. Plin. lib. 7. cap. 37. 3.*

*Fallere iudicium alicuius. Hirtius 4. bell. Alexand. 57.*

*Iura tori fallere, Adulterium committere. Ouid. epiſt. 15. 58.*

*Iurata fefellit. Ouid. 1. de Remed. amor. 61.*

*Fallere liberos parentibus. Plaut. Rud. 18. 40. Id eſt, Abducis liberos à parentibus, &c. Fortaſſe legendum, falſis parentibus, tunc alia eſſet conſtructio.*

*Longè fallitur opinione. Cic. in Saluſt. 1.*

*Mandata alicuius fallere. Ouid. 9. Metam. 140.*

*Falli memoria. Plin. lib. 10. cap. 42. 3. Id eſt, obliuiſci.*

*Mendacio fallere. Vide* Mendacium.

*Simulacra*

Digitized by Google

Simulacra in somnis mentem fallunt. Lucret. lib. 5. 13.
Moras arte fallere. Ouid. epist. 18. 8.
Nec me adeò fallit. Virg. 4. Aeneid. 20.
Nihil me fefellit. Terent. Heaut. 4. 3. 4. Idem And. 1. 2. 23, irrides, nihil me fallis. Vbi Donatus, Non te ignoro, non me decipis. Et rursum, Nihil me fallis, figura est εἰρωνισμὸς. Fallis, lates: ut sit οὐδέν με λέληθας.
Non pol me multum fallit, quin quod suspicor, sit quod uelit. Id est, non multum erro, quin, &c. Terent. Hecyra, 5. 1. 2.
Nisi fallor. Virg. 5. Aeneid. 10.
Nisi me fallit animus. Terent. Heaut. 4. 1. 1, Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus, quem, &c. Idem Phorm. 5. 1. 8. Cic. pro Roscio Amer. 18.
Nisi me fallo. Cic. 12. Philipp. 333.
Nisi omnia me fallunt. Cic. Attico, lib. 8. 151. 1.
Nisi quid me fallit. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 21. Terẽt. Heaut. 3. 2. 3.
Nouitate quadam aliquem fallere: id est, noua arte. Ouid. 2. Trist. 101.
Numen fallere. Virg. 6. Aeneid. 65.
Litera fallit oculos: id est, non potest uideri ut legatur. Ouid. 3. de Arte amandi, 125.
Fallere aliquẽ omnia, pro Fallere in omnibus. Senec. epist. 96.
Fallere opera. Plaut. Pseud. 4. 9. Id est, ipsorum operibus appareret eos esse deceptores.
Opinio fefellit. Cic. pro Cluentio, 114, Confiteare necesse est, te opinionem multum fefellisse, &c.
Opinionem tuam fefellit ea res. Cic. 2. de Inuent. 122. Cæsar 3. bell. Ciuil. 318, Ne usu manuq; opinionem fallerent.
Opinio de te multum me fefellit. Cic. pro Sylla, 31.
Falli opinione. Cic. in Salustium, 1.
Fallere promissum, pro Non implere: apud Q. Curtiũ, lib. 6.
Quem quæso nostrum fefellit, ita uos esse facturos? Cicer. in Orat. 131.
Retia fallere: id est, captiones alicuius eludere. Oui. epist. 19. 9.
Consortem socium fallere. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.
Fefellit spes: id est, decepit, & longè aliter quàm sperabamus euenit. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 3. 2, Quæ ne spes eum fallat, uehementer te rogo. Et 4. Verr. 18, Deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit, ut uindicemus.
Fallitur augurio spes bona sæpe suo. Ouid. epist. 16. 47.
Spem fallunt casus. Cic. 1. de Orat. 2.
Spem meam fefellit atq; superauit improborum uis. Cicer. 4. in Catilinam, 95.
Superstitione multa fallere. Cic. 2. de Diuinat. 125.
Tẽpus fallere, et detinere curas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 14.
Vestigium fallere. Curtius, Prærupta saxa uestigium subinde fallentia. Idem lib. 4.
Vetustatem fallere. Plin. lib. 14. cap. 2.
Fallere uisum. Plin. lib. 9. cap. 50. 1.
Visu falli. Stat. 4. Sylu. 3. 24.
Vmbra pietatis fallitur. Ouid. 9. Metam. 93.
Nec uota fefellit euentus. Claud. 4. Paneg. 18.
Volucres uiscata fallite uirga. Ouid. 15. Metam. 95.
Vulgus indoctum fallere uana dulcedine. Ouid. 5. Metam. 62.
Fallere, pro Latere. Tacit. lib. 11, Et nonnulla fallendi spe: hoc est latendi, ne res uidelicet deprehenderetur. Nam fallere, pro Latere, sæpe reperias apud hunc scriptorem, quæ est elegantissima uerbi huius significatio. Idem lib. 13, Quæ mutatio neq; Neronem fefellit.
Falsus sum: id est, decipior. Plaut. Menæchmis, 17. 2. Terẽt. And. 4. 1. 23,
Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectaui meo.
P. Falsus es. Plaut. Truc. 17. 10, —mihi
Etiamnum quid sit negoti, falsus incertusq; sum.

Falli igitur possumus. Cic. 1. de Finib. 24.
Possum falli ut humanus. Cic. Attico, lib. 13. 178. 6.
Spes fallendi. Horat. 1. epist. 17. 11.
Viæ mille fallendi. Tibull. lib. 4. eleg. 6. 3.
¶ Fallens, fallentis (ψεύδων) cui opponitur Constans. Cic. 2. de Finib. 77, His initijs inducti, omnia uera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia: tum uana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, &c.
Fallens cliuus. Plinius ad Apollinarem, epist. 101. d. lib. 5.
Retia fallentia. Ouid. 2. de Arte aman. 38.
Fallens uestigium. Plin. epist. 25. b.
Vitæ fallentis semita. Horat. 1. epist. 19. 22.
¶ Falsus, Participium, siue Nomen ex Participio (ψευδὴς) ut, Falsus amicis. Claud. 7. Paneg. 56.
Omnibus uerax, sibi falsus uni. Seneca Medea, 8. 16.
Falsus sodalibus: id est, qui fidem sodalibus non seruat. Catul. ad Alphenum, epigram. 28. 1.
Auditiones falsæ. Tacit. lib. 4.
Falsa causa. Terent. And. 1. 5. 22.
Falsus codex. Cic. 3. Verr. 112.
Crimine falso accusare aliquem. Ouid. 13. Metam. 62.
Cupidine falso decipi. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 13.
Falsum gaudium. Terent. And. 1. 2. 9.
Gaudia falsa, Non syncera. Virg. 6. Aeneid. 103.
Falsam gratiam inire. Terent. Heaut. 2. 3. 61.
Honor falsus, Qui indigno exhibetur. Horat. 1. epist. 17. 9.
Sub imagine falsa celare culpam. Ouid. 2. Metam. 8.
Falsa lacrymula. Terent. Eunuch. 1. 1. 22.
Lingua falsa. Ouid. 2. Metam. 127.
Literarum falsarum & corruptarum pœna grauis. Cicer. pro Flacco, 30.
Falsæ lites. Plaut. Rudente, 2. 13.
Odium falsum assimulat. Ouid. 7. Metam. 60.
Opprobrijs falsis morderi. Horat. 1. epist. 17. 8
Os falsum. Ouid. 10. Metam. 4.
Proditio falsa. Virg. 2. Aeneid. 17.
Pauores falsi. Tacit. lib. 2. Falsos pauores induerat.
Pudor falsus. Ouid. 2. de Arte aman. 112.
Querelis falsis incusare aliquem. Claud. 4. Paneg. 86.
Falsus scriptor. Mart. lib. 3. 20.
Falsus sol, pro Fallace. Virg. 1. Georg. Seruius.
Falsa solicitudo. Terent. Heaut. 1. 2. 3.
Falsum somnium. Plaut. Milit. 7. 28.
Spes falsa & fallax. Cic. 12. Philipp. 322.
Spem falsam ponere. Ouid. ad Liuiam, 8.
Falsa spe aliquem producere. Terent. And. 4. 1. 24.
Terror falsus. Lucret. lib. 3. 14.
Falsum testamentum, Quod testamentum non est, inquit Paulus Iureconsl. Sic, Falsus tutor, Qui tutor non est.
Verbis falsis periuria addit. Ouid. 11. Metam. 42.
Falsis & mendacibus uisis mentes mortalium concitare. Cic. 1. de Diuinat. 191.
Falsus animi dicitur is, cui longè aliter cecidit, atq; opinabatur. Terent. Eunuch. 2. 2. 42.
Falsum habere: id est, Decipere. Salustius in Iugurtha.
Falsum esse. Salust.
¶ Falsum, falsi. Substantiuum (ψεῦδος) Terent. Eun. 1. 2. 24.
Quæ uera audiui, taceo, & contineo optimè.
Sin falsum, aut uanum, aut fictũ est, continuò palàm est.
Idem Heaut. 3. 1. 12.
Nisi falsum & imitatione simulatum, nihil est in eo. Cicer. 2. de Orat. 102.
Intelligens falsi. Tacit. lib. 11.
Veri falsiq; notitia. Lucret. lib. 4. 97.

Mentita, falsa, & plena erroris. Cic. 2. de Diuin. 80.
Aucta in falsum Tacit. lib. 3.
Veris addere falsa. Ouid. 9. Metam. 28.
Veris falsa admiscere per artem. Silius lib. 11. 26.
Falsi conuincere. Vide Conuinco.
Conuincere falsum refutatu ancipiti. Lucret. lib. 3. 106.
Vero distinguere falsum. Horat. 1. epist. 10. 6.
Iacere tela in falsum. Tacit. lib. 4.
Ingraescere falsis. Tacit. lib. 19.
Falsa punire: id est, ea quæ commissa non fuerant. Senec. Hippol. 12. 8.
Veris falsa remiscere. Horat. de Arte poet. 31.
Renidens falsum uultu. Tacit. lib. 4.
Falsum scripseram ad te antè de ijs. Cicer. Attico; lib. 7. 133. 2.
Verum, falsumúe sit, uita non decreuerit. Plin. lib. 8. cap 16. 8.
¶ Falsò, aduerbium (ψευδῶς) quod Vero contrarium est. Plaut. Bacchid. 11. 43,
Non maneo, neq; tu me habebis falsò suspectum. Terent. Heaut. 2. 3. 27.
Falsò. Terent. And. 1. 2. 25, Continuo dari.
Tibi uerba cẽses. s. falsò. Vbi Donatus, Potest & εἰρωνικῶς falsò pronuntiari. Potest & falsò loqueris, ut Sallustius, Falsò quæritur de natura sua genus humanum.
Numina Iouis falsò citauit: id est, peruraui. Ouid. 5. Fast. 137.
Fama falsò credita. Seneca Octau. 6. 1.
Laudata falsò fœmina Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 9.
Falsò memoriæ proditum uidebatur. Cic. pro lege Manil. 28.
Promittere falsò. Ouid. epist. 19. 38.
¶ Falsè, Aliud aduerbium (ψευδῶς) Idem Plaut. Capt. 11. 89,
—Ego Philocrates
Falsè faciam, ut uerus hodie reperiare Tyndarus. Antiquũ.
¶ Falsidicus, pen. corr. Adiectiuum (ψευδολόγος) Qui falsa loqui consueuit. Plaut. Capt. 12. 13,
Me, meamq; rem, quod in te uno fuit,
Tuis sceleſtis falsidicis fallacijs dilacerauisti.
¶ Falsificus, pen. corr. Aliud adiect. (ψευδ. ποιὸς) Qui facit fallacias. Plaut. Milit. 5. 36,
Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsiurũ.
¶ Falsiurius, Adiectiuũ (ψευδομνύων) Qui falsa iura. Plaut. Milit. 5. 36.
¶ Falsiloquus, pen. corr. Adiectiuum (ψευδολαλῶν) Qui falsa loquitur. Plaut. Milite, 5. 36 Idem Capt. 6. 14,
Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo.
¶ Falsimonium, falsimonij (ἐξαπάτη) Plaut. Bacchid. 11. 12,
Quos quum censeas
Tibi amicos, reperiuntur falsi falsimonijs.
¶ Falsiparens, pen. corr. huius falsiparentis (ψευδοπάτωρ) Is dicitur, qui falsum habet parentem: id est, cuius pater is esse creditur, qui minimè tamen est. Sic Catullus uocat Herculem, quem ex Ioue & Alcmena natum plurimi credebant Amphitryonis esse filium, quia is uerus erat Alcmenæ maritus. Catull. ad Mallium, —epigr. 63. 23,
Falsiparens Amphitryoniades.
¶ Falsitas, pen. corr. falsitatis (ψεῦδος) cui opponitur Veritas. Cic. pro Cluentio, 2, Etenim sicut alijs in locis parum firmamenti & parum uirium falsitas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.
¶ Fallax, fallacis, pen. prod. om. gen. (ἀπατηλὸς, φενακιστὴς) Qui mentiendo decipit.
Alea fallax. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 9.
Amica fallax. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 9.
Amicitia fallax. Ouid. 7. Metam. 61.
Amicitiæ fallaces. Tacit. lib. 16.
Amor fallax. Senec. Hippol. 5. 9.
Vani & fallaces astrologi. Cic. 1. de Diuinat. 68.
Aula fallax. Seneca Octau. 2. 1.
Fallax coniectura. Plin. lib. 22. cap. 23. 11.
Fallax conuallis. Plin. lib. 8. cap. 8. 1.
Fiducia fallax. Ouid. epist. 15. 65.
Fallax hamus. Mart. lib. 1. 162.
Hamo fallaci læsus piscis. Ouid. 2. de Ponto. eleg. 7. 2.
Fallaces herbæ, Quæ parum aut nihil afferunt fructus. Cic. de Amicit. 60.
Herba fallax ueneni. Virg. 4. eclog. 5.
Fallaces homines. Catul. ad Alphenum, epig. 28. 1.
Fallax imitatio. Cic. 4. Acad. 253.
Insidiæ fallaces. Valer. 5. Argon. 126.
Fallax interpres. Cic. ad Brutum, 10. 4.
Iudicia fallacia. Cic. 3. Offic. 47.
Fallax loquenti. Cic. 4. de Finib. 112.
Merces fallaces & fucosæ. Cic. pro. Rab. Posth. 24.
Norma fallax. Lucret. lib. 4. 105.
Fallax aut dubia obseruatio. Plin. lib. 18. cap. 26. 8.
Puella fallax. Tibull. lib. 3. eleg. 7. 4.
Fallacissimo sensu iudicare. Cic. 2. de Diuinat. 136.
Sententia hominum fallax. Ouid. 5. Fast. 39.
Seruus fallax. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 4.
Simulacrum fallax. Silius lib. 17. 115.
Fallax spes. Liu. 6. ab Vrbe, 68.
Spes falsa & fallax. Cic. 12. Philipp. 322.
Spes heu fallaces, &c. Silius lib. 7. 12.
O spes fallaces! ò cogitatiões inanes meæ! Cic. pro Milone, 72.
Sylua fallax. Quæ perplexas uias multas habet. Virgil. 9. Aeneid. 82.
Tenebræ fallaces. Valer. 3. Argon. 38.
Vates non fallax. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 10.
Viæ fallaces. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 2.
Vita fallax. Seneca Hippol. 8. 12.
Vultu fallaci blandita fortuna. Seneca Octau. 7. 1.
Vndis fallacior. Ouid. 13. Metam. 171.
¶ Fallacia, huius fallaciæ (τρόφη, ῥᾳδιούργημα, ῥᾳδιουργία) Techna, dolus malus. Terent. And. 4. 4. 39, Fallacia alia aliam trudit. Cic. 2. de Diuinat. 127, Tota res est inuenta fallacijs, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorẽ.
Fraudes & fallaciæ. Cic. pro Cluentio, 81.
Doli machinæ, fallaciæ, præstigiæ. Cic. 3. de Natur. deor. 104.
Sine fuco & fallacijs homo. Cic. Attico, lib. 1. 1. 1.
Astutior fallacia. Vide Astutus
Componere fallacias. Vide Comporo.
Ex fraude, fallacijs, mendacijs totũ cõstare. Cic. pro Comœd. 11.
Excogitare fraudes & fallacias. Cic. pro Cluentio, 81.
Intendere fallaciam in aliquem. Vide Intendo,
Inuenire fallaciam. Vide Inuenio.
¶ Fallaciter, pen. corr. Aduerbium (δολερῶς) Cic. 1. de Diuinat. 65, Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. Offic. 89, Ratio ergo hoc postulat, ne quid insidiosè, ne quid simulatè, ne quid fallaciter. Ouid. 11. Metam. 129.
Imitando fallaciter naturam boni. Cic. in Partit. 48.
Venditare se alicui fallacissimè. Cic. de Arusp. resp. 44.
¶ Fallacioſus, pen. prod. Adiectiuum (δόλος) Quod est plenum fallacijs. Gellius, Veterum testimonia quibus huiusmodi ambages fallacioſæ confutantur. Idem lib. 7. cap. 3. ex epistola Tironis Tullij.
¶ Fallaciloquentia, tiæ. Cic. lib. 4. de Finibus, Ex ea difficultate, illæ fallaciloquentiæ (ut ait Accius) malitiæ notæ sunt. Sic enim legit Nonius Marcellus.
¶ Falso, falsas (παραποιῶ) falsare. Modestinus in l. penult. ff. ad legem Corneliam de falsis, Decretoq; diui Adriani præceptum

Digitized by Google

ceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera, aut mensuras falsassent.

¶Falsarius, falsarij (πλαστογράφος) Sueton. in Claudio, cap. 15, Proclamante quodam, præcidendas falsario manus. Idem in Nerone, cap. 17, Aduersus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur. Significat falsum signatorem. Idem clarius in Tito, cap. 3.

Falx] huius falcis, fœm. gen. (ἀρέπανον, ἄρπη, ἁρπάνη) A' farre litera commutata, ut Varro existimat: est qua secantur frumenta herbæ, & similia. Virg.

Falce nec agricolæ duri resecandi. Plin. lib. 18. cap. 28, Falcium auo genera: Italicum breuius, ac uel inter uepres quoq; tractabile. Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias cædunt herbas, breuioresq; prætereunt. Cic. 5. Tusc. 92, Immißi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum.

Falces fœnariæ, stramentariæ, arboriæ, uineaticæ, syluaticæ, ruscariæ. Cato cap. 11. 4. Et cap. 10. 3.

Frondatorum falx. Catull. in Argon. 59. 9.

Curuamen falcis alienæ. Ouid. 7. Metam. 46.

Acuta falx. Ouid. 9. Metam. 77. Vide Acuo.

Aduncа falx. Ouid. 14. Metam. 126.

Agrestis falx. Iuuenalis. Satyr. 13. 4.

Ahena falx. Virg. 4. Aeneid. 103.

Falces curuæ. Vide Curuus.

Mala falx. Virg. eclog. 3. 3.

Nigræ rubigine falces. Claud. 2. Paneg. 39.

Procurua falx. Virg. 2. Georg. 84.

Rapaces falces. Lucret. lib. 3. 130.

Supina falx. Iuuenal. Satyr. 8. 10.

Adhibere frondibus falcem. Quintil. lib. 2. cap. 4. 8.

Amputare ramos falce. Horat. Epod. 2. 3.

Curua falce armatus deus. Tibull. libro 1. eleg. 4. 2. Saturnum intelligit.

Vmbram arboris attenuat falx. Catul. in Argon. 59. 9.

Falcis laqueis auertere. Vide Auerto.

Æstiuæ detondent Gargara falces. Claud. 4. Paneg. 78.

Vites incidere falce. Virg. eclog. 3. 3.

Curare uitem falce. Plin. lib. 17. cap. 22.

Premere uitem falce. Horat. 1. Carm. ode 31. 2.

Vmbram premere falce. Virg. 1. Georg. 32.

Seges resecanda falce. Ouid. epist. 1. 11.

Incurua falce resecta Ceres. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 3.

Supponere falcem aristis. Virg. 1. Georg. 70.

¶Falx, Bellica machina, quæ aduncо præfigebatur ferro: sic dicta, quòd incuruata esset, ut ex muris lapides extraherētur. Cæsar 3. bell. Gall. 406, Vna erat magno usui res præparata à nostris, falces præacutæ, insertæ, affixæq; longurijs, non absimili forma muralium falcium. Paulò pòst dicit funes abscissos fuisse falcibus. Martialis libro 14. 34. de falce epigramma.

¶Falcula, pen. corr. Diminutiuum (ἁρπάνιον) Colum. libro 12. cap. 18. 1, Nec minus falculæ & ungues ferrei quamplurimi parandi. Cato cap. 54. 2, Quod falcula secueris, non renascetur.

Falculæ pantherarum & pardorum dicuntur extremitates unguium in falcis formam incuruatæ, quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant, à quibus etiamnum falculis falcones dictos putat Festus. Plin. lib. 8. cap. 15. 3.

¶Falcarius, falcarij (ἁρπανηφόρος) Qui falce utitur. Cic. 1. in Catil. 6, Dico te priori nocte uenisse inter falcarios. Priscianus huius locum exponens, ait, Inter falcarios. id est, in locum ubi sunt falcarij.

¶Falcifer, pen. cor. (ἁρπανηφόρος) Falcem ferens. Martialis lib. 5. 16, Nam si falciferi defendere templa tonantis. Id est, Saturni. Ouid. in Ibin, 44,

Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis
Sydera presserunt, falciferiq; senis.

Manus falciferæ. Ouid. 13. Metam. 198.

Couinus falcifer. Silius lib. 17. 85. Vide Couinus.

¶Falcare, Verbum (ἁρπανίζειν) Falce proscindere. Plin. lib. 17. cap. 10. 5, Serendas quāmaximè falcatas, & è nouella.

¶Falcatus, pen. prod. Adiectiuum (ἁρπανοειδὴς) Quod formam falcis habet. Plin. lib. 10. cap. 21. 2. de Gallo gallinaceo loquens, In sublime caudam quoq; falcatam erigens. Idem, Falcatæ siliquæ sunt.

Ensis falcatus. Silius lib. 3. 53.

Sinus falcatus in arcus. Ouid epist. 2. 27.

Cauda falcata. Ouid. 3. Metam. 137. de Delphinis.

Falcatus, Falcibus instructus. Vnde falcati currus dicti sunt. Macrobius, Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Stat. 10. Theb. 108.

Fama] famæ (φήμη, βάξις, ἠχή, φάτις) Sermo quidam in populo, sine certo authore, de re aliqua recenti, siue bona, siue mala: authore Valla lib. 4. Idem autem sunt rumor & fama, præterquam quòd alterum Latinum est, alterum è Græco, eodem Valla teste. Terent. And. 1. 1. 72,

—omnes uno ore omnia
Bona dicere, &c. Hac fama impulsus Chremes.
Vltrò ad me uenit. Cic. 14. Philip. 394, Hoc triduo uel quadriduo tristis à Mutina fama manarat. Virgil. libro 4. Aeneid. —magnas it fama per urbes.

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum, &c. Quo in loco uideto pulcherrimam famæ descriptionem.

Fama, ablatiuus. Terent. Hecyra, 2. 1. 21,

Multo melius hîc quæ fiũt, quàm illicubi sum assiduè, scio:
Ideo quia ut uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Id est, ut uos habueritis domi, ita ero uobis foris fama, hoc est, ex ipso rumore.

Vulgata bella per orbem fama. Virg. 1. Aeneid. 39. Per famam.

Inclyta gloria famæ. Virg. 2. Aeneid. 17.

Notißima insula fama. Virg. 2. Aeneid. 5.

Illustris uirgo fama. Virg. 7. Aeneid. 77.

Prior fama, id est, cui est maius nomen. Horat. 2. Ser. Saty. 5. 6.

Reuerentia famæ. Ouid. 9. Metam. 112.

Famæ commendatioris homo. Plin. lib. 25. cap. 10. 9.

Ingenij fama. Quint. lib. 4. cap. 1. 38.

Iudiciorum fama. Quintil. lib. 4. cap. 1. 21.

Fama sapientiæ. Cicer. de Amicitia, 14. Sic, Fama eloquentiæ, Quintil. lib. 7. cap. 2.

Fama uulgi, quoddã multitudinis testimoniũ. Ci. in Topic. 40.

Fama de. Salust. in Iugurtha, De Metello fama præclara esse.

Aduersa fama. Tacitus lib. 20.

Aemula fama Herculei laboris. Silius lib. 4. 1.

Anus fama. Catull. de Gallo, epigram. 73. 2,

—& quis sis fama loquetur anus.

Atrocior fama. Tacit. lib. 4.

Audax fama nouis terroribus. Stat. 8. Thebaid. 31.

Fama bona. Vide Bonus.

Fama calamitosa. Vide Calamitas.

Cassa steriliq; fama. Stat. 6. Theb. 15.

Communi fama atq; sermone audire de re aliqua. Cic. pro Flacco, 10.

Conspicua fama. Iuuenalis Satyr. 10. 13.

Egregia fama. Tacitus in uita Agricolæ.

Fœcunda fama. Claud. ad Gennadium, 43. 1.

Fœda fama. Iuuenalis Satyr. 14. 16.

Garrula fama. Senec. Herc. fur. 3. 7.
Impia fama. Virg. 4. Aeneid. 60.
Inanis fama. Tacit. lib. 20.
Incertæ murmura famæ. Ouid. epist. 9. 9.
Fama incolumis: id est, illæsa existimatio & nomen integrum. Cic. ad Philip. 13. 74. 1.
Incredibilis rerum fama. Virg. 3. Aeneid. 59.
Infausta fama. Silius lib. 13. 20.
Infelix fama. Vide Infelix.
Lepida fama. Vide Lepidus.
Leuis fama. Virg. 7. Aeneid. 47.
Loquax fama. Lucan. lib. 8. 154.
Mala fama. Vide Malus.
Minor factis fama. Stat. 12. Thebaid. 100.
Mirabilis fama. Vide Miror.
Fama miratrix senioris æui. Senec. Hippol. 6. 2.
Mœsta fama. Tacit. lib. 18.
Obscurior fama. Plin. lib. 36. cap. 25.
Obscurior fama æuo. Ouid. 6. Fast. 21. Aeuo, Propter æuum.
Perennis fama. Virg. 9. Aeneid. 16. Vide Perennis.
Perobscura fama. Vide Perobscurus.
Commendatio & perpetua fama. Cic. 2. Offic. 105.
Popularis fama. Cic. 1. Tuscul. 178. & 5. 66.
Prospera fama. Tacitus lib. 17.
Recens fama. Stat. 5. Thebaid. 39.
Secunda fama. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Sinistra fama. Iuuen. Satyr. 14. 1.
Vaga fama. Ouid. 8. Metam. 54.
Validissima fama. Tacit. lib. 13.
Vetus fama. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 8.
Vetus & illustris fama. Cic. pro Murena, 15.
Vitrea fama. Horatius. 2. Serm. Satyr. 3. 45. Id est, aut fragilis, aut splendida. Porph.
Volucris præconia famæ. Ouid. epist. 16. 42.
Vulgaris fama. Stat. 4. Syl. 8. 7.
Abijcere famam. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 16. 9.
Accendere famam. Quintil. Declamat. 17.
Accidit fama. Vide Accido.
Accipere fama & auditione factum esse aliquid. Cic. 2. de Nat. deor. 178.
Aduolat fama alicui. Vide Aduolo.
Affectare famam eloquentiæ. Quintil. lib. 7. cap. 2. 28.
Afferre famam. Vide Affero.
Amittere famam & existimationem. Cic. pro Quintio, 28.
Atterere famam. Vide Attero.
Aucupari famam. Vide Aucupor.
Auferre famam docti: id est, celebrari pro docto. Horat. 2. epistol. 1. 12.
Bacchatur fama per urbem. Virg. 4. Aeneid. 134.
Fama canit. Vide Cano.
Captare famam dicacis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 17.
Famæ cedere. Vide Cedo.
Celebrata fama per orbem. Ouid. 2. de Arte amand. 100.
Constanti fama atque omnium sermone celebratum est ita esse. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 35.
Circundare famam alicui. Tacit. in Dialogo oratorum.
Collocat fama in concilio cælestium. Cic. 3. Offic. 30.
Committere famam suam alicui. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 14.
Famam comprimere. Vide Comprimo.
Conficere famã alicui. Cic. de clar. Orat. 140. Vide Conficio.
Fama de aliquo consentiens. Vide Consentio.
Famam malignitatis consequi. Vide Consequor.
Collectam famam conseruare. Cic. 2. Verr. 39.
Fama constans. Vide Consto.

Famæ consulere. Vide Consulo.
Latè consulere famæ cuiusp iam. Vide Latus.
Conualescit fama. Curtius lib. 9.
Crebrescens fama. Tacit. lib. 20.
Dedita per prouincias fama. Tacit. libro 11. Id est, diuisa, dissipata.
Bonam deperdere famam. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 13.
Collectam diu deponere famam. Claud. 8. Paneg. 37.
Deportare famam alicuius rei. Tacit. lib. 4, Belliq; confectissimam deportarat.
Nunquam deseret Curium fama. Cic. 1. Tuscul. 178.
Discurrit fama totas urbes. Curtius lib. 4.
Dispergere famam. Plin. lib. 35. cap. 10. de Apelle.
Dissipare famam. Cic. 14. Philipp. 395.
Dare famæ, pro spargere in uulgus. Tacit. lib. 1.
Verba dare famæ. Ouid. epist. 16. 34.
Eleuare famam, pro Minuere, & leuiorẽ reddere. Tacit. lib. 4.
Emanat fama. Cic. 3. Verr. 1.
It fama per urbes. Virg. 4. Aeneid. 35.
Excitare famam. Cic. 5. Tusc. 66.
Extenuare famam belli. Liu. 1. Decad. lib. 5. 167.
Extinguere famam. Liu. 3. Decad. lib. 7. 93. Virg. 6. Aen. 106.
Famam facere. Quintil. lib. 11. cap. 2.
Mœsta fama ferit remotas terras. Lucan. lib. 5. 155.
Fama fert. Liu. 2. ab Vrbe, 31.
Fundere famam latus. Quint. lib. 11. cap. 2.
Furit fama. Silius lib. 7. 102.
Glisens fama. Tacit. lib. 18.
Fama hæsit ad metas. Cic. pro M. Cælio, 56.
Iactatur fama. Silius lib. 4. 1.
Inceßit fama. Tacit. lib. 13.
Increbrescit fama. Vide Increbresco.
Infixa fama uulgo. Plin. lib. 8. cap. 22.
Inquinare famam alicuius. Vide Inquino.
Inseruire famæ. Tacit. lib. 13.
Instandum famæ. Tacit. in uita Agricolæ.
Inuigilare famæ. Ouid. 3. de Arte, 83.
Inurere famam superbiæ alicui. Vide Inuro.
Lacerare famam alicuius. Vide Lacer.
Lædere famam. Plin. Iunior epist. 7. lib. 3. Vide Lædo.
Fama loquatur opus. Vide Loquor.
Mandare quidpiam alicui ex fama. Tacit. lib. 4.
Manet fama. Vide Maneo.
Mansura fama in secula. Lucan. lib. 8. 15.
Manat fama, Manat rumor. Vide Mano.
Mentita est fama. Ouid. 10. Metam. 6.
Merere famam. Vide Mereo.
Moritur fama. Vide Morior.
Obliterare famam. Vide Oblitero.
Nuntiat fama. Cic. Cassio, lib. 12. epist. 4. 4.
Oblitus melioris famæ. Virg. 4. Aeneid. 45.
Obruere famam. Tacit. in uita Agricolæ.
Penetrare alicuius famam. Tacit. lib. 20.
Peragrauit fama. Cic. pro Milone, 75.
Percrebuit fama. Cic. Planco, lib. 10. 10. 2.
Perdere famam. Vide Perdo.
Perlata est fama. Curtius lib. 9.
Peruaserat interim circumuenti exercitus fama. Tacit. lib. 1.
Peruenit fama ad aures. Cic. pro Syl. 9.
Premere famam alicuius. Tacit. lib. 15.
Quærere dicendi famam. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.
Reprimere famam. Cic. 11. Philipp. 307.
Volitãs pennata per urbẽ Nuntia fama ruit. Virg. 9. Aen. 98.
Sepulta fama. Ouid. epist. 7. 18.



Digitized by Google

*Studere famæ.* Quintil. lib. 3. cap. 4. 6.
*Famam temeritatis subire, pro Temerarium dici.* Cicer. ad Brutum, 18. 5.
*Fama fuit, quosdam ex Fidenatium iuuentute participes eius populationis fuisse.* Liuius 4. ab Vrbe, 129.
*Si uera est fama: id est, Si credere fas est.* Virg. 4. Georg. 9.
*Esse in fama.* Tacitus lib. 18.
*Intra famam esse.* Quintil. lib. 11. cap. 3. Id est, non maximæ existimationis aut famæ.
*Surrexit fama.* Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 6.
*Tenere famam sine labe.* Ouid. epist. 16. 14.
*Aduersa fama populi te nihil terret?* Senec. Thyeste, 3. 6.
*Tradere famæ.* Curtius lib. 6.
*In uniuersum fama est transgressa.* Tacit. in uita Agricolæ.
*Incolumem famam tueri.* Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 24.
*Vagatur fama.* Virg. 2. Aeneid. 4.
*Venit fama.* Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 16. 23.
*Maior fama post cineres uenit.* Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 1.
*Volat fama.* Virg. 3. Aeneid. 25.
*Vulgata per urbes fama.* Lucan. lib. 2. 126.
*Vulgauit fama.* Curtius lib. 8.
*Fama etiam dicitur de re inueterata, firmataq; in hominũ opinione, incerta tamen, teste Valla.* Virg. 6. Aeneid. 3,
Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna, &c. Martial. lib. 1. 5, Quicquid fama canit, donat arena tibi.
*Hæc fama celebrantur.* Cic. pro Sestio, 88.
*Vetustas delet famam operis.* Ouid. 1. Metam. 90.
*Priscæ titulos præcedit famæ: id est, contendite ut honoribus maiores uestros uincatis.* Stat. 2. Syl. 2. 30.
*Vt hominum fama est.* Cic. de Arusp. resp. 18.
*Fama est, insidentes arietum caprarumq; dorsis, armatos sagittis, ueris tẽpore uniuerso agmine ad mare descendere.* Plin. lib. 7. cap. 2. de Pygmæis.
*Fama inferior gens.* Liu. 1. bell. Pun. 113.
*Fama, Opinio.* Plin. Huc eũ liberalitatis tuæ fama perduxerat.
*Famæ, in plurali.* Plaut. Trinum. 4. 110,
—hæscine me propter res maledictas Famas ferunt?
¶*Famosus, pen. prod. Adiectiuum (πολύφημος) De quo est celebris fama: ut, Famosa causa.* Plin. epist. 109. lib. 6. Idem epist. 109. d, Qui tunc ad Orientem amplissimum & famosissimum exercitum, non sine magnis dubijsq; rumoribus obtinebat.
*Mors famosa.* Horat. de Arte, 95.
*Regna famosa.* Lucan. libro 7. 56.
*Vrbs famosa: id est, celebris.* Tacit. lib. 21.
¶*Famosus (ἄδοξος) Infamis & turpis: ut, Famosa mulier, pro Impudica, inquit Valla lib. 1. Cic. 2. de Orat.*
Nam me ad famosas uetuit mater accedere. Ex quodam poeta. Salust. Largitionẽ famosam impudentẽq;. Tacit. lib. 5.
*Famosa epigrammata, quod uulgus dicit Diffamatoria.* Sueton. in Cæs. Caluo.
*Famosam carmen.* Horatius 1. epist. 20. 7.
*Pudor famosus.* Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 16.
¶*Famigerator, pen. prod. (διαφημιστὴς) Denominatiuũ, Qui fert famam.* Plaut. Trin. 4. 132,
Ego de uerbis eorum famigeratorũ insçius, prosilui, &c.
¶*Famigeratio, Aliud denominatiuũ (διαφήμισις)* Plaut. Trinũ. 1. 66, Hæc famigeratio te honestet, mecum conlutulet. Quæ duo nomina Plautus suo more effinxisse uisus est.
¶*Famigerabilis, & hoc famigerabile, Adiectiuũ (διαβόητος) celebris, clarus, fama notus.* Apuleius de Asino aureo, satis famigerabilis consector.
Famel] *apud Oscos seruus dicebatur. unde & familia uocata.* Festus.

Famella] *Diminutiuum à fama, teste Festo.*
Fama, Iulia] *alio nomine Seria, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, authore Plin. ib. 3.*
Fameo, *fames, &* Famesco, *famescis* ] *Fame laboro.* Sipont.
Fames] *famis, fœ. gen. (λιμὸς, πεῖνα) Edendi cupiditas: non fando, sed ἀπὸ τοῦ φάγω, deducitur, quod est Edo.* Plin. lib. 10. cap. 72. 2, Nullum interit famæ aut siti uenenatum. Cic. ad Terentiã, lib. 14. 14. 4, Etiam illud uerendum est, ne brui tempore fames in urbe sit.
*Ora pallida fame.* Virg. 3. Aeneid. 44.
*In fame frumentum exportare erat ausus.* Cic. pro Flacco, 13.
*Patientia famis & frigoris.* Cic. 1. in Catilinam, 19.
*Condimentum cibi fames.* Cic. 2. de Finib. 144.
*Auri fames.* Senec. Octau. 7. 10.
*Ciborum uetitorum fames.* Ouid. 15. Metam. 28.
*Arcta fames.* Silius lib. 7. 56.
*Atra fames.* Claud. 4. Paneg. 65.
*Dira fames.* Ouid. 8. Metam. 171.
*Ieiuna fames.* Ouid. 8. Metam. 160.
*Inattenuata manebat fames.* Ouid. 8. Metam. 171.
*Misera fames.* Horat. 1. Carm. ode 21. 3.
*Obscœna fames.* Virg. 3. Aeneid. 73.
*Pestifera fames.* Ouid. 8. Metam. 159.
*Rabida fames.* Virg. 6. Aeneid. 84.
*Auri sacra fames.* Virg. 3. Aeneid. 12.
*Sæua fames.* Lucan. lib. 4. 19.
*Vesana fames.* Virg. 9. Aeneid. 72.
*Fame absumi.* Vide Absumo.
*Commouit eum fames.* Cic. Attico lib. 1. 11. 10.
*Compescere famem.* Senec. Hippol. 4. 32.
*Inextincta fame confici.* Ouid. in Ibin, 86.
*Fame confectus.* Vide Conficio.
*Consumit famem in tenera aqua.* Stat. 8. Thebaid. 116.
*Duram famem depellere.* Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 2.
*Depulsa fames & sitis cibo & potione.* Cic. 1. de Finib. 58.
*Longam deponere famem.* Ouid. 6. Fast. 106.
*Fame dominante: hoc est, fama regente appetitum & cogente edendi uoluntatem.* Cic. pro A. Cluentio, 53.
*Enecta fame auis, in offam pultis inuadit.* Cic. 2. de Diuin. 111.
*Exempta fames epulis.* Virg. 1. Aeneid. 44.
*Explere famem.* Cic. pro Domo sua, 48.
*Exsimulata fame Tigris.* Ouid. 5. Metam. 33.
*Frigora & famem ferre.* Catul. ad Veranium, epigr. 25. 1.
*Hians semper fames.* Senec. Thyest. 1. 1.
*Mœsta fames rabido rictu iacens.* Senec. Herc. furente, 9. 15.
*Gazis implere famem.* Senec. Herc. Oeth. 5. 8.
*Incessu fames.* Vide Incesso.
*Inferre famem ciuibus.* Vide Infero.
*Infixa fames intimis medullis.* Senec. Thyest. 1. 20.
*Inuasit fames Sicyonios.* Vide Inuado.
*Laborare fame.* Vide Labor.
*Leuare famem fronde.* Ouid. epist. 14. 20.
*Luxuriata fames multo sanguine.* Stat. 2. Thebaid. 136.
*Necare plebem fame.* Cic. ad Qu. fratrem lib. 2. 7. 4.
*Necatus fame.* Vide Neco.
*Obsonare ambulando famem.* Cic. 5. Tuscul. 138. Vide Obsonium.
*Pati famem.* Ouid. in Ibin, 124.
*Pellere glande famem.* Tibul. lib. 2. eleg. 18.
*Perferre famem.* Vide Perfero.
*Copia nulla famem releuat.* Ouid. 11. Metam. 26.
*Solari famem quercu.* Virg. 1. Georg. 32.
*Soluere famem.* Senec. Thyeste, 1. 13.
*Stimulante fame furens.* Tibul. libr. 1. eleg. 5. 11.
*Stimulante fame rapax lupus.* Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 2.

Tolerare famem sitimq;. Ouid.1.de Ponto,eleg.3.4.
Tristi torpent membra fame. Claud.de Magnete,4.5.
Vti fame. Cel.lib.8.cap.10.
¶Famelicus,pen.corr. Adiectiuum (πεινᾶλέος,γεωπέινης,ἐπίμαχος) Qui edendi cupiditate agitur. Plaut. Casin. 3. 41.
Teren.Eunuch.2.2.29,
Ille ubi miser,famelicus,uidet me esse in tantũ honorẽ,&c.
¶Famelicosus, sa, sum (βουλιμιώδης) Qui frequenter Famelicus est:unde famelicosam terram ueteres uocabant, teste Festo,quæ palustris est.
Famigerator, Famigeratio, Famigerabilis] Vide Fama.
Familia] huius familiæ (οἶκος,οἰκετεία,πατριὰ) Antea (inquit Festus) in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis uocabatur pater, & mater familiæ. Vnde familiæ nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum: & Familiares,ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata i cum u litera. Hactenus Festus. Var.de Re rust.lib.1.cap.16, Si ab fundo longius absunt oppida aut uici,fabros parent, quos habeant in uilla. sic cæteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat. Paulus Iurecons.Familiæ appellatio & in res, & in personas deducitur. In res, ut puta in lege XII. TAB.bis uerbis, Agnatus proximus familiam habeto. Ad personas autem refertur familiæ significatio ita, quum de patrono & liberto loquitur lex familiæ, In ea (inquit) familia. & hic de singularibus personis legem loqui constat. Vlpianus in l. 2.§.familiæ.ff.ui bonorum raptor. Familiæ autem appellatio seruos continet:hoc est, eos qui in ministerio sunt, etsi liberi esse proponantur, uel alieni bona fide nobis seruientes. Quintil.lib.7.cap.3, Manumissum alienæ se familiæ uænali immiscuisse:ac rogentem ut eis seruiret,captum.
Familia quæ constat ex seruis pluribus.Cic.pro Cecin.41.
Familia,Pars est gentis.Suet.in Nerone,cap.1, Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Caluinorum, & Aenobarbarorum. Sic Iabolenus in l.uacatio. ff.de muneribus & honoribus,Vacatio itemq; immunitas, quæ liberis & posteris alicuius data est,ad eos dũtaxat pertinet, qui eius familiæ sunt. Et in Institutionibus imperialibus.§.1.& §.sed neq;.
Familia, pro secta.Cic.2.de Diuin. 5, Magnus locus, philosophiæq; proprius,à Platone,Aristotele, Theophrasto, totaq; Peripateticorum familia tractatus uberrimè.
Gladiatorum familia.Cic.pro Sylla,40.
Peripateticorum familia.Cic.2.de Diuin.5.
Vnus homo familia non est.Cicero pro Cecin.40.
Familia,cognatio,nomen.Cicero pro Cluen.11.
Amplæ & honestæ familiæ plebeiæ.Cicero pro Muræna,13.
Imperiosissima & superbissima familia.Vide Impero.
Luculenta familia.Vide Luculentus in Lux.
Patricia familia.Vide Patricius.
Familiam collocare.Vide Colloco.
Conijcere se in familiam alienam.Vide Conficio.
Natus ex familia.Vide Nascor.
Familia amplissima natus.Vide Amplus.
Nubere in familiam claram.Vide Nubo.
Sommouere aliquos familia.Quintil.lib.1.cap.5.
Familia complectitur etiam eos,qui ex eadem sunt cognatione. Plin.lib.12. cap.14.3, Ferunt. MMM. non amplius esse familiarum.
¶Familiaris,& hoc familiare,pen.prod.Adiectiuum (οἰκεῖος, οἰκειακὸς,συνήθης,ἐφέσιος,κοινὸς)Quod ad familiam pertinet. Author ad Heren.lib.1.1,Etsi negocijs familiaribus impediti. Sic,Res familiaris,Cic. 2.de Finib.127.
Familiarior aditus.Liuius 4.bel.Pun.21.
Familiaris Italiæ arbor, quæ passim in Italia crescit. Plinius lib. 13.cap.5.1.
Familiaris focus.Colum.lib.11.cap.1.
Funus familiare.Cic.pro C.Rabirio,5.
Familiari pecunia tenui esse.Gel.lib.3.cap.17.
Rationes familiares.Tacit.lib.5.
Res familiaris & domestica.Cicero 1.Tusc.3.
Sermones familiares conferre.Cicero 2.Offic.55.
Familiarissimum hoc platanis.Plin.lib.16.cap.31.5.
Familiaris,Qui ex eadem familia est.Cicero ad Quin. fratrem, lib.1.2.22, Aesopi nostri tragœdi familiaris Licinius seruus tibi notus aufugit.
Familiaris filius.Plautus Capt.6.23.
Familiaris uita.Plautus Persa,4.45.
Familiaris sella pertusa ad excrementa reddenda, quæ Latinis Lasana dicitur.Varro 1.de Re rust.cap.13.4.
Familiaris,amicum significat nobiscum uersantem,& diuturna consuetudine nobis astrictum: quasi in eadem familia nobis coniunctum.Cic.de Amicitia,75, Sed nescio quo modo uerũ est, quod in Andria familiaris meus dixit, Obsequium amicos,ueritas odium parit.
Familiaris & necessarius meus:cui opponitur alienus.Cic.2. Philip.30.Vide Necesse.
Familiarior nobis propter scriptorum multitudinem. Cic.3.de Oratore,41.
Familiarissimus homo,& mihi omnibus rebus coniunctus. Cic. Capitoni in epist.ad Atticum,lib.16.346.1.
Intimi familiares.Cic. Appio, lib.3.1.9,Is est ex meis domesticis atq; intimis familiaribus.
Fieri familiarem alicui.Cic.2.Philipp.85.
In familiaribus alicuius esse. Vide In.
Familiaria sepulcra, dicuntur quæ quis sibi, familiæq; suæ constituit,quemadmodum scribit Caius,De religiosis.
Familiaria uestimenta, Quæ ad familiam uestiendã parata sunt. Vlp.in l.uestis.§.familiaria.ff.de aur.& arg.leg.
¶Familiaritas, pen. corr. (οἰκειότης, συνήθεια) Ea consuetudo quæ est inter familiares et amicos.Terent. Heaut.1.2.10. Cic.de Amicitia,4, Sic quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C.Lælij,& P.Scipionis familiaritatem.
Affert familiaritatem consuetudo.Cic.pro Deiot.28.
Applicare se ad alicuius familiaritatem.Cicer.pro Cluentio,52. Vide Applico.
Arcta familiaritate complecti.Vide Complector.
Conflare familiaritatem.Vide Conflo.
Summa familiaritate coniunctus.Cic.1.de Orat.13.
Consuetudines & familiaritates, multæq; cum multis res rationesq; contractæ.Cic.1.Offic.78.
Dedere se bene penitus in familiaritatem alicuius. Cicero 4. Verr.23.
Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. Cicero 2. Offic.42.
Implicari familiaritatibus alicuius.Vide Implico.
Inductus consuetudine & familiaritate Quintius fecit. Cicero pro Quintio,6.
Insinuare se in familiaritatem alicuius. Cicero pro Cecinna, 9. Vide Insinuo.
Intercedit familiaritas.Vide Intercedo.
Intrare in familiaritatem alicuius. Cicero ad Quint. fratrem, libro 1.1.21.
Recipere aliquem in familiaritatem. Cic.Qu.frat.lib.1.2.7.
Venire in familiaritatem alicuius.Cicero Trebat.7.15.2. Et 4. Verr.123.
Versare in familiaritate alicuius.Cic.pro Corn. Balbo,47.
¶Familiariter, pen. corr. (οἰκείως, γνωρίμως) Aduerbium, Id est,

Digitized by Google

*Id est, ad similitudinem familiarium, & (ut ita dicam) domestice. Plaut. Rud. 11. 6,*

*Ab nimium familiariter me attrectas. Vide post* Nimis. *Terent. And. 1. 1. 109,*

*Reiecit se in eum flens, quàm familiariter.*

*Affigere aliquid animo suo familiarius. Quintil. lib. 2. cap. 7. 2.*

*Amicus familiariter. Quintil. lib. 1. cap. 2. 12.*

*Familiariter ignotum compellere. Plaut. Menæh. 9. 17.*

*Familiariter aliquem diligere. Plin. epist. 196. a.*

*Familiariter ferre mortem alicuius: id est, grauiter, interprete Donato, nam quæ nobis sunt familiaria, grauia sunt animo nostro. Terent. And. 1. 1. 84.*

*Familiariter inspicere. Plin. in Paneg. 142.*

*Familiariter cũ aliquo loqui. Plaut. Aulul. 6. 15. Sic, Cic. 1. Verr. 20, Familiariter tecum loquar.*

*Familiariter monere. Terent. Heaut. 1. 1. 6.*

*Familiariter nosse causam alicuius. Quintil. lib. 5. cap. 7.*

*Familiariter prædicatus. Plautus Trinum. 6. 54.*

*Scribere familiariter. Cic. Attico, lib. 172. 4.*

*Familiarissimè atq; amicissimè uiuere. Cic.*

*Familiariter cum aliquo uiuere. Cic. de Amicitia, 66.*

*Familiariter aliquo uti. Cic. 6. Verr. 38, Sic, apud Plinium Iunio rem, Familiariter complecti, pro eodem.*

Faminare] *dicere antiquis in usu, authore Festo.*

Famosus] *Vide* Fama.

Famul] *siue famulus, pen. corr. (ἁλὼς, οἰκέτης, μισθοφόρος) significat seruum. Festus, Famuli origo ab Oscis dependet: apud quos seruus, famulus dicebatur. Vnde & familia uocata est. Idem Familiares, & eadem familia Postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata i cum u litera. Hactenus Festus. Cic. 2. de Legibus, 32, Feriis iurgia amouento, easq; in famulis operibus patratis habento. Martialis libro 9. 69.*

*Famul, pro Famulus apud Lucretium, lib. 3. 210,*

*Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset.*

*Herifugæ famuli. Catul. de Berecynthia & Atys, epigr. 58. 11.*

*Seuitiam in famulos adhibere. Cic. 2. Offi. 32.*

*Vinclis arcere famulos. Cic. 2. Tusc. 84.*

¶ *Famula, famulæ, pen. corr. (θεράπαινα) Ancilla. Cic. 5. Tusc. 3, Sin autem uirtus subiecta sub uarios incerto casus, famula fortuna est. Virg. 8. Aen. 33.*

*Fideles famulæ. Lucanus lib. 8. 13.*

*Immunes operum famulæ. Ouidius 4. Metam. 1.*

*Vrgent famulas laboribus. Ouid. 4. Metam. 7.*

¶ *Famulus, adiectiuum. (οἰκετικὸς) Ouid. 2 de Pont. eleg 2. 16, Cæsareum famulo uertice ferre pedem. Idem 1. Fast. 58, Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.*

*Dextras famulas ad prælia excitat. Lucan. lib. 3. 43.*

*Ministra & famula corporis est res familiaris. Cic. 1. Tusc. 126.*

¶ *Famulor, pen. corr. famularis (ἁλεύω) famulari, Inseruire. Plin. lib. 2. cap. 63. 6, Vt alimentis famuletur nostris. Ibidem, cap. 7. 6, Exterius famulantur sacris.*

*Labore iucundo famulari. Catul. in Argon. 59. 32.*

*Fortuna famulante aliquid agere: id est, adiuuante fortuna. Claud. de bel. Get. 103.*

*Famulantis fistula Phœbi. Stat. 3. Syl. 3. 12.*

¶ *Famulanter, Aduerbiũ (οἰκετικῶς) Idem est quod supplicite & in modum famuli. Nonius, Famulanter, suppliciter. Accius Tereo,*

*Semela natum affare, & famulanter pete.*

¶ *Famularis, & hoc famulare, pen. pro (οἰκετικὸς) Quod pertinet ad famulum siue famulam. Cic. 1. Tusc. 189, Qui se in medios inmisit hostes famulari uelle.*

*Iura famularia dare, pro imperare populo regia potestate. Ouid. 15. Metam. 120.*

*Manus famularis. Seneca Herc. Oeth. 4. 66. Ibidem, 7. 20.*

*Tabula famularis mensas instruit. Stat. 2. Achil. 14.*

¶ *Famulare (οἰκετικὸν) neutrum, pro aduerbio: ut, Timens famulare: id est, more famuli. Stat. 3. Sylu. 1. 8.*

¶ *Famulatus, huius famulatus, pen. prod. m. g. (δεσποτεία) Dicebatur famulitium, inquit Festus, quod nunc seruitium. Cic. de Amic. 61, Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. Offi. 160, Quam miser uirtutis famulatus seruientis uoluptati!*

*Grauis famulatus. Seneca Hippol. 10. 1.*

¶ *Famulitium, huius famulitij, Idem (ἁλεία) Varro, Apud ignauum dominum, duro famulitio astrictus.*

*Famulitium, Seruorum copia. Macrobius, Vnus è famulitio, cui prouincia erat admittere uolentes dominum conuenire.*

¶ *Famulatio (ἅλωσις) Famulorum, famularumq; multitudo. Apul. lib. 2, Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione.*

Fanaticus] *Vide* Fanum.

Fandus] *Vide* Faris.

Fanesij] *populi in Oceano Septentrionali, qui (ut ait Plin. lib. 4. cap. 13. 5.) tam grandes habent aures, ut eorum nuda corpora auribus contegantur.*

Fanestris] *φανὸν φορτῦναι, Colonia Pomponio est quam Plinius Fanum fortunæ appellat, cap. 14. lib. 3. & item Ptolemæus, lib. 3. Porrò ea Colonia sita est non procul à flumine Metauro, ut ibidem, Plinius author est.*

Fannij] *inter Oratores Ciceroni numerantur in Bruto. Horum (inquit) ætatibus adiuncti duo C. Fanni, C. Marci filij fuerunt: quorum C. Fannius, qui* cos. *cum Domitio fuit, unam orationem de socijs & nomine Latino, contra Gracchum reliquit, sanè & bonam & nobilem. Alter autem C. Fannius M. F. C. Lælij gener & moribus, & ipso dicendi genere durior. De his plura apud Ciceronem in Bruto.*

Fannia lex] *φανίου νόμος, quæ (ut ait Gell. lib. 2. cap. 24) ludis Rom. itẽ ludis plebeis & Saturnalibus & alijs quibusdam diebus in singulos dies cẽtenos æris insumi cõcessit, decemq; alijs diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris aũt omnibus diebus denos. Vide Macrobiũ lib. 3. Saturn. cap. 17.*

Fanum Fortunæ] *φανὸν φορτῦναι, Vrbs Senonum in Italia authore Ptolemæo. Fano uulgò.*

Fanum] *huius fani, n. g. Templum (τέμενος ναὸς) Dictum, ut inquit Festus, à fando, quod fando consecratur. Vel à Fanno, qui primus, authore Probo grammatico, fani conditor fuit. Varro lib. 5. de Ling. Latina, Fanna nominata, quòd Pontifices in sacrando fati sint finem. Liu. 1. Decad. lib. 10. 180, Inq; ea pugna Iouis Statoris ædem uotam, ut Romulus antè uouerat: sed fanum tantum, id est, locus templo effatus iam sacratus fuerat. Cic. 3. de Finib. 51. Fana depeculari.*

*Fanum nonnulli scribunt per ph, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, quod significat manifestum, quòd è fano responsa dabantur.*

*Religio fani. Cic. 1. de Inuent. 122.*

*Putre fanum. Horat. 1. epist. 10. 10.*

*Sancta fana. Lucret. lib. 5. 16.*

*Expilare fanum. Cic. 3. de Nat. deor. 119.*

*Expoliare fana. Cic. 1. de Nat. deor. 111.*

*Profanis atq; delubris propugnare. Cic. pro C. Rabirio, 22.*

¶ *Fanaticus, pen. corr. Adiectiuum (θεόληπτος, οὐσιος, θεοφορούμενος) Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati, qui uerbo Græco enthei dicuntur, & theophorumeni, quòd non sua sponte, sed diuino numine ferantur. Cuiusmodi Cumæa Sibylla à Virgilio describitur in sexto, —cui talia fanti Ante fores subitò non uultus, non color unus, &c. Iuuenal. Satyr. 2, —& crine senex fanaticus albo*

Sacrorum antistes. Liuius lib.9.bell.Maced.de Bacchanalibus loquens, Viros uelut mente captos cum iactatione fanatica corporis uaticinari. Quirtil. in undecimo, Frequens etiam capitis nutus non caret uitio, adeò caput iactare, & comas excutientem rotare, fanaticum est. Budæus.

Fanatici Philosophi. Cic.2.de Diuinat.177.

Fanaticus homo. Cic.pro Domo sua,81.

Fanatico carmine uaticinari. Liu.8.bel.Maced.81.

Far] Liuius farris,n.g.(ζέα,ζειὰ) Apud Dionys. Halicar. Apud ueteres de omnibus frugibus dicebatur, quia id ferret terra, uel à frangendo se, uel à faciendo, ut inquit Varro de Lingua Latina,lib.4.quod in pistrino fiat. Col.lib.8.cap.5,Posthæc cauea cũ matre claudendi sunt, & farre hordeaceo cũ aqua incocto, uel adoreo farre, uino aspersо modicè alendi. Virg.

—farre litabo. Vide Plinium lib.18.cap.8.1.

Aceruus ingens farris. Virg.1.Georg.37.

Farris bilibra. Liu.4.ab Vrbe,69.

Farris seges. Liu.2.ab Vrbe,29.

Asperum far. Stat.4.Sylu.9.7.

Sordes farris mordere canini. Iuuenal. Satyra 5.2.

Flaua farra. Virgil.1.Georg.15.

Lætissima farra hyberno puluere. Virg.1.Georg.21.

Modicum far. Pers. Satyra 3.3.

Pio farre ueneratur larem. Virg.5.Aencid.148.

Robusta farra. Virgil.1.Georg.44.

Salsa farra. Ouidius 3.Fast.57.

Torrida farra. Ouidius 2.Fast.5.

Vegrandia farra. Ouidius 3.Fast.85. Vegrandia, non grandia.

Tepida fauilla. Ouid. 14. Metam. 115.
Viuens fauilla. Stat. 2. Sylu. 1. 1.
Ardentes reſtinguere fauillas. Stat. 5. Sylu. 5. 8.
Fauilla eiectata. Ouid. 2. Metam. 23.
Prunam uelans fauilla. Ouid. 8. Metam. 106.
Atra fauilla uolat. Ouid. 13. Metam. 132.
Fauillæ uolitant ſuper ora. Ouid. 2. Metam. 28.
¶ Fauillaceus, Adiect. Solinus cap. 48, Nam fuligine intrinſecus fauillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet, quæ uel leui tactu preſſa, fumum exhalat.
Fauiſſæ] inquit Gellius ex Varronis uerbis, lib. 2. ca. 10. fuiſſe cellas quaſdam & ciſternas quæ in area ſub terra eſſent, ubi reponi ſolerẽt ſigna uetera, quæ ex eo tempore collapſa eſſent, & alia quædam religioſè donarijs conſecrata.
Faula] Herculis ſcortum fuit, quæ poſtea pro dea coli cœpit. Lactantius, quum de Laurẽtia Fauſtuli loquutus fuiſſet, ſubdit, Nec hanc ſolam Romani meretricem coluerunt, ſed Faulam quoq; , quàm Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit. Hæc ille.
Faunæ] dea. Vide Fatua.
Faunalia] Feſta erant, in quibus Nonis Decembr. Fauni ſacrum peruigili anniuerſario Romæ celebrabant. Horatius in Odis, & eius interpres. Meminit Alex. Genial. libro 3. capite 18.
Fauniana] charta latitudine denũm digitorum fuit, amphitheatricæ, quæ à loco ſic dicta eſt, ſuperior, utpote quã Faunius miro artificio emendarit, & de ſuo nomine poſtea Faunianam dixerit. Author Plin. lib. 13. cap. 12.
Faunus] φαῦνος. Vide Fatuelus.
¶ Fauni, Agrorum & ſyluarum putati ſunt dij: qui poſt prolixum tempus moriuntur, quòd è terra geniti ſint. Fauni apud Latinos, ij ſunt qui apud Græcos σάτυροι, filij Saturni. Plin. lib. 12. cap. 1. 1, Quin & Syluanos, Faunoſq; , & deorum genera ſyluis, ac ſua numina tanquam è cœlo attributa credimus.
Faunorum meminit. Cic. lib. 3. de Nat. deor. 19.
Agreſtum numina Fauni. Virg. 1. Georg. 2.
Amator Nympharum Faunus. Horat. 3. Carm. ode 18. 1.
Bicornis Faunus. Ouid. 2. Triſt. 54.
Laſciui Fauni. Claud in Epithal. Palladij, 46. 4.
Ruſtica numina Fauni. Ouid. 1. Metam. 39.
Ruricolæ ſyluarum numina Fauni. Ouid. 6. Metam. 79.
Fauni ſyluicolæ. Stat. 5. Theb. 17.
Velox Faunus. Horat. 1. Carm. ode 17. 1.
Fauoniana] Pyra rubra, à Fauonio inſitore dicta, quorum meminit Plin. lib. 15. cap. 15.
Fauonienſes] Populi in ſexta regione Italiæ, Nucerinorum cognomen, ut refert Plin. lib. 3. cap. 14.
Fauonius] ζέφυρος, Venti nomen aduerſus Eurum flantis. Dictus à fouendo, qui genitalem eſſe dicũt ſpiritum mundi: à Græcis Zephyrum nuncupatum. Plin lib. 15. cap. 3. 4.
Niſi ante Fauonium collectæ nouas uires reſumunt.
Genitabilis aura Fauonij. Lucret. lib. 1. 3.
Candidi Fauonij. Horat. 3. Carm. ode 7. 1. Id eſt, ſereni, proſperi. Acron.
Liquidi clementior aura Fauoni. Claud. 5. Paneg. 54.
Fauonio naſcente, purpureum uidetur mare. Cic. 4. Acad. 187.
Tenuis Fauonius. Stat. 3. Sylu. 1. 15.
Tepidi Fauonij fœcunda aura. Catul. Argon. 59. 57.
À Fauonio initium ueris notare. Cic. 7. Verr. 22.
Spirans lene Fauonius. Ouid. 9. Metam. 133.
Fauor, Fauorabilis] Vide Faueo.
Fauorinus] pen. prod. Philoſophus Arelate oriundus, Dionis auditor fuit, præterea Eunuchus, & Adriano principi infenſus. Ideo tria de ſe mira narrare ſolebat, ſe Gallum græciſſare, eunuchum mœchum putari, & inimicũ imperatori uiuere. Ob quam cauſam ſtatua eius diſiecta Athenis, ubi uiuebat. Hunc Herodes Atticus patrem ſolebat appellare, hæreſq; librorum ab eo factus eſt. Hæc ex Philoſtrato. Gellius huius ſæpe meminit. Aelian. de uaria hiſtoria, dicit hũc quãdoq; in diſputatione quadã Adriano ceſſiſſe, admirãtibusq; proximis, Nónne cedã, inquit, ei qui xx habeat legiones?
Fauſtianum] Vinum dicebatur quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in ſummis iugis naſcebatur, Gauranum uocabant: quod in mediis collibus, Fauſtianum: quodq; in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Author Plin. lib. 14. cap. 6.
Fauſtulus] pen. cor. paſtor, Accæ Laurentiæ maritus, quæ Romulum & Remum inuentos à Fauſtulo, aluit, ut ſcribit Seruius in 1. Aen. Vide Liuium ab Vrbe, 16.
Fauſtus] Syllæ filius. Fauſtus item Quintilius Senator, tempore Iuliani principis. Fauſtorum Catalogum require apud Volaterranum.
Fauſtus] Adiectiuum (εὐτυχὴς) A' Faueo dicitur, nempe is cui omnes fauent, proſper ac propitius.
Annus fauſtus. Ouid. 1. Faſt. 13.
Fauſtus & felix dies. Terent. And. 5. 4. 54. Cic. 1. Tuſ. 193, Eo tamen ſimus animo, ut horribilem illum diem alijs, nobis fauſtum putemus.
Horribilis, & fauſtus dies, contraria. Cic. 2. Tuſc. 193.
O' nox illa fauſta huic urbi. Cic. pro Flacco, 79.
Fauſtum omen. Liu. 7. ab Vrbe, 112.
¶ Fauſtè, Aduerbiũ (εὐτυχῶς) Feliciter, & fortunatè. Cic pro Muræna, 1, Ea res fauſtè, feliciter, proſpereq; eueniret.
¶ Fauſtitas, pen. cor. fauſtitatis (εὐτυχία) nouè pro felicitate capitur apud Horatium, 4. Carm. ode 5. 4,
Nutrit rura Ceres, almaq; fauſtitas. Id eſt, felicitas producendi.
Fauus] huius faui (λαῖον) Apum domus & cellulæ: à fouendo, quòd in his ſobolem foueant. Plin. lib. 11. cap. 5. Virg. 4. Georg. Primi fauis ponunt, &c. Plinius iunior, Bucellam panis dedit, & fauum mellis. Hoc eſt, fruſtum operis apiarij melle plenum. Cic. 1. Offic. 219, Apum examina non fingendorum cauſa congregantur: ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt fauos.
Candidus fauus. Ouid. 8. Met. 136.
Melle complet fauos apis. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 10.
Conſtruere fauos. Vide Conſtruo.
Fax] facis, fœm. gen. (λαμπὰς, λὰς) Fuſtis inciſus, & cera uel oleo iunctus, ac compoſitus ad lumen faciendum. Fitq; præcipuè ex arundinibus aridis, & piceis arborib. & teda. Faces prius dicebantur, poſtea fax. Varro, Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia ſolita, etiã nunc picea fax indicat. Idem de Vita populi Rom. lib. 2, Quum à noua nupta ignis in face afferretur, foco eius ſumptus, fax ex pinu ablata eſſet, ut eam puer ingenuus afferret. Ex Nonio.
Faces quibus incenſa L. Bellieni domus deflagrauit. Cicer. 2. Phil. 93.



Digitized by Google

Faces nuptiarum. Plinius lib. 16. cap. 18. 3.
Per translationem aũt in varias significationes traducitur: ut, Fax accusatiõis: id est, author & incitamentũ, & ut Nonius loquitur, suscitabulum. Plin. epist. 74. a, Fax accusationis & origo.
Cruentæ faces Bellonæ. Stat. 10. Thebaid. 170.
Fax corporis. Cic. 1. Tusc. 70.
Dicendi faces. Cic. 2. de Orat. 113.
Incendiorum Antonij fax Clodius. Cic. 2. Philip. 64.
Invidiæ faces. Cic. pro Milone, 74.
Mortis fax. Ouid. epist. 10. 39.
Faces seditionis. Cic. pro Domo sua, 11.
Acriores faces. Quintil. lib. 1. cap. 2. 17. Vide Acer.
Atra fax. Virg. 10. Aeneid. 15.
Auidæ faces. Ouid. 14. Metam. 106.
Exigua fax. Stat. 10. Thebaid. 85.
Flammifera fax. Ouid. epist. 15. 10.
Flebilis fax. Senec. Octau. 4. 9.
Fulgens fax. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 8.
Iugales faces. Valer. 2. Argon. 69.
Legitimæ faces. Senec. Medea, 2. 3.
Luciferas faces crimita nox. Valer. 5. Argon. 74.
Lucifera fax. Senec. Medea, 11. 21.
Maritæ faces. Ouid. epist. 11. 21.
Noctiuagæ faces cæli. Lucret. lib. 5. 240.
Nuptiales faces. Cic. pro Cluent. 11. Vide post Nubo.
Phœbea fax. Senec. Hippol. 4. 5.
Prõfanæ faces Eumenidum. Claud. 2. de raptu Proser. 43.
Rosea fax foliis. Lucret. lib. 5. 195.
Sepulcralis fax. Ouid. epist. 2. 24.
Tranquillæ faces oculis. Stat. 1. Achil. 33.
Addere faces alicui. Tacit. lib. 17.
Dolorum faces admouere. Cicer. 2. de Offic. 52. Vide Admoueo.
Afflarunt tepidæ pectora uestra faces. Ouidius 2. de Rem. amor. 8.
Ambulare cum facibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 11.
Trisulca face ardescit mundus: id est, fulmine. Senec. Hippol. 5. 10.
Sagittis, ac face armatus. Quint. lib. 2. cap. 4. 20.
Armata facibus. Virg. 4. Aen. 95.
Seuæ collucent faces. Virg. 4. Aeneid. 114.
Cremare faces. Ouid. 8. Metam. 169.
Igneis exarsit facibus sitis. Senec. Thyeste, 2. 10.
Excitat incendium fax. Cic. 7. Philip. 219.
Extinguere faces. Senec. Herc. Oetb. 4. 65.
Faces ferre in Capitolium, pro Incendere Capitolium. Cicer. de Amicitia, 35.
Ferre faces in tecta: id est, accendere tecta. Ouid. 14. Met. 106.
Mutua flagrare face. Senec. Octau. 2. 4.
Incensas faces iaculari. Senec. Herc. Oetb. 7. 26.
Fulmineam iaculata facem. Valer. 4. Argon. 134.
Serui cum facibus in tecta nostra immissi. Cicero Attico, libro 14. 306. 2.
Nouas incide faces. Virg. eclog. 8. 6. Vide Seruium.
Inferre faces tectis. Vide Infero.
Inspicare faces acuto ferro. Virg. 1. Georg. 59.
Lucere facem nouæ nuptæ. Vide in Lux.
Infestam facem pandit cometa. Senec. Octau. 5. 3.
Perferre facem adolescentulo ad libidinem. Cic. 1. in Catilin. 9. Hoc est, ducem esse.
Rapidæ sonuere faces. Valer. 5. Argon. 7.
Subdere faces ad studia dicendi. Quint. lib. 1. cap. 2. 17.
Primas succensus face, tedaq; iugali. Silius lib. 17. 15.
Pudoris facibus succensa mens. Claud. 2. Paneg. 46.
Accensas uentilare faces. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 3.
Visæ sunt nocturno tempore faces. Cic. 3. in Catil. 63.
Celestes faces uisæ. Cic. 2. de Nat. deor. 2 E.
¶ Facula, Diminutiuũ. per. cor. (λαμπάδιον) Propert. lib. 2. eleg. 20. 1. Quorũ alij faculas, alij retinere sagittas, &c.

Faxo] Vide Facio.

## F E

FEBR. uel FEB. Februarius.

Febris] Dea culta est à ueteribus, ne noceret. Val. Max. Febrẽ uerò, ait, ad minus nocendum templis colebant, quorum unum adhuc in Palatio, alterum in arce Marianorum, tertia in summa parte uici Longi: in eaq;, remedia, quæ corporib. ægrotorum innexa fuerant, deferebantur. Meminit huius & Cicero, 3. de Nat. deor. & 2. de Legib.

Febris] huius febris, fœm. gen. (πυρετὸς, πυρέσσω) à feritate dicta: uel, uel Seruius docet, à feruore est, ut medici docent, calor natiuus uersus in igneum.
Efficacissimum in febribus. Plin. lib. 28. cap. 7. 3.
Accessio febris. Celsus lib. 3. cap. & alibi frequenter.
Accessus febris. Vide Accedo. Plin. lib. 28. cap. 4.
Ardor febrium. Plin. lib. 23. cap. 1. 3.
Circuitus febrium. Celsus lib. 3. cap. 12. & alibi frequenter.
Cohors noua febrium. Horat. 1. Carm. ode 3. 7.
Curatio febrium. Celsus lib. 3. cap. 3.
Decessio febris. Vide Instat febris. Celsus lib. 3. cap. 12.
Decessus febris. Celsus lib. 3. cap. 12.
Discessiones febrium. Celsus lib. 2. cap. 4.
Febris fanum in palatio dicatum est. Plin. lib. 2. cap. 7. 2.
Horrores febrium. Plin. lib. 24. cap. 10. 3.
Impetus febris. Celsus lib. 2. cap. 10.
Incrementum febris. Vide instat febris.
Intentio febris. Celsus lib. 3. cap. 18.
Reliquiæ febrium. Celsus lib. 3. cap. 4.
Remissio febris. Celsus lib. 2. cap. 10.
Valetudo febrium. Plin. lib. 23. cap. 1. 34.
Acuta febris. Celsus lib. 2. cap. 6. Idem lib. 3. cap. 22.
Inter febres non acutas. Celsus lib. 2. cap. 5.
Amphimerina febris. Plin. lib. 28. cap. 16. 10.
Arida febris. Vide Aridus.
Febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & sitii affligit. Celsus lib. 2. cap. 8.
Constrictæ febres. Plin. lib. 23. cap. 7. 6.
Contagiosa febris. Vide Contagium.
Febre continenti si caput dolet. Celsus lib. 2. cap. 8.
Febris continua uehemensq;. Celsus lib. 2. cap. 7.
Domestica febris. Vide Torret febris.
Fortuita febris. Sueton. in Tiber. cap. 73.
Frigidæ febres. Plin. lib. 23. cap. 8. 15.
Grauior febris. Celsus lib. 3. cap. 4. & 12.
Inordinata febris. Celsus lib. 3. cap. 3.
Febris interuallata biduo medio. Gellius lib. 17. cap. 12. Quartanam intelligit.
Lentæ febres. Celsus lib. 2. cap. 17.
Leuior fit febris. Celsus lib. 3. cap. 5.
Febris quæ interdiu leuior est. Celsus lib. 2. cap. 7.
Lenissima febris. Celsus lib. 3. cap. 20.
Longa febris. Plin. lib. 28. cap. 7. 2. Celsus lib. 2. cap. 7.
Longinquæ febres. Plin. lib. 29. cap. 4. 20.
Nocturnæ febres. Plin. lib. 29. cap. 4. 7.
Periodicæ febres. Plin. lib. 20. cap. 33. Vide Periodicus.
Perniciosa febris. Celsus lib. 4. cap. 26.
Quibusdam perpetua febris est, ut C. Mecœnati. Plinius libro 7. cap. 51. Vide Perpetuus.

Prima febris. Celsus lib. 2. cap. 4.
Quartana febris. Celsus lib. 3. cap. 3.
Quotidiana febris. Celsus lib. 3. cap. 3.
Recens febris. Celsus lib. 2. cap. 15.
Recidiua febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Statæ febres. Plin. lib. 28. cap. 8. 20.
Stegnæ febres, & quæ constrictæ uocantur. Pli. lib. 23. ca. 7. 6.
Tertiana febris. Celsus lib. 3. cap. 3.
Tertianarum febrium & quartanarum reuersione & motu quid possit esse constantius. Cic. 3. de Nat. deor. 33.
Tutissimæ febres. Celsus lib. 3. cap. 12.
Vagæ febres. Celsus lib. 3. cap. 5.
Abigere febres. Plin. lib. 25. cap. 9. 5.
Accedit febris. Celsus lib. 2. cap. 17. Vide Accedo.
Accessit febris, & desijt, contraria. Celsus lib. 3. cap. 16.
Accendere febres. Celsus lib. 3. cap. 9. Vide Accendo.
Adducere febres. Vide Adduco.
Adijcere febres. Vide Adijcio.
Adiecta febris. Celsus lib. 2. cap. 6.
Febres admittunt curationes. Celsus lib. 3. cap. 12.
Afferre febrem. Celsus lib. 7. cap. 18.
Febres antecedit horror. Celsus lib. 3. cap. 12.
Antecedunt febrem signa aliqua. Celsus lib. 2. cap. 2.
Arcere febres. Plin. lib. 28. cap. 8. 20.
Statas febres arcere. Plin. lib. 28. cap. 8. 20.
Ardens febris. Vide Ardeo.
Augetur febris. Vide instat febris.
Contra febres frigidæ bibitur, &c. Plin. lib. 27. cap. 12. 23.
Calere febre. Iuuenal. Satyr. 10.
Febri carere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 13. 1.
Carere febri negatur capra. Plin. lib. 28. cap. 10. 2. Celsus lib. 2. cap. 15.
Cœpit febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Comitatur & febris tales iniurias. Plin. lib. 22. cap. 7. 1.
Concipit sese febris. Celsus lib. 3. cap. 6.
Concitata febris. Celsus lib. 2. cap. 4.
Febris protinus conquieuit. Celsus lib. 2. cap. 8.
Consistit febris. Vide Instat febris.
Continentes febres sine remissione sunt. Celsus lib. 3. cap. 5.
Continuant febres. Celsus lib. 2. cap. 4.
Continuatur febris. Celsus lib. 3. cap. 5.
Continuata febris. Celsus lib. 3. cap. 18.
Coorta febris superante bili. Lucret. lib. 4. 134.
Corripi febre. Plin. lib. 7. cap. 51.
Damnantur in febri recentes uuæ. Plin. lib. 23. cap. 1. 1.
Decedit febris. Vide Instat febris.
Decessit subitò febris, quum biduum cibo se abstinuisset. Cic. Attic. lib. 5. 95. 1.
Decedens febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Decrescit febris. Celsus lib. 2. cap. 10.
Febris fuit atq; decreuit. Celsus lib. 3. cap. 6.
Deducere corpore febres. Horat. 1. epist. 2. 10.
Arida febris depascitur artus. Virg. 3. Georg. 90.
Depellere febrem. Plin. lib. 25. cap. 4. 10.
Desinit febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Crescere desijt febris. Celsus lib. 2. cap. 10.
Detineri diu lætis febriculis. Celsus lib. 2. ca. 17.
Febris non dimittit. Celsus lib. 2. cap. 7.
Quartana discessit. Cic. Attic. lib. 8. 15. 3.
Discutere febrem. Celsus lib. 2. cap. 15.
Discutere febrem genere uictus. Celsus lib. 2. cap. 24.
Dare febres alicui. Iuuenalis Satyr. 10.
Datur in febri, &c. Plin. lib. 22. cap. ult. 33.
Dolere febre. Celsus lib. 2. cap. 8.
Durat febris. Celsus lib. 5. cap. 26.
Post febrem uomitus est eliciendus. Celsus lib. 3. cap. 7.
Febris euanuit. Celsus lib. 2. cap. 3.
Excitare febriculas. Celsus lib. 3. cap. 18.
Expectatur febris illo die. Celsus lib. 3. cap. 14.
Experiri febres. Celsus lib. 2. cap. 7.
Extorret aliquem febris ardens. Celsus lib. 3. cap. 7.
Magnas febres experiri. Celsus lib. 2. cap. 7.
Extorret ardens febris. Celsus lib. 3. cap. 7.
Facere febrem. Martial. lib. 2. 16.
Febres leuiores facere. Plin. lib. 33. cap. 4. 14.
Febrem finiunt sudores. Celsus lib. 2. cap. 14.
Finitur febris. Vide Instat febris.
Finita febris. Celsus lib. 3. cap. 3.
Febris eodem die finita est. Celsus lib. 2. cap. 3.
Habere febrem. Celsus lib. 3. cap. 4. Cic. de Fato, 24.
Certum habent circuitum aliquæ febres. Celsus lib. 3. cap. 12.
Circuitum habere solita febris. Vide Accedit febris.
Hærens febris per omne id tempus. Celsus lib. 2. cap. 7.
Hærens febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Incidens febris tussim ingessit. Plinius epistol. 19. libro 7. ad Priscum.
Intentio febris somnum impedit. Celsus lib. 3. cap. 18.
Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Plinius libro 20. cap. 20. 3.
Ardens febris. Celsus lib. 2. cap. 15.
Contra ardorem febrium imponitur, &c. Plin. lib. 20. ca. 9. 10.
In febris ardoribus imponuntur pectori, &c. Plin. lib. 23. capite 6. 1.
Incidere in febres. Celsus lib. 3. cap. 6.
Incipit febris. Vide Instat febris, & in uerbo Incipio.
Quatrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hybernis mensibus incipere. Plin. lib. 7. cap. 50. 4.
Incipiens febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Inciture febrem. Celsus lib. 3. cap. 8.
Inclinat se febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Inclinata febris. Ibidem.
Increscunt febres. Celsus lib. 2. cap. 4. & cap. 7.
Tempus febris incurrit in aliquam rem. Cels. lib. 3. cap. 15.
Inijt unquam te febris? Vide Ineo.
Inhæret assiduè febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Instat febris. Celsus lib. 3. cap. 5.
Intenditur sæpe ex eo febris. Celsus lib. 3. cap. 9. & cap. 11.
Intermittit ex toto febris. Celsus lib. 3. cap. 14.
Iunguntur febres. Celsus lib. 3. cap. 5.
Sine febri laborare. Cic. Att. lib. 7. 12. 2.
Accessio febris lenita est. Celsus lib. 2. cap. 17.
Leuatur febris. Celsus lib. 3. cap. 6.
Febres quæ tertio quoq; die non leuantur. Celsus lib. 2. cap. 4.
Leuata est febris. Celsus lib. 3. cap. 4.
Liberare aliquem febre. Celsus lib. 3. cap. 9.
Liberari à febre. Plin. lib. 26. cap. 11. 11.
Liberatus febre. Celsus lib. 2. cap. 15. & cap. 17.
Minuere febrem. Celsus lib. 3. cap. 5.
Minui febris uidetur, & rursus intenditur. Cels. lib. 3. cap. 11.
Aliquantum minuitur ex febre. Celsus lib. 3. cap. 3.
Minuitur aliquid ex febre. Celsus lib. 3. cap. 3.
Frigora febrium minuit cor ranæ adalligatum. Pli. lib. 32. ca. 10. 2.
Mitigare febrē quiete, & abstinentia. Quint. lib. 2. cap. 17. 7.
Febres quæ per discessiones tantum molliuntur, nec unquam integrum corpus dimittunt. Celsus lib. 2. cap. 4.
Mouere febres. Celsus lib. 5. cap. 28.
Nanciscì febrim. Sueton. in Tito, cap. 10.
Vbi uerò febris aliquē occupat, scire licet, &c. Cels. lib. 2. ca. 3.

Oritur

Oritur febris. Celsus lib. 2. cap. 4.
Pati febrim. Vide Patior.
Perfunctus à febri. Varro 2. de Re rust. cap. 4. 4.
Permanet febris. Vide Terret febris.
Aduersus febrium horrores uenientes pollere tradunt lapillos uentre exemptos. Plin. 28. cap. 8. 20.
Perustus ardentissima febri. Plin. lib. 7. epist. 1.
Tertiana febris unum diem præstat integrum, tertio redit. Celsus lib. 3. cap. 3.
Prodest & febri ranarum fellis cinis. Plin. lib. 32. cap. 10. 6.
Prosunt in febribus fluuiatiles cancri. Plin. lib. 32. cap. 10. 2.
Febris quieuit. Celsus lib. 2. cap. 8. Idem, lib. 3. cap. 16.
Febris ex toto quieuit. Celsus lib. 2. cap. 3.
Febris non quiescens. Celsus lib. 2. cap. 5. & cap. 6.
Remedium quærere febri. Plin. lib. 28. cap. 7. 16.
Accessio febris ex toto recessit. Celsus lib. 2. cap. 17.
Febris quartis diebus recurrens. Gellius lib. 17. cap. 12.
Febres recidunt. Plin. lib. 28. cap. 16. 10.
Redeunt quædam febres longiore circuitu. Celsus lib. 3. cap. 3.
Incordinatè redeunt febres. Celsus lib. 3. cap. 3.
Reducere febrim alicui. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 59.
Febrium ardores refrigerat succus cucurbitæ. Plinius lib. 20.
Remanent febres. Celsus lib. 2. cap. 7. (cap. 3. 4.
Remittit febris. Celsus lib. 2. cap. 14.
Remittit se febris. Celsus lib. 3. cap. 10.
Remittitur febris ex toto. Celsus lib. 3. cap. 9. & cap. 12.
Febriũ medicina placitis eorũ renuntiat. Plin. lib. 30. cap. 11. 3.
Febris repetit. Celsus lib. 2. cap. 8.
Nocturnis febribus resistere prodiderũt. Plin. lib. 29. cap. 4. 7.
Reuertitur febris. Vide Accedit febris. Celsus lib. 3. cap. 3.
Febres quæ quotidie tẽpore eodẽ reuertũtur. Celsus li. 2. ca. 4.
Febriũ morbos nõ sentit ceruus. Plin. lib. 8. cap. 32. ad finem.
Tertio die sequuta febris est. Celsus lib. 3. cap. 5.
Ante febres solet esse frigus. Celsus lib. 3. cap. 11.
Soluere febres. Plin. lib. 24. cap. 9. 4.
Submouere febrem. Celsus lib. 3. cap. 21.
Si febris sit. Plin. lib. 22. cap. 20. 1. Et lib. 32. cap. 10. 5.
Superuenit febris leui uulneri. Celsus lib. 5. cap. 26.
Spatium febris sustinere. Vide Incitare febrem.
Tenent febres corpus. Celsus lib. 3. cap. 9.
Tenuata febris. Celsus lib. 3. cap. 7.
Terret febris. Celsus lib. 5. cap. 26.
Si febrem non sustulit prima inedia. Celsus lib. 2. cap. 12.
Febrium circuitus tollit iecur delphini gustatum ante accessiones. Plin. lib. 32. cap. 10. 1.
Tollere febrem. Celsus lib. 2. cap. 12.
Torret febris. Iuuenal. Satyr. 9.
Vacare febre. Celsus lib. 2. cap. 14. & cap. 15.
Venit febris subitò. Celsus lib. 3. cap. 12.
Febres cum horrore uenientes perunctis leuiores fiunt. Plin. libro 23. cap. 4. 14.
Ventura febris. Celsus lib. 3. cap. 12.
Veteraſcunt febres. Celsus lib. 3. cap. 12.
Vehemens febris urget. Celsus lib. 2. cap. 10.
Vrgent magnæ febres. Celsus lib. 7. cap. 26.
Anhelis uror febribus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 1.

¶ Febricula, pen. corr. Dimin. (πυρετίδιον) Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 15, Qui ex labore in febriculam incidi assiduam, & satis molestam. Cic. ad Atticum, lib. 7. 182. 2.

Lentæ febriculæ. Celsus lib. 2. cap. 17.
Febricula leuis. Celsus lib. 3. cap. 22.
Longæ, difficilesq; febriculæ. Celsus lib. 3. cap. 22.
Consumit hominem febricula. Celsus lib. 3. cap. 25.
Febricula eo die finitur. Celsus lib. 2. cap. 3.
Habere febriculam. Cic. Attico, lib. 6. 120. 2.
Incidit febricula. Celsus lib. 3. cap. 21, Ne febricula incidat.
Febricula incursat. Celsus lib. 3. cap. 22.
Si semper febricula manet. Celsus lib. 3. cap. 5.
Medendum febriculæ. Vide febricula incursat.
Febricula oritur. Celsus lib. 3. cap. 25. Idem, lib. 4. cap. 15.
Præcessit febricula. Celsus lib. 2. cap. 7.
Febricula quieuit. Vide Febricula leuis.
Febricula repetit. Vide Febricula leuis.
Febricula aut soluta erit, aut lenior. Celsus lib. 8. cap. 4.

¶ Febriculosus, penult. prod. Adiect. (πυρετώδης) Qui habet multam febrem. Gellius, Non morbus hic febriculosus, aut nimium grauis.

¶ Febrilis, & hoc febrile, pen. prod. (πυρετικὸς) quasi ad febrem pertinens. Apul. Ardore æstuans febrili.

¶ Febrio, febris (πυρέσσω) febrire, Laborare febre. Celsus libro 6. cap. 11, Potiones si febriat puer, aquæ: si sine febre est, uini diluti.

¶ Febriens, Participium (πυρέσσων) Colum. lib. 6. cap. ult. Febrienti mulæ cruda brassica datur.

Febricito, febricitas, pen. corr. (πυρέσσω) febricitare, Febrẽ pati, uel febre corripi & tentari. Colum. lib. 6. cap. 9, Febricitanti boui conuenit abstinere cibo, uno die.
Febricitat æger. Celsus lib. 3. cap. 6.
Febricitauit aliquis, aut inhorruit. Celsus lib. 2. cap. 7.

¶ Febricitans, pen. corr. Participium, Celsus lib. 2. cap. 6.

Februo] *februas* (καθαίρω) *februare*, Lustrare, purgare, A Ferueo: hoc enim adolendo & flammis feruentibus fierẽ solebat. Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentũ dicunt. Hinc (ut author est Festus) Februarius mẽsis dictus est, quòd tum, id est, extremo anni mense, populus februaretur: id est, lustraretur ac purgaretur. Per XII. enim dies cõtinuos Februarij, celebrabantur februa. Hisq; diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis sacrificijsq; circa sepulcra, accensis facibus, cereisq; intentus erat. Festus. Varro de Vita Populi Romani, lib. 1, In eorum enim sacris liba quum sint facta, incerni solẽt farris semine, ac dicere se ea februare. Id est, pura facere.

¶ Februa (καθάρματα) appellantur quæcunq; purgamenti causa in quibuscunq; sacrificijs adhibeãtur, inquit Festus. Plinius, Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit, februa esse omnia, quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerẽturq; peccata, aut manes animabus defunctorum placidi redderentur. Ouid. 2. Fast. 4, latius huius uocis significationem prosequitur,

Februa Romani dixere piamina patres, &c.

Tosta februa. Ouid. 4. Fast. 147.

¶ Februarius, mensis (θυγατρὸς) extremus anni mensis fuit ueteribus. Cic. 2. de legib. 85.

Februata luno] quæ & Februalis, & Februa, seu Februla nuncupabatur, dicta est, quòd illi mense Februario sacra fiant, cuius feriæ Lupercalia sunt: in quibus licet antea adolescentes passim currerent, postea Augustus Octauius, dum pudori consultum uoluit, ne imberbes cursitarent decreto sanciuit. Vide Alexandrum ab Alex. lib. 4. cap. 12.

Februus] dictus est Pluto, uel Dis pater, inferorũ deus, quòd ei mẽse Februario sacrificaretur. Vide Macrobiũ lib. 1. Saturn. cap. 13.

Fecialis] huius fecialis, penult. prod. (φητιάλης, εἰρηνοδικὸς) Pluraliter, Feciales, fecialiũ, appellati sunt, ut uult Festus, sacri sacerdotes, pacis uel belli authores: à faciẽdo, quòd belli, pacisq; faciẽdæ apud eos ius erat. Nonius, Feciales apud ueteres Romanos erant, qui sancta legatorũ officio, ab his qui ãduersum Populum Romanum aut rapinis, aut iniurijs bo



Digitized by Google

*stili mente commouerant, pignora facto fœdere iure repetẽ bant: nec bella indicebantur, quæ tamen pia uocabant, prius quàm fuisset quid fecialibus denuntiatum. Varro de Vita Populi Romani, lib. 2, itaq; bella & tardè & nulla licentia suscipiebant, quòd bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere. Prius quàm indicerent bellum iis à quibus iniurias factas sciebant, feciales legatos repetitum mittebãt quatuor, quos oratores uocabant. Idem lib. 3, Si cuius legati uiolati essent, qui id fecissent, quamuis nobiles essent, ut dederentur ciuitati, statuerunt: fecialesq; uiginti qui de his rebus cognoscerent, iudicarent, & statuerẽt, & cõstituerẽt. In manibus fecialium educatus homo. Cicer. 7. Verr. 7.39. Hi apud Liuium de iure belli indicendi consuluntur.* Budæus.

¶ *Fecialis, & hoc feciale, Adiectiuũ* (φητιάλιος) Cic. 1. Offic. 54, *Belli quidem æquitas sanctißimè feciali Populi Romani iure præscripta est.*

**Fel** *fellis, neutri generis* (χολὴ) *Humor in corpore, qui quòd flauus est, à medicis bilis flaua appellatur. Continetur autẽ sub ima parte hepatis in uesicula quadam, quæ ob id cistis fellis appellatur. Plaut. Trucul. 4.73,*

*— in melle sunt linguæ sitæ uestræ, atq; orationes:*
*Corda in felle sunt sita, atq; acerbo aceto.*

*Gallinaceum fel. Cic. 2. de Diuinat. 44.*
*Vipereo felle tela lurida. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 4.*
*Iecur ardet ficcato felle. Senec. Herc. Oeth. 9.19.*
*Veneni felle sagitta armata. Virg. 12. Aeneid. 70.*
*Sales suffusi felle: id est, ioci mordaces. Ouid. 2. Trist. 113.*
*Mordaci felle tincta spicula. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.22.*

**Felterræ, Genus herbæ.** *Plin. lib. 25. cap. 6. 5. Centaurion, nostri fel terræ uocant, propter amaritudinem summam.*

¶ **Felleus,** *Adiectiuum* (χολώδης) *Plin. lib. 26. cap. 12. 2, Sudores enim felleos mouent.*

**Feliginates]** *Populi numerantur à Plinio in sexta regione Italiæ, lib. 3. cap. 14.*

**Felinus]** *Iurisconsultus, Ferrariæ natus, ius ciuile tum in patria, tum etiam Pisis complures annos magna auditorum celebritate docuit, monimentisq; ingenij sui compluribus relictis, circiter annum* D. *decessit. Ex Hotoman.*

**Felis]** *huius felis, m. uel f. g.* (αἴλουρος) *Id animal est, quod nobiscum in domibus retinemus ad murium uenationem. Cic. de Nat. deor. lib. 1, Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus. Sic, 5. Tuscul. 114. Plinius lib. 10. cap. 73. 3, Feles quidẽ, quo silentio, quàm leuibus uestigijs obrepunt auibus? Colum. lib. 8. cap. 3. Varr. 3. de Re rust. cap. 11. 2.*

**Felix]** *huius felicis, pen. prod. omnis gen.* (εὐδαίμων) *Fortunatus, beatus. Vide* Fœlix.

**Felix Iulia]** *Colonia est in ora Libano monti subiecta, Berytus etiamnum dicta. Vide Plin. lib. 5. cap. 20.*

**Fello]** *as* (λιχμάζω) *Fellare, sugere & lambere, Martial.*

*Irrumatur Oros, futuit Matho, Lælia fellat.*

¶ **Fellator,** *oris* (λιχμαστὴς) *Martial.*

*Corue salutator quare fellator haberis?*

**Fellebris]** *& hoc fellebre, pen. corr. Solinus cap. 8, Calabria Boam gignit, quem anguem in immensam molem ferunt coalescere. Captat primò greges bubulos: & si quæ plurimo lacte rigua bos est, eius se uberibus innectit: suctuq; continuo saginata, longo sęculo ita fellebri satietate ultimò extuberatur, ut obsistere eius magnitudini nulla uis queat. Fellebrem satietatem uocat, copiosum lactis suctum.*

**Fellico]** *fellicas, pen. corr. fellicare. Solinus cap. 57. ad finem, Quod si præreptum statim fuerit, nequaquam mater pullo ubera præbet fellicanda. De equis.*

**Felonia]** *Barbara uox Feudistarum, dicitur delictum, noxia, perfidia uasalli erga dominum suum. Hæc nec expresso pacto remitti potest, quòd uasallus eo ad delinquendum inuitaretur contra l. conuenire. ff. de pactis dotalib.*

**Felsina]** *pen. corr.* (Βονωνία) *urbs Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 15. in descriptione octauæ regionis Italiæ, intus colonia Bononia, Felsina uocitata, quum princeps Hetruriæ esset.*

**Femen]** *feminis, pen. corr. n. g.* (μηρὸς) *à ferẽdo. Femora (inquit Valla lib. 4.) Partem illam exteriorem significant: Femina, partem interiorem, molliorem q; quæ se contingunt. Plin. lib. 11. cap. 10. de apibus, Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra. Colum. lib. 6. cap. 2, Ventri quoq; & sub femina manum subijcere, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant. Cæsar 7. bel. Gall. 292, Stipites feminis crassitudine. Cic. 6. Verr. 83.*

¶ *Femina etiam inferiores partes significant. Nam à flexu dicta uidentur, ubi etiam iunctura cũ flexu pedis est, fœmina dicuntur. Plaut. in Asin. Sed tamẽ tu nempe eos asinos prædicas, uetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant ungulæ. Lucret. lib. 4. 167.*

*Redundare pedib. feminibus, cruribus. Cic. 1. de Nat. deor. 138.*

¶ **Feminalia** (περιζώματα) *Tegumenta feminũ, & subligacula. His & mulieres utũtur, ut etiam uiri, ut uidere est Exod. cap. 28. Leuit. 6. & 16. & Ezech. cap. 44.*

**Femur]** *femoris, pen. corr. n. g.* (μηρὸς, κῶλον) *A' ferendo. Vide* Femen. *Plautus Milit. 5. 49,*

*Dextera digitis rationem computat feriens femur*
*Dexterum. Cic. de claris Orat. 152, Frons non percussa, non femur, pedis (quod minimum est) nulla suppliosio.*

*Femur bubulum, Herba, neruis utilis. Plin. lib. 27. cap. 9. 9.*
*Cædere femur. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.*
*Rostro femur hausit adunco. Ouid. 8. Metam. 75.*
*Plangere femur. Ouid. 11. Metam. 17.*

¶ **Femoralia,** *femoralium, neut. gen. plur. num.* (περιζώματα) *Quibus pudendæ partes corporis teguntur. Suet. in Augusto, cap. 82, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis & subuculæ thorace laneo & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & seminalibus.*

**L. Fenestella]** *Historicus, sæpe à Plinio citatur testis. Mortuus est Cumis Augusti tempore, ut tradit Eusebius.*

*Fenestella alius fuit, cuius de magistratibus Roman. liber non illepidus extat.*

**Fenestra]** *fenestræ* (θυρὶς, ἀπὸ τοῦ φαίνειν) *quod est lucere. fit enim ad lucem reddendam fenestra. Cic. lib. 1. Tuscul. 74. Non eas partes, quæ quasi fenestræ sint animi. Martial. lib. 1. 82.*

*Angustiæ fenestrarum. Cic. Attico, lib. 2. 18. 1.*
*Altæ, caligantesq; fenestræ. Iuuen. Satyr. 6. 4.*
*Caue fenestræ. Virg. 9. Aeneid. 110.*
*Ingens fenestra lato ore. Virg. 2. Aeneid. 97.*
*Patulis tectum sublime fenestris. Ouid. 14. Metam. 151.*
*Armatæq; uomũt stridẽtia tela fenestræ. Stat. 10. Thebaid. 106.*
*Plena per insertas fundit se luna fenestras. Virg. 3. Aeneid. 31.*
*Indere fenestras tecto dicitur uentus. Vide* Indo.
*Nocte patẽt uigiles te prætereunte fenestræ. Iuuen. Saty. 3. 27.*
*Fenestram ad nequitiam aperire alicui, pro Dare occasionem. Terent. Heaut. 3. 1. 72.*

¶ **Fenestella,** *Diminutiuũ* (θυρίδιον) *Colum. lib. 1. cap. 1. 6, Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur.*

¶ **Fenestro,** *fenestras* (θυριδόω) *fenestrare, Aperire. Plin. lib. 11. cap. 37. 23, Media oculorũ, cornea fenestrauit pupilla.*

¶ **Fenestratus,** *pen. prod.* (θυριδωτὸς) *Id est, Apertus, Perforatus. Plautus, Nulla est fenestratior domus.*

¶ **Fenestralis,** *pen. prod. Adiectiuum* (θυρίδιος) *ut, Forta fenestralis. Ouid. 6. Fast. 116.*

Fenestræ]

Digitized by Google

Feneſtræ] θυέλλαι, Oppidũ eſt ad ortum ſpectans Cinædio ac Tænaro Laconicis urbib. confine. Author Strabo lib.8.

Fera]feræ (θῆρ, θηρίον, φῆρ, κτώλαιον) dicta eſt, quod ſine ratione feratur: aut quòd naturali utatur libertate, & pro deſiderio feratur. Cic.4.Acad.194, Quod ut feram & immanem beluam, ſic, &c.

Agmen ferarum. Ouid.11 Metam.5.

Concilium ferarum. Ouid.10.Metam.29.

Domitor ferarum Hercules. Senec. Herc. Oeth.17.2.

Genus omne ferarum. Virg.3.Georg.94.

Horriferum genus ferarum. Lucret.lib.5.44.

Montiuagum genus ferarum. Lucret.lib.2.121.

Latebræ ferarum. Ouid.1.Metam.44.

Rapidarum præda ferarum. Ouid.epiſt.11.23.

Rabies horrenda ferarum. Silius lib.16.21.

Secla ferarum. Lucret.lib.2.198.

Fera ſecla ferarum. Lucret.lib.3.151.

Serpentia ſecla ferarum. Lucret.lib.6.154.

Spelæa ferarum. Virg.ecloga 10.11.

Stabula alta ferarum. Virg.6.Aeneid.36.

Tecta denſa ferarum. Virg.6.Aeneid.2.

Fera & immanis bellua. Cic.4.Acad.192.

Expertes rationis & orationis feræ. Cic.1.Offic.76.

Acres feræ. Vide Acer.

Horribilis fera. Virg.4.Georg.89.

Immanis fera. Ouid.8.Metam.85.

Matutinæ feræ. Martial.lib.13.95.

Montanæ feræ. Ouid.2.Faſt.44.

Montiuagæ feræ. Lucret.lib.1.81.

Pernix fera. Seneca Herc.fur.4.4.

Rabidarum more ferarum. Stat.8.Thebaid.15.

Vaſtæ feræ. Ouid.2.Metam.19.

Excitare & agitare feras. Cic.3.Offic.89.

Errantes agitare feras. Claud.in Gigant.25.

Agitare feras ſyluis. Virg.11.Aeneid.137. Vide Agito.

Conſequi curſu excitatas feras. Senec.Hippol.2.6.

Vitam degere more feræ. Virg.4.Aeneid.111.

Ducere feras. Quintil.lib.1 cap.10.10.

Interficere feras. Lucret.lib.5.251.

Mulcere feras. Ouid.14.Metam.68.

Feris & beſtijs corpus obijcere. Cic.pro Roſc.Amer.43.

Acres curſu ſequi feras. Seneca Oct.7.7.

Veſtigare feras. Senec.Thyeſt.6.2.

¶ Ferinus, pen.prod. Adiectiuum (θηρεῖος) Quod ferarũ ritu uel fit, uel ſe habet. Apuleius, Ferino, ac beluino ritu.

Ferina caro. Saluſt. Getulis cibus erat caro ferina.

Domus ferinæ. Ouid.15.Metam.92.

Lacte ferino nutritus. Ouid.3.Triſt.elegia,11.1.

Ferinus uictus. Cic.1.de Inuent.3. Sic, Ferinus ſapor. Plin.lib.13.cap.4.14.

Vox ferina. Ouid.5.Triſt.eleg.13.12.

Vultus ferinus. Ouid.7.Metam.54.

Ferina, abſolutè aliquãdo uſurpatum: & ſubintelligitur caro. Virg.1.Aeneid.447.

Implentur ueteris bacchi pinguiſq; ferinæ.

¶ Ferus, Adiectiuum (θηριώδης) Atrox, Seuerus, qui ferinum animum habet. Virg.

—ferus omnia Iuppiter Argos
Tranſtulit. Sic, Fera gens. Cic.1.Tuſcul.47.

Feras & immanis. Mitis & Manſuetus. contraria. Cicero 1.de Inuent.4.

Indomita ceruice ferus. Horat.1.epiſt.3.7.

Vultu toruo ferus. Horat.1.epiſt.20.3.

Acies feræ. Vide Acies.

Animi feri. Ouid.4.epiſt.33.

Ardor ferus animi. Ouid.8.Metam.94.

Arma fera. Ouid.5.Metam.1.

Bellua fera. Ouid.13.Metam.194.

Immanis & fera bellua. Cic.2.de Nat.deor.240.

Beſtiæ feræ. Cic.de amicit.68.

Cædes fera. Senec.Octau.8.8.

Capræ feræ: id eſt, capreæ. Virg.4.Aeneid.31.

Coniugium ferum. Tibull.lib.3.eleg.4.15.

Corda fera. Virg.6.Aeneid.16.

Enſis ferus. Ouid.6 Metam.112.

Equus ferus. Horat.1.Serm.Satyr.5.12.

Fructus feri. Virg.2.Georg.8.

Gaudia fera. Ouid.5.Triſt.eleg.9.5.

Gens immanſueta atq; fera. Cic.1.de Legib.36.

Ferus & agreſtis homo. Cic.pro Roſc.Amer.45.

Hoſtis ferus. Ouid.1.Metam.38.

Hyems fera. Ouid.1.Triſt.elegia,1.9.Stat.5.Thebaid.3.

Ferus incola luci. Stat.5.Thebaid.114.

Iuuenis ferus. Catul.in Epithal.Iuliæ,56.12.

Montes feri. Virg.eclog.5.6.

Feri mores. Seneca Octauia,7.10.

Mores feros immanemq; naturam alicuius oſtendere. Cic.pro Roſc.Amerino,22.

Scabies fera. Celſus, Quo aſperior eſt, quoq; prurit magis, eò difficilius tollitur. Itaq; eam, quæ talis eſt, ἄγριαν, id eſt, feram, Græci uocant.

Tela fera. Lucret.lib.2.10.

Tempeſtas fera. Ouid.1.Faſt.99.

O fera tempora. Cic.ad Atticum, lib.12.259.2.

Tyrannus ferus. Ouid.6.Metam.110.

Vaſtator ferus. Ouid.11.Metam.80.

Venus fera. Seneca Hippol.8.10.

¶ Feritas, pen.corr. huius feritatis (θηριωδία) Naturæ quædã aſperitas. Mart.lib.1.18, Poſtquam inter nos eſt, plus feritatis ineſt. De tigride.

Feritas atq; agreſtis immanitas. Cic.1.de Diuin.107.

Immanitas & feritas. Cic.4 Tuſcul.108.

Fructus regni feritas. Silius lib.1.30.

Inamabilis feritas. Ouid.1.de Ponto, eleg.7.1.

Inamœna feritas. Stat.2.Sylu.27.

Inſita feritas Vide Inſero.

Deponere feritatem Ouid.4.Faſt.21.

Cultu & feritate nõ multum à Germanis differebat. Cæſ.8.bel. Gal.94.

Feritatem expellere. Cic.2.Tuſcul.33.

Mollita feritas. Ouid.4.Faſt.44.

Ex feritate ad manſuetudinem traducere. Cicero pro Seſtio, 79.

Ferabites] pen.prod. Dicitur agreſtis. Siſenna apud Nonium partim ferabite, partim lauro ac pinu.

Feraculum] feraculi, pen.corr. Vlpian. in l.quemadmodũ, §.ſi nauis. ff. ad legem Aguil. Parui refert, nauem immittendo, an feraculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. Sunt qui non feraculum, ſed ferraculum, uerriculũ, ſeruaculumue legant.

Feralia] feraliorum (νεκύια, οὐκαγίσματα) ueteres dixerunt diis manibus ſacratam diem: à ferendis epulis in tumulũ ad cœnam: quã & ipſam feralem nuncupabant, authore Feſto. Ouid.2.Faſt.114.

Hanc quia iuſta ferunt, dixere Feralia lucem, &c.

Cicer. Attico, lib.8.166.3, Eodem enim die uideo Cæſarem à Corfinio poſt meridiem profectum eſſe, Feralibus, quo Canuſio mane Pompeium.

Feralis

Feralis dies, In quo feralia fiebant. Ouid. 2. Fast. 7.

¶ Feralis, et hoc ferale, pen. prod. (νεκρικὸς, ἐπιτάφιος) Dirũ, exitiale: à feralibus sacrificijs: ut, Feralis cœna, & ferale carmen. Apul. Rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent. Virg. 4. Aeneid. 93,

Solaq; culminibus ferali carmine bubo Visa quæri.

Item, Ferales epulæ, Plinius lib. 20. cap. 11. 2.

Feralis arbor. Plin. lib. 16. cap. 10. 4.

Arma feralia. Lucan. lib. 2. 52.

Ferales cædes. Claud. de bello Gild. 25.

Carmen ferale. Virg. 4. Aeneid. 93.

Dona feralia. Ouid. 9. Metam. 43.

Murmur ferale. Claud. 1. in Ruffin. 27.

Ferales præcones, quos anteambulones atratos latinè appellare possumus: ex quorũ genere sunt funerũ indictores. Bud.

Tedæ ferales. Lucan. lib. 1. 23.

Vrna feralis. Tacit. lib. 3.

Ferax, Ferculum] Vide Fero.

Ferctum] Vide Fertum.

Ferè] μικρὸν, ὀλίγου, ὀλίγου δεῖν, σχεδὸν, Aduerbiũ, significat Penè, ut inquit Valla lib. 2. cuius significatio est, Paulum abfuit quin: ut, Ferè hominem occidit: hoc est, parum abfuit quin occideret. Terent. Heaut. 1. 1. 70,

— domũ reuertor mœstus atq; animo ferè Perturbato.

Cic. 4. Acad. 184, Scripsit igitur his ferè uerbis.

Quàm ferè. Cic. pro Cluent. 34, In quibus quãtus splendor sit, quàm propè æquabilis, quàm ferè omnium constans & moderata ratio uitæ, &c.

Satis ferè disputauimus Cic. 1. Offic. 87.

Semper ferè cum aliquo rusticari. Cic. 2. de Orat. 13.

Ferè ruri se continere: id est, non semper, sed plerunq;. Terent. Phorm. 2. 3. 16.

Nec adhuc ferè inueni. Cic. Att. lib. 7. 126. 1.

Aetates uestræ, ut illorum, nihil, aut non ferè multum differũt. Cic. de claris Orat. 77.

Non ferè quisquam. Vide Non.

Ex uictoria bellica non ferè quenquam est inuidia ciuium consecuta. Cic. pro Sestio, 42.

Ferè in diebus paucis, pro Paulo pòst. Terent. And. 1. 1. 77.

Ferè amplius. Terent. Heaut. 1. 1. 3.

Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit, &c.

Ferè, Sub audita aliqua uniuersalitate Quintil. His ferè ueteres facultatem dicendi exercuerunt. Id est, ferè omnes. Cicer. 1. Acad. 55, Hæc ferè de moribus, &c.

Ferè multi. Cic. de Amic. 2, In eum sermonem illũ incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Valla, lib. 2, corruptum hũc locum esse censet, & legendum putat, Qui tũ ferè erat in ore. Id est, ferè omnibus.

Ferè omnes. Colum. lib. 2. cap. 1, Veterem opinionem ferè omnium. Et lib 3. cap. 5, Tametsi ferè omnes authores.

Ferè pleriq; Cic. 3. Tuscul. 125, Non sunt utiosiores quàm ferè pleriq; qui, &c.

Ferè plerunq;, pro Ferè semper: Terent. Phorm. 1. 2. 39.

Ferè non difficile est inuenire quid sit causæ adiumẽto. Author ad Herennium, lib. 2. 60.

Vt ferè fit. Cic. 2. de Inuent. 131.

Quod ferè fieri solet probabile est. Cic. 1. de Inuent. 62.

Ferè (inquit Valla, lib. 2.) de loco, de tẽpore, similibusq; dicitur: ut, Vtor ferè hac ueste in faciendis sacris. Id est, in omni ferè tẽpore. Ferè Romani orbẽ subegerunt. Id est, ferè totũ orbem. Ferè fit ut iuuenes ament. Id est, ferè ubiq;.

Eadem ferè hora. Cic. Attico, lib. 14. 318. 1.

Hora ferè nona Cic. Attico, lib. 7. 135. 3.

Ornatu ferè militari uidemus statuas. Cic. 1. Officiorum, 90.

Ferentanum] φερέντανον, oppidum est Theano Apulo propinquum, à quo Ferentani dicti sunt populi, qui Sagro amne à Pelignis separantur. Vide Strab. lib. 5.

Ferentarij] Vide Fero.

Ferentina] dea fuit, sic dicta ab oppido Latij Ferento, cuius T. Liuius meminit nec semel in prima Decade.

Ferentinum] pen. prod. Oppidum quod Plin. collocat in prima Italiæ regione, in qua Roma est: à qua Ferentinates dicti sunt. Est & Ferentinum in Thuscia, unde Ferentini.

Ferentini. Silius lib. 8. 78.

Sylla Ferentinos, Priuernatumq; maniplos Ducebat.

Ferentum] Oppidũ Sabinorũ seu Samnitũ: à quo Ferẽtani.

Feretrius] dictus est Iupiter, quòd pacem ferre putaretur. Vide Liuium, 1. Decad. lib. 1. 43. Propert. lib. 4. eleg. 11. 1,

Nunc Iouis incipiam causas aperire Feretri.

Feretrum] Vide Fero.

Fereola] uitis. Colum. lib. 3. cap. 2. 17, Irtiolam, fereolamq; non facilè assequerẽ quo gradu habendæ sint. Est autem huiusce modi uitis nomen, quemadmodũ & multa alia, secundum regionis morem inditum, fortassis à ferendo dictum.

Feriæ] feriarum (ἑορτὴ, πανήγυρις) A' feriendis uictimis, suntq; dies cessationum ab opere, uel ab epulis ferẽdis: in his enim epulæ fiebant, ex pecorũ, frugumq; prouentibus. Festus, Ferias antiqui festa uocabãt: & aliæ erãt sine die festo, ut Nundinæ: aliæ cum festo, ut Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus pecorum, frugumq;.

Feriarum festorumq; dierum ratio in liberis requietẽ habet litium & iurgiorum, in seruis operum & laborum. Cic. 2. de Leg. b. 47.

Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebantur. si in his aliquod opus fieret.

Feriæ belli, A' bello cessatio & uacatio. Gellius lib. 1. cap. 25, Induciæ, sunt belli feriæ. Ex M. Varrone, in libro Humanarum, qui est de bello & pace.

Conceptiuæ, quæ quotannis à magistratibus uel sacerdotibus cõcipiebantur in certos uel in incertos dies, ut sunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cic. 1. de Nat. deor. 23. Cæsar 3. bel. Ciuilis, 5, His rebus & feriis Latinis, comitijsq; omnibus perficiendis, x l. dies tribuit.

Feriæ furiales: id est, dies ieiunij. Plaut. Capt. 8. 8.

Imperatiuæ, Quas Consules uel Prætores pro arbitrio indicebant. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.

Latinæ feriæ. Vide Latium.

Nundinæ, Paganorum, ac rusticorũ, quibus ad negotia & merces conueniebant. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.

Piscatorum feriæ. Cic. 3. Offic. 78.

Statiuæ, Vniuersi populi communes, quæ certis, & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè seruabuntur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia.

Dies feriarum addere alicui. Cic. Attico, lib. 13. 293. 2.

Ferijs iurgia amouento. Cic. 2. de Legib. 32.

Ferius ac locos celebrare. Liu. 1. ab Vrbe, 17.

Habere ferias triduum. Cic. 2. de Legib. 90.

Imperare ferias. Cic. 1. de Diuinat. 165.

Indicere ferias. Vnde Indico.

Feriæ, pro Vita otiosa. Plaut. cap. 13. 3.

Ferias alicuius possidere. Plaut. Epid. 10. 33,

Tuas possidebit mulier faxo ferias. Id est, tua erit, tecum ferias celebrabit.

¶ Ferio ferias, (σχολάζω, σχολὴν ἄγω) feriare, uel Ferior, feriaris, feriari, Deponens, Vacare ab aliquo opere uel studio.

Feriari à studijs. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 6.

¶ Feriatus, pen. prod. Adiectiuũ (ἀργὸς) Qui otiosus est, & nihil agit. Plaut. Mili. 5. 62. Mart. lib. 5. 104,

Nec

Nec feriatus ibat ante carrucam.
Feriatus uoluntate sua à negotijs publicis. Cic. 3. de Orat. 33.
Demum feriatum uolunt cessatione torpere Epicuri. Cice. 1. de Natur deor. 142.
Feriati dies, In quib. feriæ aguntur. Plin. lib. 18. cap. 6. 8. Plin. Iunior. epist. 58. b, Quid præterea noui? Quid? nihil, alioqui subiungerem. nã & charta adhuc supereſt, & dies feriatus patitur plura contexi. Id est, festus.
Feriatus dies ad quicquam agendum. Liu. 6. bel. Pun.
Feriata familia. Varro 1. de Re rust. cap. 16. 4.
Feriata machæra, Qua quis non utitur. Plaut. Milite, 3. 7.
Musæ feriatæ. Stat. 1. Syl. 6. 1.
Feriata toga. Plin. epist. 123.
Malè feriatus: id est, ignauo, inutiliq; otio uacans, ait Budæus. Gellius, lib. 9. cap. 22.
Malè feriati Troes. Horat. 4. Carm. ode 6. 3.
¶ Feriatici dies, pro Feriati uel Festi. Vlpian. l. 2. ff. de ferijs. Diuus Marcus effecit de alijs speciebus Prætorem adiri, etiã diebus feriaticis. Appellãtur autem sub eodem titulo Feriæ, dies omnes, quibus magistratus propter uacationẽ publicã ius nõ dicit, ueluti propter messem aut uindemias, aut deposituũ magistratũ, ut quũ in l. 5. Vlpianus scribit, Pridie calendas Ianuarias magistratus neq; ius dicere, nec sui potestatẽ facere consueuerunt.
Ferinus] Vide Fera.
Ferio] feris (πατάσσω, χαράσσω, κόπτω, συγκόπτω) præteritum mutuatur à Percutio, & idem significat. Plaut. Amphit. 8. 70,
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius?
Ferire & repellere aduersarium. Cic. 2. de Orat. 40.
Ferit æthera clamor. Virg. 5. Aeneid. 28.
Ferire aures, pro Excitare. Cic. 2. de Orat. 188.
Crebris feriunt ululatibus aures. Lucan. lib. 2. 7.
Calce feritur aselli. Ouid. 3. Fast. 151.
Ferire cornu. Virg. 9. ecloga 3.
Taurus ferit uncis cornibus hostẽ. Propert. lib. 2. elegia 5. 4.
Ferire fœdus, quod & percutere dicitur, & inire: hoc est, Pacem componere. Virg. 10. Aeneid. 30. Cice. pro Domo sua, 99, Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarum. Ob id autem dictum quidam putant, quòd dum antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus inirent, porcam dijs immolarent. Idẽ pro Ra-
Ferire fores. Plaut. Menæch. 4. 61, (birio Posth. 5.
Expeditè fabulatus, iam fores ferio. M. feri.
Frigore ferire, pro Occidere. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 13.
Frigus ferit nos. Lucret. lib. 4. 53.
Ferire alicuius frontem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 3.
Hostem ferire. Cic. pro Corn. Balbo, 41.
Latus ense ferit. Virg. 12. Aeneid. 61.
Fulmina summos montes feriunt. Horat. 2. Carm. ode 10. 3.
Ferietur alio munere. Terent. Phorm. 1. 1. 12.
Spectris feriuntur oculi. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 3.
Oculos ferire, uisumq; lacessere dicuntur quæcunq; conspici possunt. Lucret. lib. 4. 44.
Venus igne pectus ferit. Seneca Hippol. 3. 4.
Pectora ferire manu. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 10.
Plangore ferire pectora. Ouid. 4. Metam. 111.
Ferire pecunias. Plin. lib. 33. cap. 3. 6.
Ferire porcum. Liu. 1. ab Vrbe, 100.
Pugno uel calce ferire. Quintil. lib. 2. cap. 8. 8.
Ferire rostro. Liuius, 10. bel. Punici, 112. Et, Ferire securi, Cæsar, 8. belli Gall. 135. Et 3. Verr. 52.
Fama ferit terras. Lucan. lib. 5. 155.
¶ Feriens (πατάξω) Nomen ex Participio: ut, Numen humanam feriens animam. Lucan. lib. 5. 20.
Tinnulæ plectro feriente chordæ. Seneca Troad. 9. 4.
Sagittæ cuncta ferientes. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 12.
¶ Feriendus, Participium (παισθησόμενος) ut, Ille mihi feriendus aper. Ouid. 3. Metam. 143.
Colla rudes operum præbẽt ferienda iuuenci. Ouid. 1. Fast. 17.
Ferio] Feriæ. Vide Feriæ. Feritas] Vide Fera.
Feritor] Fluuius in Liguria, non procul à Genua, de quo Plin. lib. 3. cap. 5.
Ferme] οἱονεὶ, μικρῷ δεῖ, Aduerbium eiusdem propè significationis cum Ferè. Terent. Heaut. 1. 2. 31. Idẽ And. 1. 5. 49.
— iam fermè moriens me uocat:
Acceſi. Vbi Donatus, Ferme est aduerbium festinantis. Salust. in Iugurt. Nam ferme Numidas in omnibus prælijs magis pedes, quàm arma iutati sunt. Cic. ad Brutũ, 2. 4. De me possum idem quod Plautinus pater in Trin. Mihi quidem ætas acta ferme est.
Haud ferme. Terent. And. 3. 1. 2,
Fidelem haud ferme mulieri inueniæ uirum. Vbi Donatus, Ferme pro Facilè posuit: & ferme, facilitatẽ significat: quia sunt aduerbia extenuationis.
Ætas ferme acta. Cic. Bruto, 2. 5.
Sapientis cogitatio non ferme ad inuestigandum adhibet aduocatos. Cic. 5. Tuscul. 156.
Fermentum] huius fermenti (ζύμη, φύραμα) Portio farinæ subactæ acidæ, Dictum quòd feruendo crescat. Plin. lib. 18. cap. 7. 19, Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Virg. 7. Georg. 76, —& pocula læti
Fermento, atq; acidis imitantur uitea sorbis.
Iacere in fermento, uel esse, per translationem dixit Plaut. in Mercat. 23. 13,
Nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet.
Id est, inflata est & irata.
In fermentum congerere atq; componere. Colum. lib. 3. cap. 11. Hoc est, ut fermentescat & putrescat.
¶ Fermento, fermentas (φυράω, ζυμόω) fermentare, Miscere, facere ut panis acescat. Plin. lib. 18. cap. 11. 2, Quum fieret autẽ panis hordeaceus, eruilia, aut cicercula admistione fermentabatur.
Fermentare terram, putauit Calepinus, & post eum multi, idẽ esse quod pingue facere: citatq; illud Columellæ, lib. 2. cap. 15. de stercore columbino loquentis, Maximè tamẽ columbinum probamus, quod modicè sparsum terram fermentare comperimus. Porrò (ne sim longior) quemadmodũ fermentare farinam subactam aut massam, est eam admisto fermento resoluere & inflare: sic fermentare terram, est eam non sinere addensari spissariq; & durescere, sed in puluerẽ redigere ac resoluere. Quod quũ sit, tum uelut inflatior & tumidior efficitur terra. Glebam enim terræ densæ & compactæ, si resolueris loci multo plus capiet. Sed hoc ex ipsius Columellæ uerbis luculentius intellexeris. Sic autem ait libro 2. capit. 2, Sed ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouenit, quod noster quoq; Virgilius quũ & alias fœcundi arui laudes retulisset, adiecit, Et cui putre solum: nanq; hoc imitamur arando. Neq; enim aliud est colere, quàm resoluere & fermentare terram. Rursus eodẽ cap. non procul à fine, Atq; eiusmodi terram pinguibus arenis putrem ueluti cinerem solutam, quãuis leuissimo dente moueri satis est. Idẽ lib. 4. cap. 1. non procul à fine, Quid quòd repastinata humus, dum est recens soluta, laxaq;, uelut fermento quodam intumescit: quum deinde non longissimam cepit uetustatem, condensata subsidit? Ex omnibus his Columellæ uerbis palàm est, eandem terram uocari solutam, resolutam, putrem, & leuem: eamq; opponi spissæ, & densæ. Præterea terram fermentari nihil aliud esse, quàm in puluerem

Digitized by Google

uerem resolui, & leuiorem, solutioreq; effici. Id quod præstat diligẽs cultura, calores æstiui, gelicidia hyberna, & stercus columbinum, idq; ob insitum & natiuum calorem. Varro de Re rustica, lib.1.cap.38, De hisce præstare columbinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram.

¶ Fermentesco, fermentescis (ζυμόομαι) fermentescere, Idem quod Fermentari. Plin.lib.28.cap.8.21, Optimaq; est, quæ candidissima & friabilis, minimeq; ponderosa: quum teratur inter digitos, fermentescens.

Fermentescere etiam tellus dicitur. Plin.lib.17.cap.2.5.

Fero] fers, tuli, latum (φέρω, οἴσω, ἐνεγκεῖν) ferre, Portare. Antiquè tetuli fecit in præterito.

Ferre ad aliquem argentum. Plaut. Asin.12.143,

——Pater nos ferre hoc iussit
Argentum ad te.

Ferre ab altero argentum. Plaut. Asin.12.110,

——tun' hoc feras argentum aliter à me? Id est, putas à me esse aliàs argentum accipere?

Ferre quod poscimus. Plaut. Merc.7.100.

Intrò ferre. Vide Intrò.

In aliquem locum lectica ferri. Cic. Qu.frat.lib.2.8.5.

Lectica per oppidum ferri. Cic.2.Philipp.103.

Ferre, Afferre, uel dare. Plaut. Mostel.11.9,

Hercle nunc ferat
Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria,
Nunquam acciperem.

Ferre, producere. Plin. lib.12. cap.8.1, Saccarum & Arabia fert, sed laudatius India. Cato cap.6.2, Sim in loco crasso aut caldo seueris, hostus nequã erit, & ferundo arbor peribit.

Non feret quin uapulet, pro Non abibit quin uapulet. Plautus Amphit.4.154.

Ferre et decernere rogationẽ et quæstionẽ. Cic. pro Milone, 14.

Ferre & postulare. Cic.7.Verr.28.

Ferre, pro Dicere. Tacit.lib.13, Quippe erant, qui Cn. quoque Pompeium incusatum à senioribus, ferrent. Idem lib.15. Ex C. Cæsare se genitum ferebat.

Ferre, Pati. Cic. pro Rosc. Amer. 69, Quod tametsi graue est, tamẽ aliquo modo posse ferri uidetur. Terẽt. Heaut.1.2.28.

Ludificatio ista iam ferri non potest. Liu.lib.8.Decad.4.

Ferre acceptum. Vide in Accipio, Acceptum ferre.

Ferre acerbè, Dolere, & iniquo animo ferre. Cic. pro Plãcio, 1.

Aciem ferre. Vide Acies.

Aditum ferre. Vide Aditus.

Fert adolescentia. Terentius, Adelph.1.1.28,

——quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet consuefeci filium. Id est, quæ solita est iuuentus facere.

Aduersa. Cicer. de Amicit.21.

Aegrè. Terent. Heaut.4.8.20.

Fert ætas: hoc est, per ætatem licet. Terent. And.2.6.12,

——dum licitum est ei, dumq; ætas tulit,
Amauit. Vbi Donatus, Tulit, duo significat: attulit & abstulit, passus est & pertulit. Cic. pro Cluent.134.

Fert animus: id est, placet. Ouid.1.Metam.1. Lucan.lib.1.143,

Fert animus causas tantarum exponere rerum.

Fert animus ista modestè. Terent. Phorm.1.3.18.

Animum in consilium ferre. Quintil.lib.6.cap.1.8.

Ferre animo æquo. Terent. Phorm.1.21.88. Sic, Ferre animo forti mortem alicuius, Cælius ad Cic.lib.15.10.19.

Quieto & æquo animo. Cæsar 1.bel.Ciuil.277.

Iniquo animo. Cic. Attico, lib.15.329.24.

Ferre annos et uetustatẽ, siue proferre, dicuntur uina propriè: tamen ad alia transferuntur: Est uetustate non exolescere. Quintil.lib.2. cap.4.7, Quare mihi ne maturitas quidem festinet, nec musta in lacu statim austera sint: sic & annos ferrent, & uetustate proficient. Idem lib.10. cap.1. Sumpta à uinis Metaphora, quæ non fugiant.

Apertè ferre aliquid. Cic. pro Plancio, 29.

Ferre aptè & quietè quẽcunq; casum fortuna inuexerit. Cicero 4.Tuscu.58.

Arma contra patriam. Cic. de Amicit.34. Vatinius ad Cicer.1. lib.5.10.4, Simius non semissis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.

In astra, pro Vehementer laudare. Cic. ad Attic. lib.2.40.2. Sic, Martial.lib.1.1.

Ad astra aliquem. Virg.eclog.5.10.

Atrociter ferre, pro Aegrè ferre. Cic. pro Milone, 16. Budæus.

Auras, Est assuescere aeris mutationi. Virg.3.Georg.

Auriga fertur equis. Virg.2.Georg.102.

Auxilium alicui, Iuuare, subuenire. Plaut. Amphit. 9. 10. Terent. Adelph.2.1.1,

Obsecro populares ferte misero, atq; innocenti auxiliũ,
Subuenite inopi.

Bella ferre. Horat.1.epist.19.11,

Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti
Sub duce qui templis Parthorum signa refixit.

Ferre ad, uel in cælum, Est ita aliquid laudare, ut laudibus quasi ad cælum feratur. Cic.7.Verr.11. Sic,1. Tuscul.67. Cic. ad Atticum, lib.4.85.3.

Ferre calumniam. Cælius ad Cic.lib.8.8.1.

Camum & furcam. Plaut. Casina. 8.36. Id est, suspendi. Cicero 1.de Diuinatione.

Casum. Cæsar 6.belli Gallici, 146.

Clam iram aduersus aliquem. Liu.1.bel.Maced.189.

Classis fertur cita gurgite. Virg.5.Aeneid.7.

Clementer. Cic. Attico, lib.6.3.7.

Commentarij ferunt. Tacit.lib.5.

Si ita commodum uestrum fert. Cic. pro lege Agrar.77.

Conditionem, Quod & Offerre dicitur, & Ponere, apud Terentium: & est uictoris & superioris. Plaut Rudente, 23. 17. Terentius Phorm. 4.1.13. Cicer. pro Rosc. Amer. 18, Hanc conditionem misero ferunt, ut optet utrum malit, cer uices Roscio dare, an insutus in culeum, supplicium parricidarum, per summum dedecus uitam amittere. Sic Tironi, lib.16.11.4. Et pro Quint.58, Quo in loco conditionem tuli, si uellet, &c. Idem ad Atticum, lib.7.134.2. Et lib.10. 201.2. Liu.8.ab Vrbe, 20.

Constanter & sedatè ferre. Vide Consto

Fert Consuetudo. Cæsar.6.bel.Gal.34, Maiore strepitu & tumultu, quàm Pop.Rom. fert cõsuetudo, castra moueri iubet.

Grauioribus uerbis per literas accusasti me, quàm tua consuetudo ferebat. Cic. Bruto, 9.2. Idem pro Cecinna, 61.

Contumelias, pro Pati. Plaut. Merc.15.5,

Hem cui decem talenta dotis detuli,
Hæc ut uiderem, ut ferrem has contumelias.

Conuiuam Dionysium mihiq; et tibi. Id est, unum tibi & mihi in conuiuium. Plaut. Stich.12.9.

Crimina in aliquem ferre. Tacit.lib.12. Hoc Liuius dicit, Ferre aliquem sermonibus.

Damna tulere suo peccato. Ouid.2.Fast.105.

Ferre desyderium alicuius. Cic. de Amic.86.

Desyderiũ diutius ciuitas ferre nõ potest. Cic.10.Philip.285.

Aliquid de. Brutus ad Antonium, lib.11.2.7, Quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses.

Deorsum ferri suo pondere. Cic.1.de Finib.28.

Dissiduum aliquod acerbissimè tulisse. Cic. Atti.lib.4.7.2.

Dolorem ferre alicui. Virg.6.Aeneid.93.

In eundem dolorẽ mœsta, & miseranda diu ferret. Tacit.lib.5.

Exequias

Exequias ferre. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 1.
Exitum eundem. Cæsar 3. bel. Gal. 380.
Ferre expensum. Vide in Expendo. Cic. Philip. 214.
Extra causam ferre. Quint. lib. 6. cap. 4. 8.
Vt ferunt fabulæ. Cic. 3. Offic. 48.
Prout facultates ferebant, satis. Cic. 4. Verr. 58.
Fallaciam. Plaut. Pœnul. 3. 67.
Famam, pro Spargere. Plaut. Perſa, 10. 23.
Ita fama ferebant. Liu. 3. bel. Pun. 148.
Ferundum feras. Terent. Phorm. 2. 4. 83,
— quin quod eſt
Ferundum feras, tuis factis dignum feceris.
Fidem ferre alicui rei. Virg. 10. Aen. 157.
Fiduciam igitur orator præ ſe ferat. Quintilianus libro 5. capite 13. 41.
Finem ferre laborum. Virg. 7. Aeneid. 24,
— ea uox audita laborum
Prima tulit finem.
Flagitia ad aliquem, pro Indicare & narrare. Terentius Adelph. 4. 7. 3,
— te iamdudum quæro Mitio.
M. Quidnam? D. ſero ad te alia flagitia ingentia
Boni illius adoleſcentis.
Flumina ferunt claſſem. Virg. 5. Aen 165.
Fortiter, pro Conſtanti animo moleſtiam, uel malum perferre. Cic. de Senect. 77, Quem ego meum caſum fortiter ferre uiſus ſum: non quòd æquo animo ferrem, ſed, &c.
Ita fortuna tulit. Cic. Pulchro, lib. 4. 13. 5.
Fraudem. Liu. 4. bel. Pun. 174. Cic. ad Att. lib. 6. 144. 2, Id mihi fraudem tulit.
Frigoraq; & famem tuliſtis. Catul. ad Veranium, epig. 25. 1.
Fructum ferre dicuntur arbores. Plin. lib. 13. cap. 4. 1.
Fructum ferre, pro Recipere. Plin. epiſt. 159. c.
Fructum alicui. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 19.
Fructum ex aliquo. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 15.
Fructus neceſsitudinis. Cic. 7. Verr. 97.
Ferre gloriam belli perpetrati. Liu. 8. bel. Maced. 237.
Ferri ad gloriam. Cic. 3. Tuſc. 5.
Gradum ferre, & conferre pedem, poeticè pro Ire & aliquò progredi. Plaut. Merc. 22. 41,
Religionem ille obiecit: recipiam me illuc. E. ſapis
O Charine, contrà pariter fer gradum, & confer pedē.
Ferre gratiam, pro Referre. Liu. lib. 5.
Gratiam & gloriam haud immeritam annonæ leuatæ tulit. Liuius 4. ab Vrbe, 56.
Grauiter, Iratum eſſe, & moleſtè ferre. Terent. And. 1. 2. 20. Cic. 3. Verr. 108.
Grauiter moleſteq; ferre aliquid. Sulpitius Ciceroni, libro 4. 5. 1.
Greſſus ferre aliquò. Ouid. 3. Faſt. 35.
Humaniter ferre aliquid. Cicero Attico, libro 1. 2. 1. & libro 4. 84. 12.
Ferre ignominiam animo. Cæsar 1. bell. Ciuil. 321.
Ignominiam & infamiam ſine dolore ferre. Cicero 4. Tuſcul. 68.
Imaginem alicuius: hoc eſt, aliquem repreſentare & referre. Plaut. Capt. 2. 39.
Immoderatè res aduerſas & ſecundas ferre, leuitatis eſt. Cic. 1. Offic. 127. Vide Immoderatus.
Immodicè ferre aliquem caſum. Vide Immodicus.
Impetum. Cæsar 3. bel. Gal. 428.
Impunè. Cæsar 5. bel. Gal. 55.
In aliquo quidpiam ferre. Quint. lib. 1. cap. 6. 27.
Incommoda. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 17.



Indifferenter ferre. Vide Indifferens.
Indigne. Plin. lib. 18. cap. 3. 11.
Infortunium Terent. Adelph. 2. 1. 24.
Ingratè aliquid ferre. Tacit. lib. 17.
Iniuriam. Terent. Hecyra, 1. 2. 91. Cic. Memmio, lib. 15. 1. 1, Sapientia tua qua fers iniuriam lætitia.
Inultum, Non puniri. Terent. Heaut. 5. 1. 45.
Inultam fugam ferre. Cic. Antequam iret in exilium, 12.
Iracundè. Plin. lib. 11. cap. 37. 20.
Iudicem. Liu. 1. Decad. lib. 3, Iudicem ferre, inquit Budeus, eſt cuiuſcunq; iudicio acquieſcere. Cic pro Roſc. Comœdo, 26, Quem ergo ſi ferre iudicē, refugere non deberet, quum teſtem producā, reprehendere audebit? Liu. 8. ab Vrbe, Prouoco ad populum: eumq; tibi fugienti Senatus iudicium, iudicem fero.
Iugum ferre. Horatius 1. Carm. ode 35. 6.
Ferre laborem. Cæsar 6. bel. Gal. 11 11.
Laborem pro cunctis ferre. Cicero Antequam iret in exilium, 8.
Laborem ferre aut fugere. Virg. 6. Aen. 179.
Lætè atq; inſolenter ferre. Cic. 10. Philip. 261.
Lætitiam. Cic. Att. lib. 14. 308. 6.
Laudem, Reportare honorem. Cæsar 6. bel. Gal. 78.
Laudem mihi mea facta ferent. Virg. 11. Aen. 158.
Laudibus, Laudare. Plinius epiſtol. 171, Alij contrà, hoc ipſum laudibus ferunt, quòd ſit fruſtratus improbus ſpes hominum.
Legem, Idem quod Ferre ad populum legem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 104.
Legem aliquam perniciosè ferre. Cic. 2. Offic. 107.
Lentè ferre. Vide Lentus.
Leuiter ferre. Vide Leuis.
Leuiter ferre, & negligenter defendere aliquid. Cicero pro Roſc. Com. 9.
Leuiſsimè ferre aliquid. Cic. Fabio, lib. 5. 18. 4.
Ferre libertatem. Quint. lib. 4. cap. 1. 41.
Fert libido: hoc eſt, fit aliquid per libidinem. Terent. Heaut. 3. 3. 12,
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præſentia. Id eſt, multa optem facere quæ te præſente non auſim.
Quantum libido tulit, tantum relictum eſt. 5. Verr. 49.
Libros ſub nomine alicuius ferri. Quint. in Procem. lib. 1. 6.
Lucem. Plin. epiſt. 141.
Mandata alicuius ferre. Virg. 10. Aeneid. 166.
Ferre manum. Plaut. Trucul. 4. 23. Id eſt, mandare.
Manum ferre, pro Contendere. Virg. 5. Aen. 8,
Ferre manum, duroq; intendere brachia pugno. Statius.
Ferre me, Patere meos mores. Terent. Heaut. 4. 3. 14.
Ferres me, ſi ego idem dicerem? Cic. 4. Acad. 129.
Mediocriter ferre quippiam. Cicero 5. Verr. 79. Vide Mediocris.
Miſerias. Terent. Adelph. 4. 2. 7.
Mitius iſta feres. Ouid. 5. Metam. 99.
Moderatè ferre. Vide Modero.
Moderatè & modicè ferre aliquid. Cic. 4. Tuſc. 61.
Moderatè ferre dolorem. Cic. de Amicit. 7.
Modicè. Cic. 11. Philip. 294.
Modicè ferre dolorem. Vide Modus.
Modicè ferre iniurias fortunæ. Cic. 1. de Fin. 71.
Moleſtè. Cic. de Senect. 7. Vide Moleſtus.
Moleſtias. Terent. Eunuch. 1. 1. 38.
Molliter: hoc eſt, patienter & facilè. Cicero de Senect. 5. Vide Mollis.
Monſtrum ferre. Tacit. lib. 14.



Digitized by Google

Fert natura: id est, per etatem & naturam licet. Cæsar 3. bel. Ciuil. 236.

Natura fert ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent. Id est, natura comparatum. Cicero in Somnio Scipion. 17.

Quis hoc timeret, quod neq; acciderat antea, nec uidebatur natura ferre ut accidere posset? Cic. Attic. lib. 13. 26 8. 1.

Vereor ne grauioribus utar uerbis, quàm natura mea fert. Cic. pro Quintio, 33.

Nomen alicuius. Cic. 3. Offic. 96, Sed quum Basilius Marcum Satrium sororis filium nomen suum ferre uoluisset, eumq; fecisset heredem, &c.

Nomen ferre insani: id est, uocari insanum. Horatius 1. epistol. 6. 3.

In notitiam alicuius. Plin. epist. 250. Id est, declarare.

Ferre obscurè aliquid, pro Celare, dissimulare, & occultare. Cic. in Paradox. 58.

Occultè. Terent. Adelph. 3. 2. 30.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Virg. 3. Aen. 98.

Aliquem in oculis, pro Vehementer et præcipuè amare. Cic. ad Q. fratrem, libro 3. 17. 13. Idem de Arusp. resp. 45. de Clodio loquens homine sibi inuiso, Ferebant in oculis hominem quidam boni uiri, & de me optimè meriti. Terentius uerbum FERO omisit in Eunucho, Rex te ergo in oculis? Ex Budæo.

Odium, pro labore: Hoc est, odium pro labore reportare. Terentius Adelph. 5. 4. 17.

Onus impositum ferre. Ouid. 15. Metam. 164.

Opem, dicitur inquit Donatus, in malis rebus, & ijs qui de salute dubij sunt. Terent. Adelph. 3 4. 41, Iuno Lucina fert opem. Cic. 4. Tusc. 69.

Opem ferre alicui. Hor. de Arte, 93.

Opem atq; auxilium afflictæ Reip. Cic. ad Att. lib. 8. 158. 1.

Opem & salutem indigentibus. Cic. 2. de Fin. 187.

Vt fert mea opinio: hoc est, puto & existimo. Cic. ad Seruilium, lib. 13. 67. 4.

Plura dixi quàm opinio mea tulerit aut uoluntas mea. Cic. pro Domo sua, 26.

Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. Cicero 7. Verr. 145.

Optatum ferre. Vide Opto.

Opus cum labore. Plaut. Amph. 4. 23.

Ferre per ora hominum, pro Celebrare, apud Plin. in epist.

Ora ad ora ferre, Osculari. Ouid. ad Liuiam, 28.

Osculum, Osculari. Plaut. Epid. 12. 4.

Seue tulit oscula diuæ. Valer. 7. Argon. 44.

Pacatè & moderatè ferre aliquid. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 11.

Ferre palàm. Plaut. Milit. 20. 39.

Palmam. Cicero ad Atticum, libro 4. 84. 6, Ne diutius penderes, palmam tulit.

Partem alicui. Terent. Adelph. 1. 2. 36,

—ego illi maximam partem feram. Id est, sustinebo, tolerabo, inquit Donatus.

Partum, dicitur fœmina quando prægnans est. Plin. lib. 8. cap. 32. 1. Idem lib. 7. cap. 5, Gerere partum dixit.

Passibus rapidis ferri. Virg. 7. Aen. 31.

Patienter ferre. Vide patiens. in Patior.

Patienter & æquo animo difficultates. Cæsar 3. bel. Ciuil. 58.

Patienter ferre potentiam alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 10.

Pecuniam ferre alicui. Tacit. lib. 11.

Pedem poeticè, pro Aliquò progredi & ire. Plaut. Menæch. 12. 30. Virg. 2. Aen. 150,

Inde domum, si fortè pedem, si fortè tulisset,
Me refero.

Permolestè ferre. Vide Permolestus.

Personam alienam. Liu. 3. ab Vrbe, 146.

Pignus fidei. Liu. 5. bel. Pun. 91.

Plagas silentio. Cic. 2. Tusc. 80.

Ad plebem ferre. Cic. 2. de Fin. 87.

Pœnam ambitus ferre. Cic. pro Sylla, 47.

Pœnam stultitiæ. Cic. ad Att. lib. 3. 48. 6.

Pompam. Plaut. Sticho, 14. 1.

Ferre ad populum, sub. legem, legislator tum dicitur, quum legem in medium profert, unde legislator dicitur. Liu. lib. 2. Decad. 5. 111. Cic. pro Corn. Balbo, 20.

Ferre prædam. Ouid. 2. Metam. 87.

Præmium. Terent. Eunuch. 5. 9. 27,

—hoc si efficeris,
Quoduis donum et præmiũ à me optato, id optatũ feres.

Præmia digna ferre. Virg. 1. Aen. 122.

Ferre præsidium labenti & inclinatæ Reip. Cic. ad Brut. 18. 2.

Preces deo. Virg. 8. Aeneid.

Precium ob stultitiam. Teren. And. 3. 5. 4.

Precia medentibus ferre. Tacit. lib. 11.

Primas, Primum locum habere. Cic. de claris Orat. 95.

Priuilegium de aliquo. Cic. in Paradox. 39.

Ferre quæstionem, Est legem ferre qua populus iubeat de crimine aliquo queri. Cic. pro Milone, 15, Non fuit ea causa iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam. Idem, De hoc igitur latum est ut quæreretur. Id est, ut iudicium exerceretur. Hæc Budæus.

Quæstionem de morte alicuius ferre. Cic. pro Milone, 12.

In quæstionem seruum. Cic. pro Cluent. 144.

Ita ferunt rationes meæ. Cic. 7. Verr. 82.

Rationes meæ ita tulerunt. Cic. Metell. lib. 5. 2. 8.

Repulsam, Repelli, & repulsam pati. Liu. 7. bel. Maced. 86. Cicer. ad Att. lib. 5. 107. 3.

Acerbas res ferre. Cic. 2. de Orat. 116.

Fert res, Tempus, uel opportunitas, aut etiam facultas exposlat & patitur. Terent. And. 5. 1. 13,

Incœpi dum res te tulit: nunc non fert, feras.

Si res ita tulisset. Cic. 4. Philip. 161.

Ferre rem non uulgo, Diuulgare. Liu. 8. bel. Pun. 88.

Responsum. Liu. 3. ab Vrbe, 25. Idem in Catil. 14.

Rogationem, idem quod Ferre ad populum, & populum rogare. Cic. ad Att. lib. 1. 8. 6.

Ferre salutem alicui. Plaut. Pœn. 9. 8. Virg. 1. Aen. 94.

Sapienter casus aduersos ferre, non frangi fortuna, retinere in rebus aduersis dignitatem. Cic. 2. de Orat. 189.

Ferri ad saxa nauis propriè dicitur, quando est in periculo. Plaut. Rud. 10. 36.

Ferre se aliquò, pro Ire. Virg. 2. Aen. 91.

Se obuiam alicui. Cic. pro Plancio, 78.

Se tractandum: id est, pati. Plin. lib. 9. cap. 8. 6. De delphinis. Ex uetusto codice legitur, præbensq;.

Sententiam ferre, Est censere in consilio & confessu. Cic. pro Cluentio, 155. Hæc Budæus. Idem Cic. de Amicit. 50, Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines, & quasi termini diligendi: de quibus tres uideo sententias ferri, quarum nullam probo.

Sententiã de hominum fortunis ferre. Cic. pro Cluent. 117.

Seruitutem. Plaut. Capt. 7. 12.

Ferre seruitium. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 4.

Signa. Cæsar 1. bell. Gal. 160.

Similitudinem. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.

Sinu. Martial. lib. 2. 6, Hæc sunt singula quæ sinu ferebas.

Sitim. Plin. in Paneg. 22.

Continenter ferre trium dierum sitim. Vide Contineo.

Solicitudi-

Solicitudinem. Plin. epist. 5. d.
Quencunque sors tulerit casum subire. Cicero Attico, libro 8. 15. 4.
Spem ferre alicuius: id est, sperare de aliquo. Virgilius 9. Aeneid. 61.
Ferre sua sponte in aliquid. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 14.
Sublimem aliquem. Plaut. Menæh. 22. 13. Sic, Ferri sublime, Plin. lib. 20. cap. 22. 1.
Subsidium, pro Auxiliari. Cæsar 5. bel. Gal. 167.
Suffragium ferre, pro Suffragari. Cic. pro Domo sua, 37.
Suffragium de re alicuius. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 8.
Suffragia gratuita ferre. Cic. pro Plancio, 44.
Supplicium, pro puniri. Cæsar 1. bel. Ciuil. 320.
Suppetias, Auxiliari. Plaut. Epid. 13. 52.
Ferre tabellas alicui, pro Literas deferre. Plaut. Bacch. 17. 17.
Tulit tempus: hoc est, licuit per temporis opportunitatem. Terentius And. 1. 2. 17.
Vt tempora nostra, non ut amor tuus fert, uerè perscribe. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 4. 5.
Fert terra illos uiros. Virg. 11. Aeneid. 57. Cicer. 1. Tuscul. 161, Tales innumerabiles nostra ciuitas tulit.
Tormenta ferre. Quint. lib. 2. cap. 20. 9.
Tribum ferre. Cic. 2. Philip. 31.
Ferre tributum, pro Pendere. Curt. lib. 3.
Ferre uana ad aliquem. Liu. 3. ab Vrbe, 10.
Ventrem ferre dicitur fœmina. Varro 2. de re Rust. cap. 1. 9.
Verbera. Martial. lib. 1. 10,
Et qui non tulerat uerbera, tela tulit.
Verbera ferre alicuius. Ouid. 2. de Arte, 107.
Verbera ferre in aliquem. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7. 2.
Vestigia sua ferre ad aliquem. Ouid. 2. Metam. 5.
Ferunt eò uestigia. Hoc est, illuc eunt. Liu. 1. ab Vrbe, 27.
Vetustatem ferre dicitur uinum; quum diu asseruari potest integrum & purum. Cic. de Amicit. 60.
Viam ferre per æquora. Claud. 6. Paneg. 40.
Fert illuc uia. Virg. lib. 7. Aeneid. Cæsar 1. bel. Ciuil. 110, Aditus antè, atq; itinera duo; quæ extra murum ad portam ferebant. Cic. 1. de Finib. 71.
Victoriam ex re aliqua. Liu. 9. bel. Maced. 210.
Vim alicuius. Terent. And. 1. 5. 42.
Virtus ad maiora te tulit. Ouid. 5. Metam. 54.
Si uestra uoluntas feret. Cic. pro lege Manilia, 50.
Voluntas ita fert. Virg. 6. Aen. 135.
Quandiu uoluntas tulit. Cic. 5. Verr. 47.
Voluptatem. Terent. Hecyra, 4. 2. 17.
Vox fertur ad aures. Virg. 3. Aen. 8.
Voces alicuius ad aliquem ferre. Ouid. 5. Fast. 96.
Fert usus. Cic. de Orat. Vt eorum fert usus.
Vultu ferre. Tacit. lib. 20. Hoc est, ostendere.
Fertur ad terram uitis. Hoc est, in terram demittitur. Cic. de Senect. 48.
Fertur Iuno coluisse Carthaginem. Virgilius libro 1. Aeneid. Hoc est, dicitur
¶ Fertur, Impersonale, Dicitur, Fama est. Cicero de Amicit. 49, Quod Tarquinium dixisse fertur, tum quum exul esset se, &c.
Ferunt fuisse. Cic. 4. Acad. 210. Cæsar 6. bel. Gall. 65, Hunc omnium artium inuentorem ferunt. Liu. 1. ab Vrbe, 16, Faustulo fuisse nomen ferunt.
Ferri, distrahi. Plaut. Cistel. 5. 5.
Exanimor, feror, differor, distrahor, deripior.
Dubius feror. Ouid. ad Pisonem, 1.
Infinitè fertur ut flumen oratio. Cic. in Orat. 133.
Laxissimè ferri. Vide Laxus.

Obliquè ferri. Vide Obliquus.
Per mala præceps fertur. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 6.
Rapidè ferri. Cic. in Orat. 71.
In arma feror. Virg. 2. Aen. 68.
In hostes moriturus fertur, Virg. 2. Aen. 102.
In præceps feror. Ouid. 2. Metam. 14.
In pugnas feror. Ouid. 4. Trist. eleg. 8. 6.
Æstu fertur iudex. Quint. lib. 6. cap. 2. 6.
Ferre & ferri auaritia. Cic. pro Quintio, 21.
Curru magno sonituq; ferri. Cic. in Orat. 52.
Mente ferri aliquò. Ouid. epist. 17. 6.
Ferri rabie. Plin. lib. 10. cap. 33. 10.
Saltu supra uenabula fertur. Virg. 9. Aen. 114.
Volatu ferri. Catul. in Camerium, epig. 51. 6.
Fruges tellus inarata ferebat. Ouid. 1. Metam. 23.
Superanda omnis fortuna ferendo. Virg. 5. Aen. 141.
Mala ferendo minuit. Silius lib. 15. 162.
Ferendo honori esse. Liu. 4. ab Vrbe. Hoc est, idoneus ad honorem ferendum.
Esse oneri ferendo. Liu. 2. ab Vrbe. Ouid. 15. Metam. 81.
Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. Ouidius epistol. 5. 2.
Nimium sibi sumit, nec est ferendus. Cic. 3. in Catil. 66.
Fortuna uiriliter ferenda. Ouid. 1. Fast. 96.
Verba dedit ferenda tabellis. Ouid. 14. Metam. 142.
¶ Ferens, Participium (φέρων) ut, Oculos passim per cuncta ferens. Virg. 2. Aen. 114.
Animus dura ferens. Hor. 2. Epist. 1. 29.
Ianua laxa ferenti. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 16.
Capita alta ferentes. Virg. 1. Aen. 39.
Lethum ferentes. Virg. 11. Aen. 175.
Laborum ferentia corpora. Tacit. lib. 21.
¶ Latus, Participium (πεφαλάδ) ut, Lex par uim lata. Cic. pro Sestio, 29.
Pœna lata. Cic. pro Corn. Balbo, 26.
¶ Laturus, pen. prod. Aliud participium (οἴσων) ut, Grandia laturus meritorum præmia. Hor. 2. epist. 2. 8.
¶ Latio, lationis, Verbale (θέσις) Cic. ad Att. lib. 3. 6. 8. 1, Mihi in animo est legum lationem expectare.
¶ Lator, Latoris, Aliud uerbale (θέτης) ut, Lator legis, qui legem tulit, hoc est, promulgauit uel instituit: qui & Legislator uno uerbo dicitur. Cic. 3. de Nat. deor. 130, Ferrétne ciuitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquissent?
Legum lator. Quint. lib. 2. cap. 4. 24.
Lator, pro tabellario. Suet. in Caligula, Quasi uniuersa tradita insula, magnificas Romã literas misit: monitis sæpe latoribus uehiculo ad forum usq; ad curiam pertenderent. Bud.
¶ Latorius, Adiectiuum: ut, Latoria lex, Cicero 3. Offic. 80. Quo in loco antiquissimi codices scriptum habent, lege Pletoria, à Pletorio lata: atq; ita legendum putant doctissimi quiq;.
¶ Ferax, huius feracis, pen. prod. om. gen. (ἐερβῶλαξ) Quod abundantem ex se producit fructum. Plaut. Epid. 6. 2,
Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico
Aequè feracem, &c. Sic, Ferax locus, Cato cap. 44. Feraces agri, Cic. 5. Verr. 86.
Nullus feracior ac uberior locus, &c. Cic. 3. Offic. 7.
Ferax bonarum artium seculum, apud Plinium.
Lætum & ferax. Liu. 6. ab Vrbe, 2.
Ferax miraculorum Asia. Plin. epist. 173. d.
Ferax ad laudem. Plin. in Paneg. 69.
Agri feraces. Cic. 5. Verr. 86.
Animus ferax. Ouid. ad Pisonem, 44.

Ferax ingenium. Cic. in Orat. 27.
Ingenijs nihil se feracius. Cic. in Orat. 27.
Feracior & uberior locus in philosophia nullus est, quàm de officijs. Cic. 3. Offic. 7.
Rus ferax. Ouid. 1. Metam. 139.
Saltus ingentium beluarum feraces. Tacit. lib. 4.
Segetes feraces. Hor. 1. Carm. ode 31. 1.
Solum ferax. Ouid. 7. Metam. 84.
Terra ferax Cererе, multoq; feracior uuis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 2.
Venenorum ferax Iberia. Hor. Epod. 5. 5.
¶ Feracitas, pen. corr. feracitatis (εὐφορία) Col. lib. 3. cap. 2. 20, Feracitatem potius sequemur, &c.
¶ Feralia, Sacra, à ferendis epulis dicta, quae in defunctorum sepulchris super nudam silicem apponebant. Author Alex. lib. Genial. dier. 3. cap. 12.
¶ Fertilis, & hoc fertile, pen. corr. (βέβολος, σύφορος, πάμφορος, γονόεις, γόνιμος) Idem quod Ferax. Colum. lib. 4, Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles.
Ager fertilis. Ouid 5. Trist. eleg. 13. 5. (155.
Vberrimos maximeq; fertiles agros incolere. Cic. 1. de Diuin.
Agros fertiles, qui multo plus efferunt quàm acceperunt, imitari debemus. Cic. 1. Offic. 72.
Annus fertilis. Propert. lib. 4. eleg. 8. 3.
Arbos fertilis. Virg. 4. Georg. 29.
Aruum fertile. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 2.
Bacchus fertilis. Hor. 2. Carm. ode 6. 4.
Frequens herbis, & fertilis ubere campus. Virg. 2. Georg. 37.
Fertilis cura. Plin. in Procem. lib. 14. 3.
Gramen fertile. Ouid. 1. de Remed. amor. 36.
Herba fertilis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 2.
Horæ fertiles. Tibul. lib. 4. ad Messalam, eleg. 11.
Hortus fertilis. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 9.
Loca fertiliora. Ouid. 1. de Arte, 18.
Pectus fertile. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 3.
Fertilis quæstus. Plin. in Procem. lib. 14. 5.
Fertilior seges est alienis semper in herbis. Ouid. 1. de Arte, 70.
Opima & fertilis Syria. Cic. pro Domo sua, 18.
Vua fertilis. Virg. 2. Georg. 39.
Fertilis, cum genitiuo. Cic. 2. de Nat. deor. 197, Multaq; alia in alijs locis commemorabilia proferre possum, multos fertiles agros alios aliorum fructuum.
Vinea fertilis generosæ uuæ. Ouid. 2. de Remed. amor. 35.
Fertilis hominum frugumq; Gallia. Liu. 5. ab Vrbe, 154. Et Plinius lib. 6. cap. 10. 4, Fertilissimi sunt auri Dardæ, Setæ uerò argenti.
Fertilissima baccarum. Plin. lib. 15. cap. 30. 3.
¶ Fertiliter, pen. corr. Aduerbium (εὐφόρως) Plinius lib. 10. cap. 7. 7, Rutum furtiuam tantum prouenire fertilius putant. Hoc est, uberius.
¶ Fertilitas, pen. corr. fertilitatis (εὐφορία, πολυφορία) Col. Id enim non accidit palmitis fertilitate. Cæsar 2. bel. Gal. 242, Fertilitas loci. Cic. 1. de Diuin. 212.
¶ Ferentarius, ferentarij, m. g. Ferentarij, Milites leuis armaturæ, ut ait Festus: auxiliatores, à ferendo auxilio, ut quicquid opus esset, auxilio ferrent, excursu leues, armis grauibus non impediti, sed ense & talis tantum instructi. Vel dicti sunt ferentarij, teste Varrone, quòd fundis lapidibusq; pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. Salustius in Catil. Postquam eò uentum est, unde à ferentarijs prælium committi posset. Cato eos ferentarios dixit, qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant. Hi & uelati uocabantur, ut inquit Festus: quòd uestiti inermes sequerentur exercitum. Hæc ferè ex Festo & Nonio.
Ferentarius amicus, Qui fert auxilium. Plaut. Trin. 8. 44.
¶ Ferculum, ferculi, pen. corr. (φορεῖον, ἔδισμα) Dapes dicuntur: quia in mensam ferantur. Iuuen. Satyr. 2,
—quis fercula septem
Secreto cœnauit auus? Nonius, Ferculum dicitur missus carnium. Petronius Arbiter, Postquam ferculum allatum est.
Pagana fercula. Propert. lib. 4. eleg. 4. 16.
Fercula nullis ornata macellis. Iuuen. Satyr. 11. 7.
Multaq; de magna supereſſent fercula cœna. Hor. 2. Sermon. Satyr. 6. 21.
Ferculum, Gestamen, quo pompa ferri solet. Sueton. in Cæsare, Pontico triumpho inter pompæ fercula triũ uerborũ prætulit titulum, Veni, uidi, uici. Hoc nomine continẽtur simulacra deorũ, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia, quæ ferri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, quæ in ludis: & fercula sacrorũ, quæ in sacris ferebantur. Liu. 1. ab Vrbe, 43, Spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id aptè ferculo gerens, in Capitolium ascendit.
Nobile ferculum. Senec. Herc. Oeth. 2. 2.
Fercula, Acron etiam docet esse pulpita, super quibus deorum simulacra reposita erant: quia in pompa Circensi, hoc est, celebritate ludorum Circensium, huiusmodi simulacra deorum ferebantur. Cic. 1. Offic. 182, Cauendum est ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uideamur.
¶ Feretrum, feretri, pen. corr. (φόρετρον) Lectus, uel quid aliud simile quo mortuus ferri solet, qui & alio nomine capulus dicitur, à capiendo: seu in quo aliquid cum pompa fertur. Plin. lib. 7. cap. 52. 4, Varro quoque author est xx. uiris agros diuidentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus.
Puerile feretrum. Stat. 2. Syl. 1. 4. Vide Pheretrum.
Feronia] φερωνία, nemoris dea, à ferendis arboribus. Tradunt enim quum nemus eius aliquando fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde simulacrum incolæ uellent, subitò nemus euiruisse. Virg. 7. Aen. 160,
—& uiridi gaudens Feronia luco. Est hæc etiam libertorum dea, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. Plaut. in Amphit. (pileum.
Quod utinam ille faxit Iuppiter, ut raso capite portem
Dies Feronia. eilius lib. 13. 17.
Feronia etiam ciuitas sub monte Soracte: in qua eiusdem nominis dea erat: quam finitimi magna religione uenerabantur.
Ferox] ferocis, pen. prod. o. g. (ἄγριος, αἰθάδης) A Fero, fers, deriuatur: & significat fortem, præanimosum ad decertandum cum altero, & ad uim alteri faciendam, atq; ad nocendum: ut ait Valla lib. 4. Hor. in Odis,
Vrbes, gentesq; & Latium ferox. Salust. ille animo feroci negat se fusam toties Numidiam pertimescere.
Ferox, Sæuus, indomitus, à feritate, ut uult Nonius. Virgil. 4. Aeneid. 27,
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit. Terentius Eunuch. 3. 1. 25,
Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas?
Ferocem fortasse ac arrogantem & infestum facit indulgẽtia, non mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum. Cic. Attic. lib. 10. 303. 4.
Reddit hominem ferociorem impotentioremq; uictoria. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 9.
Nimium uehemens feroxq; natura homo. Cic. in Vatinium, 2.
Animi ferox. Tacit. lib. 1.

Mentis

Digitized by Google

Mentis ferox. Ouid. 8. Metam. 124.
Scelerum ferox. Tacit. lib. 4.
Vndâ ferocior. Ouid. epist. 21. 38.
Aetas ferox. Horat. 2. Carm. ode 5. 3.
Animus ferox. Seneca Medea, 12. 8.
Corda ferocia ponunt. Virg. 1. Aen. 62.
Discordia ferox. Silius lib. 16. 21.
Ferocissimæ gentes. Plin. lib. 33. cap. 11. 5.
Impetus feroces animo geris, Seneca Agamem. 3. 4.
Lacertus ferox. Ouid. epist. 4. 17.
Manus ferox. Senec. Herc. Oeth. 4. 28.
Populi feroces. Virg. 1. Aen. 54.
Turmæ feroces. Virg. 3. Georg. 35.
Vagitus ferox. Claud. 7. Paneg. 31.
Ferox sum illa re, dicitur, ut illa re sum fretus, uel arrogans.
Ferocior animo. Plaut. Milite, 20. 12.
Bello erat ille ferox. Ouid. epist. 3. 19.
Corde ferox. Seneca Medea, 7. 3.
Ferox formæ, Qui ob formam gloriatur. Plaut. Milit. 21. 13.
Ferox fortunis. Accius, Neq; uitanta quisquam est, neq; tam abundans fortunis ferox.
Robore corporis stolidè ferox. Tacit. lib. 1. de Agrip. Posth.
Ferox victoria & uiribus. Liu. 1. ab Vrbe, 26.
Virtute feroci exuperans: id est, fortitudine. Virg. 12. Aen. 4.
¶ Feroculus, penult. correp. Diminutiuum (ὑπαγῳ&) Hirtius de bell. Asiatic. libro 5. 53, Quid tu inquit, miles tyro, tam feroculus es?
¶ Ferocia, ferociæ (ἀγριότης) pro ferocitate. Cicer. libro 6. de Repub. Qui comperit eius uim & effrænatam illam ferociam. Idem pro lege Agraria, 89.
Impetum gladiatorijs ferociamq; comprimere. Cicero de Aruspic. respons. 1.
Exuere ferociam. Tacit. lib. 2.
¶ Ferocitas, pen. corr. ferocitatis (ἀγριότης) Cic. 1. Offic. 128, Vt equos propter crebras contentiones præliorũ ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant.
Ferocitas & audacia. Cic. in Vatinium, 1.
Infirmitas puerorum ferocitas iuuenum, & gratuitas iam constantis ætatis. Cic. de Senect. 30.
Victoriæ ferocitatem extimescere. Cic. pro Marcello, 9.
Tantæ ferocitatis uictorem extimescere. Cic. pro Deiot. 9.
Reprimere ferocitatem alicuius. Cic. 2. Offic. 57.
¶ Ferociter, pen. corr. Aduerbium (ἀγρίως) Plaut. Amphit. 4. 59, Nimis ferociter. Vide Nimis. Liu. 2. ab Vrbe, 72. Idem 3. bel. Pun. 31, Cum quo ferocissimè pro Romana societate aduersus Punicum fœdus steterat.
Asperè, ferociter, & liberè maledicta in aliquem dicere. Cicer. pro Plancio, 27.
Multo ferocius inquit. Cic. Q. fratr. lib. 2. 15. 2.
¶ Ferocio, ferocis, pen. prod. (ἀγριόω) ferocire, Ferocem fieri, & sæuitiam exercere. Gellius lib. 1. capite 11, Non immodicè ferocirent. Ouid.

Mox intractati more ferocit equi.

Ferraria] φερραρία, Vrbs Italiæ ad Padum fluuium sita. Est & Ferraria, Hispaniæ promontorium, Carthaginem uersus, sic ab accolis cognominatum, quòd ferrarias effossiones admodum feraces habeat. Vide Pomponium Melam in descriptione Hispaniæ, lib. 2.
Ferrum] huius ferri (σίδηρος, σιλὸς) à ferendo dicitur, ut nonnulli uolunt: quòd in agros colendi gratia feratur. Vel à feriendo: quòd cætera eo feriantur, id est, domentur. Plin. lib. 12. cap. 25. 4, Ferro lædi uitalia odit.
Ferrum, aliquando pro gladio accipitur. Cic. 1. Tuscul. 136, In seruorum ferrũ & manus incidisset. Sic, pro Rosc. Amer. 54, Vulneratus ferro Phrygio.
In ferrum atq; in uincula coniecti. Cic. 7. Verr. 84.
Aes atq; ferrum, duelli instrumenta sunt, non fani. Cicero 2. de Legibus, 72.
Pectus ferro durius. Ouid. epist. 20. 46.
Velox ferro. Stat. 3. Theb. 80.
Acies ferri. Virg. 2. Aen. 67. Vide Acies.
Gens ferri patiens. Sil. lib. 3. 116.
Rigor ferri. Virg. 1. Georg. 29.
Stridor ferri. Virg. 6. Aen. 112.
Acutum ferrum. Virg. 6. Aen. 90. Vide Acuo.
Aduncum. Ouid. 9. Metam. 26.
Candens. Lucret. lib. 6. 30.
Debile. Stat. 10. Theb. 56.
Duri robora ferri. Lucret. 2. 91.
Graue. Senec. Octau. 7. 9.
Infandum. Lucan. lib. 2. 30.
Infestum. Ouid. epist. 11. 4.
Iniustum. Ouid. 13. Metam. 89.
Lethale. Iuuenal. Satyr. 15. 17.
Nefandum. Ouid. 8. Metam. 89.
Hebes. Iuuen. Satyr. 11. 14.
Rigidum. Claud. de rap. Proserp. 19.
Ex solido tabularia ferro. Ouid. 15. Metam. 162.
Absumere ferro aliquem. Virg. 4. Aen. 121. Vide Absumo.
Accipere ferrum pectoribus. Silius lib. 10. 2.
Acuere ferrum. Horat. 1. Carm. ode 2. 5.
Adegit ferrum in uiscera. Silius libro 7. 126.
Adactum ferrum per pectus. Ouid. 6. Metam. 55.
Aperire pectus ferro. Senec. Agamem. 4. 16.
Applicatum ferrum. Vide Applico.
Ardens ferrum. Valer. 1. Argon. 99. Id est, splendidum.
Gracili arma ferro Senec. Hipp. 4. 38.
Armare ferrum ueneno. Vide Armo.
Ancipiti ferro cædere aliquid. Lucret. lib. 6. 34.
Cæsus ferro. Senec. Octau. 17. 16.
Imbelle ferrum capessere. Valer. 1. Argon. 153.
Cernere ferro. Vide Cerno.
Collapsus ferro. Virg. 4. Aeneid. 133.
Instructi, & certis locis cum ferro homines collocati. Cic. pro Cecinna, 20.
Compescere culpam ferro. Virg. 3. Georg. 94.
Condit ferrum sub aduerso pectore. Virg. 12. Aen. 189.
Coniectum in guttura ferrum pressit. Ouid. 3. Metam. 18.
Consumere ferrum pectore. Stat. 12. Thebaid. 149.
Conuellere aliquid ferro. Virg. 6. Aen. 30.
Conuertere ferrum ab uno in alium. Ouid. 8. Metam. 11.
Lato crispans hastilia ferro. Virg. 1. Aen. 64.
Decernere ferro. Virg. 12. Aen. 57. Vide Decerno.
Defringere ferrum. Virg. 11. Aen. 150.
Demetere aliquid ferro. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 10.
Demittere ferrum in artus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 11.
Detegere ferrum. Lucan. lib. 3. 26.
Distringere in mortem alicuius ferrum. Tacit. lib. 14.
Ducere ferrum uagina. Ouid. 4. Fast. 187.
Funera dare ferro. Virg. 8. Aen. 112.
Dedit obuia ferro pectora. Virg. 12. Aen. 109.
Elicere ferrũ è terræ cauernis, rem ad colendos agros necessariam. Cic. 2. de Nat. deor. 226.
Eripere ferrum uagina. Virg. 6. Aen. 52.
Excindere portam ferro. Virg. 6. Aen. 111.
Excipere ferrum aduerso pectore. Senec. Agam. 4. 2.
Excutere ferrum alicui. Lucan. lib. 1. 24.
Exigere spiritum ferro. Senec. Oedip. 14. 6.

Exegit ferrum per uiscera domini. Lucan. lib. 2. 30. Ouidius epistol. 9. 32.
Exoluere brachia ferro. Tacit. lib. 15.
Fœdare aliquem ferro. Virg. 3. Aeneid. 48.
Fodere uterum ferro. Tacit. lib. 14. Senec. Octau. 6. 20.
Glisscere ferro. Stat. 12. Theb. 128.
Hausit pectora ferro. Ouid. 8. Metam. 89.
Iacet ferro meus coniux. Senec. Oedip. 14. 8.
Mordaci icta ferro pinus. Hor. 4. Carm. ode 6. 2.
Immori ferro. Senec. Herc. Oeth. 7. 26.
Impulit ferrum in meos penates. Ouid. 12. Metam. 111.
Incumbere ferro. Ouid. 14. Metam. 16.
Oppositio ferro semet inducre: id est, irruere in ferrum. Senec. Oedipo, 4. 10.
Acuto ferro faces inspicat. Virg. 1. Georg. 59.
Instructi ferro. Virg. 12. Aen. 25.
Inuerimi ferro. Quint. lib. 3. cap. 8. 4.
Cum ferro aliquem aduenientem inuadere. Cic. pro Cecin. 18.
Irruimus ferro. Virg. 3. Aen. 45.
Lacerare ferro aliquem. Hor. 3. Carm. ode 27. 10.
Lacessere aliquem ferro. Virg. 12. Aen. 38.
Scabie & rubigine ferrum ledere. Virg. 2. Georg. 44.
Nigro liuentia ferro crura. Claud. 2. in Eutrop. 69.
Mactare hostiam ferro. Virg. 3. Georg. 96.
Maculatum sanguine ferrum. Ouid. 15. Metam. 22.
Mergere ferrum iugulo. Senec. Agamem. 13. 5.
Igni ferroq; patriæ minitari. Cic. 14. Philip. 383.
Agrum ferro & flammis mitigat. Hor. 2. epist. 2. 38.
Molliri ferrum in aliquem. Ouid. 3. Fast. 7.
Ignis ferrum mollit. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 4.
Mori ferro. Senec. Octau. 6. 17.
Nocens ferrum. Ouid. 1. Metam. 29.
Obsistere ferro ne quis accedat. Cic. pro Cecinna, 17.
Occisus ferro. Quint. lib. 6. cap. 1. 14.
Occumbere ferro. Ouid. 12. Metam. 42.
Temerando ferro non parcere. Lucan. 1. 30.
patefacere uiam ferro. Tacit. lib. 1.
perfusum ferrum gemina cæde. Senec. Thyeste, 8. 24.
petere aliquem ferro. Ouid. 13. Metam. 89.
petita ferro bellua. Horat. Epod. 5. 2.
Recludere pectus ferro. Senec. Troad. 10. 29.
Reformidare ferrum. Quint. lib. 2. cap. 4. 8.
Reponere ferrum. Stat. 9. Theb. 17.
Rescindere aliquid ferro. Virg. 3. Georg. 89.
Reserare pectus ferro. Senec. Octau. 6. 19.
Resoluit iugulum ferro. Ouid. 6. Metam. 129.
Refundere ferrum iugulis. Lucan. lib. 6. 33.
Retusum ferrum. Virg. 2. Georg. 61.
Rubens igne ferrum. Ouid. 12. Metam. 56.
Satiare ferrum sanguine. Ouid. 5. Fast. 115.
Secare collum ferro. Virg. 9. Aeneid. 70.
Nudo ferro sequi aliquem. Ouid. 6. Metam. 133.
Sequi extrema ferro. Virg. 6. Aen. 92.
Splendenti lancea ferro. Ouid. 3. Metam. 10.
Sternere ferro aliquem. Senec. Troad. 6. 55. Horat. 2. Sermon. Satyr. 3. 41.
Stringere ferrum. Stat. 8. Theb. 29.
Superare ferrum duritia. Ouid. epist. 2. 28.
Inerti ferro tentare aliquem. Claud. de bel. Get. 78.
Traiecta ferro pectora. Virg. 1. Aen. 72.
Nullo uiolabere ferro. Ouid. 5 Metam. 45.
Ardenti uritur ferro. Iuuenal. Satyr. 14. 3.

¶ Ferreus, Adiectiuum (σιδηρεῖος) Quod est ex ferro. Plinius lib. 10. cap. 42. 2, Pfitacus uerberatur radio ferreo.
Fabricam ferream inuenere Cyclopes. Plin. lib. 7. cap. 56. 7.
Ferrei coloris atq; duritiæ marmor. Plin. lib. 36. cap. 7. 4.
Ager ferreus horret hastis. Virg. 11. Aen. 120.
Annulus ferreus. Ouid. 1. de Arte, 95.
Bella ferrea. Ouid. epist. 13. 13.
Claustris ferreis cohibere portas. Senec. Thyeste, 7. 5.
Ensis ferreus. Lucret. lib. 5. 250.
Imber ferreus. Virg. 11. Aeneid. 57.
Mucro ferreus. Virg. 11. Aen. 163.
Seges ferrea telorum. Virg. 3. Aen. 10. Idem 12. 133.
Turris ferrea. Virg. 6. Aen. 111.
Ferreus, per Translationem, pro Duro & inexorabili. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 8, Ferreus essem, si te non amarem.
Ferreus qui fratris clarissimi atq; amantissimi præsentis mœrore non mouetur. Cic. 4. in Catil. 75.
Ferus ac ferreus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 3. 5.
Durus ac ferreus, inhumanus. Cic. 7. Verr. 94.
Patiens & ferreus. Iuuen. Satyr. 1. 4.
Decreta ferrea ueterum sororum. Ouid. 15. Metam. 157.
Iura ferrea. Virg. 2. Georg. 101.
Ferreum negotium. Plaut. Pers. 2. 22.
Os ferreum. Cic. in Pisonem, 50.
Præcordia ferrea. Ouid. epist. 12. 57.
Ferreus scriptor. Cic. 1. de Fin. 8.
Secula ferrea. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 8.
Somnus ferreus, Mors. Virg. 12. Aeneid. 62.
Sors ferrea uitæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 6.
Vox ferrea. Virg. 2. Georg. 9.

¶ Ferrarius, Adiect. (σιδηρικὸς) Quod ad ferrũ attinet.
Ferrarius faber. Plin. lib. 14. cap. 4. 3.
Ferraria officina. Plin. lib. 13. cap. 23. 2.
Idem libro 8. cap. 57. 2.
Ferrarium metallum. Plin. lib. 34. cap. 14. 7.
Ferraria] absolutè (σιδηρεργία) fodina ex qua ferrum extrahitur. Cæsar 7. bel. Gal. 85, Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liu. 4. bel. Maced. 81.
Ferraria aqua, Qua utuntur fabri ferrarij ad extinguendum candens ferrum. Plin. lib. 28. cap. 16. 7.

¶ Ferrarius, Substantiuum. Firmicus lib. 4. cap. 7, Coquos, ferrarios, atq; ex igne uel ferro artes suas officiaq; complẽtes.

¶ Ferratilis, & Ferratile. Hinc Genus ferratile, in Plauti Mostellaria legimus de seruis dici, qui compediti habentur, hoc est, qui annulatis cruribus atterunt assiduè ferrum. Versiculi Plauti sunt hi,

Cis hercles paucas tempestates Tranio
Augebis ruri numerum, genus ferratile.

¶ Ferratus, penultima producta, Adiectiuum (σιδηρᾶτος) Cui ferrum inditum & applicatum est: ut, Ferrata hasta. Liuius 1. ab Vrbe, 145. Et apud Plinium, lib. 36. cap. 23. 1, Ferratis rectibus. Et apud Columellam, libro 10. 5, Ferrato robore palæ. Virg. 3. Georg.

Vndiq; eam tergo ferratos sustinet orbes.

Agmina ferrata. Hor. 4. Carm. ode 14. 7.
Ferrata calce cruentat cornipedem. Sil. lib. 17. 110.
Portæ ferratæ. Stat. 10. Theb. 101.

¶ Ferramentum (σιδήρεον) Instrumentum ferreum. Cic. 1. de Nat. deor. 29, Quæ molitio, quæ ferramẽta, qui uectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Budæus.
Ferramenta agrestia. Liu. 1. ab Vrbe, 178.
Ferramenta uetera. Col. lib. 2. cap. 4.
Ferramenta fabri. Hor. 1. epist. 1. 18.

¶ Ferramẽtarius. Firmic. li. 3. ca. 13. sub finẽ, In Solis uerò aut Lunæ domo, facient ærarios, ferramẽtarios, statuarios, &c.

¶ Ferrugo, penult. prod. ferruginis (ἰὸς σιδήρου) Rubigo ferri. Plin. lib.

Digitized by Google

Plin.lib.23.cap.8.10, Sudor uirgæ, corni arboris, lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitáq; inde ferrugo incipientes lichenas sanat.

Ferrugo per translationem compressæ purpuræ color rufus, nigrioris rubedinis, quasi uiolacei, uulgò Morellum dicunt, similitudine coloris ferri. dum est rubiginosum. Virg. lib. 8,

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ. Plin. lib.15.cap.10.1, Vestitos alia ferruginis tunica.

Atra ferrugo. Ouid.15.Metam.158.

Dulci uiolas ferrugine pingit. Claud.2.de raptu Pros.19.

Animus purus malâ ferrugine. Ouid.ad Pisonem,22.

Obscura ferrugo. Virg.1.Georg.93.

Peregrina ferrugine clarus & ostro Virg.11.Aen.154.

¶Ferrugineus, Adiect. (σιδηροειδὴς) Quod est coloris ferruginis, qui etiam color castaneus dicitur. Plaut. Milit.16.41,

Palliolum habeas ferrugineum. Plin.lib.29.cap.6.27, Et ferrugineas maculas habentes. De lacertis.

Amictus ferrugineus. Claud.2.de raptu Proserp.55.

Cymba ferruginea Charontis. Virg.6.Aeneid.61.

Hyacinthi ferruginei. Virg.4.Georg.37.

Nemus ferrugineum. Stat.2.Thebaid.3.

Sapor ferrugineus. Plin.lib.31.cap.10.

¶Ferrumen, pen.prod. ferruminis, n g. quasi gluten, iunctura seu ligatura, quæ ex ferri excrementis uel ramentis fieri solet. Plin.lib.36.cap.23.3, Ruinarum urbis ea maxima causa, quòd sine calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Ferrumen in auro chrysocolla uocatur agglutinando auro, inquit Plin.lib.33.

¶Ferrumino, ferruminas, pen.cor. (σιδηρόω) Ferruminare, Conglutinare, quando cõglutinatio fit ex ipsa materia quæ conglutinatur. Pomp.in l.quicquid.ff. de Acquirendo rerũ dominio. Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, alienóue argento ferruminaueris: non dubitatur, scyphum tuum esse, & à te rectè uendicari. Plin.lib.27.cap.4.17, Fabulosa arbitror quæ adijciuntur: recente ea si uratur, ferrũ aut æs ferruminari. Idem lib.31.de aquis marinis, Quæ calefaciunt ad neruorum dolores, ferruminant & fracturas, ossáq; contusa. Idem lib.36.cap.28.9, Vitrum sulphuri cõcoctum ferruminatur in lapidem. Idem lib.35.cap.15.9, Calcis quoq; usum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

¶Ferruminatio, Verbale (συγκόλλησις) Paulus in l.in rem actio. §. item quæcunq; .ff. de rei uendicatione. Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura uerò non idem efficit.

Fertilis, Fertilitas, Fertiliter] Vide Fero.

Fertini] Populi Rætorum in Istria, quorum meminit Plin.lib. 3.cap.19.

Fertum] Genus libi, à ferendo dictum: quòd sæpe ad sacra ferebatur. Persius Satyr.2,

Attamen hic extis & opimo uincere ferto
Intendit. Vide Fartum in Farcio.

Fertum Ioui moueto & mactato sic. Cato cap.134.1.

Ferta arua & frugifera. Cic.in Orat.93. Ex antiquo poeta.

Ferueo] Ferues, ferui & ferbui (ζέω, βρέσω) feruere, Ex incendio calere, bullire.

Aequor feruet. Virg.1.Georg.66.

Cor mero feruet: Ouid.2.Fast.147.

Lingua mero feruet. Ouid.2.Fast.147.

Feruet uinũ cũ ex musto in uinũ trãsit. Plin.lib.14.cap.9.Bud.

Mare feruet aquis. Ouid.epist.17.6.

Aestu feruet pelagus. Cic.3.de Orat.86.

Pontus uertigine feruet. Ouid.11.Metam.110.

Feruere item, molestijs quibuscunq; perturbari, ferri & agitari. Mart.lib.2.63. Fora litibus omnia feruent.

Feruet opus. Virg.1.Aeneid.88.

Opere omnis semita feruet. Virg.4.Aeneid.82.

Feruere & ferri auaritia. Cic.pro Quintio,21.

Lethi feruebat amore. Silius lib.17.115.

Pectus auaritia, miseraq; cupidine feruet. Horat.1.epist.1.7.

Feruere ab ira. Ouid.2.Metam.59.

Ira totis feruet. Senec.Herc.fur.11.

¶Feruo, feruis, ferui (ζέω) feruere, penult.cor. Idem. Terent. Adelph.4.1.18,

Quum feruit maximè, tam placidum quàm quem reddo.

Virg.lib.3.Georg.

Omnia tunc pariter uento nimbisq; uidebis
Feruere. Idem, Feruere cæde noua. Propertius,
Incipit & sicco feruere terra Cane. Valer.lib.7.Arg.
Atq; iterum manifestæ se feruere cæde Lacenæ Credit.

Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Virg.8.Aen.33.

¶Feruens, feruentis (ζέων) Quod bullit, aut calidum est. Plautus Curcul.10.26, Quasi aquam feruentem frigidam esse, ita uos putatis leges. Et Colum.lib.12.cap.50.20, Feruentissima aqua.

Lucri cupidine feruens. Claud.1.in Ruffin.20.

Feruentem flagris facere. Plaut.Amph.14.10.

Feruens gustu radix. Plin.lib.12.cap.12.

Feruentissimus æstus. Plin.lib.31.cap.3.15.

Feruens animus. Cic.1.Offic.70.

Aqua feruens, Cic.3.Verr.46.

Aquis feruentibus mollit artus. Ouid.1.Metam.46.

Feruentes soculi. Plaut.Capt.13.78.

Feruentes horæ diei, pro Meridianis. Plinius libro 17. capite 22.19.

Iecur feruens. Horat.1.Carm.ode 13.1.

Rapido feruentius amni ingeniũ. Horat.1.Serm.Satyr.10.13.

Feruentissima natura. Col.lib.12.cap.15.2.

Feruens pauimentum, Quod feruore balinearum incaluerat. Plin.epist.58.a.

Rota feruens. Ouid.1.de Ponto,eleg.9.14.

Sanguis feruens. Sil.lib.17.99.

Vndæ feruentes æstibus. Ouid.14.Metam.10.

Vulnus feruens. Ouid.4.Metam.24.

¶Feruenter, Aduerbium (ζέοντως) Cælius Ciceroni, lib.8.8.7, Et de damnatione feruenter loqui est cœptum.

¶Feruesco, feruescis (ζέομαι) feruescere, Inchoatiuum: ut, Terræ feruescunt sole. Lucret.lib.6.171.

Ventus mobilitate sua feruescit. Lucret.lib.6.36.

¶Feruefacio, feruefacis, pen.cor. (ζεσταίνω) feruefacere. Cato de re Rust. Et portionem polentæ eodem addito, & oleum postea feruefacito. Et apud Plin.lib.20.cap.3.3, Feruefactum uinum.

Feruefacere, Calidum facere. Plaut.Pseud.13.44.

Eæ ipsæ se patinæ feruefaciunt ilico. Sic, Feruefacta iacula, Cæsar 5.bel.Gal.157.

¶Feruidus, pen.cor. Adiectiuum (ζεστὸς) Idem quod Feruens & maximè calidus. Cic.2.de Nat.deor.40, Iam uerò reliqua quarta pars mundi, & ea ipsa tota natura feruida est. Hoc est, ardens maximè.

Aestus feruidus. Horat.1.Serm.Satyr.1.8.

Cinis feruidus. Senec.Troad.2.7.

Flamma feruida. Horat.Epod.17.7.

Spuma feruida. Ouid.8.Metam.58.

Vina feruida. Horat.2.Serm.Satyr.8.8.

Feruidus, Diligens, ac uehemens. Liu.7.bel.Pun.185, Cum toto eo bello damnosa præpropera ac feruida ingenia imperatorum fuisse.

Feruidus furto. Virg. 9. Aeneid. 25.
Ingenio feruidus. Ouid. 14. Metam. 97.
Adolescentia feruida. Senec. Octau. 8. 2.
Feruidi animi uir. Liu. 2. ab Vrbe, 229.
Bella feruida. Sil. lib. 3. 74.
Cura feruida. Tibull. lib. 4. eleg. 11. 2.
Dicta feruida. Virg. 12. Aeneid. 177.
Feruidum quoddam & petulans & furiosum genus dicendi. Cic. de clar. Orat. 130.
Feruida oratio. Cic. de claris Orat. 55.
Virtus feruida. Catul. Argon. 59. 44.
¶ Feruidè, pen. cor. Aduerb. (ζεφῶς) Plaut. Trucul. 8. 2,
—feruidè ut tota floret, ut oleum Nitidè nitet.
¶ Feruor, feruoris (ζέσις) Calor uehemens. Plin. lib. 11. cap. 21. 1, Indè furantur æstiuo feruore aurum erutum à formicis tempore hyberno.
Aetatis feruor. Cic. de Senect. 41.
Maris feruor. Cic. de Prouinc. Consul. 24.
Mentis feruor. Cic. 1. de Orat. 111.
Pectoris feruor. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.
Igneus feruor. Vide Ignis.
Nimium pronus feruor. Claud. de bello Get. 96.
Siccis aer feruoribus ustus. Ouid. Metam. 25.
Acceßit feruor capiti. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 5.
Nimijs torret feruoribus ætherius sol. Lucret. lib. 5. 44.
Insidet in uenis & medullis feruor. Vide Insideo.
Ferula] huius ferulæ, pen. corr. (νάρθηξ) Herba quæ Græcis narthex dicitur, soli Aphricæ cognita: fœniculo similis foliis & caule, nisi quòd caulè habet multo altiorem & crassiorem, unde Clearchus ferulam esse dixit lignum & non lignum: tum propter crassitudinem caulis, tum quia caulis intus esset medullosus, quemadmodum fœniculus, atq; idcirco minus solidus & compactus. Quapropter eo caule utebantur magistri ludi literarij apud antiquos ad feriendos pueros. Plin. lib. 13. cap. 22. 4, Ferula calidis nascitur locis, atq; trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius genera, Nartheca Græci uocant, assurgentem in altitudinem: Narthecium uerò semper humilem, à genib. exeuntia folia maxima, ut quæq; terra proxima. Cætero natura eadem quæ anetho, & fructui similis. Nulli fruticum leuitas maior, ob id gestata facilius baculorum usum senectuti præbet. Col. lib. 3. de arboribus, cap. 22. ad finem.
Accommodare ferulas. Vide Accommodo.
Cædere ferula. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 24.
Florentes ferulæ. Virg. 10. eclog. 5.
Frangere ferulas dicitur, in quo ferulæ franguntur. Iuuenalis Satyr. 6. 48.
Ferulæ manum subduximus: id est, nos quoq; literas didicimus, & præceptorum opera usi sumus. Nam antiquitus literatores discipulorum manus ferula cædebant. Hinc Martialis lib. 14. 85. de ferula. Idem lib. 10. 62,
Ferulæq; tristes, sceptra pædagogorum
Cessent. Notauit id eleganter Col. in carmine, Nec manib. mites ferulas. Item, ——ferulæq; minaces
Plantantur. Iuuen. Satyr. 1,
Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Ferulæ etiam aptæ continendis oßium fracturis. Cels. lib. 8. cap. 10. Bud.
¶ Ferulaceus, Adiectiuum (ναρθηκοειδὴς) In modum ferulæ, uel ferulæ similis. Plin. lib. 15. cap. 7. 2, Et in Hispania prouenit repentè altitudine oleæ, caulæ ferulaceo. Idem libro 18. cap. 7. 4.
Ferus] Vide Fera.
Ferus oculus] herba est, Asyla aliter dicta, quam in remedio pecora quærunt, si quando anagallida fœminam gustauerint. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.
Fescenninum] Oppidum Campaniæ, inquit Seruius, ubi nuptialia inuenta sunt carmina. Plinio Fescennia Hetruriæ ciuitas dicitur: cuius populi ducunt originem ab Athenienſibus. Virg. 7. Aen. 139,
Hi Fescenninas acies, æquosq; Falisços.
Fescennini uersus, dicebantur qui in nuptijs canebantur. Dicti quòd ex urbe Fescennina allati essent: siue quòd fascinum putantur arcere. Hæc Festus. Liu. 7. ab Vrbe, 7, Qui non sicut antè Fescennino uersu similem incompositum temere, ac rudem alternis iaciebant.
Erant hi uersus omni obscœnitate & opprobrijs pleni. Macrob. lib. 2. Satur. Temporibus triumuiralibus Pollio quum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait, At ego taceo: non est enim facilè in eum scribere, qui potest proscribere. Budæus.
Licentia Fescennina. Horat. 2. epist. 1. 30.
Fescennina locutio. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 26.
Fesnoæ] uocabantur, qui depellere fascinum credebantur. Alij legunt Fesceninæ, uel Fascennonea. Ex Festo.
Fessonia] dea apud ueteres colebatur, ut fessos iuuaret: sicut Pellona placabatur, ut hostes depelleret. Vtriusq; meminit August. lib. 4. de Ciuit. Dei.
Fessus] Adiect. (ἀπεφορικὸς, κεκμηκὸς) à fero, fers deriuatum, hoc est, fatigatus: quoniam qui continuè ferunt onera, facilè fatigantur. Dicitur autem tam de animo, quàm de corpore, authore Valla, lib. 4. Virg. 2. eclog.
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu. Sic Plin. lib. 7. cap. 52. 3, Puerum æstu & itinere fessum.
Fessus de uia. Cic. Acad. 1.
Aetate fessus. Virg. 2. Aeneid. 119.
Fessus bello. Cic. 1. de Diuinat. 162. Virg. 2. Aeneid. 22.
Viarum errore fessus. Silius lib. 15. 142.
Inedia fluctibusq; fessum recreare. Cic. pro Plancio, 21.
Luctu fessa. Ouid. 14. Metam. 85.
Plorando fessus. Hirtius Ciceroni in Epistola ad Atticum, libro 15. 325. 8.
Studiorum pondere fessus. Ouid. ad Pisonem, 38.
Videndi satietate fessus. Lucret. lib. 2. 208.
Valetudinibus fessus. Tacit. lib. 19.
Via fessus. Ouid. 14. Metam. 85.
Fessus uita. Plin. lib. 5. cap. 17. 1.
Fessus uulnere, Fessus cursu. Liu. 1. ab Vrbe, 106.
Fessus rerum. Virg. 1. Aeneid. 37. Vbi Seruius, Fessi rerum, hoc est penuria fatigati. Et fessus generale est. dicimus enim, Fessus animo: ut Virg. 8. Aen. 47,
—ter fessus uallem resedit. nimirum, egens consilij. Et fessus corpore: quod magis est proprium. Et fessus rerum, à fortuna uenientium. Hactenus Seruius.
Artus fessi. Virg. 2. Aeneid. 51.
Caput fessum uiridi summisit in herba. Ouid. 3. Metam. 101.
Corpora fessa. Virg. 4. Aeneid.
Dies fessa. Stat. 2. Sylu. 2. 10.
Genis fessis obrepsit somnus. Senec. Troad. 6. 7.
Latus fessum depone sub lauru mea. Horat. 1. Carm. ode 7. 4.
Membra fessa. Ouid. epist. 4. 18.
Fessæ naues. Virg. 5. Aeneid. 168. Vbi Seruius, Fessas naues, pro nos fessos.
Oculos fessos furari labori. Virg. 5. Aeneid. 168.
Pectus fessum curis. Senec. Hippol. 2. 33.
Senectus fessa. Lucan. lib. 2. 26.
Viator fessus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 4.
Virtus fessa. Senec. Hippol. 7. 3.
Vox mihi fessa loquendo. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 17.



Digitized by Google

Festi] φᾶσοι, Locus erat in ipsis urbis Romæ primordijs appellatus, intra quintum ab urbe & sextum lapidem, ubi Romani tunc terminus monstrabatur agri. Vide Strab. lib. 5.

Festino] festinas, pen. prod. (σπεύδω, ἐπείγω, σφαδάζω, βύω, σπέρχω) festinare, Properare, & accelerare gressum. Plautus Epid. 2. 74. Idem Asin. 5. 5, Remigio uelocq; quantum poteris festina & fuge. Cicero ad Atticum, libro 14. 319. 1, Eros autem festinauit, ut ad me literæ Dolabellæ perferrentur. Terentius Heaut. 1. 1. 73,

Vide alios festinare. Virg. 2. Aeneid. 75. Festinate uiri. Properare & festinare. Cic. 9. Philip. 260.

Festinat ad urbem. Plinius de Viris illustr. 39. Plinius libro 7. cap. 20. 5, Festinat ad fratrem.

Ad euentum festinare. Horat. de Arte, 30.

In aliquem locum festinare. Quint. lib. 6. cap. 3. 27.

Nihil festinare. Vide Nihil.

Animus festinat ad aliqua. Cic. 2. Philip. 63.

Ad singulare alicuius factum festinat oratio. Cic. 1. Philipp. 2.

Festinare, Festinanter conficere. Ouid 11. Metam. 116.

—— & iam, quas induat illa Festinat uestes.

Esseda festinant, pilenta, petorita, naues. Horatius 2. epist. 1. 39.

Fugam festinare. Virg. 4. Aeneid. 115.

Mortem in se festinauit. Tacit. lib. 4.

Festinare, Properare, turbari, trepidare. Salust. Festinantibus in summa inopia patribus. Terent. Adelph. 3. 2. 25,

— quid festinas mi Geta? Animum recipe. Donatus.

Festino effugere. Plin lib. 9. cap. 8. 10. Quintilianus libro 9. cap. 4, Finem imponere egresso destinatum modum uolumini festino.

Festinare & Properare ueteres uoluerunt inter se differre. Cato oratione quam de suis uirtutibus scripsit, Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neq; perficit, is festinat. Verùm utrorumq; uerborum ratio sub hac significatia proxima est ueritati, ut sit sæpe animi (properare) studiosè ad res aliquas contendentis: Festinare corpore necessitatibus obsequendi. Virg. 4. Aeneid. (Aen. 75.

Et medijs properas Aquilonibus ire per altum. Idem 2.

Festinate uiri: nam quæ tam sera moratur

Segnities? Nonius.

¶ Festinor, pen. prod. (σπεύδομαι) Passiuũ. Tacit. de Moribus Germ. Nec uirgines festinantur. Id est, citò ad coniugium abripiuntur.

¶ Festinans, Participium (σπεύδω) Plin. in Paneg. 8, Ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec sine quodam munere deûm festinantis senectutis insignibus ad augendam maiestatem ornata cæsaries.

¶ Festinatus, pen. prod. Particip. (ἐσπευσμένος) Plin. in Paneg. 117, Quinimo festinatis honorib. amplificat atq; auget, etc.

Calor festinatus. Claud. 4. Paneg. 45.

Honores festinati. Lucan. lib. 8. 5.

Iter festinatum facere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 2.

Labores festinati. Stat. 1. Achil. 32.

Maturitas festinata. Quint. in Procem. lib. 6. 9.

Mors festinata. Tacit. in uita Agricolæ.

¶ Festinatio, Verbale (ἔπειξις, σπουδή) Cic. pro Milon. 37, Quæ causa cur Romam properaret? cur in noctem se conijceret? quid afferebat festinationem? Id est, quæ causa festinationis?

Festinatio, & Otium, contraria. Cic. 3. de Orat. 117.

Celeritas & festinatio. Cic. pro Rosc. Amer. 59.

Festinationis plena epistola & pulueris. Cic. Att. lib. 5. 101. 3.

Ambitiosa festinatio. Quint. lib. 1. cap. 17.

Festinationem adhibere. Col. lib. 11. cap. 2.

Ignoscere festinationi alicuius. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 3.

Perdit diuisionem festinatio. Quint. lib. 7. cap. 2. 18.

Præripere festinatione deorum immortalium beneficium. Cic. Attico, lib. 14. 388.

Ventis remisq; in patriam omni festinatione properare. Cicer. Cornificio, lib. 12. 25. 8. (Offic. 182.

In festinationibus non suscipiendæ nimiæ celeritates. Cicero 1.

Tollere unius festinationem alteri. Cic. Att. lib. 31. 261. 2.

¶ Festinis, festimis, Adiect. antiquũ: pro festinãte. Titinnius li. 5.

Nunc hoc uror, nunc hæc res me facit festinem. Nonius.

¶ Festinator, pen. pro. Verbale (σπουδάστης) Quint. 2. Declamat. Ecce cubiculi uestri fores, trepidè festinatoris effringuntur impulsu. Vbi rectius legitur, trepidæ festinationis.

¶ Festinanter, Aduerbium (σπουδαίως) Celeriter, & citò. Cic. 5. de Fin. 134, Illud mihi à te nimium festinanter dictum uidetur, Sapientes omnes esse beatos. Idem ad Atticum, libro 3. 47. 6. Plin. lib. 17. cap. 11. 3, Quia festinantius germinãt.

¶ Festinatè, penult. product. Aduerbium. Tacit. lib. 15. in principio, Occulto præcepto, compositius cuncta, quàm festinatius agerent.

¶ Festinatim, pro Festinanter. Pompon. Asin. Exsiliui de nocte ad molam fullone festinatim. Sisenn. histor. lib. 4, Prætor festinatim deest castellis ad castra maxima pedites cõduxit. Non.

¶ Festinatò, penult. prod. (ἐσπευσμένως) Similiter aduerbium. Plin. libro 18. cap. 10. 8. Quintil. lib. 4. cap. 2, Quàm nihil præparatò, nihil festinatò feciſſe uidetur Milo?

¶ Festinus, pen. prod. (ἐπισπερχὴς) Adiect. Celer.

Cupidis festina uenit. Claud. de Nupt. Honorij, 65.

Cursu festinus anhelo. Ouid. 11. Metam. 70.

Senectus festina. Valer. 4. Argonaut. 93.

Cruda festinaq; uirtus. Stat. 9. Thebaid. 144.

¶ Festinè, pen. prod. Aliud aduerb. Cicer. Attic. lib. 4. 83. 2, Si quid fortè de comitijs, de Republica (soles enim tu hæc festinè odorari) scribas ad me.

Festiuitas, Festiuus] Vide Festus.

Festram] antiqui dicebant, quam nos fenestram. Author Festus, Festra, Otium minusculum in sacrario, ab fenestra, per detractionem mediæ syllabæ. Festus.

Festuca] festucæ, pen. prod. (πάρφορ) dicitur arboris nouellæ, & cuiusq; sati pullulus. A' fœnore deducit Festus, atq; ideo per œ à nonnullis scribitur. Colum. libro 8. cap. 15. 5, Per quos festucæ, surculiq; in auiarijs passim spargendi sunt, ut colligere possint aues, quibus nidos construant. Plinius libro 9. cap. 10. 4.

Festucam solebant Romani inijcere in corpus eius, quem manumittebant, serui: ut docet Plutarchus in libello de ijs qui sero puniuntur à deo. Plaut. Milit. 13. 15,

Quid ea? ingenua: an festuca facta, serua an libera est?

Persius Satyr. 5,

Non in festuca lictor quam iactet ineptus.

¶ Festucarius, Adiectiuum. Gell. lib. 20. cap. 9, Idcirco Ennius significare uolens bellum, non, ut ad Prætorem solitum est legitimis actionibus, neq; ex iure manu consertum, sed bello ferroq; & uera ui atq; solida, quod uidetur dixisse conferẽs uim illam ciuilem & festucariam, quæ uerbo diceretur, non quæ manu fieret, cum ui bellica & cruenta.

Festus] Domitiani amicus, qui dum mentagra usq; ad desperationem laboraret, gladio se traiecit, prius tamen amicos consolatus. Eius mortem Martialis lib. 1. sic describit,

Indignas premeret pestis quum tabida fauces, &c.

Festus] Adiectiuum (ἑορτάσιμος, ἑορτάσιμος) Solenniter letũ & feriatum significat, inquit Nonius, atq; ad diem pertinet. Festi itaq; dies erant, in quibus uel sacrificia dijs offerebantur, uel dies diurnis epulationibus celebrabatur, uel laudi in bo-

di in honorẽ deorũ fiebant, uel feriæ obseruabantur. Plaut. Aulul. 13.10, —festo die siquid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris. Liuius 2. ab Vrbe, 89, His COS S. ædes Saturno dicata. Saturnalia instituus festus dies. Virgil. 1. Georg. 54,
Quippe, etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura sinunt.

Festus dies hominis. Terent. Eunuch. 3.5.12,
—ô festus dies hominis: amice
Salue. Donatus, O festus dies, Vtrum quia causa est festi ac læti diei? an quia ipse tantus sit quantus est festus dies? uel, Homo festi diei.

Aduentus alicuius dies festos agere. Cic. pro Sestio, 114.
Acti & instituti dies festi. Cic. pro Milone, 75.
Agitantur dies festi. Cic. 4. Verr. 109. Virg. 2. Georg. 106.
Anniuersarios dies festos agere. Cic. 6. Verr. 96.
Celebrare dies festos ludorum. Cic. pro Archia, 9.
Festi atq; solennes dies sunt aduentu redituq; alicuius celebrati. Cic. in Pisonem, 40.
Sub dies festos aliquid esse. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 5. 1.
Arces festæ Palladis. Ouid. 2. Metam. 143.
Aures festæ uocantur Claudiano, quæ iocis, & lætis sermonibus audiendis commodãtur. Sic, ille de bello Get. 42.
Festa ceruix, pro Læta & iucunda. Plin. lib. 3. cap. 5. 3. de Italia loquens.
Choreæ festæ. Ouid. 8. Metam. 117.
Festus clamor. Plin. epist. 17. lib. 2.
Conuitia festa. Luc. lib. 2. 74. de Catonis & Martiæ nuptijs,
Non soliti lusere sales, nec more Sabino
Excepit tristis conuitia festa maritus. Hoc est, ridicula dicteria, & uersus fescenninos atq; procaces in nuptijs cantari solitos.
Corona festa tegi. Ouid. 10. Metam. 119.
Cultus festus. Senec. Troad. 10. 5.
Dapes festæ. Horat. Epid. 9. 1.
Licentia festa. Quint. lib. 6. cap. 3. 10.
Lux festa. Tibul. lib. 2. eleg 1. 6. Horat. 4. Carm. ode 6. 9.
Pagus festus. Horat. 3. Carm. ode 18. 3.
Festa pax. Plin. lib. 2. cap. 46. 2. Ouid. 2. Metam. 79.
Tempus festum. Horat. 2. epist. 29.
¶ Festior, Comparatiuum. Claud. 6. Paneg. 1, Festior annus erat.
¶ Festum, festi, Substant. (ἑορτή, πανήγυρις, τελετή) ut, Solenne festum. Ouid. 2. Fast. 50.
Annua festa celebrare. Ouid. 10. Metam. 85.
Casta festa. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 1.
Coniugialia festa. Ouid. 5. Metam. 1.
Florale festum. Ouid. 4. Fast. 191. Vide Floralia.
Matralia festa. Ouid. 6. Fast. 107. Vide Matralia.
Parilia festa. Ouid. 14. Metam. 155. Vide Parilia.
Quinquatria festa. Hor. 2. epist. 40. Vide Quinquatria.
Terminalia festa. Horat. Epod. 2. 12. Vide Terminalia.
Agere festum genialiter. Ouid. 11. Metam. 20.
Celebrare festum. Ouid. 4. Metam. 1.
Parare festa alicui. Ouid. 3. Fast. 40.
¶ Festiuus, pen. pro. Adiect. (εὐτράπελος, εὐτρεπὴς, ἱερπνός) Iucundum & lepidum significat. Plaut. Mil. 8.108. Terent. Adelph. 5.9.26, O mi pater festiuissime. Cic. 5. Verr. 137.
Filius festiuus. Cic. pro Flacco, 70.
Homo festiuus. Cic. 2. de Orat. 153.
Puer festiuus. Cic. Att. lib. 1. 7. 8.
Acroama festiuum. Cic. 6. Verr. 43.
Festiua area. Plin. epist. 17. lib. 2.
Festiuum caput, per ironiam, pro Lepido & iucundo homine. Terent. Adelph. 2.3.8.
Festiuus locus. Plaut. Milit. 4. 5. Idem Pseud. 22. 7,
—ita magnis munditijs
Digni habuti, atq; loco festiuo festiuè accepti sumus
Festiui ludi. Plaut. Casina, 17. 2.
Festiuus sermo. Cic. 1. Offic. 151.
¶ Festiuitas, pen. corr. huius festiuitatis (εὐτραπελία) Iucunditas & lætitia quædam in dictis. Plautus Capt. 13. 3. Idem Casina. 13. 14, Quid agis mea festiuitas? Terent. Eun. 5.9.18,
An fortunam collaudem, &c.
An mei patris festiuitatem & facilitatem? Cic. de claris Orator. 91, Festiuitate igitur & facetijs.
Festiuitas, splẽdor, cõcinnitudo in oratore. Cic. 1. de Inuen. 37.
Perpetua festiuitas. Cic. 2. de Orator. 121.
Abuti insolentius festiuitatibus. Cic. in Orat. 101.
Imaginem antiquæ & uernaculæ festiuitatis in aliquo agnoscere. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 6.
Festiuitate, & uenustate coniuncta uis dicendi. Cicero 1. de Orator. 126.
Sermonis festiuitatem debet habere narratio. Author ad Herennium, lib. 1. 14.
¶ Festiuè, pen. prod. (ἱερπνῶς) Aduerb. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 13, Quanquam à te actam fabellam uideo esse festiuè, nullo modo probaui. Idem ad Att. lib. 4. 83. 2, Soles enim tu hæc festiuè odorari.
Contexitur festiuè crimen. Cic. pro Deiotaro, 12.
Bellè & festiuè dicere. Cic. 2. de Orat. 51.
Dissoluere festiuè aliquid. Cic. 2. de Diuinat. 51.
Tradit festiuè elementa loquendi Dialectica. Cic. 4. Acad. 163.
¶ Festiuiter, Aduerbium antiquum, pro Festiuè. Neuius Gemmis, O domus parata pulchræ familiæ festiuiter. Ex Nonio.
Fesulæ] pen. cor. Fesularum, urbs olim Hetruriæ, non procul à Florentia. Nunc uicus modicus, licet episcopalem sedem retineat.
Feudum] à fide deductum putatur uerbum, quã bi qui uassalli uocantur, hoc est, quasi coloni, ei à quo prædium accipiũt, dant, se pro illius salute uitam, si res postulet, & sanguinem profusuros. Quam consuetudinem Francisc. Connanus ab antiquis Gallis deductum existimat, de quibus Cæsar lib. 3. scribens, dicit eos, qui opib. ualerent, multos habuisse denotos, quos secum in bellum ducerent, Soldurios sua lingua nũcupatos: quorum hæc erat conditio, ut omnibus in uita commodis unà cum his fruerentur, quorum se amicitiæ dedidissent. Quod si quid his per uim accidisset, aut eundem casum ferrent ipsi, aut mortem sibi consciscerent.
Fex] Vide Fęx.

F I

Fiber] fibri, m. g. (λάφως) Animal in Ponto: sic dictum ab extremis oris amnium quas colit, & ubi maximè solet uideri. Plin. lib. 8. cap. 30. 4, Eadem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo urgente, ob hoc se peti gnari: castoreum id uocant medici. Aliàs animal horrendi morsus, arbores iuxta flumina ut ferro cædit, hominis parte comprehensa, non antè quàm fracta concrepuerint ossa, morsus resoluit. Cauda piscium ijs, cætera species lutræ. Vtrunq; aquaticum, utriq; mollior pluma pilus.
Auius fiber. Silius lib. 15. 96.
Fiber, Genus uespæ quadrupedis, ut inquit Festus. Plaut. Sic me subes quotidie, quasi fiber salicem.
¶ Fibrinus, pen. prod. Adiect. (λάφως) Plin. lib. 17. cap. 28. 5. Fibrina pelle detergunt. Sic, lib. 32. cap. 9. 15.
Fibra] fibræ (ἰνίον, λοβὸς) extremæ fluminum oræ, teste Festo. Item iecoris & cordis & cuiuscunq; uisceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Virg. lib. 6. Aeneid.
—nec fibris requies datur ulla renatis. Celsus lib. 4. cap. 1.

Digitized by Google

cap. 1. Pulmo ſpongioſus, ideoq; ſpiritus capax, & à tergo ſtme ipſi iunctus, in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiditur. Perſ. Satyr. 1.5,

—neq; enim mihi cornea fibra eſt. Id eſt, nõ ſunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar. Budæus.

Fibræ in ſanguine ſunt partes craſſiores concretioresq;, quales ſunt quas lanij è ſanguine porcino eximunt hodie, ut farcimina fiant. Budæus.

In extis fibra quid ualeat. Cic. 1. de Diuinat. 28.

Venæ calentes fibrarum. Lucan. lib. 1. 117.

Pecudum fibræ. Virg. 10. Aeneid. 35.

Quod latet arcana non enarrabile fibra Perſ. Satyr. 5. 3.

Conſcia fibra deorum. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 1.

Minaces fibræ. Virg. 1. Georg. 96.

Pellucentes numerare in pectore fibras. Ouid. 6. Metam. 79.

Fibræ, Venarum prætenues meatus, per quos ſudor tranſpirat. Plin. lib. 11. cap. 37. 64. Murium iecuſculis fibræ ad numerum lunæ in menſe congruere dicuntur, totidemq; inueniri, quotum lumen eius ſit.

Fibræ, Minutæ radices arborum, herbarumq; extrema uelut fila. Plin. lib. 17. cap. 10. de arborum ſationibus, ait ſolum eligi oportere quamminimè rimoſum, ne penetrans ſol exurat fibras. Virg. 1. Georg. 24, —& amaris intuba fibris. Col. lib. 6. cap. 10, Porri etiam ſuccus cũ oleo uel ipſa fibra. Cic. de Senect. 47. Idem 3. Tuſc. 22, Radicum fibras euellere.

¶ Fibratus, pen. prod. Adiect. (ἰνωτὸς) ut, Fibrata radix ceparum modo. Plin. lib. 25. cap. 5. 10. Idem lib. 27. cap. 12. 2, Radix digitali craſſitudine, multis capillamentis fibrata.

Fibrenus] Fluuij nomen apud Ciceronem 2. de Legibus, qui in Lirem præcipitat. Idem ibidẽ, In Fibreno flumine inſulæ.

Fibula] fibulæ, pen. cor. (πόρπη, περόνη) Circulus, & propriè ornamentum cinguli ad ueſtem ſubligandam. Virg. 1. Aeneid. 28.

Aurea purpuream ſubnectit fibula ueſtem. Plin. lib. 33. cap. 1. 7, Fabricam etiam deũm fibulas, & alia muliebris cultus. Fibula eſt, quæ uulgo agrapha dicitur. Budæus.

Ferrea fibula. Quint. lib. 6. cap. 3. 40.

Raſilis hinc ſummam mordebat fibula ueſtem. Ouidius 8. Metamorph. 64.

Tereti gemma fibula. Virg. 5. Aeneid. 62.

Fibulis aureis donabantur antiquitus milites. Liu. 7. bell. Pun. 116. Idem 9. bel. Maced. 128, Quintius alter Prætor ſuos equites catellis ac fibulis donauit.

Fibula in ædificijs eſt, quam uulgò clauem uocant: uel ferrea, craponum uulgò dicitur, quo quadrati inter ſe reuinciuntur. Vide Vitruuium.

Fibulis tigna coniuncta. Cæſar 4. bell. Gall. 525.

Fibula, Circulus æneus. Col. de Bobus, lib. 6. cap. 5, Aenea fibula pars auriculæ latiſſima circũſcribitur, ita ut manente ſanguine, tanquam o literæ, ductus appareat orbiculus. Quo in loco ex uetuſto codice legitur Aenea ſubula.

Fibulæ, quibus uulnera contrahuntur. Celſus, Ipſi autem plagæ inijciendæ duæ fibulæ ſunt, & medicamenta, quo glutinentur. Idem lib. 7. cap. 4. & 25. de infibulandi ratione.

¶ Fibulo, fibulas, pen. corr. (πιφορέω) fibulare, Coniungere. Col. lib. 1. cap. 6. 8, Omneſq; parietum & ſoli iuncturæ teſtaceis puluinis fibulantur.

¶ Fibulatio, fibulationis, Verbale. Vitruuius lib. 10, cap. 3.

Fibularenſes] Hiſpaniæ citerioris populi, in conuentu Cæſarauguſtano, inter ſtipẽdiarios à Plinio collocati, li. 3. ca. 3.

Ficana] φίκανα, Oppidum in Latio, Romæ propinquum, de quo Plin. lib. 3. cap. 5.

Ficaria] inſula in Sardinia. Plin. lib. 3. cap. 7, Habet & à Caralitano promontorio duas inſulas, quæ uocantur Herculis, à Sulcenſi, Enoſim, à Caralitano Ficariam.

Ficarius] Vide Ficus.

Ficatum iecur] ſuillum maximè, quod Græci συκωτὸν appellant, à ſue fico paſta. Calepinus.

Ficolea] palus ficulneus. Feſtus.

Ficolenſes] Quartæ regiõis Italiæ populi. Plin. lib. 3. cap. 4.

Ficté, Fictilis, Fictor] Vide Fingo.

Fictus] barbaro uocabulo pro emphyteutica penſione, mercedeq; melioris accipitur, uideturq; Alciato Latinè dici poſſe Colonarium.

Ficulneus] συκινὸς, Portus eſt Straboni, Ex ro mari propinquus, à quodã promontorio, quod fretũ quinq; ſtadiorũ anguſtat, ſtadijs quinq; & triginta diſitus. Hæc ille lib. 7.

Ficedula] ficedulæ, pen. cor. (ἀκανθὶς) Auis à ficu ſic dicta, quòd ea, ut inquit Varro, ficu pinguis fiat. Gell. lib. 19. cap. 8, Hi negant ullam auem præter ficedulam totam comeſſe oportere. Budæus. Martialis lib. 13. 49,

Quum me ficus alat, quum paſcar dulcibus uuis:
Cur potius nomen non dedit uua mihi? Plin. lib. 10. cap. 29, Alia ratio ficedulis. Nam formam ſimul coloremq; mutant. Hoc nomen non niſi Autumno habent, poſtea Melancoryphi uocantur.

Ficus] ſecundæ uel quartæ declinationis, f. g. (συκὴ, σῦκον) Arbor ficus ferens. Plin. lib. 16. cap. 26. 4, Fructum perdũt facillimè ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Idem lib. 16. cap. 31. 4, Quidam breuitate radicum celerius ſeneſcere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longiſſimæ, & ſenectus ocyſſima. Sic Cato cap. 42. Iuuen. Satyr. 10. 5, —ad quæ

Diſcutiẽda ualẽt ſterilis mala robora fici. Quartæ declinationis. Cic. 2. de Orat. 154, Cui quũ quidam familiaris quæreretur, quòd dixerat uxorem ſuã ſuſpendiſſe ſe de ficu.

Denſiſſima pomis ficus. Ouid. 2. Faſt. 51.

Inareſcens ficus à rore. Vide Inareſco.

Ficus, fructus, ſecundæ etiam declinationis & quartæ, fœminini ſimiliter generis. Plin. lib. 15. cap. 18. 1, E reliquo genere pomorum ficus ampliſſima eſt. Mart.

—ficus non habet unus ager. Horat. Epod. 16. 10,

Suãq; pulla ficus ornat arborẽ. Varro lib. 1 de re Ruſt. cap. 41, Fici, inquit, ſemen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paulò poſt, Tum enim reſticulas per ficos, quas edimus, maturas perſerunt, & eas quum inaruerint complicãt.

Ficum pro fructu maſculino genere probant nonnulli ex corrupto loco Plinij, lib. 16. cap. 25. qui nũc ſic legitur, In ficis mirabiles ſunt & abortus, qui nunquam maturẽſcunt.

Arbor fici. Cic. pro Flacco, 32.

Ex fici tãtulo grano terra tãtos trũcos, ramoſq; procreat. Cic. (de Senect. 48.

Aridæ ficus. Vide Aridus.

Ficus anus. Vide Anus.

Pingues fici. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18. (boris biferæ.

Ficos biferas, nouè dixit Sueton. in Aug. cap. 76. pro fructu arboris.

¶ Ficus, Morbus, ſecundæ declinat. maſc. gen. Marcial. lib. 1,

Dicemus ficos Ceciliane tuos. Sunt qui hoc loco ficus ligãt. Corn. Celſ. lib. 6. cap. 3, Eſt etiam ulcus quod à fiſci ſimilitudine, Græcis συκώσεις nominatur. Caro excreſcit: et id quidẽ generale eſt. Sub eo uerò duæ ſpecies ſunt, Alterũ ulcus durũ & rotundum eſt, alterũ humidum & inæquale. Ex duro, exiguum quiddam & glutinoſum exit: ex humido, pus malè odoris. Fit uerò utrunq; in his partibus, quæ pilis conteguntur. Sed id quidem quod calloſum, & rotundũ maximè eſt in barba: id uerò quod humidum, præcipuè eſt in capillo.

¶ Ficulus, ficuli, pen. cor. Diminut. (συκίδιον) pro parua ficu. Plaut. Stich. 1. 4. 8, —hoc conuiuium eſt

Pro opib. noſtris, ſatis cõmodulè nucibus, fabulis, ficulis,

¶ Ficetum,

¶Ficetum, ficeti, pen. prod. (συκῶν) Locus ficis consitus. Varro, Ficusq; densa materia non est, ideo sequitur caliditorem: quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. Martial.

Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

¶Ficarius, Adiect. (συκοφάγος) Qui libenter comedit ficos. Plin. lib. 11. cap. 35, Ficarios culices caprificus generat.

Ficariæ crates. Cato cap. 48. 2.

¶Ficaria, ficariæ (συκέα) pro ficu arbore, uel potius ubi fici cõseruntur. Pallad. libro 4, Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

¶Ficitas, tis, dictum ut oliuitas, id est, fructus fici. Nouius, Victores omnes cupiunt ficitatem, merx est sine molestia. Ex Nonio.

¶Ficitor, ficitoris (συκοφιλάγος) Ficorum amator, seu ficorum collector. Nœuius, Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

¶Ficosus, sa, sum, Vlceribus, quæ fici uocantur, plenus: à quo Ficositas, ipsa huiusmodi ulcerum copia. Sipontinus.

¶Ficulnus, Adiect. (συκινὸς) Quod est arboris fici, aut ex fico arbore. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 8,

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.

¶Ficulneus, Adiect. (σύκινος) Idem quod ficulnus. Plin. lib. 15. cap. 28. 7, Sunt & ficulnei caules. Legitur & ficulni. Cato, Fibulæ unde fiant aridæ iligneæ, ulmeæ, nuceæ, ficulneæ. Sic Varro 3. de re Rust. cap. 16. 29, Ficulnea ligna.

Ficulnea arbor. Col. lib. 5. cap. 11.

FID. Fides. FIL. FA. uel F. F. Filiusfamilias.

Fideicommissum, Fideiubeo, Fideiussor] Vide Fides, fidei.

Fidelia] fideliæ, Genus uasis Samij. Persius,

Discе, nec inuideas quòd multa fidelia putet
In locuplete penu. Plaut. Aulul. 18. 15, Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliã. Col. lib. 12. cap. 38, In fictili fidelia sacro loco reponuntur.

Non cocta fidelia. Pers. Satyr. 3. 3.

Tumet alba fidelia uino. Pers. Satyr. 5. 19.

¶Fidelia, genus chordæ creta illitæ, qua utuntur fabri lignarij, uel alij ad lineas sui operis designandas.

De eadem fidelia duos parietes dealbare, Prouerbium, pro eo quod est Eadem re duplicem mire gratiam: eademq; opera duos pariter demereri Curius ad Ciceronem, lib. 7. 30. 4, Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, & putare me uirum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Tractũ uidetur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt. Erasmus.

Fidelis] Vide Fides, fidei.

Fidena] Fidenæ, pen. prod. & Fidenæ, Fidenarum plur. urbs Latinorum mediterranea. Virg. lib. 6. 115,

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemq; Fidenam: Iuuenal. Satyr. 6.

Viæ Fidenæ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 8.

Vici Fideni. Horat. 1. epist. 11. 2.

Fidenates] pen. prod. populi Sabinorum in Italia, authore Plinio, lib. 3. cap. 12.

Fidentia] Vide Fides, fidei.

Fidentia] tiæ (φιδέντια) Vulgò Fiorenzola, Oppidum est in octaua regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Fidẽtini, quorũ meminit Plin. lib. 5. cap. 15. Est & Fidentia Hispaniæ Bæticæ urbs, inter Bætim amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, authore eodem Plin. lib. 3. cap. 1.

Fides] dea à Romanis culta, testibus Cicerone, Lactantio, & August. Dion. Alicarn. in 2. hist. lib. de Numa scribens, Primus, inquit, ipse omnium templum Fidei publicæ erexit, sacrificiaq; ei statuit sumptu publico, sicut de alijs. Idem ferè Plutarchus. Seruius in 1. & 8. Aeneid. scribit, quòd Fidei albo panno inuoluta uel uelata manu sacrificabatur: per quod ostendebatur, Fidem debere esse tectam, & secretam: unde Horat. Et albo, Rara fides colitur uelata panno. Acron uerò, Albo panno, ait, caput uelasse eos, qui Fidei sacrificarẽt. Plura uide apud Porphyrionem.

Fides] huius fidei, pen. cor. f. g. (πίστις) Est, authore Cicerone lib. 1. Offic. 35, Dictorum conuentorumq; constantia & ueritas. Ex quo (quanquam hoc uidebitur fortasse cuipiam durius, tamen ut audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt unde uerba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Terent. And. 5. 2. 16,

Tristis seueritas inest in uultu, atq; in uerbis fides.

Fidei, pen. prod. apud Lucretium, lib. 5. 21,

—uia qua munita fidei, &c.

Fide, pro Fidei, apud Horat. 3. Carm. ode 7. 1,

Thyna merce beatum,
Constantis iuuenem fide Gygen. Idem 1. Serm. Satyr. 19.

Conspicuus fide. Ouid. epist. 5. 25.

Ad fidem. Vide Ad.

Absonum fidei. Vide Absonus.

Constans fidei. Tacitus lib. 19.

Lapsus fidei. Vide Labor uerbum.

Modus fidei. Stat. 1. Sylu. 2. 33.

Obstinatio fidei, in bonam partem, pro obstirmatione. Tacitus libro 19.

Fideiplenus, Fide dignus. Cic. de Senect. 1.

Fidei præclarus. Tacit. lib. 4.

Sinister fidei. Silius lib. 1. 12.

Causarum fides. Quint. lib. 1. cap. 8. 7.

Fides & religio iudicis. Cic. pro Rosc. Com. 26.

Probationum fides. Quint. in proœm. lib. 4. 5.

Fides solutionis. Plin. epist. 155. b.

Tabularum fides: id est, authoritas, quo modo accipitur in titulo, De fide instrumentorum. Cic. pro Archia, 8.

Testimoniorum fides & religio. Cic. pro Flacco, 7.

Fides est quod uulgò conscientiam dicimus. Cic. pro Cælio, 15, Ideo uobis quoq; uos causam putare esse iustam alieno dolori potiùs, quam uestræ fidei consulendi. Licet hoc Cicero dicere uideri possit propter iusiurandum iudicum. Inde fideicommissum dictum uidetur. Idem pro Arch. 5, Adest uir summa authoritate & religione, & fide, L. Lucullus, qui, &c. Budæus.

Fides est iustitia in rebus creditis. Cic. in Partit. 41.

Constantia promissi & fides. Cic. Att. lib. 4. 68. 1.

Fides, est commendatorum fida executio, uel obseruantia. Terentius And. 1. 1. 7,

Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quam paro:
Sed his quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. Donatus.

Fides & fiducia. Plaut. Trinum. 77.

Alma fides. Ennius apud Ciceronem, 3. Offic. 242.

Ambigua fides. Vide Ambiguus.

Angusta fides. Cæsar in principio 3. bel. Ciuil.

Dolus malus, & Fides bona, contraria. Cic. in Topic. 34.

Bonæ fidei emptor. Vide Bonus.

Fidei bonæ possessor, Qui ignorauit rem quam emit, alienam esse: aut putauit eum qui uendidit, ius uendendi habere. Budæus.

Bona fide, Generalem habet significatum, pro Serio. Sen. epist. 22, Si deponere seruitutem in animo est, & libertas bona fide placuit, &c.

Fide bona dicere. Plaut. Aulul. 26. 42.

Fide bona emere. Plaut. Mostel. 8. 151.

Fidei bonæ esse. Suet. Augustus populo promissum congiarium reposcenti,

Digitized by Google

*reposcenti, bonæ fidei se esse respondit.*
*Cana fides. Virg. 1. Aeneid. 60. Vide* Canus.
*Certa fides. Vide* Certus.
*Clauda fides. Sil. lib. 13. 7.*
*Difficillima est grauissimi cuiusq; sceleris fides. Quintil. libro 4. cap. 3. 5.*
*Dubia fides. Ouid. epist. 18. 40.*
*Fluxa fides. Tacit. lib. 20.*
*Impolluta fides. Sil. lib. 13. 137.*
*Integra fides. Quint. lib. 5. cap. 7. 2.*
*Longa tenaxq; fides. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 3.*
*Manifesta fides. Virg. 3. Aeneid. 75.*
*Magna fides auium. Ouid. 4. Fast. 164.*
*Cum fide magna uir. Vide* Cum.
*Maxima rerum, uerborumq; fides. Virg. 9. Aeneid. 58.*
*Fide mea. Plaut. Pseud. 5. 82.*
*—fac hoc quod te rogamus. Ballio Mea fide, si isti formidas credere. Cic. in Pisonem, 65. Idem Sulpitio, libro 13. 29. 6, Cures ut satis detur fide mea. Budæus.*
*Muliebris fides. Vide* Mulier.
*Optima & spectatissima alicuius fides. Cic. pro Flacco. 78.*
*Nota fide celeberrimus. Stat. 2. Achil. 13.*
*Nuda fides: id est, non fucata. Valer. 5. Argon. 100.*
*Obstinata fides: id est, obfirmata. Tacit. lib. 21.*
*Parua fides. Vide* Paruus.
*Perennis fides. Vide* Perennis.
*Perpetua fides. Vide* Perpetuus.
*Arcaniq; fides prodiga, perlucidior uitro. Horatius 1. Carm. ode 18. 4.*
*Prodigiosa fides. Iuuen. Satyr. 13. 7.*
*Fide publica. Liuius, Quos nominatim Philopœmen depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt fide accepta à legatis, uim abstinurã, donec causam dixissẽt. Salust. Is quũ se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset, iussus à Consule, quæ sciret edicere: eadem ferè quæ Vulturtius de itinere hostium, &c. Idem, Primò fingere, alia dissimulare de coniuratione. Pòst, ubi fide publica dicere iussus est, omnia uti gesta erant, aperit. Idem, Comes eius qui Romam fide publica uenerat. Nostri saluum conductum uocant. Securitas autem in hoc significatu uernacula est locutio, non Latina: hoc est, plebiscito potestatẽ facere impunitate promissa. Buædus.*
*Pura fides. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 2.*
*Rara fides albo uelata panno. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.*
*Sancta fides. Senec. Octau. 7. 5.*
*Syncera fides. Claud. in Epithal. 46. 19.*
*Timida fides. Ouid. 9. Metam. 159.*
*Nusquam tuta fides. Virg. 4. Aeneid. 75.*
*Vana fides. Virg. 4. Aeneid. 3.*
*A fide aliquem abducere: id est, Pellicere ad se aliquem, & ab aduersa parte diuellere. Cic. p Flacco, 64. Vide* Abduco.
*Abijt fides. Vide* Abeo.
*Abhorrere à fide. Vide* Abhorreo.
*Abrogare fidem. Vide* Abrogo.
*Abrumpere fidem. Tacit. lib. 20. Vide* Abrumpo.
*Absoluere fidem. Tacit. lib. 18. Vide* Absoluo.
*In fidem accipere. Liu. 8. bel. Maced. 133.*
*Fide accepta. Vide Fide publica.*
*In fidem suam aliquem accipere. Cic. pro Archia, 23.*
*Accipe daq; fidem. Virg. 8. Aeneid. 30.*
*Fidem acquirere. Cic. 2. in Catil. 38. Vide* Acquiro.
*Addictam pretio habere fidem. Vide* Addico.
*Addere fidem. Tacit. in lib. de Germanis. Vide* Addo.
*Addere fidem dictis. Ouid. epist. 20. 28.*
*Adhibenda fides somniantium uisis non est. Cic. 2. de Diuin. 182. Vide* Adhibeo.
*Adimere fidem. Vide* Adimo.
*Adiungere fidem & authoritatem rebus commentitijs nullam debemus. Cic. 2. de Diuin. 169. Vide* Adiungo.
*Admittere fidem. Claud. 2. in Eutrop. 14. Vide* Admitto.
*Fidem afferre alicui rei, pro Fidem facere, & facere ut aliquis credat & existimet. Plin. lib. 9. cap. 18.*
*Afferre fidem dubijs. Quint. lib. 5. cap. 10. 6.*
*Afferre fidem & authoritatem oratori. Cic. in Orat. 66.*
*Affecta fides. Tacitus lib. 19, Hic dicit affectam fidem pro læsa, quemadmodum Liuius dixit Res affectas, lib. 6. Decad. 1. Vide* Affectus.
*Afflicta fides. Tacitus lib. 17, Afflictam fidem hic dicit, quam libro 19, Affectam, hoc est, collabefactam, deminutamq; uocat.*
*Bonam fidem agnoscere. Vlpian. in l. quoties tutor. § sicut autem. ff. de administratione & periculo tutorum, &c.*
*Alligare fidem iuramento. Senec. Troad. 6. 41.*
*Alternant spesq; timorq; fidem. Ouid. epist. 6. 8.*
*Fides tantum authores appellet. Hoc est, Fides sit penes authores. Plin. lib. 28. cap. 1. 3.*
*Fidem debet. Quint. lib. 5. Hoc est, si fidelis esse debet in curanda re aliena.*
*Assumpta fide pulsus luctus. Valer. 4. Argon. 18.*
*Fidem suam astringere, Promittere fidem, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 1. 2. 2.*
*Fidem auferre testi: id est, facere ne credatur. Quintilianus libro 6. cap. 6.*
*Fidem cogere. Senec. de Benef. libro 2. cap. 15.*
*Capere in fidem deuictas bello nationes. Cicero 1. Offic. 54.*
*Maiora monstra ueris uix capiunt fidem. Senec. Troad. 3. 2.*
*Fide carere. Vide* Careo.
*Verba carent fide. Ouid. epist. 2. 6.*
*Culta fides. Valer. 1. Argon. 168. Vide* Colo
*Commendare aliquem fidei alterius. Vide* Commendo.
*Optimæ & spectatissimæ fidei alicuius salutem urbis & ciuiũ commendare. Cic. pro Flacco, 78.*
*Committere fidei alicuius, & eius potestati permittere. Cicero pro Font. 25.*
*Iura fidei magistratuum commissa sunt. Cic. 1. Offic. 163.*
*Committere se in fidem uel fidei alicuius. Vide* Committo.
*Commutare fidem pecunia. Vide* Commuto.
*Concedere fide optima aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 85.*
*Concidit fides. Cic. pro lege Manilia, 12. Tum quum in Asia res magnæ permulti amiserunt, scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. De eo dicitur qui iam uersuram facere non potest. Budæus.*
*Conferre se in fidem alicuius. Vide* Confero.
*Conferre se in fidem ac clientelam alicuius. Cicero pro Rosc. Amer. Budæus.*
*Confirmat omnem sibi fidem sensibus oratio nostra: id est, incorruptis atq; integris testibus. Cic. 1. de Finib. 197.*
*Confirmare et Refellere fidem, opponuntur. Quintilianus, lib. 5. cap. 7. 25.*
*Confugere ad alicuius fidem. Vide* Confugio.
*Conseruare fidem. Vide* Conseruo.
*Fides constitit, Certum est & probatum. Colum. lib. 3. ca. 6. 4.*
*Constringi fidem religione potius quam ueritate Græci noluerunt. Cic. pro Corn. Balbo, 8.*
*Consumere fidem. Vide* Consumo.
*Credere fidei alicuius. Cic. pro Flacco, 36.*
*Cum fide. Colum. Sed nec cõditum frumentum cum fide rationibus inferent. Id est, fideliter. Vide* Cum præpositio.



Digitized by Google

Fidem ſuam curare. Vide Curo.
Fidem debet. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Decedere fide. Liu. lib. 5. Decad. 4. Vide Decedo.
Fide alicuius ac potius perfidia decipi. Ci. pro Roſc. Amer. 65.
Res eos iãpridẽ, fides deficere nuper cœpit. Cic. 2. in Catil. 32.
Deiicere fidem. Tacit. in lib. de Germanis.
Deme fidem in falſo crimine. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 8.
Fidem alicuius deſerere. Cic. 13. Philipp. 379.
Detrahere fidem. Quintil. lib. 5. cap. 7. 22.
A ueri diſsidet illa fide. Ouid. 3. Faſt. 133.
Fidem dare, Sanctè promittere. Terent. Eunuch. 5. 9. 30, Do fidem ita futurum. Id eſt, iuro, confirmo, ſpondeo, inquit Donatus. Vide Do.
Dare fidem alicui. Cic. 2. de Finib. 105.
Nulla fides quæ infideli data ſit. Cic. 3. Offic. 144.
Ambigua daſq; negaſq; fide. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 10.
Dare fidem & uiolare, & in ea nõ ſtare. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 21.
Fidem dare alicui de altero. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 39.
Ducere fidem ex aliquo. Lucret. lib. 2. 97.
Eligere fidem, eſt Deponere apud hominem quem fidelem censeas. Calliſtratus in l. non intelligitur. §. ſiquis palàm. ff. de Iure fiſci, Tacita autem fideicommiſſa frequenter ſic deteguntur, ſi proferatur chirographum, quo ſe cauiſſet is, cuius eligitur quod ad eum bonis defuncti peruenerit, reſtituturum. Budæus.
Empta fides. Claud. 7. Paneg. 100.
Eripere fidem alicui. Ouid. 15. Metam. 56.
Ex fide ſcribere: id eſt, Rem ut eſt ſcribere. Plin. epiſt. 19 1.
Exceßitq; fidem meritorum ſumma tuorũ. Ouid. 7. Metam. 33.
Fidem exoluere. Plin. Iunior, lib. 2. epiſt. 12.
Experiri fidẽ & beneuolẽtiã alicuius erga ſe. Cic. Lent. li. 5. 2.
Nota & explorata fides per tot uſus. Stat. 3. Sylu. 5. 4.
Exuere fidem. Tacit. lib. 1. Silius, lib. 15. 112.
Facere fidẽ cauſis ex ſua bonitate. Quinti. lib. 6. cap. 2. 16.
Aſpectus facit fidem iudicij ſui. Cic. 4. Acad. 40.
Natius tuus non facit fidem. Cic. Attico, lib. 7: 138. 1.
Fac fidem te nihil niſi populi utilitatem quærere. Cice. 2. de lege Agrar. 35.
Fidem fallere, Idem quod Deſerere fidem. Antonius apud Ciceronem, 13. Philipp. 378.
Fallere fidem hoſti datam. Cic. 1. Offic. 61.
Firmare fidem. Tacitus in lib. de Germanis.
Frangere fidẽ, perfidioſum et nefariũ eſt. Cic. pro Roſ. Com. 9.
Fidem habere. Terent. Eunuch. 1. 2. 59,
Ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi
Apud me. Vbi Donatus, Si fidem habeat, ſi credere cogatur. Id eſt, ſi credat. Vnde ſideiuſſor dicitur, hoc eſt, author credendi.
Habere penſi fidem. Tacit. 13.
Fidem habere alicui. Terent. And. 3. 4. 7, Prope nodmu habeo iam tibi fidem. Cic. 7. Verr. 116.
His fidẽ habemus, quos plus intelligere quàm nos arbitramur. Cic. 2. Offic. 46.
Habenda etiam paruis fides. Quintil. lib. 2. cap. 4. 20.
Fidem alicui habere pecuniæ. Plaut. Perſa, 23. 9.
Authoritatem & fidem habere res dicitur. Cic. pro Flacco, 16.
Res habuit fidem: id eſt, credita eſt. Ouid. 9. Metam. 142.
Fidem non habere dicuntur, quæ non ſunt ueriſimilia, nec credenda. Cic. 4. Acad. 107.
Fidem habere, pro Credi. Quintil. lib. 4. cap. 2, Ab aduerſario quoq; quia non eſt in negando habiturus fidem.
Hæſuraq; mihi tempus in omne fide. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 8.
Imminuere authoritatem & fidem alicuius. Cic. 2. de Orat. 85.
Impulit me fides eius in eam mentem. Cic. Lent. lib. 1. 9. 38.
Fidem impetrare. Plin. lib. 10. cap. 49. 2, Nec Syrenes impetrauerint fidem licet affirmet Dino, Clitarchi celebrati authoris pater, in India eſſe, mulceriq;, &c. Id eſt, non credetur, aut non eſt uerum Syrenes, &c.
Fidem peractæ mortis implere. Plin. epiſt. 58.
Impleſſe fidem ominis uidebantur. Tacit. lib. 18.
Fidem alicuius implorare: id eſt, auxilium. Terent. Adelph. 3. 4. 43. Ceſar 5. bel. Gall. 29. Liu. Si Saguntinis obſeſſis, fidemq; noſtram implorantibus impigrè tuliſſemus opem. Ex Budæo.
Implorare fidem alicuius in aliquo negotio. Vide Imploro.
Infirmare fidem alicui. Cic. Att. lib. 15. 329, 21. & 22.
Infirmare fidem teſtis apud iudicem. Vide Infirmus.
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides. Ouid. epiſt. 16. 26.
Interponere fidem. Cic. de claris Orat. 45. Vide Interpono.
In aliquem ſuam fidem interponere. Vide Interpono.
Fide publica interpoſita. Saluſt. in Iugurt.
Fide ſua eſſe iubere: id eſt, Sponſorem ſe conſtituere, & periculum in ſe recipere. Vlpianus in l. ubi autem de uerborum obligatiõe. Paul. Si filiusfamiliâs ita ſtipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes? Vlpianus in l. Græcè. §. ſi quis Stichum. ff. de fideiuſſoribus. Si quis Stichum ſtipulatus, fideiuſſorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua iubes? Id eſt, ſponſione. Budæus.
Fidem labefactare. Suet. Bud. Vide Labes.
Fidem liberare, pro eo dicebant antiqui, quod nunc negotiatores & coactores tenere promiſſum dicunt, & non deeſſe promiſſo. Cic. pro Flacco, Ipſe tamen Fuſiis ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. Vlpian. in l. ſi uerò. ff. mandati. Budæus.
Multa fidem promiſſa leuant. Horat. 2. epiſt. 2. 2.
Locare in fide alicuius ciuitatem. Cic. Attico, lib. 6. 111. 11.
Fidei alicuius mandare quippiam. Vide Mando.
In fide Pop. Romani manere. Cic. 7. Verr. 67. Vide Maneo.
Frangere fœdus, & In fide manere, contraria. Cic. pro. Domo ſua, 52.
Mercari Græca fide. Vide Mercor.
Fidem mereri. Quintil. lib. 9. cap. 2.
Merui fidem uetuſtas. Lucan. lib. 3. 82.
Minuere fidem alicuius. Quintil. lib. 5. cap. 7. 11.
Miranda fides. Stat. 1. Sylu. 3. 4.
Acceptam parce mouere fidem. Ouid. 4. Faſt. 41.
Fidem mutare, Pactum reſcindere, & uiolare promiſſum. Saluſt. in Iugurtha. Vide Muto.
Fidem mutare cum altero. Terent. Phorm. 3. 2. 27.
Negata magnis ſceleribus ſemper fides. Sene. Hippol. 2. 16.
Nouauit fidem mutata fortuna. Virg. 5. Aeneid 120.
Obligare fidem. Senec. Agam. 4. 13. Vide Obligo.
Fidem ſuam obſtringere. Plin. lib. 7. cap. 13.
Obteſtari hominum fidem. Liu. Hæc ſimul iurgans, querensq;, deũm, hominumq; fidem obteſtans.
Pacta fides. Ouid. epiſt. 6. 9.
Fidem perdere. Quintil. lib. 9. cap. 4. Vide Perdo.
Perit fides. Vide Pereo.
Perſpicere fidem. Vide Perſpicio.
Petere & dare fidem pacis. Ouid. 3. Metam. 26.
Pignus fidei dextras utraſq; poposcit. Ouid. 6. Metam. 102.
Porrigere fidem, & ſpem ſalutis ſupplici oſtendere. Cicero 7. Verr. 119.
Fidem præſtare. Cic. 2. de Diuinat. 118.
Bonam fidem præſtare. Vlpianus in l. ita aũt. §. Iulianus. ff. de adminiſtratione & periculo tutorum.
Præſtare fidem alicui. Ouid. 3. de Arte, 158.
Priuare fide aliquem. Stat. 2. Thebaid. 139.

Prode-

Digitized by Google

Prodere fidem. Propert. lib. 4. eleg. 4. 18.
Commissi fidei prodere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 19.
Pugnat hinc fides, illinc fraudatio, cõtraria. Ci. 2. in Catil. 44.
Recipere fidem de aliquo, & eã seruari. Cic. Attic. lib. 2. 37. 2.
In fidem suam aliquem recipere, & commendatum habere. Cicero Attico, lib. 15. 328. 3.
Redde nunc pactam fidem: id est, sta promissis. Senec. Hippol.
Renouata fides. Lucan. lib. 4. 42. (8. 19.
Resignare fidem quarundam tabularum. Cic. pro Archia, 6.
Rupissent elementa fidem. Claud. 1. de raptu Proserp. 9.
Sacrata fides coniugij. Senec. Agam. 2. 5.
Sequi bona fide aliquid. Cicero Attico, lib. 6. 111. 25.
Verba fides sequitur. Ouid. 1. Fast. 72.
Fidem alicuius sequi. Vsus est Vlpianus in l. 1. de rebus cred. Omnes enim contractus quos alienam fidem secuti instituimus, complectitur. Est etiam exemplum in l. 2. C. de bonis authoritate iudic. possid. Budæus.
Fidem seruare. Plaut. Trinummo, 1 4. 39,
Malè fidem seruando, illis quoq; abrogant etiam fidem, qui nihil Meriti Virg. 2. Aeneid. 33.
Seruare ueritatis fidem. Quintil. lib. 3. cap. 8. 35.
Seruare in aliqua re fidem. Cic. in Vatinium, 11.
Iurisiurandi fides sæpe cum hoste seruanda. Cice. 3. Offic. 144.
Pudicam fidem solicitare donis. Ouid. 7. Metam. 147.
Soluta fides morte. Ouid. epist. 16. 16.
Spondere fidem. Ouid. 10. Metam. 79.
Fides illi est. Terent. Phorm. 5. 8. 11,
Adhuc curaui unum hoc quidem ut mihi esset fides.
Fides illi nuntianti fiat. Liu. 1. ab Vrbe, 68.
Fide nulla es: hoc est, fidem sæpe mutas, neq; præstas quod polliceris. Plaut. Milit. 20. 59. Vide Nullus.
In fide alicuius aliquid esse. Cicero Silio, lib. 13. 66. 4.
In fide & clientela alicuius esse. Cicero pro Rosc. Amer. 56.
In nullius fide esse, Est nullum soli dominum agnoscere, nec patronum. Cic. pro Plancio, 79, Eorumq; preces & nota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium quod erat in fide mea, petere contendi. Hæc Budæus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 15. 7, Est ex municipio Atellano, quod scis esse in fide nostra. Id est, cuius sumus patroni.
Fides apud te nulla mihi: id est, Tu non fidis mihi. Plautus Amphit. 7. 3.
Terent. Heaut. 3. 3. 10, At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater. Idem Phorm. 5. 3. 27.
Fide alicuius sumere: sub. Argentum. Id est, non sua, sed aliena cautione. Cic. pro Flacco, 37. Budæus.
Superesse fide. Tacit. lib. 3.
Sustentare fide amicos: id est, Sponsione. Cic. pro Rab. Posth. 3.
Tenere fidem. Cic. 13. Philipp. 339.
Tentare fidem polliciti. Ouid. 11. Metam. 22.
Tribuere fidem testimonio alicuius. Cicero pro Sylla, 7.
Tribuere fidem rebus: id est, authoritatem. Cic. 1. de Diuin. 10.
Fidem suam tueri, Est seruare illæsam famam locupletis debitoris. Cic. Attico, lib. 11. 210. 1, Eidem, lib. 11. 209. 2, Ego in clistophoro in Asia habeo ad sestertium bis & uicies, huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Budæus.
Turbata fides. Claud. 6. Paneg. 13.
Vendere fidem gemmis. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 7.
Prona uenit cupidis in sua uota fides. Ouid. 3. de Arte, 134.
In fidem alicuius uenire, pro In ditionẽ & dominiũ. Liu. lib. 10.
Violare fidem. Lucret. lib. 2. 95. Cic. 3. Offic. 142.
¶ Fideicommissus, Adiectiuum (πιστευθείς) ut, Libertas fideicommissa, id est, fideicommisso relicta. Vlpian. in l. Titius. ff. de actionibus empti, Titius quum decederet, Seiæ Stichum, Pamphilum, Arescusam per fideicommissum reliquit: eiusq; fidei commisit, ut omnes ad libertatem post annum perduceret, &c. Hæres eadem mancipia Sempronio uendidit, nulla commemoratione fideicommissæ libertatis facta, &c.
¶ Fideicommissum, fideicommissi (πιστευθέν) Species est dispositionis ultimæ alicuius uoluntatis: qua precatur hæredem aut alium dare aut facere aliquid, quod nunc per omnia legato exæquatum est. Vlpianus in l. 1. ff. de legatis 1.
Petere fideicommissum. Quintil. lib. 3. cap. 6. 51.
¶ Fideicommissarius, fideicommissarij, Cui fideicommissum relictum est. Vlpianus de legatis 3. l. fideicommissa, Paulatim igitur admittemus, & si ex parte pecuniæ rem comparauit, quam non hoc anno exegit; ut fideicommissarium priuaret fideicommisso, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.
¶ Fideiubeo, fideiubes, pen. corr. (ἐγγυῶμαι) fideiubere. Vlpian. in l. si dubitet. §. filiusfamilias. ff. de fideiussoribus. Filiusfamilias prò patre poterit fideiubere, nec erit sine effectu hæc fideiussio. Idem in l. 1. ff. de solutionibus.
¶ Fideiussio, Verbale (ἐγγύη) Iabolenus in l. sed etsi. ff. de fideiussoribus, Quum seruus fideiussionis nomine obligari non possit.
¶ Fideiussor, fideiussoris (ἐγγυητὴς, ἀνάδοχος) Author credendi, inquit Donatus: alium aliquid daturum, facturumue sua fide, suoq; periculo promittens. Vlpianus in tractatu De fideiuss. l. Græcè, Si quis Stichum stipulatus, fideiussorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua iubes? Budæus.
Fideiussores assidui. Vide Assiduus.
¶ Fideiussorius, Adiectiuum. Papinianus in l. tribus. ff. de usufructu ear. rerum, quæ usu consu. Si cohæredes ex causa fideiussoria conuenirentur.
¶ Fido, fidis, Fisus sum (πείθω, θαῤῥέω, πέποιθα) fidere, fidem habere, credere, spem ponere.
Cum datiuo. Plin. epist. 174. b, Ità solemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. Virg. libro 9. Aeneid.
—— & fidere nocti.
Cum ablat. Virg. in 7. Aeneid.
Moliri iam tecta uidet, iam fidere terra.
Cursu fidere. Ouid. 7. Metam. 110.
¶ Fidebo, Futurum antiquum, teste Nonio, Næuij testimonium citante, ubi ait,
Tibi quum fidebo, fidelis ero.
¶ Fidens, Particip. (θαῤῥῶν, θαῤῥαλέος) Cice. 1. de Nat. deor. 127, Istisne fidentes somnijs, non modò Epicurus & Metrodorus, & Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemq; dixerunt, &c.
Dubitans & Fidens, contraria. Cic. Att. lib. 10. 196. 3.
Fortis & fidens. Cic. 3. Tuscul. 23.
Animus prudentia consilioq; fidens. Cic. 1. Offic. 114.
Animo fidenti gradi ad mortem. Cic. 1. Tuscul. 178.
Iuuentus fidens brachijs. Horat. 3. Carm. ode 4. 10.
Fuga fidens Parthus. Virg. 3. Georg. 6.
Bene sibi fidens puer. Cicero Attico, lib. 6. 117. 5.
Præsidio fidens. Horat. 1. epist. 19. 18.
Voce fidenti loqui. Cic. 2. de Diuinat. 97. Ex quodam poeta.
Animi fidens. Virg. 2. Aeneid. 13.
¶ Fidenter, Aduerbium (θαῤῥαλέως) Hoc est, tutò & cum fiducia. Cic. 2. de Orat. 130, Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, &c.
Timidè & Fidenter, contraria. Cic. 2. de Diuin. 102.
Fidenter agere. Cic. 4. Acad. 49. Et 2. de Finib. 36. At ille non pertimuit saneq; fideniter, istis quidem ipsis uerbis, inquit.
Fidentius scribere alicui. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 33.
¶ Fidentiâ, fidentiæ (θάῤῥος, πεποίθεια) Cice. 4. Tuscul. 130,

Et si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis, non temerè assentiens: metus quoq; est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 2, de Inuent. 242. Fidentia est per quam magnis & honestis in rebus multũ ipse animus in se fiduciæ certa cũ spe collocauit.

¶ Fidelis, & fidele, pen. prod. (πιστὸς, σύνεργος) Cui fides tutò adhiberi potest: uel qui fidem seruat. Plaut. Capt. 6. 96. Cic. ad Serutum, lib. 4. 1. 10. Aut siquem tuorum fidelium uoles, ad me mittas.

Ad uetustatem fidelis. Vide Ad præpositionem.

Fidelis in amicitijs. Cic. 2. de Finib. 130.

Imperio fidelis. Cic. de Arusp. resp. 25.

Fidelis officijs. Cic. 5. Verr. 145.

Fidelior pice explendis rimis. Plin. lib. 16. cap. 36. 3.

Amicitia fidelis. Cic. de Amicit. 49.

Fideli animo & clementi in aliquem esse. Terent. Hecyr. 3. 5. 22.

Animo fideli in dominum seruus. Cic. pro Milone, 21.

Fidelissima auxilia. Cic. ad Brutum, 10. 3.

Fidelis & uera comprehensio. Cic. 1. Acad. 60.

Coniux fidelis. Ouid. in Ibin, 72.

Coniux fidelissima. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 6.

Fidele consilium dare. Cic. pro Cluent. 68.

Cura fidelior. Quid. 1. de Arte, 112.

Desiderijs icta fidelibus. Horat. 4. Carm. ode 5. 3.

Doctrina, domus, & ars, & agger etiam fidelis dici potest. Cic. Tiron. lib. 16. 17. 3.

Familiaritates Græcorum parum fideles. Cicero Qu. fratri, libro 1. 1. 4.

Gratia fidelissima mihi coniunctus homo. Cicero pro Milone, 56.

Fidelis intentio, pro Seria. Senec. epist. 72.

Lacrymæ fideles. Ouid. epist. 14. 26.

Medicus fidelis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 30.

Mente fideli casta sis. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 15.

Monitus fidelis. Ouid. 13. Metam. 156.

Oculis subiecta fidelibus. Horat. in Arte, 37.

Fidelis opera. Plaut. Persa, 2. 50.

Pax fidelis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 16.

Seruus egregiè fidelis. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 25.

Silentium fidele. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.

Socius fidelissimus. Cicero pro Fonteio, 3.

Fidelem se hero suo facere. Plaut. Milit. 7. 54.

Nemo credit ei nisi quem fidelè putat. Cic. pro Rosc. Amer. 66.

¶ Fidelitas, pen. corr. (τὸ πιστὸν) fidelitatis, Fiducia, & credulitas, uel etiam fidei persolutio. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 4, Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod prorsus credo, &c. Sic, 5. Verr. 62, Tanta authoritas est in eorum hominum fidelitate.

Erga patriam fidelitas. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 4.

Operam & fidelitatem alicuius desiderare. Cicero Tironi, libro, 16. 11. 14.

Fidelitate & beneuolentia alicui satisfacere. Cicero Sulpitio, libro 13. 21. 1.

Amicorum fidelitate seruata alicuius uita. Cic. pro Plancio, 58.

¶ Fideliter, pen. corr. (πιστῶς) Aduerbium, Aequè & iustè. Cic. 1. Offic. 131, Hæc præscripta seruantem licet grauiter, magnificè, animosèq; uiuere, atq; etiam simpliciter, fideliter & uitæ hominum amicè.

Curare fideliter merces alicui. Cic. Attico, lib. 15. 329. 14.

Discere fideliter artes. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 10.

Inaurato ibi fidelissimè simulacro. Plin. lib. 33. cap. 3. 20.

Fideliter monere aliquem. Ouid. epist. 21. 14.

Constãter & fideliter permanere in amicitia Populi Romani. Liu. 3. bel. Maced. 69.

Fideliter retinere commissa. Horat. 1. epist. 19. 14, Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Fidelius seruire alicui. Ouid. 7. Metam. 115.

¶ Fidelè, Aduerbium (πιστῶν) pro Fideliter. Plaut. Capt. 7. 86, Fac fidelè sis fideli: cane fidem fluxam gerat. Antiquum.

¶ Fidus, Adiectiuum (πιστὸς) Cui fidendum est. Plin. in Paneg. 79. Virg.

—Rex ô fidissime Teucrũm. Cicero de Amicit. 49, Quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos.

Amicus fidus. Catul. ad Cornelium, epig. 97. 1.

Fidus animus. Liu. 5. bel. Pun. 83.

Aures fidæ. Ouid. 10. Metam. 77.

Coniux fidissima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 9.

Fidissimus cultor imperij Romani. Liu. 8. bel. Pun. 164.

Custos fidissima. Ouid. 5. Fast. 9.

Fida custodia. Cic. 2. de Finib. Sic, 2. de Nat. deor. 236.

Domus fida. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 13.

Ensis fidus. Virg. 6. Aeneid. 105.

Fida familiaritas. Cic. 2. Offic. 42.

Interpres fidus. Horat. de Arte, 27.

Medicus fidus. Horat. 1. epist. 8. 2.

Minister fidus. Ouid. 2. Metam. 168.

Pid a pax Romanis fuit cum Porsena. Liu. 2. ab Vrbe, 69.

Pectora fida. Ouid. 9. Metam. 50.

Fidissimus domino seruus. Liu. 3. bel. Maced. 46.

Silentia fida. Virg. 3. Aeneid. 23.

Sodalis fidus. Ouid. 1. de Arte, 151.

Subsidium fidissimum. Tacit. lib. 5.

Terra fida. Quid. 5. Metam. 99.

Fidissima uxor. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 16.

¶ Fidè, Aduerbium (πιστῶς) Cic. Cælio, libro. 2. 15. 12, Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissimè, atq; amantissimè proponuntur.

¶ Fiducia, fiduciæ (πεποίθησις, πεποιθία) Audacia, securitas. In bonum ferè semper accipitur, quamuis aliquando in malum. Plin. epist. 342, Meritò habuisti, Secunde charissime, fiduciam animi mei.

Propter tuam fiduciam. Plaut. Bacchid. 8. 9.

Iudicia fiduciæ, tutelæ, societatis. Cic. pro Rosc. Com. 9. Et. 3. de Natur. deor. 105.

Formæ fiducia decipit. Ouid. 8. Metam. 87.

Iuris fiducia. Quintil. lib. 4. cap. 2. 81.

Minimæ fiduciæ exercitus, cui parum fiditur. Liu. lib. 8.

Fiducia mea: hoc est, meo periculo. Plaut. Pœnulo, 18. 38.

Fiducia mei, Idem. Plin. epist. 94: lib. 4. Virg. 8. Aeneid.

—fiducia cessit Quò tibi diua mei?

Fiducia sui. Liu. 5. bell. Pun. 205.

Qua fiducia id facere audeam, nec quid me nunc faciam scio. Terent. And. 3. 5. 7. Virg. 1. Aeneid. 28,

Tantáne uos generis tenuit fiducia uestri? Idem,

Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

Audax fiducia. Stat. 6. Thebaid. 168.

Falsa formæ fiducia. Propert. lib. 3. eleg. 28. 1.

Mendax fiducia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 7.

Mutua inter se fiducia. Vide Mutuum.

In uolucri tenuis fiducia cursu. Stat. 5. Thebaid. 34.

Vana pedum fiducia. Ouid. 10. Metam. 24.

Addere fiduciam alicui. Vide Addo.

Per rationem fiduciæ fraudare quempiam. Cicero pro Cecin. 5.

Habere orationis fiduciam. Quintil. lib. 2. cap. 15. 6.

Iactare fiduciam. Quintil. lib. 4. cap. 1. 13.

Audax metus, & pallens fiducia. Stat. 6. Thebaid. 79.

Præ se ferre fiduciam. Quintil. lib. 5. cap. 13. 40.



Digitized by Google

*Stabilis beneuolentiæ fiducia in uita tyrannorum esse non potest.* Cic. de Amicitia, 48.

*Fallit animum fiducia tangit.* Ouid. 11. Metam. 87.

*Fiducia in uirtute alterius,* Existimatio quam de fide & uirtute alterius habemus. Liu. 4. bel. Pun. 24.

*Facere fiducia alicuius quod facimus.* Cic. 7. Verr. 139.

*Fiduciam etiam diligentiæ tibi habeo, ut credam te omni ratione id acturum, ne sint obnoxij iniurijs.* Plin. epist. 299, Barbari dicunt, Credo quod tu eris tam diligens, quòd.

*Fiducia,* est quum res aliqua sumendæ mutuæ pecuniæ gratia uel nuncupatur, uel in iure ceditur.

*Fiduciam accipere.* Cic. in Top. 21, Si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Boetius in quarto commentario Topicorum, Fiduciam (inquit) accepisse dicitur cuicũq; res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando rem ancipet. Veluti si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro quum tempus illud dubium præterierit. Cic. pro Flacco, 40, Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupasti. Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni uenire ad testimonium dicendũ coegisti. Pecuniam (inquit) fœneratitiã à te sumpsit adolescẽs, ob eamq; fundum fiduciarium dedit. Id est, fiduciaria mancipatione. Budæus. Vide Accipio.

*Fiduciam committere,* quid sit, ex præcedenti Ciceronis exemplo intelligitur.

*Afferre fiduciam.* Vide Affero.

*Spoliare fiducia alicuius prouinciam.* Cic. 2. Verr. 25.

¶ *Fiduciarius,* Adiect. (πιθανικὸς) Budæus, Omnino fiduciariã mancipationem uel uenditionem, uenditionem hodie uocamus sub redimendi, redhibendiq; lege factam. Idem alio loco, Fiduciariam possessionem appello, quam sub manu regia possidere uocant, quasi fide data acceptam, à fiducia tamen dictam. Liu. lib. 2. de bello Maced. 157, Optimũ ratus. Nabidi enim Lacedæmoniorum tyranno uelut fiduciariam dare, ut uictori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, ut ipse haberet De Corintho loquens, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, ut si uictor ex bello rediisset, Nabis ei restitueret. Sic Cæsar lib. 2. de bello Ciuili, 66, Neq; se ignorare quid sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum pro uicario, id est, locum tenente intelligendum, quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore aut Consule, cedere eum oportet. Curtius etiam eodem modo usus est. Inde Fiduciarius hæres ab Iaboleno uocatus est fidei commissarius, in l. Seius, ad Trebel.

Fides] *fidis f. g.* (χορδὴ, πηδάρα, λύρα) Genus citharæ, Chordæ. Cic. in Hortensio, Ponendæ sunt fides & tibiæ. Sic, 3. de Orat 109. Festus, Fides, genus citharæ, dicta quòd tantum inter se chordæ eius, quantum inter homines fides, concordent, cuius diminutiuum est Fidicula. Persius Satyra, 6. 1,

Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ.

*Canoræ fides.* Virg. 6. Aeneid. 24. Vide Canorus.

*Adhibere fides epulis.* Quintil. lib. 1. cap. 10. 17.

*Canere fidibus.* Quintil. lib. 1. cap. 10. 13. Vide Cano.

*Cecinisse fidibus præclarè dicitur* Epaminundas. Cic. 1. Tusc. 7.

*Contentæ & incontentæ fides.* Cic. 4. de Finib. 121.

*Discebant fidibus antiqui.* Cic. de Senect. 24.

*Iungere uocem fidibus.* Quintil. lib. 5. cap. 10. 87.

*Mouere fides.* Ouid. ad Pisonem, 35.

¶ *Fidicula, fiduculæ,* penul. corr. (πιθαρέδιον, λυρίον) Parua cithara. Gellius lib. 1, Sed enim Achæos Homerus pugnam ingressos ait, non fidicularum tibiarumq; concentu conspiratã. Cic. 2. de Natu. deor. 33, Quid si platani fiduculas ferrent numerosè sonantes?

Fidicula, Syderis nomen, quod Fides à Colum. lib. 11. cap. 2. 3. dicitur. Plin. lib. 18. cap. 26. 4, Pridie nonas Ianuarij Cæsari Delphinus matutino exoritur, & postero die Fidicula, quo Aegypto Sagitta uespere occidit. Ibidem, cap. 25. 13, Fiduculæ occasus Autumnum inchoat.

*Fidiculæ* numero tantùm plurali, *sumitur pro instrumento torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis compacto, ab extorquenda ueritate ac fide.* Vel *à nerueis funibus, uinculisq;, quibus ad illum modum homines torquendi alligantur.* Hæc Valla, lib. 1. *Sed uerius putatur esse tormentũ, quo fontes à tortore funibus alligati, uulgò torquentur.* Senec. lib. 3. de Ira, Equuleus, & fiduculæ, & ergastula, & cruces. Suet. in Tiberio, Excogitauerat inter genera cruciatus, ut repente ueretris deligatis, fiduculorum simul, urnæq; tormento distenderet.

¶ *Fidicen,* penul. corr. *fidicinis,* pẽ. etiam corr. (πιθαρῳδὸς, πιθαρίστης) Qui canit fidibus. Cicero. Pæto, lib. 9. 22. 9, Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Idem 2. de Natura deorum, 33.

*Fidicen & tibicen mandus.* Cic. 3. de Nat. deor. 30.

*Romanæ fidicen lyræ.* Horat. 4. Carm ode 3. 53.

¶ *Fidicina,* næ, penul. corr. Mulier fidibus canens. Terent. Eunucho, 3. 2,

—ecquid nos amas De fidicina istac? Ibidem,
—quandam fidicinam amat Chærea.

¶ *Fidicinius,* Adiectiuum (πιθαρῳδικὸς) Quod pertinet ad fidicinem. Plaut. Rud. 2. 43,

Eam uidit ire è ludo fidicinio domum.

¶ *Fidiculanus,* Falcula, Senator, Populi Romani splendor, ordinis decus iudiciorum, exemplar antiquæ religionis. Author. Cic. pro Cecinna.

Fidius] deus (ὁ ζεὺς ὁ θεὸς) Iouis filius, à fide dictus, ut nonnullis placet: Plautus, Per deum Fidium credis iurato mihi. Fuit apud ueteres Romanos in honore maximo, adeò ut templa cum sacrificijs meruerit. Cultus est à ueteribus in Quirinali iugo Nonis Iunij. Ouid. 6. Fast. 43,

Quærebam, Nonas Sanco, Fidione referrem, &c.

Vide Mediusfidius.

Fido, fidis, fiducia, fidus] Vide Fides, fidei.

Fidulus] Viri proprium, de quo Cicero in Vatin. C. Fidulum atratum.

Fiducia] ult Festus, à fide denominata, ea quæ maximè fidei erant.

Fiduciius] M. Senator, temporibus Syllæ uixit, ab eoq; nulla alia de causa proscriptus est, quàm quia proscriptus fuisset. Meminit Plin. lib. 7. cap. 43.

Figmentum] Vide Fingo

Figo] *figis, fixi, fixum* (πηγνύω, σπίμπλω, πεχνόω) figere. Diomedes fictum probat ex Scauro, bis uerbis, Sagitta cõfictus. Est autem figere, Immittere. Columella, Palum humi fixit. Virgil. 4. Georg. 23,

——ipse feraces
Figat humo plantas.

*Figere in poste.* Cic. ad Att. lib. 3. 55. 10.

*Amicitijs parcere, & aduersarios figere.* Cic. in Orat. 48.

*Cuspide fixit apros.* Ouid. 2. de Arte, 38.

*Figere carnes uerubus.* Virg. 1. Aeneid. 44.

*Figere ceruos.* Vide Ceruus.

*Gradus figere.* Valer. 7. Argon. 113.

*Fixisset grauidam quum leuis hasta suem.* Mart. lib. 1. 12.

*Figere imbrices clauulis.* Cato, cap. 21. Plin. lib. 10. cap. 40. 6.

*Mucrones figere in aliquo.* Cic. 14. Philipp. 389.



Digitized by Google

Læuo mucronem tempore fixit. Ouid. 5. Metam. 24.
In collo figere dente notas. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 8.
Figere palum in parietem. Plaut. Milit. 16. 4.
Figere pedem. Virg. 6. Aen.
*It comes, & parib. curis uestigia figit.*
*Vbi Seruius, Aut simili solicitudine detẽtus incedit. Aut figit uestigia, id est, stat subitò: quod cogitãtes facere cõsueuerũt.*
Tela figere. Propert. lib. 2. eleg. 10. 8.
Figebãtur nostri diuersis telis. Hirtius de bel. Alexãd. li. 4. 126.
Figere, Affigere: hoc est, Applicare, & quasi ad aliquid firmare. Vnde omissa militia siue gladiatura milites, seu gladiatores arma figere dicebantur, quia ea in templis suspendebãt, uel templorum parietibus affigebant. Liu. 4. ab Vrbe, 86, Spolia in ædibus Iouis Feretrij prope Romuli spolia, quæ optima prima appellata sola ea tempestate erant, cum solenni dedicatione fixit. Vnde tractum est, ut
Figere arma, sit securum esse. Virg. 1. Aeneid. 51.
Figere ad statuam. Plin. epist. 159. f.
Figere legem. Cic. ad Att. lib. 14. 308. 2. Virg. 6. Aeneid.
*—fixit leges pretio, atq; refixit.* Vbi Seruius, Fixit ideo, quia inciſæ in æreis tabulis affigebantur parietibus.
Senatusconsultum ære publico figere. Tacit. lib. 12.
Figere tabulas, idem quod Figere leges. Cic. ad Cæsium, lib. 12 1. 4. Idem 1. Philipp. 2.
Figere aliquem maledictis, per translationem. Cic. 1. de Natur. deorum, 129.
Arcana murmura figit auribus. Stat. lib. 1. Achill. 76.
Trabali clauo figere beneficium. Cicer. 7. Verr. 43. Proverbialis locutio nam beneficium quod Mamertinis fecerat, uolebat Verres clauo trabali, id est, indissolubili, figere. Eiusdem sensus est, Herculanus nodus. Quadrat in eos, qui sunt arctißima necessitudine cõiuncti, & copulati. Vide Erasmum in Chiliadibus.
Dicta hæc mea figite. Virg. 10. Aeneid. 20.
Figere mentem in re aliqua. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. 7.
Figere modum, Pro imponere. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.
Oculos figis in uirgine. Ouid. 4. Metam. 40.
Oscula figere. Virg. 2. Aeneid. 98. Ouid. ad Liuiam, 19.
Nostras intra te fige querelas. Iuuen. Satyr. 9. 10.
Tela Deorum in impiorum mentibus figuntur. Cic. de Aruspicum responsis, 36.
Vultus fixit in imagine diuæ. Ouid. 4. Fast. 64.
¶ Fixus, Participium (πεπηγώς, πηκτὸς) Plaut. Trinum. 14. 31, Ad parietem sunt fixæ clauis ferreis.
Fixus & fundatus. Cic. ad Attic. lib. 1. 11. 11. de statu Reipub.
Arma parietibus fixa. Cic. 1. de Diuinat. 128.
Dolor fixus medullis. Senec. Hercule Oetheo, 4. 44.
Fixa mala. Cic. ad Terentiam, lib. 4. 4. 3.
Saxis asperis fixus aliquis. Cic. in Pisonem, 34.
Sententia fixa menti. Valer. 1. Argon. 111.
Studium salutis alicuius, & testimonium dignitatis in monimẽtis publicis fixum. Cic. pro Sestio, 111.
Fixum, per translationem, pro Firmato, unde fixum consilium. Cic. ad Atticum, libro 8. 166. 4, Et simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum uidebatur.
Ratum, firmum, fixum. Cic. 4. Acad. 255.
Fixum & statutum est. Cic. pro Mureena, 57.
Si cui quid ille promisit, id erit fixum. Cic. 1. Philipp. 12.
Maneat, ac fixum sit, quod neq; moueri, neq; mutari potest. Cicer. pro Rabirio Posthumo, 15.
Fixa animo, Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 34. 9.
Stabile & fixum bonum. Cic. 5. Tusc. 57.
Stabile, fixum, & ratum decretum. Cic. 4. Acad. 54.
Fixum immotumq; animo sedet. Virg. 4. Aeneid. 3.

Animis fixum tenere aliquid. Cic. pro Corn. Balbo, 55.
Conuellere aliquid fixum. Cic. pro Cluentio, 99.
Figlina, Figulus, Figura] Vide Fingo.
Filiaster] Vide Filius.
Filictum, Filicula] Vide Filix.
Filipendula] Herba est, quæ urinæ remoratui, eiusq; stillicidio auxiliatur: item renum tum calculis, tum doloribus. Eadem stomachi inflationes discutit. Medetur suspiriosis & anhelantibus, omnibusq; in uniuersum morbis quos causa frigida excitauerit. Ex Mathiol. Senensi apud Dioscoridem.
Filippi] Nummi genus, in l. 27. §. cui legatum. ff. de aur. & arg. leg. Ab Horatio regale numisma appellantur libro 2. epist. Fit & apud Trebellium Poll. in Claudio, & Vopiscũ in Bonoso, & in Aurelian. & in Probo Filipeorum aureorum, æreorumq; mẽtio, qui licet imagine uultus recentiorũ Principum sint signati, priscum tamen nomen retinuere.
Filius] Filij (γιός, παῖς, τέκνον, κούρη, γόνος) Notũ uocabulum. Filium ἀπὸ τοῦ φιλεῖν dictum uolunt, hoc est, ab amore: quòd omnium constantißimus amor sit parentum in filios. Sipontinus.
Effigies probitatis paternæ, filius. Cic. 2. de Finib. 94.
Imago animi & corporis, filius, Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 31.
Familiarum filij. Tacit. lib. 1. Tranquillus filios familiâs appellat in Vespasiano Augusto, Neue filiorum familiâs fœneratoribus exigendi crediti ius unquam esset. Rursum Tacitus libro 11.
Filius familiâs. Cic. pro Cælio, 28.
Fratris filius. Terent. Phorm. 2. 1. 23.
Filius blandus. Vide Blandus.
Infans filius. Iuuen. Satyr. 14. 5.
Iustus filius, pro Vero. Vide Iustus.
Minor filius. Vide Minor.
Adoptare filium, siue pro filio. Vide Adopto.
Filios uel liberos amittere uel perdere. Cic. Titio, lib. 5. 16. 5.
Cohibere filium. Vide Cohibeo.
Lex ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset. Cic. 3. de Legib. 131.
Commodare filios tutelæ populi. Vide Commodo.
Educare filium. Quintil. lib. 4. cap. 2. 31.
Eniti filios. Quintil. in Proœm. lib. 6. 5.
Pietate filius, consilijs parens, amore frater in me inuentus est. Cic. Post reditum in Senatu, 33.
Acerbum est parẽtũ scelera, filiorũ pœnis lui. Cic. Bruto, 12. 3.
Probum filium ex patre improbo nasci. Ci. pro Rosc. Com. 18.
Orbatus filio. Vide Orbatus.
Percutere filium securi. Vide Percutio.
Loco filij per ætatem esse. Cic. pro Domo sua, 29.
Filij etiam in brutis & rebus inanimatis dicuntur. Columel. libro 6. capit. 37, Eiusmodi admissarius nepotibus, quàm filijs utilior. De equis.
Fortunæ filius dicitur is, cui omnia prospero fortunæ euentu succedunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 10.
Terræ filij. Vide Terra.
¶ Filiolus, filioli, pen. corr. Diminutiuum (τέκνιον) Plautus Trucul. 17. 29. Cic. ad Atticum, libro 1. 1. 11, Filiolo me auctum scito, salua Terentia. Vide Augeo.
Filiolus tibi nascitur. Iuuen. Satyr. 9. 9.
¶ Filia, filiæ (θυγάτηρ, παῖς) notißimum uerbum.
Adultera filia. Iuuen. Satyr. 14. 3.
Integra filia. Vide Integer.
Filia iam matura uiro. Virg. 4. Aeneid. 11.
Nubilis filia. Ouid. 2. de Remed. amor. 35.
Auctus est ibi filia in subsidium & solatium simul. Tacitus in uita Agricolæ

Collocæ-

Digitized by Google

Collocare alicui filiam. Vide Colloco.
Filiam nuptui uel in matrimonium collocare. Vide Colloco.
Despondere filiam suam alicui. Cic. pro Cluentio, 142.
Incestare filiam. Tacit. lib. 5.
Locare filiam. Vide Locus.
¶ Filiola, filiolæ, pen. corr. Diminutiuum (ὑογάτριον) Plaut. Rud. 4. 18. Cic. 1. de Diuinat. 166, Filiolam suam tertiam, quæ tum erat admodum parua, exosculans, animaduertit tristiculum. Idem ad Atticum, lib. 6. 112. 1.
¶ Filiaster, quo quidam utuntur pro priuigno, non paruus filius est, sed imitans filium. Author Vallæ, lib. 1.
Filix] filicis, pen. corr. fœm. gē (πτέρις) Herba passim in syluis, atq; adeò agris ipsis crescens. Colum. lib. 2. cap. 2, Iunci & graminis pernicies, repastinatio est: filicis frequens extirpatio. Plin. lib. 27. cap. 9. 6, Filicis duo genera nec florē habēt, nec semen, &c. Multa apud utrosq;. Virg. 2. Georg. 38,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris.
Maniplis filicum dura bumus. Virg. 3. Georg. 59.
Neglectis urēda filix innascitur agris. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 8.
¶ Filicula, filiculæ, penul. corr. (πτερίδιον) Herba similis filici, quæ super muros antiquos, aut etiam iuxta quercus crescere solet. Plin. li. 26. cap. 8. 15. Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam uocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, etc.
¶ Filicatus, pen. prod. Adiect. Cic. in Parad. 12, Quid à Numa Pompilio? minúsne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse quàm filicatas aliorum pateras arbitramur? alij legunt, deliacas.
¶ Filicones, mali & nullius usus, à filice dicti. Festus.
¶ Filictum, filicti (πτερίδιον) Locus filicibus consitus. Colum. lib. 2. 6, Iuncóne sit, an gramine uestitus, an filicis, aliis'ue frutetis impeditus.
Filum] fili (νῆμα, ῥέμμα, πλωτὴρ, μίτος, σπάρτον) Propriè quod ex lino Lanúe trahēdo ducitur: hoc est, linamētū. Lucilius, Surge mulier, duce filū non malum. Liu. 1. ab Vrbe, 141, Legatus ubi ad fines eorū uenit, unde res repetūtur, capite uelato (filū lanæ uelamē est) Audi Iuppiter inquit, &c.
Atra fila triū sororū. Horat. 2. Carm. ode 3. 4. Id est, Parcarū.
Damnosa fila senectæ exuit. Stat. 1. Sylu. 4. 2.
Improba fila. Vide Improbus.
Pendula fila. Claud. de torpedine, 16. 4.
Tenuia fila aranei. Lucret. lib. 3. 77.
Deducere fila. Vide Deduco.
Deducit aranea filum pede. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 2.
Deducere filum pollice. Ouid. 4. Metam. 8.
Purpureasq; notas filis intexuit albis. Ouid. 6. Metam. 116.
Canis frondes intexere filis. Ouid. 15. Meta. 75. de bōbycibus.
Legere fila. Virg. 10. Aeneid. 161.
Sonantia fila mouere. Ouid. 10. Metam. 18.
Incepta fila relinquit. Ouid. 6. Metam. 7.
Pila supremæ horæ. Martial. 10. 5.
Resoluent fila tua triplices deæ. Ouid. 2. Metam 131.
Traijcere filum in acu. Celsus lib. 7. cap. 16.
Filum, Linea. Varro, Sumptoq; atramento sutorio filū duxit.
Filum, Liniamenta faciei, & uenustas. Gellius, libro 14. cap. 4, Forma ac filo uirginali dixit imaginem iustitiæ geri solitam. Idem lib. 1. cap. 9, tradit Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo atq; habitu. Quidam physionomiam, uel tractum faciei uocant.
Pari filo esse, & simili figura. Lucret. lib. 2. 69.
Subtili prædita filo. Lucret. lib. 4. 18.
Filum orationis, pro Stylo, & dicendi forma, ac compositione ipsius orationis. Gellius, Amani in utriusq; epistola breuita tis elegantissimæ filum tenuissimum, Tractum est à textoribus, qui telam tenuissimo filo texentes, probatissimam conficiunt. Cic. de Amicit. 25, Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. Idem 3. de Oratore, 58. Et lib. 2. 52, Filum uberius.
Crassum filum. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 12. 3.
Tenue argumentandi filum. Cic. in Orat. 68.
Tenui deducta poemata filo. Horat. 2. epist. 1. 46.
¶ Filatim, penul. prod. Aduerbium (κατὰ νήματα) Lucret. libro 2. 167,
Filatim quum distrahitur, disperditur omnis.
¶ Filo, filas (νήθω, μυρύω) filare, Filum ducere.
Fimbria] Romanus, homo longè audacissimus, de quo Cicero pro Roscio Amerino. 19.
Fimbria] fimbriæ (πέζα, βύσσος, πράσπεδον, κρόσσος) Vestimentorum extremitas. Plin. lib. 7. cap. 51. 1, Iam signa lethalis: in furoris morbo, risum: sapientiæ uerò ægritudine, fimbriarum curam & stragulæ uestis plicaturas.
Fimbriæ cincinnorum. Cic. in Pisonem, 19.
¶ Fimbriatus. penul. prod. Adiect. (θυσανωτὸς) Plin. libro 17. capit. 10. 9, Partemq; aliquam è matris quoq; corpore auferunt secum fimbriato corpore. Idem de urtica, Caule quoq; mordaci fimbriatis foliis.
Videtur significare replicatū, quod dicimus Gallicè Frōse. Suet. in Cæsare, Vsum ferunt lato clauo ad manus fimbriato.
Fimus] fimi. m. gē (πόπρος, ὄνθος) Lætamen dicitur, non tantum de stercore animalium quātum de hominum. Apuleius, Fimo fistula excusso. Plin. lib. 17. cap. 9. 2, M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiarijs.
Fimus columbinus. Vide Columbus.
Ouillus fimus. Vide Ouillus, in Ouis.
Pingui fimo saturare sola. Virg. 1. Georg. 16.
Reddere fimum, Excrementa uentris egerere. Plin. libro 8. capit. 15. 3. Vide Reddo.
¶ Fimus fœm. gener. dixit Apuleius, quum ait, Liquida fimo strictim egesta.
¶ Fimum, fimi, n. gen. Plin. lib. 28. cap. 12. 8, Dolorem inflexibilem (opisthotonon uocant) leuat urina capræ auribus infusa, aut fimum cum bulbis illitum. Idem lib. 29. capit. 5. 4. Prodest & fimum gallinaceum. Ibidem, 5, Remedium est fimum caballinum.
¶ Fimetum, fimeti, penul. prod. (κοπρὼν) pro Stercorario, uel sterquilinio. Plin. lib. 24. cap. 19. 2. Et lib. 17. cap. 9, Fimeta sub dio concauo loco, & qui humorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo è robore depacto fieri iubet Virgilius.
Findo] findis, fidi, fissum (ῥήθνω, χίζω, ῥήθνμι) findere, Scindere, & diuidere ueluti in duas partes. Columella libro 5, Curabis ut præacutissima falce, ab ea parte qua bifurca est, findas eam. Plin. lib. 10. cap. 2. 35.
Findere & diuidere. Cic. 2. de Legib. 10.
Aera findit. Ouid. 4. Metam. 134. & De uolante Perseo.
Sirius findit agros. Tibullus lib. 1. eleg. 7. 5.
Aratro cælū findere. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 1. De re impossibili.
Finditur cor meum. Plaut. Bacchid. 5. 17.
Finditur illic Euphrates: hoc est, diuiditur, & ramum producit. Plin. lib. 6. cap. 26. 5.
Freta findere classe. Propertius lib. 3. eleg. 4. 1.
Humum solidam findere carmine. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 4.
Mare findo carinam. Propertius lib. 3. eleg. 9. 7.
Rura finduntur uomere. Claud. 1. in Eutrop. 23.
Terras findunt radices arborum. Cic. in Arato, 14.
Finditur in solidum cuncis uia. Virg. 2. Georg. 18.
Via se findit in ambas partes. Virg. 6. Aeneid. 108.



Digitized by Google

¶ Fissus, (χιρὸς) Nomen ex participio: ut, Lignum fissum. Virg. 9. Aeneid. 85.
Lingua fissa in duas partes. Ouid. 4. Metam. 118.
Paries fissus tenui rima. Ouid. 4. Metam. 14.
¶ Fissus, huius fissus (χίσμα) pro Fissura, & diuisura. Cic. 3. de Nat. deorum, 18, Vnde porrò ista diuinatio? quis inuenit fissum iecoris?
¶ Fissum, neut. gen. Substantiuũ. Cicero, Fissum familiare, inquit, & uitale tractant. Ex quo loco apparet fissum duplex fuisse, unum familiare, ut opinor in iecore, alterum uitale in alijs extis credo, ut Pulmone, de quo Lucanus paruisq; secat uitalia limes. Ex Turnebo.
¶ Fißio, Verbale (χίσις) Cicero 2. de Nat. deor. 237, Quibus quum terræ subigerentur fißione glebarum, &c.
¶ Fissura, fissuræ (χίζα, χισμή) Colum lib. 4. cap. 29. 3, Quod tum & totius obtruncatione uitis, & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri. Plin. lib. 10. cap. 63. 5.
Fissum ani: id est, rima in ano. Celsus lib. 5. cap. 21.
¶ Fißilis, & hoc fißile, pen. corr. (χιρὸς) Quod fissum est, aut findi potest. Plaut. Aulul. 12. 25, Ad focum si adesses, non fißile haberes caput. Plin. lib. 16. cap. 38. 5. Colum. libro 9. cap. 1. 3, Erit fißilis stipes.
Robur fißile cuneis scinditur. Virg. 6. Aeneid. 36.
Fingo] fingis, finxi, fictum (πλάττω, συμπλάσσω, ἀποπλάσσομαι, ἐπισυμπλάττω, χρωματοποιῶμαι) fingere, Componere, formare, propriè de figulo dicitur, qui uasa format ex luto. Inde generale fit uocabulum ad cætera quæ ingenio, manuq; hominis artificioſè formantur. Quintil. lib. 5. cap. 12, Statuarum artifices, pictoresq; clariſsimi, quum corpora quæ ſpecioſißima fingendo, pingendoq; effingere cuperẽt. Idẽ li. 3. cap. 11, Nec pingere quiſquã aut fingere cœpit à pedibus.
Facere & fingere. Cic. pro Domo sua, 59.
Fingi & pingi. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 23.
Fingere & formare Cic. 1. Academ. 9.
Fingi gigniq; multa agris propter fœcunditatem. Cicero 1. de Diuinat. 155.
Quæ natura, prona atq; uẽtri obedientia finxit. Saluſt. in Catil.
E cera fingere. Cic. 6. Verr. 25.
In ceris fingere. Cic. 1. de Nat. deor. 96.
Dici, aut fingi. Cicer. pro Mil. 3, Quid enim nobis duobus Iudices, laborioſius, quid magis ſolicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt, &c.
Fingere animo, Cõcipere, & mẽte excogitare. Ci. de Senec. 37.
Animo & cogitatione aliquid fingere. Cic. 5. Tuscul. 96.
Fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ. Cic. pro Milone. 59.
Fingere ex ſua natura cæteros: hoc eſt, cæteros ex ſuo ingenio iudicare. Cic. pro Roſcio Amerino, 15.
Suſcipe pauliſper meas partes, & eum te eſſe finge qui ſum ego. Cic. Pulchro, lib. 3. 12. 3.
Finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondum eſſe. Cicero 4. Acad. 209.
Fingere aliquem uoto. Plin. epiſt. 112. lib. 6.
Fingere amicitias, pro Simulare. Cic. de Amicitia, 47.
Fingere, diſßimulare, obtegere. Cic. Attico, lib. 1. 13. 1.
Animos audientium fingere. Quintil. lib. 3. cap. 4. 10.
Di me finxerunt inopis, & puſilli animi. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 4. Hoc eſt, fecerunt.
Carmina fingere. Horat. 4. Carm. Ode 2. 7. Id eſt, componere.
Fingere ridicula ex tempore. Cic. in Orat. 48.
Fingit cauſas ne det: hoc eſt, cauillatur. Terent. Eunuch. 1. 2. 58.
Fingere cauſas ad diſcordiam. Terent. Hecyra, 4. 4. 71.
Comas auro finxerat. Stat. 5. Thebaid. 46.
Fingere corpora lingua: hoc eſt, lingendo efformare, quemadmodum leones & urſi ſolent ſuos catulos. Virg. lib. 8. Aen.
Credibilium fingere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 88.
Crimen fingere. Cic. 5. Verr. 120.
Fingere fabricam ad ſemen. Terentius Heaut. 3. 2. 34.
Faciem, uultum, ſonum nobis non poſſumus fingere. Cice. 1. de Orat. 63.
Fingere fallaciam. Plaut. Aſin. 6. 2. Terent. Heaut. 3. 2. 22.
Falſum quidpiã fingere, pro Cõminiſci. Terẽ. Eunuch. 1. 2. 120.
Fauos fingere dicuntur apes, pro Artificioſè facere. Cicero 1. Offic. 219.
Formas aptè fingetur in omnes. Ouid. 14. Metam. 137.
Suis cuiq; Fortuna fingitur moribus. Cic. in Paradox. 43.
Fugam fingere, pro Simulare. Plaut. Capt. 5. 14.
Futura ex euentis fingere. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 8.
Fingere & fabricare hominem. Cic. 4. Academ. 152.
Fingit & creat natura homines imitatores & narratores facetos. Cic. 2. de Orat. 121.
Ad honeſtatem finxit te natura. Cic. pro Murœna, 55.
Iocum fingere triſti mente. Tibullus, lib. 3. eleg. 7. 1.
Liberè & impunè aliquid fingere. Quintil. lib. 5. cap. 1. 32.
Maleficium fingere. Cic. pro Roſc. Amerino, 68.
Moderatur & fingit non modò mentem & uoluntates, ſed penè uultus eorum apud quos agit actor. Cic. 3. de Legib. 58.
Fortuna miſerum finxit me. Virg. 2. Aeneid. 16.
Mores fingere. Cic. 4. Acad. 203.
Nidos fingere. Plin. lib. 11. cap. 21. 3.
Fingere & conſtruere nidos uolucres uidemus. Cicero 2. de Orat. 13.
Quælibet in quemuis opprobria fingere. Horat. 1. epiſt. 16. 1.
Opus luteum fingit ſub trabe celſa. Ouid. 1. Faſt. 32.
Inſtitutis aliquorum commodè fingere orationem. Cicero de clar. Orat. 149.
Summum oratorem fingere. Cic. in Orat. 4.
Pocula fingere de humo. Ouid. 2. Triſt. 98.
Ad rectum fingi. Horat. in Arte poet. 74.
Fingere ſibi nouas religiones ex loco. Cæſar 6. bell. Gall. 139.
Fingere ſe rhetora. Martial. lib. 2. 63.
Se totum ad arbitrium & nutum eorum qui audiunt fingere & accommodare. Cic. in Orat. 13.
Fingere ſermonem ad uoluptatem alterius: hoc eſt, componere & accommodare. Cic. de Amicitia, 80.
Somnia ſibi fingere. Virg. eclog. 8. 22.
Stultitiam fingere. Plin. de Viris illuſt. 10.
Timores fingere. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 5.
Venuſtiſſimè aliquid fingere. Quintil. lib. 6. cap. 3. 28.
Verba, ſicut molliſßimam ceram, ad arbitrium noſtrum fingere & formare. Cic. 3. de Orat. 97.
Verba inania fingis. Propert. lib. 3 eleg. 20. 1.
Verſus fingere. Horat. in Arte poet. 77.
Virtutes fingere. Tacit. lib. 4.
Vultum fingere. Ceſar 1. bel. Gall. 157.
Vultum & inceſſum ſibi fingere. Cic. 1. de Finib. 123.
Vultum alterius fingere. Terent. Heaut. 5. 1. 14.
¶ Fictus, Participium (πεπλασμένος, πλάσσω) ſiue Nomen ex participio, pro Simulato. Terent. Eunuch. 1. 2. 24, Cicer. de Amicitia, 26, In amicitia aũt nihil eſt fictũ, nihil ſimulatũ.
Fictus & aſtutus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 13.
Ab aliquo deo fictus quidam. Cic. 1. de Orat. 57.
Amore ficto ſuſpirare. Lucret. lib. 4. 240.
Cauſa à te per ſummam cauſam ficta eſt. Cic. pro Quintio, 33.
Ficti cinni. Plaut. Trucul. 6. 31.
Crimina ficta. Tacit. lib. 3. Cunctatio ficta. Tacit lib. 1.
Deus fictus & commentitius. Cic. 2. de Nat. deor. 101.
Ebrietas ficta. Ouid. 1. de Arte amandi, 120.



Digitized by Google

Fabula ficta & commentitia. Cic. 3. Offic. 50.
Fabula ficta in uanum iocum. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 14.
Dat gemitus fictos. Ouid. 6. Metam. 113.
Gratia ficta linguæ. Ouid. epist. 12. 3.
Ex argilla & luto fictus homulus. Cic. in Pisonem, 46.
Picta & fictæ imago. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 24.
Non ineruditè ad declamandum ficta materia. Quintil. libro 1. cap. 10. 25.
Picta mulier. Plaut. Sticho, 15. 4.
Ficto officio, simulataq; sedulitate coniunctus. Cicero pro Cecinna, 10.
Orationes fictæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 20.
Pectore ficto fatur. Virg. 2. Aenid. 22.
Ficta religio. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 4.
Fictæ & adumbratæ res. Cic. de Amicitia, 79.
Fictæ & commentitiæ res. Cic. pro Murena, 25.
Fictus testis subornari solet & imponi falsæ tabulæ. Cicero pro Cecinna, 52.
Voce ficta gloriam sibi quærere. Ouid. 9. Metam. 10.
Tenax ficti pravique. Virg. 4. Aeneid. 38. de Fama loquitur.
¶ Fictor, Verbale (πλάσης, πλαστικὸς) Qui ex creta atq; argilla opera facit. Cicero 2. de Nat. deor. 110, Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores fictoresq; uoluerunt.
Fictor legum. Plaut. Epid. 10. 86.
¶ Fictrix, huius fictricis, pen. prod. (πλαστὶς) Verbale fœm. Cic. 3. de Natur. deor. 134, Eius autem uniuersæ fictricem & moderatricem, diuinam esse Prouidentiam.
¶ Fictio, onis. Lactantius de opific. Dei, cap. 12, In auium fœtibus primùm oculo fingi, dubium non est, quod in ouis sæpe deprehendimus. Vnde fieri non posse arbitror, quin fictio à capite sumat exordium.
¶ Fictè, Aduerbium (πλαστῶς) Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 12. 13. Nam ut metus nostra simultas antea stimulabat me ut cauerem, necui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem.
Fictè & fallaciter, Verè & sapienter, contraria. Cic. pro Domo sua, 61.
Fictè & simulatè loqui. Cic. Quinctii, lib. 1. 1. 13.
¶ Figmentum (πλάσμα) Quod fictum est. Ci. 2. de Orat, 101.
¶ Figulus, figuli, pen. corr. (ὑραμεὺς, χυτρεὺς) Idem quod fictor. Plin. lib. 35. cap. 12. 1, Fingere ex argilla similitudines, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi, filiæ opera. Columel. lib. 11. cap. 1. 8.
¶ Figulina, figulinæ, pen. prod. (ὑραμεῖον) seu, quod magis à doctis usurpatur, per syncopen figlina, Officina est in qua figulus opera facit. Plin. lib. 7. cap. 56. 7. Figlinas Chorœbus Athenienſis inuenit. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 18.
¶ Figlina, Dicitur ars figulorum. Plin. libro 35. capit. 12. 9, Figlinarum opera imbricibus tubulis, tegulisq; ad balineas hamatis, uel ad tecta coctilibus laterculis frontatisq;, aut quæ rota fiunt.
¶ Figlinus, pen. prod. Adiectiuum (ὑραμεῦς) ut, Figlina creta, qua figuli utuntur. Plin. lib. 10. cap. 21. 4.
Figlinum opus, Quale figuli ipsi facere solent. Plinius libro 31. capit. 3. 15.
¶ Figlinum, figlini (ὑραμεῖον) Opus ipsum figuli. Plin. libero 34. cap. 18, Alij elimatam scobem, in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.
¶ Figularis, & hoc figulare, penul. prod. (ὑραμικὸς) Quod pertinet ad figulum. Plaut. Epid. 8. 35, Versutior es quàm rota figularis.
Figularis creta, qua figuli utuntur. Colum. lib. 6. cap. 16. 4.
Figularibus tritis, & picis liquidæ & fricti salis singulos sextarios infundunt. Colum. lib. 7. cap. 5. 8.
¶ Fictilis, & hoc fictile, penul. corr. (πλαστὸς) Adiect. Quod est factum à figulo. Plin. libro 34. capit. 12. 9, Quæ rota fiunt, etiã fictilib. dolijs ad uina excogitatis, & ad aquas. Ibidẽ, 7, Fictiles in fastigio tẽpli eius quadrigæ, de quibus, &c.
Di fictiles. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.
Figuræ fictiles. Cic. 1. de Natur. deor. 96.
Imago fictilis. Propert. lib. 3. eleg. 3. 6.
Pocula fictilia. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 8.
Fictilia uasa. Cic. Aeneid. lib. 6. 111. 23.
Vrna fictilis. Cic. in Paradox. 12.
¶ Fictile, fictilis, penul. corr. Substantiuum (κεράμιον) Quicquid ex terra fingitur. Plin. libro 35. cap. 12. 2. Ibidem, 13, Quoniam eò peruenit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent, quàm murrhina.
Gulosum fictile. Iuuen. Satyra, 11. 2.
Pura fictilia. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 8.
Pictilibus cœnare pudet. Iuuen. Sat. 3. 17.
¶ Figura, figuræ, pen. prod. (ἰδέα, σχῆμα, τύπος, χαρακτὴρ) Est, ut ait Asconius, circa gestum, situmq; membrorum. Terent. Eunuch. 2. 3. 25,
— quid tua isthæc? c n. noua figura oris. Cic. lib. 2. Offic. 176, Principio corporis nostri magna natura ipsa uitetur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquamq; figuram in qua esset species honesta, eam posuit in promptu.
In figura hominis feritas belluæ. Cic. 3. Offic. 40.
Figura & species humana. Cic. 1. de Nat. deor. 67.
Species & figura humana. Cic. pro Rosc. Amer. 38.
Figura forma, & statura corporis nostri ad naturam apta. Cic. 5. de Finibus, 62.
Formæ figura. Cicero 1. de Natur. deor. 123.
Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. Cicero 1. de Orat. 57.
Vocis figura. Author ad Herenn. lib. 3. 119.
Negotij figura. Cic. 1. de Inuent. 58.
Concors figura. Vide Concors.
Flebiles figuræ: id est, literæ flebiles. Claud. 2. de raptu Proserp. 27.
Mœsta figura. Ouid. epist. 10. 27.
Muliebris figura. Cicero de Vniuers. 51.
Simillimæ figuræ. Cic. de Vniuersit. 51.
Figuram adimere alicui. Ouid. 2. Metam. 47.
Impressis figuris animare aurum. Stat. 5. Sylu. 1. 1.
Fallaci figuræ confidere. Ouid. 2. de Arte amandi, 29.
Habilem & aptam ingenio humano figuram corporis natura dedit. Cic. 1. de Legibus, 39.
Veri figuram ducere. Claud. 2. de raptu Proserp. 9.
Effingere uarias figuras. Lucan. lib. 5. 143.
Exprimere quandã formã figuramq; dicẽdi. Cic. 2. de Orat. 55.
Immutata figura alicuius. Ouid. 7. Metam. 147.
Signatur cera figuris. Ouid. 15. Metam. 34.
Sumere figuras uarias. Ouid. 12. Metam. 112.
Trahere figuram aliquam. Ouid. 3. Metam. 80.
Multigenis uariata figuris. Lucret. lib. 2. 68.
Versa figura. Ouid. 10. Metam. 46.
Hominis figura uincit omnium animantium formam. Cicero 1. de Natura deorum, 67.
Figura, apud Grammaticos, est conformatio quædam orationis, remota à communi & primùm se offerente ratione, ut ait Quintil. lib. 9. cap. 1.
Sequi græcam figuram malet. Quintil. lib. 1. cap. 5. 40.
Variare, ac uersare aliquid mille figuris. Quint. li. 5. c. 14. 25.
Figura, pro scommatibus. Sueton. in Vespasia. Amicorum libertatem, Causidicorum figuras, Philosophorum contumaciam leuissimè tulit.
¶ Figuratè, Aduerbium, significat per figuram.

¶ Figuro,

Digitized by Google

¶ Figuro, figuras, pen. prod. (χηματίζω) figurare, fingere & formare. Cicero de Vniuersitate, 22, A quo enim animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ex forma figurauit, qua una omnis forma reliqua concluditur. Sic Plin. libro 9. cap. 51. 2. Idem cap. 63, Postea lambendo cale faciunt fœtus & figurant.

Formare, figurare, colorare, animare non possunt atomi. Cice. 1. de Nat. deor. 152.

Figurare in habitum statuæ. Seneca epist. 66.

Figurare os pueri, per translationem. Horat. 2. epist. 1. 26. Hoc est, optimo sermoni assuefacere.

Figurare, imaginari. Quintil. in Gladiatore, Figurare tamen potestis, qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Curtius lib. 7, Vtinam prudentius esset solicita pro filio, & non imanes quoq; species anxio animo figuraret.

Figurare orationem, figuris distinguere & aspergere. Quint. libro 9. cap. 1.

¶ Figuratus, penul. prod. Participium (ἐχηματισμένος) Ci. 2. de Natur. deor. 237, Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata.

Corpus figuratum ita est, ut excellat alijs. Cic. 5. de Finib. 59. De corpore hominis.

Figurata stercora. Celsus lib. 2. cap. 3.

Figurata uerba, apud Quintil. lib. 1. cap. 8.

¶ Figuratio, Verbale (χηματισμὸς) Plin. lib. 11. cap. 37. 83, Vt in unoquoq; poscit figuratio.

Figuratio, pro imaginatione, apud Quintilianum Declamat. 6, Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, &c. Id est, imaginetur.

Finis] huius finis, masc. uel fœm. gen. (τέλος, δόρμα, πέρας, τέλευτὴ, ὅρος, ὅριον, μεθόριον) Id in quo unaquæque res terminatur. Virg. 1. Aeneid. 49,

——quem das finem rex magne, laborum? Idem 2. Aeneid. 111,

Hec finis Priami fatorum. Cic. 2. de Leg. 86, Neq; necesse est edisseri à nobis, quæ finis funestæ familiæ, &c.

Imperium sine fine. Virg. 1. Aeneid. 57.

Anni finis. Tacit. lib. 3.

Finis fugæ. Plaut. Merc. 12. 67.

Operum longorum finis. Horat. de Arte poet. 82.

Angusti fines æui. Lucret. lib. 2. 235.

Certa finis. Lucret. lib. 2. 103.

Honestißimus finis. Quintil. lib. 2. cap. 12. 8.

Idoneus finis. Quintil. lib. 2. cap. 15. 7.

Legitimus finis. Ouid. 1. de Arte amandi, 57.

Vnus iudicati finis, Vna sententia. Paulus in l. singulis. ff. de exceptt. rei iudicatæ, Singulis controuersiis singulas actiones, & unum iudicati finem sufficere, probabili ratione placuit.

Accipere finem. Quintil. 2. cap. 18. 2.

Addere finem alicui rei. Vide Addo.

Afferre finem alicui rei. Quintil. li. 5. ca. 10. 55. Vide Affero.

Tributorum finem unius imperatoris prædæ attulit. Cicero. 2. Offic. 113.

Vitæ finis mortalibus astat. Lucret. lib. 3. 219.

Discordia uestra non capit finem. Virg. 10. Aeneid. 21.

Controuersiæ iudiciariæ finem aliquando constituere. Cicero 3. Verr. 3.

Dempto fine carendus. Ouid. epist. 1. 10.

Dirigere finem. Liu. lib. 9. Decad. 4.

Dare finem laborum. Virg. 1. Aeneid. 49.

Finem dedit ore loquendi. Virg. 6. Aeneid. 16.

Expeditus finis. Celsus lib. 6. cap. 6. de Xerophthalmia.

Expletus finis pudoris. Stat. 1. Achill. 59.

Finem facere maledictis. Terent. in Prologo Heaut. 33. Sic, Facere finẽ libidini & impudentiæ. Cic. 5. Verr. 122. Et 6. 12.

Finem facere sermoni, Tacere. Plaut. Asin. 12. 15.

Solicitudinis finem quamprimum facere. Cicero Planco, libro 16. 342. 2.

Facere finem uitæ atq; laboris. Lucret. lib. 3. 192.

Fecit finem uitæ & uictorib. & uictis idẽ dies. Cic. 7. Verr. 62.

Facto fine quieuit. Virg. 3. Aeneid. 143.

Finem orandi facere. Terent. And. 5. 1. 2.

Ferre finem rebus fessis. Virg. 3. Aeneid. 29.

Spe finis dura ferens. Horat. 1. epist. 2. 29.

Viuendi finem habeat necesse est, qui finem habet motus. Cic. in Somnio Scipion. 30.

Lusus habet finem. Ouid. 3. de Arte amandi, 161.

Implere finem uitæ. Tacit. lib. 2.

Imponere finem bello. Vide Impono.

Imponere finem curis. Virg. 4. Aeneid. 128.

Inuenire finem dicitur res. Vide Inuenio.

Ad eum finem lecta oratio quem memoria possem comprehendere. Cic. 2. de Orat. 74.

Orare finem malorum. Ouid. 1. Metam. 148.

Certum uoto pete finem. Horat. 1. epist. 2. 12.

Ponere finem uitæ. Senec. Agamem. 7. 4.

Reperire finem solicitudinis. Plancus Ciceroni, lib. 10. 15. 3.

Statuere finem cladi. Senec. Herc. fur. 4. 1.

Statuere finem timoris. Lucret. lib. 6. 6.

Nec finis in illa est: id est, non desinit. Ouid. 10. Metam. 85.

Discordiarum finis sit aliquando. Cic. de Arusp. resp. 42.

Finis, pro morte: ut, Ad simulare finem. Tacit. lib. 5.

Sumere sponte finem. Tacit. lib. 5. de Agrippina.

Finem & exitum alicuius rei reperire. Cic. pro Cluentio, 4.

Finis, quò referri omnem rationem oportet. Cicero 2. de Inuent. 137.

Illud cuius causa facere debemus, finem appellabimus. Cicero de Inuent. 10.

Officium & finis oratoris. Cic. 1. de Inuent. 10.

Illustres fines. Quintil. lib. 2. cap. 15. 25.

Quem ad finem? ad quid? quod uulgus dicit, Ad quam occasionem. Cic. 5. Verr. 122. Idem 7. Verr. 60.

Finis ædificatæ domus, usus. Cic. 1. Offic. 192.

Aequitas finis est in iudiciali genere. Cic. 2. de Inuent. 137.

Stipendiorum finem patris victoriam ac triumphum fuisse. Cicero pro Muræna, 11.

De finibus controuersiam esse. Cicero in Topicis, 21.

Ad illum finem referenda est uulgaris liberalitas, ut facultas sit qua in nostros simus liberales. Cic. 2. Offic. 78.

Finis in singulari numero, pro termino, seu finibus. Liuius lib. 3. Decad. 4, Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agresti præda in agmen incidunt Romanum. In numero multitudinis idem usurpauit lib. 5. Decad. 4, Cõsul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit.

Finis imperij. Plin. lib. 12. cap. 4. 2.

Nullo fine crescunt uites. Vide Nullus.

Excidere fine alicuius rei. Quintil. lib. 2. cap. 17. 16.

Ingredi intra finem alicuius loci. Cic. pro Cecinna, 16.

Tenere finem. Tacit. in uita Agricolæ.

Finem & modum transeunt appetitus. Cic. 1. Offic. 143.

¶ Fines finium (κατὰ λόγον τὰ) pluraliter sæpius, pro terminis & limitibus. Terent. Heaut. 3. 1. 90.

Vicini nostri hîc ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum. Plin. epist. 258.

Prorogatio finium imperij. Cic. de Prouinc. Consul. 23.

Tutor finium Syluanus. Horat. Epod. 2. 5.

Cetarij fines. Vide Cetus

Regen-

Digitized by Google

Regendus finibus adijcere arbitrum. Cic. in Topic. 21.
Arcere aliquem suis finibus. Virg. 1. Aeneid. 61.
Arceri otij finibus uidebam non posse. Cic de Arusp. resp. 3.
Constituere fines in amicitia. Vide Constituo.
Constituere sibi certos fines terminosq;, extra quos egredi non posit. Cic. pro Quintio, 19.
Continere se finibus rerum suarum. Vide Contineo.
Continetur suis finibus exiguis Latina lingua. Cicero pro Archia, 17.
Contingere fines. Vide Contingo.
Regiones suas finesq; defendere. Cic. in Orat. 79.
Ingenij sui finibus immensis describere aliquid. Cicero 1. de Orat. 107.
Fines, & termini diligendi. Cic. de Amicitia, 50.
Exire fines senectæ. Stat. lib. 4. Sylu. 2. 12.
Expulsus patrijs finibus. Virg. 1. Aeneid. 125.
Prouinciæ fines tantos habere quantos optauerimus. Cicero in Pisonem, 38.
Ciuitatum aliquarum fines incolere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 7.
Pangere fines. Cic. in Pisonem, 28.
Præscribere fines. Cic. Qu fratri, lib. 1. 1. 10. & 17.
Proferre fines officiorum. Cic. pro Muræna, 59.
Propagare & regere fines. Cic. pro Murena, 19.
Terminare fines agri. Cic. 1. Offic. 50. Idem 3. in Catil. 70.
Iuris fines transcendere. Lucret. lib. 3. 12.
Præscriptos transcendere fines. Claud. 7. Paneg. 60.
Tueri fines suos ab excursionibus. Cic. pro Deiotaro, 15.
Intra fines naturæ uiuens. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 10.
Finis, pro Definitione, apud Fabium, lib. 2. cap. 16, Hic igitur frequentissimus finis, Rhetoricen esse uim persuadendi. Sic in eo capite plus decies.
Fine & fini, in ablatiuo facit: sæpius tamen per e. Gellius lib. 7. cap. 3, Ea fini facere nolle aliquid. Idem lib. 10, Hac fini hominem dimisit.
¶ Finio, finis, finiui, finitum, pĕ. prod. (τελέω, περαίνω, τελευτάω, ὁρίζομαι) finire, Perficere, absoluere. Apuleius, Sine opus finiam quod incœpi.
Initium sumere & Finire, contraria. Quintil. lib. 8. cap. 6.
Animam finiuit. Ouid. 7. Metam. 121.
Cursus annuos, sacerdotes finiunto. Cic. 2. de Legib. 32.
Dolores finire. Virg. 12. Aeneid. 175.
Gladio finire dolorem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 9.
Finire dolores morte. Cic. 1. de Finib. 75.
Finire errorem. Liu. 1. ab Vrbe, 6.
Famem finire cede boum. Ouid. 11. Metam. 75.
Iurgia finieram. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 10.
Finiri morbo. Plin. epist. 12. 4. Sic, Finire uitam inedia. Plin. lib. 8. cap. 42. 4.
Prandia finire moris. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 5.
Finire rem, paucorum certamine. Plin. de Viris illust. 4. d.
Sententiæ uerbis finiantur. Cic. 3. de Oratore, 106.
Sitim finit copia lymphæ. Horat. 2. epist. 2. 30.
Spiritum finiebat. Tacitus lib. 14.
Ratione componantur uerba & finiantur. Cic. in Orat. 93.
Vitam finire ense. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 11.
Laqueo finire uitam. Senec. Hippol. 2. 36.
Finire uitam suspendio, pro suspendere. Sueton. in Augusto.
Modum sepulcris nouis finiuit Demetrius. Cicero. 2. de Legibus, 103. Id est, statuit, præfixit,
Finire prouinciam alicui certo tempore: id est, Certum tempus præfinire intra quod prouincia decedat. Cicero Attico, libro 8. 147. 5.
Finire animo aliquid. Liu. 1. ab Vrbe, 77.
Finire diem. Liu. 5. bell. Maced. 22.
Finire lege. Cic. M. Marcello, lib. 15. 7. 4.
Finire, pro Definire. Quintil. lib. 2. cap. 26, Ante omnia quid sit rhetorice, quæ finitur quidem uariè.
Vtilitate finiri. Quintil. lib. 3. cap. 8. 1.
Cupiditates satietate sua, non diuisione Epicuri finiebat L. Thorius Balbus. Cic. 2. de Finibus, 102.
Finire, absolutè, pro Vita decedere. Titius lib. 5, Sic, Tiberius finiuit, octauo & septuagesimo ætatis anno.
Finitur. Plin. lib. 18. cap. 2. 1, Honosq; is, non nisi uita finitur.
¶ Finitus, pen. prod. (πεπερασμένος) Participium: pro eo quod cessauit, & finem fecit: ut, Finitum frigus. Plin. lib. 18. capit. 27. 3.
Ætas finita certis legibus. Ouid. 5. Fast. 14.
Lingua dentibus finita. Cic. 2. de Nat. deor. 213.
Potestas finita cuiq;. Lucret. lib. 1. 16.
Via finita. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 4.
¶ Finitè, pen. prod. Aduerbium, (ὡρισμένως) Cic. 2. de Finib. 48, Ergo & auarus erit, sed finitè.
¶ Finalis & hoc finale, pen. prod. ut, Finalis quæstio, quæ de finibus est et terminis. Papimanus l. 11. ff. finium regundorũ, In finalibus quæstionibus uetera monumenta, census, authoritas sequenda est.
¶ Finitio, Verbale (ὁρισμὸς, ὅρος, λόγος) Idem quod definitio. Quintil. lib. 2. cap. 16, Huic substantiæ maximè conuenit finitio, Rhetoricen esse bene dicendi scientiam. Gellius libro 13. cap. 19, Non finitiones illas præruncidas, atq; fœcundas grammaticas spectaueris, &c. Vbi de uocabulorum terminationibus agitur.
Finitionem Gellius lib. 15. cap. 9, accipit pro ea quam regulam uulgò dicunt Grammatici.
Finitio quid sit, latissimè explicat Quintil. lib. 7. cap. 4.
Parum plena finitio. Quintil. lib. 7. cap. 4. 17.
Mouet finitionem. Quintil. lib. 3. cap. 6. 73.
Confirmare & Soluere finitionem, opponuntur. Quintiliano libro 5. cap. 10. 41,
Proprijs confirmatur finitio, differentibus soluitur.
¶ Finitor, penul. prod. finitoris (ὁριστὴς) Agrorum mensor dicitur. Plaut. Pœnul. 246,

——eius nunc regiones, limites, confinia
Determinabo: ei rei finitor factus sum ego. Cicero pro lege Agraria, contra Rullum, 45.

Finitor rerum maximus. Stat. 8. Thebaid. 19.
¶ Finitimus, penul. corr. Adiectiuum (ὅμορος) Vicinus & propinquus. Liuius lib. 1, Iam res Romana adeò erat ualida, ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset. Sic, finitima oppida, Cicero 7. Verr. 53.
Vicini & finitimi. Cic. pro Sylla, 43.
Mari finitimus est aer. Cicero 2. de Nat. deor. 145.
Falsa ueris finitima sunt. Cicero. 4. Acad. 123.
Aegritudini finitimus est metus. Cicero 4. Tuscul. 103.
Oratori finitimus poeta est. Cic. 1. de Orat. 36.
Inferre bellum finitimis. Cicero pro lege Manilia, 5.
Finitimi & propinqui perturbationibus animi motus. Cicero 2. de Orat. 99.
Armis finitimis circunsonor. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 23.
Bellum finitimum, Quod cum finitimis geritur. Suetonius in Augusto, cap. 1.
Loci finitimi. Ouid. 2. de Remed. amor. 46.
Vectigalibus nostris finitimum regnum. Cicero pro lege Manil. 2.
Pertinatia perseuerantiæ finitima est. Cic. 2. de Inuent. 244.
Fio] γίνομαι, γίγνομαι, ποιέομαι, φύομαι, Id est, Efficior. Passiuam enim uerbi facio significationem habet. Irregulariter autem fierem pro firem facit: & fieri, pro firi. Præterea

tum est

tum est factus sum uel fui. Præsens imperatiui capit à Futuro optatiui, Fias, fiat: fiamus, fiatis, fiant: quia Fi nõ dicitur, & Fite rarißimè legitur, ut apud Catonem: & Fitote in Amphit. Plauti. Fiens & fiendus barbara sunt. Veteres fitur dixere, & facitur, paruifaciatur, faceſſetur, ut probat Priſcianus: quæ exoleuerunt. In reliquis fio per quartam coniugatur.

Fio. Terent. Eunuch. 1.2.103,
Verúm ne fiant iſti uiginti dies.

Conſtare & fieri. Cic. in Orat. 111, Quòd alter ex longis conſtaret, alter è breuibus fieret.

Fieri & fingi. Cic. pro Domo ſua, 59.

Fieri, accidere, euenire. Cic. 2. de Diuin. 28.

Fit abſynthiũ in Arabia: id eſt, gignitur, & producitur. Plaut. Trinum. 13.87.

Fiet tibi acceptum, pro Referetur. Plin. epiſt. 120.

Fis anus. Horat. 4. Carm. ode 13.1.

Nunc agilis fio. Horat. 1. epiſt. 1.4.

Auarum fieri. Horat. 1. Serm. Satyr. 1.21.

Fit cauſa. Plaut. Merc. 20.6.

Fiet cibi aliquid. Plaut. Trucul. 8.11.

Fit contumelia. Terent. Hecyra, 3.5.21.

Fit conuitium. Cic. ad Plancum, lib. 10.16.3.

Fio commodioris ualetudinis. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Fit detrimentum. Plancus ad Ciceronem, lib. 10.11.8.

Fit diues, Euadit in diuitem, uel ditatur. Plaut. Trinum. 8.22.

Fient in illum exempla. Terent. Eunuch. 5.5.6.

Fit ex otio. Terent. Heaut. 1.1.57.

Fit ex uera uita. Terent. Adelph. 5.9.30.

Fit ex ea re. Terent. And. 2.3.11.

Excuſatè fieri uidetur. Quintil. lib. 2. cap. 1.10.

Naturam suam uersare & regere ad tempus, atq; huc & illuc torquere & flectere. Cic. pro Cælio, 9.
Flectere aliquem oratione, Persuadere, & alicuius animum nostra oratione ad uoluntatem nostrã inclinare. Cic. 4. Acad. 114, Qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt, & flectunt ut uolunt. Et Philip. 26.
Propositum flectere. Iuuenal. Satyr. 10. 3.
Puella flectitur assiduis minis. Propert. lib. 1. eleg. 18. 5.
Sensus alicuius flectere. Valer. 7. Argon. 35.
Flectere uocabulum de Græco. Gellius lib. 4. cap. 3.
Flectere, ab, solutè. Tacit. lib. 1, Flexit paulatim.
Flexus in obliquum. Vide Obliquus.
¶ Flexus (καμπὴς, ἀνακαμπτὼν) Partic. siue Nomen ex participio.
Aditus flexus. Vide Adeo.
Animus flexus. Catul. Argon. 59. 66.
Arcus flexos incuruant. Virg. 5. Aeneid. 99.
Flexa nitidus coma uagaris. Martial. lib. 10. 65.
Dies in uesperam flexus. Tacit. lib. 1.
Genu flexum summisit. Ouid. 4. Metam. 68.
Flexi fractiq; motus. Cic. 5. de Finib. 62.
Os in mœstitiam flexum. Tacit. lib. 3.
Flexus sonus. Cic. 3. de Orat. 120.
Flexa iuxta nasum supercilia. Plin. lib. 11. cap. 52. 3.
¶ Flexus, huius flexus (καμπὴ) Curuatio, conuersio. Plaut. Menæh. 17. 106,

Facitote in flexu sit pernicitas
Pedum. Quintilianus lib. 9. cap. 2, Qui cursu parum ualent, flexu eludunt.

Flexus & artes in actione. Quint. lib. 5. cap. 13. Idem libro 7. cap. 10, Fit ambiguitas per flexum, Quinquaginta ubi erãt, centum inde occidit Achilles, &c. Vbi flexus, pro uocis cõmutatione accipitur. nam ubi distinguendum est, uox in pronuntiando flecti solet.
Flexus ætatis, Quum ætas uergere incipit, & inclinari. Cic. in Proœmio de Oratore, 2. Idem pro Cælio, 59, In hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia uestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas. Id est, quum iam curriculum iuuenilium studiorum permensus esset, ibi in uoluptatis licentiam delapsus est: aliquantisperq; immoratus est, ut illi qui in meta insistunt, non flectentes cursum, nec finem præmiũq; assequũtur laboris. Budæus.
Autumni flexus. Tacitus. lib. 21.
Flexus capillorum. Quint. lib. 8. cap. 2.
Membrorum flexus. Quint. lib. 1. cap. 1. 17.
Flexus suffraginum. Plin. lib. 8. cap. 15. 2.
Vocis flexus. Quint. lib. 1. cap. 10. 19.
Lunati flexus. Sil. lib. 4. 64.
Mollis flexus. Pers. Satyr. 3. 7.
Sinuoso flexu anguis. Virg. 1. Georg. 49.
Flexus ille, & ut sic dixerim, motus, dat actum quendam, & factum. Quint. lib. 2. cap. 13. 6. de statuis & picturis.
Cum multis flexibus intro itus habẽt aures duros & quasi corneolos. Cic. 2. de Nat. deor. 217.
Mutare flexum. Quint. lib. 4. cap. 1. 47.
Ad iter flexus est. Cic. Attic. lib. 6. 337. 1.
¶ Flexio, Verbale (κάμψις) Actus ipse flectendi.
Flexiones, & diuerticula. Cic. in Pisonem, 41.
Virilis laterum flexio. Cic. in Orat. 33. Gestus est oratoris.
Flexiones modorum. Cic. 2. de Legib. 63.
Vocis flexiones. Cic. in Oratore, 32.
¶ Flexibilis, & hoc flexibile, pen. corr. (γναμπτὸς) Quod torqueri, & facilè in quamuis partem curuari potest.
Molle, tenerum, fragile, flexibile. Cic. pro Milone, 32.
Flexibile & deuium. Cic. de Amicit. 77.
Flexibile & Durum, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 219.
Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem. Cicero Attic. libro 10. 203. 1.
Flexibilis ætas. Cic. ad Brutum, lib. 18. 4.
Arcus flexibiles. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 6.
Flexibile uocis genus. Cic. 2. de Nat. deor. 219.
Flexibilis & commutabilis omnium rerum materia. Cic. 3. de Nat. deor. 133.
Nihil est tam tenerũ, tam flexibile, neq; quod tam facilè sequatur, quocunq; ducas, quàm oratio. Cic. 3. de Orat. 97.
Mollis, tencra, & ita flexibilis oratio, ut sequatur quocunque torqueas. Cic. in Orat. 29.
¶ Flexibilis, pen. corr. Adiectiuum (καμπτὸς) Quod facilè flecti potest. Plin. lib. 11. cap. 37. 82, Item omnium auriculæ ac nares quæ modicum eminent flexili mollitia.
Cornu flexile. Ouid. 5. Metam. 77. de arcu.
¶ Flexuosus, pen. prod. (κάμπτω) Quod uarios uel multos habet flexus: ut, Flexuosa uitis. Cato cap. 33. 1.
Flexuosus corporum impulsus. Plin. lib. 9. cap. 20. 2.
Iter flexuosum habet auditus, ne quid intrare posit simplex & directum pateret. Cic. 2. de Nat. deor. 215.
Flexuosus mons. Plin. lib. 5. cap. 27. 7.
Flexuosus uolatus hirundini. Plin. lib. 10. cap. 24. 3.
¶ Flexuosissimus, pen. corr. (καμπτότατος) Plin. lib. 11. cap. 37. 68, Hominiq; flexuosissimis orbibus.
¶ Flexuosè, pen. prod. Aduerb. (καμπτέως) Plin. lib. 18. cap. 35. 16, Si flexuosè uolitet flamma.
¶ Flexamino, nas, nare, Antiquum, idem quod flectere. Pacuuius, Flexaminat aquam lymphatam. Meminit Varro lib. 6. de Ling. Latin.
¶ Flexamina oratio (ψυχαγωγὸς λόγος) quæ animum flectere posit. Cic. 2. de Orat. 101.
¶ Flexumines, penult. corr. Equites Romani appellati sunt, qui prius Celeres dicebantur. Plin. lib. 33. cap. 2. 6, Quidam legunt Flexamines.
¶ Flexura, huius flexuræ, pen. prod. (καμπὴ, καμπτότης) Flexus, curuatio. Col. lib. 5. cap. 5. 19, Vt flexura materias profundat. Lucret. lib. 4. 69.

Quinetiam quæcunq; latuscula sunt speculorum
A simili lateris flexura prædita nostri: &c.

¶ Flexiloquus, pen. corr. Adiect. (καμπιλόλογος) Qui ambigua &

Digitized by Google

gua & obscura loqtur. Cic.2.de Diuin.172, Tuis enim oraculis Chrysippus totũ uolumẽ impleuit partim falsis, ut ego opinor: partim casu ueris, ut fit in omni oratione sæpissimè: partim flexiloqui et obscuris, ut interpres egeat interprete.

¶ Flexipes, pedis, Quod pedib. flexis et curuis errat. Virgilius,

Vos quoq; flexipede hederæ, &c. Quum enim hedera flexuosis & errabundis flagellis per humum serpat, uelutq; pedibus curuis & flexis erret, flexipes accommodatissimè dicta est, ut & πλαγιος à Græcis appellatur. Alij flexibiles legunt. Turnebus.

Flegma] Vide Phlegma.

Flegmen] flegminis, penult.corr.n. gen. (φλέγμα) Plautus Epid.14.5,

—dum te sequor,
Præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina.

Scribitur à nonnullis, flemina: alijs flegmona.

Flegmon] onis (φλέγμων) Dicitur inflammatio, quoties sanguis utilis & mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corporis partem, & pro sua copia figitur. Ex Sipontino.

Fleo] fles, fleui, fletum (κλαίω, κλάω, θρηνέω) flere, Lachrymas emittere. Ouid.2.de Remed.amor.59,

Vt flerent oculos erudiêre suos.

Flere de morte alicuius. Cic.3. Verr.53.
Fleuit drachmis argenteis. Plaut. Pseud.3.99.
Funera alicuius flere. Ouid. in Ibin, 4.
Flere ac lamẽtari omnes lapides coegisset. Cic.1. de Orat. 127.
Noctem flere. Virg.4.Georg.103.
Delicuit flendo. Ouid.7. Metam.77.
Diffundere dolorem flendo. Ouid.9.Metam.29.
Flendo diffundimus iram. Ouid.epist.8.13.
Ocelli rubent flendo. Catull.de passere, epigr.3.4.

¶ Fletur, Impersonale (κλαίεται) Terent. And.1.1.102,

In ignem posita est. fletur.

Longo æuo flebitur. Sil.lib.5.38.
Acrius flens (σὺν τόνῳ τόρον κλαύσας) Ouid.1. Trist.eleg.3.4.
Fortuna flenda (τύχη κλαυτία) Ouid 3. Trist.eleg.11.8.

¶ Fletus, Particip. (κεκλαυμένος) Virg.6.Aen.97,

Hic multum fleti ad superos, belloq; caduci.

¶ Fleturus, pen.prod. (κλαύσων) Aliud participium. Ouid.4. Trist.eleg.9.16,

Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum. Ipse fuit.

Multa fleturum caput. Horat. Epod 5.16.

¶ Fletus, huius fletus (κλαυθμός, ὀμωγή, οἴτος, θρῆνος) Nomen. Cic. ad Terentiam, lib.14. 2. 4, Id quod ego maximo cum fletu legi.

Fessa fletu lumina. Senec. Octau. 4 4.
Humida fletu litera. Ouid. 4 Trist.eleg.1.20.
Lachrymæ & fletus cum singultu. Cic. pro Plancio, 62.
Mulierum fletus & lamentationes. Cic.6. Verr. 42.
Assiduus fletus, quotidianæ querimoniæ. Cic. pro Cluent. 11.
Dulcior risu fletus. Ouid. in Ibin, 42.
Inanes fletus. Virg. 4. Georg. 75.
Modestus fletus. Stat. 5. Thebaid. 6.
Supplex fletus. Claud. 1. de raptu Pros. 10.
Abstergere fletum. Vide Abstergo.
Acuere fletu, Vide Acuo.
Adducere ad, uel in fletum. Vide Adduco.
Adhibere fletum. Vide Adhibeo.
Longos ciebat fletus. Virg. 3. Aeneid. 69.
Comprimere fletus. Ouid. ad Liuiam, 94.
Ducere fletum inuitis luminibus. Propert. lib. 1. eleg. 14. 8.
Effusi fletus. Valer. 4. Argon. 83.
Erumpit fletus. Quint. lib. 6. cap. 2. 6.
Excitat fletum orator. Catull. in Egnatium, epigr. 37. 1.
Fletum, gemitumq; fieri tota urbe. Cic. pro Rosc. Amer. 14.
Fundere fletus. Ouid. 11. Metam. 135.
Impediri fletu. Vide Impedio.
Lugubris lamentatio fletusq; mœrens. Cic. 1. Tusc. 116.
Mouere fletum. Vide Moueo.
Nullis mouetur fletibus. Virg. 4. Aeneid. 88.
Ortus ab omni turba fletus. Vide Ortus.
Petitur fletus perorationibus. Quint. lib 6. cap. 2. 6.
Prosequi natos fletibus. Quint. lib. 5. cap. 11. 29.
Genas rigare fletu. Senec. Oedip. 12. 8.
Largo fletu rigabat ora. Virg. 6. Aeneid. 140.
Mœstis fletibus ora rigat. Senec. Octau. 6. 12.
Rumpe iam fletus. Senec. Troade, 8. 10.
Verba fletu scinduntur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 31.
Siste tuos fletus. Ouid. 14. Metam. 167.
Suspendere fletum. Ouid. 4. Fast. 171.

¶ Flebilis, & hoc flebile, pen. corr. (θρηνώδης) Plenum lachrymis, uel Dignum quod fleatur. Horat. in Carm.

Multis ille quidem flebilis occidit.
Nulli flebilior quàm tibi Virgili.

Flebilis cantus. Plin. lib. 10. cap. 23. 6.
Carmen flebile. Ouid. epist. 21. 2.
Clamor flebilis. Senec. Troad. 6. 55.
Elegia flebilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 1.
Flebilis gemitus. Cic. 2. Tusc. 97.
Modi flebiles. Horat. 2. Carm ode 9. 2.
Truncum ac flebile murmur. Stat. 8. Thebaid, 124.
Questus flebilis. Claud. 1. in Ruff. 20.
Flebilis species. Cic. 11. Philipp. 293.
Vigiliæ flebiles. Cic. pro Plancio, 81.
Vlulatus flebilis. Stat. 5. Thebaid. 111.
Voces flebiles referre. Cic. 2. Tusc. 57.
Cantare flebile. Ouid. 1. de Remed. amor. 8.
Vlularunt flebile ripæ. Sil. lib. 6. 57.

¶ Flebiliter, pen. cor. Aduerb. (θρηνωδῶς) Cic. 2. Tusc. 67, Vide quàm non flebiliter respondeat.

Flebiliter aliquid canere. Cic. 1. Tusc. 134.
Gemens flebiliter. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.

Fleuo] Rheni fluminis ostium, ut scribit Pompon. Mela, lib. 3. Plin. cap. 15. lib. 4, alterum ostiorum Rheni, Fleuum, alterum Helmum appellatum scribit. Cornelius Tacit. libro 3, Fleuum castellum esse ait prope Rheni in Oceanum exitũ, à quo aut sumptum nomẽ quod alueo daretur, aut certè mox ab alueo natum retentum est.

Flexanimus] Vide Flecto.

Flexibula] Satyræ nomen est apud Varronem, teste Plinio in Præfatione Nat. historiæ, 10.

Flexile, Flexumines, Flexura] Vide Flecto.

Fligo] fligis, flixi, flictum (ἀράσσω) fligere: uerbum antiquum, à quo compositum Affligo. Liu. Aegysto, Ipse se in terram saucius fligit cadens. Nonius.

¶ Flictus, huius flictus (ἀράγμος) Virg. 9. Aen. 48,

Dant sonitum galeæ flictu: pugna aspera surgit.

Vbi Seruius, Flictu, pro afflictu: id est, ictu, nam detraxit more suo præpositionem.

Flo] flas (πνέω, πνεύω, πνάω, ἀντάω) flare, Spirare: quia spiritus omnes calore humorem diffundente proueniunt. Plin. lib. 17. cap. 24. 15. Hic enim si flauerit circa brumam, frigore exurit arefaciens. Cic. Papirio, 9. 24. 7, Tum quum Fauonius flaret.

Belle nobis flauit ab Epiro lenissimus Auster mitis. Cic. Att. libro 7. 122. 1.

Flare simul & sorbere. Plaut. Mostel. 10. 7. Adagium est, de ijs qui duo negotia eodem tempore conficere nequeunt.

Tibia flatur. Ouid. 4. Fast. 69.

¶ Flor,

Digitized by Google

¶ Flor, flaris, Passiuum. Plin. lib. 36. cap. 19. ad finem, Vritur antè uino perfusus flaturq; follibus, donec rufescat.

Hebetatus flatus. Plin. lib. 11. cap. 10. 5.

Lenissimus flatus. Plin. lib. 19. in Procem. 3.

Mollissimus flatus. Plin. lib. 19. in Procem. 4.

¶ Flatus, huius flatus (πνεῦμα, αήτης) Cic. 2. Offic. Nam & quum prospero flatu eius utimur, ad exitus prouehimur optatos.

Fulminei flatus. Valer. 7. Argon. 117.

Multiugi flatus. Claud. 1. de raptu Proserp. 36.

Segnis flatus. Valer. 8. Argon. 20.

Complere sedilia flatu. Horat. de Arte poet. 42.

Validis flatibus erumpere. Cic. in Arato, 13.

Vnde aliquis flatus ostenditur, uela do. Cic. 2. de Orat 100.

Hybernis parcebant flatibus Euri. Virg. 2. Georg. 68.

Permulcere flatu aliquem locum. Cic. in Arato, 21.

Resedit flatus repentè. Virg. Aen. 6.

Contorto flatu rotare aliquid. Sil. lib. 3. 107.

¶ Flamen, flaminis, pen. corr. neut. g. (πνεῦσις) Flatus dicitur. Horat. lib. 3. Carm. ode 19,

Insanire iuuat: cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ? Virg. 10. Aeneid. 19.

Abactum flamen. Vide Abactus.

Contraria classi flamina. Ouid. 13. Metam. 37.

Rauca flamina. Lucan. lib. 5. 44.

Ingenti flamine ducitur puppis. Ouid. 3. Fast. 120.

Fugant inductas flamina nubes. Ouid. 1. Metam. 53.

Rapido terram cum flamine portant. Virg. 4. Aeneid. 49.

Pulsant aliquem ab regione Aquilonis flamina. Cicero 2. de Nat. deor. 164.

Sonoro flamine rapturus syluas. Claud. 1. de raptu Proser. 15.

Spirant flamina. Ouid. 4. Fast. 4.

Vibrabant flamina uestes. Ouid. 1. Metam. 106.

¶ Flabilis, et hoc flabile, pen. cor. (πνευματώδης) Cic. 1. Tusc. 102, Nihilne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Flabile dixit pro aereo.

¶ Flabrum, flabri (πνεῦμα) uel, ut uult Seruius, Flabra, tantum pluraliter. Virg. 2. Georg. 59,

Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres
Conuellunt. Propert. lib. 2. eleg. 28. 3, Boreæ flabra,

Lucretius libro 1. 55,

-montesq; supremos
Siluifragis uexat flabris. Id est, flatibus. De ui uentorũ.

Lenibus flabris horrescunt uenti. Virg 3. Georg. 39.

¶ Flabellum, flabelli (πνευματίδιον) Dimin. à flabro, accipitur pro instrumento quo fit uentilatio per æstatem ad refrigerandum corpus, Sipontinus. Terent. Eun. 3. 5. 47,

-heus tu inquit, Dore
Cape hoc flabellũ, et uentulũ huic sic facito, dũ lauamur,

Martial. lib. 3. 40,

Et æstuanti tenue uentilat frigus
Supina prasino concubina flabello.

Tenui uentos mouisse flabello. Ouid. 1. de Arte, 33.

Mota flabella manu. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 8.

Flabellum seditionis, per translationem. Cic. pro Flacco, 43, Cuius lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio uentilata.

¶ Flabellifer, penult. corr. Adiect. (πνευματιδιοφόρος) Plaut. Trin. 5. 22, Auctor auri custos, stabellifera, scandali gerulæ, &c.

¶ Flator, toris (αὐλήτης) Ab antiquis dicebatur quem nos tibicinem uocamus, ab inflatu tibiarum deducta appellatione. Author Festus.

¶ Flato, tas, Frequentatiuũ à Flo. Arnobius lib. 2. aduersus gentes, Cantores tubâ, tibia, calamoq; flatantes.

Floces] flocum, flocibus, Vuarum purgamenta, & fæx uini è uinaceis expressa, Nonius. Cæcil. Aedepol ego neq; florem, neq; floces uolo mihi, uinum uolo. Gellius, Appludam edit, & floces bibit.

Floccus] flocci (κρόκη) Particula lanarum diuisa à uelleribus inutiliter euolans. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 11, Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, ne qui flocci intereant. Plin. lib. 10. cap. 33. 1, Hirundines nidũ mollibus plumis floccisq; consternunt.

¶ Flocculus, flocculi, pen. corr. Diminut. (κροκίδιον) Plin. lib. 16. cap. 7. 2, Nascuntur in robore pilluleæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles.

¶ Floccifacio, floccifacis, pen. corr. floccifeci (παρὰ δόξαν ἄγω μαι) floccifacere, Idem significat quod Nihil facere. Idem autem significant floccifacere aliquem, & Non flocci facere, diuisa compositione. Cic. ad Att. lib. 4. 84. 4, Totam denique Rempub. flocci non facere. Hoc est, ne flocci quidem. Terent. Eunuch. 2. 3. 11.

Floccifacere fidem. Plaut. Rud. 2. 47.

Floccifacere suum tergum. Plaut. Epid. 8. 12.

Floccum facere, Idem. Plaut. Trinum. 13. 150.

¶ Floccifacteon. Cic. ad Attic. Quare, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis, & istos Consulatus non floccifacteon.

¶ Floccipendo, floccipẽdis (οὐ δένω λόγῳ τίθημαι) floccipendere, Idem quod Floccifacere. Terent. Eun. 3. 1. 21, Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non floccipendere.

Flora] αὐθίγμα, Dea quædam à Romanis in honore habita. Hæc enim quum magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset, Pop. Rom. scripsit hæredem: certamq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum quos appellant Floralia, siue ludos florales. Quod quia Senatui flagitiosum uisum est, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædã dignitas adderetur: deam finxerũt esse quæ floribus præsit: eamq; oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene prospereq; florescerent. Varro 1. de Re rustic. cap. 23. 3. Plinius libro 18. cap. 29. 4.

Festum Florale. Ouid. 4. Fast. 191.

¶ Floralia, floraliorum (αὐθισήρια) Festa Floræ sacra, Quintili. lib. 1. cap. 9.

¶ Floralitius, Adiectiuum. Martial. lib. 8. 67,

Et Floralitias lasset arena feras.

Flora] Cataplasmatis genus est apud medicos, quod appositum, celeriter corium adducit. Huius conficiendi modum uide apud Galen lib. de Dynamidys altero.

Florentia] φλορεντία, in Hetruria hodie clarissima, aliquando Fluentia, quòd ad Arni fluenta extructa sit, dicta: & Fluentini illic populi Catoni & Plinio, qui nunc Florentini nomine magis auspicato uocantur: ut in quadam ad Scalam suum epistola Politianus scribit, Vulgò Fiorenze, Italis, Florence.

Florentia] Vitis genus, Thuscis peculiare, ut refert Plin. libro 14. cap. 2.

Florianus] φλοριανὸς, Imperator qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte esse electum, sibijpsi uenas incidit, effusoq; sanguine consumptus est. Author Aurelius.

Florifertum] Dies erat festus apud Romanos, ita dictus quòd eo die spicæ ad sacrificium ferebantur. Festus.

Florius] φλόριος, Fluuius Hispaniæ citerioris, in conuentu Lucensi, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 20.

Flos] huius floris, m. g. (αὐθος) A diction Græca φλὸξ dicitur: quia emicat, scintillatq; ut flamma. Plin. lib. 12. cap. 10. 1,



Digitized by Google

Flos arboribus suauitate inenarrabili.
Varietas florum. Cic. de Senec. 50.
Blandi flores. Virg. eclog. 4.5.
Improbus flos. Stat. 2. Sylu. 1.22.
Lectißimi flores. Cic. 9. Verr. 95.
Odorus flos. Ouid. 9. Metam. 18.
Purpureus flos. Plin lib. 26. cap. 10. 2. Vide Orchis.
Purpureus flos roſæ. Horat. 3. Carm. ode 15.3.
Flores adhibere. Videe Adhibeo.
Afferre florem. Vide Affero.
E floribus afflantur ſuauitates odorum. Cic. de Senec. 55.
Aperit florem ſuum arbor. Vide Aperio.
Caneſcit flos. Vide Caneſco.
Recentes flores carpere. Horat. 3. Carm. ode 27.9.
Comprimere florem. Vide Comprimo.
Nouos decerpere flores. Lucretius libro 4.1.
Defloret flos. Catull. in Carmine nuptiali.
Fundere flores. Virg. 9. eclog. 4.
Induit ſe in florem nux. Vide Induo.
Legere flores. Virg. 3. eclog. 19.
Metunt purpureos flores. Vide Meto.
Morituri flores. Stat. 6. Thebaid. 12.
Apricos necte flores. Horat. 1. Carm. ode 26.2.
Ornatus crines floribus. Virg. 6. eclog. 14.
Reddit flores arbor. Plin. lib. 16. cap. 26. 2.
Odoratis ſpirabunt floribus aræ. Stat. 3. Sylu. 3.43.
Non ſemper idem floribus eſt honos. Horat. 2. Car. ode 11.2.
Ipſe flos. Vide Ipſe.
Aetatis & fortunæ flos. Curt. lib. 10.
Adoleſcentia flos ætatis Vide Adoleo.
Obnoxius flos. Vide Obnoxius.
Perpetuus æui flos Ouid. 9. Metam. 88.
Flos & robur ciuium Cic. in Orat. 19.
Flos dignitatis. Plin. lib. 7. cap. 44.
In ipſo Græciæ flore: id eſt, quum floreret Græcia. Cic. 3. de Natura deor. 118.
Hominum flos. Plin. lib. 7. cap. 37. 1.
Flos Italiæ, firmamentum imperij, ornamentum dignitatis. Cic. 3. Philipp. 132.
Nobilitatis & iuuentutis flos. Cic. 2. Philip. 56.
Orationis flos. Cic. in Parad. 3.
Delibatus flos populi. Cic. de clar. Orat. 29.
Flos poetarum. Plaut. Caſina, 2.17.
Iuuenilis flos. Claud. 5. Paneg. 14.
Primæuo flore iuuentus. Virg. 7. Aneid. 34.
Viridißimo flore puella. Catull. ad Coloniam, epigr. 17. 2.
Florem amittere dicitur puella, quando corrumpitur. Catull. in Carmine nuptiali.
Aetatis flore, nõ uirtutis ſpecie collecta gratia. Ci. 2. Philip. 30.
Frui flore ætatis. Lucret. lib. 4. 223.
Populi florem aliquem dicere. Cic. de clar. Orat. 29.
Bacchi flos euaneſcit Lucret. lib. 34. 5. Florem Bacchi appellat uuram & odorem uini.
Flos olei. Plin. lib. 15. cap. 6.
Flos & color pigmentorum. Cic. de clar. Orat. 165.
Breues flores roſæ. Horat. 2. Carm. ode 3.3.
Flos in ſiligine. Plin. lib. 18. cap. 10, Pollinem appellant in tritico, quod florem in ſiligine.
Flos uini: id eſt, odor. Plaut. Curcul. 3.1.
Flos uini, Aliter. Plin. lib. 14. cap. 21.3, Flos uini candidus probatur, rubens triſte ſignum eſt, ſi non is uini color ſit. Item uaſa incaleſcentia, operculáue ſudantia. Quod celeriter florere cœperit, odoremq; trahere, nõ fore diutinum. Vide Colum. lib. 12. cap. 30.

¶ Floſculus, huius floſculi, pen. corr. (ἄνθιον) Diminut. Cic. 2. Offic. 61, Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt.
Laſciuiæ floſculi. Quint. lib. 2. cap. 6. 14.
Velox floſculus uuæ. Iuuenal. Satyr. 9.13.
Floſculos carpere atq; delibare. Cic. pro P. Seſtio, 103.
Oſtendere floſculos. Quint in Proœm. lib. 6. 8.
¶ Floreus, Adiect. (ἀνθινὸς) Quod totum ex floribus eſt: ut, Flórea corona. Plaut. Menæh. 14.57. Martial. lib. 8.71,
- & cingant florea ſerta caput.
Rura florea. Virg. 1. Aen. 87. Id eſt, florida. Seruius.
¶ Floridus, pen. cor. (ἀνθηρός) Similiter adiect. Quod floret, uel floribus abundat. Tibullus lib. 1. eleg. 2.3,
- quum poſti florida ſerta darem.
Aetas florida. Catull. ad Mallium, epigr. 63.4.
Floridus color. Plin. lib. 35. cap. 6.1, Sunt autem colores auſteri, aut floridi. Vtrunq; natura, aut miſtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti præſtat, minium, armeniũ, cinnabaris, chryſocolla, Indicũ, purpuriſſum. Cæteri auſteri.
Genus floridius. Quint. lib. 2. cap. 5.12. De oratione.
Hybla florida. Ouid. 5. Triſt. eleg. 7.8.
Floridus orator. Cic. de claris Orat. 157.
Puella florida. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56.12.
Ramuli floridi. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.5.
Serta florida. Tibull. lib. 1. eleg. 2.3.
Prato floridior. Ouid. 13. Metam. 170.
Floridum & uarium. Cic. 3. Tuſc. 73.
¶ Floridulus, pen. corr. Adiect. diminut. ut, Ore floridulo nitens. Catullus in Epithal. Iuliæ, 56.39.
¶ Florifer, pen. corr. (ἀνθοφόρος) Item adiectiuum: ut, Saltus floriferi. Lucret. lib. 3.3.
¶ Florilegus, pen. corr. (ἀνθόλογος) Aliud adiectiuum: ut, Florilegæ naſcuntur apes. Ouid. 15. Metam. 75. Florilegas uocat, á legendis floribus.
¶ Florulentus, Floribus plenus. Sipontinus.
¶ Floreo, flores, florui (ἀνθέω) florere, Floridum eſſe, & flores habere. Cic. 1. Tuſc. 108, Segetes largiri fruges, florere omnia, fontes ſcatere.
Particulatim florere. Vide Pars.
Arbor floret. Cic. 1. de Diuinat. 27.
Segetes florent Ouid. 5. Faſt. 53.
Vinea floruit. Ouid. 5. Faſt. 53.
Florere, pro Splendere, proſperè ſe habere, ſiue excellere. Cic. de Amicitia, 3. Ouidius,
Nos quoq; floruimus: ſed flos fuit ille caducus.
Florere & uigere. Cic. 11. Philip. 318.
Admodum florere. Cic. 4. Acad. 33.
Florere in re aliqua. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9. 4.
Florere in foro. Cic 4. Acad. 1.
Floruerunt in Græcia muſici. Cic. 1. Tuſc. 8.
In generis ſui gloria florere. Cic. pro Flacco, 19.
Peræquè florere. Vide Peræquè.
Florere inter aliquos Cic. pro Quintio, 54.
Acceſſus meus ad urbem incredibili hominum gratulatione flòrebat. Cic. pro Seſtio, 114.
Cum acumine ingenij, tum admirabili quodam lepõre dicendi florere. Cic. 4. Acad. 33.
Florere ætate & forma. Liu. 6. bell. Pun. 254. Et lib. 9. 1.
Integerrima ætate, optimo habitu in Republica florere. Cicero pro Cæl. 46.
Florere authoritate & gloria in urbe. Cicero ad Nigidium, libro 4. 13. 7.
Florere exiſtimatione. Cic. pro Fonteio, 26.
Familiaritatibus doctißimorum hominum florere. Cicero 1. de Nat. deor. 11.

Omni

Omni genere uirtutis floruit Pericles. Cic. de clar. Orat. 14.
Gratia, authoritate, gloria florere. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 7.
Gratia atq; hospitijs nobilißimorũ hominum florere. Cic. pro Rosc. Amer. 9.
Honoribus, & rerum gestarũ gloria florere. Cic. 1. de Orat. 1.
Florere laudibus. Cic. ad Att. lib. 14. 315. 3.
Florere laude bellica. Cic. pro Flacco, 50.
Laude ingenij & priuatis beneficijs florere. Cic. 3. de Orat. 4.
Leges sub Cæsare florent. Ouid. 2. Fast. 29.
Florere memoria. Cic. 2. de Legib. 55.
Obsoletis floret Epicurus. Cic. 3. Offic. 159.
Quæstura floret. Cic. pro Plancio, 52.
Studijs & artibus à pueritia florere. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 12.
Florent uerba modò nata, uigentq; Horat. de Arte, 13.
Multis uirtutibus ac beneficijs florere. Cic. Verr. 100.
¶ Florens, Participiũ (ἀνθῶν) ut, Florens & potens. Cic. pro Domo sua, 39.
Beatum & florens. Cic. in Parad. 21, Quicquid est laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum uideri decet.
Florens & integer. Cic. pro Plancio, 69.
Ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis florens homo. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 4.
Ætatibus florentes ambo. Virg. Eclog. 7. 1.
Studijs otij florens. Virg. 4. Georg. 113.
¶ Florens, (ἀνθημώδης) Nomen ex participio: ut, Florens iuuenis. Cic. 6. Verr. 72.
Florentißima fortuna. Cic. ad Att. lib. 10. 195. 4.
Afflictus & Florens, contraria. Cic. pro Quintio, 62.
Æuo florente puellæ. Lucret. lib. 3. 305.
Anni florentes. Stat. 3. Syl. 5.
Arua florentia. Ouid. 2. Metam. 159.
Florentißima armis ciuitas. Cic. 1. de Orat. 21.
Nihil florentius. Cic. 1. de Legib. 87, Qua nihil à dijs immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum uitæ datum est.
Corona florente cinctus. Ouid. 2. Metam. 6.
Præstanti florentiq; fortunæ inuidetur. Cic. 2. de Orat. 116.
Herbæ florentes. Virg. eclog. 9. 4.
Iuuenta florente seruidus. Horat. de Arte poet. 24.
Poma florentia. Ouid. 14. Metam. 153.
Respublica florens. Cic. pro Cluentio, 86.
Vrbs florentißima. Cic. 2. in Catilinam, ad finem.
Florente Antonio. Cic. ad Brutum, lib. 11. 18. 3.
¶ Floresco, floresçis (ἀνθέω) floresçere, Floridum fieri. Col. lib. 5, Ventiq; nebulam et rorem pestiferum celeriter adsicant, multumq; ad floresçendum & ad bonitatem uini conferunt. Cicer. 2. de Diuinat. 49. Idem de claris Orat. 168, Hoc floresçente Crassus est mortuus.
Floresçere, per metaphoram, pro Augeri, cresçere. Cicer. pro Marcello, At uerò hæc tua iustitia & lenitas animi floresçet quotidie magis.
Ad summam gloriam eloquentiæ floresçere. Cic. 3. de Orat. 7.
Senescere & Floresçere, contraria. Lucret. lib. 2. 15.
¶ Floresçens, Partic. (ἀνθῶν) Cic. pro Cælio, 63, Nolite Iudices, &c. hunc nũc primũ floresçentẽ firmata iam stirpe uirtutis, tanquã turbine aliquo, aut subita tẽpestate peruertere.

Fluctuare, Fluctuosus, Fluctus, Fluito, Flumen] Vide Fluo.

Fluentini] φλαγυτῖνοι, Italiæ populi, præterfluẽti Arno apositi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Flumentana] Porta est Romæ, quam Tyberis urbem, intrans in sinistra ripæ parte reliquit: ita dicta, quòd pars Tyberis per eam partem, ubi nunc hæc porta sita est. Fluxisse creditur. Author Festus.

Fluo] fluis, fluxi, fluxum (ῥέω, ῥόω, ῥυέω, ῥώομαι, συλλείβω) fluere, Decurrere. Virg. 1. Georg.
Hæc eadem argenti riuos, æriscq; metalla
Ostendit uenis, atq; auro plurima fluxit.
Lutulentum fluere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 3. de Lucilio.
Fluunt in contrarias partes flumina. Cic. 1. de Diuin. 132.
Fluit amnis per. Cic. 6. Verr. 86.
Fluit fluuius Eurotas propter Lacedæmonem. Cic. 2. de Inuent. 193.
Sanguine fluxit fluuius atratus. Cic. 1. de Diuin. 159.
Legitimum fluere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.
Lachrymæ fluunt. Ouid. 2. Metam. 73.
Sudor fluit undiq; riuis. Virg. 5. Aeneid. 4.
Pleno alueo fluere. Quint. lib. 2. cap. 1. 4. De Grammatica.
Fluunt arma de manibus. Cic. 12. Philip. 324.
Crines intonsi longa ceruice fluebant. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 6.
Fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma, mollia corpora, &c. Liu. 8. bell. Maced. 71.
Ex fonte consiliorum fluere. Cic. Bruto, 15. 9.
Totis uallibus fluere. Quintilianus libro 5. capite 14. 24. De eloquentia.
Carmen uena pauperiore fluit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 4.
Ex lingua alicuius melle dulcior fluit oratio. Cic. de Senec. 28.
Ab aliquo fluxit oratio. Cic. de clar. Orat. 105.
Fluere rami dicuntur, Latius, atq; uberius cresçere. Virgilius 2. Georg. 74.
Fluit ratio à capite. Cic. 2. de Finib. 59.
Sermo fluit. Cicero 1. de Natura deorum, 9. & 10. Id est, manat. Budæus.
Occidere, fluere, labi, nec diutius in eodem statu esse. Cicero in Oratore, 6.
Voluptas corporis fluit. Cic. 2. de Finib. 169.
Tarda fluunt, ingrataq; tempora. Hora. 1. epist. 1. 5.
Fluere & auolare. Cic. 2. de Finib. 169.
Fluxit & permanauit doctrina. Cic. 4. Tusc. 3.
Fluunt ad uoluptatẽ nostram res prosperæ. Cic. 1. Offic. 126. Seneca 2. de Ira, Fluunt ex destinato proposita nostra.
Quorsum fluant rationes Cn. & quid agat, uideamus. Cic. ad Atticum, lib. 9. 181. 8.
Spes retro fluit. Virg. 2. Aeneid. 34. Fluere, inquit Seruius, τῶν μέσων est. Ideo addidit retro.
Fluere facetijs. Plaut. Milit. 20. 12.
Fluere mollitia & luxu: hoc est, mollem & libidinosum esse. Cic. 2. Tusc. 91. Liu. 7. ab Vrbe, 131.
¶ Fluens, Particip. (ῥέων) ut, Fluens aqua.
Fluentes buccæ. Cic. 2. de Orat. 148.
Sudore fluentia brachia. Ouid. 9. Metam. 12.
Nauseam fluentem coercere. Horat. Epod. 9. 7.
Liberè fluens oratio. Cic. de clar. Orat. 149.
Soluti ac fluentes pueri. Quint. lib. 1. cap. 2. 7.
Res prosperæ & ad uoluntatem nostram fluentes. Cic. 1. Offic. 126.
Riuus fluens. Virg. eclog. 8. 21.
Fluens sylua. Martial. lib. 11. 37.
Tunicis fluentibus auras excipit. Ouid. 3. de Arte, 61.
Vestis fluens. Propert. lib. 3. eleg. 17. 7,
Et feries nudos ueste fluente pedes.
¶ Fluentum, fluenti, n. g. (νᾶμα, ῥεῖθρον, ῥοῦμα) paruum flumẽ, siue aquæ decursus: ut, Xanthi fluenta. Virg. 4. Aen. 29.
Lubrica fluenta. Lucret. lib. 5. 190.
Rauca fluenta. Virg. 6. Aeneid. 66.
¶ Fluenter, Aduerbium. Lucret. lib. 4.
Vsque adeo omnibus ab rebus res quæq; fluenter
Fertur: & in cunctas dimittitur undiq; partes.

¶ Fluen-

Digitized by Google

¶ Fluentisonus, pen. cor. Adiect. (ναματοηχὸς) ut, Littus fluentisonum. Catull. Argon. 59.11.

¶ Fluctus, huius fluctus (σάλος, ῥόθιον, λύμα, λιχυλὼν) Aquæ discurrentis moles atq; impetus, quæ & unda dicitur. Cicero 6. Verr. 105, Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset.

Aduersa fluctuum. Tacit. in uita Agricolæ.

Motus & agitatio fluctuum. Cicero pro Muræna, 34.

Atri fluctus Aquilone. Virg. 5. Aeneid. 1.

Cærulei fluctus. Sil. 17. 11.

Decumani fluctus. Vide Decumanus.

Discordes fluctus. Senec. Medea, 12. 13.

Fluminis ingentes fluctus. Lucret. libro 4. 209.

Salsi fluctus. Virg. 5. Aeneid. 48.

Sonori fluctus. Stat. 2. Sylu. 2. 11.

Varijs fluctibus agi. Senec. Agamem. 3. 6.

Immodicis fluctibus canent æquora. Ouid. epist. 17. 28.

Ad fluctum declamabat Demosthenes, ut fremitum assuesceret uoce uincere. Cic. 5. de Finib. 8.

Ratem dedere fluctibus. Senec. Agamem. 3. 8.

Egerit hic fluctus, æquorq; refudit in æquor. Ouidius 11. Metamorph. 98.

Per longos ire fluctus. Horat. 3. Carm. ode 27. 4.

Insani fluctus feriunt littora. Virg. eclog. 9. 9.

Ferre fluctum. Cic. Att. lib. 5. 99. 2.

Euolutus frangit fluctus opposita Leucas. Sen. Herc. Oeth. 66.

Fortunam tanquam fluctum à saxo frangi oportere. Cicero Pæto, libro 9. 16. 16.

Fracti fluctus. Horat. 2. Carm. ode 14. 3.

Iactari fluctibus. Cic. in Orat. 57. Vide Iacio

Illiditur fluctus. Vide Illido.

Impacti fluctus. Vide Impingo.

Languentes fluctus. Sil. lib. 7. 52.

Percussa fluctu littora. Virg. eclog. 5. 18.

Secare fluctus naue. Ouid. 1. Fast. 100.

Sedatis fluctibus & tempestate commutata. Cic. 2. de Inuent. 236.

Cano fluctu spumabant cærula. Virg. 8. Aeneid. 132.

Submersus medio in fluctu. Virg. 1. Aeneid. 118.

Tumidis fluctibus tunditur saxum. Virg. 5. Aeneid. 26.

Fluctus, pro impetu uel multitudine. Cicero ad Att. lib 7. 4, Fluctum enim totius Barbariæ ferre urbs una non poterat.

Concionum fluctus. Cicero pro Milone, 3.

Insanos curarum comprime fluctus. Sil. lib. 8. 7.

Voluere curarum tristes in pectore fluctus. Lucret. lib. 6. 7.

Fluctus fortunæ. Plin. lib. 5. cap. 17. 1.

Irarum fluctus. Lucret. lib. 3. 60.

Incendii fluctibus. Catul. in Argon.

¶ Fluctifragus, pen. corr. Adiect. (σαλαγὸς) ut, Littus fluctifragum: id est, fluctus ipsos frangens. Lucret. Epitheton est poeticum, lib. 1. 61.

¶ Fluctiuagus, pen corr. (λυματολαύης) Aliud adiect. ut, Nautæ fluctiuagi. Stat. 3. Sylu. 1. 17.

Vnda fluctiuaga. Stat. Thebaid. 54.

¶ Fluctuo, fluctuas (κυμαίνω, σαλεύω, λιχυλωνίζομαι) fluctuare, Fluctus agitare: id est, undas facere. Plaut. Rud. 8. 13, Atq; ut nunc ualidè fluctuat mare, nulla nobis spes est. Cicero pro Rosc. Amer. 43, Quid tam est commune quàm spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus iectis? Idem 7. Ver. 72.

Fluctuare, Iactari, commoueri, in dubio esse, & instar nauis fluctibus agitari. Virg. lib. 2. Georg.

— at latè fluctuat omnis Aere renidenti tellus.

Fluctuans acies. Vide Acies.

Magno curarum fluctuat æstu. Virg. 8. Aeneid. 4.

Fluctuat animus. Plaut. Merc. 22. 49.

Fluctuantur incerti animi. Liu. 3. bel. Maced. 41.

Fluctuare animo. Liu. 3. bel. Maced. 117.

Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucret. libro 4. 217.

Tota res etiam nunc fluctuat. Cic. Att. 2. 27. 4.

Magnis curarum fluctuat undis. Catul. in Argon. 59. 13.

Fluctuare in re aliqua. Cic. 4. Acad. 56. Hoc est, Marinorum fluctuum ritu huc atq; illuc uentorum impetu commoueri.

Fluctuo, & fluctuor dicimus. Quint. lib. 9. cap. 3, Pleraq; uerba utroq; modo efferuntur, luxuriatur, luxuriat: fluctuatur, fluctuat: assentior, assentio. Curtius, Fluctuari animo rex, & modò suum, modò Parmenionis consilium expendere. Liu. Fluctuansq; animo, ut tereret tempus, explicat ordines.

Fluctuare, pro Fluitare. Plin. lib. 36. cap. 17. 1, Lapidem è Scyro insula integrum fluctuare tradunt: eundem comminutum mergi. Quædam exemplaria habent, Fluctuari.

Fluctuare, pro Fluitare, &c. Idem lib. 16. cap. 38. 5, Lignum in longitudinem fluctuatur.

¶ Fluctuans, Particip. (σαλεύων) Cicero ad Attic. lib. 1. 15. 4, Quum hominis amplissima fortuna, authoritate, gratia, fluctuantem sententiam confirmassem. Hoc est, dubiam.

Genus orationis fluctuans & dissolutum, eo quòd sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Author ad Heren. libro 4. 157.

¶ Fluctuatus, pen. prod. Adiect. (σαλευθεὶς) Iactatus & agitatus. Plin. lib. 4. cap. 12. 16, Delos diu fluctuata, ut proditur, sola motum terræ non sensit. Idem lib. 9. cap. 8. 7.

¶ Fluctuatio, Verbale (ἅλμη, κύμανσις, κλυδωνὸς)

Fluctuatio stomachi dicitur, quando stomachus siue uentriculus cibum non amplexatur: & quidam ueluti fluctus audiuntur huc atq; illuc ferri dum incedimus. Plin. lib. 20. cap. 8. 3.

Fluctuatio animorum. Liu. 9. ab Vrbe, 131.

¶ Fluctuosus, pen. prod. Adiect. (κλυδωνώδης) Plin. libro 37. cap. 5. 9, Ii sunt fluctuosi, & rerum imagines complexi, ut uerbi gratia, papauerum aut auium, &c. De smaragdis.

¶ Fluctuatim, pen. prod. Aduerb. (κλυδωνηδὸν) Iactanter & solutè, ut ait Nonius. Afranius Pompa, Tene tu, in medio nemo est, magnificè uolo fluctuatim ire ad eum, accipe hoc, tene tu, & sustine.

¶ Fluor, fluoris. Scribon. Largus, Faciunt ad stomachi, & dieiectiunculas, & ad omnem fluorem. Sic Celsus lib. 4. cap. 16.

¶ Fluxus, Adiectiuum, (ῥοώδης, ῥυτὸς) dicitur quod fluit. Plinius lib. 9. cap. 38. 1, Quoniam quum fœtificauere, fluxos habent succos.

Fluxa uestimenta, Amplissima, & minimè astricta, quasiq; liberè fluentia. Lucan.

Illic & laxas uestes, & fluxa uirorum Velamenta uides.

Virg. dixit, Vestium sinus fluentes, Aeneid. 1. Sueton. in Cæsare, cap. 45, Fluxiora cinctura cingeretur.

Fluxa dicimus, momentanea, instabilia, & citò peritura. Vnde fluxam fidē gerere. Plaut. Capt. 7. 80. Salust. in Catil. Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis est. Virgil. 10. Aeneid. 17.

Authoritas fluxa. Tacit. lib. 17.

Fides seruitiorum fluxa. Tacit. lib. 20.

Fortuna belli fluxa. Cic. Bruto, 10. 2.

Mens senio fluxa. Tacit. lib. 5.

Studia fluxa. Tacit. lib. 3.

Fluxi, Libidinosi, molles, effœminati. Sueton. in Tib. Drusus animi fluxioris, remissioris q; uitæ erat.

¶ Fluxus, huius fluxus. Celsus libro 4. cap. 19, De uentris fluxu & curatione.



Digitized by Google

¶ Fluxè, Aduerb. (ῥωλάδως) Var. 2. de re Ruſt. cap. 11. 2, Et eo magis fluxè ex herba quæ eadem ipſa ſumpta perpurgare corpora noſtra ſolet. Id eſt, abundanter.

¶ Fluxio, Verbale (ῥοὴ, ῥύσις) ut, Fluxio aquarum. Cic. 1. de Diuinat. 181.

Fluxiones alui, quos rheumatiſmos uocant. Plin. lib. 22. capite 23. 3.

Fluxiones ſanguinis. Plin. lib. 20. cap. 14. 5.

Vuluæ ac uentris fluxionem ſiſtit decoctum eius. Plinius libro 23. cap. 5. 2.

¶ Fluxura, ræ, pen. prod. Subſtantiuum. Colum. lib. 3. cap. 2, de Apianis uitibus loquens, Nam duæ, inquit, lanatæ quanuis frondibus & palmitum pari facie, fluxuræ qualitate ſunt diſpariles, quum tardius altera recipiat cariem uetuſtatis. Ibidem in fine, Propoſitum eſt non docere qua ratione uineæ pariter feraces & pretioſæ fluxuræ poſſint conſtitui.

¶ Fluito, fluitas, pen. cor. (ὑπιπολάζω) fluitare, Frequentatiuū, Sæpe & continuè fluere. Liu. 1. ab Vrbe, 16, Tenet fama, quum fluitantem alueum in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet.

Fluitare, Supernatare. Cic. 2. de Nat. deor. 145, Quot genera quamq; diſparia, partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innatantium belluarum, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhærentium? Liu. 1. ab Vrbe, 166, Fluitantia arma in Tyberi. Plin. lib. 7. cap. 17.

Fluitant locuſtæ reptantium modo. Plin. lib. 9. cap. 30. 8.

Fluitant tauri & cameli. Plin. lib. 5. cap. 16. 1.

Fides fluitat: id eſt, labaſcit. Tacit. lib. 18.

Spe fluitare. Horat. 1. epiſt. 19. 23.

¶ Fluitans, pen. cor Particip. (ὑπιπολάζων) Cic. pro Seſtio, 37, Quum uerò in hanc Reipub. nauem, ereptis Senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempeſtatibus ſeditionum ac diſcordiarum, armatæ tot claſſes, &c.

Tranquillus & quietus, Immoderatè agitatus & fluitans, contraria. Cic. de Vniuerſit. 11.

Amictus fluitans. Catul. Argon. 59. 14.

Carmina fluitantia ludendi uerſu. Ouid. ad Piſonem, 33.

Cæca fluitantia ſorte. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 54.

¶ Fluto, tas, tare, Idem quod Fluito. Antiquum. Lucret. lib. 3.

Nanq; mouetur aqua, & tantillo nomine flutat.

¶ Fluidus, pen. cor. Adiect. (ῥυτὸς) Modò fluentem ſignificat, modò humectum. Plin. lib. 9. cap. 30. 8. de locuſtis, Vnū hoc animal, niſi uiuum feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum.

Liquor fluidus. Virg. 3. Georg. 95.

Fluidus pro Languido, ſeu marcido: ut, Calore fluido habent corpora. Ouid. 15. Metam. 74.

Lacerti fluidi pendent. Ouid. 15. Metam. 47. Sic, Liu. lib. 4. bel. Maced. uocat corpora Gallorum emollida & fluida.

Fluxus aquæ ex uicini domo aut alio loco fluens, cui quis per domum ſuam curſum dare tenetur, ut in uicum aut cloacam defluat. Pomponius in l. cum in lege. ff. de contrahenda emptione.

¶ Flunidus, pen. corr. Idem quod Fluidus. Lucretius lib. 2,

Sed quod amara uides, eadem quæ fluuida conſtant,
Sudor uti maris: eſt minimè mirabile cuiquam. Id eſt, liquida. Habet autem primam longam, aut certè proceleumaticus pes eſt quatuor breuibus conſtans. Quidam tribrachum malunt.

¶ Flumen, fluminis, penult. corrept. neut. gener. (ποταμὸς) ſignificat amnem.

Flumen riui: id eſt, fluxus ſeu curſus riui. Plin. Mart. lib. 1,

Et qui prima bibit deprenſi flumina Nili.

Acceſſus fluminum. Vide Accedo.

Alueus fluminis. Virg. 7. Aeneid. 7.

Aduerſo flumine lembum remigijs ſubigit. Virg. 1. Georg. 41.

Altum flumen. Virg. 4. Georg. 67.

Caua flumina. Virg. 4. Georg. 86.

Decliuia flumina. Ouid. 1. Metam. 8.

Dulce flumen ouibus. Horat. 2. Carm. ode 6. 2.

Frigida flumina. Virg. eclog. 5. 5.

Herboſum flumen. Virg. 2. Georg. 40.

Lata flumina. Virg. 3. Georg. 42.

Latebroſa flumina. Vide Lateo.

Limoſa flumina. Ouid. 1. Metam. 128.

Magnum flumen. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 11.

Nobile flumen. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.

Pingui flumine Nilus. Virg. 9. Aeneid. 7.

Publicum flumen. Cic. de Aruſp. reſp. 55.

Rapidum flumen. Quintilian. lib. 6. cap. 2. 6. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 49.

Sacrum flumen. Virg. 2. Georg. 30.

Sanctum flumen. Virg. 8. Aeneid. 15.

Secundum flumen. Tacit. lib. 21.

Septemflua flumina Nili. Ouid. 15. Metam. 151.

Sonora flumina. Virg. 12. Aeneid. 28.

Vaga flumina. Horat. 1. Carm. ode 34. 2.

Validum flumen. Lucret. lib. 1. 59.

Viuum flumen. Virg. 2. Aeneid. 143.

Auertere flumen. Vide Auerto.

Concita flumina. Ouid. 7. Metam. 31.

Gelu flumina conſtiterunt. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.

Decreſcentia flumina prætereunt ripas. Horatius 4. Carmin. ode 7. 1.

Diducere in riuos maxima flumina. Quintilianus libro 5. cap. 13. 11.

Deuehitur flumine. Tacit. lib. 18.

Effuſo flumine ſtagnans Nilus. Virg. 4. Georg. 58.

Languido flumine errans Cocytus. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.

Fugientia flumina. Stat. 5. Sylu. 5. 13.

Largo humectat flumine uultum. Virgilius 1. Aeneid. 94. Id eſt, lachrymis.

Increuerunt flumina. Ouid. 11. Metam. 10.

Innatare flumini. Vide Innato.

Interueniente flumine. Vide Interuenio.

Inuehi flumine. Vide Inueho.

Labentia flumina. Ouid. 1. Metam. 38.

Mergere ſe in flumen. Vide Mergo.

Expatiata ruunt per apertos flumina campos. Ouidius 1. Metamorph. 58.

Subſidunt flumina. Ouid. 1. Metam. 70.

Superare flumina. Ouid. 9. Metam. 23. Tranare intelligit.

Torrentia flumina. Virg. eclog. 7. 11.

Glaciem flumina trudunt. Virg. 1. Georg. 62.

Vomens calidum de pectore flumen. Virg. 9. Aen. 86.

Ingenij flumen. Cic. pro Marcello, 2.

Orationis flumen & uarietas. Cic. 2. de Orat. 33.

Verborum flumen. Cic. in Orat. 29. Idem 2. de Orat. 101.

¶ Flumineus, adiect. (ποταμιος) ut, Aqua fluminea. Ouid. 2. Faſt. 120.

Auis fluminea. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 5.

Portus fluminei. Claud. 4. Paneg. 99.

Vnda fluminea. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 6.

Volucres fluminеæ. Ouid. 2. Metam. 51.

¶ Fluminoſus, a, um (ποταμώδης) Quod fluminibus abundat: ut, Regio fluminoſa, id eſt, fluminibus multis irrigua. Sipõt.

¶ Fluuius,

Digitized by Google

¶Fluuius, huius fluuij (ποταμὸς) dicitur amnis perpetuò fluens. Plaut. Curcul. 2. 86,

Quisnam hic fluuius est, quem non recipiat mare?

Amœnus fluuius. Virg. 8. Aeneid. 6.
Truces fluuij. Stat. 5. Sylu. 4. 1.
Decurrens fluuius. Vide Decurro.
Deficiente fluuio sedet alueus in limo. Ouid. 2. Fast. 82.
In fluuios gelidos ardentia membra dare. Lucret. lib. 5. 236.
Atratus fluuius sanguine fluxit. Cic. 2. de Diuinat. 85.
Impactus insulis fluuius. Vide Impingo.
Influit fluuius in Pontum. Vide Influo.
In fluuium innatare. Vide Innato.
Innatat terræ fluuius. Vide Innato.
Innare fluuios rapaces. Virg. 3. Georg. 28.
Irrumpens fluuius. Vide Irrumpo.
Liquens fluuius. Virg. 4. Georg. 89.
Salubri fluuio mersare gregem. Virg. 1. Georg. 55.
Fluuius grauem solari æstum. Horat. 2. Carm. ode 5. 2.
Strepunt fluuij turgidi niue. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Mimaces fluuios tentare. Virg. 3. Georg. 16.
Viuens fluuius. Stat. 9. Thebaid. 115.

¶Fluuialis, & hoc fluuiale, pen. prod. (ποτάμιος) Quod ex fluuio est: ut, Aqua fluuialis. Col. lib. 6. cap. 22. 2. Et lib. 8. cap. 16. 3, Fluuialis lupus piscis, pro fluuiatili.

Anas fluuialis. Ouid. 11. Metam. 155.
Arundo fluuialis. Virg. 2. Georg. 83.
Lympha fluuialis. Virg. 4. Aeneid. 127.
Ripa fluuialis. Ouid. epist. 5. 5.

¶Fluuiatilis, & hoc fluuiatile, pen. cor. (ποταμηγὸς) Quod in fluuio uiuit: ut, Pisces fluuiatilis. Plin. lib. 19. cap. 4. Et Liu. 10. ab Vrbe, 8, Fluuiatiles naues.

Fluuiatilis arena, Quæ in fluuijs est. Plin. lib. 36. cap. 23. 2.
Fluuiatiles naues. Vide Nauis.
Testudines fluuiatiles. Cic. 2. de Nat. deor. 184.

¶Fluuiaticus, pen. cor. (ποταμικὸς) Idem quod Fluuiatilis. Col. lib. 8. cap. 15. 4, Vbi delitescentibus fluuiaticis animalibus insidentur.

¶Fluuiatus, pen. prod. Adiectiuum (ποτάμιστὸς) Plinius lib. 16. cap. 39. 8, Hæc qua diximus ratione fluuiata decorticatur. Id est, macerata in aqua fluuiatili. Sic dicere possumus Canabem fluuiatam.

Fluonia] Iuno dicta est, quàm mulieres colebant, quòd sanguinis fluorem in cõceptu retinere putabatur, ut scribit Sipont. Vide Bocat. in genealog. deor.

Fluctra] dicuntur quum in mari fluctus non mouentur: quam Græci μαλακίαν uocant. Festus.

Fluta] flutæ, flutæ, flutarum (ἔγχελυς) Anguillæ, siue murenæ dicebantur in freto Siculo, quæ Græcè plotæ, quasi nauigabiles dicuntur: quòd in summa aqua fluitantes mergi non possunt. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 15, Accersebantur murenæ ad piscinas nostræ urbis ab usq; freto Siculo. Illic enim optimæ esse à prodigis esse creduntur, tam Hercule quàm anguillæ. Et utræq; ex illo loco Græcè πλῶτα uocantur, Latinè flutæ: quòd in summo supernantes, sole torrefactæ curuare se possæ, & in aqua mergere desinunt. Col. lib. 8. cap. 17. 7, Item flutas, quæ maximè probantur, murenas, & si quæ sunt saxatiles notæ, quarum precia uigent.

Fluuialis, Fluuius, Fluxio, Fluxus] Vide Fluo.

F O

Fobij] qui nunc dicuntur Fabij. Vide Fabij, & Fauij, suis locis.

Focale] huius focalis, pen. prod. (ἀσφαραγέδων) Genus ligaminis ad fauces uelut fascia quædam collum ambiens, quòd fauces ac collum perfrigêre non sineret, & pronuntiationi conduceret. Quintilianus libro 11, Palliolum sicut fasciæ, quibus crura uestiuntur, & focalia, & ligamina aurium sola excusare potest ualetudo. Focale à faucibus, au in o mutata. Martial. lib. 14. 147,

Hoc focale tuas asserat auriculas. Videtur tamen Seneca usurpare pro genere uestis, quo ad focum utebantur. Sic enim lib. 4. Natural. Quæstionum, Videbis quosdam graciles, & palliolo, focalíq; circundatos, pallentes & ægros.

Focale, Ferrum ignitum quo crispantur crines. Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 51,

— ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubitale, focalia.

Focaneus] ἀσφαραγέδων, Columel. lib. 4. cap. 24, Vocatur etiam focaneus palmes qui solet in bifurco medius prorepere, & idcirco eum prædicto uocabulo rustici appellant, quòd inter duo brachia, quà se diuidit uitis, enatus, uelut fauces obsidet, atq; utriusq; duramenti alimenta præripit. Idem lib. 5. cap. 6.

Focarij] qui & mediastini dicti sunt à Iurisconsultis, inter species seruorum numerantur. Vide Alex. Neapolitan. libro 3. capite 25.

Focillo] focillas (ἀναλαμβάνω) focillare, Calefacere, recreare, restaurare. Plin. epist. 16. lib. 3, Focillata, Dixeram, inquit, uobis inuenturam me quamlibet duram ad mortem uiam, si uos facilem negassetis. Sueton. in Augusto, cap. 16, M. Antonij societatem semper dubiam & incertam, uarijsq; reconciliationibus malè focillatam abrupit.

Focillatur, pro Fouet. Varro de uita Pop. Rom. lib. 2, Propter secundas sublato metu, non in communi spectant, sed suum quisq;, diuersi, commodum focillatur. Nonius.

¶Focilo, penult. breui. Ouid. ad Pisonem, 6,

Sed miserum parua stipe focilat, &c.

Focula, Foculus] Vide Focus.

Focunates] Plinio populi sunt in Alpibus, lib. 3. cap. 20.

Focus] foci. mas. gen. (ἑστία, ἑσχάρα) à fouendo, in quo ignis seruatur, etiam si sit ara. Ouid. lib. 6. Fastorum,

At focus à flammis, & quòd fouet omnia, dictus. Cato de re Rust. Folia subdito, in fõco calido sub testa coquito leuiter.

Aræ & foci. Cic. 2. de Nat. deor. 97.
Foci accensi. Vide Accendo.
Breues foci. Iuuenal. Satyr. 11. 8.
Casti foci. Ouid. 3. Fast. 140.
Focus familiaris. Colum. lib. 8. cap. 1. 2. Vide Opulentus.
Furtosi foci. Ouid. epist. 20. 19.
Gramineiluxere foci. Lucan. lib. 4. 41.
Humilem grato calfacit igne focum. Ouid. 4. Fast. 140.
Lucens focus. Stat. 1. Sylu. 2. 51.
Focus publicus. Cic. 2. de Legib. 33.
Pudici foci. Stat. 3. Sylu. 1. 12. Sancti foci, Ouid. 4. Fast. 60.
Extruere lignis focum. Horat. Epod. 2. 9.
Splendet focus. Horat. 1. epist. 5. 2.

Focus, Priuata cuiusq; domus, quemadmodum ara aliquando templum significat. Plaut. Amphit. 4. 72,

Vrbem, agrum, aras, focos, seq; uti dederent.

Foci patrij. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Pro aris & focis pugnare. Cic. 3. de Nat. deor. 137.
Repetere deos penates patrios, aras, focos, larem familiarem. Cic. 2. Philipp. 82.

¶Foculus, huius foculi, pen. corr. Diminutiuum (ἑστιάδιον) Plaut. Capt. 13. 78,

Laridum atq; epulas foueri foculis feruentibus? Plin. lib. 35. cap. 10. 23, Arrepto carbone extincto è foculo. Cicer. pro Domo sua, 94.



Digitized by Google

Foculum exeitare bucca. Iuuen. Sat. 3. 26.
Focula uentris, pro nutrimentis, authore Nonio dixit Plautus in Perſa, 4. 24.
¶ Foculare, dictum ut fouere. Author Nonius.
¶ Focarius, Adiectiuum (ἐσχαρικὸς) ut, Focarius panis, In foco coctus.
¶ Focarius, Subſtantiuum. Vide Atriarius, in Atrium.
Focaria, focariæ, Concubina etiam libera. In l. 3. C. de donationibus inter uirum & uxorem, Si ancillam tuis comparatam eſſe Præfidi prouinciæ probaueris: donationisq; cauſa focariæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum: eam tibi reſtitui iubebit. Nam licet ceſſante iure matrimonij donatio perfici potuerit: milites tamen meos à focarijs ſuis hac ratione fictisq; adulationibus ſpoliari nolo. Et in l. ſi ea. C. de conditionibus inſertis.
Fodare] pro Fodere, dixerunt ueteres, Feſto teſte.
Fodio] fodis, fodi, foſſum (ὀρύττω, σκάλλω, σκάπτω, σκαλίζω, ταφρόνω) fodere, Cauare, & quaſi foras dare. Virgil. lib. 6. Aeneid. 175,
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Cicer. 2. de Diuinat. 99, Reſpondit coniector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto: fodit: inuenit auri aliquantum.
Fodere argentum. Liu. 8. bel. Pun. 11. Sic, Fodere metallum, Plin. lib. 2. cap. 63. 6.
Arua fodiebant coloni. Ouidius 11. Metam.
Guttura cultro fodit. Ouid. 7. Metam. 63.
Humum fodere. Virg. 2. Georg. 82.
Fodere enſe iugulum. Martial. lib. 1. 7.
Latus alicuius fodere. Horat. 1. epiſt. 6. 11.
Fodere ora haſtis. Liu. 8. ab Vrbe, 51.
Fodere puteos. Cæſar 3. bel. Ciuil. 197.
Sibi ipſi fodere aliquid. Cic. 2. de Orat. 93.
Fodere ſtimulis. Cic. 2. Philipp. 90.
Fodere terram, Arare. Plaut. Pœnulo, 16. 56. Terent. Heaut. 1. 1. 17. Cic. 1. de Finib. 6, Nam ut Terentianus Chremes non inhumanus qui nouum uicinum non nult, Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denicq;.
Foditur cor ſtimulo. Plaut. Bacchid. 23. 37.
Fodit dolor. Cic. 2. Tuſcul. 58.
Fodiri, pen. prod. à quarta coniugatione. Colum. lib. 11. cap. 2, Runcari, & adhuc fodiri poſſunt. Idem de Arboribus, capit. 30, Sed omnibus annis fodiri ante Calend. Martias, & interputari oportet.
¶ Fodico, fodicas, pen. corr. (νύττω) fodicare, Frequentatiuum, pro Peruellere, pungere, ſiue fodere, hoc eſt, dolore afficere. Cic. 3. Tuſcul. 62, Non enim eſt in noſtra poteſtate fodicantibus his rebus, quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio uel obliuio. Horat. Emamus qui fodicet latus.
Fodicare alicui animum. Plaut. Bacchid. 1. 30.
¶ Fodina, huius fodinæ, penult. prod. Locus ubi quid foditur. Plin. lib. 33. cap. 6. 3, Odor ex argenti fodinis, inimicus omnibus animalibus, ſed maximè canibus. Legitur & coniunctim, Argenti fodinæ.
Cretæ fodinæ. l. ſed & ij. de Publ. Caius Iuriſcon.
Inclinat se fortuna. Vide Inclino.
Inuadere in fortunas alicuius, ut, Vide Inuado.
Locupletare fortunis. Vide in Locus.
Lugere fortunas meas bonos uiros malui, quàm suis desperare. Cic. Post reditum in Sen. 30.
Obtinere fortunas. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 9.
Honoribus amplissimis fortunisq; maximis ornatus Imperator. Cic. Bruto, 18. 3.
Parare magnas fortunas. Vide Paro.
Domum & fortunas relinquere. Cic. ad Cæsium, lib. 12. 6. 1.
Succurrere saluti fortunisq; omnibus. Cicer. pro Rab. perd. reo, 1.
¶ Fortuno, fortunas, pen. prod. (τυχόω) fortunare, Prosperare, & bonis augere. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 2, Tuum patrimonium dij fortunent. Idem M. Marcello, lib. 15. 8. 1, Maxima sum lætitia affectus, quum audiui Consulem te factum esse, eumq; honorem tibi deos fortunare uolo. Horat. 1. epistol. 11. 5,



Digitized by Google

Tu quamcunq; deus tibi fortunauerit horam
Grata sume manu.

¶ Fortunatus, pen. prod. (εὐδαίμων, εὐτυχὴς, τυχηρὸς, ὀλβιοδαίμων, μόρσιμος) Adiect. Felix. Ter. Adel. 5.3.66,

Derides? fortunatus qui isthoc animo sies. Idem Eunu. 2.2.53. Ibidem, 5.9.1,

—ecquis me uiuit hodie fortunatior? Virg.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.

Integrorum & fortunatorum promissa. Cicer. pro Murena, 47.
Fortunatus in gratia. Gellius lib. 16. cap. 19.
Fortunatus & potens. Cic. 2. Offic. 101.
Fortuna fortunatior. Cic. 2. de Diuinat. 131.
Comitatu nobilium iuuenũ fortunati quidam. Cic. de Sen. 26.
Fortunatæ Athenæ. Plaut. Persa, 16.1.
Coniugium fortunatum. Ouid. 2. Metam. 161.
Domus fortunata. Propert. lib. 3. eleg. 20.2.
Exitus alicuius fortunatus. Cic. de claris Orat. 184.
Gens fortunata. Virg. 4. Georg. 58.
Homo fortunatus. Cic. pro Quint. 54.
Fortunatus & nobilis homo. Cic. 2. de Orat. 191.
Ingenium fortunatius arte. Horat. de Arte, 60.

¶ Fortunatæ, insulæ (μακάρων νῆσοι) à fructuum hubertate dictæ sunt. de quibus Strabo lib. 1. sic inquit, Fortunatæ insulæ contra Mauritaniæ finem ad Occidentem sunt. Quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus concurrit. Ex ipso autem nomine manifestum est, quoniam & has ipsas felices existimabant, quia huiusmodi locis propinquæ forent. Plin. lib. 4. cap. 22. 6, Ex aduerso Celtiberiæ complures sunt insulæ. Cassiterides dictæ à Græcis, à fertilitate plumbi, & è regione Arrotrebarum promontorij, deorum sex, quas aliqui fortunatas appellauere. Vulgus autem nostrum hodie uocat Insulas Cannarias, à fertilitate cannarum, in quibus crescit saccarum.

Nemora fortunata. Virg. 6. Aeneid. 128. De campis Elisiis.
Respublica fortunata. Cic. 2. in Catil. 29.
Vita fortunata. Horat. 1. epist. 11. 3.

¶ Fortunatè, pen. prod. Aduerbium (εὐδαιμόνως, τυχηρῶς) Feliciter. Cic. 3. de Fin. 40, Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè uiuere. Liu. 10. ab Vrbe, 80, Quod ductu Consulis quicquã ibi satis scitè aut fortunatè gestum.

¶ Fortunatim, Aduerb. (εὐτυχῶς) Prosperè. Ennius in Annalibus, Ea mihi reliquæ fidei regno, uobisq; Quirites, se fortunatim, feliciter ac bene uortat. Antiquum.

¶ Fortuitus, indiff. Adiect. (τυχηρὸς) Quod casu accidit: ut, Fortuitus concursus. Cic. 1. Tusc. 37. Quim. lib. 6. ca. 6, Insidiarum inuidiam in Clodium uertit, quanquam reuera fuerat pugna fortuita.

Diuinum, & Fortuitum, contraria. Cic. Mario, lib. 7. 5. 6.
Boni fortuiti quippiam nacti sumus. Cicero 3. de Natura deorum 116.
Concursus quidam fortuitus. Cic. 1. de Nat. deor. 89.
Fortuitus euentus. Plin. lib. 14. cap. 6. 1.
Mors fortuita. Tacit. lib. 2.
Fortuita oratio, pro Extemporali. Cic. 1. de Oratore, 73.
Pugna fortuita. Quint. lib. 6. cap. 5. 8.
Rerum fortuitarum concursio. Cic. in Top. 39.
Fortuitus sermo. Quint. lib. 10. cap. 7.
Bella fortuita sperabantur. Tacit. lib. 20.

¶ Fortuitò, Aduerb. (τυχὸν) Id est, casu. Cic. 5. de Fin. 57, Siue hoc ita sit fortuitò. Sic, 2. de Diuin. 57.

Temere & fortuitò. Cic. in Orat. 107.
Fortuitò accidit. Cic. 1. Tusc. 158.
Dicere fortuitò aliquid conclusè aptèq;. Cic. in Orat. 102.
Incidere fortuitò in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat. 55.
Non repentina aliqua uoluntate, neq; fortuitò incidere ad aliquid agendum. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 7.
Casu aut fortuitò futurum quid sit scire. Cic. 2. de Diui. 27.

¶ Fortuitu (τυχηρῶς) Aliud Aduerbium, idem significans. Cic. 10. Philip. 272, Quod uerbum tibi non excidit, ut sæpe fit, fortuitu: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

Fortuitu & sine consilio. Cæsar 7. bell. Gall. 72.
Casu & fortuitu nauis in portum delata est. Author ad Herennium, lib. 1. 20.
Casu & fortuitu factum. Cic. 1. de Diuin. 203.
Temere, fortuitu, inconsideratè, negligenterq; facere aliquid. Cic. 1. Offic. 144.

Foruli] Vide Fori.

Foruli] Vrbs Italiæ. Virg. 7. Aeneid. 143,

Casperiamq; colunt, Forulosq; & flumen Hymellæ.

Foruli & Casperia, ciuitates sunt. Seruius.

Forum] huius fori (ἀγορὰ) Negotiationis locus, quò uenalia feruntur, ut ait Festus. Salust. in Iugurth. Erat haud lõgè ab eo itinere, quò Metellus pergebat, oppidũ Numidarum, nomine Vacca, forum rerum uenalium totius regni maximè celebratum: ubi & incolere, & mercari consueuerant Italici generis multi mortales. Cicer. in Catil. Oratione prima, 17, Quãquam quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarẽtur armati? Idem pro Cluent. Cui fora multa restarent, simul atq; introductus est rem conficit.

Forum boarium, In quo boues uenduntur. Liuius 9. bell. Punic. 195.
Duilium forum. Quint. lib. 1. cap. 7. 7.
Olitorium forum. Vide Olitor.
Solicitum forum. Ouid. 1. de Arte, 33.
Forum suarium, inquit Varro lib. 1. de Ling. Lat. in quo sues uenduntur, & boarium in quo boues, & piscariũ olitoriũq; in quo pisces oleraq;. Sicut forum cupedinis, in quo cupedinarij negotiantur. Quæ omnia (inquit) in unum locum contracta, postquã ædificatus est locus, appellatur macellum.
Forum uinarium, de quo Varro lib. 1. de Re rust. cap. 54. 1.
Per medium forum. Vide Medius.
Circum omnia fora aliquem sectari. Cic. 4. Verr. 122.
Foro uti. Præsentem rerum statum boni consulere, & ut unq; sese obtulerit fortuna, ita animam applicere. Terent. Phor. 1.2.29, Cœpi his omnia facere: obsequi quæ uellent. D. scisti uti fõro. Donatus uulgare prouerbium admonet esse: duo etiamq; metaphoram à mercatoribus, qui non ante totum cõmercij præscribũt quanti uendant quæ auebunt, sed secundum annonã fori quã deprehenderint, consilium de non uendendis aut uendẽdis mercibus sumunt. Senec. Vtamur fõro: & quod fors ferret, æquo feramus animo. Ex Eras.
Fora, uasa quib. antiqui utebantur in torcularijs. Colu. lib. 12. cap. 18, Tum lacus uinarij, & torcularij, & fora, omniaq; uasa, si uicinum est mare, aquâ marina si minus, dulci eluẽda sunt, & commundanda, & diligenter aspiccanda, ne humorem habeant.
Forum (πειτήριον, ἀπαγώγιον, διαιωτήριον) in quo iudicia pub. exercebantur. Cic. pro P. Sext. Idem Attic. lib. 12. 24. 2, Quòd me in fõrum uocas, eò uocas unde etiam bonis meis rebus fugiebã. Fuerunt aũt fora tria: Romanum, Iulium, Augustum. Suet. in Augusto, cap. 29, Fori extruendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ uidebatur, nõ sufficientibus duobus, etiam tertio egere. Itaq; festinantius, nedũ perfecta Martis æde, publicatum est, cautumq; ut separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent.

Tabes

Tabes fori. Tacit. lib. 11, Fori tabes pecuniam aduocatis ferat.
Veritas fori. Quint. lib. 6. cap. 1. 31.
Argutum forum. Ouid. 1. de Arte, 16.
Litigiosa fora. Ouid. 4. Fast. 38.
Orbum litibus forum. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.
Verbosi garrula uerba fori. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 4.
Adducere à foro. Vide Adduco.
Agere forum. Cic. Attic. lib. 5. 104. Vide Ago.
Forum attigit. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 7. Id est, in foro uersatus est.
Foro cedere. Vide Cedere foro.
Destinari foro. Quint. lib. 2. cap. 8. 5.
Mersus foro. Vide Mergo.
De foro sublata fides. Cic. 2. de leg. Agrar. 23.
Vertitur res in meo foro. Plaut. Mostellaria, 15. 10.
Forum à subsellijs & iudicijs distinguit Cic. 1. de Orat. 17, Agè uerò ne semper forum, subsellia, rostra, curiamq; mediteris, &c. Id est, causas ciuiles, publica iudicia, conciones & opiniones in Senatu dicendas. Et paulo pòst, 19, Quòd remoto foro, concione, iudicijs, Senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis & humanitatis esse perfectum. Quare forum, hastam Centurialem intellexisse uidetur. Budæus.
Forum sex modis intelligitur. Primo, negotiationis locus: ut forum Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiã locis priuatis, & in agris, & in uijs fieri solet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Tertio, quum is, qui prouinciæ præest, forum agere dicitur, quum ciuitates uocat, et de controuersijs eorum cognoscit. Quarto, quum id forum antiqui appellabant, quod nunc uestibulum sepulchri dici solet. Quinto, locus in naui: sed tum masculini generis est, & plurale. Sexto, fori significant Circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. Inde & forare, & foras dare, & fores, & foras, & forecula, id est, ostiola dicuntur. Hæc Festus.
¶ Forensis, & hoc forense (ἀγοραῖος) Quod ad forum pertinet.
Forensis & domesticus, contraria. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 17.
Asperitas forensis. Quint. lib. 1. cap. 8. 8.
Forenses causæ. Cic. 3. de Nat. deor. 12.
Genus dicendi forense. Quint. lib. 2. cap. 10. 6.
Forense, concertatorium, & iudiciale genus non tractauit Thucydides. Cic. de claris Orat. 158.
Forensis homo, Causidicus, uel qui se in foro exercet. Quint. libro 5. cap. 10.
Forense latrocinium. Cic. in Pisonem, 7.
Forenses literæ. Cic. 2. Offic. 5.
Marte forensi ualere: id est, eloquentia. Ouidius 4. de Pont. eleg. 6. 6.
Opella forensis. Horat. 1. epist. 7. 2.
Iudicialis & forensis oratio. Cic. in Orat. 97.
Forensis populus, apud Liuium lib. 9. ab Vrbe, 251, differt ab integro populo bonorumq; fautore.
Forensis quæstus. Cic. pro Cluent, 81.
Ratio forensis. Quint. lib. 3. cap. 4. 7.
Forensis rhetorica. Cic. 2. de Finib. 29.
Turba forensis. Ouid. 3, Fastorum, 19.
Forensia uestimenta, Vestes quib. in foro utuntur. Col. lib. 12. cap. 45. Suet. in August.
Forensis & publicus usus. Cic. in Parad. 1.
Forum Bibalorum] φόρος Βιβάλων, Ptolemæo Hispaniæ urbs, uulgò Fomullam.
Forum Claudij, Centronum ciuitas in Alpibus Ptolemæo, hodie Tarentesia ducis Sabaudiæ,
Forum item Claudij, est Tuscorum urbs Ptolemæo, uulgò Tolfa.
Forum Cornelij, Galliæ Togatæ urbs, authore Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. uulgò Imola.
Forocornelienses agri meminit Plinius lib. 3. cap. 16.
Forum Egurrorum, Ptolemæo, urbs Hispaniæ Taraconensis. uulgò Medina de Ruiseco.
Forum Iulij, Galliæ Narbonensis urbs, nõ longè distans à Massilia, & Octauianorum colonia, ut scribit Pompon. Mela, lib. 2. Sunt & Foroiulienses, & Foroflamienses, populi Italiæ, quorum meminit Plin. libro 3. cap. 14. in descriptione sextæ regionis.
Forum item Claudij in Hetruria, apud Plin. lib. 3. cap. 15.
Forum Iulium, Carnorum colonia, authore Ptolemæo, hodie Frigoli.
Forum Iulium, Narbonensis Galliæ, urbs apud Ptolemæum, uulgò Freius.
Forum Liuij. Gall. Togatæ, urbs Ptole. hodie Forliuio, Forli.
Forum Segusianorum, oppidum Gall. Ptolemæo. uulgò Bourgen Bresse.
Forum Sempronij, Vmbrorum ciuitas, Ptolemæo authore. uulgò Fossembrone.
Forum Tyberij, Heluetiorum ciuitas in Gallia iuxta Rhenum, apud Ptolemæum. uulgò Scuhuuitz.
Forum Lacini, Italiæ ciuitas, in octaua regione à Plinio collocata, lib. 3. cap. 15.
Forum Truentinorum, Plinio Italiæ urbs, in octaua regione, lib. 3. cap. 15.
Fossa, fossio, fossor, fossura] Vide Fodio.
Fossæ] Marianæ (φόσσαι μαριάναι) Ptolemæo, Galliæ Narbonẽsis urbs. uulgò Aigues mores. Dicitur Pompo. Melæ Fossa Mariana.
¶ Fossæ Papyrianæ (φόσσαι παπυριαναί) Tuscorũ ciuitas, authore Ptolemæo. hodie Fossonouum.
Fossæ, Insulæ paruæ sunt in extremis Corsicæ, à quibus freti ipsum Taphros nominatur. Author Plin. lib. 3. cap. 6.
Fotus] Vide Foueo.
Fouea] fouea (βόθρος) Notum. Plaut. Pœn. 3. 59, Ita decipiemus fouea lenonem Lycum. Plinius libro 10. capite 38. 2, Itaq; anates in foueas, quibus feras uenamur, delapsæ solæ euadunt.
¶ Foueola, Est cauum ulcus, ac purum in nigro oculi, ut author est Gal. lib. Finit. medic.
Foueo] foues, fouí, fotum (θάλπω, ἀναθάλπω, θερμάνω, θερμαίνω, θρύπτω) fouere, Propriè est calidum tenere, siue calefacere. Plaut. Capt. 13. 78,

Iuben an non iubes asstitui aulas, patinas eluit?
Laridum atq; epulas foueri foculis feruentibus?

Humum fouet coluber. Virg. 3. Georg. 84.
Nidos fouent. Virg. 4. Georg. 12. de apibus.
Fouere oua. Plin. lib. 8. cap. 36. 3, Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio in cubitu, quàm oua uolucres. Idem lib. 9. cap. 10. 3.
Oua fouere plumis. Ouid. 1. Fast. 89. Ibidem, lib. 4. 141.
Pennis pullos suos fouent aues, ne frigore lædantur. Cicer. 2. de Nat. deor. 195.
Fouere, Nutrire, prouehere. Plaut. Merc. 186, Alios enecat, extinguit, alios suo lacte fouet & erigit.
Gremio fouere aliquem. Virg. 1. Aen. 145.
Fouere amorem, Quod alere aliàs dicitur. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 12.
Arma fouere. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 9.
Bella fouere. Virg. 10. Aen. 18.
Fouere bona naturæ. Id est, alere & uegetare. Budæus.

Fouere

Digitized by Google

Fouere castra. Virg. 9. Aeneid. 12. Id est, tueri, ut ait Nonius.
Fouere dolores. Cic. ad Attic. lib. 12. 24. 1. 11.
Famam fouemus inanem. Virg. 4. Aen. 44.
Fouere iudiciũ, quod de aliquo habemus. Plin. in Paneg. 142.
Fouere partes. Tacit. lib. 17.
Fouere periculum alterius. Plin. epist. 5. 4.
Fouere rem Romanam. Liu. 6. bel. Pun. 190.
Fouere senectutem. Plautus Stich. 9. 62.
Sensus hominum fouere, delinire animos. Cicero pro Murena, 67.
Fouere spes improbas. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 4. Virgil.
——spemq; fouemus inanem.
Spes uitam fouet. Tibullus lib. 2. eleg. 7. 4.
Foueri spe. Liu. 8. bell. Maced. 23. Et propè certa fouebantur spe. Alia exemplaria habent, fouebant spe.
Fouere in pectore. Plaut. Bacchid. 21. 1,
Quàm magis in pectore meo foueo quas meus filius turbas.
Id est, quanto magis cogito.
Studia fouere mente. Ouid. ad Liuiam, 6.
Vota mea animo fouebam. Ouid. 7. Metam. 129.
Fouere aliquem, pro illi fauere. Virg. 1. Aeneid. 58.
Aliquem non modò fouere, sed & illi pecuniam dare. Cic. Atti. lib. 11. 217. 4.
Peculiariter fouere aliquem in suam gloriam. Quintilia. lib. 1. cap. 1. 13.
Fouere aqua aut oleo, Madefacere, aspergere. Virgil. 12. Aen.
Fouit ea uulnus lympha longæuus Iapix. Nonius.
Artus fouendos accipit. Ouid. 8. Metam. 132.
Exulceratas nares uapore aquæ calidæ fouere. Celsus libro 6. capite 8.
Fouere os. Celsus lib. 1. cap. 2.
Fouere, Constituere. Virgilius 4. Georgic. Sub terra fouere larem. Nonius.
Fouere aliquam, pro Amplecti. Virg. 3. ecloga. Seruius.
Fouere & osculari aliquem. Cic. Lent. lib. 1. 9. 30.
¶ Fotus, Participium (ἀναπεθαλμένος) Cic. 2. de Nat. deor. 185, Quinetiam anatum ouа Gallinis sæpe supponimus, ex quibus pulli orti primùm alantur ab ijs, ut à matrib. à quibus excluſi fotiq; sunt.
¶ Fotus, huius fotus. m. g. (ἔκλυσις) Idem quod Fomentum significat. Plin. lib. 23. cap. 1. 4, Decoctum eorum ueteres dysenterieos & cœliacos iuuat & potione & fotu.
¶ Fomes huius fomitis, pen. cor. n. g. (ζώπυρον, σύνσσμα) à fouendo, hoc est nutriendo ignem dicitur: est enim assula ex arbore excussa dum cæditur, ut ait Festus. Ponitur & pro omni materia sicca, quæ facilè igni inflammatur. Virgilius 1. Aeneid. 36,
——rapuitq; in fomite flammam. Plin. lib. 16. cap. 40. 8, Excipiente materia aridi fomitis.
Fomes per translationem, dicitur quicquid excitat nos & accẽdit ad aliquid agendum. Gellius lib. 15. cap. 2, Fomitem esse quendam dicens & incitabulum ingenij uirtutisq;, si mens & corpus hominis uino flagraret.
¶ Fomentatio, Idem quod Fomentum. Vlpianus in l. si cui. §. lanæ appel. ff. de leg. 3, Nec ea quidem, quæ fomentationis gratia parata sunt, uel medicinæ, lanarum appellatione cõtinentur.
¶ Fomentum (θαμπήριον) Verbale aliud. Dicuntur autem fomenta applicationes rerum calidarum siue humidarum ad partes corporis læsas, & medendi gratia: quæ & fotus appellantur. Columella libro 6. capite 30. 3, Frigori fomenta adhibentur, caputq; & spina, tepenti adipe uel uino illinuntur.
Fomenta calida. Celsus lib. 2. cap. 17.
Fomenta calida, sicca, lenta, ualida. Celsus lib. 4. cap. 14.
Frigidis & humidis fomentis fouere. Celsus lib. 4. cap. 11.
Fomentum humidum, fomentum siccum. Celsus lib. 4. cap. 4.
Fomentum, Per translationem. Cicer. 2. Tuscul. 101, Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. Idem 2. de Finibus, 153.
Nutricis fomentum, pro Ipsa nutricatione accipit Seneca, lib. 3. de Benef.
Frigida curarum fomenta. Horat. 1. epist. 3. 6.
Ingrata fomenta, uulnus nil malum alleuantis. Horat. Epod. 11. 4.
Parare fomenta. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 17.
Præmollire asperum fomentis. Quint. lib. 4. cap. 3. 7.
¶ Focillationes, (ἀλαλύξεις) inquit Festus, à fouendo dicuntur, id est, à calefaciendo
Fouij] qui nunc Fabij dicuntur, dicti, quòd princeps gentis eius ex ea natus sit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Alij putant eum primùm ostendisse, quemadmodum ursi & lupi foueis caperentur. Author Festus.

F R

FR. Pronte. FR. F. Fratris filius. FR. I. Forum Iuliũ. FR. L. Forum Liuium. FR. S. Forum Sempronianum.
Fraceo] fraces, siue Fraceſco, fraceſcis, fracui (σεμφυλάμαι, ἐξίσαμαι) fraceſcere, Caldore & uetustate putrefieri, ut ait Nonius. Colum. lib. 1, Oleum quod minus prouenit, si congelatur, fraceſcet. Varro libro 1. de Re rustic. capite 55. 2, Hæc de qua fit oleum congeri solet aceruatim per dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraceſcat. Cato cap. 128, Sinito quatriduum fraceſcat: ubi bene fracuerit, rutro concidito.
¶ Fracidus, pen. corr. adiectiuum (ὑπέρωρος) Plus quàm maturum & iam putreſcens. Cato cap. 64. & cap. 2, Factores uolunt ut oliua in tabulato diu fit, ut fracida sit, quo facilius efficiant.
¶ Fraces, fracium (σέμφυλα) Plinius lib. 15. cap. 6, Oleum in tabulato minui, deteriusq; fieri: item in amurca, & fracib: ea sunt carnes, & inde fæces. quare sæpius die decapulandum. Colum. lib. 6. cap. 13. 3. Gellius lib. 11. cap. 7, Item floces audierat priſca uoce significare uini fæcem è uinaceis expreſſum, sicuti fraces ex oleis.
Fractus] Vide Frango.
Frænum] huius fræni, neutri gen. (χόμιον, χαλινὸς) à frangẽdo, Instrumentum quo equus retinetur & domatur. Dictũ quod equorum ora frangat. & ideo per æ scribendum In plurali, hi fræni, uel hæc fræna declinatur. Ouidius 1. de Arte, 96.
Tempore lenta pati fræna docentur equi. Cic. pro Mil. 47.
Sonantes fræni. Virg. 3. Georg. 36.
Sonantia fræna. Ouid. 2. Metam. 25.
Accipere frænum, Metaphoricè, pro dedere se alicui. Virg. 12. Aeneid. 115.
Addere fræna equis. Vide Addo.
Frænos alicui adhibere, Retrahere. Cic. de clar. Orat. 107.
Coercuit ora frænis. Ouid. 5. Metam. 129.
Compescere animum frænis. Horat. 1. epist. 2. 13.
Concordi currere fræno. Silius libro 16. 77. Sic, Virgilius 3. Aeneid. 108.
Frænum non depulit ore. Horat. 1. epist. 10. 8.
Dare fræna: id est, laxare habenas. Senec. Agamem. 3. 2.
Casta fræna dare iuuentæ. Claud. 3. Paneg. 25.
Domare fræna. Plin. lib. 8. cap. 42. 5.
Ducere fræna: id est, coercere. Ouid. 15. Metam. 194.
Eget frænis alter, alter calcaribus. Cicero Attico libro 6. III. 21.

Mobilibus

Mobilibus frænis ora flectere. Ouid. ad Pisonem, 10.
Frænis impediuntur equi. Ouid. 2. Fast. 148.
Sæpe obstinatis induit frænos amor. Senec. Hippol. 4. 44.
Inhibere frænos. Vide Inhibeo.
Frænos inijcere alicui, pro Cohibere alicuius conatum. Valerius Max. lib. 2, Fræni sunt iniecti nobis.
Inijcere alicui frænos furoris. Cicer. 13. Philipp. 358. Vide Injcio.
Iniecit frena uaganti licentiæ. Horat. 4. Carm. ode 15. 3.
Laxat frænos populis furentibus. Lucan. lib. 7. 25.
Spumantia frena mandit sonipes. Virg. 4. Aeneid. 27.
Imperij moderati frena. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 7.
Moderandis frænis docta manus. Senec. Hippol. 12. 21.
Frænum mordere. D. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 23. 3. posuisse uidetur pro eo quod est uel Leuiter repugnare seruituti, dicens, Si frænum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt, constantem loqui ferre poterunt. Hoc est, si utcunque significaueris seruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt quæ respondet Cicero sequente epistola, 2, Si timidus, inquiens, essem, tamen ista epistola omnem mihi metum abstersisses. Sed ut omnes, frænum momordi. Etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas?
Frænum mordere, Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ, in diuersum sensum usurpauit, nempe pro eo quod est Seruitutem accipere, frænumq; recipere, Fama tace, subijt leges, & fræna momordit. Id est, admisit uincula matrimonij.
Frænos ore momordit equus. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 9.
Oblita fræna spumis albentibus. Ouid. 15. Metam. 104.
Equus fræna patitur. Ouid. epist. 4. 5.
Recipit fræna equus. Cic. in Topic. 18.
Regere frænis aliquem. Senec. Troad. 4. 16.
Lupatis temperat ora frænis. Horat. 1. Carm. ode 8. 2.
Vti fræno in uno, in alio calcaribus. Cic. 3. de Orat. 21.
Frænū apud Celsum lib. 7. cap. 25, est morbi genus, quod Græci φύμωσιν appellant. Est autem, quum glans penis ita contecta est, ut nudari non possit.
¶ Fræno, frænas, frænare (χαλινόω) Frænis equos cohibere. Cæsar 8. bel. Gall. 58, Equites frænatis equis in stationibus disponit. Liu. 1. bel. Pun. 99, Instructus, frænatusq; equus.
Frænare per translationem, usurpatur pro Cohibere, & continere. Cic. 5. Verr. 111, quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, auaritiæq; suæ frænaret.
Frænare cursus aquarum. Virg. 4. Georg. 28. Liu. 7. bel. Maced. 60, Vbi demersis nauibus frænassent claustra maris.
Iustitia gentes frænare superbas. Virg. 1. Aeneid. 106.
Iras frænare. Senec. Medea, 11. 4.
Frænare populos. Virg. 1. Aen.
Spes auidas frænare. Silius lib. 10. 68.
Frænare uinclis & carcere. Virg. 1. Aeneid.
Frænare uoluptates. Liu. 10. bel. Pun. 65.
¶ Frænatus, pen. prod. Participium (χαλινωτὸς) ut, Acies frænata. Vide Acies
Equi frænati. Virg. 5. Aeneid. 110.
Os frænatum equi. Horat. 1. epist. 15. 4.
¶ Frænigerus, pen. cor. Adiect. (χαλινοφόρος) ut, Ala frænigera. Stat. 5. Syl. 20. Hoc est, equites.

Fraga] *fragorum*, Mora quæ in berbis nascuntur, inquit Seruius, odoris & saporis optimi. Virg. 3. eclog. 19,

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. Plin. lib. 21. cap. 15. 1. Idem lib. 15. cap. 24, Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod solum pomū simile fructui terræ gignitur. Sunt itaq; fraga terrestria siue campestria, quæ similia sunt unedoni: alia montana, de quibus mentio fit apud Ouid. 1. Metam. 22.
Mollia fraga leges. Ouid. 13. Metam. 175.

Fragaria] Planta est, nemini ferè non cognita, refrigerans ordine primo, siccansq; secundo. Folia & radix ulcera sanāt, & uulnera: muliebres fluxus & dysenterias cohibēt, urinā cient, et lieni conferūt. Plura Matthiol. Senens. apud Dioscor. lib. 4. quem uide.

Frageſco, Fragilis, Fragiliter, Fragmen, Fragor] Vide Frango.

Fragro] *fragras* (ὄζω) *fragrare*, Odorem reddere: quia (inquit Seruius) specie facta odor redditur maior. Virgil. 1. Aeneid. 88,

——redolentq; thymo fragrantia mella. Martial. lib. 1. 83, Ne grauis hesterno fragres Fescennia uino.

Odor fragrat acerbus. Valer. 4. Argon. 98.
¶ Fragrans, Participium (ὄζων) ut, Domus fragrans odore Assyrio. Catul. ad Mallium, epig. 63. 29.
Mella fragrantia. Virg. 1. Aeneid. 88.

Framea] *frameæ*, pen. corr. (ῥομφαία) factum uidetur, transpositione literarum, ut φ præcedat, quod in f uersum est, Lancea, siue telum oblongum. Tacit. de Germ. Hastas, uel ipsorum uocabulo frameas gerunt angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, uel cominus uel eminus pugnent, & eques quidem scuto frameaq; contentus est. Iuuenalis Satyr. 13. 8,

Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula uatis.

Franciſcus Accurſius] *iurisconsultus* Florentiæ natus, *in ciuile* Bononiæ anno à Christo nato M C C X X V. *cum ingenij atq; industriæ laude professus est. Glossas in omnes iuris ciuilis libros scripsit, magnopere adiutus his, quas superiores iurisperiti Irnerius, Bulgarus, Martinus, Placentinus, Iohannes, Azo multifariam ascripserant. Præceptoribus usus est Iohanne, qui Glossator uulgò nominatur, & Azone. Filio autem erudito Francisco Accursio, qui eodem in loco iur ciuile interpretatus est, patrisq; glossis locupletauit, relicto, ibidem uita est functus.* Ex Hotomano.

Francones] Germaniæ populi sunt, qui à Meridie Sueuos & Bauaros habent: ab Occasu Rhenum, ab Ortu Boemos. Alluitur regio flumine Megano, Ptolemæo Menio uocato. Franconum meminit. Cic. in Epistolis ad Attic. lib. 14.

Frango] *frangis, fregi, fractum* (ἄγνυμι, θρύπτω, κλάω, θραύω, φλάω) frangere, Quidam putant factitium esse uerbum à sono quem res fracta reddere consueuit. Est autem frangere, illidere, & rumpere. Plaut. Asin. Quis nostras sic fregit fores?

Frangere aulas in caput alterius. Plaut. Capt. 3. 21.
Fregit brachium. Cic. 2. de Orat. 140.
Frangere ceruices alicui. Cicer. 7. Verr. 87. Ibidem, 115, Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium Romanorum.
Comam in gradus frangere. Quint. lib. 1. cap. 6. 29.
Fregit coxam. Plin. epist. 25.
Gleba frangenda uersis bidentibus. Virg. 2. Georg. 80.
Frangere in micas. Plin. lib. 12. cap. 14. 13.
Frangere molis. Plinius libro 18. capite 7. 22, Deinde molis frangunt.
Fregit nauem, pro Naufragium passus est. Terent. And 1. 3 17.
Oua frangit alter alterius miluus & coruus. Cic. 2. de Natura deor. 187.
Patinam frangere. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 15.
Ad saxum aliquid frangere. Virg. 3. Aen. 125.
Euri frangunt syluas. Virg. 2. Georg. 89.

Frangere

Frangere ad incorporea transfertur: ut, Frangere animum alicuius. Cic. pro Corn. Balbo, 45.
Frangere & abijcere aliquem. Cic. Plancio, lib. 10. 12. 10.
Frangere & comminuere aliquem. Cic. 2. Offic. 57.
Frangere, atq; concidere quicquid est in oratione generosius. Quintil. in Proœm. lib. 1. 18.
Frangas enim potius, quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt. Quint. lib. 1. cap. 3. 7.
Animum pietas, maternaq; nomina frangunt. Ouidius 8. Metam. 102.
Frangere audaciam hostis. Liu. 5. bel. Pun. 212.
Contundere & frangere latronis audaciã. Cic. 13. Philip. 367.
Frangere authoritatem ueteris disciplinæ. Cic. 1. Acad. 48.
Bella frangere. Ouid. ad Liuiam, 91.
Bellum aliquorum prælijs frangere & domare. Cic. de Prouinc. Conſ. 26.
Commoda alicuius frangere. Catull. ad Mallium, epigr. 63. 5.
Frangere consilia de aliquo. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 90.
Contentiones frangere. Cic. 3. de Orat. 4.
Dolor frangit corda fortia. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 2.
Cupiditates frangere. Cic. 1. de Orat. 43.
Diem morantem mero frangere. Horat. 2. Carm. ode 7. 2.
Frangere dignitatem suam. Cic. ad Papyr. lib. 9. 16. 18.
Doli demum frangentur inanes. Virg. 4. Georg. 80.
Frangere fidem. Cic. pro Rosc. Comœdo, 9.
Fluctus frangere. Plin. in Paneg. 134.
Fluctum saxo frangere. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 17.
Frangere fœdus. Cic. in Pisonem, 21. Et pro Domo sua, 52.
Furorem & petulantiã alicuius frangere. Cic. in Pisonem, 24.
Gemitu supplice frangere aliquem. Stat. 11. Thebaid. 75.
Hominem frangere, pro Vincere. Cicero ad Brutum, libro 11. 12. 4.
Imperium frangere. Horat. 1. Carm. ode 35. 3.
Impetus aduenientes frangere. Cic. 3. Tusc. 56.
Mala ingenium fregere meum. Ouid. 3. eleg. 14. 7.
Frangere aliquem ingenio & industria. Cicero ad Plancum, libro 10. 35.
Iudicio aliquẽ frangere, nõ ui superare. Cic. Post red. in Sen. 17.
Leges alicuius frangere. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 19.
Libidines alicuius frangere. Cic. 3. de Legib. 45.
Mandata frangere. Horat. 1. epist. 13. 4.
Morbum frangere & uincere. Plin. epist. 12. 6.
Nationes frangere & domare. Cic. de Prouincijs Consul. 27.
Opes frangere inimicorum. Liu. 2. ab Vrbe, 90.
Opes frangere & infirmare. Cic. pro Rab. Posthum. 18.
Patientia frangere aliquem. Cic. de claris Orat. 49.
Vinum sublimia pectora fregit. Ouid. 1. Fast. 61.
Pœnas leuiter frangere. Lucret. lib. 4. 218.
Se laboribus frangere. Cic. pro Archia, 21.
Se calor frangit. Cic. 1. de Orat. 138.
Sententiam alicuius frangere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 4. 1.
Fractum studium scribendi. Cecinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 9.
Ventum frangere. Plin. epist. 41. g. lib. 2. ad Gallum.
Debilitare & frangere uim aliquam. Cic. pro Marcello, 4.
Superare & frangere furiosam uim alicuius. Cicero pro Domo sua, 44.
Frangere uires. Cic. 3. Tusc. 63.
Vires & robur frangit minutatim. Lucret. 2. lib. 227.
Frangi debilitari, succumbere. Cic. 2. de Finib. 153, Potius ergo illa dicantur, Turpe esse uiro debilitari, dolere, frangi, succumbere.
Mare æstu frangitur. Lucret. lib. 6. 29.
Frangi dolore. Cic. 2. Tusc. 29.
Frangi metu. Cic. 1. Offic. 97.

Minis nullis frangitur. Stat. 9. Thebaid. 95.
Molestia animos frangi & debilitari non oportet. Cic. Qu. fratri, libro, 1. 1. 3.
Frangi pudore. Cic. 2. Tusc. 84.
¶ Fractus (κεκλασμένος) Participium, siue Nomen ex participio. Plaut. Milit. 3. 8, Quæ misera gestitet fractum facere ex hostibus.
Fractus animo. Cic. ad Atticum, lib. 2. 36. 3.
Calamitate fractus & afflictus. Cic. pro Sylla, 11.
Fractus aliquo detrimento. Hirtius 4. bell. Alex. 42.
Membra multo labore iam fractus. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 1.
Malis fracta ciuitas muta, debilitata, abiecta metu. Cicero pro Domo sua, 20.
Fractus prælio. Cæsar 1. bell. Gall. 121. Virg. 2. Aeneid.
—fracti bello, fatisq; repulsi Ductores Danaûm.
Fractus & humilis animus, pro eodem. Cic. pro Plancio, 40. Idem in Pisonem, 49, Ita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiã est, quàm ut Mediolanensi præcone auo tuo dignum esse uideatur. Budæus.
Afflictus & fractus animus. Cic. Attico, lib. 12. 24. 6.
Fracto atq; afflicto animo loqui. Cic. pro Domo sua, 74.
Fracto animo & demisso esse. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 55.
Debilitata uirtute & fracto animo esse. Cic. Post red. in Sen. 15.
Aureus annulus fractus & comminutus. Cic. 6. Verr. 49.
Crus fractum. Horat. 1. epist. 18. 12.
Dolor fractus. Senec. Her. Oeth. 7. 35.
Coniectu lapidum fracta domus. Cic. Attico, lib. 4. 72. 2.
Ductores fracti bello. Virg. 2. Aeneid. 3.
Fluctus fracti bello. Horat. 2. Carm. ode 14. 3.
Fœdera fracta. Silius lib. 17. 71.
Fluminis fracti undæ. Lucan. lib. 1. 45.
Fractus furor. Silius lib. 7. 51.
Fractus & propè dissipatus homo. Cic. Post red. in Sen. 21.
Fractum & debilitatum Græciæ nomen. Cic. pro Flacco, 49.
Fracta pronuntiatio: id est, eneruata, mollis, scenica. Plin. epist. 14. lib. 2.
Fractæ res. Plaut. Persa, 16. 105,
Nam etsi res sunt fractæ, amici sunt tamen.
Sapientia fracta cadet. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 3.
Sonitus fractos imitata uox tubarum. Virg. 4. Georg. 15.
Fracta spes. Cic. de Amicitia, 52.
Vires fractæ. Virg. 2. Aeneid. 34.
Virtus fracta. Horat. 2. Carm. ode 7. 3.
Voces ad littora fractæ. Virg. 3. Aeneid. 111.
Fractum, minutum & puerile. Cic. de claris Orat. 158.
¶ Fractura, huius fracturæ, pen. prod. (κλάσις, θραῦσις) Plinius lib. 29. cap. 6. 28, Item minutæ & latæ fracturis auriũ illiminuntur cum melle. Idem lib. 22. cap. 8. 3.
¶ Fragmen, huius fragminis, pen. corr. (κλάσμα, ἄγμα, θραῦσμα, σκίνδαλμος) Est fragmentum, seu pars fractæ rei. Virgilius 11. Aeneid.
—fulua resplendent fragmina arena. Col. lib. 9. cap. 15. 11, Mox deinde fragmina sauorum quæ in sacco remanserunt retractata exprimuntur.
¶ Fragmentum idem significat: sed fragmentum magis poëticum est.
Collecta lacera fragmenta carinæ. Lucan. lib. 8. 148.
Galeæ fragmenta. Lucan. lib. 6. 39.
Fragmentum lapidis. Cic. 2. de Nat. deor. 117. Martial. lib. 8. 51.
Fragmentum panis. Plin. lib. 9. cap. 8. 5.
Fragmentum septorum. Cic. pro Sestio, 68.
Ramea fragmenta. Virg. Georg. 61.
¶ Fragor, huius fragoris, pen. prod. m. g. (κτύπος) Sonitus quũ ex arbore aut re alia fracta redditur: estq; fictitium uerbum à sono.

à ſono. Virgilius 1. Georg.

— & horridus altis
Montibus audiri fragor. Vbi Seruius Horridus fragor, ſonitus qualis fieri ſolet ex aridis, quum franguntur, arboribus. Liu. 1. ab Vrbe, 127.

Graui fragore ſtrepitus. Ouid. 11. Metam. 74.
Vocis horrendæ fragor. Senec. Herc. furente, 9. 36.
Aridus fragor. Virg. 1. Georg. 72. Vide Aridus.
Fulmineus fragor. Valer. 2. Argon. 100.
Præceps fragor Oceani. Valer. 3. Argon. 81.
Raucus fragor. Claud. 2. in Eutrop. 33.
Pelagi cecidit fragor. Virg. 1. Aeneid. 32.
Dat fragorem propulſa ſylua. Ouid. 8. Metam. 69.
Miſerrimus exoritur fragor. Stat. 3. Thebaid. 25.
Fit fragor. Ouid. 1. Metam. 55.
Ingens fragor intonat. Virg. 8. Aeneid. 103.
Belli ſentire fragorem. Lucan. lib. 5. 46.
Horriſono fragore ſuccidere. Lucret. lib. 5. 22.
Cælum tonat omne fragore. Virg. 9. Aeneid. 112.

¶ Fragoſus, pen. prod. Adiectiuum (τραχώδης) Aſper, ac præruptus: ut, Fragoſus locus.

Fragoſa oratio, cui contraria eſt Lenis. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Vada fragoſa. Valer. 2. Argon. 126.
Mollia, lenta, fragoſa, putricaua, &c. Lucret. lib. 2. 172.

¶ Fragosè, pen. prod. Aduerb. (τραχωδῶς) Plin. lib. 16. cap. 10. 9, Quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt, ægrius reuelluntur.

¶ Frageſco, ſcis (χαλάω) Ab antiquo uerbo Frageo, es, Frangor, langueſco. Accius Aegiſto, ut citat Nonius, Neq; fera hominum pectora frageſcunt, donec uim perſenſerint imperij. Idem Euryſace, nunquam erit tam immanis, quum mea opera extinctum ſciet, qui frageſcat.

¶ Fragilis, & hoc fragile, pen. corr. (θραυστὸς, ψαθαρὸς, ψαθυρὸς, ἐπίκαιρος, σύθραυστος) Caducũ, Debile, quod facile frangi poteſt. Cicero de Amicitia, 84, Sed quoniam res humanæ fragiles caducæq; ſunt. Plinius in Paneg. 130, Omne ævum breue & fragile eſt.

Anni fragiles, & interior ætas. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 1.
Cicuta fragilis. Virg. ecloga 5. 18.
Fragile & caducum corpus. Cic. 1. de Legib. 35.
In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. Cic. 2. de Sen. 60.
Glacies fragilis. Ouid. 1. de Arte, 75.
Fragilis & laboriosa mortalitas. Plin. lib. 2. cap. 7. 2.
Muri fragiles. Claud. de bello Getico, 43.
Res humanæ fragiles caducæq; ſunt. Cic. de Amic. 84.
Sonitus fragiles chartarum. Lucret. lib. 6. 23.
Fragile & caducum. Cic. 2. de Finib. 138.
Fragile dentibus. Plinius libro 12. cap. 8. 1. Gellius lib. 6. cap. 1, Ictibus, offenſionibusq; paruis fragile.
Fragilius. Plinius lib. 12. cap. 7. 4, Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, quod uocatur gariophyllon, grandius fragiliusq;.

¶ Fragilitas, pen. corr. huius fragilitatis, (τὸ σύθραυστον) Debilitas & imbecillitas. Plin. epiſt. 51. c, Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis Conſularibus obijt, quo Conſule Nero perijt: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit.

Imbecillitas & fragilitas generis humani. Cic. 5. Tuſc. 4.
Naturæ communis fragilitas. Cic. pro Marcello, 13.
Duratur ferrum in fragilitatem. Plin. lib. 34. cap. 14. 8.

¶ Fragiliter (ἀσθενῶς) Aduerbium, Inconſtanter, debiliter.

¶ Frater, huius fratris (ἀδελφὸς, κάσις, κασίγνητος, αὐτομασίγνητος) Notæ ſignificationis, diciturq; quaſi ferè alter. Gellius libro 13. cap. 10, fratris autem uocabulum, P. Nigidius homo impensè doctus, non minus arguto, ſubtiliq; ἐτυμολογίᾳ (id eſt, ueriloquio) interpretatur. Frater, inquit, dictus eſt quaſi ferè alter.

Fratris mei gnatus. Plautus Pœnulo, 18. 24.
Fratris filia. Plin. epiſt. 164.
Fratres noſtri Hedui. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 10. 9.
Fratres patrueles, Filij patrui. Cicer. pro Cn. Plancio, 21, Hic eſt enim qui adoleſcentibus cum Aulo Torquato profectus in Aphricã, ſic ab illo grauiſſimo, & ſanctiſſimo, atq; omni laude & honore dignißimo uiro dilectus eſt, ut & contubernij neceßitudo, & adoleſcentuli modeſtißimi pudor poſtulabat. quod ſi adeſſet, non minus ille declararet, quàm hic illius frater patruelis. Fratres patrueles, ſororesq; patrueles dicuntur, qui, quæue duobus ex fratribus progenerantur, ut apud Iuriſconſ. traditum eſt. Suetonius in Cæſare, Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat.

Fratres gemini, non gemini fratres, ut docet Quintilian. lib. 9. cap. 4. Cicero pro Cluent. 34, Itaq; his rebus incenſus, qua ratione Habitum ueneno tollere conatus ſit, cognoſcite. C. & L. Fabritij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter ſe cùm forma tum moribus ſimiles, municipium autem ſuorum diſſimillimi. Horat. 1. epiſt. 19. 8.

Gemelli fratres. Ouid. epiſt. 8. 16.
Frater germanus. Cic. 3. Verr. 91. Idem pro Domo ſua, 91. Et pro Cælio, 24.
Hoc fratri mecum, & cum fratre conuenit. Vide Conuenio.
Lugere fratrem ademptum. Vide Adimo.

¶ Fraterculus, fraterculi, pen. corr. Diminutiuũ (ἀδελφίδιον) Iuuenalis Satyr. 4. 10,

Vnde ſit ut malim fraterculi eſſe gigantum. Cic. 5. Ver. 131, Volo mihi ſaterculo tuo credas. Ex epiſtola Timarchidis.

¶ Fratria, fratriæ (εἰνάτης) Vxor fratris, inquit Feſtus. Fratriæ, inquit Nonius, uocantur fratrum inter ſe uxores.

¶ Fraternus, poſſeßiuum (ἀδελφικὸς) ut, Fraternus amor. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 15. Sic, Fraterna imitatio, Cic. ad Atticum, lib. 9. 184. 2.

Fraternæ acies, apud Statium, lib. 1. 1.
Animi fraterni. Horat. 1. epiſt. 10. 1
Fœdus fraternum rumpere. Horat. 1. epiſt. 3. 7.
Hæreditas fraterna. Cic. pro Cluentio, 32.
Fraterna mors. Virg. lib. 9. Aeneid. 52.
Fraternum parricidium. Cic. pro Cluentio, 23.
Pacis fraternæ fides. Ouid. 3. Metam. 26.
Sodalitium fraternum. Catul. de Cælio, epigr. 95. 1.

¶ Fratricida, huius fratricidæ, pen. prod. (ἀδελφοκτόνος) Qui fratrem occidit. Cic. pro Domo ſua, ad Pontif. 21, Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. quid de me, quod tuliſſe te dicis parricida, fratricida, ſororicida, nónne extra ordinem tuliſti?

¶ Fraternè, Aduerbium (ἀδελφικῶς) Ad ſimilitudinẽ fratris. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 16. 2, Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris Ibidem, lib. 1. 2. 20, Huic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

¶ Fraternitas, pen. corr. (ἀδελφότης) Quintil. declamat. 16, A primis ſtatim ætatibus in eandem coire uitã, habet aliquẽ fraternitatis affectum.

¶ Fratro, tras, De puerorum mammis dicitur, quòd uelut fratres pares oriantur, quod etiam in frumento ſpica facere uidetur. Pro eodem ueteres dixerunt fraterculare. Feſtus, Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumeſcunt, ut fraterculare puerorum. Plautus, Tunc mammulæ primùm ſororiabant, illud uolui dicere, fraterculabant.

Fratilli] Villi ſordidi in tapetis, quòd per terram ferantur. Author Feſtus.



Digitized by Google

**Fratuertium**] Italiæ oppidum, ab Hydrunte non longè distans, teste Plinio lib. 3. cap. 11.

**Fraus**] fraudis, fœ. ge. (ἀπάτη, φενακίσμα, σόφισμα, πιθανολογία, κλοπή) Deceptio, qua aliquē circumuenimus. Terent. Heaut. 5.4.10, —mores caue in te esse istos sentiam. CL. Quos? C. Si scire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, Ganeo, damnosus.

*Fraus & integritas*, contraria. Cic. 2. de Orat. 20.

*Fraus est concessa repellere fraudem*. Ouid. 3. de Arte, 98.

*Cæcus fraude*. Vide Cæcus.

*Inapertus fraudi*, Qui falli non potest. Silius lib. 7. 6.

*Crimina fraudis*. Ouid. 3. de Arte, 7.

*Impia fraus*. Vide Impius.

*Inexplicabiles fraudes*. Vide Inexplicabilis.

*Nefanda fraus*. Iuuenal. Satyr. 13. 18.

*Muliebris fraus*. Tacit. lib. 4.

*Mala fraude aliquid agere*. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.

*Agere aliquē in fraudem*. Virg. 10. Aeneid. Vbi Seruius, In fraudem, id est, in periculum. Ita enim in iure lectum est. Fraudi est illa res, id est, periculo.

*Astruere fraudem*. Senec. Herc. Oeth. 6. 3.

*Captus fraude*. Vide Captus.

*Cogitare fraudem alicui*. Horat. 2. epist. 1. 24.

*Componere fraudes*. Propert. lib. 2. eleg. 10. 7.

*Concipere fraudes*. Vide Concipio.

*Fraudem creare suis cruribus*. Vide Creo.

*Deducere aliquem in fraudem*. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 9. Vide Deduco.

*In fraudem quandam in Republica delabi*. Cic. 3. de Orat. 125.

*Fraudes & fallacias alicuius exagitare*. Cic. pro Cluentio, 81.

*Facere fraudem*. Plaut. Milit. 5. 9.

*Facere fraudem Senatusconsulto*. Cic. Attico, lib. 4. 81. 2.

*Pudica fraude fallere procos*. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 21.

*Ferre fraudem alicui*. Cic. Attico, lib. 7. 144. 2.

*Fert illi fraudem hæc res*. Virg. 11. Aeneid.

*Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid*. Cicero pro Quint. 33, Vi aut fraude fit iniuria: fraus quasi uulpeculæ, uis leonis uidetur: utrunq; ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. Cic. 1. Offic. 64.

Quod sine fraude mea aliorumq; fiat: id est, salua fide, alienoq; iure, inquit Budæus. Liu. lib. 1.

*Impelli in fraudem*. Cic. de Amic. 75. Sic, *in Partit.* 62.

*Incidere in fraudem*. Terent. Heaut. 3. 1. 33.

*Incidere in fraudem spe aliqua*. Cic. Attico, lib. 11. 22 4. 2.

*Inferre fraudem*. Vide Infero.

*Injicere in fraudem*. Vide Injicio.

*Innexa fraus clienti*. Virg. 6. Aeneid. 122.

*Instruendæ fraudi intentus*. Vide Instruo.

*Nectere fraudem*. Silius lib. 6. 66.

*Nudare fraudem alicuius*. Claud. de bello Gild. 55.

*Nubem obijcere fraudibus*. Horat. 1. epist. 17. 13.

*Fraude loci oppressus*. Virg. 9. Aeneid. 83.

*Petere aliquem fraude*. Virg. 4. Aeneid. 235.

*Struere fraudes alicui*. Senec. Hippol. 4. 30.

*Suscipere fraudem*. Cic. in Pisonem, 33.

*Ne ea res mihi sit fraudi*: id est, ne ea res mihi adscribatur, neue uitio detur, unde pœna aliqua proueniat. Antiqui enim fraudem pœnam uocabant. Vlpianus de ædilitio edicto, l. quum autem. Cic. pro L. Murena, 27, Id erit eius uitrico fraudi ac crimini. Ibidem, 192, Duos Cn. Pompeij summi ac singularis uiri filios, incolumes haberemus, quibus certè pietas fraudi esse non debet. Sic, Liu. 1. ab Vrbe, 99. & 208.

*Fraus, pro* Piaculo, & quasi pro crimine, uel potius pœna. Cic. 1. de Diuin. 13, Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude: aut susceptis, anili superstitione obligemur.

*Fraus capitalis*. Liu. 3. bel. Pun. 50.

*Capitalem fraudem admittere*, Est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniēdus sit qui deliquit. Hæc Vlpianus, de ædilitio edicto. Cic. pro Rabir. perduell. reo, 19.

*Peculatus fraude carere*. Cic. 12. Philipp. 327. Id est, crimine.

*Nocituram fraudem committere*. Horat. 1. ode 28. 7.

*Inexpiabiles fraudes in Republica uiolanda cōcipere*. Cicero 1. Tuscul. 144.

*Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere*. Cicero 1. de Orat. 191.

*Pœnas fraudis præsentis in diem seruant nonnunquam dij*. Cic. pro Cælio, 46.

¶ *Fraudulentus*, Adiectiuum (πολυπλανής) Plenum fraudis. Cic. 2. Offic. 51, Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c. Colum. lib. 9. cap. 5. 2.

*Fraudulenti & mendaces Carthaginenses*. Cicero 2. de leg. Agrar. 92.

*Homo fraudulentus*. Author ad Heren. lib. 2. 78.

*Populus & dux fraudulentus*. Horat. 3. Carm. ode 3. 5.

*Venditiones fraudulentæ*. Cic. 3. Offic. 110.

¶ *Fraudulenter*, Aduerbium (πολυπλανῶς) Cum fraude. Colum. lib. 1. cap. 8. 14, Sæpe enim quærendi potestatem faciat de ijs qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Plin. lib. 30. cap. 17, Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. De stellione.

¶ *Fraudo*, *fraudas* (ὑπάγομαι, πλεονεκτέω, ἀπατάω, νοσφίζω) fraudare: cuius passiuum est Fraudor, significat decipere, & utplurimū priuare. Plin. lib. 11. cap. 16. 3, Aequitas quidem etiam in eis obstringitur: feruntq; societate fraudata alueos mori. De apibus.

*Fraudare & fallere*. Cic. pro Ros. Com. 9.

*Vadimonium alicui deserere, & eum fraudare*. Cic. pro Quintio, 50.

*Fraudare & offendere animum*. Cic. in Orat. 103.

*Creditores fraudare*, domo profugere, propter æs alienum uenire ad arma. Cic. 6. Philipp. 211.

*Decumanum fraudare, ne grano quidem uno sine maxima pœna potest arator*. Cic. 5. Verr. 16.

*Fraudare genium, Naturæ appetitui & uoluptati non satisfacere*. Plaut. Aulul. 25. 14.

*Fraudare mutuationibus*. Cic. pro Flacco, 37.

*Fraudare nomine ueteri*. Cic. 5. de Finib. 157.

*Fraudare aliquem pecunia*. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 7.

*Improbissimè populum fraudare*. Cic. de Arusp. resp. 39.

*Fraudare aliquem regno*. Virg. 4. Aeneid. 72.

*Fraudare aliquem in hæreditaria societate*. Cic. pro Quint. 51.

*Somno fraudare aliquem*. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 4.

*Fraudare stipendium militum, & prædam omnem domum auertere*. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 228.

*Fraudare aliquem per tutelam, aut societatem, aut, &c.* Cicero pro Cecinna, 5.

*Fraudare aliquem testimonio suo*. Colum. lib. 3. cap. 7. 1.

*Palàm bonos uiros fraudare*. Cic. pro Quintio, 29.

*Fraudare aliquem uoluptate*. Plin. epist. 96. d. lib. 5.

*Fraudare se uictu suo*. Liu. 2. ab Vrbe, 46.

*Spe fraudandi sublata, soluendi necessitas consequitur*. Cicero 2. Offic. 125.

*Data corripere fraudando*. Catull. ad Ausilenam, 105. 2.

¶ *Fraudans*, Participium (νοσφίζων) ut, Censu fraudante ferus. Ouid. 3. Fast. 166.

¶ *Fraudatus*, Participium (νοσφισθείς) Cic. 3. Offic. 91, Vti ne propter te, fidémue tuam captus fraudatúsue sim.

*Coniugio fraudata*. Ouid. epist. 6. 33.

¶ Fraudator, penult. prod. Verbale (πλεονεκτὴς) Cicero pro Flacco, 38, Nolite existimare iudices, non unam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam.

Creditorum fraudator. Cic. 13. Philipp. 364.

Fraudator & interceptor prædæ. Liu. 4. ab Vrbe, 218.

¶ Fraudatio, Verbale, fœm. gen. (συκοφαντία) Cic. 3. Offic. 91, Quam illa aurea, ut inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.

Fides, & Fraudatio, contraria. Cic. in Catil. 44.

¶ Fraufum, ueteres fraudatũ dicebant: hoc est, eum qui ad fraudis fructum uenisset. Et fraufus erit, qui fraudem commiserit, authore Festo. Plautus Asin. 7. 20,

Metuo in commune, nequam fraudem fraufus siet.

Fraxinus] fraxini, pen. cor. f. g. (μελία) Arbor. Plinius libro 16. cap. 13. 1, Materiæ enim causa reliquas arbores natura genuit: copiosissimamq; fraxinum procera hæc ac teres, pennata & ipsa folio, multumq; Homeri præconio & Achillis hasta nobilitata, &c.

Amicitior undis fraxinus. Stat. 9. Thebaid. 99.

Fraxinus campestris. Vide Campus.

Fraxinus in syluis pulcherrima. Virg. eclog. 7. 13.

Stridula fraxinus. Claud. 1. in Ruffin. 44.

Vmbrosa fraxinus. Stat. 4. Thebaid. 57.

Proceras manibus uertere fraxinos. Horat. 3. Carm. ode 25. 4.

¶ Fraxineus, Adiectiuum (μείλινος) Ex fraxino: ut, Frons fraxinea, Colum. lib. 6. cap. 3. 6. Et lib. 11. cap. 2. 62.

Hasta fraxinea. Ouid. 4. Metam. 2.

Sudes fraxineæ. Virg. 2. Georg. 72.

Trabes fraxineæ. Virg 6 Aeneid. 36.

¶ Fraxinus, pen. cor. Adiectiuum (μείλινος) ut, Virga fraxina. Ouid. epist. 11. 16.

Fraxo] fraxas, Vigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur, authore Festo.

Fragellæ] authore Festo, locus in urbe, in quo ciuitates Feliscorum habitauere.

¶ Fregellæ, Vetus Italiæ urbs olim florentissima, quum à Romanis defecisset, diruta, & ad uicum iam usq; à Strabonis tempore reducta. Silius lib. 8. 95,

Obsessæ campo squalente Fregellæ. Inde Fregellani, populi dicti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

¶ Fregellanus, pen. prod. Adiectiuum, ut Fregellana uitis. Col. lib. 3. cap. 2. 17.

Fregellanus] Nomen proditoris. Cuius meminit Cicero 5. de Finibus, Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reipub. nostræ profuit, non odit?

egenæ] Hetruriæ oppidum, in tractu Vmbriæ, ut author est Plin. lib. 3. cap. 5.

reginates] Italiæ populi. Plinio lib. 3. cap. 5.

Fremo] fremis, fremui, fremitum, pen. corr. (φρυάττω, φρεμάσω, φρυμάττω, βεμάω, ἰμβρίομαι) fremere, Factitium uerbum, significat immaniter sonare. Plaut. Mostel. 18. 10.

Fremunt perstrepuntq;. Virg. 1. Aeneid. 113,

—cuncti simul ore fremebant.

Fremebant æternas opes esse Romanas. Liu. 2. ab Vrbe, 191.

Fremit ereptum sibi consulatum. Cic. ad Att. lib. 2. 22. 4.

Nõ fremit in infantes leo, nisi magna fame. Plin. lib. 8. cap. 16. 7.

Fremunt gaudio erecti de pace Reip. Liu. 6. ab Vrbe, 31.

Fremit leo ore cruento. Virg 9. Aeneid. 25. Suet. in Galba.

Magno circum dolore fremebant. Virg. 6. Aeneid. 35.

Hæc fremit plebs. Liu. 3. ab Vrbe, 159.

Fremebat tota prouincia. Cic. 5. Verr. 112.

Vario superi sermone fremebant. Ouid. 9. Metam. 84.

Torrentes immane fremunt. Claud. 8. Paneg. 47.

Turba mixto murmure fremit. Lucan. lib. 7. 10.

Venti fremunt immani murmure. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 5.

Fremant omnes licet, dicam quod sentio. Cic. 1. de Orat. 96.

¶ Fremens, Participium (φρεμάσων) ut, Sæuit acerba fremens. Valer. 3. Argon. 46.

Bello fremens Italia. Virg. 4. Aeneid. 46.

Equus fremens. Virg. 1. Georg. 3.

¶ Fremendus, Participium (φρεμακτέος) ut, Clamor fremendus. Stat. 12. Thebaid. 151.

¶ Fremitus, huius fremitus, pen. cor. m. g. (φρεαγμὸς, φρύαγμα) Ingens sonitus, ut æstuantis maris, aut murmurantis populi, aut hominis excandescentis in iram. Cic. ad Atticum, lib. 2. 2. 8 ℞, Qui fremitus hominum? quàm irati animi? Idem 5. de Finib. 8, Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret uoce uincere.

Auditus cum fremitu strepitus. Cic. de Arusp. resp. 18.

Aequoris nigri fremitus. Horat. 3. Carm. ode 27. 5.

Egentium fremitus. Cic. pro Flacco, 18.

Maris murmurantis fremitus. Cic. 5. Tusc. 164.

Marino fremitu assurgens Benacus. Virg. 2. Georg. 32.

Fremitus equorum Cæsar 3. bel. Ciuil. 151. Virg. 11. Aen. 121.

Plausu fremituq; secundo. Virg. 5. Aeneid. 67.

Acri cum fremitu perfurit uentus. Lucret. lib. 1. 56. Vide Acer.

Denso circunstant fremitu. Virg. 4. Georg. 44.

Flebilis fremitus. Senec. Hippol. 7. 4.

Horribilis fremitus armorum. Cic. de Arusp. resp. 18.

Horrisono fremitu sequuntur. Virg. 9. Aeneid. 11.

Inconditus fremitus. Vide Inconditus.

Mugienti fremitu loca cuncta retonant. Catul. de Berecyn. 58. 17.

Rapidi fremitus. Lucret. lib. 5. 240.

Truces fremitus tubæ. Senec. Octau. 6. 5.

Semistri fremitus uirorum. Valer. 6. Argon. 47.

¶ Fremebundus (φρυαγμώδης) Qui fremit. Cicero 2. de Nat. deor, 27,

—tanta moles labitur

Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu. Ex Accio poeta. Ouid. 12. Metam. 26.

Tum uerò præceps curru fremebundus ab alto Desilit.

Frendeo] frendes, frendui, fressum (τρώω) frendere, Frangere, authore Festo, unde & Faba fressa. Col. lib. 2. cap. 11. 9, Cicera bubus erui loco fressa datur in Hispania Bethica. Varro 2. de Re rust. cap. 16, Amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere possint: id est, frangere.

Frendere (βρύχειν) aliquando accipimus pro eo quod est simul concussis & strictis dentibus, ueluti cum iracundia uocem emittere. Plaut. Capt. 15. 5, Nimisq; hercle ego illum malè formidabam, ita frendebat dentibus. Dicitur & stridere.

Parto frui. Virg. 1. Georg. 60.

Pace frui. Cic. 7. Philip. 229.

Præſentibus fruitur ſapiens. Cic. 1. de Finib. 95.

Frui recordatione alicuius. Cic. de Amicit. 14.

Frui ſermone alicuius. Cic. de Senec. 11.

Somno frui. Ouid. 2. Metam. 156.

Vtatur ſuis oportet & fruatur, qui beatus eſt. Cic. 1. de Natura deorum, 143.

Vectigalibus frui. Cic. de Aruſp. reſp. 56.

Virginitate perpetua frui. Ouid. 1. Metam. 98.

Frui uiro aliquo. Plin. epiſt. 10. 6.

Frui uita. Cic. 2. de Finib. 169.

Vita & communi ſpiritu frui. Cic. 4. in Catil. 79.

Frui uoluptatibus. Terent. Heaut. 1. 1. 97. Cic. de Senec. 44.

Præſentibus uoluptatibus frui. Cic. 3. Tuſc. 67.

Frui uſu amici & moribus. Cic. de Amicit. 31.

Fruitur hanc alternas noctes. Plaut. Aſin. 16. 68.

Ars fruendi diuitijs. Horat. 1. epiſt. 4. 2.

¶ Fruendus, Particip. (ἀπολαυστέος) Cic. de Senec. 53, Agro bene culto nihil poteſt eſſe nec uſu huberius, nec ſpecie ornatius: ad quem fruendum non modò non retardat, uerumetiã inuitat atq; allectat ſenectus.

Iuſtitiæ fruendæ cauſa uidentur olim bene morati reges conſtituti. Cic. 2. Offic. 58.



Digitized by Google

Fruenda ſapientia eſt. Cic. 1. de Fin. 5. Idem ad Quin. frat. lib. 2. 16. 9, Suauitatis equidem noſtræ fruendæ cauſa cuperem te ad id tempus uenire quod dixeras.

¶ Fruiturus, pen. prod. (ἀπολαύσων) Cic. lib. 3. Tuſc. 67, Zeno Stoicorum acutiſſimus contendere magna uoce ſolebat, eum eſſe beatum, qui præſentibus uoluptatibus frueretur, confideretq; ſe fruiturum.

¶ Fructus, Aliud Particip. (ἀπολιλαυκὼς) Cic. in Hortenſio, Amœnitate ſumma fructus eſt.

Fretum etiam opinione quorundam, maximè Vallæ, in ſupino facit.

¶ Fruitus, pen. corr. Aliud Particip. (ἀπολελαυκὼς) Vlpia. in l. Pompon. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, Licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen uſumfructum amitti: quia non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emptor.

¶ Fretus, Adiectiuum (πεποιθὼς) id eſt, confiſus. Participium eſſe uolunt nonnulli, alijs nomen eſſe contendentibus. Plautus Menæh. 17. 12, —— quæ uiros
Subſeruire ſibi poſtulant, fretæ dote, feroces.

Fretus & munitus. Cic. de Petit. Conſul. 17.

Fretus conſcientia officij mei, beneuolentiæq;, hæc ad te ſcripſi liberius. Cic. Appio, lib. 3. 7. 19.

Fretus conſilijs, & innixus. Plin. in Paneg. 112.

Fretus dijs, & deos ſperare. Plautus Caſin. 7. 39, Saluſtius in Iugurtha, Igitur conſul, omnibus exploratis, credo dijs fretus, &c.

Fretus fiducia tua. Plaut. Aulul. 16. 50.

Fretus fuga, auxilióue. Cic. 3. Tuſc. 76. Ex quodam poeta.

Fretus gratia. Cic. pro Quintio, 47.

Freti tua humanitate tibi conſilium dabimus. Cicero ad Atticum, lib. 9. 179. 1.

Fretus ingenio. Plautus Capt. 6. 100. Terentius in Prolog. Heauton. 24.

Innocentia fi eti, nobilitate nixi, potentia fulti. Cic. Antequam iret in exilium, 6.

Fretus intelligentia uestra diſſero breuius quàm cauſa deſyderat. Cic. 1. de Nat. deor. 69.

Fretus iuuenta. Virg. 5. Aeneid. 85.

Fretus malitia ſua. Terent. Phorm. 2. 1. 43.

Fretus uirtute. Plautus Amphit. 4. 58. Sic, Fretus uiribus. Columm. lib. 6. cap. 23. 3.

Fretus uobis. Terent. Eunuch. 5. 9. 33.

Fretus uoce. Cic. 1. Offic. 159.

¶ Fruiſcor, fruiſceris, pen. corr. (ἀπολαύω) fruiſci, Idem quod Fruor. Gell. lib. 17. cap. 2, Dubitatum eſt ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret fruiſci, non modò autem Latinũ, ſed iucundius amœniusq; etiam uerbum fruiſcor factum eſt quàm fruor: & ut fatiſcor à fateor, ita fruiſcor à fruor. Qu. Metellus Numidicus, qui caſtè pureq; lingua uſus Latina uidetur, in epiſtola quam exul ad Domitios miſit, ita ſcripſit, Illi uerò omni iure atq; honeſtate interdicti, Ego neq; aqua neq; igni careo, & ſumma gloria fruiſcor. Næuius in Atellana, quæ Partus inſcripta eſt, hoc uerbo ita utitur,
Quod magnopere quæſierunt, id fruiſci non queunt:
Qui non parcit apud ſe, fruitus eſt.

¶ Fruiſci, accuſatiuo iunctum. Plaut. Rud. 23. 72,
Hinc, tu, niſi malum, fruiſci nihil potes.

¶ Fruniſci (ἀπολαύειν) pro Frui, Antiqui dixerunt. Lucilius, lib. 18, Aequè fruniſcor eſo, ac tu. Cælius lib. 2, Domus ſuas quoq; ire iubet, & ſua omnia fruniſci. Feſtus Pompeius, Fruniſcor & frunitum dixit Cato. nosq; quum adhuc diximus infrunitum, certum eſt antiquos dixiſſe frunitum.

¶ Frunitus (φρόνιμος) inquit Sipontinus, dicitur prudens, hoc eſt, is quo perfrui licet: ſicut è contrario, Infrunitus, inſipiens, ac ſtolidus, qui nulli uſui eſt. Sed nos frunitum & infrunitum à Græco potius deducta exiſtimamus. nam Græci φρόνιμον prudentem, ἄφρονα dementem dicunt.

¶ Fructus, huius fructus, uel fructuis & fructi, datiuo fructui, maſc. gen. (καρπὸς) à fruendo dicitur, ut inquit Varro, & Donatus, quòd his fruimur. Alij à ferendo, fructus deduci uolunt: & dicuntur illæ res quas fundus fert, & quæ in fundo feruntur.

Fructi. Terent. Adelph. 5. 4. 17,
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium. Cato cap. 4, Fructi plus capies. Varro 1. de re Ruſt. cap. 12. 16, Eius enim ſaliuam eſſe fructuis uenenum.

Acidus fructus. Vide Acidus.

Apyrinus fructus. Vide Apyrinus.

Breuis fructus. Lucret. lib. 3. 187.

Certi, atq; deformati fructus. Quint. in Proœm. lib. 6. 8.

Craſtinus fructus. Vide Cras.

Incertus fructus. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 4. 2. Vide Orcus

Noui fructus. Cic. de clar. Orat. 8.

Obnoxius fructus feris. Vide Obnoxius.

Perpetuus fructus, nec fortunæ ſubiectus. Quintilianus libro 1. cap. 12. 13.

Fructus pro Cibo, interprete Donato. Terent. Phorm. 2. 2. 18,
Non rete accipitri tenditur, neq; miluio,
Qui malè faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur.

Fructus, pro Fruitione & uoluptate. Laurent. Val. lib. 5. cap. 5. Cic. pro Seſtio, 126, Præſentes fructus negligamus: poſteritati & gloriæ ſeruiamus. Idem pro Cecinna, 9.

Authoritatis fructus. Cic. de Senect. 58.

Diuitiarum fructus in copia eſt. Cicero in Parad. 60. Idem 2. Offic. 81.

Iocunditatis fructus. Cic. pro Muræna, 38.

Laboris fructus. Quint. in Proœm. libro 6. 3. Ouidius epiſtol. 12. 35.

Libertatis fructus iucundiſſimus. Cicero Antequam iret in exil. 1.

Pecuniæ fructus maximus. Cic. 2. Offic. 44.

Pietatis cuiuſdam fructus. Cic. pro Seſtio, 58.

Prædiorum fructus. Cic. Att. lib. 11. 210. 2.

Virtutis fructus gloria. Cic. in Piſonem, 44.

Fructus & commoda. Cic. 1. de Nat. deor. 168.

Ad uitæ fructum aliquid acquirere. Cic. 3. Catil. 72.

Afferre ad communem fructum. Vide Affero.

Alere ſuis fructibus exercitum. Cic. in Paradox. 57.

Voluptatem fructum auſert ſolitudo. Cicero de Amicit. 73. Vide Aufero.

Fructum capere ex aliquo: hoc eſt, utilitatem & commodum. Cic. de Amicitia, 67. Vide Capio.

Diligentiæ fructum capere. Cic. de claris Orat. 117.

Capere fructum dulcedinis. Lucret. lib. 2. 195.

Laborum & uigiliarum ſuarum fructum capere maximum. Cic. Bruto, 3. 2.

Immortalem fructum uestri in me amoris cepi. Cicero in Piſonem, 2. 4.

Tempeſtiuos fructus capere. Cic. 2. Offic. 19.

Huberes & diuturnos fructus capere. Cic. pro Cælio, 63.

Fructus claudicat. Vide Claudico.

Condere fructum. Vide Condo.

Conferre fructum. Vide Confero.

Conſequi ampliſſimum fructum. Vide Conſequor.

Coquere fructus. Vide Coquo.

Fructus ſolibus coctus. Vide Coquo.



Digitized by Google

Creare fructus. Quint. lib. 5. cap. 11. 19.
Decerpere fructum ex re aliqua. Horatius 1. Sermon. Satyra, 2. 16.
Demetere & percipere fructus. Cic. de Senect. 64.
Spe posteritatis & fructu duci. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 22.
Edunt nullum fructum ex se sine hominum cultu oues. Cic. 2. de Nat. deor. 236.
Vitæ fructibus non unquam explemur. Lucret. lib. 3. 205.
Ferre fructum ex aliquo. Pollio Ciceroni, lib. 10. 32. 15.
Læros & huberes fructus ex Repub. sed magna acerbitate permistos ferre. Cic. pro Plancio, 75.
Inducere fructum. Vide Induco.
Indui fructu. Vide Induo.
Causa fructus aut delectationis inuisere res rusticas. Cicero 1. de Orat. 129.
Feri fructus mansuescunt terra. Lucret lib. 5. 275.
Metere fructum. Cic. Antequam iret in exilium, 1.
Minuere fructus. Vide Minuo.
Mittere fructum. Vide Mitto.
Feros fructus mollire colendo. Virg. 2 Georg. 8.
Gloriæ magnum fructum ex rebus gestis percipere. Cicer. pro Archia, 17.
Modestiæ fructum aliquem percipere Cic pro Sylla, 1.
Percipitur ex literis fructus. Cic. Cassio, lib. 15. 14. 5.
Vitæ superioris fructum perdere. Cic. 2. de Diuin. 36.
Perferre fructum. Vide Perfero.
Petere fructum non ex stipe aduocationum, sed ex animo suo, & contemplatione, ac scientia. Quint. lib. 1. cap. 12 13.
Præmium & fructum officij repetere. Cicero Antequam iret in exilium, 2.
Fructum repetere, dictum de rebus ad animum pertinentibus. Cic. pro Archia. Est autem metaphora à uillico, è quo uillæ dominus rationem fructuum solet exigere.
Non respondens labori fructus. Ouid. 4 Fast. 129.
Serere, percipere, & condere fructus. Cic. de Senect. 22.
Ad fructum partim, partim ad usum hominum, partim ad uescendum procreatæ sunt pecudes. Cic. 1. de Leg 37.
Ad animi fructum & lætitiam permagnum hoc est. Cic. de lege Agraria, 21.
Sustulit magnos fructus. Quint. lib. 5. cap. 10. 34.
¶ Fructifer, ra, rum, pen. corr. Adiectiuum (καρποφόρος) Ferens fructum. Plin. lib. 12. cap. 3. 1, Quæ ex his incolarũ numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.
¶ Fructificus, a, um (γόνιμος) Idem quod fructuosus, qui facit fructum, hoc est, qui utilitatem præstat. Vnde uerbum Fructifico, quod est fructum facio, & Fructifica, fructuum dea. Author. Sipont.
¶ Fructuarius, Aliud adiect. (καρπιμος, ὑπερκάρπιος) Cuius est fructus, uel ad fructum pertinens, aut ferens fructũ. Col. lib. 1. cap. 6. 1, Et diuidatur in tres partes, urbanam, rusticã, & fructuariã. Idem lib. 5. cap. 5. 14. Varro 2. de re Rustic. cap. 4. 16, Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse.
Arri fructuarij. Cælius Ciceroni, lib. 8. 9. 10.
¶ Fructuosus. penult. prod. Adiect. (ἐγκαρπος, πολύκαρπος) Qui fructum, hoc est, utilitatem præstat. Cic. 2 Tusc. 20, Ager quamuis fertilis sine cultura, fructuosus esse non potest.
Aratio fructuosa, mercatura quæstuosa dicitur. Cicero. 5. Tuscul. 125.
Grandiferæ & fructuosæ arationes. Cic. 2. Philip. 100.
Fructuosa ars. Cic. 1. de Finib. 109.
Fructuosissima ars medicinæ. Plin. lib. 29. cap. 1. 2.
Beneficia fructuosa. Cic. Antequam iret in exil. 1.
Fructuosissimus locus. Cæsar 1. bel. Gal. 115. Sic, apud Ciceronẽ 5. Verr. 194, Sicilia fructuosissima & opportunissima.
Fructuosa prædia. Cic. 2. de Fin. 136.
Rustica res bene culta & fructuosa. Cic. pro Quintio, 7.
Fructuosæ segetes. Varro 1. de re Rust. cap 9. 5.
Virtutes fructuosæ. Cic. 2. de Orat. 187.
Fructuosus, de homine. Cicero pro leg. Manilia, 10, Putatisne uos illis rebus frui posse, nisi eos qui uobis fructuosi sunt, conseruaueritis?
Multis esse fructuosum. Quint. lib. 1. cap. 6. 19.
Non modò liberale, sed interdum etiam fructuosum est, paulũ nonnunquam de iure suo decedere. Cic. 2. Offic. 93.
Frusino] pen. cor. (φερύσινον) Ciuitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorũ meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Iuuen. Satyr. 3, — optima Soræ
Aut Fabratariæ domus, aut Frusinone paratur. Silius lib. 12, Bellator Frusino. Sed hîc populum significat.
Frusinum] φρόσινον, Latinorum oppidum Ptolemæo. hodie Frusinona.
Frustra] Aduerb. (ἄλλως, κένως, εἰκῆ, μάτην) Incassum, nequicquã Quod à frusto Sipontinus deductũ existimat. Cicero de Senectute, 76, Nec me uixisse pœnitet, quoniam ita uixi, ut non frustra me natum existimem. Terentius Adelph. 2 1. 54,
Sed nemo dabit: frustra egr mit mecum has rationes deputo. Et 4. 3. 15, Frustra operam hanc opinor sumo. Cic. ad Att. lib. 5 92. 2, Vt aut quoad dem posthac literas sciam, aut ne dem frustra.
Fortissimus frustra. Virg. 5. Aen. 77.
Frustra, pro eo quod est re infecta, id est, sine ullo rei effectu. Sallustius in Iugurth. Multa tamen in oratione consumpta, frustra legati discessere. Nisi fortè malis legere, consumpta frustra.
Conterere tempus frustra. Cic. pro Rosc. Comœdo, 24.
Describere aliquid frustra. Cic. Att. lib. 13. 27 1. 2.
Nec frustra ac sine causa quid facere, dignum deo est, quod abhorret ab hominis constantia. Cic. 2. de Diuin. 187.
Implorare frustra auxilium alicuius. Cic. 2. de Orat. 78.
Suscipere frustra laborem. Cic. de Vniuersit. 47.
Frustra habere aliquem, pro Decipere & circumuenire. Plautus Amphit. 3. 2. 5, Is aduenientis seruum & dominum frustra habet.
Habitus frustra Tacit. lib. 13.
Frustra esse, pro Decipi, falli. Plaut. Bacchid. 18. 42. Sallust. in Iugurth. Quo mihi acrius adnitendum est, ut neq; uos capiamini, & illi frustra sint.
Frustra esse, Non prodesse. Celsus lib. 3, Quia curatio minus ijs prodest, in quibus assiduè frustra fuit.
Frustra esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quodq; non ex sententia euenit. Sallust in Iugurth. Cuius neq; consilium, neq; cœptum ullum frustra erat. Budæus.
¶ Frustro, frustras (ψεύδω) frustrare, Decipere. Cæsar, Non frustrabo uos milites. Plaut. Milit. 12. 9,
— quin ego frustro,
Postquam adhibere meas aures ad tuã moror orationẽ.
¶ Frustror, frustraris (ψεύδομαι, ἀποτυγχάνω, ματαιόομαι, ἐκπόρευσίω) Verbum commune secundum Priscianum, idem quod Frustro. Alij tamen deponens esse uolunt. Plautus Amphit. 8. 199. Terent. in Prologo Eunuch. 14, Debinc ne frustretur ipse se, &c. Cic. ad Atticum, libro 22. 24. 12.
Frustrari ab aliquo. Passiuè. Plin. de Viris illust. 42.
Imagine uerbi frustratur. Lucret. lib. 4. 115.
Frustror, Actiuè. Paulus in l. sed ad eos ff. ex quibus causis maiores,

Digitized by Google

maiores, Sed ad eos pertinet, qui conuenti fruſtrantur: & qualibet tergiuerſatione & ſolertia efficiunt ne cum ipſis agi poſsit.

Fruſtrari expectationem alicuius: hoc eſt, non præſtare quod quis expectat. Plin. epiſt. 34. a. Idem epiſt. 171. a.

Fruſtrari impenſas. Col. lib. 1. cap. 1. 2.

Fruſtrantur falſis gaudia lachrymulis. Catul. de Coma Beren. 61. 4.

Fruſtrari laborem. Col. in Præfat.

Fruſtrari ſe. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 7.

Seipſum fruſtrari de re aliqua. Cic. 4. Acad. 117.

¶ Fruſtratus, pen. prod. Particip. (ἀποτυχών, ἀφῃρημένος) ut, Nunquam fruſtrata ſagitta. Stat. 1. Syl. 2. 13.

Fruſtrata nos eſt fides tua. Terent. Adelph. 4. 4. 12.

Fruſtrata eſt hæc mea ſpes. Terent. And. 2. 2. 37. Lentulus Cicer. lib. 12. 14. 2.

¶ Fruſtrator, toris (ψευδόμενος) Verbale à fruſtro, Morator, cunctator. Papinian. in l. liberto uel amico. ff. negot. geſtor. Litem, inquit, in iudicium deductam, & à reo deſertam fruſtratoris amicus ultrò egit, cauſas abſentiæ eius allegans.

¶ Fruſtratio, fruſtrationis (ματαίωσις) Verbale, Deceptio. Planc. ad Ciceronem, lib. 10. 23. 1, Tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit.

Fruſtratio cupiditatis. Col. lib. 11. cap. 1. 13.

Fruſtrationem inijcere in aliquem. Plau. Amph. 9. 16.

Fruſtrationes dare. Plaut. Moſtel. 16. 30.

Per fruſtrationem. Liu. 5. bell. Pun. 144.

Fruſtratio eſt. Varro 1. de re Ruſt. cap. 1. 5.

¶ Fruſtrabilis, pen. corr. Adiectiuum. Arnobius libro 6. aduerſus gentes.

Fruſtum] fruſti (ψωμὸς, πάνδημον, τρύφος, ἄγμα, ψῆγμα, κόρμα) Rei cuiuſcunq; particula, ſiue fragmentum, dictum à Frango. Sipontinus. Cic. 2. Philip. 74, In cœtu uerò populi, negotium publicum gerens, Magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is uomens fruſtis eſculentis uinum redolentibus, gremium ſuum & totũ tribunal implcuit. Virg. 1. Aen. Pars in fruſta ſecant. Catò, fruſto panis conduci poteſt uel uti taceat, uel uti loquatur. Cic. 1. de Diuin. 53.

Fruſta ampla caſei ouili proximi anni facito. Colum. libro 12. cap. 42.

Seneſa lardi fruſta. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 18.

Fruſta meri bibunt: id eſt, uinum congelatũ. Ouid. lib. 3. Triſt. eleg. 1. 10. 5. de Getis.

Mucida fruſta cærulei panis. Iuuen. Satyr. 14. 13.

Fruſtum pueri, per iocum dixit Plaut. Perſa, 23. 71,

—— loquere
Tu etiam fruſtum pueri.

Librarium fruſtum. Vide Libra.

Rogare fruſta. Iuuen. Satyr. 3. 21.

¶ Fruſtulum, fruſtuli, pen. corr. Diminut. (κορμάτιον) apud Plaut. à quo fruſtillum.

¶ Fruſtatim, penultim. product. Aduerbium (εἰς κόρματα) Id eſt, minutatim & per fruſta. Plinius libro 20. capite 9. 18, Coquitur plurimis modis in olla, quæ conijciatur in clybanum aut furnum, uel adipe, aut luto illita, aut fruſtatim in patinis.

¶ Fruſtillatim, penult. prod. Diminutiuum aduerbium (κρεαγρηδὸν) Plaut. Curcul. 12. 20, (differant.

—— iam ego Te faciam ut hic formicæ fruſtillatim

¶ Fruſtulentus, Adiectiuum (κορματώδης) Plenum fruſtis. Plaut. Curcul. 7. 34, (ſorbeam.

Vin' aquam? c. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle ab-

Frutex] fruticis, pen. corr. m. g. (θάμνος, ῥυγανὸς) Dicitur



(inquit Valla lib. 4) qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neq; areſcit ut herba, uerum perennis eſt. Plin. lib. 14. cap. 16. 10, Et fruticum uerò è genere, cedri utriuſque, cupreſſi, laurus, iuniperi, terebinthi, calami, lentiſci. Varro 2. de re Ruſt. cap. 1. 16, Equos ut capras in montoſis potius locis & fruticibus, quàm in herbidis campis.

Frutex craſſa radice. Vide Craſſus.

Genus omne fruticum. Virg. 2. Georg. 5.

Aquaticus frutex. Plin. lib. 6. cap. 36.

Buxeus frutex. Vide Buxum.

Luteus frutex. Vide Lutum.

Neſaſii frutices. Vide Neſas.

Oleraceus frutex. Vide Olus.

Frutex, Arboris nomen in Phrygia. Plinius libro 13. capite 53, Cedro ſimilis in Arcadia eſt arbor: in Phrygia Frutex uocatur.

Frutex, de lupino. Col. lib. 2. cap. 12, Vt latius ſe frutex humi diffundat. De frumentis & leguminibus. Idem lib. 2. capite 15, Frutex lupini ſucciſus, optimi ſtercoris uim præbet. Idem libro 11. cap. 3.

¶ Frutetum, fruteti, penultima producta (θαμνών) Locus fruticibus conſitus. Plinius libro 18. cap. 6. 13, Fruteta igni optimè tolluntur. Colum. lib. 6. capite 22. 2, Nam melius nemoribus herbidis & frutetis & carectis, quàm lapidoſis locis durantur ungulæ.

¶ Fruticetum, pen. prod. Idem (ῥυγανών) ut, Arctum fruticetum. Hor. 3. Carm. ode 12. 3.

¶ Frutetoſus, pen. prod ſiue Frutectoſus, Adiect. (θαμνώδης) Fruticibus abundans. Plin. lib. 19. cap. 1. 7, Siccis hæc ferè & ſabuloſis locis, frutetoſiq; naſcuntur. Colum. lib. 2. cap. 2. 9, Nemoroſi, frutetoſiq; tractus duplex cura eſt.

¶ Frutico, fruticas, pen. corr. (βλαστέω) fruticare, Pullulare, & quaſi frutices emittere. Plin. lib. 17, Quod ſupra terram eſt, è matre radi iubetur, ne fruticet. Col. lib. 5.

Lætius fruticare. Vide Lętus.

Fruticare pluribus culmis. Col. lib. 2. cap. 9. 5. Hoc eſt, pluribus culmos ex eodem ſemine emittere.

¶ Fruticatio, Verbale (βλάστησις) In arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. Plinius libro 17. capite 1. 7, Ita enim appellatur in ipſis arboribus, fruticatio inutilis.

¶ Fruticor, fruticaris (βρύω) fruticari, Deponens, Frutices emittere. Cic. Attico, libro 15. 323. 6, Animis enim uſi ſumus uirilibus, conſilijs (mihi crede) puerilibus. Exciſa enim eſt arbor, non euulſa itaq; quàm fruticetur uides.

Fruticeſco, fruticeſcis (βρύομαι) fruticeſcere, Idem. Plinius libro 17. capite 27. 6, Vitis tantum tonſuram annuam quæritialternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

¶ Fruticoſus, pen prod. Adiect. (ῥυγανώδης) dicitur quod longè, lateq; fruticat, & multos habet fruticantes ramos. Plin. lib. 12. cap. 4. 3, Duo genera eius. Rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticoſum. Id eſt, latè admodum fruticans.

Fruticoſum arboribus mare. Plin. lib. 6. cap. 22. 6.

Fruticoſiores rami. Plin. lib. 20. cap. 13. 6. Hoc eſt, foliis & ſurculis abundantiores.

Vimina fruticoſa. Ouid. 6. Metam. 69.

Frutinal] Dictum eſt templum Veneris frutæ. Feſtus.

Frux] huius frugis (φρᾶον) dixerunt antiqui, authore Feſto Pompeio. Varro, Frux, legumen, triticum.

Frux in nominatiuo ſingulari reperitur apud Auſonium in monoſyllabis,

*Ante equidem campis quam ſpicea ſuppeteret frux.*

FS. *Fratres.* FVNC. *Functus.*

F V

**Fuat**] εἴη, *pro Sit, dixerunt ueteres, authore* Donato. Virg. 10. Aen. 21,

*Tros, Rutulúsue fuat, nullo diſcrimine habebo.* Vbi Seruius, *Fuat, id eſt, fuerit, futuri temporis uerbum defectiuum.* Terent. Hecyra, 4.3.4.

*Fors fuat pol.* Plaut. Amph. 12.2,

*Nec quiſquam tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi.*

**Fuca**] *Piſcis ſaxatilis, in petroſis promõtorijs, ubi ſaxa ſunt, deliteſcens ac pariens, molli carne præditus, propterea q; facilis confectionis, teſte* Gal. *lib. 3. de aliment. facult. capite 28. & 30.*

**Fucentes**] *Populi in quarta regione Italiæ, quos Marſorum eſſe dicit* Plin. *lib. 3. cap. 12.*

**Fucilis**] *inquit* Feſtus, *falſa: dicta autem quaſi fucata.*

**Fucinus**] *pen. corr.* (φυσίνας) *Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenſes Marſorum populos. Quo etiam nomine dictus eſt lacus Volſcorum.* Mart. *lib. 1. 28.*

**Fucus**] *fuci, m. gen.* (κηφὴν) *Genus apis ſine aculeo.* Virg. 4. Georg. 34,

*Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.* Plin. *lib. 11. 1, Sunt autem fuci ſine aculeo uelut imperfectæ apes, nouiſſimæq; à feßis, & iam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſeruitia ueraꝝ apum. Quamobrem imperat ijs, primoſq; in opera expellunt, tardantes ſine clementia puniunt. Neq; in opere tantum, ſed in fœtu quoq; adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba.* Col. *lib. 9. cap. 5, Fucus genus amplioris incrementi, ſimillimum apis & immune, ſine doctrina, ſauis aßidens.* Varro *3. de re Ruſt. cap. 16. 6, Itaq; inſectantes à ſe eijciunt fucos, quòd hi neq; adiuuant & mel conſumunt.*

*Immuniſq; ſedens aliena ad pabula fucus.* Virg. 4. Georg. 49.

*Fucum, pro cera poſuit.* Virg. 4. Georg. 8,

*— fucoq; & floribus oras*
*Explent.* *Fucus genus eſt herbæ, unde tinguntur ueſtes. Fucum autem & flores pro cera poſuit, quam ex his colligunt rebus.* Seruius.

*Fucus marinus* (φυκὸς θαλάσσιον) *Herba quæ & alga marina dicitur.* Plinius *libro 26. capite 10. 9, Præcipuè uerò liberat eo malo phycos thalaßion: id eſt, fucus marinus, lactucæ ſimilis, qui conchylijs ſubſternitur: non podagræ modò, ſed omnibus articulorum morbis impoſitus, prius quàm exareſcat. Tria aũt genera eius, latum, & alterum longius quadã tenus rubens. Tertium criſpis foliis, quo in Creta ueſtes tinguntur, omnia eiuſdem uſus. Idem tamen lib. 13. cap. 25. Nõ habet, inquit, lingua alia nomen, quod Græci uocant phycos: quoniam alga herbarũ magis uocabulum intelligitur: hic autem eſt frutex, &c.*

*Fucus* (φυκίον) *Vnguentum aut pigmentum quo mulieres tinguntur & colorantur, ut uitia corporis emendent.* Plautus Moſtel. 4.118,

*Vetulæ edentulæ, quæ uitia corporis fuco occultant, &c.*

*Fucus* (φῦκη) *fraudem aliquando ſignificat & inſidias, interprete* Donato: *ſub quibus occultatur ueritas.* Plaut. Capt. 10.6. Terent. Eun. 3.5.41,

*Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atque per alienas tegulas*
*Veniſſe clanculum, per impluuiũ fucum factũ mulieri.*

*Facere fucum.* Cic. de Petition. Conſul. 24, *Si eum qui tibi promiſerit, fucum, ut dicitur, facere uelle ſenſeris.*

*Sine fuco: Id eſt, ſimpliciter et apertè.* Cic. *ad Att. lib. 1. 1. 1. Idem de claris Orat. 84.*

*Sententiæ ueræ, ſine pigmentis fucoq; puerili.* Cicero *1. de Orator. 101.*

*Fucus & cincinni poetæ.* Cic. *3. de Orat. 56.*

*Fucus roſeus.* Catul. *in Argon.*

*Mercem ſine fucis geſtat.* Hor. *1. Serm. Satyr. 2. 17.*

*Illitus fuco color.* Cic. *3. de Orat. 110.*

*Lana medicata fuco.* Hor. *3. Carm. ode 5. 6.*

*Mentiri colorem fuco.* Quint. *lib. 2. cap. 15. 17.*

*Splendente fuco ornare comas.* Tibul. *lib. 1. eleg. 8. 3.*

*Perfuſa gloria fuco.* Ouid. *1. Faſt. 61.*

*Fucus, pro medicamine ſiue ſanie purpuræ.* Plinius *libro 9. capite 38. Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit.*

¶ *Fuco, fucas* (φυκόω, ἀγχυσίζω) *fucare,* Colorare. Virgilius 2. Georg. 94,

*Alba neq; Aſſyrio fucatur lana ueneno.* Cic. *1. de Natura deorum, 152, Formare, fucare, colorare, animare non poſſent. Alia exemplaria legunt, figurare.*

*Stercore fucatus crocodili.* Hor. *Epod. 12. 3.*

*Immodicè formam fucata.* Lucan. *lib. 10. 28.*

¶ *Fucatus, pen. prod. Adiect.* (φυκιωτὸς) *Fucatæ mulieres dicuntur quæ uel unguentis quibuſdam colorantur, uel uitia corporis inductis coloribus tegunt.*

*Candoris & ruboris fucati medicamenta omnia repellentur, elegantia modò & munditia remanebit.* Cicero *in Orator. 43.*

*Fucatus nitor, cui opponitur Naturalis.* Cicero *de claris Orator. 18.*

*Signa probitatis non fucata ſpecie forenſi.* Cicero *pro Plancio, 24.*

*Hyali ſaturo fucata calore uellera.* Virg. 4. Georg. 67.

*Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis.* Cic. *pro Planc. 17.*

*Fucata & ſimulata, Syncera & uera, contraria.* Cicero *de Amicitia, 78.*

*Fucata ineptijs omnia.* Cic. *pro Murena, 23.*

¶ *Fucoſus, penultima producta, Adiectiuum* (φυκώδης) *Vitiatus, quaſi fuco tectus, non ſyncerus: ut, Fucoſæ merces.* Cicer. *pro Rab. Poſth. 24.*

*Fucoſæ amicitiæ, pro ambitioſis, & ſpecie ſplendidis.* Cicer. *ad Attic. lib. 1. 13. 2.*

**Fufidius**] *Oratoris nomen, cuius meminit* Cic. *in Bruto.*

*Fufidius, Iuriſconſultus celeberrimus fuit, cuius authoritate Paulus uſus eſt in l. Fufidius. ff. de bon. auth. iud. poſſ. Forſitã hic ille eſt* L. *Fufidius, quẽ* M. *Tullius in Bruto, in aliquo patronorum numero fuiſſe ſcribit: ad quem etiam* M. *Scaurus tres libros de uita ſua ſcripſit, ut & Plin. teſtatur libro 33. cap. 1.*

**Fuga, Fugax**] *Vide* Fugio.

**Fugalia**] *Feſta fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberataq; Reip. inſtituta. Cenſorin. de die geniali, feſtum hoc Regifugium uocat, quòd eo die Tarquinius ab exercitu ad Porſenam Hetruſcorum regem fugiſſet. Celebrabantur autem fugalia menſe Februario, poſt exacta terminalia. Auguſt. lib. 2. de ciuit. Dei, Sed demonſtrentur talibus aliquando conuenticulis conſecrata, non ubi ludi agerentur obſcœni, uocibus & moribus hiſtrionum, nec ubi fugalia celebrarentur, effuſa omnium licentia turpitudinum, & uerè fugalia, ſed pudoris & honeſtatis.*

**Fugia**] *dea lætitiæ, à fugatis hoſtibus. Sipontinus.*

**Fugio**] *fugis, fugi, fugium, pen. corr.* (φόβγω, φυγαδῶ, ἀλιδέω, ἀλύγω, λιάζω, ὑπαλύγω, ἀφαπτόω) *fugere, Cum curſu & celeritate abire & recedere.* Virg. *1. eclog. 1. Nos patriam*

Digitized by Google

triam fugimus. Idem 8. eclog. 9,
Nunc & oues ultro fugiat lupus. A Græco φεύγω.
Sapientis fugere negant Stoici. Cic. Bruto, 15. 8.
Fugere de cauea. Mart. lib. 9. 93.
De ciuitate fugere. Quint. lib. 6. cap. 1. 15.
Fugere è conspectu. Terent. Hecyra, 1. 2. 107.
Fugere è manibus. Cic. pro Cælio, 52.
Tenues fugit, ceu fumus, in auras. Virg. 5. Aen. 147.
In bellum fugitur. Lucan. lib. 1. 100.
Longè fugere. Vide Longus.
Fugiebam maximè. Plaut. Amph. 4. 45.
Pauidè fugere. Vide Pauidus.
Fugere oppido. Cæsar 3. bel. Ciuil. 13.
Fugere, Vitare, & respuere. Plaut. Asin. 5. 61,
Quod nolebam ac uetueram de industria,
Fugiebatis: neq; conari id facere audebatis prius.
Aciem fugere. Vide Acies.
Fugit aciem tenuitas animi. Cic. 1. Tusc. 80. Hoc est, non potest uideri, de acie enim oculi loquitur.
Odisse & fugere aliquem. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 17.
Aliquid omni contentione fugere. Vide Omnis.
Fugere congressus hominum Cic. de Amic. 73.
Fugere conspectum alicuius. Cic. pro lege Agrar. 60. Ouid. 2. Metam. 118, Conspectum lucemq; fugit.
Fugere curam. Cic. de Amicit. 43.
Disciplinas omnes fugit. Quint. lib. 2. cap. 17. 10.
Fugere hominem oculis. Cic. in Pisonem, 35.
Fugere facta aliqua. Plaut. Milit. 10. 28.
Fugere in famiam. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 14.
Fugere iter: hoc est, fugiendo conficere. Brut. ad Cic. li. 11. 13. 4.
Fugere laborẽ. Terẽt. Heaut. 1. 1 114. Virg. 3. Aen. 92. Cic. 5. de Fin. 102. Et ad Att. lib. 11. 212. 2, Fugere omne munus.
Fugere nomen inuidiosum uoluptatis. Cic. 4. Acad. 250.
Fugere nuptias aliquas. Terent. And. 4. 4. 27.
Recordationes, quæ morsu quodam dolorem efficiunt, fugere. Cic. Att. lib. 12. 241. 9.
Fugere suspicionem. Cic. ad Att. lib. 15. 324. 2.
Fugere tædium. Plin. lib. 36. cap. 15. 8.
Fugit accedere. Ouid. 2 Metam. 98.
Fugere, De iis qui nauigant etiam dicitur. Virg. 3. Aen. 49.
Tendunt uela Noti, fugimus spumantibus undis.
Item de auibus. Virg. 3. Aen. 49,
—— celeriq; fuga sub sydera lapsæ
Semesam prædam, & uestigi fœda relinquunt. De Harpyis loquitur.
Fugere & præteruolare aliquos. Cic. in Orat. 114.
Ventis ocyor fugit. Sil. lib. 13. 49.
Fugere, pro Latere, & præterire & obliuisci. Cic. pro Cecina, Alia si qua fortè est actio, quæ non fugiat, dic quæ sit: discere cupio. Budæus.
Nulla res est in usu militari posita, quæ huius uiri scientiam fugiat. Cic. pro lege Manilia, 20.
Fugiunt hæc mea ætate, non recordor, non memini, aut ignoro. Cic. 2. Tusc. 37. Idem pro Cecin. 62, Non enim sum dicturus, quod ego meminerim, sed quod illos non fugerit.
Me fugit, id est, nescio. Ouid. 5. Fast. 89.
De Cæsare fugerat me ad te rescribere: hoc est, non meminerã ad te rescribere de Cæsare. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 14. 3.
Si quid te fugerit. Terent. Heaut. 2. 3. 75,
Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim. Id est, Si uel tantillum peccaueris oblitione, aut aliquo alio modo.
Fugit te ratio. Plaut. Amphit. 4. 232.
Non te fugit. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4.



Fugere, Credere est. Vnde uina quæ ætatem ferre non possunt, id est, fugientia, annis cedere dicuntur: ut, Cedere oneri dicimus, onus non perferre. Atq; eadem quoq; ratione factitiæ gemmæ sacrificationi cedentes, fugere dicuntur. Plin. lib. 37. cap. 13. 2, Factitiæ gemmæ sacrificationis candicantiam fugiunt. Vbi fortè candicantia septimo casu legi debet. Budæus ex Hermolao.
Fugiendo. Propert. lib. 1. 2,
Mimallon nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iasidos.
Satietas audientium oratori fugienda. Cic. 5. Verr. 84.
Longa animi prouisione fugiendum uitiosum genus dicendi. Cic. in Orat. 110.
Iniuria fugienda. Cic. 1. Offic. 38.
Turpitudo fugienda, adipiscenda honestas. Cicero 2. Tuscul. 111.
¶ Fugiens, fugientis, Particip. (φεύγων) Qui timet & fugit aliquid. Terent. And. 5. 4. 33, Is hinc bellum fugiens, meq; in Asiam persequens proficiscitur.
Consilire fugientibus. Tacit. lib. 3, Tanto magis imbelles Aeduos euincite, & fugientibus consilite.
Obsistere fugienti. Ouid. 2. Fast. 119.
Fugientem est uoce secutus. Virg. 1. Aen. 82.
Fugiens opprobria culpæ. Hor. 1. epist. 9. 2.
¶ Fugiens, Nomen: ut, Vinum fugiens: id est, dubium & in uitium inclinans. Et, Fugere in uino, Latinè dicitur, quod uulgò non seruari dicimus. Cic. 3. Offic. 122, Qui uinum fugiẽs uendat sciens, debeátne dicere? Fugiens Cicero pro ætate cedente dixit. Budæus.
Aetas fugiens. Catullus ad Mallium, 63. 9.
Fugientes etiam literæ dicuntur exolescentes, quæ uetustati cedunt. Id est, διαῤῥύματα γράμματα, quasi diffluentes, dilabentesq;. Quod fit etiam quum membranæ præpingues, literas non retinent. Budæus.
Spicula fugientia. Virg. 11. Aen. 131.
Fugientia uina. Vide Fugiens, Nomen.
Fugiens laboris (φυγόπονος) Cæsar 1. bel. Ciuil. 255, Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c.
¶ Fugiturus, pen. prod. Partic. (φεύξομαι) Ouid. epist. 2. 10,
Remigium nue dedi quo me fugiturus abires.
¶ Fugito, fugitas, pen. corr. (φευγομαι) fugitare, Frequentatiuum, Apul. Huc atq; illuc fugitando, ad stabulum tandem perueni.
Fugitare patrem. Terent. Phorm. 5. 5. 7.
Fugitare conspectum patris, Idem. Terent. Heaut. 3. 1. 25.
Fugitare oculos alterius. Plaut. Cap. 11. 10.
Fugitant omnes hanc prouinciam. Plaut. Capt. 4. 53.
Fugitare quæstionem, Formidare & fugere tormentum. Cic. pro Rosc. Amer. 47.
¶ Fugitans, pen. corr. fugitantis. Partic. Qui saepius, aut huc, atq; illuc solet fugere.
Fugitans litium, Nomen. Terent. Phorm. 4. 3. 18.
¶ Fugitor, pen. cor. fugitoris (φευκτὴς) Timidus, & qui protinus fugit. Plaut. Trinum. 10. 96, —— in saginam
Herus se coniecit meus, credò ad summos bellatores
Acrem fugitorem fore, & capturum spolia.
Fugitor acer. Vide Acer.
¶ Fuga, fugæ (φυγὴ, φύξις, φόασμὸς) Profectio, abscessus cum celeritate. Virg. 3. Aen.
—— longumq; fugæ ne linque laborem. Idem lib. 4, Fugæ studium. Seruius.
Fuga, pro Exilio. Cic. 3. de Orat. 6, Tenemus enim memoria Q. Catulum uirum omni laude præstantem, quum sibi non incolumem fortunam, sed exiliũ & fugam deprecaretur, es-

*ſe coactum ut uita ſe ipſe priuaret. Idem Antequam iret in exil.12. Budæus.*

**Fuga, Curſus.** Virg.1.Aen.64.

—— *uel qualis equos Treiſſa fatigat*
*Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum.* Seru.

**Fuga, Celeritas.** Virg.11.Aeneid.

—— *dimitte fugam: & te cominus æquo*
*Mecum crede ſolo.* Seruius.

**Fuga, Impetus.** Virg.

*Ille uolat ſimul arua fuga, ſimul æquora uertit.* Nonius.

**Fuga acer.** Vide Acer.

**Fuga honoris.** Liu.lib.3. Id eſt, effugiendi honoris ratio. Sic, *Fuga uulnerum & mortis.lib.8.* Decad.4.

**Laboris fuga deſidiam coarguit.** Cic.pro Murena,7.

**Laborum ac dolorum fuga.** Cic.2.de Fin.51.

**Lucis fuga.** Quint.lib.1.cap.3.10.

**Operarum fuga.** Cic. Quæ frat.lib.2.7.4.

**Calamitoſa fuga.** Vide Calamitas.

**Celeri fuga ſub ſydera lapſæ.** Virg.3.Aen.49.

**Ignominioſa fuga.** Vide Ignominia.

**Fuga nulla maleſactis meis.** Plaut. Capt.10.7. Id eſt, non poſſum uitare pœnam.

**Occulta fuga.** Sil.lib.7. 67.

**Trepidæ ducx & comesq; fugæ.** Ouid.1.Triſt.eleg.9.1.

**Turpis fuga.** Tacit.lib.19.

**Turpiſſima ab urbe fuga.** Cic. Att.lib.7.138.2.

**Volucris fuga.** Sil.lib.17.119.

**Ardet abire fuga.** Virg.4.Aen.57. Vide Abeo.

**Fugam furto abſcondere.** Vide Abſcondo.

**Accelerare fugam.** Stat.5.Thebaid.56.

**Agere in fugam.** Vide Ago.

**Agitare fugam.** Virg.2.Aeneid.128.

**Amittere fugam.** Vide Amitto.

**Incluſis aperire fugam.** Claud.de bel.Getic.20.

**Apparare fugam.** Vide Apparo.

**Auertere in fugam.** Vide Auerto.

**Fugam capere.** Cæſar 7. bel. Gall.110. Vide Capere fugam. Ouid.3.Faſt.172.

**Capeſſere fugam.** Vide Capeſſo.

**Celerare fugam.** Virg.1.Aen.73. Vide Celero.

**Claudere alicui fugam.** Vide Claudo.

**Fugam cuſtodia claudit.** Ouid.7.Metam.116.

**Cohibere fugam.** Sil.lib.15.147.

**Commendare ſe fugæ.** Vide Commendo.

**Compeſcere fugam alicuius.** Claud.de bel.Get.64.

**Conferre ſe in fugam.** Cic.pro Cecin.16.

**Conijcere ſe in fugam.** Cic.pro Cælio,50. Vide Conijcio.

**Conſciſcere fugam.** Tacit.lib.19. Liu.5.Decad.1. *Exiliumq;, ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus.*

**Conſternari in fugam.** Liu.10.ab Vrbe,217.

**Conuertere ſe in fugam.** Vide Conuerto.

**Fugam clamore conuertere.** Vide Conuerto.

**Conuertunt clamore fugam.** Virg.12.Aen.51.

**Deſperata fuga latronis.** Cic. 5.Philip.186.

**Dictare fugam.** Quint.lib.1.cap.3.10.

**Diſijcere aliquem in fugam.** Tacit.in uita Agricolæ.

**Incertæ & periculoſæ fugæ ſe dare.** Cic. Att.lib.7.141.3.

**Dare ſeſe in fugam.** Cic.6.Verr.85.

**Dare fugam.** Virg.7.Aen.5.

**Inclinare in fugam.** Vide Inclino.

**Inijcere fugam inimicis.** Vide Inijcio.

**Intendere fugam.** Vide Intendo.

**Intendere fugam ad mœnia.** Lucan.lib.4.54.

**Intercludere fugam.** Vide Intercludo.

**Mandare ſe fugæ.** Vide Mando.

**Maturate fugam.** Virg.1.Aeneid.29.

**Meditari fugam.** Vide Meditor.

**Moliri fugam.** Virg.2.Aen.22. Vide Molior.

**Occultare fugam.** Vide Occulto.

**Ornare fugam.** Vide Orno.

**Parare fugam.** Vide Paro.

**Penetrare ſe in fugam.** Vide Penetro.

**Implicitam uiſco fugam perdere.** Vide Implico.

**Petere fugam.** Claud.2.in Ruffin.27.

**Terga præbere fugæ.** Ouid.1.Metam.140.

**Repreſſa eſt fuga quæ parabatur.** Cic.Att.lib.7.144.1.

**Simulata fuga.** Quint.lib.2.cap.13.3.

**Siſtere fugam alicuius.** Stat.9.Theb.175.

**In fuga eſſe.** Cic.Att.lib.7.141.4.

**Texunt q; fugas & prælia ludo.** Virg.5.Aen.118.

**Vertere in fugam.** Liu.lib.7.Decad.4.

¶ **Fugax, fugacis,** pen. prod. om. g. (φυγάνιος) Qui propter timiditatem facilè fugit.

¶ **Fugax, Fugiens,** Nomen pro participio. Virg.11.Aeneid. *Haud mora, conuerſiſq; fugax auſertur habenis.* Seruius.

**Fugacia poma,** Perſica appellat Plinius, quòd citò deflorescant, & diutius ſeruari non poſſint, libro 15.capite 12. Budæus.

**Fugax,** Velox. Virgilius 10. Aeneidos, —— *prolem Doliaeaonis Hebrum Sternit humi: cum quo Latagum Palmumq; fugacem.* Seruius.

**Fugax contra inſequentes crocodilus.** Plinius, libro 8.capite 25.5.

**Anni fugaces.** Hor.2.Carm.ode 14.1.

**Fugaces aues.** Plin.lib.10.cap.52.1.

**Capræ fugaces.** Ouid.1.Metam.89.

**Cerui fugaces.** Virg.3.Georg.106.

**Aura fugacior.** Ouid.13.Metam.173.

**Sequi fugacem.** Hor.2.Serm.Satyr.7.23.

**Breuia, fugacia, & caduca exiſtima.** Id eſt, *caduca & temporaria.* Cic.ad Planc.lib.10.12.13.

¶ **Fugitiuus,** pen.prod. Adiect. (φυγάδος) Qui aufugit: ut, *Fugitiuum ſeruum, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamſi mutato conſilio ad eum reuertatur.* Plaut. Menech.3.4. Terent.Heaut.4.5.32.

*Quamobrem, c. quamobrem, me rogas? homini fugitiuo dabo?* Cic.in Parad.33.

**Princeps fugitiuorum.** Cic.5.Verr.55.

**Seruus fugitiuus.** Vatinius Ciceroni, lib.5.9.5.

**Amor fugitiuus.** Ouid.2.de Remed.50.

**Fugitiuum argentum.** Terent.Heaut.4.2.11.

**Erro fugitiuus.** Hor.2.Serm.Satyr.7.23.

**Fugitiua gaudia,** Quæ citò euaneſcunt & abeunt, ac parum durant. Mart.lib.7.40. Idem lib.1.99.

*Gaudia non remeant, ſed fugitiua uolant.*

**Fugitiuus lapis.** Plin.lib.36.cap.15.1.

**A iure & legibus fugitiuus.** Cic.6.Verr.100.

**Fugitiuus rei familiaris.** Plin.epiſt.250.

**Fugitiuus loci alicuius.** Plinius libro 18.capite 16.2, *Intantum columbis grata, ut paſtus ea negent illius loci fugitiuus fieri.*

¶ **Fugitiuarius** (φυγαδεύω) Fugitiuarij, apud antiquos, fugitiuorum ſeruorum reprehenſores erant: qui eam operam profitebantur, ut fugitiuos inueſtigatos reducerent. In Pandectis, in l.ſi apud te. ff. de præſcrip. uerbis, *Non enim ambo pecuniã ego et fugitiuarius depoſuimus, ut quaſi apud ſequeſtrem eſſet depoſitũ.* Varro hoc uerbo metaphoricũs quodammodo uſus eſt, lib.3.de re Ruſt.cap.14.1. Budæus.

¶ Fugo,

Digitized by Google

¶Fugo, fugas (φυγαδεύω) fugare, significat Expellere, & in fugam conuertere. Plaut. Amph. 3.136,

— ibi nunc meus pater
Memorat, legiones hostium ut fugauerit. Plin. lib. 4. cap. 11. b, Fugati à gruibus Catizi.

Fugare è. Plautus Pœnulo, 4.101,

Ita sunt turpes credo ecastor Venerem ipsam è fano fugent.

Cedere & fugare aliquem. Brutus Ciceroni, 6.3.

Repellere, fugare, auertere. Cic. pro Cecin. 24.

Fugat assyrios Phœbus. Horat. 3. Carm. ode 21.5.

Lapidibus aliquem fugare & ferro. Cic. de Arusp. resp. 5.

Somnos classica pulsa fugant. Tibull. lib. 1. eleg. 1.

Virtus fugat. Lucan. lib. 2. 49.

Fugari. Plin. lib. 11. cap. 53. 3, Vultures unguento qui fugantur, alios appetunt odores.

Armis pelli & fugari. Cic. pro Cecinna, 23.

Concio fugata. Cic. 6. Philip. 206.

Hostis fugatus. Cic. Octauio, 12.

Longè fugati ex conspectu hominum. Lucret. lib. 3. 10.

¶Fugaturus, pen. prod. Particip. (φυγαδεύσων) Ouid. epist. 17. 23,

Iamq; fugatura Tithoni coniuge noctem, &c.

Fulcio] fulsi, fulciui, fultum (φυλάσσω, ἐρείδω) fulcire, Munire, Sustentare, Fortificare. Iuuen. Satyr. 3. 20,

Nos urbem colimus tenui tibicine fultã. Mart. lib. 3. 43. Fulcitur testa fagina mensa mihi.

Fulcire cibis ac omnia sustentare Luc. lib. 1. 231.

Vndiq; fulcire aliquid. Cic. de Arusp. resp. 55.

Beneuolentia fulcire imperium. Cic. 3. Offic. 117.

Labentem re, fortuna, fide fulcire & sustinere. Cicer. pro Rab. Posthum. 37.

Fulcire aliquẽ literis, pro Onerare. Cic. ad Att. lib. 5. 110. 19.

Fulcit Chrysippus porticum Stoicorum. Cic. 4. Acad. 134.

Rempublicam fulcire. Cicero 2. Philipp. 66. Idem Post red. in Senatu, 16.

Subsidijs magnis Rempublicã fulcire. Cic. Gaßio, lib. 12. 5. 3.

Salutem fulcire. Lucret. lib. 3. 26.

Fulciri cibis. Col. lib. 6. cap. 24. 4.

Fultus amicitijs. Plin. epist. 190. d.

Ope fultus. Quint. lib. 6. cap. 3. 6.

Molli fulta pede. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.

Potẽtia amicorũ fulti, nobilitate nixi. Cic. Anteq. iret in exil. 6.

Præsidijs fultum malè talis. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 10.

Caput fultum. Virg. 11. Aeneid. 8.

Domus fulta columnis. Propert. lib. 3. eleg. 2. 3.

Fultum gloria imperium Cic. 3. Offic. 117.

Fultæ calore oẽs partes mũdi sustinẽtur. Cic. 2. de Nat. deor. 36.

Fulta uitis. Cic. de Senect. 48.

Pluribus & grauißimis rebus aliquorum causa fulta est. Cicer. pro Cornelio Balbo, 28.

¶Fulcimentum, huius fulcimenti (στήριγμα) Quod aliquid sustinet: alio modo sustentaculum. Plaut. Trinummo, 10. 92,

— quid ego nunc agam, nisi uti sarcinam
Constringam, & clypeum ad dorsum accommodem fulcimenta, &c.

¶Fulmentum, fulmenti, Fulcimentum. Nonius, Fulmenta lectũ scandunt, Prouerbium celebre & uetus fuisse è Varrone tradit, nec explicat tamen. Ego eo adagio significari existimo, quod subesse debet præesse uelle: quod subijci, imperare conari. Nam quod lectum sustinet ac fulcit, subijci lecto, non imponi debet. Sed Nonij uerba subijciamus, Fulmentum neutro, ut est in prouerbio ueteri, quo Varro utitur sæpius, fulmenta lectum scandunt.

¶Fulmenta, fulmentæ, fœm. gen. Lucil. lib. 28, Fulmentas eis alcq; æneis subducere. Nonius.

¶Fultura, huius fulturæ, pen. prod. (στήριξις) Idem Plin. lib. 16. cap. 35, Vt eximantur trabes sine fulturis. Idem epist. 296, Nam fulturæ ac substructiones, quibus subinde suscipiuntur, non tam firmæ mihi, quàm sumptuosæ uidentur. Columel. lib. 1. cap. 5. 8, Sed & pro fultura & substructione fungentur aduersus ea, &c.

Ingens accedat stomacho fultura ruenti. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 31.

¶Fulcrum, fulcri (ἔρμιν, ἐρμινία) Virg. 6. Aeneid. 121,

— lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris. Gell. lib. 20. cap. 15, Neq; apud eius lecti fulcrum capsam esse eum strue aut ferro oportet.

Nobile fulcrum. Iuuen. Satyr. 11. 10.

Fulcro sternatur lectus eburno. Propert. lib. 2. eleg. 14. 5.

¶Fulcrarius, rij (ἐρμινόποιος) Qui spondas & fulcra lectorũ fabricatur, & turbines pueriles, & rhõbos muliebres, quibus fila agglomerantur: qui & crepitacula lignea puerilia & huiusce modi opera tornatilia facit. Vide Budæum in annotat. in Pandect.

Fulco] fulconis, Andegauensium princeps fuit, quintus rex Hierosolymorũ, qui equo in caput uerso occubuit, quum regnasset annis undecim. Volaterranus.

Fulfinates] Populi Illyrici, qui in conuentu Scardonitano ius Italicum habent, ut refert Plin. lib. 3. cap. 21.

Fulgentius] Proprium nomen uiri in omni disciplinarum genere eruditi, qui rerum sacrarum uolumen eleganti carmine scripsit. Author Sipontinus.

Fulgeo] fulges, fulsi (φίλβω, σιλαγίζω, τυλωγέω) fulgere, & aliquando Fulgo, fulgis, fulgere, Lucere & splendorem emittere significat, à φλόξ, quod flammam significat. Lucanus lib. 10,

Fulget gemma toris, & iaspide fulua supellex.

Purior æther fulsit. Ouid. 3. de Arte, 12.

Dies fulget. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 2.

Fulgent gladij. Liu. 1. ab Vrbe, 103.

Fulsere ignes, & conscius æther Connubij. Virgil. 4. Aeneid. 34.

Quum crastina fulserit hora. Ouid. epist. 3. 12.

Rosæ fulgent inter sua lilia. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 8.

Virtus interminatis fulget honoribus. Hor. 3. Carm. ode 2. 4.

Paribus quas fulgere cernis in armis. Virg. 6. Aeneid. 165. Hîc coniugationis est tertiæ.

Fulgere auro & purpura. Cicero in Catil. 28. Liuius 4. bel. Maced. 12.

Fulgere, pro Ferire prisci dicebant, authore Festo Pomponio. Vnde fulgur ductum est.

Fulgere, pro Fulgurare. Cic. 2. de Nat. deor. 94. Hunc etiam augures nostri quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt enim cælo fulgente, tonante. Idem in Vatinium, 15. Idem 2. de Diuinat. 221. Lucret. lib. 6. 35,

— & tremulo lux impete fulgit.

¶Fulgo, fulgis, fulgere, pen. cor. tertiæ coniugationis. Lucret. lib. 5. Multa uidemus enim cælestibus incita flammis
Fulgere, quũ cæli donauit plaga uapores. Lucil. Sat. li. 7,
Primùm fulgit uti caldũ, & fornaceũ ferrum. Nonius.

¶Fulgens, Part. σιλαγίζων, τυλωγῶν) ut, Arma fulgẽtia. Vir.

Cãdore nimio fulgẽs circus lacteus. Ci. in Arat. 29. (Aen. 144.

Cæli fulgentis imago. Ouid. 2. Metam. 4.

Fax fulgens. Tibullus lib. 1 eleg. 2. 8.

Fulgentes gladios hostium uidebant Decij, quum in aciem eorũ irruebant. Cic. 2. Tusc. 100.

Iupiter fulgens. Cic. in Vatinium, 15.

Nomina Romanas inter fulgentia gentes. Ouid. ad Pisonem, 1.



Digitized by Google

Oculi lucidum fulgentes. Horat. 2. Carm. ode 12. 2.
Fulgentia ebore & auro tecta. Cic. in Parad. 14.
Vestis fulgens. Tibul. lib. 4. ad Messalam. 1. 25.
Imperio fulgens. Horat. 3. Carm. ode 16. 7.

¶Fulgetrum, fulgetri, pen. prod. (ἀστραπή) Dicitur lux illa & quasi uibratio luminis, quæ antè cernitur quàm tonitruum audiatur, quum simul fieri certum sit. Plin. lib. 2. cap. 43. 2, Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus, aut uapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Ibidem, ca. 54. Idem Plin. lib. 35. cap. 10. 30, Pinxit, & quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgetra, fulgurāq;, &c.

¶Fulgetra, fulgetræ, pen. prod. fœm. gen. (ἀστραπή) etiam dicitur. Plin. lib. 28. cap. 2. 15, Fulgetras popysmis adorare. consensus gentium est.

¶Fulgor, fulgoris, pen. prod. (σέλας, πυρσεύγνοις) Splendor dicitur. Plin. lib. 7. cap. 15. 2, Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Virg. lib. 5. Aeneid. 18.

— maculosus & auro
Squammam incendebat fulgor.

Armorum fulgor. Horat. 2. Carm. ode 1. 4.
Iouis Fulgor. Cic. in Somnio Scip. 15.
Dextri fulgores. Cic. 2. de Diuinat. 124. Ex quodam poeta.
Eximio fulgore corona. Cic. 2. de Nat. deor. 156. Ex quodam poeta.
Mortalis fulgor siderum. Vide Morior.
Nubilans fulgor carbunculi. Vide post Nubes.
Tremulo fulgore micantes oculi. Ouid. 2. de Arte, 145.
Fulgor tepidus. Plin. lib. 9. cap. 31. 1.
Fulgores & tonitrua. Cic. 2. de Diuin. 64.
Fulgore collucere atq; illustrari. Cic. 6. Verr. 62.
Elucent aliæ, & fulgore coruscant. Virg. 4. Georg. 20.
Stupet insanis acies fulgoribus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 1.
Fulgor Alexandri Magni, pro Splendore & gloria. Plinius 7. cap. 26. 1.

¶Fulgur, fulguris, pen. corr. neut. gen. (σειρομή, φλογμός, ἀστεροπή) Idem quod Fulgetrum. Sueton. in Augusto, cap. 29. Cū lecticam eius fulgur perstrinxisset.

Cæli fulgura. Cic. 2. de Legib. 24.
Vis fulgurum. Cic. 1. de Diuinat. 29.
Nictantia fulgura flammæ. Lucret. lib. 6. 37.
Rapidum fulgur. Ouid. 1. Fast. 115.
Triste fulgur galeæ. Claud. 6. Paneg. 7.
Oculos ingesto fulgure clausit. Lucan. lib. 7. 32.
Interpretari fulgura. Cic. 1. de Diuinat. 18.
Solis peruolgant fulgura cælum. Lucret. lib. 2. 32.

¶Fulguralis, & hoc fulgurale, pen. prod. (σειροπικός) Cic. 1. de Diuinat. 124, Quòd Hetruscorum declarant, & Aruspicini, & fulgurales & rituales libri, nostri etiam augurales. Hoc est, libri qui de fulgurum inspectionibus tractant.

¶Fulguritas, fulguritatis (σελας) Splendor. Lucilius, Luporū aciem claram & fulguritatem arborum.

¶Fulguro, fulgurās, pen. corr. (ἀστράπτω) fulgurare, Fulgur emittere. Plin. lib. 18. cap. 35. 13, Quum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit.

Oculis fulgurat ignis. Silius lib. 12. 145.
Fulgurare, ac tonare. Quintil. lib. 2. cap. 6. 11.
Auro fulgurat domus. Stat. 4. Thebaid. 39.
Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas. Cicer. 2. de Diuinat. 62.
Fulguritas sunt, pro fulgure percutiuntur, dixit Plaut. Trinummo, 8. 104, — nam fulguritas sunt
Alternæ arbores, sues moriuntur angina acerrimè.

¶Fulgurat, Impersonale. Plin. lib. 9. cap. 35, Si fulguret, comprimi conchas.

¶Fulguratio (ἀστραπή) & fulminatio apud Senecam, 2. Natur. quæst. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

¶Fulgurator, pen. prod. a fulguratoris (ἀστράπτης) Fulgurum inspector, ut docet Nonius. Cato de moribus Claudij Neronis, Aruspicem fulguratorem si quis adducat. Cic. 2. de Diuin. 164, Nónne intelligis eadem uti posse & aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum, &c.

¶Fulgurio, fulguris, pen. corr. (ἀστράπτω) fulgurire, Fulgur iacere. Næuius,

Sanè à suo sonitu claro fulguriuit Iupiter. Nonius.

¶Fulguritus, Adiectiuum. Plaut. Trinummo,

Nam fulguritæ sunt hic alternæ arbores.

¶Fulguritum (ἀστραπτὸν) Id quod est fulmine ictum. Qui locus statim fieri putabatur religiosus, quòd eum deus sibi dicasse uideretur. Nonius.

¶Fulmen, fulminis, pen. corr. neut. gen. (κέραυνος, πρηστήρ, κῶπος, σκηπτὸς) Ignis excitatus è nubibus. Plin. lib. 2. cap. 49, Quod si simul rupit nubem, exarsitq;, & ignem habuit, non postea concepit, fulmen est.

Fulmen est, si nubium conflictu ardor expressus se emiscuit. Cic. 2. de Diuinat. 64.
Iactus fulminū & tonitrua extimescere. Cic. 2. de Diuinat. 62.
Ictu fulminis deflagrare. Cic. 3. Offic. 127.
Percussa fulminis ictu. Ouid. ad Liuiam, 3.
Ira fulminis. Ouid. 15. Metam. 163.
Sæuior ira fulmine. Ouid. 13. Metam. 182.
Vis coruscæ fulminis. Cic. 2. Tuscul. 36.
Bruta fulmina. Vide Brutus.
Caduco fulmine sustulit immanem turmam. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.
Ignis cælestis fulminis. Lucret. lib. 2. 77.
Fulmen crispisulcans. Vide Crispus.
Horrificum fulmen. Valer. 2. Argon. 20.
Ineuitabile fulmen. Ouid. 3. Metam. 61.
Inimica fulmina. Horat. 1. Carm. ode 12. 12.
Iracunda fulmina. Horat. 1. Carm. ode 3. 8.
Obliqui uia fulminis. Senec. Thyeste, 4. 5.
Penetrabile fulmen. Ouid. 13. Metam. 182.
Præsaga fulmina. Valer. 3. Argon. 71.
Rutili fulminis æstus. Valer. 7. Argon. 130.
Sinistrum fulmen, optimum auspicium est. Cicer. 2. de Diuinat. 63. & 112.
Terribili fulmine perculsus aliquis. Cic. 1. de Diuinat. 34.
Trisulca fulmina. Senec. Herc. Oeth. 17. 3.
Vaga fulmina. Ouid. 1. Metam. 120.
Afflare fulmine. Vide Afflo.
Ictu fulminis concidit. Lucret. lib. 3. 99.
Disiecit fulmine montes. Virg. 1. Georg. 57.
Expressam uentis per nubila fulmen. Lucan. lib. 1. 51.
Fabricati sunt Ioui fulmen Cyclopes. Cic. 2. de Diuinat. 63.
Feriunt fulmina montes. Horat. 2. Carm. ode 10. 3.
Fregerunt fulmina nubes. Lucan. lib. 7. 31.
Fulmine ictus. Liu. 1. ab Vrbe, 13.
Fulmen uibratum iactare. Ouid. 2. Metam. 62.
Molitur fulmina Iuppiter. Virg. 1. Georg. 1. 66.
Percuti fulmine. Vide Percutio.
Percutit fulmine Iupitrr. Cic. 7. de Nat. deor. 122.
Spargere fulmina in terras. Ouid. 1. Metam. 51.
Terret fulmine Iuppiter. Virg. 1. Aeneid. 47.
Torquet fulmina Iuppiter. Virg. 4. Aeneid. 42.
Vibrata fulmina iactat Iuppiter. Ouid. 2. Metam. 62.
Volant fulmina. Lucret. lib. 2. 43.
Imperij nostri duo fulmina Cn. & P. Scipiones. Cicer. pro Cornel. Balbo, 27.



Digitized by Google

Fulmina uerborum: hoc est, impetus. Cicer. ad Papirium, lib. 9. 21. 1. Columella in Præfatione lib. 1. 25, Nec Brutum aut Cælium, Pollionemue cum Messala & Catullo deterruere fulmina illa Ciceronis ab eloquentiæ studio.

Fulmina fortunæ. Cic. 2. Tuscul. 112.

¶Fulmino, fulminas, pen. corr. (κεραυνόω, σκήπτω, κεραυνοβολέω) fulminare, Fulmen emittere, uel fulmine percutere, aut afflare. Plin. lib. 2. cap. 7. 7, Fulminantem peierant Iouem.

Fulminat per totum orbem. Ouid. ad Liuiam, 76.

Oculis fulminare. Propert. lib. 4. eleg. 9. 6.

Fregimus quicquid fuit fulminandum. Senec. Herc. fur. 1. 2.

Fulminantis magna manus Iouis. Horat. 3. Carm. ode 3. 2.

Fulminans Mars, per translationem. Plin. lib. 30. cap. 1. 7.

¶Fulminatus, pen. prod. Participium (κεραυνίας) Plinius lib. 2. cap. 54. 5, Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo cor-
¶Fulmineus, Adiectiuum (κεραυνικὸς.) (pore sunt.

Ignis fulmineus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 24.

Fulmineo celeres dißipat ore canes. Ouid. 1. Fast. 47. de apro.

Ductor fulmineus. Silius lib. 17. 111.

Potentius ictu fulmineo. Horat. 3. Carm. ode 10. 3.

Sues fulminei. Stat. 6. Thebaid. 173.

Fulginea] φολγίνεια, Vrbs est Vmbriæ patentibus sita campis, inter Spoletum, Meuaniam, Ispellum, atq; Nuceriam: à qua Fulginiates dicti, propter continuum Solis fulgorem. Ex Sipontino.

Fulginates] φολγινάται, Populi sunt Vmbriæ in Italia, ut scribit Plin. cap. 14. lib. 3. Foro Flaminienses.

Fulgora] Nomen deæ apud Senecam in libro de Superstitione. Meminit Augustin. lib. 6. Hæc autem colebatur ne fulgura fierent, ut uerisimile est.

Fulica] fulicæ, pen. cor. (φύνη, πέτρα) Auis quæ & fulix dicitur, marina uel stagnensis, paulò supra magnitudinem columbæ. Dicta à furuo, id est, nigro. Virgil. 2. Georg. In sicco ludunt fulicæ. Plin. lib. 18. cap. 35. 18, Et fulicæ matutino clãgore tempestatem nuntiant. Cic. 1. de Diuinat. 23,

Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans instare procellas. Ex quo-
Palustres fulicæ. Ouidius 8. Metam. 126. (dam poeta.

Fuligo] pen. prod. fuliginis, f. g. (αἰσβόλη, αἰθάλη, καπνία) à furuo dicitur. Est autem nigrum illud excrementum quod ex fumo caminis aut furnis adhæret. Plin. lib. 35. cap. 6. 12, Adulteratur fornacium balnearumq; fuligine. Plaut. Pœn. 18. 23, — an uerò pulchra uidere obsecro,
Si tibi illic non os oblitum est fuligine? Colum. lib. 1. cap. 6. 12, Quoniam fumo & fuligine sapor olei corrum-
Ardentis massæ fuligo. Iuuen. Satyr. 10. 13. (pitur.

Madida fuligo. Iuuen. Satyr. 2. 10.

Aßidua postes fuligine nigri. Virg. eclog. 7. 10.

Abstergere fuliginem. Cic. 2. Philip. 93.

Verborum & argutiarum fuliginem ob oculos audientium iacere. Gellius lib. 1. cap. 2.

Fulix] Vide Fulica.

Fullo] fullonis, m. g. (γναφεὺς, κναφεὺς) à fouendis aqua calida uestibus, Qui (ut ait Vlpianus) curanda, poliendáue uestimenta accipit. Plautus Aulul. 15. 36, Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. lib. 28. cap. 6. 9, Vrina uirilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. Martial. lib. 14. 56. Est item Fullo scarabei species, albis guttis distincta. Cæl. lib. 8. cap. 5.

¶Fullonius, Adiectiuum (γναφικὸς) ut, Fullonia ars. Plin. lib. 7. cap. 56. 6. Plaut. Pseud. 12. 16, Crus mihi potandus fructus est fullonius. Plin. lib. 16. cap. 44. 19, Quod uerò in spina fullonia, hyphæston uocant, &c.

Fulloniæ æneæ. Plin. lib. 27. cap. 10. 8.

¶Fullonicus, pen. corr. Adiectiuum (γναφικὸς) Idem. Plaut. Asin. 16. 57, — si non didicisti fullonicam. Subaudi artem. Cato cap. 14. 2.

¶Fullonica, fullonicæ, pen. cor. (γναφεῖον) Taberna fullonum. Vlpianus in l. apud Trebatium. ff. de aqua pluuia arcenda, Apud Trebatium relatum est: quum, in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem instituisse, & ex his aquam in fundum uicini immittere cœpisse, &c.

¶Fullonicum, fullonici: uel Fullonica, fullonicorum, in neutr. gen. (κναφεῖον) reperitur apud Vlpianum in l. si cuius. §. itẽ si domus. ff. de usufructu, & quemadmodum quis utatur & fruatur. Quod autem dicitur meritoria non facturum, accipe quæ uulgò diuersoria uel fullonica appellantur.

Fulmen, Fulminare] Vide Fulgeo.

Fulsinates] φολσινάται, Populi sunt Illyrici, ut scribit Plinius cap. 21. lib. 4. in descriptione Illyrici.

Fultura] Vide Fulcio.

Fuluius] Viri Romani proprium nomen.

Fuluius Flaccus Censor, tectum marmoreum Iunonis Laciniæ spoliauit, ut ædem quam dedicauerat equestri fortunæ, tegeret. Liu. lib. 42.

Fuluius Lippinus, Proprium uiri nomen, qui primus animalibus, quæ glires uocantur, uiuaria in dolijs instituit, quemadmodum & apris, ut scribit Sipontinus.

¶Fuluiaster, Imitans Fuluium. Cic. ad Att. lib. 12. 257. 5, Solet omnino esse Fuluiaster.

Fuluiana] pen. prod herba. Plin. lib. 26. cap. 8. 41, Et herba fuluiana trita ex uino, & hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus, urinas ciet.

Fuluus] Adiectiuum (λαφοινὸς, πυῤῥὸς) Color est rufo ac uiridi mistus. Vnde fului leones dicuntur. Plin. lib. 13 cap. 9. 2, Cuci fuluus color. Idem lib. 8. cap. 21. 3, Sed atrocißimos habet tauros sylueſtres maiores agrestibus: uelocitate ante omnes, colore fuluos, oculis cæruleis.

Aquila fulua. Virg. 11. Aeneid. 151.

Aper fuluus. Ouid. 2. de Arte amandi, 75.

Arena fulua. Virg. 5. Aeneid. 79.

Aurum fuluum. Virg. 7. Aeneid. 56.

Lumen fuluum. Virg. 7. Aeneid. 15.

Lupus fuluus. Ouid. 11. Metam. 155. (aquila.

Nuntia fulua Iouis miranda uisa figura. Cic. 1. de legib. 3. Id est,

Pellis fulua leonis. Virg. 8. Aeneid. 108.

Sydera fulua. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 18.

Fuluus, Viridis. Vir. 4. Aen. — atq; illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat. Vbi Seruius, Iaspide fulua, pro uiridi: ut,
Fuluaq; caput nectentur oliua. Idem 12. Aeneid.
Fulua pugnas de nube tuentem.

Fumaria] καπνὸς, Fruticosa herbula est, prætenera, coriãdro similis foliis cãdidioribꝰ undiq; numerosis, cineracei coloris, flore purpureo. Fumariæ uerò nomẽ sibi asciuit, quòd eius succo oculis immisso, quibus mirificè claritatẽ cõciliat, lacrymas, quemadmodũ & fumus, cieat. Officinis paßim uocatur Fumus terræ. Ex Dioscor. lib. 4. cap. 105. Meminit Plin. lib. 25. cap. 13. & Galen. lib. 7. Simplic. medicam.

Fumus] huius fumi, m. g. (καπνὸς, φόλη) A furuo deducitur: notæ significationis. Plin. lib. 12. cap. 17. 7, Tradunt fumum brutæ arboris contra ligna alia esse remedio.

Nidor atq; fumus ganearum. Cic. in Pisonem, 9.

Amarus fumus. Virg. 12. Aeneid. 119.

Fumus calidus. Ouid. 2. Metam. 47.

Vndans fumus mistο puluere. Virg. 2. Aeneid. 122.

Volucres fumi. Virg. 2. Georg. 44.

Cælum subtexere fumo. Virg. 3. Aeneid. 116.

Fumos uendere, est, principum beneuolentiam, simulato commendationis

mendationis officio, per occasionem familiaritatis, pretio uendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam esse uidetur, uerùm euanescit illico. Martial.

Vendere nec famos circum palatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Fumo comburi. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 9.

¶ Fumarium, huius fumarij (καπνοδόκη) Locus ubi uina fumo medicabantur. Martial. lib. 10. 36,

Improba Mæßiliæ quicquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quicquid ab igne cadus. Nam uina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius uetustescũt, ut docet Columella, lib. 1. cap. 6. 12.

¶ Fumosus, pen. prod (καπνώδης, ψολόεις) Adiect. Fumo uelut tinctum. Cato de re Rust. cap. 130, Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito: perbibant bene. Ita neq; fumosa erunt, & bene ardebunt.

Fumosus December. Martial. lib. 5. 31.

Fumosa flamma. Cato cap. 38. 3.

Foci fumosi. Ouid. epist. 20. 19.

Perna fumosa. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 24.

Tecta fumosa. Virg. 2. Georg. 49.

Cado fumoso condita uina. Ouid. 5. Fast. 104.

Fumosas imagines. Cicer. in Pisonem, 1, appellauit, antiquissimi generis stemmata: ut legi omnino debeat apud Iuuenalem,

Fumosos equitum cum Dictatore magistros. Budæus.

¶ Fumeus, Adiectiuum (καπνιᾶς) ut, Fumeus Acheron. Valer. 4. Argon. Vide Acheron.

¶ Fumifer, pen. cor. (καπνοφόρος) Aliud adiectiuum: ut, Fumiferi ignes. Virg. lib. 9. 38,

Pinum & fumiferos infert Mezentius ignes. Idem lib. 8. 20, Fumiferam noctem.

¶ Fumidus, pen. cor. Aliud adiectiuum (καπνίας) Plin. lib. 37. cap. 7. 9, Sunt qui præferãt Arabicas iudicis: fumidásq; chrysolitho illas similes dicunt. Idem lib. 14. cap. 20. 6, Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum uirus.

Cautes fumidæ. Plin. lib. 5. cap. 9. 12.

Fumida altaria. Ouid. 12. Metam. 52.

Teda fumida. Virg. 9. Aeneid. 16.

Vortex fumidus. Plin. lib. 2. cap. 43. 1. de tonitru.

¶ Fumo, fumas (τύφομαι) fumare, Fumum emittere. Virg. 1. eclog. 16,

Et iam summa procul uillarum culmina fumant. Cic. 7. Verr. 75. Ouid. 1. Metam. 49,

— Et medijs Tanais fumauit in undis.

Ignibus atria fumant. Ouid. 12. Metam. 43.

Fumare aper dicitur. Martial. lib. 14. 227.

Arę fumantes. Catull. Argon. 50. 79.

Fumans bitumen. Ouid. 14. Metam. 159.

¶ Fumigo, fumigas, pen. cor. (καπνίζομαι) fumigare, Suffire. Varro 3. de re Rust. cap. 16. 13, Verno tempore & æstiuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leuiter.

¶ Fumifico, fumificas. pen. corr. (καπνίζομαι) fumificare, Idem Plaut. Milite, 8. 2,

Inde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ latas laudes,
Grates q; agam, eiq; ut Arabico fumificem odore.

¶ Fumificus, pen. corr. Adiectiuum (καπνοποιὸς) Ouid. 7. Metam. 23, Fumificisq; locum mugitibus impleuere. De tauris Colchicis.

Funalia, Funambulus] Vide Funis.

Functio, Functus] Vide Fungor.

Funda] huius fundæ (σφενδόνη, ἐκβόλος) Instrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. lib. 1. Georg. 62,

Stupea torquentem balearis uerbera fundæ. Terent. Eunuch. 4. 7. 15,

— fundam tibi nunc nimis uellem dari, &c. Liuius 1. ab Vrbe, 188. Ouid. 2. Metam. 146,

Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum
Funda iacit. Adijcit autem Balearica; eo quòd Baleares insulæ peritissimos mitterent funditores.

Balearis uerbera fundæ. Virg. 1. Georg. 62.

Cita funda. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 1. 20.

Lata funda. Ouid. 14. Metam. 165.

Teretes fundæ. Stat. 4. Thebaid. 14.

Torta funda. Propert. lib. 4. elegg. 3. 13.

More fundæ rotare aliquem. Ouid. 14. Metam. 104.

Funda, Retis genus quod in orbem spargitur, & reticulum dici solet. Virgil. 1. Georg. Funda iam uerberat amnem. Seruius.

Funda, Sacculus, seu marsupium in modum retis factum, in quo pecuniæ & alia geruntur. Macrob. Quumq; accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret.

Funda, Circulus ex auro siue alio metallo, quo gemmæ ita nectũtur, ut aurum non nisi margines amplectatur. Plin. Fundæ includuntur perspicuæ: cæteris subijcitur aurichalcum.

¶ Funditor, funditaris, funditari, Funda petere. Plaut. Pœnulo,

Eos uolantes iußi funditarier. Turneb.

¶ Funditor, pen. corr. (σφενδονίτης) funditoris, Qui funda dimicat. Salust. Ipse cum expeditis cohortibus adhuc funditorum & sagutariorum delecta manu. Cæsar 2. bell. Gall. 257. Liu. 1. bell. Pun. 78.

Fundibularius, Idem (σφενδονιστής.)

Fundamentum] Vide Fundum.

Fundi] φοῦνδοι, Oppidum Italiæ prope Caietam, quod interdicit, iuxta quod lacus est Fundanus, cuius meminit Plinius cap. 5 lib. 3. Inde generosa uina Fundana scriptoribus commendata.

Funditus, & Fundo, fundis] Vide Fundum.

Fundo] fundis, fudi, fusum (χέω, χύω, χύμι, λείβω) fundere. Propriè est liquefacere. Quintilian. lib. 7. cap. 1. 2, Neq; enim, quanquam fusis omnibus membris, status sit, nisi collocetur.

Fundere ex ære imaginem. Plin. lib. 34. cap. 8. 32.

Funi & dilatari. Cic. 3. de Finib. 75.

Fundet se latius Orator. Cic. in Orat. 68.

Fusus in corpore humor & calor. Cic. 2. de Nat. deor. 27.

Funditur fulgor lucis in digitos. Plin. lib. 37. cap. 6. 4.

Fundet se iustitia in cæteras uirtutes. Cic. 5. de Finib. 118.

Fusa per ; entes superstitio. Cic. 2. de Diuinat. 219.

Fundere flores. Virg. 4. eclog. 5. Id est, abundanter præbere. Sic, Cic. 5. Tusc. 54.

Fundit frugem. Cic. de Senect. 47. Id est, emittit.

Fundere lacrymas. Plin. lib. 8. cap. 42. 4. Sic, Fundere sanguinem. Cic. 1. 1. de Diuinat. 84.

Fundit asinorum siluestrium multitudinem Africa. Plinius, lib. 8. capite 30. 3.

Fundit ex sese pastus uarios terra. Cic. 2. de Finib. 176.

Fundere corpora humi, Prosternere. Virg. 1. Aeneid. 40.

Fusus humi toto corpore. Martial. lib. 8. 69.

Fundere exercitum, Delere & uincere. Liu. 1. ab Vrbe, 43. Plinius de Viris illustribus, 51, Regem Philippum prælio fudit. Sic, Fundere copias. Cæsar 1. bell. Gal. 188. Cicero pro Rabirio, 22. Et 1. de Finib. 155.

Fusa in fugam primo concursu acies. Liu. 5. ab Vrbe, 146.

Sanguinem fundere non de regno, sed de rege. Vide Sanguinem fundere, in Sanguis.

Fundere uersus ex tempore. Cic. 3. de Orat. 107.

Funduntur

Funduntur turpi fuga. Liu. 4. ab Vrbe, 182.
Fusi fugatiq; inimici. Liu. 2. ab Vrbe, 28.
Fundere, Abundanter loqui. Virg. 3. Aeneid. Talia fundebat lacrymans. Idem 8. Aeneid. 46.
Fundere uerba. Terent. Adelph. 5. 1. 7, — obe scelum.
s. Ebo, ium tu uerba fundis hic sapientia? Vbi Donatus, Fundis, utrum siue ulla cessatione proferis? an perdis? secundum illud, Nam quid tu hic agas, ubi si quid boni præcipias, nemo obtemperat.
Fundere uerba poetarum more. Cic. 4. de Finib. 17.
Fundere mendacia. Plaut. Pseud. 14. 38.
Fundere cantus ex gutture dicitur uana. Cic. 1. de Diuinat. 23.
Fundere carmen. Cic. 1. Tusc. 99.
Fundere clangorem uastum. Cic. 2. Tusc. 43.
Fundere inconditè. Cic. 3. de Orat. 96.
Fundere iocularia inconditis uersibus. Liu. 7. ab Vrbe, 6.
Iras inanes fundere. Valer. 3. Argon. 141.
Lacrymas fundere. Virg. 3. Aeneid. 70.
Loquelas has fudit ore. Virg. 5. Aeneid. 167.
Fundere oracula. Cicero 1. de Diuinat. 187. Et lib. 1. de Natur. deor. 89.
Orationem numerosè & uolubiliter fundere. Cic. in Orat. 122.
Preces fundere. Virg. 5. Aeneid. 47.
Sagittam fundere. Silius lib. 7. 130.
Fundere uersus ex tempore. Cic. de Orat. 107.
Septenarios ad tibiam fundere. Cic. 3. Tusc. 171.
Fundere uocem. Cic. 2. Tuscul. 96. Virg. 4. Aeneid. 125,
— extremam sundo cum sanguine uocem.
Fundere urinam, pro Meiere. Plin. lib. 24. cap. 19.
Fusa latius oratione. Cic. 1. de Legib. 92.
Fundere in Tyberim, Immergere. Liu. 2. ab Vrbe, 19.
Funditur in Rhenum fluuius. Plin. lib. 4. cap. 10.
Funditur latissimè. Cic. 5. de Fin. 157.
Fundi in latitudinem. Plin. lib. 18. cap. 13. 3.
Funditur in omnes partes uitis, Cic. de Senect. 48.
Fusa ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo. Plin. lib. 11. cap. 37. 50.
Dispositio pars Rhetorices, & per omnes materias, totumq; earum corpus æqualiter fusa. Quintil. lib. 3. cap. 9. 2.
Per herbam fusi. Virg. 1. Aeneid. 44.
Aer fusus & extenuatus. Cic. 2. de Nat. deor. 145.
Crines fusi. Virg. 10. Aeneid. 27. Id est, sparsi.
Fusa cupressus. Plin. lib. 12. cap. 17. 7.
Membra fusa toro. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 2.
Opus latè fusum. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11.
Fusum corpus, pro læui & polito. Liu. lib. 8. Decad. 4.
Vulnere multo fusus. Silius lib. 4. 47.
Humi fusus. Virg. 6. Aeneid. 85.
Fundere (inquit Seruius) est supina manu libare, quod fit in sacris supernis. Virg. 4. Aeneid.
— media inter cornua fundit. Et apud Martialem, lib. 9. 98, Fundere sex cyathos.
Vina liquentia fundam. Virg. 5. Aeneid. 48.
¶Fusores (χωνευται) Qui ex metallo quopiam statuas, alia uel opera fundunt. Et ars fusoria, ars fundendi, miscendi, transmutandiq; metalla, in qua multi ludibrio sunt habiti, qui dū cupiunt ditiores fieri, ad inopiam redacti sunt, tribus tantum rebus, spe scilicet, & stultitia, & fuligine diuites. Et fusorium uas, in quo metalla funduntur, hoc est, liquefiunt. Ex Sipontino.
¶Fusè, Aduerb. (χύδην) Hoc est, abūdāter & copiosè. Cic. 3. de Fin. 41, Potest id quidē fusè & copiosè, & omnib. electissimis uerbis grauissimisq; sententijs rhetoricè & augeri et ornari. Latè fusum decorum. Cic. 1. Offic. 138.

Fusè lateq; Cic. 4. Tuscul. 90.
Fusè lateq; dicere. Cic. in Orat. 61.
¶Fusim, Aduerbium, Idem est quod sparsim: Fusè autem ut suprà diximus, significat latè & copiosè. Sipontinus.
¶Fusio, Verbale (χύσις) Cic. 1. de Nat. deor. 57, Ipsum q; mundum deum dicit esse, & eius animi fusionem uniuersam.
¶Fusilis, & hoc fusile, pen. cor. (χυτὸς) Verbale, Quod fusum est: ut, Sal fusile. Columella lib. 6. cap. 33.
Fusile per rictus aurum fluitare uideres. Ouid. 11. Metam. 26.
¶Fusura, huius fusuræ, pen. prod. (χύμα) Aliud uerbale. Plinius lib. 33. cap. 6. 11. Molybditis plumbi ipsius fusura quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.
¶Fundito, funditas, pen. corr. (χύμι, συμβολεύω) funditare, Frequentatiuum, Sæpe fundere.
Funditare, Multum & frustra uerba proferre. Plaut. Asin. 16. 52, Ne ille ecastor fœneratò funditat.
Funditare uerba. Plaut. Pœnulo, 5. 5. 2. Idem Amph. 1. 4. 13.
Funditare rem, pro Consumere, & prodigere ac profundere. Plaut. Merc. 3. 58.
Fundum] fundi (πυθμὴν, βένθος, βύθος) Propriè est ima pars uniuscuiusq; rei, quæ aliquid in se liquoris contineat, uel ad continendum facta sit: ut dolij, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. Seneca epist. 1, Sera in fundo parsimonia.
Imo Nereus ciet æquora fundo. Virg. 2. Aeneid. 84.
Arenosum fundum fluuij. Silius lib. 3. 94.
Armarij fundum execuit, & sestertiorum & auri quinque pondo abstulit. Cicero pro Cluentio, 143.
Residere in fundo. Cicero pro Cornelio Balbo, 15.
Largitio fundum non habet. Cic. 2. Offic. 79.
¶Funditus, penult. corr. Aduerbium (πάγχυ) Cicero 5. Verr. 71, Qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac deleuit. Id est, prorsus, omnino, penitus, & uelut ab ipso fundo.
Funditus interire. Cicero Torquato, libro 6. 2. 3.
Funditus perdere aliquem. Plaut. Merc. 2. 3. 6. Terent. And. 1. 5. 9, Quod si fit, pereo funditus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 31, Quem ego funditus perdidi.
Funditus amicitiam è uita tollere. Cic. de Amicitia, 44.
Funditus euertere amicitiam. Cic. 2. de Finib. 127.
Funditus euersa ciuitas. Cic. de Amicitia, 23. Sic, 5. Verr. 38. Et pro Quintio, 47.
Funditus omnia miscentur. Salust. ad Cæsarem, de Republic. ordinanda.
Perdere funditus ciuitatem. Cic. Att. lib. 6. 111. 11.
Vrbes pereunt funditus. Horat. 1. Carm. ode 16. 4.
Trahere Remp. funditus. Tacit. lib. 3.
Versæ leges funditus. Tacit. lib. 3.
Funditus, pro Prorsus. Cic. 3. de Orat. 108, Neq; earum rerum quenquam funditus natura uoluit esse expertem.
Funditus tollere fidem. Cic. in Orat. 121.
Ne spondæus quidem funditus est repudiandus. Cicero in Orator. 225.
¶Fundo, fundas (θεμελιόω, καταβάλλω) fundare, Firmare, & quasi fundamentum facere, stabilireq;. Virg. 8. Aeneid. 96,
Haud procul hinc saxo colitur fundata uetusto,
Vrbis Agyllinæ sedes.
Arces fundantem, ac tecta nouantem. Virg. 4. Aeneid. 53.
Fundata legib. ciuitas, cui opponitur Euersa. Plin. in Paneg. 54.
Accuratè fundata & extructa disciplina. Cic. 4. de Finib. 1.
Fundatam paternis quitisq; opibus domum exhaurit. Quintilianus in Gladiatore.
Leuiter fundata fides. Vide Leuis.
Magnis laboribus fundatum imperium. Cic. 4. Cat. 91. (24.
Illud maximè nostrū fundauit imperium. Cic. pro Corn. Balbo, Iust ci-

Digitized by Google

Ius ciuile fundare. Pomponius in l. 2. §. post hos fuerunt. ff. de origine iuris, Post hos fuerunt Publius Mutius, & Brutus, Manilius, qui fundauerunt ius ciuile.
Fundare nauem, Facere & constituere. Plaut. Milite, 12. 44.
Significat & firmare in mari. Virg 6. Aeneid. 1,
— tum dente tenaci Anchora fundabat naues.
Opes bene fundatæ. Ouid. 4. Metam. 117.
Præclarè fundata Respublica. Cic. in Paradox. 11.
Sceptra fundare. Silius lib. 1. 9.
Vrbem fundabit legibus. Virg. 6. Aeneid. 162.
Fixus & fundatus Reip. status. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 11.
Fundatum ueritate. Cic. pro Flacco, 20.
Fundatißima familia, Antiquißima & ditißima. Cic. pro Domo sua ad Pontif.
¶ Fundamen, pen. prod. fundaminis, n g. (θεμέλιον) Idem quod fundamentum. Ouid. 5. Metam. 73,
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Fauis ponunt apes fundamina. Virg. 4. Georg. 33.
¶ Fundamentum, huius fundamenti (θεμέλιον, βάθρον, ἑδραίωμα, ἀπιδόν, ὑπόβασις) Notæ significationis.
Initia & fundamenta. Cic. pro Sestio, 3.
Fundamentum dialecticæ. Cic. 4. Acad. 168.
Adolescentiæ fundamentis constituta senectus. Cicero de Senect. 58.
Virtutum omnium fundamentum, pietas. Cic. pro Plancio, 13.
Iustitiæ fundamentum, fides. Cic. 1. Offic. 35.
Orationis fundamentum præclarè iactum. Cicero 1. de Natura deorum, 63.
Sedes & fundamentum constituendæ fidei, narratio. Cicero in Partit. 18.
Solum quoddam atq; fundamentum est, uerborum usus & copia bonorum. Cic. 3. de Orat. 84.
Cæmentitia fundamenta. Vide Cæmentum.
Firmißima fundamenta defensionis meæ sunt si nitantur iudicio suorum. Cic. pro Cælio, 3.
Firmißima fundamenta libertatis. Cic. pro Corn. Balbo, 24.
Stabili fundamento manet fortuna. Lucret. lib. 5. 226.
A' fundamento. Vide A' præpositionem.
Agere fundamenta. Cic. pro Milone, 56. Vide Ago.
Conuellere fundamenta. Vide Conuello.
Mali fundamentum & radices altiores habere. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum, 17. 4.
Iacere fundamenta. Quintil. lib. 1. cap. 4. 5.
Causæ fundamenta iacere. Cic. pro Flacco, 3.
Iacere fundamenta Reipub. Cic. Cornif. lib. 12. 25. 4.
Iacere fundamenta salutis alicuius. Cic. Appio, lib. 10. 29. 2.
Defensionis fundamenta iacta. Cic. pro Muræna, 12.
Iacere fundamenta pacis. Cic. 1. Philipp. 1.
Perficere opera, & fundamenta iacere, contraria. Cicero pro Marcello, 15.
Latent fundamenta. Quintil. in Procem. lib. 1. 4.
Fundamenta locant, alij, pars ducere muros. Virg. 1. Aeneid.
Locare fundamenta instabili loco. Plin. lib. 56. cap. 14. 2.
Ordiri fundamenta ex depressiore loco. Vide Ordior.
Philosophiæ fundamentum in finibus bonorum & malorũ positum est. Cic. 2. de Diuinat. 2.
Ponere fundamenta Consulatus. Cic. in Pisonem, 6.
Ponere uirtutum omnium fundamenta in uoluptate tanquam in aqua. Cicer. 2. de Finib. 114.
Fundamentum substruere. Plaut. Mostel. 3. 27.
Fundus] fundi, masc. gen. (χωρίον, ἀγρὸς) Est quiddam minus quàm ager: singula enim propriè prata (ut inquit Valla) singulæ uineæ, singuli horti, singula oliueta, pomaria, salicta, arbusta, pascua, nemora, loca aucupatoria, uenatoria, piscatoria, siue uillam, atq; ædificium, siue piscinam atq; alueria, siue uiuaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt: & hoc quidem in agro. Itaq; fundus est possessio rustica. Plaut. Capt. 4. 78,
Quasi fundum uendam, meis me addicam legibus.
Cultus fundus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 3.
Lati fundi. Virg. 2. Georg. 94.
Mendax fundus. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.
Optimus maximusq; fundus. Vide Optimus, in Bonus.
Ornatißimus fundus. Vide Ornatus, in Orno.
Conducere fundum. Vide Conduco.
Ingredi in fundum. Vide Ingredior.
Obire fundos nostros cui non licet, aut res rusticas uel fructus causa uel delectationis imusere? Cic. 1. de Orat. 129.
Occiderunt fundi. Vide Occido, pen. prod.
Fundi appellatione (inquit Florentinus Iureconsul.) omne ædificium, & omnis ager continetur. Sed in usu, urbana ædificia, ædes, rustica, uillæ dicuntur. Locus uerò sine ædificio in urbe, area: rure autem, ager appellatur, idemq; ager cum ædificio, fundus dicitur.
Fundus, inquit Festus, dicitur ager, quòd planus sit, ad similitudinem fundi uasorum.
Fundus, Varroni, uel à fundamento, uel à fundendo, ager dictus. Seruius, Fundus dicitur ab eo, quòd sit rerum omnium fundamentum.
Fundus, metaphoricῶς, pro fundamento in quocunq; negotio, à Plauto usurpatur, in Trinummo, 16. 4,
— ut quæ cùm eius
Filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo.
Fundus quoq; fieri uel esse dicitur (authore Festo) populus eius rei quam alienat, hoc est, author. Cic. pro Cornelio Balbo, 15, Quid enim potuit dici imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis proprium est fœderatorum, quàm omnium liberorum, sed totũ hoc. Iudices, in ea fuit positum semper ratione atq; sententia, ut quũ iußisset Prætor aliquid, si id adsciuissent socij populi ac Latini: etsi ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset: ut tum lege eadem is populus teneretur, non ut de nostro iure aliquid minueretur, sed ut illi populi aut iure eo, quod à nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio uterentur. Ibidem, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, si tum fit fundus, quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobat.
Funebris, Funestus, Funero, Funetum ] Vide Funus.
Fungor] fungeris, pen. cor. functus sum (τιλέω, ἐπιτελέω) Fũgi, Officium, munusq; agere, inquit Valla lib. 5. Accusatiuo & frequentius ablatiuo iungitur. Plaut. Mostell. 2. 45,
Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aueis:
Sine me alliato fungi fortunas meas.
Fungi iniuncta aduocatione. Plin. epist. 35. b. lib. 2.
Epulis functi. Ouid. 2. Fast. 66.
Functus fato, pro Mortuus. Quintil. lib. 3. cap. 7. 7.
Fortuna prospere fungi. Cic. de claris Orat. 131.
Gaudio fungi. Tacit. lib. 18.
Laboribus functus. Horat. 2. Carm. ode 18. 8.
Legationibus fungi. Quintil. lib. 3. cap. 2. 4.
Mandatis fungi. Tacit. lib. 13.
Functus honore. Liu. 4. ab Vrbe, 248.
Primo loco fungi. Quintil. lib. 3. cap. 6. 6.
Fungi militia. Suet. de claris Grammat. 9.
Fungi ministerio. Plin. lib. 8. cap. 5.
Morte functus, Mortuus. Ouid. 11. Metam. 117.
Fungi munus alicuius. Plaut. Menæh. 6. 5.



Digitized by Google

Fungi & sustinere aliquid muneris in Rempublic. Cicer. 5. Verr. 173.
Fungi aliquo munere. Cæs. 7. bel. Gall. 107.
Fungi munere interpretis. Cic. 1. de Finib. 9.
Munere fungi amici. Horat. 1. epist. 9. 1.
Fungi muneribus corporis. Cic. de amicitia, 21.
Munere fungi, pro Donare. Cic. 2. Offic. 103. Neq; uerò uerbis auget suum munus, si quo fortè fungitur, sed etiā extenuat. Id est, si beneficium inops collocauit. Budæus.
Munera fungi. Tacit. lib. 3.
Fungi officio suo, quod uulgus dicit, Facere suum debitum. Terent. Adelph. 4. 3. 12. Cic. 5. de Finib. 122. Idem Bruto, 9. 1. Et pro Cælio, 15.
Iustitiæ funguntur officio, qui adipisci ueram iustitiæ gloriam uolent. Cic. 2. Offic. 62.
Fungi ministerio officioq; seruorum. Plin. epist. 248.
Aetatis suæ maiorem partem ciuilibus officijs fungi. Liu. lib. 1. Decad. 1.
Officijs uernaliter fungi. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 22.
Officium alicuius fungi. Terent. Heaut. 2. 2. 14. Idem Adelph. 3. 4. 18, —neq; boni,
Neq; liberalis functus officium est uiri. Idem Phorm. 2. 1. 51. Et Heaut. 3. 3. 19.
Fungi iudicis partibus. Plin. epist. 49. d. lib. 3.
Fungi stipendio. Cæsar 8. bel. Gall. 30.
Fungar uice cotis. Horat. de Arte poet. 62.
Fungi uicem alienam. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 183.
Virtute functos duces canere. Horat. 4. Carm. ode 15. 6.
Vita fungi. Papinianus in l. filiusfamilias. ff. de castrensi peculio. Hoc est, mori.
Diem fungi, id est, mori. Tertullianus in l. proponebatur. ff. de castrensi peculio, Proponebatur filiusfamilias miles testamēto facto extraneum hæredem scripsisse, deinde superstite decessisse: pater deliberante hærede instituto ipse diem functus esse, deinde hæres, &c.
¶ Fungibilis, & hoc fungibile, pen. cor. Adiectiuum Iurisconsultis familiare. Fungibiles enim res uocant, quæ consistunt in numero, pondere & mensura: ut pecunia, frumentum, uinum, oleum, Cætera corpora in uniuersum omnia, omnesq; aliæ species, dicuntur res non fungibiles.
¶ Functio, Verbale (ἐπιτελείωσις) Cicer. 2. Tuscul. 60, Labor est functio quædam uel animi, uel corporis grauioris operis & muneris.
Muneris functio, pro Pensitatione. Cic. 5. Verr. 12.
Recipere functionem in suo genere dicuntur res quædam. Paulus in l. 2. §. mutui datio. ff. si certum petatur, Mutui datio consistit in ijs rebus quæ pondere, numero, mensura constant: quoniam earum rerum datione possumus in creditū ire: quia in genere suo functionem recipiūt per solutionem, quàm specie. Id est, uicem mutuam, per solutionem magis quàm per speciem. Nā in cæteris rebus (ut subdit Paulus) ideo creditum ire non possumus, quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest. Budæus.
Fungus] huius fungi, m. gen. (μύκης) à funere dicitur, ut nōnulli uolunt, quòd periculosus sit uescentibus. Plin. lib. 22. cap. 23. 1, Fungorum lentior natura, & numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, qui rubēt callo, minus diluto rubore quàm boleti. Mox candidi, uelut apice flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, uenenis accommodatissimum.
Fungus etiam in lucernis dicitur. Virg. lib. 1. Georg.
Testa quum ardente uiderent.
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Seruius. Nam ut dicit Plinius, quum aer humidus esse cœperit, fauilla quæ cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate, in lucernis residet, & quasdam uelut fungorum imitatur imagines. Cicero Dolabellæ lib. 9. 10. 3, Oblitúsne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ?
Albos fungos colligit. Ouid. 4. Fast. 141.
Ancipites fungi. Iuuenalis Satyr. 5. 15.
Pluuiales fungi. Ouid. 7. Metam. 79.
Fungi pratenses. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.
Fungus, Arborum morbus. Plinius libro 17. cap. 24. 7, Olea Præter uermiculationem, quàm æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, uel patellam. hæc est solis exustio.
Fungum hominem, pro Stupido, & insulso posuit Plautus Bacchid. 5. 51.
¶ Fungosus, pen. prod. Adiect. (μυκητώδης) Quod est rarū & leue, ad similitudinem fungi. Plin. Hunc totum fungosa replet medulla. Col. lib. 4. cap. 29. 4. Sic, Fungosa terra. Idē lib. 11. cap. 3. 28.
¶ Fungositas, pen. cor. huius fungositatis (μυκητότης) A fungoso dicitur. Plinius, Tota fungositas derasa.
¶ Funginus, pen. prod. Adiect. (μυκηνός) Pertinēs ad fungos. Plaut. Trinum. 13. 8,
—pol hic quidem Fungino genere est, capite se totum tegit, billurica facies uidetur Hominis, eo ornatu aduenit, &c.
Funis] huius funis (σχοῖνος, κάλως, μήρινθος, ἀπάρτιον) tam masculini quàm fœminini generis est, teste Gellio lib. 13. cap. 20. citante uersus Lucretij ex lib. 2. 232,
Haud, ut opinor, enim mortalia secla supernè
Aurea de cælo demisit funis in arua. Plin. lib. 16. cap. 1. 2, Vlua & palustri iunco funes nectunt.
Canabinus funis. Vide Canabis.
Laxi funes. Virg. 8. Aen. 139.
Tortos incidere funes. Virg. 4. Aen. 115.
Conuellere funem à terra. Vide Conuello.
Reducere funem. Pers. Satyr. 5. 14.
Religare funem. Lucan. lib. 7. 174.
Traiectus funis, id est, extentus. Virg. 5. Aen. 97. Seruius.
¶ Funalis, & hoc funale, pen. prod. Adiect. (σχοινοφόρος) ut, Funales equi in Triumphis Suet. in Tib. Cæsare, cap. 6.
Funalis cereus. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 6.
¶ Funale, huius funalis, pen. prod. n. g. (λυχνός, δάλος) Cic. de Sen. 41, Delectabatur crebro funali, & tibicine. Plin. de Viris illust. 38, Duillio concessum est, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret.
Densum funale coruscis lampadibus. Ouid. 12. Metam. 50.
Funale, pro ipso fune, apud Liuium, lib. 2. Decad. 5. non ita procul à fine, Funda media duo funalia imparia habebat.
¶ Funetum, funeti, pen. prod. n. g. Plin. lib. 17. cap. 22. 7. Quū breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funiū modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.
¶ Funambulus, funambuli, pen. corr. (σχοινοβάτης) Terent. in Prol. Hecyræ, 4.
Ita populus studio stupidus, in funambulo
Animum occuparat.
¶ Funirepus, pi, idem significat quod Funambulus. Apul. Comœdus sermocinatur, Tragœdus uociferatur, Funirepus periclitatur.
¶ Funiculus, pen. cor. Dimin. (σχοινίον) Plin. lib. 12. cap. 17. 4. Atq; attractis funiculis herbam eam conuolui, atq; ita ossa fieri. Cic. 2. de Inuent. 236.
Funus] funeris, pen. corr. n. g. (κηδεία, νεκύια, κτέρας) Donatus, Funus à funalibus dictum est: & est pompa exequiarum.



Digitized by Google

rum. Terent. And. 1.1.10, —funus interim
Procedit, sequimur, ad sepulchrum uenimus.
In ignem posita est, fictur. Cic. de Amicit. 10, Quàm aut ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est.
Funus, Mortem aliquando significat. Virg. 4. Aen.
Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Plaut. Amphit. 4. 36, Quòd multa Thebano populo acerba obiecit funera: id est, multos occiderat.
Reipublicæ funus, casum suum & discessum uocat. Cic. de Prouinc. Consul. 37.
Solenne funeris. Tacit. lib. 15.
Solennia funerum. Tacit. lib. 3.
Amplum funus. Vide Amplus.
Ardentia funera. Stat. 2. Sylu. 1. 32.
Atrum funus. Lucret. lib. 2. 117.
Crudeli funere extinctus. Virg. eclog. 5. 5.
Familiare funus & domesticus luctus. Cic. in Vatinium, 24.
Funestum funus. Cic. pro Domo sua, 34.
Immaturum funus. Quint. in Proœm. lib. 6. 4.
Inhumatum funus. Lucan. lib. 7. 166.
Lachrymosa funera. Horat. 1. Carm. ode 8. 3.
Lamentabilia funera. Vide Lamentor.
Maturo propior funeri. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.
Miserandum funus. Lucan. lib. 1. 21.
Modicum eius funus. Tacit. lib. 5. id est, tenue.
Perluctuosum funus. Cic. Quint. frat. lib. 3. 2. 4. 7.
Plebeij funeris arca. Lucan. lib. 8. 144. Plebeium funus.
Præclarum funus. Pers. Satyr. 2. 1.
Profanatum funus acerbo uulnere. Stat. 9. Thebaid. 2.
Suprema funera. Ouid. 3. Metam. 28.
Tristia funera. Horat. 2. epist. 2. 15.
Funus celebrare alicui. Plin. lib. 10. cap. 43. 2.
Concelebrare funus. Vide Concelebro.
Conficere funera. Vide Conficio.
Congerere funera. Vide Congero.
Ad funus conueniunt amici ad exequias cohonestandas. Cicer. pro Quint. 29.
Deducere funus. Vide Deduco.
Mista senum ac iuuenum densantur funera. Horat. 1. Carm. ode 2. 8. 4.
Seua dare funera. Virg. 8. Aen. 112.
Dare operam funeri. Cic. Attic. lib. 15. 321. 7.
Acerbissimum uiuo, uidentiq; funus ducere. Cicer. pro Quintio, 29.
Dotari funeribus. Ouid. 13. Metam. 106.
Funere elata Resp. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 34.
Expers funeris. Lucretius lib. 3. 143.
Fecit de integro funus iam sepulto filio mater. Cicer. pro Cluent. 20.
Amplum funus facere. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 8.
Funus facere prandio alicuius, pro Consumere epulas prandij. Plautus Menæh. 11. 27.
Egregiè factum funus. Horat. 2. Carm. ode 5. 22.
Indicere funus Reipublicæ. Vide Indico.
Inducere funus. Cic. 2. de Legib. 97.
Instare funeri. Vide Insto.
Instaurare funus alicui. Virg. 3. Aen. 13. Vide Instauro.
Locare funus. Vide Locus. Cic. 7. Ver. 93.
Maturare funus. Vide Maturus.
Acerbo mersit funere. Virg. 6. Aeneid. 86.
Funera pati. Virg. 1. Aen. 48.
Plangere funera alicuius. Stat. 12. Thebaid. 77.
Reuiuiscere in funeribus. Celsus lib. 2. cap. 6.
Author funeris tibi fui. Ouid. 10. Metam. 40.
Causa funeris tibi fui. Virgil. 6. Aen. 92.

Animam tradere funeri. Senec. Troad. 5. 2.
Soluere iusta paterno funeri. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Arbitraria funeris soluere. Post red. in Sen. 16.
In funus uenire. Cic. Attic. lib. 15. 321. 7.
Funus, pro Sepulcro. Virg. 3. Aeneid. 13, Ergo instauramus Polydoro funus. Seruius.
¶ Funeræ, funerarum, apud Maiores dicebantur, illæ ad quas funus pertinet, ut sororem, matrem. Nam præficæ sunt planctus principes, non doloris. Funeras autem dicebant, quasi funereas ad quas pertinet funus. Seruius in hunc locũ Virgilij lib. 9. Aeneid. 101,
—nec te tua funera mater
Produxi, preßiue oculos, aut uulnera laui.
¶ Funereus, Adiect. (ντεμὸς) ut Funereæ mulieres, ad quas pertinet funus & exequias facere, utputa soror & mater.
Bubo funereus. Ouid. 10. Metam. 90.
Funerea fax. Martialis lib. 8. 37.
Frons funerea. Virg. 4. Aen. 102.
¶ Funebris, & hoc funebre, pen. cor. (ἐπιτάφιος, ἐπικήδιος) ut, Funebris pompa. Quint. in Aegro redempto. Sic, Funebris concio, Cic. 2. de Orat. 186.
Funebria iusta. Liu. 3. ab Vrbe, 84, Nec cœlestes modò cæremonias, sed iusta quoq; funebria, placãdosq; manes, ut idem Pontifex edoceret. Iusta, sunt exequiæ, id est, sacrificia quæ mortuis impenduntur, & funerandi solennitas.
Bellum funebre. Horat. 1. epist. 20. 10.
Cupreßi funebres. Horat. Epod. 5. 4.
Epulum funebre. Cic. in Vatinium, 23.
Laudationes funebres. Quint. lib. 3. cap. 7. 2.
Paratus funebris. Tacit. lib. 13.
Sacra funebria. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 17.
Funebre uestimentum. Cic. 2. de Legib. 94.
Funebre bellum, dixit Horatius in Serm. pro Plenum cædibus.
¶ Funerarius, a, um, Adiect. ut Funeraria actio, quæ de impensis funeris causa factis datur, l. 14. §. hæc actio. ff. de relig. & & sumpt. fun. Appellatur funeratitia actio in l. 30. ff. de relig. Inde funerarium priuilegium. in l. ult. ff. eod. tit.
¶ Funerarius, Substantiuum. Iulius Firmicus libro 3. cap. 6, Si per noctem fuerint inuenti Sol, Mercurius, & Saturnus: lapidarios facient, pollinctores, aut funerarios, uel quibus sepulcrorum cura mandetur.
¶ Funero, funeras, pen. cor. (νηλέω) Funerare, Sepelire. Pli. lib. 33. cap. 10. 3, Qui funerari se iußit sestertijs undecim milibus. Sueton. in Domitiano, cap. 17.
Propè funeratus arboris ictu. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.
Funestus, Adiect. (θανατηφόρος) Quod est funere inquinatum. Plin. in Paneg. 88, Quare ego te Cæsar, munerib. omnibus tuis, omnibus cõparo, multis antepono: quòd licet nobis & in præteritum de malis imperatorib. quotidie uindicari, & futuros sub exemplo prænionere, nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes à posterorum execrationibus conquiescant.
Funestum, Mortiferum, cruentum. Seneca, Vox illa funesta Reipublic.
Funesta familia, Quæ luctum & exequias celebrat. Liu. 2. ab Vrbe, 37. Caius in l. si ex re. §. illud quæsitum. ff. de stipulatione seruorum. Quæ ratio illo argumento commendatur: quòd hæredis familia ex tempore mortis funesta facta intelligitur, &c.
Pernicioſum & funestum. Cic. 1. in Catil. 17.
Acies funesta. Vide Acies.
Arma funesta induere. Ouid. 1. Fast. 104.
Funesta auctio. Cic. pro lege Agraria, 60.
Funestum bellum. Liu. 5. bel. Maced. 126.



Digitized by Google

Campus funestior æquore. Silius lib. 8. 51.
Consilia funesta. Valer. 6. Argon. 87.
Curæ funestæ. Claud. 2. de raptu Pros. 56.
Funesta dies Allienſis pugnæ. Cic. ad Attic. lib. 9. 173. 3.
Dies aliquibus funestus. Cic. 7. Verr. 96.
Domus funesta. Ouid. 7. Metam. 117.
Facem funestam à templis repellere. Cic. Anteq. iret in exil. 15.
Hora funesta. Lucan. lib. 6. 2.
Ignes funestos templis deorum inferre. Cic. 3. in Cat. 66.
Malum funestum. Ouid. 3. Triſt. eleg. 6. 6.
Munus funestum. Ouid. 2. Metam. 18.
Nox alicui funesta. Cic. pro Flacco, 79.
Funestæ nuptiæ. Liu. 4. ab Vrbe, 44.
Omen funestum. Propert. lib. 2. eleg. 29. 8.
Ominibus funestis aliquid agere. Cic. pro Cluent. 10.
Pestis reipublicæ funesta. Cic. pro Domo ſua, 3.
Funestum est à forti atq; honesto uiro iugulari: funestius ab eo cuius uox in præconio quæstum præstitit. Cicer. pro Quintio, 64.
Tuba funesta tristior. Propert. lib. 2. eleg. 7. 3.
Vestis funesta. Catul. Argo. 59. 47.
Victoria funesta. Plancus Ciceroni, lib. 10. 8. 8.
Pestifer & funestus tribunatus. Cic. pro Domo ſua, 1.

¶ Funesto, funestas (μιαίνω) funestare, Funere inquinare. Cic. pro Fonteio, 17. Idem pro Milone, 69, Sedem ab uniuerſo populo conceſſam uni ordini inflammari, excindi, funestari. Idem pro Rabirio perduellionis reo, 7.

Funestare aliquem. Catull. Argon. 59. 40.
Fuo] ſuis. Vide Fuat.
Fur] huius furis, com. generis (κλέπτης, φώρ, ταιχώρυχος, κλώψ, φιλήτης) Nonius, Fures ſignificantiam habent à furuo, quod Romani ueteres atrum appellauerunt: & quòd per obſcuras atq; atras noctes oportuna ſit eius mali effectio, eos dictos fures teſtatur Varro rerum Diuinarum lib. 14. Quibuſdam tamen magis placet furem à fero deriuari, quòd ferat, id est, auferat res alienas. Alij à Græco φώρ, deductum uolunt.
Fur mihi es. Plaut. Aulul. 2. 6. 38. Id est, furaris mea. Idem Rud. 2. 6. 43.
Fur à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur, lib. 3. de Re ruſt. cap. 16. 14.
Manifestarius fur. Vide Manifestus.
Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè uoluerunt. Cic. pro Mil. 6, Quint. lib. 5. cap. 10. 62.
Commutant fures ſigna earum rerum quas ceperunt. Cic. 5. de Finibus, 129.
Fur priſcorum uerborum. Suet. de claris Gram. 15.
Fures, pro militibus. Vide Manipulus.
Fures etiam ſerui dicti ſunt. Virg. 3 eclog.

Quid domini facient, audent quum talia fures? Seruius.

¶ Furculus, huius furculi, pen. cor. (κλιπτίδιον) ſecundum Priſcianum diminutiuum à Fur.

¶ Furunculus, pen. cor. Item diminut. (κλωπάριον) Cic. in Piſonem, 52, Nam quòd uobis iſte tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc uerò etiam rapax.

Furunculus (λοβίων) Tuberculum (inquit Hermolaus) acutum cum inflatione ac dolore in carnoſis maximè partib. Galeno. Prouenit ex humorib. craßis. Plin. lib. 20. ca. 13. 5. Furunculos concoquit cum fermento. Idem lib. 26. cap. 12. 3.
Furunculus etiam in uitibus dicitur extuberantia quædã in modum uerrucæ, quæ fit dũ germen ex cicatrice procedit. Col. lib. 4. cap. 22. 3, Plerunq; autem germen, de cicatrice procedit, quòd ſiue longius proſiluerit, in flagellum ſubmittitur, ſiue breuius in pollicem, ſiue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet uel minimo capillamẽto fieri poteſt. Ibidem, cap. 14.

¶ Furinus, pen. prod. Adiect. (κλιπτικὸς) Quod ad furem pertinet. Plaut. Pſeud. 13. 2, Nam non coquinum eſt, uerùm furinum eſt ſorum.

¶ Furtum, huius furti (κλεπτοσύνη, φῶρον, κλέμμα, κλοπία, κλοπὴ) Eſt (inquit Paulus Iureconſ.) contrectatio rei fraudulosa, lucrifaciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus eius poſſeßionisue, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Cæſar 6. bel. Gall. 64, Qui in furto aut latrocinio, &c.

Apertum furtum. Cic. pro Roſcio Comœd. 16.
Iocoſum furtum. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.
Manifeſtum furtum. Vide Manifestus.
Abactus furto. Vide Abactus.
Aſtringere ſe furti. Vide Aſtringo.
Furti damnatus. Cic. pro L. Flacco, 33.
Deprendere furta alicuius. Ouid. 3. Metam. 2.
Furtum ætati facere. Plaut. Bacch. 2. 60, metaphoricõs dixit. Cic. pro Cluentio, 142.
Sui furtum facere. Aphricanus in l. ancilla. ff. de furtis, Ancilla fugitiua quemadmodum ſui furtum facere intelligitur, ita partum quoq; contrectando, furtum facit.
Ligurire furta. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.
Pauido furto ſubducere aliquid. Lucan. lib. 2. 34.
Furtum ueteres dicebant quicquid clàm factum eſſet. Virg. 4. Georg. 69,

Vulcani, Martiſq; dolos, & dulcia furta. Seruius pro adulterio interpretatur.

Ceſſationis furtum. Cicer. Tironi, lib. 16. 26. 3.
Latitantia furta. Claud. 1. de raptu Proſerp. 22.
Modeſtum furtum. Ouid. 2. de Arte amandi, 78.
Furtum, pro adulterio. Tibullus,

——celari uult ſua furta Venus. Virg. 6. Aen.
——ſuppoſtaq; furto Paſiphae. Seruius. Ouid. 2. Metam. Hoc certè furtum coniux mea neſciet, inquit.

Puer furto conceptus. Ouid. 2. Faſt. 37.
Iucundum furtum. Ouid. 2. Amor eleg. 8. 1.
Furtum, inſidiæ. Virgil. 11. Aen. 103.

Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ. Idem libro 10. 147,

——haud furto melior, ſed fortibus armis. Saluſt. lib. Hiſt. Metu gentis ad furta peridoneæ. Seruius.

Furtum unius diei. Liu. 6. bell. Pun. 163.

¶ Furtim, Aduerbium (κλοπῇ) id est, clàm: cuius contrarium eſt palàm. Cic. 2. de Nat. deor. 235, Itaq; beſtiæ furtim, ut dixi, fruuntur: domini palàm & liberè. Idem pro lege Agraria, 45, Quid Alexandria, cunctaq; Aegyptus, ut occultè latet? ut recondita eſt? ut furtim tota Decemuiris traditur?

Facere aliquid furtim. Cic. pro Domo ſua, 107.
Latent furtim. Ouid. 14. Metam. 55.

¶ Furax, furacis, penul. prod. om. gen. (ἐπίκλοπος, κλιπτικὸς) Qui facilè furatur, & furtis faciendis animum applicuit. Cic. 3. Offic. 123.

Homo auarus & furax. Cic. 2. de Orat. 149.
Furax lepus. Mart. lib. 1. 45.
Furaces manus. Martialis libro 8. 35. Et Cicero in Piſonem, 58.
Furax ſeruus. Cic. 2. de Orat. 137.

¶ Furacitas, pen. cor. furacitatis (τὸ κλιπτικὸν) Plinius libro 10. cap. 29. 2, Cui ſoli aui furacitas auri argentiq; præcipuè mira eſt.

¶ Furaciter, pen. corr. Aduerbium (κλιπτικῶς) Cicer. in Vatinium, 8,

nium,8,Quumq; omnium domos, apothecas, naues furacissimè scrutarere,&c.

¶ Furtificus,pen.corr. Adiectiuum (φωροποιὸς) Qui furtum facere solet.Plaut.Persa,Vbi illa altera est furtifica leæna?Idem Pseud. 13. 97, Vt prærodatis uestras furtificas manus. Antiquum.

¶ Furtiuus,pen.prod. Aliud Adiectiuũ (κλεπαῖος, κλωπικὸς, κλοπιμαῖος) Quod furto est raptũ.Plaut. Persa, 15.56.Idẽ Pœn.14.77, Et qui eas uendebat,dixit se furtiuas uendere.

Res furtiua.Quint.lib.5.cap.3.39.

Furtiuum,Clandestinum.Gellius lib.17.cap.9,Res quasdã occultas nũtiare rege furtiuo scripto uolebat.Sic,Furtiuæ excursiones,Liu.4.bel.Punic.130.

Amor furtiuus.Virg.4.Aen.34.

Artes furtiuæ Cupidinis.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.9.

Ioci furtiui.Ouid.3.de Arte,128.

Iter furtiuum in Italiam.Cic.in Pisonem, 77.

Mentis furtiuæ conscia.Ouid.Epist.16.53.

Munus furtiuum.Catul.ad Ortalum,epigr.60.4.

Venus furtiua.Ouid.1.de Arte,55.

Viæ furtiuæ.Ouid.2.de Arte,50.

Voluptas furtiua.Ouid.Metam.66.

¶ Furtiuè, pen. prod. (λῃστικῶς) Aduerb.pro Furtim. Plaut. Pœnul.16.59,

Ne quid furtiuè clàm accepisse censeas.

¶ Furor,furaris (κλοπέω,κλεπσύνω,κλωπσύνω,κλέπτω)furari, Clàm alienum auferre.Plin.libro 12.capit.14.7, Nemo furatur alteri.Cic.6.Verr.28,Tum primum intellexi ad eam rem istos fratres Cybiratas fuisse, ut iste in furando manibus suis,oculis illorum uteretur.

Furari & clàm alicui eripere. Cic.2.Offi.56.

Rapere & furari.Cic.4.Verr.40.

Furari ex templo,&c.Quint.lib.3.cap.6.31.

Oculos furare labori.Virg.5.Aen.168.

Furari pro furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicer.pro Corn.Balb.3,Non enim furatus esse ciuitatem,non genus suum ementitus.Budæus.

Furca]furcæ(δίκρανον)à ferendo,dictum instrumẽtum quo stramenta feruntur.Horat.1.epist.10.5,

Naturam expellas furca licet,usq; recurret.

Bicornes furcæ.Virg.1.Georg.53.

Furca (φόρυξ) dicitur omne id quo quid sustentatur in modũ furcæ factum.Plin.lib.14.cap.2.10, Furcas subdere bis necessarium.Idem lib.9.cap.8.12, Tunc piscatores circundãt retia,furcisq; subleuant.

Furcam ferebant deprehensi in aliquo maleficio serui.Cicer.1. de Diuin.97.

Sub furca.Liu.1.112, Hunccine aiebat, quem modò decoratum, ouãtemq; uictoria incedentem uidistis Quirites, eum sub furca uinctum, inter uerbera, & cruciatus uidere potestis?

Figebantur furcæ grassatores. Callistratus in l. capitalium. §. famosos.ff.de pœnis,Famosos latrones in his locis,ubi grassati sunt,furcæ figendos quàm pluribus placuit: ut & conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinoribus,& solatio sit cognatis & adfinib. interemptorum eodem loco pœna reddita in quo latrones homicidia fecissent.

In furcas fixus.Plin.lib.29.cap.4.1.

Furcæ ferreæ,apud Catonem,cap.10.2.

¶ Furcula,Diminutiuum(δικράνιον) Liuius 8.bel.Macedon. 28, Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt. In emendatioribus codicibus legitur, fulturis.

¶ Furcilla(δικρανίδιον)Diminutiuum à furcula,Instrumentum quo frumenta cillentur,id est,mouentur.Varro lib.1.de Re rust.cap.49.1,Herba quum crescere desijt,& æstibus arescit,subsecari debet, & quoad peraresc at, furcillis uersari. Columell.libro 2.capite 10.10, Baculis furcillis ue contundant.

Furcilles, siue furcilla, quibus homines suspendebantur. Festus.

¶ Furcifer,penul.corr.(ὑποδέτης)furciferi,dicebatur(inquit Donat.)seruus qui ob leue delictum cogebatur à domino,ignominiæ magis,quàm supplicij causa, circa uicinos,furcã in collo ferre,subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simulq; monere cæteros ne quid simile admitterent.Hactenus Donat.Vnde(inquit Calepinus) Plutarch. in uita Coriolani, Furcifer huic nomen est, quòd maxima pœna apud antiquos seruo peccãti erat,ut is plaustri lignũ, cui temo affigitur, spectante uicinia, ferens circumageret. Quod ubi factum erat,infidus à domesticis & uicinis existimatus,furcifer appellabatur.nam Latini, lignum illud, furcam appellant.Cic.in Vatinium testem,12. Idem pro Deiotaro,17,Quid inde furcifer? quò progreditur?Teren.And. 3.5.12,Oh,tibi ego ut credam furcifer?

Furens,Furenter]Vide Furor,furoris.

Furfur]furfuris,pen.corr.m.g. (πίθυρα) Purgamentum & fex farinæ.Plaut. Capt.13. 38, Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues.

Furfures in capite & tota facie dicuntur suliginosa illa excrementa sicca & alba ac tenuia, quæ super poris colliguntur. Plin.lib.20.cap.9.19,Furfures capitis & ulcera manantia illita ex oleo cocta.

¶ Furfurosus,pen.prod.Adiect.(πιθυρώδης) Plin.lib.12.cap. 25.10,Colos in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus,deterior furfurosus. Hoc est, Qui ueluti furfuribus permistus apparet.

Furiæ, Furialis, Furiosus, Furibundus, Furio, Furo]Vide Furor,furoris.

Furnalia]sacra furinæ,quam deam dicebant.Festus.

Furnianus]pen.prod. Adiect. ut, Furniana uasa, à Furnio inuentore fortassis dicta.Plin.lib.33.cap.11.1.

Furnus]huius furni,m.g.(κλίβανος,ἰπνὸς) Locus in quo panis decoquitur.A furuo, id est, nigro colore, propter suliginem,uel propter obscuritatem quã intus habet.Plin. Cortices quoq; decussi ligni, clibanis & furnis præbent usum. Plautus Casin.7.1,

Vna ædepol opera in furnum calidum condito.

Mersus furno.Vide Mergo.

¶ Furnaceus,Adiect.(ἰπνικὸς)ut,Furnaceus panis, qui in furno coquitur.Plin.lib.18.cap.9.3.

¶ Furnarium exercere, Dicitur qui ex furno, panisq; coctura quæstum facit,uel qui furnos locat conductoribus. Sueton. de Vitel.cap.2.

Furnaria absolutè dicitur,sicut cœnacularia & sagaria.

¶ Furnarius,furnarij,Substantiuum.Paulus in l. fluminum.§. præterea.ff.de damno infect. Præterea si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarij culpa damnũ datum fuerit,&c.

Furo]furis. Vide Furor,furoris.

Furor]furaris. Vide Fur.

Furor]furoris,m.g.(μανία,θυμὸς,σὺν φρενασμὸς)Insania,à Ferar uerbo: quòd qui furore agitantur, huc atq; illuc temerè ferantur.Cic.3.Tusc.quæst.19, Itaq; non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim censuerunt (id est, inconstantiam sanitate uacantem) posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitæ communem cultum, atq; usitatum:furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem.

cæcitatẽ. Idem de Aruſpic. reſpon. A' dijs quidem immortalibus, quæ poteſt homini maior eſſe pœna, furore atq; demen-
Accenſus furor. Vide Accendo. (tia?
Cæcus furore. Virg. 2. Aen. 49.
Vultus furore torum. Seneca Oedip. 12. 2.
Violenti ſigna furoris. Lucret. lib. 2. 126.
Furor bellorum. Lucan. lib. 5. 8.
Cæli furor æquinoctialis. Cat. ad ſeipſum, epig. 43. 1.
Breuis furor. Horat. 1. epiſt. 2. 13.
Cæcus furor. Horat. Epod. 7. 3.
Effrenatus, & præceps furor alicuius. Cicero 1. de Aruſp. reſp. 1.
Impius furor. Virg. 1. Aen. 69.
Impotens furor. Seneca. Agamem. 8. 4.
Incauti furore. Silius lib. 3. 30.
Incitatus furor. Vide Incito.
Inflammatus atq; ignitus furor. Cic. pro Domo ſua, 109.
Inſignis furor. Virg. 3. Georg. 53.
Mœſtus furor. Virg. 12. Aeneid. 121.
Periurus furor. Claud. 4. Paneg. 42.
Vecors furor. Catul. ad Aurelium, epigr. 15. 3.
Abſiſtere furore. Tacit. lib. 7. Id eſt, deſiſtere.
Animis furor additus. Virg. 2. Aen. 71.
Augere furores. Lucan. lib. 10. 13.
Currenti cede furori. Ouid. 1. de Remed. amor. 24.
Conſedit eius furor. Cic. 4. Acad. 155.
Bellandi furore corda extimulat. Silius lib. 1. 7.
Exundans furor. Stat. 10. Thebaid. 121.
Fractus furor. Silius lib. 7. 51.
Indomitos furores in corde gerens. Catul. Argon. 59. 11.
Inflammari furoribus. Vide Inflammo.
Gliſcit furor. Lucret. lib. 4. 215.
Minuere furorem. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.
Ponere furorem. Lucan. lib. 1. 67.
Furor iraq; mentem Præcipitant. Virg. 2. Aeneid. 64.
Siſtere furorem. Stat. 5. Thebaid. 33.
Prætumido quatiebat corda furore. Claud. 1. Ruff. 46.
Verſatur mihi ante oculos aſpectus & furor Cethegi in ueſtra cæde bacchantis. Cic. 4. in Catil. 43.
Furor, Mens ui quadam diuina concitata, qualis eſt furor poetarum. Cic. 1. de Diuinat. 136. Ibidem paulò ante, 115, Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta, atq; inclusa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, quum à corpore animus abſtractus, diuino inſtinctu concitatur.
Vaticinos concepit mente furores. Ouid. 2. Metam. 129.
¶ Furia, furiæ (ἐρινύς, σκοτία) uel Furiæ, furiarum. Furiæ (inquit Seruius) Diræ in cælo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos: inde & tres eſſe dicuntur, Acherontis & Noctis filiæ. Canes etiam uocantur, ut eſt apud Virg. in 6. Aen.

—uiſæq; Canes ululare per umbram
Aduentante dea. Lucan.

——Stygiiſq; Canes in luce ſuperna Deſtituunt. Cic. 3. de Nat. deor. 2, Sin hæc dea eſt, cur non Eumenides? quæ ſi deæ ſunt: quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ, Furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices, credo, & uindices facinorum & ſceleris.

Furiæ, Veteribus ſceleſtæ mentis tormenta erant. Cic. pro Roſ. Amer. 40, Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumerò uidetis, eos qui aliquid impiè ſceleratéq; commiſerint, agitari & perterreri Furiarum tedis ardentibus: ſua quemque fraus & ſuus terror maximè uexat: ſuum quenque ſcelus agitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes conſcientiaq; animi terrent. hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæq; furiæ: quæ dies noctesq; parentum pœnas à cõ-

ſceleratiſſimis filijs repetant.
Furia ac peſtis patriæ. Cic. pro Seſtio, 26.
Claudium furiam appellat Cicero, ad Quintum fratrem, libro 3. 17. 15.
Triſtes furiæ. Claud. 2. de raptu Proſerp. 44.
Malis furijs actus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 27.
Amor furijs agitatus. Virg. 12. Aeneid. 134.
Furijs agitata doloris. Ouid. 6. Metam. 119.
Accenſus furijs. Vide Accendo.
Agitant & inſectantur impios furiæ non ardentibus telis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, & fraudis cruciatu. Cic. 1. de Legib. 58.
Scelerum furijs agitatus. Virg. 3. Aeneid. 66.
Concepit furias. Virg. 4. Aen. 95.
Conſiſtere uſquam impios non patiuntur furiæ. Cic. pro Roſc. Amerino, 40.
Verberibus furiarum exagitari. Sueton. in Neron. cap. 34.
Incenſa furijs. Virg. 4. Aeneid. 76.
In furias, ignemq; ruunt. Virgil. 3. Georg. 48. Videtur figura eſſe ἐν διὰ δυοῖν, quaſi dicat furioſum ignem. Intelligit enim amorem.
Tedis ardentibus furiarum terreri. Cic. in Piſ. 36.
Horrendas tollitur in furias. Stat. 5. Thebaid. 19.
¶ Furialis, & hoc furiale, pen. prod. (ἐρινυώδης) Quod furentibus & inſanis proprium eſſe ſolet. Liuius 7. ab Vrbe, 73, Inde terror maximus fuit, quòd ſacerdotes eorum faſcibus ardentibus, anguibusq; prælatis inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie.
Arma furialia. Ouid. 6. Metam. 118.
Auſa furialia. Ouid. 11. Metam. 3.
Cædes furialis. Ouid. 6. Metam. 132.
Caput furiale. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.
Furiale carmen. Liu. 10. ab Vrbe, 205.
Ignes furiales. Ouid. 2. Faſt. 152.
Furialis ueſtis. Cic. 2. Tuſc. 31. Ex Sophocle.
Virus furiale. Claud. 2. in Eutrop. 38.
Vox furialis. Cic. pro Plancio, 70.
Furiale minatur. Stat. 6. Thebaid. 86.
¶ Furialiter, penult. corrept. Aduerbium (ἐρινυώδως) Ouid. 3. Faſt. 128,

Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

¶ Furioſus, pen. prod. Adiectiuum (μανιώδης, μανικὸς, ἔμφορος) A' quo furor nunquam recedit, inquit Seruius. Cicer. lib. 3. Tuſc. 19, Itaq; non eſt ſcriptum, Si inſanus, ſed Si furioſus eſſe incipit. Idem pro Cluent. 144, Mulier iam non morbo, ſed ſcelere furioſa.
Vecors furioſus, mente captus. Cic. in Piſonem, 39.
Veſanus & furioſus homo. Cic. pro Domo ſua, 2.
Furioſa ædilitas. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 6. 3.
Amor furioſior. Ouid. 9. Metam. 148.
Opum furioſa cupido. Ouid. 1. Faſt. 43.
Effrenata & furioſa cupiditas alicuius. 1. Cic. in Cat. 18.
Impetus furioſus. Senec. Hippol. 2. 36.
Libido furioſa. Ouid. 1. de Arte, 56.
Peccatum furioſum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 17.
Vis furioſa Tribuni facilè ſuperari frangiq; poteſt. Cicer. pro Domo ſua, 44.
Vultus furioſus & acer. Lucret. lib. 6. 238.
Furioſiſſimæ conciones Publij. Cicero ad Atticum, libro 4. 72. 7.
¶ Furioſè, penultima producta aduerbium (μανικῶς) Cicero 3. Philip. 376, Partes furioſè dicũtur in foro, in curia.
¶ Furo, furis (μαίνω, ἐνθουσιάζω, παραπαίω, μωραίνομαι) furere, ira agitari, Apul. Furit, enſem corripit, ferit in eum

præceps, nihil tale timentem aggreditur. Cic. 3. Tusc. 19. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus.

Furere, Insanire. Cic. lib. 1. Offic. 153. Idem in Pisonem, Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non Senatum, non ciuitatem?

Insanire & furere. Cic. 6. Verr. 35.

Bacchari & furere. Cic. de Arusp. resp. 35.

Furit ad. Cic. ad Attic. lib. 4. 85. 15, Res furit ad interregnum, & est nonnullus odor Dictaturæ. Ex uetusto codice legendum, fluit.

De aliquo furere. Cic. Attic. lib. 14. 317. 3.

A' Rasilio se cõtumaciter, urbaneq; uexatum furebat Clodius. Cic. Quint. frat. lib. 2. 5. 6.

Apud sanos furere, & quasi apud sobrios bacchari uidetur ui nolentus. Cic. in Orat. 53.

Furit æstus arenis. Virg. 1. Aen. 23.

Dolore furit. Ouid. 12. Metam. 9.

Lymphata mente furebat. Catul. Argon. 59. 51.

Furere aliquid, pro ob aliquid. Liu. 1. Decad. lib. 8.

Audacia furens Catilinæ. Cic. 2. in Cat. 25.

Ense furens. Valer. lib. 1. Argon. 30.

Furens contumelia. Plin. lib. 7. cap. 12. 7.

Inflammatus & furens libidinibus. Cic. 5. Tusc. 25.

Animi furens. Virg. 5. Aen. 41.

Cedere furenti. Cic. Anteq. iret in exil. 17.

Furentem & exultantem continere. Cic. de Arusp. resp. 1.

Ira furentem mollire. Ouid. 13. Metam. 66.

Bella furentia. Silius lib. 7. 115.

Flammæ furentes. Virg. 4. Aeneid. 134.

Furetes & uiolenti impetus. Cic. de Arusp. resp. 43.

Populus furens. Lucan. lib. 2. 50.

Rabie furenti stimulatus animus. Catul. de Berecynthia, 58. 1.

Venti furentes. Virg. 10. Aeneid. 8.

Vndæ furentes. Lucan. lib. 3. 39.

¶ Furenter, Aduerbium (μανικῶς) Cicer. ad Attic. lib. 6. 111. 21, Dionysius mihi quidem in moribus est: pueri autem aiũt eum furenter irasci.

¶ Furio, furias (ἐκμαίνω) furiare, cum furore concitare. Hora. lib. 1. Carm. ode 25. 3,

—flagrans amor, & libido
Quæ solet matres furiare equorum.

Furiatus, pen. prod. Adiect. (μανόμενος) Furore concitatus. Virg. 2. Aen. 82,

Non tulit hanc speciem furiato mente Chorœbus. Vbi Seruius, Furiatus, Qui ex causa furit.

Iuuentus furiata. Silius lib. 11. 27.

Furiata mente ferebar. Virg. 2. Aen. 118.

¶ Furibundus, Aliud adiectiuum (δεινικὸς, παραπληκτικὸς) Qui uehementer furit. Cic. pro Sest. 10, At quum ille furibundus incita illa sua uecordi mente uenisset, &c. Idem 13. Philip. 357, Cæsaris enim incredibilis ac diuina uirtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Canis furibundus. Horat. 1. epist. 10. 4. intelligit sidus.

Magistratui furibundo cedere. Cic. Anteq. iret in exil. 17.

Mens alicuius furibunda. Cic. Anteq. iret in exil. 16.

Vatum furibundæ prædictiones. Cic. 1. de Diuin. 7.

Taurus furibundus. Ouid. 13. Metam. 185.

Furibunda ruit. Ouid. ad Liuiam, 75.

Furtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus] Vide Fur.

Furuus] furua, furuum (φόλας) Nigrum uel atrum dicitur, authore Festo.

Antra furua. Ouid. 5. Metam. 109.

Fuscina] fuscinæ, pen. corr. (δίκραν, τρίαινα) Telum tridens siue tricuspidem piscatorium, quòd fundo natantia capiat. Cicer. 1. de Natur. deor. 140, Dant etiam deo arcum, sagittas, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. Sic, Martialis libro 1. 26,

Fuscina dente minax, &c.

Fuscina utebantur retiarij in gladiatorijs ludis. Iuuenal. Satyr. 2. 15, Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

¶ Fuscinula, æ, Diminutiuum, Parua fuscina. Sipontin.

Fuscus] Adiect. (φαιὸς) Quod est subnigrum: cuiusmodi est color Indorum meridionalium & Aethiopum. Colu. lib. 6. cap. 1. 3, Colore rubro uel fusco.

Amictus fuscus. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 11.

Fusca caligo. Martial. lib. 8. 45.

Fusca cella. Martial. lib. 5. 87.

Color fuscus. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 8.

Cornix fusca. Cic. 1. de Diuinat. 24. Ex quodam poeta.

Equus fuscus. Ouid. 2. Fast. 63.

Fuscum falernum. Martial. lib. 2. 40.

Fusca laterna. Martial. lib. 14. 67.

Nubila fusca. Ouid. 5. Metam. 58.

Pars inferior delphini fusca uidetur. Cic. in Arato, 12.

Fuscus pilus. Plin. lib. 8. cap. 21. 1.

Violæ fuscæ. Claud. 2. de raptu Proserp. 26.

Fusca uox. Cic. 2. de Nat. deor. 219. Quint. lib. 11. cap. 3.

¶ Fusco fuscas (ἀμαυρόω) fuscare, fuscum facere.

Fuscantur corpora campo. Ouid. 1. de Arte, 103.

Diem fuscare. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 3.

Fuscat nube diem. Valer. lib. 1. Argon. 81.

Lanugine fuscante malas. Lucan. lib. 10. 28.

Fuscandi cura coloris. Ouid. 2. Trist. 97.

¶ Fuscator, pen. prod. Verbale (μαυρωτὴς) ut, Celi fuscator Eoi Corus. Lucan. lib. 4. 14.

Fusè] Vide Fundo.

Fusicius] Viri nomen, de quo Cic. 4. in Verr. C. Fusicius à C. Verre duci iussus.

Fusidius] fœneratoris nomen, apud Horat. 1. Serm. Sat. 2. 3 Fusidius uappæ famam timet, ac nebulonis, &c.

Fusilis, Fusim, Fusio, Fusor, Fusorius] Vide Fundo.

Fusius] pro Furius antiqui dixerunt, ut Valesius, pro Valerius. Author Festus.

Fusius Saluius] Viri proprium, qui ita uiribus præstitit, ut duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & duocenaria duo humeris contra scalas ferret. Refert Plin. libro 7. cap. 20.

Fusius] Oratoris nomen, cuius meminit Cicer. lib. 2. de Orat. 71, Fusius (inquit) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamẽ habuit ille, non assequitur: oris prauitatem, & uerborum latitudinem imitatur, &c.

Fusterna] Fusternæ, Pars abietis superior, durior, & nodosior. Nam inferior, minusq; nodosa, Sapinus dicitur. Plinius libro 16. capite 39, Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est, hacq; quam diximus ratione fluuiata decorticatur, atq; ita Sapinus uocatur: superior pars nodosa duriorq;, Fusterna. Nõ desunt qui malint legere Susterna. Vide Abies, & Rhodig. lib. 5. cap. 6.

Fustibalus] fustibali, penultima correpta, Instrumentum est bellicum, longum pedes quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, & utraque manu impulsum, propè ad instar onagri dirigit saxa. Hinc Fustibalatores milites, qui Fustibalis lapides iaciunt. Author Modestus, de uocab. rei milit.

Fustis] huius fustis, mascul. gen. (ῥόπαλον) Lignum teres. Plin. lib. 7. cap. 56. 10, Prælium Afri contra Aegyptios primi fecere fustibus, quos uocant phalangas. Cic. pro Cæcin. 44,

Quid

Digitized by Google

Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?
Longus fustis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 23.
Non opus est uerbis, sed fustibus. Cic. in Pisonem, 57.
Formidine fustis agere aliquid. Horat. 2. epist. 1. 31.
Agitare fustibus equos prohibet imperator, in l. prima. C. de cursu publico, lib. 12.
Caput aperire fuste. Iuuenal. Satyr. 9. Hoc est, findere.
Cædi fustibus. Marcellus in l. in seruorum. ff. de pœnis.
Coercere aliquem fuste. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27.
Impingere fustem. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 30.
Pugnare fustibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 20.
Malè mulctatos clauis & fustibus repellere. Cic. 7. Ver. 84.

¶ Fustuarium, Substantiuum, n. g. (μαστίγωμα) Valla lib. 1. cap. 6, interpretatur fustigationem. Cic. 3. Philip. 133. Nam si ille Consul, fustuarium meruerunt legiones quæ Consulē reliquerunt, &c. Liuius lib. 5. de modestia Veientum.

Fusura, Fusus] Vide Fundo.

Fusus] masc. gen. (ἄτρακτος) quo nent mulieres: à fundo, fundis dictum: quod dum trahitur uoluendo, quasi liquefieri uidetur. Plinius lib. 11. 23. 2, Lanificia mox in fila tenuantur iunceo fuso.
Fusis mollia pensa deuoluunt. Virg. 4. Georg. 70.
Versato ducentem stamina fuso. Ouid. 4. Metam. 45.
Torquere fusos. Plin. lib. 28. cap. 2. 28.
Teretem uersabat pollice fusum. Ouid. 6. Metam. 5.

Fut] nomen fluuij in Mauritania, non longè ab Atlante monte, de quo Plinius libro 5. cap. 1. in descriptione Mauritaniæ.

Futile] χυλλάριον, Vas erat (ut inquit Donatus) quod nō deponebant ministri sacrorum, quod erat acuto fundo, & patulo ore, eóq; instabile erat. Vtebātur eo in sacrificijs deæ Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponebatur: quod si fiebat, piaculū erat. Vnde excogitatū uas fuit quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. Ex Donato & Seruio. Ab hoc

¶ Futilis & hoc futile (χυλλάριος, ἀκαῖος) Id est, uanus uel inutilis, ut ait Valla lib. 1. Vel à Futio, futis, unde effutio, effutis: uel à Fuo, futum. Festus, Futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt. Sic & Vasa futilia à fundendo uocata.
Aetas futilis imbellesq; anni. Silius lib. 16. 131.
Futilis alacritas. Cic. 4. Tusc. 57.
Vani & futiles aruspices. Cic. 1. de Diuin. 67.
Futilis author. Virg. 11. Aen. Consilijs habitus nō futilis author Vbi Seruius, Non futilis, bonus in consilijs, non inanis.
Futilis causa, Vana & leuis. Plin. lib. 33. cap. 2. 2.
Futilis homo, qui est eiusmodi, ut tacenda continere non possit, sed continuò effutiat: qui commissa (inquit Seruius) nō retinet. Terentius Adelph. 3. 3. 41. Ille futilis somnium. Cic. 3. de Finib. 59, Quis non odit sordidos, uarios, leues, futiles? Apul. Leuis homo & futilis, & rimarum plenus.
Lætitiæ futiles. Cic. 5. Tusc. 25.
Murmur futile. Valer. 8. Argon. 72.
Futiles commentitiæq; sententiæ. Cic. 1. de Nat. deor. 27.
Votum futile. Silius lib. 10. 68.

¶ Futilitas, pen. corr. huius futilitatis (εὐκαιρασύνη) Cicer. 2. de Nat. deor. 102 Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæq; leuitatis.

¶ Futilè, Aduerbium (ψυχρῶς) pro Futiliter. Ennius in Phœnice, ut citat Nonius,
Vt quod factum est futile, amici nos feramus fortiter.

Futio] futis (ἐκχέω) effundo, à quo componitur, effutio, de quo paulo antè in dictione Futilis.

Futis] Vias aquarum, quo aquā in triclinium infundebatur. Sipont.

Futo] futas (ἐλέγχω) futare, Redarguere interpretatur Festus. Antiquum est, unde Confutare, & refutare.

¶ Futatim, pen. prod. Aduerbium (χύδαν) Id est, profusim. Plautus Trucul. 18. 28,
Futatim nomen commemorauiter. Antiquum.

Futuo] futuis, futui, futuere, fututum. Verbum obscœnum. Martial. lib. 6. epig. 91. in Zoilum,
Sancta ducis summi prohibet censura, uetatq;
Mœchari, gaude Zoile, non futuis. Idem libro 9. epig. 41.
Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres. Et lib. 10. epig. 95. ad Gallam,
Infantem tibi uir, tibi Galla remisit adulter.
Hi puto non dubiè se futuisse negant. Libro quoq; eodem, epig. 81, de Phystide,
Quum duo uenissent ad Phyllida manè fututum.

¶ Futuor, Passiuum. Martial. lib. 9. epig. 5. in Aeschilum,
Aureolis futui quum posit Galla duobus,
Et plus quàm futui, si totidem addideris.

¶ Fututus, pen. prod. Participium. Martial. lib. 3. epig. 45,
Narrat te rumor Chionę nunquam esse fututam,
Atq; nihil cumo purius esse tuo. Sic, lib. 11. epig. 63. de Lesbia.

¶ Fututor, pen. prod. Verbale. Martial. lib. 1. epig. 58. in Bassam tribadem,
At tu, prò facinus, Bassa fututor eras. Sic, libro 11. epig. 88. in Caridemum.

¶ Fututio, fututionis, Aliud uerbale. Catull. epig. 30. ad Ipsithillam, Sed domi maneas, parcęq; nobis
Nouem continuas fututiones.

¶ Fututrix, penult. prod. fœm. gen. Martial. lib. 1. epig. 62, de Maneio, Arrigero linguam non potest fututricem.
Lib. eodem, epig. 23. in Pædiconem masturbantem,
——inguina saltem
Parte fututrici sollicitare manu.

Futurus] Vide Sum, es, est.

Fuui] pro Fui apud Comicos antiquos sæpe reperias duplicato u, productionis gratia. Plaut. Pœnulo,
Quo genere gnata, qui parentes fuerint.
Turnebus.

G

LITERAE inuentionem Carbilio adscribit Plutarchus Problematum Rom. 54. Proble. his uerbis: Quid est quòd locū ubi carnes uendunt, macellū uocant? An ἀπὸ τοῦ μαγείρων corrupto uocabulo, ut alia permulta, sic & hoc usus obtinuit? Apud Latinos κ cum γ quadam cognatione coniungitur. Nouissimè enim g Romani adhibuerunt, authore & inuentore Carbilio Spurio: & qui propter hæsitantiam linguæ, r proferre non possunt, ad l delapsi, balbutiendo proferunt. Quibus uerbis innuit Plutarchus, Carbilium γ pro κ balbutientis linguæ uitio protulisse.

Gaba] γάβα, Galileæ oppidum est, ut ait Iosephus lib. 5. Antiquitat. Iudaicarum.

Gabaa] Syriæ urbs. Vide interpretationem nominum Hebraicorum.

Gabalus] gabali, m.g. (γαυρὸς) Apud ueteres crux siue patibulum dicebatur. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum suffigimus homines: uos nõ barbari, quòd noxios absoluitis. Nonius.

Gabata] gabatæ, pen. corr. Pluraliter gabatæ, gabatarum, Vasa concaua, edulijs, pulmentarijsq; aptissima. Martial.

Transcurrunt gabatæ, uolantq; lances. Idem lib. 11. 32.

Gabij] Gabiorum (γάβιοι) Vrbs Volscorum fuit, septuaginta millibus passuum ab urbe distans, à Galacto, & Bio Siculis fratribus condita.

Gabiorum meminit & Virg. lib. 6. Aen. 155.

¶ Gabinensis, Adiectiuum (γαβίτης) Plin. lib. 2. cap. 94, Quædam uerò terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabinẽsi agro, non procul urbe Roma, &c. Alij legunt Gabiensi.

¶ Gabinus. pen. prod. Adiectiuum (γαβῖνος) ut, Gabina Iuno. Virgil. 7. Aeneid. 59.

Gabinus cinctus. Vide Cinctus in Cingo.

Vrbs Gabina. Ouid. 2. Fast. 142.

Robore freta Gabino. Claud. 3. Paneg. 17.

Gabinius] γαβίνιος, Romanus, qui Ptolemæum in regnum reduxit, ut est apud Cic. lib. 1. epistolarum.

Gaderes] γάδαρα, Ciuitas Syriæ non longè ab Ascalone: à qua Theodorus rhetoricæ præceptor, qui Strabonis ætate floruit, Gadareus dictus est.

Gades] Gadium, fœm. g. (γάδαιρα) insula est Oceani, ultra Beticã Hispaniã, circa columnas Herculis, longa XII. millia passuum, lata tria millia, ut ex Polybio Plinius in fine quarti tradit. Ibidem, duarũ uidetur meminisse exiguo interuallo distantiũ, quarũ maior Erythræa uel Erythia dicta sit ob Tyrios, quorũ origo ad Erythræũ mare relata est: tũ & Cotinussa, ab oleastri copia, qui à Græcis κότινος dicitur. A Gadibus, Gaditanus dictus. Hæc etiam Gadir est appellata, quòd Gadira lingua Punica sepem, uel septũ significat. Hermolaus non Gadira, sed Gadiruta legit apud Plin.

Iocosæ Gades. Martial. lib. 1. 57.

Occiduæ Gades. Claud. de bello Gildon. 32.

Remotæ Gades. Horat. 2. Carm. ode 2. 3.

Hominum finis Gades. Silius lib. 1. 29. Et lib. 17. 129, Terrarũ finis Gades.

Gaditanorum mœnia, delubra, agros, Hercules ipse itinerũ, & laborum suorum terminos esse uoluit. Cic. pro Corn. Balb. 31.

Tyriæ Gades. Lucan. lib. 7. 18.

¶ Gaditanus, pen. prod. Adiect. (γαδαιρεύς, γαδαιρανός, γαδειρικός) ut, Fœdus Gaditanum. Cicero pro Corn. Bal. 25.

Ciuitas Gaditana. Cic. pro Corn. Bal. 27.

Gæon] γαίων, à Iosepho dicitur esse Nilus. Rectius scripseris Gehon.

Gagates] seu Gages (γαγάτης) fluuius in Lycia, & nomen lapidis precioſi in eo primùm reperti, quamuis etiã in Britannia abundet. Plin. lib. 36. cap. 19. 4, Gagates lapis nomẽ habet loci & amnis Gagis Lyciæ.

Galactites] penult. prod. m. g. Lapis pretiosus, de quo Plin. lib. 37. cap. 10.

Galactopota] huius galactopotæ, pen. corr. (γαλακτοπότης) Qui lac potat. Col. lib. 7. cap. 2, Quibusdam nationibus frumenti expertibus uictum commodat: ex quo Nomadum Getarumq; plurimi γαλακτοπόται dicuntur.

Galanthis] γαλανθὶς, ut est in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, in Galen, id est, in mustelam à Iunone mutata. Vide Ouid. lib. 9. Metam.

Galata] Insulæ nomẽ non procul à Melita, ut scribit, Pomponius Mela lib. 2. Geograph.

Galatea] pen. prod. (γαλάτεια) fuit nympha, filia Nerei & Doridis, ut est apud Ouidium lib. 13. Metam.

At mihi cui patrem Nereus, & Dædala Doris
Enixa est, &c.

Galatia] γαλατία, Regio minoris Asiæ. Hæc ab Oriente Cappadociam & Halym fluuium, ab Occidente Bithyniam & Asiam, à Meridie Pamphyliam, à Septentrione Pontum Euxinum habet: quam olim Galli ex Europa uenientes habitarunt, & Gallogræcia dicta est. Vide Plin. lib. 5. cap. 32.

Galba] cognomen Sulpitiorum ab exilitate ei, qui primus tulit, impositum. Suetonius in Galba ambigit an crassum an macrum significet. Hoc cognomen tulit Seruius Sulpitius Galba imperator, qui occisus est ab Othone, quum regnasset menses VII. ut author est Cassiodorus Tacit. lib. 17. Suetonius in eius uita: ubi etiam multorum aliorum, qui hoc cognomen tulerunt, mentionem facit.

Galba Sergius] γάλβας σέργιος, Vir Consularis, temporum suorum eloquentissimus: quem Tranquillus in Galba cap. 4. scribit ex prætura Hispaniam obtinentem, XXX. Lusitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriatini belli causam exstitisse. Valerius autem dicit, eum trium Lusitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de commodis eius acturum, nouem millia hominum trucidasse. Pædianus eum pro direptis Lusitanis accusatum à Catone, duosq; amplexum filios prætextatos, absolutum propterea misericordia fuisse. Cic. in Bruto.

Galbæ] γάλβαι, Animalia in esculis nascentia: mirè exilitatis. Vnde qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita uocitatus est. Vide Suet. in Galba. cap. 3.

Galbanus] galbani, pen. corr. f. g. (χαλβάνη) uel, Galbanum, galbani, neutri: succus est siue lachryma cuiusdam herbæ, similis ferulæ, quæ in ipso frutice æstate prorumpit. Plin. lib. 12. cap. 25. II, Dat & galbanum Syria, in eodem Amano monte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo Stagonitim appellant. quod maximè laudant, cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, minimeq; lignosum.

Galbanum cartilaginosum. Vide Cartilago.

Galbanum, Genus uestimenti delicatorũ, à colore albo ac sublucido, quod nullos habet pilos. Iuuen. Satyr. 2. 10,

Cærulea indutus scutulata, aut galbana raso.

¶ Galbanatus, penult. prod. (χαλβανωτὸς) Nomen simile participio formauit Martialis: id est, galbano indutus, accipiturq; pro homine molli & effœminato: lib. 3. 40.

Iacet occupato galbanatus in lecto.

¶ Galbaneus, Adiectiuum (χαλβάνιος) Virg. 3. Georg.

Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.

Idem 4. Georg.

Hîc iam galbaneos suadebo incendere odores.

¶ Galbinus, pen. prod. Adiectiuum, Mollis, & lasciuus, Martialis, Galbinos habet mores.

Galbula] galbulæ, penult. corrept. (ἰκτερὸς) Auis. Martialis lib. 13. 68.

Galbula decipitur calamis & retibus ales:
Turget adhuc uiridi quum rudis uua mero.

Galbulus]

Galbulus] *galbuli, pen. corr. masc. g.* (σφαιρίον τῆς πυκνότητος) Pila cupreſſi. Varro 1. de Reruſt. cap. 40. 1, *Quædam enim ad genendum propterea uſque adeo parua, ut ſint obſcura, ut cupreſſi. non enim galbuli, qui naſcuntur, id eſt, tanquam pilæ paruæ corticiæ id ſemen, ſed in his intus primigenia ſemina dedit natura.*

*Globulos uocat Turnebus, Theophraſti authoritate motus, qui σφαίρια appellat: et ſic emendandum Varronem putat.*

Gale] γάλη, *Latinè muſtela dicitur, teſte Donato.*

Galea] *galeæ* (κόρυς, κράνος, πυνή) *Munimentum capitis eſt, è corio quondam fieri ſolitum, nũc è ferro fit. Plin. lib. 7. cap. 56. 10, Galeam, gladiũ, haſtã Lacedæmonij inuenere.*

*Nitor galeæ claro radiantis ab auro. Ouid. 13. Metam. 21.*

*Aerea galea. Virg. 5. Aeneid. 98.*

*Aurea galea. Virg. 9. Aeneid. 10.*

*Galea comans. Vide* Coma.

*Galea criſtata. Vide* Criſta.

*Inſignis galea. Virg. 5. Aen. 73.*

*Teretes galeæ. Stat. 3. Thebaid. 117.*

*Terribilem criſtis galeam. Virg. 8. Aeneid. 122.*

*Exuere galeam. Ouid. epiſt. 13. 30.*

*Imponere galeam alicui. Ouid. epiſt. 13. 28.*

*Induere galeam. Cæſar. 2. bel. Gal. 307.*

*Comantem induitur galeam. Virg. 2. Aeneid. 78.*

¶ Galeo, *galeas* (κρανόω) *galeare, Galeam induere. Hirtius 5. bel. Aſiani, 43, Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari.*

¶ Galeatus, pen. prod. (ἱπποκορυστὴς) *Galea indutus: ut, Galeata Minerua. Cic. 1. de Nat. deor. 139. Iuu. Satyr. 1. 17.*

Galena] *galenæ* (μολύβδαινα) *Plin. lib. 34. cap. 16. 4, Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit uena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſq; uenis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena, quæ portio eſt tertia addita uenæ. Hæc rurſus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus.*

Galenus] pen. prod. (γαληνὸς) *Pergamenus medicus, è Pergamo ciuitate Aſiæ, emicuit Traiani tẽporibus uſq; ad Antonium Pium. Scripſit uolumina xv. Author Suidas. Scripſit præterea in opera Hippocratis dictionarium ex ordine literarum.*

Galeola] *galeolæ, pen. corr. Vas ſinuoſum à galeæ ſimilitudine dictum, authore Nonio. Varro de uita populi Romani, libro primo, Vbi erat unum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinus.*

Galeotæ] pen. prod. (γαλεῶται) *in Sicilia dicebantur portentorum interpretes, teſte Cic. lib. 1. de Diuin. 71.*

Galeria tribus] *Vide* Tribus.

Galerita] *galeritæ*, pen. prod. (λόφος ἰχθύς) *Auis quæ nũc alauda dicitur, à criſta quadam quæ galeri ſimilitudine capite prominere uidetur. Varro galericũ appellat, quia plumam elatam in capite habet. Plin. lib. 10. cap. 49, Quæq; de una aue galerita priuatim commemorat.*

Galerus] *galeri*, pen. prod. *m. g. uel Galerum neutro genere*, (πῖλος, κυνῆ) *Pileus rotundus, quòd in modum galeæ eſſet factus, ut inquit Varro. Stat. 1. Thebaid. 61,*

*— temperat aſtra galero.*

*Flauo crinem abſcondente galero. Iuuen Satyr. 6. 12.*

*Deducere ſibi galerum. Vide* Deduco.

¶ *Galericulum*, pen. corr. Diminut. (πιλίδιον) *de quo Martial. epig. lib. 14. 55. Sueton. in Othone, cap. 12, Galericulo capiti, propter raritatem capillorũ adoptato & annexo, ut nemo dignoſceret.*

Galeos] *huius galeotis* (γαλεὸς) *Piſcis qui à Latinis Muſtela dicitur. Plin. lib. 32. cap. 2, Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam uocant, nihil eſt uſquam uenenatius quàm in mari paſtinaca, utpote quũ radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen perſequitur galeos. Vide diligenter Maſſarium in librum 9. Plinij.*

Galeſus] pen. prod. (γαλησὸς) *fluuius eſt Calabriæ, q iuxta ciuitatem labitur Tarentinam. Hæc Seruius enarrans illud Virgil. 4. Georg. 26,*

*Nanq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis,*
*Qua niger humectat flauentia culta Galeſus,*
*Corycium uidiſſe ſenem, &c.*

*Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen. Horat. 2. Carm. ode 6. 3.*

*Et lotam tepido togam Galeſo. Martial. lib. 1. 36.*

Galgulus] *huius galguli*, pen. corr. (ἰκτερὸς) *Auis genus. Plin. lib. 33. cap. 11. 2, Auis icterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. hanc puto Latinè uocari Galgulum.*

Galla] *huius gallæ* (κυνὶς) *Fructus quercuum. Plin. lib. 20. cap. 20. 3, Ceruicis dolores cum galla & lini ſemine pari menſura, ſedat. Sic Columella, lib. 6. cap. 7. 1.*

*Gallæ ſapor. Virg. 4. Georg. 54.*

*Gallam bibere, ac rugas conducere uentri, quam ait Lucilius, præmonet parſimonia eſſe utendum, neq; gulæ indulgendum, uentremq; coarctandum. Feſtus.*

Gallaici] *ſiue* Gallæci (κελλαῖκοι) *populi Hiſpaniæ ſunt, Gallis finitimi. Martial. lib. 1. 147, Nec quæ Gallaico linuntur auro. Alij legunt Callaico.*

Gallecia] *Citerioris Hiſpaniæ regio eſt, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 20. in deſcriptione citerioris Hiſpaniæ.*

*Diues Gallecia. Silius lib. 3. 70.*

Gallia] κελτική, κελτογαλατία, γαλλία, *Europæ pars, à candore populi dicta. Cæſar 1. bel. Gal. 1, Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres: quarum unam incolunt Belgæ: aliam Aquitani: tertiã qui ipſorum lingua Celtæ, noſtra Galli appellantur. Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differũt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumẽ, à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Et paulo pòſt, Eorum una pars, quã Gallos obtinere dictum eſt, initium capit à flumine Rhodano, cõtineturq; Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum. Attingit etiam à Sequanis, & Heluetijs flumen Rhenum: uergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: ſpectant ad Septentriones & Orientem ſolem. Aquitania à Garumna flumine, ad Pyrenæos montes: & eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniã pertinet, ſpectat inter Occaſum ſolis & ſeptentriones.*

*Comata Gallia. Cic. 8. Philip. 252.*

*Facunda Gallia. Iuuenal. Satyr. 15. 12.*

*Nobilis Gallia. Lucan. lib. 3. 16.*

*Tranſalpina Gallia. Cic. pro Muræna, 80.*

*Vlterior Gallia & citerior. Cic. de Prouinc. Conſul. 29.*

¶ Gallicus, pen. corr. Adiectiuũ (γαλλικὸς, γαλλατικὸς) *Qui Gallica terebra. Colum. de Arboribus, cap. 3. 3.* (ex Gallia eſt.

*Ager Gallicus. Cic. pro Seſt. 6.*

*Copiæ Gallicæ. Cic. 1. de Diuin. 138.*

*Arua Gallica. Ouid. de Ponto, eleg. 164.*

¶ Gallicanus, pen. prod. *Aliud Adiectiuum* (γαλλατικὸς) *ut, Gallicanæ res. Cic. pro Quintio, 8. Varro 1. de Reruſt. cap. 32, Cæteraq; quæ alij legumina, alij (ut Gallicani quidam) legaria appellant.*

*Catullus Gallicanus. Catul. de Acme, epig. 39. 4.*

¶ Gallus, Adiectiuum (γαλάτης) *Qui ex Gallia eſt.*

*Rebellis Gallus. Virg. 6. Aeneid. 172.*

Robore

Robore ualent Galli, numero Hiſpani, Pœni calliditate, Græci artibus. Cic. de Aruſp. reſp. 17.

Gallicæ] Gallicarum, Genus calceamenti, quo utuntur Galli pluuioſo tempore, inquit Bayfius. Cic. 2. Phil. 83, Nã quod quærebas quomodo rediſſem: primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna.

Gallogræci] γαλλογραῖκοι, Iidem ſunt qui Galatæ, ad quos Pauli epiſtola extat. eorũ regio Gallatia, quam Gallorum aliquot populos inſediſſe. Plin. lib. 5. cap. 32. teſtatur: & Ptolemæus lib. 5. tabula Aſiæ prima. Strabo quoq; lib. 4. Liuius pluribus, quartæ Decados lib. 8.

Gallonius] γαλλόνιος, Vir ſumptuoſus, de quo Cic. pro Qu. 63. Idem 2. de Finib. 145, Sed qui ad uoluptatem omnia referens, uiuit ut Gallonius, loquimur ut frugi ille Piſo.

Gallus] γάλλος, Fluuius Phrygiæ, cuius aqua potantes facit furere. Ouid. 4. Faſt. 73,

Amnis it inſana nomine Gallus aqua. Hinc dicebantur Galli ſacerdotes Cybeles deæ Phrygiæ, qui ſe caſtrabãt, & inter ſacrificãdum furioſè ſe gerebãt. Lucan. lib. 1. 113.

——crinemq; rotantes
Sanguinem populis ululârunt triſtia Galli.

Cybele Galla. Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 3.

Gallus] huius galli (ἀλεκτρυών, ἀλέκτωρ) Nota auis.

Gallus gallinaceus, Idem. Cic. 1. de Diuinat. 128.

Canorum animal gallus gallinaceus. Cic. 2. de Diuinat. 85.

Gallus gallinaceus lacertoſus. Vide Lacertus.

Cantant ante lucem galli. Cic. 2. de Diuinat. 84.

Victi galli ſilere ſolent, canere uictores. Cic. 2. de Diuin. 83.

Sub galli cantum. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 2.

Fauent faucibus ſilẽtio noctis galli, rurſus cantu plauſuq; premunt alas. Cic. 2. de Diuin. 85.

¶ Gallina, huius gallinæ, pen. prod. (ἀλεκτορὶς, ὄρνις) Terentius Phorm. 4. 4. 27, Gallina cecinit. Cic. 4. Academ. 105. Gallinas alere. Et Martial. lib. 15. 62, Gallina altilis.

Abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle uilla locuples. Cic. de Senect. 52.

Gallinæ filius albæ. Iuuen. Satyr. 13. 15, Vide Albus.

Dura gallina: id eſt, non tenera. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.

Numidica gallina. Vide Numidia.

Peperit ouum gallina. Cic. 4. Acad. 105.

Supponere oua gallinis. Cic. 2. de Nat. deor. 185.

Ad gallinas. Vide Ad.

¶ Gallinula, penult. corr. Diminutiuum. Arnob. lib. 7. aduerſ. gentes.

¶ Gallinaceus, Adiectiuum (ἀλεκτορικὸς) Quod ex Gallinis eſt: ut, Pullus gallinaceus, & oua gallinacea. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 9. Cic. 2. de Diuinat. 44, Gallinaceum fel.

Gallinaceus, ſine adiuncto, Idem quod Gallus. Plinius lib. 37. cap. 105, Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie. Sic, lib. 8. cap. 16. 11, Gallinaceorum criſtæ.

¶ Gallinarius, Qui curat gallinas. Plin. lib. 10. cap. 55. Traditur quædã ars gallinarij cuiuſdam dicentis quod ex quaq; eſſet. Cic. 4. Academ. 151.

¶ Gallinarius, Adiectiuum: ut, Scala gallinaria. Celſ. lib. 8. cap. 15, Sic brachium deligatum ſuper ſcalæ gallinariæ gradum traijcitur, ita altè ut homo ipſe conſiſtere non poßit.

¶ Gallinarium, gallinarij (ὀρνιθὼν) Locus in quo gallinæ nutriuntur. Colum. lib. 9, Gallinaria conſtitui debent parte uillæ quæ hybernum ſpectat Orientem.

¶ Gallicinium, gallicinij (ἀλεκτροφωνία) Pars noctis appellata eſt, in qua galli cantãt. Apul. lib. 2. de Aſino, Noctis gallicinio uenit quidam iuuenis proxima ciuitate.

¶ Gallo, gallas (μαίνω) Gallare, inſanire. Varro Eudemonibus, Deam gallantes uario retinebant ſtudio. eodem namq; uetuſtas hîc eſt gallantibus. Nonius.

¶ Gallulo, gallulas, gallulare, Pubeſcere, obſoletum, Nœuius Exod. Puerum mulieri præſtare nemo ſcit quanto melior ſit, cuius uox gallulaſcit, cuius iam ramus roboraſcit. Ex Nonio.

Gammarus] gammari, pen. corr. m. g. (καρκίνος) Aquaticum animal, ſimile cancro: uel (ut quidã putant) ipſe cancer: cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. coctus ſit rubens. Mart. lib. 2. 42,

Concolor in noſtra gammare lance rubes. Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plinius autem libro 9. cap. 31. 1, leonem appellat. Quod nomen Maßilienſes etiam habent.

Dimidio conſtrictus gammarus ouo. Iuuen. Satyr. 5. 9.

Gammoides] Ferrum quo utuntur chirurgi ad extrahendum pus.

Gamos] Latinè Nuptiæ. Inde Agamus, Monogamus, Bigamus.

Gamphaſantes] γαμφάσαντες Aethiopiæ populi. Plin. lib. 5. cap. 8. 2, Gãphaſantes (inquit) nudi, præliorumq; expertes, nulli externo congregantur.

Gandari] Populi ſunt inferioris Aſiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianam in ortum ponit. Sunt & Gandaræ populi, quos Ptolemæus lib. 7. in India ad ipſum Indum ſitos eſſe ait.

Ganea] ganeæ: uel, hoc Ganeum, ganei. Donatus, Veteres ganeum, meretricum tabernam dixerunt: ἀπὸ τῆς γᾶς, τοῦτ' ἐστὶ τῆς γῆς, quòd ipſa ſit in terra, non ut cœnacula, ſuperius. Terent. Adelph. 3. 3. 5,

Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum.

Columella in Prologo, Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. Plin. in Paneg. 80, Rurſus te ad clandeſtinam ganeam occultumq; luxum refers. Feſtus, Ganeum antiqui locum abditum, ac uelut ſub terra dixerunt. Nonius, Ganea, ſunt loca uiolentiæ ac libidini apta. Liu. 6. bel. Pun. 12, Et eum in ganea, luſtriſq;, ubi iuuentam egerit, ſenectutem acturum.

Ganearum nidor. Cic. in Piſonem, Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo.

¶ Ganeo, ganeonis (γάγγης) Nonius, Ganeones à ganeis dicti, ut popinones. Cic. in Catil. 30, Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, &c. Terent. Heaut. 5. 4. 11, Si ſcire uis, ego dicam: gerro, ineris, fraus, helluo, ganeo, damnoſus.

Cincinnatus ganeo. Cic. Poſt red. in Senatu, 10.

Occultus ganeo. Iuuenal. Satyr. 11. 6.

Egentiſſimus ganeo. Cic. pro Seſtio, 97.

¶ Gangabæ Curtius lib. 3. non procul à fine, Gangabas Perſæ uocant, humeris onera portantes.

Gangaridæ] pen. cor. (γαγγαρίδαι) inquit Curtius populi ſunt inter Aßyrios & Indos iuxta Gangen. Virg. 3. Geor. 5.

In foribus pugnam ex auro, ſolidoq; elephanto.
Gangaridum faciam, victoriſq; arma Quirini.

Cæterùm illi populi Indiæ à Ptolemæo Gangaridæ, ab aliis Gandaridæ uocantur. Eorum etiam regio à Strabone. Gangaridittis appellatur. Valerius autem Flaccus Gangaridas populos Scythiæ commemorat hoc uerſu,

Miſit in arma Darabs, acies quem Martia curru Gangaridum, &c.

Ganges] γάγγης, Indiæ fluuius maximus, qui uniuerſam Circuit Indiam, ſecum arenas aureas trahens, è Paradiſo exiens.

Digitized by Google

exiens. Alij inexertis funibus ut Nilū, rigantemq; uicinā eodem modo fuerunt. Alij in Scythicis nasci, ipsamq; Indiam secare dixerunt. Dictus est Ganges, à Gange Aethiopum rege. Suidas. Ouid. lib. 4. Metam. 5.

Lato spatiantem flumine Gangem. Ouid. 5. Trist. 4. 5.

Pulcher Ganges. Virg. 2. Georg. 28.

Tepidus Ganges. Ouid. in Ibin, 28.

¶ Gangeticus, pen. corr. Adiectiuū (γαγγητικὸς) Colum. lib. 8. cap. 8. 9, Iam nunc Gangeticas et Aegyptias aues eructāt.

Nemus Gangeticum. Senec. Medea, 11. 4.

Gangilion] siue Ganglion (γαγγλίον) Genus morbi in capite, quū humor quidā includitur: de quo Col. lib. 7, Est & ganglion Paulo, nerui alicuius uel ex ictu, uel ex lassitudine cōtortio, multis quidem omnino corporis partibus, sed præcipuè mobilibus, ut in extremitate manuū ac pedibus. Ex Hermolao in Castigat.

Gangræna] gangræne (γάγγραινα) Caro emortua ex ulcere uel inflāmatione ac rubore. subalbescit aūt primò: demum atra fit, sensu amisso in prominētibus membris, id est, inter ungues & alas, & inguina, & in senibus ferè, atq; his quorū corpus mali habitus est. Hæc Hermolaus. Lucul. li. 1.

Serpere uti gangræna malo, ad quem herpestica posset. Vide Cels. lib. 5. de ulceribus quæ extrinsecus per uulnera incidunt.

Gannio] gannis, ganniui & gannij, gannitum (κνυζάω) gannire propriè uulpes dicuntur, authore Donato.

Gannire usurpatur pro eo quod est obstrepere, & ueluti uapulantis uocem emittere. Terent. Adel. 4. 2. 18,

Quid ille gannit? quid uult? Persius Satyr. 5. 10,

Stat contrà ratio, & secretam gannit in aurem.

¶ Gannitus, huius gannitus, pen. prod. (κνύζημα) Vox uulpis propriè dicitur,

Gannitus tristis Nereidum. Plin. lib. 9. cap. 5. 1. Gannitus est propriè ueluti ploratus uapulantium. Donatus.

Gannitu lacessere. Mart. lib. 5. 61.

Ganyctor] Nomen est uiri proprium Tortellio.

Ganymedes] pen. prod. (γανυμήδης) Trois filius formosissimus, quē quum Iupiter deperiret, iussit in cælū ab aquila portari, & sibi à calliculis siue poculis esse, Hebe nympha deiecta, in cælum translatus, Aquarius dicitur.

Rapti Ganymedis honores. Virg. 1. Aeneid. 7.

Flauus Ganymedes. Horat. 4. Carm. ode 4. 1.

Phrygius Ganymedes. Ouid. 10. Metam. 31.

Ganza] ganzæ, Anser. Plin. lib. 10. cap. 23.

Garamantes] γαράμαντες, Populi Libyæ Psilis finitimi, à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantam oppidum ex suo nomine condidit.

Inops Garamas. Senec. Hippol. 1. 12.

Extremi Garamantes. Virg. 8. Aencid. 9.

Nudi Garamantes. Lucan. lib. 4. 68.

¶ Garamantis, tidos (γαραμαντὶς) Patronymicum, fœmin. Virg. 4. Aeneid. 40,

—rapta Garamantide nympha.

¶ Garamanticus, Adiectiuum (γαραμαντικὸς) ut Garamantica signa. Silius lib. 1. 29.

Garganus] pen. prod. (γάργανον) Celebris mons Apuliæ, subtus quem habitantes, propriè Apuli dicuntur. De quo Silius,

In nemore aut agitet Gargano terga ferarum. Hodie Mons dicitur S. Angeli.

Gargaridiare] Verbū antiquū est, teste Nonio. Varro epist. ad Fusium, Quintiporis clodicant fōriæ ac poemata eius, gargaridians dices, ô fortuna, ô fors fortuna.

Gargarus] pen. corr. masc. g. (γάργαρα) In plurali Gargara, Gargarorum, neut. gen. Cacumen montis Idæ, dictū (inquit Seruius) quasi κάρα περατὸς, id est, caput capitis, altitudinis altitudo, κάρα, enim est ἀκρωτήριον.

Ipsa suas mirantur Gargara messes. Virg. 1. Georg. 21.

Gargarus] Oppidū positum in imis radicibus montis Idæ, tanta frumenti copia abundans, ut qui magnum cuiusq; rei numerū uellet exprimere, pro multitudine immensa nominaret. Vnde & Ouidius 1. de Arte amandi, 12,

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

¶ Gargarus. lacus est Phrygiæ, iuxta Idam montem, ex quo lacū Scamander & Simois fluuij decurrunt.

Gargarizo] gargarizas (γαργαρίζω) gargarizare, Sæpe ad gurgulionem, id est, guttur, reuocare. Plin. lib. 20. cap. 17. 11, Voci succus sub certamine utilis: & qui gargarizatur uua turrente, adiecta menta. Celsus lib. 4. cap. 2, In uetusto capitis dolore communia sunt, sternutamenta excitare, inferiora uehementer perfricare, gargarizare his quæ saluā mouent. Plin. lib. 20. cap. 6. 8.

¶ Gargarizatio, Verbale (γαργαρισμὸς) Plin. lib. 30. cap. 4. 6, Tonsillas & fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat. Sic, lib. 22. cap. 25. 1.

¶ Gargarizatus, huius gargarizatus. pen. prod. (γαργάρισμα) idem quod Gargarizatio. Plin. lib. 21. cap. 19. 1.

Gargittius] Canis cuiusdā generosi nomē, qui Geryonis boues custodiebat, & leonibus insultabat: quem tūc Hercules interfecit, quū illius armenta abduxit: fuitq; Cerberi Epirotici frater, ut scribit Iulius Pollux, lib. 5. de Vocabulis rerum

Garrio] garris, garrii, garritum, penult. prod. (κωτίλλω, φλυαρέω, σωμύλω) garrire, Est inquit Donatus, tanquam auis maniter loqui. Terrent. Heaut. 3. 2. 25. Cic. de Orat. 12, Nā & seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt.

Garrire nugas. Plaut. Curcul. 1. 4. 6.

Garrire alicui in aurem. Martial. lib. 1. 85.

Garriunt ranæ. Martial. lib. 3. 51.

Impunitas garriendi. Cic. 1. de Nat. deor. 150.

¶ Garrulitas, pen. corr. (ἀδολεσχία) Martial. lib. 5. 53,

Crede mihi quamuis ingentia Posthume dones,
Authoris pereant garrulitate sui.

Extemporalis garrulitas. Quintil. lib. 2. cap. 4. 12.

Rauca garrulitas picarum. Ouid. 5. Metam. 136.

¶ Garrulus, pen. corr. Adiectiuū (ἀδολεσχός, κάπηλος) Qui abundat uanis & inanibus uerbis. Terent. Adel. 4. 4. 15,

——sed me reprendi tamen,
Nequid de fratre garrulæ illi dicerent, ac fieret palàm.

Garrulæ aues, dicuntur (interprete Nonio) canoræ & hilares. Virg. lib. 4. Georg.

Garrulus cantus. Plin. lib. 10. cap. 29. 5.

Garrulam infantiæ disciplinam contemnere. Author ad Herennium, lib. 2. 49.

Fama garrula. Seneca Herc. furen. 4. 7.

Fistula garrula. Tibul. lib. 2. eleg. 5. 6.

Hirundo garrula. Virg. 4. Georg. 62.

Lingua garrula. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 9.

Lyra garrula. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 8.

Garrula noctua. Plin. lib. 18. cap. 35. 19.

Riuus garrulus. Ouid. 2. Fast. 64.

Garrula sistra. Martialis lib. 14. 59.

Garrulus, inquit Nonius, dicitur cordatus, Varro Periplus libro 1, in hac ciuitate tum regnabat Dionysius homo garrulus & acer.

¶ Garritido, garritidas (ἀδολεσχέω) garritidare, Idem quod Garrire. Varro,

Quidnam

Quidnam garritidatis, dicentes, O fortunas? Sunt qui scribant garridito.

Garum] huius gari (γάρου) Liquamen piscium saxatilium & minutulorũ quam Salamuriã uulgò uocamus. Martial. lib.13.82,

Nobile nunc sitio luxuriosa garum. Ibidem,102,

Accipe fæcosum munera cara garum. Colum.lib.6.cap. 9.1. Et Plin.lib.9. cap. 17. 6, M. Apicius ad omne luxus ingeniũ mirus: in sociorum garo (nam ea quoq; res cognomẽ inuenit) necari eos præcellens putauit, atq; è iecore eorum alecẽ excogitare prouocauit. Seneca, Quid illud sociorũ garum, precioſam malorum piſcium ſaniem, non credis urere ſalſa tibe precordia? Horat.2.Serm.Satyr.8.10.

Garumna] garumnæ, maſ.gen. (γαρώνης) Galliæ fluuius ex Pyrenæo monte delapſus, qui Celtas ab Aquitania ſeparat. Vide Melam.

Magnus Garumna: Tibul.lib.1.eleg.7.3.

Gaudium] gaudij (χάρα, χάρμα, χαρμονὴ, χαιροσύνη) Eſt affectio animi alicuius præſentis boni opinione concepta. Cic.lib.4.Tuſc.21, Nam cum ratione animus mouetur placidè atq; conſtanter: tum illud gaudium dicitur.

Communia gaudia. Lucret.lib.4.241.

Crudelia gaudia. Ouid.6.Metam.131.

Grande gaudium. Tacit.lib.17.

Inane gaudium. Quintil.lib.2.cap.4.12.

Inæſtimabile gaudium. Vide Inæſtimabilis.

Ingens gaudium. Vide Ingens.

Lachrymoſa gaudia. Claud. de bello Get.82.

Mala mentis gaudia. Virg.6.Aeneid.56.

Mutua gaudia. Lucret.lib.4.243.

Sordida nunquam gaudia. Stat.3.Sylu.5.4.

Vana gaudia. Horat.2.epiſt.1.38.

Accipere gaudium. Vide Accipio.

Adire gaudium. Vide Adeo.

Admiſit gaudia duro uultu. Lucan.lib.2.75.

Aduocari gaudijs. Horat.4.Carm.ode 11 3.

Inopina gaudia afferre alicui. Stat.1.Sylu.2.10.

Agitare gaudia. Vide Agito.

Aſſerere gaudia. Vide Aſſero.

Capere gaudia. Ouid.7.Metam.104.

Gaudia cœpit. Id eſt, gauiſus ſum. Vide Capio.

Compleri gaudio. Cic.5.de Finib.123.

Gaudia in diuerſum conuertere. Vide Conuerto.

Cumulare gaudium. Vide Cumulo.

Cumulari gaudio. Vide Cumulo.

Declarant gaudia uultu. Catul. Argon.59.7.

Pacta gaudia dare. Ouid.3.de Arte amandi,92.

Empta gaudia. Stat.9.Thebaid.11.

Exultare gaudijs. Cic.1.in Catil.18.

Quod putaui fore gaudium, id extitit exitium. Cicero Antequàm iret in exilium,6.

Fungi gaudio. Tacit.lib.18.

Indulgere gaudio. Vide Indulgeo.

Inter gaudium mori. Vide Inter.

Mutare gaudium mœrore. Vide Muto.

Oblectare gaudio. Vide Oblecto.

Gaudium percipere. Plin.lib.epiſt.10.

Pertentant gaudia pectus. Virg.1.Aeneid.102.

Blanda gaudia pertentant mentem. Virg.5.Aeneid.165.

¶ Gaudeo, gaudes, gauiſus ſum (χαίρω, γήθω, ἁλύω) gaudere, Eſt ſecum & apud ſe lætari, nec reſpicit alium. Terentius Heaut.5.1.12. Cic.4.Tuſc.106, Atq; ut conſidere decet, timere non decet: ſic quidem gaudere decet, lætari non decet.

Gaudere & bene rem gerere, ſalutationis loco poſuit Horat.1. epiſt.81. more Græcorum, ἀντὶ τοῦ χαίρειν καὶ εὐπραττεῖν.

Triumphare & gaudere. Cic. Attic.lib.189.2.

Tuo iſto tam excellenti bono gaude, & fruere, cùm fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis. Cic.pro Marcel.10.

Id tu nos obtinuiſſe nõ modò facilè patiare, ſed etiam gaudeas. Cic.Plancio, in epiſt.ad Atticum, lib.16.342.3.

Gaudeo id. Terent.And.2.2.25.

Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis. Horatius 2. epiſ.2. 12.

Gaudeo uentum, pro Veniſſe. Plaut.Ciſt.2.12.

Gaudeo eſſe natum. Cic.de Amic.13.

Acri gaudet equo. Virg.4.Aeneid.32.

Gaudet myrrha raſtris. Plin.lib.12.cap.15.2.

Gaudere gaudia. Terent.And.5.5.8. Cælius Ciceroni, lib.8.2. 4, In theatrum Curionis Hortenſius introijt, puto ut ſummi gaudium gauderemus.

Gaudere gaudio. Plaut.Perſa,22.30.

Gaudere animo. Plaut.Stich.4.53. Mart.lib.4.45.

—animo gaudens, ac fœnore liber.

Gaudebis facto. Teren.Phor.3.2.9. Sic, Gaudere ruinis inimicorum. Liu.9.bel.Maced.151.

Laudibus gaudere. Virg.3.Georg.36.

Numero Deus impare gaudet. Virg.8.eclog.10.

Gaudere in moleſtia. Cic. Lentulo, lib.1.9.9.

Gaudere in ſe. Catul.ad Varum.epig.19.4.

In aliquo genere ſcientiæ gaudere. Cic.3.Off.166.

Gaudere in ſinu, modus loquendi apud ueteres, ſignificat Tacitam apud ſe uoluptatem ſentire, neq; uulgò proferre gaudij notas. Cic.3.Tuſc.87. Propert.lib.2.eleg.26.6,

In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

Mecum tacitus gaudeo. Vide Mecum.

Rebus nouis gaudere. Lucret.lib.5.35.

Sanguine gaudere. Ouid.1.Metam.48.

Sibi gaudere. Lucret.lib.3.30.

Dubiè gaudet, falliq; ueretur. Ouid.10.Metam.58.

Gauiſus fruſtra. Terent.Heauton.4.8.17.

Immortaliter gaudere. Cic.Qu.frat.lib.3.17.13.

Quæ fecimus, ualde probari gaudeo, ſi eſt nunc ullus gaudendi locus. Cic.Attico, lib.9.17.5.8.

Gaudere, uehementer & lætari. Cic.pro Roſc.Amer.81.

Gaudeo, pro Oblector. Cicer. de Senec. 45, Quàm gaudebat bello ſuo Punico Næuius? quàm Truculento Plautus, quàm Pſeudolo?

¶ Gaudens, Participium (χαίρων) ut,

Nimium gaudens popularibus auris. Virg.6.Aeneid.163.

De pectore gaudens. Stat.4.Sylu.6.18.

Animus æquus, imò uerò etiam gaudens & libens. Cicer. Attic. lib.2.19.3.

Animo gaudente uident. Tibul.lib.1.eleg.6.17.

¶ Gauiſus, penult.prod. Participium (γεγαθώς) Cæl. Ciceroni, lib.8.14.3, Nunc furit tam gauiſos homines ſuum dolorem.

Gauia] gauiæ, ſ.g. Auis, Græcè Laros. Vne Mouette. A Dieppe uocatur une Mauue. Il en eſt de blanches & de cendrées. Certè Ariſtot.lib. 8. de hiſtoria animal. cap.3, gauiæ albæ meminit, & cinereæ. Vide Larus.

Gaulus] Genus nauigij penè rotundum. Feſtus. Gauli meminit Gellius libro 10. cap. 25. Apud Herodotum uidetur poni pro naue oneraria, quum ſic ait in Thalia, Conſtitim quidem duas triremes, ſimulq; cum ipſis ingentem gaulum impleuerunt uaria multiplicique præda.

Gaunace]

Digitized by Google

Gaunace] *gaunaces. Varro, Vt ſagum, Rheno, Gallica: gaunace, amphimallum, Græca. Quòd additum eſt, maius ſagũ, interpretatio eſt hominis imeruditi. Heſychius, κώνακαι σχήματα ἢ ὑποβόλαια ἱστρόμαλλα: id eſt, gaunacæ ſunt ſtragula aut operimenta altera parte uilloſa. Eſt & gaunace genus pallij ad induendum. Turnebus.*

Gaurus] γαῦρος, *Mons eſt Campaniæ in Italia, in quo præſtantiſſimum uinum naſcitur.*

*Bacchei uineta madentia Gauri. Stat. 3. Sylu. 5. 20.*

*Inanis Gaurus. Iuuenal. Satyr. 9. 6.*

*Icario nemoroſus palmite Gaurus. Stat. Sylu. 1. 30.*

*Mons Gauranus. Stat. 8. Thebaid. 110.*

*Simus Gaurani. Stat. 4. Sylu. 5.*

Gauſape] *pen. corr. indeclinabile, o. g. (ἀμφίτριπτος) Militare ueſtimentum utrinq; uillos habens, uel una tantum parte, quod pro lecto in caſtris ſternebatur. Plin. lib. 8. cap. 48. 4, Antiquis torus è ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Martial. lib. 14. 157, Gauſape quadratum. Hæc gauſapes, gauſapis: hæc gauſapa, gauſapæ: & hoc gauſapũ antiquitus declinabatur. unde in plurali gauſapa. Perſ. Satyr. 6. 5,*

*Iam chlamydas regum, iam lutea gauſapa captis, &c. Martial. lib. 14. 142, Gauſapa uilloſa. Ouid. 2. de Arte amand. 60,*

*Gauſapa ſi ſumpſit, gauſapa ſumpta proba.*

*Purpureo gauſape menſam perterſit. Horat. 1. Serm. 8. 3.*

*Gauſape, pro barba hirſuta & prolixa dixit Perſius, quòd dependeat tanquam ſtramentum contextum aliquod, Satyra 4. 4, Tu quum maxillis balanatum gauſapè pectas, &c.*

¶ Gauſapina, gauſapinæ, *pen. cor. (ἀμφίμαλλος) Idem. Martial. Auguſto ſumere gauſapinas. Idem lib. 6. 59,*

*Propter ſexcentas, Baccara gauſapinas.*

*Gauſapina penula. Martial. lib. 14. 150. Et 152, Gauſapina cubicularia.*

¶ Gauſapatus, *pen. prod. (ἀμφιμαλλωτὸς) Gauſapina indutus. Seneca epiſt. 54, Mitto me in mare. quomodo pſychrolutam decet gauſapatus.*

Gaza] γάζα, *Vrbs Paleſtinæ. Mela lib. 1. cap. 11. In Paleſtina eſt ingens & munita admodum Gaza: ſic Perſæ ærarium uocant, & inde nomen eſt, quòd quum Cambyſes armis Aegyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam contulerat. Hactenus Mela. Sacer tamen Hebraiſmus non à gaza, ſeu theſauro dicit hanc urbem nuncupatam, ſed à fortitudine. unde uocat eam Azza, quod ſignificat fortem. Et Zachariæ 9. pbropbeta dicit, Azzam per antitheſim debilitandam.*

Gaza] gazæ (γάζα) *Dictio Perſica, ſignificat opes, ſupellectilem, & generaliter quicquid poſſidemus, ut ait Seruius in primum Aeneidos. Pomp. Mela, Gaza inquit, Perſæ ærarium uocant. Curtius lib. 3. non ita procul à fine, Pecuniam regiam (gazam Perſæ uocant) cum precioſiſſimis rerum efferri iubet, ſimulans fugam. Virg. lib. 1. Aen.*

*——tabulæq; & Troia gaza per undas. Cicer. pro L. Manilio, 46, Qui ab auro gazáq; regia, manus, oculos, animum cohibere poſſit. Idem 2. Offic. 112, Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus. Liuius 5. bell. Pun. 148.*

*Agreſtis gaza. Virg. 5. Aeneid. 8.*

*Beatæ Arabum gazæ. Horat. 1. Carm. ode 29. 1.*

*Nobiles gazæ. Claud. de nuptijs Honorij, 46.*

¶ Gazophylacium, gazophylacij (γαζοφυλάκιον) *Area, ſiue quiuis alius locus in quo pretioſior ſupellex conſeruatur.*

G E

Gebalena] *Regio in finibus Eleutheropoleos.*

Gebbanitę] *pen. prod. Populi ſunt Maris rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorum caput Thomna eſt. Vnde genus myrrhæ gebbaniticum.*

Gebenna] γιββέννας, *Vide* Geneua.

Gedanum] *Germaniæ oppidum in Viſulæ fluminis oſtio. Vulgò Dantzg.*

Gedroſia] γεδρωσία, *Aſiæ regio Ptolemæo, hodie Tarſæ regnum Haithono & Sabellico: & ſunt populi Chriſtiani.*

Gela] γέλα, *Vrbs Siciliæ, cuius meminit Plutarchus in uita Timoleonis. Vulgò Cherza.*

*Immanis Gela. Virg. 3. Aeneid. 140. Seruius, Ciuitas à fluuio nominata: ſicut etiam campi Geloi.*

Gelabile, Gelaſcere] *Vide* Gelu.

Gelaſinus] *pen. prod. (γελασῖνοι) dentes anteriores quos ridendo oſtendimus. Item, lineæ quæ ridendo efficiuntur. Martial. lib. 7. 24, Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt.*

Gelicidium, Gelidus] *Vide* Gelu.

Gellius] *Viri proprium, cuius extant Atticæ noctes.*

Gelo] *gelas. Vide* Gelũ.

Geloi] *pen. prod. (γελῶοι) Campi in Sicilia apud Gelam fluuium. Virg. 3. Aeneid. 104, Campiq; Geloi. Vide* Gela.

Gelon] γέλων, *Pyrrhum ueneno necare eſt aggreſſus. Plutarchus in uita Pyrrhi. Fuit & Gelon, Siciliæ rex, quem Dionyſius γέλωτα, id eſt, riſum eſſe dicebat. Plutar. in Dione.*

Geloni] *uel Gelones, pen. prod. (γελωνοὶ) Populi Siciliæ, interius habitantes, & Agathyrſis proximi, à Gelono Hercu lis filio. Nunc autem Getæ dicuntur, ſiue Tartari, corrupto uocabulo. Sanguinem equinum cum lacte miſtum bibunt. Virg. 3. Georg. 93,*

*Biſultæ quo more ſolent, acerq; Gelonus, &c.*

*Pharetrati Geloni. Horat. 3. Carm. ode 4. 7.*

*Picti Geloni: id eſt, ſtigmata habentes. Virgil. 2. Georg. 23. Seruius.*

Gelos] *Cariæ portus eſt, ut ſcribit Pompon. lib. 1. in deſcriptione Cariæ.*

Gelotiana] *Domus quædam erat, ut ex inſcriptione uetere liquidò conſtat, in qua ſcriptum eſt, Symphoro teſſerario Seruũ Cæſaris de domo Gelotiana. Proinde in Tranquillo legit Turnebus, commiſit & ſubitò, quum è Gelotiana apparatum Circi proſpicientem, &c.*

Gelu] κρυμὸς, κρυὸς, ψύχος, *Propriè eſt glacies, id eſt, aqua conferta, à ſerenitate cæli concreta. Neutri gen. indeclinab. Virg. 3. Georg.*

*Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto*
*Terrá gelu. Plin. lib. 8. cap. 28. 2, Obſeruatum, eam aurę ad glaciem appoſita conijctare craſſitudinem gelu.*

*Perſtrictus gelu non potuit eò peruenire humor. Plin. lib. 17. cap. 24. 3. Alij legunt, præſtrictus.*

¶ *Gelus, maſcul. genere dixiſſe ueteres, multis uerbis probat Nonius.*

*Geli, genitiuus antiquus. Lucret. lib. 5. 42, Aßiduuq; geli cauſus. Idem lib. 6. 32.*

*Acutum gelu. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.*

*Amaro gelu ſtrata meßis. Stat. 5. Thebaid. 79.*

*Aſtricto gelu coit unda. Ouid. 2. Triſt. 39.*

*Cano gelu horrida bruma. Virg. 3. Georg. 87.*

*Canenti gelu obuſta gleba. Ouid. 5. Triſt. eleg. 3. 5.*

*Frigidum gelu. Seneca Troad. 6. 44.*

*Marmoreum gelu. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10. 2.*

*Niuale gelu. Seneca Medea, 9. 10.*

*Sæuum gelu. Valer. 1. Argonaut. 104.*

*Hyems rura claudit gelu. Virg. 2. Georg. 64.*

*Tarda gelu, ſeclisq; effœta ſenectus. Virg. 8. Aen. 100.*

¶ *Gelicidium, huius gelicidij (πυκτὸν) Ipſum gelu & ipſa concretio aquæ. Colum. lib. 2. cap. 8. 3, Vt prius conualeſcant quàm dicas.*



Digitized by Google

dices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut gelicidijs pruinisue infestentur. Varro 1. de re Rust. cap. 55. 1.

¶ Gelo. gelas (γέλγνυμι) gelare, Actiuum, & aliquando neutrum. Iuuenalis Satyr. 6. 10,

— pauidoq; gelantur
Pectore. Sic, Gelatum lac, Columel. lib. 10. cap. 38.

Gelatus caseus. Plin. lib. 14. cap. 3. 3.

Gelant frigora. Plinius li[illegible]. 5. cap. 6. 1.

¶ Gelasco, gelascis (γέλγνυμαι) gelascere, Est gelu astringi. Plinius lib. 14 cap. 21. 1, Vini natura non gelascit.

¶ Gelatio, huius gelationis, Verbale (γέλωσις) Plin. lib. 17. capit. 24. 17, Si protinus gelatis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

¶ Gelabilis, & hoc gelabile, pen. corr. (γελατὸς) Quod gelu durari potest, à quo compositũ Ingelabile. Gell. lib. 17. cap. 8, Mare omne ingelabile sit. Alia exemplaria habent, incongelabile.

¶ Gelidus, pen. cor. Adiectiuum, Frigidus (κρυόεις, κρυμώδης) Ouid. Sed gelidum Boream, egelidumq; Notum.

Gelidus æther. Virg. 8. Aen. 3. & 48, Gelidus amnis. Et 28, Gelida rupes.

Gelidæ naturæ sidus. Plin. lib. 2. cap. 8. 5.

Gelidissima natura. Plin. lib. 14, cap. 16. 2. Sic, Cic. 2. de Leg. 11.

Gelida, subaudi aqua, sicut in Calida & Tepida. Horatius 2. Serm. Satyr. 7.

Aqua gelida. Ouid. epist. 20. 44.

Aquam gelidam bibere. Cic. 1. in Catil. 23.

Antrum gelidum Ouid. 11 Metamorph. 51.

Artus gelidi. Ouid. [illegible] Metam. 50.

December gelidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 1.

Formido gelida. Ouid. 2. Metamorph. 40.

Frigore gelido astrictum pectus. Ouidius epist. 21. 23.

Horror gelidus. Seneca Troad. 6. 10.

Metus gelidus. Ouid. epist. [illegible]. 16.

Mors gelida. Horat. 2. Carm. ode 8. 3.

Nox gelida. Virg. 1. Georg. 58.

Pallor gelidus. Stat. 1. Achil. 32.

Pectus gelidum. Ouid. 1. Fast. 20.

Riui gelidi. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.

Ros gelidus. Virg. 2. Georg. 41.

Sanguis gelidus. Virg. 3. Aeneid. 52.

Saxum gelidum. Lucret. lib. 3. 183.

Sudor gelidus. Virg. 3. Aeneid. 52.

Terror gelidus. Ouid. 3. Metam. 20.

Timor gelidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 23.

Tremor gelidus. Virg. 2. Aeneid. 25.

Valles gelidæ. Virg. 2. Georg. 98.

Vmbræ gelidæ. Ouidius 8. Metam. 100.

¶ Gelidè, Aduerbium (ψυχρῶς) ut

Ministrare res omnes timidè, gelideq;. Horat. de Arte, 35.

Gemea] Nomen alæ militum Macedonum. Liu. 7. bel. Maced. Addita his ala mille fermè equitum, gemeam uocabant. Ex uetusto codice legitur, Agema eam uocabant.

Gemebundus] Vide Gemo.

Gemellar] neutri generis, Vasis genus, cui fortassis ex eo inditum nomen, quòd geminas mensuras contineat. Columel. lib. 12. cap. 50. 9, Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius est, quàm plumbeum quadratum, aut gemellar) protinus capulator depleat.

Gemellar, Augustinus in Psal. 136, uocat gemellariam, Vt amurcam per plateas fluentem cernens, oleum in gemellaria non uideas.

Gemiæ] guloſi ueteribus dicebantur, teste Nonio. Luc. lib. 30, Illo quid fiat Lamia, & Pittho ἐξυόδοντες
Quòd ueniunt gemiæ illepidæ, improbæ, ineptæ.

Geminus] pen. corr. Adiectiuum (δίδυμος, διφυὴς, δοιὼ) Gemini, proprie duos significat. Virg. 6. Aen.

Sunt geminæ Somni portæ.

Acies geminæ, pro duobus oculis. Virg. 7. Aeneid. 158.

Chiron geminus. Vide Chiron.

Geminus ictus. Plin. lib. 10. cap. 38. 2.

Gemino lumine declarari dissensionem. Cic. 2. de Diu. 181.

Gemini nominis errore seruari. Cic. Pro Sestio, 70.

Geminæ nuptiæ. Terent. And. 4. 1. 50.

Pennis geminis aera secare. Cic. in Arato, 5.

Geminæ uoragines, scopuliq; Resp. Cic. in Pisonem, 32.

Gemini quandoq; dicuntur, qui uno partu & uno die nascuntur. Virg. lib. 8. Aeneid. 127,

geminos huic ubera circum
Ludere pendenteis pueros. Gemellos etiam uocat Virgilius in Bucolicis, 1. eclog. 3.

Geminus est ille. Plaut. Amph. 16. 9. Ibidem, 7. 57,

Quid opus uerbis? geminus Sosia hic factus est tibi.

Geminos duos filios pariet. Plaut. Amph. 5. 18.

Fœtus geminus. Ouid. 6. Metam. 23.

Fratres gemini. Horat. 1. epist. 19. 9.

Nati gemini sub ubere. Virg. 5. Aeneid. 56.

Geminum partum edere. Liuius 1. ab Vrbe, 14.

Prolem geminam partu dedit. Virg. 1. Aeneid. 56.

Gemina huius soror. Plaut. Milit. 15. 9.

Sorores geminæ. Horat. 4. Carm. ode 7. 2.

Geminus, Par, similis, Qui enim gemini nascuntur, ferè similes sunt. Virg. 1. Aeneid. 34,

Hinc atq; hinc uastæ rupes, geminiq; minantur
In cælum scopuli. Seruius.

Consortem esse in lucris atq; furtis, geminũ & simillimum nequitia, improbitate, audacia. Cicero 5. Verr. 132.

Gemina audacia. Cic. pro Roscio Amer. 70, Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.

Simillima & maximè gemina societas hæreditatis est. Cicero pro Roscio Comœdo, 32.

Gemini, cæleſti signum, quod Castor & Pollux constituunt, qui uno partu sunt editi. Plin. lib. 18. cap. 29. 2, Ipse circulus fertur per sagittarium atq; Geminos.

¶ Gemellus, Adiectiuum diminutiuum (διδυμάων) Virg. 1. eclog. 3, — modò nanq; gemellos
Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.

Fœtus gemellus. Ouidius epist. 6. 29.

Fratres gemelli. Ouidius epist. 8. 16.

Partus enixa gemellos. Ouid. 6. Metam. 143.

Prolem est enixa gemellam. Ouid. 9. Metam. 91.

Gemellæ uites, duas uuas ferentes. Columella libro 3. cap. 1. Plinius lib. 14. cap. 2. 2.

Gemellos quoque uocat Paulus equos fortè bijuges, id est, binos & geminos coniungi solitos: ut in l. proinde. ff. ad legem Aquil. Veluti si quis ex comœdis aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum unum uel unam occiderit.

¶ Gemellipara, pen. corr. (διδυματόκος) dea: id est, Latona. Ouid. 5. Fast. 108.

¶ Geminitudo, geminitudinis, Antiquum. Pacuuius, Atalanta. Habeo ego istam, qui distinguam inter uos, geminitudinem.

¶ Gemino, geminas, pen. cor. (διπλόω, διπλασιάζω) geminare Duplicare, Iterare. Ter. Adelph. 2. 1. 19,

O facinus indignum. A E. geminabit nisi cauet. Varr. 3. de re Rust. cap. 16. 25.

Labor geminauerat æstum. Ouid. 5. Metam. 117.

Facinus geminare. Ouid. 10. Metam. 93.

Honorem geminare Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 20.

Impensas

Digitized by Google

Impensus geminare. Claud. 3. Paneg. 45.
Orbem geminare. Cic. in Arato, 44.
Pericula geminare. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 9.
Geminare, Copulare. Horat. in Arte, 3, —non ut
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
¶ Geminatus, pen. prod. Participium (ἀπλασιασθείς) ut,
Onus geminatum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 2.
Geminata ars. Plin. lib. 29. cap. 1. 9.
Captatio geminata. Quintil. lib. 5. cap. 13. 42.
Ebrietas geminata libidine. Ouid. 12. Metam. 44.
Geminatus honor. Liu. 9. bel. Maced. 164.
Merces geminata. Ouid. 2. Metam. 141.
Sol geminatus: id est, duo soles. Cic. 2. de Nat. deor. 21.
Geminata uictoria. Liu. 1. ab Vrbe, 105.
¶ Geminatio, Verbale (ἀπλασιασμός) Cic. 3. de Orat. 114;
Nam & geminatio uerborum habet interdum uim.
Vti geminatione. Quintil. lib. 1. cap. 48.
Gemisco] Vide Gemo.
Gemite] gemites, f. g. Gĕma, de qua Plin. lib. 37. cap. 11, Nec gemite uelut in petra, candidis manibus inter se complexis.
Gemitus] Vide Gemo.
Gemma] gemmæ (ὀφθαλμός) Oculus uitis quem primò emittit. Virg. eclog 7. 10,
—turgent in palmite gemmæ. Cic. de Senect. 48, Itaq; ineunte uere in his quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur, á qua oriens uua se ostendit.
Vuida gemma in palmite. Virg. 3. Fast. 48.
Pampinus trudit gemmas: id est, protrudit. Virg. 2. Georg. 67.
¶ Gemma (ὁ λίθος) Omnis lapillus preciosus, siue perlucidus, siue non. Plaut. Curc. 14. 8, Quid ego sub gemma abstrusos habeo tuam matrem & patrem. Plinius de Viris illust. 42, Annuli gemma.
Corona insignis gemmis. Virg. 7. Aen. 15.
Patera grauis gemmis. Virg. 1. Aen. 147.
Ignea gemma. Silius lib. 8. 93.
Lucida gemma. Ouidius epist. 21. 15.
Magnetica gemma. Claud. de magnete, 4. 6.
Monstrificæ gemmæ. Vide Monstro.
Pura gemma. Ouid. 2. Metam. 172.
Stellantes gemmæ. Ouid. 1. Metam. 146.
Teres gemma. Virg. 5. Aeneid. 62.
Ensis accinctus gemmis. Vide Accingo.
Gemma bibere, Id est, gemmeo poculo. Virg. 2. Georg. 102.
Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. Cicer. 6. Ver. 54.
Dat digitis gemmas. Ouid. 10. Met. 53. Id est, induit annulos.
Fulgentes gemmæ. Valer. 5. Argon. 102.
Limare gemmas. Vide Lima.
¶ Gemmula, gemmulæ, pen. cor. Diminutiuum (λιθάριον)
Gemmulæ, Flores etiam dicuntur, quibus tanquam gemmis uerno tempore cuncta pinguntur, & prata uestiuntur. Apuleius lib. 10, Planè tenui specula, solabar clades ultimas, quòd uere in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.
¶ Gemmeus, Adiectiuum (λίθινος) Quod ex gemma est, siue gemmis ornatum. Cic. 6. Ver. 55, Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c.
Radix gemmeæ rotunditatis: id est, rotũda in modum gemmæ. Plinius lib. 18. cap. 7. 22.
¶ Gemmo, gemmas (ὀφθαλμίζω) gemmare, Dicuntur uites & arbores, quum gemmas emittunt. Colum. Quum primum uites incipiunt gemmare. Cicero 3. de Orator. 85, Nam gemmare uites, luxuriem esse in herbis, letas segetes etiam rustici dicunt.
¶ Gemmans, gemmantis, Participium (λιθίζων) ut,



Gemmantes alæ pauonis: id est, lucentes in modum gemmarũ. Martialis lib. 13. 70.
Herbæ gemmantes rore. Lucret. lib. 2. 64.
¶ Gemmatus, pen. prod. Adiectiu. (διάλιθος) Gemmis instructus & ornatus. Plin. lib. 37. cap. 2. 5, Corripere potoria gemmata.
Gemmati magna specie annuli. Liu. 1. ab Vrbe, 48.
Cultus gemmati. Claud. 6. Paneg. 41.
Monilia gemmata. Ouidius 10. Metam. 23.
¶ Gemmasco, gemmascis (ὀφθαλμᾶμαι) gemmascere. Plinius lib. 17. cap. 15. 2, Atq; ut gemmascere incipiens, legatur calamus. Idem lib. 37. cap. 10. 18, Draconites, siue dracontias è cerebro fit draconum, sed nisi uiuentibus abscisso nunquã gemmascit. Vbi legitur etiam ex uetusto codice, gemmescit. Colum. lib. 5. cap. 10. 8.
¶ Gemmifer, pen. cor. Adiectiuum (λιθοφόρος) ut, Gemmiferi amnes. Plin. lib. 37. cap. 13. 3.
Corona gemmifera. Valer. 5. Argon. 90.
Mare gemmiferum. Propert. lib. 3. eleg. 4. 1.
Gemo] gemis, gemui, gemitum, pen. corr. (γέγωνα, ἐπιγέγωνα, προΐωω) gemere, Proprie pectoris est, quum præ angustia in sonum prorumpit. Plaut. Amph. 17. 47,
—dum hæc aguntur, interea uxorem tuam
Neq; gementem, neq; plorantem, nostrum quisquam audiuimus.
Lugere & gemere pro aliquo. Cic. pro Plancio, 82.
Desiderio alicuius gemere. Cic. in Pisonem, 19.
Grauiter rem aliquam gemere. Cic. Attico, lib. 2. 34. 4.
Occultè suum malum gemere. Cic. Post red. in Senat. 11.
Gemere se seruum. Mart. lib. 9. 97.
Gemunt gubernacula nauis, quum huc atq; illuc à nautis circumaguntur. Plin. epist. 203. b, At quum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & dijs maris proximus. Ouid. 14. Metam.
—gemunt antennæ & malus.
Gemit impositis incudibus Aetna. Virg. 4. Georg. 35.
Flebile terrificis gemuit mugitibus Aetna. Claudian. 2. de rapt. (Proserp. 2.
Amnes repleti gemunt. Virg. 5. Aen. 160.
Area gemit tonsis frugibus. Virg. 3. Georg. 26.
Gemit cymba nimis onusta. Virg. 6. Aeneid. 83.
Gemit turtur. Virg. ecloga 1. 15.
¶ Gemitur, penult. cor. Passiuum. Cicero ad Atticum, lib. 2. 3. 1, Atq; hic status qui una uoce omnium gemitur, neq; uerbo cuiusquam subleuatur.
Vita gemenda. Ouid. 13. Metam. 93.
¶ Gemens, Participium (γέγωμι) ut, Flebiliter gemens. Horatius 4. Carm. ode 12. 1.
Acerba gemens. Ouid epist. 8. 22.
Turpe gemens. Stat. lib. 3. Thebaid. 67.
Rota tractu gemens. Virg. 3. Georg. 36.
¶ Gemisco, gemiscis (γεγάω) gemiscere, Idem quod Gemere: ut, Ferale gemiscunt. Claud. 3. de raptu Proserp. 26.
¶ Gemitus, huius gemitus, pen. corr. (γοναγμός) Cic. 6. Ver. 5. 1. 42, Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniasq; audiret.
Gemitus delphini similis est humano. Plin. lib. 9. cap. 83.
Gemitus toto foro. Cic. 2. Philipp. 89.
Acerbus. Valer. 2. Argon. 92.
Altus. Virg. 11. Aeneid. 19.
Inanis. Valer. 2. Argon. 7.
Lamentabilis. Vide Lamentor.
Abiectus gemitus. Cicero 2. Tuscul. 97, Sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilis: ei qui se dederit, uix eum uirum dixerim.

Abſcondere gemitus. Lucan. lib. 9. 223.
Ciere gemitus. Vide Cieo.
Extremos ciere gemitus. Virg. 3. Georg. 102.
Querela commiſſa gemitu. Lucret. lib. 6. 233.
Compeſcere gemitus alicuius. Stat. 12. Theb. 73.
Lamentatio & gemitus urbis conticeſcit. Cicero Poſt red. in Senat. 51.
Dare gemitum. Ouid. 2. Metam. 60.
Crebros dat gemitus. Ouid. 10. Metam. 101.
Ingentem gemitum dat pectore ab imo. Virg. 1. Aeneid. 98.
Ducere gemitus imo de pectore. Virg. 2. Aeneid. 58.
Edere gemitus. Ouid. 2. Metam. 61.
Erupit medullis gemitus. Claud. de nuptijs Honorij, 2.
Exprimere gemitus læto pectore. Lucan. lib. 9. 210.
Fit gemitus. Virg. 6. Aeneid. 44.
Vt urbe tota fletus gemitusq; fieret. Cic. pro Roſc. Amer. 14.
Gemitu & ululatu fremunt tecta. Virg. 4. Aeneid. 134.
Lamentabili lugere gemitu. Seneca Agam. 7. 15.
Mulcere inſanos gemitus ferus. Stat. 2. Sylu. 1. 3.
Reſumere gemitus. Stat. 6. Thebaid 3.
Stridentes gemitus mirari. Stat. lib. 1. Theb. 87.
Teſtari dolores gemitu. Ouid. 2. Metam. 48.
¶ Gemiti, genitiuus etiam legitur. Plaut. Aulul. 25. 10, Tantum gemiti & malæ mœſtitiæ hic dies mihi obtulit.
¶ Gemebundus, Adiectiuum (γεμέζων) Idem quod Gemens, uel abundè gemens: ut,
Gemebundus obambulat. Ouid. 14. Metam. 38.
Gemoniæ] gemoniarum, ſcalæ dicebantur ad quas corpora damnatorum tracta præcipitabantur, ſiue locus quò noxij abijciebantur. Cornelius Tacitus, Tunc conſoſſum collaceratumq; & abſciſſo capite truncum corpus, Sabini in gemonias trahunt. Plin. lib. 4. cap. 40. 4. ſcribit, canem à corpore ſerui non receſſiſſe abiecto in gradibus gemonijs.
Gemonij gradus dicti ſunt, quòd eſſent locus gemitus & calamitatum. Nam quod aliqui augurantur à Gemonio authore, parum compertum eſt. Gemonios gradus inuenies apud Plin. lib. 8. Gradus autem uel ſcalæ dicebantur, quoniã ſurrectus fòret locus, ac gradibus quibuſdam conſcenderetur. Cælius lib. 10. cap. 5.
Gemurſa] huius gemurſæ. Feſtus, Gemurſa, ſub minimo digito pedis tuberculum, quòd gemere faciat eum qui id gerat. Plinius lib. 26. cap. 1. 8, Et hic quidem morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt. ſicut & ille quem gemurſam appellauere priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiam nomine obliterato.
Gena] huius genæ (γένυς, γναθός, παρειά) Genas, Ennius palpebras putat, quum dicit hoc uerſu,

Pandite ſultis genas, & corde relinquite ſomnum. Alij eas partes putant genas dici, quæ ſunt ſub oculis. Pacuuius genas putat eſſe qua barba primùm oritur, hoc uerſu,

Nunc primum opacat flore lanugo genas. Hæc Feſtus. Vide Plin. lib. 11. cap. 37. 28. Virg. 8. Aeneid. 32,

Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus. Mart. lib. 1. 74,

Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos.

Muliebres genarum lacerationes. Cic. 3. Tuſc. 104.
Conſpicuæ cum flore genæ. Claud. 4. Paneg. 112.
Grauidæ lachrymis genæ. Ouid. epiſt. 21. 35.
Ingenuæ genæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 11.
Madidæ genæ. Ouid. epiſt. 5. 15.
Mœſtæ genæ. Ouid. 6. Metam. 61.
Piloſæ genæ, dentes putridi. Cic. in Piſonem, 1.
Pubentes genæ. Virg. 12. Aeneid. 45.
Pulchræ genæ. Horat. 4. Carm. ode 13. 2.
Purpureæ genæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 5.
Carpere genas. Cic. 2. de Leg. 83, Mulier genas ne carpito.
Ne lachrymis caruere genæ. Virg. 5. Aeneid. 35.
Declinare genas: id eſt, oculos claudere. Stat. 8. Theb. 127.
Effuſæ genis lachrymæ. Virg. 6. Aeneid. 137.
Exhaurire genas. Stat. 5. Sylu. 1. 7.
Vdas facere genas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Rubentes flagrant genæ. Senec. Medea, 11. 2.
Humectare genas, Flere. Senec. Hipp. 6. 10.
Humect inculte fonte perenne genæ. Ouid. epiſt. 8. 13.
Immaduere lachrymis genæ. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8. 7.
Fletus inſequitur genas. Senec. Herc. Oeth. 4. 4.
Irrigat fletus genas. Senec. Troad. 10. 21.
Humor in genas labitur. Horat. 1. Carm. ode 13. 1.
Roſeas laniata genas. Virg. 12. Aeneid. 122.
Concauæ lucent genæ. Senec. Herc. fur. 9. 31.
Liuentes genæ. Lucan. lib. 5. 43.
Manat lachryma per genas. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.
Nitentes genæ. Stat. 3. Sylu. 4. 13.
Pendentes genæ. Iuuenal. Satyr. 10. 20.
Lachrymæ peredêre humore genas exangues. Cicero 3. Tuſculan. 45.
Flagrantes genas perfuſa lachrymis. Virg. 12. Aeneid. 13.
Rugis perſulcata genas ſeueras. Claud. 1. in Ruff. 28.
Lachrymis rorantis ora genasq; Lucret. lib. 3. 96.
Rigat fletu genas. Senec. Oedip. 12. 8.
Ruptæ genæ. Iuuen. Satyr. 15. 6.
Siccare genas. Ouid. 10. Metam. 73.
Igne ſuffuſæ genæ. Senec. Herc. Oeth. 10. 24.
Trementes genæ. Virg. 4. Aeneid. 129.
Genæ ab inferiore parte tutantur oculos ſubiectæ, leniterq; eminentes. Cic. de Nat. deor. 215.
Vmbratus genas: id eſt, barbam gerens circa genas. Stat. 3. Sylu. 4. 16.
Genabum] Vide Geneua.
Genauius] Adiectiuum (γαύμαργος) Idem quod guloſus. Varro, Hæ nouiſſimè in triclinium genauium introierunt è culina propter ſplidium.
Genealogia] genealogiæ, pen. corr. (γενεαλογία) Sermo de origine generationis. Cic. 3. de Nat. deor. 59, Quod ſi ita eſt, Cæli quoq; parentes, dij habendi ſunt, Aether, & Dies, eorumq; fratres & ſorores, qui à genealogijs antiquis ſic nominantur, Amor, Dolus, Metus. Alij legunt per unum i, genealogis, ut ſit à maſculino genealogus, pen. correpta.
Gener, Generalis, Generatim, Genero, Generoſus] Vide Genus.
Geneſis] penult. corr. huius geneſeos, fœm. gen. (γένεσις) Generatio, natiuitas. Significat etiam ſidus natalitium, id quod conuerſione cæli oritur eo momento quo quis naſcitur. Iuuen. Satyr. 58,

——ſi prurit frictus ocellis
Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit. Cic. 2. de Diuin. 136, Sidus natalitium appellat. Tranquil. in Veſpaſ. Monentibus amicis cauendum eſſe Metium, quòd uulgo crederetur geneſin habere imperatoriam, inſuper Conſulem fecit. Id eſt, quòd opinio eſſet à mathematicis prædictum eſſe fore ut imperaret. Budæus. Iuuenalis Satyr. 14. 25, Nota mathematicis geneſis tua.
Genethle] genethles, f. g. (γενέθλη) Venus.
¶ Genethlia, orum, n. g. plur. num. (γενέθλια) celebritas quæ agitur in natali alicuius, natalia munera aut conuiuia.
¶ Genethliacus, a, um, pen. corr. Natalitius.
Genethliaci (γενεθλιακοί) dicti mathematici, qui à natiuitatis die & hora, quos illi horoſcopos uocant, futura prædicunt. quo-

Digitized by Google

*eunt, quorum meminit Gellius lib.14.cap.1.*

Genetum] *Promontorium à Genete fluuio uocatum, in quo templum fuit Iouis hospitalis, quem Xenion appellant.*

Geneua] *Allobrogum oppidum. Cæsar belli Gall. lib.1.19, Extremum oppidum Allobrogum est, proximumq; Heluetiorum finibus Geneua. ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. In quem locum sic ait Glareanus, Quatuor hæc nomina Genua, Geneua, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt: quæ ipsa longè diuersa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum: Geneua uerò Allobrogum ad ostia Lemanni lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (ut quidam putant) Aurelia. Deniq; Gebenna mons qui Heluetios ab Aruernis separat, ut libro septimo postea dicet Cæsar. Hactenus Glareanus. Meminit eius etiam Plinius lib.3.cap.4. Plura Glareanus in Annotationibus in Cæsarem.*

Genialis] *Vide* Genus.

Geniculatim, Geniculum] *Vide* Genu.

Geniſta] *geniſtæ (σπάρτιον) Arbuscula quædam. Plin. lib.21.cap.9.1, Florem esse dixerim geniſtas: namq; & ijs decerpitur luteus. Virg.2.Georg.87,*

*—— molle ſiler, lentæq; geniſtæ.*

*Humiles geniſtæ. Virg.2.Georg.87.*

Genita lis, Genitor, Genitura, Genitiuus, Genitus, Genius] *Vide* Gigno.

Geno] *genis, genui, genitum, pen.corr. (γένω) genere, Idem quod Gignere, generare. Priscianus lib.10, Gigno, genui: pro quo Geno uetustissimi protulisse inueniuntur. Varro in Andabata, Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de re Rustic.capit.40.1, Quædam enim ad genendum, &c. Ex uetusto codice. Infinitiuum passiuum Lucretius protulit lib.3.160,*

*—— tanto magis inficiandum*
*Totum posse extra corpus durare, geniq;.*

Gens] *gentis. Vide* Genus.

Gentiana] *gentianæ, pen.prod. (γεντιανὸ) Herba amarissima. Plinius lib.25.cap.7.2, Gentianam inuenit Gentius rex Illyricorum ubiq; nascentem, in Illyrico tamen præstantissimam, folio fraxini, sed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis crassitudine, cauo & inani ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis plurima. Vsus in radice & succo. Radicis natura est excalfactoria, sed prægnantibus non bibenda.*

Gentiles, Gentilitas, Gentilia] *Vide* Genus.

Genu] *neut.gen. indeclinabile in singulari. In plurali, genua, genuum, genibus (γόνας, γόνυ) Genua (ut quibusdam placet) femorum, ac crurum commissuræ: quod hæc, dum infans est in utero matris, genis opposita sint: siue à generando, quod in genibus inest uitalitas. Virg.lib.5.Aeneid.86,*

*Genua labant, uastos quatit æger anhelitus artus.*

*Genibus pronis supplex. Ouid.3.Metam.24.*
*Dura genua. Ouid.12.Metam.28.*
*Aduoluor genibus uestris supplex. Clau. de raptu Proserp.66.*
*Aduolui genua. Tacit.lib.1.*
*Aduolutus genibus. Vide* Aduoluo.
*Amplecti genua. Virg.3.Aeneid.121.*
*In genua astare. Vide* In.
*Inflexo genu cadit. Propert.lib.3.eleg.15.7.*
*Intremuere genua timore. Ouid.2.Metam.36.*
*Pigris membra genibus labant. Senec. Thyeste, 5.7.*
*Impresso niti genu. Virg.12.Aeneid.61.*
*Nixus genu. Ouid.8.Metam.37.*



*Nixæ genibus matronæ. Vide* Nitor.
*Prensare circunstantium genua. Tacit.lib.1.*
*Prouolutus genibus. Tacit.lib.12.*
*Tu affinem tuam filiam meam superbissimis uerbis à genibus tuis repulisti. Cic. Post reditum in Senatu, 15.*
*Iunctura genuum riget. Ouid.2.Metam.165.*
*Genua submittere, pro Flectere. Plin.lib.8.cap.1.3.*
*Genu flexum summisit. Ouid.4.Metam.68.*
*Genu terram contingere. Cic.2.Tusc.97.*
*Aegra genua trahens. Virg.5.Aeneid.93.*
*Tremit corde & genibus. Horat.1.Carm.ode 23.2.*

¶ *Genus, geni, masculino genere dictum antiquis probat Nonius. Lucilius Sat.lib.4,*

*Hæret uerticulis adfixum in posteriore*
*Parte atq; articulis, ut nouis talus genusq; est.*

¶ *Genus, n.g. pro genu. Priscianus lib.9. Cic. in Arato, hoc genus, pro genu protulit. Ciceronis testimonia sunt in Arato,*

*Quod genus ad læuum nixi delapsa resedit,*
*Atq; inter flexũ genus & caput alitis hæsit. Rursũ 44,*
*Hic genus & suram cum Chelis erigit altè.*

¶ *Genualia, Indumenta genuũ. Ouid.10.Met.118, —quæq;*
*Poplitibus suberant picto genualia limbo.*

¶ *Geniculum, Diminutiuum (γόνυ)*

*Genicula dicuntur stipulæ, uel caulis herbacei internodia, & ueluti articuli ac nodi quidam. Plin.lib.16.cap.30.5, Arundini in geniculo. Idem lib.18.cap.7.7.*

¶ *Geniculatus, pen prod. Adiectiuum (γονατώδης) Quod multis geniculis committitur: ut, Geniculatus culmus. Cicer. de Senect.47.*

¶ *Geniculatim, pen.prod. Aduerbium (γονιδὸν) Per genicula. Plin.lib.21.cap.11.8, Folijs geniculatim circundata.*

Genua] *γένοα, γένουα, Ligusticum emporium. Hinc incipit Apenninus mons: distatq; à Sabatijs stadijs ducentis sexaginta. De hoc Mela, lib.2. Vulgò* Genoua. *Vide* Geneua.

¶ *Genuarij, Nummi Genuæ cusi. Cicer. Attic.lib.6.epist.1. non ualde procul à fine, Genuarios à Cæsare per Herodem, talenta Attica L. extorsistis?*

Genuini] *dentes. Vide* Gigno.

Genus] *generis, pen.corr. n.g. (γένος) Propriè principium uniuscuiusq; generationis: uel ab eo qui genuit, uel à loco in quo genitus est: ut, Oreſtes à Tantalo ducit genus: & Plato genere Athenienſis est. patria enim, generationis uniuscuiusq; principium est, quemadmodum & parentes.*

*Genere & factis clarus. Vide* Clarus.
*Genere & nobilitate suæ ciuitatis facilè primus. Cic. pro Rosc. Amer.9.*
*Generis claritudo. Tacit.lib.12. & 16.*
*Opprobrium generis. Ouid.8.Metam.31.*
*Princeps generis: id est, author. Ouid.1.Fast.8.*
*Turpitudo generis, opprobrio multis fuit. Quintilian. libro 3. capite 7.13.*
*Generis atq; seminis Romani propria est uirtus. Cicero 4. Verr.161.*
*Antiquum genus. Virg.6.Aeneid.130.*
*Clarum genus. Horat.1.Serm.Satyr.5.11.*
*Egregium genus. Virg.7.Aeneid.43.*
*Humilius genus. Quint.lib.3.cap.7.8.*
*Inclytum genus. Senec. Herc.fur.6.1.*
*Ingens genus à proauis. Virg.12.Aeneid.46.*
*Regium genus. Horat.2.Carm.ode 4.3.*
*Sublime genus. Stat.3.Syl.3,23. & 10.Theb.43.*
*Demissum genus ab alto Aenea. Horat.2.Serm.Satyr.5.13.*
*Gradus generis dinumerare. Ouid.2.Fast.125.*
*Ducere genus ab aliquo. Virg.6.Aeneid.167.*



Digitized by Google

Primordia generis ducere ex aliquo. Ouid. 15. Metam. 79.
Efferre genus suum. Cic. pro Murena, 3.
Genere indignum facit. Terent. Adelph. 3. 3. 55.
Generatum ex ipsius sapientiæ stirpe genus alicuius. Cicero de claris Orat. 111.
Iactare genus & proauos. Ouidius epist. 16. 11. Horatius 1. Carm. ode 14. 3.
Genere & nomine familiæ serui continentur. Cicero pro Cecin. 43.
Genere bono natus. Vide Bonus.
Malo genere natus. Cic. 2. de Orat. 158.
Nobili genere nati aliqui. Cic. 7. Verr. 141.
Genere paterno ab Hercule oriundus. Plin. de Viris illust. 35.
Genere summo prognatus. Plaut. Capt. 4. 67.
Prognatum genere summo, & summis diuitijs. Vide Nascor.
Propagare genus. Lucret. lib. 1. 34.
Genere sum ei proximus. Terent. Phorm. 1. 2. 75.
Animale genus. Lucret. lib. 1. 46.
Genus humanum. Cicer. de Amicitia, 18. Virg. 1. Aeneid.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.
Genus hominum, Idem. Cic. pro Rosc. Amer. 55.
Genus Thebanum: id est, natio. Plaut. Amph. 15. 13.
Genus, quod dicitur de pluribus differentibus specie, utputa animal genus est, quod de homine, equo, auibus prædicatur. Homo uerò est species: quoniam de Socrate, Platone alijsq; non specie, sed numero differentibus dicitur: ob eam rationem ita appellata, quòd multorum collectio una quasi uisione comprehendatur.
Genus est, quod plures partes amplectitur, ut, animal: pars est, quæ subest generi, ut equus: sed sæpe eadem res alij genus, alij pars est: ut homo, animalis pars est: Thebani aut Troiani, genus. Cic. 1. de Inuent. 58.
Genus id est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. Cicero 1. de Orat. 93.
Hominum genus in sexu consideratur, uirile ac muliebre. Cicer. 1. de Inuent. 51.
Genera in species multas sese spargentia: hoc est, diuisa. Plinius lib. 21. cap. 8. 1.
Ouium summa genera duo: tectum, & colonicum. Plinius lib. 8. cap. 47. ad finem.
Genus hominum. Plin. lib. 8. cap. 25.
Acre genus uirûm. Virg. 2. Georg. 34.
Audax genus. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.
Durum genus. Virg. 1. Georg. 13.
Exitiale genus. Stat. 1. Theb. 49.
Fœmineum genus. Virg. 9. Aeneid. 30.
Immitte genus uirorum. Ouid. 13. Metam. 160.
Immortale genus. Virg. 4. Georg. 42. de apibus.
Impauidum genus. Senec. Here. Oeth. 1. 13.
Impium genus. Senec. Octau. 7. 4.
Implacidum genus Genauni. Horat. 4. Carm. ode 14. 2.
Infame genus. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.
Insuperabile genus bello. Virg. 4. Aeneid. 8.
Intractabile genus bello. Virg. 1. Aeneid. 69.
Irritabile genus uatum. Horat. 2. epist. 2. 21.
Mortale genus. Ouid. 1. Metam. 38.
Parcum genus patiensq; laboris. Ouid. 7. Metam. 134.
Commune genus testium. Cic. pro Flacco, 18.
Genus hominum est: id est, eius conditionis & rationis. Terent. Eunucho, 2. 2. 15. Virg. 1. Aeneid. 109,
Quod genus hoc hominũ? quæue hũc tã barbara mortẽ
Induxit patrias?
Genus hominum aduersariorum, seditiosum & inertissimum Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 19. 4.
Generis grati est. Plaut. Merc. 27.
Constantes eligendi amici: cuius generis magna penuria est. Cicer. de Amicitia, 55.
Varia genera bestiarum uel cicurum uel ferarum. Cicero 2. de Natur. deor. 143.
Animantum omne genus. Lucret. lib. 1. 1.
Tot animantium genera atq; naturæ. Cic. 1. de Legib. 32.
Alituum genus, atq; ferarum. Lucret. lib. 6. 245.
Montiuagum genus ferarum. Lucret. lib. 2. 121.
Natantum genus. Virg. 3. Georg. 107.
Aligerum genus: id est, aues. Senec. Hippol. 3. 13.
Concharum genus. Lucret. lib. 2. 75.
Pecudum omne genus. Virg. 5. Georg. 94.
Durum tineæ genus. Virg. 4. Georg. 50.
Genus arbustiuum. Vide Arbustum.
Aequoreum genus. Virg. 3. Georg. 48.
Varium florum ac succorum genus. Quint. lib. 1. cap. 10. 8.
Herbarum genera. Lucret. lib. 5. 184.
Munifica syluarum genera. Vide Munus.
Lætum genus uitis. Virg. 2. Georg. 53.
Canorum uocis genus. Vide Canorus.
Præcox ingeniorum genus. Quint. lib. 1. cap. 3. 3.
Nihil est quod de suo genere in aliud genus transferri possit. Cicero 4. Acad. 92.
Suo proprio genere saporis non comparatione cum alijs dulce esse sentitur mel, Cic. 3. de Finib. 53.
In suo genere perfectum esse uoluit quicquid genuit natura. Cicero 5. Tuscul. 53.
Genus est notio ad plures differentias pertinens. Cicero in Topic. 15.
Genus pro Specie, seu parte, siue membro. Cicero 1. Offic. 14, Omnis de officio duplex est quæstio, unum genus est quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod positum est in præceptis.
Summum genus dicitur ultima species. Quint. lib. 7. cap. 5.
Vltimum genus, id est, quod generalissimum uocant. Cic. in Topic. Aqua pluuia ultimo genere ea est, quæ de cælo ueniens, crescit imbri: sed propiore loco, in quo ius arcendi continetur, genus est, aqua pluuia nocens, &c.
Vniuersi generis quæstio. Cic. 2. de Orat. 77.
In certa genera cogere quod diffusum & dissipatum est, & ad artem facilè redigere. Cic. 2. de Orat. 78.
Definita genera non solum numero, sed etiam paucitate. Cicero 2. de Orat. 79.
Deprehendere genus. Quint. lib. 1. cap. 64.
In omni genere aliquem in innumerabilibus rebus desiderare. Cic. Quint. fratri, lib. 2. 6. 5.
Diducere genera à. Quint. lib. 1. cap. 5. 25.
In genera digerere omne ius ciuile, & eorum generum quædã membra dispertire. Cic. 1. de Orat. 94.
A' genere ducere argumentum. Cic. in Topic. 19.
De toto aliquo genere disputare. Cic. 2. Off. 89.
Distinguere genere aliquid. Cic. 3. de Orat. 20.
Illustrare aliquid generibus, & partibus distribuere. Cicero 2. de Orat. 54.
Mutare genus dicendi. Quint. lib. 2. cap. 5. 51.
Subiectæ generibus partes. Cic. 2. de Orat. 90.
Ex genere quæ sumitur argumentatio, commodè tractatur. Cicero in Topic. 20.
Genus, pro Forma seu specie. Quint. lib. 7. cap. 5, Abdicationum formæ sunt duæ: altera criminis perfecti, alia imperfecti. Et paulo pòst pro eodem, Vt pro filijs in utroque genere summissam.



Digitized by Google

In omni genere & uarietate artium excellere. Cicero pro Cornel. Balb.
Generibus ac modis disceptationum omnium explicatis. Cic. 3. de Orat. 65.
In omni genere aliquem delectare. Cic. Att. lib. 16. 333. 13.
Adhibere genus. Vide Adhibeo.
Genus dicendi attenuatum. Vide Attenuo.
Concertatorium genus. Vide Concerto.
Declamatorium genus. Quint. lib. 2. cap. 10. 6.
Oratorium genus. Quint. lib. 3. cap. 7. 3.
Abruptum sermonis genus. Quint. lib. 4. cap. 2. 33.
Accuratum genus. Vide Accuro.
Acutum genus. Vide Acutus.
Captiosissimum genus. Vide Captiosus.
Concionale genus. Vide Concionor.
Floridius genus. Quint. lib. 2. cap. 5. 12.
Genus consentaneum. Vide Consentaneus.
Forense genus dicendi. Quint. lib. 2. cap. 10. 6.
Pressum, limatumq; genus dicendi. Quint. lib. 2. cap. 8. 3.
Orationes, aut aliquid id genus scribere. Cicero Attic. libro 13. 269. 1.
Excutiendum omne scriptorum genus. Quintilianus libro 1. cap. 4. 3.
Cuius generis tibi uidebitur. Plin. epist. 216.
Armorum genus. Silius lib. 8. 63.
Generis eius est oratio ut. Plinius epistol. 181. Id est, sic composita, &c.
In genere aliquo peccare. Cic. 4. Verr. 6.
Genere nouo literarum uti. Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 167.
Genus furandi. Cic. 7. Verr. 1.
Eiusdem generis. Cic. 1. Offic. 17, Vt pastum, ut latibula, ut alia eiusdem generis. Id est, similia.
Vno genere capere pisces. Plinius libro 9. capite 59. 1. Quintilianus libro 7. capite 7, Contra scriptum tribus generibus occurritur.
Genus institutorum & rationum. Cicero ad Cælium, libro 2. 12. 6.
Infinitum genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam. Vide Infinitus.
Aetatis degendæ genus sibi id constituere quod maximè adamauerimus. Cic. 1. Offic. 164. Vide Constituo.
Implicari certo genere cursus & uiuendi. Vide Implico.
Commutare genus uitæ. Vide Commuto.
Incorruptum genus disciplinæ. Vide Incorruptus.
¶ Generosus, pen. prod. Adiect. (γενναῖος, εὐγενὴς, εὐπατρίδης) Quod est nobile, & claro genere ortum: uel potius præstans. Ouid. 2. Fast. 40,
Egreditur castris miles generosus ab ipsis.
Nobilitas, generosaq; nomina. Ouid. epist. 6. 23.
Virgo generosa & nobilis. Cic. in Parad. 23.
Nominibus quorum generosus. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 2.
Iuuenis generosi sanguinis. Lucan. lib. 3. 144.
Titulis generosus auitis. Stat. 5. Sylu. 2. 5.
Domus generosa. Ouid. 2. Fast. 45.
Fœmina generosissima. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 49.
Indoles generosa. Seneca Theb. 2. 3.
Generosus ortus. Cic. de Amic. 29.
Ortu materno generosus. Ouid. 13. Metam. 30.
Generosus ac potens rex, Magnanimus. Cic. lib. 3. Offic. 115.
Nemo generosior est te. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 1.
Iuuentus generosa. Quid. ad Liuiam, 40.
Generosæ arbores. Colum. lib. 4.
Bacchus generosus. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 1.
Conatus generosus. Quint. lib. 2. cap. 4. 4.
Nos generosus. Ouid. 5. Fast. 43.
Honores generosi. Propert. lib. 4. eleg. 11. 13.
Mens generosa. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 7.
Metallum generosum. Ouid. ad Pisonem, 45.
Miles generosus. Ouid. 2. Fast. 46.
Pectora generosa. Ouid. 12. Metam. 47.
Generosum pecus. Virg. lib. 3. Georg.
Pomum generosissimum. Quint. lib. 5. cap. 11. 3.
Pruna generosa. Ouid. 13. Metam. 175.
Pubes generosa. Stat. 5. Sylu. 3. 30.
O generosam stirpem. Cic. de claris Orat. 112.
Vinum generosum. Horat. 1. epist. 15. 5. Colum. lib. 3, uocat generosum uini saporem.
Quod natura ipsa, & quædam generosa uirtus statim respuit. Cic. 2. Tusc. 23.
Ous generosa. Ouid. 2. de Rem. amor. 35.
¶ Generose, Aduerbium (γενναίως) ut, Perire generosius. Hor. 1. Carm. ode 38. 5.
¶ Generositas, pen. corr. generositatis (εὐγενεία) Nobilitas. Colum. lib. 3, Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet. De uinea.
Generositas celeberrima cæcubo. Plin. lib. 14. cap. 6. 2.
Generositas tauris est in aspectu. Plin. lib. 8. cap. 45. 5.
¶ Generalis, & hoc generale, penultima producta (γενικὸς) Quod ad cunctos pertinet. Quintilianus libro 9. capite 1, Quædam ex ijs species plane distant, manente tamen generali illa societate.
Decorum generale. Cic. 1. Offic. 135.
Tractatus generalis. Quint. lib. 2. cap. 4. 17.
Generalis constitutio. Cic. 1. de Inuent. 15.
¶ Generaliter, pen. corr. Aduerb. (γενικῶς) Omnia simul sub uno genere complectendo. Plinius epistol. 8, Notare generaliter. Cicero 1. de Inuentione, 55, Nam ipsum quidem generaliter definire, difficile est. Quint. lib. 1. cap. 5. 1, Accipere generaliter.
¶ Generatim, penultima producta, Aduerbium (κατὰ γένη) per singula genera, uel per singulas species. Virg. libro 2. Georgicor.
Quare agite ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ. Varro, Non in uolucribus generatim seruatur analogia, &c. Sueton. in Calig. cap. 22, Hostiæ generatim immolantur per singulos dies. Cic. 4. Acad. 86, Exponã igitur generatim argumenta eorum.
Generatim, & Confusè, uidentur contraria. Cicero 4. Academ. 86.
Publicè & generatim. Cic. 4. Verr. 95. Id est, per certa hominum genera.
Generatim distributi in ciuitates. Cæsar 7. bel. Gal. 68.
Quærere aliquid generatim. Cic. 2. de Orat. 24.
Expedire & exponere generatim. Cic. 2. de Orat. 78.
Generatim, pro Generaliter. Cic. lib. 2. de Orat. 24, Infinitum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo, Expetendáne esset eloquentia, expetendiue honores. Idem Attico, lib. 11. 214. 2, Vt non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata. Idem 1. de Orat. 92, Aliquid generatim cõponere. Cæsar in Comment. Multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur. Idem 2. bel. Ciuil. 85, Omnibus generatim gratias agere.
Sigillatim & Generatim uniuersq; , contraria. Cicero 7. Verr. 111.
Dicere generatim quæ maximè nota sunt. Cic. in Pisonem, 68.
Generatim omnia amplecti. Cic. 2. de Inuent. 133.
Ab uniuersa prouincia generatimq; à singulis eius partibus distinguitur. Cic. 4. Verr. 121.



Digitized by Google

¶ Genero, generas, pen.corr. (γενάω) generare, Notæ significationis. Plin.lib.12.cap.17.5, Aut (ut alij) generante, & id thuris arbore. Cic. in Partit. 44, Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus.

Generare, pro Inuenire. Quintilianus libro 10. capite 2, An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa generarent?

Generare etiam dicuntur fœminæ, asini, & equæ. Plinius libro 8.cap.44.2.

Generare de herba. Gell.lib.5.cap.6.

Hominem generauit & ornauit deus. Cic.1.de Legib.40.

Generandi gloria mellis. Virg.4.Georg.41.

Aliam ex alia generando suffice prolem. Virgilius 3. Georgicorum, 12.

Semina limus habet, uirides generantia ranas. Ouid. 15. Metamorph.76.

Populus Romanus à Marte generatus. Cic.4.Philipp.155.

Neq; enim ita generati à natura sumus, ut ad ludum & iocum facti esse uideamur. Cic.1.Offic.144.

E' sanguine generata Beli. Silius, lib.8.44.

Homines hominum causa generati. Cic.1.Offic.34.

¶ Generasco, generascis (γενάσκω) generascere. Lucret.lib. 3.149, —cur omnia membris
Ex ineunte æuo generascunt, ingenioq;?

¶ Generatio, Verbale (γενητὸ) Plin.lib.10.cap.52.1, Generatio auium simplex uidetur esse.

¶ Generator, penultima producta (γενήτης) Aliud Verbale. Cicer.de Vniuers. 48, Nosse autem generatores suos optimè poterant.

Equorum generator Agragas. Virg.3.Aen.140.

¶ Generabilis, & hoc generabile, pen.cor. (γενητὸς) Quod facilè generatur. Plin.lib.2.cap.45, Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus.

¶ Gener, huius generi, penult.corr.m.g. (γαμβρὸς) Filiæ meæ uir. Cic.1.Offic.180, Cum soceris generi non lauantur.

Generum assumere. Plin.epist.11.lib.3.

Adiungere generum. Vide Adiungo.

Capere generum. Vide Capio.

Sumere generum. Tacit.lib.1. Vide Sumo.

Optare generum. Pers.Satyr.2.4.

¶ Gens, gentis, f.g. (ἔθνος, φύλον) à genus deducitur, u littera detracta, Natio. Virg.1.Aen.15.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Plin. de Viris illust.76.

¶ Gens, & familia. Inter gentem & familiam illud interest, quòd gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. Itaque illa tanquam totum continere uidetur, hæc quodam modo partem, exempli gratia, Valerij omnes unius esse gentis dicuntur, quia uno nomine continentur omnes: at uerò partes gentis huius sunt plures, quæ ex cognominum uarietate distinctæ sunt, eæq; familiæ nominantur, ut in gente Valeria Maximi, Messalæ, Flacci, Læuini, Faltones: in Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ: in Aemilia Mamercini, Lepidi, Pauli, Scauri, Barbulæ: itemq; in ceteris. at uerò Valerij omnes unius sunt gentis: itemq; Cornelij, atque Aemilij, itaq; rectè Festus gentem definit eam, quæ ex multis familijs conficeretur. Quod autem interest inter gentẽ, & familiam, idem interest inter genus, & stirpem.

Gens, pro populis aliquam regionem incolentibus. Plinius libro 12.capite 7.4, Vtrunque syluestre gentibus suis est, & tamen pondere emitur ut aurum uel argentum. de utroque pipere.

Gens Cilicum. Cic.ad Senatum, lib.15.1.9.

Cunabula gentis: id est, nutrimenta. Virg.3.Aen.21. Serum.

Primordia gentis. Ouid.5.Metam.58.

Societas proprior est eiusdem gentis, nationis, linguæ, qua maximè homines coniunguntur. Cic.1.Offic.78.

Gens Ariana Indis contermina. Vide Conterminus.

Aurea gens. Virg.eclog.4.2.

Barbaræ gentes. Senec.Agamem.8.1.

Belligeræ gentes. Senec.Medea, 2.2.

Crudelis gens. Virg.6.Aen.72.

Diræ gentes. Valer.lib.5.Argon.62.

Dolosa gens. Ouid.14.Metam.19.

Effræna gens uirûm. Virg.3.Georg.76.

Egregia bello gens. Virg.1.Aen 90.

Externa gens. Ouid.3.Amor.eleg.4.7.

Ferox gens. Ouid.14.Metam.90.

Fœcunda gens. Hor.2.Serm.Satyr.3.58.

Fortis gens. Hor.4.Carm.ode 4.11.

Furua gens: id est, Mauri, uel Aethiopes. Iuuen.Satyr.12.11.

Hircosa gens Centurionum. Pers.Satyr.3.8.

Humana gens. Hor.1.Carm.ode 3.6.

Immanis & barbara gens. Vide Immanis.

Indomita gens. Senec.Medea, 7.8.

Insociabilis gens. Vide Insociabilis.

Inuictæ gentes. Virg.12.Aeneid.39.

Nefanda gens. Virg 3.Aeneid.130.

Odorifera gens: id est, Arabes. Ouid.4.Metam.42.

Periura gens. Silius lib.16.30.

Pernicioſa gens. Quint.lib.3.cap.7.15.

Sanctæ gentes. Iuuen.Satyr.15.1.

Togata gens. Virg.1.Aeneid.58.

Gens triumphata. Ouid.1.Amor.eleg.14.10.

Turbida gens. Valer.8.Argonaut.65.

Vagæ, & sine urbibus, ac sine legibus gentes. Quintilian.lib. 3.capite 2.4.

Valida gens. Claud.de bell.Get.27.

Vetusta gens. Virg.9.Aeneid.59.

Assueta gens bello. Ouid.15.Metam.98.

Laceras gentes colligere. Vide Lacer.

Componere gentem. Silius lib.17.72.

Contrahere gentem. Quint.lib.3.cap.7.15.

Supernas gentes frænare. Virg.1.Aen.106.

Illigare gentem aliquam bello. Vide Illigo.

Magnis gentibus imperitare. Lucret.lib.3.209.

Armis miscere gentes. Lucan.lib.9.217.

Nata gens instaurandis reparandisq; bellis. Vide Nascor.

Subactæ gentes. Lucan.lib.1.59.

Gens Aelia appellatur, quæ ex multis familijs conficitur. Fest.

Sine gente: id est, ignobilis. Hor.2.Serm.Satyr.5.3.

Minorum gentium patritij. Vide Minor.

Patritiæ gentis formosissimus. Iuuen.Satyr.10.34.

Pulcherrima gens. Silius lib.13.94.

Gens, de apibus item dicitur. Colum.lib.9.cap.9, Intestino bello totæ gentes consumuntur.

Gens, de piscibus dictum. Virg.4.Georg.86,
Quum Protheus consueta petens è fluctibus antra
Ibat: eum nasci circum gens humida ponti Exultãs, &c.

Vbicunq; terrarum & gentium. Cic.7.Verr.112.

O' dij immortales, ubinam gentium sumus? Cic.1.in Catil.6.

Nusquam gentium. Vide Nusquam.

¶ Genticus, penul.correp. (ἐθνικὸς) Gentilis: ut, Mos genticus. Corn.Tacit.lib.3.

¶ Gentilis, & hoc gentile, pen.prod. (ἐθνικὸς, ὁμοεθνὴς) Cic. in Topic.14, Gentiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine, non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt, ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, abest etiam

Digitized by Google

etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Festus, Gentilis dicitur & ex eadem gente ortus, & is qui simili nomine appellatur. Cicero 1. Tuscul. 59, Pherecides Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos. antiquus sanè. fuit enim nemo regnante gētili. Hoc est, Seruio Tullio, quia eiusdem nominis erat.

Ad agnatos & gentiles. Vide Ad præpositionem.

Caterua gentilis. Silius lib. 16. 10.

Scriptores rerū sacrarū, Gentiles, siue gentilitatem uocant omnes idolorū cultores: hoc est, quicunq; deorū multitudinē posuerunt: diuersæ enim gentes innumerabilia numina habuere: nec solùm superiora illa quæ fulgore suo mundum illustrant, Solem, Lunam, &c. sed inferiorum quoq; animaliū uirtutes, pudicitiam, concordiā, &c. Ideo aūt hos gentiles uocant, quia in gentilium, hoc est, maiorum suorū fide perstitere, nec religionis cultum mutauerunt. Sipontinus.

Gentilis penè Verris Verrutius. Cic. 4. Verr. 138.

Gentiles dominorum serui. Id est, eodem nomine appellati quo domini. Plin. lib. 33. cap. 1. 21.

Gentiles etiam nationes uocantur, quæ uicinæ sunt natali solo cuiusq; piam. Tacit. lib. 11.

Gentile dicitur, quod est gentis proprium & familiare: unde Iuuenalis, Gentilia tympana dixit. Sueton. de Tiberio, cap. 68, Gentile in illo hoc uidetur.

¶ Gentilitius, Adiect. (γενέθλιος) Quod ex gente siue familia est: ut, Gentilitia nomina, quæ originē gentis uel familiæ declarant: ut, Portius, Cornelius. Sic, Gentilitia nota, à Liuio dicitur, & Gentilitia funera, à Plinio nuncupantur. Et Gentilitiæ hæreditates, apud Suetonium.

Gentilitium hoc illi: id est, hoc illi à gente sua proprium est. Plinius epist. 101. lib. 6.

Gentilitium, Quod à gēte, id est, natione usurpatur. Inde gentilitia sacra dicuntur à Liuio, quæ statuta sunt eidem genti. Cicero de Arusp. resp. 29, Multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilitia, illo ipso in sacello, statuto loco anniuersaria factitarint.

¶ Gentilitas, pen. corr. huius gentilitatis (γενέθλη) Multitudo ipsa familiæ alicuius. Plinius de Viris illust. 24, Gentilitas eius Manlij cognomen eiurauit, ne quis postea Capitolinus uocaretur.

Bruta gentilitas. Vide Brutus.

Gentilitas in iure tractabatur ut agnatio. Cic. 1. de Orat. 86, Quīi Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudij patritij eiusdem hominis hæreditatē gente ad se rediisse dicerēt, nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum? Et Boetius in Topicis. Ex hoc hodie nostrates uulgò usurpare nomen gentilis hominis uidentur. Budæus.

Gentilitas, Ipsa necessitudo inter gentiles & cognatos. Plin. in Paneg. 63, Ex quo intelligi potest, quātæ benignitatis, quāti spiritus fuerit, sparsas, atq; (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere atq; connectere.

Gentilitas in herbis: id est, natale solum. Plin. lib. 12. cap. 13. 4.

Geodæsia] γεωδαισία, est scientia earum quæ in sensilibus sunt corporibus magnitudinum & figurarum, sub diuisionem & compositionem cadens.

¶ Geodætes, Qui geodæsiam nouit, terræ diuisor & agrimensor, inquit Budæus.

Geographia] huius geographiæ, pen. corr. (γεωγραφία) Terræ descriptio. Cic. Attico, lib. 2. 19. 3, De Geographia dabo operam ut tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor. magnum opus est, sed tamen ut iubes, curabo ut huius peregrinationis aliquod tibi opus extet.

Geometres] γεωμέτρης, γεωμέτρου, m. g. siue Geometra, pen. corr. Terræ mēsor siue diuisor. Cic. 4. Acad. 46, Quomodo aut geometres cernere potest quæ aut nulla sunt, aut internosci à falsis non possunt?

Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo facilius quæ uolunt explicent. Cicero 3. Offic. 41.

¶ Geometria, pen. corr. (γεωμετρία) Terræ mensuratio, uel ars ipsa terram dimetiendi. Cic. 3. de Fin. 8, Quanquam ea uerba quibus ex instituto ueterum utimur pro Latinis, ut ipsa Philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica: quanquam ea Latinè dici poterant, tamen quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus.

Geometria apud Græcos in summo honore fuit. Cicero 1. Tusculan. 8.

Discere geometriam ab aliquo. Cic. 1. de Fin. 31.

Quæ in geometria describuntur, Mathematicorum sunt, non Ariolorum. Cic. 2. de Diuin. 31.

Tractauerunt geometriam Euclides & Archimedes. Cicero 3. de Orat. 72.

¶ Geometricus, pen. corr. Adiectiuum (γεωμετρικὸς) Cic. 1. Tuscul. 89, Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati.

Geometrica scientia. Plin. lib. 7. cap. 37. 3.

Geometrica ratio. Cic. 4. Acad. 208.

Geometricum quiddam. Cic. 2. de Diuin. 183.

¶ Geometrica, geometricorum, absolutè (γεωμετρικὰ) Cic. 1. Tusc. 88, Ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eò perueniat quasi geometrica didicisset.

¶ Geometricè, Aduerbium (γεωμετρικῶς) ut Geometricè eruditus, Qui geometriam callet. Plin. lib. 35. cap. 10. 11.

Refellere γεωμετρικῶς aliquem. Cic. Att. lib. 12. 235. 5.

Georgi] Asiæ populi ab agricultura nomen sortiti, quibus uicinos Corsitas, Phoristas, & Riphæces Mela facit. Constat etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, ut notat Vadianus.

Georgia] georgias, fœminini generis (γεωργία) pen. prod. agricultura Latinè dicitur.

¶ Georgica, pen. corr. georgicorum (γεωργικὰ) Libri de re Rust. tractantes.

¶ Georgicus. pen. corr. Adiectiuum (γεωργικὸς) Rusticus: ut, Georgicum carmen. Colum. lib. 7. cap. 5. 8.

Geræa] γέραια, Lusitaniæ urbs apud Ptolemæum, Carceres (uulgò.

Geranus] Vide Grus.

Gerdij] apud Firmic. lib. 8. cap. 25, Vigesimasexta pars Libræ si in horoscopo fuerit inuēta, textores faciet gerdiosq;. Lucilius apud Nonium: Curare domi sint gerdius, ancillæ, pueri, zonarius, textor. Dicti gerdij, παρὰ τὸ εὖ γῆ ἔρδειν, uel εὖ γῆ ἕδος ἴσχειν, quòd humi artem exerceant, uel quòd in terra solium habeant.

Germania] γερμανία, Prouincia à Germanis uocitata est, quæ à Gallis, Rhetijsq;, ac Pannonijs Rheno ac Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisq; mutuo metu, ac montibus separatur: cætera ambit Oceanus, latos sinus, & insularū immensa spacia complectens. Rhenus Rheticarum Alpium inaccessu & præcipiti uertice ortus, modico flexu in Occidentem uersus, Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arbonæ iugo effusus, plureis populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit: septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigenæ existimantur, quoniam non est uerisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petijsse, informem terris, asperam cælo, tristem cultu, aspectuq;, nisi patria sit. Hi antea Teutones appellabantur, à Teutono deo eorum, quem terra ortum existimabāt. postea Alemanni sunt dicti, ab huius

ab huius dei filio Manno. Germaniæ uocabulũ nuper à Romanis additum: quoniam quum primùm Rhenum deuictis Gallis transgressi fuissent, uidentes eos, & feritate animorũ, & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea & moribus, & uiuendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est, fratres Gallorũ esse existimauerũt. Hæc ex Strabone, libro 7. Alij germanos putant dictos à Ger & man uocabulis Teutonicis. Ger ueteres Germani dicebant, quod recentiores gar, id est, totum prorsus, planè: Man uirum significat. Hinc Germanus, id est, totus uir, prorsus uirilis, planè mannus.

¶ Germanicus, a, um (γερμανικὸς) à Germania deducitur: ut ab Italia, Italicus: propter quod à debellatis Germanis Imperatores quidam Germanici cognomen sumpsere.

Ferox Germania. Claud. de bel. Getic. 85.

Fera Germania. Hor. Epod. 16. 2.

Penetralis Germania: hoc est, penitior. Tacit. lib. 2.

Germanicus] C. Cæsaris Caligulæ pater, Drusi & iunioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, missus ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nunciato, legiones uniuersas imperatorem Tiberium pertinacissimè recusantes, & sibi summam Reipublicæ deferentes, incertum constantia an pietate maiore, compescuit: atque hoste mox deuicto triumphauit. Vide Suetonium in Caligula, capite 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

¶ Germanicianus, pen. prod. Adiectiuum, ut Milites Germaniciani, quibus præerat Germanicus. Sueton. in Tiberio, capite 25, Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, ut æquarentur stipendio Prætoriani Germanicianis. Idem in Othone, cap. 8.

Negotiatoris Germanici est sub lustrum censeri. Cicero Attic. lib. 1. 13. 11.

Signa Germanica. Ouid. ad Liuiam, 67.

Germanica] legio septima (γερμανικὴ λεγίων ζ') Ptolemæo Tarraconensis Hispaniæ urbs. Leon Hispanicè.

Germanus] pen. prod. Vide Germen.

Germen] germinis, pen. corr. n. g. (βλαστὸς, γόνυμα, ἀνθέμων) Festus, Germen est quod ex arborum surculis nascitur: unde & germani, quasi ex eadem stirpe nati. Quamuis (inquit Sipontinus) Varro germanos esse dicat ex eadem genitrice natos. Plin. lib. 10. cap. 29. 5, Densante se frondium germine.

Aliena ex arbore germen. Virg. 2. Georg. 15.

Germina ortorum exuruntur. Plin. lib. 7. 15. 2.

¶ Germino, germinas, pen. corr. (βλαστάνω, θάλλω, θηλάζω) germinare, Pullulare, germen emittere. Plin. libro 13. capite 4. 4, Fœmina citra florem germinat tantùm spinæ modo.

Fœtus in utero dicitur capillum germinare, quum ei capillus nascitur. Plin. lib. 7. cap. 6.

¶ Germinatio, Verbale (βλάστησις) Plin. libro 16. capite 25. 2, Alia protinus, ut animalia tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo uocatur. Colum. lib. 4. cap. 24. 16.

¶ Germinatus, huius germinatus, pen. prod. (θήλασις) Plinius libro 15. capite 8. 2, Oleam si lambendo capra contigerit, depauerit q; , primo germinatu sterilescere, author est M. Varro.

¶ Germinasco, germinascis (βλαστάνομαι) germinascere, cuius compositum est Congerminascere. Quadrigarius, Facite exempla eorum, ut cum illis congerminascere sciatur.

¶ Germanus, pen. product. Adiectiuum (γνήσιος, ὁμόφυλος, ὁμογενὴς) Quasi ex eadem stirpe genitus, inquit Festus. Plinius libro 14. capite 2. 2, Ex ijs germana minor acino mellius defloruit. Cicero in Partit. 46, Coniuges, germani, parentes, &c.

Germanus, pro Vero & Syncero: hoc est, non fucato, non adulterato accipitur, ut ait Budæus.

Germani Attici. Cic. de Orat. Sic, Germani Campani, Cic. 2. de lege Agrar. 95. Id est, ueri & legitimi.

Germana Græcia. Plaut. Rud. 18. 31.

Germanæ gerræ. Plaut. Pœnul. 3. 9.

Luperci germani. Cic. pro Cælio, 19.

Germanus amore. Cic. 5. de Fin. 1.

Germana ironia. Cic. de clar. Orat. 164.

Verum ius & germana iustitia. Cic. 3. Offic. 91.

Magistri germani alicuius artis. Cic. 2. de Orat. 88.

Germanum nomen. Plaut. Capt. 6. 38.

Germana patria. Cic. 2. de Legib. 4.

Germanus alicuius authoris. Cic. in Orat. 17.

Germanissimus Stoicis, id est, simillimus. Cic. 4. Acad. 239.

Germanus, pro Fratre germano (ὁμοπάτωρ, ὁμοπατρίας) Terent. Adelph. 2. 4. 5, O mi Æschine, ò mi germane.

Ibidem, 5. 8. 35, —nunc tu mihi es germanus pariter Corpore & animo.

Germanus frater. Terent. And. 1. 5. 57,

Si te in germani fratris dilexi loco; &c. Cic. pro M. Fonteio, 30.

Soror germana. Cic. pro Milone, 54.

Memoria literaturæ germana. Cic. in Partit. 15.

¶ Germanitas, pen. corr. (ὁμοπατρότης) germanitatis. Cic. de Arusp. resp. 38, In domesticis est germanitatis stupris uoluptatus. Plinius libro 6. cap. 1. 3, Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissolutione germanitas concors. Cicero pro Ligario, 20.

¶ Germanicè, pen. prod. Aduerbium (ὁμοπατρίως)

Germanè & fraternè rescribam. Cicero ad Quint. fratr. libro 2. 16. 7.

¶ Germanitus, Aduerbium, Fideliter, dictum à germanitate. Pomponius Præfect. morum, ut si quis est amicus amici, gaudeat, si quid boni euenit cuius amicus est germanitus.

¶ Germinalis, & hoc germinale, penult. prod. (βλαστητὸς) ut, Germinales arbores. Papin. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio, Si arbores cæduæ fuerint, uel germinales. Videtur arbores significare quæ ex iacto semine, uel spõte, è terræ germine nascantur. Legitur cremiales, in emendationibus codicibus.

Gero] geris, gessi, gestum (νομίζω, φέρω, φορέω, μεταχειρίζομαι) gerere, Portare. Virgilius 7. Aen. 91, Bella manu lethumq; gero.

Gerere rem aliquam, pro Facere & administrare. Virgilius libro 9. Aeneid.

Gerere, regere, gubernare aliquam rem. Cicero Attic. libro 16 332. 3.

Geri & fieri. Cic. 2. de Orat. 133.

Quemadmodum nos aduersus homines gerimus, natura nos docuit non negligere. Cic. 1. Offic. 138.

Amicitiam gerere. Cic. Pulchro, lib. 3. 8. 21.

Animum laude dignum gerere. Cic. in Parad. 47.

Animum muliebrem gerere. Cic. 1. Offic. 48

Bellum gerere, Idem quod facere bellum. Cicero de Senectute, 16.

Continenter bellum gerere. Vide Contineo.

Gerere bellum cum Stoicis. Cic. de Fin. 69.

Bene & fœliciter gerere aliquid. Cic. 5. Philip. 193.

Censuram. Plin. lib. 17. cap. 1. 3.

Coniecturam perspicuam solet præ se gerere affectionis ratio. Cic. 2. de Inuent. 142.

Consu-

Digitized by Google

Consulem. Saluſt. in Iugurtha. Sic, Gerere Conſulatum, Cic. de lege Agraria, 22.
Pulcherrimum factum ex authoritate Senatus gerere. Cic. pro Domo ſua, 72.
Fidem fluxam, Fide integra non eſſe. Plaut. Capt. 7. 80.
Formam gerit imago. Lucret. lib. 4. 10.
Formam alterius. Plaut. in Prologo Amphit. 4.
Honores. Plin. epiſt. 147. 4.
Immanitatem beluæ gerit figura hominis. Cic. 3. Offic. 108.
In oculis gerere. Vide Oculus.
Ingenium callidum gerere. Plaut. Aſina. 6. 9.
Inimicitias. Liu. 10. bel. Maced. 186.
Inimicitias graues cum aliquo gerere. Cic. 1. Verr. 37.
Muliebres inimicitias gerere cum aliquo. Cic. pro Cælio, 24.
Veteres inimicitias cum Cæſare gerebant. Cæſar 1. bel. Ciuil. 10.
Sic, Cicero 1. Verr. 27.
Ira. Plautus Pœnulo, 12. 18. Terentius Hecyr. 3. 1. 30,
Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt?
Magiſtratum. Cic. de Senect. 9.
Mammas. Plin. lib. 11. cap. 40. 3.
Morem, Obedire, obtemperare. Terent. Adel. 4. 5. 75. Cicero 1. Tuſculan. 28, Geram tibi morem, & ea quæ uis ut potero explicabo.
Morem gerere amori. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 3.
Morem gerere animo. Terent. And. 4. 1. 17. Idem Heaut. 5. 1. 74, Quid agis? c. mitte: ac ſine me in hac re gerere mihi morem.
Gerere morem alicui de re aliqua. Plaut. Ciſtel. 2. 74.
Negotium aliquod. Cic. de Amic. 72.
Negotium ſuum cum conſilio alterius gerere. Cicero Attico, libro 13. 26. 2. 1.
Malè gerere negotium. Cic. 2. in Catil. 41.
Negotium otioſè gerere. Vide Otioſus.
Pro tua fide & diligentia ex uoluntate alicuius ſuſceptum negotium gerere. Cic. Valer. lib. 13. 5. 2.
Nomen & decus geſſit. Virg. 2. Aeneid.
Odium. Liuius 8. bel. Pun. 113.
Onus morſu. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.
Partum, Idem quod Vterum gerere, & grauidam eſſe. Plin. lib. 7. cap. 5. 1.
Perſonam aliquam Cic. 1. Offic. 161.
Perſonam ciuitatis. Cic. 1. Offic. 174.
Poteſtatem gerere. Cic. 4. Verr. 96.
Prælia gerere. Ouid. epiſt. 17. 8.
Præturam. Plaut. Epid. 2. 23.
Priuatim aliquid gerere. Cic. 5. de Fin. 101.
Pudorem Plaut. Pœnulo, 4. 82.
Pugnas gerere. Claud. 3. Paneg. 29.
Rem aliquã gerere: hoc eſt, agere. Plaut. Bacch. 5. 53. Terent. Eunu. 5. 4. 1, Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat.
Gerere & adminiſtrare rem aut negotium aliquod. Cicero 1. de Inuent. 55.
A' rebus gerendis ſenectus abſtrahit? quibus? Cicero de Senectute, 14.
Bene rem ſuam gerere. Plaut. Capt. 9. 1.
Cum cura rem gerere. Plaut. Perſa, 6. 17.
Bene rem gerere, ſalutationis loco poſitum. Vide Gaudeo.
De compacto rem gerere. Plaut. Capt. 8. 25.
Ex ſententia rem aliquam gerere. Cic. Lent. lib. 1. 6. 18.
Fœliciter & ex ſententia rem gerere. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 7.
Leuiter rem gerere. Plin. lib. 15. cap. 29. 7.
Malè rem gerere. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 15.
Rem alicuius gerere malitioſè. Cic. pro Roſc. Amerin. 65.
Palàm rem aliquam gerere. Cic. Att. lib. 16. 335. 6.
Res gerere. Plin. lib. 12. cap. 25. 4, Alexandro Magno res ibi gerente. Id eſt, belligerante, inquit Bud. Cic. 4. Acad. 225, Sic innumerabiles paribus in locis eſſe eſdem nominibus, honoribus, rebus geſtis, ingenijs, &c.
Res alias gerere, pro Non attendere ad ea quæ dicuntur. Plautus Ciſtel. 10. 57.
Libidine, non ratione res aliquas gerere. Cicero pro Quintio, 8.
Sapientia omnes res humanæ geruntur. Cicero 2. de Oratore. 187.
Rempub. gerere, pro adminiſtrare & præeſſe Reip. gubernandæ. Plaut. Amphit. 4. 42. Cic. 3. de Fin. 104, Vt ſapiens uelit gerere, & adminiſtrare Rempub.
Rempublicam ſolus gerit, orbemq; terrarum gubernat. Cicero pro Roſc. Amer. 78.
Bene gerere Rempublicam. Cic. Poſt red. ad Quirites, 18.
Se gerere in aliquo negotio. Cic. 2. Verr. 28.
Artificialiter ſe gerere. Quint. lib. 2. cap. 17. 27.
Geſſit ſe contra diſciplinam meam. Traianus ad Plinium, epiſt. 299.
Excellentius ſe in Republica gerere. Cic. pro Seſtio, 83.
Se gerere honeſtè. Cic. ad Att. lib. 6. 111. 22.
Inartificialiter ſe gerere. Quint. lib. 2. cap. 17. 27.
Perditè ſe gerere. Vide Perditus.
Non perditè ſe gerere Cic. Att. lib. 9. 171. 6.
Se gerere pro ciue. Cic pro Archia, 8.
Se gerere ſummiſſius. Cic. 1. Offic. 128.
Sè gerere turpiſſimè. Cic. 2. Tuſc. 84.
Geſſit ſe turpiter in legatione. Plin. epiſt. 36. b.
Se ita gerit ut ſibi iam decemuir eſſe uideatur. Cicero pro lege Agraria, 57.
Ita ſe geſſit: hoc eſt, ita ſe habuit. Cic. de Amicit. 17.
Gerere ſenſus abditos. Vide Abdo.
Similitudinem quandam, ſpeciemq; ſapientum gerere. Cicero 3. Offic. 20.
Simultatem gerere cum aliquo. Antonius ad Ciceronem, in Epiſt. ad Att. lib. 14. 310. 3.
Societatem. Cic pro Quintio, 7.
Speciem teli. Colum. lib. 3 cap. 17. 2.
Speciem paternam gerere. Colum. lib. 8. cap. 2. 10.
Tela gerere. Virg. 1. Aen. 39.
Tutelam ianuæ. Plaut. Trucul. 5. 41.
Veſtem indutui gerere. Tacit. lib. 16.
Vincla gerere. Ouid. 4. Metam. 137.
Vtilitatem quandam quo magis expetatur, præ ſe gerit amicitia & bona exiſtimatio. Cic. 2. de Inuent. 238.
A' ſpe gerendi abeſſe. Cic. 5. de Fin. 95.
Rebus minus apta gerendis. Ouid. 1. de Arte, 84.
Orbatus gerendis negotijs. Cic. 5. de Fin. 101.
¶ Gerens, Participium (φέρων) ut, Bella gerens. Horatius 4. Carm. ode 44.
Animum gerens uirilem. Virg. 9. Aeneid. 65.
Furores in corde gerens. Catul. Argon. 59. 11.
Virginis os, habitumq; gerens. Virg. 1. Aen. 64.
Vulnera gerens. Virg. 2. Aen. 93.
Sui negotij bene gerens. Cic. pro Quintio, 42.
¶ Geſtus, Participium (πεπραγμένος) Factus & adminiſtratus. Plaut. Trinum. 17. 567,
——re bene geſta ſaluus redeo. Idem Ruden. 24. 28,
Hoc modo res geſta eſt, ut ego dico.
Comitia armis ſeruilibus geſta. Cic. 3. de Legib. 64.
Geſti honores. Plin. lib. 14. cap. 22. 6.
Geſtus eſt mos & uoluntati & dignitati tuæ. Obeditum eſt. Cicer. pro L. Murena. 44.

Bene

Digitized by Google

Bene geſtæ res. Virg. 9. Aen. 33.
Prælia geſturus Conſul. Lucan. lib. 2. 56.
¶ Geſta, geſtorum (πράξεις, παραδόξα, ὄργια) Vide Acta. Plaut. Trucul. 6. 19, Qui accipias geſta tecum.
Exultare in ſuam famam geſtis. Tacit. in uita Agricolæ.
¶ Geſtus, huius geſtus (ὑπόκρισις) Eſt (ut ait Valla libro 4) Actio quædam & quaſi pronũtiatio corporis: Geſtio uerò eſt adminiſtratio & actio, quamuis parũ in uſu eſt. Cic. 2. de Nat. deor. 218, In corporũ etiam motione atq; geſtu multa cernunt ſubtilius. Idem, 4. Acad. 260, Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat.
Moderatior omni geſtu, omni uerſu aptior uita eſſe debet. Cic. in Parad. 31.
Summorum actorum geſtus. Cic. 1. de Orat. 63.
Orationis geſtus Græci χήματα appellant. Cicero in Orator. 46.
¶ Geſtus, huius geſtus, pro geſtione. Vlpian. in l. item ſi. §. pen. ff. de neg. geſt. Nec poßit quod alij acquiſitum eſt ipſo geſtu, hoc tuum negotium uideri.
Diſtortus geſtus. Quint. lib. 6. cap. 3. 20.
Lactantior geſtus. Vide Iactio.
Incertus geſtus. Quint. lib. 1. cap. 10. 27.
Indecorus digitorum geſtus. Quintilianus, libro 1. capite 10. 27.
Non inurbanus geſtus. Quint. lib. 6. cap. 3. 18.
Numeroſi geſtus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 7.
Ridiculus geſtus. Quint. lib. 6. cap. 3. 17.
Accommodare geſtum ad uocem. Quintilianus, libro 1. capite 11. 5.
Agere geſtum. Cic. pro Quintio, 52.
Agere geſtum humeris. Cic. pro Rabirio Poſth. 22.
Agere geſtum in ſcena. Vide Ago.
Capere geſtum. Vide Capio.
In geſtu, motuq; uitium caueatur. Cic. 1. Offic. 181.
Componere geſtum ad ſimilitudinem ſaltationis. Quintilianus lib. 1. cap. 11. 11.
Conficere geſtu aliquid. Cic. 4. Acad. 259.
Alternis geſtibus contendere. Quint. lib. 6. cap. 3. 45.
Furens geſtu. Quint. lib. 2. cap. 12. 6.
Imitari geſtum alicuius. Lucret. lib. 4. 73.
Intelligo de geſtu. Vide Intelligo.
Iuuare geſtus hiſtrionum. Tacit. lib. 16.
In geſtu qui ſemel peccauit, non continuò exiſtimatur neſcire geſtum. Cic. 1. de Orat. 62.
Illa placet geſtu. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 6.
Sedatus & conſtans geſtus. Author ad Heren. lib. 3. 121.
Exiguo geſtu ſignare aliquid. Ouid. 3. de Arte aman. 55.
Hiſtrionum nonnulli geſtus ineptijs non uacant. Cicero 1. Offic. 181.
In geſtu nec uenuſtatem conſpicuam, nec turpitudinem eſſe, ne aut hiſtriones, aut operarij eſſe uideamur. Author ad Herennium, lib. 3. 119.
Geſticulus] pen. corr. Diminutiuum, hoc eſt, paruus geſtus, uel geſticulatio. Tertullianus in Apologetico, Multis inſtrumentis cum digitorum ſupputatorijs geſticulis aßidendum eſt.
¶ Geſtuoſus, pen. prod. Adiectiuum (ὑποκριτικὸς) Qui multos geſtus ueluti minus facit. Gel. lib. 1. cap. 5, Geſtuoſas Hortenſij manus & argutas.
¶ Geſtio, geſtionis (μεταχείρησις) Curatio, & adminiſtratio. Cic. 1. de Inuent. 54, Negotijs autem quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in negotij geſtione conſiderantur: partim adiuncta negotio ſunt, partim geſtum negotium conſequuntur.

¶ Geritio, idem quod Geſtio. Pro hærede geritio eſt eorum qui ſine cretione, uel etiam cretione imperfecta, ex conſtitutione D. Marci. Interpres tit. Vlp. in tit. qui hæred. inſtit. poß. 22. ad fin.
¶ Geſtio, geſtis, geſtiui & geſtij, geſtitum, pen. prod. (γαυριάω) geſtire, Propriè eſt lætitiam animi cum quodam corporis motu exprimere. Terent. Phorm. 2. 1. 30,
—ipſum geſtio dari mihi in conſpectum. Cic. 2. de Finib. 22, Quorum alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur. Perſ. Satur. 1. 13,
Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Cic. ad Att. libro 4. 80. 1, Geſtio ſcire. Eidem, lib. 2. 22. 5, Geſtit animus.
Nimia uoluptate geſtire. Cic. 1. Offic. 144.
Geſtit paribus colludere. Hor. de Arte poet. 33.
Animi forenſibus negotijs deſeßi geſtiunt, ac uolitare cupiunt. Cic. 2. de Orat. 14.
Animus geſtit antiqua exequi ſupplicia. Senec. Theb. 1. 8.
Contrectatione uaccæ geſtit taurus, & equæ equus. Cicer. 1. de Nat. deor. 104.
Geſtiunt parietes Cæſari gratias agere, per translationem dixit Cicero pro Marcello, 6. Id eſt, quaſi geſtu uidentur parietes gratias agere.
¶ Geſtiens, Participium (γαυριῶν) ut, Lætitia geſtiens. Cicero 4. Tuſc. 21.
Perterriti & Geſtientes, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 122.
Elatus inani lætitia, exultans, & temere geſtiens. Cicero 5. Tuſculan. 25.
¶ Geſticulor, pen. corr. geſticularis (χειρονομέω) geſticulari, Plurimos geſtus facere.
Carmina geſticulari: id eſt, ſaltare ad numeros carminis. Suet. in Nerone, cap. 42.
¶ Geſticulator, pen. prod. geſticulatoris (χειρονόμος) Qui geſtus huiuſmodi facit. Colum. in Præfat. lib. 1, Nec minus corporis geſticulatorem ſcrupuloſißimæ requirant ſaltationis, ac muſicæ artis ſtudioſi.
¶ Geſticularia, geſticulariæ (χειρονομικὴ) Gellius libro 4. cap. 1, Non iam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam, Dionyſiamq; nec eum notißimæ ſaltatriculæ nomine appellarit.
¶ Gerarius, Adiectiuum. Idem quod Gerulus. Plautus Milite,
Lampridem quia nihil abſtulerit ſuccenſet gerario.
Quidam ſcribunt ceraria, ſed gerariam legit Turnebus, ut ſit puerorum gerula atq; ut onerariam nauim gerariam uocauit, ita quoq; infantiam gerulam appellauit gerariam. Scio non deeſſe homines acerrimi & eruditißimi iudicij, qui cellariam ſcribendum contendant, ſed illi ſi ita eis placet legant, ego in Turnebi diſcedo ſententiam.
¶ Gerulus, penult. corr. (βαστάζων, κομιστὴς) Qui fert aliquid. Suet. in Caligula, cap. 40, Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua exigebatur. Hor. 2. epiſt. 2. 15,
Feſtinat calidus mulis gerulisq; redemptor.
Geruli flagitij. Plaut. Bacchid. 6. 14,
Tua infamia feciſti geruli figulos flagitij.
¶ Geſtor, geſtoris, Verbale (μαστὴς) Qui gerit, ſiue portat. Plaut. Pſeud. 7. 14,
Homines qui geſtant, quiq; auſcultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant:
Geſtores linguis, auditores auribus.
¶ Gerundium, gerundij, Nomen participiale appellatur, carens numeris & perſonis: & ſub una uoce actiuam & paſſiuam ſignificationem gerens. Vnde à gerẽda duplici ſignificatione, quidam gerundia dicta eſſe exiſtimant.
Dicundi. Terent. in Prol. Phorm. 23,

De

Digitized by Google

De illo iam finem faciem dicundi mihi.
Nominandi istorum. Plaut. Capt. 13. 83,
Nominandi istorum tibi erit magis, quàm edundi copia.
Amando perit. Plaut. Curcul. 4. 33.
Pro uapulando. Plaut. Aulul. 13. 7,
Heus senex, pro uapulando hercle ego abs te mercedẽ petã.
Sedendo dolent lumbi. Plaut. Menæh. 18. 6.
Osculando non est impudicior. Plaut. Curcul. 2. 52.
Exorando. Plaut. Stich. 3. 22,
Exorando, aduersando, sumendam operam censeo.
Flendo modum non facere. Plaut. Milit. 20. 1.
Alitur uitiũ, uiuitq; tegẽdo. Id est, dũ tegitur. Virg. 3. Geor. 91.
Iterandum ista mihi. Cic. ad Attic. lib. 14. 312. 1.
Castrandum me loces. Plaut. Aulul. 7. 73.
¶ Gerundiuũ. Plin. epist. 158, Fruendis uoluptatibus crescit cã rẽdi dolor. Terent. Eunu. 1. 2. 10, Mos gerundus est Thaidi.
Gerundiua hoc differunt à participijs, quòd participia significant tempus sine administratione rei: gerundiua significant administrationem rei sine tempore: ut, Tenet me cura schole regendæ: non quæ olim regetur, non enim significat tempus: sed quam regere debeo. Ergo (regendæ) gerundiuum hic est, non participium. Contrà, Cruciat me lectionis solicitudo dicendæ: participium est: id est, quam dicturus sum. Gerundiua habent omnes casus & genera. Nominatiuum: ut, Iusiurandum dabitur. Genitiuum: ut, Patris uisendi gratia, patriam peto. Datiuum: ut, Auarus congregandis nummis inhiat. Accusatiuum: ut, Inter edendũ tuæ mihi redditæ sunt epistolæ: Ad irridendos nos ueniſti. Ablatiuũ, Tu litibus prouocandis delectaris.
¶ Gesto, gestas (φόρημι, φορεύω) gestare, Frequentatiuum. Plaut. Curc. 14. 4, Pater istum meus gestauit. Sub. annulum.
Gestare in aluo. Plaut. Stich. 4. 5. Plinius lib. 8. cap. 10. 1, Decẽ annis gestare in utero uulgus existimat. De elephantis.
Caput fixum gestare in pilo. Cic. 11. Philipp. 292.
Gestare in manibus. Terent. Adelph. 4. 2. 25.
Gestare collo. Plin. in Proœm. lib. 1. 3.
Annulos gestabat. Tacit. lib. 20.
Gestare arma humeris. Liu. 7. bel. Pun. 259. Legitur et gerere.
Gestare aliquem in sinu, Vehementer amare. Terentius Adelph. 4. 5. 76.
Gestas animum meum. Plaut. Merc. 11.
Non obtusa adeò gestamus pectora. Virg. 1. Aeneid. 115.
Scopulos gestare in corde. Ouid. 7. Metam. 7.
¶ Gestito, gestitas, pen. cor. (φορεῦμαι) gestitare, Frequentatiuum à Gesto, gestas. Plaut. Cistell. 10. 91,
Eloquere, unde sunt tibi hæc citò crepundia?
L. Mea hæc herilis gestitauit, non tua.
Gestitare uolucrem uocem. Plaut. Amphit. 4. 172.
¶ Gestatus, penult. prod. Participium (φορηθεὶς) à Gesto, gestas. Mart. lib. 1. 43, Gestatus bijugis Regulus esset equis.
¶ Gestatus, huius gestatus, pen. prod. (κομιδή) Plin. lib. 15. ca. 25. 1, Iulianis gratus sapor, sed penè tantum sub arbore sua, adeò teneris ut gestatũ nõ tolerent. Id est, gestari nõ possint.
Gestatio, Verbale (φόρησις) Vectio, portatio. Cels. lib. 2. cap. 14, Gestatio etiam longis et iam inclinatis morbis aptissima est. Senec. epistol. 56, A gestatione quum maximè uenio, nõ minus fatigatus sum, quàm si tantum ambulassem, quantum sedi.
Gestatio, pro loco. Plin. epist. 101. e. lib. 5, Ab his gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humilesq; & retentas manu arbusculas circumit. Idẽ epist. 3, Quid illa mollis, & tamẽ solida gestatio? Gestatio locus erat ad quem gestabãtur homines sanitatis uel uoluptatis gratia: ea forma qua cœnatio ambulatioq; dicitur. Plinius auunculus lib. 26. cap. 3. 2.



¶ Gestator, gestatoris (φορητὸς) Verbale masc. & gestatrix fœminimum.
Diua gestatrix Gorgonei monstri: id est, Pallas. Vall. 4. Argon. 120.
¶ Gestamen, pen. prod. gestaminis (φόρημα, γνώρισμα) Quicquid geritur, ut uestes, arma, sceptrum. Virg. lib. 3. Aeneid.
Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis.
Postibus aduersis figo. Id est, quod geri solebat à magno Abante. Plin. lib. 37. cap. 8. 4, Hoc uectigal, hocq; gestamen diuites in ceruice gratissimum norunt. Idem lib. 32. cap. 2. 12. Religiosum gestamen.
Lecticæ gestamen. Tacit. lib. 2.
¶ Gestatorius, Adiectiuũ (φορηματικὸς) ut, Sella gestatoria, in qua aliquis geritur: uel quæ ab aliquibus defertur. Sueton. in Nerone.
¶ Gestatorium, Subst. (φορεῖον) Lectica aliàs Latinè dicitur. Suet. in Claud. Solitus etiam in gestatorio ludere.
Gerra] Nomen trium urbium, quarum una est in Syria, alia prope Traconitas, alia in Fœlici Arabia, huius memimit Plinius lib. 6. cap. 28.
Gerræ] gerrarum (γέρρα) à Græcis primùm crates uiminea appellabantur. Ea uox postea uulgò pro nugamentis rebusq; friuolis usurpata est, authore Festo Pompeio, hac quidem occasione: Athenienses quum Syracusas obsiderent, & crebrò gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitabant. Hinc in prouerbiũ cessit. Vnde & familiares, quiq; inter se nugas omnes cõmunicant, cõgerrones uocãtur. Plaut. Pœn. 3. 9, Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet,
Gerræ germanæ, atq; ædepol λῆροι λήρων. Idẽ Epid. 5. 50, Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua, &c. gerræ maxumæ.
¶ Gerro, gerronis (γλύκερος) Nugator, siue nugarum inuentor. Terent. Heaut. 5. 4. 10,
At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiam.
C L. Quos? C. si scire uis, ego dicam, gerro, iners, fraus, helluo, Ganeo, damnosus.
Gerres] Genus piscis uilis. Plin. lib. 32. cap. 11. 7. Mart. lib. 12. 28, —fuisse gerres, aut inutiles mænas
Odor impudicus urcei fatebatur. Sic, lib. 3. 35.
Gerrus] γέρρος, Fluuius Scythiæ, septimus ab Istro, memoria dignus, teste Herodoto, lib. 4.
Gerulus, Gerundium] Vide Gero.
Gerunda] γερῦνδα, Hispaniæ urbs Ptolem. Vulgò Girona.
Cerusa] γερῦσα, Sarmatiæ in Asia ciuitas Ptolem. hodie Sanctus Georgius.
Gerusia] gerusiæ. Budæus, Quod Senatus Romæ, hoc fermè fuit γερουσία Spartæ, id est, Lacedæmone: ipsa quoq; è senib. dicta, qui Græcè γέροντες dicuntur.
Geryon] uel Geryones, pen. corr. (γηρύων) Rex fuit Hispaniæ: qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit, quæ adiacent Hispaniæ, Balearicæ minori & maiori, et Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia & naturali & terrestri certamine plurimum potuit. Hunc Hercules uicit: qui ideo fingitur ad eũ olla ærea transuectus, quòd habuit nauẽ fortem & ære munitam. Hæc Seruius apud Virgilium, lib. Aeneid. 7,
—postquam Laurentia uictor,
Geryone extincto, &c. Hoc nomen & Geryones, nẽ, & Geryones, onis, & Geryoneus, secundum Priscianũ declinari potest.
Tricorpor Geryon. Silius lib. 3. 85.
Triplex Geryon. Claud. 1. in Ruff. 39.
Gesclithrum] Specus, inquit Turnebus, unde spirare Aquilonem Plin. dicit, & gesclithrun uocat, duobus diremptum

distinctumq; uocabulis, γῆς πλέθρον, id est, terræ clastrũ cẽ seo uocandam. Nam etsi barbara in regione erat, tamẽ Græci ei suæ lingua nomen indiderant, ut & plurimis, linguæ suæ ambitiosè fauentes. Hæc ille.

Gesodunum] γεσόδουνον, Nomen urbis in Norico, ut scribit Ptolemæus. Vulgò Saltburg.

Gesoriacum] γεσσορίακον, Ptolemæo teste, Morinorum nauale. Vulgò Cales.

Gessus] Ionæ fluuius est, Plinio & Straboni, qui regionem omnem circa Gessum Pannoniam nominant.

Gesta, Gestamen, Gestatorium] Vide Gero.

Gesticulor, Gestio, Gesto, Gestus] Vide Gero.

Gesum] gesi (γαῖσα) Telum Gallicum. Liu. 8. ab Vrbe, 38, Leues autem, qui hastam tantùm gesq; gererent, uocabantur. Idem 6. bell. Pun. 26, Sub læuo humero summum pectus geso ictum est. Sic, lib. 9. ab Vrbe, 188, Falcibus gesisq; bini armati. Sunt qui scribant per æ diphthongon, gæsa.

Rigida gesa. Senec. Hippol. 2. 6.

Gesa manu uertere. Stat. 4. Thebaid. 13.

Getæ] γέται, Populi sunt Thraciæ, natura & moribus feroces: è montibus aliàs ac saltubus expulsi à Sarmatis ad Duriam amnem, à Romanis Daci uocantur. Ouid. libro 2. de Ponto, eleg. 7. 7,

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Quidam tamẽ Getas à Dacis ita distinguunt: ut Getæ sint qui ad Pontum in Orientem uergunt: Daci, qui in oppositũ uersus Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Dauos uocatos nõnulli uolunt. Ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum seruilia nomina in usu maximè fuerunt. Getas à Lucullo uictos Salustius scribit.

Deserta Getarum. Virg. 3. Georg. 91.

Flaui Getæ. Claud. lib. 2. de raptu Pros. 13.

Pharetrati Getæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 22.

Vagus campis Geta. Seneca Hippol. 2. 17.

¶ Geticus, pen. corr. Adiectiuum (γετικὸς) ut, Humus Getica, Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 10.

Littus Geticum. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.

Plectrum Geticum, pro Orphei plectro posit Statius, qua ratione uidetur etiam Thraces inter Getas numerare, libro 2. Sylu. 2. 13. Idem, 3. Sylu. 1. 4,

—Tyrione hac mœnia plectro, An Getica uenere lyra?

Getuli] pen. pro. (γετῦλοι) Africæ populi. Hi & Libyes, Primi omnium ex Punicorum annalium fide Africam tenuerũt, asperi, incultiq;: quibus cibus erat caro ferina, atq; humi pabulum uti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; lege, aut imperio cuiusquam regebantur: uagi, palantes: quo nox coegerat, sedes habebant. Author in Iugurthino Salust.

¶ Getulus, pen. prod. Adiect. ut, Leo Getulus. Virg. 5. Aen. 70.

¶ Getulicus pen. corr. Iuuen. Satyr. 8,

Agnosco procerem, salue Getulice, seu tu, &c.

Giarus] Vide Gyarus.

Gibbus] gibbi, m. g. (κύρτωσις) Tumor quidam carneus in aliqua corporis parte. Iuuen. Satyr. 6. 11,

Attritus galea, medijsq; in naribus ingens.
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.

¶ Gibbus, Adiectiuum (κυρτὸς, ὑβὸς, ὑβὸς) pro conuexo. Celsus lib. 8. cap. 1, Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, utrinq; læuis.

¶ Gibber, gibberis, m. g. (κύρτωσις) Idem quod Gibbus. Iuuen. Attritus, gibbere nasus. Plin. lib. 8. cap. 45. 4.

¶ Gibbosus, pen. pro. Adiect. (ἀμφίκυρτος) Qui gibbũ habet.

¶ Gibber, gibbera, gibberum, pen. corr. & Gibber, gibberis, & hoc gibbere, Idem (κυρτανὸς) Plin. lib. 10. cap. 26, Africæ hoc est Gallinarum genus, gibberum, uarijs sparsum plumis. Varro, 3. de Re rust. cap. 9. 14, Gallinæ Africanæ sunt grandes, uariæ, gibberæ.

Gibberum, extantẽ & eminentem Nonius interpretatur. Varro Eumenidibus, Item tragici prodeunt, capite gibbero, cum antiqua lege, ad frontem superficias accedebant.

Gigas] γίγας, φῦς, E terra natum significat, composita dictio à Græco γίνομαι, seu γίγνομαι, quod est nascor, et γαῖα, seu γῆ, quod lingua Dorica γᾶ facit, & terram significat. Fingunt poetæ Gigantes homines fuisse, seu potius hominũ monstra, corporibus maximis, quos irata Tellus procrearit, ut contra superos arma capesserent, & Iouem è suo regno deturbarent. Horum nomina fuerunt uaria, ut Enceladus, Porphyrion, Tiphoeus, Damastor, & alia quorum diuersis in locis meminerũt poetæ Græci et Latini: inter quos Claudianus de Gigantomachia opus reliquit, quod imperfectum ad nos peruenit. Vide Macrobium lib. 1. Satur. cap. 20.

Gigantes, si ad Physica respicimus, aliud nihil sunt, quàm spiritus illi terra clausi: qui dum exitũ non inueniunt, ui sibi uiã faciunt, montibus altissimis adeò perfæpe concussis, ut aut rumpantur, aut ingentia frusta emittant cõtra Iouem, id est, cælum uersus. Hinc illa pugna Gigantum, montes in Iouem mouentium uetusta.

Magni Gigantes. Lucret. lib. 4. 28.

Sæuus Gigas. Valer. 4. Argon. 40.

Sæui Gigantes. Lucan. lib. 1. 8.

Terrigenæ Gigantes. Lucan. lib. 3. 64.

More Gigantum bellare cum dijs, quid aliud est nisi naturæ repugnare? Cic. de Senect. 6.

Cum Titanis & Gigantibus bella gesserunt dij. Cicero 2. de Natura deor. 102.

¶ Giganteus, pen. prod. Adiectiuum (γιγάντειος) ut, Furiæ Giganteæ. Claud. 4. Paneg. 37.

Prælia Gigantei belli. Ouid. 2. Trist. 15.

Gigeria] gigeriorum, Nonius interpretatur intestina gallinarum, & quæ cum his coquebantur. Lucilius lib. 8, Gigeria sunt sine allio, his uescamur alacriter.

Gigno] gignis, genui (uel gimui, secundum Diomedem) genitum, pen. corr. (γεννάω) gignere, A genus deriuatur, notæ significationis.

Gigni & creari. Cic. 1. Offic. 34, Placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari.

Gignere & procreare. Cic. 2. de Diuin. 142.

Gigni & propagari initium sui generis ab se uolebat Verres. Cic. 7. Verr. 141.

Parere & gignere, & proferre. Cic. ad Heren. lib. 4. 144.

Quæ terra gignit, maturata pubescunt. Cic. 1. de Nat. deor. 8.

Gignimur, & uitæ lumen inimus. Lucret. lib. 3. 137.

Filius mihi gignitur. Cic. 2. de Orat. 77.

Gigni capite. Vide A Præpos. Gignere in capita, Ibidem.

Gignitur capillus. Gell. lib. 12. cap. 1.

Gignuntur oua. Plin. lib. 10. cap. 52. 1.

Oua gignunt pisces. Cic. 2. de Nat. deor. 194.

Gigni pedibus. Plin. lib. 7. cap. 8. ad finem.

Gignitur serpens. Plin. lib. 10. cap. 49. 3.

Gignitur thus aut piper. Plaut. Trinum. 13. 87. Plin. lib. 12. cap. 7. 1.

Huic urbi uos genuisse deus uidetur. Cic. 14. Philipp. 405.

Gigni ad. Cic. 1. de Fin. 34, Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit, ut mihi quidem uidetur.

Ad aliquid gigni. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Multa nobis blandimenta natura genuit. Cic. pro Cæl. 32.

Animũ ex sua mẽte et diuinitate genuit Deus. Cic. de Vniu. 34.

Ludus genuit certamen. Horat. 1. epist. 20. 10.

Dolorem oculis gigni. Lucret. lib. 4. 63.



Digitized by Google

Qui non illustrauit modò, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam. Cic. de clar. Orat. 138.
Gignere fastidium. Plin. lib. 14. cap. 16. 2.
Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis conquassatione, & perturbatione gignuntur. Cic. 4. Tusc. 43.
Pax & concordia extraneis gignitur, quum iam domesticis nõ insideat. Cic. Anteq. iret in exil. 5.
Nouas præceptiones gignere. Author ad Heren. 4. 141.
¶ Genitus, pen. corr. Participium, Natus. Plin. lib. 11. cap. 37. 32, Septimo mense genitis sæpenumerò foramina auriũ & narium defuere.
Sanguine nostro genitus. Ouid. 2. Metam. 18.
Genitus Celtis. Mart. lib. 10. 65.
Genitus ad perdenda uina. Plin. lib. 14. cap. 22. 3. Sic, Genitus ad superbiam, Plin. lib. 7. in Proœm. 4.
E furto genitus. Silius lib. 7. 98.
Genitus ex liberis. Mart. lib. 11. 161.
Genitus in seruitio, pro Genitus seruus. Plin. lib. 7. cap. 39. 1.
Liberaliter genitus. Vide Liber.
Geniti dentes in Palato. Plin. lib. 11. cap. 37. 40.
¶ Geniturus, pen. prod. (γεννήσων) Aliud participium: ut, Semina genitura populos. Ouid. epist. 12. 9.
¶ Genitor, pen. corr. huius genitoris (γεννήτης) Qui gignit. Cic. de Vniuers. 35.
Quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum. De anima.
Diuûm genitor, Iupiter. Silius lib. 5. 14.
Deûm genitor rectorq; Ouid. 2. Trist. 8.
Genitor Saturnius. Cic. 2. de Diuin. 98.
Dubio genitore creatus. Ouid. 5. Metam. 29.
Genitores omnium uitiorum Græci. Plin. lib. 15. cap. 4. 2.
¶ Genitrix, pen. corr. huius genitricis, pen. prod. (γεννήτειρα) Verbale fœmininum: ut, Frugum genitrix. Ouid. 5. Metamorph. 98.
¶ Genitura, huius genituræ, pen. prod. (γέννησις) Generatio. Plin. lib. 18. cap. 24. 7, Inter diligentissimos conuenit, ut in alitum, quadrupedumq; genitura, esse quosdam ad conceptum impetus terræ.
Origo & genitura. Plin. lib. 9. cap. 35. 3.
Genituram, horoscopũ uocauit Suetonius in Augusto, Verùm genitura sua uix & cunctanter edita, exiluit Diogenes, adorauitq; eum. Firmicus lib. 3, Secundum hanc genituram & secundum has conditiones stellarum, & secundum testimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum uolunt fata disponi. Budæus.
¶ Genitura (γέννημα) Semen genitale. Plin. lib. 20. ca. 8. 6, Itẽ, quibus genitura, ualetudinis morbo, effluat. Ibidem, cap. 23. 5, Genituræ abundantiam quoquo modo haustam facit. Ibidem, 7, Extinguere genituram uirorum. Ibidem, lib. 22. cap. 22. 16, Profluuia genituræ.
¶ Genitalis, & hoc genitale, penult. prod. (γενέθλιος, γενητικός) Idem quod Natalis: ut, Genitale solum, patria in qua nati sumus.
Fœdera genitalia. Stat. 3. Theb. id. 60.
Genitalis hora. Plin. lib. 9. cap. 35. 3.
Origo genitalis rerum. Lucret. lib. 5. 36.
Arua genitalia. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 2.
Corpora quatuor genitalia: id est, quatuor elementa. Ouid. 15. Metamorph. 48.
Mundus genitalis. Silius lib. 13. 107.
Partes genitales corporis. Lucret. lib. 4. 210.
Profluuium genitale. Vide Profluuium, in Profluo.
Genitalia semina, Quibus aliquid procreatur & gignitur. Virg. 2. Georg. 65.



Tempus genitale: id est, dies natalis. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 4.
Genitales partes trunci, Fertiles, uim gignendi habentes. Columel. lib. 3. cap. 6. 1.
¶ Genitale, pen. prod. (αἰδοῖον) Substantiuũ, n. g. tam de membro uirili, quàm animalium. Plin. lib. 10. cap. 63. 2, Cuniculis auersa genitalia.
Ossa genitalia. Vide Os, ossis.
Genitale maris. Plin. lib. 28. cap. 9. 25. Ibidem, cap. 11. 4, Vulpis masculæ genitale circunligatum.
¶ Genitaliter, penult. corr. Aduerbium (γεννητικῶς) Lucret. libro 4. 253, —ut semina possint
Seminibus commisceri genitaliter apta.
¶ Genitabilis, genitabile, Idem quod Genitalis, quemadmodum penetrale & penetrabile, utrunq; pro eadem re est in usu. Lucret. Et reserata uiget genitabilis aura
Fauoni. Existimant tamen quidem docti, hoc loco legendum genitalis, non bb id solùm quòd ita habeant aliquot libri manuscripti, uerumetiam quòd uox genitabilis non uideatur Latinis usitata. Quod autem aduersum attinet, aiunt choreum esse pro dactylo, seu spondæo: quam licentiam sibi interdum permittunt poetæ. Ego hac de re iudicium meũ non interponam, uiderint doctiores. Sed uox Genitabilis tamen reperitur apud Varronem lib. 4. de Lingua Latina. & apud Ciceronem in Arato,
Solers natura, & rerum genitabilis ordo. Ex Lambino in Lucretium.
¶ Genitiuus, pen. prod. Adiectiuum (γενητικὸς) Quod habet uim genarandi.
Genitiuus, Quasi genitalis, à natura ingenitus, & genuinus, & originalis, & cum nascente congenitus: ut, Genitiuæ notæ. Suet. in Augusto, cap. 80.
Genitiuus, pro gentilitio. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 22, Adiectiq; probent genitiua agnomina Cottæ.
¶ Genius, genij (δαίμων) Veterum sententia dicitur uniuscuiusq; anima rationalis: ideoq; esse singulis singulos genios dicebant. Fuere etiam qui dicerent genios deos, aquam, terram, ignem, & aerem: quæ rerum semina sunt, elementaq; appellata. Duodecim quoq; signa, Lunamq; & Solem inter hos deos putabant: & à gerẽdo, quòd multa gerere possent, gerulos, deinde genios uocitarunt. Censorinus scribit genios dictos, quia ut gignamur curent: siue quòd unà gignantur nobiscum, uel etiã quia nos genitos suscipiant, ac tueantur. Certè à gignendo genius appellatur. Eundem esse geniũ & larem, multi ueteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnino nobis genium dicit appositum: hoc est, duos lares, qui etiam penates dici solent. Terent. And. 1. 5. 54,
Quod ego per hanc te dexteram oro & genũ tuũ, &c. Plaut. Sticho, 10. 42.
Dis iratis, genioq; sinistro. Pers. Satyr. 4. 3.
Loci genius. Virg. 5. Aeneid. 18.
Genius, natale comes qui temperat astrũ. Horat. 2. epist. 2. 38.
Belligerare cum genijs suis, Idẽ quod Defraudare geniũ. Plaut. Trucul. 4. 76.
Concelebrare genium choreis. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 10.
Curare genium mero. Horat. 3. Carm. ode 17. 3.
Defraudare genium, Negare naturæ quod appetit. Terentius Phorm. 1. 1. 10.
Indulgere genio, Est animo obsequi. Pers. Satyr. 5. 16.
Malè uolente genio natus. Vide Nascor.
Per genium dextramq;, deosq; penates obsecro. Horat. 1. epistol. 7. 19.
Vino placare genium. Horat. de Arte, 43.
Genius, ab aliquibus dicitur uis ac naturæ proprietas: aut ut ait



Digitized by Google

Budæus, gratia & lepos. Martialis,
Victurus genium debet habere liber. Iuuenalis Satyr. 6,
Nemo mathematicus genium indemnatus habebit.

¶ Genialis, & hoc genialis penult. prod. (πυφερὸς, γαμικὸς) Quod pertinet ad genium.

Bella genialia id est, inter conuiuia exorta. Stat. 1. Achil. 29.
Genialis copia pecudum. Plin. lib. 17. cap. 9. 5.
Genialis dies, Lætus & uoluptarius. Iuuenalis.
Epulæ geniales Claud. de raptu Proserp. 2. 66.
Festum geniale. Ouid. 3. Fast. 105.
Genialis hyems. Virg. lib. 1 Georg. 61.
Iura genialia. Stat. 3. Sylu. 3. 22.
Lectus genialis Horat. 1. epist. 1. 18.
Genialis musa. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.
Præda genialis. Ouid. 1. de Arte, 25.
Palumbar geniale. Catull. Argon. 59. 10.
Rus geniale. Ouid. epist. 18. 2.
Genialis sors. Plin. lib. 18. cap. 24. 3.
Thalami geniales. Claud. 2. in Ruffin. 20.
Genialis torus siue lectus, Qui in nuptijs sternitur in honorẽ genij. Virg. 6. Aeneid 21. Cic. pro Cluent. 10, Lectum illum genialem quem biennio filiæ suæ nubenti strauerat, in eadẽ domo, &c.

¶ Genialiter, pen. corr. Aduerbium (πυφερῶς) Opiparè & lautè. Ouidius 11. Metamorph. 20,
Hospitis aduentu festum genialiter egit.

¶ Genuinus, pen. prod. Adiectiuum (γνήσιος) Natiuus & peculiaris. Apuleius, genuino sermone nomen Augusti Cæsaris inuocare tentaui. Gellius lib. 2. cap. 2, Naturales & genuini honores exoriuntur.

Genuini (προγνάθιοι) dicuntur dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Plin. lib. 11. cap. 37. 39. Cic. 2. de Natur. deor. 202, Dentibus in ore constructis manditur atq; ab his extenuatur atq; mollitur cibus: eorum aduersi acuti morsu diuidunt escas: intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Festus, Genuini dentes, quòd à genis dependent.

Genuinũ frangere in aliquo, Clanculum obtrectare, lacerareq; quempiam. Pers. Satyr. 1. 12. Idem etiam dicitur & Genuino rodere.

Genuinum agitare. Iuuen. Satyr. 5. 7.

Gilo] Ciuitas: à qua Gilonitæ uiri in ea habitantes.

Gillus] Vir fuit Tarentinus, de quo Herodotus nonnulla scribit.

Giluus] πυῤῥὸς, Color medius inter albũ & rufum, nempe is qui & Melinus dicitur: cuiusmodi mellis color esse uidetur. Virg. 3. Georg. Luxuriatq; toris animosum pectus: honesti
Spadices, glauciq; color deterrimus albis.
Et giluo. Seruius, Aliud est cãdidum esse, id est, quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse uicinum. Giluus autem melinus est color. Multi autem ita legunt Albis & giluo: ut non album & giluum, sed albo giluũ uituperet. Quod si singuli colores uituperandi sunt, quanto magis mistus uterq;, id est, albo giluus.

Gingiber] Vide Zinziber.

Gingiua] gingiuæ, pen. prod. f. g. (οὖλον, ἔνδλον) Pars oris cui dentes inhærent. Plin. lib. 23. cap. 6. 6, Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellauimus, stomacho inutilia habẽtur, inflationes pariunt, dentes gingiuasq; lædunt. Iuuen. Satyr. 10. 20, Frangendus misero gingiua panis inermi.

Russam defricare gingiuam. Catul in Gnatium, epigr. 37. 5.

¶ Gingiuula, gingiuulæ, pen. corr. Diminutiuum (ὀδάλιον) Apuleius, Complanatorem tumidulæ gingiuulæ.

Gingrio] gingris, gingrij, gingritum, gingrire, Anserum uocis propriũ est, authore Festo. Vnde genus quoddã tibiarum exiguarum, gingrinæ. Antiquum.

Girgillus] girgilli, Instrumentum quo fila reuoluuntur. Gallicum uulgus uocat, Vn Deuidoer.

Gith] uel git, n. g. indeclinabile (μελάνθιον) Genus seminis. Colum. lib. 7. Plin. lib. 29. ca. 17. 6, Gith, ex Græcis alij melanthion, alij melanspermon uocant. Optimum quàm excitatissimi odoris, & quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum. Plautus Rud. 30. 38, Os calet tibi, nũ gith frigefactas? Officinæ (inquit Ruellius lib. 3. cap. 51) Nigellam Romanam appellant, rura nostra Poeuretam, quasi piperacem dicunt, quòd odorata piperis modo referat acrimoniam, aut quia piperis uice in multis utantur. Ibidem plura: ubi contendit gith non esse, quam nigellam cognominãt. Est & gittago, authore Hermolao, quæ in frumentis crescit, herba inutilis seminis, git speciem referens.

G L

Glaber] glabra, glabrũ (ψιλὸς, ἄθριξ, λειοπάρυφος) Quod est læue & sine pilis. Varro 2. de Re rust. cap. 2. 21, Si quem glabrũ facere uelis. Mart. lib. 12. 34, Glaber crure. Sic, Glabræ sues, Colum. lib. 1. in Præf. 21.

¶ Glabrior, glabrioris, Comparatiuum à Glaber (ψιλότερος) Plaut. Asin. Tu istum gallum, si sapis, glabriorẽ reddes mihi quàm Volsus ludius.

¶ Glabellus, Adiectiuum, Diminutiuum (ὑπόψιλος.)

Glabella uocatur etiam id interstitium quod supercilia super nasum disterminat, quia sine pilis esse consueuit. Martianus Capella lib. 1, Quarum una deosculata philologiæ frontem illic ubi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas.

¶ Glabretum, glabreti, pen. prod. (ψιλών) Glabreta dicuntur loca in quibus propter aliquem humorem noxium segetes non proueniunt. Columel. lib. 2. cap. 9. 7, Ea glabreta signis adhibitis notari conuenit: ut suo tempore uitijs eiusmodi medeamur.

¶ Glabro, glabras (ψιλόω) glabrare, pilos auferre. Colum. lib. 12 cap. 53. 4, Quum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactantur: & uel aqua candente, uel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

¶ Glabreo, glabres (ψιλῶμαι) glabrere, pro eo quod est glabrum fieri: utitur Col. lib. 2. cap. 9. 7, Loca glabrentia.

¶ Glabresco, glabrescis (μαλάω) glabrescere, Glabrum fieri: id est, Sine pilis aut capillis aut plumis fieri, quod euenit nõnunquam alio morbo.

Glabrescit etiam area, quum herbis attritis complanatur. Col. lib. 2. cap. 20.

Glabrio] cognomen est Aciliorum, ab habitu corporis uni alicui impositum, quod depilis esset, & ab eo ad suos posteros propagatum. Glabri enim depiles sunt.

Glacies] glaciei. penul. prod. f. g. (πηγὰς, πρυμνὸς, πάγιτος, κρύσταλλος) Aqua congelata. Plin. lib. 8. cap. 28. 2, Aure ad glaciem apposita.

Frigidius glacie pectus. Ouid. epist. 1. 5.
Lucidior glacie. Ouid. 13 Metam. 171.
Glacies aspera. Virg. 10. eclog. 10.
Astricta uentis glacies. Ouid. 1. Metam. 25.
Cærulea glacie concretus. Virg. 1. Georg. 48.
Fragilis glacies. Ouid. 3. de Arte, 25.
Frigida glacies lædit molle pecus. Virg. 3. Georg. 59.
Indurata glacies. Vide Induro.
Iners stat glacies. Horat. 2. Carm. ode 9. 1.
Niualis glacies. Claud. 1. de raptu Proserp. 14.
Saucia glacies. Ouid. 2. Metam. 162.
Ignis exoluit glaciem. Lucret. lib. 6. 76.
Flumina trudunt glaciem. Virg. 1. Georg. 62.

¶ Glacio,

Digitized by Google

¶Glacio, glaciat (πηγνύω) glaciare, in glaciem conuertere. Plin.lib.14.cap.21.1, Glaciatæ moles prodigij modo.

Glaciare, pro Glaciari. Plin.lib.29.cap.3.ad finem. Fit autem hyeme, quoniam æstate non glaciat, nisi accepta cera.

Iupiter glaciat niues. Horat.3.Carm.ode 10.2.

Glaciari, in glaciem conuerti. Plin.lib.24.cap.13.4, Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

¶Glacians, Participium (πηγνύων) ut, Glaciantes auræ Boreæ, Valer.4.Argon.144.

Glaciatus, Aliud Particip. (πεπηγώς) Colum.lib.7.cap.82, Nec dubium, quin ficiramulis glaciatus casseus iucundissimè sapiat. Id est, coagulatus.

Humor glaciatur in gemmas. Plin.lib.8.38.2.

Humor glaciatus in grandines. Plin.lib.2.cap.39.2.

¶Glacialis, & hoc glaciale, pen.prod. (κρυμώδης) Quod in in glaciem astringi solet. Iuuen.Satyr.2.1,

Vltrà Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum. Col.lib.3.cap.1.5, Declinatio mundi glacialis.

Pretum glaciale. Claud.1.Paneg.35.

Frigus glaciale. Ouid.9.Metam.117.

Potus glacialis. Senec.Herc.fur.1.2.

Glacito] glacitas, pen.cor. glacitare, Proprium est uocis anserum. Author Philomelæ,

Ccaabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anser. Quidam legunt, glositat, alij gratitat.

Gladius] gladij, m.g. (μάχαιρα, νυγίς) Varro de Ling. Lat. Gladius, c in g commutato, à clade, quòd sit ad hostium cladem. Plaut. Trinum.4.68, —dedisti næ hoc pacto ei Gladium qui se occideret. Id est, ministrasti materiã & adumentum & perniciem.

Sica & gladius. Cic.3.in Catil.53.

Acutus gladius. Vide Acuo.

Cruentus gladius. Quintil.lib.4.cap.2.9.

Enormes gladij. Tacit.in uita Agricolæ.

Ingentes gladij. Tacit.in uita Agricolæ.

Gladius uagina uacuus. Cicero pro M.Marcel.10.

Cingere se gladio. Vide Cingo.

Cruento cum gladio comprehendi. Cic.2.de Orat.91.

Conficere gladio aliquem. Cicero pro Cecinna,60.

Gladio nostro conficere sententiam alicuius, quod alia formâ dicitur, Iugulare & conficere sermonem alterius: est uerbis nostris ita facere, ut eius sententia minus probetur. Cicero pro Cecinna,60, Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur necesse est.

Distringere gladium. Cicero.3.Offic.153.

Educere gladium è uagina. Cicero 2.de Inuent.131.

Eunt gladij per latus meum. Ouid.epist.10.18.

Extrahere gladium è uulnere. Quint.lib.4.cap.2.9.

Fabricare gladium Quintil.lib.3.cap.2.2.& lib.2.cap.16.4.

Finire dolorem gladio. Ouid.1.de Ponto, eleg.7.9.

Fulgens gladius. Cicero 5.Tuscul.87.

Imbuere scelere gladium. Vide Imbuo.

Incumbere gladio. Vide Incumbo.

Infigere gladium hosti in pectus. Vide Infigo.

Stricto gladio insequi aliquem. Cicero.2.Philipp.44.

Ire per ignes & gladios. Ouid.8.Metam.16.

Suo sibi hunc iugulo gladio. Erasmus, Suo gladio suóue telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur: aut qui suopte inuẽto, doloue capitur: deniq; in quem quocunq; modo seu dictum seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit. Translata metaphora ab his qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Terent.Adel.5.8.36.

Gladio plumbeo iugulare, est Futiliq; & argumento conuincere quempiam. Cicero ad Atticum, lib.1.11.4. Erasmus.

Micant gladij. Vide Mico.

Triste minantes gladij. Lucret.lib.1.65.

Nudare gladios. Vide post Nudus.

Obtundere gladios. Claud.8.Paneg.34.

Gladijs districtis portas occupauerunt. Cæsar 7.bel.Gall.45.

Percutere gladio. Vide Percutio.

Perfodi gladijs. Vide Perfodio.

Pectora gladio petit. Ouid.5.Metam.37.

Recondere gladium in uaginam. Cic.2.de Inuent.131.

Recondere gladium lateri. Ouid.12.Metam.97.

Mucrones gladiorum à iugulis nostris reiecimus. Cicero 3.in Catil.49.

Retundere gladios districtos. Cic.3.in Catil.49.

Stringere gladios. Virg.12.Aeneid.56.

Stricti gladij. Ouid.15.Metam.160.

Traiectus gladio. Ouid.epist.2.28.

Transegit seipsum gladio. Tacit.lib.14.

Gladius, piscis apud Plinium, lib.32.cap.11.3.

¶Gladiolus, gladioli, penult. corr. (μαχαίριον) Diminutiuũ.

Gladiolus herba quædam, quòd sit foliis gladij similis. Vide Plinium, lib.21.cap.11.4.

¶Gladiator, pen. prod. gladiatoris (μονόμαχος) Gladiatores dicuntur generaliter omnes qui gladijs pugnant, etiam discendi gratia antè quàm in ludũ producantur. Cic.3.Phil.149. Idem 7.Philip.228, Gracchorum potentiam maiorẽ fuisse arbitramini, quàm huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellauit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ij qui planè & Latinè loquuntur.

De gladiatorum origine ac causa Iulius Capitolinus habet hoc pacto: Multi dicunt apud ueteres hanc deuotionem contra hostes factam, ut ciuium sanguine litato, specie pugnarum fortunam satiarent. Alij hoc literis tradunt, quod uerisimilius uidetur, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, & nudos inter se coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent, aut uulnera & sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus uidetur, ut imperatores ad bellum proficiscentes, munus darent gladiatorium.

Familiæ gladiatorum. Cicero pro Sylla, 40.

Centum paria gladiatorum. Horat.2.Serm.Satyr.3.17.

Athletæ & gladiatores. Cicero in Orat.133.

Sicarij & gladiatores homines. Cic.pro Rosc.Amer.6.

Importunissimus gladiator. Vide Importunus.

Gladiator armorum inscius. Quintil.lib.1.cap.12.2.

Vetus ac nobilis gladiator. Cic.pro Rosc.Amer.10.

Bonus gladiator rudem tam citò accepit. Cic.2.Philip.82.

A gladiatore ceßisse lanista uidetur. Cic.pro.Rosc.Amer.70.

Cum bustuario gladiatore decertare. Cic.in Pisonem,14.

Gladiatori & militi armorum ars ludicra prodest. Cicero 2.de Orat.47.

Victus repetit gladiator arenam. Ouid.2.Trist.4.

Gladiatores nobiles. Cic.3.Phil.149.

¶Gladiatorius, Aduerbium (μονομαχικῶς) ut, gladiatorius ludus. Cicero in Catil.31.

Gladiatorius animus. Erasmus, Prouerbij speciem habet, quod legimus in Phormione Terentiana, Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam. Quo significatur, ita tendi ad nocendum alteri, ut id cum proprio etiã periculo tentetur; animo pertinaci, paratoq; uel perdere, uel perire. Nam gladiatori compositio ad certamen hæc pugnæ proposita sors est, aut occidere si occupauerit, aut occumbere si cessauerit.

Certamen gladiatorium. Cic.2.de Orat.173.

Gladiatorius congressus. Plin.lib.8.cap.2.1.

Gladiatorius locus. Cic.pro Murena,67.

Gladiatorium munus. Plin. lib. 19. cap. 18. 10.
Pugna gladiatoria. Cic. pro Milone, 71.
Gladiatorium quoq; ponunt sine adiecto scriptores, subaudito substantiuo. Liuius lib. 4. Decad. 5, Vix gladiatorio accepto, decem talentis, ab rege rex, ut in eam fortunam recideret. Subaudi, præmio.
Gladiatorium est stomachari: hoc est, gladiatorum publicorũ proprium, non autem uirorum fortium. Cic. 4. Tusc. 73.
¶ Gladiatura, gladiaturæ, pen. prod. f. g. (μονομαχία) Tacit. lib. 3, Adiuuatur è seruitijs gladiaturæ destinati.
Glandomiron] γλανδομιρον, Hispaniæ Taraconensis urbs Ptolemæo. Vulgò hodie Mundauedo.
Glans] glandis: uel Glandis, huius glandis, f. g. (βάλανος, ἀρυοβάλανος) Fructus arboris quercus. Plin. libro 7. cap. 56. 1, Ceres frumenta inuenit, quum antea glande uescerentur.
Glans fructus omnium arborum glandiferarum. Plin. lib. 16. cap. 5, Dulcissima est omniũ glans fagi. Virg. 4. Georg. 17. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Glandem quæ propriè intelligitur, ferunt robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Plin. lib. 16. cap. 6.
Glandis appellatione (inquit Caius in l. qui uenenum. ff. de uerb. & rer. signif.) omnis fructus, ut Iabolen. ait, continetur exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborũ species ἀκρόδρυα appellantur.
Glans cadua est, quæ ex arbore cecidit, inquit Paulus in l. syl. na cædua. ff. de uerb. signifi. Lucret. lib. 5. 274.
Glans cerrea Vide Cerrus.
Fagea glans. Plin. lib. 16. cap. 5. 2.
Hyberna glans. Virg. 10. eclog. 4.
Iligna glande nutritus aper. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 8.
Glans quernea. Col. lib. 9. cap. 1. 5.
Glans & pabulum. Cic. de Arusp. resp. 4.
Glans, plumbum in modum glandis formatũ, quod antiqui milites in bello iaculabantur. Salust. in Iugurth. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Hirt. 5. belli Asiatici, 73, Sagittasq; & tela uti fierent complura, curare, glandes fundere, fudes comparare. Stat. 1. Achill. 83.
Plumbea glans. Lucret. lib. 6. 36.
¶ Glandula, glandulæ, pen. corr. Diminutiuum (βαλάνιον)
Glandula (ἀδήν) caro glandulosa in sue, quæ ab antiquis boni saporis putabatur. Plautus Menæch. 5. 28, —Ot somari
Glandulam sullam, &c. Martialis,
Partitur apri glandulas palæstritis,
¶ Glandulosus, pen. prod. Adiectiuum (ἀδενώδης) Plenum glandulis. Col. lib. 7. cap. 9. 1, Qui porcũ laudat qui est amplæ & glandulosæ ceruicis.
¶ Glandium, glandij (ἀδήν) Pars quædam intestinorum est, ut inquit Priscianus. Alij uolunt esse partem apri iuxta ceruicem, uel ipsam ceruicem. In hac enim glandulæ positæ sunt. Plaut. Capt. 25. 7,
Arripuit gladiũ, prætruncauit tribus tergoribus glãdia. Idem Curc. 7. 44. Plin. lib. 8. cap. 51. 5. Idem lib. 16. cap. 38. 4, Quibusdam sunt tubera sicut in carne glandia. Idem lib. 17. cap. 6.
¶ Glandifer, pen. corr. Adiectiuũ (βαλανοφόρος) Quod glandes producit. Cicero 1. de Leg. 3,
Quare glandifera illa quercus ex quo olim euolauit
Nuntia fulua Iouis, &c. Ex quodam poeta. Ouid. 12. Metamorph. 66.
Glandiferæ & fructuosæ arationes. Cic. 2. Philip. 100.
¶ Glandarius, Adiectiuum (βαλανικὸς) Denominatiuũ à glande: ut, Glandaria sylua, quæ seruatur glandis ferendæ causa. Cato. cap. 1. 3.

Glanum] γλανὸν, Saliorum ciuitas in Gallia Ptolemæo. gò Gap.
Glanus] uel Glanis (γλανὶς) Piscis genus. Plin. lib. 9. cap. 43, Cantius qui & glanis uocatur, auersos mordet hamos, deuorat, sed esca spoliat.
Glaphyrus] pen. corr. (γλαφυρὸς) festiuus, iucundus, ornatus, politus. Mart. lib. 4. 5.
Vendere nec uanos circa palatia fumos:
Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro.
Glarea] glareæ, pen. corr. (ψηφὶς) Minutissimi lapilli, qui in fluuiorum ripis, uel maris littoribus reperiuntur. Colum. lib. 2. cap. 2. 8, Qui cum parte dimidia lapides minutos uel nudam glaream repererint. Idem lib. 6. cap. 23, Stabula sunt optimæ saxo aut glarea strata.
Puluis & glarea. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 7.
Glarea & arena. Col. lib. 11. cap. 3.
Dura glarea. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 12. (Seruius.
Ieiuna glarea: id est, sicca & sterilis terra. Virgil. 2. Georg. 43.
¶ Glareola, glareolæ, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Glareolam manu effundens.
¶ Glareosus, pen. prod. Adiectiuum, plenum glarea. Plin. lib. 26 cap. 8. 40, Silaus nascitur glareosis et perennibus riuis, cubitalis, apij similitudine.
Glareosa & saxosa amat ficus. Col. de Arboribus, cap. 21. 1.
Glareosi riui. Plin. lib. 26. cap. 8. 40.
Glareosa & sabulosa arua. Col. lib. 2. cap. 10. 18.
Glareosa saxa. Liuius 1. bell. Pun. 115.
Glastum] glasti (γλάστον) Herba qua fullones pannos inficiunt. Plin. lib. 22. cap. 1, Simile plantagini glastum in Gallia uocatur: quo Britannorum coniuges nurusq; toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Aethiopum colorem imitantes. Cæsar etiam author est, Britannos se hac inficere, quo horridiori sint aspectu in pugna. lib. 5. bell. Gall. 56.
Glaucito] glaucitas, pen. corr. Verbum propriũ catulis. Author Philomelæ, 12, Glaucitat & catulus: at lepores uagiũt.
Glaucium] γλαύκιον, Herbæ genus sylueſtris & erraticæ, Rhœa uocatur: alij Paralion dicunt. Nascitur in afflatu maris; aut nitroso loco. Hæc Plin. lib. 20. cap. 19. 2, Glaucion, inquit Hermolaus, foliis densis, minoribus quàm papaueris, sordidioribusq; gustu amaro, cum quadam astrictione. Granum habet croceæ coloris.
Glaucoma, Glaucopis] Vide Glaucus.
Glaucus] Adiectiuum (γλαυκὸς) Quod admistum habet uiridi colori alborem quendam. Vnde Virgilius glaucas salices, & oliuas, & uluam & equum dixit. Gell. lib. 2. cap. 26. Sed ne uiridis quidem color pluribus quàm à nobis uocabulis dicitur. Neq; non potuit Virgilius colorem equi significare uiridem uolens, cæruleum magis dicere equũ quàm glaucum: sed maluit uerbo uti notiore Græco, quàm inusitato Latino. Nostris autem Latinis ueteribus cæsia dicta est, quæ à Græcis γλαυκῶπις, ut Nigidius ait, de colore cæli, quasi cælia. Plin. lib. 9. cap. 36. de conchylijs loquens, Vnde conchylijs pretia quis uirus graue in fuco, color austerus in glauco, & irascenti similis mari?
Glaucus amictus. Virg. 12. Aeneid. Vbi Seruius, Glauco amictu, quasi propter undarum similitudinem.
Arundo glauca. Virg. 10. Aeneid. 41.
Fronde glauca canentia salicta. Virg. 2. Georg. 3.
Fructus glauci oliuæ. Claud. 2. in Eutrop. 55.
Glauci oculi, idem qui & cæsij, quales sunt felis & leonis, & noctuæ oculi. Plin. lib. 8. cap. 21. 4, Atq; hinc ab Homero γλαυκῶπις ἀθήνη est appellata, hoc est Pallas cæsios & glaucos oculos habens: quòd antiqui summam puellarum pulchritudinem:

Digitized by Google

chritudinem in glaucis oculis constituebant.
Oliua glauca. Stat. 2. Sylu. 20.
Glauca spadices. Virg. 2. Georg. Vbi Seruius, Glauci, cilineis oculis: id est, splendore perfusis.
Glaucus] piscis. Plin. lib. 9. cap. 16. 4, Quidam rursus æstus impatientia, medijs feruoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratæ. Idem lib. 39. cap. 11. 11, tradit glaucum æstate non apparere.
Glaucus] γλαῦκος, Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Troianis uenit: cum quo Diomedes memor ueteris hospitij iunctis dextris amicitiam iniit, armaq; commutauit ænea pretio nouem boum, cum illius aureis armis, quæ centum erant boum. Author Homerus Iliados 6. Glaucus piscator, ut habetur in fabulis, pisces captos supra ripam explicuit, donec retia siccarentur. At illi contacta herba colligentes sese in mare prosilierunt. Glaucus eam herbam degustans, immortalitatem adeptus est, ut est apud Ouid. libro 13. Metam. Glaucus Antenoris Troiani filius, ab Agamemnone interfectus, ut est author Dictys Cretensis. Glaucus, Sisyphi filius, qui apud Potniam regnauit, equas alebat humana corpora pascentes, à quibus, & ipse postremo deuoratus. Author Probus grammaticus, Seruius uerò dicit Glaucum Potniaden, sacra Veneris spernentem, ab equabus suis, quibus ad currum utebatur, dilaceratum. Virgil. 3. Georg. 54. Alius fuit Minois filius. Alius inter ministros Vulcan. commemoratur ab Herod. Alius item Lemnius statuarius apud Stephanum.
Biformis glaucus. Claud. de raptu Proserp. 3.
¶ Glaucinus, pen. corr. Adiectiuum (γλαυκοειδής) Glauci colorem habens. Martialis lib. 9. 18,
Pallia donauit glaucina Cosme tibi.
¶ Glaucoma penult. corr. glaucomatis, n. g. & Glaucomatum, glaucomati: & Glaucoma, glaucomæ (γλαύκωμα) Vitium eius humoris in oculis, qui crystallinus appellatur, nempe dum in colorem glaucum mutatur. Plaut. Milite, 4. 69,
Glauconam ob oculos obijciemus: eumq; ita
Faciemus, ut quid uiderit, non uiderit. Plin. lib. 29. cap. 6. 10, Glaucomata dicunt magi cerebro catuli septem dierũ emendari, &c.
¶ Glaucopis, pen. prod. (γλαυκῶπις) Vide Glauci oculi, in Glaucus.
Gleba] glebæ (βώλαξ, βῶλος) Cæspes terræ: dicta quòd sit quasi globus. Cic. pro Cecin. 44, Quid igitur, si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? Idem 2. de Nat. deor. 117.
Cæspes & gleba. Cic. pro Cecinna, 45.
Putris gleba. Virg. 1. Georg. 9.
Vuistræ glebæ. Silius lib. 7. 53.
Adimere glebam de aliquorum agris. Cic. 3. de leg. Agrar. 2.
Inertes glebas rastris frangere. Virg. 1. Georg. 19.
Humare glebis. Cic. 2. de Legib. 89.
Iniecta in os alicuius gleba. Cic. 2. de Legib. 89.
Supinatus Aquiloni ostendere glebas. Virg. 2. Georg. 53.
Agri glebam possidere. Cic. 5. Verr. 22.
Sitiens gleba. Claud. de bello Gildon. 31.
Ligonibus uersare glebas. Horat. 3. Carm. ode 6. 8.
Virens gleba: id est, cæspes. Iuuen. Satyr. 12. 9.
Siccis uruntur semina glebis. Horat. Epod. 16. 12.
Glebæ non solum de terra dicitur. Plin. lib. 36. cap. 67, Inter hos primum ut arbitror, marmoreos parietes habuit scena M. Scauri, non facilè dixerim sectos an solidis glebis positos. Et cap. 19. ad finem, Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa.
¶ Glebarius, Adiectiuum. Varro libro 6. de Lingua Latina, Equeis ut dicti ualentes gleb arij, qui facilè proscindunt glebas, &c.
¶ Gleboſus, pen. prod. Adiectiuum (βωλακώδης) Plin. lib. 35. cap. 15. 2. de sulphure, Genera quatuor, uiuum quod Græci apyron uocant, nascitur solidum, hoc gleboſum. Hoc est, in formam glebæ.
¶ Gleboſior, Comparatiuum. Plin. lib. 35. cap. 16. 1, Altera gleboſior candida.
¶ Glebula, glebulæ, pen. corr. Diminutiuum (βωλάριον) Col. lib. 6. 16, Lapillisq; carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena emittit area.
Gleſſum] gleſi, Electri species. Plin. lib. 37. cap. 3. 1, Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari gleſſum. Itaq; & à nostris unam insularum ob id gleſſariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classicus rem gerente, Austrauiam à Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundãtia: densatur rigore uel tempore autumnali.
Glèucinum] pen. corr. (γλεῦκινον) Oleum mustum, hoc est, expressum antequam oliuæ in torcular subigantur. γλεῦκος, mustum. Gleucini olei compositionem, uide apud Col. lib. 12. cap. 51. 1. Plin. lib. 23. cap. 4. 13.
Glis] gliris, m. g. (ἐλλὸς) Animal muri simile, quod nutritur in arboribus, & bonam partem anni somno consumere dicitur. Vide Plin. lib. 8. cap. 57. Martialis,
Somniculoſos ille porrigit glires. Idem lib. 13. 59.
Glirarium] glirarij (ἐλλοτροφεῖον) Locus in quo nutriuntur glires. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 1, Glirarium dissimili ratione habetur, quòd non aqua, sed maceria locus sepitur.
Gliſco] gliſcis (ἐπιδιδωμι) gliſcere, Crescere est. Festus. Plaut. Asina. 16. 62, Pulchrè hoc gliſcit prælium. Idem Capt. 11. 28. Cic. in Hortensio, Ad iuuenilem libidinem copia uoluptatum gliſcit illa, ut ignis oleo. Gellius lib. 2. cap. 7, Eadem autem ipsa quæ crescente luna gliſcunt, deficiente contrà luna deficiunt.
Numero gliſcere. Tacit. lib. 4.
Flatu gliſcit anhelo. Valer. 2. Argon. 56.
Gliſcit authoritas. Tacit. lib. 4.
Certamen gliſcit. Tacit. lib. 20.
Cutis gliſcit. Stat. 1. Thebaid. 22.
Dignatio sacerdotum gliſcit. Tacit. lib. 4.
Discordia gliſcit. Tacit. lib. 4.
Flagitia gliſcunt. Tacit. lib. 14.
Infamia gliſcit. Tacit. lib. 14.
Inuidia crudelitatis gliſcit. Tacit. lib. 15.
Libido pugnandi gliſcebat. Silius lib. 7. 44.
Luxuria interim gliſcebat. Tacit. lib. 16.
Multitudo periclitantium gliſcebat. Tacit. lib. 3.
Periculum gliſcit. Claud. 2. Eutrop. 79.
Potestas gliſcebat. Tacit. lib. 3.
Præcordia gliſcunt. Valer. 3. Argon. 128.
Rabies gliſcit. Plaut. Capt. 11. 28.
Sæuitia gliſcit. Tacit. lib. 5.
Menti tumor atq; audacia gliſcit. Stat. 9. Thebaid. 157.
Accenso gliſcit uiolentia Turno. Virg. 12. Aeneid. 2.
Gliſcere dicitur terra, hoc est, pinguescere. Col. lib. 2. Idem lib. 2. cap. 14, Quod etiam in faba cæterisq; leguminibus, quibus terra gliſcere uidetur, ueriſimile est accidere.
¶ Gliſcens, Participium (ἐπιδιδοὺς) ut,
Adulatio gliſcens. Tacit. lib. 1.
Famam in dies gliſcentem fors discussit. Tacit. lib. 18.
Malum gliſcens. Silius lib. 7. 71.
Negotia gliſcentia. Tacit. lib. 11.



Digitized by Google

Pericula gliſcentia. Tacit. lib. 15.
Pernicies gliſcens. Tacit. lib. 15.
Seditio gliſcens. Liuius 6. ab Vrbe, 60.
¶ Gliſcere menſæ. Turnebus, Gliſceras menſas, inquit, opimas, opiparas, copioſas, & creſcentibus epularum ferculis refertas, à gliſcendo dici de grammaticis didicimus. Inde etiam gliſceis partem quandam ſuis uocatam crediderim, quæ in eduliis non contemnendis erat, Præciſum, inquit Næuius, omaſum, pernam, callum, gliſceis, glandia. Hæc Turneb.
Globuli] Cupreſſi fructus. Vide Galbuli.
Globus] globi (σφαῖρα, τρόμβος, σφαίρωμα) Corpus ſolidũ undiq; rotundum. Virg. 6. Aeneid. 145.
Lucentemq; globũ Lunæ. Cic. 2. de Nat. deor. 68, Quumq; duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis, &c.
Globus, Quicquid eſt rotundum, non cõcauum. Plaut. Pœn. 6. 4.
—in fundas infundebam grandiculos globos,
Ego illos uolantes iuſſi fundarier.
In cælo animaduerſi globi. Cic. 1. de Diuin. 158.
Nodoſus globus. Stat. 1. Sylu. 5. 12.
Globus (σύγκλημα) Multitudo hominum, ſiue aliorum animalũ, aut alterius cuiuſcunq; rei ſimilis, collecta & quaſi conglobata. Liu. 8. ab Vrbe, 162, Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.
Globus armatorũ. Liu. 4. ab Vrbe, 264. Et lib. 1. 20, Globus iuuenum. Et lib. 3. 197, Globus mulierum.
Hoſtiles globi: id eſt, hoſtium cateruæ. Claud. 1. Paneg. 21.
Cordis globus. Lucret. lib. 4. 24.
Flammarum globos attollit Aetna. Virg. 3. Aeneid. 115.
Lanæ globi. Horat. 1. epiſt. 13. 3.
Picei globi. Valer. 3. Argon. 27.
Sanguinis globos uomit. Quid. 12. Metam. 48.
Stellarum globi terræ magnitudinem facilè uincebant. Cic. in Somn. Scip. 13.
Globus terræ eminens è mari. Cic. in Tuſc. 106.
Terra, globus. Cic. in Somn. Scip. 11, Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio uides, quæ terra dicitur.
¶ Globulus, pen. corr. Diminutiuũ (σφαίριον) Plin. lib. 33. cap. 5. 3, Cum tinxere pictores, orobitin uocant: eiusq; duo genera faciũt, Luteam quæ ſeruatur in lomenta, & liquidam globulis ſudore reſolutis.
Globulus, genus edulij: de quo Cato cap. 29, Globulus, inquit, ſic facito, &c.
¶ Globoſus, pen. prod. Adiectiuum (σφαιροειδὲς) Id eſt, rotundus. Cicero de Vniuerſ. 22. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur.
Globoſum corpus. Col. lib. 10. 37. Lucret. 2. 95.
Globoſa forma. Cic. 2. de Nat. deor. 70.
Mundus globoſus. Cic. 2. de Nat. deor. 173.
Globoſa ſaxa. Liuius 8. bell. Maced. 124.
Globoſæ ſtellæ & rotundæ. Cic. in Somn. Scip. 11.
Terra ſolida & globoſa. Cic. 2. de Nat. deor. 142.
Globoſus turbo. Cic. 2. de Nat. deor. 128. Ex quodam poeta.
Globoſitas, penult. corr. atis. Macrobius lib. 1. in Somn. Scip. cap. 15, Globoſitas terræ habitationes omnium æquales ſibi eſſe non patitur.
¶ Globo, globas (σφαιρόω) globare, Aliquid ſolidum in rotunditatem componere. Plin. lib. 2. cap. 2, Formam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe nomen in primis, & conſenſus in eo mortalium orbem appellantium.
Globari paruis orbibus. Plin. lib. 2. cap. 65. 4.
Globari in rotunditatem. Plin. lib. 18. cap. 13. 4.
Nubes globantur. Plin. lib. 18. cap. ult. 14.
Glocido] glocidas, pen. corr. glocidare, Proprium eſt gallinarum, quum ouis incubituræ ſunt: quod fit crebris ſingultibus, interiecta uoce acuta. Feſtus.
¶ Glocio, glocis, glociui, glocitũ, pen. prod. glocire, Idem quod glocidare. Columel. lib. 8. cap. 5. 3, Obſeruare debet cuſtos, dum edent oua, ut ea quæ nata ſunt, recolligantur: notẽturq; quo quæq; die ſint edita: & quàm recentiſſima ſupponantur glocientibus.
Glomus] glomi, maſ. ge. & glomus, glomeris, pen. corr. n. g. (ἀγκὼν, τρόμβος) Eſt globus ex filo factus. Plin. lib. 36. cap. 13. 8, Quo ſi quis improperet ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat. de Labyrinthis.
¶ Glomero, glomeras, pen. corr. (τρομβόω) glomerare, Implicare, & in globi, hoc eſt, ſphæræ figuram filum inducere, inquit Sipontinus.
Lanam glomerabat in orbes. Ouid. 6. Metam. 4.
Glomerare per translationẽ, Congregare & accumulare. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. 3, Cibatui offas poſitas, eæ maximè glomerantur ex ficis & farre miſto. Celſus lib. 7, Maximè ubi inter ſe uenæ implicatæ glomerantur.
Glomerans annus. Cic. 1. de Diuin. 36. Ex poeta.
Glomerantur aues. Virg. 6. Aeneid. 62.
Glomerata clades. Cic. 2. Tuſc. 45. Ex Aeſchylo.
Niues glomeratas agit Corus. Silius lib. 3. 160.
Glomerantur nubes. Virg. 9. Aeneid. 3.
Hinc atq; hinc glomerantur. Virg. 1. Aeneid. 101.
Glomerari puluere. Plin. lib. 12. cap. 17. 2.
Glomerari in orbem. Virg. 4. Georg. 16.
Agmina cerui glomerant fuga. Virg. 4. Aeneid. 31.
Greſſus glomerare ſuperbos. Virg. 3. Georg. 23.
Ventus incendia glomerat. Virg. 2. Georg. 63.
Manum glomerare bello. Virg. 2. Aeneid. 63. Bello, ad bellum. Seruius.
Saxa ſub auras glomerat. Virg. 3. Aeneid. 115.
Nubes tempeſtatem glomerant. Virg. 1. Georg. 65.
¶ Glomeratio, Verbale (συμβωσις) Plin. lib. 8. cap. 42. 12. de equis, Quibus nõ uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.
¶ Glomeramen, pen. prod. glomeraminis, n. g. (τρόμβωμα) Lucret. lib. 2. 138, Diſſimiles igitur formæ glomeramen in unũ conueniunt.
¶ Glomerarius. Seneca in Controuerſ.
¶ Glomeratim. pen. prod. Aduerbium. Macrobius lib. 6. Saturnal. cap. 4. Vide Vomitaria, in Vomo.
Gloria] gloriæ (κλέος, κύδος, δόξα, σύνλεια) Cic. 2. de Inuẽt. 244, Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quint. Conſentiens laus bonorum, gloria appellatur.
Gloria eſt illuſtris ac peruagata multorum & magnorum uel in ſuos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum. Cic. pro Marcello, 15. & 16.
Gloria, eſt ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata: ea eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute. Cic. 2. Tuſc. 6.
Ex omnibus præmijs uirtutis ampliſſimum eſt gloria. Cic. pro Milone, 74.
Auidior gloriæ. Vide Auidus.
Clarus gloria, & authoritate grauis. Cic. 2. de Orat. 84.
Gloria cumulatior. Vide Cumulus.
Cupidus gloriæ & altiſſimus animus. Cic. 1. Offic. 94.
Splendoris & gloriæ cupidus. Cic. 1. Offic. 65.
Cupiditas gloriæ. Quintil. lib. 7. cap. 3. 10.
Vita breuis, curſus gloriæ ſempiternus. Cic. pro Seſtio, 38.

Gradus

Digitized by Google

Gradus gloriæ dispares, honorũ pares sunt. Cic. pro Planc. 49.
Gloria palmæ, Victoria. Virg. 3. Georg.
Fructus ueræ uirtutis, gloria. Cic. in Pisonem, 44.
Ostentatio & gloria. Cic. pro Rab. Posth. 23.
Gloria & laus. Cic. 1. Phil. 21.
Dulcis gloria. Cic. Anteq. iret in exil. 4.
Hortatrix animosi gloria lethi. Stat. 9. Thebaid. 144.
Magna apud oẽs gloria nomen Annibalis. Cic. 2. de Orat. 42.
Magna gloria nostri æui. Ouid. epist. 21. 19.
Matura gloria. Vide Maturus.
Militaris gloria. Tacit. in uita Agricolæ.
Nualis gloria. Vide Nauis.
Operosa gloria. Ouid. epist. 2. 13.
Romana gloria Quintil. lib. 1. cap. 10. 14.
Solida ueraq; gloria. Cic. Bruto, 3. 3.
Vera, grauis, & solida gloria Cic. 5. Philip. 200.
Abijcere gloriam & deponere. Cic. 2. de Orat. 116.
Honorem & gloriam acquirere. Cic. Appio, lib. 3. 7. 15
Acquirere ad gloriam. Vide Acquiro.
Immortalem gloriam non adimunt, si uitam eripiunt. Cic. Antequam iret in exilium, 14.
Afficere gloria. Vide Afficio.
Amplificare gloriam. Vide Amplifico.
Gradibus gloriæ uidentur homines ascẽdere. Cic. pro Mil. 74.
Auferre gloriam. Vide Aufero.
Capere maximam gloriam ob amicitiam summa fide seruatam. Cic. de Amicit. 25. Vide Capio.
Circunfluens gloria. Vide Circunfluo.
Commendare sempiternæ gloriæ aliquem. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 22. Vide Commendo.
Concedere alicui de gloria. Tacit. lib. 19, Ne Antonio, Varoq; de gloria concederet.
Consequi gloriam. Consequor.
Aeternam gloriam consequi. Cic. Planc. lib. 10. 14. 4.
Propriam ingenij gloriam consequi. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 22.
Cumulare gloriam bellicam eloquentia. Vide Cumulo.
Summa & perfecta gloria constat ex tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Cic. 2. Offic. 43.
Defloratæ gloria. Liuius lib. 8. Decad. 4.
Laudis gloriæq; mercedem uirtus desiderat. Cic. 5. Philip. 189.
Diuulgata gloria. Lucret. lib. 6. 2.
Immortalem gloriam dare, & sempiternam turpitudinem infligere. Cic. in Pisonem. 50.
Dicitur maximè gloria optimus quisq;. Cic. pro Archia, 19.
Ducere in gloria. Plin. lib. 31. cap. 6. 3.
Gloria se & prædicatione efferre. Cic. in Parad. 17.
Excellit maximè gloria is, qui uirtute plurimum præstat. Cicero pro Plancio 49.
Falsa gloria Philosophiam exornare. Cic. 2. Tusc. 17.
Expetẽda gloria magis est, si pecunia tantopere expetitur. Cic. 2. de Orat. 62.
Fama, gloria, doctrina, plurimis artibus, imperio et laude bellica floruit Græcia. Cic. pro Flacco, 50.
Habere gloriam cum modo. Tacit. lib. 15.
Dicendi gloriam maiorem habere. Cic. de clar. Orat. 129.
Habet formã honestatis et similitudinẽ gloria. Cic. 5. de Fin. 121.
Incenduntur omnes gloria ad studia. Vide Incendo.
Insistere in gloria. Vide Insisto.
Intendere gloriam, pro Augere. Tacit. lib. 4.
Iuncta inuidiæ gloria. Vide Iungo.
Mactare perfidum ultioni, & gloriæ. Tacit. lib. 2.
Multiplicare gloriam. Vide post Multus.
Niti ad gloriam immortalem. Vide Nitor.
Parere gloriam. Quintil. lib. 3. cap. 7. 9.
Parta gloria. Ouid. epist. 20. 23.
Ponere in gloria. Vide Pono.
In gloria referre. Vide In.
Veram gloriam repudiare, leuis est animi splendorem lucemq; fugientis. Cic. in Pisonem, 44.
Ad gloriam & splendorem in imperio & dignitate omnia reuocare. Cic. pro Flacco, 21.
Sepositæ & discors gloria. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 3.
Sequitur gloria uirtutem tanquam umbra. Cic. 1. Tusc. 177.
In gloria esse. Vide In.
Sit in æterna gloria Marius. Cic. 4. in Cat. 93. Et 3. Offic. 114. In maxima & gratia futurus sit & gloria.
Nulla est gloria asellos præterire. Martial. lib. 12. 23.
Titillat gloria. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 36.
Vertere aliquid ad gloriam. Tacit. lib. 13.
¶ Gloriola, pen. corr. Diminut. (δοξίδιον) Cic. ad Luceium lib. 5. 12. 34, Et nosmetipsi uiui & gloriola nostra perfruamur. Idem ad Cæsarem, libro 7. 5. 9, Hisce eum ornes gloriolæ insignibus.
¶ Glorioſus, pen. prod. Adiectiuum (κλεινὸς, κλυτὸς, εὔδοξος, ὑπόκυδας) Præclarus, excellens, & qui in magna gratia est. Plaut. Epid. 4. 52,
—magnus mules Rhodius, raptor hostium Glorioſus.
Glorioſum consilium. Cic. ad Att. lib. 160. 5.
Illustria & glorioſa facta. Cic. 1. de Finib. 57.
Fuga Ciceronis sibi glorioſa, patriæ calamitoſa. Cicero 1. de Diuin. 104.
Glorioſa mors. Cic. 2. de Finib. 156.
Magnifica & glorioſa ostentatio ciuitatis. Cic. pro Flacco, 41.
Præpotens & glòrioſa Philosophia. Cic. 1. de Orat. 95.
Glorioſus etiam in malam partem usurpatur, pro superbo, ut propriè sit inanis gloriæ cupidus & ostentator, & qui ad gloriã refert quicquid aut facit aut dicit. Plaut. Truc. 4. 52,
Vos nequam & glorioſæ, malæq;, &c. Plin. epist. 53. b, Miserat etiam epistolas Romam ad aniculam quandam iactantes & glorioſas.
Glorioſus miles, apud Terentium & Cic. lib. 1. Offic. 192.
Magnificum illud etiam, Romanisq; hominibus glorioſum, ut, &c. Cic. 2. de Diuinat. 8.
Præclarum & glorioſum. Cic. 2. Philipp. 49.
Ad immortalitatem memoriæ glorioſum. Cic. 3. de Leg. 31.
In priuatis glorioſa, multo magis in regibus commemoranda tur. Cic. pro Deiotaro, 29.
Glorioſum in uulgus. Cic. 4. Acad. 254.
Glorioſum mihi. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 6.
Populari fama glorioſum, ut consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum. Cic. 2. de Finib. 80.
Glorioſum & Inuidioſum, contraria. Cic. 1. Philipp. 25.
¶ Glorioſè, pen. prod. Aduerb. (σὺν λώβῃ) Cum gloria & laude. Plin. de Viris illustr. 47, Ipse quadragies quater accusatus, glorioſè absolutus, Carthaginem delendam censuit. Cic. ad Cælium. lib. 2. 11. 6, Satis glorioſè triumpharem.
Glorioſè, in malam partem. Cic. 2. de Finib. 142. Idem 3. Tusc 87, Quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, glorioſè loqui desinant.
Glorioſè amiciri. Plaut. Persa, 9. 5.
Exordiri non glorioſè. Cic. 2. de Orat. 18.
Glorioſè mentiri. Cic. pro Milone, 53.
¶ Glorior, gloriaris (κυδιάω, κυδιόω, καυχάομαι, καμπάω, μεγαλαυχέω, μεγαλοφρονέω) gloriari, De se iactanter aliquid pronuntiare, & gloria se & prædicatione efferre. Cicero 5 Verr. 150, Vt tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris. Sic, Cæsar 1. bell. Ciuil. 13, Inter suos gloriari.

Gloriari

Gloriari apud aliquem. Cic. 1. Offic. 110.
Gloriari contra aliquem. Cic. 5. Tusc. 40.
Gloriari de re aliqua. Cic. 3. de Finib. 43.
De suis rebus gestis gloriari. Cic. pro Domo sua, 72.
Gloriari de se. Cic. de Senect. 74.
De misera uita nemo gloriari potest. Cic. 3. de Finib. 43.
Gloriari in re aliqua. Cic. 1. Tusc. 76.
Quibus rebus quis in seipso gloriatur, easdem in alijs reprehendat non concedit. Cicero pro Ligario, 12.
Gloriari insolenter. Cæsar 8. bell. Gall. 108.
More senum gloriari. Cic. de Senect. 74.
Nimis gloriari. Cic. de Arusp. resp. 14.
Factis equitum gloriantur ciues, lætantur socij, gemunt hostes. Cic. Antequam iret in exil. 18.
Gloriari nominibus ueterum. Cic. in Orat. 96.
Gloriari, cum accusatino. Cic. de Senect. 28, Equidem posse uellem idem gloriari quod Cyrus.
Se peragrasse omnes prouincias gloriari. Cic. 2. de Orat. 143.
Alicui gloriari. Cic. in Pisonem, 1.

¶ Gloriandus (κυδιωτέος) Particip. Cic. 5. Tusc. 71. Beata uita glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est.
Prædicabile aut gloriandum nec in misera uita quicquam est. Cic. 5. Tusc. 70.

¶ Glorians (κυδιῶν) Aliud participium. Cicero 1. de Natura deor. 97, Quod & non prædicanti tamen facilè quidem crederem, sicut mali ædificij domino glorianti se architectũ non habuisse.

¶ Gloriatio, Verbale (κυδίωσις) Cicero 4. de Finibus, 82, Illud uerò minimè consectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam uitam. Sic libro 3. 43, Ex qua efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam uitam.

¶ Gloriabundus (μεγαλήγορος) Qui gloriatur. Gellius lib. 5. cap. 5, Cõtemplatione tanti & tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspicit.

Glos] glotis, f. g. (γλάως) Viri soror, inquit Festus. Nonius, Glos appellatur mariti soror, atq; eadem fratris uxor.

Glossa] glossæ (γλῶσσαι) Latinè lingua dicitur. Plaut. Casin. 15. 15,
—timeo hoc negotium quidem,
Nisi hæc nimiùm γλῶσσαν uspiam percussit flore liberi.

Glossa à Quintiliano secretioris linguæ interpretatio dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 25.

¶ Glossema, pen. prod. glossematis (γλώσσημα, χόλιον) Quintilianus libro 1. cap. 14, Circa glossemata etiam, id est, uoces minus usitatas, non ultima eius professionis diligentia est. Varro libro 6. de Lingua Latina, exponens uersum Ennij; Cælitum Camilla expectata aduenis, salue hospita Camilla: Camilla, inquit, qui glossemata interpretati, dixerunt administram. Addi oportet, In his quæ occultiora. Mosellanus: Colligere licet, glossemata, & glossas apud Fabium priscas & poeticas uoces rectè intelligi, quas idem Fabius iam antè linguam secretiorem interpretatus est, & hic uoces minus usitatas appellat. Sic apud Diomedem intelligendum est glossematicum dicendi genus. Qui itaq; apud ueteres, has uoces interpretabantur, in Græcorum cõmentarijs glossographi dicuntur, Hactenus Mosellanus. Vide Cælium, lib. 13. cap. 4. Afranius Gallus apud Suetonium in libello de claris Grammat. 22, Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit,
Qui caput ad læuam didicit, glossemata uobis
Præcipit, os nullum uel potius pugilis.

Glottis] glottidis, pen. cor. f. g. (γλωττίς) Latinè lingua dicitur. Hinc Plin. lib. 10. cap. 23, auem (quæ rex coturnicum appellatur) glottida uocauit. Glottis, inquit, prælongam exerit linguam, unde ei nomen.

Glubo] glubis (ἀποδέρω) glubere, Corticem detrahere. Cato de Re rust. cap. 33, Salictum suo tempore cædito, glubito, arcteq; alligato, librum conseruato.
Glubere. Catull. ad Cælium, 54. de Lesbya,
Nunc in quadriuijs, & angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes.
Glubi pecus dicitur, ut Festus ait, cuius pellis trahitur.
Glubere ramos, Distringere, ualde stringere, inquit Nonius. Varro de Re rust. lib. 1.

Gluma] glumæ (ἰλυτροφ) hordei tunicula est, inquit Festus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 48. de frumento, Granum dictum quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quæ ut acus tenuis longa eminet è gluma. Proinde ut grani theca sit gluma, & apex arista. Paulo pòst, Videtur uocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubitur granum.

Gluten] glutinis, siue glutinum, glutini, pen. corr. neut. gen. (κόλλα) Colla dicitur Græcè. Plin. lib. 11. cap. 39. 5, Boum corijs glutinum excoquitur, taurorumq; præcipuum. Idem lib. 26. cap. 8. 17, Taurinum gluten. Idem lib. 13. cap. 12, Glutinum uulgare è pollinis flore temperatur feruente aqua, minimo aceti aspersu.

¶ Glutinosus, pen. prod. Adiectiuum, Tenax. Plin. lib. 35. cap. 16. 1, Prioris laus ut recens sit, & leuis, linguaq; glutinosa Colum. lib. 3. cap. 11. 9.

¶ Glutino, glutinas, pen. corr. (κολλάομαι) glutinare, Coniungere, ferruminare. Plin. lib. 35. cap. 15. 7, Vis bituminis, quæ sulphuris, sistit, discutit, contrahit glutinat. Idem, Quo genere sistitur & sanguis, & uulnus glutinatur.

¶ Glutinamentum, glutinamenti (κόλλησις) Compactio, coniunctio. Plinius libro 13. cap. 12, Deprehenditur & lentigo oculis, sed inserta medijs glutinamentis tenia. De chartis loquitur.

¶ Glutinator, pen. corr. glutinatoris (κολλητής) Cicero Attico, lib. 4. 73. 2, Etiã uellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cætera administris, ijsq; imperes ut sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Glutio] glutis (καταπλύω) glutire, Deuorare. Iuuenalis Satyr. 4. 3, Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus
Indaperatorem.
Glutire uocem. Plin. 10. cap. 12. 4. De coruis.

Glutus] Adiectiuum, ab antiquis usurpatum pro unito & bene subacto. Cato cap. 45, Locus bipalio subactus siet, beneq; glutus siet. Plin. lib. 17. cap. 18. 1.

Glycere] Glyceres, amica Menandri fuit, de qua Martialis,
Nec glycere, uerè Thais amica fuit. Sensus est, Glycere erat Menandri poetæ amica, quod ex Glyceres Græcis ad eum epistolis, quæ hodieq; extant, cognoscimus: Thais tamen ab eo sic in comœdijs introducta frequenter & celebris reddita est, ut ipsa uideatur, non Glycere Menandri amica fuisse. Hæc Turneb.

Glycon] γλύκων, Vir apud Horatium 1. Epist. 1. 6. robustissimus, & gladiatoria quadam totius corporis firmitate:
Nec quia desperes inuicti membra Glyconis, &c.
Fuit & Glycon, medicus Pansæ apud Romanos. Cicero in epistolis ad Brutum, Tibi Glycona medicum Pansæ, qui sororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentissimè commendo. Audimus enim uenisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodiriq; ut parricidam. Vide Suetonium in Augusto.

Glycyrrhiza] γλυκύῤῥιζα, Dulcis radix Ragalicæ.



Digitized by Google

G N

**Gnaphalium** ] gnaphalij (γναφάλιον) Herba inuentitijs, Plin. lib. 27. cap. 10. 5, Gnaphalion, alij chamæzelon uocãt, cuius fõlijs albis mollibusq; pro tomento utuntur. Hinc etiã uulgò Cotonaria appellatur.

**Gnarus** ] gnari, uel Narus (εἰδήμων, ἐπιστήμων) dicitur sciens & peritus alicuius rei. Plinius libro 9. cap. 35. 6, Concha ipsa quum manum uidet, comprimit sese, operitq; opes suas, gnara propter illas se peti. Cicero in Orat. 8, Gnarumq; quibus orationis modis quoq; animorum partes pellerentur, de Pericle.

Gnarus sum loci eius. Plaut. Rud. 5. 18. Col. in Præfat. Armorum ac malitiæ gnaros. Plin. lib. 9. cap. 8. 11, Gnarus temporis multitudo.

Rerum gnarus. Silius lib. 7. 85.

Reipublicæ gnarus Sisenna. Cic. de clar. Orat. 121.

Gnari tergi nostri tortores. Plaut. Asin. 11. 6.

Gnarus, pro Cognito. Tacit. lib. 1, Trudebanturq; in paludem gnaram uincentibus, iniqua nescijs. Item, libro 15, Idq; nulli magis gnarus, quàm Neroni.

Huic dictioni Gnarus præposita est litera G, quo dulcius sonaret: quemadmodum factũ est dictionibus Gnarus & gnotus. Cicero in Orat. 89, Noti erant, & naui, & nari, quibus quũ IN præponi oporteret, dulcius uisum est, ignoti, ignaui, & ignari dicere, quàm ut ueritas postulabat.

¶ Gnarior, Comparatiuus. Arnobius lib. 3. aduersus gentes.

¶ Gnaritas, pen. corr. gnaritatis (ἐπιστημοσύνη) Salustius: nanq; alij fiducia gnaritatis locorum occulta fuga sparsi, alij globis eruptionem tentauere.

¶ Gnaruris, pro Gnarus uox antiqua & obsoleta. Plautus,

Simul gnaruris uolo esse hanc rem mecum. id est, gnaros. est enim accusatiuus pluralis. Hac etiam usus est in prologo Pœnuli, Ad argentum nunc uicissatim uolo remigrare, ut æquè mecum sitis gnarures. id est, gnari. In Lexico etiam Latino græco reperi gnarurem γνώσιμον, & gnaruras γνωρίσεις. Hæc Turnebus.

**Gnatho** ] Gnathonis, pen. prod. Vir Siculus, ob gulam uoracitatemq; famosissimus. Vide Philoxenus. Vsurpatur pro homine impuro & nihili. Cicero 2. Philipp. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cuiusneminem nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. O' fœditatem hominis flagitiosam.

**Gnathos** ] γνάθος, Latinè gena, maxillãue dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium Gnatho parasitus.

**Gnatus** ] gnati, m. g. (γίνος) Filius. Eadẽ ratione præponitur illi G, quæ dictioni Gnarus. Dulces gnati. Lucre. lib. 4. 248.

Marcus sit huic unicus gnatus domi. Vide Maneo.

Aetas gnati non est ad præcepta. Cic. pro Plancio, 48.

**Gnauus** ] Adiectiuum (δραστήριος, φιλόπονος) Celer, strenuus, à nauium celeritate. Plaut. Mostel. 3. 12, Simul autem gnauos esse ad hanc rem mecum uos omnes uolo.

Iuuenta gnaua. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 3.

Gnauus mane fõrũ, & uespertinus pete tectũ. Hor. in epi. 6. 4.

¶ Gnauiter, pen. corr. Aduerbium (δραστηρίως) Diligenter. Liuius 10. ab Vrbe, 194, Ibi aliquandiu nec cessatũ ab armis, nec gnauiter pugnatum.

Gnauiter agere aliquid. Horat. 1. epist. 15.

Gnauiter illum amo. Plaut. Cistel. 2. 76.

**Gneus** ] & corporis insigne, & prænomen, à generando dicta esse, & ea ipsa ex Græco γίγνεσθαι apparet. Festus.

**Gnide** ] Piscis genus: quã nos Vrticam uocamus. Plin. lib. 31. cap 11. Alij scribunt Cnide.

**Gnidus** ] Promontorium Cariæ, apud Melam lib. 1. cap. 16. Nunc Cabo de Chio uocatur, ut scribit Oliuarius in Melam.

**Gnidus** ] κνίδος, ciuitas Lyciæ, quæ duos portus habuit, & in fronte insulam, quæ stadia septem ambitus complectebatur: theatralis, & alta aggeribus iuncta continenti. Vide Volaterranum lib. ).

Regina Gnidi Venus. Horat. 1. Carm. ode 30. 1.

¶ Gnidius, Adiectiuum (κνίδιος) ut, Gnidia Venus. Cic. de Diuin. Et 6. Verr. 119.

**Gnoma** ] gnomæ, appellatur, inquit Festus, genus machimulæ cuiusdam, quo regiones agri cuiusq; cognosci possunt. quod genus Græci dicunt γνώμονα. Et est gnoma, quæ Latinè dicitur Sententia. Vide Quintilianum lib. 8. cap. 5.

¶ Gnomon, gnomonis, mas. ge. (γνώμων) Regula, Stylus horas indicans, cuius umbra internoscuntur horæ. Plin. lib. 2. cap. 72. gnomonem solis umbilicum uocari dicit.

¶ Gnomonice, ces, pen. corr. fœm. gen. Plin. lib. 2. cap. 76. Vmbrarum hanc rationem, & quam uocant Gnomonicen, inuenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus: primusq; horologiũ quod appellãt sciotericon, Lacedæmone ostendit.

**Gnosos** ] κνωσσὸς, Vrbs Cretæ in plano sita, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo, appellata fuit à fluuio. Ea fuit Minois regia. Hinc

¶ Gnosius, (κνώσιος) Ex ea urbe ciuis. Gnosia regna. Virg. 3. Aeneid. 23. 10. Sic, Gnosia stella. Virg. 1. Georg. 45.

Humus Gnosia. Ouid. epist. 4. 14.

Littora Gnosia. Catul. Argon. 59. 35.

Pharetra Gnosia. Propert. lib. 2. eleg. 13. 2.

¶ Gnosiacus, pen. corr. Aliud adiectiuum (κνωσιακὸς) ut,

Corona Gnosiaca. Stat. 1. Syl. 6. 18.

Regnum Gnosiacum. Ouid. 9. Metam. 134.

¶ Gnosius, aliud adiectiuum. Lucan. lib. 37,

—Gnosiasq; agitare pharetas.

¶ Gnosis, Gnosidos, pen. corr. f. g. (κνωσὶς) Ouid. Epist. 21. 5, Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amauit. Intelligit Ariadnen.

G Ô

**Gobæum** ] γόβαιον, promontorium, Galliæ oppidum apud Ptolemæum. Vulgò Le four.

**Gobeũ** ] in Britannia minore, nũc dicitur Sanctus Matthæus.

**Gobio** ] gobionis, m. g. uel Gobius, gobij (κωβιὸς) Piscis, qui si littoralis est, Venetis nomen retinet: si uerò fluuiatilis, is sanè erit qui à nostris uulgò appellatur Gouion. Plin. lib. 9. cap. 57. 3, Eadem in Ponti apprehendi glacie piscium, maximè gobiones, non nisi patinarum calore uitalem molem motum fatentes. Mart. lib. 13. 88,

Principium cœnæ gobius esse solet. Colum. lib. 8. cap. 17. 13, Et cammarus, exiguusq; gobio.

**Gobrias** ] γοβρίας, Vir Persa nobilis, unus ex his qui cum Dario coniurarunt. Nam erat Darij socer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, ut ostendit Herodotus circa initium libri 7.

**Gonorrhœa** ] e (γονορροίας) Vitium est membri genitalis, nidelicet quũ præter uoluntatẽ emittit semen. Firmic. lib. 3. cap. 7, Mors illi per gonorrhœã, id est, seminis defluxum, fertur.

**Gordius** ] γόρδιος, Rex Phrygiæ, primò rusticus. Nam quũ Phryges oraculum consuluissent super electione regis: responsum est, ut illum crearent regem, qui primus templum intraret. Itaq; primus uenit Gordius rusticus, lora plaustri portans. Qui rex factus, lora illa in memoriam rei suspendit in tẽplo Iouis: quæ ita erant perplexa, & cõnexa, ut difficillimè possent dissolui, & ferebatur oraculum, ut qui lora illa dissolueret, regno potiretur. Hinc Gordianus nodus, prouerbium, de quo uide Erasmum in Chiliadibus, & Strabonem, libro 12.

**Gorgias** ] γοργίας, Leontinus, Siculus rhetor, Empedoclis disci-

Digitized by Google

clis discipulus, Isocratis autem & aliorum philosophorum & rhetorum præceptor. Quint. lib.3.cap.2.7.
Concinnitatis princeps Gorgias. Cic. in Orat. 94.
Magister Isocratis Gorgias. Cic. de Senect. 12.
Isocrates adolescens senem Gorgiam in Thessalia audiuit. Cic. in Orat. 102.
Gorgiæ tantus honos est habitus à Græcia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. Cicero in Orat. 71.
Centum & septem compleuit annos Gorgias. Cic. de Senect. 12.
Numerosa oratione maximè delectabatur Gorgias. Cicero in Orat. 45.
Leontinus Gorgias se ad omnia, de quibus quisq; audire uellet, esse paratum denuntiabat. Cicero de Orat. 51. Idem 2. de Finibus, 2.

Gorgones] pen. corr. (γόργονες) dictæ sunt Phorci filiæ, scilicet Scilla, Medusa, Sthenio, quæ Dorcades insulas in Oceano Aethiopico sitas habitasse dicuntur contra Hesperidos hortos. quæ ab agilitate nomen habent. γοργὸν enim, agile uel terribile dicunt. Scribit Diodorus fœminas fuisse in Aphrica bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earũ reginam Medusam debellauerit ac interfecerit. Vide Ouidiũ lib. 4. Metam. ad finem.

Gorgones tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ omnes unum oculũ habebant, quo inuicẽ utebãtur: Sthenio, Euryale, Medusa. Serenus tamen dicit puellas fuisse unius pulchritudinis: quas quum uidissent adolescentes, stupore torpebant: unde fingitur, quòd si quis eas uidisset, uertebatur in lapidem. Hactenus Seruius in 6. Aeneid.

¶ Gorgo, siue Gorgon, dicta est Medusa, apud poetas ex Gorgonibus tantum celebris.

Os Gorgonis pulcherrimũ, cinctum anguibus. Cic. 6. Verr. 111.
Rigida cum Gorgone Perseus. Claud. 1. in Ruff. 57.
Sæua Gorgone effulgens Pallas. Virg. 2. Aeneid. 123.
Tristis Gorgo. Valer. 3. Argon. 11.

¶ Gorgoneus, Possessiuum (γοργόνιος) Ouid. 4. Metam. 156, Gorgoneas tetigisse domos.

Anguis Gorgoneus. Ouid. 3. de Arte, 100.
Hydræ Gorgoneæ. Claud. 2. de raptu Proserp. 45.
Gestatrix Gorgonei monstri. Valer. 4. Argon. 130.

¶ Gorgophorus, penult. corr. Adiectiuum (γοργοφόρος) ut, Pallas Gorgophora: quasi Gorgonem ferens. In eius enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. Cicero Anteq. iret in exil. 15.

Gorgonia] γοργονία, inquit Plin. lib. 37. cap. 10. 24, nihil aliud est quàm corallium: nominis causa, quòd in duritiem lapidis mutatur.

Gorgonius] Viri proprium malè olentis. Horat. 1. Serm. Satyr. Pastillos Ruffilus olet, Gorgonius hircum.

Gorgythion] Vir Troianus, Priami & Castianiræ filius: forma & uiribus præstans, ut dicit Homerus lib. 8. Iliad.

Gortyna] pen. prod. (γόρτυνα) Vrbs Cretæ, pulchris cincta muris, teste Homero lib. Iliados 1. quam, teste Solino, Lenæus præterfluit amnis, per quem Europam tauri dorso usq; ad eam portatam ferunt. Vulgò Cortyn.

Arundo Gortynis. Lucan. lib. 6. 42. Id est, sagitta Gortynia, siue Cretensis. Gortynis enim patronymicum est fœminimum, pro possessiuo.

¶ Gortynius, Adiectiuum (γορτύνιος) ut, Spicula Gortynia. Stat. 3. Thebaid. 73.

Tecta Gortynia. Catul. Argon. 59. 25.

Gossipion] neut. ge. (ξύλον) Frutex laniger, de quo Plin. lib. 19. cap. 1, Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipion uocant, plures xylon, ideo lina inde facta, xylina. Paruus est, similemq; barbatæ nucis defert fructum. cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla sunt eius in candore mollitiáue præferenda. Vide Xylon.

Gotthi] γότθοι, Immanes Scythiæ populi, qui Italiam, & deinde Hispaniam inuaserunt. Gotthorum historiam uide apud Volaterranum.

Gotthia] γοτθία, Regio Europæ contermina Daciæ & Noruegiæ.

G R

Grabatus] Grabati, pen. prod. Lectus exiguus, in quo meridiari antiqui solebant. Cicero 2. de Diuinat. 193, Venit enim iam in contentionem, utrum sit probabilius, deósne immortales, rerum omnium præstantia excellentes, cõcursare omniũ mortalium, qui ubiq; sunt, non modò lectos, uerumetiam grabatos. Martialis,

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa. Idem lib. 1. 88,

Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati. Vbi Sipontinus, Grabatum proprie uocamus exiguum lectum, in quo meridiari solemus: dictum quasi carabatum, quòd in eo capite recumbamus. κάρη enim caput, βατὸν peruium Græci appellant. Catul. de Varo, 10. 17.

T. Gracchus] τιβέριος & γάιος, Gracchorum ex Cornelia Africani sorore pater, Proconsul, Celtiberos in deditionem accepit: ac monumentum operum suorum, Gracchorum oppidum in Hispania construxit, ut Liuius refert. De hoc scribunt Plutarchus & Valerius. Filij huius T. Gracchi, Tiberius & Caius, ambo eloquentes: quorum eloquentiæ mater Cornelia multum cõtulit. Verùm & doctior & eloquentior fuit Caius, qui erat maior natu, quo nemo plenior, nemo uberior fuisse fertur. Grandis erat uerbis, sapiens sententijs, genere toto grauis. Constat autem hos homines fuisse seditiosissimos, de quibus Iuuenalis,

Quis tulerit Gracchos de seditione quærentes?

¶ C. Gracchus, præcipuus sorum temporum Orator. Qu. lib. 1. cap. 10. 22.

¶ Gracchanus, penult. prod. Adiectiuum, Quod est Gracchi. Quint. lib. 11. cap. 3, Aut Gracchanum illud, Quò me miser conferam?

Gracchuris] γαγχουρὶς, Vrbs Hiberæ regionis: dicta à Graccho Sempronio, quæ antea Illurcis nominabatur. Fest.

Gracilis] & hoc gracile, pen. cor. (ἰσχνὸς, ἀραιὸς, σφριγῶν, λιπὴς) Tenue, ac corpore macilentum. Terentius Eunucho, 2. 3. 22,

Haud similis uirgo est uirginum nostrarum, quas matres student.

Demißis humeris esse, uincto pectore, ut graciles sient.

Artus graciles. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 5.
Arundo gracilis. Senec. Hipp. 6. 15.
Capellæ graciles. Ouid. 1. Metam. 61.
Corpus gracile. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 5.
Gracilis & putris lapis. Plin. epist. 236.
Gracilis liber. Martialis lib. 8. 25.
Gracile marmor. Plin. epist. 101. l. lib. 5.
Gracili nucleo glans. Plin. lib. 12. cap. 21. 2.
Graciles uindemiæ. Plin. epist. 197.
Vmbra gracilis. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 18.

¶ Gracilitas, pen. corr. (ἰσχνότης, λιπότης) Corporis habitus tenuior. Cicero de claris Orat. 173, Erat eo tempore in nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis, procerum & tenue corpus, &c.

Exigere gracilitatem stylo. Quin. lib. 1. cap. 92.

¶ Gracilitudo, pen. prod. gracilitudinis (ἰσχνότης) Accius Amphitryone, Tamen & statuæ gracilitudo, & propemodum luctus

luctus facit ne dubitem. Nonius.

¶ Gracilentus, Adiect. (ἰσχνὸς) Idem quòd Gracilis. Eunius lib. 7, Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nonius.

¶ Gracilens, penul. corr. gracilentis, om. gen (λεπτὸς) Næuius Proteſilao, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens ſit. Nonius.

¶ Gracileſcó, gracileſcis (ἰσχναίνομαι) gracileſcere, Gracile & tenue fieri. Plin. lib. 17. ca. 22. 6, Quum aliàs feſtinatione pariendi gracileſcat.

Gracus] graci, m. g. (λοιδὸς) Auis eſt minimè canora, ſed tamẽ odioſe garrula atq; obſtrepera. Dicta uel à uoce: uel, ut Varro ait, quòd gregatim uolitet: uel à gerendis baccis.

¶ Graculus, gráculi, penul. corr. Diminutiuum (λοφαίας) Plin. lib. 11. cap. 29. 5, In Lemno inſula certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referãt. Graculos quoq; ob id colunt, aduerſo uoluta occurentes earum exitio. Idem lib. 10. cap. 29. 1.

Gradatim, Gradatio, Gradior, Gradiuus] Vide Gradus.

Gradus] huius gradus, m. g. (βαθμὸς, βῆμα, βάσις, βαθμὶς, βάθρον) Sipont. Gradus hi ſunt ex quibus ſcalæ conſtãt, & per quos ad ædificiorum altiora conſcenditur: à gradiendo, hoc eſt, eundo dicti, quòd per eos eatur. Cic. ad Attic. lib. 4. 76. 6, Gradus templorum ab infima plebe completi erant.

Sublimes gradus. Ouid. 1. Faſt. 128.
Aedificare gradus. Cic. pro Cluent. 74.
Aſcendere gradibus in cælum. Cic. pro Domo ſua, 58.
Multis gradibus aſcendere. Cic. 5. de Finib. 73.
Conuellere gradus. Vide Conuello.
Altos gradus euaſerat. Virg. 4. Aeneid. 137.
Gradibus ſurgebant limina. Virg. 1. Aeneid. 91.
Scalarum gradus ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos hærentes relinquas, periculum ſtruis, non aſcenſum paras. Cecinna Cic. libro 6. 7. 8.
Gradus cognationis, apud Iuriſconſultos deſcribuntur.
Diſtare gradus aliquot ab uno. Ouid. 13. Metam. 29.
Gradus, Gradientium pedum uiciſſitudo. Virg. 3. Georg. 38.
— gradibuſq; ſonare Compoſitis.
Citatis gradus. Seneca Medea, 12. 3.
Gradu infauſto. Ouid. 3. Metam. 3.
Gradu pleno, Liu. 1. Decad. lib. 4.
Præceps gradus. Senec. Herc. Oeth. 4. 5.
Veſanus gradus. Senec. Medea, 9. 14.
Abducere gradum. Vide Abduco.
Accelerare gradum. Vide Accelero.
Incitato accurrit gradu. Senec. Theb. 10. 28.
Acuere gradus. Stat. 6. Theb. 118.
Addere gradum, pro Accelerare. Liu. 3. Decad. lib. 6.
Adiuuare gradum baculo. Senec. Herc. fur. 9. 16.
Aequare gradus alicuius. Silius lib. 16. 80.
Approperare gradus. Vide Appropero.
Celerare gradum. Virg. 4. Aeneid. 129.
Colligere gradum. Silius lib. 7. 140.
Conferre gradum. Virg. 3. Georg. 33. Vide Confero.
Continere gradum. Virg. 3. Aeneid. 119.
Corripere gradum. Horat. 1 Carm. ode 3. 7.
Dirigere inuitum gradum. Senec. Theb. 1. 13.
Verſo gradu diſcedere. Ouid. 4. Metam. 68.
Efferre gradum foribus. Silius lib. 11. 23.
Facere gradum. Cic. 2. de Orat. 138.
Facere gradum, Aliter. Vide poſt Gradum iacere.
Modico gradu ire. Vide Modus.
Tardis gradibus errare. Ouid. 11. Metam. 72.
Fœmineo corpora ferre gradu. Ouid. 3. de Arte, 60.
Ingentes ferre gradus. Ouid. 3. de Arte, 61.
Virgineos ferre gradus. Ouid. 8. Metam. 8.
Flectere gradum retro. Senec. Herc. fur. 9. 12.
Ebrio gradu marcidum incedere. Seneca Medea, 2. 3.
Inferre gradum. Liuius. Vide Infero.
Minuere gradum ſuum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 6.
Seniles moliri gradus. Senec. Hipp. 4. 15.
Gradu mouere, Eſt retro agere, Propellere retrorſum. Liuius, Primum gradu mouerunt hoſtem.
Niti gradu. Vide Nitor.
Ouans gradus. Valer. 2. Argon. 108.
Proferre gradum. Stat. 12. Theb. 2.
Promouere gradum. Stat. 12. Theb. 100.
Rapido proſiluit gradu. Senec. Oedip. 14. 2.
Retrahere gradum. Stat. 11. Theb. 110.
Reuocare gradum. Virg. 6. Aeneid. 26.
Siſtere gradum. Virg. 6. Aeneid. 93.
Suſpenſus gradus digitis. Ouid. 1. Faſt. 85.
Suſtinere gradum. Ouid. 6. Faſt. 80.
Tangere locum gradu: id eſt, peruenire ad locũ. Ouid. 3. Met. 8.
Tremulo gradu uenit ægra ſenectus. Ouid. 4. Metam. 29.
Verte e gradum. Stat. 8. Theb. 28.
Deijci de gradu: id eſt, de Conſtantia & animi magnitudine. Cicero lib. 1. Off. 113.
Gradum facere ad aliquam rem, & aditum, Quod barbari facere ingreſſum dicunt. Cic. 2. de leg. Agrar. 46.
Ad Rempublicam gradus. Cic. de Aruſp. reſp. 3.
Gradus tuos & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. Cicero de claris Orat. 124.
Facere gradum ad aliquid. Quint. lib. 3. cap. 6. 7, Gradum facere (ait Valla libro 5. cap. 26) non eſt tranſitum facere, ſed aliquam rem gradum & quaſi ſcalam ad alia facere.
Notitiam primosq; gradus uicinia fecit. Ouid. 4. Metam. 12. De Pyramo & Thisbe.
Imperij gradus ex Sicilia in Africam Romanis factus. Cicero 4. Ver. 2.
Facilem gradum adipiſcendi Conſulatus relinquere. Cicer. pro Muræna, 13.
Venire gradibus. Cic. 1. de Nat. deor. 122.
Aetatis gradus. Cic. Appio, lib. 3. 11. 9.
Scandere gradus adultæ ætatis. Lucret. lib. 2. 225.
Fortunæ gradus. Cic. pro Corn. Balbo, 13.
Neceſſitudinum gradus non idem erunt qui & temporum. Cic. 1. Off. 81.
Gradus officiorum. Cic. 1. Off. 224.
Officij primum gradum ſeruare. Cic. pro Quintio, 42.
Oratorum & doctorum gradus. Cic. de claris Orat. 46.
Petitionis gradus inter æquales. Cic. 5. Phil. 198.
Gradus ſapientiæ. C. Marius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 5.
Societatis hominum plures ſunt gradus. Cic. 1. Off. 78.
Sonorum gradibus deſcendere. Cic. 3. de Orat. 126.
Intendere & remittere ſonorum gradus. Cicero de claris Orator. 32.
In cauſis tres ſunt gradus. Cic. in Partit. 54.
Temporum gradus ſeruantur. Cic. in Partit. 7.
Gradus, Exiſtimatio, & honoris locus. Cice. 2. Philip. 33, An in illa querela miſera quidem & luctuoſa, ſed mihi pro gradu iniquo S. P. Q. R. collocauit, neceſſaria?
De gradu dignitatis dimoueri, Ab exiſtimatione priſtina deijci & deturbari. Cic. lib. 2. Tuſcul. 100.
Omni gradu ampliſſimo dignißimus, & ſui ordinis facilè princeps. Cic. Trebiano, lib. 6. 10. 4.
Deiectio gradus. Modeſt. in l. 3. ff. de re militari, Pœnæ militum huiuſcemodi ſunt: caſtigatio, pecuniaria multa, munerũ in-



Digitized by Google

dictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio.
Altissimus dignitatis gradus. Cic. Post. red. in Senatu, 1.
Amplissimus gradus dignitatis. Cic. pro Murena, 27.
Inferior gradus aut interitus aut seruitutis. Cicero de Arusp. resp. 56.
Senatorius gradus. Cic. pro leg. Manil. 42.
Stabilis & non expers dignitatis gradus. Cic. in Orat. 125.
Summus honoris gradus. Cic. 10. Philipp. 271.
Altiorem gradum ascendere. Cic. 2. Off. 90.
Ascendere ad altiorem gradum. Vide Ascendo.
Ascendere unum gradum dignitatis. Cic. pro Murena, 51.
Magistratum gradibus ascendere. Cic. de claris Orat. 154.
Assequi dignitatis aliquem gradum. Ci. Antequam iret in exil. 8. Et pro Cluentio, 120.
Collocare in gradu. Vide Colloco.
Militiæ gradu deiici. Modestinus in l. 3 ff. de Re militari.
Per honorum gradus ad summum imperium efferri. Cicero 1. in Catil. 20.
Poni in altissimo gradu præter spem alienis opibus. Cicero pro Sest. 7.
Suum cuiq; honorem & gradum reddere. Cicero pro Rosc. Amer. 18.
Honoris gradum spectare. Cic. pro Milone, 17.
Tenere gradum Consularis dignitatis. Cic. 3. Off. 135.
Firmare gradum, prehensis inuicem manibus. Quintilian. lib. 3. cap. 4. ad finem.
Gradus, Pro Occasione & facultate & præparatione. Cic. Attico, libro 7. 141. 3, Mihi uenit in mentem, multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quòd mulieris reuertissent. Budæus.

¶ Gradior, graderis, penul. corr. gressus sum (βαίνω, πορεύομαι) gradi, Incedere, ire, ambulare, progredi. Virg. 1. Aeneid. 64, —ipse uno graditur comitatus Achate. Cic. 2. de Nat. deor. 181, Iam uerò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.

Gradi ad naues. Virg. 8. Aen. 44. Ad mortem, Cic. 1. Tus. 178.
Pedatim gradi. Vide Pes.
Gradi uiam. Colum. lib. 6. cap. 37. 9.
Gradiens degrauat littora ingenti passu. Ouid. 3. Metam. 167. de Polyphemo.
Lentè gradiens asellus. Ouid. 11. Metam. 36.

¶ Gressus, Participium (πεζοσυμβάς) Virg. 6. Aen. 127, —& pariter gressi per opaca uiarum.

¶ Gressus, huius gressus, m. g. (βάδισμα, διάβημα, ἴδμα) Incessus. Cic. 1. Off. 182, Cauendum est autem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, &c. Virg. 3. Georg.
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Presso gressu, cui opponitur Pleno gradu. Ouid. 3. Metam. 1.
Superbus gressus. Silius lib. 16. 89.
Volucer gressus. Stat. 10. Theb. 27.
Admouere gressus. Stat. 11. Theb. 112. Vide Admoueo.
Ardentes gressus. Valer. 7. Argon. 23.
Comprimere gressus. Virg. 6. Aeneid. 78.
Properos coniungere gressus. Valer. 4. Argon. 36.
Deflectere gressum. Senec. Thyest. 5. 5.
Exultans gressus. Silius lib. 10. 60.
Anxios gressus ferre. Senec. Troad. 6. 42.
Attonito gressu ferri. Senec. Octau. 7. 12.
Lapsantem firmare gressum. Silius, lib. 3. 128.
Inferre gressus. Virg. 4. Georg. 72.
Iungere gressus. Claud. 2. de rapt. Proserp. 2.
Properatus gressus. Silius, lib. 3. 33.
Rapere gressus. Lucan. lib. 3. 24.

Recipit ad limina gressum. Virg. 11. Aeneid. 6.
Celeres domum referte gressus. Senec. Medea, 10. 22.
Reprimere gressum. Stat. 10. Theb. 78.
Tendit gressum ad mœnia. Virg. 1. Aeneid. 83.
Succidui titubant gressus. Claud. 3. de rapt. Proserp. 31.
Turbatus gressus. Stat. 11. Theb. 104.
Auidos gressus ad littora uertit. Valer. 1. Argo. 38.

¶ Gressio, huius gressionis. Aliud uerbale. Pacuuius in Paulo apud Macrobium. lib. 6. Saturn. cap. 5, Quamuis capri genno pecori grandior gressio est.

¶ Gradatus, penul. prod. Adiectiuum (κλιμακώδης) In modum graduum factus. Plin. li. 13. cap. 4. 3. Densis, gradatisq; corticum pollicibus. Plin. Iunior epist. 101. e, Omnia macerie muniuntur: hanc gradata buxus operit, & subtrahit.

¶ Gradatio, (κλῖμαξ) apud Rhetores. Author ad Herenn. lib. 4, Gradatio est, in qua non antè ad consequens uerbum descenditur, quàm ad superius conscensum est, hoc modo, Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet licet, & quod licet possunt, & quod possunt audent, & quòd audent faciunt, & quod faciunt, uobis molestum non est? Cicero 3. de Orat. 115, Est etiam gradatio quædam & conuersio & uerborum concinna transgressio.

¶ Gradarius, Adiectiuum (ἱππος σύς) ut, Gradarij equi, qui sine succussatione molliter incedunt. Lucul. lib. 14, Ipse equus non formosus, gradarius optimus. Seneca epist. 40, per metaphoram Ciceronem gradarium uocauit, cuius oratio lentè incedebat.

¶ Gradatim, penul. prod. Aduerbium (κλιμακηδόν) Id est, gradibus, siue per gradus. Plin. lib. 33. capit. 4. 10, Fossæ in quas profluat, cauantur, agogas uocant: eæ sternuntur gradatim.

Gradatim descendere. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 3.
Redire gradatim sursum uersus. Cic. in Orat. 74.
Gradatim (ἄλλω) pro sensim, paulatim, & ut ait Sipontinus Ordinatè & lentè.
Pedetentim & gradatim. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14. 16.
Minutatim & gradatim addere aut demere. Cic. 4. Acad. 91.
Ascendere gradatim ab humilioribus uerbis ad superiora. Cicero in Partit. 29.
Gradatim assequi honores. Cic. ad Quirites post red. 4.
Deducere gradatim ad pauciores, postremò ad singulos uniuersitatem generis humani. Cic. 2. de Nat. deor. 144.
Minutatim & gradatim interrogare, Quod quidam dicunt, Per puncta & partes. Cic. 4. Acad. 165.
Peruenire gradatim aliquò. Cic. 1. de Nat. deor. 121.
Gradatim respondere. Cic. 1. Tusc. 89.
Gadatim habere amicos. Plin. epist. 30. 4.

¶ Gradilis, & hoc gradile: ut, Gradilis panis, qui quibusdam in gradibus plebi Romanæ diuidi uiritim quotidie solebat. Ad huius rei confirmationem duo Prudentij testimonia addam luculenta: unum hoc,
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis. Alterum,
Quæ regio gradibus uacuis ieiunia dira Sustinet? aut quæ ianiculo mola mota quiescit? De pane enim hic gradili loquitur, & molis pistrinorum, ubi pinsebatur.

¶ Gradiuus, penul. prod. (ἆρης) Mars, appellatus est à gradiendo in bella ultrò citroq;: siue à uibratione hastæ, quod Græci dicunt κραδάνειν: uel, ut alij dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretatur quia corona graminea in re militari maximæ est honorationis. Hactenus Fest. Gradiuus Mars, inquit Seruius, dicitur quum sæuit: quum tranquillus, Quirinus. Deniq; in Vrbe duo eius templa sunt: unum Quirini intra urbem, quasi custodis & tranquilli: alterum, in Appia uia extra urbem prope portam, quasi belatoris

Digitized by Google

latoris,uel Gradiui.
Belligere Gradiuus.Senec.Hipp.2.21.
Mangnus Gradiuus.Ouid.6.Metam.86.
¶ Gradiuicola,penul.corr.(ἀρεσσκόος)Silius lib.4.45,
Et Gradiuicolam celso de colle Tudertem.
Græcia] Græciæ(ἑλλάς)Regio omnibus nota,dicta à Græco primo eius prouinciæ rege.Cic.pro Flacco, 50,Hæc cuncta Græcia,quæ fama,quæ gloria,quæ doctrina,quæ plurimis artibus,quæ etiam imperio & bellica laude floruit,paruum quendam locum Europæ tenet.semperq; tenuit, Asiæ maritimam oram bello superatam cinxit urbibus,&c.Ibidem plura de Græciæ laudibus.
In angustijs & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. Cicero 1.pro lege Agraria,89.
Magna Græcia olim in Italia fuit.Cic.2.de Orat.84.
Mendax Græcia.Iuuen.Satyr.10.18.
Princeps eloquentiæ Græcia.Cic.1.de Orat.7.
Permiscere Græciam.Vide Permisceo.
¶ Græcus(ἕλλην,γραικὸς)Qui est ex Græcia.Cic.pro Flacco, 50,Quis ignorat, &c. Quin tria Græcorum genera sint uerè?quorum uni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur:Aeolis alteri,Doris tertij nominabantur.
Doctissimus Græcorum Heliodorus.Horat.1.Serm. Satyr.5.1.
Doctrina perridicula Græcorum.Cic.2.de Orat.43.
Familiaritatis Græcorum neq; tam fideles sunt,infident nõ nostris solùm,uerùm etiam suis.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.24.
Luxuria & leuitas Græcoum.Cic.pro Flacco,55.
Homo leuitate Græcus,crudelitate barbarus.Cic.pro Flac.19.
Contentionis quàm ueritatis cupidiores Græci. Cicero 1.de Orat.25.
Vetere Græcia digni perpauci sunt Græci. Cicero Quinto fratri,lib.1.1.24.
Fallaces sunt permulti & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi Græci. Cicero Qu. fratri, libro 1.1.24.
Omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt Græci.Cic.Qu.fratri,lib.1.1.23.
Artibus Græci,Galli robore,Hispani numero, Pœni callidita-te ualent.Cic.de Aruisp.resp.17.
¶ Græcus,Adiectiuum(ἑλληνικὸς,γραικὸς) ut, Chartæ Græcæ.Horat.2.epist.1.33.
Exemplaria Græca.Horat.de Arte,55.
Græcis literis studere.Cic.de claris Orat.38.
Literulis Græcis imbutus.Horat.2.epist.2.2.
Locutio Græca.Cic.de claris Orat.140.
Græco more bibere.Cic.3.Verr.45.Vide Pergræcari.
Græca mercari fide, apud Plautum.Vide Mercor.
Ad calendas Græcas,prouerbium,pro Nunquam. Græci enim Calendis carent.Vide Erasmum.
Oratio Græca plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latinè dicendi affert.Cic.de claris Orat.172.
Conuertere è Græco in Latinum.Vide Conuerto.
Versiculi Græci.Horat.1.Serm.Satyr.10.7.
Via Græca ire.Cic.Mario,libro 7.1.10,Græcos ita non ames, ut ne ad uillam quidem tuam uia Græca ire soleas. Ironicè. Sensus enim est, Tantũ inquit,abest ut Græcos ames,ut omnia quæ eius gentis nomine appellantur,ferre non possis,adeò ut ne ad uillam quidem tuam Græca uia ire uelis.
Voce Græca loqui.Ouid.3.Trist.eleg.12.8.
¶ Græcè,Aduerbium(ἑλληνιστὶ,γραικιστὶ)ut,Græcè loqui.Cic. 6.Verr.129.
Legere Græcè.Cic.1.de Orat.75.
Qui Græcè nesciunt.Cic.pro Flacco,7.
Græcè uel Latinè reddere.Cic.de Orat.
Scribere Græcè historiam.Cic.3.Off.157.
¶ Græcanicus,pen.corr. Adiectiuum(ἑλλανικὸς)ut,Græcanicus color.Plin.lib.34.cap.9.2.
¶ Græcienſis,& hoc Græciense(ἑλλαδικὸς) Gell.lib.19.cap. 10, Offendimus eum cubantem in simpodio Græcienſi, Sic apud Plinium libro 35.cap.6.6,Græcienſe melinum.
Græcienſe mare. Plinius libro 4.cap. 11.ad finem,quod Græciam alluit.
¶ Græcoſtaſis, penul. corr. (γραικόστασις) Quaſi Græcorum ſtatio.Varro de Ling.Lat.libro 4, Ante curiam Hoſtiliam roſtra:cuius id uocabulum ex hoſtibus capta, fixa ſunt roſtra.Dextra è comitio locus ſubſtructus,ubi nationum ſubſisterent legati, qui ad Senatum eſſent miſsiis Græcoſtaſis appellatur.Cicero ad Qu.fratrem, lib.2.5.6, Deinde eius operæ repentè à Græcoſtaſi & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.
¶ Græculus, pen.corr. Diminutiuum (γραικύλιον) Cicero.6 Verr. 113, Tum epigramma Græcum pernobile inciſum habuit in baſi:quod iſte eruditus homo & Græculus, qui hæc ſubtiliter indicat,&c.
Aſſentator Græculus.Cic.pro Milone.41.
Græculus eſuriens.Iuuen.Satyr.3.8.
Homines Græculos controuerſia uerbi tandiu torquet.Cicero 1.de Orat.51.
Ineptum & Græculum negotium.Cic.1.Tuſc.135.
Græculus atq; otioſus.Cic.pro Seſtio, 95.Idem 1.de Orat.112, Neq; unlt ita ſapiens inter ſtultos uidere,uti qui audiãt,aut illum ineptum,aut Græculum eſſe putent.Idem pro Flacco, 18,Græculæ concionis motus temerarius.
Græcula roſa,Roſa omnium minimã,in ſentibus creſcens,quæ folia ita proiecta habet,ut niſi cogantur manibus, apertam roſam non oſtendant.Plin.li.21.cap.4.4,Eſt & quæ Græca appellatur à noſtris, à Græcis lychnis, non niſi in humidis locis proueniens,&c.Eſt & alia græcula appellata,conuolutis foliorum paniculis.
Græculæ uites.Colum.lib.3.cap.2.14.
Græcor, græcaris (λιμᾶζω) græcari. Hor. 2.Ser. Sat. 2.3,
——uel ſi Romana fatiget Militia aſſuetum græcari.
Hoc eſt,luxuriari,aut Græco more ludere.Prophyr.
Gragus] Vide Cragus.
Graiugena,penul. corr. (ἑλληνογενὴς)Græcus dicitur:aut qui à Græcis genus & originem traxit. Cicero 2.de Natur. deor.133, Graiugena de iſto aperit ipſa oratio. Ex Pacuuio. Vir.3.Aen.
Graiugenumq; domos,ſuſpectaq; limquimus arua.
Domus Graiugenæ.Catull.Argon. 59.8.
Reges Graiugenæ.Stat.6.Theb.43.
Graius] Adiectiuum (ἀχαιὸς) Græcus. Virg.lib.4.Aeneid.
——Graiumq; ideo bis uindicat armis. Cicero 2.de Nat.de. 132.& 133, Hoc quod memoro,noſtri cælum,Graij perhibent æthera.Ex Pacuuio Idem.3.de Nat.deor.72,Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominantur.
Homo Graius.Lucret.lib.1.14.
Gentes Graiæ.Ouid.4.Metam.40.
Vrbes Graiæ.Virg.3.Aeneid.59.
Grallæ] grallarum,Fuſtes ſunt furculas habentes, quibus nituntur qui ſuper ijs ambulant.Ex Nonio.
¶ Grallator,penul.prod.grallatoris, Qui grallis graditur,& paſſus ingentes facit.Plaut.Pœn.7.27.
At ſi ad prandium in ædem uos dixiſſem ducere, Vinceretis ceruum curſu,& grallatorem gradu.
Grallatores(inquit Feſtus)appellabantur pantomimi,qui ut in ſaltatione imitarentur Aegipanas adiectis perticis furculas habentibus,atq; in his ſuperſtantes,ob ſimilitudinẽ crurum eius



Digitized by Google

rum eius generis, gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi.

¶ Grallatorius, Adiectiuū: ut, Grallatorius gradus, id est, magnus, cuiusmodi solet esse grallatorum. Plaut. Amp. 15.52.

Gramen] graminis, pen. corr. n.g. (ἄγρωστις, ἀγρόστις, χόρτος) Herba uulgatissima: ita appellata, quòd geniculatis internodijs mirificè serpat, crebroq; ab ijs & ex acumine nouas spargat radices. Non est herba gratior iumentis, siue uiridis sit, siue in fœno siccata. de graminum generibus uide Plin. lib. 24. cap. 19. 10.

Gramen generali uocabulo quancunq; herbam comprehēdit. Cic. 2. de Fin. b. 124, Tua sint Puteolis gramina.

Graminis herba. Liu. 1. ab Vrbe, 98. Virg. 5. eclog. 5.

Crispum gramen. Claud. 5. Paneg. 43.

Gramen floreum. Mart. lib. 9. 95.

Ignobile gramē Cerynthæ. Virg. 4. Geor. 13. Vide Ignobilis.

Inexpugnabile gramen. Ouid. 5. Metam. 98.

Lætum gramen. Virg. 2. Georg. 106.

Mala gramina pastus. Virg. 2. Aeneid. 94.

In molli gramine prostrati. Lucret. lib. 5. 280.

Montanum gramen. Ouid. 2. Metam. 169.

Roscida gramina. Claud. 2. de raptu Proserp. 21.

Saliente graues ceciderunt gramine nimbi. Ouid. 14. Metamorph. 109.

Teneram gramen. Horat. 4. Carm. ode 12. 2.

Viridi se gramine uestit tellus. Virg. 2. Georg. 44.

Canent gramina. Virg. 3. Georg. 64. Subaudiendum, rore.

Carpunt gramen equi. Virg. 9. Aeneid. 74.

Gramina credunt se in nouos soles. Vide Credo.

Desectum gramen. Ouid. 14. Metam. 129.

Redeunt iam gramina campis. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.

Tundentes gramina campo Lanigeræ. Lucret. lib. 2. 132.

¶ Gramineus, Adiectiuum (ἀγρωστινός) Quod ex gramine est factum: ut, Gramineæ corona. Gellius lib. 5. cap. 6.

Cespes gramineus. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 2.

Campus gramineus. Ouidius 3. Fast. 104. Et, Gramineæ hastæ, Cicero 6. Verr.

¶ Graminosus, penul. prod. Adiect. (χορτώδης) Plenum herbis. Colum. lib. 1. in Præfat. 21, Quid syluester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus & spurcus recusaret.

Gramia] gramiæ (κόμαι) Festus, Gramiæ uitia sunt oculorum, quas alij gramia uocant. Nonius, Gramiæ sunt oculorum pituitæ: unde Gramiosi oculi: à quo qui tristes sunt, in hodiernum quoq; diem gramiosi uulgo nominantur.

Gramma] grammatis, penul. corr. neutri generis (γράμμα) Latinè Litera dicitur.

Grammatica] grammaticæ: uel, Grammatice, grāmatices, pen. corr. (γραμματική) est rectè loquelæ, rectæq; scripturæ scientia. Cic. 3. de Finib. 3.

Grammatice, Latinè literatura dicitur. Quintilian. lib. 2. cap. 1. 4. Eodem lib. cap. 14. 3, Grammatice literatura est, non literatrix.

Elementa grammatices. Quint. lib. 1. cap. 4. 5.

Professio grammatices. Quint. lib. 1. cap. 4. 1.

¶ Grammatica, grammaticorum (γραμματική) Studium literarum quod profitentur ij qui grammatici uocantur. Cic. 1. de Orat. 92, In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborū interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

¶ Grammaticus, grammatici, penul. corr. (γραμματικός) Qui grammaticam docet. Suet. de claris Grammat. 4, Appellatio grammaticorum Græca consuetudine inualuit: sed antio literati uocabantur. Cic. 1. de Diuinat. 189, Sunt enim exploratores, ut Grammatici poetarum.

Grammatici certāt, et adhuc sub iudice lis est. Hor. de Arte, 19

Tribus grammaticæ. Horat. 1. epist. 20. 8.

¶ Grammaticus, pē. cor. Adiect. (γραμματικός) Quod ad grammaticā pertinet: ut, Grāmaticus stylus, Grāmatica oratio, Ars grammatica. Author ad Heren. lib. 4. 160.

¶ Grammaticè, Aduerbium (γραμματικῶς) Quintil. libro 1. capit. 6. 17, Quare mihi non inuenustè dici uidetur, aliud esse Latinè, aliud grammaticè loqui.

¶ Grammatista, grammatistæ (γραμματιστής) Mediocriter eruditus. Suetonius de claris Grammaticis, 4, Sunt qui literatum à literatore distinguunt, ut Græci grammaticum à grammatista: & illum quidem absolutè, hunc mediocriter doctum existimant.

¶ Grammateus, penul. corr. (γραμματεύς) trium syllabarum cū diphthongo in ultima, huius grāmatei, Qui rationes publicas in tabulis scribit. Apuleius lib. 11, Tū ex his unus, quē cuncti grammatea dicebant. Suidas ait, grammatea esse notarium, & ἀπορρήτων, id est, arcanorum principem.

¶ Grammatophylacium, grammatophylacij, n. g. (γραμματοφυλάκιον) Vbi tabulæ & instrumenta publica, monumentaq; rerum gestarum, actarumq; asseruantur: quod Tablinū Latinè appellatur. Iurisconsultus in tractatu de Pœnis ἀφχαίῳ, fortasse uel grammatophylacio.

Granarium] Vide Granum.

Grandis] & hoc grande (μέγας, πολυμερής) Notæ significationis.

Grandis ætas. Cicero 5. Philipp. 198, Legibus enim annalibus quum grandiorum ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem uerebantur.

Aceruus grandis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 18.

Planè grandis adolescens. Cic. de Senect. 9.

Grande æs alienum. Plin. lib. 7. cap. 38. 2.

Ætas grandior. Ouid. 6. Metam. 6.

Ævum grande. Lucret. lib. 2. 229.

Æuo grandior. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 9.

Alumnus grandis. Horat. Epod. 13. 3.

Caput grande. Ouid. 6. Fast. 27.

Amplus, grandis, subtilis, & elegans causidicus. Cic. in Or. 16.

Certamen grande. Horat. 3. Carm. ode 20. 2.

Cubiculum grande & altum. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 4.

Decus grande. Horat. 2. Carm. ode 17. 1.

Dedecus grande. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 20.

Grandis dica. Terent. Phorm. 2. 3. 92.

Diuitiæ grandes homini sunt. Lucret. lib. 5. 225.

Dona grandia. Ouid. epist. 3. 6.

Dos grandis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 10.

Epistola grandis. Cic. Attico, lib. 13. 278. 1.

Exemplis decuit grandioribus uti. Cic. 1. de Diuin. 61.

Exemplis in paruis grandibus uti. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 5.

Fœnore grandi alicui pecuniam occupare. Cice. pro Flac. 40.

Fœtus grandior siliquis. Virg. 1. Georg. 39.

Meliores & grandiores fœtus edit ager. Cic. 2. de Orat. 72.

Frumenta grandia. Virg. 8. Aeneid. 82.

Grande gaudium. Plaut. Sticho, 5. 22.

Genus dicendi grandius. Cic. 2. de Orat. 183.

Guttis humectat grandibus ora. Virg. 11. Aeneid. 18.

Ictus grandior affligit animantem. Lucret. lib. 2. 189.

Ingenium grande doloris. Ouid. 6. Metam. 115.

Grandis litera. Plaut. Bacchid. 20. 67. Sic, Cicero 6. Verr. 66, Grandibus literis P. Africani nomen erat incisum.

Homo macie grandi torridus. Cic. 2. de lege Agr. 91.

Malum grande. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 10.

Membra grandia. Ouid. 10. Metam. 48.

Grandis nauis. Plin. lib. 9. cap. 44. 1.

Maximè

Digitized by Google

*Maximè omnium grandis tragicus orator Sulpitius.Cic.de claris Orator.106.*
*Orator quo grandior ſit, & quodammodo excelſior. Cicero in Oratore,64.*
*Oſſa grandia.Virg.1.Georg.99.*
*Grandi pecunia mercari.Plaut. Capt. 6. 8.Sic, Grandi pecunia facta redemptio eſt,Cic.2.Verr.11.*
*Pecuniam grandem credere.Cic.pro.Rab.Poſth.2.*
*Pœna grandis.Ouid.1.Triſt.eleg.4.14.*
*Pondere grandi & præclaro opere hydria. Cic. 6. Verr.26.*
*Grande pondus argenti.Cic.pro.Cecinna,9.*
*Pretium grande.Ouid.epiſt.7.15.*
*Vectigal grande imponere.Cic.pro leg.Agr.60.*
*Verba grandia.Cic.3.de Fmib.29.*
*Vitium grande & perſpicuum.Cic.1.de Inuent.102.*
*Grandiorem & pleniorem uocem ſubſellia deſiderant. Cicer. de claris Orat.160.*
*Verbis grandes erant,crebri ſententijs.Cicer.de clar.Orat.14.*
*Natu grandis.Horat.1.epiſt.7.10.Terent. Adelph.5.8.7.Natu grandior.Cic.pro Roſcio Comœdo ; 26, Quid expectas quùm mox ego Luſcium & Manilium dicam ordine eſſe Senatores,ætate,grandes natu,natura ſanctos,& religioſos.*
*Grandior homo,grandior uirgo.Teren. Phorm.2.3.15.Idem Adelph.4.5.39.Cicero pro Cluent.8,Reliquit hunc annos XV.natum:grandem autem & nubilem filiam.*
*Audere grandia.Ouid.2.Amor.eleg.18.1.*
*Grande ſonant Tragici.Ouid.2.de Remed.amor.75.*
¶ *Grandiculus,penul.corr. Diminutiuum. Plaut.Pœn. 6.34. In funelas infundebam grandiculos globos.*
¶ *Grandiuſculus, grandiuſculi, pen. corr.Diminutiuum.Terent.And.4.6.19, — nam ferè.*
*Grandiuſcula iam profecta eſt illinc.*
¶ *Granditas, penul. corr. (μέγεθος) granditatis. Plin. epiſt. 107.lib.6,Nunc primum ſe in uetere comœdia,ſed non tãquam inciperet oſtendit:non illi uis,non granditas,non ſubtilitas,non amaritudo,non dulcedo,non lepos defuit.Granditas,id eſt,elata & ſublimis oratio.*
*Granditas ætatis:id eſt,maior ætas.Siſenna,lib.4.Hiſt.*
*Granditas uerborum.Cic.de claris Orat.62.*
¶ *Grandæuus (πολυετὴς) id eſt, grandis æui,uel prouectioris ætatis.Virg.1.Aeneid.25,*
*Et qua uectus Abas,& qua grandæuus Alethes.*
*Conſilia grandæua.Valer.7.Argonaut.70.*
*Patres grandæui.Ouid.7.Metam.32.*
*Senes grandæui.Lucan.lib.3.104.*
¶ *Grandæuitas,penul.corr.(πολυετία) grandæuitatis. Accius Alcimacho, Ne quia nec uos, nec ille impunè irrideret meã grãdæuitatẽ.Pacuuius Hermione, Quod tamẽ ipſa orbitas, grandæuitaſq; Pelei per penuriam ſtirpis ſubaxet.Antiquũ.*
¶ *Grandiloquus, penul. corr. Adiectiuum (μεγαλορρήμων) Cic.in Orat.10.Nam & grandiloqui,ut ita dicam,fuerunt, cum ampla & ſententiarum grauitate & maieſtate uerborum,uehementer,&c.Idem 5.Tuſc.128.*
¶ *Grandio,grandis,grandiui,granditum,penul.prod.(μηκύνω) grandire,Grandem facere.Plaut.Aulul.4.10,*
*Si hodie hercle fuſtem cepero,aut ſtimulum in manum.*
*Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum. Idem Amph.1.5.11.*
¶ *Grandeſco,grandeſcis (μηκύνομαι) grandeſcere,Grandem fieri,Creſcere.Plin.libro 18,Creſcente luna frumenta grandeſcunt. Cicero 1. de Diuinat. 26, Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu.Ex poeta.*
*Ad auctum hilarem grandeſcere.Lucret.lib.2.225.*
*Grandeſcere & ali.Lucret.lib.1.39.*
*Pabula grandeſcunt.Lucret.lib.2.233.*
*Seges ſponte grandeſcit.Claud.3.de raptu Proſerp.5.*
¶ *Grandigro grandigras, pen.corr.grandigrare, Obſoletum uerbum.Plautus Trucul.6.31,*
*Abire hinc ni properè grandigras,iam ego iſtos fictos,etc.*
Grando] *grandinis,penul.corr.fœ.gen.(χάλαζα) Gutta aquæ in aere congelata.Plin.lib.2.cap.60,Grandinem conglaciato imbre gignis, & niuem eodẽ humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido.Plaut. Moſtel.3.39. Ea mihi aduentu ſuo,quamprimum grandinem imbremq; attulit. Cic.2.de Nat.deor.20.*
*Ruina grandinis.Lucret.lib.6.32.*
*Imbres grandinis.Lucret.lib.6.22.*
*Brumalis grando.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.7.*
*Gelida grando.Claud.1.de raptu Proſerp.15.*
*Hyberna grando.Ouid.5.Metam.32.*
*Niuoſa grando.Vide Nix.*
*Spiſſa grando.Ouid.9.Metam.45.*
*Miſta imbri largifluo ſubita præcipitans cadit grando. Cic.3. de Orator.86.*
*Contudit grando uites.Horat.1.epiſt.8.1.*
*Vredo aut grando ſi quippiam nocuit, Id Ioui animaduertendum fuit.Cic.3.de Nat.deor.123.*
*Hyems pugnat grandine.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.3.*
*Crepitans ſalit horrida grando.Virg.1.Georg.89.*
*Verberatæ grandine uineæ.Horat.3.Carm.ode 1.6.*
¶ *Grandinoſus,penul.prod.Adiectiuum(χαλαζώδης) Quod obnoxium eſt grandini.Colum.lib.3.capit.1.5,Poſthæc non ignorabit dominus loci,plus eſſe, poſſe qualitatem cæli frigidam uel calidam,ſiccam uel roſcidam,grandinoſam,uentoſamq; uel placidam,ſerenam uel nebuloſam.Id eſt,quæ ſæpe grandinem infert.*
¶ *Grandino,grandinas,penul.corr.grandinare dicitur Deus.*
Granicus] *penul.corr.(γρανικὸς) Bithyniæ fluuius,pugnæ, quæ inter Perſas & Alexandrum fuit,nobilis, de qua apud Diodorum lib.17,In ea pugna ſexcenta millia hominum cæſa,fugataq; ſunt:uicta triginta duobus millibus peditum,& equitum millibus quatuor & quimgentis Darij dedecore. Plutarchus & Iuſtinus lib.2.*
Granum] *huius grani(κόκκος,χόνδρος) Ferè frugum dicitur:ut,Granum tritici, hordei,&c.Plaut.Sticho,9.52.Dare denegauit ſe granum tritici. Plin. libro 11.cap.53.2, Sed ſibi proceres medentur grano Aſſyrij mali. Varro 1.de Re ruſt.cap.48.2,Granum dictum quod eſt intimum ſolidum. Et paulo poſt, Granum à gerendo.id enim ſeritur,uti ſpica gerat frumentum.*
*Tritici grana congeſſerunt in os Midæ dormienti formicæ.Cicero 1.de Diuinat.132.*
*Punica grana.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.2.*
*Inſerere grana in acum.Quint.lib.2.cap.20.3.*
¶ *Granarum, huius granarij (ἀποθήκη, σιτοφυλακεῖον) Locus in quo grana frugum reponuntur. Varro 1. de Re ruſt.c.57.1,At triticum cõdi oportet in granaria ſublimia, quæ perflẽtur uẽtis ab Exortu & Septentrionũ regione,ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aſpiret.Horat.1. Ser.Sat.1.11,*
*Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris.*
*Aſtringere & laxare granaria.Perſius Satyr.5.11.*
¶ *Granatus,pen.prod.Adiectiuum(κοκκωτὸς) Quod abundat granis:ut,Malum granatum.Colum.lib.12.cap.41.2.*
¶ *Granatum,penul. prod. Subſtantiuum(κοκκωτὸν,ῥοιὰ) pro Malo granato.Plin.libro 20.capit.14.5,Singultus & uomitus ſiſtit cum ſucco granati.*
*Granea triticea quomodo facienda ſit,docet Cato,cap.86.*



Digitized by Google

¶ Granatus, granata, granatum. Cato de Re ruſt. Prætereà granatum uideto uti ſatis uiciæ ſeras. Turnebus granatum ſeri interpretatur, quod non ſeritur, ut uiride pabulo iumentorum ſubſecetur, ſed ut ad granum perueniat, & frugem.

¶ Granoſus, penul. prod. Adiectiuum (κοκκώδης) Quod plenum eſt granis. Plin. lib. 21. cap. 31. 1, Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi foliculi, halicacabum uocãt, & alij callion Ibidem, cap. 4. 1.

¶ Granifer, penul. corr. granifera, graniferum (κοκκοφόρος) Ferens grana: ut, Agmen graniferum dicuntur formicæ. Ouidius. 7. Metam. 130.

Graphice] graphices, penul. corr. (γραφική) appellatur illa facultas quam Cicero ſtylum uocat, authore Budæo. Plinius lib. 35. cap. 10. 12, Et huius authoritate effectum eſt Sycione primùm, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt, picturam in buxo docerẽtur. Ex uetuſto codice legitur, diagraphicen.

¶ Graphis, huius graphidis, penul. corr. fœm. g. (γραφίς) Deſcriptio operis futuri deliniata, ut Budæo placet. Hermolaus, Graphis, idem quod ars ipſa pingẽdi, à ſtylo dicta, quẽ Græci graphion & graphida quoq; nominant. Plinius lib. 35. cap. 10. 4, Alia multa graphidis ueſtigia extant in tabulis ac membranis eius, &c.

¶ Graphium, huius graphij, pen. corr. (γραφεῖον) Stylus quo in pugillaribus ſcribitur. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5,

Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo?

¶ Graphicus, penul. corr. Adiectiuum (γραφικὸς) Ad unguem factus, abſolutiuſq;, & quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. Sticho, 9. 64,

Graphicum mortalem Antiphonem ut apologum fecit, quàm fabre. Idem Epid. 9. 30,

Næ tu graphicum habes ſeruum, & quantinis pretij.

Nimium graphicus nugator. Vide poſt Nimis.

¶ Graphicè, penul corr. (γραφικῶς) Eleganter, politè. Plaut. Perſa, 9. 5, Nunc huic ego graphicè facetus fiam, &c. Idem Trinumno, 11. 27, Exornetur graphicè.

¶ Graphiarium, huius graphiarij (γραφειοθήκη) Theca, in qua ſtyli reponuntur, quibus & ſcribere ſimul & pingere ſolebant antè quàm peniculi & colores inuenirentur. Martialis lib. 14. 21,

Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro: &c.

Graſſor] graſſaris, graſſari (κατασκήπτω, φορμάω, λωποδυτέω) Supra modum ſæuire, inquit Nonius. Feſtus, Graſſari dicuntur latrones uias obſidentes, gradi ſiquidem ambulare eſt: unde tractum graſſari, uidelicet ab impetu gradiendi. Liu. 2. ab Vrbe, 57, Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia graſſaremur.

Graſſari ad gloriam uirtutis uia. Saluſtius initio Iugurthini, pro Ingredi & procedere.

Graſſari aduerſus. Suetonius, Nec minore liuore ac malignitate, quàm ſuperbia ſæuitiáq; penè aduerſus omne genus hominum graſſatus eſt. Id eſt, improbum ac maleficum ſe exhibuit, in diesq; nocentiorem. Budæus.

Graſſari in poſſeſſionem agri publici. Liu. 6. ab Vrbe.

Graſſatur peſtis, quum ingenti clade hominũ inualeſcit. Bud.

Graſſari obſequio, metaphoricè dixit Horatius, de captatore loquens. 2. Serm. Satyr. 5 19.

Graſſari in bonam partem Liuius 3. ab Vrbe, Iure graſſari, nõ ui. Hoc eſt, procedere. Idem 1. Decad. libro 10. 60, conſilio graſſandum ſi nihil uires iuuarent, ratus, &c.

Graſſari, Ambulare, authore Nonio. Titinnius Veliterna, Vnde thenſam atq; mulos, ſine eam pedibus graſſari, cum fingere eius ſuperbiam. Næuius Pedio, Certamus ſi me diploidi à recta graſſatur uia.

¶ Graſſator, penul. prod. graſſatoris (λωποδύτης) Eſt uiarum in urbe, uicorumq; obſeſſor, qui obuios iniuriæ opportunos ſpoliat, aut pulſans, aut intentata morte terriũans. Plin. in Paneg. 54, Vidimus delatorum iudicium quaſi graſſatorum, quaſi latronum. Iuuenalis Sat. 3,

Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem. Cicero de Fato, 51, Hoc enim modo uiator quoq; bene ueſtitus, cauſa graſſatori fuiſſe dicitur cur ab eo ſpoliaretur.

Graſſatores, inquit Calliſtratus in l. capitolum. §. graſſatores. ff. de pœnis, qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur: & ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtiterunt, capite puniuntur: utiq; ſi ſæpius atq; in itineribus hoc admiſerunt. cæteri in metallum dantur, & in inſulas relegantur. Claudius Iuriſconſultus, Furta, inquit, manifeſta à non manifeſtis diſcerni ſolent: ut rixæ à graſſaturis, expilationes à furtis, uiolentia à petulantia.

¶ Graſſatio, graſſationis (λωποδυσία) Plin. libro 13, capit. 22. 7, de tapſia loquens. Nero Cæſar claritatem ei dedit, initio imperij nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum thure ceraq;, & ſequente die contra famam, cutem ſyncerum circunferens. Budæus.

¶ Graſſatura, Graſſaturæ, penul. prod. (λωποδυσία) Sueton. in Tib. In primis tuendæ pacis, à graſſaturis, ac latrociniis, ſeditionum licentia curam habuit.

Gratè, Grates] Vide Gratia.

Gratia] gratiæ, penul. corr. (χάρις, χάρισμα, χαριστήριον) Beneficium quod gratis datur nobis. Gratia eſt, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas continetur. Cic. 2. de Inuent. 241.

Poſtulare gratiam apponi ſibi. Terent. And. 2. 1. 33. Vbi Donatus, Id gratiæ apponi ſibi, Addi in gratiam ſuam. Id eſt, ſibi gratiam merere.

Ad gratiam. Vide Ad.

Aduerſus animus gratiæ. Quint. lib. 3. cap. 9. 6.

Obnoxius animus gratiæ. Quint. lib. 3. cap. 9. 6.

Gratia dis. Ouid. 1. Faſt. 140.

Ingenij gratia. Quintil. in Procem. libro 1. 4. Id eſt, laus & commendatio.

Rectè factorum gratia. Tacit. lib. 3.

Sermonis gratia. Horat. de Arte, 14.

Bona gratia. Vide Bona.

Illuſtris gratia. Cicero pro Domo ſua, 37.

Immerita gratia. Vide Immerens.

Immenſa gratia. Tacit. lib. 14.

Improba gratia. Iuuen. Satyr. 13. 1.

Inclyta gratia. Ouid ad Piſonem, 13.

Iuuenilis gratia. Stat. 2. Syl. 2. 2.

Pluma leuior eſt gratia. Plaut. Pœn. 12. 17.

Gratia magna Ioui. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 5.

Debita ſit facto gratia nulla meo. Ouid. epiſt. 10. 29.

Fratrum rara gratia. Ouid. 1. Metam. 30.

Vana gratia meriti tui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11. 2.

Vilis gratia alicuius. Ouid. 2. de Arte, 6.

Aboleſcet gratia facti. Virg. 7. Aeneid. 47.

Abeſt gratia officio. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 11.

Afferre gratiam. Quint. lib. 2. cap. 13. 7.

Aucupari gratiam alicuius. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 21.

Auferre gratiam alicui. Quint. lib. 6. cap. 1. 15.

Augere gratiam. Vide Augeo.

Cedere gratia. Vide Cedo.

Capere gratiam dicitur animus. Vide Capio. Cicero Curioni, libro 2. 5. 6.

Circundare gratiam. Tacit. lib. 14.

Coæquare gratiam. Vide Coæquo.



Digitized by Google

Idè sarta gratia nequicquam coit. Horat. 1. epist. 3. 7.
Colligere gratiam ex priuatorũ negotijs. Cic. 3. de Orat. 74. Id est, mire. Idẽ ad Qu. fratrẽ, lib. 2. 16. 11, Ex hoc labore magnam gratiã, magnamq; dignitatem sim collecturus.
Commemorare gratiam. Cic. Post red. in Senatu, 20.
Cum bona gratia aliquid componere. Teren. Phorm. 4. 3. 17. Vide Cum.
Componere gratiam inter aliquos. Terent. Hecyra.
Beneficij gratiæq; causa concedere aliquid. Cic. 5. Verr. 95.
Conciliare gratiam. Vide Concilio.
Conciliare alicuius gratiam sibi. Cic. pro leg Manilia, 49.
Consequi gratiam. Cic. 1. de Orat. 58. Vide Consequor.
Conuellere gratiam. Vide Conuello.
Cupio gratiam tuam. Plaut. Persa, 16. 15. Idem Trinum. 3. 9, Nimioq; hic pluris paucorum gratiam faciunt pars hominũ, Quàm id quod prosit pluribus.
Debere gratiam. Cic. 3. de Finib. 111.
Derogare gratiam alicui. Vide Derogo.
Cum bona gratia dimittere aliquem. Cic. de Fato, 01.
Dißiluit gratia fratrum. Horat. 1. epist. 19. 9.
Gratiam uel ueniam dare. Cic. 2. de Diuinat. 9.
Cum gratia efficere aliquid. Cic. Planco, lib. 10. 12. 9.
Effundere gratiam collectam. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 4.
Gratia ante omnia est Clazomenio uino. Plin. lib. 14. cap. 7. 1.
Exigere gratiam. Cic. de Amicitia, 30.
Exornare aliquid gratia & uenere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 82.
Extinguit gratiã nostrã hominum suspicio. Cic. Lent. lib. 1. 1. 11.
Facere gratiam iurisiurandi. Plaut. Rud. 31. 59. Vide Facio.
Facere gratiam delicti, pro Ex iure diligentiore aliquid imminuere. Liu. 3. ab Vrbe, 236. Vide Facio.
Per gratiam legem alicui ferre. Cic. pro Domo sua, 63.
Prædicare & habere gratiam. Cic. pro Corn. Balbo, 1.
Habenda dijs immortalibus gratia. Cic. 1. in Catil. 7.
Habenda ijs quoq; gratia est, per quos labor nobis detractus est. Quint. lib. 5. cap. 10. 84.
Habere gratiam senectuti. Plaut. Merc. 23. 4.
Habere gratiam, Memorem esse beneficij accepti. Terent. Eun. 4. 6. 12,
Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita ut merita es gratia. Vbi Donatus, Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. Retulit, qui destitit habere, Multum ergo hic dicit, & habetur gratia, & refertur. Quem sensum transtulit. Salustius in bellum Iugurthinum, Arma, pecuniam sume, utere: & quo ad uixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, semper apud me integra erit. Vide Habeo.
Incessere gratiam. Quint. lib. 5. cap. 7. 15.
Inire gratiam ab aliquo. Terent. Eunuch. 3. 5. 8,
Adibo, atq; ab eo gratiam hãc quam uideo uelle, inibo. Vbi Donatus, Gratiam inire, Est dare beneficium, ac per hoc inire gratiam, id est, amicitiam. Sed hæc elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro Eius gratiam merebor. Cic. Sulpitio, li. 4. 2. 6,
Gratiã quoque nos inire ab eo defendẽda pace arbitramur.
Inire gratiam apud aliquem. Vid Ineo.
Inire gratiam cum aliquo. Vide Ineo.
Inuenire gratiam. Vide Inuenio.
Languet mihi gratia. Silius lib. 17. 73.
Negligere gratiam alicuius. Plaut. Trinum. 8. 74.
Parare gratiam. Quint. lib. 1. cap. 6. 25.
Reditum gratiæ alicui patere. Cic. de Arusp. resp. 49.
Perdere gratiam orationis. Quint. lib. 6. c. 1. 31. Vide Perdo.
Meritam alicui gratiam mente persoluere. Ci. pro Plancio, 55.
Beneficij gratiæq; loco petere aliquid. Cic. 5. Verr. 164.
Petere gratiam à patre, pro Petere ueniam. Plaut. Sticho, 3. 23.
Petere gratiã alicuius, Idẽ quod cupere gratiã. Pla. Aul. 7. 68.
Ponere aliquem in gratiam cum altero. Cic. ad Att. li. 5. 90. 2.
Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Cic. ad Att. lib. 5. 98. 5.
Præcipere gratiam. Liu. lib. 6. Decad. 1. Id est, antè capere.
Nulla Senatus mala gratia, suis inimicitijs aliquem ratione comitiorum priuare. Cic. in Pisonem, 3.
Quærere gratiam: id est, animum gratum. Cic. pro Plancio.
Recipere in gratiam. Cic. pro Rabirio Posthumo, 12.
Reconciliata gratia. Cic. Appio, lib. 3. 12. 13.
Reddere gratias alicui uoluntate ipsa. Cic. pro Plancio, 55.
Redire in gratiam cum aliquo, pro Reconciliari. Cice. ad Att. libro 1. 9. 11.
Reditus in gratiam cum aliquo. Cic. Att. lib. 2. 184.
Redigere aliquos in gratiam. Terent. Phorm. 5. 8. 73.
Reducere, reconciliare, & restituere unum cum alio in gratiã. Cic. de Prouinc. Consul. 18.
Reducere aliquem in gratiam cum altero, Idem. Qu. lib. 5. 11.
Reddere gratiam, Reddere par, reddere beneficium. Terentius Eunuch. 2. 3. 94. Cic. 2. Off. 101.
Quanquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur: habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt. Cicero 3. Phil. 125.
Debitio pecuniæ & gratiæ dißimilis: nam pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. grátiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Cic. pro Plancio, 55. Idem 2. Officiorum, 101.
Inops si referre gratiam non potest, habere certè potest. Cicero 2. Offic. 101.
Referre plenius gratiam. Quint. lib. 2. cap. 16. 11.
Bonam gratiam alicui referre. Cic. Attico, lib. 2. 24. 2.
Iustam debitamq; gratiam referre. Cic. pro Corn. Balbo, 48.
Meritam, gratiam debitamq; referre. Cic. 3. de Orat. 9.
Mutuam gratiam referre. Cic. in Salust 5.
Parem gratiam, pro beneficio referre. Cic. pro Rosc. Com. 11.
Præclaram Pop. Rom. gratiam referre. Cic. in Catil. 20.
Referre gratiam, in malam partem. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 7. 3, Surrexit Clodius: ei tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiam) ut neq; mente, neq; lingua, neque oratione consisteret.
Rependere gratiam facto. Ouid. 2. Metam. 139.
Restituere in gratiam. Cic. ad Att. lib. 1. 1. 14.
Restituere gratiam alicui. Cic. de Petit. Consul. 14.
Retinere alicuius gratiam Id est, fouere amicitiam. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 2. 7. 10.
Ira gratiam rupit. Senec. Thyest. 7. 2.
Scribere gratias. Gellius lib. 3. cap. 8.
Viuax stat gratia. Horat. de Arte, 4.
Esse in gratia cum aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 2.
In laude & gratia esse. Cic. 3. Verr. 14.
In gratia pecuniaq; magna fortunatum esse. Vide In.
Cum illo magna est mihi gratia. Cic. Lentulo. lib. 1. 9. 76.
Solida est mihi gratia tecum. Ouid. 12. Metam. 116.
Est gratis, pro Ago gratias. Plaut. Menæh. 9. 30.
In memoria & remuneratione officiorum & honorum & amicitiarum obseruantiam tenet gratia. Cicero 2. de Inuent. 22. 170.
Tenere gratiam alicuius. Suet. in Aug. cap. 13.
Tollere beneficium & gratiam. Cic. 2. de Finib. 85.
Trahere gratiam. Tacit. lib. 3.
Tribuere gratiam alicuius rei inuentori. Cice. 4. de Finib. 22.
Magna gratia uenit minimo labore. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 10.
Gratia, pro Causa & ratione siue occasione. Terentius Andr. 2. 6. 2.

Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hîc reſtitiſſe gratia. Vbi Donatus, Gratia ueteres pro cauſa ponebant.

Hominum gratia generatas beſtias uidemus. Cicero 2. de Nat. deor. 235.

Dolorum effugiendorum gratia. Cicero 1. de Finib. 57.

Ea gratia. Cic. de Nat. deor. Id ea gratia, ut dum nati diſſipatos artus captaret parens, ipſa interea effugeret.

Gratia mea: hoc eſt, Mea cauſa, propter me. Plaut. Bac. 1. 64.

Gratia, pro Fauore. Saluſt. in Iugurtha. Ita bonum publicum (ut in pleriſq; negotijs ſolet) priuata gratia deuictum. Id eſt, bonum publicum priuato fauore expugnatum eſt.

¶ Gratiæ, gratiarum, Plurali numero.

Actio gratiarum & congratulatio. Cic. Bruto, 3. 3.

Actionẽ gratiarũ ab aliquo deſiderare. Cic. Plãc. lib. 10. 19. 1.

Immemor gratiarum nemo gratus inuentus eſt. Cicero, Poſt reditum in Senatu, 20.

Externæ gratiæ. Tacit. lib. 12.

Acquirere gratias. Vide Acquiro.

Acquirere & retinere gratias. Cic. Attico, lib. 1. 1. 10.

Agere gratias & grates. Vide Ago.

Ampliſſimis uerbis gratias agere. Cic. 1. Phil. 2.

Immortales gratias agere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 11. 1.

Incredibiles gratias ſuo & alterius nomine per literas agere. Cicero Seruio, lib. 13. 28. 2.

Ingentes gratias agere. Vide Ingens.

Iuſtiſſimas gratias agere. Cic. 2. de Legib. 10.

Miras gratias agere. Cic. Attico, lib. 16. 3 & 4. 8.

Mirificas gratias apud aliquẽ agere. Cic. Culleolo, lib. 13. 43. 1.

Singulares gratias agere. Cic. Culleolo, lib. 13. 42. 1.

Venerari aliquem laudibus ac gratijs. Tacit. lib. 12.

De Gratijs, quæ & Charites dicebantur antiquis. Vide Chari tes.

Decentes Gratiæ. Horat. 1. Carm. ode 4. 2.

Gratia iuncta nudis ſororibus. Horat. 3. Carm. ode 19. 4.

Solutis Gratiæ zonis. Horat. 2. Carm. 1. ode 30. 2.

¶ Gratus, (ἀνγνώμων, ἀπίχαρις, χαρίεις, ἀσπάσιος) Qui gratiam pro beneficio refert, uel ſaltem memor eſt accepti beneficij. Terent. Adelph. 2. 2. 43,

Memorem me dices eſſe & gratum. Vbi Donatus, Figuratè eſt inducta promiſſio præmiorum. Et bene utrunq; narrat: nam non continuò qui memor eſt, etiam gratus eſt. Memor enim eſt, qui apud ſe meminit. Gratus, qui meruit hoc nomine uocari, dum uicem reddit. nam multi ſunt memores, ingrati tamen. Plin. in Paneg. 69, Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Memor & gratus. Cic. 4. Verr. 124.

Gratus ac memor beneficij. Cic. pro leg. Agrar. 34.

Gratus in aliquem. Brutus Cic. lib. 11. 19. 1.

In uulgus gratus. Tacit. lib. 1.

Gratus erga aliquem. Idem Poſt reditum in Senatu, 20.

Gratum ſe præbere alicui. Cic. pro Plancio, 74.

Virtutem alicuius grata memoria proſequi. Cic. 14. Phil. 44.

Grato animo proſequi nomen alicuius: id eſt, Eſſe gratum erga aliquem. Cic. 4. Philip. 153.

Gratior, Comparatiuum. Senec. lib. 1. de Beneficijs, cap. 4, Tu me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior, gratiorq; aduerſus benemerentes fiam.

Re ipſa atq; animo gratiſſimus. Cic. Planco, lib. 10. 19. 1.

Gratus, Acceptus, & iucundus. Liuius. 2. ab Vrbe, Gratæ in uulgus leges fuere.

Comitum gratiſſimus. Ouid. 14. Metam. 45.

Gratum beneficium. Plaut. Rud. 2 & 6. 17. Terent. Adel. 1. 1. 15,

—— & Id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam.

Conuiua gratus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 24.

Diua animo gratiſſima noſtro. Ouid. 5. Metam. 53.

Dona grata. Ouid. 1. epiſt. 6.

Error gratiſſimus. Horat. 2. epiſt. 2. 28.

Gratæ gratiæ. Plaut. Pœn. 3. 6.

Hora grata. Horat. 1. epiſt. 4. 3.

Quies grata. Horat. 1. epiſt. 18. 2.

Tempore grato frui. Horat. 2. epiſt. 2. 40.

Virtus gratior ueniens in pulchro corpore. Virg. 5. Aen. 68.

Gratus differt à Iucundo. Cic. ad Att. lib. 3. 66. 5, Iſta ueritas etiam ſi iucunda non eſt, mihi tamen grata eſt. Idem Sulpitio, libro 4. 6. 3, Cuius officia iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt, nunquam gratiora.

Gratum odore iucundo ladanum. Plin. lib. 12. cap. 17. 6.

Gratum in cibo. Plinius lib. 11. capit. 29. 5. Et lib. 10. cap. 48. 3, Cibis gratiſſima.

Gratum & optatum. Cic. 1. Verr. 4.

Gratum & Graue, contraria. Cic. 2. de Legib. 67.

Minimè gratum. Vide poſt Minor.

Accidit mihi illud gratum. Vide Accido.

Gratum facere, Obſequi & inſeruire. Cic. Si hunc inueneris, gratiſſimum mihi feceris.

Facere alicui gratũ: id eſt, rem gratã. Ci. Attico, lib. 15. 29. 2.

¶ Gratè, Aduerbium (ἀνγνωμόνως) cuius contrarium eſt Ingratè. Cic. pro Plancio, 80, Gratè & piè facere. Idem 1. de Finibus, 94, Præterita gratè memini.

¶ Gratioſus, penul. prod. Adiectiuum (χαρίεις, ἐπήχαρις, σύνχαρις) Qui apud omnes plurimum gratia poteſt, uel omnium gratiam & fauorem facilè demeretur: comis, facilis, benignuſq; qui gratiam inire cupit cum multis. Gellius lib. 9. c. 12, Gratioſus eſt qui adhibet gratias, & qui admittit. Cicer. 5. Verr. 77, Hic Venerius, quemadmodum oratores eluſerit ex una pactione hominis honeſti, gratioſiq; cognoſcite.

Cũ aduerſario gratioſiſſimo contendere. Cic. pro Quintio, 12.

Potens & gratioſus homo. Cic. pro Cluentio, 99.

Potens, gratioſus, diſertus homo. Cic. pro Cælio, 15.

Splendidi homines & gratioſi. Cic. 5. Verr. 29.

Gratioſus ad. Cic. pro L. Murena, & ad hoc officium neceſſitudinis, & ad reliquum tempus gratioſus.

Vir ad ambitionem gratioſus. Cic. de Petit. Conſul. 14.

Apud omnes ordines gratioſus. Cic. 3. Off. 76.

In ſuis ciuitatibus & municipijs gratioſi homines. Cicero pro Muræn. 45.

Habere in re aliqua ſui cupidos & gratioſos. Cic. pro Plãc. 37.

Gratioſi eramus apud illũ, quẽ, &c. Ci. ad Att. libro 15. 3 & 3. 9.

Gratioſus, cum datiuo. Cic. pro Plancio, 37. Iam ut ego docco gratioſum eſſe tribulibus Plancium, &c.

Gratioſus, cum ablatiuo. Plin. lib. 16. cap. 33. 1, Odore uiolenta, ac ne umbra quidem gratioſa. De cupreſſo.

Gratioſa miſſio, quæ per illicitum fauorem facta eſt. Liuius lib. 3. Decad. 5.

¶ Gratioſè, penul. prod. Aduerbium (χαριέντως) Vlpianus in l. tutor qui repertorium. §. competet. ff. de adminiſtratione tutor. Si prædia non idonea comparauerunt per ſordes aut gratiam, quid ergo, ſi neq; ſordidè, neq; gratioſè: ſed non bonam conditionem elegerint?

¶ Gratis, Aduerbium (πρῖνα, δωρεαν) Gratuitò, ſine ſolutione pecuniæ. Cuius contrarium eſt Pretio. Terentius Phorm. 3. 2. 15,

Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?

Cicer. 3. Verr. 71, Gratis Prætor factus eſt. Martial. lib. 5. 87, Gratis conuiua recumbis.

Gratis alicui polliceri. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 17. 10.

Seruire alicui gratis. Cic. pro Cluentio, 56.

Habitare gratis in alieno. Cic. 2. Off. 122.

Gratis diligere uirtutes. Cic. 2. de Finib. 133.



Digitized by Google

Gratis & Pretio, contraria. Cic. pro Rosc. Comœd. 16.
Gratis & sine mercede. Suet. de claris Grammaticis, 13.
¶ Gratitudo, penul. corr. gratitudinis, pen. corr. f. g. Sabellicus lib. 7. Exemplorum, cap. 1. de gratitudine, Laudatißima, inquit, uirtutum omnium gratitudores cælo & hominibus iucunda. Qua dictione plus decies ibidem utitur. Eraſmus in Declamatione quæ Lucianicæ illi reſpondet, quæ inſcribitur Tyrannicida, Sunt autem, inquit, uel primæ gratitudinis partes, intelligere uidelicet cui beneficium acceptum ferre debeas.
¶ Gratuitus, pen. cor. Adiectiuum (ἀμισθος) Quod datur gratis, & ſine præmio: ut interpretatur his uerbis. Ci. li. 1. de Legib. 71, Quid liberalitas? gratuitáne eſt, an mercenaria? ſine præmio, benigna eſt & gratuita: ſi cum mercede, cõducta.
Gratuita amicitia. Cic. 1. de Nat. deor. 168.
Gratuita ei hoſpitia decreuere. Plin. lib. 35. cap. 9. 3.
Gratuita probitas. Cic. 2. de Finib. 159.
Gratuita ferre ſuffragia. Cic. pro Plancio, 44.
Gratuitum. Stat. 1. Sylu. 6. 4,
Et quas præcoquit Eboſita eannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.
Mercenarius & Gratuitus, contraria. Cic. pro Fonteio, 19.
¶ Gratuitò, pen. corr. Aduerbium (ἀμισθὶ) idem quod Gratis. Cic. 2. Off. 98, Diſerti igitur hominis, & facile laborantis, quodq; in patrijs eſt moribus, multorum cauſas & non grauatè, & gratuitò defendentis, beneficia & patrocinia latè patent.
Gratuitò & Mercede, contraria. Plin. lib. 35. cap. 9. 2.
¶ Grates, (χάριτες) Numero tantùm plurali, & in hac tantum terminatione, pro gratijs quæ referri debent pro accepto beneficio. Virg. 1. Aeneid. 121,
—— grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ Dido. Cicero in Somn. Scip. 2, Et grates, inquit, tibi ago ſumme Sol. Curtius, Grates habebant uelut præſenti deo.
Agere grates alicui. Tacit. lib. 20.
Meritas grates agere alicui. Ouid. in Ibin, 5.
Decernuntur grates deis. Tacit. lib. 15.
Exoluere ſæuas grates. Stat. 5. Sylu. 5. 9.
Pendere dignas grates. Stat. 11. Theb. 45.
Rependere grates. Stat. 3. Sylu. 3 31.
¶ Gratificor, penul. corr. gratificaris (χαρίζομαι) gratificari, Rem gratã facere, & Beneficiũ dare aliquando ſignificat. Cicer. Lentulo, li. 1. 11, Quod Pompeio gratificari ſe putãt.
Honeſtè gratificari alicui. Cic. 3. de Legib. 56.
Gratificatur mihi geſtu accuſator. Cic. pro Corn. Balbo, 9.
Cur tibi hoc non gratificer neſcio. Cic. Valerio Iuriſc. li. 1. 10. 1.
Deus gratificatur hominibus, non gratum facit. Cic. 1. de Nat.
Gratificari alicui de re aliqua. Cic. 5. de Finib. 76. (deor. 170.
Gratificandi facultas. Cic. 1. Off. 37.
Gratificari libertatẽ ſuã alicuius potentiæ. Saluſt. in Iugurtha.
Gratificari gratiam. Saluſt. de Repub. ordinanda ad Cæſarem.
Gratificari, pro Fauere & ornare. Cic. 3. de Legib. 56, Populo poteſtas honeſtè bonis gratificandi datur. Idem 1. Offic. 66, Qui gratificantur cuipiam quod obſit illi cui uelle uideantur proſeſſe. non benefici, neq; liberales, ſed pernicioſi aſſentatores iudicandi ſunt. Buæus.
Liberalis gratificandi uoluntas. Cic. 2. Off. 74.
¶ Gratificatio, Verbale (χάρισμα) Cicero 1. de Nat. deorum, 167, Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis?
Impudens gratificatio Cic. 3. de leg. Agrar. 4.
¶ Grator, grataris (συγχαίρειν) gratari, Gratias agere alicui, & quaſi ſupplicari. Ouid. lib. 3. Faſt.
Quiſquis ades, caſtæq; colis penetralia Veſtæ.
Gratare, Iliacis thuraq; pone focis.
¶ Gratari, (χαίρειν) Gaudere de bono proprio, uel alterius. Virg. 4. Aeneid. 96,
Inueni germana uiam, gratare ſorori. Liu. 7. ab Vrbe, 58, Tum uincere cupimus, tũ duce te uincere, tibi laureã inſignem deferre, tecũ triumphantes urbem inire tuũ ſequentes curruũ, Iouis Opt. Max. templũ gratantes, ouantesq; adire.
Gratari, Aliquid gratãter dicere. Tacit. lib. 5, Tũ cõplexus eũ Tiberius, præſciũ periculorum & columen ſore gratatur.
Gratatur reduces. Virg. 5. Aeneid. 8.
Gratari alicui. Ouid. 6. Metam. 87.
Gratari ſibi, Ouid. epiſt. 11. 13, Quid tibi grataris?
Ad gratandum ſe expedire. Tacit. lib. 14.
¶ Gratans, gratantis, Participium (χαίρων) Tacit. libro 2, Inter uenerantes gratantesq; aſpici ſolita. Idem, lib. 12.
¶ Gratabundus, (συγχαίρων) Tacit. lib. 17, Et proximi militum gratabundi reſpondent.
¶ Gratulor, pen. cor. gratularis (συγχαίρω, συνήδομαι) gratulari, Verbis teſtari ſe gaudere fortuna & fœlicitate alterius, apud eũ ipſum qui affectus eſt fœlicitate, & aliquãdo etiam apud noſipſos ob fœlicitatẽ aliquã quæ nobis ſorte cõtigit.
De reditu alicuius gratulari. Cic. Attico, lib. 4. 70. 1.
Aduentu alicuius gratulari. Cic. in Saluſt. 6.
Nomine alicuius gratulari. Cic. 1. Philipp. 22.
Gratulor tibi. Quintil. lib. 6. in Proœm.
Gratulor tibi & mihi. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8. 11.
Gratulor tibi hanc rem. Plautus Capt. 9. 3. Cic. 2. Verr. 12, Appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Ouid. 3. de Arte,
Priſca iuuent alios, ego me nunc deniq; natum
Gratulor. Terent. Eunuch. 2. 2. 28,
Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur.
Gratulor tibi affinitate uiri optimi. Cælius Cic. lib. 8. 13. 1.
Gratulor tibi de hac re. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 22. Ibidem, 36, Quòd mihi de filia & de Craßipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam.
Gratulor tibi in hoc. Cic. pro Plancio, 74. Idem Trebiano, li. 6. 11. 2, Qua in re tibi gratulor ita uehementer.
Gratulor huic terræ, quòd abeſt regionibus illis. Ouidius 10, Metam. 62. Quintil. in Paſtu cadauerum, ſiue Declamat. 13, Gratulemur quòd iam nulla ciuitas fame laborat. Subauditur, nobis.
Gratulari dolori, pro Gaudium ſumere. Qu. in Præfat. lib. 6.
Gratulor pro opportunitate temporis. Cic. Caſſio Proquæſtori, lib. 15. 14 6.
Gratulari, Gratias agere, inquit Nonius. Ennius Hecuba,
Iuppiter tibi ſumme tandem malè re geſta gratulor. Nonius belli Punici lib. 3, Isq; ſurſum ad cælum ſuas res Ammulus gratulabatur duus. Terent. Heaut. 5. 1. 6,
Obe, iam deſine deos uxor gratulando obtundere,
Tuam eſſe inuentam gnatam, &c.
¶ Gratulatio, Verbale (ἐπίχαρμα) Cicero ad Brutum, lib. 11. 18. 4, Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. Idem Cælio, lib. 2. 9. 1.
Lætitia & gratulatio. Cic. Ad Atticum, lib. 4. 70. 2.
Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1.
Hic parenti ſuo magno adiumento in periculis, ſolatio in laboribus, gratulatione in uictoria fuit. Cic. pro Murena, 10.
Gratulatio, pro Gratiarum actione, uel ſupplicatione. Cicer. de Prouinc. Conſul. 21, Dijs immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis.
¶ Gratulabundus, (συγχαίρων) Idem quod Gratulans. Gel-

lius libr

lius lib.3.capit.15, Quumq; populus gratulabundus flores undiq; in eum iaceret.

Gratidia] Proprium nomen mulieris Neapolitanæ unguentariæ ac maleficæ, quam Horatius in Epodis, 3. & 1.Serm. Sat.8. Canidiam nominauit.

Grauionarium] Γραϊονάριον, Germaniæ urbs Ptolemæo. Vulgò Bamberg.

Grauis] & hoc graue (βαρὺς, βαθὺς, αὐτὸς, ἐπαχθὴς, ἀγανὸς, ὄκνηρος & ὀκνηρὸς) Suapte natura, inquit Valla, ponderosum significat: ut, Graue saxum, grauis sarcina, grauia arma, graue scutum, quod scilicet grauat nos in ferendo, & quod ægrè, & cũ molestia fertur. Inde per abusionem transferimus ad senectutem, ad morbum, ad laborem, ad dolorem: quia hi qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisq; sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupidè uelut graue pondus à se uellent deponere. Neq; solum ad molestias corporis translatio hæc fit, uerumetiam ad molestias animi: ut, Grauis contumelia, grauis iniuria, grauis mœror, grauis iactura, quæ animum genere quodam ponderis premunt. Itaque unus modus est, quæ corpori aut animo molesta sunt, ea grauia appellare. Eoq; molestia à mole, id est, à re magna, magniq; ponderis uocitata est. Alter modus est, quòd quẽadmodum grauia saxa & grandes trunci nõ facilè loco mouentur, sed ad omnem temporis mutabilitatem hærent: ita homines constantes, ac præditi sapientia, meritò per figurã graues nominantur, quòd nec precibus, nec minis, nec uanitate, nec promissis ab æquo & iusto summouentur: ut hi faciunt quos leues uocamus, qui in simulitudinem pulueris & palearum ad omnem auram uentilantur. Sciamus tamẽ Grauis tunc regere datiuum, quum est in priore significato: ut Tu es grauis mihi. Hactenus Valla, lib.6.

Leuis & Grauis, contraria. Cice.pro Rosc.Comœdo,3, Quod etiam apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur?

Grauis ætate. Liu.10.ab Vrbe, 166, Ingressi milites refractis foribus, paucos graues ætate, aut inualidos inueniunt.

Grauis pietate ac meritis, Plenus. Virg.1.Aeneid.31.

Graues cibo sopiti iacebant. Liu.1.bel.Maced.164.

Grauis diuitijs, Plenus & abundans. Plaut.Bacch.9.23.

Fide grauioria. Ouid.4.Trist.eleg.1.14.

Grauis Marte. Virg.1.Aeneid.56. Id est, semine Martis impleta. Idem eclog.1.10,

Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.

Grauis morbo. Virg.3.Georg.19. Id est, languidus.

Natu grauior. Claud.de bello Get.98.

Grauior natu animus. Terent.Heaut.4.1.31.

Grauis uinculis, Oneratus & oppressus. Plin.epist.147.d.

Grauis uino & somno. Liu.9.bell.Pun.172.

Vino somnoq; graues. Ouid.epist.14.7.

Grauis uulneribus Alexander. Liu.6.bell.Maced.87.

Grauis utero, pro prægnante. Plin.lib.9.cap.6.2.

Graue absynthium, id est, amarum & quod grauem succũ habet. Varro in Quinquatribus.

Grauis aduersarius, Perniciosus, acerbus, & nocẽs. Cic.3.Offi.

Acestes grauis. Vide Acestes. (115.

Graue æs. Liu.4.ab Vrbe, 176.

Aes graue & signatum, opponuntur. Liu.4.ab Vrbe, 261.

Aestas grauis. Virg.2.Georg.76.

Ambitio misera grauisq; Horat.1.Serm.Satyr.6.26.

Amicitiæ principum graues. Horat.2.Carm.ode 1.1.

Amentia grauis. Ouid.5.Metam.103.

Amore perculsus grauis. Horat.Epod.11.1.

Grauis annis miles. Horat.1.Serm.Satyr.1.

Grauis annona, Cara. Plaut.Sticho,10.52.

Grauis armatura, cui opponitur Leuis. Liu.6.bell.Pun.21.

Auræ graues. Ouid.7.Metam.114.

Grauis author, Probatus & magnæ authoritatis. Plin.lib.17.cap.25.4.& lib.24.c.9.11, Grauis author in medicina.

Author grauior. Tacit.lib.19.

Graue bellum, pro molesto, authore Donato. Salust. Grauiore bello qui prohibituri uenerant socij frigere.

Graue & plenum carmen. Cic.1.Tuscul.98.

Casu grauiore decidunt turres. Horat.2.Carm.ode 10.2.

Grauis causa, Necessaria. Lucil.lib.29.Nonius.

Certamina grauiora. Silius lib.16.104.

Grauissimæ contumeliæ. Tacit.lib.14.

Cura graui saucia. Virg.4.Aeneid.1.

Damnum grauius. Ouid.7.Metam.112.

Fatum graue. Ouid.2.Metam.62.

Graui fronte, Tristi. Plin.in Paneg.66.

Graues greges, Multi. Varro, Vbi graues pascantur atq; alantur pauonum greges. Nonius.

Grauis halitus, Insuauiter olens. Colum.lib.1.cap.5.4.

Grauis homo, Grandæuus. Virg.5.Aeneid.78,

Hìc grauis Entellum dictis castigat Acestes. Nonius.

Ictus graues excipere. Horat.1.Carm.ode 9.5.

Graue imperium, aut stabile. Terent Adelph.1.1.41.

Impetus grauis hastæ. Stat.10.Thebaid.108.

Incœpta grauia. Horat.de Arte,3.

Ira grauis, & inexpugnabile pectus. Virg.5.Aeneid.155.

Labore graui fessos. Senec.Hipp.4.30.

Lacerto graui uibrata fraxinus. Ouid.5.Metam.29.

Grauis manus, Vel pecunijs, uel re aliqua onusta. Plaut.Pseud.12.19. Virg.in Buc.eclog.1.7,

Non unquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

Morer grauis. Horat.de Arte,23.

Morbus grauis. Ouid.8.Metam.177.

Mors grauis. Ouid.3.Metam.95.

Nidor grauis. Virg.3.Georg.83.

Graues imbre nubes. Liu.8.bel.Pun.81.

Grauis nuntius, Tristis. Virg.lib.8.Aeneid.

Graues oculi. Cic.Post reditum in Senatu,11.

Grauis odor. Plin.lib.11.cap.7.1.

Odor grauis oris. Ouid.3.de Arte,56.

Grauis & pestilens ora. Plin.epist.101.d.lib.5.

Grauis paupertas, Dura & difficilis. Terent.Adelph.3.4.50,

— paupertatem unà pertulimus grauem.

Pœna grauiore dignus. Ouid.1.de Ponto, eleg.2.3.

Pondus graue. Horat.Epod.4.4.

Graue pondus & Leue, contraria. Plin.lib.12.cap.9.2.

Prælium graue. Horat.4.Carm.ode 14.3.

Graue pretium: id est, multum. Salust. Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse.

Graui & crassa radice frutex. Plin.lib.12.cap.12.1.

Graues remi, Fortes & robusti. Virg.lib.5.Aeneid.

Robur graue. Virg.1.Georg.33.

Senatusconsultũ uehemẽs & graue in aliquẽ. Cic.1.in Catil.2.

Gauis senectus, Molesta. Cic.de Senect.4.

Seruitium graue. Propert.lib.1.eleg.5.4.

Sol grauis. Horat.2.Serm.Satyr.4.5.

Sonus grauis & acutus. Horat.de Arte,71.

Grauissimus sonus. Cic.1.de Orat.131.

Sopor grauissimus. Lucret.lib.4.193.

Stomachus grauis. Horat.1.Carm.ode 6.1.

Grauis supellex, Diues. Plin.epist.170.b.

Grauissimam suem facit glans querna. Plin.lib.16.cap.6.7.

Tempus graue. Horat.3.Carm.ode.23.2.

Grauis terra, Fœcunda & frugifera. Virg.3.Georg.105.

Grauis

Digitized by Google

*Grauis testis, Locuples & optimus.* Cic. ad Curionem, lib. 2. 2. Idem 5. Ver. 89, *Et hoc in te grauiores, certioresq; testes sunt.*

*Vereor ne tibi sim grauis: id est, molestus.* Cic. in Top. 3.

*Torpor grauis.* Senec. Herc. fur. 12. 5.

*Venter grauis maturo pondere.* Ouid. 9. Metam. 138.

*Grauis uentus, Molestus.* Plin. lib. 2. cap. 25. 4.

*Grauius uerbum.* Plaut. Trinum. 6. 105.

*Grauiore uerbo appellare aliquem.* Cic. 5. Verr. 114.

*Honestus omni pondere grauior est habenda, quàm cætera omnia.* Cic. 3. Offi. 45.

*Virus graue.* Horat. 2. epist. 1. 32.

*Grauis umbra.* Virg. in Buco.

*Iuniperi grauis esse solet cantantibus umbra.*

*Grauis uoluntas.* Cic. pro Fonteio, 19.

*Vterus grauis.* Papinianus in l. qui grau. ff. de iure codi. *Qui grau utero uxorem esse ignorabat, &c.*

*Vulnus graue.* Ouid. 4. Metam. 42.

*Graue & Facile, contraria.* Terent. Heaut. 5. 5. 13,

——*hæc dum incipias, grauia sunt,*
*Dumq; ignores: ubi cognoris, facilia.*

*Graue est quale sit existimare.* Cic. ad Atticum, lib. 11. 222. 4.

*Annus grauissimus, & pestilentissimus.* Cic. Titio, lib. 5. 16. 10.

*Tempus anni grauissimum.* Cic. Qu. fratri, lib. 2. 16. 11.

*Grauissimum.* Terent. Adelph. 2. 4. 22,

—*mane: nondum audisti Demea* Quod est grauissimum.

*Graue est homini pudenti petere aliquid mangnum ab eo, de quo se bene meritum putet.* Cic. Curioni, lib. 2. 5. 3.

*Graue in populum, Quod ægrè & grauiter admodum populus ferre potest.* Cic. pro Corn. Balbo, 17.

¶ *Grauiusculus*, penul. corr. Adiectiuum diminutiuum (ὑποβαρὺς) Gellius lib. 1. cap. 11, *Qui fistula breui sensum grauiusculum sonum inspiraret ad deprimendum, sedandumq; impetum uotis eius.*

¶ *Grauitas*, pen. cor. *grauitatis* (βαρύτης, βάρος, βάθος, βεβαιότης, κάτοτης, ἀεικότης) Pondus. Cic. 2. de Nat. deor. 154, *Tanta contentio grauitatis & ponderum.*

*Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maiestas?* Cicero de Amicitia, 78.

*Grauitas*, pro molestia, uel magnitudine accipitur: ut, *Grauitas doloris, grauitas doloris, grauitas somni.*

*Grauitas audiendi, uel auditus*, pro duro, & de prauato auditu. Plinius lib. 28. cap. 11. 13. Idem lib. 23. cap. 4. 8.

*Grauitas aurium.* Plin. lib. 20. cap. 13. 4.

*Grauitas capitis.* Plin. lib. 27. cap. 12. 23.

*Grauitas cæli: hoc est, aeris nobis iniucundi molestia.* Cicero ad Atticum, lib. 11. 228. 3, *Iam enim corpore uix sustineo grauitatem cæli huius, qui mihi laborem affert in dolore.*

*Grauitas membrorum, & cruciatus dolorum.* Ci. 4. de Fin. 50.

*Grauitas oris*, pro graueolentia. Plin. lib. 28. cap. 12. 6.

*Grauitas ignaua.* Ouid. 2. Metam. 81.

*Tarda grauitate iacentes.* Ouid. 11. Metam. 124.

*Ignaua nequeunt grauitate mouere.* Ouid. 2. Metam. 165.

*Rerum grauitas, nitorq;.* Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 6.

*Serena grauitate plenus uultus.* Ouid. ad Pisonem, 20.

*Grauitas. Firmitas ac constantia animi, & in uultu, moribus, uerbis, rebus agendis quædam seueritas.* Cicer. de Senectute, 30, *Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis, &c.* Idem de Amicitia, 4, *Genus autem hoc sermonum positum in hominum ueterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto uidetur habere grauitatis.*

*Grauitas sapientis.* Cic. 4. Acad. 120.

*Grauitas & uirtus iudicis.* Cic. pro Quintio, 3.

*Grauitati deditus homo.* Cic. pro Cælio.

*Adhibere grauitatem.* Vide Adhibeo.

*Facere grauitatem.* Cels. lib. 1. cap. 3, *Qui uomere bis in mense uult, melius consulet si biduo continuarit, quàm si post quintum decimum diem uomuerit: nisi hæc mora grauitatem pectori facient.*

*Habere grauitatem dicitur genus dicendi.* Cicero de claris Oratoribus, 182.

*Tenere grauitatem in congressu.* Cicero Attico, lib. 9. 191. 5.

*Eandem seruare grauitatem.* Cic. Attico, lib. 10. 192. 6.

*Oneris grauitate impedire aliquem.* Ouid. 10. Metam. 135.

*Tuenda est tibi grauitas.* Cic. Titio, lib. 5. 16. 13.

*Sententiarum grauitate, uerborum ponderibus est utendum.* Cic. 2. de Orat. 40.

*Verborum grauitas.* Quint. lib. 1. cap. 8. 6.

*Iucunda grauitas remoto fastu.* Claud. 8. Paneg. 49.

*Cum grauitate loqui.* Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 6.

¶ *Grauiter*, penultima correpta (βαρέως, κάτω, ἀυχρῶς) Aduerbium, aliquando Multum significat, aliquando Asperè & malè. Significat etiã Molestè: nõnunquã & Sapiẽter.

*Grauiter accipere aliquid: id est, iniquo animo.* Ci. 2. de Oratoribus, 117.

*Grauissimè ægrotare*, pro Vehementer. Cic. 2. de Finib. 71.

*Grauiter audire.* Terent. Heaut. 1. 1. 62.

*Concidit ad terram grauiter.* Virg. 5. Aeneid. 89.

*Grauiter crepuerunt fores.* Terent. Heaut. 3. 3. 53. Idem Adel. 5. 3. 2, *Quisnam à me pepulit tam grauiter fores.*

*Grauiter cruciare, Multum & maximè ac uehementer.* Terentius Heaut. 5. 5. 1.

*Grauiter in aliquem dicere.* Terent. Adelph. 1. 2. 60.

*Grauiter dissentiunt inter se.* Cic. 12. Phil. 328.

*Grauiter aliquid facere.* Cicero, *Si quid prudenter, si quid grauiter factum est.*

*Grauiter aliquid ferre: id est, molestè.* Terent. Andr. 1. 2. 20. Huius contrarium est, *Leuiter ferre.* Cicero de Aruspicum respon. 43, *Quæ quandiu hærebant in uno me, id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam.*

*Grauiter imperare.* Plaut. Capt. 6. 58.

*Grauiter increpare.* Plin. lib. 17. cap. 1. 3.

*Grauiter irasci, Multum.* Terent. Hecyra. 4. 4. 2.

*Miserans grauiter.* Virg. 10. Aeneid. 163.

*Grauiter narrare res gestas.* Cic in Orat. 16.

*Opinari de aliquo grauissimè.* Tranquillus in Augusto.

*Sæuit grauiter.* Virg. 4. Georg. 91.

*Grauiter sonare.* Cic. in Somnio Scip. 17.

*Grauiter spirare, Multum & uehementem odorem afferre naribus.* Virg. 4. Georg. 7.

*Esse alicui grauiter inimicum.* Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 109.

¶ *Grauedo*, penul. prod. (κόρυζα) Morbus seu humor qui ex capite distillat, nares claudit, uocem obtundit, tussim siccam mouet, ut docet Celsus libro 4. capit. 2. Plaut. Asin. 13. 51, *Quod illa autem simulet, quasi grauedo profluat.* Cic. Attico, libro 16. 338. 3, *Grauedini quæso omni ratione subueni.* Plin. lib. 21. cap. 19. 7. de uiolis purpureis, *Crapulã & grauedines capitis impositis coronis olfactuue discutiunt.*

*Frigida grauedo.* Catull. ad Fundum, epig. 41. 4.

¶ *Grauedinosus*, penul. prod. Adiectiuum (κορυζώδης) Cicero 4. Tusc. 40, *Itaq; dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sint.*

*Grauedinosum, Quod grauedinem facit.* Plin. libro 18. cap. 15. de eruuo, *Martio mense satum noxium esse bubus aiunt. Itẽ autumno grauedinosum.*

¶ *Graueolens*, pen. corr. *graueolentis. om. gen.* (βαρύοσμος) *Quod malè olet.* Virg. 6. Aeneid. 40,

—*ad fauc*

Digitized by Google

— ad fauces graueolentis auerni. Plin. lib. 27. cap. 8. 1, Graueolentibus folijs.

Graueolentia centaurea. Virg. 4. Georg. 54.

¶ Graueolentia, graueolentiæ (ἀνοσμία) Plin. Et oris graueolentiã sistit. Et li. 22. ca. 22. 19, Graueolentiã alarum emendat. Idẽ libro 28, cap. 11. 16, Mulcet graueolentiã oris.

Graueolentia halitus. Plin. lib. 28. cap. 12. 19

¶ Grauo, grauas (βαρύνω) grauare, Premere, onerare, molestare. Virg. 2. Aeneid. 142,

— nec me labor iste grauabit.

Fortunam alicuius grauare. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 6.

Cymba grauanda. Propert. lib. 3. eleg. 3. 5.

Poma grauantia ramos. Ouid. 13. Metam. 174.

¶ Grauatus, penul. prod. Participium (βαρυοδὴς) Molestia aut grauedine affectus. Col lib. 6. cap. 9. 2, Signa febricitãtis manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compressi. Cic. 1. de Diuin. 36. Ex antiquo poeta,

Iam uerò semper uiridis, semperq; grauata
Lentiscus, triplici solita grandescere fœtu.

Grauatus somno. Plin. libro 26. capit. 1. 6. Item Liu. 5. bell. Pun. 130. Grauatis omnibus uino somnoq;,

Grauatus uulneribus. Liu. 10. bell. Pun.

Caput grauatum demittere. Ouid 10. Met. 39.

Oculos in morte grauatos. Ouid. 4. Metam. 28.

¶ Grauor, grauaris (βαρύνομαι) grauari, Deponens, Offendi, & grauiter ferre. Plaut. Trinum. 17. 46,

— non grauabor, Faciam ita ut uis. Cic. de Amicitia, 15, Ego uerò non grauarer, si mihi ipse confiderem.

Neq; grauabor breuiter meo more quid quaq; de re sentiam dicere. Cic. 1. de Orat. 53.

Grauari cum accusatiuo. Quintil. lib. 1. capit. 2. 8, Quæ si quis grauabitur: non rationi defuerit, sed oneri. Suet. in Aug. ca. 72, Ampla & operosa prætoria grauabatur. Virg lib. 10. Aen. — quid si, quæ uoce grauaris, Mente dares?

Grauari dominos. Lucan. lib. 7. 57. Id est, nolle habere dominos. Sic, Hora. 4. Carm. ode 11. 5,

— & exemplum graue præbet ales
Pegasus, terrenum equitem grauatus Bellerophontem.

Grauari aliquid, pro Molestè ferre. Tacit. lib. 3.

¶ Grauatus, penul. prod. (βεβαρυμένος) Plaut. Sticho, 16. 6,

— quanquam Grauatus, non nocuit tamen.

In re aliqua homines grauatos non esse. Cic. pro Murena, 63.

¶ Grauatè, pen. prod. Aduerbium (βεβαρυμένως) Molestè & ægrè. Cicero pro Cornelio Balbo, 29, Qui errantes comiter monstrant uiam, benignè, non grauatè. Idem 2. Offic. 77, Grauatè ille primò: quid multa? impetrat.

¶ Grauatim, penult. prod. (βαρέως) Aliud aduerbium, idem significans. Liuius 1. ab Vrbe, 7, Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit.

Grauatim cadere: id est, tardè, & uix. Lucret. lib. 3. 79.

¶ Grauesco, grauescis. (βέβαμαι) grauescere, Grauem & oneratum fieri. Virg. 2. Georg. 86,

Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit. Plin. lib. 11. cap. 41. 1, Cameli lac habent donec iterum grauescant. Hoc est, grauidæ fiant & prægnantes.

Valetudo grauescit: hoc est, ingrauescit, grauior fit. Tacit. li. 1

Malis publicis in dies grauescentibus. Tacit. lib. 14.

¶ Grauidus, penul. corr. (ἔγκυος, ἐγκύμων) Adiectiuum, significat plenum & ponderosum. Plaut. Trucul. 4. 4,

Neu qui manus attulerit steriles intrò ad nos,
Grauidas foras exportet.

Grauida mulier, Quæ iam concepto fœtu grauatur. Cicero pro Cluentio, 23, Nam quum esset grauida Auria fratris uxor, & iam appropinquare partus uideretur.

Aluus grauida. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 4.

Metallis grauida Amathus. Ouid. 10. Metam. 105.

Fœtus grauidi. Virg. 4. Georg. 47.

Fruges grauidæ. Virg. 2. Georg. 29.

Imperijs grauida Italia. Virg. 4. Aeneid. 6.

Lingua grauida. Propert. lib. 3. eleg. 8. 3.

Messes grauidæ. Ouid. 8. Metam. 158.

Nubes grauidæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 22.

Palmes grauidus. Ouid. 1. Fast. 31.

Pecus grauidum. Virg. 3. Georg. 30.

Tellus grauida. Ouid. 7. Metam. 26.

Venter grauidus. Ouid. 10. Metam. 100.

Grauida puero mulier. Plaut. Amphit. 8. 85.

Grauidam facere mulierem filio. Plaut. Amphit. 18. 5.

Gauida è Pamphilo. Teren. And. 3. 2. 33. Plaut. Amph. 3. 111,

Vtrinq; est grauida, & ex uiro & ex summo Ioue.

Vxores grauidas reddere. Lucret. lib. 4. 249.

Grauida facta, mensis hic septimus. Teren. Adel. 3. 4. 29.

Grauida gratia bonis. Plaut. Capt. 6. 108.

Grauida carnaria. Plaut. Pseud. 4. 64.

Vbera grauida uitali ore. Cic. 1. de Diuin. 38.

¶ Grauiditas, pen. corr. huius grauiditatis (ἐγκυμοσύνη) Cic. 2. de Nat. deor. 178, Ipse sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoq; luna illuminata grauiditas & partus afferat, maturitates q; gignendi.

¶ Grauido, grauidas, pen. corr. (ἔγκυον ποιῶ) grauidare, Implere & grauidum facere. Cic. 2. de Nat. deor. 118, De terra quæ grauidata seminib. omnia pariat & fundat ex sese. Ceacil. Tyche, Per mysteria hic inhoneste è grauidauit probro.

¶ Grauistellus, inqui: Festus, dicitur senior. Plaut. Epid.

Sed quæ hæc est mulierecula, & ille grauistellus qui uenit?
Vt puto grauistellus à grauitate dictus. Hactenus Festus.
Quidam legunt Rauastellus, à rauo colore.

Grauiscæ] Tuscorum castellum, authore Ptolemæo: mons altus hodie. Virg. lib. 19. Aeneid. 36,

Et Pyrgi ueteres, intempestaq; Grauiscæ.

Veteres grauiscæ. Silius lib. 8. 94.

Gregalis, Gregatius, Gregatim] Vide Grex.

Gremium] huius gremij (κόλπος) Est inter complexum femorum feminúmue, in quo complexu mulieres concipere solent, inquit Valla lib. 4. cap. 37. Terent. Adelph. 3. 2. 35,

Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat. Virgil. 1. Aeneid. 145,

Haret, & interdum gremio fouet inscia Dido. Cicero de claris Orat. 111, Apparet filios non tam in gremio matris educatos, quàm sermone matris. Idem pro Cluentio, 10, In huius amantissimi sui fratris manibus & gremio, mœrore, & lachrymis consenescebat.

Accipere aliquem gremio. Vir. 1. Aeneid. 138. Vide Accipio.

Liberi partim è gremijs parentum diripiuntur, partim in sinu iugulantur. Author ad Heren. lib. 4. 211.

Implere gremium. Iuue. Satyr. 14. 33.

Impositus gremio. Quintil. lib. 1. cap. 1. 18.

Incestare gremium matris. Stat. 1. Thebaid. 47.

Telluris gremium. Virg. 3. Aeneid. 102.

Gremium terræ. Cic. de Senect. 47, Quæ quum gremio mollito & subacto semen sparsum excipit. De terra.

Gremium arenosum, de fluuijs dicitur. Silius lib. 8. 38.

Gremium Græciæ. Cic. in Pisonem, 72.

Sinus & gremium patriæ. Cic. pro Cælio, 46.

Hæc sunt sepulta in gremio Consulatus tui. Cic. in Pisonem, 7.

Gremium imperij. Cic. de Prouinc. Consul. 3.

Ad gremium reuocare. Quintil. de Prælectione. libro 2. cap. 5.

Gressus] Vide Gradus.



Digitized by Google

Grex] huius gregis. m.g. (ἀγέλη, πεύμνη) Minorum animalium congregatio, ut ouium, porcorum, caprarum, ut ait Valla, lib. 4. cap. 42. Ouid. 4. Metam.

Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas
Pascebant. Cic. ad Att. lib. 7. 127. 8, Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges, ut bos armenta: sic ego, &c.

Grex armentorum: Cic. 3. Philip. 146.
Auium grex. Horat. 1. epist. 3. 4.
Grex equarum. Cic. 3. Verr. 19.
Hœdorum grex. Virg. eclog. 2. 5.
Ouillus grex. Vide Ouis.
Pecorum grex. Ouid. 11. Metam. 56.
Grex uænalium. Plaut. Aulul. 13. 4.
Lanigeros agitare greges. Virg. 3. Georg. 57.
Cædere greges. Vide Cædo.
Compellere greges in unum. Virg. eclo. 7. 1.
Magnus grex: id est, armentum. Virg. eclog. 6. 11.
Grex armentitius Vide Armentum.
Milliarius grex. Vide Mille.
Custos gregis, Opilio. Virg. eclog. 10. 8.
Dux gregis, pro Tauro. Ouid. 1. de Arte, 65.
Grex hominum. Terent. Eunuc. 5. 9. 54, Vnum etiam hoc uos oro, ut me in uestrum gregem recipiatis. Cic. in Catil. 42, In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq; uersantur. Terent. Heaut. 2. 3. 4.

—Ancillarum gregem Ducunt secum. Idem in Prologo Heaut. 45,

Si qua laboriosa est, ad me curritur:
Sin leuis est, ad alium defertur gregem.

Virorum grex. Silius lib. 7. 11.
Grex amicorum. Cic. 1. de Finib. 102.
Grex oratorum. Cic. 1. Verr. 27.
Indocilis grex. Horat. Epod. 16. 8.
Scribere aliquem sui gregis: id est, Referre in numerum amicorum. Horat. 1. epist. 9. 3.
Greges uirgarum. Plaut. Pseud. 5. 100.

¶ Grex, fœm. gen. Lucretius posuit. lib. 4,

Lanigeræ pecudes, et equorum duellica proles,
Buceriaq; greges. Hæc Nonius.

¶ Gregarius, Adiectiuum (ἀγελαῖος, ἀγελήτης) Ex grege uulgaris. Vnde gregarius miles dicitur non electus, sed tumultuariè undecunque collectus. Salust. Deinde multi memores Syllanæ uictoriæ, quod ex gregarijs militibus alios Senatores uidebant. Col. lib. 6. in Præfat. 1, Gregariorumq; pastorum uelut minutam professionis suæ disciplinam constantissimè repudiasse. Cic. pro Plancio, 59, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti.

¶ Gregalis, & hoc gregale, pen. prod. (ἀγελαῖος) Qui ex eodem est grege. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 5, Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo.

Gregales tui. Cic. de Arusp. resp. 49, Neq; P. Clodius, nec quisquam de gregalibus eius aut consiliarijs designatur. Idem 2. de Orat. 140.

Gregalis, pro uulgari seu publico. Senec. epist. 87, Dij boni, quàm iuuabat intrare balnea illa obscura, & gregali tectorio inducta. Idem 1. de Benef. Gregalia poma.

¶ Gregatim, pen. prod. Aduerb. (ἀγελαδόν) Per diuersos greges. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Merula, quòd mera, id est, sola uolitet. Contrà ab eo graculi, quòd gregatim. Plin. lib. 8. cap. 5. 1, Elephanti gregatim semper ingrediuntur.

Volare gregatim. Quintil. lib. 1. cap. 6. 24.

Gregatim, ad homines translatum. Cic. 7. Verr. 116, Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latomias.

Gregatim ferre manus. Stat. 8. Thebaid. 130.
Gregatim sentiuntur morborum genera. Plin. lib. 26. cap. 1. 4.

Grillus] Vide Gryllus.

Griphus] griphi, m.g. (γρῖφος) Latinè dicitur rete, uel sermo implicitus, atq; intricatus. Gell. lib. 1. cap. 2. Aliosq; id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissoluere.

Gronij] Hispaniæ populi ad Durium amnem, ut scribit Pomponius lib. 3. quorum meminerunt Plinius & Silius.

Grossus] huius grossi, masculini & fœmin. generis (ὄλυνθος) Dicitur ficus quæ nondum maturuit. Celsus lib. 5, Grossi in aqua cocti. Plinius libro 15. cap. 18. 5, Deprehensasq; in his hyeme grossos. Idē alibi, Crudæ grossi uerrucas tollūt.

¶ Grossulus, huius grossuli, pen. cor. Diminutiuum (ὀλύνθιον) Colum. de Arboribus, cap. 21. 1, Si uoles ficum quāuis nō natura serā facere, quum grossuli minuti erūt, fructū decutito.

Gruma] huius grumæ. Grumæ (inquit Nonius) sunt locā media in quæ directæ quatuor cōgregantur & conueniunt uiæ. Est autem gruma mensura quædam, qua flexæ uiæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum, & similium. Ennius libro 17, grumam dirigere dixit, degrumari ferrum.

Grumus] huius grumi (θρόμβος) Dicitur terra in aceruū collecta, quæ tamen est minor tumulo: apud Columellam dicitur cliuulus. Vnde lib. 2. cap. 18. 4. ait, Grumosq; quos ad uersuram plerunq; tractæ faciunt crates, dissipabimus, &c.

Grumus salis. Plin. lib. 33. cap. 4. 18.

¶ Grumulus, huius grumuli, pen. corr. Diminutiuum (θρομβίδιον) Plin. lib. 19. cap. 6. 13, Quidam ulpicum & allium in plano seri uetant, castellatimq; grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos.

Grundio] grundis (γρυλλίζω) grundire, dicebant ueteres, quod nos grunnire dicimus. Claud. lib. 16, Agni grundibāt, dixit: & grūdibat grauiter pecus suillum. Etiam hominum esse grunditum, Cæcilius Ebrijs designauit. Ex Nonio.

Grunnio] grunnis, grunniui, uel grunnij, grunnitum, pen. prod. (γρυλλίζω) grunnire, Proprium est porcorum. Plin. libro 32. cap. 2. 8, Grunnire eum quum capiatur. Iuuen. Satyr. 15. 3, Et quum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

¶ Grunnitus, huius grunnitus. pen. prod. (γρυλλισμὸς) Cic. 5. Tusc. 163, Aut grunnitum, quum iugulatur suis.

Grus] huius gruis, mascul. uel fœm. generis (γέρανος) Auis nota. Virg. lib. 1. Georg. Strymoniæ dant signa grues.

Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18, —discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo. Plin. lib. 10. cap. 23, Inducias habet gens Pygmea, absceſſu gruum, cum ijs dimicantium. Mira de gruibus toto hoc capite.

Grues, ut inquit Cicero, 2. de Nat. deor. 187, Quum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficiunt formam: eius autem summo angulo aer ab ijs aduersus pellitur: deinde sensim ab utroque latere tanquam remis, ita pennis cursus auium leuatur. Basis autem trianguli, quam efficiūt grues, ea tanquam à puppi uentis adiuuatur, eaq; in tergo præuolantium colla et capita reponunt: quod quia ipse dux facere nō potest, quia non habet ubi nitatur, reuolat, ut ipse quoq; quiescat: in eius locum succedit ex ijs quæ adquierūt; eaq; uicissitudo in omni cursu conseruatur.

Clamor gruum. Lucret. lib. 4. 184.
Hyberna Rhodopes grus. Stat. 4. Syl. 6. 2.
Threicia grus. Ouid. 3. de Arte, 37.
Aduenam laqueo captare gruem. Horat. Epod. 2. 7.
Grus machina ad subleuāda onera accommoda: sic dicta, quòd in longum prominens, collum gruis referat: Græcè γέρανος, dicitur: cuius sæpe fit mentio apud Vitruuiū. Labeo in l. si seruus tuus. ff. de action. empti & uēdit. Qui per ἐπιδρο-



Digitized by Google

μὴ γλαύκα descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.

¶ Gruo, gruis (λαγγάζω) gruere. Festus, Gruere dicuntur grues, ut sues grunnire.

Gryllus] huius grylli, masculini gen. Animal est magnitudine cicadæ, corpore longiore, pernicies agrorum. Vide Plinium, lib. 29. cap. 6.

Grynia] urbs Aetoliæ in finibus Ioniæ.

¶ Grynæus, Adiectiuum (γρύνος) ut, Grynæus Apollo, Virgil. 4. Aencid. Vbi Serutus, Clazomene ciuitas est Asiæ. Iuxta hanc nemus est Grynæũ, ubi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet & in Delo acceperit oraculum. Idem 6. eclog. His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

Gryphoma] γύφωμα, Positum à Polluce inter ornamenta muliebria, lib. 7. cap. 22.

Gryps] huius gryphis, m. g. uel etiã Gryphus, gryphi (γρὺψ) Animal pennatum, & quadrupes, omni ex parte leo, alis & facie aquilis simile, equis uehementer infestum. Virgil. eclog. 8. 9. Iungantur iã gryphes equis. Plin. lib. 10. cap. 49. Pegasos equino capite uolucres, & gryphas auritos aduncitate rostri fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia.

Grypus] huius Grypi (γρυπὸς) Qui nasum aduncũ habet.

G V

Guberno] gubernas (διοικέω, διυβερνάω, βραβεύω, ἰθύνω, διαιτάω, ὑποκυβερνάω) gubernare, Administrare, procurare, regere, gerere, moderari. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1. Teq; hortor, ut omnia gubernes & moderere prudentia tua.

Regere & gubernare. Cic. 1. de Nat. deor. 73.

Velum totũ hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus. Cic. Att. lib. 13. 282. 4.

Sed hæc deus aliquis gubernabit. Cic. Att. lib. 6. 114. 5.

Gubernare aliquem consilijs. Cic. Bruto, 10. 3.

Fortunæ nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Cic. Att. lib. 8. 148. 1.

Gubernare orbem terrarum. Cic. pro Sex. Rosc. 78.

Gubernare petitionem alicuius. Cic. pro Milone, 18.

Gubernat tormenta dolor. Cic. pro Sylla, 58.

Vitam gubernare ratione. Lucret. lib. 5. 225.

¶ Gubernans, Participium (διοικῶν) ut,

Fortuna gubernans. Lucret. lib. 5 22.

¶ Gubernator, penult. prod. Verbale (διυβερνήτης, διοικητὴς, πηδαλιοῦχος, οἰακισμὸς) Rector & moderator nauis propriè dicitur. Cic. de Senectute, 16, Vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, &c. Idem 1. de Inuen. 74, Nauis quæ scientissimo gubernatore utitur. Idem 4. Acad. 179.

Custos, gubernatorq; Reip. Cic. pro Rabirio Posth. 20.

Gubernator equorum. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Bonus gubernator. Vide Bonus.

Summi gubernatores. Cic. 7. Phil. 234.

¶ Gubernatrix, pen. prod. huius gubernatricis, pen. prod. Verbale fœm. (διυβερνήτρια) Cic. 1. de Orat. 21, Quum ciuitatem uel paterno consilio, uel auitis armis florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, ut ais, ciuitatum eloquentia, Rempub. dissipauerunt.

¶ Gubernatio, huius gubernationis (διοίκησις, εὐκυβερνησία) Aliud uerbale. Cic. 4. de Finib. 123, Et si in ipsa gubernatione negligentia est nauis euersa.

Vix uidetur humani consilij tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Cic. 3. in Catil. 63.

Magnam gubernationem tui cõsilij, tuæq; authoritatis res desiderabit. Cic. Bruto, 14. 4.

¶ Gubernaculum, pen. corr. (οἴαξ, πηδάλιον, οἰήϊον) dicitur clauus nauis. Cic. 2. de Inuent. 136, Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit.

Gubernaculum, pen. prod. per syncopen: ut, Gubernaculum contorquet nauim quò libet. Lucret. lib. 4. 183.

Reuulsum gubernaculum. Virg. 6. Aneid. 70.

Assidere gubernaculis. Vide Assideo.

Clauus & gubernaculum Reipub. per translationem. Cicero pro Sestio, 15.

Accedere ad gubernacula Reip. Cic. 1. de Inuent. 6.

Deijcere Senatum à gubernaculis. Cic. pro Domo sua, 20.

Qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab uniuerso naufragio periculum est. Cic. Tironi, lib. 16. 27.

Vna penè uoce Oratorem à gubernaculis ciuitatum repellere. Cic. de Orat. 24.

Sedere omni tempore ad gubernacula Reipub. Cic. pro Roscio Amerino, 30.

Gubernacula Reipub. tenere, Diligẽter curare & administrare Rempub. Cic. de Diuinat. 4.

Tradere oratori ciuitatum regendarum gubernacula. Cicer. 1. de Orat. 107.

Gubernacula uitæ. Plin. lib. 31. cap. 37. 85.

¶ Guberna, pro gubernacula. Lucil. Sat. lib. 20, Proras despoliate, & detundite guberna. Nonius.

¶ Gubernium, pro gubernatore. Vide Gellium lib. 16. cap. 7.

Gula] gulæ, f. g. (φάρυγξ, λαιμός) Pars superior œsophagi, qua cibus atq; potus deuoratur. Interdum etiam pro faucibus ponitur. Salust. Laqueo gulam fregere. Plaut. Merc. 12. 28, Demisisti gladium in gulam, iam cadam. Cic. ad Att. lib. 13. 286. 4, O gulam insulsam, pudet me patris.

Gula follis, pro anteriore follis parte, qua aer intromittitur & exprimitur. Plaut. Aulul. 9. 23.

Ingeniosa gula. Vide Ingeniosus.

Ingenua gula. Vide Ingenuus.

Immensa gula. Vide Immensus.

Insulsa gula. Vide Insulsus.

Parens gulæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 23.

Implacata gula. Ouid. 8. Metam. 171.

Crescens gula. Iuuen. Satyr. 11. 4.

Profundæ, intempestiuæ, & sordidæ gulæ homo. Suet. in Vitellio, cap. 13. Vide Viscus, uisceris.

¶ Gulo, gulonis. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12, Vnde est & illud prouerbium, quo utuntur gulones.

¶ Gulosus, pen. prod. (γαστρίμαργος, λαίμαργος) Adiectiuũ notæ significationis. Martial. lib. 8. 24,

Esse tibi uideor sæuus, nimiũq; gulosus. Vide Nimium.

Gulosus lector. Martial.

Non opus est nobis nimium lectore guloso. Hoc est, mallectionis curioso.

¶ Gulosè, pen. prod. Aduerbium (λαιμαργικῶς) Col. lib. 1. in Præfat. 5, Contemptissimorum uitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi.

Gummi] neut. gen. indeclinabile, & hæc Gummis (κόμμι) Lachryma arborum quarundam; quæ ueluti gutta quædam uiscosa per ipsum corticem diffunditur. Plin. lib. 13. cap. 11, Gummi optimum esse ex Aegyptia spina conuenit, uermiculatum, colore glauco, purum, sine cortice, dentibus adhærens. Colum. lib. 12. cap 50. 15, Noua dolia liquida gummi perluere. Ibidem, 16, Multi quum semel noua dolia uel seruias crassi gummi liuerunt; una in perpetuum gummitione contenti sunt.

¶ Gummitio, gummitionis (κόμμωσις) Illinitio quædam ex glutinoso illo arborũ succo, quæ dolijs fieri solebat, quemadmodum picatio ex pice: ut in præcedẽti Columellæ exẽplo.

¶ Gummosus, pen. prod. Adiectiuum (κομμώδης) Quod multum gummi habet. Plin. lib. 12. cap. 9. 2. de bdellio arbore, Indicum, humidius & facilius hoc, & crustosius, amariusq; at gummosum.



Digitized by Google

Gurdi] *gurdorum* (σὺνθετ.) *ſtolidi à uulgo dicuntur.* Quintil. lib. 1. cap. 5. 36, Et gurdos, quos pro ſtolidis accipit uulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audiui.

Gurges] Cognomen Q. Fabij Rulliani filij, à deuorato patrimonio illi impoſitum. Macrobius.

Gurges] *gurgitis, pen. corr. maſc. gen.* (ἄμπωτις, λίμν) Locus in flumine profundus, in quo aqua cõgeritur & circumuertitur. Omnis aquarum congeries, dicitur gurges. Martialis libro 1. 72,

Raptus flumineo uenit de gurgite piſcis. Plin. libro 9. cap. 31. 1, Aeſtate in opaca gurgitum recedunt. De cancris.

Altus gurges. Virg. eclog. 6. 16.

Altitudo gurgitis. Plin. lib. 8. cap. 5. 1.

Nepotum omnium altiſſimus gurges Apicius. Plin. lib. 10. cap. 48. 1.

Anheli gurgites. Silius lib. 3. 91.

Gurges imus. Plin. lib. 9. cap. 15.

Limoſus gurges. Ouid. 6. Metam. 77.

Rapidus gurges. Senec. Thyeſte, 2. 11.

Refluo circunſona gurgite Thule. Stat. 5. Sylu. 1. 19.

Sinuatus gurges. Silius lib. 13. 6.

Sinuatus gurges in curuos arcus. Ouid. 14. Metam. 11.

Quæ Charybdis tantos exhaurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum, Brogitatorumq; prædas exorbuit? Cicer. de Aruſp. reſp. 55.

Fertur cita gurgite claſſis. Virg. 5. Aeneid. 7.

Spumans gurges. Silius lib. 17. 25.

Tollimur in cælum curuato gurgite. Virg. 3. Aeneid. 113.

Gurges, pro ipſo maris periculo & ueluti quadam Syrte aut Scylla. Virgilius 1. Aeneidos, 25,

Apparent rari nantes in gurgite uaſto.

Gurges cæruleus, pro Oceano. Ouid. 2. Metam. 52.

Gurges per translationem. Cicero 5. in Verr. 18, Immenſa aliqua uorago eſt, aut gurges uitiorum, turpitudinumq; omnium. Idem in Piſonem, 31, Ille gurges atq; helluo, natus abdomini ſuo, non laudi atq; gloriæ.

Gurges & uorago patrimonij. Cic. pro Seſtio, 25.

¶ Gurgulio (τρώξ) Vide Curculio. Plinius lib. 18. cap. 30, Gurgulionem enim nõ deſcẽdere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari.

Gurguſtium] *huius gurguſtij* (οἰκίδιον) *inquit* Feſtus, genus habitationis anguſtum, à gurgulione uerme ſic dictum. Seruius docet, gurguſtium eſſe obſcurã & latentem tabernam. Cicero in Piſonem, 9, Meminiſtine cœnum, quum ad té quinta ferè hora cum C. Piſone ueniſſem, neſcio quo è gurguſtio te prodire, inuoluto capite, ſoleatum? Idem 1. de Natura deorum 33.

¶ Gurguſtiolum, gurguſtioli, penult. corr. (οἰκίσκον & Θ) Diminutiuum.

Guſto] guſtas (γεύομαι) guſtare, notæ ſignificationis. Cæſar 5. bell. Gall. 50, Leporem & gallinam & anſerem guſtare fas non putant.

Guſtare aquam. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 2.

Guſtare herbam. Cic. 2. de Nat. deor. 189.

Pabula guſtare. Virg. 1. Aeneid. 96.

Guſtare, per translationem. Cic. in Piſonem, 45, Non guſtarat illam tuam Philoſophiam. Sic, Guſtare aliquam partem liquidæ uoluptatis. Cic. 1. de Finib. 89.

Iſtorum omnium ſummatim cauſas, & genera ipſa guſtaui. Cicero 1. de Orat. 84.

Attingere, & guſtare ſenſu noſtro. Cic. pro Archia, 12.

Guſtare ſaluæ Reipublicæ partem. Cicero Cornificio, libro 12. 23. 6.

Primis, ut dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam: id eſt, naturæ rationem. Cicer. 1. de Nat. deor. 29.

Guſtare labris primoribus aliquod genus uitæ. Cicero pro M. Cælio, 20.

Guſtare ſermonem alicuius. Plaut. Moſtell. 15. 15.

De aliquo guſtare. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 17.

Guſtare ciuilem ſanguinem, uel potius exorbere. Cicer. 2. Philipp. 79.

¶ Guſtatio guſtationis, Petronio prima pars cœnæ dicitur, quæ ſtus alijs. Sic enim ſcribit, Iuſſi ergo diſcubuimus, & guſtatione mirifica initiati, uino etiam falerno inundabamur. Turnebus.

¶ Guſtatus, huius guſtatus, pen. prod. maſcul. gen. (γεῦμα) pro Guſtu. Cic. 2. de Nat. deor. 211, Iam guſtatus, qui ſentire eorum, quibus ueſcimur, genera deberet, habitat in ea parte oris qua eſculentis & potulentis iter natura patefecit. Idem 3 de Orat. 55.

Guſtatus, Ipſa Guſtatio. Cic. 2. de Nat. deor. 235, Niſi fortè tãta hubertas & uarietas pomorum, eorumq; iucundus non guſtatus ſolũ, ſed odoratus etiam, & aſpectus, dubitationem affert quin hominibus ſolis ea natura donauerit.

¶ Guſtus, huius guſtus (γεῦσις) Senſus ipſe qui ex guſtatione percipitur. Plinius lib. 10. cap. 71, Quoq; exiſtimauerim omnibus ſenſum guſtus eſſe. In ueteribus codicibus legitur & guſtatus.

Acer guſtus. Vide Acer.

Guſtus acutus & odoratus. Plin. lib. 27. cap. 12. 17.

Guſtus aſtrictus. Plin. lib. 27. cap. 12. 16.

Guſtus calidus. Plin. lib. 27. cap. 8. 5.

Guſtus amarus cum aſtrictione. Vide Aſtringo.

Auſterior guſtus. Vide Auſter.

Veræ laudis guſtum non habere. Cic. 3. Phil. 120.

Guſtus non traditur arte. Quint. lib. 6. cap. 5. 2.

¶ Guſtatorium, huius guſtatorij (ἀπεκτορεῖον) Locus erat ubi antiqui cœnare ſolebant. Plin. epiſt. 101. lib. 5, Guſtatorium, grauiorq; cœnatio margini imponitur.

Gutta] *huius guttæ, fœ. g.* (γαγὼν, γαλαγμὸς, ῥανὶς, ψιχὰς, γαστὴ, θρόμβ & Θ) Minima pars aquæ uel alterius materiæ liquidæ. Plaut. Caſina, 5,

Di me & te infœlicitent, ſi ego in os meum
Vini guttam indidi. Plin. lib. 31. cap. 2, Diſtantes quoq; guttæ in lapides dureſcunt in antris Corycijs. Plaut. Rud. 11, 20. Cic. 2. Tuſc. 46,

Ex quo liquatæ ſolis ardore excidunt Guttæ. Ex poeta.

Cruentæ guttæ. Ouid. 15. Metam. 158. Vide Cruentus.

Frigida gutta per artus fluit. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 8.

Grandes guttæ. Virg. 2. Georg. 49.

Liquentes humorum guttæ. Lucret lib. 2. 198.

Lucida gutta. Ouid. 4. Faſt. 105.

Sanguineæ guttæ. Ouid. 2. Metam. 72.

Inſtillant guttæ ſaxa. Vide Inſtillo.

Guttæ ſanguineæ manant tanquam de uulnere. Ouid. 2. Metam. 36.

Leuibus guttis manantia antra. Ouid. 4. Met. 103.

Cadentes guttæ pertundunt ſaxa. Lucret. lib. 4. 259.

Saxa ſtillant guttis. Lucret. lib. 6. 189.

Cæruleis uariantur corpora guttis. Ouid. 4. Met. 116.

Gutta conſilij. Plaut. Pſeud. 6. 4.

Dulcedinis gutta in cor ſtillauit. Lucret. lib. 4. 213.

¶ Guttula, huius guttulæ, pen. corr. Diminutiuum (γαγόνιον) Plaut. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

¶ Guttatim, pen. prod. Adiectiuum (κατὰ γαγόνας) Plautus. Merc. 4. 89, — cor ædepol miſerum meum
Quod guttatim contabeſcit, quaſi in aquam tu indideris ſalem.



Digitized by Google

¶ Guſtatus, pen. prod. Adiectiuum (γαγουτὸς) Quod ueluti guttas habet. Martial. lib. 5. 114, Et picta perdix, numidicæq; guttatæ.

¶ Guttans, guttantis (γαλάζων) Formam participij habet, quaſi à Gutto guttas, pro guttatim ſtillare. Plin. lib. 20. cap. 8. 3, Huius folia ambuſtis utilia, guttantia aſtringunt.

Guttur] huius gutturis, pen. corr. n. g. (ἀορφάραγξ, λαιμὸς, λάρυγξ, φάρυγξ, βρόγχος) Ea pars quæ eſt à faucibus ad iugulum, ſiue exterior, ſiue interior ſit. Plin. lib. 11. ca. 37. 50, Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit: aquarum quæ potantur, plerunq; uitio. Virg. in Georg.

Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui. Cicero pro Cælio, Vitium uentris & gutturis.

Mobile guttur. Perſius Satyra, 1. 2.

Tumidum guttur. Iuuen. Satyr. 13. 17.

Tenui gutture cantat auis. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 2.

Colluere guttur liquido plaſmate. Perſ. Satyr. 1. 2.

Eliſa guttura laqueo fregit. Lucan. lib. 2. 31.

Pandere guttur. Virg. 6. Aeneid. 84.

Radere guttur. Iuuen. Satyr. 6. 11.

Rupit mihi guttura pugno. Ouid. 3. Metam. 126.

Trahere amnẽ gutture: id eſt, bibere amnẽ. Ouid. 15. Met. 66.

Plenis tumuerunt guttura uenis. Ouid. 3. Met. 15.

Vincire guttura alicuius. Ouid. 10. Met. 5.

¶ Gutturem maſculino genere dixit Plautus in Milite, 11. 22,

—mihi nimius calor
Comburebat gutturem.

¶ Gutturoſus, pen. prod. Adiectiuum (φαρυγγώδης) Cuius gutur tanquam ſpongia quædã intumeſcit: ita ut hoc malum, non morbus, ſed uitium ſit. Vlp. de ædilitio edicto, Si quis natura gutturoſus ſit, aut oculos eminentes habeat.

Guttus] huius gutti, m g. (πρόχοον) Poculi genus, quo in ſacrificijs utebantur, quoq; guttatim aqua infundebatur. Plin. lib. 16. cap. 38. 4, Cuius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe præter guttum fagimum, quo ſacrificaret.

Pleno componit lintea gutto. Iuuen. Satyr. 3. 26.

¶ Guttus, Vas in quod oleum mittitur: dictus quòd guttã mittat. Nam eo uſi ſunt Romani in balneis ad ungenda corpora poſt lauationem. Gellius libro 17. cap. 8, Guttum Sæmium ore tenus imprudens inanem, tanquam ineſſet oleum affert, &c.

¶ Guttulus, pen. corr. (πρόχοιδιον) Diminutiuum. Plautus, Vt guttulam hauriret ex gutulo.

G Y

Gyarus] Gyari, pen. corr. f. g. uel Gyara, Gyaræ (γύαρος) Vna è Cycladibus inſulis cum oppido, in quod Romani noxios in exilium mittere ſolebant, Iuuenalis Satyr. 1. 8,

Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,
Si uis eſſe aliquid. Idem Satyra 10.
Vt Gyaræ clauſus ſcopulus, paruæq; Seripho.

Gyas] nomen proprium uiri Troiani. de quo Virg. Aeneid. lib. 5. quo in loco ait Seruius, ab hoc Gya nomen habere Gyganiam Romanorum familiam.

Gygæus] γυγαῖος, Lacus Lydiæ. Propertius lib. 3. eleg. 11. 4, Lydia Gygæo tincta puella lacu.

Gyges] γύγης, Viri proprium, qui Cæli & Terræ filius fingitur, & frater Briarei, gigas maximus & centimanus.

Centimanus Gyges. Horat. 3. Carm. ode 4. 14.

¶ Gyges, Rex Lydiæ, qui conſuluit Apollinem Delphicum, an aliquis eſſet ſe fœlicior. Apollo aũt prætulit illi Aglaũ quendam ruſticũ & pauperem. De quodam autẽ Gyge, qui annulum præſtantiſſimũ habuit, uideto Ciceronẽ, 3. Off. 48.

Gymnas] gymnadis, pen. corr. f. gen. (γυμνὰς) Exercitum. Statius 4. Sylu. 2. 10, —ſic lubrica ponit

Membra Terapnæa reſolutus gymnade Pollux. Idem 4. Thebaid. 22,

Chalcis, & Herculea turpatus gymnade multus
Amnis. Intelligit Acheloum. Idem 1. Achill. 72,
—exercere proteruas Gymnadas.

¶ Gymnaſium, gymnaſij (γυμνάσιον) Locus exercitij. Plautus Amph. 13. 3,

Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia,
Apud emporiũ atq; in macello, in paleſtra, atq; in foro.

Plinius epiſt. 41. c, Hoc hybernaculum, hoc etiam gymnaſium, meorum eſt. Cic. 1. de Orat. 29, Clamabunt credo omnia gymnaſia, atq; omnes Philoſophorum ſcholæ ſua hæc eſſe omnia propria.

Gymnaſium plenum pueris. Quintil. lib. 2. cap. 8. 2.

Flos gymnaſij. Catull. de Berecynthia, epigr. 58. 1.

Virgineam gymnaſium. Propert. lib. 3. eleg. 14. 1.

Indulgere gymnaſijs. Vide Indulgeo.

Quæ uix in gymnaſijs & in otio Stoici probant. Cicero in Paradox. 4.

¶ Gymnaſticus, penult. corr. Adiectiuum (γυμναστικὸς) Plautus Rudente, 8. 7,

Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatũ pro exercitio
Gymnaſtico & paleſtrico.

¶ Gymnicus, pen. corr. Aliud adiectiuum (γυμνικὸς) Idem Plin. lib. 7. cap. 56, Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon inuenit. Sic, Cic. 2. Tuſc. 105.

¶ Gymnaſiarchus, huius gymnaſiarchi: & Gymnaſiarcha, gymnaſiarchæ (γυμνασιάρχης) Gymnaſij præſes. Cicer. 6. Verr. 82, Demoliendum curauit Democritus gymnaſiarchus, quòd is ei loco præerat.

Gymnopodion] γυμνοπόδιον, Genus calceorum muliebrium, apud Pollucem, lib. 7. cap. 22. ubi Gualterus Nudipedia uertit, propterea, ut opinor, quòd γυμνὸς nudum ſignificet, & γυμνόπους nudipedem.

Gymnoſophiſtæ] γυμνοσοφισταὶ, Philoſophi Indorũ: ſic dicti, quod nudi incederent: nam γυμνὸς, nudus dicitur Plin. lib. 7. cap. 2. 12, Philoſophos eorũ, quos gymnoſophiſtas uocant, ab Exortu ad Occaſum perſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis, ſeruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere.

Gynæceum] huius gynæcei, penult. prod. (γυναικεῖον) Locus ſecretior in ædibus, in quo ſolæ mulieres habitabant. Plaut. Moſtel. 9. 59, —ſed ſenex,

Gynæceum ædificare uolt hic in ſuis,
Et balneas, & ambulacrũ, & porticum. Terent. Phor. 5. 6. 22. Cic. 2. Philip. 95, Syngrapha H S. centies per legatos uiros bonos, ſed timidos & imperitos, ſine reliquorum hoſpitum ſententia, facta in gynæceo.

Gyndes] γύνδης, Aſſyriorum fluuius maximus ſecundũ Euphratem. De quo Seneca lib. 3. de Ira. Tibull. lib. 4. ad Meſſalam, 29, Rapidus Gyndes.

Gypſum] huius gypſi (γύψος) Id quod ex lapidibus toſtis & ambuſtis exprimitur. Plin. lib. 36. cap. 24, Cognata calci res gypſum eſt. plura eius genera: nam è lapide coquitur, ut in Syria, & Thurijs: & è terra foditur, ut in Cypro, ac Perrhæbis: è ſumma tellure, & Tymphaicum eſt, &c. Iuuenal. Satyra, 2. 1,

—quanquam plena omnia gypſo Chryſippi inueniat.

¶ Gypſo, gypſas (γυψόω) gypſare, Gypſo inducere ſeu incruſtare. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 13,

Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Colum. Quum deinde modicè aruerunt, in uaſa noua ſine pice operculata & gypſata, ſicco loco reponitur,

Pes g

Digitized by Google

Pes gypſatus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.13.
Gypſata manus. Cic. Trebatio, lib. 7 cap. 6.3.

Gyrus] gyri, maſc. gen. (γυρὸς) Latinè circulus uel ambitus dici poteſt. Virg. 5. Aeneid.

Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit. Cic. 3. de Orat. 41, Ex ingenti quodam Oratore immenſoq; campo in exiguum ſanè gyrum compellitis. Idem 1. Offic. 128, Homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; præſidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

Aerius gyrus. Catull. de Coma Berenicis, epigr. 61.2.
Terribilis gyrus. Claud. de raptu Proſerp. 2.5.
Equus abrumpit gyros medios tremulo poplite. Lucan. libro 6.28.
Agere gyros. Seneca Agamemn. 6.13.
Curuo contendere gyro. Tibull. lib. 4. ad Meſſal. eleg. 1.19.
Dare gyros. Virg. 3. Georg. 22.
Ducit per aera gyros Miluius. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.7.
Exiguos format per prima uolumina gyros. Silius lib. 13.5.
Ire in gyros coactus equus. Ouid. 3. de Arte aman. 77.
Paulo uaga uincula gyro ſpargere. Valer. 6. Argon. 27.
Pruma niualem interiore diem gyro trahit. Horatius 2. Serm. Satyra, 6.6.
Volat ingenti gyro. Virg. 10. Aeneid. 175.
Ancipiti gyro uolui. Stat. 10. Thebaid. 120. de ſerpente.

¶ Gyro, gyras, unde Gyratus, penult. prod. Adiect. Plin. lib. 5. cap. 10. 1, Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato lacinioſam. De Alexandria urbe Aegypti.

Gytheum] λύθειον, Oppidum quod Hercules et Apollo depoſitis eo loci ſimultatibus, communi opere condiderunt. Cic. 3. Offic. 64, Claſſem Lacedæmoniorum quæ ſubducta eſſet ad Gytheum. Liuius 4. bell. Maced. 111, Gytheum omnium maritimarum rerum Lacedæmonijs receptaculum. Ex Hermolao in Plinium.

¶ Gytheates, pen. prod. (λυθιεὺς) Populi in eo habitantes. Plin. lib. 4. cap. 5.

## H

NOTA eſt antiquæ, id interdum ſignificans quod Hodie. Cic. Attico, lib. 13. 287, Cum Balbo autem puto te aliquid feciſſe H.

H aſpiratio dicitur à Cicerone in Orator. 91, quum inquit, Quin ego ipſe quum ſcirem ita maiores locutos eſſe, ut nuſquam niſi in uocali, aſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut pulcros, & Cetegos, triumpos, Cartaginem dicerem: aliquando, idq; ſerò, conuitio aurium quum mihi extorta ueritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Gellius libro 2. cap. 3, H literam, ſiue illam ſpiritum magis quàm literam dici oportet, inſerebant eam ueteres noſtri pleriſque uocibus uerborum firmandis roborandisq;, ut ſonus earum eſſet uiridior, uegetiorq;. Atque id uidentur feciſſe ſtudio & exemplo linguæ Atticæ. Satis notum eſt Atticos ἐχθὲς, ἐρὲω, multa itidem alia citra morem gentium Græciæ cæterarum inſpirantes primæ literæ dixiſſe. Sic lachrymas, ſic ſepulchrum, ſic ahenum, ſic uehemens, ſic inchoare, ſic hallucinari, ſic helluari, ſic honera, ſic honuſtum dixerunt. In his enim uerbis omnibus literæ ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio uiſa eſt, niſi ut firmitas, & uigor uocis quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur.

H literæ, in uarias literas mutatur: nunc in B, ut quæ prius Helena fuit, apud Romanos Belena dicebatur. Nunc in V, ut Heſper, Veſper. Nunc in F, ut Hanula, Fanula. Nunc in S, ut quod olim Exſibeant, modò exhibeant dicimus.

Ha] ἃ, Interiectio corripientis, ſiue admonentis ne quid fiat, néue quis in re cœpta progrediatur. Plaut. Trinum. 14.5,

—ha nimium Staſime ſæuiter. Idem Moſtel 16.32.

¶ Ha ha he, interiectio riſus, inquit Donatus. Teren. Eunuch. 3.1.36. Idem Phorm. 2.3.64,

Abduce hãc, minas quinq; accipe. P. ha ha he, homo ſuauis.

Habena] habenæ, pen. prod. (ἡνίοχος, ἡγεμονεύς, ἡδυπαθὴς, ἡνιοστρόφος) Retinaculum & frænum quo æquus cohibetur. Virgilius 9. Aeneid. 117,

Ipſe ter adducta circum caput egit habena.

Liber habenis equus. Virg. 3. Georg. 38.
Grauidæ habenæ balearis fundæ. Stat. 10. Thebaid. 171.
Preſſæ habenæ. Virg. 11. Aeneid. 120.
Comprimere habenas curſus. Ouid. 6. Metam. 142.
Laxas dare habenas. Virg. 1. Aeneid. 14.
Flectere habenas aliquà. Ouid. 2. Metam. 34.
Immittit habenas claſsi. Virg. 6. Aeneid. 1.
Moliri habenas. Vide Molior.

Habena, Scutica. Horat. 2. epiſt. 2.3,

In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.

Habena uel ferula cædi. Vlpianus in l. cum aliter. §. impuber. ff. de S. C. Siliano.
Laxiſsimæ habenæ amicitiæ. Vide Laxus.
Rerum habenæ tradunt Haſdrubali. Silius lib. 1.29.

Habena, pro poteſtate & facultate. Virgil. 12. Aeneid 101, Vbi Seruius, Habenas, Poteſtatem, facultatem: Et premere, & laxus ſciret dare iuſſus habenas. Cic. 1. de Orat. 115, Senatum ſeruire populo, cui populus ipſe moderandi et regendi ſui poteſtatem quaſi quaſdam habenas, tradidiſſet? Idem libro 3.91, Legum habenæ. Ex poetis.

Habenas abducere uel remittere. Vide Abduco.
Immiſsis habenis furit Vulcanus. Virg. 5. Aeneid. 131.
Regere habenas. Ouid. 1. Faſt. 5, -Vates rege uatis habenas.

¶ Habenula, pen. corr. Diminutiuum.

Habenula, apud Celſum, lib. 7. cap. 20, Ab ora quoque eius uulneris quod in inguine eſt, demenda habenula paulò latior eſt, quo maior plaga ſit. Idem libro 7. cap. 7, Tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. De palpebris procidentibus.

Habentia] habentiæ (ἕξεις) antiquis dicebatur, ſicut à ſapio, ſapientia: ſignificat autem ipſum habere, & diuitem eſſe. Claud. libro 7, Animos eorum habentia inflarat. Ex Nonio.

Habeo] habes, habui, habitum, pen. corr. (ἔχω, ἴσχω, σὺνεχω, κέω) habere, propriè ſignificat quod Græci dicunt ἔχειν. Plautus Rud 30.33,

-papæ diuitias tu quidem habuiſti luculentas.

Habere, pro Tractare & afficere: ut, Habere miſerrimum, id eſt, miſerrimè tractare. Plautus Caſina. 13.27. Terent. Hecyr. 2.3.6,

Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata.

Idem Adelph. 1. 1.21,

Ruri agere uitam: ſemper parcè ac duriter
Se habere. Plaut. Menæch. 4.8,
Nimium te habui delicatam.

Aegrè habere, Aegrè ferre. Plaut. Bacch. 22.17. Liuius 7. ab Vrbe, 19, Ita ægrè habuit filium id pro parente auſum, eoq; id, &c.

Habet illum arctè, contenteq; : hoc eſt, durius & arctius agit cum illo. Plautus Aſinar. 3.64.

Habere, Detinere. Saluſt. in Iugurtha, Neq; flumen, neq; mons erat qui fines eorum diſcerneret, quæ res eos magno diutur-noq; bello inter ſe habuit.

Habet eos ſomnus. Ouid. 6. Faſt. 66.

Habere aliquem in luce, uel tenebris, pro Continere. Celſus lib. 3. cap. 18. de Phreneticis.

Habere, pro Cenſere. Sueton. in Auguſto, cap. 23, Diemq; cladis quotannis mœſtum habuerit, ac lugubrem. Budæus.

Habere, pro Habitare. Saluſt. in Iugurtha, Sed qui mortales in initio Africam habuerint.

Habet ſe erga ædem, pro Habitat. Plautus Trucul. 8. 38. Ibidem, 3. 43.

Quæ regio Anchiſen, quis habet locus? Virg. 6. Aeneid. 134.

Habeo, pro Poſſum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 38. 6, de Rep. nihil habeo ad te ſcribere. Liu. lib. 2. Decad. 5, Illud infirmare pro certo habeo, audeoq;.

Habere, pro Reputare. Quintil. lib. 7. cap. 47, An habendum ſit adulterium in lupanari.

Habere, Solicitè ſeruare. Cato, Villica uillam conuerſam, mundamq; habeat.

Hæc habui de amicitia quæ dicerem: Hoc eſt, tantum hæc mihi de amicitia erant dicenda. Cic. de Amicit. 86.

Sicuti pleraq; mortalium habentur: Hoc eſt, Vt ſolet accidere rebus hominum. Saluſt. in Catil.

Habeo precari apud deos immortales, pro Precandũ eſt mihi. Suet. in Auguſt. cap. 58.

Habeo audire: id eſt, audiendum eſt mihi, inquit Valla libro 5. Cic. de Orat. Audire habeo quid hic ſentiat.

Deponendum. Plin. lib. 10. cap. 55. 1, Iulia Auguſta, prima ſua iuuenta Tiberio Cæſare ex Nerone grauida, quum parere uirilem ſexum admodum cuperet, hoc uſa eſt puellari augurio: ouum in ſinu fouendo, atq; quum deponendum haberet nutrici per ſinum tradendo.

Præcipiendum habeo. Col. lib. 5. cap. 5.

Reſpondendum habere. Tacit. in Dialogo Orat.

Tolerandum habere. Tacit. lib. 4. Videtur (inquit Rhenanus) imitatione Græca dictum, ut illud epigrammatωn 3, ὃν ἔχομ' οὐδέν, hoc eſt, non potui cognoſcere. Itaque hoc in loco expone, Tolerandum haberet, pro poſſet tolerare uitam in penatibus iiſdem.

Deportatum. Cic. 5. Verr. 28, Quum illud edictum repentè huberrimum, & quæſtuoſiſſimum naſcitur, ut ante Cal. Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent.

Habere acceſſum ad aliquem. Colum. lib. 7. cap. 124.

Acerbum aliquem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 4. 2. Id eſt, reſiſtentem nobis, ſiue aduerſantem.

Aditum habere dicitur locus. Cæſ. 3. bel. Gal. 395. Idem 2. bel. Ciuil. 3, Maßilia enim ferè ex tribus oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta eſt, quæ aditum habet à terra.

Aditum habere ad paſtum. Vide Aditus.

Aditum ad aliquem, per translationem, pro Facilè cum aliquo congredi & colloqui. Cic. ad Curtium, lib. 13. 60. 2, Sed ut quam facillimos ad te aditus haberet. Idem ad Atticum, libro 4. 77. 6.

Adiutorem. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 10.

Admirationes. Vide Admiror.

Habet hæc res admirationem. Plin. lib. 10. cap. 32. 2.

Habere ætatem procul à Rep. Saluſt. in Catil.

Satis ætatis & roboris habere. Cic. pro Roſc. Amer. 88.

Habere bene ætatem ſuam. Plaut. Merc. 10. 6. Id eſt, lautè uiuere dum in ea eſt ætate.

Amicum. Cicero de Amic. 69. Idem ad Attic. lib. 1. 13. 9, Qui miſeros publicanos quos habuit amantiſſimos ſui, tertium iam menſem uexat.

Pro ancilla. Plautus Bacch. 1. 11,

—ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.

Animum alienum ab aliquo. Cic. de Amic. 28.

Bonum animum. Plaut. Aulul. 7. 15. Liu. 6. ab Vrbe, 168. Conſolans inde filiam Ambuſtus, bonum animum habere iußit.

Magnum animum, & ſpem bonã. Cic ad Qu. frat. lib. 1. 2. 27.

Quietum animum. Plaut. Caſina, 8. 28.

In animo. Cic. pro Roſc. Amer. 31, Nam iſtũ exheredare in animo habebat. Idem ad Attic. lib. 1. 12. 15, Cato de Re ruſt. Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto, uti ne cupidè emas. Id eſt, memento ne, &c.

Animum intentum. Cic. de Senect. 33.

Annos. Quintil. lib. 6. cap. 4, Dicẽti triginta ſe annos habere.

Anxium me hæc res habet. Plin. epiſt. 33. 4.

Habere in armis, pro cogere eſſe in armis. Liu. lib. 10.

Artes in complexu. Plin. in Paneg. 76.

Artem diſſerendi. Cic. 1. de Finib. 40.

Habere attonitum, pro Reddere. Seneca epiſt. 111.

Auratam mulierem, pro Eleganter eam ueſtire. Plaut. Menæh. 17. 42.

Authorem Ciceronem, pro Imitari Ciceronem. Terent. in Prolog. And. 19,

Næuium, Plautum, Ennium
Accuſant, quos hic noſter authores habet.

Authoritatem. Cic. de Senect. 3. Quo maiorem authoritatem haberet oratio. Id eſt, pluris fieret.

Authoritatẽ apud aliquẽ. Cæſar 3. bel. Ciuil. 36. Vide Author.

Minimam authoritatem. Cic. 2. de Finib. 72.

Habet auunculum C. Septium. Plin. epiſt. 33. b. Hoc eſt, Eſt illi auunculus, &c.

Bellè habere, Sanum eſſe. Cicer. ad Tironem, lib. 16. 13. 1, Is etſi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere.

Bene habet. Liu. lib. 19, Bene habet, inquit, & poculo impaui dè exhauſto, haud ita multò pòſt expirauit.

Pro beneficio habere. Brutus Ciceroni, 16. 4.

Bonum ciuem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 28.

Bonum cælum ager habere dicitur Catoni, qui habet ſalubrem aerem, aut ſitus eſt in aere ſalubri.

Habere in bonis, Inter bonas dotes. Cic. 3. de Finib. 17.

In bonis rebus, pro Inter bona numerare. Cic. Parad. 17.

Habere caſtra ad, pro Caſtrametari. Cic. ad Att. libro 5. 108. 3.

Caſtra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum. Cic. Catoni lib. 15. 4. 27.

Prope muros caſtra habere. Cic. 2. de Inuentione, 214.

Caſum habere dicitur res aliqua. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 18. 7.

Cauſam: hoc eſt, ius & occaſionem. Plautus Aſin. 13. 44,

Nolo habere illam cauſam, & uoltam dicere. Cæſ. 1. bell. Gall. 183, Quum neq; aditum, neq; cauſam poſtulandi iuſtam haberet. Cic. Atti. lib. 9. 188. 7, Habere cauſam uerã.

Cenſum. Cicer. 4. Verr. 91, In cenſu habendo poteſtas omnis exiſtimationis habendæ, ſummæq; faciendæ Cenſori permittitur.

Certandum cum aliquo. Plinius epiſt. 7. b. Vbi rectius legitur, certamen.

Certamen cum aliquo. Liu. 9. bel. Maced. 9.

Certi aliquid habere. Cic. 1. de Nat. deor. 22.

Certam rem habere. Cic. 4. Acad. 192.

Pro certo. Cic. ad Brutum, 5. 2, Neq; nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Charum aliquem habere. Terentius Andr. 1. 5. 38. Cicero de Senectute, 33.

Habere cogitationem alicuius: id eſt, Reſpectum ad. Seneca de Benef. 6.

Cogno-

Digitized by Google

Cognomen ſapientis. Cic. de Amic.
Habere cognitum. Suetonius.
Cognitam amicitiam. Cic. de amic. 48.
Colloquia. Cæſar. 3. bel. Ciuil. 73.
Comitia Saluſt. Igitur Comitijs habitis, Conſules declarantur M. Tullius & C. Antonius. Habere comitia dicebatur is qui Comitijs præerat deſignandis magiſtratibus. Cic. 1. de Diuinat. 62, Comitia Conſulibus rogandis habuit.
Commendatos. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 11.
Commercium cum aliquo, Verſari. Cic. 1. Tuſc. 92.
Habeo complere. Plin. lib. 18. cap. 31. 6.
Compertum, Certò ſcire. Liu. 6. ab Vrbe, 234.
Pro comperto, Idem quod Habere compertum. Liuius 7. bel. Pun. 96.
Comprehenſam animo ſententiam aliquam. Cic. 4. Acad. 213.
Nihil comprehenſi habere. Cic. 4. Acad. 48.
Concilium. Plaut. Milit. 10. 3. Liu. 9. bell. Pun. 26, Exemplo Galorum & Ligurum concilium habuit.
Concionem, Eſt, ut ait Gellius lib. 13. cap. 14, uerba facere ad populum ſine ulla rogatione. Plaut. Menæh. 10. 7. Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 8. Quo S. C. recitato, continuò populus more hoc inſulſo, & nouo plauſu, eo nomine in recitando dediſſet, habui concionem. Vide Concio.
Concordiam cum aliquo. Plin. lib. 34 cap. 14. 8.
Conſcientiam conditionis ſuæ. Traianus ad Plinium, epiſtol. 247.
Conſcium. Liu. 8. bell. Maced. 105, Ne quem conſcium ſuorum haberet, &c. Id eſt, ne quis ſuorum ſciret & cognoſceret.
Conſilium: id eſt, conſultare. Cæſar 4. bel. Gall. 531. Cic. Attic. lib. 12. 260. 2, Ipſe Romam uenirem, ut una eſſemus, ſi ſatis conſilium quadam de re haberem.
In conſilio aliquem, pro Conſilium ab eo petere. Plin. epiſt. 20.
Conſpectum, Conſpicere. Colum. lib. 1. cap. 6. 4, Villico iuxta ianuam fiat habitatio, ut intrantium, exeuntiumq; conſpectum habeat. Id eſt, ut intrantes & exeuntes uideat.
Conſtitutum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 5. 4, Tametſi hac de re putò te conſtitutum quid facturus eſſes, habere.
Continenter aliquem habere. Vide Contineo.
Controuerſias. Cæſar 6. bell. Gall. 55.
Controuerſias inter ſe. Cæſar 5. bell. Gall. 162.
Controuerſiam cum alio. Cic. ad Brutum, 6. 4.
Controuerſiam cum aliquo habere de re aliqua. Cicero Seruitio, lib. 13. 70. 4.
Conuiuium, pro Facere. Plin. lib. 7. ca. 53. 6. Plautus Caſin. 28. 8, Cras habuero uxor ego tamen conuiuium.
Habeo conuenire. Cic. de Senect. 75. Id eſt, conueniendum eſt mihi, ut ait Valla libro 5. Ex antiquo codice legimus, conuenire à te.
Cornua. Propertius libro ſecundo, de Io, quam Iuno in uaccam mutauit.
Culpam. Plautus Sticho, 7. 32, Meam culpam habeto, niſi perexcruciauero. Hoc eſt, mihi imputato, dicas meu culpa eſſe factum, niſi, &c.
Cultu liberali aliquem habere. Liu. lib. 5. Decad. 5.
Curæ rem aliquam. Plaut. Menæh. 22. 2.
Curatum bouem. Cato cap. 5. 4.
Curam ueſtri habeo. Gellius lib. 20. cap. 5, Percunctabar Apollinarem Sulpitium, quũ eum Romæ adoleſcẽtulis ſectarer, qua ratione diceretur, habeo curam ueſtri, aut miſereor ueſtri. Et iſte caſus Veſtri, eo in loco, quem uideretur habere caſum rectum. Is mihi ita reſpondit: Queris, inquit, ex me, quod mihi quoque eſt iamdiu in perpetua quæſtione. Videtur enim, non ueſtri oportere dici, ſed ueſtrum, ſicut Græci loquuntur. Et paulò pòſt, Inuenio tamen, inquit, non pauci in locis noſtri atque ueſtri dictum, non noſtrum aut ueſtrum.
Curam plebis. Liu. 8. bel. Pun.
Curam ferendi. Plin. lib. 22. cap. 14. 5.
In cura aliquid habere. Plin. lib. 18. cap. 6. 5.
Inter curas. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Curſum ſecundum habere dicuntur naues. Cæſar 3. belli Ciuil. 190.
Curſum habent quædam, & impetum. Quintil. lib. 2. ca. 13. 6.
In cuſtodia aliquem. Liuius 4. bell. Maced. 128, Cicero pro lege Manil. 6, Publicanorum familiæ quas in portibus & cuſtodijs habent.
Militari cuſtodia haberi. Tacit. lib. 3.
Aliquid de aliquo. Terent. Phorm. 2. 3. 17.
In Decurionibus aliquem. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 19, Ex uetuſto codice legitur, Toculionibus.
Delectum, Deligere. Cicer. 3. de Finib. 19, Quum enim uirtutis hoc proprium ſit, earum rerum quæ ſecundum naturã ſint, habere delectum.
Delectum habere, Cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 26, Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. Cic. in Piſonem, 7. Et ad Att. lib. 9. 193. 1.
In delicijs habere, ſignificat Vehementer amare. Cicero 1. de Diuinatione, 129.
Habere quoq; in delicijs, ponitur pro Delicatè fouere. Seneca de Prouin. Bonum uirum deus in delicijs non habet: experitur, indurat.
Derelictui uineam. Gel. lib. 4. cap. 12. Id eſt, relinquere.
Pro derelicto. Cic. ad Attic. lib. 8. 145. 2.
Deſpicatum, pro Spernere, uel Aſpernabilem & contemptum facere. Plaut. Caſin. 4. 12. Terent. Eun. 2. 3. 92,
—quæ nos noſtramq; adoleſcentiam
Habent deſpicatam, &c.
Deſpicatui, pro Deſpectui, antiquè. Plaut. Menæh. 15. 19.
Deum præſentem. Terent. Phorm. 2. 2. 31.
Habeo dictum, Vel dicere. Cic. 5. Philipp. 101, De Cæſare ſatis hoc tempore dictum habeo. Idem 3. de Natur. deor. 136, Hæc fere dicere habui de natura deorum.
Pro non dicto. Liu. 3. bel. Pun. 103.
Diem habere acerbum. Virg. 5. Aeneid. 10.
Dignum, Hoc eſt, dignum exiſtimare. Plaut. Aſin. 3. 67, Præſertim quum is me dignum cui concederet Habuit.
Dignitatem alicui: Hoc eſt, alicuius dignitatem plurimi facere. Plin. in Paneg. 75.
Dignitatem. Cic. 2. de Finib. 119, Verùm eſto, uerbum ipſum uoluptatis non habet dignitatem. Hoc eſt, nullam grauitatem aut potius authoritatem præ ſe fert.
Diligentiam in re aliqua. Cic. de Amic. 75.
Antiqua diſciplina milites habuerat. Tacit. lib. 12.
Diſputationem. Cic. 5. bel. Gal. 115.
Habet me ſibi documento: hoc eſt, meo exemplo facit, & me exemplum ſumit. Cic. pro Lege Agrar. 17.
Dolorem. Cic. ad Att. lib. 1. 3. 5. Terentia magnos articulorum dolores habet.
Dolorem capitis habet. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24.
Dubium an, uel quin. Plaut. Capt. 13. 123, An tu dubium habebis etiam ſanctè quum ego iurem tibi? Hirtius de bel. Hiſpanienſi, 119, Et Cæſar quum aciem directam uidiſſet, non habuit dubium, quin media planicie in equum ad dimicandum aduerſarij procederent.
Dubia. Cic. 4. Acad. 57, Hæc autem habere dubia, neq; his ita confidere, &c.
In dubijs habere. Quintil. lib. 1. cap. 7. 2.
Pro haud dubio. Liu. 8. ab Vrbe, 185.



Digitized by Google

Habere alicui edictionem, Facere edictū uel pronūciare. Plaut. Pſeud. 4.39, —heus uobis mulieres hanc edictionē habeo.
Effectum. Plin. lib. 23. in Proœmio, 4, Eadem cum oleo ſæpius pilis illitis, pſilothri effectum habet. Nomē eſt hoc loco, Effectum: hoc eſt uim & facultatem.
Habere effectum, Participiū: pro Aliquid effeciſſe. Cæſ. 7. bell. Gall. Idq; ſe iam propè effectum habere.
Effigiem rei alicuius. Plin. lib. 11. cap. 5.2.
Excuſationem. Cic. de Senect. 60, At moroſitas tamen, & ea uitia quæ dixi, habent aliquid excuſationis.
Ex ingenio aliquid habere. Quintil. lib. 2. cap. 5. 8.
Exemplum bonorum. Terent. in Prolog. Heaut. 20.
Exemplum alicuius rei. Cæſar 7. bel. Gall. 314.
Exitum celerem. Cæſar 3. bel. Ciuil. 90.
Ex aliqua parte aliquid habere. Cic. pro Cluentio, 53.
Experimentum habeatur. Quintil. lib. 3. cap. 8. 45.
Expertem conſiliorum habere aliquem. Liu. 10. bel. Mac. 18.
Exploratum habere, Certum, compertum & cognitum. Cic. 4. Acad. 149. Vide Exploro.
Exploratum de. Cæſar 2. bel. Gal. 43, De numero eorū omnia ſe habere explorata Rhemi dicebant.
Exploratum in. Cic. 4. Acad. 232, Quid habemus in rebus bonis & malis explorati?
Expoſitionem ſuam utraq; pars habet. Quintil. lib. 7. ca. 3. 21.
Expurgationem. Plaut. Amph. 11. 1. Id eſt, excuſare ſe.
Habere facultatem aliquam ad. Cæſar 3. bell. Ciuil. 115, Vt aliquam Cæſar ad inſequendum facultatem haberet.
Factionem teſtamenti. Cic. Trebat. lib. 7. 22. 2, Eas, quas inſtituiſſet is, qui factionem teſtamenti non habuerit.
Edita facinora habent. Liu. lib. 7. Decad. 4.
Facta ſimilia alicuius habere in ſe, Factis & moribus aliquem referre. Plautus Amph. 4. 113.
Fas habetur. Quintil. lib. 3. cap. 8. 9.
Fauor habet aliquem. Tacit. lib. 2.
Febrem, pro Febri laborare. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 1.
Habere fidē apud aliquē, Credi ab aliquo. Plin. lib. 12. ca. 14. 8.
Fidem alicui, pro Fidere illi, credere quod dicit uerum eſſe. Cic. Conſulibus tribunis plebis, Senatui, populoq; Romano, libro 15. 14. Terent. Eunuch. 1. 2. 117,
Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat fidem.
Fidem non habere. Saluſt. contra Ciceronem, 5, Neq; in hac, neq; in illa parte fidem habens. Hoc eſt, infidelis.
Si fidem habeat: Si credere cogatur, ſi credat, inquit Donat. Terent. Eun. 1. 2. 59.
Habeo tibi fiduciam. Plin. epiſt. 299.
Fiduciam alicuius rei. Cæſ. 3. bel. Ciuil. 99.
Fiduciam orationis habere. Quintil. lib. 2. cap. 15. 6.
Fortunam. Liu. 4. bel. Pun. 152, Et habuiſſet tanto impetu cœpta res fortunam.
Dies fortunam ſatis habuit. Ouid. 3. Metam. 30.
Habeo te fratrem. Terent. Adelph. 2. 4. 4. Hoc eſt, fratris loco.
Gloriam cum modo habere. Tacit. lib. 15.
Habere gratiam dicuntur lapilli & gemmæ pretioſiſſimæ, & cætera quæ accepta & grata ſunt. Plin. libro 20. cap. 11. 1, Apio gratia uulgò eſt: namq; rami largis portionibus per iura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habēt.
Gratiā apud aliquem, Alicui gratum eſſe. Plin. lib. 19. cap. 1. 3.
Gratiam habere alicui. Quintil. lib. 5. cap. 10. 84.
Habeo grates Neptuno. Plaut. Stich. 7. 2.
Gratiam, uel gratias habere, in animo, quum accepti beneficij mentem memorem, animumq; habemus, & inuicem gratificandi uoluntatem. Cic. ad Matium, lib. 11. 27. 16, Quare habeo gratiam Trebatio familiari noſtro, qui mihi dedit cauſam harum literarum.

Gratias. Terent. And. 4. 4. 35,
—dis pol habeo gratias.
Quum in pariundo aliquot affuerunt liberæ.
Gratum. Plaut. Merc. 9. 29, Honoris cauſa quicquid eſt quod dabitur, gratum habebo.
Gratiſſimum habere debitorem. Plin. epiſt. 46. b.
Grauitatem. Cic. de Amic. 59, Triſtitia autem, & in omni re ſeueritas habet illa quidem grauitatem.
Grauem rem aliquam, pro Magnificere. Cic. 3. Offic. 45.
Habemus hominem ipſum. Terent. Eun. 5. 1. 19.
Honorem alicui. Honore afficere. Plaut. Aſin. 3. 67. Plin. epiſt. 88, a. lib. 6, Cur ergo quæro? habebat ſtudijs honorē, timebat, pallebat, ſcribebat. Cic. in Vatinium, 1, Quare ne tibi hunc honorem à me haberi fortè mirere. Idē Tironi, lib. 16. 9. 7, Curio miſi, ut medico honos haberetur. Idem 14. Philipp. 399, Ex literis enim C. Panſæ, A. Hircij coss. C. Cæſaris Proprætoris de honore dijs immortalib. habendo ſententias diximus.
Honorem, pro Honores adeptum eſſe. Cic. 1. Verr. 40. Dicitur & cum adiecto: ut, Habere honorem ſtatuæ, apud Plinium, epiſt. 31.
Honore, pro In honore. Cæſar 5. bel. Gall. 205, Quos præcipuo ſemper honore Cæſar habuit.
Honores alicui habere. Cicero ad Catonem, lib. 15. 4. 45.
In honore. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 10.
Pro hoſte. Saluſt. in Iugurtha.
Habeo huic, non tibi. Terent. 4. 2. 21.
Incerta pro certis. Cic. de Senect. 62.
Incomperta. Vide Inçompertus.
Habere pro indigno. Liuius lib. 1. ab Vrbe cond.
Infamiam. Cæſar 6. bel. Gall. 84.
Infeſtum aliquid habere. Liu. lib. 9. Decad. 4. Id eſt, infeſtare.
Ingenium. Terent. Heaut. 2. 4. 4, Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.
Ingrata bona. Plaut. Amphit. 4. 30.
Inimicitias cum aliquo. Cæſar 3. bel. Ciuil. 63.
Inimicos. Plaut. Aul. 16. 44.
Aliquem inimicum: hoc eſt, pro inimico. Terent. Eun. 1. 2. 94, Potius quàm te inimicum habeam, faciam ut iuſſeris.
Immunitatem. Cæſar 6. bel. Gal. 56, Druydes à bello abeſſe conſueuerunt, neq; tributa unà cum reliquis pendunt: militiæ uacationem, omniumq; rerum habent immunitatem. Hoc eſt, immunes ſunt ab omnibus rebus.
Imperium in beluas. Terent. Eun. 3. 1. 25.
Impetrandū. Plin. epiſt. 315. Quint. in Mathematico, Adeò ludibrijs miſeriæ ſum diuerſitatis uel neceſſitatis implicitus, ut impetrandum à uobis habeam odij mei fauorem. Id eſt (inquit Valla) ut impetrādus mihi ſit à uobis odij mei fauor.
Impunè aliquid habere. Terent. Eun. 5. 7. 18.
Habet intentum hæc cura me. Liu. 6. bel. Pun. 2.
Intimum aliquem: hoc eſt, maximè amicum. Terentius Eunucho, 1. 2. 48.
Iter, pro Iter facere. Terent. Eunuch. 5. 9. 35.
Iter ad legiones. Cæſar 1. bel. Ciuil. 54.
Iter habere, ſignificat propriè, ut ait Valla, lib. 5, iter aliquem eſſe facturū. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 2. 8. 5, Videre autem uolebam, quòd eram poſtridie Roma exiturus, & quòd ille in Sardiniam iter habebat. Idem ad Pompeium in epiſt. ad Atticum, lib. 8. 159. 2, Alijq; complures Cæſarem iter habere Capuam.
Iter habere, pro Habere uiam: ut, Iter habeo expeditum. Id eſt, Iter per quod eundem mihi eſt, expeditum habeo, & ſine ullis impedimentis. Cæſ. 3. bel. Ciuil. 328.
Iter aliud habere, pro Habere aliam uiam. Cæſ. 1. bel. Gall. 27.



Digitized by Google

Iudicium non habere. Cic. pro Planc. 76.
Ius actionis habeo. Quintil. lib. 3. cap. 6. 52.
Ius abdicandi habere. Quintil. lib. 3. cap. 6. 55.
Ius habere in omnes. Lucan. lib. 7. 53.
Lachrymas ex miseratione habere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 7.
Laudem habere de aliquo. Ouid. epist. 16. 4.
Habeto laudationem istam tibi. Cic. pro Flacco, 28.
Habere alicui laudem, pro Laudare. Tacit. lib. 1.
In laudibus. Plin. lib. 22. cap. 22. 11.
Liberaliter habere. Vide Liber, liberi.
Licentiam. Plaut. Trinum. 1. 4. 25.
Lites cum aliquo. Cic. 4. Acad. 174.
Literas ab aliquo. Cic. ad Brutum, 10. 1.
Literas ad. Cic. ad Attic. lib. 2. 28. 3, Tu si literas ad Sycionios habes, aduola in Formianum.
Locum. Cic. 2. de Orat. 152, Genus hoc leuius, & ut dixi, mimicum: sed habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, ut uel non stultus quasi stultè cum sale dicat aliquid.
Loco filij habere aliquem. Plancus Ciceroni, lib. 10. 24. 12.
Loco mercis. Plin. lib. 33. cap. 3. 8.
Nullo loco habere rem aliquam, pro Nihili facere. Cicero 2. de Leg. 21.
In loco. Cic. 2. Philip. 89, Cur eos habes in loco patrui? Id est, tanti, quanti, patruum facis?
Loco patris. Brutus ad Atticum, in epist. ad Brutum, 17. 7.
Luculentè diem aliquem, Luculenter uiuere illo die. Plautus Epid. 3. 55.
Ludibrio aliquem: id est, irridere, & illudere. Plautus Menæh. 9. 39. Liuius 8. bel. Pun. 212, Senatum ludibrio habet.
Ludibrio sibi habere aliquem. Lucret. lib. 5. 248.
Habere in magno negotio, pro Habere curæ. Suet. in Iulio.
Habebis malum si, &c. Plaut. Amph. 8. 87,
Verum tum magnũ malum habebis, si hic suum officiũ facit.
Habere mandata à Pompeio ad Cæsarem. Cæs. 1. bel. Ciuil. 34.
Ad manum aliquid habere. Tacit. lib. 3.
In manibus, & sub manus. Cic. ad Attic. lib. 4. 83. 1, Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex ijs libris ad eos quos in manibus habeo. Id est, quos tracto, uel compono.
In manibus concionem alicuius. Cicero ad Atticum, libro 7. 128. 5. Id est, legere.
Semper in manibus librum aliquem, pro Legere & attrectare semper eum librum. Cic. 2. Tusc. 106. Et ad Quint. frat. lib. 3. 17. 28, Quòd multos dies epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum.
In manu & tutela, non in seruitio uxores habere. Liuius 4. bel. Maced. 37.
In matrimonio mulierem aliquam. Cic. pro Quint. 9.
In matrimonio, pro Ducere. Cic. 3. de Leg. 52.
Habeo me ita. Suet. de claris Grammat. 14, Ciceronis ad Att. uerba adducens, De Nitia quod scribis, si ita me haberem, ut eius humanitate frui possem, in primis uellem illum mecum habere. Id est, si res meæ ita se haberent.
Ita se habet, ut. Cic. de Senect. 75, Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, &c.
Habet hoc me malè: Id est, ægrè fero hanc rem. Terent. And. 2. 6. 5. Vide Malus.
Habet me ea solicitudo. Plaut Merc. 19. 27.
Ita me habuit: id est, ita percußit. Plaut. Aulul. 11. 5.
Habeto me sibi: hoc est, Sim illi pro seruo. Plaut. Milite, 3. 23.
Habeant me sibi. Plaut. Pœnul. 19. 2,
Tum profectò me sibi habeant scurræ ludificis caueis, Id est, patiar ut me irrideant in publicis caueis.
Habet me miseram animi petulantia mea. Plaut. Cist. 10. 3.
An melius quis habet suadere? Horat. Epod. 16. 5.
In memoria. Terent. Eunuch. 1. 2. 90. Idem And. 1. 1. 13, Quod habui, summum pretium persolui tibi.
90. In memoria habeo.
Mentem, Sapere. Cic. 4. Acad. 213.
Mentionem, pro facere. Liu. ab Vrbe, 247, Quintilianus libro 8. in Proœmio, M. Antonius, cuius suprà habuimus mentionem.
Habere militem antiqua disciplina, pro Tractare secũdum ueritatem antiquæ disciplinæ. Liu. lib. 5. Decad. 5.
Aliquem molestijs miserum, pro Afficere & onerare. Cicero ad Terentiam, lib. 14.
Habeo mittendos legatos, pro Opus habeo mittere. Seneca de Benefic. 7.
Modum, Rationem imponere & ordinem. Plaut. Curc. 7. 21. Terent. And. 1. 1. 68.
Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum. Vbi Donatus, Modum, moderationem, regimen. Idem Eun. 1. 1. 13,
Here, quæ res in se neq; consilium, neq; modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes. Cicero 2. de Finibus, 48.
Molestiam. Cic. ad Tironem, lib. 16. 11. 11.
Momentum ad beatam uitam. Cic. de Finib. 78.
Moram. Cassius Ciceroni, lib. 1. 2. 12. 5, Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persoluo.
Habet sibi moræ imperium herile. Plaut. Aulul. 17. 2. Id est, cunctatur quod iußit herus implere.
Aliquem mortuũ. Cic. ad Cassium, lib. 15. 17. 3, Nos hîc (tamen ad te scribam aliquid) D. Syllam patrẽ tuũ mortuum habebamus. Id est, ferebatur apud nos patrem tuum esse mortuũ.
Habeo hunc morem, uel moris, pro Ita consueui. Plaut. Capt. 5. 39. Plin. epist. 12. c.
Mores omnes nouos. Plaut. Trucul. 14. 6.
Mos habebatur, principium liberos, &c. Tacit. lib. 13.
Multa, pro Diuitem esse. Gel. lib. 9. cap. 8.
Narrationem habere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 4.
Habere naturam alicuius. Plin. lib. 11. cap. 26. 1.
Necesse. Cic. 2. de Orat. 135, Hoc opinor primum, ne quotiescunque potuerit dictum duci, necesse habeamus dicere. Vide Necesse.
Necesse habet dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 13.
Nefas, Nefandum existimare. Cic. 3. de Nat. deor. 76, Quartus Nilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare.
Non habeo, pro Nescio. Cicero ad Atticum, De pueris quid agam non habeo.
Notam impudentiæ. Vide Impudentia.
Negotium. Plaut. Pœnul. 4. 3.
Plus negotij habent. Gellius lib. 11. cap. 14.
Noctem plenam timoribus, Tota nocte timere. Cic. ad Tironẽ, libro 16. 14. 1.
Nomen habere. Quintil. lib. 7. cap. 4. 7.
Notum. Plin. epist. 239.
Notitiam aliquam dei. Cic. 1. de Legib. 36. (78
Notitiã fœmmæ, pro Rem habuisse cũ fœmina. Cæs. 6. bel. Gal.
Noxæ capitali. Liuius, Neque ea res capitali noxæ haberetur.
Numerum. Plaut. Pseud. 15. 5,
Habui numerum sedulò: hoc est sextũ à porta proximum Angiportum. Id est, memini & recordor quotum fuerit.
Haberi aliquo numero. Varro de Re rust. Minus se putant despici, atque aliquo numero haberi à domino. Id est, alicuius reputationis & numeri se esse existimant apud dominum.
Habere aliquem in hostium numero, Referre. Cæsar 1. bell. Gall. 108.
Haberi in numero bonorum uirorum. Cic. pro Ros. Amer. 69.
In numero sapientum. Cic. de Amic. 6.

Obleg

Oblectationem. Cic. 4. Acad. 229, Indagatio ipsa rerũ tum maximarum, tum etiam occultißimarum habet oblectationem.
Obstrictos suo beneficio. Cæsar 1. bel. Gal. 34. Id est, sibi beneficio deuincire.
Obtentum aliquem habere. Tacit. lib. 12, Cupido auri immensa obtentum habebat.
Habere obuiam. Gellius lib. 17. cap. 4.
Occasiõne ut. Plaut. Epid. 13. 38, Non habeo ullam occasionem ut apud te falsa fabuler.
Oculos suos in oculis alterius. Plaut. Pseud. 13. 68.
Ante oculos habere aliquem: id est, semper de illo cogitare. Ouid. 2. de Remed. amor. 34.
Odium in aliquem. Cic. pro Cluentio, 121.
Sibi odio habere aliquid. Plaut. Menæch. 4. 2.
Offensionem habere dicitur res aliqua. Plin. lib. 19. cap. 1. 3. Id est, non placet.
Officia alicuius, pro Iuuari ab aliquo. Plin. epist. 139. c, Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis.
Omnes habere uno ordine. Virg. 2. Aeneid. 21.
Habet omnia. Plaut. Amph. 8. 19, Virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona, quem penes est uirtus. Id est, cõplectitur. Terent. Eunuch. 2. 2. 12.
Onus habere. Vide Onus.
Opinionem aliquam de moribus alicuius: id est, bene existimare de aliquo. Cic. de Amicitia, 30.
Opinionem de se falsam habere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 13.
Orationem habere apud aliquem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 5.
Orationem ad populum. Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 6.
Orationem cum aliquo. Terent. Hecyra, 3. 3. 21, Hanc habere orationẽ mecũ à principio instituit. Cælius Ciceroni, li. 8. 1. 8.
In ordine. Plautus Pseud. 10. 10, Cuncta in ordine habeo ut uolueram. Hoc est, disposita eo ordine quo optabam.
Ornata cuncta in ordine habere. Vide Orno.
In ore aliquid. Cic. ad Brutum, 17. 3, An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atq; ille Non. Decemb. suas in ore habet, eo meliore conditione, &c. Hic Cicero quid sit Habere in ore, declarauit, quum iactamus dixit. Idem 2. de Finib. 38.
Ab aliquo otium ad aliquid faciendum habere. Vide Ab.
Habere pacta cum aliquo, Pacisci & cõuenire. Liuius 5. bel. Pun. 160.
Habeo pactam sororem tuam filio. Plaut. Trin. 8. 75.
Palmam. Plin. lib. 14. cap. 6. 8, Hetruriæ palmam Luna habet, Liguriæ Genua.
Habet partes in hac comœdia seruus, Est etiam comœdiæ interloquutor. Plaut. Amph. 3. 72.
In partibus aliquem habere. Tacit. lib. 13, Habebat in partibus Pallantem. Hoc est, addictũ, fauentemq; Pallantem habebat.
Parum habuit hoc facere: id est, pro nihilo duxit, paruifecit. Sallust. in Iugurth. Liu. lib. 2. Decad. 5.
Pecuniam numeratam non habere in præsentia. Cic. 7. Ver. 14.
Pensi habere. Tacit. lib. 13. Idem in Dialogo Oratorum, Nec quisquam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino aut dicat, aut faciat.
In perditis & desperatis, pro Habere pro perditis & desperatis. Cic. ad Thermum, 13. 57. 1.
Periculum, Esse in periculo. Col. lib. 12. cap. 21. 4, Sed periculum habet, ne uitietur uinum si malè cocta sit aqua. Idem libro 5. cap. 9.
Perspectum. Cic. ad Brut. 1. 3, Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum.
Persuasum habere. Plin. lib. 23. cap. 1. 26.
Plura habebam tibi mandare. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 25.
Ad pœnas aliquid habere. Quintil. in Proœm. lib. 6. 12.
Habeo polliceri de causa regia, pro Polliceudum est mihi. Cic. Lentulo. lib. 1. 5. 4. Valla.
Pondus. Cicero ad Brutum, 14. 1, Quæ autem epistola non pondus habuit? Idem pro Flacco, 72. Sic, in Topic. 38, Persona autem non qualiscunq; testimonij pondus habet.
Potestatem summam. Cic. 1. Ver. 19.
In potestatem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 98, Quo facilius omne Adriaticum mare extremis Italiæ partibus, regionibusq; Græciæ in potestatem haberet.
In sua potestate. Cic. ad Brutum, 4. 2.
In potestate sua aliquem. Cæs. 3. bel. Ciuil. 323.
Potius, pro Præferre. Cæs. 1. bel. Ciuil. 34, Semper se Reipub. commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora. Id est, prætulisse. Liu. 8. bel. Maced. 235.
Prædam cum cura habere. Tacit. lib. 15.
Prædæ. Salust. in Iugurtha, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi eo honori, non prædæ habeant. Cicero. 5. Verrina, 59.
Præpositum, pro Præponere. Terent. Hecyr. 4. 2. 6, Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habueris Præpositam amori tuo, &c.
Præsentem in oculis. Liu. 5. bel. Maced. 118.
Præsidium. Cæs. 1. bel. Gall. 179.
Habent pretia in odoribus syluæ: hoc est, odores syluarum sunt in pretio. Plin. in Proœm. lib. 13.
Pretium, pro Pretio uendi. Plin. lib. 12. cap. 14. 12, Itaq; optimi thuris libra, x v 1. pretium habet.
Persoluere alicui summum pretum. Terent. And. 11.
Prima quæ suauia. Terent. Heaut. 5. 2. 10.
Principatum. Plin. lib. 20. cap. 22. 1.
Priores partes apud aliquem, Priorem esse in eius amore. Terent Eunuch. 1. 2. 7.
Probationes in aliquem habere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 12.
Susceptam alicuius procurationem habere. Cicero Paulo, libro 15. 13. 8.
Processum aliquem in literis. Suetonius de claris Gramm. 10.
In prodigijs. Plin. lib. 7. cap. 3. 2.
Habeto tibi promissum. Plaut. Asin. 5. 14.
Habeo in promptu: id est, Prompta est mihi de hac re memoria. Cic. 4. Acad. 86.
Promptum aliquid habere. Ouid. 3. Metam. 19.
Propitium aliquem. Plin. in Paneg. 112.
Propositionem habere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 4.
Propositum reprehendendi, aut ad, &c. Plinius epist. 196. b. Cæsar 3. bel. Ciuil. 306.
Habere quæstui Rempub. Hoc est, Cum quæstu Rempub. moderari, Cicero 2. Offic. 114. Idem 5. Ver. 59, Qui non intelligat istum sibi quæstui prædæq; habuisse bona, possessiones, fortunas aratorum?
Quæstionem alicuius rei, uel de re. Cicero 11. Philip. 292. Idem pro Cluent. 139. Vide Quæstio, in Quæro.
Querimoniam de re aliqua, Conqueri. Cic. 7. Ver. 58.
Querelas de aliquo. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 3.
Quod gaudeamus, uel quid sequamur, habemus. Cic. 4. Acad. 254. Idem, 1. de Fin. 94.
Habere rationem alicuius. Liu. 7. belli Punici, libro 4. Et principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quàm quibus ut indigni præterirentur. Plinius epistol. 12. libro 2, In sortitione prouinciæ rationem eius non habendam.
Rationem cum orco. Vide Orcus.
Rationem extra ordinem. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 11, Quo modo horum extra ordinem habita ratio est, &c.
Rationem habetis quomodo unum amiserit. Plaut. Capt. 2. 23.

Ratio

Digitized by Google

Rationem procreandi. Cic. 3. de Fin. 95.
Rationem periculi. Cic. ad Att. lib. 10. 197. 7. Sic, Habere rationem dignitatis, Cicero ad Lentulum, lib. 1. 4. 5.
Habenda ratio ualetudinis. Cic. de Senect. 32.
Habenda ratio in hac re & diligentia. Cic. de Amic. 75.
Rationem aliquam. Cic. 7. Ver. 80.
Rationem habere cum terra, Colere terram cum quadam uelut agriculturæ ratione. Cic. de Senect. 46.
Rationem cum musis, pro Dare operam literis. Cicero ad Aticam, libro 2 20. 4.
Receptum Liu. 1. bel. Maced. 92, Et ipse quum maiorem in angustijs trepidatium edidisset cædem, in temerario incœpto, tutum tamen receptum habuit: quia qui, &c.
Receptum ad suos. Cæs. 4. bel. Gal. 584.
Receptum ad gratiam alicuius. Cæsar 1. bel. Ciuil. 2.
Receptum ad urbem. Tacit. lib. 5.
Regnum in cælo. Plaut. Milit. 14. 90.
Regressum. Col. lib. 2. cap. 1. 4, Quũ semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere, aut repubescere potest.
Religioni, pro Religiosum existimare. Cic. 2. Offic. 72.
In remedijs: hoc est, Præsidij & remedij uice. Plinius lib. 28. cap. 1. 9.
Res ita se habet. Cicer. 4. Acad. 220. Terent. Heaut. 4. 3. 24, Apertè ita ut sese habet, narrato.
Rem cum aliquo, Negotiari. Plautus Aulul. 14. 2. Terentius Eunucho, 1. 2. 39,
Ego cũ illo, quo cũ uno rẽ habebã tum hospite, Abij huc.
Habere rem pactam sic futurum. Plaut. Pœn. 14. 31.
Habes omnem rem. Terent. Hecyra, 1. 2. 119, Habes omnem rem, pergam quò cœpi hoc iter. Id est, audis quomodo res se habeat.
Habeo tibi res solutas. Plaut. Curc. 11. 21. Hoc est, satisfeci.
Scis quomodo tibi res habet? Hoc est, uis dicam quomodo tractes heris, uel quò tandem res redibit? minantis heri particula. Plaut. Aulul. 4. 8. Terent. Eun. 4. 7. 31,
Scin' tu ut tibi res se habeat? Si quicquam, &c.
Rem antiquissimã, quod uulgò dicitur, Bene charã tenere. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 5 5.
Respectum. Cic. 5. Philip. 199, Itaq; quum respectum ad Senatum & ad bonos non haberet, &c. Plin. lib. 23. cap. 1. 2, Quãdo ita decretum est, minorem gratiæ, quàm utilitatum uitæ respectum habere.
Habere reuerentiam alicui. Plin. epist. 82.
Satis habere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 187, Nostri uerò qui satis habebant, sine detrimento discedere.
Satin' habes, si fœminarum nulla est quam æquè diligã? Plautus Amph. 6. 11.
Satis habeo promere unum exemplum. Gell. libro 13. cap. 15. Quintil. lib. 9. cap. 4. Illud notasse satis habeo.
Se aliter habere ac sensibus uideantur dicuntur res oblatæ. Cic. 4. Acad. 181.
Se bellè. Cic. ad Qu. frat. lib. 2 4. 3.
Se grauiter. Cic. ad Att. lib. 7. 122. 3.
Se malè. Cæs. 1. bel. Ciuil. 233.
Se munditer. Plaut. Pœn. 4. 20.
Se parcè habere, pro Rebus suis parcere, nec profundere. Ter. Adel. 1. 1. 21.
Habere aliquid secretum ab altero, pro Eum celare. Liu. lib. 9. bel. Maced.
Sedem. Plin. lib. 11. cap. 37. 16.
Sedes in Gallia. Cæsar 1. bel. Gal. 187.
Senatum, pro Cogere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 6. 4. Idem 2, de Nat. deor. 17, Quod quum pomœrium postea intrasset, habendi Senatus causa, &c.
Sermonem, Facere uerba, colloqui, cõmentari. Cic. 1. Tusc. 90.
Sermonem de. Varro de Re rust. Referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper. Cic. de Amic. 3.
Sermonem apud populum. Plin. epist. 8. f.
Sermonem cum aliquo. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 8. 4.
Habere in sermonibus, pro Commemorare sermonibus. Liuius lib. 4. Decad. 5.
In seruitijs. Plin. li. 18. ca. 11. 6, Hoc est, inter seruitia seu seruos.
Sibi. Cic. 4. Ver. 43, Iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere & sibi habere iussit.
Habeant sibi nomen sapientiæ. Cic. de Amic. 17.
Sic habeto: id est, ita tibi persuadeto. Cic. ad Tironem, libro 16. 6. 7. Idem in Somnio Scip. 28, Tu uerò enitere, & sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc.
De me autem (ut iam de utroq; loquar) sic habetote, &c. Cicero de Amic. 9.
Sine sic habere, Barbarè dicitur; Pone casum. Plautus Casin. 16. 20.
Signum ex arce. Plaut. Pseud. 19. 2.
Sub signo, Diligentissimè seruare tanquam obseratum & clausum. Cic. ad Attic. lib. 9. 181. 7.
Similitudinem rei alicuius. Plin. lib. 10. cap. 47. 1.
Simultates cum aliquo. Cic. pro Cluent. 69.
Societatem cum aliquo, Eandem operam præbere, & eiusdem effectus esse in re agenda Plin. lib. 29. cap. 3. 1.
Solenne. Plin. lib. 27. cap. 7. 10.
Aliquem solicitum, quod & tenere dicitur. Terent. Heaut. 3. 1. 52, — releui dolia omnia, omnes seriæ,
Omnes solicitos habui. Cic. de Senect. 61, Quarta restat causa, quæ maximè angere, atq; solicitam habere nostram ætatem uidetur, appropinquatio mortis.
Spatium. Cic. 1. Offic. 166, Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum uitæ cursum sequi uellent. Terent. And. 3. 5. 17, Cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, ut uolo?
Speciem alicuius rei habere. Colum. lib. 12. cap. 5.
Speciem honesti. Cic. 3. Offic. 10. Legitur & specimen, ex uetusto codice.
Speciem habere in pictura. Quintil. lib. 2. cap. 3. 8.
Spem. Cic. 2. Ver. 10, Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam iudices exponam.
Bonam spem de aliquo. Cic. ad Attic. lib. 15. 321. 3. Sic, de Amic. 10, Qui summam spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, &c.
Spem summam alicui. Cic. pro Quintio, 3.
Spem in aliquo. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2. 3. Sic habere spem in uirtute, Liu. 4. bel. Maced. 57.
Spem positam in uirtute. Cic. ad Attic. lib. 8. 146. 4.
Spem repositam in aliquo. Liu. 6. bel. Pun. 203.
Spem conceptam ex re aliqua. Liu. 5. bel. Pun. 213.
Statiua, pro Æstiuare. Liu. 2. bel. Maced. 47.
Statutum quid agendum putes. Cic. ad Sulpit. lib. 4. 2. 9.
Pro stercore: id est, Nihili pendere. Plaut. Trucul. 11. 2.
Studium alicuius rei habere. Quintil. lib. 2. cap. 18. 1.
Studio: hoc est, Dedita opera. Terent. Adelph. 3. 3. 28,
Vtrum studióne id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum?
Subsidio aliquid. Colum. de Arboribus, cap. 5. 1.
Sumptus cum aliquo. Cic. ad Papirium, lib. 9. 20. 4.
Superuacuum. Plin. libro 27. cap. 12. 19; Phyteuma qualis sit, describere superuacuum habeo, quum sit usus eius tantum ad amatoria. Id est, existimo superfluum.
Supplicationem. Liu. 8. bel. Pun. 57.
Suspectum. Liu. 2. bel. Maced. 74.

Susq;

Susq; deq;. Gellius lib.16.cap.9, Susq; deq; fero, Susq; deq; habeo. Significat autem susq; deq; ferre, æquo animo esse, & quod accidit, non magni pendere, atq; interdum negligere & contemnere, & propemodum id ualet quod dicitur ἀδιαφορεῖν. Plaut. Amph.10.5,

Quæ neq; sunt facta, neq; ego in me admisi, arguit:
Atq; id me susq; deq; esse habituram putat?

Habeto tacitum hoc tecum: hoc est, Sileto. Plaut. Pœn.14.68.
Tacitè habere aliquid. Liu.2.Decad.5.
Temperanter aliquid habere. Tacit.lib.4.
Dum habes tempus, Dum uacat, dum licet per opportunitatẽ. Plaut. Trucul.16.3. Cic. ad Attic.lib.1.9.1, Sed tamen distinebar, ut uix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim.
Testes ad aliquam rem. Plaut. Pœn.16.11.
Habe tibi, Id est, accipe tibi. Plaut. Menæh.15.16. Idem Amph. 10.26, Tibi habeas, nisi sis stultior stultißimo.
Habe tibi centum mnis: hoc est, tibi cã relinquo pro minis centum. Plaut. Persa,16.112.
Habere uacationem, Quod nunc Facere dicitur. Cic. 4. Acad. 217, Sed quum sacerdotes deorum uacationem habeant: quanto est æquius habere ipsos deos?
Vacationem militiæ, aut alicuius muneris. Plin.lib.7.ca.2.10. Cic.ad Varronem, lib.9.6.13.
Veniam habere. Vide Venia.
Verba ultrò citroq;. Cic. in Somnio Scip.3.
Habere uerecundiam alicuius, pro Eum reuereri. Liu.libro 8. Sic lib.7.bel.Pun. Imperij uerecundiam habere.
Vetustatem. Cic.ad Attic.lib.14.305.5, Quæ mihi uidentur habitura etiam uetustatem. Id est, quæ longè etiam ad posteros memoriam habitura sunt.
Viam ad aliquem. Plautus Pseud.20.30.
Victoriam, Plaut. Trucul.6.20. Liu.10.bel.Pun.134, Quiq; toties prope in manibus uictoriam habui.
Vim, Pollere uiribus. Cic.1.de Fin.95.
Habent uim antidoti. Plin lib.20.cap.3.5.
Vim habere ad. Cic.1.Offi.167, Ad hanc autem rationem, quoniam maximam uim natura habet fortuna proximam, &c.
Vim fœderis. Cic.1.ad Licinium, lib.5.8.13.
Vires. Plin.lib.16.cap.32.3.
Virtutem alicuius in manibus. Cic.de Amic.85.
Habet uitium hæc res. Cic.de Amic.36.
Voluntatem habere ad aliquem opprimendum. Cicer. pro Font.25.
Voluptati habere aliquid. Salust.in Iugurtha.
Habere in uotis dicimur quod cupimus: pro quo Seneca 3.de Ira, dixit Habere uotum.
Vsum. Plin. lib.12.cap.22.1, Myrobalano in unguentis similem proximumq; usum habet palma in Aegypto, quæ uocatur Adipsos. Id est, utimur palma Aegyptia in unguentis eodem modo quo myrobalano.
Vsum ex aliquá re. Cic.2.Offic.19.
Vsum multarum rerũ, pro Exercitatum & experientem esse. Cic.de Amicitia,6.
Vsum in re aliqua. Cæsar 1.bell.Gall.156. Et lib.4.537, Habere usum belli.
In usu quod docemus. Plin.epist.10.d.
In usu habere aliquem. Plin.in Paneg.144.
Vtilem aliquem, Aliquid emolumenti ex eius opera percipere. Plaut. Cistel.2.8.
Habet utilitatem hæc res. Cic.de Amic.26.
Hàbere me spero. Terent. Eun.5.3.11.
Habeo quid agam: hoc est, Scio. Terent. And.3.2.18.
Habet quod det. Terent. Eunuch.5.9.48.
Habent tibi bene principia. Terent. Phorm.2.3.82.
Habes nescio quid. Plaut. Persa.6.46.
Sic habetote de me: hoc est, Quod ad me attinet ita intelligite. Cic.de Amicitia.
Habeatur sanè Orator, sed de minoribus. Cic. de opt. gen. Orat.146. Hoc est, existimetur.
Formosus haberi cupit. Horat.1.Serm.Satyr.6.7.
Sapientes atq; eloquentes haberentur. Quint. in Proœm.1.10.
Habuisse, miserrimum uerbum. Plaut. Rud.30.33,

Miserrimum istuc uerbum & pessimum est, habuisse, & nil habere.

Habe, Permittentis particula. Plaut. Most.16.58,

Sine te exorem. T. Age habe abi impunè.

Habet. Terent. And.1.1.55,

Egomet continuò mecum, certè captus est, Habet. Id est, uulneratus est. Habet enim qui percussus est, & propriè de gladiatoribus dicitur: quia prius alij uident, quàm ipsi sentiunt se percussos. Sic dicitur de eo qui lethaliter uulneratus est. Virg.12.Aeneid.60,

Hoc habet, hæc melior magnis data uictima diuis. Hec Donatus.

Sic habendum est, Ita intelligendum. Cic.de Amic.76.
Amor scelcratus habendi. Ouid.1.Metam.25.
Habendum & ferendum hoc opus. Plaut. Amphit.4.23.
Habitu optimum. Plaut. Pœn.4.22.
¶ Habitus, pen.corr. Participium (ἴσχομαι)
Habita fuerunt mea dona deamata apud illũ. Plaut. Truc.15.5.
Habita huic fides. Plaut. Asin.9.52.
Habita est semper eius soror: hoc est, existimata est. Terent. And.4.6.14.
Vt patrem tuum uidi esse habitum: hoc est, Quantum ego conijcere potui ex habitu & ira patris. Teren. Heaut. 2.4.22.
Habitus est hic tibi honos. Terent. Eun.5.7.22.
Habitus in honore. Plin.lib.16.cap.34.2.
Habitus irrisus. Plaut. Epid.10.83.
Habitus magnæ authoritatis. Cæsar 7.bel.Gall.307.
Habitus ludibrio. Terent. Hecyr.4.1.11.
In custodiam habitus. Tacit.lib.17.
Miles in unum habitus: hoc est, collectus. Tacit.lib.15.
Duro imperio habitus. Tacit.lib.12.
Frustra habitus. Tacit.lib.13.
Honor habitus supremis. Tacit.lib.4.
Honore habitus. Tacit.lib.17.
In leui habitus. Tacit.lib.18.
In procinctu & castris habiti. Tacit.lib.19.
Auarè habita prouincia. Tacit.lib.13.
Publicè usui habitus. Tacit.lib.3.
¶ Habitus, huius habitus, pen.cor. (ἕξις, σχέσις, σπουδὴ κατὰ φύσιν) Qualitas & forma corporis & cuiuscunq; rei. Plaut. Qualis habitus oris. Col.lib.1, Nã is habitus fossuris magis aptus. Virg.lib.1, -cultusq; habitusq; locorum. Cicer.6. Verr.66, Inerat in illa magnitudine ætas atq; habitus uirginalis. Virg.lib.1.Aen.64, Virginis os habitumq; gerens.
Habitus oris, & uultus. Cic.3.de Fin.85. Liu.2.ab Vrbe,263, Idem, habitus oris, eadem contumacia in uultu.
Habitus, Cultus corporis, & uestium ornatus. Plin. epist.100. b.lib.5, Visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitu studentis. Liu.lib.7.Decad. 4, Cum solenni habitu ante portam occurrunt. Plin. Quid ad nos lugubri habitu uenerat, & capillatior solito?
Habitu aliquo se augustiorem facere. Liu.1.ab Vrbe,32.
Corporis habitus. Quintilianus lib.4.cap.2.4.
Habitus fortunarum. Horat. de Arte poet.23.
Vestis habitus. Virg.8.Aeneid.142.
Habitus uerborum. Quintil.in Proœm.lib.8.

Pastor-

Digitized by Google

Pastoralis habitus. Vide Pastoralis, in Pasco.
Habitus triumphalis. Quint. lib. 10.
Animorum habitus. Tacit. lib. 17.
Concipere mente habitum declamantis. Quintilianus libro 1. capite 2. 21.
Constitutus animi habitus. Quint. lib. 4. cap. 2. 82.
Habere habitum temporis: id est, Ornatum esse pro ratione temporis. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 1.
Induere habitum dolentium. Tacit. lib. 4.
Mutauerat habitum oris. Lucan. lib. 9. 200.
Mutare habitum animi. Quint. lib. 4. cap. 2. 82.
Mutare se habitu & loco. Vide Muto.
Permutare habitum cum aliquo. Quint. lib. 3. cap. 7. 5.
Prætendere habitum à cæteris dissentientem. Quintil. in Proœmio, lib. 1. 12.
Recidere in malum habitum. Cels. lib. 2. cap. 7.
Subsistere in eodem habitu. Cels. lib. 2. cap. 2.
Variari habitus uidemus. Quint. lib. 2. cap. 13. 6.

¶ Habitior (συνεκτικότερος) Comparatiuum ab Habitus nomine: id est, pinguior, ut ait Festus. Terent. Eunuch. 2. 3. 23, Si qua habitior paulò, pugilem esse aiunt: deducunt cibum. Plaut. Epid. Corpulentior hercle atq; habitior. Gellius libro 4. capite 20.

Equum nimis strigosum, & malè habitum, sed equitem eius huberrimum & habitißimum uiderunt.

¶ Habiturus, pen. prod. Participium (ἕξων) ut,
Habiturus es me pro derelicta. Plaut. Trucul. 18. 14.

¶ Habendus (κτίων) Aliud Participium. Plin. lib. 10. capite 37. 1, Cum columbis habenda est auis quæ timnunculus uocatur.

Habenda est amicitia cum hoc. Plaut. Pœn. 18. 43.
Habenda hæc sunt cum illis. Terent. Heaut. 2. 3. 84.
Habenda est magna gratia, si. Terent. Phorm. 1. 2. 6.
Gratia habenda est tibi. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 3.
Ratio habenda est tibi tuæ laudis. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 11.

¶ Habitudo, pen. prod. habitudinis (ἕξις, χῆμα) Ipse corporis habitus. Terent. Eunuch. 2. 2. 11, Qui color, nitor, uestitus, quæ habitudo est corporis? Author ad Heren. lib. 4, Corporis bona habitudo.

¶ Habilis, & hoc habile, penult. correp. (ἁρμόσιος, δεξιός) Aptum interpretatur Donat. quod optimè quadrat. Virgilius 6. Aeneid. 5,

Namq; humeris de more habilem suspenderat arcum.

Martial. libro 13. 22, Non habilis cyathis, & inutilis ua Lyæo.

Habilis & aptus calceus ad pedem. Cic. 1. de Orat. 118.
Aptus, habilis, & accommodus. Cic. 4. de Fin. 90.
Habilis ensis. Virg. 9. Aeneid.
Habilis gladius ad propriorem pugnam. Liu. 7. ab Vrbe, 38.
Habilis locus pandendis retibus. Plin. lib. 9. cap. 8. 10.
Habilis frumentis terra. Col. lib. 2. cap. 2.
Habile tundendo ferrum. Plin. lib. 34. cap. 15. 1. Hoc est, ad tundendum, siue ut tundatur.
Hæc habilis breuitate sua est. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 7.
Vigor habilis membris. Virg. 4. Georg. 84.

Habilior. Quintilianus libro 6. capite 3. 8, Porrò natura non tantum in hoc ualet, ut acutior quis, atq; habilior sit ad inueniendum.

¶ Habiliter, penultima correpta, Aduerb. Paul. in l. si ut. ff. de auro & arg. leg. Si habiliter gemmæ geri posßint, inclusæ auro fuerint.

¶ Habilitas, penultima correpta, huius habilitatis (δεξιότης) Cicero 1. de Legibus, 40, Omitto opportunitates, habilitatemq; reliqui corporis, moderationem uocis, orationis uim, &c.

¶ Habeßit, pro habeat (ἐχέτω) antiquè dictum. Cicero 1. de Legibus 31, ex uerbis XII. TAB. Separatim nemo habeßit deos, néue nouos, sed ne aduenas, nisi publicè ascitos, priuatim colunto.

¶ Habito, habitas, penultima correpta (οἰκέω, κατοικέω, οἰκίζω, ναίω, συναίω) habitare, frequentatiuum, notæ significationis.

Inter commorari & habitare hoc interest, quòd commorari est ad tempus, habitare autem perpetuum: quanquam hæc differentia ut plurimum confunditur. Cicero de Senectute, 76, Commorandi enim naturam diuersorium nobis, non habitandi dedit.

Matris habitauimus aluo. Ouid. 15. Metam. 44.
Syluis habitare. Ouid. 12. Metam. 82.
Terra habitare. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 2.
Casas humiles habitare. Virg. eclog. 2. 6.
Habitare ad Occasum. Plin. lib. 2. cap. 70. 5.
Habitare apud. Cic. 4. Academ. 205, Qui mecum uiuit tot annos, qui habitat apud me.
Esse & habitare apud aliquem. Cic. 4. Verr. 58.
Habitare cum. Cic. 3. Verr. 43, Eius esse filiam quæ cum patre habitaret, propterea quòd uirum non haberet.
Viuere & habitare cum aliquo. Cic. Att. lib. 14. 318. 1.
Habitare & pernoctare cum aliquo. Cic. 5. Tusc. 97.
Habitare in. Cic. Memmio, lib. 13. 2. 1, C. Aniano Euandro qui habitat in tuo sacrario. Terent. And. 4. 6. 2,

In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.

Duabus urbibus habitare. Liu. lib. 8.
Habitare in residem aquam. Varr. 3. de re Rust. capite 17. 7, Etenim hat in curia laborare aiebat M. Lucullum, & piscinas eius despiciebat, quòd æstiuaria idonea non haberet, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces eius.
Habitare sub terra. Cic. 2. de Nat. deor. 137.
Habitare uicinia. Plaut. Bacch. 4. 27.
Habitare tanti, pro In ædibus maximi sumptus: & Habitare triginta millibus, est Milia triginta pro habitatione dare. Plinius lib. 17. cap. 1. 3.
Habitare bene. Cic. ad Atticum, Neq; tamen non in primis bene habitauit.
Habitare laxè & magnificè. Cic. pro Domo sua, 88.
Habitant in uultu eorum oculi mei. Cic. 12. Philipp. 320, Hîc etiam fautores Antonij, quorum in uultu habitãt oculi mei, tristiores uidebam. Hoc est, quos semper intueor.
Habitare in rostris. Cicero de claris Orator. 169. Idem pro Murena, 18, Cum ijs qui in foro habitarunt, de dignitate contendas.
Mœnia habitantur Graijs. Virg. 3. Aen. 80.
Nobis habitabitur orbis Vltimus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 26.
Mapalia habitata raris tectis. Virg. 3. Georg. 68.
Tecum habita. Pers. Satyr. 4. 6,

Tecum habita, ut noris, quàm sit tibi curta suppellex. Id est, domi tuæ uiuito, ut intelligas, quã tenuis sit tua fortuna. Translatum ab ijs, qui in principum familijs agunt, & ut inulgò fit, ex alienis opibus, perinde quasi suis intumescunt: quibus si domi uiuendum sit, uix salimum habeant, quod apponant. Haud scio an huc pertineat, quod scribit M. Tullius in Catone maiore, 45, Secum esse, secumq; ut dicitur, uiuere. Erasm. in Chiliad.

¶ Habitatio, Verbale (οἴκησις, κατοίκησις) pro Domo & loco quem habitamus. Cic. Memmio, libro 13. 2. 1, Peto à te, &c.

etc. ut ei de habitatione accõmodes. Vide Accommodo. Col. lib. 1. cap. 6. 4, Villico iuxta ianuam fiat habitatio.

¶ Habitator, pen. prod. (οἰκητὴς, οἰκήτωρ) Aliud uerbale, Incola. Cic. 2. de Nat. deor. 210, Non ut incolæ atq; habitatores: sed, &c. ibidem, 131.

¶ Habitabilis, & hoc habitabile, pen. corr. (οἰκήσιμος) Cic. 1. Tuscul. 73, Tum & habitabiles regiones, & rursum omni cultu, &c. Plin. lib. 9. cap. 10. 1, Habitabiles casæ.

Habessus] Lyciæ ciuitas, quondam sic dicta: deinde Antiphellus, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 27.

Hac] Vide Hic.

Hactenus] penultima correpta (μέχρι τδ δὲ, μέχρι νῦν, μέχρι οὐτασῦθα) Aduerbium, compositum ex Hac aduerbio, & Tenus, quod finem significare docet Nonius in hoc uerbo. Significat autem Hucusq;, quasi usq; ad finem. Cic. de Amic. 50. 24,

Hactenus mihi uideor de amicitia quod sentirem potuisse dicere.

Sed hæc hactenus: ne uideor, &c. Cic. ad Attic.

Sed hactenus. Cic. ad Att. lib. 5. 100. 2.

Hactenus ut. Cic. 1. de Diuinatione, 22, Qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret, &c.

Hactenus aruorum cultus, &c. nunc te Bacche canam. Virg. 2. Georg. 1. (tenus.

Hactenus, disiunctum. Virgilius 5. Aeneid. 120, Hæc celebrata Celsus de usufructu. l. hactenus tamen ut sarta tecta habeat, si qua tamen uetustate corruissent, neutiquam cogi reficere.

Hactenus. Sueton. in Nerone, cap. 40, Cœnæ quoq; tempore interpellatus tumultuosioribus literis, hactenus excanduit, ut malum ijs qui desciissent, minaretur. Hoc est, non ultra, siue non grauius excanduit, quàm ut minaretur, &c.

Hactenus quatenus. Vlpianus de In rem uerso. l. si pro patre, Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit, hactenus non uertit quatenus domino debet.

Hadramitani] Siciliæ populi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 8.

Hadria] m. g. (ἀδρία) Sinus maris, siue ipsum mare Hadriaticum. Lucan. lib. 5,

— sonat Ionio uagus Hadria ponto. Vide Adria.

Hadria, fœm. g. Opp. dum prope Ferrariam nunc demersum, ad x x x v. lapidem Ari uulgò dicitur, quæ Hadriatico mari nomen indidit. A' quo fiunt

Hadrianus, Hadriacus, Hadriaticus, & Hadriensis.

Hadria etiam fuit Romanorum colonia arduo in colle sita, ex qua Hadrianus imperator originem duxit. Sunt qui hoc no mẽ non aspirent.

Hadrobolum] hadroboli (ἀδροβόλω) Gummi genus. Plin. lib. 12. cap. 9. de bdellio loquens.

Hæbudes] αἰβουδὲς, Insulæ sunt. Solinus, A' Calydoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui nauigatio est. Excipiunt Hebudes Insulæ quinq; numero. Et paulo pòst, Secundam à continenti stationem euntibus Orcades præbent, quæ ab Hebudibus porrò absunt septem dierum, totidemq; noctium cursu. Hæc Solinus.

Hæc] fœmininum ab Hic. Vide suo loco.

Hædile] V de Hædus.

Hæduí] αἴδυοι. Vide Heduí.

Hædus] hædi: siue hœdus, hœdi (ὄριξ) Animal ex capra genitum. Virg. eclog. 1. 5,

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos. Quidam ἀπὸ τῶν αἰδοίων deriuant, id est, testiculis. Alij hœdum dictũ uolũt, quasi fœdũ, lingua Sabina, in qua f litera in aspirationẽ uertitur et p ꝓscribũt. Cic. de Senect. 52, Villaq; tota locuples est, abundat porco, hœdo, agno, gallino, lacte, caseo, melle.

Grex hœdorum. Virg. eclog. 2. 6.

Petulci hœdi. Virg. 4. Georg. 2.

Tenero lasciuior hœdo. Ouid. 13. Metam. 170.

Hœdi prid. Non. Oct. oriuntur uespere aries medius occidũt. Col. lib. 11. cap. 2. 55, Sed hic sidus est cæleste.

¶ Hœdulus, hœduli, penultima correpta (ὀρίφιον) Diminut. Iuuenal. Satyra, 11. 7, Et Tyburtino ueniet pinguissimus agro Hœdulus.

¶ Hœdillus, hœdilli (ὀριφλάριον) Idem Plaut. Asina. 12. 77, Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, Agnellum, hœdillum.

¶ Hœdile, hœdilis, pen. corr. n. gen. (ὀριφοσασία) Stabulum hœdorum Hor. 1. Carm. ode 17. 2,

Nec uirides metuunt colubros,
Nec Martiales hœdilia lupos.

¶ Hœdinus, penult. prod. Adiectiuum (ὀρίφειος) Quod est ex hœdo. Cic. pro Murœna, 69, Atq; ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

Hœdinum coagulum. Varro de re Rust. cap. 11. 4.

Hæmachates] pen. prod. Lapis sanguinei coloris. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hæmanthinum] αἱμανθίνον, Vitrum. Plinius libro 36. cap. 26. 8, Fit & tinctura genere obsidianum, ad escaria uasa & totum rubens uitrum, atq; non translucens, hæmanthinon appellatum.

Hæmatites] hæmatitæ, masc. gen. penult. prod. (αἱματίτης) Lapidis genus, ruboris sanguinei. Plinius libro 36. capite 16. 4.

Hæmodes] Lyciæ mons est, ut scribit Pomponius Mela, libro 2.

Hæmon] Thebanus iuuenis. Vide Aemon.

Boreas Hæmonis. Sil. lib. 10.

Hæmonia] αἱμωνία, Regio quæ postea Thessalia dicta est. Vide Aemonia.

Niualis Hæmonia. Hor. 1. Carm. ode 38. 4.

Hæmorrhois] penultima correpta, huius hæmorrhoidis, fœm. gen. (αἱμορρόις) Genus serpentis pestiferum, à fluxu sanguinis ita appellatum: quippe Graci αἷμα sanguinem ῥεῖν, fluorem dicunt. Huius morsu sanguis omnis à corpore fluit, nec sisti potest. Lucan. libro 9. 142, — ingens hæmorrhois. Ibidem, 162,

Impreßit dentes hæmorrhois aspera Tullo, &c. Plin. libro 20, capite 20. 1, Est & portulaca, quam Peplion nocant, non multum satiua efficacior, cuius memorabiles usus traduntur: sagittarum uenena, & serpentium hæmorrhoidum & presterũ restringi, pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahi.

¶ Hæmorrhoia, huius hæmorrhoiæ (αἱμορρόια) Idem Plinius libro 23. capite 117, Mustum serpentibus aduersatur, maximè hæmorrhoiæ & salamandræ. Ex uetusto codice legitur, hæmorrhoidi.

¶ Hæmorrhoidas, etiam uocamus genus morbi, quum ora uenarum iuxta anum, tanquam ex quibusdam capitulis turgẽt, & sanguinem fundunt: quod & in ore uuluæ fœminarum incidere consueuit. Quandoq; hæc purgatio est, non morbus: ideoq; curati quidam cum sanguinis exitum non haberent, inclmata in præcordia, ac uiscera materia, subitis ac grauissimis morbis correpti sunt. Hæc omnia Siponti-nus ferè ex Cels. lib capite de Hæmorrhoidibus.

¶ Hæmorrhoicus, pen. corr. Firmic. lib. 3. cap. 3, Saturnus latentes corporũ dolores indicit. facit enim hæmorrhoicos, aut neruorũ dolore contractos. Si uerò in hoc loco uespertinus fuerit, fistulas circa podicem facit, & simili modo hæmorrhoicos.



Digitized by Google

¶ Hæmorrhoicus, Adiect. Firmic. lib. 3. cap. 15, Alios uerò hæmorrhoica ualetudinis aßiduitate debilitat.

Hæmus] αἷμος. Vide Aemus.

Nubifer Hæmus. Claud. 1. in Ruff. 67.

Hæreditas] Vide Hæres.

Hæreo] hæres, hæsi, hæsum (ἴχομαι, ἅπτομαι, ἐνίσχομαι) hærere, Propriè est alicui rei arctè insidere & coniunctum esse. Virg. 2. Aen. Hærent parietibus scalæ. Terent. Eunu. 5. 6. 7, Perij: lingua hæret metu.

Aspectu conterritus hæsit. Virg. 3. Aen. 119.

Attonitis hæsere animis. Virg. 5. Aen. 105.

Obtutu hæret defixus in uno. Virg. 1. Aen. 100.

Criminibus repetundarum hærebant. Tacit. lib. 4.

Hæret amor. Ouid. 3. Metam. 79.

Ferrum hæsit in corpore. Virg. 11. Aen. 173.

Fides illa hæsit animis. Ouid. 2. Fast. 100.

Vox faucibus hæsit. Virg. 2. Aen. 154.

Circa aliquid hærere. Quint. lib. 1. cap. 7. 17.

In complexu alicuius hærere. Quint. lib. 6. cap. 1. 32.

Pectora hærent infixi uultus uerbaq; Virg. 4. Aen. 1.

In amplexu hæsit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 4.

Hæsit in armo. Ouid. 3. Metam. 27. De cane.

Hærere in equo. Cic. pro Deiot. 19.

Hæsit in mala pugnus. Terent. Adelph. 2. 1. 16.

Hærent in scuto tela: id est, infixa sunt. Liu. lib. 2.

Hærere in medullis. Cic. 2. Philip. 26.

Hærere in memoria. Cic. 4. Acad. 5.

Hærebit memoria in sermonibus omnium. Cic. in Catil. 84.

Hærere in terga. Liu. 1. ab Vrbe, 61.

Hærent mihi in uisceribus. Cic. ad Attic. lib. 6. 111. 16.

Hærere in oculis. Cic. 13. Philip. 345.

Hærere in iniquitatibus. Cic. 7. Verr. 19.

Hæret culpa in te omnis. Terent. Hecyra, 2. 1. 33.

Hæret crimen. Cic. pro Cælio, 10, Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. Idem 5. Verr. 88, Vtrum enim horum dixeris, in eo culpæ crimen hærebit.

Hæret iniuria. Cic. Cecin. lib. 6. 5. 4.

Hæret peccatum huic, & in hoc. Cic. pro Rosc. Comœdo, 9. & 1. de Diuin. 58.

Hæret illa in Rep. turpitudo. Cic. pro Sest. 53.

Hæret Cn. Pompeio. Suet. de claris Grammat. 14.

Hæreat nobis illud: hoc est, illud semper in mente habeamus: Traianus ad Plin. epist. 237.

Hærere pertinaciter. Quint. lib. 1. cap. 1. 4.

Hærere in salebra dicitur oratio. Cic. 5. de Fin. 144. Tractum à uenatoribus: qui quum in loca confragosa inciderunt, insistere coguntur.

Hæret ad. Cic. 2. de Nat. deor. 202, Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus.

Hærere apud meretricem, pro Eam perditissimè amare, Non posse ab ea distrũgi. Plaut. Epid. 5. 8. Terent. Adelph. 3. 3. 49;

——optimè est: Metui ne hæreret hic.

Hærere in parte aliqua apud aliquam. Terent. Eunu. 5. 9. 25.

Hærere aliquãdo ponitur pro Dubitare, & ancipitè esse: quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur, & ideo hærere ac suspensi esse uidentur. Cic. 4. Acad. 29, Et tamen isti physici rarò admodum, quum hærent, aliquo loco exclamant, quasi mente incitati. Terent. Phorm. 5. 8. 70, Atat nisi mihi prospicio, hæreo.

Hærere in. Cic. 3. de Natur. deor. 85, In multis enim nominibus hærebitis. Idem Att. libro 13. 290. 5, Valde enim in scribendo hæreo.

Hæret hæc res: hoc est, dubia est. Plaut. Amph. 8. 180, Prouerbialiter dictum, quum quid occurrit dubium & non liquidum. Tractum à locis difficilis transitus: quibus quum appli cuimus, nescimus quid faciamus, & hærentes illis dubitamus qua transeundum sit. Idem Pseud. 7. 8, Occisa est hæc res, hæret hoc negotium.

Aqua hæret. Cic. 3. Offic. 161, Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Significat Cicero Epicurum parum secum in disputãdo constare. Translatum apparet uel à fluitantibus, qui uado destituti, huc atq; illuc iactantur: quoq; magis se commouent, hoc maiore periculo laborant. Aut certè ab oratorum clepsydra: ut eum in aqua hærere dicamus, qui se distillata iam aqua, tamen è causa non potest expedire. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 9. 2, Quod Idibus & postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæret. Incertum utrum significet, eam actionem integram sibi relinqui, an causam esse inextricabilem. Erasmus.

Si hic termimus hæret: id est, si hoc est immutabile. Virgil. 4. Aeneid. 123.

¶ Hærens, Participium (ἰχόμενος) ut, Altè terminus hærens. Lucret. lib. 5. 19.

Naues hærentes littore. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 41.

¶ Hæsurus (ἀψόμενος) Aliud participium: ut, Fides hæsurã in omne tempus. Ouid. 3, Trist. eleg. 4. 8.

¶ Hæresco, scis, scere, Idem quod Hærere. Lucret. lib. 2,

Liquit enim supera tetri primordia uiri
Aspera: quò magis in terris hæresscere possunt.

¶ Hæsito, hæsitas, pen. corr. (ἐνίσχομαι, διαπορῶμαι) hæsitare, Frequentatiuum, Dubitare, timere, titubare. Cic. 2. de Finib. 30, Aperiêdum est igitur quid sit uoluptas: quam si explicauisset, non tam hæsitaret.

Hæsitari & cunctari. Cic. in Catil. 34.

In eodem hæsitas luto. Terent. Phorm. 5. 2. 15. In eos competit, qui sic implicantur negotio cuipiam, ut se nequeant extricare. A uiatoribus translatum, qui simul atq; in lutum incidêrint, quũ alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rursum ut hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo est infigendus. Erasmus.

Dubitare & hæsitare. Cic. 4. Acad. 96.

Hæsitare lingua. Cic. 1. de Orat. 57.

Hæsitare in. Cic. 1. de Orat. 21, Carbo hæsitans in maiorum institutis, rudis in iure ciuili.

Hæsitat frumentum in uadis. Liu. 2. ab Vrbe, 20.

¶ Hæsitabundus. Plin. Iunior lib. 1. epist. 5, ad Voconium, Hæsitabundus, inquit, interrogaui, non ut tibi nocerẽ, sed Modesto. Id est, cunctabundus & dubius quid responderet.

¶ Hæsitatio, uerbale (διαπόρησις) Dubitatio. Cic. 2. de Orat. 111, Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusq; uerborum? Idem Appio Pulchro, lib. 4. 12. 3, Noli ignoscere hæsitationi meæ.

¶ Hæsitator, penult. prod. (διαπορητὴς) Aliud uerbale, m. g. Plin. epist. 106, Sum & ipse in edendo hæsitator.

¶ Hæsitantia, huius hæsitantiæ (διαπόρημα) Idem quod Hæsitatio.

Hæsitantia linguæ. Cic. 3. Philip. 135.

Hæres] huius hæredis, pen. prod. com. gen. (κληρονόμος) Notæ significationis. Ab hærendo dicitur: quod qui hæres est, hæret: hoc est, proximus est ei cuius est hæres. Licet quidam hæredem dictum putent, quod dominus fiat bonorum quæ ad eum perueniunt. Apud ueteres enim, hæres dominus dicebatur, authore Festo.

Hæredis appellatione omnes significari successores credendũ est, etsi uerbis non sunt expressi, inquit Vlpianus.

Alienior hæres. Vide Alienus.

Auidus hæres. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 30.



Digitized by Google

Auiti nominis hæres. Ouid. 6. Met. 48.
Criminis alicuius hæres. Ouid. 3. de Arte 91,
Indignus hæres. Hor. 3. Carm. ode 24. 22.
Facere hæredem, dicitur is qui moriur quum testamento facto eius res in alienam potestatem redeunt. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 7, Q. Turius, &c. hæredes fecit similes sui, Cn. Saturninum, Sex. Ausidium, &c.
De sententia propinquorum aliquem facere hæredem. Cicer. 3. Verr. 78.
Facere hæredem ex deunce. Cic. pro Cecina, 12.
Facere hæredem. Cic. 2. Philipp. 59.
Instituere hæredem. Cic. 1. de Orat. 88.
Instituere aliquem secundum hæredem Cicero Silio Propr. lib. 13. 62. 1.
Mouere hæredes. Vide Moueo.
Relinquere hæredem testamento. Cic. pro Quintio, 8.
Scribere aliquem hæredem. Cic. 1. de Orat. 86.
Succeßit hæres. Cic. 2. Philipp. 73, Nondum in Cn. Pompeij locum, multorumq; aliorum qui aberant repentinus hæres succesſerat.
Hæredem esse alicui. Cic. pro Cluentio, 29.
Secundi hæredes, Secundo loco instituti, & subßituti. Cic. pro Cluentio, 24, Memoria teneo, Mileſiam quandam mulierẽ, quum essem in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibijpsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Boethius in commentarijs in Topica Ciceronis, lib. 2, Secundus hæres, inquit, dicitur qui hæredi instituto subßituitur: ueluti si quis filium instituat hæredem, scribatq;, Si filius intra pubertatem decesserit, nepotẽ uel quẽlibet alium hæredem esse oportere.
Hæredes arboris, pro surculis uel ramis. Plin. lib. 16. cap. 37 1, Cæsiq; densius innumero hærede prosint. De salice.
¶ Hæreditas, pen. corr. hæreditatis (κληρονομία) Nihil aliud est quàm successio in uniuersum ius quod defunctus habebat. Et ideo hoc nomine etiam damnosa hæreditas continetur, diuiduturq; in duodecim uncias, quæ assis appellatione cõtinetur. Vide Assis. Hæc ex Caio iurisconſ. l. nihil aliud. & Pomponio, l. hæreditatis. tit. de uerborum signif. & Vlpiano, de hæredibus instituendis. l. seruum.
Hæreditate uenire bona dicuntur, quæ iure hæreditario alicui obueniunt. Cic. 2. de Inuent. 167.
Hæreditas caduca. Cic. 10. Philip. 276. Vide Caducus.
Luculenta atq; magna hæreditas. Vide Luculentus.
Offertißima hæreditas. Vide Offercio.
Vsu capta hæreditas. Vide Capio.
Hæreditas est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, &c. Cic. in Topicis.
Accipere hæreditatem. Quint. lib. 6. cap. 3. 67.
Hæreditatem adire. Vide Adeo.
Attingere hæreditatem. Vide Attingo.
Hæreditatem auertere, pro Auferre, eripere, & detorquere. Cic. ad Cornif. lib. 12. 25. 19.
Hæreditatem cernere. Vide Cerno.
Obire hæreditatem. Vide Obeo. Cic. de leg. Agr. 4.
Obuenit hæreditas. Vide Obuenio.
Tenere hæreditatem. Cic. ad Att. lib. 13. 295. 4.
Hæreditas gloriæ. Cic. 1. Offic. 109. Ibidem 171, Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omniq; patrimonio præstantior, gloria uirtutis, rerumq; gestarum.
¶ Hæredium, hæredij (χωρίον) Paruum prædium, Festus. Varro 1. de re Rust. cap. 10. 2, Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primũ diuisa dicebãtur uiritim: quæ q hæredẽ sequerẽtur, hæredium appellarunt. Plin. lib. 19. cap. 4. 2.

¶ Hærediolum, hæredioli, penultima correpta (χωρίδιον) Paruum hæredium. Colum. libro 1. capite 1. 13, Quintius Cincinnatus obseßi Consulis & exercitus liberator, ab aratro uocatus ad Dictaturam uenit: ac rursus fascibus depositis, quos festimantius uictor rẽdiderat quàm sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos & quatuor iugerum auitum hæreditolum redijt. Hæreditolum auitum dicit, quod nos hodie proprium uocamus.
¶ Hæreditarius, Adiectiuum (κληρονομικὸς) Ad hæreditatem pertinens. Cic. 6. Verr. 62, In istius leonis turpißimi domo simul cum cæteris Chelidonis hæreditarijs ornamentis, capitalia ornamenta ponentur?
Hæreditaria auctio constituta. Cic. pro Cecin. 9.
Hæreditaria controuersia. Brut. ad Ciceronem, 6. 4.
Lites hæreditariæ. Quint. lib. 3. cap. 10. 3.
Hæreditarium nomen. Cic. in Somnio, 6.
Hæreditaria Quæstura. Cic. 5. Verr. 152.
Hæreditarium regnum. Plin. lib. 6. cap. 22. 10.
Aduentitia atq; hæreditaria res. Cic. 3. Verr. 90.
Hæresis] huius hæresis, pen. corr. fœ. g. (αἵρεσις) Græca dictio, quæ opinionem firmatam de aliquo dogmate significat: quales sunt quæ hodie sectæ dicuntur. Cic. in Præf. Paradoxorum, Cato autem perfectus (mea sententia) Stoicus, & ea sentit, quæ non sanè probãtur in uulgus: & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis: de secta Stoicorum. Hæreses dicimus habitus animorũ & instituta Philosophiæ circa disciplinam, ut author est Seruius in libro 10. Aeneid. Hæc ex Budæo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 312. 2, De hæresi Vestorima, & de Pherionum more Puteolano risisse me satis, nihil est necesse rescribere. Idem Caßio, lib. 15. 16. 6, Postulabimusq; ex qua hæresi ui hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare.
Hæsito] hæsitas. Vide Hæreo.
Hagios] ἅγιος, Latinè dicitur sanctus.
Hagnos] ἁγνὸς, Latinè purus, & castus: quòd sit hostia pura, & immolationi apta.
Haha] ἃ ἃ, Interiectio. Senec. 4. Natur. quæst. Haha iubes me cum Luxuria litigare.
Hala] Vide Ahala.
Halalcomene] pen. corr. & Halalcomena, tam singulari quàm plurali numero, siue Halalcomenium, ciuitas in Bœotia. Vnde Minerua Halalcomeneis cognominata est: quòd in eo loco coli solita sit. Vide Hermolaum in Plinij libro 4. cap. 7.
Halcyon] ἀλκυών, Ceyx, inquit Seruius, filius Luciferi, habuit uxorem Halcyonem: à qua quum prohibitus, isset ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cuius corpus quum ad uxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethidis & Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quæ halcyones uocantur. Sanè sciendum est, quòd quum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit penult. corr. quum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari, media hyeme: quibus diebus tanta est tranquillitas, ut nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij Georg. 1,

Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilecti Thetidi halcyones. Vide apud Ouidium libro 11. Metamorph.

Halcyon] halcyonis (ἀλκυών) Auis quæ & Alcedo dicitur. Vide Alcedo. De hac sic Plinius lib. 10. cap. 32, Dies earum partus, maria quiq; nauigant nouere. Ipsa auis paulò amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore,

Digitized by Google

iore, tantùm purpureis & candidis admistis pennis, collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine distinguitur & cãtu. Minores in arundinetis canũt. Halcyonem uidere rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa Solstitia, Brumamúe, naue aliquando circunuoluta statim in latebras abeuntem. Fœtificant bruma: qui dies, Halcyonides uocantur, placido mari per eos, & nauigabili, Siculo maximè. In reliquis partibus est quidẽ mitius pelagus, Siculum utiq; tractabile. Faciunt autem septem ante brumã diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Nidi earũ admirationem habent, pilæ figura paulum eminenti, ore perquàm angusto, grandium spongiarum similitudine, ferro intercidi non queunt, frangũturq; ictu ualido, ut spuma aridamaris. Nec unde confingantur inuenitur: putant ex spinis aculeatis: piscibus enim uiuunt. Subeunt & in amnes. Pariunt oua quina. Hæc ille.

¶ Halcyoneus (ἀλκυόνιος) Adiectiuum ut, Halcyonei dies sunt à Vergiliarũ occasu circa Solstitia Brumámue. Col. lib. 11. cap. 2. 16, VIII. Cal. Martij Sagitta crepusculo incipit oriri, uariæ tempestates, halcyones dies uocantur.

¶ Halcyoneum, halcyonei (ἀλκυόνιον) Genus medicamenti. Plin. lib. 32. cap. 8. 1, Fit & in mari halcyoneũ appellatum, ex nidis, ut aliqui existimant, halcyonum & cæycũ: ut alij, è sordibus spumarum crassescentibus: alij è limo uel quadã maris lanugine.

Halec] huius halecis, pen. prod. tam fœmin. quàm neutri generis (μαινὶς) piscis qui sola aqua nutritur. Plaut. Aul.

Qui mihi olera cruda ponunt, halec danũt. Vbi legendum, halecem, ut constet uersus. Mart. lib. 11. ad Flaccum,

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Halecẽ, sed quam protinus illa uoret. Cato de re Rust. cap. 58. de pulmentarijs familiæ loquens, Vbi oleæ comesæ erunt, halecem & acetum dato. Hic fortasse fæcem piscium significat, uel potius piscículos saxatiles, qui muria conditi, haleces etiam uocabantur.

Halec, liquamen ex intestinis piscium. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 15, ——ego fæcem primus & halec,
Primus & inueni piper album.

¶ Halecula, huius haleculæ, pen. corr. (μαινίον) Diminutiuũ, apud Colum. lib. 6. cap. 8. 1. & lib. 8. cap. 17.

Halesina] penult. prod. Siciliæ ciuitas, quæ sic à Cicerone actione 5. in Verrem appellatur. Siciliæ ciuitates, inquit, multæ sunt, iudices, ordinatæ atq; honestæ, ex quibus in primis numeranda est ciuitas Halesina: nullam enim reperietis aut officijs fideliorem, aut copijs locupletiorem, &c.

Halesus] Falisconum conditor fuit. Ouidius,

Argiua est pompæ facies Agamemnone cæso
Et scelus, & patrias fugit Halesus opes.
Iamq; pererratis profugus terrãq; mariq;
Mœnia fœlici condidit alta manu.
Ille suos docuit Iunonia sacra Falisços:
Sunt mihi, sint populo semper amica suo. Meminit eius & Horatius.

Halesus] pen. prod. (ἅλησος) Fluuius & mons non longè ab Aetna, ubi Proserpina flores legit cum alijs uirgimibus. Colum. lib. 10,

Et quæ Sicanij flores legistis Halesi.

Halia] Marina Nympha.

Haliacmon] ἁλιάκμων, Fluuius est Macedoniæ, ad quem ducebant quæ nolebant candida nasci, ut refert Plinius lib. 31. capite 2.

Haliæetus] haliæeti, pen. corr. m. g. (ἁλιαίετος) Genus aquile, Falco à nonnullis dicitur, ab alijs accipiter, alij nisum uocãt. Plin. lib. 10. cap. 3, Haliæetus tantũ implumes etiamnũ pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri solis radios: & si conniuentẽ, humectantemq; animaduertit, præcipitat è nido, uelut adulterinum & degenerem: illum cuius acies firma contrà steterit, educat. Haliæeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.

Haliartus] Nomen urbis Straboni lib. 9.

Halica] Vide Alica.

Halicacabum] penultima correpta (ἁλικάκαβος) Herbam uocant, quam alij solanum, alij strychnon, alij uesicariam, quòd uesicæ & calculis medeatur. Plinius libro 21. capite 31. 1.

Halicarnassus] ἁλικαρνασσός, Cariæ ciuitas, clara Herodoto, Heraclio poeta, Callimachi socio, & Dionysio historico, qui res Romanas Straboni temporibus scripsit. Regia olim regum Cariæ fuit, ab Alxandro capta, & Adæ reginæ Idriei coniugi, quam Pixodorus eiecerat, regenda data, Diodorus lib. 17. & Strabo lib. 14.

Halicastrum] Colum. lib. 2. cap. 6. 3, Semen trimestre quod dicitur halicastrum, idq; pondere & bonitate est præcipuũ. De farre clusino. Vide Alicastrum.

Halieutica] pen. corr. (ἁλιευτικὰ) dicuntur uolumina in quibus tractatur de piscibus. Plin. lib. 32. cap. 2. 1, Mihi uidentur mira & quæ Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo uolumine quod Halieuticon inscribitur.

Halipleumon] Marinus pulmo, genus piscis apud Plinium lib. 32. cap. 11.

Halitus] huius halitus. Vide Halo, halat.

Halizones] pen. prod. Populi sunt Paphlagonum, sic dicti, quòd undiq; mari circundentur. παρὰ τὸ ὑποζωννύσθαι, id est, circundari: & ἅλι, id est, mari. Tortelius.

Hallucinor] Vide Allucinor.

Hallus] halli, uel Hallux, hallucis masc. gen. Est, ut ait Festus, Pollex pedis, scandens super proximum, dictus à saliendo. Nam ἅλλομαι Græcè, Latinè significat salire.

Halo] halas (ἀτμίζω, ἐκπνέω) halare, Spirare, uel odorem emittere. Virg. 4. Georg. 22,

Inuitent croceis halantes floribus horti.

¶ Halito, halitas, penult. corr. (ἐκπνέω) halitare, Sæpe spiritum emittere. Ennius, Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

¶ Halitus, huius halitus, pon. corr. (ἐκπνοὴ) Spiritus. Plin. lib. 9. cap. 7. 2, In aquas quidem penetrare uitalem hunc halitũ quis miretur.

Flammeus halitus Euri. Vide Flammeus in Flamma.

Efflare extremum halitum. Cicero 2. Tusculanar. 37. Ex quodam poeta.

Halitus solis. Colum. lib. 2. cap. 5, Dissectum deinde protinus fimum inarari & obrui conuenit, ne solis halitu uires amittat. Hoc est, uapore solis & calore.

Halitus terræ, pro uapore qui per terræ rimulas sursum ascendit. Plinius libro 11. capite 12. 2, Obuio terræ halitu infectus.

Halitus niger. Ouid. 3. Metam. 7.

Faucibus exuberat grauis halitus. Pers. Satyr. 3. 9.

Noxius terræ halitus. Quint. lib. 7. cap. 3. 2.

Halo] ἅλως. Ab Aristotele in Meteoris dicitur, quem nostri modò circulum, modò coronam circa lunam dicunt. Senec. lib. 1. Quæst. Hunc Græci halo uocant, quem nos dicere coronam aptissimè possumus.

Halonesos] penultima producta, Insula est Aegei maris prope Thraciam, quam aliquando omnibus qui mares erant, cæsis, tantum fœminæ tenuisse dicuntur, inquit Pomponius Mela, lib. 2.

Halophanta] halophantæ (ὁλοφάντης) Hominis genus nequam,

nequam, inquit Festus, quòd ob fuenda mendacia miserrima mercede conducitur. Scribendum Holophanta, quasi omnia mentiens. Plaut. Curc. 9.2,

Holophantã an syncophãtam hunc magis dicam nescio.

Halosis] pen. prod. (ἅλωσις, ιος) fœm. g. Latinè captio uel expugnatio dicitur. Sueton. in Nerone, Hoc incendium è turre mecœnatica prospectans, lætusq; flammæ pulchritudine, halosin Ilij decantauit.

Halter] halteris, uel Haltere, halteris, pen. pro. m. g. (ἁλτὴρ) Halteres uocantur plumbeæ pilæ, massuleúe, quibus utraq; manu se liberabant qui saltu certabant, ut certius asilirent. Mart. in Apoph.

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti? Vide Annotationes Budæi, & Celium.

Halus] hali, fœmin. gener. Herba, de qua Plin. lib. 27. capite 7, Halus autem, quàm Galli sic uocãt, Veneti cotoneam, medetur lateri, item renibus, conuulsis q; & ruptis. Similis est cunilæ bubulæ, cacuminbus thymo, dulcis, & sitim sedans, raræ radicis, alibi albæ, alibi nigræ.

Halyætus] ἁλιαῆτος, Viri proprium, qui mutatus fuit in auem sui nominis. de quo Ouid. 8. Metam. 30,

Et modo factus auis fuluis, haliætus in alis. Existimo scribendum Haliæetum, & Ouidium & alterum e abstulisse, uersus causa.

Halys] ἅλυς, Paphlagoniæ fluuius maximus: Crœsi fato, quod attulisse uisus est, nobilis. Notum oraculum est, Crœsus Halym penetrans magnam peruertet opum uim. Quo deceptus, quum regnorum opes expectaret, suas profligauit. Cic. lib. 1. de Diuin. 173.

Crœso fatalis Halys. Lucan. lib. 3. 55.

Crebro furtice tortus Halys. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 10.

Hama] hamæ, Instrumentum ad incendia compescenda. Plinius epist. 250, Et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla hama, nullum deniq; instrumentum ad incendia compescenda. Cato de re Rust. cap. 135.

Hamadryades] ἁμαδρυάδες. Vide Dryades. Virg. 10. eclog. 9,

Iam neq; Hamadryades rursus nec carmina nobis Ipsa placent.

Deæ Hamadryades. Catul. in Epital. Iuliæ 56. 5.

Latinæ Hamadryades. Ouid. 14. Metam. 125.

Hamatilis, Hamatus] Vide Hamus.

Hamaxa] ἅμαξα, Sidus quod nos Septentriones uocamus, teste Gellio lib. 2. cap. 21. à figura posituraq; ipsa, quia simile plaustri uidetur.

Hamaxampeus] pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commistus est.

Hamaxobitæ] penult. prod. (ἁμαξοβιται) populi Sarmatiæ in Europa: qui quia pro sedibus plaustra habent, sic dicti sunt, authore Pomponio Mela, lib. 2. Græcis enim ἅμαξα, plaustrum dicitur. Ptolemæus Hammaxobios nominat. Vadianus Melæ interpres, eos esse credit, quos hodie alibi sitos Poloni Moscouitas nominant, corrupto uocabulo. Plin. lib. 2. cap. 12. 35.

Hamilcar] Vide Amilcar.

Hamiotę] Vide Hamus.

Hammites] Gemma ouis piscium similis, teste Plin. lib. 37. capite 10.

Hammon] ἄμμων, cognominatus est Iupiter, qui in arena putatur inuentus, quæ Græcè hoc nomine ἄμμος appellatur: cui cornua affinguntur arietis, à genere pecoris inter quod inuentus est. Festus. Vide Ammon.

Fanum Hammonis. Lucret. lib. 6. 170.

Hammoniacum, Hammonitrum] Vide in litera A,

Ammoniatum. tametsi rectius per aspirationem scribẽda putarim, q. Græcis ἄμμος, aspirato α, arena dicatur.

Hammonium] hammonij, n. g. Coloris genus tendentis in subruffum. Varr. de re Rust. lib. 3. cap. 2, Nunc ubi hic uides citrum aut aurum? num minium aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithostrotos? Ex uetusto codice legitur, armenium.

Hamotrahomes] alij piscatores, alij qui unco cadauera trahunt. Festus.

Hamus] hami, m. g. (ἄγκιστρον) catenam significat, Virgil. 3. Aeneid. 94,

Loricam consertam hamis, auroq; trilicem. Vbi Seruius, Hamis aureis, per Endyadin. Hamis autem, catenis significat.

Hamus, Instrumentum quo capiuntur pisces. Plaut. Stich. 5. 16,

Arundinem fert, sportulamq;, & hamum piscarium.

Hamum uorat, meus est. Plaut. Curc. 8. 60.

Catenatus hamus. Vide Catena.

Hamum, quidam à Græco deductum putant. nam Græci ἄμματα, dicunt ligamenta.

Piscem ducere hamo. Ouid. epist. 18. 3.

Excipere hamo. Cels. lib. 7. cap. 5.

Reducere hamulis. Cels. lib. 7. cap 31.

Adunci hami. Ouid. 13. Metam. 198.

Curuos dedit unguibus hamos. Ouid. 11. Metam. 69.

Fallax hamus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 2.

Occultum decurrit piscis ad hamum. Hor. 1. epist. 7. 15.

Opertus hamus. Hor. 1. epist. 17. 11.

Vnci hami. Ouid. 15. Metam. 96.

Hamus, Instrumentum ferreum, quo diuitum arcæ nummariæ obsepiuntur, ne res facili apertu surripiatur. Iuuen. Sat. 14,

Dispositis prædiues hamis uigilare cohortem. Vbi interimitur s cum uocali in dictione prædiues.

Hamus, Aliud instrumẽtum ferreum, quo pectitur linum. Plin. lib. 19. cap. 1. 10, Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. De Stupa.

Hamus, Instrumentum quo domus dirumpuntur, ne incendium latius serpat. Paulus in l. nam salutem. §. sciendum. ff. de Offic. Præf. uigil. Sciendum est autem, Præfectum uigilum per totam noctem uigilare debere, & oberrare calceamentum cum hamis & dolabris, &c.

Hami ferrei meminit Cæsar 7. bel. Gal. 294, sed in alio usu: Ante hæc (inquit) taleæ pedem longè ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur, mediocribusq; intermissis spacijs, omnibus locis disserebantur, quos stimulos nominabant.

¶ Hamulus, penultima correpta, Diminutiuum (ἀγκίσκος) Hamulum Celsus uocat uncinum quo medici chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Inde hamularij fures dici possunt. Cels. lib. 5, Specillo auriculario protrahendum est, aut hamulo retuso. Budæus.

¶ Hamo, hamas, hamare. Claudianus lib. 2. in Ruffin. 72,

Flexilis inductis hamatur lamina membris.

¶ Hamatus, pen. prod. Adiect. (ἀγκιστρωτὸς) Hamo instructus, & munitus. Cic. 4. Academ. 217, Hamatis uncinatisq; corpusculis.

Hamatum inter se & perplicatum. Lucret. lib. 2. 79.

Arundo hamata. Ouid. 5. Metam. 77.

Hamata munera, quæ ita dantur, ut alia subinde ad se dona alliciant. Plin. epist. 207, Hos ego uiscatis hamatisq; muneribus non sua promere μισῶ, sed aliena corripere.

Sagittæ hamatæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 13.

Sentibus hamatis implet præcordia: id est, curis. Ouidius 2. Metam. 160.

Vnguen

Vngues hamati. Ouid. 12. Metam. 113.

¶ Hamatilis, & hoc hamatile, pen. cor. (ἀγκιστρώδης) Quod pertinet ad hamũ, uel quod hamo piscatur. Plaut. Rud. 8. 9,

——post id hamatilem piscatum

Et saxatilem aggredimur, captamus cibum in mari. Id est, hamo piscamur.

¶ Hamiota, hamiotæ, pen. prod. (ἁλιεὺς) à ueteribus piscator dicebatur. Plaut. Rud. 9. 5,

Saluete fures maritumi, conchitæ atq; hamiotæ, &c.

Varro, Cohortes coquorum atq; hamiotarum, aucupumq;.

Hanapis] Fluuius est Scythiæ, Herodoto teste.

Hannibal] Ἀννίβας, Vide Annibal.

Parentibus abominatus Hannibal. Horat. Epod. 16. 2.

Belliger Hannibal. Silius lib. 1. 8.

Perfidus Hannibal. Horat. 4. Carm. ode 4. 10.

Superbus periuro ense Hannibal. Stat. 4. Sylu. 6. 16.

Tyrius Hannibal. Iuuen. Sat. 12. 11.

Hanno] Ἄννων, Carthaginiensis, Philippi Macedonis temporibus, qui Carthagine priuatis opibus potens, regnum affectans: & in filiæ nuptijs principes ciuitatis ueneno necare, prodito à ministris consilio frustra cogitans, alia aggressus uia, seruitia concitat, quibus incautam urbem opprimat: quo etiam ciuibus prouiso ac uitato periculo, ipse demum in castellum munitum sese recipiens, Afros. Maurorumq; regem armauit. Captus postremò, ac primùm uirgis cæsus, deinde effossis oculis, & manibus cruribusq; fractis, cruci affixus est, ac in cognatos omnes etiam animaduersum. Ex Trogo lib. 21. Hanno item Carthaginiensis alius, Agathocli cum XXX millibus Pœnorum obuius factus, conserta pugna interfectus est. Trogus lib. 22.

Hanno factionis Barchinæ, qui cùm optima consuleret Carthaginensibus de pace, nequaquam exauditus est. Liu. in primo & ultimo de bello Punico.

Hapalaria] Vasa sunt, in quibus liquamine oua condiuntur, quod ex Apicio colligere est sic scribente: In ouis hapalis piper, ligusticum, nucleos infundes: suffundes mel ac acetum: liquamine temperabis. De Hapalarijs sic Ausonius,

Maiorum mensis hapalaria succus inundet. Monuit Turnebus.

Haphe] haphes, f. g. (ἁφὴ) Insperſio pulueris, qua insperge-bantur luctantes, ubi ceromate illiti fuissent. Martial. Et flauescit haphe. Nam puluere perfusa luctantium corpora, quodammodo flauescebant, lepram patientibus similia. ἁφὴ, ἁφῆς, Tactus iunctura, contrectatio in palæstra. Iulius Pollux haphen accipit primam infecturam, quoties uestes imbuuntur coloribus.

Hapsus] hapsi, m. g. Celsus lib. 7. cap. 26, Quæ curatio calculo euulso habenda sit, Tum multo is oleo perungendus, indu cendusq; hapsus lanæ mollis tepido oleo repletus, &c. Hapsum lanæ intelligunt dicti quantum manu capi potest.

Hara] huius haræ (συφεὸς) Porcorum stabulum. Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. Asin. 9. 24, —uos Dormitis interea domi, at herus in hara, haud ædibus habitat. Cic. in Pisonem, 28, Ex hara producte, nõ ex schola. Ouid. 1. epist. 21, Tertius immundæ fidelis haræ. Colum. lib. 7. cap. 9, Diligens autem porculator frequenter suile conuerrat: & sæpius haras.

Hara, Stabulum anserum. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 10. 2, Singulis ubi pariant faciendum haras quadratas circum binos pedes & semipedem. Sic, apud Colum. lib. 8. cap. 14.

Harena] & inde ducta. Vide Arena.

Hariolus] harioli, penult. cor. (χρησμολόγος, χρησμῳδὸς) Qui diuina mente uaticinatur. Dictus hariolus quasi furiolus, à fatis uel à fando. H enim pro F, & item F pro H, in multis locutionibus mutabantur. An ab halando? nam halitus solent excludere uelut mortalem animam, ut diuinam recipiant. Vnde & uocem eiusmodi dabant quæ est O E, quòd O E sonus exhalandi uim præstet. Hactenus Donatus. Plaut. Cist. 10. 91, Hic ergo habitas. D. hariola es. Terent. Phor. 4. 4. 27, Interdixit hariolus.

Hariolorum furibundæ prædictiones. Cic. 1. de Diuin. 7.

¶ Hariolor, pen. corr. hariolaris (χρησμολογῶ, χρησμῳδέω) hariolari, Diuinare Plaut. Asin. 11. 33. Terẽt. Phorm. 3. 2. 7,

Non mihi credis? D. hariolare. Cicer. 1. de Diuin. 214,

Neq; eos qui quæstus causa hariolantur, nec psychomantia, &c. agnoscere.

¶ Hariolans, Particip. (χρησμολογῶν) Cic. ad Atticum, libro 8. 155. 4, προθεσπίζω igitur noster Attice, non hariolans ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciẽs, Iamq; mari magno.

¶ Hariolatio, Verbale (χρησμῴδησις) ut, Superstitiosæ hariolationes. Cic. 1. de Diuin. 116, Ex quodam poeta.

Harmodius] ἁρμόδιος, & Aristogiton, Ciues Athenienses de Repub. bene meriti, quorum passim mentionem facit Demosthenes in orationibus.

Harmodotus] Poetæ nomen, cuius sæpe meminit Plutarch.

Harmonia] harmoniæ, pen. cor. (ἁρμονία) Latinè compositio, concordia, concentus. Musici intentionem, concentũq; neruorum in integros modos. Sine ulla offensione consonantium, harmoniam uocant. Cicer. 1. Tusculan. 31. Ibidem, 65, Harmoniam artem ex sonorum interuallis nosse possumus, quorum uaria compositio harmonias etiam efficit plures. Quintil. lib. 1. cap. 10. 12, Nec illa modò contenti dissimiliũ concordia, quam uocant harmoniam, sonum quoq; his motibus dederunt.

Ad harmoniam canere. Cic. 3. de Nat. deor. 37.

Harmonia corporis. Lucret. lib. 3. 24.

¶ Harmonicus, pen. cor. Adiectiuum (ἁρμονικὸς) Plin. lib. 2. ca. 109. 2, Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam cõgruere, addit huic mensuræ stadia septem M. Ex uetusto codice legitur Harmoniaca.

Harmonides] Troianus fuit, quem, teste Homero lib. 5. Iliad. præcipuo quodam amore Minerua dilexit, ideoq; nihil eum fugit, quod fabrili arte effici posset. Is inter alia quæ fabrefecerat, naues illas Alexandro ædificauit, quæ fuerunt malorum omnium, quæ Troianis contigerunt, caput: pernicioſus quidem & mortiferas, ut cæteris Troianis, ita ipſi ædificatori, quia deorum monita non intellexiſſet.

Harpaction] Genus sulphuris, à celeritate auellendi sic dictum. Plin. lib. 35. cap. 15, Vbi ex uetusto codice legitur, Harpacticon.

Harpagium] ἁρπάγιον, Oppidum iuxta Pariũ, apud quod Ganymedem puerum Phrygium raptum, Græca fabulositas ausa est asserere. Vadian.

Harpago] penult. prod. harpagonis, m. g. (ἅρπαξ) Telum in summitate aduncum, quo nauigia capiuntur. Est præterea instrumentum quo extrahuntur quæ in puteum uel in flumen ceciderint. Et dicitur harpax. Hunc harpagonem inuenit Anacharsis philosophus, teste Plinio lib. 7. cap. 56. 19. Cæsar 1. bel. Ciuil. 213.

Harpago, Ferramenti genus, quod nonnulli canem uocant: quo ferramento circi uasis ulnarijs aptantur. Liu. uerò lib. 10. bel. Pun. 42, Asseres ferreo unco præfixi (harpagonas uocant milites) Ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti.

¶ Harpago, harpagas (ἁρπάζω) harpagare, Rapere. Plautus Bacchid 13. 13, —improbum



Digitized by Google

Cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat.
Idem Aulul. 7.24,
Aurum mihi intus harpagatum est. Antiquum.

Harpalice] pen.cor. (ἁρπαλίκη) Amazonum regina. Hæc est quæ patrem suum captum à Getis multitudine collecta liberauit celerius, quàm de fœmina potest credi. unde & flumina dicitur celeritate transire. Hæc Seruius enarrans illud Virg. 1. Aeneid. —— uel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum.

Harpalus] ab Alexandro fugitiuus, Athenas traiecit, cuius meminit Plutarch. in uita Phocionis.

Harpalus] Nomen prædonis: cuius meminit Cicero lib. 3. de Natura deor.

Harpalyce] Virgo quædam fuit, quæ quum Iphiclum ardentissimo amore depereret, spreta dolore animi confecta interijt, à qua & canticum quoddam Harpalyce dicebatur. Ex Turneb.

Harpasa] pen.cor. (ἅρπασα) Oppidum Asiæ, appositum fluuio harpaso, ut scribit Plin. lib. 2. cap. 96 & lib. 5. cap. 29. Vbi cautes stat horrenda, uno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens.

Harpastum] harpasti (ἁρπαστὸν) Pilæ genus: grossior est quàm pila paganica, tenuior quàm follis. è panno ferè fit, aliquando ex pelle, lana, tomentóue impletur. non repercutitur: sed quum multi sint ludentes, & in duas partes diuisi, ita ut utriq; è regione sibi inuicem oppositi sint, adsuos quisq; transmittere pilam conatur, quam aduersarij nituntur arripere. Harpastum dictum est ἀπὸ τῦ ἁρπάζειν, hoc est, à capiendo: quia proiectam pilam multi simul conantur arripere, séq; ob eam causam inuicem prosternunt. Hæc Siponius. Martial. lib. 7. 31,
Non harpasta uanus puluerulenta rapis.

Harpasto ludere. Martial. lib. 7. epigr. 66. in Philænim.

Harpe] harpes, f. g. (ἅρπη) Græca dictio, ensem falcatum significans, quo utitur Mercurius. Lucan. lib 9. 133,
Et subitus præpes Cyllenide sustulit harpem. Hoc amputauit Mercurius caput Argo centum oculis prædito. Hoc etiam usum fuisse Perseum, Poetæ tradiderunt in obtrucando capite Medusæ. Lucan. lib. 9. 133,
Harpen alterius monstri iam cæde rubentem. Ouid. 5. Metam. 14,
Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ.

Harpocrates] pen.cor. (ἁρποκράτης) Simulacrum in sacris Isidis & Serapidis erat: quod digito labijs impresso admonere uidebatur, ut silentium imponeretur. Hic dicebatur silentij deus. Fuit autem reuera Philosophus Græcus: cuius eruditio ac præceptum in id tendebat, ut silentium præciperet, & omnibus rebus facilè anteponeret.

Reddere Harpocratem. Catul. epig. 59. in Gellium prouerbiali specie dixit, Reddidit Harpocratem, pro eo quod est, Imposuit silentium. Ex Erasmo.

Harpyiæ] ἅρπυιαι, pen. prod. Monstra fuerunt, qualia describit Virg. lib. 3. Aen.
Tristius haud illis monstrum, &c. Seruius, Pelagi uolucres quia dicuntur Ponti & Terræ filiæ. Vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alij dicunt eas Neptuni filias: qui ferè prodigiorum omnium pater est: nec immerito. Nam secundum Milesium Thaleten omnia ex humore procreantur: unde est, Oceanumq; patrem rerũ. Et paulo pòst, Alij autem dicunt Harpyias Thaumantis & Electræ filias. Vide Aello.

Rapacibus Harpyijs digna gula. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 8.

Truces Harpyiæ. Claud. de bel. Get. 5.

Haruga] ge, Est, authore Donato, hostia: dicta ab hara in qua includitur. Apud Festum legitur, Harugæ dicebatur hostia, cuius adhærentia inspiciebantur exta.

Harundo] Vide Arundo.

¶ Haruspex, haruspicis, pen.cor. (ἱεροσκόπος) ab haruga nominatur, ut ait Donatus. Seruius autem ex Hara & specie componi docet. Terent. Phorm. 4. 4. 28,
Haruspex uetuit ante brumam aliquid noui
Negocij incipere. Erant autem diuinatores quidam haruspices, qui ab hæræ conspectu futura prædicebant. Cic. 1. de Nat. deor. 77.

Haruspex secundus sacra nuntiat. Virg. 11. Aeneid. 148.

Secundus haruspex, pro secunda sacra, id est, prospera. Seru.

Vanus haruspex. Silius lib. 5. 33.

Verum esse haruspicem: id est, uera loqui. Propert. lib. 3. eleg. 14. 13.

¶ Haruspica, haruspicæ, penult. cor. (ἱεροσκόπος) Diuinatrix Plaut. Milite, 10. 87,
Di qui faciat, qui condiat: di quod dem quinquatritus,
Pereantatrici, collectrici, ariolæ, atq; haruspicæ.

¶ Haruspicinus, pen. prod. Adiect. (ἱεροσκοπικὸς) Cic. 1. de Diuin. 124, Quod Etruscorum, declarant & haruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.

¶ Haruspicina, huius haruspicinæ, pen. prod. (ἱεροσκοπικὴ, ἐκ πατρωνυμίας) Diuinatio. Cic. 1. de Diuin. 150. Et lib. 2. 41.

Haruspicinam facere. Cic. ad Leptam, lib. 6. 18. 2.

Haruspicium, Substantiuum (ἱεροσκοπία) ut, Persicum haruspicium. Catul. epig. 85.

Hasdrubal] ἀσδρούβας. Vide Asdrubal.

Deuictus Hasdrubal. Horat. 4. Carm. ode 4. 8.

Hasta] huius hastæ (ἔγχος, δόρυ, ξύστος, λόγχη) Ab astando dicta, inquit Varro, quod astans ferri solet. Aspiratur tamen ad differentiã secũdæ personæ uerbi Asto. Plaut. Bacc. 8. 24,
Ibi cursu luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo se exercebant. Cic. 2. de Fin. 155, Euelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam.

Acies hastæ. Vide Acies.

Hastã abijcere. Cic. pro L. Murena, 42, Videsne tu illũ tristem, demissum, iacere, diffidit, abiecit hastas, serpit hic tumor. Hastam abijcere, est causæ diffidere, & contentionem relinquere. Translatum à militia. desperat enim quisquis arma in bello abijcit, & aut fugam spectat, aut mortem expectat. Eras.

Accliuis hasta. Vide Accliuis.

Acuta hasta. Vide Acuo.

Amentata hasta. Vide Amentatus.

Centumuiralis hasta. Vide Centumuir.

Densis uirũm seges horruit hastis. Virg. 2. Georg. 29.

Praxinea hasta. Ouid. 5. Metam. 2.

Graues hastæ. Horat. 1. Carm. ode 15. 4.

Horrentes hastæ. Virg 10. Aeneid. 35.

Infesta subit obuius hasta. Virg. 10. Aeneid. 174.

Minax hasta. Senec. Agamem. 6. 28.

Protentæ hastæ. Tacit. lib. 14.

Recurua hasta. Ouid. 2. Fast. 112.

Tremens hasta. Virg. 2. Aeneid. 35.

Trabalis hasta. Stat. 4. Thebaid. 2.

Hasta adiuta uiros. Vide Adiuuo.

Adnixi hastis. Vide Adnitor.

Contorquere hastam. Vide Contorqueo.

Dirigere hastam in aliquem. Ouid. 8. Metam. 14.

Stridentem iecit hastam. Virg. 10. Aeneid. 153.

Innixus hasta. Vide Innitor.

Infectari aliquem hasta uel lapidibus. Vide Insequor.

Insistere hastæ. Vide Insisto.

Mittere hastam in aduersum aliquem. Ouid. 12. Metam. 23.

Premere

Premere aliquem hasta. Virg. 2. Aeneid. 106.
Ingentem quatiens hastam. Virg. 10. Aeneid. 151.
A iugulo nitentem sustinet hastam. Stat. 2. Thebaid. 130.
Hasta ponebatur in auctionibus. Cic. 2. Philip. 75, Hasta posita pro æde Iouis Statoris bona, &c. bona inquam Cn. Pompeij Magni uoci acerbissimæ subiecta præconis. Idem 2. Philipp. 102, Iam intelliges aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ, Id est, sectio bonorum & auctio. Hæc Budæus. Festus, Hastæ ea quæ publicè uenundabant, subijciebant ueteres. Cic. 2. Offic. 38.
Subire sub hasta, Est uendi. Plaut. Mostel. 6. 10.
Ad hastam locare. Colum. in Præfatione lib. 1. 18.
Hasta, pro ipsa uenditione bonorum. Cicer. de lege Agrar. 3, Num obscurè uidentur propè hasta præconis insectari Cn. Pompeij exercitum, &c. Idem ad Cæsium, lib. 15. 17. 4. Cæsarem putabant molestè laturum, uerentem ne hasta refrixisset. Id est, auctio bonorum proscriptorum in desuetudinẽ uenisset, amisso tali patrono.
Hasta uenditionis. Cic. 2. Philip. 102.
¶ Hastula, hastulæ, pen. cor. Diminutiuum (δοράτιον)
Hastula regia, Herba quæ & asphodelus & albucum dicitur, Plin. lib. 21. cap. 17. 6.
¶ Hastatus, pen. prod. Adiectiuum (λογχικὸς) Varro de Ling. Latina, lib. 4, Hastati milites dicebantur qui primi hastis pugnabant. Liu. 7. ab Vrbe, 161.
Acies hastata. Tacit. lib. 2.
Bellona hastata. Stat. 2. Thebaid. 144.
¶ Hastile, hastilis, n. g. pen. prod. (λόγχη) dicitur lignum teres oblõgum, quale solet esse hastæ. Colum. lib. 4. cap. 12. 1, Aut si regionis conditio permittit, uetera deponamus hastilia, quibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ, etc. Cic. prõ Rab. 15, Quum denique Q. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, &c. Plin. lib. 17. cap. 23. 13. Circum ligatis hastilibus.
Crispare hastilia. Silius lib. 8. 74.
Curuatum hastile. Iuuen. Satyr. 7. 13.
Densis hastilibus horrida myrtus. Virg. 3. Aeneid. 5.
Lenta hastilia torquere. Ouid. 7. Metam. 6.
Præfixa hastilia ferro. Virg. 5. Aeneid. 111.
Rasæ uirgæ hastilia. Virg. 2. Georg. 73.
Lato crispans hastilia ferro. Virg. 1. Aeneid. 64.
Valida hastilia. Virg. 2. Georg. 90.
Hau] ἄ, Interiectio est conturbatæ mentis, nec constantis sibi, ut ait Donatus. Terent. Eunuch. 4. 3. 14,
Hau obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit?
Hau hau. Terent. Adelph. 3. 2. 38,
— hau hau mi homo sanúsne es?
Haud] ὄ, ὄν, ὀχὶ, Aduerbium negandi significat Non. Cic. pro Cluent. 132, Haud hæres est Cluentius. Terent. And. 1. 1. 13, Haud muto factum. Vbi Donatus, Haud muto factum, non me pœnitet facti.
Haud ab re. Liu. 8. ab Vrbe, 54.
Haud commodi ei est, Nihil illi prodest. Plaut. Casin. 4. 22.
Haud sanè commodus. Terent. Adelph. 5. 2. 8.
Haud consimili ingenio est, atq; Plaut. Baech. 8. 50.
Haud consuetudine, Non quidem ut solebas. Plaut. Trinum. 6. 81.
Haud diu est. Terent. Eunuch. 2. 3. 67.
Haud sanè difficilis. Cic. de Senec. 4.
Haud dubiè. Liu. 3. ab Vrbe, 103.
Haud dudum: hoc est, non ita pridem. Plaut. Persa, 15. 31.
Haud dum. Liu. 9. bel. Pun. 51. Idem 2. ab Vrbe, 228, Haud dũ exoleuisset.
Haud erat sanè quod quisquam ratione ac doctrina requireret. Cic. 3. Tusc. 3.
Haud faciam. Terent. Heaut. 3. 1. 7.
Haud facilè. Cic. de Senect. 75, Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit.
Haud fermè. Terent. And. 3. 1. 2,
Fidelem haud fermè mulieri inuenias uirum.
Haud grauatè. Plaut. Rud. 10. 75.
Haud immeritò. Plin. lib. 11. cap. 37. 29.
Haud inuitò. Terent. Hecyr. 3. 5. 32,
Pãphile ad aures haud inuitò sermo mihi accessit tuus. Id est, lubens audiui te loquentem.
Haud ita decet: id est, inquit Donatus, non usq; adeò decet, & est confirmatio. Terent. Hecyr. 2. 2. 10.
Haud ita multum. Liu. 9. bel. Pun. 143, Haud ita multum progressus à mari, tumulos proximos ceperat.
Haud magni pretij. Plaut. Stich. 4. 81.
Haud malus. Plaut. Rud. 2. 35. Terent. Eunuch. 2. 2. 4,
Conus ni hodie aduenies quendam mei loci hinc, dicq; ordinis,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Vbi Donatus, Non dixit prodigum: quia hoc ipsum probat: sed non auarum, non improbum, & sic laudamus eos in quibus nihil est quod magnopere efferamus.
Haud mora: intelligitur uerbum fit, quod rarò exprimitur. Virgilius 10. Aeneid. 31,
— haud fit mora, Tarchon
Iungit opes, fœduq; ferit:
Haud nihil, pro Non parum. Terent. Eun. 4. 2. 13.
Haud nihil ambigam. Liuius 1. ab Vrbe, 10.
Haud parum opportunum. Liu. 7. bel. Pun. 118.
Haud perinde, quàm. Tacit. lib. 2, Suum militem haud perinde uulneribus, quàm spatijs itinerum, damno armorum affici.
Haud potuit melius fieri. Terent. Adelph. 3. 1. 8.
Haud procul abfuit quin. Liu. 5. ab Vrbe, 18.
Haud promeruit quamobrem. Plaut. Amph. 18. 12.
Haud scio. Terent. Heaut. 4. 4. 25. Cic. de Amic. 19, Est enim amicitia, &c. qua quidem haud scio an excepta sapientia, quicquam melius homini sit à dijs immortalibus datum.
Haud secus. Liuius 4. bell. Maced. 75. Idem 2. ab Vrbe, 177, Id uerò haud secus quàm præsentem mercedem regni asperna ta plebs.
Haud sic decet. Terent. Eunuch. 5. 9. 35. Idem Adelph. 3. 4. 8, Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.
Haud similis. Terent. Eunuch. 2. 3. 21, Haud similis uirgo est uirginum nostrarum.
Haud sinit. Terent. And. 3. 5. 18.
Haud stultè sapis. Terent. Heaut. 2. 3. 82.
Haud uereor. Terent. And. 1. 5. 41.
¶ Haudquaquam, pen. prod. (ὐδαμὰ) pro Nequaquam. Liu. Sic 6. ab Vrbe, 136. Cic. 2. de Orat. 78, Haudquaquã, id est, difficile Crasso. Idem de Vniuer. 57, Haudquaquam boni est ratione uinctum uelle dissoluere.
Haurio] hauris, hausi, haustum (ἀρύομαι, ἀντλέω) haurire: Propriè est extrahere humorem & educere ex profundo aliquo loco. Tractum (ut ait Sipontinus) ab aura, quæ humorem omnem extrahit atq; exiccat.
Hausurum absq; t, pro Hausturum apud Virgil. legitur lib. 4. Aeneid. 77, Supplicia hausurum scopulis.
Hauriui & hauritum, pen. prod. lectum est. Varro ad Ciceron. Quum idem quoq; hauserit. Pro hauriuerit. Apul. lib. 2. de Asin. Lagena facilis hauritu. Idem in 4. Haurito pluisculo uncto corporis mei membris perfricui. Idem in 3, Rorem rigentem hauritum ista confestim deserta urnula.

Haurire

Haurire fontes. Lucret. lib. 4. 1, —iuuat integros accedere fontes, Atq; haurire, &c. Hoc est, Iuuat materiam hactenus intactam, & quam ante me nullus omnino attigit, describere.

Haurire, Vacuare. Lucil. lib. 30, Quantum haurire animus musarum & fortia gestit. Nonius.

Haurire, pro Accipere dixit Virg. lib. 1. Aeneid. 149. authore Seruio, —ille impiger hausit Spumantem pateram.

Haurire animo, Accipere, uel audire. Virg. lib. 12. Aeneid. 6, —simul hæc animo hauri. Id est, omni attentione percipe, inquit Seruius.

Haurire auribus uocem alterius. Virg. 4. Aeneid. 72.

Hausit cælum. Virg. 10. Aeneid. 180. Hoc est, aerem. Seruius.

Haurire artes domo. Cic. de claris Orat. 187, Sic haurire studia. Idem 1. de Orat. 7.

Calamitatem haurire. Cic. pro Domo sua, 24. Id est, deuorare & concoquere: hoc est, perferre. Sic 1. Tusc. 126.

Cibos haurire, pro Sorbere & deuorare. Colum. lib. 8. cap. 17. 10. Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt.

Cogitatione haurire omnia. Cic. 11. Philip. 296.

Haurit corda pauor, Defatigat. Virg. lib. 1. Georg. 3.

Dolorem haurire. Cic. pro M. Celio, 46.

Dona noctis haurire. Silius lib. 7. 58.

Rostro femur hausit adunco. Ouid. 8. Metam. 75.

Flamma multos hausit. Liuius 10. bel. Pun. 21.

Gaudium auribus haurire. Liu. 7. bel. Pun. 273.

Imaginem haurire, pro Animo concipere. Plin. lib. 7. cap. 12.

Incendium hausit opus. Liu. lib. 5.

Laborem haurire ex re aliqua. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 16.

Latus haurire alicuius, Confodere & uulnerare. Virg. 10. Aen.

Laudes haurire. Cic. ad Cecin. lib. 6. 6. 20.

Lucem haurire. Virg. 2. Georg. 68. Significat nasci.

Luctum haurire. Cic. pro Sestio, 54.

Oculis haurire aliquid. Virg. 4. Aen. 133.

Opes urbis profunda mente hauserat. Claud. de bell. Get. 18.

Haurire patrias opes. Martial. lib. 9. 86.

Pauor haurit corda: id est, ferit. Virg. 3. Georg. 20. Seruius.

Pectora ferro hausit. Ouid. 8. Metam. 89.

Poculum haurire. Liu. 10. bel. Pun. 69.

Potionem haurire mulsi. Plin. lib. 7. cap. 53. 5.

Solidos ceruos haurire. Plin. lib. 8. cap. 14. 1.

Supplicia haurire, Luere. Virg. 4. Aeneid. 77.

Voluptates haurire, Auidè sumere. Cic. 5. Tusc. 25.

Turbari & hauriri. Tacit. lib. 2, Batauiq; in parte ea dum insultant aquis artemq; nandi ostentant, turbati, & quidam hausti sunt. Id est, aquis absorpti.

Haurire à. Cicer. 1. Acad. 12, Vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectentur.

Haurire de. Cic. 1. de Diuin. 183, Qui quum uidisset haustam aquam de iugi puteo, terræ motus dixit instare.

Haurire è fonte. Cic. 1. Off. 11. Idem 2. de Diuinat. 46, Aqua ex puteo hausta.

Haurit ex erario sumptum, suppeditat à socijs. Cic. 2. de leg. Agrar. contra Rull. 43.

¶ Haustus, Particip. (ἠντλημένος, ἠρυμένος) Cic. 2. de Diuin. 39, Ex diuinitate, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

Haustæ mari naues. Liu. 3. bel. Maced. 91.

Haustæ in profundum arbores. Liu. 10. bel. Pun. 180. Id est, absorptæ.

Igni haustus. Tacit. lib. 12.

Amor haustus Stat. 1. Achil. 61.

Aqua hausta duabus palmis. Ouid. 2. Fast. 59.

¶ Haustor, haustoris, Verbale. Firmicus lib. 8. cap. 29, Si autem Saturnus ei testimonium perhibuerit, aquarum reddet haustores, & qui ex tali artificio uiuant. Haustor aquæ, Bibitor seu potator aquæ. Lucan. lib. 9.

¶ Haustus, huius haustus (ἄρυσις, ῥόφημα) Sorbitio, & eductio aquæ ex aliquo loco. Col. lib. 1, Si deerit fluens unda, putealis quæratur in uicino aquæ: quæ non sit haustus profundi. Hoc est, quæ non è profundo puteo hauriatur & extrahatur. Ouid. 7. Metam. 99, Bacchi tibi fuminus haustus. Idem lib. 6. Metam. 72, Haustus aquæ mihi nectar erit. Cic. pro Cecin. 54, Aquæ ductus haustus, &c.

Haustum lucis illò regerit luna unde accepit. Plinius libro 2. capite 9. 3.

Haustum facere, pro Potare, inuenitur apud ueteres, teste Sipont.

Aetherei haustus: id est, diuini spiritus. Virg. 4. Georg. 44.

Exiguis haustibus bibere. Ouid. 3. Fast. 55.

¶ Haustrum, haustri, neut. gen (αὔτλιον) propriè dicuntur rotarum cadi, inquit Nonius, ab hauriendo. Lucret. lib. 5. 104, Vt fluuios uersare rotas, atq; haustra uidemus. Budæus interpretatur aquariam rotam, uel tympanum.

H E

Heautontimorumenos] pen. cor. (ἑαυτοντιμωρούμενος) Nomen Comœdiæ apud Terentium: ex ἑαυτὸν & τιμωρεῖσθαι, compositum, quod est, Seipsum excruciare. Inducitur enim senex Menedemus, quòd filium Cliniam suæ duritiæ in militiam proficisci compulerit, ualde seipsum excrucians.

Hebdomas] pen. cor. hebdomadis, & Hebdomada, hebdomadæ (ἑβδομάς) Spatium septem dierum. Cic. Tironi, li. 16. 9. 7, Symphoniam Lysonis uelim uitasses: ne in quartam hebdomadam incideres.

Hebdomas, non solùm de diebus dicitur, sed etiam de annis, & quibuscunq; rebus quæ septenario numero comprehenduntur. Gellius, Tum ibi addit, se quoq; iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse. Siponinus.

¶ Hebdomaticus, pen. cor. Adiectiuum. Vnde Hebdomatici anni. Vide Androdas.

Hebe] ἥβη, Dicitur à poetis Iunonis filia sine patre. Nam cũ grande conuiuium Apollo in domo Patris Iouis, Iunoni nouercæ parasset, & ipsa auidè lactucas comedisset agrestes, factum est ut ex illis grauida fieret, quum usq; in id tempus sterilis fuisset, peperitq; Heben: quæ quia formosa erat, ab ipso Ioue pincerna constituta est, & dea iuuentutis dicta. Quæ deinde quum in deorum conuiuio pocula ministraret, & casu in terram caderet, uestesq; subleuarentur, ita ut pudenda dijs monstraret, indignatus Iupiter, eam ab officio amouit, & eius loco Ganymedem rapiens substituit: postremò Herculi in deos relato, uxor data est. Ex Seruio.

Iunonia Hebe. Valer. 8. Argon. 47.

Hebenus] fœm. gen. & hoc hebenum, pen. cor. (ἴβενος) Arbor est in India atq; Aethiopia nascens: quamuis scribat Virgil. 2. Georg. 24, —sola India nigrum Fert hebenum. Vbi Seruius, Atqui & in Aegypto nascitur: sed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus & hoc hebenum dicitur. Lucan. lib. 10. 24,

—hebenus Mereotica uastos
Non operit postes. Hebenus autem arbor est quæ cesa durescit in lapidem. Hactenus Seruius. Vide Plin. lib. 12. cap. 4, Scribitur & sine aspiratione Ebenus.

Hebes] huius hebetis, pen. cor. om. g. (ἀμβλύς, ἀμβλεῖος, ἀμαυρός) Quod est retusi acuminis, authore Festo. Cicer. 2. Academ. Quid lunæ, quæ lineamenta sunt? potestne dicere, cuius & nascentis, aliàs hebetiora, alia acutiora uideantur cornua?

Digitized by Google

...cornua? Hic Cicero hebeti opposuit acutum. Ex Nonio.
Gladij hebetes. Ouid. 3. de Arte amandi, 117.
Leuiora & hebetiora tela. Cic. de Aruspic. respons 1.
Hebes per translationem. Cic. 2. de Diuinat. 154, Vidésne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici?
Hebes aequè ac pecus. Cic. 1. de Diuin. 82.
Acutus & Hebes, contraria. Cic. 1. de Inuent. 52.
Hebetes & indociles. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.
Hebes acies oculorum. Cic. 4. de Fin. 106.
Hebetes aquæ. Plin. lib. 9. cap. 57, Decedentibus fluuijs in cauernis aquas hebetes remanere. Vbi ex uetusto codice sic legitur, Piscium genera etiámnum à Theophrasto mira produntur circa Babylonis rigua, decedentibus fluuijs, in cauernis aquas habentibus remanere.
Hebetiores aures. Cic. pro Plancio, 63.
Cor hebes. Lucret. lib. 4. 11.
Dolor hebes. Cic. Attic. lib. 8. 147. 7.
Ictus hebes. Ouid. 12. Metam. 17.
Hebes ingenium. Cic. 10. Philip. 281. Idem 2. de Nat. deor. 26, Hebetiora ut sint hominum ingenia propter cæli plenorem naturam.
Hebes oculus. Plin. lib. 11. cap. 26. 3.
Hebes rhetorica forensis. Cic. 2. de Finib. 29.
Hebes spondeus, & tardus. Cic. in Orat. 125.
Hebes sensus. Cic. 1. Acad. 45.
Hebes ad. Cælius Ciceroni lib. 8. 13. 2, Neq; hebes ad id quod melius sit intelligendum.
Hebes in re aliqua. Cic. de Orat. 129.
Hebes gustu. Colum. lib. 3. cap. 2. 15.
Hebes & Odorata herba, contraria. Plin. lib. 21. cap. 11. 7.
Aciem oculorum hebetare. Vide Acies.
Cura tristitiæ hebetatur uino. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.
Flatus hebetatur. Vide Flatus, in Flo.
Oculos hebetat allium. Plin. lib. 20. cap. 6. 11. Ibidem, cap. 9. 23, Oculos hebetari à bulbis putat Diocles.
Venena omnia hebetat oleum. Plinius libro 23. capite 4. 4. & cap. 8. 6.
Hebetem reddere aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 9. 190. 2. Hoc est, lentum & tardum, ac languidum.
¶ Hebeo, hebes (ἀμβλύνομαι) hebere, Hebetem esse Liu. 3. belli Pun. 210, Nunc ne ferrum hebet? an dexteræ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis.
Iræ hebent. Stat. 11. Thebaid. 77.
Sanguis gelidus hebet. Virg. 5. Aeneid. 79.
¶ Hebesco, hebescis (ἀμβλύνομαι, ἀμαυρόομαι) hebescere. Ab Hebeo, significat hebetiorem fieri. Cic. 1. Tusc. 115, Mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit. Id est, desidiosior & remissior fit.
Hebescit acies authoritatis. Cic. in Catil. 2.
Hebescere & languere in otio. Cic. 4. Acad 13.
¶ Hebeto, hebetas, pen. cor. (ἀμβλύνω, ἀμαυρόω) hebetare, Obtundere. Liuius 7. bell. Maced. 167, Et humor toto ferè graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat. Idem 8. ab Vrbe, 50.
Aciem ferri hebetare. Vide Acies.
Dentem hebetare herbis & carmine. Silius lib. 8. 99.
Flammas hebetare. Ouid. 7. Metam. 42.
Hebetatur speculorum fulgor. Plin. lib. 7. cap. 15. 2.
Tela hebetata. Silius lib. 16. 22.
Hebetare, pro Hebere usurpasse uidetur. Cic. Att. lib. 4. 85. 15, Locus ille animi nostri, ubi hebetabat stomachus olim, concaluit. Sub. ut digerat multa cruda facilius. Hoc est, ubi prius languebat, & uiribus coctricibus non optimè fungebatur. In emendatioribus tamen codicibus ex uetusto exemplari legitur, ubi stomachus habitabat olim.
¶ Hebetesco, hebetescis, hebetescere, Hebetari. Plin. lib 28. cap. 7. 9, Sed præter alia certum est acies in cultris tonsorum hebetescere.
¶ Hebetatio, Verbale (ἄμβλυσις) Plin. lib. 28. cap. 6. 2, Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.
¶ Hebetatrix, pen. prod. Verbale fœm. (ἀμβλυντὶς) ut, Hebetatrix umbra. Plin. lib. 2. cap. 13. 2.
Hebræus] Hebræi (ἑβραῖοι) dicitur Iudæus. Vide dictionarium Hebraicorum nominum.
Hebrus] ἕβρος, Thraciæ fluuius est, in quem Orphei caput proiectum, quum Cicones eum confecissent. Ouidius lib. 2. Metam.

Membra iacent diuersa locis: caput Hebre lyramq; Excipis, Martianus lib. 6, Hebrum (inquit) Odrysiæ niues complent, qui inter diuersos Barbaros fluēs, etiam Ciconas peruiuit. Hebrus hodie Mariza. Hic ab Oeagro flumine ortus habet: unde Oeagrius dictus. Virg. 4. Georg. 105. Habet arenas ex quibus colligitur aurum.

Arenosus Hebrus. Quid. 3. Fast. 148.
Celer Hebrus. Vide Celer.
Volucer Hebrus. Virg. 1. Aeneid. 65.
Fluuialis Hebrus. Seneca Medea, 8. 11.
Liquores Hebri. Stat. 5. Syluar. 43.
Hebrus] Nomen adolescentis Liparæi, quem amauit Neobule. Horat. Carm. lib. 3. ode 12.
Hecale] pen. cor. (ἑκάλη) nomen pauperrimæ fœminæ, apud Ouidium lib. 2. de Remed. amor. 71,

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Hecameda] Vide Ecameda.
Hecate] pen. cor. (ἑκάτη) ponitur pro Diana, siue Luna, seu Proserpina. Vnde Virg. 4. Aeneid. 103,

——tergeminamq; Hecaten, &c. Rursum 6. Aen. 50,

Voce uocans Hecaten, cæloq; Herebroq; potentem. Vbi dicit Seruius, Hecate pro Proserpina dicta est: aut quòd centum uictimis placetur, aut quòd centum annos errare faciat insepultos. Hæc Seruius, ut ait Tortellius.

Triformis Hecate. Seneca Medea 1. 2.
Solem ferunt (ait Diodorus Siculus libro 5. cap. 3.) duos procreasse pueros, Aeetam & Persen: Aeetas in Colcho regnauit, in Thaurica Perses, crudeles ambo efferiq;. Ex Perse Hecate orta est, superans audacia immanitatéq; patrem, ut quæ cruciatu hominum læta, eos pro feris appetere sagittis consueuerit. Sed ad uenena mortifera conficienda summum studium operamq; impendens, prima aconitum inuenit, uim naturamq; cuiusque ueneni in cibis quos aduēnis dabat, experta. His rebus admodum edocta primùm uenefico patrem sustulit: deinde regno assumpto, templum statuit Dianæ, cui præter nauigantes hospites sacrificabat: existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum. Post hæc nupsit Aeetæ, genuitq; liberos tres, Circen, Medeam, Aegialium.

Hecate altera, ex Asteria Latone sorore Perseo Titane nata, cui Iupiter elementa subiecit, & cælo Herebóq; potentem fecit, ut canit Maro. Vnde & Hecate dicta est, ut discimus ex Hesiodo. Virg. 4. Aen. 102, Ter centum tonat ore deos. ut dicat Hecaten à saga ter inuocatam, quam per centum deos obscurè quidem, uerùm peritissimè designauit, ad amplissimam deæ potestatem, & nominis rationem simul alludens. Id ab ἑκατὸν trahitur: id est, centum. Ternarius porrò numerus in huiusmodi sacris adhibebatur ex ritu, ut ex Homero, Nasone, Tibullo, Papinio colligitur, & Porphyrius in

rius in responsis abundè disserit. Nec obest quòd à poeta statim subijcitur,

Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ. Nam sui moris est, ut etiam Macrobius obseruauit, in quibus non conuenit inter doctos, utramq; sententiam complecti. Norat diuersas in Hecate opiniones: & eam quam superius attulimus, & illorum qui cum Iunone coniungunt: ut sit eadem Iuno, Diana, & Proserpina, ex quibus Hecate, ut est apud Lucan. commune numen efficiatur. Idcirco ne alterutrum poeta damnaret, utrumq; dixit. Ex Parrhasio in Claudian.

Hecaten Nocte genitam canit Bacchylides: Ioue & Asterie Musæus: eodem & Cerere matre Orpheus: Pherecydes Aristæi Peonis filiam tradit, Eadem Persеis appellatur à patre. Apollonius lib. 4, Argon. Nocliuagæ testor Perseidos orgia diuæ.

Papinius in euocatione manium ex persona Tiresiæ,

—tu separe cœtu
Elysios Perseа pios, uirgaq; potenti
Nubilus Arcas agat. Vbi Perseі quoq; legi potest uocatiuo casu, ut Inachi, Phylli, Amarylli. Ex eodem Parrhasio.

Perseia Hecate, à patre. Valer. Flacc. lib. 6. Argon. 99.

Hecatē triplex caput habere fingit Orpheus in Argonaut. dextrum equi, sinistrum canis, medium hominis, & quidem rustici. Ouidius 1. Fast. 29,

Ora uides Hecates in tres uergentia partes. Alcamenes omnium primus Hecates triforme signum fecit. Id Athenis uisebatur iuxta uictoriæ statuam, quam quòd alis carebat, implumem uocabant, ut docet Pausanias.

Hecate canes immolabantur, ut Mimorum poeta scribit Sophron. De Hecate uide multa apud Cælium.

¶ Hecateius (ἑκατεῖος) Adiectiuum quinq; syllabarum: ut, Carmina Hecateia. Ouid. 4. Metam. 9.

Hecateis] pen. prod. hecateidos uel hecateidis, pen. corr. f. g. Ouid. lib. 6. Metamorphoseos,

Postea discedens succis Hecateidos herbæ,
Sparsit, &c. Sunt qui hoc nomine herbas omnes uenenosas intelligant, utpote quibus utebatur Hecate mulier uenefica. Sic, & Medeides herbæ dicuntur Ouidio lib. 2. de Arte. At Cælius lib. 11. cap. 21, & alij putant aconitum significari, cuius inuentrix fuerit Hecate mater Medeæ, Vide Hecate.

Hecatombe] ἑκατόμβη, Sacrificij genus, in quo ritus hic seruabatur, ut centenæ sui generis mactarentur uictimæ, Iulius Capitolinus, Tantum sanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat, ut Hecatomben faceret. quod tale sacrificium est: Centum aræ uno loco construuntur ex cæspite: ad eas centū sues, centum oues mactabantur. Iam si imperatoris sacrificium fit, centū oues, centū aquilæ, & cætera huiusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarēt. Vel à numero uictimarum, uel quia centum Peloponnesi urbes id faciebant, & à numero sacrificantium composita est dictio. Iuuen. Satyr. 12. 10.

Existunt qui promittant hecatomben.

Hecatompylos] pen. corr. (ἑκατόμπυλος) Vrbs est Parthorum, regni caput. Plin. lib. 6. cap. 15, A centum portis dicitur. nam πύλη, porta dicitur.

Hecaton] ἑκατόν, pen. corr. Latinè Centum dicitur. Inde per compositionem deducuntur.

¶ Hecatontarchus, Latinè Centurio.

¶ Hecatonchiros (ἑκατόγχειρος) centimanus: qualis ille, quem dij Briareum, homines autem Aegeonem appellant, ut ait Homerus.

Hecta] hectæ (ἕκτης, μικτὴν) ab Hio, hias dicitur, quasi hieta, res minimi pretij, tanquam hiatus & oscitatio hominis. Item pustula quæ in coquendo pane solet assurgere, quòd sit quasi panis hiatus: à quo res minimi pretij hecta uocatur. Pomponius, Hic homo hectæ me facit, & multibibam uocat: hoc est, parui me facit. Sipontinus.

Hectice] hectices, siue hectica, hecticæ, pen. cor. (ἑκτικὴ) Species febris leuiter ossibus inhærens, ut uix sentiatur donec paulatim corpus absumat, quasi dicas habitualem, ab ἕχω ductum est. Hermolaus in Plinium, Hectici, & febris hecticæ, non à consuetudine, ut imperiti credunt, & ob id ethicā barbarè pronuntiant, sed ab habitu nomen habet. hæc non in humore tantùm atq; spiritu, sed in ipsis planè coit & inolescit ossibus.

Hector] ἕκτωρ, Priami & Hecubæ filius, ab Achille interfectus. Virgil. 1. Aeneid.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros:
Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles. Dictus ut scribit Plato, ab ἔχω, defendo: quòd urbem contra hostiū impetum tenuerit, patriamq; seruarit.

Homicida Hector. Horat. Epod. 17. 3.

¶ Hectoreus, Adiectiuum possessiuum (ἑκτόρειος) ut, Gens Hectorea, quæ ab Hectore duxit originem.

Coniux Hectorea. Virg. 3. Aeneid. 98.

Hecuba] pen. cor. (ἑκάβη) Vxor regis Priami, quam Homerus filiam Dymantis dixit, idq; sensisse uidetur. Ouidius 13. Metamorph.

Ergo alijs latrasse Dymantida flebile uisum est. Euripides uerò non Dymantis, sed Cissei filiam Thracum regis esse dixit: quem secutus est Virg. lib. Aeneid. 10,

—& face prægnans Cisseis regina Parin creat.

Quia prægnās somniauerat se accensam facem parere, quæ patriam totam inflammaret. Ideò porrò in canem conuersa fingitur Hecuba, quòd quum post euersam Troiam captiua à Græcis duceretur, & Polydori corpus in mare præcipitatum agnouisset, seq; in maria præcipitare uellet, nimio dolore maniter Græcis conuiciaretur. Hæc Seruius.

Hecubę sepulchrum] Thraciæ promontorium, de quo suprà scripsimus in dictione Cynossema.

Hecyra] ἑκυρά, pen. cor. Latinè socrus dicitur: quo nomine dicta est Comœdia Terentij.

Hedera] huius hederæ, pen. cor. (κίσσος) Inimica arbori, saxisq; omnibus (inquit Plin. lib. 16. cap. 34. 1) Sepulcraq; ac muros rumpens; serpentium frigori gratissima: ut mirum sit ullum honorem habitum ei. Duo genera eius prima, ut reliquarum, mas & fœmina. Maior traditur mas corpore, & folio duriore ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente, &c.

Hedera alba & nigra. Virg. 7. eclog. 8,

Candidior cygnis, hedera formosior alba. Vbi Seruius, Alba hedera: quia sunt & nigræ hederæ: ut, —aut hederæ pandunt uestigia nigræ. Nigra autem, uel alba hedera, nō ex foliis, sed ex ligno cognoscitur.

Errantes hederæ. Virg. eclog. 4. 4.

Lasciuis hederis ambitiosior. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.

Lugubris hedera. Vide Lugeo.

Nigræ hederæ. Virg. 2. Georg. 52.

Pallens hedera. Virg. 3. eclog. 8.

Hedera tenax. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 7.

Virens hedera. Horat. 1. Carm. ode 25. 4.

Vultus hederarum frondibus abdit. Ouid. 6. Metam. 120.

Bacciferа hedera. Senec. Oedip. 5. 3.

Flexibiles hederæ. Ouid. 10. Metam. 20.

Nexiles hederæ. Ouid. 6. Metam. 26.

Victrix hedera. Horat. 1. epist. 3. 5.

Hedera, quòd hæreat, dicta est, authore Festo, quodq; sequatur quicquid proximum est. Quamuis per diphthongum non scribatur. Virg. eclog. 8. 3,

—atq;

Digitized by Google

——atq; hanc ſine tempora circum
Inter uictrices hederã tibi ſerpere lauros. Alij ab edo deducunt, quòd parietes edat atq; conſumat. In tutela Liberi patris putabatur eſſe: quia ut ille iuuenis ſemper, ita hæc uiret. Vel quia ita omnia, ſicut ille mentes hominum, illigat.

¶ Hederaceus, Adiectiuum (κίσσινος) Quod ex hedera eſt: ut, Hederaceum uas. Cato cap. 111. Plin. lib. 16. cap. 24. ad finem, Bubus quidem & ficulnea, ilignáq;, & hederacea.

Hederacea herba. Colum. lib. 8. cap. 10. 3.

Hederacea ſpecies. Plin. lib. 24. cap. 19. 8.

¶ Hederiger, pen. corr. hederigera, hederigerum, Adiectiuũ, Ferens hederam. Catullus de Berecynthia & Aty,
Vbi capita Menades ui iaciunt hederigeræ.

¶ Hederoſus, pen. prod. Adiect. Propert. lib. 4. 1,
Lucus erat fœlix hederoſo conditus antro.

Hedui] Heduorum (ἔδουοι) populi finitimi Aruernis, Biturigibus, Sequanis, ac Secuſianis inter Celtas. Hi adhuc nomen priſcum Latinè retinent, inter Burgundos nunc nominati: nec citra Ararim flumen, qui nunc ſagona appellatur, aliquos habent fines, nec hodie ſunt Sebuſianis finitimi, in ducatu Burgundiæ & Francorum regno ſiti.

Hedui fratres Romanorum. Cic. ad Attic. lib. 1. epiſt. 14.

Hedychrum] ἡδύχροον. Cic. 3. Tuſ. 79, Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrũ mecẽdamus, &c. In quem locum Victorius, Hedychrum, inquit, uerbum Græcum & elegans, à medicis potius inter unguenta quàm odoramenta recenſetur: unde ita appellatum uolunt, quòd gratam aſpectu, ſuauemq; & nitidam cutẽ redderet, ac bonitatem coloris præſtaret.

Hedyoſmos] huius hedyoſmi (ἡδύοσμος) Latinè dicitur menta, ab odoris gratia. Plin. lib. 35. cap. 15. 9, Vtuntur etiã ad quartanas bituminis drachma, & hedyoſmi pari pondere cum myrrhæ obolo ſubacti. Dicta autẽ hedyoſmos, quòd ſuaue oleat: mẽta aũt à mẽte, quòd odore ſuo mentẽ excitet.

Hedyſmata] pen. corr. frequenter appellat Galenus unguẽta per aromatum additionẽ iucundiora & odoratiora redditа. Sed & in gloſſis Hippocratis ἡδύσματα etiam aromata ipſa tradit appellari. Quare hedyſmata duplici ſignificatione, modò pro aromatis, modò pro unguentis odore aromatum imbutis, ſunt accipienda. Plin. lib. 13. cap. 1. de unguentis, Ratio, inquit, faciendi duplex: ſuccus, & corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorum. Hæc ſtymmata uocant, illa hedyſmata. Videtur Plinius oleа ipſa in unguentis hedyſmata appellare, et aromata ſiue odores ſtymmata, id eſt, ſpiſſamenta. Hac de re fuſiſsimè diſſerit Cornarius in ſecundum caput libri primi Galeni de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos. ἡδὺς idem ualet quod ſuauis, iucundus, uoluptate afficiens.

Hegemon] Characenus (eſt autem Charax Phrygiæ urbs) uerſificator, ſcripſit libellum Leuctricôn Thebanorum & Lacedæmoniorum. Author Stephan.

Hegeſias] ἡγησίας, Cyrenaicus philoſophus, cuius tanta fuit eloquentia (teſte Valerio Maximo) ut ſic mala uitæ repræſentaret, ut eorum miſeranda imagine auditorium pectoribus inſerta, multis uoluntariæ mortis oppetendæ cupiditatẽ ingeneraret. Ideoq; à rege Ptolemæo amplius de hac re dicere prohibitus. Huius meminit Cic. in Orat. 135. & 1. Tuſc. quæſt. 130. & Strabo.

Hegeſippus] ἡγησίππος, Hiſtoriam ſcripſit eccleſiaſticam quinq; libris, quos habemus à Chriſto paſſo ad ſua tempora, ut Scribit Suidas.

Alter eiuſdem nominis fuit poeta comicus: inter fabulas ipſius commemorantur φιλάπατρες Athenæus.

Hegeſypile] pen. corr. fuit Holori regis Thraciæ filia, quã Milciades Athenienſium dux accepit. Tortelius.

Hegeſiſtratus] pen. corr. Epheſius, ob tribulis ſui necẽ exul Delphos perueniens, quemnam locum coleret, cõſuluit deũ. Cui Phœbus, Vbi ſaltantes uideret ruſticos cum coronis oleagineis. Ita profectus in Aſſam, ruſticos eodem modo cernens, urbem condidit Eleam. Author Pythocles Samius apud Plutarchum.

Hegitmatia] ἡγιτματία, Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ urbs. Vulgò Lignitz.

Heheu] φοῦ φοῦ, Dolentis interiectio. Plaut. Capt. 18. 13,
Heheu quom ego plus minuſq; feci illi, q̃ æquom fuit.
Idẽ Pœnulo, 11. 46. Scribitur à nõnullis Pheu. Vide Eheu.

Hehem] Vide Ehem. Plaut. Pœn. 2. 118,
Hehem penè oblitus ſum reliquum dicere.

Hei] ὄι, Interiectio dolentis & ingemiſcentis. Terent. And. 1. 1. 46, Hei uereor nequid Andriа apportet mali.

Hei, Datiuo iungitur. Terent. Heaut. 2. 2. 5, Hei miſero mihi. Idẽ And. 3. 5. 16. Cic. Hei mihi, non poſſum hoc ſine lachrymis cõmemorare. Virg. 2. Aen. 55, Hei mihi qualis erat, etc.

Hei mihi, hei mihi. Plaut. Bacch. 8 7.

Hei hei. Plaut. Caſin. 16. 7,
——hei hei, fœtet tuus mihi Sermo.

Hei, Vocatiuo etiã iungitur, quum exclamatio eſt hortantis cũ approbatione. Teren. Eunuch. 1. 2. 74,
Hei noſter laudo, tandem perdoluit: uir es.

Heiulo] Vide Eiulo.

Helcium] huius helcij (ἑλκυστῆρ) dicitur id quod eſt ante pectus equorum & id genus animalium, ab armis, id eſt, humeris pendẽs inſtrumentũ, quo & molæ, illi per machinulã innexæ, uerſantur, & curricula per temonẽ trahuntur: unde et nomẽ accepit. ἕλκω enim Græcè, dicitur traho Latinè. Apul. lib. 9. Metam. Defectũ alioqui me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicant præſepio.

¶ Helciarius, helciarij. Helciarij, qui in naui onera ſimib. moliuntur, uel qui naues deducunt, ſubducũtúe ad officia inuicem adhortantes, ut uno conniſu pariter cõſpirantes, admoliri uniuerſis uiribus poſſint, quod ſingulis nequeunt, ut fieri interim uidemus. Budæus. Martial. lib. 1. 170,
Quem nec rumpere nauticum celeuma,
Nec clamor ualet helciariorum.

Helcyſma] helcyſmatis, pen. corr. neut. gen. (ἕλκυσμα) Plin. lib. 33. cap. 6, Scoriam in argento Græci uocant helcyſma.

Helei] pen prod. (ἥλεῖοι) Populi in Peloponneſo clariſſimi, propter delubrũ Iouis Olympici, ludoſq; Olympicos, quorũ præfecturam Helei habuerunt. Vnde Helei equi, & Carcer Heleus ſæpe leguntur. Lucanus lib. 1. 60,
——quãtũ clamore iuuatur Heleus ſonipes. Vide Elis.

Helena] Helenæ, uel Helene, Helenes, pen. corr. (ἑλένη) filia Iouis ex Leda uxore Tyndari regis Laconiæ, Caſtoris & Pollucis ſoror, & Menelai Lacedæmoniorum regis uxor, à qua Helene inſula uocata eſt, quòd in ea primùm Paris cum Helena dicitur concubuiſſe. Hæc ob eximiã pulchritudinẽ bis rapta fuit: primùm adhuc puella à Theſeo: ſecũdò, iã Menelao nupta, à Paride: pro qua recuperãda Græci cũ Troianis decennale bellũ geſſerũt. Nota eſt hiſtoria ex Homero.

Argiua Helena. Virg. 1. Aeneid. 131.

Infãmis. Horat. Epod. 17. 9.

Lacæna Helene. Horat. 4. Carm. ode 9. 4.

Helenium] helenij (ἑλένιον) Fruticis, ſeu herbæ genus: quod quia in agris frequens eſt, ideo uulgò Enula campana dicitur. Plin lib. 21. cap. 10, Helenium è lachrymis Helenæ dicitur natum, & ideò in Helena inſula laudatiſsimum. Eſt autem frutex humi ſe ſpargens, dodrantalibus ramulis, fõlio ſimili ſerpillo.



Digitized by Google

Helenus] pen.corr. Vir Troianus, quē Virg.3. Aeneid.69, Pyramidem uocat. Et uatem, ibidem, 142.

Helepolis] pen.corr. huius helepolcos (ἑλεπόλις) Machina est ab euertendis urbibus dicta. ἕλω enim euerto significat. Vide Ammianum lib.23, Plutarchum in uita Demetrij, & Vitruuium in peroratione totius operis.

Heleus] Vide Elis.

Heliades] pen.corr. (ἡλιάδες) Patronymicum fœmininum, ab Helios, qui est Sol. Nā sorores dicūtur Phaethōtis. Ouid. 2. Metam. 68, Nemus Heliadum. Id est, populi arbores. Ouid. 10. Metam. 19.

Helice] pen.corr. (ἑλίκη) Vrbs Achaiæ, quā mare absorbuit: de cuius nomine Vrsæ sidus fortasse uocatum est à poetis, quòd Calisto Lycaonis regis filia, quæ ex Vrsa cum filio in stellas uersa est, Arcas fuerit.

Helice, stella maris, uel sidus iuxta polum arcticum. Lucan. lib. 2. 48,

Parrhasis obliquos Helice quum uerteret axes.

Vide Arctos.

Helice niuosa. Senec. Herc. Oeth. 12. 5.

Helicon] pen.corr. huius Heliconis, pen.prod. (ἑλικών) Mōs Bœotiæ iuxta Thebas, Phocidi uicinus, ut Strabo scribit libro 9, non procul à Parnaso, eiq; æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipse Apollini quoq; sacer, & Musis est. unde Heliconiades musæ sunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui ibi cum Cithærone fratre singulari certamine pugnauit, ut quidam tradunt.

Amœnus Helicon. Lucret. lib. 1. 24.

Virgineus Helicon. Ouid. 2. Metam. 44.

¶ Heliconides (ἑλικωνιάδες) Pers. in Prœm. 1.

Heliconidas, pallidamq; Pyrenen.

Comites Heliconiadum. Lucret. lib. 3. 211.

Helicteres] pen.prod. Inaures sunt, ut docet Pollux, quæ & helicæ dicuntur, à clauiculis quas helicas uocant. Ex Hermolao.

Heliocaminus] heliocamini, pen.prod. (ἡλιοκάμινος) Ad uerbum solaris fornax dici potest. Est autē solare uasorarium in aprico loco situm, ad calorem solis excipiendū, quo antiqui utebātur. Hæc Budæus. Vlpianus, In seruitutibus urbanis, Si arbor in heliocamino uel solario solem adimat, dicendum erit, quia umbram facit in loco cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Plin. epist. 41. lib. In hac heliocaminus quidem, alia xystum, alia mare, utraq; solem, cubiculum autē ualuis, cryptoporticum fenestra prospicit, qua mare cōtra parietem medium dieta perquàm eleganter recedit.

Heliochrysos] pen.prod. fœm. gen. Herba aureum florem producens. Plin. lib. 21. cap. 11.

Heliocopis] Nomen nymphæ.

Heliodorus] pen.prod. Nomen proprium uiri.

Rhetor Heliodorus Græcorum longè doctissimus. Horat. 1. Serm. Sat. 5.

Heliogabalus] pen.prod. Antonini Caracallæ filius, qui ad imperium assumptus fuit matris ingenio apud Antiochiā. Seruius, Gabalus Romanus imperator Solem se dici uoluit: nā Heliogabalus dictus est. Huius mores impurissimos, gulam, libidinem omnem, apud Lampridium uidere licet.

Heliopolis] pen.cor. (ἡλιόπολις) Ciuitas est Aegypti, quæ à Græcis, teste Diodoro Siculo, Thebe dicitur. huius ciues teste Herodoto lib. 2. apud Aegyptios omnium sapientissimi habentur. Altera est eiusdem nominis in Cilicia patria Chrysippi Stoici, Solinus.

Heliotropium] heliotropij (ἡλιοτρόπιον) Herba. Plin. lib. 2. cap. 41. 2, Miretur hoc, qui non obseruet quotidiano experimento herbam unam, quæ uocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusq; horis cum eo uerti, uel nubilo obumbrante. Idem lib. 22. cap. 21. 6. de ea prolixè disputat: & lib. 37. cap. 10. 24, Quidam putant eā esse herbam quæ etiam calendula dicitur. Est & heliotropium gemma, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Helis] Vide Elis.

Helius] Nomen uiri à sole, qui Græcè ἥλιος dicitur. Plin. lib. 33. cap. 1.

Helix] huius helicis, fœm. gen. Genus hederæ celsæ, folia multò minora habentis quàm reliquæ, neq; unquā fructum ferentis, ut inquit Theophrastus. dicta helix, quòd multas habeat circumuolutiones. de qua Plin. lib. 16. 34, de hedera. Quod autem Græci uocant helicen, nos clauiculā, & pampinum, & capreolum, ut in uite dicimus.

Hellanodices] ἑλλανοδίκης, Latinè dicitur iudex certaminis.

Hellas] ἑλλάς, Nomen fluminis & regionis Achaiæ, ut ait Ptolemæus, à nostris Græcia appellata, à Græco qui primus in ea regnauit: à cuius filia uocata est Attis: deinde ab Helle ne Deucalionis filio dicta fuit Hellas. Vide Melam lib. 2.

Helle] ἕλλη, Filia Athamantis regis Thebarum, quæ cum Phryxo fratre suo nouercales insidias fugiēs, in mare iuxta Byzantium demersa est: de qua uide in dictione Phryxus.

Helleborum] huius hellebori. pen.cor. (ἑλλέβορος) herba uomitoria. Plin. lib. 25. cap. 5, Hellebori duo facit genera, sicut & Dioscorides lib. 4. candidum, quod Italis ueratrū album appellat: & nigrum quod alij uocant antomon, etiā si in Dioscoride atomon legimus. alij polyrhizon, plerisq; melampodion uocant, ab inuentore Melampode uate, uel eiusdem nominis pastore, quòd is animaduertisset eo purgari capras. deinde dato earum lacte, sanauit Prætidas furentes. Sed Aulus Gellius, Plinium secutus, ait coloris discrimen, non in semine, neq; in uirgultis, sed in radice apparere. Candido uomitiones cientur, eoq; stomachum & uentrē superiorem purgat. Nigro aluus inferior diluitur. utriusq; periculosa sumptio. Carneades Academicus, scripturus aduersum Stoici Zenonis libros, candido helleboro superiora corporis purgare solitus legitur, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia usq; animi redūdaret, et instantiam, uigoremq; mentis labefaceret. Ex Plinio igitur colligere licet utrumq; genus tum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tū aduersus melancholiam, remedium efficax habere. Vnde & prouerbium natum: quod tamen uariè effertur. Plaut. Menæch. 20. 15,

Non potest hæc res iugere hellebori obtinerier.

Horat. 2. epist. 2,

Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco. Ouid. de Pont. lib. 4,

I, bibe dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Erasmus.

Helleborus etiam in genere masc. dicitur. Col. lib. 10. 2,

Sed negat helleboros, & noxia galbana succo. Virg. 3. Georg. 89,

—helleborosq; graues, nigrumq; bitumen.

Helleborum, Apuleio scribitur per h. Apud Græcos nō aspirātur.

Helleboro opus habere dicuntur, qui animo parū habere constant, atq; idem apud Latinos etiam authores helleborū edere, & helleboro sese purgare prouerbio iubentur: propterea quòd antiquitus plurimus usus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis uitia. Erasmus.

Danda est hellebori multo pars maxima auaris. Horat. 2. Serm. 3. 17.

Tristis

*Triſte helleborum.* Catul. *ad Iuuentium, epig.* 94.3.

¶ Helleboroſus, pen. prod. Adiectiu. (ἐλλεβορώδης) *Qui plus hellebori ſumpſit, quàm par fuit.* Plaut. Rud. 23.66,

Quæſo ſanus es? T. helleboroſus ſum.

Hellen] ἕλλην, Deucalionis & Pyrrhæ filius, à quo Helleneſ, pen. prod. *nonnulli credunt fuiſſe nominatos.*

Helleſpontus] ἑλλήσποντος, Fretũ anguſtum ab Aegeo in Propõtida, & *ubi ſunt illæ anguſtiæ, ſeptẽ tantũ ſtadijs Aſiã ab Europa diuidentes. Ibi enim Helle in Põtũ decidit. Vnde qui prius* Pontus dicebatur, poſtea Helleſpõtus uocatus eſt. Cic. *in Orat.* 93, *Qua* Pontus Helles *ſuperat modum.*

*Helleſpontus hodie dicitur* Brachium ſancti Georgij.

*Iunxit* Helleſpontum Xerxes. Cic. 2. *de Fin.* 177.

¶ Helleſponticus, Adiectiuum, & Helleſpontiacus, pen. corr. (ἑλλησποντικός) Virg. Georg. 3,

Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

*Aqua* Helleſpontiaca. Ouid. *epiſt.* 18.7.

*Mare* Helleſpontiacum. Ouid. *epiſt.* 17.22.

Helops] *helopis, penul. corr. eſt genus piſcis.* Quintil. *lib.* 5. *cap.* 10. 15, Et *piſcium quoq; genera alia planis gaudent, alia ſaxoſis, regionibus etiam, littoribuſq; diſcreta ſunt. nec helopem noſtro mari, nec ſcarum ducas.*

Helorus] penul. prod. (ἕλωρος) *Siciliæ fluuius. Fuit etiã eo nomine Iſtri fluminis filius, qui ab Aiace occiſus eſt in ea pugna quam Græci cum Telepho rege Myſorum habuerunt.*

*Præpingue ſolum ſtagnantis* Helori. Virg. 3. Aeneid. 139.

Heloteæ] pen. prod. *Aemylius Probus in Pauſania, Eſt genus quoddam hominum, quod* Heloteæ *uocatur, quorum multitudo agros Lacedæmoniorum colit, ſeruorumq; munere fungitur.* Helotas *Lacodæmonij ſeruos quos bello cepiſſẽt, appellabant* ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν, *quod eſt capere. Suidas ab Helo ciuitate, qua capta, Spartani omnes in ſeruitutem redegerunt, dictos aſſerit. Sunt autem ſerui publici.*

Helucus] Bardus, ſtupidus, allucinator, languidus. Tertullianus Helucum grauitatem capitis uino creatam intellexit, *quum ita ſcribit, Liberum eundẽ apud Aegyptios Oſirim, Harpocration induſtria hederatũ argumentatur, quòd hederæ natura ſit caput ab heluco defenſare. Meminit Turnebus, quem uide.*

Heluellæ] *heluellarum* (λαχανάρια) *Genus oleris minuti,* Feſto. Cic. *ad Gallum, lib.* 7.27.5, *Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuauius.*

Helueolum] *Vide* Heluolus.

Heluetij] *Populi inter Celtas, bonitatem agri habentes, finitimi Conſtantienſi, Baſilienſi, Sedunenſi, ac Geneuenſi & Biſuntinæ diœceſibus, ac ultra Lauſanenſem agrum proteſi ſunt, maximáq; ex parte Biſuntinæ prouinciæ ſunt, atque ad Sabaudiæ ducatũ extendebantur. De his* Cic. *in Oratione pro* Corn. Balbo, 25. *Vide Cæſarem lib.* 1. *bel. Gal.*

*Acerrima & maxima* Heluetiorum natio. Cicero *de Prouinc.*

Heluo] *triſyllabum heluonis, m. g.* (λάιμαργος, ἀδηφάγος, λυχνὸς) *Vorax dicitur. Feſtus, Heluo dictus immoderatè bona conſumens, ab eluendo: quod nomen ideo aſpiratur, ut rei auiditas magis exprobretur. fit enim aſpiratione uox incitatior.* Teren. Heaut. 5.4.10,

Si ſcire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo damnoſus.

Heluo *patriæ, per translationem, pro eo qui turpiſſimo ſceleſi rum genere patriã perdit & infamat, uel patriæ bona prodigit ac deuorat.* Cic. *pro P. Sext.* 20, Meipſum ut contemſi ſit heluo patriæ? *nam quid ego patrimonij dicam, quod ille, cum quaſi quæſtum facere, amiſit?*

Gurges atq; heluo. Cic. *in Piſon.*

Concinnus heluo. *Vide* Concinnus.

*Heluo impurus.* Cic. 1. *de leg. Agrar.* 1.

*Heluo immanis, ſpurciſſimus, item nequiſſimus.* Cicero *pro Domo ſua, & Poſt red. in Senat.* 12.

*Heluo librorum à Cicerone per translationem dictus, lib.* 3. *de Fin.* 11. *pro eo qui legendo ſatiari nequit. De M. Catone.*

¶ Heluor, triſyllabũ, heluaris (λαιμάζω, λαιμάω, λαιμάσω) *heluari, Vorare, conſumere.* Cic. *pro Domo ſua ad Pontif.* 95. *Idem pro Sextio,* 96, *Quid? tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij heluabere: ut ſi ego Conſul Remp. contra te, & gregales tuos defendiſſem, in ciuitate eſſe me nolles? Idem de prouinc. Conſul.* 12.

*An parum heluatus eſt? Catull. in Iulium Cæſarem, epig.* 27.2.

¶ Heluatio (λαιμασία) Verbale. Cic. *Poſt red. in Senat.* 11, *Cur in luſtris & heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia uirtus tandiu ceſſauit?*

Heluolus] *ſiue helueolus, pen. corr. Adiectiuum: ut, Heluolum uinum.* Cato *de Re ruſt. cap.* 63, *Qui uino locus optimus dicetur eſſe, & oſtentus ſoli, ibi aminæum minuſculũ & geminum eugeneum, & heluolum minuſculum conſerito. Legitur hic in quibuſdam exemplaribus, helueolum. Itẽ* Colum. *lib.* 3. *cap.* 2.13, *Sunt & heluolæ, quas nonnulli uarias appellant, neq; purpureæ, neq; nigræ, ab heluo (ni fallor) colore uocitatæ.*

¶ Heluus color, *Qui medius eſt inter rubrũ & nigrũ colorẽ.* Varr. 2. *de Re ruſt. cap.* 5.7. *de corio boum, Coriũ attactu non aſperum ac durum, colore potiſſimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo.*

Helxine] *helxines, penult. corr. fœm. gen.* (ἑλξίνη) *Herba quæ Latinè parietaria & muralis & muralium dicitur.* Plin. *lib.* 21. *cap.* 1.6.3.

Hem] φοῦ, *Interiectio iraſcentis,* Donat. Terent. And. 1. 2. 23. *Ibidem,* 2.6.4,

Quid Dauus narrat? D. æquè quicquam nunc quidem.
S. Nihilne? hem. *Vbi Donatus, interiectio eſt aduerſus eum qui ſe neget aliquid locutum eſſe.*

Hem, *Exclamantis.* Terent. And. 2.5.5,

D. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater. *Vbi Donatus, Interiectione magis, quàm uerbo exclamauit.*

Hem, *Nouas res, & optimè audientis.* Terent. Heaut. 2.3.70, *Adducimus tuam* Bacchidem. CLI. hem quid Bacchidem?

Hem, *Ecce, demonſtratio facti.* Terent. And. 2.2.14,

Obſecro te quamprimum hoc me libera miſerum metu.
D. hem, Libero. Idem And. 5.2.1, Hem Dauon tibi. Idẽ And. 2.2.22, ——hem, Paululum obſoni, &c.

Hem *commiſereſcentis.* Ter. And. 4.6.8, —ſaluus ſis Crito.
C. Itáne Chryſis? hem. M. nos quidem pol miſeras perdidit. *Vbi Donatus, Non nũc interrogat, ſed commiſeratur: & ita ſequebatur, ut diceret, periit. ſed magis gemitus ſignificat quod minus dixerat. Ibidem,* 4.5.46, ——hem
Scelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

Hem, *Inſperatum aliquid uidentis aut audientis.* Terent. And. 1.2.13, S. Daue? D. hem, quid eſt? S. ehodum ad me. *Vbi Donatus, Quaſi correptio totius corporis.*

Hem, *Perturbati animi.* Terent. Andr. 5.2.5,

——ô ſalue bone uir. D. hem Simo. ô noſter Chreme.

Idem Eun. 5.1.11,

——hem miſera occidi
Infœlix, ſi quidem tu iſtæc uera prædicas.

Hem, *Interiectio qua mulieres in ſuis exclamationibus uti ſolent.* Terent. Hecyr. 3.2.12,

Hem iſtoc uerbo animus mihi redijt, & cura ex corde exceſſit.

Hem, *Lætitiæ.* Terent. Heaut. 4.5.9. *Ibidem,* 4.8.26,

—postremò etiam si uoles,
Desponsam quoq; esse dicito. M. hem istuc uolueram.

Hem, laborantis animi. Terent. Eun. 4.2.8,
Occœpi mecum cogitare, Hem biduum hic
Manendum est soli sine illa? Idem And. 3.3.24.

Hem, Principium iracundiæ. Terent. And. 5.4.16,
S. Sycophãta. CR. hem. CH. sic Crito, est hic: mitte:

Hem, Ironica interiectio. Ter. Phor. 4.7, —hem, si quid uelis,
Huic mandes, quod quidem rectè curatum uelis.

Hem, Singultientis fletu et gaudio dictum. Terent. Adelph. 4.5.62, Bono animo es, duces uxorem hanc. AE. hem. M. bono animo es Inquam.

Hem, Quasi incipientis, demonstrantisq; aliquid noui se inuenisse. Terent. And. 4.1.59, —at iam hoc opus est.
D. Hem sed mane, concrepuit à Glycerio ostium.

Hem, Respondentis. Terent. Adelph. 2.4.17,
Heus heus Syre. S. hem quid est?

Hæc omnia ex Donati cõmentarijs in Terentiũ.

Hemeresios] cõ. g. Latinè diurnus dicitur. Vnde tabula hemeresios, quòd una die absoluta fuerit, apud Plinium, &c.

Hemeris] pen. cor. (ἥμερις) Genus arboris glandem ferentis. Vide Plin. lib. 16. cap. 6.4.

Hemerodromus] pen. corr. (ἡμεροδρόμος) Cursor, qui die uno ingens spatium cursu emetitur. Liu. 1. bel. Maced. 88, Ni speculator (hemerodromos uocant Græci, ingens die uno cursu emetientes spatium) contemplatus regium agmen è specula quadam, prægressus nocte media Athenas peruenisset.

Hemiconus] accipitur per medietate coni. Euclid. in Perspectiua theor. 30, Cono circulum basin habente sub uno oculo perspecto, minus hemiconio spectabitur.

Hemicrania] ἡμικρανία, Morbus quo dimidium capitis infestatur.

Hemicyclus] hemicycli, pen. cor. m. g. (ἡμικύκλος) Sedes, seu cathedra semirotũda. Cic. de Amic. 2, Quũ sæpe multa, tum memini domi in hemicyclo sedentẽ (ut solebat) quũ & ego essem unà, & pauci admodum familiares, in eum sermonẽ incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Nominis aũt ipsius appellatio ex Græco semicirculum significat, quo uocabulo Astrologi in suis demonstrationibus sæpe utuntur.

Hemicylindrus] accipitur pro medietate cylindri. Euclid. in Perspectiua theor. 23, Cylindro utcunq; inspecto ab oculo uno, minus hemicylindro spectabitur.

Hemidiploidion] ἡμιδιπλοίδιον, id est, semidiploidion, adscribitur muliebribus uestimentis à Polluce, lib. 7. cap. 13. Vide Diploidion.

Hemina] heminæ, pen. prod. (ἡμίνα, κοτύλη) Dimidia pars est sextarij. Cato cap. 57, Vinum familiæ, ubi uindemia facta erit, loram bibant menses tres. Mense quarto heminam in dies unam, &c. Plaut. Milit. 11.18,
Neq; equidem heminas octo exprompsi in urceum.

Hemina (inquit Festus) ex Græco ἥμισυ, quod est dimidia pars sextarij.

Heminarius, Adiect. (ἡμιναῖος) Quintil. lib. 6. cap. 36, Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatẽ, heminaria esse dixit. Id est, mediocria.

Hemiolus] hemioli, pen. cor. (ἡμίολιος) Est (inquit Gel. lib. 18. cap. 14) qui numerũ aliquẽ totũ in se habet, dimidiũq; habet eius, ut tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad uiginti.

Hemiplexia] Vide Paralysis.

Hemis] Græcè, apud Latinos transfertur semis.

Hemisphærium] Dimidia sphæra, hoc est, cæli dimidium. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 14, Intrinsecus sub tholo stella Lucifer interdiu, noctu Hesperus ita circumeunt ad infimũ hemisphærium, ac mouentur, ut indicent quot sint horæ.

Hemistichion] Dimidius uersus.

Hemitonium] Antiquis dicebatur neruus, quo intendebantur instrumenta missilia. Neruos enim non solum τόνους, sed etiam hemitonia appellabant. Vitruuius lib. 1. in catapultæ descriptione, In capitulis enim dextra ac sinistra sunt foramina hemitoniorum: id est, ut Turneb. interpretatur, neruorum. Sic & Hero author Græcus uocari scribit.

Hemitritæus] hoc est, semitertiana febris: non ideò sic uocatur, quia dimidio minor quàm tertiana sit, sed quòd parte aliqua tertianam præsentet, tertio die ut illa, repetens: nõ tamen ut illa diem unum præstat integrum, sed inter horas XXXVI. plus minus porrigitur. Hæc Hermolaus. Mart. lib. 12. 87,
Cui grauis & feruens hemitriteos erat.

Hemixestes] uel Hemixestus, noster est sextariolus, quorũ quatuor pintam efficiunt. Budæus lib. 5. de Asse.

Hemodes] Insulæ septem in Oceano Germanico. Mela. lib. 3.

Hemorrhois] Vide Hæmorrhois.

Hemus] Vide Aemus.

Hendecasyllabus] pen. cor. (ὑνδεκασύλλαβος) uersus undecim syllabarum, qualis ille Catullianus,
Passer deliciæ meæ puellæ.

Hendiadys] Vide Endiadys.

Henetia] ἐνετία, olim dicta est, quæ nunc Venetia appellatur, teste Seruio. Atq; etiam Heneti, qui nunc Veneti.

Heniochi] ἡνίοχοι. Vide Eniochi.
Truces Heniochi. Valer. 6. Argonaut. 9.

Hepar] hepatis, penult. corr. n. g. (ἧπαρ) Latinè iecur dicitur.

Hepar, piscis genus, Plinio lib. 32. cap. 11. 7.

¶ Hepatarius, pen. corr. Adiect. (ἡπατικὸς) Quod ad hepar pertinet. Plaut. Curcul. 5.24,
—tum tè igitur morbus agitat hepatarius.

¶ Hepaticus, pen. cor. Aliud adiectiu. (ἡπατικὸς) Qui hepatis morbo laborat. Plinius lib. 26. cap. 7. 7, Datur hepaticis in farre cocta. apud Cels. lib. 4. cap. 9, Hepaticus morbus.

¶ Hepatica, herba, quæ & iecoraria dicitur, quòd hepatis siue iecoris similitudinem referat, crescit autem in fontibus, & saxis inhæret.

Hepatites] pen. prod. Gemma, quæ à iecinoris figura nomẽ habet. Plin. lib. 37. cap. 11.

Hephestites] tæ, pen. prod. Genus lapidis, quæ naturam habet speculi in reddendis imaginibus, quanquam rutila. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hephæstos] ἥφαιστος, Proprium uiri, & nomen Vulcani.

Hepta] ἑπτὰ apud nos septem, aspiratur cum suis derivatiuis.

Heptagoniæ] Nomen loci. Liui. 4. bell. Maced. quod roboris in exercitu erat, trifariam diuisum: parte una à Phœbeo: altera à Dictynneo: tertia ab eo loco quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

Heptapachis] penult. corr. Mensura septem cubitorum. Vnde Hercules Heptapachus est appellatus. Hermolaus.

Heptaphonos] Nomen portus. Plin. lib. 36. cap. 15, Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu quam oppidani Heptaphonon appellant: quoniam septies eadem uox redditur.

Heptaporus] ἑπτάπορος, Rhesus fluuius Troianus, quia septem

Digitized by Google

ſeptem locis uadari poteſt eadem uia: propter quod & Poliporos appellatus eſt, teſte Strabone.

Heptemimeres] pen.corr. (ἑφθημιμερὴς) cæſura eſt, quum ſyllaba naturaliter correpta producitur: quod ſolet fieri in principio quarti pedis, uel ſeptimæ ſyllabæ, ſi tres ſpondei præcedant, quaſi ſeptima dicatur diuiſa pars, ἑφθημιμερὴς.

Hepteres] penul.prod. Naues quæ ſeptem ordinibus remorum aguntur.

Hera] Vide Herus.

Heraclea] pocula nominat Cicero in Verrem. Heraclea aũt uaſa ab Hercule nomen habuerunt, fuereq; magna & capacia, qui tanti herois ſitim extinguere & ſatiare poſſent. Nam bercules in potoribus numerabatur maximis. Eorum poculorum etiam apud Athenæum mentio eſt.

Heraclea] pen. prod. dicebatur quæ nunc Calpe in finibus Europæ, & olim Perintus uocabatur, ciuitas Boſphoriana.

Heraclea] pen.prod. (ἡράκλεια) Bithyniæ urbs, clariſſima ob celeberrimas quas emiſit colonias, ut Strabo ſcribit, diu tyrannorum ſeuitiam paſſa, mox libera facta eſt. Iuſtinus lib.15, Heracleam à Bœotijs iterum oraculo monitis in Herculis honorem conditam eſſe ait. Eſt & Heraclea in Italia ad Crotonem, ut ſcribit Mela, lib.2. Eſt item Heraclea, Siciliæ inter Pachynum & Lilybæum, ut ſcribit idem Mela lib. 2. & Ptolemæus. Heraclea Ponti: hodie Naxio portus. Stephanus de urbibus plures ſcribit eſſe Heracleas: inter quas unam Lydiæ ſcribit, alteram Libyæ. Vide ibidem plura.

¶ Heracleotes, Heracleotæ, pen.prod. (ἡρακλεώτης) unde Dionyſius philoſophus Zenonis diſcipulus, Heracleotes à Cicerone 2. Tuſcul. 101. appellatus eſt: ubi fuit amphitheatrum unum è ſeptem ſpectaculis. Vide & 4. Tuſc.127. Et 5. de Finib.16.

¶ Heracleoticus, pen.corr. adiectiuum (ἡρακλεωτικὸς) item aliud, Heraclius: unde Heraclius lapis, qui & Lydius, Plin. lib.33. cap.8.3, Auri argentiq; mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, ut author eſt Theophraſtus, nunc uerò paſſim: quem alij Heraclium, alij Lydium uocãt. Sunt aũt modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è uena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicũt quantum auri ſit in ea, quantum argenti uel æris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente.

¶ Heraclis lapis, formam prouerbij habet, in eos qui uehemẽter acri, exactoq; iudicio ſunt. Ex Eraſmo.

Heracleopolis] pen.corr. (ἡρακλεόπολις) Nomen triũ ciuitatum. Vna eſt in Aegypto, ex qua Theophanes phyſicus: altera non longè à Peluſio: tertia ſecundũ Nili oſtiũ, quod Canopicum eſt. Ex Volaterrano.

Heraclides] pen. prod. Lycius, domi uir clarus, ſophiſtica facultate inſignis Smyrnæ docuit, ubi in honore maximo fuit. Dicunt eum olim apud Seuerum principem, extemporali facultate dicentem aulicis præſentibus exterritum, ſermone excidiſſe. Solus ſophiſtarum ad hanc artem induſtria & labore, natura minimè iuuante contendit. Hæc ex Philoſtrato.

¶ Heraclides, Ponticus philoſophus, Athenas conceſſit, Platonem, deinde Ariſtotelem audiuit. Reliquit ingenij monumenta quæ non extant. Vir fuit mollioris habitus, ut pro Pontico Ponticus uocaretur. Author Diogenes Laertius meminit. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 5. Sunt & alij multi huius nominis apud Laertium.

¶ Heraclidium, cuius mentio eſt in epiſtolis Ciceronis ad Aticum, obſcurè & ænigmaticè ſignificat librum Heraclidis Pontici æmulatione ſcribendum, cuius hodie quædam eclogæ de rebuspublicis reperiuntur, & in Homerum allegoriæ. Turnebus.

Heraclitus] penult. prod. (ἡράκλιτος) Epheſius philoſophus, ut tradit Suidas, nullum inuenitur habuiſſe præceptorem: tantum natura, & diligentia ſolus perfecit. quidã tamen audiſſe Xenocratem & Hipaſum Pythagoricum uolunt. Floruit temporibus ultimi Darij: ſcripſit poeticè multa: ab Ariſtotele ſæpe teſtis citatur. De quo Cicero lib. 5. Tuſc.quæſt.147. Hunc aiunt cùm hydropicus eſſet, ſpretis medicis oblitum bubulo ſeuo, ſoli ſiccandum ſe præbuiſſe, dormientemq; à canibus dilaceratum eſſe. Hæc Suidas. Hic Heraclitus ille eſt, qui quoties domo egrediebatur, flebat: quemadmodum Democritus ridere dicebatur. alteri enim omnia quæ agimus, miſeriæ: alteri ineptiæ uidebantur.

Heraclius] Imperatoris proprium, & ab Hercule deductum formatione.

Heraclius lapis] Vide Heraclea.

Herba] herbæ (πόα, βοτάνη) Ab hærendo. Virg.lib. 1. Georg.

Et ſulcis frumenti quæreret herbam.

Herbã dare, ſiue porrigere, pro eo quod eſt uictorẽ agnoſcere, ac ſe uictum fateri, paſſim obuium eſt apud doctos. Inde ſumptum, quòd ut author eſt Feſtus, id erat paſtoralis uitæ indicium, qui dum curſu, aut alio quopiam certamine ſuperati eſſent, herbam ex eodem ſtatim loco decerptam, aduerſario porrigebant, uictoriæ agnitæ ſymbolum. Plin. lib.22.cap.4. de corona obſidionali, Dabatur, inquit, uiridi è gramine decerpto inde ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis, &c. Idem lib. 8. cap. 5. de elephante, Mirus namq; pudor eſt, uictus uocem fugit uictoris, terram ac uerbenas porrigit. Hæc Eraſmus. Nonius, Herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uoluerunt. Virg.lib.3. Georgicorum,

—atq; immemor herbæ Victor equus.

Altæ herbæ. Virg.4. Georg.92.
Comantes. Vide Coma.
Coronariæ. Vide Corona.
Fertiles. Ouid.2. Amor.eleg.16.2.
Florentes. Virg.eclog.9.4.
Fœcundæ pecori. Ouid.1. Metam.137.
Graminis. Ouid.10. Metam.18.
Immortales. Claud.de nupt.Honorij,32.
Impiæ. Vide Impius.
Inualida medica. Vide Inualeo.
Lætæ. Virg.1. Georg.68.
Largæ. Horat.4. Carm.ode 2.11.
Medicæ. Claud.6. Paneg.13.
Miliaria herba. Vide Milium.
Molles. Virg.eclog.3.11.
Morientes. Virg.1. Georg.22.
Murales. Vide Murus.
Nocentes. Horat.1. Serm.Satyr.8.5.
Operoſæ. Ouid.4. Metam.5.
Pallentes. Virg.eclog.6.11.
Pollentes. Ouid.7. Metam.40.
Potentes. Virg.7. Aeneid.4.
Pubentes. Virg.4. Aeneid.103.
Salaces. Ouid.2. de Arte,85.
Salutiferæ. Ouid.1. de Remed.amor.9.
Spinoſæ. Ouid.2. Metam.163.
Suaues. Virg.eclog.2.10.
Surdæ & ignobiles. Vide Ignobilis.

Surgentes. Virg. 4. Georg. 3.
Teneræ. Ouid. 2. Metam. 84.
Virides. Ouid. 2. Metam. 86.
Vitiatæ. Ouid. 3. Metam. 16.
Adoptare herbam. Vide Adopto.
Arent herbæ. Virg. 4. Georg. 86.
Carpere herbam. Vide Carpo.
Sitiunt herbæ. Virg. 4. Georg. 81.

¶ Herbula, herbulæ, pen. corr. Diminutiuum (βοτάνιον) Cic. 2. de Nat. deor. 190, Ceruæq; paulo ante partum perpurgant se quadam herbula quæ sesellis dicitur.

¶ Herbaceus, Adiectiuum (βοτανώδης) Quod in herbã crescit & assurgit, & de ijs rebus dicitur, quæ deinde caulem emittunt. Plinius lib. 12. cap. 13. 2, Herbaceum amomum peius.

¶ Herbeus, aliud Adiectiuum (βοτανοειδὴς) Quod herbæ colorem habet. Plaut. Curcul. 5. 16,

—qui hic est homo
Cum collatiuo uentre: atq; oculis herbeis.

¶ Herbidus, penult. corr. aliud Adiect. (βοτανώδης) Quod plenum est herbis. Plin. epist. 173. b, Nulla in hoc nauis (sacer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ.

Herbidæ segetes. Col. lib. 1. cap. 6. 15.
Herbidus locus uel campus, Herbis refertus & plenus. Liu. 1. ab Vrbe, 25. & lib. 9. 7.
Epirus herbida. Ouid. 8. Metam. 57.
Herbidus color. Plin. lib. 12. cap. 14. 4.
Herbidus potus. Plin. lib. 24 cap. 6. 7.
Herbifer, penult. corr. herbifera, herbiferum (βοτανοφόρος) Quod herbas producit: ut, Herbifer mons. Plin. lib. 25. cap. 8. 14.

¶ Herbosus, penult. prod. Adiect. (πόώδης) Herbis abundãs. Plin. lib. 33. cap. 4. 11, Vlex siccatus uritur, & cinis eius lauatus substrato cæspite herboso, ut sidat aurum. Sic Cato cap. 54. 2.

Agger Herbosus. Ouid. 14. Metam. 89.

¶ Herbasco, siue herbesco, herbescis (βοτανῶμαι) herbescere, In herbam conuerti. Cic. de Senect. 47, Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo uiriditatem.

Herbascere, pro Herbas generare. Plinius lib. 19. cap. 8. 21, Quin & ouillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbasceret.

¶ Herbarius, Adiectiuum (βοτανικὸς) ut, Ars herbaria, qua cognoscitur uis & natura herbarum. Plinius lib. 7. cap. 56. 6, Herbariam & medicamentariã à Chitone Saturni & Phylliræ filio. Subaudi, repertam fuisse tradunt.

¶ Herbarius, Substantiuum (βοτανολόγος) Qui peritus herbarum eas colligit, uenditq;, & ex eis medicamenta cõficit. Plin. lib. 26. cap. 5. 1. Idem lib. 20. cap. 17. 14, Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasmata imposuit cum opio.

Herbita] pen. corr. (ἑρβιτὰ) Siciliæ urbs apud Ptolemæũ. hodie S. Nicolaus.

Hercæus] ἑρκαῖος, dictus est Iupiter, quem etiam penetralem uocabant, qui intra conseptum domus cuiusq; colebatur. Græcè enim ἕρκος septum claustrũq; nominatur. Ouid. in Ibin, 58, Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis.

Hercinia] Sylua (ἑρκύνιος δρυμὸς) est Germaniæ trans Rhenum, fortè ab Hercino monte ipsius Germaniæ dicta. Vide Hercynia.

Hercinij] Populi sunt, uetus Pelasgorum colonia.

Herciscor] hercisceris. Vide Ercisceor.

Hercle] siue hercule (μὰ τὸν ἡρακλέα) Iurandi Aduerbiũ, quasi dicas per Herculem. Terent. Eunuch. 2. 3. 19,

Hercle hoc factum est.

Hercle, ornatiua aliquando particula, teste Donato. Terentius And. 4. 5. 3, ——sed quid hoc? Puer hercle est.

Hercle sine dubio erit ignominia. Cicer. Thermo Propr. lib. 2. 17. 3.

Bene hercle faciunt. Cic. 3. de Leg. 2.

Mehercle. Cic. 2. in Catil. 29, Vno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi, &c.

Hercle certè. Ter. And. 2. 2. 10,

Mea quidem hercle certè in dubio est uita.

Vbi Donatus, Ideo & iurauit, Hercle: & affirmãs iusiurandum, Certè addidit.

Quæso hercle. Terent. Eun. 2. 3. 64.
Obsecro hercle ut audias. Terent. Eunuch. 3. 5. 14.
Hercle sedulò. Terent. Andr. 3. 4. 18, Faciam hercle sedulò Vbi Donatus, Hercle sedulò, productiones sunt Comici styli ad fucum orationis positæ.

Hercle uerò. Terent. Adelph. 2. 4. 4,

—omitte uerò tristitiam tuam.

C. Ego illã hercle uerò omitto, q quidẽ te habeã fratrẽ. Vbi Donatus, Apparet non nunc primùm dici Ctesiphoni ab Aeschino, Omitte tristitiam tuam: nec nunc primùm responsum Omitto. Et ideo additum est, Hercle uerò: quia nũc demum data est plena securitas. Ibid. 5. 9. 18,

Hodie primã mãmam dedit hæc. D. hercle uerò serio.

Vbi Donatus, Hercle uerò, aduerbia sunt confirmatiua.

Hercule, Idem quod Hercle & certè. Cic. pro Quintio, 7, Itaq; hercule haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat.

Sed Hercule facilè patior datum tempus, in quo amorẽ experirer tuum. Cic. Capitoni in Epist. ad Attic. lib. 16. 3 43. 1.

Mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, &c. Cicer. ad Attic. lib. 5. 10 4. 3. Et in Oratore, 89, Libentius dixerim mehercule, quàm mehercules.

¶ Hercules, pro Hercle uel hercule (μὰ τὸν ἡρακλέα) Cicer. pro Rosc. Amer. 18, Quoniam quidem semel suscepti, licet hercules undiq; omnes terrores, minæ, periculaq; impendeant omnia: succurram, atq; subibo.

Hercules quidẽ. Cic. de clar. Orat. Et hercules hæ quidẽ extant.
Me hercules. Cic. pro Plancio, 52, Verè me hercules hoc dicam.

Hercules] pen. corr. (ἡρακλῆς) Cognomen, uel fortasse potius agnomen Iouis & Alcmenæ filij, qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit inter deos esse relatus. Fuisse sutẽ tres Hercules scribit Diodorus: alij sex autumant. Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius est ex Idæis digitis, cui inferias afferunt. Quartus Iouis est, Asteriæ Latonæ sororis, qui Tyri maximè colitur: cuius Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertiò genitus: cui aliorum gesta assignant. Ex Cicerone lib. 3. de Nat. deor. 55. Herodotus scribit Herculem unũ esse ex duodecim dijs Aegyptiorum, Græcosq; ab Aegyptijs hoc nomen mutuatos indidisse filio Amphitryonis. Varro XLIII. Hercules nominat: ueruntamen omnes qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 20, asserit Herculẽ esse Solem, quasi Heraclem: idq; ex nomine clarescere. Hercules enim nihil aliud est, quàm heras, Id est, Iunonis, hoc est, aeris: cleos, id est, gloria uel laus. Quæ porrò alia est aeris gloria, quàm Solis illuminatio? Item dictus est duodecim labores

confeci-

cõfeciſſe, quia Sol annuo curſu, duodecim ſigna Zodiaci luſtrat & conficit. Ab Hercules, Hercule, & Hercle, Mehercules, & Mehercule, aduerbia iurandi. Vide Seruium in 8. Aeneid.

Clauiger Hercules. Ouid. in Ibin, 52. Claua enim utebatur.

Diues amico Hercule. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 2, Ideo quia thesauris præeſt. Et ſunt qui eundem Incubonẽ quoq; eſſe uelint. Vnde putant & quòd res ruſtica in tutela eius ſit. nam illi ſacrificia reddunt ruſtici quum inuẽcos domuerint. Perſius, Satyra 2, ô ſi

Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule. Qui: Deus lucri & theſauri dicitur. Vide Porphyrionem in Horatium.

Impiger Hercules. Horat. 4. Carm. ode 8. 6.

Laboriſer Hercules. Ouid. 9. Metam. 58.

Magnus Hercules. Horat. 4. Carm. ode. 5. 8.

Oetheus Hercules. Vide Oetheus.

Vagus Hercules. Horat. 3. Carm. ode 3. 2.

¶ Herculeè, Aduerb. (ἡρακλείως) ab Hercules: pro Fortiter Cicero ad Atticum, libro 8. 150. 30, Spero etiam quoniam adhuc nihil nobis obſuit, nihil mutaſſe: nec tegentia hoc, quod cum fortiter & diligenter, nunc fert etiam Herculeè. Quædam exemplaria legunt, mehercule. Locus profectò totus eſt corruptus.

¶ Herculanus, pen. prod. poſſeſſiuum (ἡρακλιανὸς) Gellius lib. 1. cap. 1, Comprehenſa menſura Herculani pedis.

Herculaneæ herbæ meminit Plin. lib. 21. cap. 15. 8.

Herculaneæ formicæ. Plin. lib. 30. cap. 4. 3.

Herculis] portus Ptolemæo (ἡρακλέους λιμὴν) urbs Maßiliẽ ſium. Vulgò dicitur Villa francha.

Herculis] turris, Vrbs Cyrenes, uulgò Ziuayra. Ptol. lib. 4. cap. 4.

¶ Herculeus, pen. corr. (ἡρακλεῖος) Adiectiuum poſſeßiuum. Manus Herculea, pro forti. Martial. lib. 1. 15.

Claua Herculea. Propert. lib. 4. eleg. 10. 8.

Herculanium] Campaniæ oppidum. Plin. lib. 3. cap. 5.

Herculeius] Vir Romanus, qui Marianas partes ſouit cum Sertorio.

Hercyna] Virgo quædam fuit Proſerpinæ comes, à qua & fluuius Hercyna nomen conſequutus eſt. In templo conſecratum uirginis illius ſimulachrum anſerem manibus gerebat. Huius meminit Liuius. Ex Turnebo.

Hercynia] maxima Germaniæ ſylua (ἑρκυνία δρυμὸς) Cæſar Commenta. ſexto, Huius Hercyniæ ſyluæ, quæ ſuprà demonſtrata eſt, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri poteſt, neq; menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, & Rauracorũ finibus, rectaq; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diuerſis à flumine regionibus, multarumq; gentium fines propter magnitudinem attingit: neq; quiſquam eſt huius Germaniæ, qui ſe aut audiſſe aut adiſſe ad initiũ eius ſyluæ dicat quũ dierum iter XL. proceſſerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Hactenus Cæſar: apud quem præpoſtero characterum ordine XL. pro LX. legi uidetur iudicio Vadiani.

Lucis Sueui nobiles Hercyniis. Senec. Medea, 99.

Promimet Hercyniæ confinis Rhetia ſyluæ. Claudius de bell. Get. 67.

Here] pro heri (χθὲς) dicebatur à ueteribus. Eſt aũt aduerbium temporis. Donatus, Propter cognationem E & I literarum, non dubitauerunt antiqui & Here & heri dicere, & Manè & mani, & Veſpere & ueſperi. Ter. Heaut. 3. 2. 8, —rectè equidem te demiror Chreme,

Tam manè, qui here tantum biberis. Idem Eun. 2. 3. 65.

Heri] χθὲς, ἐχθὲς, χθιζὰ, Aduerbium temporis: ſignificat autẽ heſterno tempore. Terent. Eunuch. 1. 2. 89,

Heri minas uiginti pro ambobus dedi. Cicero Attico, Lepidus ad me heri ueſperi literas miſit Antio.

Herilis] Vide Herus.

Herillus] ἡρίλλος, Chalcedonius philoſophus, Zenonis diſcipulus fuit, qui quum audiſſet ſcientiam laudatã eſſe ab Ariſtotele & Theophraſto, ſummum bonum in ea poſuit. Cic. lib. 4. Acad. & lib. 2. de Fin.

Herinaceus] herinacei, qui & Herix & hericius, teſte Sipõtino (ἐχῖνος) animal ſpinis horridum, ſeſe in globum interdum componens, & hyeme condens ſeſe: de quo Plin. libro 8. capite 37. 2, Præparant, inquit, hyemi & herinacei cibos, ac uolutati ſupra iacentia poma, affixa ſpinis, unum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Ibidem uide plura.

Herma] hermæ, m. g. (ἑρμῆς) Statua & ſigillum erat, in trunco arboris efformata, cuiuſdam Mercurij formam habens. Vnde Suidas dicit hermas ſtatuas dictas, quòd plurimũ Mercurij ſtatuæ delimiarentur. Atque hæ quidem hermæ, utriles ſtatuæ, ad propagandam defuncti memoriam ſepulchris erigebantur. Cicero Attico, libro 1. 5. 4, Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc me admodum delectant. Idem 2. de Legibus 102, Neque id opere tectorio exornari, nec hermas eos quos uocant, licebat imponi, nec de mortui laude, &c. De ſepulchro loquitur.

¶ Herma, pro firmamento à Græcis ponitur, unde etiam Mercurij nomen, inuentoris, ut putabant, firmæ orationis, dictũ. Interdum etiam ſaburram ſignificat. Hæc Feſtus.

¶ Hermathena, hermathenæ, pen prod. (ἑρμαθήνη) Mercurij ac Mineruæ ſtatuæ coniunctæ, quas gymnaſiis Romani dicare conſueuerant. Cicero Attico, libro 1. 2. 2, Quòd ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, & ornamentum Academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Mineruæ ſingulare eſt eius gymnaſij. Eidem libro 1. 1. 10.

Hermæa] ἑρμαῖα, Extrema Ptolemæo urbs Africæ minoris: Mercurij promontorium Pomponio Melæ. Vulgò Cabo Denubia.

Hermagoras] penult. corr. (ἑρμαγόρας) Aeolides, Carion cognominatus, rhetor egregius, ſcripſit artem Rhetoricam libris ſex, de dilgentia orationis, de decoro, de elocutione, de figuris. Docuit Romæ Auguſti temporibus, deceſſitq; ſenex.

Hermaphroditus] pen. prod. (ἑρμαφρόδιτος) Mercurij & Veneris filius: ab Hermes (quo nomine dicebatur à Græcis Mercurius) & Aphrodite, id eſt, Venus. Hic fuit Androgynus, uir & mulier. Quum adoleſcens ſe lauaret in quodã fonte Cariæ, cui inerat Salmacis nympha: illa eum amãs amplexa, deos orauit, ut ex ambobus unus fieret: idq; factum eſt. Hinc omnes Androgyni uocantur Hermaphroditi. Plin. lib. 11. cap. 49. 2, Sunt Hermaphroditis utriuſq; ſexus. Vide Androgynus. Mart. lib. 6. 68. Ouid. 4. Metam. 77. De Hermaphrodito extat elegantiſſimum Pulicis poetæ carmen, apud Auſonium.

Hermeas] è Caria dux inclytus Antiochi magni, qui cum eo & Taurum pertranſiit, & res magnas geſſit. Ad extremũ ab eo ob ſuſpicionem interfectus unà cum coniuge & liberis qui erant Apameæ. Author Polybius.

Hermenij] Populi Moſchorum prope Colchos. Siponimus.

Hermeraclæ] ſunt Mercurij & Herculis coniuncta ſigna

seu statuæ. Cicero Att. lib. 1. epist. 8, Signa nostra & Hermeraclas quum commodissimè poteris, uelim imponas. Certè Athenienses Mercurio & Herculi statuas in gymnasijs ponebant. testis Athenæus lib. 13. Sed & Romani aram Herculi communem cum Musis esse uoluerunt. Author Plutarchus, Problemate 59.

Hermes] Trimegistus (ἑρμῆς τρισμέγιστος) Philosophus Aegyptius, post Mosen fuit, cuius tempore in Aegypto studia Philosophiæ clarere cœperunt. Eius extant Dialogi. De quo hoc plura apud Suidam & Augustinum de Ciuitate Dei.

Hermes, Hermis & Hermetis. pen. prod. (ἑρμῆς) dictus est Mercurius deorum interpres: ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est, sermone & enuntiatione, siue eloquentia. Virg. 4. Aen.

Nunc etiam interpres diuûm Ioue missus ab ipso. Vbi Seruius, Interpres diuũ Hermes: expressit uerbũ de uerbo.

Hermias] Eunuchus, trapezitæ cuiusdam famulus, Athenas profectus, Platonem, Aristotelemq; audiuit, qui domum reuersus, Atarnenses & Assenses subegit, & illis cum domino imperauit.

Herminius] Romanus quidam, cuius meminit Virgilius lib. 11. Aeneid. 42.

Hermiona] pen. prod. Græciæ oppidum, Iunonis fano inclytum, ut notat apud Pomp. Vadianus. Virg. in Ciri,

Hinc sinus, hinc statio contrà patet Hermiona, Versus est spondaicus.

Hermione] pen. cor. (ἑρμιόνη) fuit Menelai filia, ex Helena coniuge, quæ Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit. sed quũ Pyrrhus Achillis filius eam duxisset, Orestes illum occidit, & sponsam recepit. Altera Hermione filia fuit Martis & Veneris, uxor Cadmi, cuius Vulcanus pulchrũ sed pernicioſum monile formauit: tandem cum marito mutata dicitur in serpentem. Martial. lib. 3. 11,

Dic mihi quid simile est Thais, & Hermionæ?

Hermiones] Germaniæ populi ultimi, ut scribit Pomp. lib. 3 in fine descriptionis Germaniæ. Pomerani hodie uocãtur, ut notat Vadianus. Horum memmit Tacitus.

Hermippus] ἑρμίππος, Athenienſis poeta antiquæ comœdiæ, altero captus oculo, frater Myrtili comici, scripsit fabulas XL. Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Biblij, qui multa composuit sub Adriano principe. Suidas.

Hermocrates] pen. cor. Phocenſis, clarus sophistica facultate, Antipatri magistri epistolarum Seueri principis, filiam haud forma bona inuitus imperatore cogente duxit, quam postea repudiauit. Philostratus.

Hermodorus] pen. prod. (ἑρμόδωρος) Siculus, adiutor Platonis: cui uitio datum est, quòd quæstui philosophiã habuerit: dictata quæ sub præceptore audiuerat colligendo, ac denim in Scilia uenditando.

Hermodorus, Philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem Pomponius Iurisconſ. tradit authorem fuisse XII. TAB. ferendarum Decemuiris. Plin. lib. 34. cap. 5. dicit hunc fuisse interpretem legum Decemuiralium.

Hermodorus] Salaminius, qui cum Philone architecto Athenis contendit de armamentario faciendo, qua in contentione ut minus eloquẽs, uictus fuit. Cic. 1. de Orat. Nec si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de naualium opere dicendum, non quum ab illo causam didicisset, ipse ornatè de alieno artificio copioseq; dixisset. Nisi si fortè de naualibus urbis Romæ hic agitur, quæ fortasse ædificauit Hermodorus: idq; ueriſimilius arbitror. Nepos apud Priscian. Aedes Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salammio. Ex quibus locis emendandum putat Turnebus quod sic apud Vitruuium legitur, Quemadmodum est in porticu Metelli Iouis Statoris Hermodi, &c. & Hermodori reponit.

Hermogenes] penultima correpta (ἑρμογένης) Tarsenſis, annos natus XV. Sophista adeò probatus est, ut fama eius ad auditorium M. Antonium principem exciuerit, ab eoq; munera egregia tulerit. Deinde tempore proceden te, eum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi causa. Proinde Antiochus sophista dicebat, Hermogenes in pueritia senex, & in senectute puer. Ex Volaterrano, lib. 15.

Hermolaus] penultima producta, Constantinopolitanus scripsit ad Iustinianum Cæsarem Epitomen in librum Stephani de urbibus. Author Suidas. Memoratur & ante hũc alius, qui contra Alexandrum coniurauit. Alius item Plinio lib. 36. cap. 5, statuarius, inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornarunt.

Hermopolis] pen. cor. (ἑρμόπολις) ut ait Volater. lib. 12, urbs Aegypti in Sebenitica præfectura, ubi Pan colitur & hircus, ut ait Pind.

Hermupoa] Herba paſtim in ipsis uineis apud nos crescens, quæ à Græcis linozostis dicitur: Latini Mercurialem herbam uocant, quasi Mercurij pabulum. Vide Plin. lib. 25. ca. 5. Sunt autem eius duo genera: mas, quod in singulis geniculis duos ueluti testiculos gerit: & fœmina, quæ luteum florem habet.

Hermus] ἕρμος, Fluuius Lydiæ, qui Smyrnæ campos intersecat delapsus à monte Dorilao, Phrygiam scindit à Caria. Hic superfusus campis gignit fertilitatem, unde arenas aureas fertur trahere. Strabo lib. 13. Virg. 2. Georgic.

Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.

Hernia] huius herniæ, fœminino genere (λύρα) dicitur quum pondere, aut ictu aliquo rupta tunica, quæ ab inferioribus partibus intestina diducit, omẽtum, aut intestinum in scrotum descendit. Scrotum enim uocamus cutem testiculos ambientem: quod ὄσχεον Græci appellant. Id uitium à Græcis ente rocelæ, siue epiploocelæ, hoc est, interaneorum, siue omenti descensus, dicitur, nostri communi nomine herniam uocant. Martial. lib. 5. 81, Ingens iratis apparuit hernia sacris.

¶ Hernioſus, penultima, producta. Adiectiuum, Qui herniam patitur.

Hernici] penultima correpta (ἕρνικες) populi sunt Italiæ in Campania, in locis asperis habitantes. Nam Herniæ, Sabinorum lingua, saxa dicuntur. Hos tamen hernicos appellatos uoluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgo eorum duce. Horum metropolis est Anagnia.

Terra Hernica. Ouid. 3. Fast. 18.

Saxa Hernica. Silius lib. 4. 46.

Frondoſa Hernica. Stat. 4. Sylu. 5. 12.

Herodes] pen. prod. (ἡρώδης) Antipatris Idumæi filius, anno X. Augusti rex Iudæorum à Romanis declaratus est, regnauitq; annis XXXVII. Huius meminit Horatius 2. epistol. 2. 37.

Herodes Antipas, huius filius, præfectus Galileæ post Archelaum impijssimus fuit.

Herodes Agrippa Aristobali filius, qui B. Iacobum occidit.

Herodes quidam fuit Atticus, qui Græca oratione (ut ait Gellius) ferè uniuersos grauitate atq; copia elegantiaq; uocum longò anteceſsit.

Herodianus] ἡρωδιανός, Alexandrinus grammaticus, Apollonij etiam grammatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonino imperatore. Scripsit de arte grammatica, præterea Cæsarum historiam, quæ ad nos peruenit. Author Suidas.

Herodius] ἡρώδιος, Auis ex ijs quas Romani Diomedeas uocant.

Digitized by Google

uocant. Theodorus ardeolam uertit, Augustinus fulicã. Ciconiam putat esse Suidas, aut ciconiæ similẽ: dictamq; quòd in paludibus uersetur, quasi ἑλόδιον.

Herodotus] pen.cor. (Ἡρόδοτος) Halicarnasseus claris ortus parentibus, nempe patre Cyxo, matre Dryone, fratrem etiam habebat Theodorum. Scripsit historiam libris nouẽ, quorum quilibet Musæ nomine inscribitur. Cœpit à Cyro Persarum rege. Seceßit in Samum Lygdami tyrannide offensus, qui tunc in Patria regnabat. Eo expulso rediit. Postremò inuidiæ ciuium obnoxius, sponte Thurium conceßit, Atheniẽsium coloniam, ubi extinctus est & sepultus: licet aliqui Pellæ dicant. Suidas. Hunc Cic. 1. de Leg. 7, appellat historiæ parentem.

Heron] Ἥρων, Athenienſis Orator, ſcripſit cõmentarios in Herodotum, Xenophõtem, & Thucydidẽ. Author Suidas.

Heros] huius heros, pen.prod.m.g. (Ἥρως) Heroes dicuntur ij qui quum sint homines, rebus tamen gestis eam opinionẽ apud uulgus emeruerunt, ut inter diuos relati credantur. Proinde heroes in quauis arte & scientia dici possunt, qui in ea plurimum excelluerunt. Gaza putat deductũ esse ab ἔρω. Plures tamen ab ὥρα, id est, Iunone: quibus & diuus Augustinus suffragatur. Seruius, Heros uir fortis, semideus, plus ab homine habens, ut ait Hesiodus. Virg. lib. 1. Aen.

—dederatq; abeuntibus heros. Idem lib. 7.

Quin & auis Mauors heroa potentibus addet. Cic. Att. lib. 14. 307. 2, Illi non heroes, sed dij futuri quidẽ in gloria sempiterna sint. Idẽ Att. lib. 1. 12. 14, Heros ille noster Cato.

Delecti heroes. Virg. eclog. 4. 7.

Magnanimi heroes. Virg. 6. Aen. 130.

Maximus heros. Virgil. 6. Aen. 39.

Semidei heroes. Stat. 5. Thebaid. 75.

¶ Herois, pen.prod. heroidis, pen.cor. f.g. (Ἡρωΐς) Mart. Mutatas formas heroidas, insuper ijsdem Addidit.

Graias heroidas æquas. Stat. 3. Sylu. 5. 9.

¶ Heroina, huius heroinæ, pen.prod. (Ἡρωίνη) Propert. lib. 1. eleg. 12. 7, Illa fit Inachijs & blandior heroinis.

¶ Heroicus pen.cor. Adiect. (Ἡρωϊκὸς) ut, Heroica ætas, in qua heroes floruerunt. Cic. 5. Tusc. 10, Etiam heroicis ætatibus Vlyssem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.

Heroica tempora. Cic. 1. de Diuin. 1.

Heroicæ personæ. Cic. 2. de Nat. deor. 99.

Heroicus uersus dictus, quòd eo genere carminis heroum gesta describantur. Cic. 2. de Legib. 105, Ne plus quatuor heroicis uersibus, quos longos appellat Ennius.

Versus heroicus. Quint. lib. 1. cap. 5. 18.

¶ Herous, pen.prod. Adiect. (Ἡρῷος) ut, Heroi pedes, quib. in carmine heroico utimur. Cic. de Orat. 100, Quare primũ ad heroũ nos, dactyli, & anapesti, & spõdæi pedẽ imitãt.

Heroi carminis opus. Propert. lib. 3. eleg. 3. 4.

¶ Heroum, heroi, pen.prod.n.g. Monumentum quod solet erigi uiro alicui insigni, propter eximiam uirtutem. Cic. 2. de Leg. 97, Quod aũt ἡρῶον, id est, uestibulũ sepulchri, bustúmue usucapi uetat, tuetur ius sepulchrorum.

Herostratus] pen.corr. (Ἡρόστρατος) fuit uir scelestus & ignauus, qui ut nomen memoria sceleris propagaret, incendium nobilißimæ fabricæ tẽpli Ephesiæ Dianæ manu propria struxit, sicut ipse confessus est, uoto adipiscendæ famæ latioris. Strabo lib. 14.

Hersilia] ἑρσιλία, Vxor Romuli fuit, quæ post apotheosim mariti ipsa quoq; in cælum relata fuit: & quemadmodum mutato nomine Quirinus ille dicebatur, sic ipsa etiam Ora dicta fuit. Ouid. 14. Metam. 170. De hac Liuius.

Herus] δεσπότης, Dominus. Terent. And. 5. 2. 5,

Herus est: quid agam?

Herus, pro herili filio. Terent. Andr. 1. 3. 3,

—me aut herum pessundabunt. Cic. 2. Offi. 32, Sed ijs qui ui oppressos imperio coercent, sit sanè adhibenda sæuitia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Virgil. 3. Aeneid. 65,

Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.

Dines herus. Horat. 2. Carm. ode 18. 7.

¶ Hera, hęræ (δέσποινα, δεσπότις) Domina. Terent. And. 3. 2. 3. Idem And. 4. 3. 2,

Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum.

Hera dicta est Iuno. Ennius apud Ciceronem, 1. Offi. 60,

Vósne uelit, an me regnare Hera, quidue ferat fors,
Virtute experiamur.

Formosa hera. Ouid. epist. 9. 16.

¶ Herilis, & hoc herile, pen.prod. (δεσποτικὸς) Quod ad herum pertinet. Plaut. Amph. 7. 6. 4,

Non soleo ego somniculosè herilia imperia persequi.

Herilis filius: id est, filius heri. Terent. Eunuch. 2. 2. 58,

Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.

Arbitrium herile. Valer. 4. Argon. 77.

Verna ministerijs ad nutus aptus heriles. Horat. 2. epist. 2. 2.

¶ Herifuga, herifugæ, pen.corr.m.g. (φυγοδεσπότης) Qui herum fugit: ut, Famuli herifugæ. Catul. de Berecynthia epigr. 58. 11.

Hesichius] Ἡσύχιος, Milesius sub Anastasio principe scripsit Onomatologion, id est, Catalogum nominum. Quorum epitome Suidas se fatetur usum esse. Composuit & historiam libris VI. in quibus complectitur tam Romanorum Imperatorum, quàm aliarum gentium & tyrannorum res gestas usq; ad sua tempora, ut ait Suidas.

Hesiodus] pen.corr. (Ἡσίοδος) poeta Ascræus, scripsit poemata, Theogoniam, Ὅργα καὶ ἡμέρας, Opera & dies. quod imitatus est Virg. Primus agriculturæ præcepta tradidit, ut Plin. lib. 14. scribit. Fabularum item author, ut ait Quint. lib. 5. cap. 11. 15.

¶ Hesiodius (Ἡσιόδειος) Possessiuũ, Quod est Hesiodi, uel quod ab Hesiodo compositum est. Cic. in Bruto, Illud Hesiodium laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis.

Hesione] pen.corr. (Ἡσιόνη) Filia Laomedontis regis Troiæ & Priami soror, quam Hercules expugnata Troia uxorem dedit Thelamoni.

Hesperia] Vrbs est Cyrenaicæ apud Pomp. Melam, quã Oliuarius dicit nunc uocari Bernic.

Hesperiæ] ἑσπερίαι, duæ sunt, una quæ Hispania dicitur: altera Italia. quæ sic discernuntur: Aut enim Hesperiam solã dicimus, & significat Italiam. Virg. 1. Aen.

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Aut addimus ultimam, & tunc significat Hispaniam quæ in Occidentis est fine. Horat. 1. Carm. ode 36. 1,

Qui nunc Hesperia sospes ab ultima.

Et hæc ab Hespero Occidentali stella dicta est. Italia uerò ab Hespero Atlantis fratre, qui à Germano pulsus, Italiam tenuit: & ei nomen uel proprium uel suæ pristinæ regionis imposuit. Macrobius tamen uoluit Hesperiam dictam esse Italiam, quòd Occasui subiecta sit. Seruius.

Magna Hesperia. Virg. 1. Aen. 115.

Hesperides] pen.cor. (ἑσπερίδες) appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ. Aegle, Arethusa, & Hesperetusa. Hæ amœnißimos hortos colere dicebantur in Africa iuxta Lixon coloniam à Claudio Cæsare deductam. In ijs aurifera nemus esse cum aureis malis existimabant, custodiri uerò à

peruigili

peruigili dracone. Et quoniam Themis dea prædixerat futurum olim quendam Iouis filium, qui ea poma diriperet, cinxisse Atlantem pomarium montibus, ne peruium grassatoribus foret. Penetrasse tamen eò Herculem ab Eurystheo missum, & occiso dracone aurea mala abstulisse. Alij putant ouium greges ibidem fuisse, purpuream lanam ferētes, easq; ab Hercule raptas, & ad Eurystheū ductas. Hinc quoniam μῆλον Græcè, Latinè ouem dicimus, locū fabulæ datum. Hæc Sipontinus ex Seruio.

Hesperides, Erebo & Nocte natæ. Cic. 3. de Nat deor. 59.

Aquarum Hesperidum regnator. Vig. 8. Aeneid. 16.

Mala Hesperidum. Virg. eclog. 6. 13.

Poma Hesperidum. Stat. 3. Sylu. 1. 32.

Hesperionceras] apud Solinum cap. ult. est extremum Africæ conimentis promontorium, ubi scilicet ueluti in fronte circumaguntur naues in occasum ac mare Atlāticū. Sonat hæc uox, occidentale cornu. Hodie uocant Caput bonæ spei. Vulgò Le Cap. de bonne esperance.

Hesperis] pen. correp. (ἑσπερὶς) herba, quæ noctu magis olet, inde nomine inuento. Plin. lib. 21. cap. 7.

Hesperius] ἑσπέριος: ut, fretum Hesperium. Ouid. Metamor. lib. 12.

Hesperum] Promontorium in Africa est, nauigatione decem dierum ab Theôn ochema monte. Plin. lib. 5. cap. 1.

Hesperus] pen. cor. (ἕσπερος) Atlantis frater, à quo Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis ad cursus astrorum obseruandos, & nunquam deinde cōparuisse: cui uulgus honores diuinos exhibuit, astrumq; lucidissimumq; eius nomine appellauit: de quo Virg. eclog. 7. 16,

Ite domum saturæ, uenit Hesperus, ite capellæ.

Hæc etiam serotina stella Vesper dicitur, & Vesperugo: mane aūt, Lucifer, & Venus. Cic. 2. de Nat. deor. 77, Infima est quinq; errantiū, terræq; proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quū antegraditur solem: quū subsequitur autem, Hesperus. Dicitur & Hesperugo. Senec. Medea, 11. 6, Mergit diē timendū Dux noster Hesperugo.

Hessēni] pen. prod. (ἔσσηνοι) Palæstinæ populi, apud quos lege colūbis parsum olim, & tantam earum copiam factam, ut aduenarum ora cicures petierint. unde sunt illa Tibulli uerba libro 1.

Quid referam ut uolitet crebras intacta per urbes
Alba Palæstino sancta columba uiro? Pli. li. 5. ca. 17, Hessēni, gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine ulla fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum, &c.

Hesternus] Adiect. (χθίζος) q. heri factū est significās. Plaut. Perf. 3. 22, —uisam hesternas reliquas. Terēt. Eunu. 5. 4. 17,

Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent. Plin. in Paneg. 107, Cœna hesterna redundare.

Hesternus dies. Cic. 2. de Nat. deor. 106. Sic, in Catil. 29.

Hesterna disputatio. Cic. 2. Tusc. 14.

Hesternum decus. Liu. 7. bel. Pun. 78.

Hesterno die lusimus. Catul. ad Licinium, epig. 47. 1.

Luce hesterna uidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 1.

Nocte hesterna lenior aura fuit. Ouid. epist. 18. 15.

Hestiæa] ἑστίαια, Thessaliæ pars apud Strabonem, lib. 13. & Ptolemæum: sed apud Homerum oppidū est in Eubœa: Stephanus urbem dicit in Acarnania.

Heterocliton] pen. cor. (ἑτερόκλιτον) interpretari potest alienæ & insolitæ declinationis.

Heterocraneas] ἑτεροκρανίας, uocant Græci morbum capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumetq; & inter pilos rotunda & humida ulcuscula assurgunt, & pus malidoris. Plin. lib. 31. cap. 9. 2, Ad heterocraneas capitisq; ulcera, & pustulas, papulasq; ue.

Heterognatus] pen. cor. (ἑτερόγναθος) ex Libanij declamatione quadam uorax intelligitur, qui nunc in dextram, nunc in sinistram cibum lingua conuoluat, uel utraq; oris parte cibaria simul conterens: unde doctum nomen γνάθος enim, maxilla est.

Heteromaschala] ἑτερομάσχαλα, Quæ ex altera tantum parte uillosa sunt, & seruitijs dicata, authore Polluce. Ex Hermolao. Quæ eadem heteromalla dicuntur, quemadmodum & amphimalla. Vide Bayfiū in libello de Re Vestiaria.

Heteronyma] Vide Homonyma.

Hetruria] τυῤῥηνία, ἐτρουρία, Italiæ regio, ad Macram fluuium usq; protenditur, ubi Liguriæ princip um est, quæ Varo in extimo Italiæ termino finitur. In Hetruria hodie Florentia clarissima, aliquando Fluentia dicta. Porrò Hetruria dicta est, quòd eius fines tenebantur olim usq; ad ripam Tyberis: & quasi ἑτρουρία, & per syncopem ἐτρουρία. Nam ἕτρος, est alter: & ὅρος, finis uocatur. Roma enim antea unam tantum Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis,

—& quæ Imperij fines Tyberinum uirgo natauit. Hæc Seruius apud Virgilium.

Solers Hetruria. Claud. in Eutrop. 1. 3.

¶ Hetruscus, Adiect. (τυῤῥηνὸς) ut, Mare Hetruscum. Horat. 3. Carm. ode 29. 8.

Obesus Hetruscus. Catull. in Egnatium, epig. 37. 3.

Hettematici] pen. prod. (ἡττηματικοὶ) apud Firmic. lib. 3. cap. 9, Ipsos tamen faciet hettematicos, & prima semper ætate uitiosos. Hettematicus dicitur, qui deterior & posterior est, neq; præstantiam in suo genere consequitur, & in eo offendit. (iungitur.

Heu] ἰὼ, Interiectio dolentis, Nominatiuo, datiuo, accusatiuo Nominatiuo. Virg. 6. Aen. 176,

Heu pietas, heu prisca fides. Sunt qui uocatiui casus esse dicant Pietas hoc loco.

Datiuo. Plaut. Milit. 20. 32, Heu mihi, nequeo quin fleam.

Accusatiuo. Terent. And. 4. 1. 22,

Heu me miserum, qui tuū animū ex animo spectaui meo

Cic. 7. Philip. 225, Heu me miserum, cur cogor, &c.

Heu heu. Plaut. Pseud. 5. 27,

Heu heu, quàm ego malis perdi modis quod tibi detuli.

Heus] ὦ, Aduerbium uocantis. Terent. And. 3. 3. 48, Heus euocate huc Dauum. Idem Eunu. 4. 1. 10,

——heus, inquit, puer, Pamphilam
Accerse. Cic. pro Mil. 44, Heus, ubi Ruscio, ubi Casca?

Heus significationem habet nominis ad intentionem, considerationemq; reuocādi, ut ait Donatus. Ter. And. 4. 1. 11, heus Proximus sum egomet mihi.

Sed heus tu, reuocantis particula. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 14, Sed heus tu, celari uideor à te: quónam modo mi frāter de nostris uersibus Cæsar? Terent. Eunu. 3. 1. 44,

Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi, &c.

Heus, dolentis. Virg. 7. Aeneid. 11,

Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.

Heus heus. Terent. Adelph. 24. 17, Heus heus Syre. s. hem, quid est? Idem Eun. 3. 3. 24.

Heus à Græco οὖ uenit, authore Festo Pompeio.

Hexaclinon] pen. prod. (ἑξάκλινον) stibadium significat, sex capiens conuiuas, uel potius locum in quo duo triclinia stare poterant: hoc est, sex lecti senatorij. id enim Græca dictio sonare uidetur. Martial. in Mamurram, lib. 9. 61,

Et testudinem mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.

Hexagonus] Adiectiuum, pen. prod. (ἑξάγωνον) Quod habet

Digitized by Google

habet sex angulos. Col. lib. 5. cap. 2. 14, Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur, Esto hexagonũ quoquo uersus lineis pedum triginta, &c.

Hexameter] hexametri, pen. cor. (ἑξάμετρ&) Sex pedum. Mart. lib. 6. 65,

Hexametris epigramma facis, scio dicere Tuccam. Cic. 3. de Orat. 107, Quòd si Ant. pater ille Sidonius, ille quem tu probè Catule meministi, solitus est uersus hexametros, aliosq; uarijs modis atq; numeris fundere ex tempore.

Hexaphorum] pen. cor. (ἑξάφορον) Lectica quæ à sex seruis ferri solet. Mart. lib. 1. 157,

Ingenti latè uectus es hexaphoro. Idem lib. 6. 77.

Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Hexastichum] pen. cor. (ἑξάστιχον) Hordeum dicitur, cuius spicæ sex ordines habent: sicut distichum, quod duos. Colu. lib. 2. cap. 9. 12, Proximus est bis frumentis usus hordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant: quoniam & alia animalia quæ ruri sunt melius, quã malum triticum pascit.

Hexeres] pen. prod. (ἑξήρης) naues, quæ sex remorum ordines habent. Liu. 7. bel. Maced. 94, Regia classis septẽ & triginta maioris formæ nauium erat: in quib. tres hepteres & quatuor hexeres habebat, præter has decem triremes erãt.

Hiarbas] ἰάρβας, rex Libyæ, qui Didonem re uera uoluit ducere. Et ut habet historia, quum hæc negaret, Carthagini bellũ intulit: cuius timore cũ cogeretur à ciuib. petit ut antè plateret manes mariti, & exædificata pyra se in ignem præcipitauit. Seruius explicans illud Virgilij 4. Aen.

Non Libyæ, non antè Tyro despectus Hiarbas. Scribitur nonnullis sine aspiratione.

Hiasco, Hiatus] Vide Hio, hias.

Hiberia, hiberus] Vide Iberia.

Hibernia] ἰβερνία, Insula in mari Atlantico. Cæsar lib. 5. bel. Gal. Hibernia dimidio minor, ut æstimatur, quàm Britãnia. Huius incolæ, longè magis quàm Britanni syluestres sunt, ut scribit Strabo lib. 4.

Hibernus] Vide Hybernus.

Hibiscus] hibisci, m. g. uel hibiscũ, n. g. (ἀλθαία) & quibusdam ebiscus: Herba non dissimilis maluæ, ut inquit Theophrastus: folio maiori quàm maluæ, pilosiori; caule. Vsus eius est ad rupta & tusses. Plin. lib. 19. cap. 5. 22, Hibiscum à pastinaca gracilitate distat: damnatum in cibis, sed medicinæ utile. Virgil. pro iunci siue ulminis genere accipit, in Alexi, Hædorumq; gregem uiridi cõpellere hibisco.

Hibla] Vide Hybla.

Hibris] hibridis, Hibridas sues uocabant antiqui semiferas, ex placido & fero natas. Plin. lib. 8. cap. 53. 1, Aequè facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hibridas uocabant, ceu semiferos: ad homines quoq;, ut in C. Antonium Ciceronis in Consulatu Collegam appellatione translata. Sunt qui scribant per y Græcum, Hybris.

Hic] ὅδε, ὅδε, hæc, hoc, Pronomen demonstratiuum. Hic, iste, & ille: & aduerbia ab eis descendẽtia, qualia sunt, hic, istic, illic: hinc, istinc, illinc: huc, istuc, illuc: hac, istac, illac: horsum, istorsum, illorsum: hucusq;, istucusq;, illucusq;: hoc, isto, illo: hanc habent differentiam: quoniam Hic cum cæteris, dicitur de persona loquente, aut de re ei proxima. Iste uerò cum cæteris, de persona ab utroq; remota, uel de re ei proxima. Ille aũt de tertia persona ab utroq; remota, uel de re ei proxima. Hæc ex Valla lib. 2. Terent. Eunuch. 3. 1. 33,

—unà in conuiuio
Erat hic quem dico, Rhodius adolescentulus. Idem Andr. 1. 1. 85.

Hic, pro Ego ipse. Terent. And. 2. 1. 12,

Tu si hic sis, aliter sentias. Vbi donatus, Hic, seipsum ostendens dicit. & est Hic pronomen.

Hic, ille. Terent. Eunuch. 3. 1. 53,

Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà. Ibidem, 4. 4. 14.

Hic dies. Terent. And. 1. 1. 75, hic nuptijs dictus est dies. Sic, Mensis hic. Terent. Adelph. 3. 4. 29.

Puer hic unde est? Terent. Andr. 4. 5. 9, Quid hic uult? Idem And. 1. 1. 13.

Hic ipsius est de quo aiebam. Terent. Adel. 1. 1. 53. Vide Ipse.

Hic meus, hic noster. Terent. Adelph. 4. 5. 17,

Hic meus amicus, illi genere est proximus. Idem Eunuch. 2. 3. 62,

In hanc nostram plateam, cõmodum huc se aduorterat.

Hanc tuam, pro istam. Terent. And. 3. 2. 39, Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam uolo.

Hunc istum otij & pacis hostem. Cic. pro Domo sua, 20.

Huic illi legato, &c. Cic. pro Flacco, 42.

Hic somnus est mihi: hoc est, Ita dormire soleo. Plautus Curcul. 4. 29:

¶ Hæc, αὕτη, ἥδε, huius, huic, hanc, fœmininum. Plurali numero in genere neutro dicitur etiam hæc: quod fœminino iunxit Terent. in Eunuch. 3. 5. 34, Hæc adornant ut lauet.

Hæc ferè de moribus. Cic. 1. Acad. 55.

Hæc illa. Terent. Andria, 1. 1. 99,

Hinc illæ lachrymæ, hæc illa est misericordia.

Hæc ea est quam miles, &c. Terent. Eunuch. 4. 6. 14.

Hæc pictura. Terent. Eunuch. 3. 5. 36,

Vna hæc spes est, ubi ubi est, diu celari non potest.

Terent. Eunuch. 2. 5. 4.

Ad hanc manum. Terent. Adelph. 4. 2. 38,

Est ad hanc manum sacellũ: ibi angiportum propter est.

Hac re, pro Sic, uel hoc modo. Terent. Eunuch. 1. 2. 92. Ibidem 4. 4. 56, Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris.

¶ Hoc (τοῦτο τόδε) huius, huic, hoc, neutrum. Terent. Eunu. 4. 4. 27, —agedum hoc mihi expedi Primum. Ibidem 1. 2. 50, Hoc agite amabo, mater mea, &c.

Hoc, Ablatiuus, pro Propter hoc. Plin. epist. 19. lib. 2, Tamen hoc quòd sedent, quasi debilitantur.

Hoc, pro Tanto, sequente Quo. Cic. 2. Tusc. 97, Vt enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum, eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta atq; adducta uehementius: sic uox, sic cursus, sic plaga hoc grauior, quo est missa contentius.

Hoc, sequente Quòd. Cicer. 3. de Orat. 79, Siu eos disiungent, hoc erunt inferiores, quòd, &c. Idem ad Attic. Atq; etiam hoc magis, quòd, &c.

Hoc alterũ. Terẽt. Eunu. 5. 4. 7, —eam cõfeci sine molestia.

Sine sumptu, sine dispendio: tum hoc alterum
Id uerò est, quod mihi puto palmarium.

Hoc aliud est quod gaudeamus. Terent. Eunuch. 5. 9. 11.

Hoc amplius. Terent. And. 1. 1. 4,

Quid est quod ibi mea ars efficere hoc posit amplius?

Hoc ætatis, pro eius ætatis. Plaut. Bacch. 5. 108,

Nec nauigarem tandem hoc ætatis senex.

Hoc æui. Plin. lib. 2. cap. 31. 2, Ad hoc æui nunquam prodũtur. Idem lib. 6. cap. 4. 1.

Hoc biduum. Terent. Eunuch. 1. 2. 107,

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.

Hoc cõfiteor iure obtigisse. Terent. And. 3. 5. 1. Idem Eunu. 5. 2. 59, —crede hoc meæ fidei.

Hoc dic. Terent. Eunu. 4. 6. 28,

Hoc dic modò, sororẽ illã tuã esse, &c. Ibidem, 2. 2. 44,

—hoc

——hoc nunc dices, Electos hinc nos.
Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. Terentius Andr. 3 2.26.
Hoc est patrem esse? Terent. Adel. 4.5.74.
Hoc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducet scio. Terēt. Eunuch. 4.1.14.
Hoc est, pro Id est. Cic. pro Cecin. 14, Iustius ille fundus est quem quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus uenijt, possedi. Horat. 2. Serm. Satyr. 7,
—Dauúsne? ita Dauus amicum
Mancipium domino, & frugi, quod sit satis, hoc est.
Vt uitale putes. Dicens, Hoc est, exponit illud Quod sit satis, per hæc uerba sequentia, Vt uitale putes. quasi ita dixerit, hoc est, sic frugi ut ipsum putes esse uitale.
Hoc est dicere. Cic. 6. Ver. 39, Hoc est enim dicere, nō es dignus tu qui habeas quæ tam, &c.
Hoc facito. s. rectè sanè. d. hoc fugito. s. callidè.
d. Hoc laudi est. s. isthæc res est. d. hoc uitio datur.
s. Probißimè. Terent. Adel. 3.3.63. Ibidem, 3.3.71.
Cum tanto munere hoc. Terent. Eun. 2.3.61.
Idem hoc tu ais? Terent. Eun. 4.7.40.
Hoc commodi est quod ita uixerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 55.
Hoc hominis. Terent. Eun. 3.4.8,
——quid hoc hominis? qui hic ornatus est? Terentius Eunuch. 3.4.8.
Hoc honoris alicuius causa suscipere. Cice. Dolabellæ, in Epist. ad Attic. lib. 15.328.3.
Hoc literularum exarare. Cic. Attic. lib. 12.232.1.
Hoc mentis habere. Quint. lib. 4. cap. 2.
Hoc morbi. Terent. Eunuch. 2.1.19,
Di boni, quid hoc morbi est.
Hoc noctis, & hoc lucis. Plaut. Amph. 4.13.
Hoc noui. Cic. Attic. lib. 1.11.22.
Hoc sceleris. Terent. Eun. 2.3.34.
Hoc uilli. Terentius Adelph. 5.2.11,
—interea in angulum Aliquò abeam, atq; edormiscam hoc uilli.
Hoc nisi sit puerum ut tu uideas, nihil mouentur nuptiæ. Teren. And. 3.2.36.
Hoc nouum est aucupium. Terent. Eunuch. 2.2.16.
Hoc opus est. Terent. And. 4.2.21.
Hoc patrium est, potius consuescere filium
Sua sponte rectè facere, Terent. Adel. 1.1.49. Idem Adel. 4.7.7, Hoc peccatum est in uirginem ciuem.
Hoc plus facies. Terent. Eunuch. 2.1.15.
Hoc primum in hac re prædico tibi. Terent. And. 1.1.19.
Hoc primum est. Terent. Adel. 4.4.23.
Hoc mihi respondē. Terent. Eunuch. 4.7.22.
Hoc est quod. Plaut. Asinar. 16.14, Hoc ecastor est quod ille it ad cœnam quotidie. Hoc est, ea est causa cur, &c. Idem Pseud. 22.8, Quid opus, me multas agere ambages, hoc homini est quamobrem Vitam amet.
Hoc quid sit. Terent. And. 1.2.20,
Debinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, ut redeat iam in uiam. d. Hoc quid sit.
Hoc unum. Terent, Eunuch. 5.2.38. Ibidem, 5.9.54,
Vnum etiam hoc uos oro, ut me in uestrum gregem Recipiatis.
Hoc uerè dicunt. Terent. Adelph. 1.1.3.
Hoc utrunq;. Terent. Eunuch. 1.2.41, Vtrunq; hoc falsum est, effluet.
Hoc, pro hic. Terent. Phorm. 1.4.32,
——hoc nihil est Phædria: ilicet,
Quid conterimus operam frustra? Vbi Donatus, Vtrum Hoc relatiuum? an Hoc cum contemptu, pro hic Antipho nihil est. Sic Cicer. in Verr. Etsi hoc nescio quid nugatorem sciebam. pro hunc.
Huius non faciam, pro Flocci faciam, & minimum æstimabo. Terent. Adel. 2.1.9.
Hac re, pro Eam ob rem. Senec. epist. 9, Hac re, florētes amicorum turbas circunsedet.
Datiuus pronominis, Huic, monosyllabum est. Virg. 1. Aeneid. 70, Huic coniunx Sichæus erat.
Huic per diæresim dissyllabum efficitur. Statius 1. Theb.
Lætus huic domino uideas dare iura nepotes.
His legibus, pro Hac conditione. Plaut. Anlul. 6.30, His legib. quum tu dare uis, cedo, nuptias adorna.
His moribus. Terent. And. 2.3.21,
——Vxorem his moribus dabit nemo.
¶ Hicce (ὅτοσι) hæcce, hocce, Idem est quod Hic, hæc, hoc. Terent. Eunucho, 2.2.38, Hicce hoc munere arbitratur suam Thaidem esse. Idem Adelph. 3. 1. 31, Hisce oculis egomet uidi.
Sostrata. Idem Andr. 3.5.18, Namq; hocce tempus præcauere mihi me, haud ulcisci sinit. Cic. 4. Verr. 5, Sic pop. Roman. iucunda suburbanitas huiusce prouinciæ.
¶ Hiccine, hæccine, hoccine, pen. cor. Id est, talis. Semper cum interrogatione. Terent. Hecyra 1.1.13,
Hiscine tu amabo non contrà insidiabere? Vbi Donatus, ὑφώτησις, interrogatio. Id est, talibus. Idem Adelph. 4.7.40,
——ô Iupiter, Hanccine uitam? hoccine mores? hāc dementiam? Quidam unico c scribunt, Hiccine.
Hiccine est Simo? Terent. And. 5.4.4. Cic. 3. Tusc. 68, Hiccine est Telamon ille, modò quem gloria ad cælum extulit?
Hæccinæ parua meum funus arena teget? Propert. lib. 1. eleg. 16.2,
Hoccine credibile est, aut memorabile, &c. Terent. And. 4.1.1. Vbi Donatus, Totum hoc in pronuntiatione: hoc enim genus interrogationis, uim negandi exprimit.
Hiccine, Dubitatiuè. Liu. 1. ab Vrbe, 10, Haud nihil ambigam hiccine fuerit Ascanius, an maior, &c.
¶ Hìc (οἰκάδε, οἰκαῦθε, οἰκαυθεὶ, ὧδε) Aduerbium in loco. Terent. Eunuch. 5.2.5.2,
Iam frater ipse hic aderit uirginis. Ibidem 4.6.5,
Quem præstolare Parmeno hic ante ostium? Idem Adelph. 2.1.15,
Hic propter hunc astiste.
Hic, Vbi promiserant. Terent. And. 4.1.13,
——ubi fides est
Si roges, nihil pudet hic, ubi opus est,
Non uerentur: illic, ubi nihil opus est, ibi uerentur.
Hic, pro Tum, Aduerbium temporis. Terent. Hecyr. 1.2.92.
Hic animus partim uxoris misericordia
Deuictus, &c. Donatus. Virg. 9. Aeneid. 50. Hic annis grauis, atq; animi maturus Alethes. Terent. And. 2.3.15,
—hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta ut fient. Vbi Donatus, Hic, aduerbium loci non est, sed aduerbium temporis. Cicer. 5. Verr. 57, Hic illi flentes rogare atq; orare cœperunt, ut, &c.
Hic, pro In hac re & negotio. Plaut. Bacchid. 2.4,
Lycurgus, ut mihi quidem
Videtur, posset hic ad nequitiam adducier.
¶ Hinc (ἔνθεν, ἐνθοῦδε, ἐντεῦθεν) Aduerbium de loco. Plaut. Amph. 8.8, Atq; is repentè abijt à me hinc ante lucē. Terent, Adelph. 4.4.9, Nam ut hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, ubi eā uidi ilico Accedo. Vide Abeo & Abīū.



Digitized by Google

*Hinc ab læua.* Plaut. Milit. 10.13,
*Sed ſpeculator, ne quis aut hinc ab læua, aut ab dextera, &c.* Terent. And. 4.4.13,
—*ego quoq; hinc ab dextera*
*Venire me aſſimilabo.*
*Hinc ab ianua aliquid tollere.* Terent. And. 4.5.20.
*Hinc ciuis eſt.* Terent. 5.1.14, *Illam hinc ciuem eſſe aiunt.* Idem Eunuch. 5.5.10.
*Hinc à nobis profecti in cælum reperientur.* Cic. 1. Tuſc. 46.
*Abeſt hinc de.* Vide Abſum.
*Hinc in.* Cic. de Fin. *Via quæ eſt hinc in Indiam.*
*Hinc empta.* Terent. Adelph. 2.2.22. Sic, apud Ciceronem, 3. in Catil. 89, *Quidam hinc nati.*
*Hinc eo.* Terent. Eun. 3.2.12, *Cur non imus hinc?* Cic. 2. de Orat. 8, *Dixit ſe Scæuolam hinc euntem eſſe conuentum.*
*Hinc euoca aliquem foras.* Terent. Eunuch. 2.2.52.
*Hinc ex Attica abrepta.* Terent. Eunuch. 1. 2.30. Cic. pro leg. Agrar. 91, *Nos autem hinc Roma qui ueneramus.*
*Hinc ex proximo oritur clamor.* Plaut. Aulul. 14.6.
*Hinc ex ara.* Terent. And. 4.4.5.
*Hinc intrò concedam.* Terent. Eun. 1.2.126.
*Hinc & hinc.* Martial. lib. 10.83,
*Raros colligis hinc & hinc capillos.*
*Hinc atq; hinc glomerantur.* Virg. 1. Aeneid. 101.
*Hinc illuc.* Terent. Adelph. 2.2.17,
*Coemiſſe hinc quæ illuc ueheret multa.*
*Hinc illinc.* Liuius 2. ab Vrbe, 50.
*Hinc illinc uenit.* Terent. Adel. 4.5.39,
—*dum cognatus hinc Illinc ueniret expectantem?*
*Hinc atq; illinc totus ſeptẽtrio eremigatus.* Plin. lib. 2. ca. 67. 2.
*Hinc & illinc exhibent mihi negotium.* Plaut. Moſtel. 8.39. Cic. de Vniuerſ. 62, *Id fit quum ſpeculorum læuitas hinc illincq; altitudinem aſſumpſit, &c.*
*Hinc inde, Vndecunq; circumquaq;.* Plin. epiſt. 190. d, *Longũ eſt omnia quæ tunc hinc inde iacta ſunt, recenſere.* Mart. lib. 1.188, *Cubitis trudit hinc & inde conuiuas.*
*Ne inde odium, hinc contemptus oriatur.* Quint. lib. 2. cap. 2.
*Hinc loci mei.* Terent. Eunuch. 2.2.3,
*Conueni hodie aduenies, quẽdam mei loci hinc, atq; ordinis.*
*Hinc ex hac cauſa.* Terent. And. 1.1.99,
*Hinc illæ lachrymæ, hæc illa eſt miſericordia.* Cicero pro Flacco 43, *Hinc totum odium, hinc omnis offenſio.*
*Hinc, Ex hoc uel illo.* Terent. Adelph. 3.3.7,
*Sed eccum Syrum ire uideo. hinc ſcibo iam ubi ſiet.*
*Hinc, Ex hac parte.* Cic. 2. in Catil. 44, *Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum.* Idem in Tuſc.
*Hinc uolucrum naturæ dicentur.* Plin. lib. 9. cap. 62. 2.
¶ *Hàc, Aduerbium per locum, Id eſt, per eum locũ in quo ſum.* Terent. Eunu. 5.64, *Ite hàc omnes uos: ualete, & plaudite.*
*Hàc iter eſt.* Virg. 9. Aeneid. 68.
*Hàc, pro Illac.* Terent. 4.2.42,
—*in porticum rurſum redi:*
*Sanè hàc multo propius ibis, & minor eſt erratio.*
*Hàc an illac.* Plaut. Rud. 5.20,
—*ita nunc hàc, an illac eam, ſum incerta Conſilij.*
*Hàc illac circuncurſa.* Terent. Heaut. 3.2.1.
*Hàc non ſucceßit.* Terent. Andr. 4.1.46,
*Hàc non ſucceßit, alia aggrediamur uia. Id eſt, hoc modo quem tentauimus.*
¶ *Huc, Aduerbium ad locum (ἄσυρω, ἀστόδι, ὧδι)* Virgil. 2. eclog. 9, *Huc ades.*
*Huc abij cum illo.* Terent. Eunuch. 1.2.40.
*Huc in medium agmen.* Terent. Eunuch. 47.4.
*In medium huc agmen cum uecti* Donax.
*Huc in urbem rarò commeat.* Terent. Hecyra, 1.2.100.
*Huc te accerſi iußi.* Terent. Eunuch. 1.2.19.
*Huc coràm illum adducam.* Terent. And. 5.3.29.
*Huc deducta ad.* Terent. Eunuch. 2.3.60,
*Huc deducta eſt ad Thaidem meretricẽ: ei dono data eſt.* Cic. 2. Tuſc. 34, *Huc arripe ad me manibus abſtractam pijs.*
*Huc euocate.* Terent. And. 3.3.48.
*Huc foras.* Plaut. Aulul. 6.14,
—*eo nunc te ſecretò huc foras ſeduxi, Vt, &c.*
*Huc intrò.* Terent. Eun. 5.6.26, *Ceſſo huc intrò irrumpere?*
*Huc deambulare.* Terent. Adelph. 6.1.4.
*Huc prouiſo.* Terent. Eunuch. 3.1.4.
*Huc ſecede procul.* Plaut. Cap. 5.29.
*Huc renumeret dotem.* Terent. Hecyra, 3.5.52. Idem Eunuch. 4.7.26, *Pamphilam ergo huc redde.*
*Huc redeunt hæc uerba.* Terent. Eunuch. 1.2.78. *Id eſt, eam ob cauſam dicuntur.*
*Rem huc deduxi, ut, &c.* Cic. 2. in Catil. 27.
*Huc & huc ora uertere.* Horat. Epod. 4.2.
*Huc illuc.* Tacit. libro 1, *Sed exterruit Cecina huc illuc ferens arma.*
*Huc & illuc, Incertum iter oſtendunt.* Cic. ad Attic. lib. 9. 180. 7, *Ne fortè aut abſim quum ueniet, aut curſem huc & illuc deterrima uia.* Sic, 1. de Orat. 9, *Huc & illuc intueri.* Idem in Offi. *Pars quæ hominem huc & illuc rapit.* Horat. 4. Carm. ode 1.2, *Huc & illuc curſitare.*
*Nunc huc, nunc illuc.* Virg. 5. Aeneid. 139.
*Huccine tandem omnia reciderunt?* Cic. 7. Verr. 127
*Hucuſq;, pro Vſq; huc.* Plin. lib. 6. cap. 29. 11, *Hucuſq; Seſoſtris exercitum duxit.*

**Hidruntum**] ὑδροῦς, *Hydrus* Ptolemæo lib. 3. cap. 1. *Calabriæ oppidum iuxta Ionium mare.* Vulgò Otronto.

**Hiera**] ἱερὰ, pen. corr. *Inſula eſt maris Siculi, una ex Aeolijs. Dicta autem ἱερὰ, id eſt, ſacra, quòd Vulcano ſacrata eſt, & plurimum colle eminentißimo nocte ardet, ut ſcribit Solinus cap. 11.*

*Hiera, uiæ nomen: ſic dictæ, quòd ea irent ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem.*

¶ *Hiera, uxor Telephi regis Myſorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quũ marito ferret opẽ qui ab Achille uulneratus fuerat. Ea (ut fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, ut etiam Helenam ſuperaret.*

**Hieracites**] *Gemma, à colore accipitris ſic uocata.* Plinius libro 37. cap. 10.

**Hieranthemis**] *huius hieranthemis, Flos eſt chamæmeli herbæ uulgatißimæ.*

**Hierapolis**] *Ciuitas Aſiæ contra Laodiceam, ubi aquæ calidæ ſcaturiebãt, quæ in tophũ admodum facilè durabantur. Ptolemæo lib. 5. urbs Syriæ, Plinio Bambicen dicitur, Syris Magog.*

**Hierarchia**] *Latinè ſacer principatus dicitur.*

**Hieri**] pen. corr. ἱεροὶ, *Populi ſunt ultra Sauromatas, caluiſimi à natiuitate, et promiſcuè barbã habẽtes. Qui ideò ἱεροὶ, id eſt, ſacri dicuntur, quia nihil iniuſtè agũt, nec bella mouẽt.*

**Hiero**] pen. cor. (ἱέρων) *Syracuſanus, quum eſſet ex duce rex factus, Populi Romani perpetuus amicus fuit: at quũ omnis expers diſciplinæ in morbum incidiſſet, erudiri cœpit, ac ultrò ſermonibus phyſicis aures accommodare, donec paulatim, dum per ualetudinem licuit, poetis Pindaro & Simonide acerſitis uſus eſt.* Aelianus de Varia hiſtoria.

*Hiero, Syracuſanorum tyrannus, in quo pulchritudo corporis & uires fuerunt admirabiles: de quo Iuſtinus.*

*Hiero alter, Ferreus cognomento Athenienſis, familiaris Niciæ*

ducis Athenienſis, unáq; cum eo diſciplinis eruditus: poemata nonnulla conſcripſit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem ſuam peruenisse teſtatur.

Hierobotane] ἱεροβοτάνη, Herba: cuius meminit Plin. lib. 25. cap. 9. 3.

Hieroduli] ἱερόδουλοι, pen. prod. Sacrorum miniſtri. Firmicus lib. 8. matheſeos, ſcribit futuros ædituos, aut Hierodulos, qui habuerint horoſcopiũ in uiceſimaſexta parte Geminorũ.

Hieroglyphicæ] pen. corr. (ἱερογλυφικαὶ) Literæ ſacræ. Quo nomine dictæ ſunt Aegyptiæ, quæ notis uolucrum, ferarum, aliarumq; rerũ prænotatæ erant. De quibus ſic Tacitus, Primi per figuras animaliũ Aegyptij ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumẽta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur, & literarũ inuentores perhibentur.

Hieronîcus] pen. prod. Qui in ſacris hominibus uicerat.

Hieronymus] ἱερώνυμος, pen. cor. Siciliæ tyrãnus: Hieronis patri ſucceſſit admodum puer: cui pater metuens, relictis tutoribus XVI. Mandauit moriens ut fidem erga Pop. Rom. annos quinquaginta ab ſe cultam, inuiolatã ſeruaret. Hic poſtea abiecta tutela, contempta patris diſciplina ac moderatione, luxurioſius & arrogantius agendo, à Romanis deſciuit, Annibaliq; adhæſit. Quumq; ſuperbè nimis in ciues ſeſe haberet, ab eiſdẽ interfectus eſt. Liu. lib. 4 ſecundi belli Punici.

Hieronymus Hiſtoricus Rhodius, familiaris Demetrij Poliorcetis, relictuſq; ab eo profectus in regione Bœotiæ, ſcripſit res ipſius Demetrij geſtas. Plutarchus in Demetrio.

Hieronymus, Sacrum nomen Latinè interpretatur, quod uirì ſanctiſſimi & doctiſſimi Stridonenſis ex Dalmatia, proprũ fuit: cuius Opera in pretio habentur.

Hieronymus, Philoſophus Rhodius, qui finem ſummi boni poſuit in indolentia.

Hierophylax] pen. corr. (ἱεροφύλαξ) id eſt, ſacrorum cuſtos. Scæuola in l. annua his uerbis. ff. de annuis leg.

Hieroſolyma] Hieroſolymæ, pen. cor. & Hieroſolyma, Hieroſolymorum, tantùm pluraliter (ἱεροσόλυμα) Vrbs Iudææ ſeu Palæſtinæ, quæ & Hieruſalem uocabatur. Cic. pro Flacco, 52, Quum aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia ex omnibus ueſtris prouincijs, Hieroſolymam exportari ſoleret. Ibidẽ, 53, C. Pompeius captis Hieroſolymis uictor ex illo ſano nihil attigit. Dicuntur aũt Hieroſolyma, ut ſcribit Egeſippus, quæ primo Solyma dicebantur. Sed quũ rex Cananæus cognomento Iuſtus, qui fuit conditor Solymorum, templũ addidiſſet, inde Hieroſolyma nũcupauit. Græci enim ἱερὸν templum uocant. Euſebius libro nono Euangel. præp. ait Hieroſolymá appellari, quaſi hieron Solomonis, hoc eſt, ædẽ Solomonis, à templo quod Solomon Hieroſolymis pulcherrimũ magnificentiſſimũq; cõſtruxit. lib. 21, Solymos carminibus Homeri celebratã gentẽ, conditæ urbi Hieroſolymã nomen è ſuo feciſſe. Suet. in Nerone, Regnũ Hieroſolymorũ.

¶ Hieroſolymarius (ἱεροσολυμαῖος) dictus eſt Pompeius, à Hieroſolymis expugnatis. Cic. Att. lib. 2. 24. 2, Vt ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis, &c.

Hierotheus] Nomen uiri proprium.

Hilaris] & hoc hilare, pen. corr. (ἱλαρὸς, φαιδρὸς) Lætus & iucundus. Horat. 1. epiſt. 19. 19,

Oderunt hilarem triſtes triſtemq; iocoſi.

Hilaris animus. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 15. 1, Riſi niuẽ atram, teq; hilari animo eſſe & prompto ad iocandum ualde me iuuat.

Hilare cæuædiũ. Plin. epiſt. 17. 2, Hoc eſt iucundũ et delectabile.

Hilarem diem ſumere. Terent. Adelph. 2. 4. 23.

Hilare & lepidum ingenium. Plaut. Moſtel. 54.

Hilarem in modum epulati ſumus. Cic. ad Attic. lib. 5. 96. 1, Legendum ex uetuſto codice, ſaliarem.

Probitas hilaris. Stat. 5. Sylu. 2. 15.

Hilari uultu atq; læto. Cic. 1. Tuſc. 161.

Hilaris & triſtis opponuntur. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Populus hilaris. Ouid. 3. de Arte, 103.

¶ Hilarus, hilara, hilarum (ἱλαρὸς) pro eodem. Terent. Adel. 4. 7. 38. Ibidem, 5. 3. 56, hodie modò hilarum fac te.

Hilara uita. Cic. 5. de Fin. 157. Idem Attico, lib. 16. 333. 2, Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in arcano conuiuis tuis: ſed ſi me amas, hilaris, & bene acceptis, ne in me ſtomachum erumpant, quum ſint tibi irati. Eidem, lib. 5. 108. 7, Hilara ſanè Saturnalia.

¶ Hilarulus, pen. corr. Diminutiuum (ὑφιλαρὸς) Cic. ad Attic. lib. 16. 336. 10, Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des.

¶ Hilaritas, pen. corr. hilaritatis (ἱλαρότης) Feſtiuitas, iucunditas. Cic. 2. de Finib. 206, Non enim hilaritate, nec laſciuia, nec riſu aut ioco comite leuitatis, ſed ſæpe etiam triſtes, firmitate & conſtantia ſunt beati.

Hilaritas & Lætitia. Cic. 1. de Oratore, 126.

Hilaritas & Triſtitia, contraria. Cic. in Orat. 33.

Multa hilaritas. Cicero 1. Offic. 151, Erat in C. Lælio multa hilaritas.

Hilaritatem afferre. Vide Affero.

Hilaritatem amittere. Cic. ad Attic. lib. 12. 255. 2.

Hilaritatem aliquem conſpergere. Cicero 1. Academic. 13. Vide Conſpergo.

Hilaritatem eripere alicui. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 11. 3.

Hilaritas diei. Colum. lib. 9. cap. 14. 15.

¶ Hilarè, pen. corr. Aduerbium (ἱλαρῶς) Quod & hilariter dicitur. Cic. 5. de Finibus, 157, Dicimus aliquem hilarè uiuere. Idem de Orat. lib. 2. 160, Ego uerò atq; hilarè quidem à te acceptus. Cic. 3. Tuſc. 108, Hilarius loquuti.

Hilarè & libenter ei cupienti audire noſtra, dixi ſine te omnia muta eſſe. Cic. ad Tironem, lib 16. 12. 3.

Epulatus hilarè. Tacit. lib. 11.

Hilariſſimè. Plaut. Menæh. 4. 38.

—Ecquid audes de tuo iſtuc addere? P. atq; hilariſſimè.

¶ Hilaritus, pen. corr. (ἱλαρῶς) pro Hilariter dixit. Plaut. Mil. 10. 82, Es, bibe, animo obſequere mecum, atq; onerato hilaritus me.

¶ Hilaro, hilaras, pen. corr. (ἱλαρύω) hilarare, Lætitiam, iucunditatemq; afferre. Cic. lib. 2. de Fin. 12, Omnes enim iucundum modum quo ſenſus hilarẽtur, Græcè ἡδονὴν, Latinè uoluptatem uocant. Idem de claris Orat. 22, Huius ſuauitate maximè hilaratæ ſunt Athenæ.

Animum hilarare. Catul. de Berecynth. epig. 58. 4.

Hos ubi facundo tua uox hilarauerit ore. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 8.

¶ Hilaror, hilararis, Paſſiuum. Plin. lib. 19. cap. 42. 3, Conſtat emori uictas difficultate uerbi, ac niſi ſubinde eadẽ audiant memoria falli: quærentes mirum in modum hilarari, ſi uicerim audierint id uerbum. De pſittacis.

¶ Hilareſco, hilareſcis (ἱλαρύνομαι) hilareſcere, Hilarem fieri. Varro epiſt. Latin. lib. 1, In uotum amicorũ domus fumat, hilareſco.

¶ Hilaria, hilariorum, pluraliter tantùm, n. g. (ἱλάρια) Antiqui diem æquinoctij uerni colentes appellarũt, ut ait Macrobius: nempe octauum Calen. Aprilis, quo fit æquinoctiũ uernum, quo primùm tempore ſol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiſcus in Aureliano.

Hilla] hillæ, fœm. (νῆσις, ἐγκόλιον) uel hilla, hillorum, neut. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 12,

—perna magis, ac magis hillis
Flagitat immorſus refici. Quo loco Acron, Hilla, inquit, dicuntur

Digitized by Google

dicuntur falsa inteſtina hirci. Poſitū eſt diminutiuè hæc hillá. Quidam in diminutione neutri generis eſſe dicunt. Alij dicūt farta falſitia. Hæc ille. Varro de Ling. Lat. lib. 4. ab hillum deducit, quod eſt minimū. Videtur eſſe inteſtinū illud porcinum fartū alijs inteſtinis. Plau. Atq; hillas infumatas et ſumē.

Hilum] huius hili, Nigrum illud putatur quod in ſummitate fabæ adhæret, inquit Feſtus.

Hilum, pro breui exiguoq; ponitur, authore Nonio. Cic. 1. Tuſc. 16, —num illud quod Siſyphus uerſat.

Saxum Sudans nitendo, neq; proficit hilum? Ex poeta.

¶Himantopodes. Vide Imantopodes.

Himera] pen. corr. (ἱμέρα) Fluuius Siciliæ, qui in duas partes diuiditur: & in altera, dulcem ſaporem, in altera ſalſum retinet. Plin. lib. 3. cap. 8.

Hinc] Vide Hic.

Hinnio] hinnis, hinniui, hinnitum, pen. prod. (χρεμετίζω) hinnire, Proprium equorum, ut ait Feſtus.

Fortiter hinnire. Quintil. lib. 1. cap. 5. 45.

¶Hinnilito, hinnilitas, hinnilitare, Frequentatiuum antiquum, idem quod Hinnio. Lucil. Hæc inquam rudet ex roſtris, atq; Hinnilitabit. Vide Varr. lib. 6. de Ling. Lat.

¶Hinnitus, huius hinnitus, pen. prod. (χρεμετισμὸς) Liu. 2. ab Vrbe, 273, Fremitus, & uox ipſa quā equi emittere ſolent. Cic. 1. de Diuin. 126, Quū aūt aliquantū progreſſus eſſet, ſubitò exaudiuit hinnitū, reſpexitq;, & equum alacrē aſpexit.

Acutus hinnitus. Virg. 3. Georg. 18.

Edere hinnitus. Ouid. 2. Metam. 144.

¶Hinnibundè, pro Hinnienter, ab eo quod eſt hinnio. Claudius Annalium lib. 16, Equi hinnibundi inter ſe ſpargentes terrā calcibus. Nonius.

Hinnus] hinni, m. g. (νῆρος) Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 8, Hinnus qui appellatur ex equo & aſina, minor eſt quàm mulus corpore, pleriq; rubicundior, auribus ut equi, iubam & caudam ſimilē aſini. Item in uentre eſt, ut equus, menſes duodecim. hoſce itē ut equulos & educant & alunt, & ætatem eorū ex dentibus cognoſcūt. Col. lib. 7. cap. 37, Qui ex equo & aſina cōcepti generātur, quāuis à patre nomē traxerint, quòd hinni uocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt.

¶Hinnulus, hinnuli, pen. corr. Diminut. (νηρίδιον, νημὰς) Eſt fœtura capræolorum, caprarum, damarum, leporum, ſimiliumq;. Plin. lib. 28. cap. 9. 26, Summis autem remedijs præfertur hinnuli coagulum in matris utero execti ex antiquo codice legitur, hinulei coagulum.

Hinnulus dicitur etiā qui patre equo, matre aſina natus eſt, quē quidam burdonem nominant. Plin. lib. 8. cap. 44. 2.

¶Hinnuleus, hinnulei, pen. corr. Idem Horat. 1. Carm. ode 23, Vitat hinnuleo me ſimilis Chloe. Carmē eſt Aſclepiadeum.

Hio] hias, hiare (χαίνω) Propriè eſt ore aperto ſpiritū emittere. Plin. lib. 8. cap. 15. 2, Inuitat ad hiandū pabuli ſui gratia.

Hiare, ſponte, uel aliqua ui externa aperiri ſiue ſcindi: ut, Ligna hiant ariditate, & tellus æſtu. Saluſt. lib. 4, Atq; hiauit humus multa, uaſta & profunda. Col. lib. 5. cap. 9. 10, Quum terra æſtibus hiat.

Hiare flores dicuntur, quū aperiūtur. Proper. lib. 4. eleg. 2. 16, Nec flos ullus hiat pratis, quin, &c.

Hiant ſenſus. Cic. 2. de Finib. 12, Omnes enim iucundū modum quo ſenſus hiarēt, Græcè ἡδονὴν, Latinè uoluptatē uocant. Ex uetuſto codice legendum, hilaretur.

Hiare uocalibus ſermo dicitur, quum propter multarum uocálium concurſum hiulco ore proferendum eſt. Quintil. lib. 9. cap. 4, Neq; enim aut hiare ſemper uocalibus, aut deſtitui temporibus uolunt ſermo & epiſtola. Cic. in Orat. 85, Indicant orationes illæ ipſæ horridulæ Catonis indicant omnes poetæ, præter eos qui ut uerſum facerent, ſæpe hiabant: ut Neuius: uos qui accolitis, &c.

Hiare ad aliquid, pro Concupiſcere. Senec. epſt. 73, Quicquid accepit, integrum deuorat: & ſemper ad ſpem futuri hiat.

¶Hians, hiantis (χάνων) Participiū, ſiue Nomē ex participio. Emptorem inducere hiantem. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.

Hiante auaritia Verres. Cic. 4. Verr. 93.

Cupiditates hiantes. Tacit. lib. 7.

Hians oratio. Quint. lib. 8. cap. 6. Hoc eſt, malè coniuncta & Mutila & hiantia loqui. Cic. in Orat. 17. (concatenata.

Diſiuncti atq; hiantes concurſus literarum. Cic. in Partit. 12.

¶Hiatus, huius hiatus, pen. prod. m. g. Oris apertio. Cic. 2. de Nat. deor. 82, Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt.

Extremus expirantis hiatus. Quintil. lib. 6. cap. 2. 26.

Immani fauces diducit hiatu. Silius lib. 3. 40.

Hiatus ex concurſu uocalium. Cic. in Orat. 42.

Hiatus terræ. Cic. 2. de Nat. deor. 20.

Deuorari ſubito telluris hiatu. Ouid. epiſt. 3. 13.

Patuli hiatus fontis. Ouid. 3. Metam. 33.

Profundus hiatus. Plin. lib. 2. cap. 80. 1.

¶Hiſco, hiſcis, (χάινω, διαίρω) hiſcere, Inchoatiuum uerbum, Propriè eſt oris humani: quum uidelicet præ ſomno aut tædio os aperiunt homines.

Raris turbatus uocibus hiſco. Virg. 3. Aeneid. 83.

Hiſcere ſubmiſsè loqui, ſiue os ad loquendum aperire. Plaut.

Ne hiſcere quidem audet. Virg. 3. Aeneid. 62,

—uix pauca furenti

Subijcio, & raris turbatus uocibus hiſco. Cic. 2. Phil. 107, Reſpondebisne ad hæc? aut omnino hiſcere audebis?

Hiſcere, Stupere, mirari, dubitare. Næuius, Hiſcit, dubius eſt quid agat. Nonius.

Hiſcere, Aperiri. Plaut. Pſeud. 14. 47, —tace, ædes hiſcunt. Ouid. epiſt. 6. 29, Hiſcere nempe tibi terra neganda ſoret. Quintil. lib. 9. cap. 2.

¶Hiaſco, hiaſcis (αὐοίγομαι) hiaſcere. Cato de Re ruſt. cap. 10. De nucib. Vbi primùm incipiunt hiaſcere, tum legi oportet.

Hippace] hippaces, pen. cor. f. g. (ἱππάκη) Caſeus ex lacte equino coagulatus. Plin. lib. 28. cap. 9. 9, Seſtius eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit: hunc uocāt hippacen. De caſeis idem lib. 11. cap. 54. 1. Vbi Hermolaus, Hippocrates, inquit, inuentum ſcribit Scytharum hippacen ex equino lacte.

Hippaco] as, are, Eſt celeriter animam ducere: ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus. Feſtus.

Hippagium] hippagij, Equorum uectio.

Hippago] hippaginis (ἱππαγογὰι) Genus nauigij conuehendis equis aptum, inquit Feſtus: quod à Iulio Polluce ἱππαγογὸς dicitur. Liuius Decade quinta, libro 4. 190, Quinq; & x x x. naues, quas ἱππαγογὸς uocant, ab Elia profectæ.

Hippagogeus] ἱππαγογεῦς, Inſtrumentum quo lapides expoliuntur, apud Ariſtophanem in Alitum comœdia. Hermolaus. Scribendum Hippagogeus.

Hippagus] ἱππαγὸς, Nauigij genus. Plin. lib. 7. cap. 56. Vne Maonne.

Hipparchus] ἱππαρχος, Nicæus aſtrologus, ſcripſit de Arati Phænomenis, de ſtellis fixis, de lunæ motu contra Platonē. Primus inſtrumēta mathematica inuenit, unde hæc ſenſibus deprehendi poſſent, Plinio maximè laudatus. Hipparchus quoq; filius Piſiſtrati tyranni, qui ob libidinē in Harmodiū, Ariſtogitonis coniurationem in ſe excitauit, ut eſt apud Thucydidem. Idem, ut inuidiam tyrannidis ſapientiæ opinione extingueret, literas coluit, uirisq; doctis maximè fauit. Aelianus de Varia hiſtoria.

Hippaſus] Metapontinus, auditor Pythagoræ, uir doctiſsimus, nihil ſcripſit, ut ait Demetrius.

**Hippe**] ἵππη, Chironis Centauri filia: quæ quum in monte Pelio sese uenando exerceret, grauida facta est: & ob id patris indignationem timens, deorum miseratione in equam cõuersa est, & in cælum translata. Nonnulli uatem eam dixerunt fuisse: sed quia deorum consilia hominibus patefeciſſet, in equam esse conuersam.

**Hippei**] Cometæ, qui iubas equinas habent, celerrimi motus, ab equis dicti. Plin. lib. 2. cap. 25.

**Hippenemia**] Vide Hypenemia.

**Hipperides**] pen. corr. (ἱπποφίλης) Atheniensis orator, de quo Volaterranus lib. 6. Vide Hyperides.

**Hippiades**] pen. corr. Statuæ mulierũ equestres appellabantur, cuiusmodi fuisse uidentur Amazonũ, quas mortalium primus equũ scãdere ausas, Lysiæ Oratori creditur Hermolaus.

**Hippias**] ἱππίας, Elæus philosophus, discipulus Hegesidemi, ut tradunt Cicero & Quintilianus, non liberalium modò artium præ se scientiam tulit, sed earum quas Græci mechanicas uocãt, ut & uestem, & annulũ crepidasq;, ac omnia quæ ferebat, manu faceret. Atq; ita se comparauit, ne cuiusquam ope egeret. Summũ bonum αὐτάρκειαν posuit, hoc est, eo contentum esse quod simplici uictui sat esset. De quo Cicero 3. de Orat. 69. Fuit item Hippias, Pisistrati filius. Cic. ad Attic. lib. 9. 18. 4. Nefarius Hippias Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens.

**Hippice**] hippices, pen. cor. f. g. (ἱππική) Herba, de qua Plin. lib. 25. cap. 8. 4. Scythicam herbam in ore habentes, famem sitimq; non sentiunt. Idem præstat & hippice, dicta quòd in equis quoq; eundem effectum habeat.

**Hippo**] ἵππων, duplex in Africa. Hippo regius, Hic episcopatu insignis est diui Augustini, qui se alioqui Tagastanum fuisse, è Tagasta Africæ oppido, libro secundo Confessionum scribit. Strabo libro ultimo utranq; Hipponem regiam nominat, nisi codex uitiatus est. Alterum autem, Diarrhyton Græcis dictum Plinius scribit, quòd palustri solo madet. Vtranq; Silius lib. 3. 52. uno uersu expressit,

Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. Vagã enim Diarrhyton nominat, quòd palustri solo sita sit, quare terræ motibus frequentius infestatur. Nec perperam Vagam dixit fœminco, quũ sic æquè ut masculino proferantur. Plin. lib. 6 cap. 34. 1. Vtraq;, inquit, Hippo, &c. Vtranq; Hipponem Græcos equites condidisse, author est Solinus. Est & Hippo, puellæ Bœotiæ nomẽ apud Plutarchum in Pelopida.

**Hippocampæ**] siue hippocampi, (ἱπποκάμπαι) Equi marini in piscium caudis desinentes, à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt, ut ait Nonius, dicti.

¶ **Hippocampinus**, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 32. cap. 7. 1, Alopecias replet hippocampinus cmis, nitro & adipe suillo mistus.

**Hippocentaurus**] ἱπποκένταυρος, Equi simulator. Quidam uolunt Hippocentauros filios fuisse Centaurorũ, quod & Diodorus ait: fabula ex eo nata, quòd primi equitare ausi sunt, ueluti hippos, id est, equus, et homo copulati essent. Claudius Cæsar scribit Hippocentaurũ in Thessalia natũ, eodem die interijsse. Cic. 1. Tusc. quæstionibus. Hippocentaurum negat unquam fuisse, & lib. 2. de Nat. deor.

**Hippocomi**] pen. cor. (ἱπποκόμοι) Mangones ab equis componendis, colorem fuco, robur inani fagina, ut ait Quintilianus, mentientes.

**Hippocrates**] pen. corr. (ἱπποκράτης) Cous medicus, auditor Democratis, ut quidam uolunt, uixit apud Perdicam Macedoniæ regem. Excessit è uita annos natus CIIII. suscepit filios Thessalum & Draconẽ. Eius libri tanquam diuino emanauerint ore, ubiq; celebrantur. Hæc ex Suida. Hippocrates præter superiorem, Suidas quinq; commemorat, omnesq; eiusdem artis & familiæ, quorum omnium excellentissimus fuit primus. Hippocratem alium, Atheniensium ducem ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides. Quint. lib. 3. cap. 6. 46, Hippocrates clarus arte medicinæ.

**Hippocratia**] hippocratiorum, n. g. Ludi, qui & Consuales dicuntur. Vide Consus.

**Hippocrene**] pen. prod. (ἱπποκρήνη) teste Bocatio, fons est Bœotiæ. Hunc aliqui fingunt ob equi Pegasi percussionem factum, & hinc denominatum. Quod quidem figmentum facile detegitur, si secundum quosdam inspiciatur historia. Volunt quidam Cadmum equo insidentem, dum sedem sibi sociisq; perquireret, primo ad hunc fontem constitisse: & quia literarum Græcarum repertor fuit, quarum forsan meditationem ibidem sumpsit, illum Musis sacrum esse uoluit.

Agenippis Hippocrene. Ouid. 5. Fast. 2.

**Hippodame**] pen. corr. (ἱπποδάμη, ἱπποδαμεία) inquit Seruius, seu Hippodamia, pen. prod. filia fuit Oenomai regis Elidis & Pisarum. De hac infrà in dictione Oenomaus.

**Hippodamus**] pen. cor. (ἱππόδαμος) Milesius, natura studiosus, primus eorum qui in Republica uersati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero x milium, diuisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam & priuatam. Erat ob ambitionem nimia morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu. Aristoteles lib. 2. Politicorum.

Asper Hippodamus. Stat. 6. Thebaid. 98.

Martius Hippodamus. Stat. 6. Thebaid. 96.

**Hippodorus**] pen. prod. Vnus Codridarum, inuidiam populi uitare cupiens, & optimam simul principis famam inter Atheniẽses adipisci, seueritate in suos est usus, ac filiam cum mœcho deprehensam curtui iussit affigi atq; discerpi. Aelianus de Varia historia.

**Hippodromus**] pen. corr. Thessalus genere, patria Larissæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit, Author Philostratus qui eũ inter sophistas retulit.

**Hippodromus**] hippodromi pen. cor. m. g. (ἱππόδρομος) Locus ad cursus equorum dispositus, qui statim intrantium oculis totus simul offertur, hinc atq; hinc platanos, aut buxos, aut cupressos, aut alias arbores perpetuò uirentes habens. In eo de pernicitate equorum certatur, citra simulacrũ pugnæ: & à cursu equorum appellatur. Græci enim ἵππον equum uocant, δρόμον cursum. Plaut. Bacchid. 8. 27.

Inde de Hippodromo & palæstra, ubi reueniſſes domũ.

**Hippogloſſa**] Herba à figura equinæ linguæ appellata: habet autem folia syluestris myrti concaua, & spinosa, & in his ceu linguas folio paruo exeũte de foliis. Plin. lib. 27. cap. 11. 1, Eam Tusci appellant Bislinguam, alij Bonifacium.

**Hippolapathum**] pen. cor. (ἱππολάπαθον) Herba lapatho satiuo maior, candidiorq; ac spissior, ut ait Plin. lib. 20. cap. 21. 9. Vulgò Lappa maior appellatur, siue Lapathũ maius, à Græcis etiam prosopion, à Latinis personata dicitur.

**Hippolochus**] pen. cor. (ἱππόλοχος) fuit, teste Homero lib. Iliados sexto, filius Bellerophontis, & Glauci pater. Alter, teste eodem, libro 11. fuit Antimachi Troiani filius, qui unà cum Pisandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus est.

**Hippolyte**] pen. corr. uxor Acasti regis Magnesiæ, quæ Peleum falsi criminis accusauit apud uirum suum, dum ille sibi consentire nollet. Alia fuit Amazonum regina, quam Hercules prælio uictam Theseo dedit uxorem.

**Hippolytus**] pen. corr. (ἱππόλυτος) Thesei & Hippolytæ Amazonis filius, Virbius dictus. Qui dum cælibem ducẽs uitam sese uenatu exerceret, & constanti animo spernere mulieres,

Digitized by Google

lieres, à Phædra nouerca, absente patre, amatus est. Cuius turpi desiderio quũ obtemperare noluisset, redeunte patre, adulterij ei crimen nouerca obiecit. Quamobrem Theseus in furorem uersus, de filij nece cogitauit. quod metuens Hippolytus, conscensu curru fugam arripuit. Sed dum Phocæ, quæ tum fortè in littus exierant maris, equorum & rotarum strepitu perterritæ, sese in mare præcipitarũt, eum exterriti equi per scopulos ac saxa traxere, tanto impetu, ut compagibus dissolutis infœlicem iuuenem loris implicitum discerpserint. Hũc postea Aesculapius reuocauit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus uerò relicta terra Attica in Italiã uenit, ne patris iram rursus experiretur, & se Virbiũ appellari iußit, quòd bis uir fuisset. Non longè à Roma oppidum ædificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam appellauit.

Direptus equorum furijs Hippolytus. Ouid. 3. Fast. 53.

Hippomachus] pen. corr. (ἱππομαχος) tibicen fuit, qui quum uideret à plebe laudari discipulum, quem tamen in arte peccare cognoscebat, baculo tactum desistere iußit, dicens maximum erroris argumentum quod ab ignara turba laudaretur. Aelianus author.

Hippomanes] pen. corr. n. g. (ἱππομανὲς) indeclinabile, Compositũ ab ἱππος, equus & μανία, furia uel insania. Seruius scribit esse uirus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem: quod in humana uiscera descendens, furorem facit. Virg. lib. 3. Georg.

Hinc demum Hippomanes uero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine uirus. Plin. lib. 8. cap. 42. 11, Et sanè equis amoris innasci ueneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœta, aut partũ ad ubera non admittit, si quis præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Virg. 4. Aeneid. 104,

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor. Colum. lib. 6. cap. 27.

Hippomarathrum] penult. corr. (ἱππομάραθρον) Herba. Plin. lib. 20. cap. 23. 3, Est & in hoc genere syluestre, quod alij hippomarathrũ, alij myrsineum uocãt: foliis maioribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriandri. Hactenus Plinius. Nos uerò fœniculũ maius hippomarathrum appellamus. mos enim est Græcis in compositione, ut quũ magnũ aliquid significare uolunt, equũ aut bouẽ ponãt.

Hippomedon] penul. corr. huius Hippomedontis, uiri nomen, quem uocat Silius 6. Theb. 131, arduum.

Acer Hippomedon. Stat. 5. Thebaid.

Hippomenes] pen. cor. Neptuni nepos, ex patre Macareo, Atalantam puellam Scyriam cursu potentem uicit, & in luco matris deũm amoris impatientia cum uicta concubuit, ut scribit Seruius. Vide Atalanta.

Hippona] pen. prod. (ἱππόνη) dea erat equorum, quam stabularij colebant. Eius simulacrum locabatur in stabulis. Ab hac dea, Hippones populi dicti uidentur. Apul. lib. 3. de Asino. Iuuen. Satyr. 8,

—iurat Hipponam & facies olida ad præsepia picta.

Hipponax] pen. prod (ἱππώναξ) poeta. Plin. lib. 36. cap. 5. 1, Hipponacti notabilis fœditas multus erat, quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum ij proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos cõpulisse: quod falsum est. Hactenus Plinius. Ab hoc Iambicum Hipponacticum, siue Hipponacteum, quod & scazon dicitur, nomen sumpsisse uidetur. Cic. in Orat. 109, Senarios uerò & hipponactios effugere uix possumus. magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. Vide Solinum.

Hipponicus] pen. pro. Hippiæ filius Atheniensis, quum patriæ statuam dedicare decreuisset, nonnullis eam à Polycleto confici suadentibus, illi nequaquam uisum est, quòd ob operis pulchritudinem ab aspicientibus, non dedicantis, sed potius artificis uirtus laudaretur. Author Aelianus.

Hippoperas] pen. prod. (ἱππόπηρας) Seneca epist. ad Lucil. 13, uocat sacculos scorteos ad ferenda numismata siue cætera ad iter necessaria accõmodos. Bulgas Pompeius uocat.

Hippopodes] pen. cor. Populi in Oceano Scythico, qui (teste Solino) humanam usq; ad uestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Plin. lib. 4. cap. 13.

Hippopotamus] pen. cor. (ἱπποπόταμος) Plin. lib. 8. cap. 25. 7, Maior altitudine in eodẽ Nilo belua hippopotamus editur: unguibus bifidis, quales bubus, dorso equi & iuba, & hinnitum, rostro resimo, cauda & dentibus aprorum, aduncis, sed minus noxijs: tergoris ad scuta galeasq; impenetrabilis, præter quam si humore madeat.

Hippos] ἱππος, Latinè equus dicitur: à quo multa deducuntur.

Hipposelinum] pen. cor. (ἱπποσέλινον) Apij herbæ species, in siccis nascens, quasi selinum siue apium magnum dicas, ea ratione compositionis Græcorum quæ prius dicta est in hippomarathrum. eadem etiam herba olusatrum aliàs dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. 4.

Hippotoxotæ] pen. corr. (ἱπποτοξόται) Dicti sunt equestres sagittarij, uel sagittarij qui equis insidentes tela mittunt. Vide Hirtium, lib. 5. belli Asiatici, 68.

Hippuris] huius hippuris, pen. prod. (ἵππουρις) Herba à Latinis equisetum dicta. Plin. 26. cap. 13. 1, Equisetum, hippuris à Græcis dicta, & in pratis nascens, uituperata à nobis. Est autem pilus terræ, equinæ setæ similis, &c.

Hippus] ἵππος, Fluuius est Moschorum in Phasin defluens. Strab. lib. 11, Hanc Phasis partem illabitur ingens flumen, quod ortum ex Armenia ducens, Glaucum in se recipit, atq; Hippum è uicinis montibus cadentes.

Hipsicratea] pen. prod. (ἱψικράτεια) Fuit uxor Mithridatis, quæ maximè uirum suum dilexit. Volater. Mithridates Hipsicrateam coniugem in omnibus bellis adiutricem, armatamq; habuit, crudelis alioquin in suos.

Hira] hiræ (ἐγκόλιον) quæ diminutiuè, inquit Festus, dicitur hilla, Intestinum est quod ieiunum uocant.

Hircania] Vide Hyrcania.

Hirquus] hirqui, per c & q, m. g. (κακὸς) Angulus oculi. Virg. 3. eclog. 2, —transuersa tuentibus hirquis. Id est, oculis in hirquos, hoc est, in angulum utrunq; retortis. Tractum est autem ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, transuersum semper aspiciunt.

Hircus] hirci, per c uel q (τράγος, χίμαρος) Caper, caprarum admissarius. Plaut. Mostel. 2. 39, —te Iuppiter
Dijq; omnes perdant, oboluisti allium,
Germana illuuies, rusticus, hircus, hara suis. Ad hominẽ transtulit immundum & libidinosum. Idem Asinar. 12. 21, Improbus hircus edentulus.

Læuis hircus. Horat. Epod. 16. 7.

Mulgere hircos. Vide Mulgeo.

Hircus aliquando dicitur fœtor ille qui fit sub alis.

Grauis hirsutis cubat hircus in alis. Horat. Epod. 12. 1.

¶ Hircinus, pen. prod, (τράγεος) Adiectiuum, siue hirquinus antiquis, Quod ad hircum pertinet. Plaut. Pseud. 15. 12, Heus tu qui cum hirquina stas barba. Apuleius, homo sordidus & hircina libidine fœtens. Plin. lib. 12. cap. 17. 10. In pellibus hircinis.

Follibus hircinis concluſæ aurę. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 4.

¶ Hircoſus, pen. prod. Adiect. (τραγομάχαλος) Quod hircinum odorem olet. Plaut. Merc. 11. 14,

Quum ſis iam ætatis plenus, anima fœtida,
Senex hircoſus, tu oſculere mulierẽ, &c. Perſ. Satyr. 3. 8,
Hic aliquis de gente hircoſus centurionem. Idem Satyr. 5. 19, Dixeris hæc inter hircoſos centuriones. Nonnulli legunt, uaricoſos.

Hirculus] pen. corr. Herbæ nomẽ. Plin. lib. 12. cap. 12. 5, Cum Gallico nardo ſemper naſcitur herba, quæ hirculus uocatur, à grauitate odoris & ſimilitudine, qua maximè adulteratur. Diſtat quòd ſine cauliculo eſt, & quòd minoribus foliis, quodq; radicis neq; amaræ neq; odoratæ.

Hirnea] hirneæ, Vaſis genus. Cato cap. 81, Indito in hirneam fictilem.

Hirpiæ] ἱρπία, Familiæ ſunt, ait Plinius lib. 7. cap. 2, paucæ haud procul urbe Roma, in Faliſcorum agro. Hæ ſacrificio anniuo, quod fit ad montẽ Soracten Apollini, ſupra ambuſtã ligni ſtruẽ ambulantes nõ aduruntur. Hirpi Solino uocãtur.

Pubes Hirpina. Silius lib. 8. 114.

Hirtius] ἱρτιος, Conſul, cum Panſa collega in prælio ab Antonio cæſus, ut ſcribit Cic. lib. 12. 25.

Hirſutus] pen. prod. Adiectiuum (λάσιος, λασιὸς) ab horreo & ſeta, quaſi horrens ſetis, ſetoſus, horridus. Martialis libro 10. 65, Hirſutis ego cruribus, geniſq;, &c.

Hirſutæ ſpinis quædam animantes. Cic. 2. de Nat. deor. 180.

Barba hirſuta. Ouid. 13. Metam. 165.

Hirſutæ caſtaneæ. Virgil. 7. eclog. Vbi Seruius, Hirſutæ, adhuc inter ſuos echinos locatæ.

Comæ hirſutæ. Ouid. 3. Faſt. 67.

Feræ hirſutæ. Ouid. 5. Faſt. 36.

Frondes hirſutæ. Virg. 3. Georg. 46.

Hirſutæ genæ. Martial. lib. 6. 52.

Hirſuta petrea herba. Plin. lib. 20. cap. 9. 12.

Supercilium hirſutum. Virg eclog. 8. 7.

Hirſutum, metaphoricè, pro Auſtero & inamœno. Ouidius 2. Triſt. 52, Sumpſeris annales, nihil eſt hirſutius illis.

¶ Hirſutia, hirſutiæ, f. g. Solinus cap. 38, Duriſſimum dorſo tergus eſt uentri mollius. Setarum hirſutiæ nullæ.

Hirtus] Adiectiuum (λάσιος) Idem, quod Hirſutus: ut, Hirtus ſetis muſculus marinus. Plin. lib. 11. cap. 37. 38.

Canities rigidis ſtetit hirta capillis. Ouid. 10. Metam. 84.

Hirtæ capellæ. Virg. 3. Georg. 57.

Hirto corde gigni quoſdam homines proditur. Plin. lib. 11. cap. (37. 55.

Hirta corpora. Plin. lib. 7. cap. 2. 15.

Crinis hirtus. Ouid. 8 Metam. 162.

Hirtæ oues. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2. 17.

Saxa hirta dumis. Stat. 3. Sylu. 1. 3.

Hirtæ ſæpes: hoc eſt, rupis & ſpinis aſperæ. Col. lib. 10.

Hirudo] pen. prod. hirudinis (βδέλλα) Sanguiſuga. Plin. lib. 34. cap. 10. 9, Diuerſus hirudinum quas ſanguiſugas uocãt, ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. Plaut. Epid. 5. 5, Iam ego me uortam in hirundinem, atq; horum exugebo ſanguinem. Horat. de Arte poet. 96, Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Plin. lib. 8. cap. 10. 3.

Hirudo ærarij, per trãslationẽ: hoc eſt, exhauſtrix. Cic. ad Att. lib. 1. 11. 19, Accedit illud, q illa cõcionalis hirudo ærarij, miſera et ieiuna plebecula me ab hoc magno unicè diligi putat.

Hirundo] hirundinis, f. g. (χελιδὼν) Auis nota. Plin. lib. 10. cap. 24. 1, Abeunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne ueſcens auis ex his quæ aduncos ungues nõ habent, ſed in uicina abeunt, apricos ſequutæ montium receſſus: inuentæq; iam ſunt ibi nudæ atq; deplumes. Plaut. Aſin. 12. 104, Dic igitur me te anaticulã, columbam uel catellum, hirundinẽ, &c.

Arguta hirundo. Virg. 1. Georg. 78.

Garrula hirundo. Virg. 4. Georg. 62.

Veris prænuntia hirundo. Ouid. 2. Faſt. 171.

¶ Hirundininus, pen. prod. Adiectiuum (χελιδόνιος) ut, Hirundininus nidus. Plaut. Ruden. 15. 6.

Hirundininus ſanguis. Plin. lib. 30. cap. 14. 10.

Hiſco] Vide Hio, hias.

Hiſpa uel Hyſpa] Fluuius. Silius lib. 14.

Hiſpalis] pen. corr. (ἱσπαλις) Ciuitas Hiſpaniæ: quæ nunc Sibilia uocatur. Quidam declinant, hoc Hiſpal, Hiſpalis. Plin. lib. 2. cap. 97.

Hiſpania] ἱσπανία, ἰβηρία, Europæ regio, ampla inter Africã & Galliam terra, uiris (nam Quintilianum, Senecã, Martialem, Silium, Lucanũ, aliosq; innumeros genuit) equis, ferro, plumbo, ære, argẽto, auroq; tam abundans, & adeò fertilis, ut ſicubi ob penuriam aquarum effœta, & ſui diſſimilis eſt, linum tamen, aut ſpartum alat. Ea in ulteriorem aliquando & citeriorem diuiſa eſt: Vlterior in Mauritaniã & Atlantia cum inclinans, prouincias habet, Bæticam, fertiliſſimã, à Bæti, quo irrigatur, amne dictam. Alteram Luſitaniam, à Luſo comite Liberi patris ſic uocatam, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 1. Tarraconenſem tertiam, à Tarracone, à Scipionibus condita urbe dictã. In ea hodie regna ſunt Tarraconiæ ſeu Aragoniæ, uel Cataloniæ, Nauarræ, Caſtellæ: in Bætica, Granatæ. Luſitania ferè ad Portugaliã attinet, ſupra quã Gallicia eſt, & Vaſconum ſedes, in Septentrionem expoſita. Amnes Hiſpaniæ clariſſimi ſunt, Iberus, Bætis, Tagus, Anas, & Durius. Vide Tabulam Europæ ſecundam Ptolemæi, & adhibe quæ ſcribit Plin. cap. 1. lib. 3. Caßius plurali uſus eſt, ſcribens ad Ciceronem lib. 15. 19. 7, Quid in Hiſpanijs geratur ſcribe.

Hiſpania ad Aphricam adiungitur. Vide Adiungo.

¶ Hiſpanus, pen. prod. Adiectiuũ (ἰβηρ, ἱσπανὸς) Qui in Hiſpania natus eſt.

Hiſpanus capillus. Martial. lib. 10. 5.

Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec callidítate Pœnos, nec artibus Græcos, &c. ſuperauimus. Cic. de Aruſp. reſp. 17.

Iugum Hiſpanum. Ouid. 3. de Arte amand. 129.

¶ Hiſpanienſis, & hoc Hiſpanienſe (ἰβηρικὸς, ἱσπανήσιος) Qui alibi ortus, in Hiſpania uerſatur. Vnde Hiſpanienſes uocamus negotiatores: ut,

Hiſpanienſis exercitus, hoc eſt, Romanorum qui erat in Hiſpania cum Prætoribus. Tacit. lib. 1.

Hiſpanienſis æſtus maritimus, uel Britannicus. Cic. 3. de Nat. deor. 32.

Hiſpidus] pen. corr. Adiectiuum (τραχὺς) Setoſus, horridus, ut ait Seruius. Virg. 10. Aeneid.

—cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem præfert. Plin. lib. 16. cap. 6. 2, Continetur hiſpido calyce.

Hiſpidus aſpectu. Plin. lib. 22. cap. 6. 6.

Facies hiſpida. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.

Frons hiſpida. Virg. 10. Aeneid. 42.

Agri hiſpidi. Horat. 2. Carm. ode 9. 1.

¶ Hiſpidoſus, pen. prod. Adiectiuum (τραχώδης) Catull. ad Aurelium, epigr. 16. 2, Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.

Hiſter] hiſtri, m. g (ὑποκριτὴς) Liu. 7. ab Vrbe, 6, Quia hiſter Tuſco uerbo, ludio uocabatur.

Hiſtiæa] Ciuitas in Eubœa, de qua meminit Homer. Iliad. 2.

Hiſtiæus] fuit Mileſiorum tyrannus, ut ſcribit Herodotus lib. Hiſtor. 6.

Hiſtonium] Italiæ oppidũ, non procul à monte Gargano, ut ſcribit Pomponius lib. 2. Nunc uulgò dicitur Guaſto. Teſtis Oliuar. in Melam.

Hiſtoria]

Historia] *historiæ (ἱστορία) Latinè narratio dicitur & rerum gestarum expositio. Propriè tamen est earum rerũ quibus gerendis interfuerit is qui eas narrat. Vnde nomen habet ἀπὸ τῆς ἱστορεῖν, quod est uidere.* Vide Annales. *Cic. Academ.* 248, *Doctum sanè hominem, ut indicat ipsius historia scripta Græcè. Idem* 2. *de Orat. multa dicit de historia.*

*Testis temporũ, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra uitæ, nũtia uetustatis, historia à Cicerone dicitur,* 2. *de Orat.* 20.

*Erat historia nihil aliud, nisi annalium confectio. Cic.* 2. *de Oratore,* 28.

*Prima lex historiæ, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid ueri non audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne quæ simultatis. Cic.* 2. *de Orat.* 34.

*In historia pura & illustri nihil est breuitate dulcius. Cicer. de clar. Orat.* 142.

*Enarratio historiarum. Quintil. lib.* 1. *cap.* 8. 12.

*Satis historiarum est? Plaut. Bacchid.* 2. 50.

*Amaræ historiæ. Horat.* 1. *Serm. Satyr.* 3. 18.

*Infans historia.* Vide Infans.

*Lubrica historia. Quintil. lib.* 9. *cap. ultimo, ad finem.* Vide Orbis.

*Maior historia. Quintil. lib.* 1. *cap.* 5. 13.

*Mendosior historia.* Vide Menda.

*Muta historia.* Vide Mutus.

*Vana historia. Quintil. lib.* 1. *cap.* 8. 13.

*Condere historiam.* Vide Condo.

*Conquirere regionum historiam.* Vide Conquiro.

*Decurrit historia. Plin. lib.* 7. *cap.* 16. 5, *Sed mox plura de hoc, quum membratim decurret historia. Hoc est, quum hominẽ per singula membra describam.*

*Distinguere historiam uarietate locorum. Cic.* 2. *de Orat.* 29.

*Dare historias poeticas alicui. Quintil. lib.* 2. *cap.* 4. 2.

*Loquuntur historiæ.* Vide Loquor.

*Scribere historiam. Cic.* 2. *de Orat.* 28.

*Historia alijs uocabulis dicitur à Cicerone, Memoria publica, memoria rerum ueterum, commemoratio antiquitatis, monumenta rerum ueterum, monumenta temporum, locorum, hominum, rerum gestarum: omnium secretorum memoria.*

¶Historicus. *pen. cor. Substantiuum (ἱστοριογράφος, ἱστορικὸς) Historiarum scriptor. Cic. pro Murena,* 13. *Idem in Topicis,* 42, *Philosophi, poetæ, & historici.*

*Vires hi floricorum. Quintil. lib.* 2. *cap.* 1. 4.

*Historicus, dicitur aliàs à Cicerone Rerum pronunciator, & rerum explicator.*

¶Historicus, *Adiect. (ἱστορικὸς) Cic. de clar. Orat.* 157, *Non tã historico, quàm oratorio genere perscripsit.*

*Fides historica. Ouid.* 3. *Amor. eleg.* 11. 9.

¶Historice, *historices, pen. corr. f. g. (ἱστορικὴ) Enarratio authorũ dicitur. Quintil. lib.* 1. *ca.* 9. 1, *Ratio loquendi & enarratio authorum: quarum illam methodicen, hanc historicen uocant.*

¶Historialis, *& hoc historiale, pen. prod. Quod ad historiam spectat. Plin. lib.* 16. *cap.* 33. 2, *Trahiturq; etiam in picturas opere historiali.*

Histrio] *huius histrionis, com. gen. (ὑποκριτὴς, μίμος) Qui personatus in scena, tragœdias uel comœdias agit. Festus, Histriones dicti, quòd primùm ex Histria uenerunt. Liu. lib.* 7. *ab Vrbe,* 6. *& Valerius, nomen histrionibus fuisse inditum scribunt, quia hister Tusco uerbo ludio uocabatur. Cic.* 4. *Tusc.* 86, *Aguntur ista præclarè, & ab Oratore quidem melius, si modò est Orator, quàm ab ullo histrione.*

*Actio histrioni, saltatori motus non quiuis, sed certus quidam datus est. Cic.* 3. *de Finib.* 37.

*Exibilatur & explodituꝛ histrio si paulum se mouit extra numerum, aut si uersus pronuntiatus est syllaba una breuior aut longior. Cic. in Paradox.* 32.

*Curare histriones.* Vide Curo.

*Leuis ars & scena histrionum. Cic. lib.* 1. *de Orat.* 10.

*Roscius & Aesopus histriones clari. Cic.* 1. *de Orat.* 135.

*Comœdiarum histrio. Plin. lib.* 7. *cap.* 53. 6.

¶Histrionia, *huius histrioniæ (ὑποκριτικὴ) uel Histrionica, histrionicæ, ars ipsa. Plaut. Amphit.* 3. 90,

—*quasi uerò nouum.*
*Nunc proferatur, Iouem facere histrioniam.*

¶Histricus, *pen. corr. Adiect. (ἱστρικὸς) Quod pertinet ad histrum uel histrionem: ut, Imperator histricus, qui imperat histrionibus, præfectus histrionici chori. Plaut. Pœnul.* 2. 43,

*Audire iubet uos Imperator histricus, &c.*

¶Histrionicus, *pen. corr. Adiectiuum (ὑποκριτικὸς) ut, Histrionicus gestus, histrionicæ uestes, histrionica uerba.*

¶Histrionalis, *& hoc histrionale, pen. prod. ut, Studium histrionale. Tacit. lib.* 1. *Idem de Oratore, Vt lasciuia uerborũ, grauitate sententiarum, licentia compositionis, histrionales modos exprimant.*

Histrix] *histricis, pen. cor. f. g. (ὄστριξ) Animal ex herinaceorum genere. Plin. lib.* 8. *cap.* 35, *Histrices generat India & Africa spina contectas, ac herinaceorum genere: sed histrici longiores aculei, & quum intendit cutem, mißiles. Ora urgentium figit canum, & paulò longius iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, quæ natura multis & ante omnia ursis.*

Hiulcus] *hiulca, hiulcum (χασμώδης, μεχανὸς) Fissus, & fathiscens. Virg.* 2. *Georg.*

*Hoc, ubi hiulca siti findit canis æstifer arua.* Vbi Seruius, *Hiulca, nimis caloribus fissa.*

*Hiulca gens, Auida uel bilinguis & fallax. Plaut. Trinum.* 6. 9.

*Fulmen hiulcum. Stat.* 1. *Thebaid.* 6.

*Nubes hiulca. Claud.* 5. *Paneg.* 41.

*Hiulcæ uoces, Hiulcus concursus uerborũ. Cic.* 3. *de Orat.* 94, *Collocationis, est componere & struere uerba sic, ut néue asper eorum concursus, néue hiulcus sit. Idem in Orat.* 83, *Extremorum uerborum cum in sequentibus primis concursus, aut hiulcas uoces efficit, aut asperas.*

¶Hiulcè (μεχανότως) *Aduerbium. Cic.* 3. *de Orat.* 26, *Ex quo sic locutum esse eius patrem indico, sic maiores, non asperè, ut ille quem dixit, non uastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè, & æquabiliter, & leniter.*

¶Hiulco, *hiulcas (χάσκω) hiulcare, Findere, hiulcum facere. Vnde Catullus ad Mallium, epig.* 53, 13. *Aestus hiulcat agros.*

H O

Hodiè] *Aduerbium temporis (σήμερον, τήμερον)*

*Hodie, pro Nunc, siue hoc tempore. Plaut. Asin.* 16. 37,

*Censen' tu illũ hodie primũ ire assuetum in ganeũ? Ter. Eun.* 5. 9. 1, *O populares, ecquis me uiuit hodie fortunatior? Cic. pro Domo sua,* 62.

*Hodie, per comminationem dictum, authore Donato. Terent. And.* 1. 2. 25, *Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs Fallaciæ conari.*

*Hodie manè. Cic. Attic. lib.* 13. 26 *&* 7. 1. Vide Manè.

*Hodie nunquam. Terent. Adelph.* 4. 2. 32,

*Scio ubi sit: uerùm hodie nunquam monstrabo.* Vbi Donatus, *Hodie, aut abundat: ut Virg.* 2. *Aen.* 134,

—*nunquam omnes hodie moriemur inulti.* *Aut nunquam hodie, pro nullo tempore huius diei: quia nunquam, per se generale est.*

*Nunquam hodie effugies. Virg. eclog.* 3. 10.

*Non facies hodie? ? Non dices hodie? & similia, instandi & urgendi causa dicuntur. Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 7. 5,



Digitized by Google

Non dices hodie quorsum hæc tam putida tandem. Fureifer?

¶ Hodiernus, Adiectiuum (σημερινὸς) ut hodiernus dies. Cic. pro Cecin. 7. Et pro leg. Agr. 100. Liu. 4. bel. Maced. Hodierna consultatio tota ex uobis pendet.

Hodierno die, pro præsenti tempore. Cic. de clar. Orat. 19, Nã etsi Seruio Tullo regnante uiguerunt, tamen multo diutius Athenæ iã erant, quàm est Roma ad hodiernũ diẽ. Budæus.

Ante hodiernum diem. Cic. 3. in Catil. 65.

Hodierna lux. Liu. 1. ab Vrbe, 67.

Hodierno manè. Cic. in Catil. 65. Vide Manè.

Hodiernus sermo. Cic. 1. de Legib. 86.

Hodius] fuit (teste Homero lib. 9. Iliad.) unus ex Græcorum præconibus in bello Troiano,

Hododocus] ὁδοδοκὸς, Latro atq; obsessor uiarum. Festo.

Hodœporicum, pen. corr. (ὁδοιπορικὸν) Liber aliquod iter describens: quod & Itinerarium Latinè dicitur.

Hœdus] Vide Hædus.

Pluiales hœdi. Vide Pluo.

Hœtichius] Homero teste lib. 7. Iliad. uir fuit Achiuus longè primus artis statuariæ opifex.

Hoi] ὶμοι, Interiectio lachrymantis. Terent. Eun. 4. 4. 48, Obsecro te uerò Phœdria. PH. i intrò. DO. hoi hei. Idem Phorm. 4. 3. 58.

Holcus] ὅλκος, Herba quæ aristida etiã dicitur. Plin. lib. 27, cap. 10. Holcus in saxis nascitur siccis aristas habet in cacumine tenues, culmo quale hordeum rectibile. Quidam ob id aristidam uocant.

Holoberæ] Vestes quæ totæ birri sunt. Nam quas Latini uestes, birros appellant, Græci βίρους uocare solent, id est, beros. Birri autem honestiorum et palatinorum erant, ut in cõcilio Gangrẽsi, κατεψηφίσατο τῶν τοὺς βίρους φερούντων. et clarius apud Euagrium, βίρους τε γαμπλίους ἐξαπίνας. Sunt igitur holoberæ uestes birri toti ferè serici, & toti conchyliati, uelut è capitibus illius tituli, in quo earũ mentio est, conijcere licet. Nam illæ uestes totæ dicuntur, ex breuitate et compendio sermonis, quum purpuræ aut serici aut conchylij nomen subaudiendum sit. Turnebus.

Holocaustum] huius holocausti (ὁλοκαυστὸν) Hostia quæ detractis extis integra aræ unponebatur, quasi ὅλον καυστὸν: hoc est, totum combustum, aut totum igne absumptum.

Holophanta] Vide Halophanta.

Holor] Vide Olor.

Holus] Vide Olus.

Homelium] Pilei genus. Festus.

Homerus] pen. prod. (ὅμηρος) Græcorum poetarum excellentissimus, uixit ante Romam conditam annis CLX. ut Cornelius Nepos scribit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen sortitus est, quum prius Melesigenes diceretur. Eius patria ignota fuit. Vide Cic. pro Archia poeta.

Magniloquus Homerus. Stat. 5. Sylu. 3. 13.

Magnus Homerus. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 11.

Mæonius Homerus. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.

¶ Homericus. pen. corr. (ὁμηρικὸς) Adiectiuũ: ut, Phœnix Homericus. Quint. lib. 2. cap. 3. 9. Iuuen. Sat. 13. 12,

Tu miser exclamas ut uincere Stentora possis,
Vel potius quantum Gradiuus Homericus.

¶ Homeridæ, familia apud Chios illustris, ut ait Hellenaicus.

¶ Homeromastix (ὁμηρομάστιξ) Dicitur Homeri flagellum, cognomentum, quo Zoilus quidam Homeri oblocutor cognominatus est, qui scripta sua cõtra Iliadem & Odysseam Homeri cõparata, in Alexandriam ueniens, Ptolemæo regi obtulit. Sic, Virgiliomastix, Virgilij æmulus. Mastix enim Latinè flagellum dicitur. Vnde Comici, uerberones mastigias idẽtidem appellant. Quod planè nomen omnibus detractoribus accommodatũ est. Plin. in Præfat. 11, Vt obiter caueam istos homeromastigas. Ita enim carptores suos nominat. Et omnes obtrectatores mastiges dicuntur, addito nomine eius cui obloquuntur: ut, Ciceromastix.

Homicida] Vide Homo.

Homo] Hominis, m. g. (ἄνθρωπος, βροτὸς, φώς, ἀνὴρ) ut testis est Phoca doctissimus grãmaticus: tametsi regulæ triuiales affirment, eum esse cõmunis generis: nusquam enim legitur iunctũ cũ adiectiuo fœminino, neq; de muliere separatim quisquã dixerit homo. Sed ubi generaliter refertur ad naturam humani generis, ibi sub masculino fœminini intelligitur: ut si quis dicat, homo nascitur ad laborem: id est, humanũ genus, uel humani generis hæc est natura, ut nascatur ad laborem. Idem fit quum describitur aliquid ad cæterorũ animantiũ naturã pertinens: ut quum dicimus, Leoni est præcipua generositas. Sic enim & mas, & fœmina intelligitur. Terent. Eunuch. 1. 3. 65, —illúmne obsecro
Inhonestũ hominẽ quẽ mercatus est here, senẽ, mulierem? Vbi Donatus, Opportunè hominem dixit, tanquam incerti sexus. Plau. Cistel. 10. 22, —Illos hominis miserè miserere. Sulpitius ad Ciceronẽ, lib. 4. 5. 15, quæ si hoc tempore non fuit diem obijsset, paucis pòst annis tamen ei moriendũ quoniã homo nata fuerat, id est, humana sorte, et cõditione: quæ si dicat, mortalis. Eadem ratione dici potest, Ea nata erat animal. Virg. eclog. 10. 8, Aut deus ille malis hominũ miteſcere (discat.

Conuentus hominum. Lucret. lib. 4. 158.

Infima fortuna homines. Vide Inferus.

Iniquitas hominum. Vide Iniquus.

Sator hominum atq; deorum. Virg. 1. Aeneid. 51.

Absonus uoce homo. Vide Absonus.

Homo mirificè abstinens. Vide Abstineo.

Abstrusus. Vide Abstrudo.

Abundans. Vide Abundo.

Acer. Vide Acer.

Acerbus. Vide Acerbus.

Acutus. Vide Acuo.

Adolescens. Vide Adoleo.

Aduersus. Vide Aduerto.

Aeratus. Vide Aes, æris.

Afflictus & iacens. Vide Iaceo.

Alienus. Vide Alienus.

Asini homines. Vide Asinus.

Allegatus. Vide Allego.

Ambitiosus. Vide Ambio.

Ansatus. Vide Ansa.

Antiquus. Vide Antiquus.

Apertus & simplex. Vide Aperio.

Apparatus homo. Vide Apparo.

Arcanus homo. Vide Arcanus.

Aridus homo. Vide Aridus.

Bellus homo. Catul. ad Puerum, epig. 21. 2. Vide bellus, in Bo- (nus.

Calculosus homo. Vide Calculus.

Capitalis homo. Vide Capitalis.

Integer & castissimus homo. Vide Integer.

Certi homines. Vide Certus.

Cibarius homo. Vide Cibus.

Circumretitus homo. Vide Circumretio.

Comitiales homines. Vide Comitia.

Commodus homo. Vide Commodus.

Conspicuus homo. Vide Conspicuus.

Consummatus homo. Vide Consummo.

Homo multis flagitijs contaminatus. Vide Contamino.

Contentus & abiectus homo. Cic. de lege Agrar. 91.



Digitized by Google

Homo sine acumine. Vide Acumen.
Copiosus homo. Vide Copia.
Crassus homo. Vide Crassus.
Crudus homo. Vide Crudus.
Multum demissus homo. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 12.
Desertus atq; abiectus homo. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 13.
Verborum homo diligentissimus Cicero. Gell. lib. 13. cap. 23.
Durus homo. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 2.
Non facetus homo. Vide Infacetus.
Idonei & integri homines. Vide Idoneus.
Illustris honore ac nomine homo. Vide Illustris.
Immundus homo. Vide Immundus.
Impotentissimus homo. Vide Impotens.
Indifferens homo. Vide Indifferens.
Infames omnibus uitijs, atq; omni dedecore homines. Vide Infamis.
Insans atq; impotens homo. Vide Impotens
Infantes & insipientes homines. Vide Infans.
Infimi homines. Vide Inferus.
Ingeniosus homo & peracutus. Vide Peracutus.
Inquietus homo. Vide Inquietus.
Insignis homo omnibus notis turpitudinis. Vide Insignis.
Instabilis homo. Vide Instabilis.
Integer homo & sanctus. Vide Integer.
Intonsi homines & inculti. Vide Intondeo.
Ipse homo. Vide Ipse.
Lenissimus homo & natura, &c. Vide Lenis.
Leuis homo. Vide Leuis.
Homo domi suæ cum primis locuples. Vide Locus.
Luculentus homo. Vide Luculentus.
Lutcus homo. Vide Lutum,
Maculosus homo. Vide Macula.
Malus homo. Vide Malus.
Maritimi homines. Vide Mare.
Miseri homines. Lucret. lib. 3. 12.
Mobilis homo. Vide Mobilis.
Municipales homines. Vide Munus.
Nauus & industrius homo. Vide Nauus.
Nobilissimus omnium homo. Vide Nobilis.
Noui homines. Vide Nouus.
Operarius homo. Vide Operarius, in Opus.
Opiniosissimi homines. Vide Opinio.
Ordinarius homo. Vide Ordo.
Ornatissimus homo. Vide Orno.
Parcus homo. Iuuenalis Satyr. 14. 12.
Pereruditus homo. Vide Pereruditus. (Offic. 174.
Summissus & abiectus homo, cui contrarium est Elatus. Cic. 1.
Venustus homo, dicax, & urbanus. Catul. ad Varrũ, epig. 19. 1.
Accedere ad hominem. Vide Accedo.
Admirari hominem in re aliqua. Vide Admiror.
Aduertere hominem. Vide Aduerto.
Conuertere hominem à consuetudine. Vide Conuerto.
Conuertere homines in admirationem. Vide Conuerto.
Conuertere se in hominem. Vide Conuerto.
Hominem ex homine exuere. Cic. 5. de Fin. 62.
Fingere homines. Quintil. lib. 1. cap. 6. 10.
Immolare homines. Vide Immolo.
Iugulare hominem suis uerbis. Vide Iugulo.
Mollire hominem. Vide Mollis.
Inter homines esse. Vide Inter.
Homines à latere. Vide Latus.
Trium literarum homo. Vide Litera.

Homo, pro ille de quo agitur Horat. 2. Serm. Satyr. 7,
Aut insanit homo, aut uersus facit. Cic. ad Sulpitiũ, Repente Cæsar præter spem dixit, se Senatui rogãti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum ipsius Marcelli.
Homo mirè additum, aut superuacuè. Terent. Eun. 2. 2. 30,
Ille ubi miser famelicus uidet me, &c. ibi homo cœpit me obsecrare, Vt sibi liceret dicere id de me.
Homo additum, quum negatur familiaritas. Terent. Adel. 1. 2, 31, Prò Iuppiter, tu homo adiges me ad insaniam.
Homo comicè additum. Terent. Phorm. 1. 2. 73,
—est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens, qui (illum di omnes perdunt.) Vbi Donatus, Homo comicè dictum: nam quis ignoret hominem parasitum esse? Ibidem, 2. 1. 2.
Ita est homo. Terent. Adel. 1. 2. 63. Vbi Donatus, Homo dixit moraliter: sic enim dicimus de ijs quos parcè reprehendimus: ut alibi, Vt homo est, ita morem geras.
Habemus hominem. Terent. Eun. 5. 1. 19. Vbi Donatus, Mirè hominem dixit, ut reum.
Nemo homo. Terent. Eun. 3. 5. 1. Idem Adel. 2. 3. 6, Itaq; hanc unam rem me habere præter alios præcipuam arbitror, Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem. Vbi Donatus, Quamuis per nemo, homo intelligatur, tamen addidit homo, ut ueteres solent τῷ ἀρχαϊσμῷ. Cicer. pro P. Sylla, 18, Nisi fortè regium tibi uidetur ita uiuere, ut non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli seruias. Idem 1. de Natur. deor. 106, Est enim uis tanta naturæ, ut homo nemo uelit nisi hominis similis esse.
Homo sum: id est, qui errare & facilè falli possim. Terent. Adel. 42. 41, —uah, Censén' hominem me esse? erraui. Plin. epist. 98. a, Aliquando præterea rideo, iocor, ludo: atq; omnia innoxiæ remissionis genera complectar, homo sum.
Homo es: Idem quod Vir es: hoc est, fortem, & magni animi te esse ostendis. Plaut. Epid. 10. 57. Ibidem, 9. 44,
Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium (29. 7.
Minus hominẽ quàm doctum. Cic. ad Oppium, lib. 11.
Homo ad differentiã belluæ dicitur. Cic. ad Oppium, lib. 11. 29. 7, Quod tuũ iudiciũ nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibusq; meritis cõprobaro, ipse me hominẽ non putabo.
Nihil minus hominis quàm nõ respondere amori. Cic. ad Brut. (lib. 1. 2.
Nullorum hominum homo. Vide Nullus.
Homo de pueris. Quintil. lib. 1. cap. 3, Fugiendo turbam hominum eius ætatis quæ sit ad uitia maximè prona.
Homines, pro famulis, ancillis, seruis et tota familia. Scæuola in l. pater. ff. de doli mal. except. Pater pro filia dotem promiserat, & pactus erat, ut ipse aleret filiã suã, eiusq; homines.
¶ Homuncio, homuncionis Diminut. (ἀνθρωπάριον) Terent. Eun. 3. 5. 43. Cic. 4. Acad. 242, Homuncio hic, qui multa putat, &c. Iuuen. Satyr. 5. 14.
¶ Homunculus, pen. corr. Aliud dimin. (ἀνθρωπίδιον) Cic. 1. Tusc. 28, Sed ut homunculus unus è multis probabilia coniectura sequens. Sic, 5. Tusc. 91.
¶ Homulus, homuli, pen. cor. (ἀνθρωπίσκος) Aliud diminut. Plin. epist. 105. Cic. in L. Pisonem, 46, Sed quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus, Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo & summo Imperatori genero suo?
¶ Homicida, huius homicidæ, pen. prod. (μιαιφόνος) Qui hominem occidit: Quintil. lib. 7. cap. 4, An qui se interfecit, homicida sit.
¶ Homicidiũ, homicidij (μιαιφονία) Plin. lib. 18. cap. 3. 4, Suspẽ sumq; Cereri necari iubebant grauius quàm in homicidio,
Imprudens homicidiũ. Valer. lib. 1. cap. 5. (cõuictũ.
Facere homicidium. Quintil. lib. 5. cap. 9. 6.
Homœoptoton] pen. corr. (ὁμοιόπτωτον) est (inquit Aquila Romanus) simile in casibus. Hoc ex eo nomen accepit: quòd membra illa, id est, cola, in eosdem casus cadunt, ad hũc modum:

*modum: Huic igitur socios uestros criminanti, & ad bellum uos cohortanti, & omnibus modis ut in tumultu essetis, molienti. Hæc enim tria, in eundem casum determinata sunt.*

**Homœoteleuton** ] ὁμοιοτέλευτον, *Simile determinatione. differt à superiore: quòd illud quidem & casu & sono similia uerba membrorum determinat: hoc uerò, non solũ casuũ similitudine, sed cuiuscunq; uerbi atq; enuntiationis contentũ est. In muros statim currutur, exercitus à socijs accersitur, delectus iuuentuti denuntiatur. Hæc Aquila Romanus.*

**Homœomeria** ] *pen. pro.* (ὁμοιομέρια) *Similitudo partiũ. Lucret. lib. 1. 167, Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. Serutus super illud Virgil. 4. Aen.*

*Exoriare aliquis nostris ex ossib. ultor. Secundum (inquit) Anaxagoram, qui homœomeriam dicit, id est, omniũ membrorum similitudinem esse in rebus creandis: id est, ex ossibus, ex sanguine, ex medullis. Nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem.*

**Homœosis** ] *pen. prod.* (ὁμοίωσις) *Est quum per similitudinem res præstantur. Cuius species sunt primæ duæ, paradigmata, & parabolæ. Harum distantia est, quòd paradigma facit uera exempla, parabola ficta ostendit.* (lib. 12.

**Homole** ] *pen. cor. mons est Magnesiæ, siue Thraciæ. Strab.*

**Homolium** ] *Oppidum Magnesiæ, Plinio lib. 4. cap. 9.*

**Homologa** ] *pro similitudine partium. Euclid. 5. Element. Homologæ, seu similes ratione magnitudines dicuntur, antecedentes quidem antecedentibus, consequentes uerò consequentibus. Et 6. Element. Theor. 4, Æquiangulorũ triangulorum proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos, & homologa sunt latera, quæ æqualibus angulis subtenduntur.*

**Homonymon** ] *pen. corr.* (ὁμώνυμον) *Quod est eiusdem nominis, & diuersæ significationis. Vnde homonymum dicimus, nomen multa significans: ut, Nepos, quod filium filij significat, & luxuriosum.*

**Honestus** ] *Adiect.* (καλὸς, τιμὸς, κόσμιος) *ab honore, Quod uirtutẽ probitatemq; significat, quo cauetur ne quid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogitetur ue. Iuuen. Satyr. 3. 6, Participem qui te secreti fecit honesti. Sallustius, Calumnia paucorum, quibus omnia honesta atq; inhonesta uendere mos erat.*

*Honestus, ut inquit Varro, quòd honus Reip. sustineat. Ex cuius uerbis constat, honus, antiquè per h scribi solere.*

*Honestiorem honore facere. Plaut. Capt. 7. 32, Sallust. in Catil. Sed quod non dignos homines honore honestos (uel ut alij legunt, honestatos) uidebam.*

*Honesta dicta factis. Plaut. Stich. 5. 7.*

*Honestissimus dies alicui. Cicer. Lent. lib. 1. 2. 8. Id est, habitus in magno honore.*

*Honestus, Pulcher, Terent. Eun. 3. 2. 21,*

*Ita me di ament honestus est.*

*Honesta facie uirgo. Terent. Eun. 2. 1. 24.*

*Honesta & liberali facie. Terent. Eun. 4. 4. 15.*

*Honesta forma & liberali: hoc est, decora & egregia. Terent. And. 1. 1. 95. Idem Eun. 1. 2. 52,*

*Is ubi hanc forma uidet honesta uirginem, &c.*

*Honesto loco natus. Plin. epist. 159. 9. Cic. 5. Tusc. 81, Qui quũ esse bonis parentibus, atq; honesto loco natus, &c.*

*Honesti homines: id est, optimi & probatissimi: uel honoribus insignes. Cic. 3. Ver. 92, Quid est aliud omnibus omnia peccata & maleficia cõcedere, nisi hoc, hominem honestissimorum testimonijs, & uirorum bonorum tabulis non credere?*

*Arma honesta. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 2.*

*Honesta ciuitas. Cic. 5. Verr. 55.*

*Honestus conuentus Syracusis. Cic. 5. Verr. 116.*

*Exitus honesti. Tacit. lib. 16.*

*Ampla & honesta familia. Cic. pro Muræna, 13.*

*Mors honesta. Tacit. in uita Agricolæ.*

*Nomen honestum ponere errori. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 9,*

*Vellem in amicitia sic errare nos, & isti*
*Errori nomen uirtus posuisset honestum* De amatore uitia amatæ non deprehendente.

*Officium honestum. Horat. 1. epist. 19. 7.*

*Honesta oratio. Terent. And. 1. 1. 114, Hoc est, quæ honestum iuuenem decet.*

*Honestissimum testamentum. Plin. epist. 144.*

¶ *Honestũ, honesti, Substantiuũ: ut, Nixa honesto uirtus. Vide* Cõplecti *aliquid honesto. Quint. lib. 2. cap. 4. 27.* (Nitor. *Nouere aliquid honestum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 25.*

¶ *Honestas, honestatis* (τὸ καλὸν, καλοκαγαθία) *Dignitas, decus, laus: cui contrarium est Turpitudo.*

*Honestas & Turpitudo uitæ, contraria. Cic. 1. Offic. 8. Quintil. lib. 3. cap. 4. 19, Nam & in laude iustitia, utilitasq; tractantur, & in consilijs honestas.*

*Dignitas & honestas. Cic. ad Attic. lib. 7. 130. 2, Vbi est autem dignitas, nisi ubi honestas?*

*Amittere honestatem. Vide* Amitto.

*Honestas continetur ex quatuor uirtutibus. Vide* Contineo.

*Copulare honestatem cum uoluptate. Vide* Copulo.

*Honestate metiri summum bonum. Vide* Metior.

*Honestate spoliatus. Cic. pro Rab. Posthumo, 28.*

*Honestatem & decus conseruare. Cic. 1. Offic. 27.*

*Honestatib. partis et omni dignitate priuare. Cic. pro Mur. 78.*

*Honestitudo. Idem quod Honestas, Antiquè dictũ. Accius Oenomao, Horrida honestitudo Europæ principium primo ex loco. Idem, Myrmidonibus, Tua honestitudo Danaos decepit diu. Ex Nonio.*

¶ *Honestè, Aduerbium* (καλῶς) *Dicitur id honestè fieri quod cum decoro & honesto fit. Terent. And. 4. 6. 3,*

*Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias*
*Potius, quàm in patria honestè pauper uiuere. Cic. 1. de Fin. 89, Nisi sapienter, honestè iustèq; uiuatur.*

¶ *Honesto, honestas* (σεμνύνω, κοσμέω) *honestare, Decorare: cui contrarium est, Dehonestare. Cic. 1. Offic. 84, Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Idem 2. Offic. 28, Quæcunq; igitur homines hominũ tribuunt ad eum augendum atq; honestandum, &c.*

*Honore honestare. Plaut. Capt. 5. 53.*

*Honestari loco aliquo à candidatis. Cic. pro Muræn. 64.*

*Vultus honestat illum. Claud. 1. Paneg. 6.*

¶ *Honestamentum, honestamenti* (κόσμημα) *Senec. epist. 65, Nullo enim honestamento eget uirtus ipsa, & magnum sui decus est, & corpus suum consecrat.*

**Honor** ] *uel honos, honoris, m. g.* (τιμὴ) *Aspiratur secundũ Apuleium, ut differat ab Onos, quod est asinus. Reuerentia est quam alicui exhibemus in uirtutis testimoniũ. Plaut. Pœnulo, 9. 25, Nos honoris tui causa huc ad te uenimus. Cic. de claris Oratoribus, 154, Honos est præmium uirtutis, iudicio, studioq; ciuium delatum ad aliquem.*

*Honor, Dignitas. Cic. lib. 1. ad Cæsarem iuniorem, Tu quum ea quæ es à Senatu summo cum honore tuo consecutus.*

*Iudiciorum cælestium honor. Quintil. in Proœm. lib. 4. 2.*

*Verborum honor. Quintil. lib. 3. cap. 7. 9.*

*Honoris causa procedere. Sallust. in Iugurtha.*

*Appellare uel nominare aliquem honoris causa. Cic. pro Sexto Rosc. 3, Quæ de uiro fortissimo & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino. Idem 2. Philip. 50.*

*Cupido cæca honorum. Lucret. lib. 3. 12.*

*Insania honoris. Tacit. in uita Agricolæ.*

Vmbra

Vmbra honoris. Tacit. lib. 19.
Contumelioſus honor. Vide Contumelia.
Crudus honor. Stat. 10. Thebaid. 68.
Diuini honores. Quintil. lib. 3. cap. 7. 12.
Falſus honor iuuat. Horat. 1. epiſt. 17. 8.
Iuſti honores. Vide Iuſtus.
Meriti honores. Vide Mereo.
Nonnullus honor. Vide Nonnullus.
Otioſus & uacans honor. Vide Otioſus.
Pauper honos. Stat. 5. Thebaid. 103.
Sublimis honor. Claud. 2. Paneg. 66.
Temerarius honor. Quintil. in Proœm. lib. 1. 7.
Abundare honoribus. Vide Abundo.
Accipere honorem. Vide Accipio. Cic. Bruto, 47.
Accumulare honorem alicui. Vide Accumulo.
Adducere aliquid in honorem. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. 5. Vide Adduco.
Adeptus ſummos honores. Vide Adipiſcor.
Adolere honores aris. Ouid. 8. Metam. 150. Vide Adoleo.
Afferre honorem. Vide Affero.
Afficere aliquem regis honore & nomine. Cic. pro Deiot. 9.
Aggredi magnos honores. Virg. eclog. 4. 10.
Honos alit artes, omneſq; incenduntur ad ſtudia. Cic. 1. Tuſc. 7.
Amplificatus honoribus. Vide Amplifico.
Aſcendere ad honores. Cic. de claris Orat. 130.
Aſcendere in honorem. Cic. in Orat. 68. Vide Aſcendo.
Aſſequi honorem. Vide Aſſequor.
Augeri honore. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 8. Vide Augeo.
Amplis honoribus auctus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 3.
Capere honorem. Vide Capio.
Capeſſere honorem. Tacit. lib. 13.
Cedere honori & honore. Vide Cedo.
Compellare aliquem multo honore. Virg. 3. Aeneid. 95.
Comprobare honorem. Vide Comprobo.
Congeſti honores. Vide Congero.
Cõtigit ex merito qui tibi nuper honor. Ouid. 4. de Pont. eleg. (7. 4.
Cuſtodire honorem. Vide Cuſtodio.
Decernere honores alicui. Cicero ad Atticum, libro 5. 110. 6. Vide Decerno.
Decorare honoribus. Vide Decoro.
Honoribus ampliſſimis & præmijs decorari. Cic. 2. de Or. 119.
Defendere honorem ſuum. Vide Defendo.
Deferre & dare aliquem honorem claris uiris. Cic. Planc. lib. 10. 10. 4.
Honore dicto aliquid referre. Plin. lib. 28. cap. 1.
Dignari aliquem honore. Ouid. 1. Metam. 40. Virg. 1. Aen. 68.
Facere honorem alicui. Cic. 9. Philip. 261.
Factus honos aris. Virg. 5. Aeneid. 152.
Miſſos facere honores. Vide Mitto.
Honore florere. Cic. pro P. Seſtio, 119.
Intaminatis fulget honoribus. Horat. 3. Carm. ode 2. 4.
Habere honorem alicui, pro Honore afficere & honorare. Cic. pro Flacco, 35.
Habere in honore aliquem. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 10.
Honori habere Conſulatum ſuum. Saluſt. in Iug.
Impertire aliquem honoribus. Vide Impertio.
Incipere honorem. Vide Incipio.
Incidere honores. Virg. 3. Aeneid. 53.
Inire honorem. Vide Ineo.
Inſeruire honori. Horat. de Arte, 34.
Inſeruire honoribus. Vide Inſeruio.
Sacros templis largitur honores. Valer. 2. Argon. 131.
Lenem libat honorem. Virg. 4. Aeneid. 42.
Meritos aris mactauit honores. Virg. 3. Aeneid. 24.
Mandare honorem. Tacit. lib. 11.
Mandare honores alicui. Vide Mando.
Mandare honores hominibus nouis. Cic. 6. Ver. 73.
Aeternos honores parere alicui. Horat. 2. Carm. ode 1. 3.
Perfunctus honoribus ampliſſimis. Cic. Lentulo lib. 1. 8. 7.
Perhibere honorem. Vide Perhibeo.
Peruigere opibus atq; honoribus. Tacit. lib. 4.
Petere honores. Quintil. lib. 7. cap. 5. 4.
Præfari honorem. Cicer. Pæto, lib. 9. 22. 13. Idem de Fin. Cætera addit Epicurus: quæ ſi appelles, honos præfandus eſt.
Honos auribus ſit habitus. Curtius lib. 5, Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: paulatim pudorem profanant, ad ultimum opus (honos auribus habitus ſit) ima corporum uelamenta proijciunt.
Reddere alicui ſuum honorem. Cic. pro Sext. Roſc. 81.
Sacrare honorem alicui. Virg. 12. Aeneid. 29.
Ad ſummum ſuccedere honorem. Lucret. 5. lib. 226.
Honor eſſe parentib. liberi dicuntur qui, &c. Cic. de Amic. 61.
Fuit honori. Cic. 2. Offic. 86, Honori ſummo nuper noſtro Miloni fuit, quòd, &c.
In honore eſſe apud aliquem: hoc eſt, in numero & exiſtimatione. Cicer. pro Sext. Roſc. 47. Idem 2. de Orat. 120, Hæc ars ſummo in honore ſemper fuit.
In honore menſarum eſſe. Vide In.
Tollere aliquem honoribus. Horat. 1. Carm. ode 1. 2.
Honoribus uti. Saluſt. in Catil.
Homines honore uſi: id eſt, qui magiſtratum geſſerunt. Cicero 8. Philip. 254,
Honor, Pulchritudo. Virg. 1. Aeneid.
—& lætos oculis afflarat honores. Idem 2. Georg. 81,
Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem.
Honor, Cultus & obſeruantia. Virg. 6. Aeneid.
Semper honore meo, ſemper celebrare donis.
Pudicitia. Virg. 1. Aeneid. 7, —& rapti Ganymedis honores.
Hoſtia. Virg. 3. Aeneid. 24, —meritos aris mactauit honores.
Præmium. Virg. 5. Aeneid. 50,
Ipſis præcipuos cultoribus addit honores.
Sepultura. Virg. 6. Aeneid 67,
Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes.
Amor. Virg. 11. Aeneid. 12. —ſiquis amatæ
Tangit honos animum. Hæc ex Nonio.
Honor etiam pro præmio accipitur. Cicer. pro Sext. Roſc. 64, Quam ob cauſam à Chryſogono tantis præmijs donabantur, ſi nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt, nónne ſatis fuit his gratias agi? deniq; ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Sic, lib. 2. de Rep. præmium mercenarij, uocat τιμήν.
¶ Honorarius, Adiect. (τιμητικὸς) quod ad honorẽ pertinet.
Honorarius arbiter, Quem honoris cauſa, utraq; pars ſummit facit ſuæ cauſæ & controuerſiæ iudicem. Cic. 5. Tuſcul. 168, Quorum controuerſiam ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.
Honorarius tumulus, Qui honoris cauſa erigitur, Suetonius in Claudian. Cæſ. cap. 1, Cæterum exercitus honorariũ ei tumulum excitauit, &c. Sic uocari poſſunt hodie quas repræſentationes in anniuerſarijs exequijs uocamus. Budæus.
Honorarij ludi, antiquis Liberalia dicebantur, ut ait Feſtus. Dicti honorarij, ab honore uidelicet eorum qui munera populo edebant.
¶ Honorarium] Donum erat quod Conſulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: ſic dictum, quòd honoris cauſa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cic. in Piſ. 68, Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarij? Budæus.

Honorarium,

Digitized by Google

Honorarium, Id quòd à Decurionibus pro curiæ introitu dari ſolitum eſt. Plinius ad Traianum, Superest ergo ut ipſe diſpicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epiſtolam reſcribens Traianus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes qui in quaq; ciuitate Decuriones fiunt, inferre debeant, nécne, à me non poteſt ſtatui.

Honorarium, pro ſalario quod datur magiſtratibus, arbitris, et alijs huiuſmodi. Vlpian. iml. 1. §. 1. ff. ſi men. fal. mod. dixer.

Honoraria opera. Cic. pro A. Cecinna, 4, Ideò quòd omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt: quorum alterum leuius eſt, &c. alterũ eſt uehementißimum: quòd & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici, ſed ſeueritatem iudicis, ac uim requirit.

¶ Honoro, honoras, pen. prod. (τιμάω, τίω, ἀγλαίζω) honorare. Honoribus afficere. Cic. 1. de Diuin. 147. Idem 2. Philip. 47, Qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam honoraret alienis.

Honorare, aliàs à Cicerone dicitur Honorem habere alicui, Honorem adhibere, Honeſtare, In honore habere, Honorem facere, Honorẽ debitũ alicui præſtare, Honore afficere, Honorem tribuere, Honore augere, Honore amplißimo ornare.

¶ Honoratus, pen. prod. Adiectiuum (τιμώμενος, εὐτιμος, τιμαχος, γεραρὸς) Qui in honore & pretio eſt apud aliquos. Cic. 1. Offic. 192, Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe. Idem de Senect. 19, Clari & honorati uiri.

Vetus & honorata familia. Suet. in Othone, cap. 1.

Honoratus utr. Liu. 1. ab Vrbe, 153. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.

Honoratus quatuor filijs. Cic. 2. Tuſc. 132.

Honoratus Achilles. Vide Achilles.

Cuſtodia honorata. Tacit. lib. 19.

Cani honorati. Ouid. 8. Metam. 2.

Dies honoratus. Claud. 5. Paneg. 52.

Honoratior militia. Liu. 2. bel. Maced. 102.

Militia honorata. Tacit. lib. 20.

¶ Honoratè, Aduerbium (τιμωμένως) Quod cum honorem & dignitate factum eſt. Cic. 11. Philip. 314, Quæ de illo uiro Sylla, quæ Muræna, quæ Seruilius, quæ Lucullus, quàm honoratè, quàm honorificè, quàm grauiter ſæpe in Senatu prædicauerunt? Ex uetuſto codice legimus nunc, ornatè. Tacit. lib. 20, Quòd filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinenſi deprehenſum, honoratè cuſtodierunt.

¶ Honorabilis, & hoc honorabile, pen. corr. (γεραὸς) Quod eſt honore dignum. Liu. 4. ab Vrbe, 50. Quinq; Conſulatus eodem tenore geſti, uitaq; omnis Conſulariter acta, uerendũ penè ipſum magis quàm honorabilem faciebant.

¶ Honorificus, pen. corr. Adiectiuum (τιμῆ) Quod honorẽ confert. Cic. ad Brutum, 15. 10, Decreui etiam imperiũ quod quanquam uidebatur illi ætati honorificũ, tamen erat exercitum habenti neceſſarium.

Honorifica mentio alicuius. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 13. 2.

Honorifica uerba. Cic. 2. Tuſc. 103.

Honorificum Senatuſconſultum. Cic. 4. Verr. 84.

Honorificentior, Comparatiuum. Cicer. ad Atticum, lib. 1. 11. 7, Quæ mihi res multo honorificentior uiſa eſt, quàm aut illa quum, &c.

¶ Honorificè (τιμίως) Aduerbium, Idem quod Honoratè. Cic. 5. Ver. 141, Publicani tractati honorificè ſunt.

Honorificè dicere. Brutus Ciceroni, 16. 1.

Honorificè appellare. Cæſar. 8. bel. Gal. 176.

Largè & honorificè promittere aliquid. Cic. De petitione Conſulatus, 29.

Honoratè & honorificè multa de aliquo prædicare. Cicer. 11. Philip. 314.

Honorificentißimè. Cic. ad Cæl. Nunquam niſi honorificentißimè Pompeium appellat.

¶ Honorus, pen. prod. (τίμιος) Adiectiuum: ut decorus, canorus, apud Tacitum, teſte Budæo.

Laudis honora effigies. Silius lib. 8. 77.

Fama honora. Stat. 2. Thebaid. 126.

Oratio honora. Tacit. lib. 1.

Honora & magnifica. Tacit. lib. 3.

Honorius] uiri proprium, de quo apud Catullum.

Honoriades, pen. corr. (ὀνωριάδης) Patronymicũ ab Honorio fecit Claud. in eiuſdẽ Epithalamio, 69, —ſic natus in oſtro
Paratus Honoriades genibus conſidat auitis.

Sorores Honoriades. Claud. de laudibus Serenæ, 22. 27.

Hoplomachus] ὁπλομαχὸς, Qui militaribus armis & ſcito depugnat. Græci enim τὸ ὅπλον dicunt ſcutum, τὰ ὅπλα arma, & μάχομαι pugno. Martial. lib. 8. epig. 74,
Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus antè.
Feciſti medicus, quod facis hoplomachus.
Opthalmicus dicitur, qui oculis mœdetur. Quum oculis olim mederetur, homines ſua uocabat imperitia: nunc factus hoplomachus idem facit.

Hora] huius horæ (ὥρα) Tempus ſignificat, hoc eſt, quamcunq; æternitatis partem, ſiue annuum, ſiue diurnũ, ſiue nocturnum ſpatium complectens. Hinc quatuor anni tempora, hoc eſt, Hyems, Ver, Æſtas, Autumnus, horæ dicuntur. Item partes ipſæ in quas diſtinctus eſt dies, ſimiliter horæ uocantur. Hæ principiò duodecim inſtitutæ ſunt: cuius ordinationis hæc fuiſſe origo memoratur. Quodã tẽpore Hermes Trimegiſtus, quũ eſſet in Aegypto ſacrum quoddam animal Serapi dicatum, quòd in toto die duodecies urinam feciſſet, pari ſemper interpoſito tempore, per XII. horas diem diuidi debere coniecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore cuſtoditus eſt. Poſtea in XXIIII. horas diuiſus eſt dies. Plin. lib. 12. cap. 8. 4, Horis matutinis duabus.

Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. Cic. 6. Ver. 85.

Hora ante præſidium meum Pollentiam ueni. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 7.

Hora anni, pro Parte. Plin. lib. 9. cap. 35. 3, Has ubi genitalis anni ſimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt.

Punctum horæ. Horat. 2. epiſt. 2. 55.

Atrox hora. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.

Hora bona. Vide Bonus.

Craſtina hora. Vide Craſtinus.

Diurnæ horæ. Virg. 3. Georg. 80.

Extrema hora. Virg. 8. eclog. 4.

Funeſta hora. Lucan. lib. 6. 2.

Horæ legitimæ. Vide Lex.

Lunares horæ. Lucan. lib. 1. 83.

Hora matutina, meridiana, ueſpera. Plin. lib. 19. cap. 12. 1.

Mobilis hora. Horat. 2. epiſt. 2. 35.

Nouißima hora. Ouid. 4. Metam. 32.

Septembres horæ. Horat. 1. epiſt. 17. 4.

Siniſtra hora. Ouid. epiſt. 20. 14. Id eſt, infauſta.

Solida hora. Iuuen. Satyr. 11. 21.

Tempeſtiua hora narrantibus. Ouid. 5. Metam. 100.

Horæ ueloces. Ouid. 2. Metam. 24. Hoc loco deas eſſe fingit Horas, & miniſtras Solis.

Hora abijt: hoc eſt, tempus elapſum eſt. Teren. Eun. 2. 3. 49.

Admouere mortis horam. Vide Admoueo.

Collocare horas. Vide Colloco.

Conſumere

*Consumere horas suauissimo sermone.* Vide Consumo.
*Nos flendo ducimus horas.* Virg. 6. Aen. 108.
*Partiri horas curis.* Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.
*Grata superueniet quæ non sperabitur hora.* Hor. 1. epist. 4. 3.
*Vti suis horis.* Cic. 3. Ver. 21.
*Ab hora tertia.* Cic. 2. Philip. 102, *Ab hora tertia bibebatur, lu debatur, uomebatur.*
*Ad hanc horam.* Vide Ad præpositionem.
*Ad horam unam expectare.* Cæsar 4. bel. Gall. 550.
*In hora una.* Vide In.
*In horas: id est, singulis horis.* Virg. eclog. 10. 15,

——*cuius amor tantum mihi crescit in horas.*
*Quantum, &c.* Vide In.

*Commutare in horas.* Vide Commuto.
*In horas expectare.* Vide In.
*In horam uiuere.* Vide In.
*Hora, pro die.* Cic. 3. Ver. 20, *Menses mihi tres quum eripuisse tis, ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remissurum putastis, ut quum horis nostris nos essemus usi, tu binis ludis interpositis, quadragesimo post die responderes. Horas suas uocat (inquit Asconius) uiginti dies, qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi: totidemq; defensori. Ibidem,* 16. Virg. 1. Georg. 86,

——*nunquam te crastina fallet Hora.* Budæus.

*Horam ueteres iuuentutis deam uocabant.* Ennius,

*Teq; Quirine pater ueneror, horamq; Quirini.*

*Omnium horarum hominem, ueteres appellabant eum, qui serijs pariter ac iocis esset accommodatus, & qui cum assiduè libeat conuiuere. Atq; ita uocatum Asinium Pollionem, au thor est Quintilianus, lib. 6. cap. 4. circa finem. Erasmus.*

¶ *Horarius, Adiect. Quod est unius horæ. Sueton. in* Domitiano, *cap. 3, Inter initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, &c.*

¶ *Horologium, horologij (ὡρολογεῖον) Quasi horarum ratio. Quicquid enim quodammodo horas indicat, horologium dicitur.* Vide *Plin. lib. 7. cap. 60. Cic. Tironi. lib. 16. 18. 5, Horologium mittam, & libros, si erit sudum.*

*Horologium solarium. Plin. lib. 7. cap. 60. 2.*

¶ *Horoscopus, pen. cor. (ὡροσκόπος) Adiectiuum, dicitur omne id in quo horæ notantur. Plin. lib. 2. cap. 72, Vasaq; horoscopa non ubiq; eidem sunt usui, in trecenis stadijs, aut ut longissimè in quingenis, mutantibus semet umbris.*

*Significant etiam eam cæli partem, quæ hora qualibet ab inferiore hemisperio surgit ab Oriente. Astrologi ascendens appellant. Item, id temporis momentum quo quisq; nascitur, quasi horæ inspectionem & notationem. Pers. Sat. 6. 2,*

—*geminos horoscope uaro Producis genio.*

¶ *Horoscopans, horoscopantis. Firmic. lib. 5. cap. 1, Is erit ariete horoscopante semper in Cancro. Et alibi sæpius.*

Horæum] *per simplex r, (ὡραῖον) Mel æstiuum, ab hora. nã Græci omnes fructus æstiuos nominant ὡραῖα: quoniam id tempus per excellentiam ὥραν uocant.*

*Horæum salsamentum ex pisce. Athenæus, Salsamentum autem horæum est, aut thunnium. In horæo macra pinguibus, in thunnio macris pinguia præferimus.*

Horarium] Vide Hora.

Horatius] *ὁρατίου, Poeta Venusinus, Lyricorum scriptor: qui anno imperij Augusti Cæsaris tricesimotertio, ætatis uerò suæ sexagesimotertio moriens, Augustum reliquit hæredem: maxima pompa apud Mecœnatem in Exquilijs sepultus.*

*Horatius Cocles, Romanus, id cognomentum adsequutus, quòd in prælio oculum amiserit. Vnde Plautinus caullus in seruum qui altero oculo captus erat, eum nobilem ac de Cocli-*

*tum familia appellando. Horatius item Puluillus, subrogatus in locum Lucretij defuncti in Consulatu: huic sorte euenit, ut ædem Iouis Capitolini dedicaret. Liu. lib. 2, Fuerunt præterea Horatij tres, qui cum Curiatijs, Albanis congressi sunt, ut est author Liu. 1. ab Vrbe.*

*Pila Horatia. Propert. lib. 3. eleg. 3. 2.*

Horcinus] Vide Orcinus, *in* Orcus.

Horda] *hordæ (ὑγκυ & βόϊ) Vacca prægnans.* Vide Forda. *Varro 2. de re Rust. cap. 5. 6, Quæ sterilis est uacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. Ab eo in fastis dies Hordicalia nominantur: quòd tunc hordæ boues immolantur. Idem habet Festus.*

Hordeum] *hordei (λριθὴ) Frugis genus notum. Plin. lib. 18. cap. 7. 28, Hordeum, frugum omnium mollissimum est. seri non ualet, nisi in sicca & soluta terra, ac nisi læta: palea ex optimis. Stramento uerò nullum comparatur. Hordeum ex omni frumẽto minimè calamitosum, quia tollitur antè quàm triticum occupet rubigo.*

*Hordeum, ab horrore quidam dici uolunt: quoniam licet calamus altior frumento, quàm hordeo sit, arista tamen est mordacior hordeo. Vel dicitur hordeum, ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta sit aridum. Vel dicitur à Fordus, forda, fordum, ut loco* F *fuerit* H *aspiratio posita.*

*Cantherinum hordeum.* Vide Cantherius.
*Grandia hordea. Virg. eclog. 5. 8.*
*Hordeum murinum.* Vide Mus.

¶ *Hordeaceus, Adiectiuum (λριθινος) Quod ex hordeo factũ est: ut, Panis hordeaceus. Plin. lib. 18. cap. 11. 2.*

¶ *Hordearius, Aliud adiect. Quod hordeo uiuit. Plin. lib. 18. cap. 7, Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Athenien sium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearij uocabantur.*

*Hordearium æs ueteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Festus.*

*Hordearia pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. 1, Hordearia appellata à comitatu frugis eius.*

Horia] *horiæ.* Vide Oria.

Horizon] *horizontis, pen. prod. (ὁρίζων) circulus est uel cæli terminus quodam circo designatus, qui super terram uidetur, quem sibi uniuscuiusq; circunscribit aspectus. Centum & octoginta stadia non excedit acies contra uidentis. Cic. 2. de Diuin. 138, Quum enim illi orbes qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè nominari possunt, uarietatem maximam habeant, alijq; in alijs locis sint, necesse est ortus occasusq; siderum non fieri eodem tempore apud omnes.*

Hormesion] *Hemma ex igneo calore radians auro, portãte secum in extremitatibus cãdidã lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.*

Horminum] *ὅρμινον, semine cumino simile est, cætero porro, dodrantali altitudine. Plin. lib. 22. cap. 25. 38.*

Hormos] *ὅρμος, Monile, corrigia calceamentorum, ut nonnullis placet. de quo Homerus lib. 8. Odyss. Et in Hymno Veneris, ubi id ornamenti genus ipsi Veneri tribuit.*

Hornus] *Adiectiuum, Veteres quod ipsius anni esset, dicebant. Lucilius lib. 28,*

*Vtrum anno, anq; horno te abstuleris à uiro. Varro Eu dæmonibus, Quum in eo essem occupatus, atq; in schola curarent, inscribit Scantius horno per Dionysia. Nonius.*

*Hornum, Quod est huius anni, inquit Porphyrio, uel unius anni, ut inquit Acron: ut, Vinum hornum, quemadmodum & bimum & trimum dicitur. Horat. Epod. 2. 10,*

*Et horna dulci uina promens dolio.*

*Horni agni. Propertius lib. 4. id est; anniculi.*



Digitized by Google

Fruge horna placare lares. Horat. 3. Carm. ode 23. 1.
Hornam messem, prouerbiali figura dixit Plaut. Mostel. 4. 3. pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Erasmus.
Palea horna. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 18.
¶ Hornotinus, pen. cor. Adiectiuum (οῦνος) Id est, Huius, uel unius anni. Cic. 5. Ver. 36, Hæ literæ, Iudices, Metelli, quas audistis, hoc quãtũ est, ex Sicilia frumẽti hornotini exarauerũt.
Hornotinæ nuces. Cato de re Rust. cap. 17, de nucibus loquens, Postea usque adeò sunt plus menses octo. hornotinæ nuces uirides sunt.
Hornotinæ uirgæ. Colum. lib. 5. cap. 6. 27.
Horodes] pen. prod. rex Parthorum, qui M. Crassum occidit. Alij Orodes scribunt.
Horologium, Horoscopus] Vide Hora.
Horontes] Vide Orontes.
Horrearius] Vide Horreum.
Horreo, Horresco] Vide Horror.
Horreum] huius horrei (ἀποθήκη) ab horrore, quasi horridum propter asperitatem aristarum, quoniam prisci fruges in suis spicis in granarijs condiderunt. Festus. Horreum antiqui dicebant farreum, à farre. Horreum ab hordeo quidã deducunt. Colum. lib. 2. cap. 10, Ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata condatur. si maior modus in horreo: si minor, in usus olearijs salsamentarijsq;. Virg. 1. Georg.
Illius immensæ ruperunt horrea messes. Cic. 5. Ver. 15.
Horreum frumenti. Plin. lib. 15. cap. 8. 1.
Horreum, pro cella uinaria. Horat. 3. Carm. ode 28. 2. Senec. epist. 115, Plena multorum seculorum uindemijs horrea.
Cella atq; horreum. Cic. 2. de leg. Agrar. 87.
Constituere horrea certis locis. Vide Constituo.
Distentet spicis horrea plena Ceres. Tibul lib. 2. eleg. 6. 10.
Horreum, Locus ad custodiam rerum pretiosarum sepositarũ à quotidiano usu: ut est apud Apuleium in Asino aureo, Demonstrat horreum ubi uespera sagaciter argentum copiosum recondi uiderat.
Horrea Iurisconsulti frequenter usurpant pro repositorijs mercium & rerum pretiosarum.
¶ Horreolum, pen. cor. Diminutiuum, paruum horreum. Val. Max. lib. 7. cap. 1. de Gyge.
¶ Horrearius, horrearij, Cui commissa est cura ac custodia horrei. Vlpian in l. Celsus. ff. ad exhib. Sed si nemo hæres sit, cũ horreario agendum.
Horribilis, Horridus] Vide Horror.
Horror] horroris, mas. gen. (φρίξ, φρίκη) Tremor propriè, quum corpus uel frigore, uel pauore intremiscit, & succussatur. Celsus lib. 3. cap. 3, Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ ab horrore. Virg. 3. Aen. 6,
—mihi frigidus horror Membra quatit.
Horror quandoq; ad toruitatem aspectus refertur. Apuleius, Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit. Quandoq; ad abominationem. Varro, Ira, odium, horror, eos ab incœpto retrahit.
Quãdoq; ad uenerationẽ refertur, ut ait Serv. Virg. 1. Aen. 34,
—horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Lucanus, Arboribus suus horror inest.
Classicus horror. Ouid. ad Pisonem, 29.
Exanguis horror. Claud. 2. in Ruffin. 26.
Sacer horror. Stat. 5. Thebaid. 101. Seuum horror. Virg. 2. Aeneid. 114.
Comæ arrectæ horrore. Virg. 4. Aeneid. 57.
Aura ciet horrorem membris. Lucret. lib. 3. 59.
Armorum ingruit horror. Virg. 2. Aeneid. 61.
Tremulo horrore moueri. Ouid. 9. Metam. 70.
Horrore perfundi. Cic. Attic. lib. 8. 150. 2. Vide Perfundo.
¶ Horriditas, pen. corr. huius horriditatis, f. g. (φρίκη) Ipse horror. Næuius, Omnia mihi horriditati erant maximæ.
¶ Horridus, penult. cor. (φρικώδης, ἀδιάσειστος, ἀτημελητὸς, κρυερὸς, κρυόεις, ῥίγιστος) Adiectiuum, Hispidus, asper, cui cõtrarium est Nitens uel nitidũ. Cic. 3. de Orat. 29, Ita de horridis reb. nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam est oratio tua. Virg. lib. 4. Aeneid. 50,
—glacie riget horrida barba.
Horridus, Timendus. Virg. 3. Aeneid. 8.
Horridus in iaculis. Hoc est, terribilis. Seruius.
Ira horridus. Ouid. 6. Metam. 137. de Borea.
Acies horrida. Tacit. lib. 5. Vide Acies.
Aequora horrida. Horat. 3. Carm. ode 24. 8.
Arma horrida. Ouid. 1. Metam. 26.
Barba horrida glacie riget. Virg. 4. Aeneid. 50.
Bella horrida. Virg. 6. Aeneid. 18.
Bruma horrida gelu. Virg. 3. Georg. 87.
Cesaries horrida. Ouid. 10. Metam. 28.
Horridum corpus. Cic. pro lege Agrar. 27.
Horridus December, Quòd frigore squalidos & horrẽtes cũ horrore rigentes artus efficiat. Mart. lib. 7. 94.
Facinus horridum. Seneca Hippol. 2. 17.
Fluctus horridi. Horat. Epod. 10. 1.
Grando horrida. Virg. 1. Georg. 89.
Hyems horrida. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 8.
Macies horrida. Virg. 4. Georg. 51.
Horridi pili apes. Colum. lib. 9. cap. 3. 1.
Prælia horrida. Virg. 2. Georg. 57.
Sus horridus. Virg. 4. Georg. 82.
Tempestas horrida Horat. Epod. 13. 1.
Verba horrida. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 2.
Horrida & inculta uita. Cic. pro Rosc. Am. 45.
Inculta & horrida scripta. Cic. 1. de Fin. 13.
Horridus sapor. Plin. lib. 34. cap. 13. 1.
Horrida syluestris ruta ad effectum, & ad omnia acrior. Plin. lib. 20. cap. 13. 6.
Horridus, asper, durus oratione & morib. Cic. 4. de Fin. 126.
Horridus, & ieiunus. Quint. lib. 2. cap. 14.
Deformis atq; horridus homo. Cic. 5. Verr. 38.
Rusco horridior. Virg. eclog. 7. 9. (Orat. 128.
Non ualde nitens, nec planè horrida oratio. Cicero de claris
¶ Horridè, pen. cor. (ἀκόσμως) Aduerbium: hoc est, asperè & inculte. Cic. in Orat. 15, Putant enim qui horridè, inculteq; dicat, modò id eleganter enucleateq; faciat, eum solum Attica dicere.
¶ Horridulus, pen. cor. (ὑπότρομος) Adiectiuum diminutiuũ, Tremens uel incultum. Persius Satyr. 1. 6,
Scis comitem horridulum, trita donare lacerna.
Horridula atq; incompta scripta. Cicer. ad Attic. lib. 2. 16. 2. Sis in Oratore, 48, Horridulæ orationes.
¶ Horribilis, & hoc horribile, pen. cor. (φρικτὸς) Formidabile & timendum. Cic. Et quod dictu quoq; horribile uidetur, uentis sanguine hausto.
Horribilis diligentia. Cic. ad Atticum, lib. 8. 152. 8. Et 1. de Finibus, 97, Horribiles formidines. Et pro Fonteio, 22, Horribiles impetus.
Fera horribilis. Virg. 4. Georg. 89.
Horribilis, Teter, deformis. Varro, Fœda atq; horribili.
Metus horribilis. Claud. 5. Paneg. 16.
Oratio horribilis. Cic. pro Murena, 68.
¶ Horrifer, pen. cor. Adiectiuum (φρικοφόρος) Cic. Tusc. 107,
Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Ex poeta quodam. Idem 2. de Nat. deor. 164,

Et magis

Et magis horriferis Aquilonis tangitur auris. Ex Arato. Virg. 8. Aeneid. 35, Horrifera ægris.
Horrifer Boreas. Ouid. 1. Metam. 14.
Voces horriferæ. Lucret. lib. 5. 199.
¶ Horrificus, pen. cor. Adiectiuum (φρικώδης) Quod horrorẽ incutit: ut, Horrificum bellum. Cic. pro Domo sua, 47.
Bustum horrificum. Lucret. lib. 3. 186.
Cesaries horrifica. Lucan. lib. 2. 75.
Lapsus horrificus. Virg. 3. Aeneid. 45.
¶ Horrifico, horrificas, penult. cor. (φρικοποιέω) horrificare, Horrorem incutere: ut ait Seruius. Virg. 4. Aeneid. 194, Terribili monitu horrificant.
Horrificans Zephyrus procliuas incitat undas. Catullus Argonaut. 59. 54.
¶ Horrisonus, pen. cor. Adiectiuum, Quod cum horrore sonat, siue quod horridum sonum emittit: ut, Horrisonus fremitus. Virg. 9. Aeneid. 11. Cic. 2. Tuscul. 41, Horrisonum fretum.
Flagellum horrisonum. Valer. 7. Argon. 31.
Fragor horrisonus. Lucret. lib. 5. 22.
¶ Horreo, horres, horrui (φρίττω, φρίσσω) horrere, Horrore pasundi. Proprie quum pili setæq; in animante eriguntur: ut, Horrens leo. Virgil. lib. 9. Aeneid. 22.
Dies horruit imbre. Valer. 2. Argon. 11.
Horrere, Frigere. Iuuenalis Satyr. 1. 10,
—— & horrenti tunicam non reddere seruo.
Horrere, Timere. Virg. 3. Georg. Nec uarios horret strepitus.
Horrere arma, conspectumq; alicuius, & similia. Liu. 2. ab Vrbe, 193. Cic. ad Attic. lib. 11. 222. 3, Etsi omnium conspectum horreo.
Horrere alicui, quemadmodum Timere alicui. Plin. in Paneg. Nemo iã parens filio nisi fragilitatis humanæ uices horret.
Mare iratum horrere. Horat. Epod. 2. 2.
Horrere minas alicuius. Cic. pro Quintio, 62.
Pauperiem horrere. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 2.
Horrere, Tremere, ut solent qui uehementer frigent. Col. lib. 1. cap. 4. 8, Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. Terent. Eunucho, 1. 2. 4, —totus Parmeno Tremo, horreoq;, postquam aspexi hanc.
Capilli horrent. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 6.
Comæ horruerant. Ouid. 2. Fast. 101.
Horrere, Asperum esse: ut, Horrent agri, uel loca inculta. Virg. 11. Aeneid. 121, —tum latè ferreus hastis Horret ager. Colum. lib. 1.
Verba horrent sæuis minis. Ouid. 2. de Remed. amor. 54.
Horrere, Stupere, mirari. Virg. 3. Aeneid. 6,
Horrendum, ac dictu uideo mirabile monstrum.
Horrere diuinum numen. Cic. 4. Acad. 218.
Animus horret adhuc. Stat. 8. Thebaid. 22.
¶ Horrendus, da, dum. Gerundium (φριτόδης, φριτέος, ἐπιπλάγος) ut, Vox horrenda. Virg. 9. Aeneid. 24.
Auia horrenda. Valer. 5. Argon. 95.
Clamores horrendi. Virg. 2. Aeneid. 45.
Enses horrendi. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 1.
Nox horrenda. Ouid. 6. Fast. 28.
Rabies horrenda. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 65.
Sonus horrendus. Ouid. 4. Fast. 38.
Species horrenda. Stat. 6. Thebaid. 57.
Stridens horrendum. Virg. 6. Aeneid. 58.
Visu horrendus. Virg. 9. Aeneid.
Dictu horrendum. Virg. 4. Aeneid. 91.
¶ Horrens, horrentis (φριτὸς) Participium: ut, Horrens leo, hoc est, formidabilis uel iubis horridus. Virg. lib. 9. Aeneid. 22. Plin. lib. 8. cap. 40. 9, Horrentibus quippe per totum corpus uillis, ingenti primùm latratu intonuit.

Agmina horrenda pilis. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 3.
Arma horrentia. Virg. 1. Aeneid. 1.
Hastæ horrentes. Virg. 10. Aeneid. 35.
Rubi horrentes. Virg. 3. Georg. 62.
Vmbra horrens. Virg. 1. Aeneid. 33.
¶ Horresco, horrescis (φρίττω) horrescere, Horridum fieri, & uehementer timere, ueluti quum quis intrinsecus algorem seu tremorem in se citari & crescere sentit pauore, stupore, aut febri inualescente, & huiusmodi. Virg. 6. Aeneid. 142,
Horrescit uisu subito, causasq; requirit. Terent. Adelph. 4. 4. 24, Perij, horresco semper ubi pultare hasce occipio fores.
Horrescere morsus futuros. Virg. 3. Aen. Id est, expauescere.
Pectora horrescentia mortem. Stat. 3. Theb. 14.
Horrescunt segetes & campi. Virg. 3. Georg. 39.
Tempestas horrescit nimbis. Silius lib. 1. 27.
¶ Horripilo, horripilas, pen. corr. horripilare, Horridiore, asperioreq; pilo frutificare. Apul. lib. 3, Aures immodicis horripilant auctibus.
Horsum] Aduerbium loci, Versus hunc locum. Terent. Hecyra, 3. 4. 36, —atat eccum Phidippum, & patrem Video, horsum pergunt. Idem Eunuc. 2. 1. 13, Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Vbi Donatus, Horsum, hoc est, ad urbem agent.
Hortensia] ὀρτησία, Hortensi filia fuit eloquentissima: quæ, quum matronarum ordo graui tributo à Triumuiris M. Antonio, Octauio, & Lepido premeretur, nec uirorum quisquam ipsi adesse auderet, causam constanter egit: repræsentataq; patris facundia, impetrauit ut maior pecuniæ pars eius remitteretur. Appian. Alexand.
Hortensis] Vide Hortus.
Hortensius] ὀρτήσιος, Romanus orator, qui in foro Romano causarum rex ob eloquentiam dictus est: licet eius scripta infra famam fuerint. De quo Cic. de claris Orat. 167.
Hortensius poeta. Ouidius 2. Trist. 88,
Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui Carmina.
Hortor] hortaris (διακελεύομαι, παρακαλέω, παρακελεύομαι, ἐγκελεύω) hortari, Ab ore deduci quidam uolunt: & ideò aspirari, ne frequentatiuum ab Orior putetur. Significat autem ore suadere. Donatus, Hortamur impulsu. Terent. Hecyr. 1. 1. 7, —ergo propterea te sedulò Et moneo et hortor, ne cuiusquã misereat Quin spolies.
Hortari & monere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 4, Pompeium & hortari & orare, & iam liberius accusare & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. Hortari, inquit, quasi argumentis suadere: Monere, quasi meo iure, & quadam authoritate.
Hortari ut. Cic. ad Attic. lib. 8. 158. 1, Magnopere te hortor, pro tuo singulari perpetuoq; studio in Remp. ut, &c.
Hortari ad dicendum, &c. Cic. pro Archia, 21. Idem Attico, libro 7. 133. 4, Ad pacem quidem hortari non desino.
Hortari de re aliqua. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 2. Cæsar 1. de bello Ciuili.
Hortari aliquid. Cic. in Catilin. 9, Sin (quod te iamdiu hortor) exieris, exhaurietur, &c.
Hortari, aliàs à Cicerone dicitur adhortari, suadere, authorem esse, cohortari, excitare, impellere, authoritatem alicui ad aliquid faciendum dare, acuere.
Hortari passiuè usurpatum. Tacit. lib. 12, Memmium Pollionẽ Consulem designatum ingentibus promissis inducunt, sententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octauiam despondere Domitio. (59. 79.
Armatas hominũ est præsens hortata cateruas. Catul. Argon.

Aciem hortari. Ouid. 1. de Arte, 42.
Canes hortari. Ouid. 10. Metam. 107.
Terribiles hortatus equos, in gurgitis, &c. Ouidius 5. Metamorph. 85.
¶ Hortatio, Verbale (παραινέλευσις) Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 61, Ac iam hoc loco non hortatione, neq; præceptis, sed precibus tecum fraternis ago, &c.
¶ Hortatus, huius hortatus, pen. prod. (παραινέλευσμὸς) Idem quod hortatio & monitio. Cic. pro Archia, 1, Quòd si hæc uox huius hortatu, præceptisq; confirmata, &c.
Blandis hortatibus implere aliquam. Silius lib. 8. 6.
¶ Hortamen, pen. prod. & hortamentum, Idem (ἐγκέλευσμα) Liuius 10. ab Vrbe, 141, Ibi auditur P. Decij euentus, ingens hortamen ad omnia pro Repub. audenda. Ibidem libro 7. 44.
Longo hortamine uti. Ouid. 1. Metam. 59.
¶ Hortator, pen. prod. hortatoris (παραινήτωρ) Qui hortatur & suadet ut aliquid fiat. Cic. ad Attic. lib. 1. 7. 1, Eò accedebat hortator aßiduus. Plaut. Merc. 14. 5,

Solicitus est hortator remiges hortarier, Ita hortabatur. Qui hic hortator à Plauto dicitur, Græcè celeustes dicitur, qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator. quòd ea hortamenta faciat: quæ uerbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis, ut ait Budæus.

Bonus hortator. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12. 5.
Hortatore te fecimus. Cic. 1. de Fin. 108.
Hortator, author, intercessor. Cic. pro Sext. Rosc. 65.
Hortatores cædis permulti. Cic. ad Attic. lib. 10. 195. 11.
Pugnæ hortator. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 7.
Scelerum hortator. Virg. 6. Aeneid. 106.
Hortator & magister eius studij tibi fuit domi. Cicero 1. de Orator. 120.
Hortator non faciendi aliquid, & author. Cicero pro Rosc. Amer. 65.
Adiutor, author, hortator ad aliquid agendum. Cic. Post reditum ad Quirites, 7.
¶ Hortatrix, pen. prod. Verbale (παραινετὶς) ut,
Gloria hortatrix animosi lebi. Stat. 9. Thebaid. 144.
¶ Hortatiuus, pen. prod. Adiectiuum (παραινετικὸς) Quint. Hæc ad hortatiuum genus maximè pertinent.
Hortus] huius horti (κῆπος, παράδεισος) Hortus est, siue in urbibus atq; oppidis, siue in uillis, ruriq; locus, in quo arbores, olera oriuntur. Ea autem ratione ab aliquibus aspiratur, ut differat ab Ortus: quando natum, siue natiuitatem significat.
Amœnitas hortorum. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 19.
Cultißimus hortus. Ouid. 2. Fast. 141.
Epicuri horti. Cic. 5. de Finibus, 6.
Exhaustus hortus lectis floribus. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 4. 13.
Halantes floribus horti. Virg. 4. Georg. 22.
Indiligens hortus. Vide Indiligens.
Irriguus hortus. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.
Paterni horti. Cic. 12. Philipp. 372.
Pauperis horti custos. Virg. eclog. 7. 7.
Pingues horti. Virg. 4 Georg. 26.
Riguus hortus. Ouid. 8. Metam. 130.
Suburbani horti. Stat. 4. Sylu. 4. 2.
Conducere hortum. Cic. Tironi, lib. 19. 18. 4.
Hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Cicero de Senect. 53.
Inserere hortos. Vide Insero.
Inspicere hortos. Vide Inspicio.
Instruere hortos. Vide Instruo.
In hortos ad cœnam aliquem inuitare. Cic. 3 Offic. 75.
In hortis se sine interpellatoribus oblectare. Cic. 3. Off. 75.
Parare hortos. Cic. Attico, lib. 12. 241. 16.
Præparare hortos. Cic. pro Cælio, 28.
Hortus in singulari, pluraliq;, pro hortis olitoris accipitur. Horti uerò in plurali, arboribus consiti dicuntur, & uoluptatis amœnitatisq; causa parati. In superiore igitur significatione dicemus unum hortum, duos, tres hortos. In posteriore, unos, binos, ternos, quaternos hortos: nisi alicuius authoritas aliud sibi uendicauerit. Hæc Valla lib. 3. cap. 9. Columm. lib. 4. cap. 18. 1, Centenæ stirpes per singulos hortos semitis distinguuntur. Idem lib. 11. cap. 3, pro loco herbis consito, seu locis, nunc hortum, nunc hortos usurpat. Plinius libro 19. cap. 4. 11.
Horti in fenestris. Plinius libro 19. cap. 4, Iam in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant.
Horti pensiles, Qui supra ædificia facti, uel supra columnas erecti pendent. Plin. lib. 36. cap. 14.
Horti, pro uilla. Plin lib. 19. cap. 4. 2. In XII. TAB. legum nostrarum, nusquam nominatur uilla: semper in significatione ea hortus, in horti uerò hæredium. Festus, Hortus apud antiquos omnis uilla dicebatur, quòd ibi qui arma capere possent orirentur.
¶ Hortulus, pen. cor. Diminutiuum. Cicer. 1. de Nat. deor. 164, Cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Plinius lib. 35. cap. 10. 38, Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo.
Platonis hortuli. Cic. 5. de Finibus, 3.
¶ Hortulanus, pen. prod. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3, Tharsius Amphias, quum ex hortulano pontes esset, et amicũ quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subiecit: Sed & nos de eisdem seminibus sumus, & omnes pariter lætos fecit.
¶ Hortensis, & hoc hortense (κηπαῖος) Quod ex horto est, siue in eo crescit. Plin. lib. 19. cap. 10. 1, Morbos hortẽsia quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sata. Idem lib. 19. cap. 5. 9.
¶ Hortensianus, pen. prod. Adiectiuum, idem quod Hortensis. Plin. lib. 21. cap. 15, Batin marinam, batin hortensianam: id est, satiuam, & hortensem. nam de eadem sub nomine Crethmi sic ait lib. 26. cap. 8, Speciesq; est batis hortensis. De bati satiua meminit Columel. lib. 12. cap. 7. & cap. 13.
¶ Hortensius (κηπευτὸς) Aliud adiect. Plin. lib. 22. cap. 24. 12. Idem lib. 19. cap. 8. 7, Beta hortensiorum leuißima est.
Horus] ὥρος, Isidis filius, quem quum Isis amisisset, uerita ne illi obueniret quod Osiri patri acciderat, multum fleuit: sed eo inuento, mœrorem in lætitiam conuertit. Horus item Assyriorum rex, Plin. lib. 30. cap. 15, Horus etiam ab Aegyptijs dicitur Sol, apud Bocatium.
Hospes] hospitis, pen. cor. com. g. (κατάλυτης, ξένος, ξενοδόκος) Hospites sunt tam qui in priuato alicuius hospitio sunt, quàm qui in publico, quod diuersorium, uel tabernam meritoriam appellamus: tamq; qui recipit, quàm qui recipitur. Vnde Ouid. 1. Met. 30, —non hospes ab hospite tutus. Hactenus Valla, lib. 4. Terent. Adelp. 4. 1. 13,

Cliens, amicus, hospes nemo est uobis? Cic. pro Deiot. 4, Per dextram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti. Idem 7. Verr. 85. Cic. Acilio, lib. 13. 38. 1, Hippiam Philoxeni filium Calatinum, hospitem, & necessarium meum tibi commendo in maiorem modum.

Hospes & peregrinus. Cic. contra Rullum, 92, Nos autem hinc Roma qui ueneramus, iam non hospites, sed peregrini atq; aduenæ nominabamur.
Amabilis hospes. Horat. 2. epist. 2. 27.
Accipere hospitem. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 9.

Vesperitium

Veſpertinus hoſpes. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.
Deducere hoſpitem domum. Author ad Heren. lib. 4. 133.
Diuertere ad hoſpitem. Cic. 1. de Diuin. 101.
Habere hoſpites domi. Author ad Herennium, lib. 4. 233.
Multorum hoſpitum Copo quidam Binnius. Cicero pro Cluent. 131.
Hoſpes, pro peregrino. Cic. 1. Acad. 14, Nam nos in noſtra urbe peregrinantes errantesq; tãquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt, ut poſſemus aliquãdo qui, & ubi eſſemus, agnoſcere. Virg. 4. Aeneid. 2,

Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?

Hoſpes, pro homine ignaro eorum quæ aguntur. Terent. Phor. 4. 2. 15, —is ſi dat, ſat eſt.

Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem. Vbi Donatus, Aſtutè hoſpitem, de eo qui ſuperuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atq; alieno ab earum ſcientia.

Hoſpes urbis. Cic. pro Rab. 21, Adeóne hoſpes huiuſce urbis, adeóne ignarus es diſciplinæ, conſuetudiniſq; noſtræ, ut hæc neſcias?

Hoſpes in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 110. Idem de Orat. Si erit idem in conſuetudine ciuitatis, in moribus atq; inſtitutis, in uoluntatibus ſuorum ciuium hoſpes. Hoc eſt, ignorans uoluntates, &c.

Hoſpes uoluntate. Cic. 12. Philipp. 138, Quem Cato quum ſalutaſſet, Quem te appellem, inquit? at ille, Voluntate hoſpitẽ, neceſsitate hoſtem.

¶ Hoſpitus, penult. corr. Adiectiuum (ξενικὸς) ut, Hoſpita auis. Stat. 1. Achil. 76.

Hoſpita æquora, Vicina interpretatur Seruius. Vir. 3. Aen. 75.

Hoſpita flumina, per quæ tranſiri aut nauigari poteſt. Statius lib. 3. Thebaid.

Nauis hoſpita. Ouid. 1. Faſt. 68. Tecta hoſpita. Valer. 2. Argon. 131.

Terra hoſpita. Virg. 3. Aeneid. 108.

¶ Hoſpita, hoſpitæ, Subſtantiuum (καταλυτὶς) Cic. 4. Ver. 62, Quòd eum multò magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. Terent. And. 2. 6. 7,

Propter huiuſce hoſpitæ conſuetudinem?

¶ Hoſpitium, hoſpitij (ξενοδόκειον, καταγώγιον, ξενικὸν) Domus quæ gratis liberaliterq; uenienti hoſpiti patet. Liu. lib. 2, Ibi benignè excepti, diuiſiq; in hoſpitia, curatis uulneribus. Sciendum antiqui inſtituti fuiſſe, ut hoſpitij neceſsitudo, non modò inter priuatos, ſed etiam inter populos contraheretur, neq; id quidem modò, ſed etiam inter ſingulos priuatosq; homines & ciuitates. quod genus amicitiæ Græci πρὸξενίαν, Latini hoſpitium publicum uocauerunt. Nam quod hoſpitium inter priuatos contrahebatur, Græci ἰδιοξενίαν, Latinè priuatum hoſpitium dicebatur. cuius erat nota pignuſq; teſſera hoſpitalis, ut ille apud Plautum ait in Pœnulo, 15. 22, —deum hoſpitalem & teſſeram Mecũ fero. Liu. lib. 5. ab Vrbe, 130, Hoſpitium cum eo, Senatuſconſulto eſt factum. Cic. 7. Verr. 127, Decernunt ſtatim, primum ut L. F. fratri hoſpitium publicè fieret. Cæſar de Heduis loquẽs, Quibus prælijs calamitatibuſq; fractos, qui & ſua uirtute & Pop. Roman. hoſpitio atq; amicitia plurimum antè in Gallia potuiſſent, coactos eſſe Sequanis obſides dare. Ex Budæo.

Clientelæ hoſpitiaq; prouincialia. Cic. 4. in Catil. 94.
Agreſte hoſpitium. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 9.
Antiquum hoſpitium. Virg. 3. Aeneid. 3.
Commune hoſpitium. Silius lib. 13. 59.
Fauens hoſpitium. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 32.
Liberale hoſpitium. Cic. 2. de Orat. 130.
Magnificentiſsimum hoſpitium. Cic. 2. de Diuin. 119.
Pauperis hoſpitij pretium. Silius lib. 7. 38.
Ex hac uita ita diſcedere tanquam ex hoſpitio. Cicero de Senec. 76.
Hymantopodes] pen. corr. populi Locipedes in Aethiopia sunt, quib. serpẽdo ingredi natura est. Plin. lib. 5. cap. 8.
Hymella] fluuius apud Virg. lib. 7. Aeneid.
Hymen] hymenis, n. g. (ὑμήν) Pellicula, membrana, tunicula qua est munita uirginitas, quæ primo rumpitur coitu. Dicitur

citur præterea carmen nuptiale, à uoce qua utebantur Græci, quæ erat Hymenæus.
Festus hymen. Claud. ad Serenam, 17.1.
Professus clamatur hymen. Stat. in Epithal. Stellæ, 6.
¶ Hymenæus (ὑμέναιος) Deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τοῦ ὑμένος, à membrana: quæ quum sit claustrum uirginitatis, in nuptijs rumpitur. Donatus, Hymenæum quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. Ideo per laudem cantatur in uirginalibus nuptijs ob huiusmodi meritum. Alij uirum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas prædonibus uirgines oppressis latronibus, intactas patriæ restituerit: quam ob causam nubentes, eius inuocant numen, quasi liberatoris uirginitatis. Hinc etiam apud Romanos Talasio inuocatur. Hæc Seruius enarrans illud Virg. 1. Aeneid.

Pergama quum peteret, inconcessosq; Hymenæos, &c.

Vide Talasio. Terent. Adelph. 5.7.7,

— hoc mihi in mora est
Tibicina & hymenæum qui cantent. Sic accipe (inquit Donatus) Hymenæum in nuptijs, quemadmodum θρῆνον, in funere, uel in sacris hymnum.

Clarus Hymenæus. Lucret. lib. 1. 20.
Lasciuus Hymenæus. Silius lib. 5. 4.
Pactos Hymenæos exercere. Virg. 4. Aen. 20.
Vetitos Hymenæos inuadere. Virg. 6. Aen. 125.
Iustos pati Hymenæos. Virg. 3. Georg. 11.
Inconcessos Hymenæos petere. Virg. 1. Aen. 132.
Promissus socios Hymenæus in annos. Ouid. epist. 2.7.
Hymera] pen. corr. Fluuius, de quo Silius lib. 4,

Armauere suos, quo mergitur Hymera ponto.

Hymettus] ὑμηττὸς, Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cuius mel Plin. lib. 11. cap. 13. scribit esse pretiosum, Martial. lib. 7. 87,

Pascat & Hybla meas, pascat Hymettos apes. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur.

Dulcis Hymettus. Iuuenal. Satyr. 13. 19.
¶ Hymettius, Adiectiuum (ὑμήττιος) Plin. lib. 36. cap. 15. 14, Scena ei triplex altitudine CCCLX. columnarum in ea ciuitate, quæ sex Hymettias non tulerat sine probro ciuis amplissimi.
Cera Hymettia. Ouid. 10. Metam. 57.
Mella Hymettia. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 3.
Hymnus] huius hymni (ὕμνος) Latinè canticũ siue laus dicitur. Mart. lib. 12. 72, Inuitus puerum fatetur hymnus.
¶ Hymnologus, pen. corr. (ὑμνολογὸς) Firmicus lib. 3. cap. 6, In nono loco sol ab horoscopo constitutus, templorum conditores facit, aut hymnologos, & qui deorum laudes decantent.
¶ Hymnifer, pen. corr. Adiectiuum (ὑμνοφόρος) ut, Vultus Orphei hymniferi. Ouid. 11. Metam. 12.
Hyoscyamus] pen. corr. (ὑοσκύαμος) Herba, quæ Faba porcina aliàs dicitur, Latinis Altercũ, ut ait Scribonius Largus. Plin. lib. 20. cap. 17. 8, Colligitur succus eius ut hyoscyami.
¶ Hyoscyaminus, pen. corr. Adiectiuum (ὑοσκυάμινος) ut, Hyoscyaminum oleum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib. 23. cap. 4. 15.
Hyorisis] Herba intubo similis, sed minor, & tactu asperior: uulnerib. cõtusa præclarè medetur. Plin. lib. 27. cap. 10.
Hypacaris] Scythiæ fluuius.
Hypæpa] ὑπαιπα, Vrbs, ut ait Strabo, quæ occurrit à Tmolo monte ad Caistri campestria. Ea est, ut ait Stephanus de Vrbibus, sub Aepo monte sita. Veneri sacra est, eo quòd pulchræ fœminæ ibi uisantur. Ouid. 6. Metam. 3. de Arachnæ, Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.
Hypæthrus] μπαίθρος, Adiectiuum, dicitur quasi sub æthere positum, quo nomine uocamus ædificia quædam aperta & sub diuo: quorum meminit Vitruuius lib. 1. cap. 2, Is perficitur statione qui Græcè θυματισμὸς dicitur, seu consuetudine, aut natura. Statione, quum Ioui, fulguri, & cælo, & Soli, & Lunæ ædificia sub diuo, hypæthraq; constituũtur.
Hypæthræ ambulationes. Vitruuius lib. 5. cap. 9. Aperta hypæthraq; loca. Vitruuius lib. 5. cap. 9.
Hypagum] quoddam nauale instrumentum. Plin. lib. 7. capite 56, Hypagon Salaminij inuenerunt, aut Pericles Atheniensis. Alia exemplaria habent Hyppagum.
Hypallage] hypallages, pen. corr. (ὑπαλλαγὴ) figura quũ uerba per aduersum intelliguntur: quum quod patimur agere dicimur: aut contrà: ut, Trade rati uentos, pro Trade ratem uentis. Ex ὑπὸ sub, & ἀλλαγὴ, id est, mutatio. Cic. in Orat. 50. & Quint. lib. 8 cap. 6.
Hypanis] pen. corr. (ὕπανις) Sarmatiæ fluuius. Vitruuius cap. 3. lib. 8, In Ponto est flumen Hypanis, quì à capite profluit circiter millia XL. sapore dulcissimo: deinde quũ peruenit ad locum, qui est ab ostio ad millia CLX. admiscetur ei fonticulus oppidò quàm paruulus. Is quum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram.
Flauus Hypanis. Stat. 8. Theb. 99.
Scythicis Hypanis de montibus ortus. Ouid. 15. Metam. 57.
Saxosum sonans Hypanis. Virg. 4. Georg. 74.
Hyparchus] ὕπαρχος, Philosophus qui de sideribus & de temporibus anni scripsit.
Hypata] pen. prod. Ciuitas Thessaliæ, & quasi metropolis eius regionis, à qua Hypatensis ager.
Hypatia] mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi. Vixit imperãte Arcadio. Scripsit in Astronomiam. professa est Alexandriæ uaria disciplinarum genera magno & frequenti auditorio, conuolantibus undique discipulis.
Hypatos] pen prod. Phœniciæ amnis est, cuius meminit Plinius, & Mela lib. 1. in descriptione Phœniciæ.
Hypenemium] ouum (ὑπηνέμιον ὠὸν) irritum dicitur. Plin. lib. 10. cap. 58. 3, Et ipse autem inter se (si mas non sit) fœminæ æquè saliunt, pariuntq; oua irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ hypenemia Græci uocant. Varr. 2. de re Rust. cap. 1. 19. Vide Vrinum ouum.
Hypenor] pen. prod. fuit princeps quidam Troianus, quem teste Homero lib. 5. Iliados, Diomedes in bello occidit.
Hypenus] Athleta, qui primus diaulo uicit Pausanias.
Hyper] ὑπὲρ, Præpositio Græca: apud Latinos significat super.
Hyperaspistes] ὑπερασπιστὴς, Latinè protector, propugnator, redemptor, qui clypeo suo protegit aliquem, satelles.
Hyperbasis] siue hyperbaton, pen. corr. (ὑπέρβασις, ὑπέρβατὸν) Figura de qua sic Quint. lib. 8. cap. 6, Hyperbaton quoq;. i. uerbi trãsgressionẽ, quã frequẽter ratio cõparationis et decor poscit, nõ immeritò inter uirtutes habemus: ut, Animaduerti, Iudices, omnẽ accusatoris orationẽ in duas diuisam esse partes. Nã in duas partes diuisam esse, rectã erat, sed durum & incomptum. Poetæ quidem etiam uerborum diuisionẽ faciũt, & transgressionem, Hyperboreo Septem subiecta trioni, quod oratio nequaquam recipiet. Vide plura ibidem.
Hyperbole] hyperboles, pen. corr. f. g. (ὑπερβολὴ) Iulius Rufinianus, Hyperbole alijs schema, alijs tropus uidetur. Cæterũ fit quũ excedit ueritatẽ sententia. Apud Virg. 12 Aen. 17, Qui candore niues anteirent, cursibus auras. Hactenus Iulius. Vide Cic. in Topicis, 22, & Quint. lib. 8, cap. 6.

¶ Hyper-

¶ Hyperbolicos, pen.corr. (ὑπερβολικῶς) Aduerbium Græcum, pro Hyperbolicè. Cic. ad Atticum.

Hyperbolus] pen.corr. Chremidis filius, & Charonis frater fuit, lucernarum faber improbus: quippe qui faciendis lucernis non ære solùm, sed plumbo etiam uteretur, quo pluris eas, ut grauiores, uenderet: & sic emptores decipiebat. De hoc Cicero in Bruto, Seruilius Glaucia, homo similimus Athenienſis Hyperboli, cuius improbitatem ueteres Atticorum commœdiæ notauerunt. Thucydides lib. 8, Hyperbólum quendam Athenienſem, hominem nefarium, exulantem, non potentiæ dignitatiſue metu, ſed propter ſcelera et dedecus ciuitatis interemerũt. Plutarchus in Alcibiadis uita, Erat, inquit, ea tempeſtate Hyperbolus Perithœdes, cuius ut improbi, & flagitioſi hominis, Thucydides meminit. Is quum ſtudioſè colligeret ea quæ in alterius infamiam dicerentur, Comicos qui audaciſsimè temporibus illis mores hominum increpabant, magnam ſubminiſtrabat uituperandi materiam. Hoc igitur miniſtro populus Athenienſis ſæpenumero utebatur ad eos diuulgandos ſermones, qui principum Reipublicæ & potentiſsimorum ciuium crimina, uituperationes ac infamiam continerent. Eo igitur tempore ab Hyperbolo multitudinem perſuaſam, cuidam principum Reipublicæ Oſtracum parare fama uulgauerat. Illud uerò eſt exilij genus, quo populus Athenienſis potentes ac præſtantes gloria uiros de ciuitate expellere conſueuit, inuidiæ magis ſolatium, quàm timori remedium quærens. Alcibiadem hæ inſidiæ quas machinabatur Hyperbolus, minimè latuerunt. Itaq; periculo cognito, Niciam, uel (ut nõnulli alij uolunt) Phæacum allocutus, omni ſimultate quæ inter eos erat poſtpoſita, in eius amicitiam rediit: illiuſq; potentia ſuis uiribus addita tantum ualuit, ut Oſtraci nota in authorem conuerſa, Hyperbolum Athenis expulerit, nihil minus eo tempore quàm tale exilium formidantem. Nemo enim ſordidus, neq; ignobilis, aut inſignis infamia uir, conſueuit huiuſcemodi pœnam ſubire.

Hyperborei] penul. corr. (ὑπερβόρειοι) Montes & populi Scythiæ: ſic dicti, quòd ſupra, id eſt, ultra eos flat Boreas: ut ait Seruius. Feſtus uerò, Hyperborei, inquit, ſupra Aquilonis flatum habitantes, dicti, quòd humanæ uitæ modum excedant uiuendo ultra centeſimum annum: quaſi ὑπερβαίνοντες ὅρον ſeculi humani. Cic. 3. de Nat. deor. 78, Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Multa de his apud Strabonem. Vide Plin. lib. 6. cap. 17.

Hyperboreæ glacies. Virg. 4. Georg. 104.

Hypercatalecticum] penult. corr. (ὑπερκαταληκτικὸν) Metrum dicitur cui una ſyllaba, uel duæ ſuperant. Virgil. 1. Aeneid. 47,

Alloquitur Venus, O qui res hominumq; deorumq;. Et Hor. 1. Carm. ode 9. 1,

Syluæ laborantes geluq;. Illud dactylicum hypercatalecticum eſt: hoc uerò iambicum hypercatalecticum.

Hyperechius] Alexandrinus Grammaticus, ſub Martiano principe ſcripſit, De nominibus & uerbis, & De orthographia. Author Suidas.

Hypericon] herba. Vide Corion.

Hyperides] pen.corr. (ὑπερίδης) Athenienſis, unus è decẽ oratoribus primis, in Aeginam ſe contulit, ibiq; ab Archia Tyrio ſatellite captus, & ad Antipatrum miſſus necatur, linguæ exciſa, ut teſtatur in Demoſthene Plutarchus.

Hyperion] pen. prod. huius Hyperionis, pen.cor. (ὑπερίων) alijs Solis pater, alijs Sol ipſe, quòd eat ſuper terras, dicitur. Poetæ pro Sole ipſo uſurpant. Ouid. lib. 1. Faſtorum, 77, Placat equo Perſis, radijs Hyperiona cinctũ. Diodorus ſcribit Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe, Cæli filium, qui Solis ac Lunæ, aliorumq; aſtrorum motus, horasq; primũ ſumma cura obſeruationeq; à ſe percepta, cæteris noſcenda tradidit. Ideo eorum parens nominatur, uelut ipſorum naturæ contemplator. Frequens eſt Solis epitheton apud Homerũ.

¶ Hyperionius, Adiectiuum: ut, Currus Hyperionius. Valer. 2. Argon. 8.

Hypermneſtra] ὑπερμνήστρα, Filia Danai, quæ uiro ſuo Lino, aut Lynceo pepercit. Qui poſtea interfecit Danaum. Vide Ouidium in Heroidibus epiſt. 14.

Hypermeter] ſiue hypermetrus, penul. corr. (ὑπέρμετρος) abundans ſyllaba. Virg. 1. Georg.

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Hûc rem hypermeter uocatur. Et debet ſequens à uocali incipere, niſi fiat ſynæreſis. Vnde ſequitur, Et ſolijs undam, &c.

Hyperthyrum] hyperthyri, neut. gen. pen. corr. uel Hyperthyris, huius hyperthyridis, fœm. gen. Plinio dicitur Superliminare, lib. 29. cap. 4. Græci θύραν tanuam ſiue oſtium uocant. Vtriuſq; meminit Vitruuius lib. 4. cap. 6, Dixi autem penult. corr. quia Dithyrambus, quod eſt eiuſdem originis, ſecundam corripit apud Horatium, libro 4. Carmin. ode 2, hoc Sapphico,

Seu per audaces nona dithyrambos.

Hyphen] ὑφὲν, ſubunio interpretatur. Virg. 1. Aen.

— neq; enim ignari ſumus ante malorum. Vbi Seruius, Ante malorum ὑφὲν eſt. Terent. And. 1. 2. 4,

— & heri ſemper lenitas. Vbi Donatus, Semper lenitas hyphen.

Hypnalis] Aſpidis genus eſt, Aegypti indigenum, alijs terris peregrinum, ut Cretæ, & inſolitum, homines ſomno altiſsimo enecans, de quo illud Ouidij intelligendum, quum ſcribit,

Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina uenenis. Ex Turnebo.

Hypocauſtum] ὑπόκαυστον, Locus ad ſudandum, quòd παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc eſt, à ſuccendendo dicitur. Habet enim ſub pauimento locum uacuum in quo ſuccenſus ignis calidos uapores emittit, excitatq; ſudorem. Habet etiam ab uno latere præfurnium, hoc eſt, paruam fornacẽ, in qua incluſus ignis partim hypocauſtum calefaçit, partim aquas temperat ad lauandum. Etenim ſuper eam tria abena componuntur, unum caldarium, ex quo aqua calida hauritur: alterum tepidarium, ex quo tepida: tertium frigidarium, ex quo frigida, quantumq; aquæ ex caldario exit, tãtum ex tepidario in caldarium, & ex frigidario influit in tepidariũ. Vide Vitruuium, lib. 5. cap. 10, Hoc Latinè uaporarium dicitur. Plin. epiſt. 17. lib. 2. ad Gallum, Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Ita legit Sipontinus.

Tenuem uoluunt hypocauſta uaporem. Stat. 1. Sylu. 5 12.

Hypocriſis] pen.corr. (ὑπόκρισις) Simulatio latinè dicitur. Hypocriſis (inquit Budæus) alienæ perſonæ ſimulatio. Hypocrita, pen.corr. alienæ perſonæ ſimulator.

Hypocyſtis] huius hypocyſtidis, pen. corr. fœm. gen. Scribon. Largo Hypocyſtis eſt ſuccus roſæ ſyluaticæ, quam caninam quidam uocant.

Hypodeſis] ὑπόδησις, Calceus, ſiue calceamentum, Homer. lib. 18. Odyſſ. Id autem eſt ueluti generale calceamentorum uocabulum apud Pollucem, lib. 7. cap. 22. ad finem.

Hypodidaſcalus] pen. corr. (ὑποδιδάσκαλος) dicitur quem uulgus corruptè, ſubmagiſtrum appellat. Cic. ad Papyr. libro 9. 18. 9, Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo.

Hypogeum] hypogei, pen. prod. (ὑπόγειον) Locus ſubter-

raneus. Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas uinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

¶ Hypogeum quid sit Astronomis. Vide Tetartemorion.

Hypomnema] pen. prod. huius hypomnematis, n. g. & hypomnematũ, hypomnemati (ὑπόμνημα) Interpretatio siue commentarius. Cic. ad Tironem, lib. 16. 21. 18, Multum mihi enim eripitur operæ in excribendis hypomnematis. Colum. lib. 7. cap. 5. 14, Cuius commenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falso produntur.

Hypopium] hypopij, neut. gen. (ὑπώπιον) Sugillatum, sugillatio, Liuor. Dictum hypopium, quòd frequenter sub oculis fiat, quum ex confusione ultimam cutem sic subierit sanguis, ut appareat. ὑπὸ sub: ὤψις oculi. Hypopia Latini à sugillatis dixerunt sugillata: nec solùm quæ sub oculis fiant ex contusione fluctuue, sic dicuntur: sed quæ in reliquo corpore etiam, & ex quacunq; iniuria nigrescunt, id est, Liuores, & quæ ex flagellis uibices remanent in corpore.

Hypostasis] pen. corr. huius hypostaseos, fœm. gen. Subsistentia, siue substantia. Aliquando accipitur à Græcis pro persona.

Hypotheca] pen. prod. (ὑποθήκη) Græcè dicitur quod Latinè pignus: teste Martiano dicente, inter pignus & hypothecam tantum nominis sonus differt. Cui assentitur Valla. Cic. ad Thermum, lib. 13. 57. 4, Cures uelim ut aut de hypothecis decedat, easq; procuratoribus Cluuij tradat, aut pecuniam soluat.

¶ Hypothecarius, Adiectiuum: ut, Hypothecarius creditor. Vlpian. in l. 1. §. sciendum est autem. ff. de separat.

Hypothesis] huius hypothesis, pen. corr. (ὑπόθεσις) Materia, argumentum, genus quæstionis. Cic. in Top. 42, Definitum est quod hypothesin Græci, nos causam. Idem ad Atticum, lib. 14. 320. 2, Hypothesin autem hanc habent, eamq; . præ se ferunt, &c.

Hypothesis & materia, Idem. Cicero ad Atticum, libro 1. 9. 6. Vide Thesis.

Hypozeuxis] ὑποζευξις, Est figura Zeugmati contraria, ubi suum cuiq; clausulæ redditur uerbum. Virg. 10. Aeneid.

Regem adit, & regi memorat nomenq;, genusq;.
Quidue petat, quidue ipse ferat, &c. Ab ὑπὸ, id est, sub, & ζεῦξις, coniunctio, uel iugatio.

Hypsa] Fluuius Siciliæ. Plin. lib. 3. cap. 8. Silius lib. 14. 46, Nec non qui potant Hypsamq;, Alabinq; sonoros, &c.

Hypsenor] pen. prod. teste Homero lib. 5. Iliad. filius magnanimi Dolopionis, qui erat sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus, ac si deus quidam esset. Illum Eurypilus in bello Troiano interemit.

Hypsicratea] pen. prod. uxor fuit Mithridatis regis, quæ Persico habitu induta, & in habitum uirilem reformata, tonsis capillis uictum à Cn. Pompeio Mithridatem per esseras gentes fugientem, animo pariter & corpore indefessa sequuta est. Huius meminit Plutarchus in Pompeio.

Hypsiphile] penult. correp. (ὑψιφίλη) filia Thoantis regis Lemni: quæ, quum mulieres in Lemno uiros omnes communi consilio necarent, ipsa patrem seruauit, & dimisit. Ob id ipsa eiecta è Lemno, & à piratis capta, & Lycurgo regi Thraciæ diuendita fuit pro nutrice filio Opheltis. De qua uide in dictione Lemnos. Vide Ouidium in Heroidibus epist. 6.

Formosa Hypsiphile. Valer. 3. Argon. 69.

¶ Hypsipbilæus, Adiectiuum (ὑψιφίλης) ut,

Tellus Hypsipbylæa, id est, Amazonia. Ouid. 3. Fast. 17.

Hyrcania] ὑρκανία, Regio Asiatica, magna ex parte plana, & præclarissimis urbibus adornata, dicta Hyrcania ab Hyrcana sylua quæ Scythiæ subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septentriore Albaniã, ab Occasu Iberiam. In ea regione Pantheræ, pardi, & tigres abundant, quum syluis aspera sit. Hinc

¶ Hyrcanus, penult. prod. Adiect. (ὑρκανὸς) Virg. 4. Aeneid.

Hyrcanæq; admorunt hubera tigres.

Auia Hyrcana. Stat. 6. Theb. 120.

Luci Hyrcani. Valer. lib. 6. Argon. 23.

Tigres Hyrcanæ. Virg. 4. Aen. 74.

Hyrcanum, siue Caspiũ mare, mare Abacuch, siue mare de Sala hodie uocitant, quem Ptolemæus lacum facit.

Hyrium] ὕριον, Apuliæ urbs Ptolemæo, Tyrium alio nomine, uulgò Lesina.

Hyrtacus] penultima correpta, à quo Hytacides, Virgilio libro 9, uir fuit Troianus ex Ida monte, qui filium habuit Nisum Aeneæ comitem.

Hysginum] pen. corr. (ὕσγινον) Color similis coccineo: unde Græci uestes ὑσγινοβαφεῖς appellant: hoc est, hysgino tinctas. Plin. lib. 21. cap. 26. 1, Hyacinthus in Gallia eximiè prouenit, hoc ibi pro cocco hysginum tingitur.

Hyspa] Fluuius. Sil. lib. 14.

Hyssopus] fœm. gen. & hyssopum, neutri gen. penul. prod. (ὕσσωπος) Herba uulgò nota. Colum. lib. 7. cap. 5. 17, Remedio sunt hyssopus & sal æquis ponderibus contrita. Plin. lib. 25. cap. 11, Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite.

¶ Hyssopites, hyssopitæ, pen. prod. m. g. (ὑσσωπίτης) sed figuratè neutro iungitur: & est uinum factitium ex hyssopo. Colum. lib. 12. cap. 35.

Hysterica] mulier quæ ab utero strangulatur, seu quæ uulnus strangulationi obnoxia est, ὑστέρα enim est uterus, uulua. Hystericis utilem esse coitum, & medici docent, & experimenta comprobant. Mart. lib. 11. epig. 8.

Hysterologia] siue hysteron proteron (ὑστερολογία) Est sententiæ cum uerbis ordo mutatus: ut,

Et Cererem torrere parant flammis, & frangere saxo.
Hæc Donatus. Prius Ceres frangitur, postea torretur.

I

LITERA, iota. Cic. 3. de Orat. 26, Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpitii nonnunquam imitaris, ut iotam literam tollas, & e plenissimum dicas, non mihi Oratores antiquos, sed messores uideris imitari. I in u mutauerunt aliquando ueteres: pro Decimo, Maritimo, Decumum & Maritumum scribentes: quæ tam in uetustis M. Tullij Ciceronis exẽplaribus, quàm in Liuianis, & Plinianis, & aliorum authorum, per u notata deprehendi, annotat Pierius.

I, litera sibi insidit. Conijcit enim est ab illo iacit. Quintil. lib. 1. capit. 4. 9.

I (ἰθι) Imperatiuus, ab Eo, is. Terent. And. I præ, sequar.

Ia] Minor fuit Atlantis filia, soror Maiæ matris Mercurij, de qua Homerus lib. 14 Odysseæ scribit.

Iacchus] ἰακχος, Bacchus dicitur, ἀπὸ τοῦ ἰαχῶ, clamo, canto. nam qui Baccho sacrificabant, clamare solebant. Et duplici cc scribi debet, quan. uã in uerbo ἰαχῶ, sit simplex c: quod

c:quod ideò fit,ut in Iaccho ſecunda producatur. Nonnunquam ponitur pro uino. Virg. eclog. 6.3,

Inflatum heſterno uenas,ut ſemper,Iaccho.

Florens Iacchus. Catull. Argon. 59.51.

Lætus Iacchus. Claud. 1. de raptu Proſerp. 4.

Ictus ab Iaccho. Lucret. lib. 4.235.

Iaceo] iaces,iacui,iacere,penult. prod. (κεῖμαι,κατάκειμαι) Notæ ſignificationis,nempe cubare,decumbere,& proſtratum eſſe. Plaut. Amphit. 4.87,

Quiſq; ut ſteterat,iacet,obtineq; ordinem.

Ad quartam iaceo. Hor. 1. Serm. Satyr. 6.25.

Iacere alteri ad pedes,Prouolui ad pedes,procumbere ad pedes & genua. Cic. 7. Verr. 101.

Iacere ante pedes. Plaut. Amphit.

Supplex ante pedes iacuit. Ouid. 11. Metam. 3.

Iacere in limine,Cic. 7. Verr. 92.

Iaceant in aqua carnes. Plaut. Pſeud. 4.33.

In lacertis alicuius iacere. Ouid. 1. Amor. eleg. 13.1.

Iacere in luſtra. Plaut. Caſ. 5.28. Sic, Iacere in luto, Idem Aul. 7.52.

Iacere in tenebris. Cic. 3. Verr. 5.

In toro iacui. Ouid. epiſt. 14.8.

Iacent ſub arbore poma. Virg. 7. eclog. 11.

Vmbra iacuere ſub una. Ouid. 2. Faſt. 18.

Iacere humi. Cic. in Catil. 18.

Humi iacet nudus infans. Lucret. lib. 5.45.

Humo iacuit reſupinus. Ouid. 4. Metam. 25.

Truncus iners iacui. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.3.

Graues uino ſomnoq; iacebant. Ouid. epiſt. 14.7.

Iacere, Ignobile eſſe: cui opponitur Vigere. Cicer. 10. Philipp. 279, Ab hoc igitur quiſquam bellum timet, qui antequam nos id coacti ſuſcepimus,in pace iacere,quàm in bello uigere maluit? quanquam ille quidem nunquam iacuit: nec hoc cadere uerbum in tantam uirtutis præſtantiam poteſt.

Iacere, Sordere,nec lætum eſſe. Lucilius lib. 30, Et ſua præcipuè retro delicta iacere. Lucret. lib. 1.13,

Humana ante oculos fœdè quum uita iaceret
In terris,oppreſſa graui ſub religione. Nonius.

Iacere in obliuione,uel in ſilentio. Cic. 3. Verr. 71. Cicero 2. de Orator. 35.

Iacere in occulto, Non eſſe alicuius nominis,neq; famæ. Plaut. Trinummo,10.38,

— niſi me auſcultas,atq; hoc,ut dico,facis,
Tute pone te latebis facilè,ne inueniat te honor:
In occulto iacebis,quum te maximè clarum uoles.

Iacere inultum. Liu. 5. bell. Pun. 204, Ne inultos imperatores ſuos iacere ſinerent.

Iacere proſtratum. Cic. in Catil. 26.

Iacet grauiter: id eſt, grauiter dolet. Plin. epiſt. 44.a. Sic, Iacere in lecto, Cic. 2. Philip. 62.

Iacere in ſordibus. Cic. ad Terentiam, 14.2.5. Sic, Iacere in mœrore, ad Attic. lib. 10.195.8.

Telo iacet. Virg. 1. Aen. 21.

Morte iacent merita. Ouid. 3. Faſt. 142.

Iacet oratio, Quæ languet,& quaſi exanimis eſt. Quint. lib. 9. de figuris ſententiarũ, Motus eſt in his orationis,atq; actus: quibus detractis,iacet,& uelut agitante corpus ſpiritu caret. Budæus.

Iacent pretia prædiorum: pro Vili uenduntur prædia. Cic. pro Roſcio Comœdo, 19.

Rationes iacent: hoc eſt, emortuæ ſunt,& languidæ,ac ſopitæ. Plaut. Amphit. 16.65,

Signo eodẽ apparet ,pbè, ut primũ coiuit cicatrix rufulá
Sublurida,rationes iacent,iudicium ſilet: quid agam,neſcio. Id eſt, rationes ignoro.

Iacent ſtudia: id eſt, frigent & ſine uigore ſunt. Cic. lib. 1. Tuſc. 7, Iacentq; ea ſemper quæ apud quoſq; improbantur. Hæc Budæus, lib. 2. de Diuin. 159, Iacet igitur tota concluſio.

Iacent uirtutes. Cic. 2. de Fin. 185.

Iacent ſuis teſtibus illi. Cic. pro Milone, 36.

Iacere, Plenum eſſe,& oneratum. Virg. lib. 3. Georg.

Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu. Nonius.

Iacere, Perplurimum porrigi. Virg. lib. 3. Georg. 69,

— itq; pecus longa in deſerta ſine ullis
Hoſpitijs: tantùm campi iacet. Nonius.

Iacere inter. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13.5, Quem locũ uolo tibi eſſe notũ, iacet inter Apennimũ, & Alpes impeditiſſimus ad iter faciendum. Plin. lib. 4. cap. 16.1, Inter Septentrionem & Occidentem iacet.

Iacet campus in medio. Saluſtius.

Tellus iacet extra ſidera. Virg. 6. Aen. 159.

Iacere, Mortuum eſſe, quòd iaceant cadauera, nec amplius moueantur. Lucanus,

Ille iacet,lætæ paci quem prætulit orbis.

Iacere dicuntur cineres alicuius, Sepultum eſſe. Martialis,

Non aliter cineres mando iacere meos.

¶ Iacens, Participium (κείμενος) Cic. 12. Philipp. 321, Si iacẽs id nobiſcum ageret, audirem fortaſſe.

Segnis,& iacens. Quint. lib. 1. cap 3.2.

In amore iacens. Lucret. lib. 3.202.

Dura in regione iacens: id eſt, ægrotans. Ouidius 3. Triſt. eleg. 3.1.

Iacens animus: id eſt, ſine ſpe, non alacer, non erectus. Cicer. de Amicit. 52.

Homo afflictus & iacens. Cic. de Aruſp. reſp. 46.

Iacente te, pro Te ægrotante. Cic. ad Papyrum, lib. 9.29.9.

Conſolari iacentem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.16.

Caſa humi iacens. Seneca Thyeſte, 5.10.

Iacentes terræ ad Heſperum: hoc eſt, uergentes, uel declinantes, & quod uulgus Reſpicientes dicit. Plinius libro 18. capite 25.8.

Iacio] iacis, ieci, iactum (ῥίπτω, ῥιπτέω, βάλλω, ἰάπτω) iacere, penultima correpta, Emittere,& ui impellere. Virg. lib. 5. Aeneid.

Sublatáq; procul dextra connixa coruſcat,
Et iacit. Cic. 6. Verr. 20. de ſignis, In quem, ſcyphum de manu iacere conatus eſt. Cæſar 2. bel. Gal. 255.

Iacere iuxta. Plin. lib. 2. cap. 73.3, Iuxta quem umbræ æſtate in Auſtrum, hyeme in Septentrionem iaciuntur.

Iacere in ſublime. Plin. lib. 11. cap. 2.3.

Ieciſſem ipſe me potius in profundum, quàm, &c. Cicero pro Seſtio, 37.

In præceps aliquem iacere. Tacit. lib. 4.

Præceps ſe iecit in agros: id eſt, irruit aut fugit in agros. Lucanus lib. 7. 34. de tauro quodam.

Iacere aggerem: id eſt, facere, inquit Nonius. Lucilius lib. 26.

Iacere anchoras ante portum. Liu. 9. bel. Pun. 138.

Anchora de prora iacitur. Virg. 3. Aen. 55.

Edicta in populum iacere. Tacit. lib. 19.

Exempla iacere. Tacit. lib. 3, Antiqua exempla iaciens.

Iacere fundamenta. Eſt (inquit Valla) quaſi qualiacunq; fundamenta facere,& quodammodo dare rei principium. Cic. 1. Philip. 1, In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Hic per translationem. Sine translatione autem, Sueton. de Vita Caij, cap. 22, In area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit.

Fundamenta fideliter iacere. Quint. lib. 1. cap. 4.5.

Iacere fundamenta salutis alterius. Cic. Appio, lib. 10. 29. 2.
Fundamina iaciunt ciues. Ouidius 4. Fast. 168. de condenda Vrbe.
Gradum iacere, atq; aditum ad cætera, Idem quod Facere gradum, & progredi, aut procedere. Cic. 1. de lege Agrar. 47.
Hastam eminus iecit. Virg. 10. Aen. 153.
Iacere moles ab utroq; portus cornu. Cic. Att. lib. 9. 187. 2.
Odorem iaciunt de corpore. Lucret. lib. 2. 170.
Iacere pedes: hoc est, promouere. Plin. lib. 10. cap. 38. 1.
Salutem in re aliqua, pro Ponere salutem suam in re aliqua, & ab ea aliquid sperare. Virg. lib. 4. Georg. (uim. 181.
Talos, pro Ludere talis. Plautus Asinar. 13. 35. Cicero 2. de Di-
Talos in medium iacere. Quint. lib. 6. cap. 1. 35.
Tela manu iaciens. Virg. 11. Aeneid. 175.
In falsum tela iacere. Tacit. lib. 4.
Iacere, pro Enuntiare, siue spargere in uulgus. Tacit. lib. 1, Quædam de habitu, cultuq;, & institutis eius iecerat.
Apud aliquem iacere quidpiam. Tacit. lib. 4.
Iacere aliquid in aliquem, per translationem. Liu. 4. bel. Macedon. 22, Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Consul uerbo tenus, quàm ut re insimularet.
Contumeliam in aliquem. Cic pro Sylla, 17.
Inter se, aut inter amicos iaciunt contumelias. Tacit. lib. 15.
Igniculos. Cic. ad Attic. lib. 15. 329. 24.
Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Cic. in Parad. 35.
Per uaniloquentiam, & minas iaciebat. Tacit. lib. 5.
Probra in aliquem iacere. Tacit. lib. 11.
Iacere probra in insontem. Liu. 2. ab Vrbe, 199.
Querelas. Cic. 1. de Diuin. 24.
Querimoniam, Conqueri. Seneca, Et in negligentes nostri deos querimoniam iaciunt, &c.
Iacere & mittere ridiculum. Cic. in Orator. 48.
Sermones. Tacit. lib. 4.
Significationes, pro Ostendere & significare. Sueton. in Nerone, cap. 37.
Suspicionem, pro inducere. Cic. pro Flacco, 5.
Terrores iacere, & denuntiare. Cic. ad Att. lib. 2. 38. 3.
Vera aut uana. Liu. 6. ab Vrbe, 64.
Vocem Claudij, quam temulentus iecerat. Tacit. lib. 12.
¶ Iacto, iactas (ῥιπτάζω, ἀναριπτέω, ἀλαλονσόμαι, γαυριάω, μεγαλορρημονέω) Iactare, Frequentatiuum. Cæsar 1. bell. Gall. 67, Diu iactato brachio. Virg. 1. Georg.
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem.
Brachia excussa iactare. Ouid. 5. Metam. 120.
Brachium in latus iactare. Quint. lib. 4. cap. 2. 29.
Iactare cæstus. Cic. 2. Tusc. 96.
Caput iactare. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 6.
Colla iactare. Ouid. 3. Metam. 146.
In toto corpus iactare cubili. Lucan. lib. 5. 163.
Oculos iactare. Lucret. lib. 4. 229.
Iactare odorem, pro Emittere. Virg. 2. Georg. 27.
Nūc ego iactādas optarē sumere pēnas. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 1.
In iactando membra fatigat. Lucret. lib. 3. 100.
Iactare rete. Celsus in l. si iactum. ff. de actionib. empti.
Iactare semen. Varro 1. de re Rust. cap. 42.
Iactare talos. Cic. 2. de Diuin. 181.
Actus uariè iactat incertus dolor. Seneca Hippol. 4. 2.
Iactare curas pectore. Virg. 11. Aeneid. 47. Id est, sæpe uoluere. Nonius.
Iactatur nummus. Cic. 3. Offic. 105, Cumq; collegium Prætorum Trib. pleb. adhibuissent, ut res nummaria, &c. constitueretur, iactabatur enim illis temporibus nummus sic, ut nemo scire posset quid haberet. Id est, fluctuabat æstimatio nummi, Budæus.

Iactare atq; agitare æquitatem multis iniurijs. Cicero pro Quintio, 5.
Iactare dicta iocosa in aduersarios. Liuius 10. belli Macedon. 23.
Conuitia iactare grauida lingua. Propert. lib. 3. eleg. 8. 3.
Iurgia iactare. Virg. 10. Aen. 19.
Iactare minas. Cic. pro Quintio, 26.
Iactare probra in aliquem. Liu 9. bel Pun. 44.
Iactare querimonias ultro citroq;. Liu. 7. ab Vrbe, 33.
Iactare rem sermonibus. Liu. 8. bel. Maced. 122. Cæsar 1. bell. Gall. 68, Sed quod pluribus præsentibus eas res iactare nolebat, celeriter consilium dimittit.
Voces ad sidera iactant. Virg. eclog. 5. 12.
Fama iactatur. Silius lib. 4. 1.
Iactatur hoc uulgò. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 10.
Iactare rem aliquam, Temere laudare, uel ambitiosus gloriari. Virg. 10. Aen. 65,
—uoces dum iactat inertes.
Iactare se, pro Efferre. Cic. pro Roscio Amerino, 54.
Iactare se magnificentissimè. Cic. ad Attic. lib. 2. 36. 4.
Sese iactare, & in alios cæco impetu incurrere. Cic. 1. de Finibus, 69.
Iactare se de re aliqua. Cic. 6. Verr. 40.
Iactare se in re aliqua. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 9.
Intolerantius se iactare. Cic. 2. de Orat. 115.
Fiduciam partis suæ iactare. Quint. lib. 4. cap. 13.
Iactare aliàs à Cicerone dicitur magnificè loqui, gloriari, uerbis se locupletem facere, gloria se & prædicatione efferre, & se ostentare.
Genus, & proauos, & regia nomina iactare. Ouidius epistol. 16. 11.
Ingenium iactare. Quint. lib. 3. cap. 1. 3.
Virtutem iactare. Ouid. epist. 15. 17.
Iactare, pro Exponere, seu proijcere, iacturæ faciendæ animo. Seneca, Non est hic tantus populis consensus, sic amandi suos reges, & se suaq; iactandi quocunq; desiderauerit imperantis salus.
Iactare, inaniter loqui. Virg. 1. Aen. 22,
Talia iactanti, stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit.
Iactare, Fatigare, uexare, concutere. Virg. 1. Aen. 7,
——iactatos æquore toto
Troas reliquias Danaûm. Virg. 1. Aen. 136,
——iactetur odijs Iunonis iniquæ.
Huc illuc iactari. Lucan. lib. 8. 137.
Ventis iactamur. Propert. lib. 3. eleg. 5. 3.
In undis iactari. Virg. 10. Aen. 9.
Morbo iactari. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 25.
Iactari æstu, febriq;. Cic. in Catil. 23.
Iactari fluctibus. Cic. in Orat. 57.
Iactari clamore conuitioq;. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 10.
Iactare, Plagis sternere. Cic. 3. Verrr. 46, Iactatur domi suæ uir optimus. Nonius.
¶ Iactito, iactitas, pen. corr. (ῥιπτάζομαι) iactitare, Frequentatiuum à Iacto iactas. Liu. 7. ab Vrbe, 8, Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus, iactitare cœpit.
¶ Iactus (βόλημα, βολή) Participium à Iacio. Cic. 2. de lege Agraria, 47, Hunc quasi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligetis.
¶ Iactus, huius iactus (βολή) Ipse iaciendi actus. Terentius Adelph. 4. 7. 22, Si illud quod est maximè opus, iactu non cadit. Cic. 3. Catil. 63, Iactus fulminum.
Iactus pilarum. Ouid. 2. Trist. 97.

Teli

Digitized by Google

Teli iactus. Tacit. lib. 13.
Iactu se dedit in æquor. Virg. 4. Georg. 106.
Iactus etiam retis dicitur absolutè. Valer. lib. 4. cap. 1. circa finem, A piscatoribus in Milesia regione uerriculum trahentibus, quidam iactum emerat.
¶Iactans (ἀλαζονευόμενος, ἀλαζών) Participium, siue Nomen ex participio. Plinius epist. 9. lib. 3, Iactantes & gloriosæ epistolæ.
Iactans sui. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Paulo iactantior. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 10.
Iactantior gestus. Quintil. lib. 11. cap. 1.
¶Iactanter (ἀλαζονικῶς) Aduerbium apud Tacitum, lib. 2, Perijsse Germanicum nulli iactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur. Id est, ambitiosius, uel maiori cum ostentatione.
¶Iactatus, pen. prod. Participium (ῥιπτούμενος) Virg. 1. Aen.
— iactatos æquore toto.
Periclis iactatus. Virg. 6. Aeneid. 139.
Terris iactatus & alto. Virg. 1. Aeneid. 2.
Nautæ iactati turbine. Catull. ad Mallium, epigr. 63. 13.
Nix iactata sub Arcto. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 3.
¶Iactatus, huius iactatus, Verbale. Plin. lib. 14. cap. 18. 2, Sic & mari nauigato, cuius iactatus his quæ durauerint tantum uetustatis adijcere sentitur, quantum habuerint.
Pennarum iactatus. Ouid. 6. Metam. 141.
¶Iactatio, Aliud uerbale (ἀναρίπτησις) Cic. pro Murenâ, 3, Quo tandem animo me esse oportet, propriè iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc cui uideo maximas Reip. tempestates esse obeundas?
Iactatio corporis. Cic. in Orat.
Circulatoria iactatio. Quintil. lib. 2. cap. 4. 12.
Temporum nostrorum iactatio. Quint. lib. 4. 1. 7.
Iactatio est uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Cicero 4. Tuscul. 31.
Insolentiam & iactationem hominum ferre. Cicero ad Attic. lib. 10. 12. 1. 6.
Iactatio popularis, pro Gloria & uanis sermonibus. Cicer. pro Eruditionis iactatio. Quintil. lib. 1. cap. 5. 8. (Cluent. 76.
Iactatio uerborum. Brutus ad Cicer. lib. 11. 20. 5, Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione uerborum, & denuntiatione periculi, &c.
¶Iactator, pen. prod. (λομπαξὴς, ἀλαζών, μεγαλαυχὴς, βαγάϊ) Gloriosus. Quint. lib. 11. cap. 1. de Cicerone, Is quidē rerum à se gestarum maior quàm eloquentiæ fuit in orationibus uti; iactator. Gellius lib. 18. cap. 4.
Acer in absentes linguæ iactator. Claud. 2. in Eutrop. 76.
Immodicus proprij iactator honoris. Claud. 3. Paneg. 6.
¶Iactantia, iactantiæ (μεγαλαυχία, μεγαλογοΐα, κενόνυμα) Idem quod Iactatio. Quintil. lib. 9. cap. 2, Veritus opinionem iactantiæ.
Friuola iactantia. Quintil. lib. 1. cap. 6. 13.
Inanis iactantia. Quintil. lib. 1. cap. 8. 12.
Minuere iactantiam. Quintil. lib. 6. cap. 3. 51.
Iactuosè, iactuosus (κομπαστικῶς) nusquam leguntur. Quod autem quidam probant ea ex Cicerone, non iactuosè, neq; iactuosus in ijs locis quos adducunt, legi debet: sed actuosè & actuosus.
¶Iactura, iacturæ, pen. prod. (ἔωνὸ, ζημία, ὄλεθρος) Propriè damnum dicitur, quod fit præcipuè in mari: quum quis magnas merces quas secum uehit, tempestate ingruente, cogitur in mare conijcere, ne nauis obruatur. Salustius ad Cæsarem, Si quid aduersi coortum est, de illis potissimum iactura fit, quia pretij minimi sunt.
Decoris ablati iactura. Ouid. 9. Metam. 20.
Humani generis iactura. Ouid. 1. Metam. 50.
Leuis iactura. Claud. 2. in Eutrop. 24.
Mediocris iactura. Iuuenal. Satyr. 13. 1.
Accipere iacturam. Vide Accipio.
Afferre iacturam. Vide Affero.
Iacturam rei familiaris facere. Cicero 2. de Finibus 27. Vide Facio.
Pati iacturam. Vide Patior.
¶Iaculum, iaculi, penult. corr. (ἀκόντιον, βολὶς, ἀγκύλη, σαυρία) dicitur quicquid in longum iaci potest. Plaut. Trucul. 3. 11,
Tentant benignúsne, an bonæ frugi sies: quasi in piscinā
Rete qui iaculū parat quando abijt rete pessum, abducit.
Iaculum (inquit Varro) dicitur, quòd ut iaciatur, fit.
Audax iaculis. Silius lib. 2. 124.
Insignis iaculo. Virg. 10. Aeneid. 150.
Missa iaculorum turba. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 7.
Acutum iaculum. Virg. 3. Aeneid. 10. Vide Acuo.
Lethale iaculum. Ouid. 5. Metam. 37.
Velocis iaculi certamina. Virg. 2. Georg. 106.
Dirigere iaculum totis uiribus. Senec. Hippol. 6. 16.
Ictus iaculis aut lapide. Vide Ico.
Inuadere aliquem iaculis. Silius lib. 15. 72.
Intorquens iaculum. Virg. 9. Aeneid. 11. Ouid. 5. Metam. 18.
Moliri iacula. Vide Molior.
Perlibrat iaculum ad ossa. Silius lib. 15. 137.
Torquere iaculum lacerto. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 12.
¶Iaculor, pen. corr. iacularis (ἀκοντίζω, ἀγκυλίζομαι, σαυρίζω) iaculari, Longè iacere. Iuuen. Satyr. 1. 2,
— quantas iaculetur Monychus ornos. Col. lib. 10. 31,
Sæpe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres. Liu. 2. bel. Pun. 210, Et quum in latus dextrum, quod petebat, Numidæ iacularentur, &c. Horat. 1. Carm. ode 2,
— sacras iaculatus arces
Terruit urbem.
Abrupta quædam iaculantur. Quint. lib. 2. cap. 11. 5.
Ferro iaculabor acuto. Ouid. in Ibin, 10.
Iuppiter iaculatur fulmina Ouid. 2. Metam. 13.
Saxa iaculans Gigānteo lacerto. Ouid. 14. Metam. 57.
Iaculari, pro Moliri. Horat. 2. Carm. ode 16. 4,
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa?
¶Iaculo, iaculas (ἀκμάζω) etiam dicitur. Claudianus.
— latis iaculabat in aruis.
¶Iaculatus, pen. prod. Participium (ἀκοντικὼς) ut,
Ignes iaculata è nubibus. Virg. 1. Aeneid. 10.
¶Iaculator, pen. prod. (ἀκοντιστὴς, ἀκμητὴς) Qui iaculum emittit. Liu. 1. bel. Pun. 78, Pro eo supplementum ipse ex Africa, maximè iaculatorum leuium armis petijt.
Audax iaculator. Horat. 3. Carm. ode 4. 12.
Iaculatores dicuntur deerrare. Vide Deerro.
¶Iaculatrix, pen. prod. (σαμμυκιστρὶς) Verbale fœminimum: ut, Diana iaculatrix. Ouid. 5. Metam. 76.
¶Iaculabilis, & hoc iaculabile, pen. cor. (ἀκοντιστὸς) Quod iaculari potest: ut, Telum iaculabile. Ouid. 7. Metam. 138.
Pondus iaculabile. Stat. 6. Thebaid. 132.
¶Iaculus, iaculi, pen. cor. m. g. (ἀκοντίας) Serpentis genus, qui subit arbores, è quib. se ui maxima uibrat penetratq; quodcunq; animal obuium fecerit fortuna. Plin. lib. 8. cap. 23. Lucan. lib. 9. 145. Et natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucres.
¶Iaculatorius. Adiect. ut, Campus iaculatorius. Vlpian. in l. item. §. sed si. ff. ad leg. Aquil.



Digitized by Google

Iadera] Illyrici oppidum, Apolloniæ & Salonæ uicinum, teſte Põponio lib. 2. Iaderæ meminit & Plinius in deſcriptione Liburniæ.

Ialyſos] pen. prod. (Ἰάλυσος) Rhodi inſulæ urbs, teſte Pomponio lib. 2. Hiſtoriam Ouidius indicat lib. Metamor. 7. Vide Plin. lib. 5. cap. 31.

Iam] Aduerbium temporis (ἤδη.)

Iam, Properantis, & ſe aliquid protinus facturum indicantis. Terent. Adel. 2. 2. 1, Tace, egomet conueniam iam ipſum. Idē And. 5. 4. 51, Rectè admones: Dauo iſtuc dedam iam negoti.

Iam, increpatio moræ. Terent. Eunuc. 3. 2. 39,

Iámne imus?

Iam ἀφ' ἑτέρα, in principio ſententiæ: id eſt, iam primum, uel principium. Cicer. 3. Ver. 81, Iam quid id ad Prætorem, uter poſſeſſor ſit? Budæus.

Iam, Renuntiatio perpetuitatis, inquit Donatus. Terent. And. 2. 2. 15, Vxorem tibi iam non dat Chremes. Varrò de re Ruſt. lib. 2. cap. 4, Quum porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici appellantur: neq; iam lactantes dicuntur. Iam, eleganter dixit, pro eo quod nunc plerique dicunt Amplius.

Iam, pro Iam uerò. Cic. de Senect. 53, Iam ortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. Budæus.

Iam, modò. Terent. Eun. 5. 2. 43, Te quoq; iam Thais, ita me di bene ament, amo. Cic. de Amic. 9, De me autem (ut iam cum utroq; loquar) ſic habetote.

Iam geminatum, pro Modò, ſiue interdum ſimiliter geminato. Horat. 2. Serm. Satyr. 7,

Iam uino quærens, iam ſomno fallere noctem. Virgilius 6. Aeneid.

Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.

Iam, pro Incerto & non conſtituto tempore. Tibul. libro 1. eleg. 14,

Iam ueniet tenebris mors adoperta caput, &c.

Iam, pro Poſthac. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 14. 1, Veſtrum iam conſilium eſt non ſolum meum, quid ſit uobis faciendum. Idem Terentiæ, lib. 14. 4. 7.

Iam, pro Nunc temporis. Terent. And. 3. 4. 2, Cur uxor non Accerſitur? iam adueſperaſcit. Idem Eun. 4. 2. 5.

Iam eſt, uel Iam ſunt, uel etiam ſine addito, pro temporis ſignificatione certa, & ferè ſequitur Quum, aut accuſatiuus, aut ablatiuus. Plaut. Merc. 9. 35, Ecaſtor iam biennium eſt quum mecum rem ille cœpit. Idem Moſtel. 13. 16, Quin ſex menſes iam hic nemo habitat. Idem Curcul. 2. 14, Hoc Aeſculapij fanum eſt. P A. plus iam anno ſcio.

Iam, Statim, mox, confeſtim. Terent. Eunuc. 1. 2. 5, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Plaut. Aulul. 5. 26,

—— occlude ſis
Fores ambobus peſſulis, iam ego hìc ero. Idem Trucul. 4, 98. Cicero pro Flacco 44, Iam illud uidero: ſed primum illud tenebo.

Iam, Tarditatis ſignum, pro Tandem. Terent. And. 1. 2. 19,

Te oro Daue, ut redeat iam in uiam. Idem Adelph. 2. 1. 21, I nunc iam. Vbi Donatus, Nunc iam duæ partes ſunt. Et bene iam: quia ſerò & poſt plagas.

Iam, pro Tunc. Quint. Quòd ſi ſatis prudenter ea uiderint, iam propè conſummata fuerit præcipientis opera.

Iam à pueris, Statim ab infantia. Terent. Heaut. Qui nos putãt iam à pueris ilico naſci ſenes. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 94, Iam à prima adoleſcentia delectarunt.

Iam à principio. Saluſt. in Iugurtha.

Iam ab illo tempore quum ueniſti in Italiam. Cicero Cælio, libro 2. 14. 9.

Iam ab illo tempore quum in Cumanum mihi obuiam ueniſti. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 9.

Iam abhinc triginta diebus. Cic. 4. Ver. 90.

Iam antea petiui abs te. Cic. ad Att. lib. 16. 342. 1.

Iam continuò. Plautus Ciſtel. Quod lubet, non lubet iam id continuò.

¶ Iamdiu, Per longum tempus ſignificat. Plaut. Milit. 4. 17,

Ego iamdiu apud hunc ſeruitutem ſeruio. Terentius Eunucho, 3. 3. 12,

— huc euaſit, quampridem pater
Mihi & mater mortui eſſent: dico iamdiu. Donatus, Iam olim interpretatur. Cic. de Senec. 17, Carthagini malè iam diu cogitanti.

Idem iamdiu non facit. Cic. 1. de Diuin. 69.

Iamdiu expectans. Varro Cic. 1. Acad. 5.

Iamdiu flagitat. Cic. 1. Ver. 14.

Iamdiu hæc tractantur à Græcis. Cic. 1. Acad. 36.

Iamdiu eſt quòd. Plautus Amphit. 4. 148, Agite pugni, iamdiu eſt quòd uentri uictum non datis.

Iamdiu factum eſt quom abiſti ad forum. Plaut. Aſin. 6. 3.

Iamdiu factum eſt poſtquam bibimus. Plaut. Perſa, 13. 42.

¶ Iamdudum, pen. prod. inquit Valla, de paruo tempore dicitur, unius horæ aut ſemihoræ, aut duarum horarum, aut certè breuiſſimi temporis. Terent. Adelph. 4. 1. 1, Aín' patrem hinc abiſſe rus? S. iamdudum. Ibid. 4. 7. 46, Iamdudum eſt animus in patinis. Cic. Pulchro, lib. 3. 12. 8, Vides ſudare me iamdudum laborantem quomodo ea tueár.

Iamdudum eſt intus. Plaut. Aſin. 12. 151.

Iamdudum aliquem expectare. Cic. 2. de Orat. 16.

Iamdudum factum eſt quum abiſti domo. Plautus Trinum. 14. 3.

Iamdudum uereor ne, &c. Cic. 6. Verr. 97.

Iamdudum te illud hortor. Cic. in Catil. 9.

Iamdudum, pro Nimium & ualde, uel iampridem. Terentius Eunucho, 3. 1. 58,

Quando illud quod tu das, expectat atq; amat,
Iamdudum amat te, iamdudum illi facilè fit
Quod doleat.

Iamdudum, pro Iamprimum. Terentius Andr. 1. 4. 1, Audiui Archillis: iamdudum Leſbiam adduci iubes.

Iamdudum ætatem lites ſunt inter eos factæ maximæ. Terent. Eunuch. 4. 5. 8. Vbi Donatus, Quia iamdudum finitæ more eſt: addit Aetatem, ut oſtendat multum abijſſe temporis ut factum eſt.

Iam fermè moriens, me uocat, acceſſi. Terent. And. 1. 5. 49.

¶ Iam iam, Repentè, mox. Plaut. Curcul. 15. 29, Iam iam faciũ ut iuſſeris. Ibidem, 5. 18.

Iam iam deſino. Terent. Adelph. 5. 3. 67.

Iam iam intelligo Craſſe quid dicas. Cic. 3. de Orat. 51.

Iam iam ſat eſt. Plaut. Milit. 4. 91.

Iam iam, figuratum eſt per indignationem aut miſerationem. Virg. 4. Aeneid. 75,

— iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Cic. Attico, Iam iam Dolabella neq; tui, neq; tuorũ liberorum miſeret. Budæus. Vide Laurentium, lib. 2. cap. 47.

Iam iamq;, id eſt, mox, celerrimè. Cic. ad Att. lib. 7. 139. 3, Mihi dubium non erat quin ille iam iamq; ſiret in Apulia. Idem ad Caſſiũ, lib. 12. 10. 9, Vos expectaui, Brutiũ quidẽ iam iãq;.

Iam inde, Ab hoc tempore. Videtur enim tempori metam conſtituere quo aliquid fit, uel fieri cœptum eſt. Cic. in Vatiniũ, 10, Ac tibi iam inde præſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum uirorum ſplendore permiſceas.

Iam inde

Iam inde ab adoleſcentia. Plaut. Bacch. 2.4.1. Terent. Adelph. 1.1.16, ——is adeò
Diſsimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia.
Iam inde à patre atq; maioribus, &c. Cic. pro Flacco, 42.
Iam inde à teneris impende laborem. Virg. in Georg.
Iam inde ab Ariſtotele. Cicer. in Orat. 70. Liuius de bello Macedon. Tentare gentem aduerſam Romanis iam inde ab Racilij morte.
Iam inde ab initio. Liu. 1. ab Vrb. 7, Iam inde ab initio minimè letus nouæ origine urbis.
Iam inde à principio. Cic. pro Corn. Balbo, 23, O iura præclara, atq; diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maioribus noſtris comparata.
Iam inde à principijs gentis. Liu. 4. bell. Pun. 217.
Iam inde à cunabulis. Varro de re Ruſt.
Iam inde à certaminibus. Liu. ab Vrbe cond. Iam inde à paternis certaminibus inuiſus.
Iam inde à Conſulatu meo teſtis. Cic. 14. Philip. 395. Sic ad Acilium, lib. 13. 39. 1, Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quæſtura mea Sicilienſi.
Iam inde à puero. Plaut. Sticho, 4 22. Terent. Adelph. 3.3.86, Vah homo amicus nobis iam inde à puero.
Iam inde antiquitus. Plin. in Pan. 136. Liu. 4. bell. Maced. 104. Hi ſunt iam inde antiquitus caſtellani agreſte genus.
Iam inde ætate. Plaut. Merc. 9.23,
——iam inde ætate
Quum ſcis facere officium tuum.
Iam inde uſq; à pueritia. Terent. Heaut. 1.2. 9.
Iam nunc, quod & Nunc iam dicitur, Certi temporis quod præſens eſt, indicationem faciens. Cic. 1. Verr. 23, Quæ quum cogito, iam nunc timeo. Virg. 1. Georg. 9.
——& uotis iam nunc aſſueſce uocari. Ouid. 3. de Art. 12,
Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,
Sic nullum uobis tempus abibit iners.
Iam nunc, quod nunc Barbari dicunt, Totum nunc. Terẽt. And. 1.1.144, Eamus nunc iam intrò.
Nunc iam. Vide Nunc.
Iam olim. Id eſt, iam à longo tempore. Cic. Iam olim principio illud ſtatueram. Quint. lib. 8.
Iam olim, Aliquando. Terent. Eun. 3.5.39,
——& quia conſimilem luſerat
Iam olim ille ludum. Virg. 2. Georg. 81.
Iam olim. Pomponius in l. ſub conditione. ff. de ſolutionibus. Sub conditione debitor, ſi acceptum feratur, poſtea conditione exiſtente intelligitur iam olim liberatus: & hoc etiam ſi ſolutio re fiat, accidere Ariſto dicebat.
Iam porrò. Cic. 5. Verr. 98, Iam id porrò utrum libentes inuiti dabant.
¶ Iampridem, penult. prod. De paruo tempore dicitur. Plaut. Bacch. 13.35, Iſtud Iampridem ſcio. Terent. Hecyr. 2.1.22, Iampridem equidem audiui cepiſſe odium tui Philumenam. Id eſt, iam aliquanto ab hinc tempore audiui: ut ait Valla lib. 2. Cælius ad Cicer. lib. 8.17.3, Quod ſi timor ueſtræ crudelitatis non eſſet, eiecti iam pridem hinc eſſemus.
Iampridem, De longiori tempore. Plin. Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtum eſt, &c.
Iampridem, Continuò. Lucanus lib. 1. 71,
Tollite iampridem uictricia, tollite ſigna. Si iampridem ad uerbum Tollite refertur, Continuò ſignificat: ſi uerò ad nomen Victricia, Iam diu ſignificat.
¶ Iamprimum, pro Nunc primum: hoc eſt, tantum nunc, uel nũc ſolum. Terent. Adelph. 3.2.40, Iamprimum illum alieno animo à nobis eſſe res ipſa indicat.
Iamprimum, pro Primò. Saluſt. in Catil. Terent. And.
Iamprimum hæc ſe è Pamphilo
Grauidam dixit eſſe: inuentum eſt falſum.
Iamprimum omnium ſatis conſtat, Troia capta, in cæteros ſæuitum eſſe Troianos. Liu. 1. ab Vrbe, 1.
Iam tandem. Cic. Terentiæ, lib. 14.23.1, Redditæ mihi iam tandem ſunt à Ceſare literæ.
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Virg. 6. Aen. 13.
Iam tum, pro eo quod barbarè dicitur Ex tunc. Cic. pro A. Licinio, Ita ſe iam tum geſsiſſe pro ciue ijs temporibus quæ tu criminaris. Virg. 8. Aeneid. 70,
Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes.
Iam uerò ipſa terra ita mihi parua uiſa eſt, ut me imperij noſtri, quo quaſi punctum eius attingimus, pœniteret. Cicero in Som. Scipion. 13. Quo loco legitur & ſine Verò. Idem 2. de Orat. 46, Iam uerò narrationem quod iubent uerisimilem eſſe, &c.
Iam uerò, ſecundo loco poſitum. Cic. de claris Orator. Probabilis orator iam uerò etiam probatus. Videtur hic pro ſimiliter poſitum: uel eſt potius correctio, quaſi dicat, Quid dico probabilis? imò iam probatus.
Iam uſq; ab. Cic. 1. de Diuin. 1, Vetus opinio eſt iam uſq; ab heroicis ducta temporibus, &c.
Iamblicus] penult. cor. (ἰάμβλιχος) Pythagoricus Philoſophus è Chalcide Syriæ, fuit Porphyrij diſcipulus, Conſtantini magni tempore. Adeò profecit, ut ſecundas poſt præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre uideretur doctrina: niſi quòd ille melior facilitate candoreq; orationis, hic paulo durior habebatur: ac ut de Xenocrate Plato dicebat, uenere dicendi carebat. Moribus adeò probatus, ut eius uitæ abſtinentia, modeſtiaq; ea tempeſtate cognita fuerit. Huius etiam meminit B. Hieronymus.
Iambus] ἰαμβος, pedis genus conſtans ex breui & longa: ut, Docens: ab ἰαμβίζειν, id eſt, maledicendo. eſt enim pes uerſibus maledicis aptiſsimus. Alij ab Iambe puella deducunt. Appellatur quoq; Daunius, & Gradarius.
Syllaba longa breui ſubiecta uocatur iambus. Horatius de Arte, 51.
Criminoſi Iambi. Horat. 1. Carm. ode 16. 1.
Parij Iambi. i. Horat. 1. epiſt. 20. 5.
Pugnax Iambus. Ouid. in Ibim, 105.
Iambum facere. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Truces uibrare iambos. Catull. in annales Voluſij, 34. 1.
¶ Iambeus, pen. prod. Adiect. (ἰαμβεῖος) ut, Trimetri Iambei. Horat. de Arte, 52.
Iameſa] ἰάμισα, Ptolemæo libro 2. capite 3. æſtuarium Britannici maris: Tameſis, fluuius, Ceſari hodie Thamis dictus.
Iamidæ] de quibus apud Ciceronem mentio eſt, familia quædam fuit aruſpicum, ab Iamo filio Apollinis ſic nominata, quorum unus Thraſybulus è canum extis uaticinabatur, ut ſcribit Pauſanias lib. 2. Eliacon, quod & à Victorio eruditiſsimo uiro traditum eſt. Quidam Ianudas legunt, ſed malè. Ex Turnebo.
Iamno] Caſtellum eſt in Balearibus minoribus, teſte Pomponio Mela libro 2. Caſtella (inquit) ſunt in minoribus Iamno & Mago: in maioribus Palma & Polentia coloniæ. Scripſit in eandem ſententiam Plinius lib. 3. cap. 5.
Iana] ἄρτεμις, Prius: & deinde Diana, D literæ appoſitione, ut Nigidius ait.
Iamaſum] Pomponio Melæ lib. 1, oppidum Celticæ gentis: nunc dicitur S. Iacobus in Compoſtella, ut ſcripſit Oliuarius in Melam.

Ianiculum]

Ianiculum] pen.cor.(ἰανίκλον) Oppidum non procul à Roma: dictum quia per eum Pop.Rom.transire cœperat in agrum Hetruscum, ut ait Festus: seu quòd Ianus illud condidit. Solinus, Quis dubitat Ianiculum à Iano non fuisse nominatum?

Ianiculum montem Romæ à fuluo arenæ colore, nunc appellãt Montorium, id est montem aureum. Georgius Agricola.

Ianira] pen.prod. Oceani & Tethyos filia: iste dicta à dulcorandis uiris. Author Hesiodus in Theogonia.

Ianitor] Vide Ianua.

Iantha] nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia.

Ianthinus] pen.cor.(ἰανθῖνος) Adiect. Violaceus, siue coloris purpurei: ἀπὸ τῦ ἴου, quod est uiola, καὶ τὸ ἄνθος, τῦ ἄνθεος, quod florem significat: hoc est, quasi uiolaceus flos. Martialis lib.2.39,

Coccina formosæ donat & ianthina mœchæ. Subaudi, indumenta. Plin.lib.21.cap.6.1. Vide & cap.8.1.

Ianthis] Latinè uiolantilla, nomen mulieris. Iolant. Bud.

Ianua] ianuæ (θύρα, πυλὼν) Ostium, aditus, fores. Valla lib. 4, Porta murorum est, munitionumq; atq; castrorum: Ianua parietis ac domorum. Cic.3.Verr.46, Seruius suis Rubrius ut ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent imperat. Vide Ianus.

Ianuam & ostium pro eodem ponit Cic.2.de Orat.153.

Ianua, atq; uestibulum Q. Mutij. Cic.1.de Orat.99.

Adaperta ianua. Ouid.14.Metam.148.

Semiadaperta ianua. Ouid.1.Amor.eleg.6.1.

Clausa ianua. Ouid.2.Amor.eleg.1.14.

Firma ianua. Ouid.2.Amor.eleg.12.1.

Laxa ianua ferenti, surda petenti. Ouid.1.Amor.eleg.8.16.

Maxima ianua. Cato cap.14.1.

Pulsata ianua sepulchri. Ouid.3.Trist.eleg.2.5.

Ianuam saxis cædere. Vide Cædo.

Effingere & reuellere ianuam. Cic.pro Murena, 31.

Ianuam obseruare. Vide Obseruo.

Patefacere ianuam. Vide Patefacio.

A ianua quærere aliquem. Cic.2.de Orat.153.

Ingredi ianua aliqua in causam, per metaphoram. Cicero pro Plancio, 6.

Ab hoc aditu, ianuaq; patefacta peruenire ad ea quæ cupimus. Cic.1.de Orat.102.

Mortis ianua. Sil.lib.11.38.

¶ Ianitor, pen.corr. Ianitoris, m.g. (πυλωρὸς, θυρωρὸς) Cui ianuæ custodia commissa est. Cic.5.Ver.7, Hunc uestri ianitores, hunc cubicularij diligunt.

Ianitores ex equestri loco ducenti, stipatores corporis. Cic.2. pro leg.Agrar.43.

Ianitor carceris. Cic.7.Verr.92.

Catenatus ianitor. Vide Catena.

Ingens ianitor. Virg.6.Aeneid.80. Cerberum intelligit.

¶ Ianitrix, pen.cor. ianitricis, pen.prod. f.g. Plaut. Curcul. 2.76, Anus hîc recubare solet custos ianitrix. Plin.lib.15.cap.30.1, Laurus triumphis propriè dicatur, uel grauissima domibus ianitrix Cæsarum, Pontificumq;: id est, quæ solet plantari ante domos Cæsarum & Pontificum.

Vxores duorum fratrum dicuntur ianitrices Modestino in l. nõ facile. §. adfines sunt. ff. de gradibus cognationum. in quibusdam exemplaribus non legitur dictio Ianitrices, sed uno contextu ita legitur, Duorum fratrum uxores dicuntur apud Græcos ἰνάτιγες.

Ianuarius] ἰανουάριος, μὴν πρῶτος, Primus mensium, quem Numa Pompilius à principe Deo, hoc est, Iano appellauit, qui primum anni esse uoluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem & prospicientem transacti anni finem, futuriq; principia.

Ineunte Ianuario. Vide Ineo.

Ianus] ἰανὸς, antiquissimus Italiæ rex, Saturnum in regni societatem asciuit. Eum aiunt primum in Italia diis templa fecisse, ritusq; sacrorum instituisse, ac ideò eum in sacrificijs præfationem meruisse perpetuam. Vide Macrobium cap.7. 8.9. libri primi.

Ianus, Ab hiatu dictus est, detracta aspiratione, quem quidam Solem putant: ideo geminum, quia utriusq; ianuæ cœlestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Alij Ianũ mundum, id est, cœlum intelligunt, quasi eanum ab eundo, ut inquit Cicer.lib.2.de Nat.deor.97. quia mundus semper eat dum in orbem uoluitur, & ex se initium faciens in se refertur. Hinc & bifrons pingitur, quòd annus ex se initium faciens, fini occurrat. Vel quòd præterita sciuerit, & futura præuiderit: seu quòd superorum & inferorum ianitor exiterit. Huius templum erat Romæ, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: unde Patuleius & Clusinus cognominabatur. Hunc etiam quadrifrontem fecerunt, ob quatuor orbis partes, & Ianum geminum uocitarunt. Et Iunonium, quia Calendarum princeps. Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ.

Ianus erat locus Romæ ubi fœneratores consistebant in regione Basilicæ: quoniam in eo Iani simulacra collocata uisebantur. Ouid.

Qui puteal, Ianumq; timet, celeresq; Calendas.

Iani quoque peruiæ transitiones foresq; in liminibus profanarum ædium, ianuæ nominabantur teste Cicerone, 2.de Natur.deor.97, Sueton.in Domi. Ianuas, inquit, arcuq; cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones urbis extruxit.

Iani templum fuit Romæ, quod belli tempore apertum, pacis clausum fuit, ut author est Seruius: Constat, inquit, templum hoc ter esse clausum. Primùm regnante Numa: item post bellum Punicum secundùm: tertiò post bella Actiaca quæ confecit Augustus. quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, sed bella flagrauere ciuilia. Huius autem claudendi, uel aperiendi templi ratio uaria est. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo esset ut uinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilij. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere hoc templum ædificasse. Vnde & Ianus ipse duas facies habet, quasi ut ostendat duorum regum coitionem: uel quod ad bellum ituri debent de pace cogitare. Est alia melior ratio, quòd ad prælium ituri optent reuersionem. Hæc Seruius enarrans illud Aeneid.1.60,

—diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma, &c.

Mensis Iani. Ouid.2.Fast.10.

Anceps Ianus. Ouid.14.Metam.57.

Belliger Ianus. Lucan.lib.1.13.

Biformis Ianus. Ouid.1.Fast.86.

Biceps Ianus. Ouid.1.epist.13.

Bifrons Ianus. Virg.12.Aeneid.40.

Custos pacis Ianus. Horat.2.epist.1.52.

Ancipiti mirandus imagine Ianus. Ouid.1.Fast.19.

¶ Ianalis, penult.prod. Adiect. (ἰανάλις) ut, Virga Ianalis. Ouid.2.Fast.33.

Iapetus] pen.cor. quadrisyllabum (ἰαπετὸς) Cæli & Terræ filius, ut inquit Hesiodus. Hunc quidam Promethei patrem fuisse

*fuisse asserunt.Ouid.1.Metam.17,*
*Siue recens tellus,&c.*
*Audax Iapeti genus.Horat.1.Carm.ode 3.6.*
*Trux Iapetus.Valer.1.Argon.114.*
Iapis] *pen.prod.Iapidis(ἰάπις)Nomen proprium Aetoli,qui quum ad regionem Venetiæ uenisset,oppidum de suo nomine condidit,à quo ea pars ubi Timauus fluuius est, Iapidis nomen sumpsit.Virg.3.Georg.*
*—cistellæ in tumulis,& Iapidis arua Timaui.*
Iapygium] *Salentinorum promontorium.Virg.lib.11.Aen.*
*Victor Gargani condebat Iapygis agris.*
*Vnde Seruius Iapygiam partem Apuliæ esse dixit,in qua est mons Garganus, qui usq; in Adriaticum pelagus tenditur. Huius metropolis est Brundusium & Tarentum. Hanc regionem Messapiam,& Iapygiam,& Calabriam,& Salentinam multi nominant.*
Iapyx] *pen.prod.trisyllabum,huius Iapygis,pen.cor.(ἰάπυξ) Dædali filius,à quo Iapyges populi.Solinus cap.8.*
*Agri Iapygij.Solinus lib.8.44.*
*Arua Iapygis.Ouid.15.Metam.11.*
*Iapyx, uentus est ex Apuliæ ora proficiscens,quem eundem Caurum Gellius lib.2.esse iudicat.est enim Occidentalis,& utilis Græciam petentibus ex Italia,ut testatur Horatius lib.1. Carm.*
*Sic te diua potens Cypri,&c. Virg.8.Aen.140,*
*Illam inter cædes pallentem monte futura*
*Fecerat ignipotens,undis,& Iapyge ferri. Hoc est,uento qui de Apulia flans optimè ad Tarentum ducit. Seruius.*
*Albus Iapyx.Horat.3.Carm.ode 27. 4.*
Iabbas] *Vide* Hiabras.
Iasis] *trisyllabum,pen.cor.huius Iasidis(ἰασὶς)dicta est Atalantis,ab Iasio patre.Vide* Schœneus.
*Dura Iasis.Propert.lib.1.eleg.1.2.*
Iasides,*pen.cor.Patronymicum,&c.*
Iasius] *quadrisyllabum(ἰάσιος)Dardani frater.Nam Dardanus,inquit Seruius,& Iasius fratres fuerunt,Electræ filij:sed Dardanus de Ioue,Iasius de Corito procreatus est. Seruius apud Virg.Aeneid.3,*
*Hæ nobis propriæ sedes.Hinc Dardanus ortus*
*Iasiusq; pater,genus à quo principe nostrum.*
Iasius] *Pater Palinuri, authore Seruio. Vnde intelligit eum Statius eo loco Adrastum,qui filius fuit Talonis, nepos uerò Iasij fratris Dardani.*
¶ Iasides,*pen.cor.(ἰασίδης)Palinurus.Virg.5.Aen.168.*
*Dux Iasides.Stat.6.Thebaid.193.*
Iarcas] *Indorum Philosophorum princeps, cuius meminit Philostratus in uita Apollonij Tyanei.*
Iason] *penult.prod.trisyllabum,Iasonis,penult.cor. (ἰάσων) Aesonis filius,fratris Peliæ Thessaliæ regis,qui Colchos profectus,uellus aureum abstulit. De hoc Iustinus & Diodorus Ouidius,*
*Quem nisi crudelem,non tangit Iasonis ætas?*
*Asper Iason.Valer.4.Argon.45.*
*Clarus Iason.Ouid.7.Metam.2.*
*Efferus Iason.Stat.5.Thebaid.95.*
*Pegaseus Iason.Ouid.8.Metam.70.*
Iasonium] *ἰασώνιον,promontorium Cappadociæ, hodie S. Thomas.Ptolemæus lib.5.cap.6.*
Iaspis] *trisyllabum,iaspidis,pen.corr.mascul.gener.(ἴασπις) Lapidis preciosi genus.Plinius libro 37.capite 8,Viret,& sæpe translucet Iaspis, etiam si uictus à multis,antiquitatis tamen gloriam retinens.Plurimæ ferunt eam gentes, smaragdo similem Indi:Cypros duram,glaucoq; pingui: Perseæri similem:ob id uocatur aerizusa.Talis & Caspia est,cærulea circa Thermodoontem amnem:in Phrygia purpurea, in Cappadocia ex purpura,cærulea, atque non refulgens. Martial.lib. 5.11,*
*Sardonychas,smaragdos,adamantas,iaspidas,uno*
*Portat in articulo Stellæ Scuere meus.*
*Supellex fulua fulget iaspide. Lucan.lib.10.25.*
*Fulua iaspide stellatus ensis.Virg.4.Aen.53.*
*Tereti nodantur iaspide uestes. Claud 2. de raptu Proserp.8.*
*Viridi angustunt iaspide pectus.Claud.4.Paneg.105.*
¶ Iaspideus, *Adiect.(ἰασπίδιος)ut,Iaspidea gemma,quæ iaspidis colorem refert.Plin.lib.37.cap.10.17.*
Iasponyx] *penult.corr. Gemma à niuis colore dicta.Plinius libro 37.cap.9.*
Iasum] *Insula Cariæ,quæ continenti adiacet,cuius incolæ magna ex parte uictum è mari captabant,quum sterilem regionem haberent.A' qua Iasius sinus, cuius municeps Cærillus fuit. Ex Iaso fuit Diodorus dialecticus, cognomento Chronus.*
Iatinum] *ἰάτινον,Ptolemæo authore lib. 2. cap. 8, Meldensium ciuitas.uulgò Meaulx.*
Iatros] *penult.corr.(ἰατρὸς)Latinè dicitur medicus.Plin.lib. 29.cap.1.9.*
¶ Iatraleptes,*penult.prod.(ἰατραλείπτης)Medicus unguentarius.Sipontinus,Tria medicinæ genera ueteres fecere: Empiricen,&c.Iatralepicen,quæ unguentis & perfrictionibus curat,quasi medicinam unguentariam:ἰατρικὴ enim medicina dicitur:ἀλείπτης,unctor:ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν,quod ungere est.unde huiusmodi artifex iatraleptes dicitur.Celsus lib. 1.cap.1,Sanus homo qui & bene ualet, & suæ sponte est, nullis obligare se legibus debet:ac neq; medico, neq; iatralepta egere.Et Clinicen,&c.Vide* Clinice. *Plinius lib.29. cap.1.4.*
Iaua] *ἰαύα,Hispaniæ ciuitas,Ptolemæo.uulgò Laca.*
Iaxamatæ] *Populi circa Mæotim,inquit Stephanus,quos Ephorus appellat Sauromatas.Val.Flacc.lib.6,*
*Mellis honos Torimis:ditant sua mulcta*
*Satarchem: Iaxamatas nouatus alit. De his Ammianus lib.4.*
Iaxartes] *ἰαξάρτης,Scythiæ fluuius in Asia,amnium ab Oriente in Caspium influentium uel maximus: nam multum secum rapit,& immani undarum copia extumescit: oritur in ultimis Sogdianorum finibus ex montibus, quos Sogdios Ptolemæus uocat.Alexander militesq; eius Tanaim putauerunt,quum sit alius.Plinius libro 6. cap.16.Strabo lib.2.& Curtius lib.6.*
Iaxtes] *ἰάξτης,fluuius,quem eodem cum superiore, in tractu quidam locant:cuius meminit Claudianus,*
*Sic nobis Scythicus famuletur Iaxtes.*
Iazyges] *pen.cor.(ἰάζυγες)Metanastæ populi in Europa,qui (sicut Ptolemæus lib.3.scribit)ab Oriente habent Daciam, ab Occasu & Austro Germaniæ partem,à Septentrione Sarmatiam.Hodie Septem castra:Germanicè Sibenburgen. regio quæ partim ab Vngaris,partim à Valachis colitur.*
*Acres Iazyges.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.3.*

I B

Ibernia] *ἰβερνία.Vide* Hybernia.
Iberus] *pen.prod.(ἴβηρ)fluuius Hispaniæ, qui apud Cantabros oriens,per CCLX.passuum milia fluit,& in mare Balearicum exit.Dictus,ut Eustath.ait,à rege eiusdem nominis.Lucan.lib.4.5,*
*Qui præstat terris aufert tibi nomen Iberus. Quod & Iberum declinari potest: præsertim quando sequitur fluuius.*
*Dines Iberus.Claud.8.Paneg.11.*

Torrens

Digitized by Google

Torrens Iberus. Lucan. lib. 7.3.

¶ Iberia (ἰβηρία) dicta est pars Hispaniæ, quæ intra Iberum continetur: quamuis generali uocabulo pro Hispania capiatur. Et Iberiæ quidam partem unam exteriorem, alteram interiorem dixerunt. Hanc regionem Celtæ Gallorum populi, relictis sedibus suis, habitauere. Vnde composito ex utraq; gente nomine, Celtiberi appellati sunt, & regio eorum Celtiberia. Lucan. lib. 4.2,

— Celtæ miscentes nomen Iberis.

Ab Iberia uerò Iberi & Iberes, pen. prod. uocati sunt populi Hispani.

Duræ tellus Iberiæ. Horat. 4. Carm. ode 14. 11.

Fera Iberia. Horat. 4. Carm. ode 5.6.

¶ Est & alia regio hoc nomine iuxta Pontũ inter Colchida & Armeniam, uenenorum ferax, quæ Caucasijs montibus circundatur: cuius similiter populi Iberi & Iberes dicti sunt, à quibus, ut Varro scribit, uenerunt qui in Hispania habitauerunt, & à quibus Hispania, Iberia: & fluuius Hispaniæ, Iberus: & Iberus, Ibera, Iberum. Virg. lib. 9. Aen.

Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus Ibera. Scribit Dionysius, Iberes populos à Pyrenæis montibus profectos in Asiam sedes posuisse. Vnde ea pars Asiæ, Iberia nuncupatur.

Armifer Iberus. Sil. lib. 13.3.

Durus Iber. Lucan. lib. 6.51.

¶ Iberiacus, penult. cor. Adiect. (ἰβηριακὸς) ut, Terræ Iberiacæ. Sil. lib. 13.103.

Iberica] penult. corr. herba, Spartum dicebatur antiquis. Quint. libro 8. capite 5, Qui in actione Ibericas herbas, se solo nequicquam intelligentem dicebat: nisi irridens hanc uanitatem Cassius Seuerus Spartum eum dicere uelle iudicasset.

Iberici funes, pro Sparteis. Horat.

Ibericis peruste funibus latus.

Ibi] ἐκεῖ, ἴχι, Aduerb. in loco. Terent. And. 2.2.19, Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum. Idem Eunuch. 4.1.8. Cic. pro Cecinna, 19, Et armatus ibi fuisses.

Ibi loci. Plinius lib. 6. cap. 11. 1, Ibi loci terrarum orbe portis disclusso.

Ibi, ubi. Cicero pro Domo sua, Ibi enim postis est, ubi templi aditus est.

Ibi, unde. Liuius 1. ab Vrbe, 97, Ibi imperium fore, unde uictoria fuerit.

Ibi. Terent. Adelph. 5.4.3, Duxi uxorem: quam ibi miseriam uidi? Vbi Donatus, Ibi, inquit, quasi uxor locus sit.

Ibi, Tum, Tunc, Quum hæc fierent. Cic. 5. Verr. 118, Quid tu ibi tum, quid facis? Terent. Eun. 2.2.29,

Ille ubi miser famelicus uidet me esse in tãtum honorem,
Et tam facilè uictum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare.

Ibi sum: id est, illud cogito. Terent. Heaut. 5.2.30.

¶ Ibidem, pen. prod. (αὐτοῦ) In eodem loco. Ter. And. 4.5.38,

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam uiam
Prouoluam: teq; ibidem peruoluam in luto.

In eodem loco & ibidem. Cicero 2. de Inuent. 131, Quare quum in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere uoluerunt, cœnati discubuerunt ibidem.

Ibidem in. Cicero 2. de Inuent. 236, In naui ibidem. Idem 5. Verrin. 12.

In eo, & ibidem. Cic. pro Cecinna, 17, Læsit in eo Cecinnam: subleuauit ibidem. Id est, in eodem.

Ibidem mihi adnutat: id est, ex eo loco ubi ipse erat. Plautus Merc. 7.93, — Ibidem mihi

Etiam adnutat, addam sex minas.

Ibidem, ubi. Plautus Persa, 16.59, Do ego tibi operam. S. tibi ibidem das, ubi tu tuum amicum adiuuas. Id est, tunc tibijpsi prodes quum amicum iuuas.

Ibidem loci res erit. Plaut. Cistel. 5.53,

Abit intrò iratus, quid ego nunc agam? si redierit:
Illa ad hunc, ibidem loci res erit: ubi odium occœperit,
Illam extrudet, quom hanc uxorem Lemniã ducet domũ.

Ibis] huius ibis, uel ibidis, pen. corr. f. g. (ἶβις) Auis Aegypti. Plin. lib. 10. cap. 48, Visam in Alpibus ab se peculiarem Aegypti ibim, M. Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit. Idem lib. 8. cap. 27. 1. Cic. 1. de Nat. deor. 140, Velut ibes maximam uim serpentum conficiunt, quum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroq; rostro auertunt pestem, ab Aegypto, quum uolucres angues ex uastitate Libyæ uento Africo inuectas interficiunt, atq; consumunt. ex quo fit ut illæ, nec morsu uiuæ noceant, nec odore mortuæ. Ab huius auis similitudine ibis pro inuido ponitur. Vnde Ouidius conscripsit libellum in inuidum, quem in Ibin uocauit.

Ibus] pro Iis, inquit Nonius, minus Latinum putat consuetudo, quum ueterum authoritatis plurimum ualeat. Pomponius Pappo agricola: Nunc quando uoluisti facere, fac uoluptati sus ibus. Plaut. Milite, Latrones ibus denumerem stipendium. Hæc Nonius.

Ibycus] penult. corr. Rheginus poeta, quem maximè omnium amore flagrauisse ex ipsius scriptis constare scribit Cic. Tuscul. quæst. lib. 4. De quo multa & suauissima apud Erasmum in prouerbio, Ibyci grues.

I C

Icadius] prædo fuit, de cuius fato sic scribit Cic. in libro de Fato, Ne hercule Icadij quidem prædonis uideo fatum ullum. Nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur ex spelunca saxum in crura eius incidisse? Puto enim etiam si Iradius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. Nam aut nihil omnino est fortuitum, aut hoc ipsum potuit euenire fortuna.

Icaria] ἰκαρία, Insula in Icario mari: ab Icaro Dædali filio dicta: quæ trecentorum stadiorum ambitum habet. Et in ea Dianæ templum Tauropolium appellatum. Hæc & Icaros dicta est, antè Doliche uocata. Est inter Sardum & Siculum maria.

Icarius] ἰκάριος, Athenienſis, Laconum regis Oebali filius, pater Erigones & Penelopes, quum acceptum à Libero patre uinum mortalibus indicaret, occisus est à rusticis: qui quum plus æquo potassent, inebriati uenenum se bibisse crediderunt.

Icarius pater Penelopes. Ouid. 1. epist. 17.

¶ Icarus, penult. corr. (ἴκαρος) scribitur etiam Tibullo, lib. 4. ad Messalam, 2.

— etiam Phœbo grauissima dona
Cres tulit, & cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, ut puro testantur sidera cælo,
Erigoneq;, Canisq; neget ne longior æstas.

Astrum Icarium. Stat. 4. Thebaid. 156.

Canis Icarius: id est, Canicula stella. Ouid. de Nuce 24.

¶ Icaris, penult. corrept. Patronymicum (ἰκαρὶς) Ouidius in Ibin, 79,

Et uelut Icaridos famulæ periere, prociq;, &c. Penelope.

¶ Icariotis, penultima producta (ἰκαριωτὶς) Aliud patronymicum fœminimum, sic Propertius uocat Penelopen, lib. 3. eleg. 13.2,

Hæc etiam clausas expugnant arma pudicæ,
Quæq; terunt fastus Icarioti tuos. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.22, Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.



Digitized by Google

Icarus] pen.corr. (Ἰκαρος) dictus fuit Dædali filius, qui unà cum patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum ultra patris iussa altius euolasset, solisq; ardore cera, qua pennæ cõtinebantur, liquefacta esset, ita ut ab alis defluëret, decidit in mare, quod est inter Myconem & Gyarum: à quo postea Icarium mare dictum fuit, dicente Ouidio lib. 1. Tristium, eleg. 1. 18, Icarus, Icarijs nomina fecit aquis.

Aqua Icaria. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 6.

Pelagus Icarium. Claud. 2. in Eutrop. 53.

¶Icarus præterea (ut Plinius libro 4. author est) mons est in Attica regione.

Ichneumon] huius ichneumonis, m. g. (ἰχνεύμων) Animal est magnitudine felis, specie muris, quod uulgò nunc murem Indicum uocant. Plin. lib. 8. cap. 24.

Ichnographia] pen. corr. (ἰχνογραφία) Est quæ uulgò plana forma uocatur. Hæc circini regulæq; modicæ continet usus, ex qua capiuntur formarum descriptiones in solis areariũ. Author est Vitruuius lib. 1. Ichnographia dicitur quasi uestigij descriptio, in quo quasi uestigio totum opus insistit. Budæus.

Ichthicusa] Insula, aliàs Icaros dicta, sita ab exortu solstitiali Delo ad quinquaginta millia passuum propinqua.

Ichthyocolla] ἰχθυοκόλλα, appellatur piscis, cui glutinosum est corium, idemq; nomen glutino eius. Hæc Plin. lib. 32. cap. 7. 6. Et lib. 7. cap. 56. 8.

Ichthyophagi] pen. cor. (ἰχθυοφάγοι) Qui piscibus uiuũt: quo nomine dicti sunt quidam populi in Aethiopia interiori, qui magnum sinum Occidentalis Oceani tenent, teste Ptolemæo lib. 4. cap. 9. De his Strabo lib. 15.

¶Ichtyotrophium, huius ichthyotrophij, pen. prod. (ἰχθυοτροφεῖον) Locus in quo aluntur pisces, qui & piscina & uiuarium Latinè dicitur. Colum. lib. 8. cap. 1, Est autem id ferè uel in uilla, uel circa uillam: in uilla est quod appellant Græci ὀρνιθῶνας, καὶ περιστερεῶνας, atq; etiam cum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφεῖα, sedula cura exercentur.

Ichthys] ἰχθυς, Elidis est promontorium in Achaia, apud Thucydidem, quod Valla piscem transtulit, & ob id meritò reprehensus ab Hermolao.

Ico] icis, ici, ictum (πλήττω, βάλλω) icere, Percutere, inquit Festus. Plaut. Trucul. 11. 41, —hoc uide, dentibus
Frendit, icit femur. Cæcilius, Si unquam quisquam uidit quẽ catapulta aut balista icerit. Plin. lib. 16. cap. 30. 7.

Telis icere caput. Catul. ad Gellium, epigram. 111. 1.

Icimur ictu. Lucret. lib. 4. 212.

Icere fœdus, pro Percutere. Cic. in Pisonem, 21, Tu scilicet homo religiosus & sanctus, fœdus quod meo sanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluisti. Et pro Corn. Balbo, 27, L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus iciisse dicitur.

¶Ictus, Participiũ (βεβλημένος) ut, Ictus caput. Cæsar 3. belli Ciuil. 310.

Ab latere ictus. Vide A uel A B præpositiones.

Iouis ignibus ictus. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 3.

Caput ictum. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 5. Intelligit uino ictum.

Domus icta. Ouid. 6. Trist. eleg. 5. 7.

Fœdus ictum. Virg. 12. Aeneid. 63.

Desiderijs fidelibus icta patria. Horat. 4. Carm. ode 5. 3.

Pinus icta mordaci ferro. Horat. 4. Carm. ode 9. 2.

¶Ictus, huius ictus, masc. gen. (πλῆγμα, πληγὴ) Percussio ipsa. Plaut. Mostel. 8. 104, Perfacilè ego ictus perpetior argenteos. Cic. 3. Offic. 126, Ictu fulminis deflagrauit.

Ictus, morsus, impetus. Cic. 2. Offic. 26.

Ictus pedum. Ouid. 5. Metam. 73.

Saxorum ictus. Tacit. lib. 19.

Diri ictus serpentum. Ouid. 4. Metam. 100.

Nullo ictu sorabilis. Ouid. 12. Metam. 34.

Grauis ictu. Virg. 5. Aeneid. 54.

Ictus cæcus, Occultus. Ouid. 1. Fast. 125. Vide Cæcus.

Clarus ictus. Ouid. 2. Metam. 62.

Ictus contrarius. Vide Contrarius.

Ictus creber aut languidus. Vide Creber.

Fulmineus ictus. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Ingens ictus. Stat. 3. Thebaid. 18.

Iniurioſus ictus. Vide Iniuria.

Inualidus ictus. Sil. lib. 10. 24.

Languidus ictus. De pulsibus. Vide Langũor.

Languens ictus. Lucan. lib. 3. 138.

Lapidoſus grandinis ictus. Claud. de bello Get. 48.

Lethiferi ictus. Ouid. 8. Metam. 73.

Obliquus ictus. Horat. 3. Carm. ode 22. 2. Vide Obliquus.

Surdis ictibus, & qui non exaudiuntur, arborem cædere. Plin. lib. 19. cap. 1. 12.

Accipere ictum. Lucret. lib. 4. 212. Vide Accipio.

Resonos latus accipit ictus. Valer. 1. Argon. 124.

Grandior ictus affligit animantem. Lucret. lib. 2. 189.

Hebeti pectus tantummodo contudit ictu. Ouid. 12. Metam. 17.

Declinare ictum. Vide Declino.

Dari sub ictum. Tacit. lib. 13.

Euocare ictum aduersarij. Quint. lib. 5. cap. 13. 42.

Excipere ictus galea. Ouid. 12. Metam. 75.

Feruidos ictus excludere. Horat. 2. Carm. ode 15. 2.

Inflexo ictu ferire. Vide Inflecto.

Leui ictu ferire. Senec. Herc. fur. 12. 12.

Innumeris ictibus labefacta arbor. Ouid. 8. Metam. 157.

Leuare ictum serpentis. Vide Leuo, in Leuis.

Densis ictibus creber pulsat. Virg. 5. Aeneid. 91.

Crebro pulsarier ictu. Lucret. lib. 4. 189.

Validos cute repulit ictus. Ouid. 3. Metam. 83.

Vesanis ictibus æra sonant. Ouid. 2. de Arte amand. 123.

Vastis tremuit ictibus erea puppis. Virg. 5. Aeneid. 40.

Crebro ictu tundi. Lucret. lib. 4. 258.

Ictu baculi uiolari. Ouid. 3. Metam. 32.

Ictus, pro potestate. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 2, Cogita quanta nobis tribuerit parens noster, &c. quàm nihil sit mortale non sub ictu nostro positum.

Ictu aliquo nouæ calamitatis sublata fides de foro. Cic. pro lege Agra. 23.

Ictu pellere animi statum. Cic. 2. de Fin. ib. 55.

Icti, in genitiuo. Gellius ex historia Claudij Quadrigarij. Dein continuò humerũ dextrũ eodem concussu incidit: neq; recessit usquam donec subuertit, ne Gallus impetum icti haberet.

Icon] iconis, pen. cor. f. g. (εἰκὼν, εἰκόνος) Latinè effigies, imago, & statua membrorum hominis à pictoribus seu statuarijs ad uiuum expressa. Plin. lib. 34. cap. 4. 2, Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium. Et primò sacrorum certaminum uictoria, maximeq; Olympiæ: ubi omnium qui uicissent, statuas dicari mos erat. Eorum uerò qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas uocant. Ex uetusto codice legitur, iconicas.

¶Iconicus, pen. corr. Adiect. (εἰκονικὸς) Ita pictum, ut ex eius membris similitudo expressa sit. Plin. lib. 35. cap. 8. 5, Adeò iam colorum usus percrebuerat, adeoq; ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur, Athenienſiũ Milciadem, Callimachũ, &c. Sueton. in Calig. Simulacrum stabat in templo aureum iconicum, &c.

¶Iconismos (εἰκονισμός) Sen. lib. 15. epist. appellat descriptiones, aitq; uerbum esse publicanorum.



Digitized by Google

¶Icuncula, icunculæ, pen. cor. diminutiuũ. Suet. 19. in Nerone, cap. 56, Icunculum puellarem, quum quasi remedium insidiarum à plebeio quodã & ignoto muneri accepisset, detecta confestim coniuratione, pro summo numine, trinisq; in die sacrificijs colere perseuerauit: uolebatq; credi, monitione eius futura prænoscere.

Iconium] εἰκόνιον, Oppidum est Ciliciæ, in quo Cicero se commoratũ esse scribit Appio, lib. 3. 8. 17. Quũ enim Laodiceæ, inquit, quum Apameæ, quũ Synadis, quum Philomeli, quum Iconij essem: quibus in oppidis omnib. cõmoratus sum, &c.

Icosaedrum] est figura solida sub uiginti triãgulis æqualib. & æquilateris comprehensum. Euch. 13. Elem. Probl. 4. Icosaedrum constituere, eademq; si hera qua & ante dictas figuras complecti, atq; probare, Icosaedri latus irrationalem esse lineam, quæ uocatur Minor.

Icosium] Mauritaniæ Cæsariensis oppidum, ab Herculis comitibus conditum. Hercule enim illac transeunte, uiginti, qui à comitatu eius desciuerant, locum deligunt, iaciunt mœnia: ac ne quis posito à se nomine gloriaretur, & condentium numeri urbi nomen datum. Solinus.

Icteros] pen. cor. (ἴκτερος, ἰκτερῶ) m. g. Morbus, quum per totum corpus bilis suffunditur, quæ interdum nigra, interdum flaua est. Hic etiam morbus, regius appellatur: Molliter excelsa quoniam curetur in aula.

¶Ictericus, penult. corr. (ἰκτερικὸς) Qui eo morbo laborat, ἀπὸ τῦ ἰκτερῦ, hoc est, à miluo: quòd oculi bile suffusi, miluinis similes uideantur. Plin. lib. 29. cap. 9. 8, Ictericis, nec non & phreneticis, radicis crudæ succum gargarizandũ bibendumq; demonstrat. Idem lib. 21. cap. 20. 1, uocat felle suffusos. Iuuenalis Satyr. 6. 57,

Consulit ictericæ lento de funere matris.

Icterus] icteri, m. g. (ἴκτερος) Plin. lib. 30. cap. 11. 2, Auis icterus uocatur à colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, et auem mori. Hanc puto Latinè uocari galgulum. De morbo regio loquitur. In quibusdam exemplaribus legitur, galbulus, in alijs galgula.

Ictus] ictidis (ἴκτις) Mustelæ genus. Plin. lib. 29. cap. 4. 3, Mustelarum duo genera: alterum syluestre: distant magnitudine, Græci uocant ictidas.

Ictus] Tarentinus, nobilis palæstrita, toto uitæ tempore Veneris expers fuit, ut arti accommodatior esset: tanta illi gloriæ libido. Author Aelianus de uaria historia.

Ictus] huius ictus. Vide Ico, icis.

Icuncula] Vide Icon.

I D

Id] Neutrum ab Is, eius. Vide Is, eius.

Ida] Idæ (Ἴδη) Mons altissimus, qui ad Troadem spectat, habet q; multos pedes. Latus eius Septentrionale, ex angustijs Abydi usq; ad Aesapum & Cizycenum agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale ad Hellespontum respicit: Australe promontorium facit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Mysos declinant, abũdatq; mons aquis, & multa flumina ex eo descendunt: in cuius summitate locus fuit Gargarus appellatus, à quo Gargara Aeolica ciuitas dicta est. Ouid. 4. lib. Fast. 50,

Dindimon & Cybelen, & amœnam fontibus Idam.

Aerisona Ida. Valer. 1. Argonaut. 41.
Aquosa Ida. Ouid. 6. Fast. 3.
Celeberrima fontibus Ida. Ouid. 2. Metam. 44.
Cliuosa Ida. Ouid. 1. Amor eleg. 14. 3.
Frondosa Ida. Virg. 5. Aeneid. 51.
Magna Ida. Virg. 5. Aneid. 89.
Phrygia Ida. Virg. 5. Georg. 9.
Pinifera Ida. Stat. 3. Sylu. 4. 3.
Viridis Ida. Catul. de Berecynthia, epigram. 58. 6.
Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia.

¶Idæus, Adiect. (ἰδαῖος) ut, Campi Idæi. Virg. 7. Aen. 45.
Cyparissi Idæi. Virg. 2. Georg. 17.
Iugum Idæum. Ouid. 4. Fast 53.
Mater Idæa, Cybele. Lucret. lib. 2. 124.
Mons Idæus. Virg. 3. Aeneid. 21.
Nemus Idæum. Virg. 3. Aeneid. 23.

Idæus] Rhodius uersificator, scripsit Rhodiorum res gestas uersibus ter mille. Author Suidas.

Idæi] Dactyli (ἰδαῖοι δάκτυλοι) filij fuerunt Mineruæ & Solis: uel, ut alij uolunt, Saturni & Alciopes: & dicuntur alio nomine Corybantes.

Idalium] ἰδάλιον, Mons est Cypri, Veneri sacer. De quo Virg. lib. Aen. 1,

Aut super Idalium sacrata sede recondam.

Frondosum Idalium. Catull. Argon. 59. 19.
Sanctum Idalium. Catull. in Annales Volusij, 34. 3.

¶Idalius. Adiect. (ἰδάλιος) ut, Idalia acus. Vide Acus.
Dea Idalia. Ouid. 3. de Arte aman. 22.
Venus Idalia. Virg. 5. Aen. 151.
Volucres Idaliæ, Columellæ. Stat. 1. Achill. 75.

Idanthyrsus] Scytharum rex, bello res magnas gessit, bonã partem Asiæ subiugauit, usq; in Aegyptum excurrit, ut author est Strabo lib. 14.

Idas] huius Idæ, Fuit omnium sui seculi uirorũ formosissimus, & maritus Marpissæ. Is arcu, sagittisq; sumptis, Apollinem inuadere ausus est ob Marpissam sibi à deo ereptã, teste Homero lib. Iliad. 9. Vide Marpissa, et Lynceus, dissyllabũ.

Idcirco] uel Iccirco (διὸ) Coniunctio, Idem quod Ideo significat. Terent. And. 4. 2. 7, Nam idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit. Cic. 7. Ver. 18, Reperietis idcirco hæc in uno homine pecuniosa tot cõstituta, ut cæteris formidines, &c.

Idea] ideæ, pen. cor. (ἰδέα) Forma, figura, species rerum prima & inchoata intelligẽtia. Cic. 1. Acad. 45. de mente, Quia sola cerneret quid semper esset simplex & uniusmodi, & ut le quale esset, hanc illi ideam appellabant, iam à Platone ita appellatam: nos rectè speciẽ possumus dicere. Vide Cicero. in Orat. 6.

Idem] eadem, idem (ὁ αὐτὸς, ἡ αὐτὴ, τὸ αὐτὸ) Idem, m. g. producit primam: Idem, neut. corripit. Genit. eiusdem: eidẽ, eandem, eandem, idem: eodem, eadem, eodem. Eidem uel ijdem, eædem, eadem: eorundem, earundem, eorundem: eisdem uel ijsdem: eosdem, easdem, eadem: eisdem uel ijsdem.

Idem, Hic ipse, uel is ipse. Plaut. Pseud. 3. 16,

—nam tu me antidhac
Supremum habuisti comitem consilijs tuis.
c. Idem animus nunc est.

Idem qui. Cic. Att. lib. 9. 180. 8, Est idem qui semper in Repub. fuit. Idem 1. Verr. 9. 1.

Idẽ præsens, absens. Terent. Adel. 1. 1. 48, Studet par referre, præsens absensq; idem erit. Id est, idem aget absente domino, quòd præsente solebat agere.

Idem ego, uel idem ille. Plaut. Capt. 13. 95.

Idem ego sum salus, fortuna, lux, lætitia, gaudium. Cic. pro Sestio, 93, Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de eodem ad eorum populum in campo Martio concionem.

Idem, Id est, Similis. Plaut. Milit. 9. 49. Terent. And. 3. 4. 3,

Ego dudum nonnihil ueritus sum, Daue, abs te ne faceres idẽ
Quod uulgus seruorum solet, dolis ut me deluderes.

Idem est ac si. Quint. in Aegro redempto.
Idem hoc hominibus sat erat decem. Plaut. Milit. 10. 159.
Huic eidem Sopatro ijdem inimici. Cic. 4. Verr. 48.

Idem

Digitized by Google

*Idem iſte.* Cic. pro Domo ſua, 55, *Verùm ea lege quam idem iſte de Macedonia Syriaq; tulerat.*

*Idem iſtud credo ego.* Plaut. Milit. 10. 180.

*In ijſdem illis locis.* Cic. 3. Verr. 38.

*Eodem pacto quo huc acceſsi, abſceſſero.* Plaut. Trin. 10. 83.

*Ipſe ille animus idem meus.* Cic. Poſt reditum in Senatu, 30.

*Eidem tibi metis.* Plaut. Merc. 3. 71.

*Idem dicere ſemper: id eſt, In eadem perſiſtere opinione, neque ſententiam mutare.* Cic. de Amicit. 12, *Qui non tum hoc, tũ illud (ut in pleriſq;) ſed idem ſemper, animos hominum eſſe diuinos.*

*Vnus & idem.* Cic. de Amicit. 85, *Vna domus erat, idem victus, iſq; communis.*

*Vnum & idem uidetur eſſe atq; id quod de me ipſo nominatim tuliſti.* Cic. pro Domo ſua, 41.

*Vno & eodem ſtatu.* Cic. in Orat. 6. Et, 6. Verr. 83, *Vno eodem tempore.*

*Alter idem, pro Alter ipſe: hoc eſt, ſibi uel ipſi ſimilis.* Cicer. de Amicitia, 68.

*Quod idem.* Cic. 2. de Nat. deor. 77. Et ad Attic. lib. 12, 250. 2, *Quod idem uideo tibi placere.*

*Eoſdẽ eſſe oratorios numeros qui ſunt poetici.* Cic. in Orat. 110.

*Amor omnibus idem.* Virg. 3. Georg. 48.

*Non idẽ iudicũ comeſſatorumq; cõſpectus.* Cic. pro Cælio, 54.

*Imperij noſtri, terrarumq; illarum idem eſſet extremum.* Cicer. de Prouincijs Conſul. 27.

*Non eadem eſt fortuna & conditio earum rerum, quas geſſi, et illorum qui, &c.* Cic. in Catil. 70.

*Eadem eſt quæſtio & iudicatio.* Cic. 1. de Inuent. 28.

*Dianam & Lunam eandẽ eſſe putant.* Cic. 2. de Nat. deor. 99.

*Libera, quam eandem Proſerpinam uocant.* Cic. 6. Ver. 95.

*Si quæratur idémne ſit pertinacia & perſeuerantia.* Cicero in Partit. 47.

*Quum quæritur idémne ſit, an aliquid interſit.* Cicero 3. de Oratore, 64.

*Peripatetici ijdem olim qui Academici.* Cic. 3. Offic. 25.

*Non idem eſt ſeruulus quod familia.* Cic. pro Cecinna, 43.

*Hoc eſt idem quod illud.* Cic. 2. de Fmib. 20.

*Idem ego ille, &c. Idem inquam ego.* Cic. ad Attic. lib. 1. 11. 13.

*Par & idem.* Cic. pro Quintio, 5, *Quum adhuc ei propter uim aduerſariorum non ius par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus reperiri potuerit.*

*Par & eadem.* Cic. pro Muræna, 18.

*Par atq; unum iudicium.* Cic. pro Sylla, 4.

*Similis & eadem.* Cic. de clar. Orat. 180. & 181.

*Perpetuus & idem ſpiritus.* Cic. in Orat. 59.

**Iidem ijdem**, *ea forma qua dicimus alij alij.* Cic. in Orat. 11. & 12, *Videmus quoſdam qui ijdem ornatè & grauiter, ijdem uerſutè, ac ſubtiliter dicerent.*

**Iidem ijdem**, *aliter poſita.* Cic. 3. de Nat. deor. 135, *Sed quomodo ijdem dicitis non omnia deos perſequi? ijdem iuuiis, &c.*

*Et idem, uel Idemq;, emphaſis, hoc eſt, uehemẽtiæ cauſa poſitũ, quũ laudem alicuius augemus uerbis.* Cic. pro Muræna, 17, *Aſiam iſtam refertam & eandem delicatam ſic obijt, ut ea, &c. Idem, de Nat. deor. lib. 3. 115, Vir innocẽtiſſimus, idemq; doctiſſimus. Idem pro Domo ſua, 68.*

*Qui, idem.* Cic. pro Sylla, 14, *Vt me quem boni conſtantem ſemper, ut ſpero, exiſtimaſſent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. Idem, 1. de Legib. 3.*

*Muſici, qui ijdem poetæ.* Cic. 3. de Orat. 95.

*Beneficentia quàm eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet.* Cic. 1. Offic. 32.

*Comparatio de eodem & alio, uel, De eodem & altero.* Cic. in Topic. 45.

*Idem quod.* Cic. ad Attic. lib. 6. 113. 12, *Nunc iſta habet iuris idẽ quod cæteræ, nihil præcipui. Idem, 2. de Diuin. 127.*

*Idem ac.* Varro de Lingua Latina, *Idem ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemus.* Terent. Heaut. 2. 3. 24,

*Et animus te erga idem ac fuit.*

*Idem ualet ac ſi pater iudicaret.* Cic. pro Sylla.

*Idem atq;.* Plaut. Moſtel. 4. 63,

*Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum, ut impetraui, Atq; olim.*

*Idem ut, pro Idem quod.* Plaut. Mercat. *Non ego idem facio, ut alios in comœdijs amantes uidi facere.*

*Idem ætatis.* Tacitus libro 13, *Mos habebatur, principum liberos cum cæteros idem ætatis nobilibus, &c. Id eſt, eiuſdem ætatis.*

*Idem uirium.* Tacit. lib. 14, *Nec bonis artibus idẽ uirium erat. Id eſt, eædem uires.*

**Identibus**, penult. corr. (ἐνάστοτε, ὡσαύτως) *Frequenter, cum quodam interuallo, inquit Valla lib. 2. Plaut. Milit. 20. 54, Cogitato identidem, tibi quàm fidelis fuerim.* Plinius epiſtol. 208, *Legi enim locum, identidem repetens ea maximè quæ de me ſcripſiſti.*

*Identidem dicere.* Cic. 2. de Finib. 119.

*Identidem futurus uidebatur in urbem impetus.* Liuius 5. ab Vrbe, 176.

*Identidem belli author.* Liu. 1. ab Vrbe, 234.

*Identidem quærere.* Cic. pro Roſc. Amer. 51.

*Appellare nomen alicuius identidem.* Cic. 2. de Inuent. 180.

*Recitabatur identidem Pompeij teſtimonium.* Cicer. pro Rab. Poſthum. 21.

*Eiſdem uel ijſdem.* Cic. in Orat. 89, *Idem campus habet, inquit Ennius. &, In templis iſdem. probauit iſdem: at erat uerius, nec tamen eiſdem opinius: malè ſonabat ijſdem, impetratum eſt à conſuetudine, ut peccare ſuauitatis cauſa liceret.*

**Ideo** ] *διὸ*, Conjunctio, collectiua, ſiue rationalis. Cic. pro Cælio, 15, *Sed ueſtræ ſapientiæ eſt, Iudices, non ſi cauſa iuſta eſt uiris fortibus oppugnandi M. Cælium, ideo uobis quoq; uos cauſam putare eſſe iuſtam alieno dolori potius, quàm ueſtræ fidei conſulendi.*

*Ideo quia.* Plaut. Merc. 3. 31, —*hoc ideò fit, quia Quæ nihil attingunt ad rem, nec, &c.*

*Ideo quòd.* Cicero Lentulo, lib. 1. 8. 13, *Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quòd, &c.*

*Ideo ut.* Cic. 6. Verr. 7, *Ideo Claudius pulcher retulit, ut C. Verres auferre poſſet.*

**Idioma** ] *penult. prod. idiomatis, neutri generis, Proprietas, ἰδίωμα.*

**Idiota** ] *idiotæ, pen. prod. com. g. (ἰδιώτης, ἰδιώτου) Indoctus & illiteratus.* Lucil. lib. 26, *Quidni & tu idem illiteratum me atq; idiotam diceres?* Cic. in Piſonem, 50, *Tu eruditior quàm Piſo, prudentior quàm Cotta, abundantior conſilio, ingenio, ſapientia quàm Craſſus: ea contemnis, quæ illi idiotæ, ut tu appellas, præclara duxerunt. Et paulo poſt, 52, Sed planè animi ſui cauſa, ludos nobis idiotis relinquit.*

*Idiotæ opponitur Ingenioſus atq; intelligens.* Cic. 6. Verr. 3.

*Idiota, Dicitur etiam priuatus & plebeius.*

**Idmon** ] *ἰδμων*, Vates inter Argonautas, Appellatio & Aſteriæ filius. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filiũ eſſe dicit, & item Herodotus. Volateranus.

*Argolicus Idmon.* Valer. 5. Argon. 1.

*Audax Idmon.* Ouid. in Ibin, 102.

*Phœbeius Idmon.* Valer. 1. Argon. 47.

**Idolum** ] *idoli pen. prod. (εἴδωλον) Simulachrũ, & repræſentatio rei alicuius: quam ueteres in honore habebant.* Cic. 1. de Fin. 32, *Imagines quæ idola nominant.* Plin. epiſt. 147.



Digitized by Google

*b*, Mox apparebat idolon, senex macie & squallore confectus, promissa barba. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 5, Sed si in insulam Britannicã cœpero cogitare, eius idolum mihi aduolabit ad pectus.

Idololatria, idololatriæ, pen. prod. (εἰδωλολάτρεια) Idolorum cultus.

Idololatra, Idololatræ, pen. cor. com. g. (εἰδωλολάτρης) Idolorum cultor.

Idolothytum, idolothyti, pen. prod. Quod immolatum est idolo (εἰδωλόθυτον, εἰδωλοθύτου.)

Idomeneus] pen. cor. quadrisyllabum (Ἰδομενεύς) Deucalionis filius, & nepos Minois, rex Cretensium, qui teste Homero, populus suos ad Troiam duxit, & quum post euersam Troiam reuerteretur, in tempestate deuouit dijs sacrificaturum se de re quæ ei primum occurrisset. Contigit ut filius eius primus occurreret: quem quum, ut alij dicunt, immolasset, aut immolare uoluisset: à ciuibus pulsus regno, Salentinum Calabriæ promontorium tenuit: iuxta quod condidit ciuitatem, ut scribit Virg. 3. Aen. 80,

Et Salentinos obsedit milite campos
Lictius Idomeneus. Hæc Seruius.

Ingens Idomeneus. Horat. 4. Carm. ode 9. 4.

Idoneus] Adiectiuum (ἱκανός, ἀξιόχρεως, ἐπίτηδος, ἰκέγγυος, ἀρτιος) Aptus ad omnia, & bona & mala, inquit Donatus, Cõueniens et alicui rei natus. Terent. Hecyr. 3. 3. 1,

Nequeo mearum rerum initium ullum inuenire idoneũ,
Vnde exordiar enarrare. Plin. epist. 150, Adeò rarum est inuenire idoneos conductores. Barbari proprios uocant.

Idoneus author, Fidelis & sufficiens quod dicitur. Cic. 5. Verr. 186. Liu. 8. ab Vrbe, 17, Idoneos authores habeo quærentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab Senatu, &c.

Idonei atq; integri homines. Cic. 1. Verr. 5.

Idoneis uerbis consuescere. Cic. 1. de Orat. 75.

Idoneum tempus, Accommodum. Cic. pro Sex. Rosc. 41.

Aptus & idoneus. Cic. 2. de Legib. 15.

Idoneus locus. Cic. 1. de Leg.

Idonea tempestas. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 8. 6.

Idoneus, cum datiuo: hoc est, utilis. Cicero 5. Ver. 33, Tibi fortasse idoneus fuit nemo quem imitarere. Idem Leptæ, libro 6. 19. 1.

Historiæ magis idoneus erit alius. Quint. lib. 2. cap. 8. 4.

Pugnæ non sat idoneus. Horat. 2. Carm. ode 19. 6.

Rhetori idoneus puer. Quint. lib. 2. cap. 3. 1.

Idoneus ad hanc rem, Natus & aptus. Plaut. Pœn. 8. 6. Cicer. ad Atticum, lib. 5. 93. 1, Instruxi etiam consilijs idoneis ad hoc nostrum negotium.

Demonstratiua ad scribendum idonea. Quintilianus libro 3. cap. 8. 43.

Idoneus de. Cic. 4. Acad. 36, Et rem idoneam de qua quæratur, & homines dignos quibuscum disseratur, putant.

Idoneus in Terent. And. 4. 5. 18,

—Adeóne uidemur uobis idonei in quibus sic illudatis?

Idoneus qui. Terent. And. 3. 2. 12,

—itáne tandem Idoneus
Tibi uideor, quem tam apertè fallere incipias dolis?

¶ Idonea, idoneorum. Tacit. lib. 4, At apud idonea prouinciarum. Hoc est, apud idoneos locos prouinciarum.

¶ Idoneè, Aduerb. (ἱκανῶς) Aptè & commodè. Cicer. 1. de Inuent. 29, Exordium est oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Idotæa] fuit Prœti regis Argiuorum filia, Homero in Odyssea.

Idumæa] Ἰδουμαία, Regio est Syriæ, teste Plinio, lib. 5, à Meridie contigua Arabiæ, à Septentrione uerò Phœniciæ: à qua Libanus eam diuidit, habetq; ciuitatem Idumen Phœniciæ coniunctam, & abundante palmis, ut ostendit Lucan. lib. 3. dicens, —& arbusto palmarum diues Idume. Vnde Idumæus Adiectiuum, pro epitheto palmarum ponitur à Virgil. 3. Georg. 3.

Idus] iduum, Pluraliter tãtum, f. g. (εἰδῶς, μεσοῦντος μηνὸς) dicuntur octo illi dies, qui in singulis mensib. Nonas sequuntur. Cic. ad Attic. lib. 14. 302. 2, Sed omnia licet concurrãt, idus Martiæ consulantur.

Idus dicuntur diuisiones: unde propriè existimantur dies qui diuidũt mensem. Diuidunt enim menses, præcipuè Nonas à Calendis. Iduare siquidem Hetrusca lingua, diuidere est.

Octonæ Idus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 13.

Agendæ tibi sunt Idus. Horat. 4. Carm. ode 11. 3.

Idyia] Vxor Aeetæ regis Colchorum. Vide Medea.

Iecur] iecoris, uel iecinoris, pen. corr. (ἧπαρ) Qui genitiuus, ut ait Priscianus, à nominatiuo Iecinus uidetur esse. Hepar Græcè dicitur, estq; id uiscus quod dextra parte uentriculo aßidet, sanguinemq; conficit. Plaut. Curcul. 5. 22,

—lien nocet, renes dolent,
Fulmones distrahuntur, cruciatur iecur,

Radices cordis pereunt. Plin. lib. 11. cap. 37, Iecur in dextra parte est, in eo quod caput extorum uocant, magnæ uarietatis. Cic. 2. de Nat. deor. 205.

Iecur anseris proceres gulæ saporis bonitate commendant: fartilibus crescit mira amplitudine: & quod mirabilius est, exemptum quoq; lacte mulso augetur. Ex Plin. lib. 10. cap. 22. 2. Mart. lib. 13. 58,

Aspice quàm tumeat magno iecur anseris usu.

Aegrum iecur. Persius Satyr. 5. 13.

Aridum Iecur. Horat. Epod. 5. 8.

Iecur Arietinum Vide Aries.

Siccum iecur ardet ira. Iuuenal Satyr. 1. 5.

Feruens difficili bile tumet iecur. Horat. 1. Carm. ode 13. 1.

Vlcerare iecur alicuius. Horat. 1. epist. 19. 15.

Bilis urit iecur. Horat. 1. Serm. 9. 14.

¶ Iecinorosus, siue Iocinorosus, qui iecoris siue Iocinoris uitio laborat. Scribonius Largus, Iocinorosis duritiam habentibus diutinam, ex aqua mulsa satis conuenit.

¶ Iecusculum, pen. cor. Diminut. (ἧπάτιον) Plin. lib. 11. ca. 37. 64, Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense cõgruere dicuntur, totidemq; inueniri quotum lumen eius sit. Sic, Cic. 2. de Diuinat. 49.

Ieiunium] huius ieiunij (νηστεία, ἀσιτία) Tempus quo à cibis abstinemus. Liu. 6. bel. Maced. 144, Eorum prodigiorũ causa libros Sibyllinos ex s. c. Decemuiri quum adissent, renuntiarunt, ieiunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoq; anno seruandum.

Instituere ieiunium: in præcedenti exemplo.

Annua ieiunia celebrare. Claud. ad Christum, 9. 4.

Longa domant illos inopi ieiunia uictu. Ouid. 1. Metam. 63.

Explere ieiunia. Senec. Thyeste, 1. 13.

Indicere ieiunia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 58.

Ieiunio laborare. Colum. lib. 3. cap. 12. 3.

Expers undæ & cibi, lachrymis pauit ieiunia. Ouid. 4. Metamorph. 53.

Placare uentris ieiunia. Ouid. 15. Metam. 19.

Sedare ieiunia carne feræ. Ouid. 15. Metam. 17.

Soluit ieiunia tribus granis. Ouid. 4. Fast. 122.

Vexare ieiunio. Celsus lib. 3. cap. 18.

¶ Ieiunus, ieiuna, ieiunum, pen. prod. (νήστης) Qui à cibis abstinet. Plaut. Pseud. 2. 12, In scenam qui ieiunus uenerit, &c. Idem Capt. 8. 6,

Neq; ieiuniosiorem, neq; magis effractum fame Vidi.

Arena

Arena ieiuna. Virg. 3. Georg. 97.
Ieiuna auiditas: hoc est, maxima, & qualis ieiunis esse solet. Plin. lib. 10. cap. 3, 3, Eadē ieiunæ semper auiditatis & querulæ murmurationis. De quodam genere aquilæ.
Expletur ieiuna cupi lo. Lucret. lib. 4. 176.
Dentibus ieiunis acer lupus. Horat. 2. epist. 2. 6.
Fames ieiuna. Ouid. 8. Metam. 160, Fames, dea.
Ieiuna glarea, Sicca & sterilis terra. Virg. 2. Georg. 43.
Ieiunum intestinum. Cels. lib. 4. cap. 1, de iunctura quæ pylorus dicitur, Ab ea ieiunū intestinum incipit: cui tale uocabulum est, quia nunquam quod accipit continet, sed protinus in inferiores partes transmittit.
Iugera ieiuna. Senec. Herc. Oeth. 2. 7.
Macies ieiuna. Claud. de bello Gildon. 5.
Ieiuni oris saliua. Plin. lib. 7. cap. 2. 7.
Ieiuna saliua. Col. lib. 6. cap. 33. 1.
Ieiuna terra. Col. lib. 3. cap. 5. 1.
Amicus ieiunus. Cic. Appio, lib. 3. 10. 24, Nihil in me non modò perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. Budæus.
Ieiunus animus, per translationem, pro exili, tenui, minuto, nec satis pleno, aut capaci rerum ingentiū. Cic. 14. Philip. 396, Hæc interposui, P. C. non tam ut pro me dixerim (malè enim mecum ageretur, si parum uobis essem sine defensione purgatus) quàm ut quosdam nimis ieiuno animo & angusto monerem, &c.
Frigida & ieiuna calumnia. Cic. pro Cecin. 45.
Ieiuna oratio, cui opponitur Copiosa & plena. Cic. 3. de Orat. 10, Quod si quis erit qui ductus opinione uulgi aut Antonium ieiuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, &c. Quint. lib. 8. cap. 3.
Traditio ieiuna, atq; arida. Quint. lib. 3. cap. 1, 3.
¶Ieiunè, pen. prod. Aduerb. (νηστέως) ut, Ieiunè de re aliqua disputare, agere, dicere: hoc est, frigidè, et languidè admodum. Cic. 1. de Orat. 27, Etenim uidemus ijsdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputasse, &c. Idem in Oratore, 64.
¶Ieiunitas, pen. corr. (νηστότης) ieiunitatis, Tenuitas, cui contraria est Hubertas & copia. Cic. 2. Tusc. 5, Et quum obruerentur copia sententiarum atque uerborum, ieiunitatem & famem se malle quàm hubertatem & copiam dicerent. Idem 2. de Orat. 7.
Ientaculum] ientaculi, pen. cor. (ἀκρατισμὸς) Cibus qui ante prandium sumitur. Prandiolum aliàs dicitur. Plautus Curc. 2. 72,

Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Suet. in Vitel. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat: in ientacula, & prandia, & cœnas, comessationesq;. Martialis lib. 14. 219,

Surgite, iam uendit pueri ientacula pistor.

¶Iento, ientas (ἀκρατίζω) ientare, Aliquid ante prandium gustare. Varro Marcipore, Vt eat, ac Remp. administret, & quòd pulli ientent. Afranius, Hæc ieiunia ientauit.
¶Ientatio, ientationis, Verbale. Firmicus lib. 2. cap. 10, Venus significat etiam conuiuia, icntationes, dulciaq; tragemata, siue bellaria.
Iens] euntis (ἰὼν) Particip. ab Eo, is, uerbo.
Ierna] Hyspaniæ fluuius est, authore Mela lib. 3. Strabo lib. 3, Iernam his locis commemorat montem, à quo Iernam amnem potuisse uocari ueri simile est.
Ieruſalem] ἱερουσάλημ, Vrbs Iudææ celeberrima. Vide Dictionarium nominum Hebraicorum.
Ies] ietis, Ciuitas est Achaiæ in promontorio eiusdem nominis, iuxta quod Alpheus amnis, præterfluens, sex millibus passuum nauigatur. Tortelius.
Ieſus] ἰησοῦς, disyllabum apud Hebræos, tametsi Græcis trisyllabum, Nomē est Redemptoris ac Saluatoris nostri Christi: qui Hebraicè Iehosua dicitur, Latinè Saluator, uel ut alij uolūt Seruator. Cuius significatiōis ratio est apud Matthæū, Hic enim (inquit) saluū faciet populum suū à peccatis suis.
Igitur] pen. corr. (ἄρα, ἀρ' οὖν, γοῦν, δῆτα, τοίνυν, τοιγαροῦν) Collectiua uel rationalis coniunctio est, colligit enim suprædicta, illatione, hoc est, ratione confirmat. Adhibetur, inquit Valla breuioribus conclusionibus. Quint. lib. 1. cap. 5. Solœcismus fit transmutatiōe, qua ordo turbatur, Quoq; ego, Enim hoc uoluit, Autem hoc habuit. Ex quo genere an sit Igitur in initio sermonis positum, dubitari potest: quia maximos authores in diuersa opinione fuisse uideo, quū apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. Terent. And. 2. 3. 1, Quid igitur sibi uult pater? Cicer. pro Ligario, 1, Habes igitur Tubero, &c.
Igitur, pro Deinde, ut ait Donatus. Terent. Eun. 1. 1. 1,

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem
Quum accersor ultrò. Plaut. Amph. 4. 147,
Clara uorsum fabulabor? hic auscultet quæ loquar?
Igitur magis maiorē in modum in sese concipiet metum.

Ignarus] ἀγνοῶν. Vide Ignoro.
Ignauus] pen. pro. Adiect. (βλακικὸς, ἄπρακτος, ῥᾴθυμος, ἀπρᾶγμων) Est, inquit Donatus, qui uim non potest ferre, qui non est perseuerans. Cic. 2. Tusc. 93, Vt enim fit in prælio, ut ignauus miles ac timidus simul ac uiderit hostem, abiecto scuto fugiat. Liu. 5. ab Vrbe, 132, Fusos esse ab ignauissimo & fugacissimo hoste. Terent. And. 1. 5. 42,

—adeon' me ignauum putas?

Ignauus & fortis, contraria. Cic. 1. de Inuent. 105.
Aestus ignaui. Ouid. 7. Metam. 197. Ab effectu.
Amor ignauus. Stat. 3. Syl. 2. 20.
Anni ignaui. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Contagia ignaua. Claud. 1. in Eutrop. 98.
Corpus ignauum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 1.
Ignauus dolor, Qui uires aufert, ut labori sufficere nequeat. Plin. lib. 11. cap. 18. 4.
Frigus ignauum. Ouid. 2. Metam. 153. Ab effectu.
Ignauum & iners interrogationis genus. Cic. de Fato, 42.
Grauitas ignaua. Ouid. 2. Metam. 165.
Mora ignaua. Ouid. 1. de Arte, 37.
Ignaua otia. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 5.
Ignauum pecus: hoc est, inutile, & nullius artis. Virgil. 4. Georg. 14.
Ignauus somnus. Ouid. 11. Metam. 119.
Ignauus succus. Plin. lib. 20. cap. 18. 6.
¶Ignauia, huius ignauiæ (ἀθληψία, ῥᾳθυμία, ἀργία) Est uitium contrarium fortitudini, quo quis aggredienda præ formidine non aggreditur. Cic. de Amic. 43, Vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atq; oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo.
Timiditas & ignauia. Cic. 1. de Fin. 77.
Ignauia odoris, pro Odore remisso & laxo. Plinius libro 12. cap. 25. 6.
¶Ignauè, pen. prod. Aduerb. (ῥᾳθύμως) Hoc est, lentè, & segniter. Cic. 2. Tusc. 94, Ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid seruiliter muliebriterue faciamus.
¶Ignauiter, pen. cor. (βλακικῶς) Similiter aduerb. Hirtius ad Ciceronem, in Epistolis ad Atticum, lib. 15. 325. 1, An ego, quū omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Lucilius Satyr. lib. 16, Cur tam ignauiter, hoc præsertim tempore, quæris?
¶Ignauo, ignauis, ignauit, Ignauū facio. Antiquū. Acc. Aenead. aut Decio,

Fateor,

Fateor, sed sæpe ignauit fortè in spe expectatio, Nonius.

Ignis] huius ignis, m. g. (πῦρ) A gignendo dictus: quòd in eo nihil nascatur, & omne quod nascitur, eum amittit & frigescit. Vel quòd seipsum pariat, & paruis scintillis crescat in immensum.

Inuicti ignibus dentes. Vide Inuictus.
Acer ignis. Vide Acer.
Arduus ignis. Stat. 3. Syl. 3. 36. Atri ignes. Virg. 4. Aen. 77.
Ignis auarus. Propert. lib. 2. eleg. 29. 12.
Auidus ignis. Ouid. 12. Metam. 56.
Calidi ignes. Lucret. lib. 2. 87.
Confusi ignes. Stat. 5. Thebaid. 64.
Damnosi ignes. Ouid. 4. Fast. 143.
Feruidus ignis. Senec. Oedip. 12. 3.
Festus ignis. Stat. 4. Syl. 8. 8.
Ingens ignis. Vide Ingens.
Inimicus ignis. Virg. 4. Georg. 66.
Languidus ignis. Vide Languor.
Lentus ignis. Vide Lentus.
Magnus ignis. Vide Magnus.
Nigri ignes, Rogales. Horat. 4. Carm. ode 12. 6.
Odorati ignes. Ouid. 1. Fast. 16.
Pugnax aquæ ignis. Ouid. 1. Metam. 87.
Rapax ignis. Ouid. 8. Metam. 169.
Rapidus ignis. Virg. 4. Georg. 53.
Roseus ignis. Claud. 5. Paneg. 1.
Rutilus ignis. Virg. 1. Georg. 90.
Abolitum corpus igni. Tacit. lib. 16.
Ignem ab æde abstinere. Liu. 7. ab Vrb. 124. Vide Abstineo.
Accendere ignem. Virg. 5. Aen. 1. Vide Accendo.
Lethiferos accendit Sirius ignes. Sil. lib. 16. 20.
Adhibere ignem. Vide Adhibeo.
Adiuuare ignem. Vide Adiuuo.
Apponere ad ignem. Vide Appono.
Largus ardet ignis. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 4.
Asseruare ignem è silice. Vide Asseruo.
Concipere ignem. Ouid. 9. Metam. 105.
Celer ignis peredit Aetnam. Horat. 3. Carm. ode 4. 16.
Cinere multo latet obrutus ignis. Lucret. lib. 4. 187.
Coercere ignes. Vide Coerceo.
Compescere ignes. Ouid. 2. Metam. 63.
Comprendere ignem crinibus. Virg. 7. Aeneid. 15.
Concremare igni. Vide Concremo.
Conijcere se in ignem. Vide Conjcio.
Considere in ignes, dicitur urbs uel domus. Virg. 2. Aen. 125.
Corrumpi igni. Vide Cortumpo.
Festos cumulare altaribus ignes. Stat. 4. Syl. 8. 8.
Debacchantur ignes. Horat. 3. Carm. ode 3. 11.
Depellere ignes ab aliquo. Virg. 9. Aen. 16.
Vlmos igni dare: id est, imponere foco. Virg. 3. Georg. 76.
Ignem elicere lapidum conflictu atq; tritu. Cicer. 2. de Natura deorum, 36.
Auidum de crinibus ignem Excutit. Ouid. 12. Metam. 56.
Excudere ignem abstrusum uenis silicis. Virg. 1. Georg. 27.
Impius ignis templa Iouis ferat. Stat. 5. Thebaid. 137.
Festinare ignes. Tacit. lib. 14.
Flagrant ignes. Sil. lib. 1. 20.
Fulsere ignes. Virg. 4. Aeneid. 24.
Haustus igni. Tacit. lib. 12.
Ignem facere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 119.
Inferre ignem hostibus. Lucret. lib. 5. 251.
Ignem operibus inferre. Cæsar 2. bel. Ciuil. 53.
Injcere ignes Capitolio. Vide Injcio.
Moliri ignem. Virg. 10. Aen. 26.
Occisus igne, Quint. lib. 6. cap. 1. 14.
Opprimere ignem. Vide Opprimo.
Arduus ignis palpitat. Stat. 12. Thebaid. 14.
Ignem ignes procudunt. Lucret. lib. 2. 223.
Infandos ignes prohibe à nauibus. Virg. 1. Aeneid. 106.
Stridunt ignes. Iuuen. Satyr. 10. 7. Lucan. lib. 6. 36.
Ignem subijcere. Cic. 3. Ver. 48.
Subsiliunt ignes ad tecta domorum. Lucret. lib. 2. 39.
Suppositi ignes cineri. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.
Suscipere ignem foliis. Virg. 1. Aeneid. 36.
Sopitos ignes suscitare. Virg. 5. Aeneid. 148.
Torrere igni fruges. Virg. 1. Georg. 54.
Late uagatur ignis. Vide Latus.
Volant ignes ad tecta. Virg. 12. Aeneid. 120.
Liquidus ignis: id est, purus, æthereus. Virg. eclog. 6. 7. Sen.
Liquidi color aureus ignis. Lucret. lib. 6. 42.
Astrorum ignes, Stellæ. Virg. 3. Aeneid. 117.
Sanguineo igne comites. Claud. 1. de raptu Pros. 47.
Vagus ignis Solis. Luc. n. lib. 1. 10.
Phœbei ignes. Ouid. 5. Metam. 78.
Tremuli ignes. Lucret. lib. 4. 82. De solis splendore.
Fulmineus ignis. Lucret. lib. 2. 77.
Abruptus nubibus ignis. Vide Abrumpo.
Crebris micat ignibus æther. Virg. 1. Aeneid. 10.
Elisus nubibus ignis. Ouid. 8. Metam. 68.
Infesto igne peti. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 17.
Rapidus ignis Iouis, Fulmen. Virg. 1. Aeneid. 19.
Trisulci ignes, Fulmina. Ouid. 2. Metam. 170.
Oculi micant igne. Ouid. 3. Metam. 7.
Truculento igne minaces ardent genæ. Sene. Oedip. 12. 9.
Ignis pro meretrice aliquando accipitur, quòd non secus atque ignis amantes urere solet, uel quia auida & auara est, ut ignis alimentorum. Terent. Eun. 1. 2. 5,
Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Virgil. eclog. 4. 13, At mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas. Donatus.
Ignis pro amore: ut, Arserũt agitati fortius ignes. Ouidius sexto Metamorph. 142.
Cæco carpitur igni. Virg. 4. Aeneid. 1.
Indomito igne carpi. Ouid. 10. Metam. 74.
Blandos ignes colligere paulatim. Valer. 2. Argon. 71.
Validos ignes concipere. Ouid. 7. Metam. 2.
Edunt medullam ignes. Catull. ad libellum, epigr. 33. 3.
Erumpit oculis ignis. Senec. Hippol. 42.
Mutuos ignes ferre. Senec. Hippol. 4. 12.
Insolitos ignes hauserat uirginis. Claud. de Nupt. Honorij, 1.
Lentis macerari ignibus. Horat. 1. Carm. ode 13. 2.
Mersus uisceribus ignis. Senec. Hippol. 5. 11.
Nutrire suos ignes. Ouid. 6. Metam. 99.
Furtiuo igne populante uenas. Senec. Hippol. 3. 2.
Tepidos ignes sub pectore sensit. Ouid. 11. Metam. 46.
Subijcere ignẽ: id est, inuidiæ materiam suggerere. Cic. pro Rabir. Post. 9, Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentiam periculum tempus illud exarserat: tamen quum odium non restinguere tis, huic ordini ignem nouum subijci non siuistis. Budæus.
Ignis sacer, Morbi genus: cuius duæ species sunt: alter est subrubicundus aut mistus cum rubore, atq; pallore, exasperatusq; per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est, plurimæ perexiguæ, in quibus semper ferè pus est, & sæpe rubor cum calore: serpitq; id nonnunquam senescente eo quod plurimum uitiatũ est. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminẽtibus partibus, præcipueq; in plantis. Altera species est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine hoc latum

Digitized by Google

latum est, subliuidum: inæqualiter tamen, mediumq; seneſcit, extremis procedentibus: ac ſæpe id quod iam ſanum uidebatur, iterum exulceratur: Cutis colorem habet ex rubro ſubnigrum. Hoc morbo corpora ferè ſeniora tentantur, aut quæ mali habitus ſunt, ſed in cruribus maximè. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 26. cap. 11. 15, Ignis ſacri plura ſunt genera: inter quæ medium hominẽ ambiens, qui Soſter appellatur, & enecat ſi cinxerit. Vulgus uocat ignem S. Antonij.

Ignis ſacer eſt quẽ, Græci ἱερὰν νόσον appellãt. Virg. 3. Georg. 111, —contactos artus ſacer ignis edebat. Seruius,

¶Igniculus, huius igniculi, pen. corr. m. g. Dimin. (πυρίδιον) Iuuen. Satyr. 3. 11,

—igniculum brumæ ſi tempore poſcas.

Igniculus, metaphoricè, pro Incitamento & ueluti ſtimulo quodam à natura dato, ad uirtutem conſequendam. Cic. lib. 3. Tuſc. 3, Nũc paruulos nobis dedit igniculos, quos, &c. Idem 5. de Finib. 30, Quorum ſimilia ſunt prima in animis quaſi uirtutum igniculi & ſemina.

Igniculus deſiderij. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 20. 2.

Ingenij igniculi. Quintil. in Proœm. lib. 6. 7.

Virilis igniculus. Cic. Attic. lib. 15. 329. 24. Id eſt, inuitamenta quædam uel incentiua uirtutis homini innata. Bud.

Iacere igniculos. Vide Iacio.

¶Igneus, Adiect. (πυρινὸς) Quod igne candidum eſt. Cic. de Nat. deor. 34, Nam omne quod eſt calidum & igneum cietur & agitur motu ſuo.

Aether igneus. Tibull. lib. 4. ad Meſſalam, 5.

Aſtra ignea. Virg. 4. Aeneid. 71.

Igneus color. Plin. lib. 8. cap. 38. 2.

Igneus feruor. Plin. lib. 9. cap. 60. 1.

Sitis ignea. Virg. 3. Georg. 95.

Sol igneus. Claud. 2. Paneg. 13.

Virtus ignea. Lucan. lib. 9. 2.

¶Ignigena, ignigenæ, penult. corr. Ex igni genitus. Ouid. lib. 4. Metamorphoſeos.

Thuraq; dant, Bacchumq; uocãt Bromiumq;, Lyæumq;, Ignigenamq;, ſatumq; iterum, ſolumq; bimatrem. Cognomen eſt Bacchi, quòd ex fulminis igne genitus ſit. Vide fabulam apud Ouid. lib. 3. Metam. in Semele.

¶Ignitus, pen. prod. Adiect. (πυρώδης, διάπυρος, ἔμπυρος, πυρωπὸς) Candens & admodum calidus.

Ignitius uinum. Gell. lib. 17. cap. 8, Tum ego reſpondi, conjectare me uinum idcirco minus coaleſcere, quòd ſemina quædã caloris in ſeſe haberet, eſſetq; natura ignitius.

¶Igneo, ignes: à quo Igneſco, igneſcis (πυρόομαι, πυραντόομαι) igneſcere, Ignitum fieri, in ignem conuerti, & ueluti ardere. Cic. 2. de Nat. deor. 177, Vt ad extremum omnis mundus igneſceret.

Igneſcit amor. Colum. 10. 21,

Antè amor ignoſcit menti, ſeuitq; medullis.

Igneſcunt iræ, pro Accenduntur. Virg. 9. Aen. 14.

Vultus igneſcunt ſanguine. Stat. 3. Thebaid. 16.

¶Igneſcens, Participium (πυραντόωσ) Plinius lib. 37. cap. 2. 9, Sed in pretio uarietas colorum, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremq;, & tertium ex utroq; igneſcentem.

Odia igneſcentia. Stat. 11. Thebaid. 105.

¶Igniarium, igniarij (πυρεῖον) Igniaria Plinio appellantur ligna ex quibus ignis ſtatim accenditur, libro 16. cap. 40. 10, Calidæ, morus, laurus, edera, & omnes è quibus igniaria fiunt.

Igniarium eſt (inquit Budæus) quo ignis elicitur: conſtat ſilice è quo ignis atterendo elicitur, et ferro quo ſilex atteritur percuſſu: unde ſcintillæ decuſſæ, & in fomite, linteoq; concepto exceptæ, flammam excitant.

¶Ignifer, pen. corr. (πυρφόρος) Adiect. ut, Lampades igniferæ. Lucret. lib. 2. 5.

Axis ignifer, Currus Solis. Ouid. 2. Metam. 12.

¶Igniſluus (πύρρητος) Aliud adiect. ut, Cauernæ igniſluæ. Claud. 6. Paneg. 46.

¶Ignipes, penult. corr. ignipedis (πυρόπους) Martial. lib. 1. 27, Ignipedes poſſet ſine Colchide uincere tauros.

Equi ignipedes Solis. Ouid. 2. Metam. 79.

¶Ignipotens, pen. cor. (πυροδονὴς) dictus eſt Vulcanus, quòd ignis poteſtatem habeat. Virg. 8. Aenaid. 85,

Hoc tunc ignipotens, cælo defendit ab alto.

Deus ignipotens, Vulcanus. Virg. 12. Aeneid. 18.

¶Igniſpicium (πυροσκαπία) ſicut Aruſpicium, Diuinatio erat apud antiquos quæ ignis inſpectione ſumebatur. Plin. lib. 7. cap. 56. 12, Aruſpicium Delphus igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias Thebanus inuenit.

¶Ignitabulum, Ignis receptaculum. Feſtus. Solinus cap. 18, Pyrpole etiam, quoniam & igni tabula ibi & ignis inuenta ſunt.

Ignobilis] & hoc ignobile, pen. corr. (ἄσημος, ἀδόκιμος, νόννυμος) Incognitus, ignotus, uilis & abiectus in contemptum. Pſeud. 15. 9,

Peregrina facies uidetur hominis, atq; ignobilis. Cic. 1. Tuſc. 164, Quid Cyreneum Theodorum Philoſophum non ignobilem, nónne miramur?

Inglorius & ignobilis. Cic. 3. Tuſcul. 96.

Non ignobilem argentarium facere. Cic. pro Cecinna, 8.

Carmen ignobile. Virg. eclog. 9. 8.

Non ignobili ex familia mulier. Cic. 7. Verr. 23.

Ignobile gramen, Vile, ubiq; naſcens, ut ait Seruius. Virgil. 4. Georg. 13.

Surde & ignobiles herbæ. Plin. lib. 22. cap. 3.

Lethum ignobile. Silius lib. 3. 25.

Ignobili loco natus. Cic. pro Cluent. 89.

Non ignobilis dicendi magiſter Demetrius Syrus. Cic. de clar. Orat. 174, Ignobili atq; inhoneſta morte occubuit. Liuius 9. bel. Pun. 90.

Nomen ignobile. Sil. lib. 13. 7.

Regnum ignobile. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 2.

Ignobilis, Stultus. Virg. 1. Aen. 31,

—ſeuitq; animis ignobile uulgus. Sic Seruius. Niſi mauis accipere pro fæce populi, quam uocat Cicero.

¶Ignobilitas, pen. corr. ignobilitatis (ἀνοησία) Vilitas. Cic. 5. Tuſc. Nam igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit?

Paupertas, ignobilitas, humilitas, ſolitudo. Cic. 5. Tuſc. 43.

Virorum ignobilitas. Ouid. 6. Metam. 64.

Ignobilitas generis. Cic. pro Muræna, 14.

¶Ignominis, & hoc ignomine, pen. corr. (ἀνόσυμος) Qui laude & gloria caret: quaſi inglorius & illaudatus. A quo

¶Ignominia (ἀτιμία, ἀδοξία) Nominis nota, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. Cic. pro Quint. 66, Dedecore, macula, turpiſſimaq; ignominia notetur. Idem Thermo, lib. 2. 17. 3.

Ignominiæ eſt, pro Summa ignominia & uitio habetur. Plin. lib. 18. cap. 2. 4.

Labes ignominiaq; mortis. Cic. pro Rabirio perd. reo, 20.

Cum ignominia & dedecore perire. Cic. 2. de Diuin. 33.

Damnatione & ignominia dignus. Cic. Att. lib. 7. 123. 8.

Afficere ignominia. Vide Afficio.

Qui ignominia mortuum affecerit. Cic. pro Sext. Roſc. 66.

Ignominijs omnibus appetitus. Cicero pro Quint. 65. Vide Appeto.



Digitized by Google

Conciſus ignominijs. Vide Concido, pen. prod.
Depellere ignominiam. Quint. lib. 1. cap. 2. 17.
Gemens ignominiã plagaſq; ſuperbi victoris. Virg. Georg. 45.
Imponere iniuriam alicui ſine ignominia. Cic. pro Quint. 64.
Inferre ignominiam. Vide Infero.
Inurere ignominiam alicui. Vide Inuro.
Notare aliquem ignominia. Quint. lib. 6. cap. 3. 43. Cic. 7. Philip. 231. Vide Noto.
Perferre ignominiam. Vide Perfero.
¶ Ignominioſus, pen. prod. (ἄτιμος) Notatus infamia. Quint. lib. 7. cap. 2, Tibi inquit accuſator, illos non licuit occidere, exul enim erat & ignominioſus.
Ignominioſa ac barbara appellatio. Plin. lib. 3. cap. 3. 12.
Dicta ignominioſa. Horat. de Arte, 50.
Ignominioſa fuga. Liu. 3. ab Vrbe, 100.
¶ Ignominiatus, pen. pro. (ἀτιμασθεὶς) pro Ignominia affectus. Gel. lib. 9. cap. ult. Quibus modis ignominiatus, tractatuſq; ſit à C. Cæſare Laberius poeta. Antiquum & obſoletum.
Ignoro] ignoras, pen. prod. (ἀγνοῶ) ignorare, Neſcire. Terent. Heaut. 2. 3. 28,
Hoc primum, ut ne quid huius rerum ignores.
Ignoras me: hoc eſt, Qui ſim non cognoſcis. Terent. Heaut. 1. 1. 53. Cic. 4. Acad. 8, Maiore enim ſtudio Lucullus, cùm omni literarum generi, tum philoſophiæ deditus fuit, quàm qui illum ignorabant, arbitrabantur.
Ignorant me omnes. Plaut. Amph. 16. 78. Terent. Eun. 5. 9. 59, —iſti te ignorabant.
Ignorat nomen ſuum. Plaut. Capt. 11. 30. Id eſt, non meminit nõminis ſui.
Ignorat patrem ſuum. Terent. Phorm. 5. 6. 34.
Ignorat ſit nécne. Cic. 4. Acad. 48.
¶ Ignoratur, Paſſiuum. Terent. Phorm. 2. 3. 10, Ignoratur parens. Plaut. Menæh. 9. 68.
Fides iſta ignoratur. Ouid. 1. Triſt. eleg 4. 4.
¶ Ignorans, pen. prod. Particip. (ἀγνοῶν) Cic. de Amicit. 24, Noua fabula quum ignorante rege uter eorum eſſet Oreſtes. Brutus Ciceroni, 16. 3.
¶ Ignoratus, pen prod. (ἀγνωμόνως) Tacit. lib. 20, Eadem in Voculam parabantur, niſi ſeruili habitu per tenebras ignoratus euaſiſſet.
Ars ignorata. Horat. de Arte, 53.
Ignoratus uterus. Plin. epiſt. 164, Inde abortus, & ignorati uteri triſte experimentum.
¶ Ignoratio, ignorationis (ἀγνόημα) Inſcitia, & ſi ita dicendum eſt, inſcientia, Ad actum & rem pertinet, quæ penitus neſcitur, nec ſciri poteſt niſi prodatur. Cic. lib. 3. Offi. 95, Quotus enim quiſq; reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium propoſita, abſtinere poſſit iniuria. Idem ad Cælium, lib. 2. 8. 1.
Ignoratio ſui. Cic. pro A. Cluentio, 88, Quod erat odium, dij immortales, quæ ſuperbia, quanta ignoratio ſui, quàm grauis atq; intolerabilis arrogantia? Idem de Amicit. 61. propter ignorationem ſtirpis & generis, &c. Corruptè legitur in quibuſdam exemplaribus, ignorantiam.
Abuti ignoratione alicuius. Vide Abutor.
¶ Ignorantia, huius ignorantiæ (ἄγνοια) Ad humani ingenij uitium pertinere poteſt, quando quis per ignorantiam non ſatis intelligit quid faciat uel dicat, aut contrà. Quintil. lib. 7. cap. 2, Ignorantia prætendi non poteſt. Cic. pro Flacco, 37, Vbi adoleſcentes nihil poſſent diſcere niſi ignorantiam literarum.
Virl ignorantia. Ouid. 7. Metam. 19.
Miſerabilis ignorantia. Quint. lib. 6 cap. 1. 36.
¶ Ignorabilis, & hoc ignorabile, pen. corr. (ἄγνωστος) Quod non cognoſcitur. Plaut. Pſeud. 8. 22. Cic. 2. de Inuent. 195, Quod leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit. Gell. lib. 9. cap. 12, Alterũ autem illud ignorabilius obſcuriuſq; eſt.
¶ Ignarus, ignara, ignarum, pen. prod. (ἀμαθὴς, ἀνεπιστήμων) Imprudens, inſcius, rudis, imperitus, indoctus. Plaut. Pœn. 9. 43, Aut ſe peregrinum eſſe, huius ignarum oppidi.
Ignarus animi mei. Terent. Hecyra, 4. 4. 60.
Ignara artis meretriciæ. Terent. Heaut. 2. 1. 14.
Ignarus cauſæ. Plin. lib. 17. cap. 11. 9.
Ignarus fortunarum ſuarum. Cic. pro Quintio, 44.
Haud ignara futuri. Virg. 4. Aeneid. 102.
Hominum & locorum ignarus. Virg. 1. Aeneid. 68.
Ignarus inſtituti. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 4.
Ignarus lachrymarum tuarum. Terent. Hecyra, 4. 4. 53.
Ignarus es morum eorum. Terent. Adelph. 2. 1. 6.
Ignarus mundi. Plin. lib. 2. cap. 9. 3.
Ignarus officij ciuilis. Cic. 3. de Finib. 98.
Ignara patris. Plin. epiſt. 176. b.
Ignarus philoſophiæ. Cic. 1. Acad. 67.
Rationis ignarus. Tacit. lib. 1.
Ignarus religionis. Cic. 6. Verr. 68.
Vitæ ignarus. Virg. 1. Georg. 9.
Ignarus urbis. Liu. 1. ab Vrbe. 158.
Ignarus docendi. Quint. lib. 1. cap. 3.
Mens ignara nocendi. Claud. epiſt. 1. 1.
Non ignari eſtis quemadmodum. Cic. ad Senatum, lib. 15. 111.
Ignarus ſum quid agatur. Et, Ignarus quid uirtus ualeret. Cic. pro Seſtio, 51.
Ignarus ad quod pertineat. Cic. in Topicis, 40.
Ignarus & inſolens. Cic. 1. de Orat. 103.
Ignarus, pro ignoto. Tacit. lib. 2, Per occulta, & uigilibus ignara. Idem lib. 3.
Ignoſco] ignoſcis, ignoui, ignotum, pen. prod. (συγγινώσκω) ignoſcere, Valde noſcere, & diſcere. Varro, Vosq; in theatro qui uoluntatem auribus huc occupatum concurriſtis domo, adeſte: & à me quæ feram ignoſcite, domum ut ſeratis è theatro literas.
Ignoſcere, Condonare, &, ut ait Cic. Bruto, 15. 14, ſceleris pœnam prætermittere. Plaut. Aul. 30. 9, Id adeò te oratum aduenio, ut animo æquo ignoſcas mihi. Cic. ad Cæſarem Iunior. Nam & præteritis ignoſcis, concedis futura. Terentius Adelph. 3. 4. 28, Venit ipſius ultro lachrymans, orans, obſecrans, Fidem dans, iurans ſe illam ducturum domum, ignotum eſt, tacitum eſt.
Faſſo ignoſcere. Ouid. 13. Metam. 38.
Vitio ignoſcitur omni. Ouid. 1. de Arte, 50.
Dementia ignoſcenda. Virg. 4. Georg. 98.
Ignoſcere ſibi. Quintil. lib. 10. cap. 3.
¶ Ignoturus, pen. prod. Particpium (συγγνωσόμενος) Cic. in Catone, Ignoturum alteri, quòd patrẽ: alteri, quòd tutorem ſecutus eſſet.
¶ Ignoſcens, ignoſcentior (συγγνωμονικὸς) Qui facilè condonat & ignoſcit. Terent. Heaut. 4. 1. 32,
Quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, &c.
¶ Ignoſcentia (συγγνώμη) Condonatio peccati. Gel. lib. 7. cap. 3, Interdum autem quaſi eos deliquiſſe concedat, ignoſci poſtulat, & ignoſcentias utiles eſſe rebus humanis docet.
¶ Ignoſcibilis, & hoc ignoſcibile, pen. corr. (σύγγνωστος) Gell. lib. 13. cap. 20, Hic ueſter huiuſcemodi ueſtitus, de multo iam uſu ignoſcibilis eſt. Id eſt, uenia dignus.
¶ Ignotus, pen. prod. Adiect. (ἀγνὸς, ἀγνώστος) Incognitus, non uiſus. Plaut. Menæh. 8. 19,
Qui mihi moleſtus homini ignoto, quiſquis es.

Populo

Digitized by Google

Populo ignotus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 12.
Domos ignotas petere. Virg. 4. Aeneid. 63.
Locis ignotis errare. Ouid. 4. Metam. 59.
Mortibus ignotis perierunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 22.
Oris ignotis exulat. Virg. 3. Georg. 44.
Pars ignotißima turbæ. Claud. 1. in Eutrop. 31.
Pondus auri ignotum. Virg. 2. Aeneid. 73, Aut quod ignorabat Dido, aut tantum quantum nullus unquam nouit.
Terra ignota. Virg. 5. Aeneid. 158.
Verba obscuriora & ignotiora. Quintil. lib. 7. cap. 4. 9.
Vias ignotas inire. Ouid. 2. de Remed. amor. 37.
Viri ignoti noua forma. Virg. 3. Aeneid. 118.
Viri in ueste ignota. Virg. 7. Aeneid. 35.
Ignotus, Qui ignorat, & est inscius rei alicuius. Quintil. Declamat. 6, Ne quis tamen erret ignotus, non est filij mei nouerca, sed mater.
Ignotus in Vulgus. Cic. ad Atticum, lib. 9. 173. 4.
Obscurus & ignotus. Cic. 1. de Orator. 86.
¶ Ignotior, Comparatiuus (ἀγνωριστότερος) Liu. 5. ab Vrbe, 148, Id (ut fit) propter authoris humilitatem spretum: & quòd longinqua, eoq; ignotior gens erat.

I L

Ilba] uel Ilua (ἶλβα) insula est in mari Tusco, à continenti distans x. M. passuum. De hac Plin. lib. 34. cap. 14. Virgil. 10. Aeneid. —est Ilua trecentos
Insula, exhaustis Chalybum generosa metallis. Vbi Seruius dicit, quũ in alijs regionibus effoßis metallis terræ sunt uacuæ, apud Iluam hoc esse mirũ, quòd sublata renascuntur, & rursum de ijsdem locis effodiuntur. Varro & aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in structuram non posse cogi, nisi transuectum in Populoniam Tusciæ ciuitatem.
Ile] ilis, n. g. (λαγών) Pluraliter, ilia, ilium, ilibus. Seruius, Hoc ile, & hæc ilia facit. Vnde etiam Iuuen. Satyr. 5. 14, —uis frater ab ipsis
Ilibus. Nam quod Marulus mimographus dixit parasito, Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis, quum de guloso diceret, alluſit ad ciuitatis nomen. nam ab ili debuit dicere, Plinius lib. 11. cap. 37. 68, Ab hoc uentriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris ile: à quibus capaciora intestina ad aluũ, hominiq; flexuosißimis orbib.
Ilia ipsa inter coxas & pubem in imo uentre posita sunt, inquit Celsus lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 11. cap. 37. 75, Inter uesicam & aluum arteriæ, ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. Celsus lib. 7. cap. 29, Oportet mulierem resupinam transuerso lecto sic collocare, ut feminibus eius, ipsius ilia comprimantur.
Dura messorum ilia. Horat. Epod. 3. 1.
Substricta ilia. Ouid. 3 Metam. 34.
Ducere ilia. Horat. 1. epist. 1. 2.
Religare ilia baltheo. Senec. Herc. fur. 7. 4.
Rumpere Ilia alicuius. Catul. ad Furium, epigram. 11. 4.
Inuidia rumpantur ut ilia Codro. Virg. eclog. 7. 6.
Imi ilia longo singultu tendunt. Virg. 3. Georg. 100.
Trahere ilia. Plin. lib. 26. cap. 6. 1.
¶ Ilioſus, pen. prod. Qui morbo ilium laborat. Plin. lib. 20. cap. 4. 5, Praxagoras & ilioſis dandos censet.
Ileos] ἕλεος, Morbus gracilioris intestini. Plin. lib. 30. cap. 7. 1. de uentris malis, Gratißimum uitium ileos appellatur. Idem lib. 20. cap. 66.
Ilerda] ἰλέρδα, Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hiſpaniæ urbs, Leyda & Leyda uernaculis dicitur.
Victus mitteris Ilerdam. Horat. 1. epist. 21. 3.
Ilex] huius ilicis, pen. corr. f. g. (πρῖνος) Arbor quercui proxima. Gellius lib. 5. cap. 6, Ea fit fronde quernã: quoniam cibus uictusq; antiquißimus quercu capi solitus sit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est. De corona ciuica loquitur.
Arguta ilex. Virg. eclog. 7. 1.
Coruscis ilicibus fremit Apenninus. Virg. 12. Aeneid. 141.
Crebris ilicibus nigrum nemus. Virg. 3. Georg. 66.
Curuata grandibus ilex. Ouid. 10. Metam. 19.
Frondens ilex. Virg. 5. Aeneid. 26.
Icta securibus ilex. Virg. 6. Aeneid. 36.
Littorea. Virg. 3. Aeneid. 78.
Nigra. Virg. 9. Aeneid. 80.
Opaca. Virg. 6. Aeneid. 42.
Plena fauis ilex. Claud. 2. de raptu Pros. 22.
Procera ilex. Horat. Epod. 15. 1.
Ramosa ilex. Ouid. 8. Metam. 48.
Tonsa ilex bipennibus. Horat. 4. Carm. ode 4. 12.
Trementes ilices frangit Aquilo. Horat. Epod. 10. 2.
Viridis ilex. Ouid. 1. Metam. 23.
Vitiosa. Virg. 2. Georg. 91.
¶ Iliceus, ilicea, iliceum (πρινινὸς) Quod factum est ex ilice. Statius lib. 6. Theb. Orniq; iliceæq; trabes, metuendaq; succo.
¶ Ilicetum, pen. prod. (πρινὼν) Locus ilicibus consitus, Mart. lib. 12. 19, —è cathedra
Surgentem focus excipit superba
Vicini strue cultus iliceti.
¶ Iligneus] Adiectiuum (πρινινὸς) Quod est ex ilice, uel etiam ad ilicem pertinet: ut, Frons ilignea. Col. lib. 11. cap. 2. 62. Idẽ lib. 6. cap. 3. 5, Modius uiridis laureæ, & iligneæ frondis.
Ilignea corona. Plin. lib. 16. cap. 4. 5.
¶ Ilignus, Adiectiuum (πρινινὸς) ut, Iligna glans. Plinius lib. 16. cap. 5. 2.
Ilia] ἰλία, Vestæ sacerdos, Romuli et Remi mater, à Marte cõpressa, Amulij filia. Seruius apud Virgilium, lib. 1. Aen. 58, —donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Ilia] ilium. Vide Ile.
Iliades] Vide Ilium.
Ilias] Iliadis, pen. corr. f. g. (ἰλιὰς) Homeri opus, in quo Ilij excidium describit.
Ilias malorum, Prouerbiũ. De calamitatibus maximis simul & plurimis propterea quòd in Iliade Homerica nullũ mali genus non recensetur. Vnde ex hac docti putant tragœdiarum argumẽta fuisse sumpta, sicut ex Odyssea comœdiarum. Est autem opus uerbosum, uiginti quatuor uolumimibus uix absolutum. Vnde & quamuis orationem plus satis prolixam Iliade longiorem uocant. Cic. ad Attic. lib. 8. 155. 5. Non multo inquam secus possum uaticinari, tanta malorum impendet Ilias. Erasmus. Ouid. 2. Trist. 74,
Ilias ipsa quid est nisi turpis adultera, &c.
Iliceus] Vide Ilex.
Ilicet] pen. corr. (τετέλεσται) per syncopam dictum, quasi ire licet. Donatus, Sic iudices de concilio dimittebantur, suprema dicta quum præco pronuntiasset, Ilicet, quod significat, ire licet. Terent. Eunuch. 1. 1. 9, —actum est, ilicet,
Peristi. Hoc est, Per me quidem licet, atq; id etiã consideuerim ut abeas, alioqui actum est de te. Idem Phorm. 1. 4. 32, —hoc nihil est: ilicet,
Quid conterimus operam fruſtra? Vbi Donatus, Ilicet, semper finem rei significat, Nonnulli scribunt illicet, duplici l. Plaut. Cistell. 10. 17, Illicet, Actu est.
Ilicet, pro Statim, confestim. Plaut. Rud. 26. 12,
Sed propera. T. licet. D. iam hic fac sis, cœna ut curetur. T. licet. D. Omnia ilicet. T. licet.
Ilicet obruimur numero. Virg. 2. Aeneid. 85.

Ilicet,

Ilicet, Affirmantis aduerbium. Plaut. Epid. 14.19, Ilicet ut uadimonium mihi hic ultrò facit.

Ilico. Vide Illico.

Ilienſes] Populi ſunt Corſicæ inſulæ antiquiſſimi, ut ſcribit Pomponius lib. 2. Horum meminit & Pauſanias.

Ilignеus] Vide Ilex.

Ilione] pen. corr. (ἰλιόνη) Virg. lib. 1. Aeneid.
Præterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim,
Maxima natarum Priami.

Ilioneus] penult. corr. quadriſyllabum (ἰλιονεύς) Troianus fuit, quẽ Virgilius nõ ſine cauſſa ubiq; inducit eloquentem. Nam, ut Homerus dicit, Phorbas, pater Ilionei, ſemper Mercurio deo eloquẽtiæ fauẽte pugnauit. Seruius apud Virgiliũ.

Ilioſus] Vide Ile.

Iliſſus] ἰλισσός, Amnis in Attica Muſis dicatus, quas Iliſſiadas uocant.

Ilythyia] pen. pro. (εἰλείθυια) dicitur à poetis Diana, quæ parientibus aſsiſtere putabatur.
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam. Ouid. 9. Metam. 57.

Ilium] ἴλιον, (inquit Seruius) Virgilius neutro tantum genere declinat: Horatius autem fœminino: ut, Non ſemel Ilios uexata. Ilium propriè ciuitas eſt: nam regio, Troia eſt, quãuis interdum pro ciuitate Troiam ponat Virgil. Et campos ubi Troia fuit
Diuûm domus Ilium. Virg. 2. Aeneid. 49.
Altum Ilium. Virg. 5. Aeneid. 53.
Crematum Ilium. Horat. 4. Carm. ode 4. 11.
Sacrum Ilium. Horat. 3. ode 19. 1.
Superbum Ilium. Virg. 3. Aeneid. 1.

¶Ilius, Adiectiuum (ἴλιος) ut, Tellus Ilia. Virg. 9. Aeneid. 59.

¶Iliacus, pen. corr. Aliud adiectiuum (ἰλιακὸς) ut, Campi Iliaci. Virg. 9. Aeneid. 21. Gens Iliaca. Virg. 6. Aeneid. 175.
Ruinæ Iliacæ. Virg. 1. Aeneid. 131.

¶Ilienſis, Aliud adiectiuum: ut, Ilienſis Minerua, de qua mentio eſt apud Vlpianum in Inſtitutis. Nam quum Romani originẽ agnoſcerent Troianam eſſe, Ilienſi Mineruæ hoc quoq; ius tribuerunt, ut ei legari poſſet. Cæterum illo loco uſq; adhuc Melienſis corruptè lectum eſt. Vide Turnebum.

¶Iliades (ἰλιάδης) crinem de more ſolutæ. Virg. 3. Aeneid. 12. Id eſt, Troianæ.

Illà] Aduerbium per locum, idem quod Illac. Tacit. in lib. de moribus Germanorum, Ipſum quinetiam Oceanum illà tentauimus. Idem Annalium lib. 2, Incubuerat ſagittarijs, illà rupturus. Rurſum lib. 19, Ac ne peruium illà Germanicis exercitibus foret, obſepſerat.

Illabefactus] Adiectiuum (ἀλύμαντος) Non debilitatus: ut, Vincula illabefacta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. &c.

Illabor] pen. prod. illaberis, illapſus ſum (εἰσρέω) Illabi, Introlabi, influere, demitti. Cic. 2. de Nat. deor. 202, Quò primum illabuntur ea quæ accepta ſunt.

Illabor ad. Cic. 1. de Finib. 61, Nam ſi ea ſola uoluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuauitate affluereт & illaberetur, nec, &c.

Illapſus in medios hoſtes. Virgilius 2. Aeneid. 76. Legitur & delapſus.

Illabi animos. Cic. 2. de Legib. 63, Longè prouidens quàm ſenſim pernicies illapſa ciuium animos, malis ſtudijs, maliſq; doctrinis repentè totas ciuitates euerteret.

Illabitur urbi, & illabitur mari, hoc eſt, in urbem & in mare prorumpit. Virg. 2. Aeneid. 48. Plin. lib. 5. cap. 29. 9.
Amni Tyberino illabitur Nar. Lucan. lib. 1. 94.
Aſtris illabentibus tepet Pontus. Stat. 1. Achill. 28.
Truncus illapſus cerebro. Horat. 2. Carm. ode 17. 6.

¶Illapſus, huius illapſus (ἔσρυσις) Colum. lib. 2. cap. 2. 9, Ne præcludatur humoris illapſu atq; exitu.

Illaboro] illaboras, pen. prod. illaborâre. Tacitus in lib. de moribus Germanorũ ad finem, de Fennis uerba faciens, qui ſolo uenatu aluntur: Id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus. Id eſt, quàm magno labore agros colere, aut in domibus laborare, ſiue domi aliquid operis laborioſi facere.

Illaboratus] pen. prod. Adiectiuum (ἀπράγμων) Quod ſine labore & diligentia factum eſt. Quint. de Cicerone, lib. 10. cap. 3, Tum interim hæc omnia quæ uix ſingula quiſquã intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata, &c.

Illac] Aduerbium per locum.
Hac atq; illac perfluo. Terent. Eunucho, 1. 2. 25.
Ibimus illac. Ouid. 8. Metam. 37.

Illac, pro A parte illius. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 8, Veruntamen hac uideo cum homine audaciſſimo paratiſſimoq; negotium eſſe: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiaq; dignos illac facere. Id eſt, ex illa parte Cæſaris.

Illacerabilis] & illacerabile, pen. corr. (ἀνάμυκτος) Vt ſpolium illacerabile, Silius lib. 5. 28.

Illaceſsitus] pen. pro. (ἀπροπήλακιστος) Tacit. in uita Agricolæ, Tanta ratione curaq;, ut nulla ante Britanniæ nouæ pars illaceſsita tranſierit.

Illacrymo] illacrymas, pen. corr. (ἀποδακρύω) Illacrymare, Valde lacrymare. Liu. 5. bel. Pun. 141, Illacrymaſſe dicitur partim gaudio.
Illacrymare morti alicuius. Cic. 3. de Nat. deor. 128.
Sic ait illacrymans. Virg. 9. Aeneid. 63.
Malis illacrymare. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 2.
Illacrymare ſortis humanæ, ſub cauſa. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Illacrymare, de rebus etiam inſenſibilibus à Virgilio dictum eſt, pro ſudare, & liquidum humorem emittere. 1. Georg.
—illacrymat templis ebur, æraq; ſudant.

¶Illacrymabilis, pen. corr. (ἀδάκρυτος) Immiſericors, & inexorabilis. Pluto illacrymabilis. Hora. 2. Carm. ode 14. 2.

Illædo] illædis, illæſi, illæſum (καταβλάπτω) illædere, apud Ciceronem legitur, pro infringere & uiolare, in Oratione in Vatinium, circa principium, 3, Num Heliam, num Fuſiam legem illeſerit? Legendum ex uetuſto exemplari, neglexerit.

¶Illæſus, Participium (ἀλώβητος, ἀπήμων) Plin. lib. 15. cap. 30. 8, Gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæſam. Martial. lib. 1. 36,
Illæſum timidis unguibus hæſit onus.
Cupreſſus illæſa bruma. Stat. 6. Thebaid. 20.

Illætabilis] & hoc illætabile, pen. cor. (ἀνύμφευτος) Non lætum, & quod nullam lætitiam adfert. Virg. 3. Aeneid. 141,
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit. Et lib. 12. 38, Illætabile murmur.
Onus illætabile. Stat. 5. Theb. 127. ſic uocat puerum mortuum.

Illapſus] Vide Illabor.

Illaqueo] illaqueas (παγιδεύω) Illaqueare, Laqueo conſtringere. Cic. de Aruſp. reſponſis, 5, Sed ſi etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

Illatebro] illatebras pen. cor. (ἀποκρύπτω) illatebrare, Quaſi intus abſcondere. Gell. lib. 17. cap. 2. ex Qu. Claudij annalium primo, Arma pleriq; abijciunt, atq; inermi illatebrant ſeſe. Ibi illatebrant, uerbum poeticum uſum eſt, ſed non abſurdum, neq; aſperum.

¶Illatebra, illatebræ, ubi celari nihil quit, à non latendo dicta. Plautus, Cuius, inquit, ego latus illatebras reddam eis dentibus & manibus. Id eſt, efficiam dentibus & manibus meis, ne in eius latere quicquã celari poſsit, ita diſcerpãdo aperiã.

Illatio, Illatus] Vide Infero.



Digitized by Google

Illatro] *illatras, pen. corr. illatrâre.* Lucan. *lib. 6,*
*Perq; cauas terræ, quas egit carmine, rimas*
*Manibus illatrat: regniq; silentia rumpit.*

Illaudatus] *pen. prod.* (ἀπαράτ@) Adiectiuum, Non qui laudatus non sit, sed qui Laudari nõ meruit, hoc est, illaudabilis, *ut ait Seruius. Virg. 3. Georg. 1,*
*—quis aut Eurysthea durum,*
*Aut illaudati nescit Busiridis aras?* Gellius *lib. 2. cap. 6. de isto loco Virgilij loquens, Sed enim (inquit) qui in omni re, atq; tempore laude omni uacat, is illaudatus est, isq; omnium pessimus deterrimusq; habetur.*
*Facta non illaudata. Stat. 11. Thebaid. 3.*

¶Illaudabilis, & hoc illaudabile, *pen. corr.* (ἂπ αἰνετὸς) Gellius *lib. 2. cap. 6,* illaudatus enim est quasi illaudabilis, & innominabilis, qui neq; mentione, aut memoria ulla dignus est, neq; unquam nominandus est.
*Carmen illaudabile. Stat. 5. Sylu. 5. 7.*

Ille] *illa, illud, illius, pen. prod.* (ἐκεῖν@, τλῦ@) illi, Dicitur is de quo fit mentio. De certa enim persona dicitur, inquit Donatus. Terent. And. 2. 1. 1,
*Quid ais Birria? datúrne illa hodie Pamphilo*
*Nuptum?* Vbi Donatus, Bene Illa, uelut amatoriè, de certa loqueretur persona. Sic, Virgil. 4. Aeneid. 85,
*—solam nam perfidus ille*
*Te colere.* Ergo non Aeneas, sed ille.

Ille, ad propinquũ etiam referri solet. Plin. epist. 9. 2. lib. 3. Cic. pro Rosc. Comœdo, 3, Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, ille seruantur sanctè.

Ille, pro Aliquis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 8,
*—fateor me dixerit ille,*
*Duci uentre leuem.* Hoc est, si aliquis dixerit, &c.

Ille, cum significantia aliqua prolatum, inquit Priscianus, id est, emphasi. Virg. 7. Aeneid. 22,
*—sic Iuppiter ille monebat.* Cic. 1. Verr. 37, M. Catonem illum sapientem clarissimũ uirum, &c. Terent. Adelph. 5. 4. 12,
*Ego ille agrestis, sæuus, tristis.* Vbi Donatus, Bene addit Ille, quasi iam notus hoc ipso quod parcus.
*Ego ille ipse uindex æris alieni. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 17.*
*Noster ille. Cic. 1. de Inuent. 7.*
*Ipsum illud scire possumus. Cic. 1. de Orat. 128.*
*Ipse ille animus idem meus. Cic. Post reditum in Senatu, 30.*
*Illa ipsa rerum humanarũ domina fortuna. Cic. pro Marcel. 4.*
*Ille iste. Cic. 1. in Catil. 7, Fuit illa ista quondam in hac Republ. uirtus, ut, &c.* Ita uetustioribus codicibus non legitur Illa.
*Ille ipse. Cic. pro lege Manil. 20, Testis est Italia, quam ille ipse uictor L. Sylla, &c.*
*Ille quidem. Cic. Cassio, lib. 12. 9. 2, Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed, &c. Ibidem, epist. 10. 5.*
*Ille talis. Terent. Eunuch. 1. 2. 81, Ne illum talem præripiat tibi.*
*Ille alter. Cic. Attico, De illo altero, quem scribis tibi uisum esse non alienum. Terent. Eunuch. 4. 4. 26, Venistine ad nos? negat. at ille alter uenit, annos natus sedecim.*

Illi, pro Ab illo. Plaut. Persa, 7. 18,
*—ne illi mihi iã nihil noui*
*Offerri potest, quin sim peritus.*

¶Illiusmodi, *pen. corr.* Terent. Adelph. 3. 3. 87,
*Næ illiusmodi iamnè nobis magna ciuium*
*Penuria est.*

Illorum aduersus, pro Illis. Tacit. *lib. 3,* Veneno eum à Lepida petitum illustrium domuum aduersa. Hoc est, domibus.

¶Illæc, pro illa hæc. Terent. Adelph. 3. 4. 63,
*—uerùm nimia illæc licentia.*
*Profectò euadet in aliquod magnum malum.*

*Illud breuiter significandum uidetur. Cicero ad Brutum, libro 11. 5. 3.*
*Ab illo. Cic. pro Deiotaro, sed quum existimaret multis tibi multa esse tribuenda quæ minus ãssequi in altera parte potuisses, ea sumens ab illo non recusauit. Ab illo: pro à se,* ὡς πρὸ αὐτ@. *Budæus.*

Illecebra] *nomen herbæ, aquæ & Andrachne agria dicitur. Plinius libro 25. capite 13,* Porrò Andrachne agria, idem uadet quod portulaca syluestris.

Illecebra] *illecebræ, pen. corr.* (ἐπαγωγὴ, ἀμυλία, ἴυγξ, ἀέλεκρ) Omne blandiciarum genus quibus allicimur. Cic. de Senect. 36, Stupra uerò & adulteria, & omne tale flagitium nullis alijs illecebris excitari, nisi uoluptatis. Idem in Catil. 9, Illecebræ corruptelarum.
*Illecebra iuuentutis. Cicero 1. in Catil. 30. Idem pro Milone, 33,* Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?
*Argentariæ illecebræ. Vide* Argentum.
*Dolosæ illecebræ. Claud. 2. Paneg. 27.*
*Delinire illecebris uoluptatis. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 6.*
*Irretire adolescentulum illecebris corruptelarum. Cicero 1. in Catil. 9.*
*Morari aliquem illecebris. Hor. de Arte, 45. Trahit aliquem suis illecebris ad uerum, &c. Scipionis, 27.*
*Dedere se uitiorum illecebris & lenocinijs cupiditatum. Cicero pro Sest. 121.*

¶Illecebrosè, *pen. prod.* illecebrosius, illecebrosissimè, Aduerbium (ἐπαγωγικῶς) Plaut. Bacchid. 1. 55,
*Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest.*

Illectus] *Vide* Illicio.

Illectum] à Lego legis (ἂπ αὐαγνωσθὲν) Non lectum significat. Ouid. 1. de Arte, 95,
*Si non accipiet scriptum, illectumq; remittet, &c.*

Illepidus] *pen. corr.* Adiectiuum (ἀχαρίτας) In quo nihil leporis est & elegantiæ, & tam de homine, quàm de oratione dicitur. Plaut. Bacch. 14. 3, Inamabilis, illepidus uiuo. Cic. 3. de Nat. deor. 102, Parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilem. Ex poeta antiquo. Plin. epist. 9. lib. 3, Inde dictum non illepidum ferebatur.
*Deliciæ illepidæ atq; inelegantes. Catull. ad Fauium, epigram. 6. 1,* Scortillum non illepidum, nec inuenustum. Catull. epigram. 10. 1.

¶Illepidè, *pen. corr.* Aduerbium (ἀχαρίστως) hoc est, iniucundè & infacetè. Plin. in Præf. 13, Nec Plancus illepidè, quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset, Cum mortuis non nisi laruas luctari.
*Crassa & illepidè compositum aliquid. Horat. 2. epist. 1. 16.*

Illex] & exlex est qui sine lege uiuit. Plaut. Persa,
*Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi.* Nonius.

Illex] *Vide* Illicio.

Illî] Aduerbium Loci, pro Ibi. Terent. Adelph. 1. 2,
*—si quid peccat Demea,*
*Mihi peccat, ego illi maximam partem feram.* Vbi Donatus, Errant qui putant Illi esse pronomen, quum sit aduerbium Loci: ut Virgil. 2. Aeneidos.
*—illi mea tristia facta,*
*Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.*

Illi ergo, ibi ubi ille peccat. Idem Hecyr. 1. 2,
*Nam illic haud licebat, nisi præfinito loqui.* Vbi Donatus, Legimus & illi circumflexo accentu, & significat illic ut, Illi mea tristia facta. & absolutum est. Idem Phorm. 1. 2,
*Interea, dum sedebamus illi, interuenit adolescens quidam.*

Illibatus]

Digitized by Google

**Illibatus** pen.prod. Adiect. (ἀμίαντος, ἄθικτος) Quasi dicas intactum, & incorruptum. Liu. 3. ab Vrbe, 358, Illibatum imperium. Plin. lib. 17. cap. 17. 3, Vt illibato cortice, atq; ut sectura inferior ponatur.

Fœdera tori illibata. Lucan. lib. 2. 69.

Illibatum robur hominis. Colum. lib. 12. cap. 1. 1.

Integrum & illibatum. Colum. lib. 3. cap. 10.

**Illiberalis** & hoc illiberale, pen.prod. (ἀνελεύθερος) Non munificus, qui contrà agit ac liberum hominem decet. Cic. Memmio, lib. 13. 1. 5, Non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit.

Illiberale facinus, Indignum homine libero. Terentius Adelph. 3. 4. 3.

Illiberalis iocus. Cic. 1. Offic. 145.

Illiberalis labor. Cic. 1. de Finib. 6.

Res ad cognoscendum non illiberalis. Cic. 1. de Orat. 71.

Illiberalis cibus. Plin. lib. 19. cap. 5. 13.

¶ Illiberalitas, penult. corr. illiberalitatis (ἀνελευθερία) Cicero 2. Offi. 94, Sed ut illiberalitatis auaritiæq; absit suspicio.

¶ Illiberaliter, pen. corr. Aduerbium (ἀνελευθέρως) Id est, inuste, inclementer, haud rectè. Terent. Adelph. 5. 4. 30,

—factum à uobis duriter,
Inmisericorditerq;: atq; etiam, si est pater,
Dicendum magis aperte, illiberaliter. Idem Phorm. 2. 3. 24. Vbi Donatus, Apud ueteres illiberaliter dicebant factũ, si quis excessisset omne genus maleficij. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 3, De Xenone coràm cognoscam: quanquam nihil ab eo arbitror neq; indiligenter neq; illiberaliter.

**Illiberis** pen. corr. (ἰλλιβερὶς) ciuitas est Narbonensis prouinciæ, ut Pomponius scribit, & Plin. cap. 4. libri 3, Magnæ, inquit, quondam urbis tenue uestigium Illiberis. Ptolemæus lib. 2. cap. 4. Alijs Liberia dicitur, uulgò Granada, caput Regni Granatæ. Vide Illyberis.

Illiberis, Ptolemæo lib. 2. cap. 10, Tectosagum ciuitas: uulgò Salsas, Hispanorum ditionis.

**Illic** ἐκεῖ, Aduerbium in loco. Terent. Adelph. 4. 2. 39, Illic ubi etiã caprificus magna est. Plaut. Trinum. 15. 12. Illic sum, atq; hìc sum.

Illič, pro Ille. Terent. And. 3. 5. 1,

Vbi illic scelus est qui me perdidit. Idem. Eunuch. 5. 9. 53,

Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est.

**Illice** Vrbs est Hispaniæ, uulgò Alacant. Vnde Illicitanus sinus, nunc de Alacant. Vide Melam, lib. 2. cap. 6. Et ibidem, Oluarium.

Illice. Vide Ilicet.

**Illicio** illicis, pen. corr. illexi, illectum (ἐπάγω, δελεάζω) illicere, Attrahere & quasi inescare: quod & pellicere etiam dicitur. Terent. And. 5. 4. 8,

—tũne hic homines adolescentulos,
Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis? Ab In, & Licio, quasi Ligio dicitur, inquit Donatus. Plaut. Milit. 22. 42, Is me hac illexit fraude.

Illexit me ad te. Plaut. Asin. 5. 54.

Caue ne illiciaris. Lucret. lib. 4. 231.

Illicere & attrahere. Cic. de Amicitia, 46.

Illicere aliquem in fraudem, aut in aliud. Terent. And. 5. 4. 8. Cic. 3. de Nat. deor. 93, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum.

¶ Illectus, Particip. (ἐπαχθεὶς) Attractus. Cic. 4. Tusc. 20, Libido ad id quod uidetur bonũ, illecta & inflammata rapiatur.

¶ Illectus, huius illectus, Verbale (ἐπαγωγὴ) Blanditiæ & illectamentũ. Plaut. Bacch. 1, 21. Magis illectum tuum quàm lectum metuo.

¶ Illicium, huius illicij (δελεασμὸς, θέλγητρον) Incitamentum. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 17, Sed si transitura sunt apes ea, apiastro perfricanda, quòd illicium hoc illis. Cic. ad Attic. lib. 11. 220. 2, Illum existimare Qu. fratrẽ illicitũ meæ profectionis fuisse, &c. Ex uetusto exemplari legitur, lituũ.

¶ Illex, illicis, penult. corr. om. gen. ab Illicio (δελέασμα) Idem quod Illicium, uel illectamentũ: ut, Illex animi Venus. Plaut. Pœnulo, 10. 34. Idem Persa, 12. 4, Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. Et illices oculi apud Apuleium, quòd incitent & attrahant.

¶ Illix, Auis aucupum dicitur, quæ alias illicit, & à Græcis uocatur καλύτρια. Plin. lib. 10. Contra aucupis illicem exeunte in prælium duce totius gregis. Aliter in editis legas, sed mendosè. Ab hac per metaphoram non ineleganter apud Plautum dicitur, Lectus est illix. Turnebus.

**Illicitus** pen. corr. Adiectiuum (ἀθέμιτος, ἀθεμὶς) Ex In & Licitus compositum, Quod nõ licet, & indecens est. Cic. pro Cluent. 182, Incognita causa probatum illud erat, multitudinem illicitum est contradicere * nemo denicq; ut defenderet contrariam partem, laborabat.

Tori illiciti. Lucan. lib. 10. 16.

Ire per illicitum. Stat. 1. Thebaid. 45.

Venus illicita. Stat. 8. Thebaid. 20.

Vias illicitas tentare. Valer. 1. Argonaut. 41.

¶ Illicitè, Aduerbium. Vlpian. in l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de legatis & fideicommißis, lib. 3.

**Illico** pen. corr. Aduerbium (αὐτοῦ τίνα) Continuò, confestim, statim. Breuitatem temporis notat, inquit Donatus. Terent. Adelph. 4. 4. 9,

Nam ut hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, ubi eam uidi, illico Accedo. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27. 2, Ipsis Cerialibus quum in me incurrit Roma ueniens Curio meus, ibidem, illico puer abs te cum epistolis.

Illico, Propriè in loco, ut ait Festus. Terẽt. Adelph. 2. 1. 2, Otiose nunc iam illico hìc consiste. Vbi Donatus, Illic, modò locũ, non tempus significat. Ennius, Et quia quò irent nescibant, illico manserunt. Id est, in eo loco.

**Illido** illidis, pen. prod. illisi, illisum (προσβάλλω, προσράσσω) illidere, Infringere. Plaut. Amphit. 15. 9, Cõcisus pugnis, & illisis dentibus. Cic. de Arusp. resp. 5, Iam ista serpens & compressa atq; illisa moritur.

Illisit duros cæstus in ossa. Virg. 5. Aeneid. 95.

Illidere dentem alicui rei, pro Imprimere. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 16.

Dentes illidere labellis. Lucret. lib. 4. 218.

Densum funale illisit fronti Lapithæ. Horat. 12. Metam. 50.

Illidere manus. Cic. 3. Tusc. 130. ex Aeschylo.

Illidere saxis. Plin. lib. 9. cap. 6. 2.

Fluctus illiduntur. Quint. lib. 10. cap. 3.

Aequora illisa scopulis. Virg. 3. Georg. 52.

¶ Illisus, huius illisus, pen. prod. m. g. (προσβολὴ, προσράξις) Plin. lib. 27. cap. 8. 9, Illisu ipso repercussus.

**Illigo** illigas, pen. cor. (προσδέω) illigare, Idem quod Alligare. Plin. lib. 17. cap. 14. 12, Eamq; illigari opertam stramentis iubet.

Illigare in. Cic. 6. Verr. 48, Tum illa ex patellis & thuribulis quæ uellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, ut, &c.

Illigare alicui bello gentem aliquam. Liu. 1. bell. Maced. 97.

Illigare aliquem sermoni alicui. Cic. 4. Acad. 11.

Genus dicendi in quo omnes illigantur uerborum & sententiarum lepõres. Cic. in Orat. 51.

Illigare sententiam uerbis. Cic. 3. de Orat. 96.

Illigare conscientia. Tacitus, Primores classiariorum Misenen-

sium

Digitized by Google

*fium labefacere, & cõscientia illigare cõnixa est hoc initio.*

¶Illigatus, Participium. Horat. 1. Carm. ode 27. 5,

*Vix illigatum te triformi*
*Pegasus expediet Chimæra.*

*Illigatus alicui amicitia.* Liu. 2. bel. Maced. 98.

*Illigatus peste interimor.* Cic. 2. Tusc. 32. ex Sophocle.

*Aratra illigata iuuencis.* Horat. Epod. 1. 5.

*Illigatæ post tergum manus.* Liu. 5. ab Vrbe, 125.

*Iuga illigaturus tauris.* Horat. Epod. 3. 3.

Illimis] *& hoc illime, pen. pro.* (ἀβόλωτος) *Sine limo.* Ouid. 3. Metam. 82, *Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.*

Illinc] *Aduerbium de loco* (ἐκεῖθεν) Terent. Adelph. 4. 7. 13, *Illinc huc transferetur uirgo.* Cic. ad Atticum, *Illinc Spinterem expecto.*

*Illinc, pro Ab illa parte.* Cic. ad Atticum, lib. 9. 17 5. 6, *Sed quũ eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quidnis domi perpeti.*

*Illinc, pro Ab illa.* Cic. 2. Philipp. 84, *Omnem se amorem abiecisse illinc, atq; in hanc transfudisse.*

*Hinc illinc uenire, Prouerbiale.* Terent. Adelph. 4. 5. 40.

Illinio] *illinis, pen. corr. illiniui, illinitũ, pen. prod.* (ἀλείφω, ἐπιχρίω) *illinire, Inungere, & leniter confricare.* Colum. lib. 6. cap. 14. 5.

*Tumor ceruicis madefactus subsiccatur, prædictoq; medicamento defricatur & illinitur, &c. Tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argentea illimienda est. Quidam legunt, illinenda.* Plin. lib. 30. cap. 11. 10, *Cornicis carnes esse, & nidum illinire in longißimis morbis utilißimum putant.*

Illino] *illinis, penul. corr. illini, uel illeui, uel illiui, pen. prod.* (καταχρίω) *illitum, pen. corr. illinere, Inspergere, maculare.* Virg.

*Illita tela dolis, nec Martem cominus usquam*
*Ausa pati uirtus.* Plin. lib. 9. cap. 30. 3, *Qua de causa et naßis illinuntur.*

*Tectis aurum illinere, quod secundum hanc constructionem dicendum potius foret, auro tectum illinere.* Senec. epist. 120.

*Viscum pennis illinere dicũtur aues, dum excutere uolunt.* Senec. 3. de Ira. Sic, 4. Nat. quæstion.

*Bruma niues illinit agris.* Horat. 1. epist. 7. 2.

*Illinere chartis aliquid.* Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 8.

*Aurum uestibus illitum.* Horat. 4. Carm. ode 9. 3.

*Illitum ueneno donum.* Liu. 5. ab Vrbe, 4.

*Fex toto illita nultu.* Ouid. 3. de Arte, 43.

*Illitum fuco.* Cic. 3. de Orat. 110.

¶*Illitus, huius illitus, pen. corr.* (ἐπίχρισμα, διάχρισμα) Plin. lib. 24. cap. 6. 3, *Sonitus aurium emendat infusum, strumas illitum, neruorumq; nodos.*

Illipula] ἰλλίπουλα, *Mons Hispaniæ Bæticæ, authore Ptolemæo, lib. 2. cap. 4. Vulgò Ilipa, Ilpa.*

Illiquefacio] *illiquefacis, illiquefeci, illiquefactum* (κατατήκω) *illiquefacere.* Cic. 4. Tusc. 31, *Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ uoluptates.*

Illiteratus] *pen. prod.* (ἀγράμματος, ἀμαθὴς) *Adiectiuum, contrarium est Docto & literato.* Cic. 2. de Orat. 15, *Quem cognouimus uirum bonum, & non illiteratum.* Plin. epist. 247. e, *Est libertus mihi non illiteratus.*

*Illiteratum & insulsum.* Cic. Pæto, lib. 9. 16. 10.

¶*Illiteratißimus, pen. corr.* Plin. Iun. lib. 1. epist. 10, *Scribo plurimas, sed illiteratißimas literas: id est, inornatas, infimo stylo, forenses. Erat enim præfectus ærario: proinde cogebantur stylo uti rationarijs usitato.*

Illitus] *Vide* Illino.

Illo] ἐκεῖσε, *Aduerbium ad locum.* Terent. And. 2. 2. 25, *Quũ illò aduenio, solitudo ante ostium.*

Illocabilis] *& hoc illocabile, pen. corr.* (ἀνυπανδόσιμος) *Illocabilis uirgo, quæ nõ potest uiro tradi.* Plaut. Aulul. 7. 14,

*Virginem habeo grandem, dote cassam, atq; illocabilem.*

Illotus] *pen. prod.* (ἀνίπτος, ἄλουτος) *Immundus & sordidus.* Plaut. Pœnul. 4. 94, *Vt tu quidem huius oculos illotis manibus tractes aut teras. Vnde illotis manibus uel pedibus rem aliquam aggredi, Quod est confidenter atq; imperitè. Translatum à sacrorum cæremonijs: in quibus omnia pura, lotaq; iubebantur exhiberi. Aulus Gellius in Noctibus, Illotis, quod aiunt, pedibus & uerbis, reprehẽdit doctißimi hominis orationem. Macrobius Saturnalium lib. 1, Illotis pedibus prætereunt. De literatoribus loquitur, qui recõditam illam in Virgiliano poemate doctrinam negligunt. In genere, sermonem parum uerecundum nimisq; procacem ac petulantem, illotum prouerbio uocant.* Erasmus.

*Illoti echini, propter salem.* Horat 2. Serm. Satyr. 8. 11.

Illuc] *Aduerbium ad locum* (ἐκεῖσε) Cic. 1. de Orat. 91, *Huc atq; illuc intuentem, &c.*

*Illuc, pro Illud.* Plaut. Milite, 10. 64, *Illuc ætatis. Idẽ* Amphit. 4. 1. 16, *Sed quid illuc est?*

Illuceo] *illuces, pen. prod. illuxi* (ἐπιλάμπω) *illucere, Luciadum esse, quod proprie ad diẽ pertinet.* Liu. *Vbi illuxit, recepere classem.* Plaut. Capt. *At pol te, si hic sapiat senex, atra pix agitet apud carnificem, tuo quæ capiti illuceat.* Cic. pro C. Rabirio, 3, *Precorq; ab ijs, ut hodiernum diem, & ad huius salutem conseruandam, & ad Remp. constituendam illuxisse patiantur.* Plaut. Persa, 2. 34,

*—pessimus hic mihi dies*
*Hodie illuxit, corruptor.*

*Illucere dicitur dies nocti, cui succedit.* Sueton. in Cæsare.

*Illucet comitas in ingenijs.* Cic. 4. de Finib. 7. *Legitur & elucere.*

*Illuxere illum sol, dies, &c.* Plaut. Bacchid. 5. 22.

¶Illucesco, illucescis (ἐπιλάμπομαι) *illucescere, Idem.* Plaut. Amphit. *Nunc te, inquit, quæ mansisti, mitto, ut cedas diei, ut mortalib. illucescas clara & cãdida.* Cic. pro Milone, 52, *Erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies cum, &c.*

Illuctor] *illuctaris* (προσπαλαίω) *illuctari.* Stat. 4. Thebaid. 157, *Et teneris meditans uerba illuctantia labris.*

Illudo] *illudis, illusi, illusum, pen. prod.* (ἐμπαίζω, κατασκώπτω, μύω) *illudere, Decipere & circumuenire ueluti ludendo, & tam dativo, quàm accusativo casui iungitur.*

*Illudo tibi.* Virg. 2. Aeneid. 13. Cic. pro Sexto Roscio, *huius miseri fortunis, & horum uirorum talium dignitati illudere.* Idem pro Rosc. Com. 23, *Tamẽ diutius illudere uiri optimi existimationi Q. Roscij audebit.*

*Illudere corpori mulieris.* Curtius, *Coniugem Darij adeò non uiolauit, ut summam adhibuerit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.*

*Capreæ illudunt pecori.* Virg. 2. Georg. 75.

*Nostris illuserit aduena regnis?* Virg. 4. Aeneid. 119.

*Chartis illudere.* Horatius, 1. Serm. Satyr. 4. 28. *Hoc est, uelut per ludum inscribere.*

*Pecuniæ illudere.* Tacit. lib. 18.

*Illudo te.* Terent. Phor. 5. 8. 22. *Vbi Donatus, Et datiuum & accusatiuum casum regit Illudo.* Virg. 9. Aeneid 127,

*—uerbis uirtutem illude superbis.* Terent. And. 5. 1. 3,

*Dum studeo obsequi tibi, penè illusi uitam filiæ.*

*Nimiũ acumẽ alicuius illudere.* Cic. 1. de Orat. 125. *Vide* Acumen. *Miseros illudi nolũt, nisi si se fortè iactãt.* Cic. 2. de Orat. 132.

Rhetorum præcepta solebat illudere Carneades. Cicer. 1. d Orat. 43.

In aliquem illudere. Cic. 3. de Orat. 94.

Illudo in te. Terent. And. 4. 4. 19, Adeóne uidemur uobis esse idonei in quibus sic illudatis?

¶ Illusus, pen. prod. Participium. Cic. pro Quintio, 29, Multis uadimonijs desertis, sæpe illusi ac destituti.

Facetijs illusus. Tacit. lib. 15.

Vestes illusæ auro: id est, in quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat. Virg. 2. Georg. 93. Seruius.

¶ Illusio, Verbale (ἐμπαιχθείς) Cic. 3. de Orat. 112, Et extenuatio, & huic adiuncta illusio à præceptis Cæsaris non abhorrens, &c.

Illumino] illuminas, pen. corr. (φέγγω, φωτίζω, διαφωτίζω, ἰνῶ) illuminare, Notæ significationis. Plin. lib. 2. cap. 73. 1, Puteumq; eius experimẽti gratia factum, totum illuminari. Cic. 2. de Nat. deor. 178, Sol mundũ omnẽ sua luce cõplexus, ab eoq; luna illuminata, grauiditates & partus afferat.

Igni uias illuminat. Stat. 12. Thebaid. 55.

Illuminare orationem, pro Lucem uel lumen afferre orationi, & eam illustrare. Cic. 3. de Orat. 115. Ibidem, Quibus orationem ornari & illuminari puto.

¶ Illuminatè, pen. prod. Aduerbium. Cic. 3. de Orat. 30. Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus & uerbis dicunt, &c.

¶ Illuminus, pen. corr. Adiectiuũ, Quod est sine lumine, Apul. lib. 6, Et illuminatum Proserpinæ nuptiarum. Et lib. 3. Seruato noctis illumino tempore.

Illunis] pen. prod. (ἀσέληνος) nox dicta est, Plin. epist. 106. d. lib. 6. pro obscura, quasi sine luna, & lunari splendore. Vix, inquit, uiam deserueramus, & nox non quasi illunis et nubila, &c. Apuleius lib. 9, Illunæ caliginis impeditus dixit.

Illuro] Hispaniæ citerioris oppidũ est paruũ apud Põponiũ, lib. 2. Est item Plinio lib. 3. cap. 3. oppidũ ciuiũ Romanorũ.

Illustris] & hoc illustre (ἐπιφανὴς, ἐπιφανὲς, περίφυτος, φαιδρὸς) Clarus, splendidus. Colu. lib. 1 Balnearia occidẽti æstiuo aduertantur, ut sint postea, & usq; in uesperum illustria. Plin. lib. 9. cap. 16. 2, Noctibus quidẽ illustribus æquè quàm die cernunt. Id est, serenis.

Caput illustre solis. Ouid. 2. Metam. 10.

Illustris uir, id est, nobilis, & magni nominis. Cic. de Amicit. 4.

Expressum & illustre. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 29.

Illustrius nihil possum dicere. Plin. epist. 139. c.

Obscurum & Illustre, contraria. Cic. 4. Acad. 167.

Ad laudem illustris. Cic. pro Domo sua, 67.

Animæ illustres. Virg. 6. Aeneid. 152.

Auos illustres iactare. Propert. lib. 2. eleg. 14. 2.

Ciuitates illustres. Cic. 4. Verr. 2.

Tam illustre nobile domicilium. Cic. in Verrem.

Illustre, notumq; omnibus factum. Cic. 7. Verr. 28.

Facta illustria & glorioſa. Cic. 1. de Finib. 57.

Fama illustris. Virg. 7. Aeneid. 16.

Homo illustris honore ac nomine. Cic. de petit. Consul. 13.

Ingenium illustre. Tacit. lib. 20.

Ordo illustrior seruitij. Claud. 1. in Eutrop. 30.

Põpæ plena, illustris, et splẽdida petitio. Cic. de petit. Cõsul. 34.

Proles illustris. Claud. 7. Paneg. 116.

Prouincia illustris. Cic. 3. Verr. 7.

Illustris & lata uia. Cic. 5. Verr. 188.

Insignem & illustrem habere usum. Cic. 1. de Nat. deor. 19.

¶ Illustro, illustras (λαμπύνω, ἐπιφαύνω) illustrare, Lucidam & splendidam rem aliquam facere, uel ei lucem et splendorem afferre. Varro 1. de Re rust. cap. 12. 1, Propterea quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est.

Sol illustrat ora. Horat. 4. Carm. ode 14. 2.

Leniter illustrans lux. Vide Lenis.

Collucere & illustrari fulgore. Cic. 6. Verr. 62.

Illustrare amplitudinem alicuius: hoc est, illustrem et insignem facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 6. 4.

Illustrare, Declarare, patefacere, manifestare, aperire: quòd quæ aperta sunt, maiorem lucem præbeant: ut, Illustrare dubia perspicuis, Cic. 4. de Finib. 110.

Patefacere & illustrare obscura. Cic. 2. de Orat. 76.

Distinguere & illustrare orationem. Cic. 2. de Inuent. 155.

Illustrare philosophiã Latinis literis. Cic. 1. Acad. 5. Et, 1. Tusc. 2.

Reperta Græcorũ illustrare Latinis uerſibus, Lucret. lib. 1. 28.

Illustratum, pro Comperto & manifestè probato. Cic. 3. in Catil. 66, Omnia & Senatus, & uos, quæ erãt contra salutem omnium cogitata, illustrata, & patefacta uidistis.

¶ Illustratio, Verbale (λάμπρυσις) Ipse illustrandi actus.

Illustratio & euidentia. Quintil. lib. 6. cap. 2. 26.

¶ Illustramentum, illustramenti (λάμπρυσμα) Quint. lib. 11. cap. ultimo, de amictu oratoris, Hæc sunt uel illustramenta pronunciationis, uel uitia.

Illutibilis] & hoc illutibile, pen. corr. (ἀνέκπλυτος) Quod elui non potest, & luto expurgari. Plaut. Menæch. 4. 55, Ne ex isto loco spurcatur nasum odore illutibili.

Illuuies] illuuiei, f. g. (ἀλλοδοξία) Sordes, immunditia, spurcities. Terent. Heaut. 2 3. 54,

——ea texebat unà pannis obsita,
Neglecta, immunda illuuie. Virg. 3. Aeneid. 44,
– fœdissima uentris Illuuies. Legitur & Proluuies. Var. Ac periret squale, scabieq;, illuuie, & uastitudine. Cic. 3. Tuscul. 46,
Infusicat pectus illuuie scabrum. Ex poeta.

Cultus & Illuuies, contraria. Liu. 1. bel Pun. 141.

Corporis illuuies. Lucret. lib. 6. 256.

Locorum illuuies. Silius lib. 3. 109.

Dira illuuies. Virg. 3. Aeneid. 118.

Obesa illuuies. Vide Obedo.

Illuuies absumpsit maiorem partem Syriæ. Vide Absumo.

Illyberis] pen. corr. ciuitas prouinciæ Narbonensis, ut Plinius & Pomponius scribunt. Hanc quidem esse aiunt quæ nunc Granata dicitur, longè clarissima urbium Occidentis. Dicta Illyberis, ut Straboni placet, à flumine, quo ipsa urbs alluitur. Vide Illyberis.

Illyrium] siue Illyris, pen. corr. Illyriaũe (ἰλλυρὶς) regio Epiri contermina, propinquæ Italiæ: ab Illyrio, ut Apianus inquit, Polyphemi filio, siue (ut Eustathio placet) Cadmi filio denominata. Propert. lib. 1. eleg. 8. 1,
An tibi sum gelida uilior Illyria?
Hodie Illyris, Sclauonia, uel Bosnensis dicitur.

¶ Illyricus, pen. corr, Adiect. (ἰλλυρικὸς) ut, Nigrior Illyrica pice. Ouid 2. de Arte, 132.

Terræ Illyricæ. Propert. lib. 2. eleg. 17. 1.

Ilorci] Oppidum. Plin. lib. cap. 1. in Europa situm.

Ilua] ἰλύα, Insula est adiacens Tusciæ. Vide Ilba.

Ilua in exhaustis Chalybũ generosa metallis. Virg. 10. Aen. 34.

Illurcis] Iberiæ urbs, quæ postea à Sempronio Graccho, Gracchuris dicta est.

Ilus] ἴλος, Trois Troianorum regis filius, qui Ilium ædificauit. Vnde par est eum in medio campo sepultum esse, quoniã prior ausus est in campis habitare. Hæc Strabo lib. 13.

I M

Im] ueteres ponebant pro Eum, à nominatiuo Is. Festus Pompeius lib. 9. Idẽ tradit Charisius lib. 1. Macrob. lib. 1. Saturn. 4, Decemuiri in duodecim tab. inusitatissimè nox pro noctu dixerunt. Verba eorum hæc sunt: Si nox furtum factum sit, ſi

*fit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto. In quibus uerbis id etiam notandum est, quòd ab eo quod est Is, non eum, casu accusatiuo, sed im dixerunt.*

Imago] pen. prod. imaginis, pen. corr. f. g. (εἰκὼν, σημεῖα) *Simulacrum, species, exemplar, & alicuius rei repræsentatio.* Plaut. Amphit. 3.121, —eccum Iuppiter,
*In Amphitruonis uortit sese imaginẽ.* Cic. de Amicitia, 85 *Nemo unquam animo, aut spe maiora cõcipiet, qui sibi non illius memoriam, atq; imaginem præponendam putet.* Virg. lib. 2. Aeneid. —atq; ipsius umbra Creusæ
*Visa mihi ante oculos, et nota maior imago.* Cic. 1. de Nat. deor. 147, *Fac imagines esse quibus pulsantur animi, species duntaxat obijcitur quædam.* Idem 1. de Finib. 32, *Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur.*

Imago, *ut ait Festus, ab imitatione dicitur.*

Imago, *Simulacrũ, exemplum.* Cic. pro Sestio, 24, *Si imaginem iudiciorũ, ut simulacrũ aliquod futurũ in ciuitate putasset.*

Imago animi uultus est, indices oculi. Cic. 3. de Orat. 122.

Antiquitatis imago. Cic. pro Sestio, 14.

Artis imago quædam & similitudo. Cic. 2. de Orat. 193.

Cognitionis imagine. Tacit. lib. 3. Hoc est, prætextu & specie.

Eloquentiæ imago. Quintil. lib. 1. cap. 12. 12.

Vltimi fati imago. Quintil. lib. 6. cap. 2. 27.

Cana imago formæ: id est, inanis. Virg. 6. Aeneid. 59.

Imago priscæ frugalitatis. Plin. epist. 22. b.

Iudiciorum consiliorumq; imago. Quint. lib. 2. cap. 10. 8.

Falsa laudis imago. Quintil. lib. 5. cap. 8. 2.

Libertatis imago. Tacit. lib. 1.

Litis imago. Quintil. lib. 4. cap. 1. 3.

Aurea imago fœlicis mali. Ouid. epist. 19. 47.

Aurea imago maris. Virg. 3. Aeneid. 132.

Somnus, gelidæ mortis imago. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 9.

Pacis imago. Tacit. lib. 1.

Pietatis imago, id est, pietas. Virg. 6. Aeneid. 81. Seruius.

Tristis imago ponti. Ouid. 11. Metam. 78.

Quietis imago. Tacit. lib. 16.

Credibilis rerum imago. Quintil. lib. 4. cap. 2. 86.

Imaginem Reip. nullam reliquissent. Cic. contra Rullum, 86.

Speculi imago. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 2.

Imago spelunceæ. Plin. lib. 12. cap. 1. 6.

Temporis imago. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14.

Imago temporum. Cic. ad Lentulum, lib. 1, 6. 2.

Terroris imago. Lucan. lib. 7. 157.

Tristium, ac lætorum imago. Tacit. lib. 3.

Vitæ imago, hoc est, exemplar. Tacit. lib. 15.

Loquax humanæ uocis imago. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 8.

Orandi uera imago. Quintil. lib. 5. cap. 12. 13.

Acres imagines. Vide Acer.

Cerea imago. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 9.

Imago expressa. Cic. pro Sex. Rosc. 27.

Ficta imago. Ouid. 4. Metam. 65.

Deus humana sub imagine. Ouid. 1. Metam. 43.

Iocosa imago. Horat. 1. Carm. ode 12. 1.

Mœsta imago, Ouid. ad Liuiam, 41.

Muta imago, pictura. Cic. 2. de Inuen. 122.

Nocturnæ imagines. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 13.

Picta aut ficta imago, Cic. Lucio, lib. 5, 12. 25.

Puerilis imago. Ouid. 2. de Remed. amor. 36.

Pulchra imago. Ouid. 2. Metam. 161.

Regalis imago. Ouid. 6. Metam. 15.

Repercussæ imaginis umbra. Ouid. 3. Metam. 87.

Tenuis imago. Lucret. lib. 4. 13.

Turbida imago. Virg. 4. Aeneid. 72.

Vana imago. Horat. 3. Carm. ode 27. 4.

Abolere imagines. Vide Aboleo.

Capere imaginem. Quintil. lib. 6. cap. 2. 27.

Falsa culpam sub imagine cælat. Ouid. 2. Metam. 8.

Cõcipere animo imaginem alicuius rei. Quint. lib. 1. cap. 10. 3.

Effingere imaginem dicendo. Quintil. lib. 6 cap. 1. 22.

Exprimere imaginem alicuius rei. Quintil. lib. 3. cap. 8. 34.

Induere imaginem mortis. Vide Induo.

Irrumpunt imagines in animos. Vide Irrumpo.

Falsis imaginibus ludere aliquem. Virg. 1. Aeneid. 83.

Ludificans somnos imago. Silius lib. 8. 128.

Persequi imaginem laudis. Quintil. lib. 5. cap. 8. 2.

Præbere imaginem antiquitatis. Tacit. lib. 3.

Proferre imaginem alicuius. Quintil. lib. 6. cap. 1. 30.

Memoriã & imaginẽ patris tui tibi propone. Cic. de Amic. 85.

Reddere imaginẽ proximã ueritati. Quintil. lib. 2. cap. 10. 2.

Repræsentare imaginem sceleris. Quintil. lib. 6. cap. 1. 2. 5.

Imagines maiorum, pro Nobilitate generis accipi sæpe solent. Cic. 2. de lege Agrar. 98, *Quemadmodum quũ petebam, nulli me uobis authores generis mei commendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à uobis deprecentur.* Idem in Pisonẽ, 1, *Obrepsisti ad honores errore hominũ, cõmendatione fumosarum imaginũ: quarum simile habes nihil præter colorem. Fumosas imagines appellauit Cicero, antiquissimi generis stemmata. Mos autem fuit olim Romæ, ut imagines maiorũ, in funeribus ducerentur, ad gentilitatẽ ostentandã.* Vide Plin. lib. 35. cap. 2. 3. *Pro ijs, ut opinor, posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt, quæ arma uulgò uocantur.* Ex Budæo.

Imagines subitæ. Plin. epist. lib. 9. ad Prosocerũ, *Neq; enim ardentius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio, quibus uideor à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parum antiquã, sed repentè fortunæq; beneficio quæsitam.* Ex Budæo.

Imago, pro uagina, *quòd ueluti sit imago eius rei quã claudit,* Virg. lib. 8. Aeneid.
—curuam seruans sub imagine falcem.

¶ Imaginarius, Adiectiuum (φανταστικὸς) *pro eo usurpatur quod nec esse potest, sed duntaxat imaginatione potest comprehendi: quæ, ratiocinatio aut apprehensio proprie dicitur,* Sueton. in Claud. Cæs. cap. 25, *Stipendiáq; instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur.*

Imaginaris fascibus cedere. Liu. 3. ab Vrbe, 171.

Emptio imaginaria. Vlpianus in l. is qui suis. ff. de manumissionibus, *Si ab ignoto emptus sit, postea autem pretiũ suũ obtulerit: dicendum erit, non esse audiendum: ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, & per fidem contractus inter emptorẽ & seruum agatur. Est autem imaginarius emptor, qui seruum suis nummis emit.* Modestinus in l. *contractus. ff. de actionibus & obligationibus, Contractus imaginarij etiam in emptionibus iuris uinculum non obtinent, quum fides facti simulatur, non intercedente ueritate. Sic & Imaginarius emptor, id est, simulatus, & ab alio allegatus.* l. 27. *qui sub imagine.* Cic. de distractione pignorũ. Budæus.

¶ Imaginosus, pen. pro. (φανταστικὸς) Adiectiuũ *in quo sunt plures imagines. Vnde speculum imaginosum à Catullo dicitur, ab imaginibus, quæ in speculo numerosæ uidentur.*

¶ Imagino, imaginas, pen. corr. (εἰκονίζω) *imaginare, Imagines facere, seu repræsentare.* Gellius lib. 15, *Vt speculum in loco certo positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines.*

¶ Imaginor, pen. corr. imaginaris (εἰκάζω, φαντάζω) imaginari, signi-

ri, significat rei alicuius similitudinẽ mente concipere, & apprehendere. Plin. lib. 9. cap. 35 15, Imaginetur eorũ ferecula. Idem lib. 20. cap. 13. 16, Ideo profluuio genitali datur, & uenerem crebrò per somnia imaginantibus.

Imaginari aliquem, est animo suo subijcere qualis sit. Plin. epist. 14.

¶ Imaginatio, Verbale (φαντασία) ut, Imaginationes libidinum. Plinius libro 20. cap. 7. 9.

Imantopodes] pen. cor. (ἱμαντόποδες) Populi in Aethiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, ut Solinus interpretatur, flexis crurũ nexibus, ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Hoc nomine etiam dicuntur aues quædam ex argumento pedum, quasi loripedes, ut ait Plin. quoniã his crura prælta, quas etiã ternis digitis insistere dicit. Per aspirationẽ in principio scribi debet. Plin. lib. 5. cap. 8.

Imaus] ἴμαος, Mons Indiæ, qui extẽditur usq; ad fontes Gangis, ultra quem sunt Scytharũ gentes. Est & pars Caucasi & Tauri, ut Plinius & Ptolemæus tradunt.

Imbecillis] & hoc imbecille (ἀδρανὴς, ἀνισχυρὸς, ἀσθενὴς, ἀδυνὴς, ῥωχμὴς) uel imbecillus, imbecilla, imbecillũ, Sine baculo, quasi baculo indigens: debilem significat et languidum: ut, Imbecillus gemitus. Cic. 2. Tusc. 97. Idem ad Q. fr. lib. 2. 12. 5, Marius & ualetudine & natura imbecillior. Idẽ de Amic. 61, Vt si parentib. nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores uel animo uel fortuna, &c.

Ingenium imbecille. Plin. in Paneg. 132.

Imbecillus, à nomine baculus, contra naturam primitiui secundam producit. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 8.

Imbecillus, iners, si quid uis, adde popino.

Aetas imbecilla. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 18.

Imbecillis medicina. Cic. Att. lib. 10. 205. 6.

Natura imbecilla ad rem aliquam. Cic. de Amic. 56.

Cultor imbecillus. Plin. epist. 63. b.

Consilium imbecillum. Cic. pro Flac. 56.

Vox imbecilla. Quintil. lib. 11. cap. 3.

¶ Imbecillitas, pen. corr. imbecillitatis (ἀδένεια, ῥωχμία, ἀδρανεία, ἀδυναμία) Debilitas, infirmitas, defatigatio, ad spiritũ & ad corpus refertur, sicut & imbecillus. Cic. de Amic. 25, Maximè illud considerandum uideri solet, num propter imbecillitatem atq; inopiam desiderata sit amicitia.

Imbecillitas materiæ murorum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 60.

Imbecillitas consilij. Cic. 1. Offic. 164.

Imbecillitas ætatis. Cic. ad Brutum, 10. 7.

Infirmitas laterũ, & uiriũ imbecillitas. Cic. de clar. Orat. 106.

Imbecillitas fragilitasq; humani generis. Cic. 5. Tusc. 4.

Recidere ad imbecillitatem. Celsus lib. 3. cap. 19.

¶ Imbecilliter, pen. corr. Aduerbium (ἀδρανῶς) Debiliter, & remissè ac languidè. Cic. 4. Acad. 96, Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum: hisq; quæ uidentur, imbecillius assentiuntur. Idem 5. Tusc. 123.

Imbellis] & hoc imbelle, om. gener. (ἀπόλεμος, ἄμαχος) Quod nihil bellicum sonat. Horat. lib. 1. Carm. ode 15. 3, Imbelli cithara carmina diuides.

Carmen imbelle. Stat. 10. Thebaid. 174.

Dies imbellis, In quo nõ pugnatur, aut strenuum opus aliquod agitur. Silius lib. 11. 82.

Annum imbellem agere, Sine bello. Liu. 10. ab Vrbe, 1.

Imbellis, Timidus, ignauus, infirmus: quasi belli minimè aptus. Ouid. lib. Heroidum, epist. 1,

Tres sunt mihi imbelles numero, sine uiribus, &c.

Imbelles & timidi. Cic. 1. Offic. 116.

Capræ imbelles. Ouid. 5. Fastorum, 75.

Cerui imbelles. Virg. 3. Georg. 52.

Cithara imbellis. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.

Columba imbellis. Horat. 4. Carm. ode 4. 7.

Imbelles damæ. Vide Dama.

Pretum imbelle. Stat. 3. Sylu. 5. 17.

Imbelles hostes. Liu. 1. ab Vrbe, 51.

Lacerti imbelles. Ouid. 13. Metam. 22.

Manus imbellis. Propert. lib. 4. eleg. 3. 5.

Somnus imbellis. Stat. 3. Thebaid. 51.

Telum imbelle. Virg. 2. Aeneid. 109.

Triennium imbelle. Liu. 1. Decad. lib. 4. 89.

Imbellis, inermisq; fœminarum turba. Liu. 8. bel. Pun. 119.

¶ Imbellia, imbelliæ (ἀναυδίαι) Ignauia, ueluti bellicæ rei quædam negligens tractatio. sed antiquum est. Macrob. 2. Satur. cap. 2, Tum Pœnus eludens ignauiam imbelliãq; militum eius pretiosè armatorum, &c.

Imber] imbris, masc. gen. ablatiuo imbre uel imbri (ὄμβος, ὄμβρημα, νασμὸς) Pluuia, & aqueus ille humor qui è cœlo demittitur. Plaut. Mostel. 3. 20,

—uenit imber, lauat parietes: perpluunt Tigna.

Terent. Eunucho, 3. 5. 37, Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Imbrem, inquit Nonius, consuetudo, agmen cœlestiũ aquarum & pluuiarum induxit solum dici: quum authoritas uariet, significetq; omnem humorem aqueum. Virg. lib. 4. Georg.

—& amicos irriget imbres. Idem 1. Aeneid. 26,

Accipiunt inimicum imbrem. Lucretius,

Ex igni terraq; animæ nascuntur & imbri.

Actus cælo magnis Aquilonibus imber. Virg. 2. Georg. 67.

Assidui & magni imbres. Cic. Attico, lib. 13. 273. 2.

Atri imbres. Virg. 1. Georg. 48.

Atrox imber. Stat. 10. Thebaid. 108.

Cæruleus imber. Virg. 3. Aeneid. 39.

Collecti imbres. Horat. 1. epist. 15. 4.

Continens imber. Vide Contineo.

Densissimus imber. Virg. 1. Georg. 67.

Edax imber. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.

Effusus nubibus imber. Virg. 4. Georg. 63.

Fœcundi imbres. Virg. 2. Georg. 65.

Frigidus imber. Virg. 1. Georg. 52.

Intempestiui imbres. Lucret. lib. 2. 186.

Lætus imber. Virg. eclog. 7. 8.

Largus imber. Virg. 1. Georg. 5.

Imber maximus. Cic. 6. Verr. 77.

Multus imber. Lucret. lib. 6. 237.

Pluuius imber. Ouid. 6. Fast. 57.

Præruptus imber. Claud. 2. Paneg. 93.

Saxeus imber. Silius lib. 13. 37.

Subiti imbres. Lucret. lib. 5. 44.

Amnis concitus imbribus. Ouid. 3. Metam. 16.

Auster diffundit imbres. Stat. 1. Thebaid. 70.

Concrescunt imbres gelidis uentis. Ouid. 9. Metam. 45.

Decidit imber multa aqua. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 7.

Lapides effudit imber. Iuuen. Satyr. 13. 7.

Per imbrem facere opus. Cato cap. 2.

Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber. Virg. 1. Georgic. 86.

Ventos perpessus, & imbres. Virg. 9. Aeneid. 12.

Vento pulsatur & imbri. Virg. 4. Aeneid. 50.

Vitare imbres. Lucret. lib. 5. 192.

Gelidus imber, pro simplici aqua, apud Lucret. lib. 6. 30.

Calidis perfundes imbribus artus. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 5. Intelligit aquam calidam.

Imber, pro lachrymarum effusione Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 14, Spargebat tepido flebilis imbre sinus.

Lactis, lapidũ, sanguinis, & terræ imber. Cic. 1. de Diuin. 159.

Lapidens

Digitized by Google

Lapideus & sanguineus imber. Cic. 2. de Diuin. 89. Vide Lapideus, in Lapis.
Tepestas telorũ, et ferreus ingruit imber. Virg. 12. Aeneid. 57.
¶ Imbridus, pen. corr. Adiectiuum. Solinus cap. 10, Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cœlo habet.
¶ Imbricus, pen. corr. Adiectiuum (ὀμβρικός) Pluuiosus, & imbres ferens aut generans. Plaut. Merc. 22.35,
Hic Fauonius serenus est, hic Auster imbricus, &c.
¶ Imbricitor, pen. corr. imbricitôris, Pluuiosus, fortè quasi imbres ciens, aut citans. Ennius in 17. apud Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 2,
Concurrunt ueluti uenti, quum spiritus Austri
Imbricitor, Aquiloq; suo cum flamine contrà,
Inde mari magno fluctus extollere certant.
¶ Imbrifer, penult. corr. ra, rum (ὀμβροφόρος) Idem. Col. lib. 7. cap. 6. 3, Hãc pecudem mutilam parabimus quieto cæli statu: nam procelloso atq; imbrifero cornuta semper.
Arcus imbrifer. Tibull lib. 1. eleg. 4. 9.
Austri imbriferi Ouid. 13 Metam. 157.
Hyems imbrifera. Silius lib. 3. 40.
Ver imbriferum. Virg. 1. Georg. 63.
Imberbis] & hoc imberbe (ἀγένειος) Sine barba. Cic. 1. de Nat. deorum, 112, Isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.
Imberbis & bene barbatus, contraria. Cic. 2. in Catil. 42.
Adolescentulus imberbis. Cic. pro Domo sua, 29.
Iuuenis imberbis. Horat. de Arte, 33, Idem 2. epist. 1. 17.
Imbibo] imbibis, pen. cor. imbibi, imbibitum (ἐμπίνω) imbibere, Idẽ quod haurire, uel exhaurire significat, quod & ebibere dicitur. Plin. lib. 24. cap. 15. 6, Radix eius imponitur carbo nib. cupreßi: atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tußi. De chamæleuce.
Imbibere, per metaphoram apprehendere significat. Cicero 2. Verr. 27, An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de uobis malam opinionem animo imbibisset?
Opinionem imbibere. Vide Opinio.
Imbrex] huius imbricis, pen. corr. m. uel fœ. g. Tegula curua atq; oborta, quæ tectis applicari solet, ut per eam defluat aqua. Plin. lib. 17. cap. 14. 14, Seruariq; inter duos imbrices. Col. lib. 9. cap. 13. 4, Imbricibus infusum præbeant libandũ. Plaut. Milite, 9. 24. Quòd meas confregisti imbrices et tegulas, &c. Vitruuius lib. 5. cap. 10.
¶ Imbricium, imbricij, Idem quod Imbrex. Martialis lib. 2. 35,
Quum sint crura tibi, similent quæ cornua lunæ,
Imbricio poteras Sexte lauare pedes.
Alij legunt, In rhytio poteras Phœbe, &c.
Imbrex porci. Martialis lib. 2. 37.
¶ Imbrico, imbricas, pen. corr. imbricare, in modum imbricis facere, & quasi imbricib. tegere. Plin. lib. 11. cap. 1. 2, Aut superne tantũ imbricatis flexibilibus uertebris. Sidonius, Tegulis imbricarentur. Vitruuius lib. 2, Incerta uerò cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata, nõ speciosam, sed firmiorẽ, quàm reticulata, præstãt structurã. Imbricata, inquit Budæus, appellat inter se hærentia, imbricum modo.
Imbricatũ conchæ genus undata distinctione. Plin. lib. 9. 33. 2.
Imbricata asperitas. Plin. lib. 11 cap. 37. 44.
Imbricati ungues simiæ. Vide Vnguis.
¶ Imbricatim, pen. prod. Aduerb. Imbricis modo. Plin. lib. 9. cap. 33. 2, de concharũ generib. Iam distinctione uirgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.
Imbricus, Imbrifer] Vide Imber.
Imbrus] ἴμβρος, Insula Thraciæ, Mercurio sacra, quẽ uocant Imbranum, Oppido quoq; in ea nomen est Imbrus, ut uult Stephanus.

¶ Imbrius, Adiectiuum (ἰμβρικός) ut, Terra Imbria. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 4.
Imbuo] imbuis, imbui, imbutum, penult. prod. (βάπτω, βάφω) imbuere, Inficere, seu immergere. Colum. lib. 10, Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut insistentes apes, quasi per syphonem succum euocent. Horat. 1. epistol. 2. 14,
Quò semel est imbuta recẽs, seruabit odorẽ Testa diu.
Imbuere aram. Virg. 1. eclog. Hoc est, perfundere, madefacere, Seruius.
Imbuere gladium scelere. Cic. 2. Phil. 178.
Tela imbuta ueneno. Ouid 4. Trist. eleg. 1. 16.
Tellus imbuta scelere. Catull. Argon. 59. 80.
Vestis imbuta sanguine. Ouid. 9. Metam. 31.
Imbuta Appia uia sanguine latronis. Cic. pro Milone, 13.
¶ Inter imbuere et initiare hoc interest, quòd initiare ad sacra pertinet: Imbuere ad prophana. Plin. lib. 8. cap. 46. 5, Optimè cũ domito iuuẽcus imbuitur. Hoc est, domatur, docetur.
Sacramento imbutus. Tacit. lib. 17.
Imbuere & instituere. Cic. 2. de Orat. 89.
Imbutus ad. Cic. in Orat. 94, Ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.
Alloquio imbutus. Plin. lib. 6. cap. 22. 4.
Amoribus imbutus aulæ. Stat. 11. Thebaid. 131.
Imbuere ingenium artibus: id est, instituere, ornare. Plautus Trin. 5. 16. Cic. 1. Offic. 165, Parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremq; deducimur.
Imbuere animos errore Liuius 9. bel. Maced. 29. Et apud Ciceronem, 3. Tusc. 4, imbui erroribus. Item, 1. de Finib. 91, Imbutus superstitione.
Fauore imbutus Tacit. lib. 18.
Formidine imbutus. Horat. 1. epist. 6. 1.
Leuiter literis imbutus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 12.
Literulis Græcis imbutus. Horat. 2. epist. 2. 2.
Imbutum odio bellum: hoc est, aspersum & refertum, aut flagrans. Cic. pro Domo sua, 47. Idem pro Fonteio, 26, Sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est.
Imbui opinionibus. Cic. Attico, lib. 14. 311. 4.
Imbuit mentem eorum opinio. Cic. 1. Tusc. 47.
Imbuere pectora pietate aliqua. Liu. 1. ab Vrbe, 85.
Sermonibus aures alicuius imbuere. Tacit. lib. 20.
Imbuere se studijs ab ineunte ætate. Cic. pro Deiot. 19.
Vitijs aliquem imbuere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.
Imbui castrensibus stipendijs, Primis annis castrensia stipendia emereri. Plin. epist. 167.
Amicitiæ religiosa superstitione imbutæ. Quint. lib. 1. ca. 2. 15.
Præda imbui. Tacit. lib. 19.
Imbutum] Varro lib. 4. de lingua Latina, Imburũ, inquit, fictum ab urbo, quod ita flexum ut redeat sursum uersus, ut in aratro, quod est urbum.
Imitor] penul. corr. imitaris (μιμέω, μιμέομαι, μιμάομαι) imitari, Est mores aut aliã rem ab aliquo gesta effingere, quod à Græco deducitur μιμεῖσθαι. Plin. epist. 150, Quã sanè, quũ componerẽ illos, habui in manibus, nõ ut æmularer (improbum enim, ac penè furiosum) sed tamen imitarer & sequerer, quantum aut diuersitas ingeniorũ maximi & minimi, aut causæ dißimilitudo pateretur. Plautus Cistel. 2. 22.
Imitari atq; exprimere. Cic. in Orat. 10.
Imitari & adumbrare. Cic. 2. de Orat. 105.
Prosequi atq; imitari. Cic. de claris Orat 70.
Imitari alas auiũ. Plin. lib. 12. ca. 6. 1. Id est, simile esse alis auiũ.
Imitari chirographum alterius, Effingere & adulterare. Suet. in Tito, cap. 3. Cic. 3. de Nat. deor. 105, Chirographum scx primorum imitatus est.

Geſtum imitari alicuius. Lucret. lib. 4. 73.
Gaudia falſa imitari. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 1.
Imitatur ſermones hominis turdus. Plin. lib. 10. cap. 42. 4.
Voces alicuius imitari Propert. lib. 1. eleg. 12 1.
Imitari, pro Simulare. Tacit. lib. 1, Quanquam mœſtitiam imitarentur contumaciæ propiores.

¶ Imitatus, pen. prod. (ἀπεικασθείς) Partic. paßiuè ſumptum. Cic. de Vniuerſitate, 9, Quũ autem ingreſſa eſt, imitata & effecta ſimulacra, bene agi putat ſi ſimilitudinem ueri conſequatur.

¶ Imitatio, Verbale (μίμησις, μίμημα) Cic. 14. Phil. 396, Excellentium ciuium uirtutem imitatione dignam, nõ inuidia putarent.

De imitatione, conſule Quintilianum lib. 10. cap. 2.
Callidißima ſimplicitatis imitatio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 41.

¶ Imitator, pen. pro. (μιμητὴς, ſuæwtὴς) Aliud uerbale. Mart. lib. 1. 123, Si quis erit recti cuſtos, imitator honeſti. Cic. 3. de Leg. 45, Etenim tantum mali eſt peccare principes (quanquam eſt magnum hoc per ſeipſum malum) quantum illud, quòd permulti imitatores principum exiſtunt.

Maiorum imitator. Cic. 3. Philip. 128.
Imitator & narrator facetus. Cic. 3. de Orat. 121.
Doctus imitator. Horat. de Arte, 65.

¶ Imitatrix, pen. prod. (μιμητὶς) Verbale fœm. Cicero 1. de Legib. 70, Penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni uoluptas.

¶ Imitabilis, & hoc imitabile, pen. corr. (μιμητὸς) Quod quis poteſt imitari. Cicero in Orat. 42, Nam orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.

Decipit exemplar uitijs imitabile. Horat. 1. epiſt. 20. 4.

¶ Imitabilior, Comparatiuum. Plin. lib. 37. cap. 8, Neq; eſt imitabilior alia mendacio uitri. De ſmaragdo loquitur.

¶ Imitamen, pen prod. imitaminis, n. g. (μίμημα) Verbale: ut, Priſci facti imitamina. Ouid. 4. Faſt. 42.

¶ Imitamentum, Aliud uerbale (μίμημα) Idem Gellius. libro 7. cap. 5, Quaſi Oreſtis amplexus oppleuit omnia, non ſimulacris, neq; imitamentis, ſed luctu atq; lamentis ueris & ſpirantibus.

Imitamenta doloris. Tacit. lib. 3.
Triſtitiæ imitamenta. Tacit. lib. 13.

Immaculo] immacul.as, penult. cor. immaculãre, Idem quod ſimplex Maculo, niſi ſi quid augmẽti addat præpoſitio. Firmicius lib. 4. cap. 16, Vt diſciplinæ huius ſecreta nullus inuidiæ liuor immaculet. Idem lib. 6. cap. 3, Notis quibuſdam totum corpus immaculant, aut albis uarietatibus dedecorant.

Immadeo] immades, pen. corr. immadui (διαύνομαι) immadere, Madidum eſſe. Plin. lib. 17. cap. 5. 5, Quum à ſiccitate continua immaduit imbre.

Genæ immaduerunt lachrymis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8. 7.
Terra immaduit. Ouid. 6. Metam. 80. Plin. lib. 20. cap. 22. 4, Semen ac radix quum immaduere muſto, conteruntur.

Immanis] & hoc immane, pen. prod. (ἄγριος, ἀπηνὴς, θηριώδης) Minimè bonũ, nocens & ferũ. Virg. lib. 4. Georg.

Immanem ante pedes hydrum moritura puella, &c.

Cic. de Rep. lib. 4, Quid Perieta ſenſit, ut loquitur, eſt homo impurus: ſin aliter, quod malo, oratio eſt tamẽ immanis. Idem ad Quin. fratrem, libro 1. 1. 41, Quòd ſi te ſors Afris, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet, immanibus ac barbaris nationibus, &c.

Immane & Manſuetum contraria. Cic. 1. de Inuent. 4.
Importuna & immanis natura. Cic. 3. Verr. 5. Idem de Aruſp. reſp. 3, Videbam illud ſcelus tam importunũ, audaciam tam immanem adoleſcentis furentis.



Acta immania. Ouid. 2. Triſt. 67.
Ambitus immanis. Cic. Quint. frat. lib. 2. 16. 9.
Armenta immania. Virg. 4. Georg. 79.
Immanis belua. Cic. 7. Verr. 85.
Cœptis immanibus effera. Virg. 4. Aeneid. 129.
Duritia immanis patientiam imitatur. Cic. in Partit. 43.
Fera immanis. Ouid. 8. Metam. 85.
Immanis ac fera & barbara gens. Cic. 1. Tuſc. 47.
Gloria immanis falſi. Stat. 5. Sylu. 3. 27.
Immanis & ferus hoſtis. Cic. Verr. 36.
Ingenium immane ſcelerum. Claud. 2. in Ruff. 29.
Nefas immane. Virg. 6. Aeneid. 125.
Quæſtus immanes. Cic. 5. Philipp. 171.
Scelus immane. Lucret. lib. 5. 24.
Vitium immane. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.
Immanißimus quiſq; uoluptatem ſequitur. Cic. in Partit. 48.
Animo immanis. Ouid. 8. Metam. 117.
Scelere ante alios immanior omnes. Virg. 1. Aeneid. 71.
Immane, ingens, magnum, inquit Feſtus. Virg. 1. Aeneid. 4,

—poſuitq; immania templa.

Antrum immane. Virg. 6. Aeneid. 2.
Corpus immane. Virg. 3. Aeneid. 85.
Argentum immane. Stat. 6. Thebaid. 42.
Membra immania. Ouid. 12. Metam. 102.
Moles immanis. Virg. 9. Aeneid. 107.
Immanis numerus annorum. Varro 3. de Reruſt. cap. 1. 3.
Immanis pecunia. Cic. pro Roſc. Com. ordo, 13.
Immane pondus Plin. lib. 17. cap. 10 13.
Vulnera immania. Stat. 5. Thebaid 6.
Immanis, pro Ingẽti, & in laudem accipitur. Ouid. 9. Met. 50,

Nam quanquam ipſius datis hoc immanibus actis,
Obligor ipſe tamen.

Immania ſaxa à Virgilio 5. Aeneid. 15. dicuntur pro aſperis & horrendis.
Immane, Fœdum. Accius Andromeda, Immane te habet tẽplum obuallatum oßibus. Nonius.
Immane dictu. Saluſt. de Rep. ord. ad Cæſarem.
Immane, pro Immane dictu, uel incredibile dictu. Horatius 1. Carmode 27. 1, Vino & lucernis Medus acinaces.

Immane quãtum diſcrepat. Saluſt. libro 2, Immane quantum animi exarſere.

¶ Immanitas, pen. corr. f. g. (ἀπήνεια, ἀγριότης) Sæuitia. Cic. de Amic. 73, Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, congreſſus ut hominum fugiat, atque oderit. &c. Idem 1. Offic. 183, Quo eſt deteſtabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni ſcelere patriam.

Ferarum immanitas Senec. Medea, 6. 6.
Immanitas, eſt exceſſus fortitudinis, & ueluti ſtupor aduerſus tormenta. Cic. in Partit. 43, Nam & prudentiam malitia, temperantiam immanitas in uoluptatibus aſpernandis. Gellius lib. 11. cap. 5. utitur. Budæus.
Immanitas barbara. Cic. 2. Tuſc. 33. Ex poeta.
Immanitas uerborum. Cic. 4. de Finib. 40.
Immanitas pretij. Plinius libro 35. cap. 11. 26, Nec ullius in pictura uelocior manus fuit: artis uerò tantum, ut immanitate pretij antecederet celeberrimos eadem ætate imaginũ pictores. Ex uetuſto codice nunc legimus, Vt multũ manipretio antecederet, &c.

Immanſuetus] penult. prod. (ἀνήμερος) contrariũ Manſueto. Cicero 1. de Legibus, 36, Ipſisq; in hominibus nulla gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non etiam ſi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum ſciat.

Ingenium immanſuetum & ferum. Ouid. 15. Metam. 17.

Immans-

Immanſuetiſſimus. Ouid. epiſt. 17. 8,
At tu de rapidis immanſuetiſſime uentis, &c. ad Boream.
Immarcẽſco] immarceſcis (σηπομαι) immarceſcere, Corrumpi. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 7,
Nempe immarceſcunt epulæ ſine fine petitæ, &c.
Immaturus] pen. prod. Adiectiuum (πρόωρος, ἄωρος) Non maturus: et propriè de fructibus aut frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur. Plin. lib. 2. cap. 13. 3, Quo appareret aut aliud eſſe, aut colligi immaturum.
Immaturus amor. Liuius 1. ab Vrbe, 109.
Immaturum conſilium, Quod ante tempus datur. Liuius 2. bell. Pun. 162.
Filius immaturus obit. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 12.
Iter immaturum mortis. Propert. lib. 3. eleg. 7. 1.
Immatura mors, Qua quis ante conſtitutum uitæ tempus, & confectã ætatẽ ſenio eripitur ac moritur. Cic. 2. Philip. 122. Idem de claris Orat. 64, Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ Latinæq; literæ fecerunt.
¶ Immaturitas, pen. corr. immaturitatis (ἀωρία) ut apud Suetonium in Auguſto, immaturitas ſponſarum quæ nondum coniugio aptæ erant.
Immaturitas, per translationem. Cic. pro Quint. 55, Quid hæc feſtimatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat?
¶ Immaturè, penult. prod. Aduerbium, Ante tempus. Paulus in l. ſi abſente. ff. de uſufruct. Syluam cæduam etiamſi intem peſtiuè cæſa ſit, in fructu eſſe conſtat, ſicut oliua immaturè lecta, ut fœnum immaturè cæſum, in fructu eſt.
Immediatè] pen. prod. Aduerbium (ἀμέσως) Citò ac celeriter. Gell. lib. 20. cap. 10, Iniuriosè & immediatè, ac propè etiam ſubruſticè, ex ipſo loco ac tempore hybernarum uigiliarum, Atticas noctes inſcripſimus.
Immedicabilis] & immedicabile, pen. corr. (ἀθεράπευτος, ἀνίατος) Quod ſanari non poteſt medicaminibus. Ouid. 2. Metamorphoſ. 82,
Vtq; malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere.
Vlcus immedicabilis. Silius libro 1. 30.
Malum immedicabile. Ouid. 2. Metam. 166.
Telum immedicabile. Virg. 12. Aeneid. 70.
Immeio] immeis, imminxi, immictum, immeiere. Perſ. Sat. ult. ad finem,
Quum moroſa uago ſingultiet inguine uena,
Patritiæ immeiat uuluæ. Hoc eſt, ſemen quaſi urinam effundat in uuluam nobilis puellæ.
Immemor] pen. corr. immemoris, pen. etiam corr. om gen. (ἀμνήμων) Qui non meminit. Genitiuo iungitur aliquando. Terent. And. 3. 1. 19, Num immemor es diſcipli? Cic. de claris Orat. 115, Magna hæc immemoris ingenij ſigna. Idẽ ad Atticum, libro 4. 75. 4, In alia incidi, non immemor iſtius mandati tui.
Meriti tanti non immemor unquam. Virg. 9. Aeneid. 53.
Oblitus & immemor. Cic. pro Sylla, 62.
Immemor beneficiũ, paſſiuè. Terent. And. 1. 1. 17, Iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Cuius nemo meminerit, inquit Donatus. Ego potius interpretarer, eius qui beneficij non meminit.
¶ Immemorabilis, & hoc immemorabile, pen. corr. (ἀμνημόνευτος) Cuius nulla debeat eſſe memoria. Plaut. Capt. 2. 56, Neq; ſpurcidici inſunt uerſus immemorabiles.
Spatium immemorabile: id eſt, maximum. Lucret. lib. 4. 39.
¶ Immemoratus, pen. prod. Adiectiuum (ἀμνημόνευτος)
Immemorata ferens: id eſt, noui aliquid apportans. Horat. 1. epiſtol. 20. 7.
Immenſus] Adiectiuum (ἄμετρος, ἄμετρος, ἀδέσφατος) Quod præ magnitudine menſurari non poteſt. Plin. lib. 8. cap. 28. 1, Quod perſequi immenſum eſt. Plin. Iunior epiſt. 157, Arduum, immenſum etiam tuo ingenio.
Immenſus eſt tractus quo ueniunt. Plin. lib. 10. cap. 23. 1.
Ex ingenti quodam oratorem, immenſoq; campo in exiguum gyrum compelli. Cic. 3. de Orat. 41.
Aer immenſus & infinitus. Cic. 1. de Nat. deor. 38.
Aeuum immenſum. Lucret. lib. 5. 245.
Clamorem immenſum tollit. Virg. 3. Aeneid. 134.
Cupido immenſa laudum. Virg. 6. Aeneid. 165.
Immenſa, infinita, immoderata cupiditas. Author ad Herennium, lib. 2. 68.
Dolor immenſus. Senec. Thebaid. 2. 7.
Finibus immenſus ingenij deſcribere aliquam artem. Cic. 1. de Orat. 107.
Fletus immenſus. Ouid. 10. Metam. 28.
Immenſa gula Saluſt. in Ciceronem, 3.
Immenſum iter. Liuius 1. bel. Pun. 107.
Labor immenſus Ouidius 1. Metam. 147.
Opes immenſæ. Ouidius 6. Metam. 37.
Mare immenſum. Cicero 1. Tuſc. 116.
Pondus immenſum Horat. 1. Serm. Satyr. 1 9.
Immenſæ quæſtionis eſt, utiq; ſi recipiatur poetica fabuloſitas. Plin. lib. 7. cap. 28. 1.
Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo. Id eſt, infinito. Cic. 1. de Diuinat. 19.
Terræ immenſæ. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 12.
Vorago uitiorum immenſa. Cic. 5. Verr. 18.
Immenſum terrarum imperio adiectum. Plin. lib. 18. cap. 3. 8. Subſtantiuum eſt, niſi ſubaudias ſpatium.
Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetna. Ouid. 2. Metam. 44.
Attolli immenſum. Tacit. lib. 5, Nuntiauere accolæ Euphratem nulla imbrium ui ſponte & immenſum attolli.
Vigere immenſum. Tacit. lib. 3.
Immenſo, ablatiuus. Plin. lib. 9. cap. 40. 1, Qui iſta mercantur immenſo. Sub. pretio.
Immenſo plus. Plin. lib. 20. cap. 9. 12, Sylueſtris ſiue erraticæ immenſo plus effectus laudat Cato. De braſſica.
¶ Immenſitas, pen. cor. immenſitatis (τὸ ἄμετρον) Infinitas. Cic. 3. de Nat. deor. 13.
Immeo] immeas (εἶμι) immeare, Idem quod Meare: niſi aliquid addat præpoſitio. Plin. lib. 8. cap. 25. 3, Itaq; & delphini immeantes Nilo, quorum dorſum, tanquam, &c.
¶ Immeans, Participium. Plin. lib. 11. cap. 39. 1, Setas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus.
Immerens] pen. corr. immerentis, om. gen. (ἀναίτιος) Qui non meritus eſt. Plin. epiſt. 9. lib. 3, Honeſtiſſimum credidi, non premere immerentem. Horat. 2. Carm. ode 13. 3,
Te triſte lignum, te caducum
In domini caput immerentis.
¶ Immerenter, Aduerbium (ἀναξίως) Valerius lib. 6. cap. 2, A Philippo rege temulento immerenter damnata.
¶ Immeritus, penult. corr. Adiectiuum, Idem quod Immerens. Plautus Aſin. 11. 18,
Cur tu obſecro immerito meo me morti dedere optas?
Premere immeritos. Ouid. 2. Triſt. 55.
Immerita gratia, Quæ non debetur illi cui refertur. Liuius 4. ab Vrbe, 56. Martialis libro 7. 31,
Et rapit immeritas ſordibus unctor opes.
¶ Immeritum, immeriti, Subſtantiuum, n. g. Plaut. Aſin. 12,
Cur tu obſecro immerito meo me morti dedere optas?
Hoc eſt nullo meo merito.
¶ Immeritò, pen. corr. Aduerbium: hoc eſt, indignè. Terent. Hecyra, 2. 1. 11,

*Meq; abs te immeritò esse accusatã postmodum rescisses.* Cic. 2. de Orat. 175, Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem, si immeritò, si misera.

¶ Immeritissimò, pen. corr. Superlatiuum aduerbiũ, teste Donato. Terent. Phorm. 2. 1. 60,

*Iam dudum te, omnes nos accusare audio*
*Immeritò, & me omnium horum immeritissimò.*

Immergo] *immergis, immersi, immersum, immergere* (ἐμβάπτω) Intus mergere, & ueluti in profundũ obruere. Virg. 3. Aeneid. 121, *–uastoq; immergite ponto.*

*Immergitur amnis.* Plin. lib. 4. cap. 11. 5.

*Immergere se aliquò*, pro Clàm & furtim intrare. Plaut. Rud. 10. 64.

*Immersit se aliquò in ganeum.* Plaut. Menæh. 16. 3.

*Immergere se in uoluptates.* Liu. 3. bell. Pun. 85.

*Immergere se penitus in consuetudinem alicuius blanditijs*, Se insinuare, & cõciliare sibi eius amorem. Cicero pro Cluentio, 26.

¶ Immersabilis, & immersabile, penult. corr. (ἐμβαπτὸς) Horat. 1. epist. 2. 5. de Vlysse,

*Aduersis rerum immersabilis undis.*

Immetatus] penult. prod. (ἀόριστος) Non metatus: à Metor metaris. Horat. 3. Carm. ode 24. 3,

*Viuunt & rigidi Getæ,*
*Immetata quibus iugera, &c.*

Immigro] *immigras*, pen. corr. (μετοικίζω, μετοικέω) immigrare, In domum aliquam habitandi gratia se conferre. Cicero 1. Tuscul. 91, Neque ea planè uidet animus, quum repentè in tam insolitum, tamq; perturbatum domiciliũ immigrauit. Idem 13. Philipp. 372, Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit.

Irruere, aut immigrare in locum aliquem. Cicero de claris Orat. 150, Sic tamen, ut ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres.

In suas ædes ex templis immigrare. Cic. pro Domo sua, 109.

Immigrauit auaritia & luxuria in Remp. Liu. 1. ab Vrbe, 7.

Immigrare in ingenium suum. Plaut. Mostel. 3. 37. Id est, pro animi sententia uiuere.

Immigrare in uestigia & sedes nobilium. Plin. in Paneg. 81.

Imminео] *immines*, penult. correp. imminui (ἐφεδρεύω, ἐνίσταμαι) imminere, ab In, & Maneo compositum, Instare, impendere significat. Cicero 1. Tuscul. 145, Mors quæ propter incertos casus quotidie imminet. Plinius epist. 119. b. lib. 6.

Impendere & imminere. Cicero pro Domo sua, 21, Impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.

Instare & imminere. Cæsar 1. bell. Ciuil. 306.

Imminent in fortunas nostras: id est, impendent & cogitant de inuadendis fortunis: uel, occasionem quærunt occupãdi fortunas. Cic. 7. Philipp. 230. Idẽ pro Domo sua, 37, Qui imminere iam capiditate uidentur in tribunitiam potestatem.

Imminebat in occasionẽ opprimendi ducis exercitusq;. Liu. 5. bell. Pun. 111.

Quæ imminent, non uidere: aut quæ uidemus, dissimulare. Cicero 1. in Catil. 21.

Imminet bellum ab Tarquinijs. Liu. 2. ab Vrbe, 12.

Imminere sibi putat periculum. Plin. in Paneg. 30.

Imminet his aer. Ouid. 1. Metam. non ita procul ab initio.

Imminere animis in propinquam spem. Liu. 10. bell. Pun. 128.

Imminere exitio alterius, Paratum esse ad exitium alteri inferendum. Ouidius 1. Metam. 30,

*Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.*

Imminent duo reges toti Asiæ. Cic. pro lege Manilia, 7.

Rebus imminere. Occasionẽ quærere occupandi imperij. Tacitus, Ferebatur Antæum & Ostorium imminere rebus: & sua Cæsariq; fata scrutari auaritia. Budæus.

Imperio imminere. Cic. pro Cornel. Bal. 27.

Imminere, pro Obseruare & captare. Liuius, Fama autem erat defectioni Campanorũ imminentes admoturos castra. Curtius, Imminensq; Dario, iter ad Euphratem pronũtiari iussit. Id est, Darium inuasurus, impeturus, aggredi festinãs. Budæus. Ibidem, lib. 5, Ipse currum sequebatur, occasioni imminens alloquendi eum.

Alieno imminere, pro Appetere rẽ alienã, dixit Sen. in epist. 2.

Emptioni. Tranquillus, Quẽ tamen, quòd imminere emptioni publicanos uidebat, liberto suo addixit.

Immines annotator cõuiuis, pro Astas et ades. Plin. in Pan. 80.

¶ Imminens, pen. corr. imminentis, particip. (ἐπιτάμενος) Cic. pro Domo sua, 12, Sed homo ad cædem imminens, meũ nomen operis ediderat.

Imminenti auaritia esse. Cic. 4. Verr. 93.

Gestus imminens. Cic. 2. de Orat. 124.

Imbres imminentes. Horat. 4. Carm. ode 26. 2.

Imminuo] Imminuis, imminui, imminutum, penult. prod. (ἐλαττόω, σμικρύνω) imminuere, Diminuere, Attenuare.

Dolor se imminuit. Ouid. epist. 21. 23.

Imminuere, & Amplificare, contraria. Cic. 4. Acad. 9.

Imminuere & immutare. Cic. pro lege Agrar. 32.

Imminuere authoritatem suam. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 8.

Violare atque imminuere ius & officium. Cicer. pro Sex. Rosc. 64.

Imminuere laudem alicuius. Cic. ad Dolabellam, in Epistolis ad Atticum, lib. 14. 315. 2.

Imminuere maiestatem Pop. Rom. Cic. lib. 2. de Orat. 89.

Imminuere pudicitiam uirginis, Violare & infringere. Plaut. Cist. 2. 79.

Imminuere summam, quod & Demere de summa dicitur. Cicero 5. Verr. 59.

Imminuere de uoluptate. Cic. 1. de Orat. 135.

Imminuere caput alteri, pro Cõminuere & confringere. Plautus Mostell. 4. 108.

¶ Imminutus, penult. prod. Participium (ἐλαττωμένος) ut, Imminuta libertas. Cic. pro lege Manilia, 6.

Attenuatum, atque imminutum bellum expectatione Pompeij. Cic. pro lege Manilia, 21.

Imminuta atq; debilitata cupiditas. Cic. 12. Phil. 323.

Imminuta uirtus. Cic. Attico, lib. 1. 11. 16. Sic ad eundem, lib. 3. 66. 4, Imminuta constantia.

¶ Imminutio, Verbale (ἐλάττωσις) Cic. 5. de Finib. 85, Nam si prauitatem imminutionemq; corporis propter se fugiendam putamus, &c.

Dignitatis imminutio. Cic. Pulchro, lib. 3. 8. 6.

Immiscео] *immisces, immiscui, immistum*, uel immixtum, (ἐμμίγνυμι) immiscere, Idem quod Miscere: nisi quid accipiat uehemẽtiæ ab ipsa compositione. Liu. 3. ab Vrbe, 208, Et immisti turbæ militum togati, &c. Sic, libro 10. 137, Immistus turmæ.

Immiscere se alicui bello. Liu. 5. ab Vrbe.

Immiscere se colloquijs. Liu. 1. bell. Pun. 119.

Immiscere se cum aliquo. Liu. lib. 5. Decad. 5.

Armis medijs se immiscuit. Virg. 11. Aeneid. 163.

*Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni.* Virgil. 1. Georgic. 90.

Spiritus immistus nebulis. Senec. Troade, 5. 2.

Nocti se immiscuit atræ. Virg. 4. Aeneid. 114.

Immiscere se rei alienæ culpa est, ait Pompon. de Verb. signific.

Summis immiscuit ima. Ouid. 7. Metam. 56.

Immi-

Digitized by Google

Immiſerabilis] pen. corr. Adiectiuũ (ἀνοικτὸς) qui nullius miſericordia ſubleuatur: ut, Pubes captiua immiſerabilis. Horat. 3. Carm. ode 5. 4.

Immiſericors] pen. corr. om. gen. (ἀνηλεὴς, ἀνιλήμων) Sine miſericordia. Cic. 2. de Inuent. 202, Ipſum immiſericordem, ſuperbum fuiſſe.

¶Immiſericordia (τὸ νηλεὲς) Liu. 7. bell. Maced. 2, Plus ira quàm immiſericordia, in cauſa eorũ ualebat: quia nõ ut hoſtibus, &c. In uetuſtioribus codicibus legitur, miſericordia.

¶Immiſericorditer, pen. corr. aduerbium (ἀνηλεῶς) Terent. Adelph. 4. 5. 29, —factum à uobis duriter, Immiſericorditerq;.

Immitis] & hoc immite, penul. prod. om. gen. (ἀμείλιχος, ἀνήμερος) Aſper, ſæuus, crudelis. Virg. 1. Aeneid. 7.
—immitis Achilli. Suet. de Tib. Cæſare, cap. 29, Aſper & immitis, &c.

Immite & turbidum cælum. Plin. epiſt. 107. a.

Corda immitia. Silius lib. 4. 163.

Dolor immitis. Senec. Octauiæ, 2. 4.

Edictum immite & minax. Ouid. 2. Triſt. 27.

Facta immitia. Ouid. 2. de Arte, 38.

Immite pectus. Catul. Argonaut. 59. 28.

Immite pelagus, Procelloſum. Apul. Erat enim turbidũ & immite pelagus.

Immitia poma, Cruda & immatura. Plinius, Immitia adhuc & cruda poma.

Reſcriptum immite, Tacitus lib. 5, Vua immitis, Id eſt, acerba, immatura, Horat. 2. Carm. ode 5. 2. Vulnera immitia, Ouidius de Nuce, 14.

Immitto] immittis, immiſi, penult. prod. immiſſum (οἴνημι, ἐφίημι, ἐμβάλλω, ἐπαφίημι) immittere, Notæ ſignificationis Plin. epiſt. 157. a, Dices immiſſa terris noua flumina.

Lentum filis immittitur aurum. Ouid. 6. Metam. 14.

Immittere ad. Cic. 5. Verr. 77, Segeſtem itẽ ad immunẽ ciuitatem Venerius Symmachus Decumanus immittitur.

Immittere ad ſpoliandum. Cic. 6. Verr. 90.

Immittere aliquos in bona alterius, uel in Rempublicam. Cicero 3. Verr. 101, Idem Attico, lib. 11. 16.

Immittere in forum ſicarios. Cicero pro Seſtio, 67. Et ad Atticum, lib. 14. 306. 2, Seruiq; et egentes in tecta noſtra cum facibus immiſi. Hic ſignificat. Cum pernicie mittere, ſtimulare, urgere, incitare.

Immittere ſe in medios hoſtes, Irruere & ſeſe prorumpere. Cicero 1. Tuſc. 189. Rurſus pro Fonteio, 32, Qui ſe armatus ſæpe in hoſtium manum multitudinemq; immiſerit.

Immittere ſe in uoluptates, pro Immergere Liu. lib. 3. bel. Pun.

Corpus immittere in undas. Ouid. epiſt. 2. 27.

Immittere dolorem. Cic. 3. de Nat. deor. 131.

Immittere equũ ad legionẽ. Galba ad Ciceronem, lib. 10. 30. 8.

Immittere iniuriam in aliquem. Cic. in Parad. 35.

Immittere perturbationes. Cic. 3. Tuſc. 43.

Immittere aliquid in aures ſuas. Plaut. Epid. 7. 15. Idem Capt. 11. 17, Ne tu quod fabuletur, in aureis immittas tuas. Id eſt, ne auſcultaueris quod dicit.

Immittere, pro eo quod uulgò Subornare aliquem dicimus. Sallust. Alij Tarquiniũ à Cicerone immiſſum dicebãt, ne Craſſus ſuſcepto malorum patrocinio, Remp. turbaret.

Immittere rudentes, Funes nauium extendere & apparare ad nauigandum. Plin. epiſt, 157. a.

In flumen publicum immittere. Vlpianus in l. unica. ff. ne quid in flumine publico, inue ripa eius fiat, ait Prætor: in flumine publico, inue ripa eius facere, aut in id flumen ripámue eius immittere, quo aliter aqua fluat, quàm priore æſtate fluxit, ueto.

Immittere uitem ad uuas pariendas. Varro libro 1. de Re ruſt. cap. 31. 2.

Immittere, eſt tigna uel trabes ædificij eò extendere, ubi requiſcãt, ſiue in pariete communi, ſiue in proprio. Labolenus in l. malum. ff. de uerb. ſignif.

¶Immiſſus, Participium (σύριγξ) ut, Canes immiſſi cerui. Virg. 3. Georg. 74.

Immiſſa barba, pro Prominenti & longa. Virg. 3. Aeneid. 118.

¶Immiſſio, Verbale (σύνοια) Cic. de Senec. 49, Sarmentorũq; ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immiſſio.

Immo] ſeu potius (μᾶλλον δὲ, μαλλονμὲν) Imò, Coniũctio: quæ apud ueteres ſignificabat Prorſus, quaſi ex infimo. Nunc uerò ſignificat Quin potius. Varro, Non humanitas, immò ſæuitia eſt lædere innocentẽ. Terent. Adelph. 5. 3. 55,
Cum prima luce ibo hinc. M. immò de nocte cenſeo.
Plaut. Amphit. 4. 196, (bi eſt
Quod apud haſce à deis negotiũ eſt tibi? S. immò quod ti-

Immò, ſecundo loco poſitum. Plaut. Milite, 20. 57, Scies immò hodie meum factũ, ſaxo pòſt dices magis. Plin. epiſt. 44. a.

Immo. Terent. And. 1. 1. 2,
Nempe ut curentur rectè hæc. S. 1. immo aliud. Videtur immo exponendum eſſe per Non & ſed: ut, Immo aliud, id eſt, non iſtud uolo quod dicis: ſed aliud uolo.

Immò certè. Terent. Eunuch. 4. 7. 42,
—credin'? G. immo certè.

Immò enim. Terent. Phorm. 2. 2. 24,
Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert.
Idem Andr. 5. 1. 4,
Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi uitam filiæ.
S. Immo enim quam maximè abs te poſtulo, &c.
In his & ſimilibus uacat Enim, ſicut in Sed enim, Qui enim.

Immo enimuero. Terent. Eunuch. 2. 3. 37,
Incommodè hercle. C H. immo enimuero infœliciter.

Immo etiam. Terentius Andr. 4. 2. 25,
Verum uis dicam? D. immo etiam.

Immo etiam, pro eo quod barbarè dicitur, Sed quod plus eſt. Terent. And. 4. 1. 31,
——nec te quiuit hodie cogere illam ut duceres.
P. Immo etiam, quo tu minus ſcis ærumnas meas, &c.

Immo uerò. Cic. in Partit. Omnibúsne igitur ex his locis argumenta ſumemus? C. P. Immo uerò ſcrutabimur.

Immò, poſt negatiuã dictionẽ. Terent. And. 1. 2. 30, Qui hoc? intellextin'? an nondũ etiã ne hoc quidem? D. immo callidè.

Cauſa igitur non bona eſt? immo optima. Cic. Att. lib. 9. 175. 5.

Immobilis] & hoc immobile, pen. corr. (ἀκίνητος) Quod non poteſt moueri. Plinius lib. 11. cap. 37. 13, Aures homini tantum immobiles.

Immobilibus oculis contueri ſolem. Plin. lib. 7. cap. 2. 12.

Solo hæret immobilis. Virg. 7. Aeneid. 50.

Scopulis immobilior. Ouid. 13. Metam. 172.

Immoderatus] pen. prod. (ἄμετρος) Adiectiuum, contrarium Moderato, Intemperans, nimius, immodeſtus. Cic. ad Atticum, lib. 13. 283. 6, Alexandrum poſtquam rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe.

Immoderata intemperantia. Cic. 1. Acad. 55.

Immoderata mulier. Cic. pro Cælio, 41.

Immoderata oratio. Cic. in Orat. 115.

Immoderato potu atq; paſtu. Cic. 1. de Diuinat. 107.

Res immoderata cupido eſt. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 7.

Immoderata tempeſtas. Cic. pro Sex. Roſc. 77.

¶Immoderatio, Denominatiuum (ἀμετρία) ut, Efferri immoderatione uerborum. Cic. pro Sylla, 22.

¶Immoderatè, pen. prod. Aduerbium (ἀμέτρως) Non moderatè, extrà modum, immodicè,



Digitized by Google

Immoderatè facere. Cic. 2. Tusc. 55.
Immoderatè profusa uox. Cic. 2. de Nat. deor. 2. 23.
Immoderatè ferre res secundas. Cic. 1. Offi. 127.
Immoderatè & intemperatè uiuere. Cic. de Vniuersit. 51.
Immodestus] Adiectiuum (ἄμετρος, ἀνόλαστος, ἄφρων) Non temperatus, immoderatus. Terent. Heaut. 3. 3. 7, Vel heri in conuiuio quàm immodestus fuisti.
Immodesti mores. Plaut. Curc. 4. 45.
Profusum & immodestum iocandi genus, cui opponitur Ingenuum & facetum. Cic. 1. Offic. 145.
¶ Immodestia, immodestiæ (ἀφροσύνη, προπέτεια) Immoderatio, intemperãtia. Plaut. Amph. 4. 10, Hæc heri immodestia coegit me. Idẽ Merc. 3. 27, Incogitãtia, excors immodestia.
¶ Immodestè, Aduerbium (προπετῶς) Immoderatè. Liu. 2. belli Pun. 119, Immodicè immodesteq; gloriari.
Immodicus] pen corr. Adiect. (ἄμετρος) Multus & nimius. Colum. lib. 1. cap. 3, Suaq; lege C. Licinius damnatus est, quòd agri modum quem in magistratu rogatione tribunitia promulgauerat, immodica possidendi libidine trãscendisset. Sic, Plin. lib. 9. cap. 30. 3, Assiduitate furti immodici.
Amore immodico uictus. Ouid 2. Fast. 117.
Frigus immodicum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1 3.
Labor immodicus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 5.
Immodica oratio, Nimiũ lõga ut fastidiũ pariat. Plin. epist. 181.
Rixæ immodicæ. Horat. 1. Carm. ode 13. 2.
Immodici, Plures. Martial. lib. 2. 89,
Atriaq; immodicis arctat imaginibus.
Immodicus libidinis, Nimia libidinis cupiditate ductus. Colum. lib. 7. cap. 6. 2.
Iræ immodicus. Stat. 1. Theb. 9.
Lætitiæ immodicus. Tacit. lib. 15.
Mœroris immodicus. Tacit. lib. 15.
¶ Immodicè, pen. corr. Aduerbium (ἀμέτρως) Nimis uel intemperatè. Colum. lib. 2. cap. 16. 2, Magisq; conducere agricolæ frequenter id potius quàm immodicè facere.
Immodicè ferre aliquẽ easum, pro Immoderatè. Cic. 4. Tusc. 61.
Immodulatus] Adiectiuum (ἀνιπάνλητος) pro Aspero: ut, Poemata immodulata. Horatius de Arte poetica, 14.
Immolitus] Adiectiuum, penultima producta (σύντυπτος) Idem quod Aedificatus. Liuius 9. bel. Maced. 183, Aquã publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt: & quæ in loca publica inædificata, immolitaúe priuati habebant, intra dies triginta demoliti sunt.
Immolo] immolas, pen. corr. (θύω, ἐπιθύω, ἱεροφαντέω) immolare, Sacrificare, & quasi mola inspergere: ex In, & Mola. Festus, Immolare, est mola, id est, farre molito, & sale hostiam fusam sacrificare. Virg. lib. 12. Aeneid. 90,
– Pallas te hoc uulnere, Pallas
Immolat. Cic. 2. de Diuinatione, 56, Quid quã plurib. dijs immolatur, qui tandẽ euenit ut litetur alijs, alijs nõ litetur?
Agno immolato aram spargere. Horat. 4. Carm. ode 11. 2.
Libidinosus immolabitur caper. Horat. Epod. 10. 5.
Immolare homines. Cic. pro Fonteio, 18.
Immolare hostias. Cic. 3. Tusc. 105.
¶ Immolator, pen. prod. Verbale (ἐπιθύτης) Qui immolat & sacrificat. Cic. 2. de Diuinat. 53, Hæc decessio capitis, aut accessio, subitóne fieri potest, ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent?
¶ Immolatio, Aliud uerbale fœminium (ἐνιθυσις) Cic. 1. de Diuinat. 195.
Immorior] συναποθνήσκω, à quo Immortuus, Idem significat quod Mortuus. Plinius libro 29. cap. 4. 16, Nam quũ immortuus est in uino. De stellione. Cicer. ad Attic. lib. 1. 9. 6, De immortuis reliquijs coniurationis.
Immori, cum datiuo. Plin. lib. 7. cap. 43. 4, Quod dissimulauerit, & supremo somno eius (cui immortuus quodammodo est) credamus ab uno illo inuidiam gloria uictam.
Fortiter Euxinis immoriemur aquis. Ouid. 3. de Põto, eleg. 7. 8.
Ferro immori. Senec. Herc. Oetheo, 7. 26.
Hastæ immoritur. Valer. 6. Argonaut. 114.
Studijs immori. Horat. 1. epist. 7. 17.
¶ Immortuus, Nondum mortuus. Cic. ad Attic. lib. 1. 9, De immortuis reliquijs coniurationis. Hoc est, non planè mortuis, sed rediuiuis, et quotidie pullulãtibus: perinde quasi excisa sit arbor, non prorsus euulsa.
Immoror] pen. corr. immoraris (ἐγχρονίζω, ἐμμένω) immorari, Moram trahere. Colum. lib. 8. cap. 5. 10, Incubantibus autem gallinis iuxtà ponendus est cibus, ut saturæ studiosius nidis immorentur.
Immorari honestis cogitationibus, Versari, diu & multũ tẽporis insumere in cogitatione rerũ honestarum. Plin. epist. 8.
Terrenis immorari. Quintil lib. 2. cap. 16. 4.
Immortalis] & hoc immortale, pen. prod. (ἀθάνατος, ἄμβροτος, ἀνήρατος) Terent. Eunuch. 2. 2. 1, Dij immortales, homini homo quid præstat?
Immortales atq; beati, id est, diui. Lucret. lib. 5. 24.
Mortalis & Immortalis, contraria. Cic. 1. Off. 168.
Animi omnium immortales, sed fortium bonorũ diuini. Cic. 2. de Legibus 45.
Aeuum immortale. Lucret. lib. 1. 12.
Deus immortalis. Horat. de Arte poetica, 94.
Immortalia facinora, Immortalia opera, Quæ nullo tempore sunt intermoritura. Plaut. Mostel. 9. 81. Liu. 1. ab Vrbe, 65.
Herbæ immortales. Claud. de Nuptijs Honorij, 32.
Immortalis memoria. Cic. pro Corn. Balbo.
Mens immortalis. Lucret. lib. 3. 123.
Mors immortalis. Lucret. lib. 178.
Quæstus immortalis. Cic. in Pisonem, 21.
Tributa immortalia. Tacit. lib. 20.
¶ Immortalitas, pen. corr. immortalitatis (ἀθανασία) Cic. de Amic. 9, Nisi enim (quod ille minimè putabat) immortalitatem optare uellet, &c. Terent. And. 5. 5. 4,
– nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio interceserit.
Cedit nulla re nisi immortalitate cælestibus beata uita. Cic. 2. de Nat. deor. 230.
Commendare immortalitati. Vide Commendo.
Non est lugenda mors quam immortalitas consequatur. Cicero de Senectute, 67.
Aeternitatem & immortalitatem, nõ unius diei gratulationem alicui donare. Cic. in Pisonem, 4.
Mandare aliquid immortalitati. Cicero pro Domo sua, 60. Vide Mãdo.
Memoria immortalitatis memoriam aliquorum prosequi. Cic. 2. Philipp. 53.
Reddere immortalem alicuius memoriam. Cic. 2. Off. 5.
Immortalitatis esse & Aetatis, contraria, Cic. 4. Phil. 154.
Tradere immortalitati scripta alicuius. Cic. 3. de Orat. 34.
¶ Immortale, pro Immortaliter: ut, Flos immortale uirens. Valer. 7. Argonaut. 73.
¶ Immortaliter, pen. corr. Aduerbium (ἀθανάτως) Perpetuò. Cic. ad Qu. frat. 3. 17. 13, Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.
Immortuus] Vide Immorior.
Immotus] pen. prod. Adiectiuũ (ἀκίνητος, ἀτρεμὲς) à Moueo, Quod non mouetur. Virg. lib. 3. Georg.
– sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit.

Fides

*Fides immota.* Valer. 3. Argon. 121.
*Lumina immota tenere.* Virg. 4. Aeneid. 67.
*Mens immota manet.* Virg. 4. Aeneid. 90.
*Fixum, immotumq; animo sedet.* Virg. 4. Aeneid. 3.

**Immugio]** *immugis, pen. prod. immugiui uel immugij, immugitum* (ἐμμυκάομαι) *immugire,* Idem quod *Mugire,* & *sonitum qualem boues emittere solent, edere.* Virg. 3. Aeneid. 134, —*curuisq; immugit Aetna cauernis.*

*Mare totum immugit.* Senec. Hipp. 10. 8.
*Mœsto immugit regia luctu.* Virg. 11. Aeneid. 8.

**Immulgeo]** *immulges, immulsi uel immulxi, immulsum uel immulctum* (ἀναμέλγω) *immulgere,* Mulgendo & *sugendo, lac ex mammis exprimere.* Plin. lib. 28. cap. 7. 3, Item *mammarum collectionibus cum thure, oculo ab ictu cruore suffuso, & in dolore, aut epiphoris, si immulgeatur, plurimum prodest.* De *lacte.* Virg. 11. Aeneid. 37,

—*& lacte ferino*
Nutribat, teneris *immulgens hubera labris.*

**Immundus]** Adiectiuum (ἀκάθαρτος) *Impurus, Impolitus.* Terent. Heaut. 2. 3. 54,

—*panis obsita,* Neglecta, *immunda illuuie.*

*Contactu immundo fœdant omnia.* Virg. 3. Aeneid. 46.
*Fimus immundus.* Virg. 5. Aeneid. 66.
*Immundæ fortunæ.* Plaut. Cistel. 2. 105, *Immundas fortunas meas æquum est squalorem sequi.*
*Immundus homo, Sordidus, inquinatus.* Plaut. Mostel. 3. 17,

Homo indiligens cum pigra familia,
*Immundus, instrenuus.*

*Immundus lapsus.* Plin. lib. 14. cap. 19. 1, *Aut supernè deciduo immundi re lapsu aliquo polluto.*
*Pauperies immunda.* Horat. 2. epist. 2. 40.
*Immunda segnities.* Colum. lib. 9. cap. 5. 2, *Sues immundi.* Virgil. 1. Georg. 80.
*Nil immundius hoc, nihil est immundius illo.* Cat. de Aemyl. 92.

¶ *Immunditia* (ἀκαθαρσία)

**Immunis]** & *hoc immune, pen. prod.* (ἀτελής, ἀνεισφόρος, ἀφορολόγητος) Dicitur, *ut ait Festus, qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico: Qui uel ætate uel alio priuilegio præstare munia non tenetur.* Virg. 4. Georg. 49,

*Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus.*

*Immunis non est uirtus: id est, non est otiosa, semper aliquid agit.* Cic. de Amic. 46, Non est enim inhumana uirtus, neque *immunis,* neque superba, quæ etiam populos uniuersos tueri, eisq; optimè consulere soleat.

*Immunis & uectigalis, contraria.* Cic. 3. Off. 65, *Melius hi quã nos, qui piratas immunes, socios uectigales habemus.*
*Agri immunes.* Cic. 2. Phil. 60.
*Immunes agros, liberosq; arare.* Cic. 4. Verr. 120.
*Immunes & liberæ ciuitates,* Quæ nullum uectigal pendunt. Cic. 5. Verr. 11, Quinq; præterea sine fœdere *immunes* ciuitates ac liberæ, Centuripina, Halesina, &c.
*Immunis,* cum genitiuo. Ouid. 3. Metam. 1,

Nullum passa iugum, curuiq; *immunis* aratri.

*Belli immunis.* Virg. 12. Aeneid. 113.
*Boni alicuius immunis: id est, expers.* Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 13.
*Immunis huius mali: hoc est,* Suspicione uacans aut carens. Ouid. lib. 8. Metam. 139,

—*uobis immunibus huius*
Esse mali dabitur.

*Manus immunis: id est, innoxia.* Horat. 3. Carm. ode 23. 4. *Id est, à sceleribus pura.* Porphyr.
*Operum immunes famulæ.* Ouid. 4. Metam. 1.
*Scelerum immunis.* Stat. 5. Theb. 25.
*Immunis,* cũ ablatiuo: *ut, Immunis militia.* Liu. 1. ab Vrbe, 189. Plin. lib. 17. cap. 24. 9, *Caprificus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. Id est, caret malis prædictis, non imaresfit, non sentit tabem.*
*Conditione commodiore sunt prædia immunia, quàm illa quæ pensitant.* Cic. 3. de lege Agr. 6.
*Metu immunis.* Senec. Hipp. 10. 13.
*Immunis,* Improbũ aliquando significat, authore Festo. Plaut.
*Immune est facinus. Ego existimarim legendũ & apud Festum & apud Plautum immanis, per a primam uocalem.*

¶ *Immunitas, pen. corr.* (ἀτέλεια, ἐφοδία) Exemptio, & uacatio munerum & onerum. Cic. 1. Philip. 2, *Num immunitates datæ? Idem* 2. Philip. 93, Ne quæ posti Idus Martias *immunitatis* tabula, neue cuius quam beneficij figeretur.
*Immunitas & libertas alicuius prouinciæ.* Cic. pro Fonteio, 15.
*Dare immunitatem.* Cic. ad Cæsium, lib. 12. epist. 1. 5.
*Munerum immunitatem alicui dare.* Cic. 4. Acad. 215.
*Habere immunitatem.* Vide Habeo.

¶ *Immunificus, pen. corr.* Adiectiuũ (ἀνοσίουργος) Plaut. Trinum. 6. 68, —*cini*
Immunifico scis quid cãtari solet, Quod habes ne habeas.

**Immunitus]** Adiectiuũ, pen. prod. (ἀνοίμωκτος) Non munitus. Cic. pro Cecinna, 39, Si uia sit *immunita,* iubet qui uelit agere iumentum.
*Immunita castella.* Liu. 2. bel. Pun 48.
*Vrbs immunita.* Ouid. 10. Metam. 34.

**Immurmuro]** *immurmuras, pen. corr.* (εἰσμορμύρω) *immurmurare: ut,* Agmen totum *immurmurat.* Ouid. 3. Metamorph. 130.

*Sub lingua immurmurare aliquid.* Persius Satyr. 2. 1.
*Syluis immurmurat* Auster. Virg. 4. Georg. 53.

**Immusculus]** Immussulus (φίνις) Ales ex genere aquilarũ est, *sed minorum uirium quàm aquila: quæ uolucris rarò & non ferè præter quàm uere apparet: quia æstum, algoremq; metuit. Appellatur autem ita, quòd subitò & inexpectata se immittat.* Hactenus Festus. ex cuius uerbis, non immusculus, sed immissulus scribendum potius uidetur: siue immussulus: nã ab immittendo deducit. Plin. lib. 10. cap. 7. 1, Sanqualem auẽ atq; *immussulum* augures Romani in magna quæstione habent. *Immussulum* aliqui uulturis pullum arbitrantur esse, & sanqualem *obsifragæ.* Hic Plinius uocare uidetur *immussulum* auem, quam Festus *immusculum* uocat, & *obsifragam.*

**Immutesco]** *immutescis, immutui* (πωφόομαι) *immutescere,* Mutũ fieri, tacere. Quintil. lib. 10. cap. 3, Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne *immutescamus* alioqui.
*Ruptis immutuit ore querelis.* Stat. 5. Theb. 109.

**Immuto]** *immutas, penultima producta* (σκαλεύω) *immutare,* Idem quod *mutare, siue aliud pro alio dare.* Plautus Epid. 13. 40,

—*hìc sunt quadraginta minæ.*
Si quid erit dubium, *immutabo.* Idem Milit. 8. 22.

*Immutare se, uel immutari.* Plautus Trucul. 6. 57. Terentius Phorm. 1. 4. 30, *non possum immutarier.* Idem And. 1. 6. 7, *Id mutauit, quoniam me immutatum uidet.*
*Conuerti & immutari.* Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 85.
*Alienare à se aliquẽ, et se illi immutare.* Cic. Licinio, lib. 5. 8. 4.
*Immutari ex amore.* Terent. Eun. 2. 19.
*Immutari imperio.* Cic. de Amic. 49.
*Mouere & immutare.* Cic. 2. de Diuinat. 133.
*De institutis priorum immutat successor aliquid.* Cicer. pro Flac. 26.
*Figuram alicuius immutare.* Ouid. 7. Metam. 147.
*Immutatur ingenium ex ætate.* Terẽt. And. 1. 5. 40. Plaut. Curcul. 3. 54, —*neq; ueto, neq; iubeo, quando te*

Video

Digitized by Google

Video immutatis moribus esse here, atq; ingenio.
Immutare ingenium moribus. Plaut. Trinum. 4.28.
Immutare mores. Cic. 2. de Leg. 62.
Immutare se in re aliqua. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 36.
Sensus immutare. Lucret. lib. 5. 284.
Ad literam uerbum immutare. Cic. 2. de Orat. 138.
Immutare uestitum. Plaut. Amph. 9. 6.
Immutare uoluntatem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 2.
Immutare uultum. Terent. Hecyra, 3. 3. 9.
¶ Immutatus, pen. prod. Participium (ἀναλλαγμένος) Sueton. in Claudio, Suppostos, aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos.
Immutata forma. Terent. Heaut. 2. 4. 10.
Immutatis literis. Cic. 2. de Nat. deor. 96. Sic, apud eundem in Orat. 124, Verborum ordinem immuta.
Voluntas immutata. Cic. in Philippicis, Suspicionem multis attulit immutatæ uoluntatis.
¶ Immutabilis, & hoc immutabile, pen. corr. (ἀμετάβλητος, ἀμετάβολος, ἀμετάπτωτος, ἄτρεπτος) Quod nullo modo mouetur ac flectitur. Cic. 2. Acad. 43, Quam interdum eandem necessitatem appellant: quia nihil aliter possit atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.
Pondus immutabile adest uerbis sanctis. Stat. 1. Theb. 43.
¶ Immutabilitas, pen. corr. immutabilitatis (ἀτρεψία) Cicero de Fato, 26, Sed in factis immutabilitatẽ apparere, in futuris quibusdam, &c.
¶ Immutabiliter, pen. corr. Aduerbium. Celsus, l. 99. quidquid. ff. de uerborum obligat. Si immutabiliter uerum fuit, te capitolium non ascendisse.
¶ Immutatio, uerbale (ἀναλλαγή) Cicero 2. de Legib. 63, Negat enim mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum.
Immutatio ordinis. Cic. 3. de Orat. 96.
Translatio & immutatio. Cicero in Orator. 51, Et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores.
Imo] Vide Immo.
Imola] φόρος κορνηλίου, Vrbs in Aemilia, quæ olim Forum Cornelij dicebatur, Ptolemæo lib. 3. cap. 1.
Impacatus] pen. prod. Adiectiuum (ἀνήλατος) Non pacatus. Virg. 3. Georg. 81,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Odia impacata. Claud. 2. in Eutrop. 43.
Impactio, Impactus] Vide Impingo.
Impages] impagis, pen. prod. fœm. gen. (ἁρμογμα) Festus, Impages dicuntur quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant: à pangendo, id est, figendo. Vnde poetæ pangere uersus dicuntur, & agricolæ pangere plantas, id est, infigere.
Impalleo] impalles, impallui (ἀχριάω) impallere: Idem quod Pallere. Stat. 6. Thebaid. 161,
Euentu impalluit ipse secundo.
Impancro] impancras, impancrâre, est inuadere, uerbum à Græco tractum, quasi πᾶν κρέας consumere. Varro Ecclesiam, in regiam aream impancrarunt. Nonius.
Impar] imparis, pen. corr. om. gen. ablatiuo impari, & aliquando impare, metri causa (πρίωτος, ἀνάρτιος) Virgil. in Pharmaceutria —numero deus impare gaudet.
Impar, Non par, sed inæquale. Virg. 4. Georg. 49,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Vbi Seruius, Imparibus armis, Inæquali consilio: nam apes laborantes consumit.
Impar beneuolentia. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 12.
Certamen impar. Ouid. 11. Metam. 32.
Fata imparia. Virg. 12. Aeneid. 30.
Fortuna est impar animo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 25.
Interuallis imparibus coniungi, & pro rata portione distingui. Cic. in Somn. Scip. 17.
Impar numerus. Cic. 4. Acad. 63.
Imparia numero oua. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 9.
¶ Impariter, pen. corr. Aduerbium (ἀνάρτιως) ut, Versus impariter iuncti. Horat. de Arte poetica, 15.
Imparatus] pen. prod. Adiectiuum (ἄσκευος) Notæ significationis. Cic. 3. Tuscul. 52.
Ne me imparatum cura laceraret repens. Ex Euripide. Terentius Phorm. 2. 1. 84,
Vt ne imparatus sim quum adueniat Phormio.
Paratus, & imparatus contraria. Cic. pro Milone, 31.
Imparatus arma sumpsit. Cic. 1. Tusc. 136.
Imparati cum à militibus, tum à pecunia. Cic. Att. lib. 7. 134. 4.
Imparatissimus omnibus rebus. Cæsar 1. belli Ciuil. 121.
Imparatus semper aggredi ad dicendum uidebatur Antonius. Cic. de claris Orat. 72.
In malis imparatus. Cic. Att. lib. 9. 176. 3.
Longum est imparatis breue tempus. Cic. 3. Philip. 124.
Inermem & imparatum aliquem gladijs adoriri. Cic. pro Sestio, 68.
Pectus non imparatum ærumnis. Senec. Hipp. 10. 1.
Imparens] pen. prod. Imparentis, om. gen. (ἀπόπατος) Non parens, siue obediens. Festus.
Impartio] Vide Impertio.
Impasco] Impascis, impaui, pen. prod. impastum (ἐντρέφω) impascere, uel Impascor, impasceris, impasci, Idem quod Pascere, siue pasci. Colum. lib. 6. cap. 5. 2, In ea loca perducendi sunt, quibus nullũ impascitur pecus. Idem lib. 2. cap. 18. 1.
¶ Impastus, Participium à Pascor passiuo (ἄτροφος) Non pastus. Virg. 9 Aeneid. 25,
Impastus, ceu plena leo per ouilia turbans, &c.
Turba impasta luporum. Silius lib. 7. 26.
Impatibilis] & hoc impatibile, pen. corr. (ἀπαθὴς) Quod ferri non potest siue tolerari. Plaut. Amph. 15. 21, Cladeíq; exantlarem impatibiles.
Impatibilis cruciatus, Impatibilis dolor. Plin. lib. 25. cap. 5. 20.
Impatibilis morbus, Intolerabilis. Plin. lib. 20. cap. 10. 5.
Impatibilis pœna. Cic. 2. de Finib.
Impatibilis ualetudo. Plin. 10. cap. 18. 4.
Impatiens] impatientior, impatientissimus (ἀτλήμων) Nullius laboris aut doloris patiens. Iungitur genitiuo. Plinius libro 8. cap. 10. 1, Iidem impatientes frigoris. De elephantis.
Impatiens uetustatis. Plin. lib. 21. cap. 16. 4.
Impatiens tarditatis. Plin. lib. 10. cap. 62. 1.
Animus impatiens, & non tractabilis. Ouid. 1. de Remed. amor. 25.
Impatientissimum frigorum pisum. Plin. lib. 8. cap. 12. 4.
Impatientiores hyemis intubi. Plin. lib. 19. cap. 8. 5.
Iræ impatiens. Ouid. 13. Metam. 1.
Mollis & laboris impatiens. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 2.
Viæ impatiens. Ouid. 6. Metam. 65.
¶ Impatientia, impatientiæ (ἀτλησία) Plinius lib. 11. cap. 23. 1, Fieri autem primò papiliones paruos nudosq;, mox frigorum impatientia uillis inhorrescere.
¶ Impatienter, Aduerbium (ἀτλημόνως) Aegrè & molestè. Plin. epist. 7. lib. 2, Amaui, consummatissimum iuuenem tam ardenter, quàm nunc impatienter requiro.
¶ Impassibilis, pen. corr. Adiectiuum. Qui non est passioni obnoxius. Irenæus.
Impauidus] pen. corr. Adiectiuum (ἄφοβος) Qui nihil timet.

Digitized by Google

met. Plin. lib. 28. cap. 19. 12, Et pellis asinina iniecta impauidos infantes facit.
Ianitor impauidus. Stat. 6. Theb. 100. de Cerbero.
Impauidum pectus. Liu. 1. bel. Pun. 108.
Impauidus somni. Silius lib. 7.
Impauidus frangit telum. Virg. 12. Aen. 2.
Sui impauidus. Claud. de pijs fratribus, 42. 3.
¶ Impauidè, pen. cor. Aduerbium (ἀφόβως) Audacter, Intrepidè. Liuius 10. bel. Pun. 69, Nec locuta est ferocius, quàm acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impauidè hausit.
Impeccabilis] & hoc impeccabile, penultima correpta (ἀναμαρτητος) Quod peccare non potest. Gellius lib. 17. capite 19, Is erit pleraq; impeccabilis, uitamq; uiuet tranquillissimam.
Impecto] impectis, impectere, uetus uerbum, uerberare. Varro, Itaq; impectĕtes à se eijciunt fucos. Sic, pectere pro impetere & uerberare à comicis sæpe legitur. Quid si potius impectantes legas, pro pectere & uerberare cupientes, desiderandi forma, uel frequentandi pro sæpe pectentes atque pugnantes. Nam ut fictum pro fixo à Varrone dicitur, & à ueteribus Grammaticis obseruatur, quidni pectum pro pexum ab eodem dicetur, à quo pecto, pectas: quum præsertim pro pexus pectitus à Columella dicatur. Sic à Lego lecto dixit Horatius, à scribo scripto. Quidam insectantes legunt, quod non est ineptum, sed uetus lectio est impectantes. Turnebus.
Impedio] impedis, pen. corr. impediui, impeditum (ἐμποδίζω, ἀναποδίζω, ἀναχαιτίζω, κωλύω) impedire, Implicare, inuoluere, ac propriè de pedibus dicitur, sed ad alia transfertur. Terent. And. 3. 5. 11, —uiden' me tuis consilijs
Miserum impeditum esse? Plaut. Ruden. 2. 37,
Sed dum alios seruat, se impediuit.
Impedire se & implicare. Cic. 4. Verr. 29. Vide Implico.
Impedire, & Expedire, contraria. Cic. pro Rab. Posth. 15, Sapientis est, quum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.
Impediri & Adiuuari, contraria. Cic. de claris Orat. 2.
Impediri in re aliqua. Cæs. 1. bel. Gal. 145.
Impediri & alligari in re aliqua. Cic. ad Attic. lib. 9. 169. 1.
Impediuit ipsus sese in plagas. Id est, irretiuit, & sese retib. implicuit. Plaut. Milit. 21. 11.
Equitatum alicuius impedire. Cæs. 2. bel. Gal. 293.
Impeditum impedire. Cic. Dolabellæ, in epist. ad Attic. lib. 15. 328. 7, Stultissimis interrogationibus aliquorũ causam impedire. Cic. de Aruisp. resp. 1.
Mentem dolore impedire. Cic. pro Cælio, 48.
Impedire cornua nouis sertis. Ouid. 2. Metam. 174.
Impediunt curæ. Terent. And. 1. 5. 25.
Impedire iter. Cic. ad Att. lib. 8. 162. 2. Cæsar 1. bel. Ciuil. 99, Impedire exitus.
Nauigationem impedit uentus. Cæs. 5. bel. Gal. 26.
Impedire nuptijs aliquem. Terent. Phorm. 2. 4. 2.
Impedire & tardare profectionem alicuius. Cic. Cæs. lib. 7. 5. 3.
Impedire uxorem alterius impudicitia. Plaut. Amph. 16. 13.
Impedire, Obstare ne quid fiat, impedimento esse. Plin. epistol. 262, Vereor enim ne in alterutram partem ignorantia lapsus, aut illicita confirmem, aut necessaria impediam.
Perturbare & impedire rationem belli prope iam explicatam. Cic. de Prouinc. Consul. 29.
Impedire quo minus. Cic. de Sene. 56, Nec ætas impedit, quo minus & cæterarum rerum & in primis agri colendi studia teneamus, usq; ad ultimum tempus senectutis.
Impedire ne. Cic. de Fato, Casus quidam ne facerem, impediuit.
Nihil impedio. Cic. 1. Off. 4.
Nihil impedit quo minus. Cic. 1. de Finib. 52.
Quæ obstant & impediunt remouere. Cicero 4. Acad. 40.
Impedire ab. Plin. libro 10. capit. 63. 10. Non impedit partus quasdam ab opere. De equabus loquitur.
Ab delectatione omni negotio impediri. Cicero pro Murena, 37.
Lachrymæ, dolorq; impediunt loqui. Ouid. 9. Metam. 66.
Impedire amplexu ali uem. Ouid. 2. Metam. 87.
Impediri fletu. Cic. ad Atticum, lib. 3. 50. 3.
Impedior liuore. Brutus ad Cic. lib. 11. 10. 2.
Malis domesticis impediri. Cic. pro Sestio, 84.
Impediri ætate & morbo. Cic. 5. Verr. 51. Et, 1. de Fin. 89.
Impediri negligentia, studijs, occupationibúsue. Cicero 1. Officiorum, 41.
Impediri occupatione. Vide Occupo.
Pudore impediri. Cic. 4. de Fin. 3.
Impediri religione, Detineri, arceri. Sulpit. ad Ciceronem, lib. 4. 12. 9. Cæsar 5. bel. Gall. 23, Partim quòd insuetus nauigandi mare timeret, partim quòd religionibus sese diceret impediri. Cic. 6. Verr. 108.
Impediri uinculis. Cic. 1. de Diuinat. 180.
Frænis impediuntur equi, id est, frænantur. Ouidius 2. Fasto. 148.
¶ Impeditus, penul. prod. (ἐμπόδιστος) Nomen ex participio: ut, Impeditissimæ syluæ. Cæsar 8, bel. Gal. 67.
Animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus. Cicero pro Cælio, 36.
Iter impeditum. Stat. 4. Sylu. 3. 7.
Impedita nomina apud Ciceronem sunt, quæ non sunt expedita. Vide Expedita nomina.
Impeditior pugna. Liu. 4. bel. Pun. 68.
Impedita studia. Plin. epist. 150.
Tempora Reipublicæ impedita. Cic. in Pisonem, 2.
Irretitus, impeditus, constrictus, quibus opponitur Promptus. Cic. pro Milone, 40, Quid minus promptum ad pugnam, quàm penula irretitus, rheda impeditus, uxore penè constrictus esset?
Vinctus, constrictus, & impeditus. Cic. de Aruisp. respon. 20.
Impeditissimus ad iter faciendum. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 13. 5.
Occupatũ impeditũq; hunc amores tenent. Cic. pro Cælio, 35.
¶ Impeditio, Verbale (ἐμποδισμὸς) Detentio, occupatio. Cicero 1. de Diuinat. 188, Viget enim animus in somnijs, liberq; sensibus ab omni impeditione curarum iacente & penè mortuo corpore.
¶ Impedimentum (ἐμπόδιον) Aliud uerbale, Dicitur quo quis impeditur, ut non perficiat quod cupit. Terentius Andr. 4. 2. 24,
Proinde hinc uos amolimini: nam mihi impedimento estis.
Inferre moram & impedimentum alicui. Cicer. 1. de Inuent. 18.
Legitimum impedimentum. Vide Lex.
Impedimentum pati. Plin. epist. 12. lib. 2. Vide Patior.
Esse impedimento. Cicero pro Corn. Bal. 14. Et ad Attic. libro 10. 108. 4, Superabat impedimenta naturæ, diligentia, industriaq; Demosthenes. Cic. 1. de Orat. 136.
Impedimenta, in exercitu, dicũtur res quæ conducuntur in expeditione necessariæ. Et non solum sarcinæ, sed etiam iumenta, impedimenta dicuntur, ut docet Frontinus in libro Stratagematon, scribens fuisse interfecta à Petreio impedimenta in magna aquarum & pabuli inopia. Curtius Magno consilio iacturam sarcinarum, impedimentorumq; contempsit.



Digitized by Google

Cæsar 1. bel. Gal. 100, Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. Cic. 6. Verr. 19, Etiam erat inimica improborum, quæ C. Catonis illius, qui Consul fuit, impedimenta retinuit.

Impedo] impedas, pen. cor. (ἐμποδίω) impedare, Pedaminibus sustinere. Col. lib. 4. cap. 16. 2. Quum mensem tricesimũ excesserit, posita uinea, id est, tertio autumno, uehementioribus catuminibus statim impedanda est. Vnde impedata uitis ab eodem dicta, quæ pedamentis fulta est.

Impello] impellis, impuli, pen. cor. impulsum (ὠθέω, ὠθίζω, ἐλαύνω, ὁρμάω, παροξύνω, ἄτοσω) impellere, Inducere, incitare uel urgere, præsertim magna ui. Virgil. 4. Aeneid. 119,

Ferte citi flammas, date uela, impellite remos. Cic. pro Cluent. 55, Præcipitantẽ igitur impellamus, inquit, & perditum prosternamus.

Impellere atq; hortari, pro incitare aliquem ad aliquam artẽ. Cic. 1. de Orat. 62.

Impelli atq; incendi ad aliquid faciendum. Cic. de clar. Ora 10.

Impelli ut. Terent. And. 3. 2. 43,

Non impulit me hac omnino ut crederem. Cic. de Senect. 70.

Impellere ad scelus. Cic. pro Rosc. Amer. 23.

Ad nullam rem unquam impelletur. Cic. 4. Acad. 51.

Impellere seruum ad accusandum dominum. Cic. pro Deiot. 1.

Ad bellum barbaros impellere. Cic. pro Sylla, 27.

Ad facinus non uidetur hominem illum impulsura utilitas. Cic. Bruto, 6. 2.

Ad iniuriam faciendam animum alicuius impellere. Cicer. pro Flacc. 66.

Ad iram impellere. Horat. de Arte, 23.

Ad quoduis maleficium hominem impellit auaritia. Author ad Heren. lib. 2. 68.

Impellere in fraudem. Cic. pro Mil. 24.

Impelli in fugam. Cic. pro Rab. perduel. reo, 16.

Impellere in eam mentem. Cic. pro Milone, 68.

Impellere in sermonem. Cic. 2. de Orat. 167.

Impellere in spem. Cic. in Catil. 40.

Impellere in spem certißimam Consulatus. Cicer. ad Brutum, 10. 4.

Impellere animos in spem metumq;. Liu. 7. bel. Pun. 240.

Natura impellimur, ut prodesse uelimus quàm plurimis, in primisq; docendo, rationibusq; prudentiæ tradendis. Cicer. 3. de Finibus, 100.

Cuncta impellere pugna. Valer. 5. Argon. 133.

Impetus animorum impellere, & Reflectere, contraria. Cic. 2. de Orat. 171.

Sensus impellere. Lucret. lib. 4. 107.

Impellere uoluntatem quo uelis, & Vnde uelis deducere, contraria. Cic. 1. de Orat. 16.

Impellere plaustrum in terram. Cato cap. 5. 4. Plin. lib. 17. ca. 5. 2, Catonis uerba referens sic habet, Cato breuiter atq; ex suo more uitia determinat, Terram cariosam caue: néue plaustro, néue pecore impellas.

Impellere, Contorquere. Virg. 1. Aen.

——cauum conuersa cuspide montem Impulit in latus.

Quasi in rem quæ facilè cedit ictui, Seruius.

Zephyris impellentibus undas. Virg. 4. Georg. 61.

Impellere, Labefactare. Plin lib. 33. cap. 11. 10, Immenso & Achaicæ uictoriæ momento ad impellendos mores.

Impellere mugitibus auras. Ouid. 3. Metam. 2.

Impellere, Loco pellere. Liu. Impulsa frons prima, & trepidatio subsidijs illata.

¶ Impulsus, Participium (ἐλασμός &) Terent. And. 1. 1. 72,

——hæc fama impulsus Chremes, Vltrò ad me uenit.

Conscientia ad fatendum impulsus. Quint. lib. 5. cap. 13. 37.

Furijs impulsus. Virg. 10. Aen. 13.

Impulsa acies. Vide Acies.

Chordas tentauit impulsas pollice. Ouid. 10. Metam. 29.

Sagitta neruo impulsa per nubem. Virg. 12. Aen. 70.

Impulsum bellum. Lucan. lib. 5, ——nobis uictoria turbam Non dabit: impulsi tantũ quæ præmia belli Auferat. Trãslatio sumpta à calumuia, quæ quum semel concussa fuerit, facilè euertitur: Impulsi igitur: id est, præcipitis & quasi peracti. Bud. Cic. affectum bellum uocat.

¶ Impulsus, huius impulsus (ἔλασις, ὤθησις) Cic. 2. de Nat. deo. 46, Is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte mouetur. Cæs. 5. bel. Gal. 94, Ne ciuitas eorũ impulsu deficeret.

Impulsu tuo, suo, uestro: Hoc est, deductu & suasu, atq; hortationib. Cic. Pro Rosc. Amer. 6, Idem 3. Verr. 56, Impulsu tuo & tua crudelitate feciſſet.

Impulsu uestro loquor. Cic. 3. de Orat. 47.

Impulsu Pisonis Consulis. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 1.

Impulsus scutorum. Cic. pro Cecinna, 32.

Impulsu primo moueri. Cic. 1. Tusc. 85.

¶ Impulsio, Verbale (ἐλασία) Cic. 2. de Inuent. 133, Impulsio est quæ sine cogitatione per quandam effectionem animi facere aliquid hortatur: ut amor, iracundia, ægritudo, &c.

Inductio & impulsio in hilaritatem. Cic. 3. de Orat. 113.

¶ Impulsor, impulsoris (ὠθητὴς) Qui incitat & impellit ad aliquid faciendum. Terent. Eun. 5. 6. 18,

Here, ne me spectes, me impulsore hæc non fecit.

Suasor & impulsor profectionis meæ. Cicer. Attic. libro 16. 334. 3.

Impulsor atq; adiutor. Cic. de Prouinc. Cons. 14.

Impulstrix, ab impellendo Nonius dici probat eadem forma, qua constrix, curatrix, assestrix, &c.

Impendium] Impendiosus. Vide Impendo.

Impendeo] impendis, impendi, impensum (ἐπιπρέμαμαι) impendere, pen prod. Est aliquid supra caput (ut ait Valla) ueluti casurum pendere: ut, Nubes impendent. Cic. 1. de Fin. 91, Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalo, semper impendet. Idem 5. Tusc. 87.

Impendebat mons altißimus, ut facilè perpauci prohibere possent. Cæs. 1. bel. Gal. 22.

Impendere, per translationem. Cic. de Amic. 34, Hæc ita multa quasi fato impendere amicitijs: ut omnia subterfugere, non modò sapientiæ, sed etiam fœlicitatis diceret sibi uideri.

Impendere & imminuere. Cic. pro Domo sua, 21.

Adesse & impendere. Cic. ad Plancum, lib. 4. 14. 3.

Adesse atq; impendere mala uidentur. Cic. pro Quin. 26.

Quæ aderant iam & impendebant depellere. Cicero pro Milone, 57.

Impendere fatum aliquod, aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare. Cic. 2. in Catil. 32.

Quid illi impendeat, ex aliqua re suspicari. Cicer. pro Cluent. 52.

Acerbitas impendet omnibus. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 13.

Contentio impendet. Cic. Attic. lib. 2. 37. 4.

Magnæ impendent discordiæ. Cælius Cic. lib. 8. 14. 13.

Impendent formidines ab nostris magistris. Cicer. 7. Verr. 122.

Tanta malorum impendet (ἰλιὰς) Cicero Attico, lib. 15 5. 5.

Iudicia reliqua impendent, nondum est planè expeditum. Cic. Attic. lib. 4. 85. 12.

Impendent te mala. Terent. Phorm. 1. 4. 2.

A superis nulli impendent metus. Cicer. 1. de Natura deorum 66.

Impendet

Digitized by Google

Impendet procella Reip. Cic. de Aruſp. reſp. 3.
Infiniti ſumptus impendent in hos exercitus, quibus defendimur. Cic. Bruto, 18. 6.
Inuidiæ tempeſtas quanta nobis impendet. Cicero 1. in Catil. 16.
Impendet belli timor. Cic. Cælio, lib. 2. 10. 3.
Impendet negotium, Vrget, inſtat. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 6.
Impendet cura pectori meo. Plaut. Epid. 3. 32.
¶ Impendens, Particip. (ὑπερημένος) Plin. lib. 18. cap. 35. 2, Quinimo & harundinem nonniſi impendente pluuia ſeri iubent. Sic, Impendens dolor, Cic. 1. de Fin. 62.
Impendentium montium altitudines. Cicer. 2. de Natur. deorum 143.
Ruina impendens. Ouid. ad Liuiam, 73.
Impendo] Impendis, impendi, impenſum (ἀναλίσκω, ἀναλόω) impendere, pen. cor. In aliquam rem inſumere. Plin. epiſt. 249. In aquæ ductu domine, Nicomedenſes impenderunt HS. XXX. CCC. XXIX. qui imperfectus adhuc relictus.
Impendere de ſuo. Liu. 6. ab Vrbe, 69.
Biennium impendere alicui rei. Quint. ad Triphonem.
Curam impendere alicui rei. Col. in Præfat. lib. 1. 23.
Laborem impendere ſtudijs. Plin. epiſt. 49. f.
Impendere laborem in fœdere faciendo. Cic. 2. Verr. 41.
Opus impendere uerbis, pro Operam dare. Senec. epiſt. 76.
Operam impendere intra tectum. Col. lib. 12. cap. 1. 3.
Impendere duplicem operam. Varro 2. de Re ruſtic. cap. 11. 6. Vide Opera.
Pecuniam impendere in res aliquas. Cic. 6. Verr. 60.
Studia iuuenib. erudiendis impendere. Quint. in Proœm. libro 1. 1.
Sumptum impendere ad incertum caſum. Cic. 5. Verr. 195.
Tempus ſtudijs impendere. Plin. epiſt. 106. a. lib. 6.
Vitam impendere famæ. Stat. 5. Sylu. 1. 13.
Tota uolumina in diſputationem impendere. Quint. lib. 3. capite 6. 16.
¶ Impenſus, Particip. (ἀναλωμένος) ut, Impenſum pretiũ. Cic. ad Atticum, lib. 14. 309. 2, Scribis enim eſſe rumores, me ad lacum quod habeo uenditurum, minuſculam uerò uillam utiq; Quinto traditurum, uel impenſo pretio, quò introducatur, ut tibi Quint. filius dixerit, dotata Aquilia. Cæſar 4. bell. Gal. 469, Quinetiam iumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæq; impenſo parant pretio, Germani importatis non utuntur. Id eſt, ſoluto, ut quibuſdam placet. Alij magno interpretantur.
Ætas impenſas labori. Lucan. lib. 2. 11. 3.
Preces impenſæ, pro uehementibus, apud Suet. in Tiberio.
Libido impenſa. Lucret. lib. 5. 193.
Impenſa uoluptas, ut Propenſa. Prima eius oratio fuit excuſantis, quòd tanto minoribus copijs ipſe uenisſet, quàm pro opinione hominum, id ſuæ impenſæ erga eos uoluntatis maximum debere initium eſſe.
¶ Impenſus, Nomen ex participio (ἀναλωτὸς) Actus affluẽs, quaſi in quem multæ impenſæ fiunt. Plaut. Capt. 13. 37,
Væ miſero illi, cuius cibo iſte factus eſt impenſior.
Impenſus, Grauis, intolerabilis, moleſtus. Plautus Bacch. 7. 10, Pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil impenſius eſt.
Cura impenſior: Hoc eſt, maior, uehementior. Ouidius 2. Metamorph. 82.
¶ Impenſa, impenſæ (ἀναλώμα, χορηγία) Sumptus. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 5, Ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam. Cic. 5. Verr. 43, Magna impenſa.
Ingentes impenſæ. Vide Ingens.



Leuis impenſa. Ouid. 2. de Arte, 51.
Profundæ impenſæ. Claud. 3. Paneg. 45.
Cruoris impenſa. Ouid. 8. Metam. 14.
Impenſas agere in rem aliquam. Cice. in Oratione Antequam iret in exilium.
Ad impenſas angebatur regis animus. Vide Ango.
Impenſas facere. Cic. Antequam iret in exil.
Parcere impenſæ. Vide Parco.
Cœnarum impenſis uenari ſuffragia. Horat. 1. epiſt. 20. 8.
Impenſa, Beneficium. Martial. lib. 1. epigr. 4,
Impenſis uitam principis annumeres.
¶ Impenſè, Aduerbium (σφόδρα) Valde, admodũ. Plaut. Epid. 11. 38, Eſt impenſè improbus. Terent. Adel. 5. 9. 36, Impenſè cupere. Gell. lib. 18. cap. 18. cap. 7, Iulius Paulus poeta uir bonus, & rerum, literarumq; ueterum impenſè doctus. Terent. Eunuch. 3. 1. 23, Impenſè inuidere. Liu. 10. bel. Maced. 142, Impenſè regnum affectare.
¶ Impenſius (σφοδρότερον) Abundantius, huberius. Plin. lib. 6. epiſt. 90, Quo impẽſius rogo ut timori meo quotidie ſingulis, uel etiam binis epiſtolis cõſulas. Liu. 4. ab Vrbe, 197, Multo impenſius accendi.
Impenſius uxor. Catul. ad Lesbiam, epig. 67. 1.
¶ Impendium, impendij (ἀναλωτὸν) Idem ſignificat quod impenſa. Plin. epiſt. 78, Ego mihi curam tantum & impendiũ uendico. Idem epiſt. 234, Nunc Reip. Pruſenſium impẽdia, reditus, debitores excutio. Cic. de claris Orat. 8.
Sine impendio. Cic. pro Quintio, 7, Qui ab adoleſcẽtulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio.
Impendium, Pecunia quæ fœnori datur. Cic. ad Attic. lib. 6. 111. 9, Itaq; aut tutela cogito me abdicare, aut (ut pro Glabrione Scæuola) fœnus & impendium recuſare.
Conferre impendia in educationem. Quin. lib. 1. cap. 10. 17.
Deducere impendia ex dote. Neratius in l. quod dicitur. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis.
Ad aſſem impendium reddere. Vide Ad præpoſitionem.
Impendioſus, pen. prod. (ἀναλωτώδης) Qui plus æquo impendit, & conſumit quàm par eſt. Plaut. Bacch. 7. 12,
Nimio præſtat impendioſum te, quàm ingratum dicier.
¶ Impendio, Aduerbium intendendi (λίαν, πάνυ) Idem quod Impenſè, ualde, apprimè. Gel. li. 1. ca. 2, Sed loquacior impẽdiò & promptior. Idem lib. 11. cap. 18, Quoniam uidebantur impendio acerbiores.
Impendiò magis, pro Multò magis. Terent. Eun. 3. 5. 39,
—impendiò magis animus gaudebat mihi. Cic. Att. li. 10. 195. 13, At ille impendio nunc magis odit Senatum.
Impendio minus. Plaut. Aulul. 3. 18,
Atq; ille uerò minus minuſq; impendiò
Curare, minuſq; me impertire honoribus.
Impenetrale] pen. prod. (ἄδυτον) inquit Feſtus, cuius ultimum penetrale intrare non licet.
Impenetrabilis] & hoc impenetrabile, pen. cor. (ἀπέρατος) Quod penetrari non poteſt. Liu. 2. bel. Pun. 89, Et quũ auerſi, ac diuerſo late agmine à tam multis ſimul uenientib. haud ſanè impenetrabiles eſſent, in littus paſſim naues egerunt.
Armis impenetrabilis. Stat. 3. Theb. 3.
Mens impenetrabilis iræ. Silius lib. 17. 113.
Pudicitia impenetrabilis. Tacit. lib. 4.
Impenetrabilis ferro ſilex. Liu. 6. bel. Maced. 106.
Impenetrabile tergus ad. Plin. lib. 8. cap. 25. 7.
Venia impenetrabilis. Tacit. lib. 20.
Impennatas] ἀπτέρας, agnas in Saliari carmine ueteres pro ſpicis uſurparunt, quæ non habent ariſtas. agnas enim nouas uoluerunt intelligi, Feſtus.



Digitized by Google

Impensa] *impensæ*. Vide Impendo.

Impensibilis] *& hoc impensibile, pen. corr.* (ἀκατανόητος) *Idem quod inconsiderabilis. Gellius lib. 11. cap. 5, Omniumq; rerum fidem ueritatemq;, mistis confusisq; signis, ueri atque falsi, ita impensibilem uideri aiunt, ut quisquis homo est, &c. Alia exemplaria habent, incomprehensibilem.*

Impensus, Impensè] Vide Impendo.

Imperator] Imperatrix. Vide Impero.

Imperceptus] *Adiect.* (ἀκατάληπτος) *Gel. lib. 14. cap. 1, Minora maioribus imperceptiora.*

Impercito] συγγνῶθι. *Id est, parcito, futurum ab imperatiuo. Festus.*

Impercussus] *Adiectiuum* (ἄβλητος) *ut, Pedes impercussos mouere: id est, sine strepitu. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 11.*

Imperditus] *pen. cor.* (ἀνόλετος) *Aliud adiectiuum. Virg. 10. Aeneid. 28, Et uos ô Graijs imperdita corpora Teucri. Vbi Seruius, Imperdita corpora Graijs, Quos Græci perdere nequiuerunt.*

*Pectora imperdita. Stat. 3. Theb. 17.*

Imperfectus] *Adiect.* (ἀτελής, ἀκραντος) *Nondum absolutus & perfectus. Virg 8. Aen. 35,*

——*pars imperfecta manebat.*

*Opus imperfectum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 3.*

*Sermonis uerba imperfecta. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 14.*

Imperfossus] *Adiect.* (ἀκατόρυκτος) *Non perfossus. Ouid. 12. Metam. 100,*

—*manet imperfossus ab omni*
*Inq; cruentatus Ceneus Elateius ictu.*

Imperiosus] Vide Impero.

Imperitus] *pen. prod. Adiect.* (ἀνεπιστήμων, ἀμαθής) *Non expertus, inquit Donatus, Inscius, ignarus, rudis, indoctus. Plaut. Trinum. 10. 39,* —*pernoui*
*Equidem Lesbonice imperitum tuum ingeniū admodū.*
*Terentius Eunuch. 5. 2. 42,*
*Non adeò inhumano ingeniosum, Chærea,*
*Neq; tam imperia, ut quid amor ualeat, nesciam.*

*Imperitus & Callidus contraria, quemadmodum Rudis & Astutus. Cic. pro Rosc. Comœd. 12.*

*Imperitum, uulgus. Imperita multitudo. Cic. 3. Verr. 107. Plin. lib. 34. cap. 14. 9.*

*Imperitus & indoctus. Cic. in Partit. 49.*

*Imperitus rerum. Terent. And. 5. 4. 8.*

*Homo omnium rerum imperitus, quærit quid sit ad perpendiculum. Cicer. 3. Verr. 94. Idem 4. Tusculan. 112, Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimet. Ex uetusto poeta.*

*Imperitus expersq; linguæ Græcæ. Plin. lib. 29. cap. 17.*

*Imperitus ad eam rem. Plaut. Milit. 12. 45.*

¶ *Imperitia, imperitiæ* (ἀνεπιστημοσύνη, ἀμαθία) *Plinius libro 17. cap. 2. 10, Contra Circium serere imperitia existimatur.*

¶ *Imperitè, pen. prod.* (ἀμαθῶς) *imperitius, imperitissimè, Aduerbium, Indoctè. Cic. de claris Orator. 91, Dicebat enim L. Scipio non imperitè. Idem pro Corn. Balb. 15, Quid enim potuit dici imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? Ibidem 19, Sed quàm est illud imperitissimè dictum de populis fundis, quod cōmune liberorum est populorum, &c.*

Imperito, Imperium] Vide Impero.

Imperiuratus] *Adiect.* (ἀνόμοτος) *Non peieratus: ut, Amnis aquæ imperiuratæ, id est, Styx, per quam dij iurantes nūquam peierabant. Ouid. in Ibin, 16.*

Impero] *imperas, pen. cor.* (ἄρχειν, ἄρχω, ἀρχηγετέω, κελεύω, μέδω, προστάττω) *imperare, iubere. Dictum ab In intentiua particula, & paro, quasi statim paro, uel prorsus paro. Terent. And. 3. 2. 10, Non imperabat coram quid opus facto esset puerperæ. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 2, Sed tamen omnia mihi imperas.*

*Imperare, plus est quàm Iubere. Eunu. 2. 3. 97, Iubeo, cogo, atq; impero. Vbi Donatus, Euidenter ostendit plus esse Imperare, quàm iubere.*

*Imperare & Obedire, contraria. Cic. 2. Tusc. 83.*

*Imperare & Parere, contraria. Cic. 2. Tusc. 82.*

*Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, & qui modestè paret, uidetur, qui aliquādo imperet, dignus esse. Cice. 3. de Legib. 6.*

*Parcius imperare. Stat. 1. Sylu. 5. 9.*

*Imperare animo nequiui, quin prius quàm perirem, cur periturus essem, scirem. Liu. 4. bel. Maced. 117.*

*Aruis imperat agricola. Virgil. 1. Georgic. 20. Seruius, Aruis imperare, Id est, ut tantum ferant quantum desiderat agricola.*

*Cupiditatibus imperare, cui contrarium est Seruire cupiditatibus. Cic. de Amic. 69.*

*Dolori imperare, Vincere dolorem, & patienter ferre. Plin. epist. 172.*

*Omnibus gentibus & nationibus terra mariq; imperare. Cic. pro Lege Manilia, 39.*

*Fortiter imperat iræ. Ouid. 9. Metam. 6.*

*Excruciatum imperare alicui lachrymis. Plaut. Cistel. 2. 49.*

*Liberis imperare: Id est, regere liberos, inquit Donatus. Terēt. Adelph. 1. 1. 52,*

*Nobismetipsis ut imperemus quum præcipitur, hoc præcipitur ut ratio coerceat temeritatem. Cic. 2. Tusc. 83.*

*Sibi imperare. Terent. Eunuch. 2. 2. 21.*

*Imperare sibi silentium. Plin. lib. 28. cap. 6. 5.*

*Vrbi imperare. Lucan. lib. 2. 12.*

*Imperare tributum dicitur princeps, quando subditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributo, milites, & id genus. Plau. epid. 5. 44, At tributus quum imperatus est, negant pendi potesse. Sic imperare pecuniam. Cicer. 7. Ver. 43. & 4. 96. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 8, Sed neq; Cæsari imperari potest, nec Cæsar exercitui suo. Cic. pro leg. Agrar. Imperabitur aliquid muneris, non recusabunt.*

*Imperare arma. Cæsar 1. bel. Ciuil. 26.*

*Imperare equites ciuitatibus. Cæsar 6. bel. Gal. 13.*

*Pro portione aliquibus frumentum imperare. Cicero septima Ver. 44.*

*Frumentum in cellam. Cic. 1. Verr. 17.*

*Munus aliquod imperare. Cic. 7. Verr. 41.*

*Naues imperare. Cic. 7. Verr. 35.*

*Obsides imperare. Cic. pro Lege Manil. 25.*

*Imperare obsides ciuitatibus. Cæsar 7. bel. Gal. 249.*

*Pecuniam ad. Cic. 4, Verr. 95, Singulis Censoribus denarij trecenti ad statuam Prætoris imperati sunt.*

*Pecuniam in remiges imperare. Cic. pro Flacco 25.*

*Imperare cœnam famulo. Cic. pro Rosc. Amer. 36.*

*Imperare nuptias alicui. Quint. lib. 7. cap. 2. 11.*

*Imperare, pro Velle. Terent. And. 5. 2. 1, Animo iam nunc otioso esse impero. Vbi Donatus, Impero pro uolo. an ut statim fiat tanquam illud quod imperatur? Et impero dixit superbè. summum enim iudicium securitatis est superbia.*

*Imperor, pen. corr. Passiuum. Horat. 1. epist. 5. 5,*

*Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non*
*Inuitus. Ratum est.*

*Malo imperari, quàm eripi mortem mihi. Senec. Theb. 1. 21.*

¶ *Imperatus, pen. prod. Participium* (προσταχθείς) *Vnde*



Digitized by Google

Imperato ablatiuus, pro Quum, Imperatum esset.
Imperata facere. Cæsar 2. bel. Gal. 351.
Imperata facere datiuo iunctum. Liuius, Qui quum in pace essent, imperataq; prioribus Consulibus fecissent.
¶ Imperatiuè, Aduerbium, Vide precatiuus, Imprecor.
¶ Imperito, imperitas, pen. corr. (ἀρχηγετῶμαι) Imperitare, Frequent. Plaut. Capt. 5. 50,
Quod antehac pro iure imperitabam meo.
Imperitare, & Seruire, contraria. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 17,
Tu mihi qui imperitas, alijs seruis miser.
Equis imperitare. Horat. 1. Carm. ode 15. 5.
Reges magnis qui gentibus imperitarunt. Lucret. lib. 3. 209.
Magnis legionibus imperitare. Horat. 1. Serm. Sat. 6. 1.
Rem æquam imperito. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 38.
Imperitandi parum prudentes. Col. lib. 12. cap. 1. 6.
Imperitando seruiendoq; uicissim. Plin. lib. 6. cap. 29. 19.
¶ Imperator, pen. prod. imperatoris (βασιλεύς, αὐτοκράτωρ, στρατηγὸς, ἀρχηγὸς) Qui imperat. Plaut. Capt. 6. 57, Equidem, si perinde, ut ipse fui imperator familiæ, &c.
Imperatores, Ductores exercituum & præfecti copiarum militarium dicuntur apud historicos. Cicero pro Sexto Roscio 90, Solent hoc boni imperatores facere, quum prælium committunt: ut in eo loco fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent. Idem 4. Philip. 159, Sipontimus, Imperatores dicebantur, qui Senatus & Populi Romani iussu uel ductabant exercitus, uel prouincias administrabant, & singuli duos legatos habebant. Plinius lib. 7. cap. 26. 12. enumerans Pompeij laudes, Toties imperator ante quàm miles.
Imperator & administrator belli gerendi. Cic. 1. de Ora. 105.
Imperator & miles. Cic. 2. Tusc. 106.
Castrorum imperator, duxq; hostium. Cic. 1. in Catil. 3.
Victor & imperator omnium gentium Populus Romanus. Cicer. pro Domo sua, 70.
Bonus & fortis imperator. Cic. 2. de Orat. 101. & 149.
Exercitui præpositus est callidus & sapiens imperator. Cic. 1. de Inuent. 74.
Inuictissimus imperator. Cic. 6. Verr. 74.
In summo imperatore quatuor has res ineſſe oportere, scientiam rei militaris, uirtutem, authoritatem, fœlicitatem. Cic. pro lege Manil. 19.
Imperator uitæ & necis. Plin. lib. 29. cap. 1. 11. de medicis.
¶ Imperatrix, pen. prod. Imperatricis (βασίλισσα, ἡγεμονὶς) Cicer. pro Cælio, 53, Deinde fortes uiros ab imperatrice in insidijs atq; in præsidio balnearum locatos.
Imperatrix Italia. Plin. lib. 26. cap. 3. 5.
¶ Imperatorius, Adiect. (στρατηγικὸς, βασιλικὸς) Quod ad imperatorem pertinet: ut,
Imperatoria donatio. Cic. 5. Verr. 162.
Imperatorius labor. Cic. 2. Tusc. 106.
Imperatoria laus. Cic. 4. Acad. 3.
Imperatorium ius. Cic. 3. Verr. 38.
¶ Imperium, imperij (στρατηγία, βασιλεία, ἐπικράτεια, ἡγεμονία) Iussus & ueluti præceptum imperatoris. Virgil. 1. Aeneid. 12,
—tempestatesq; sonoras
Imperio premit, ac uinclis, & carcere frænat. Idē, Imperio læti parent. Satis pro imperio, quisquis es. Id est, imperiosè, Donatus. Terent. Phorm. 1. 4. 19.
Arbiter imperij. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 1.
Duritia imperij. Tacit. lib. 17.
Imperium facile in bonis. Plaut. Milit. 10. 17.
Lenia imperia. Horat. 1. epist. 19. 9.
Perseuerum imperium. Tacit. lib. 15.
Precarium seni imperium, & breui transiturum. Tacitus libro 17.
Restrictum imperium. Tacit. lib. 15.
Imperium est in te mihi. Hoc est, tibi imperare possum. Plaut. Menæh. 22. 40.
Imperium tuum est apud nos. Plaut. Milit. 16. 60. Hoc est, meminimus quid tu nobis imperaueris.
Abnuere imperium. Vide Abnuo.
Accipere imperia. Tacit. lib. 18. Vide Accipio.
Accipere imperium. Liuius, Perculsæ ciuitates minores imperium acceperunt. Impositio stipendio paruerunt.
Capessere imperia. Vide Capesso.
Imperium alicuius demutare. Plaut. Menæh. 17. 110,
Sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit,
Imperium tuum demutat, atq; edictum Apollinis? Id est, contra imperium tuum agit.
Detrectare imperium. Curtius lib. 9.
Eiurare imperium. Tacit. lib. 19.
Imperium exequi, pro Facere quod est imperatum. Plautus Amph. 4. 108.
Flectere durum mollibus imperijs. Horat. 1. Carm. ode 1. 1.
Frangere imperium. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.
Habere imperium in belluas. Terent. Eun. 3. 1. 25.
Negligere imperiū alicuius. Vide Negligo.
Obtem perare imperio alicuius. Vide Obtempero.
Parere imperio. Virg. 4. Aeneid. 60.
Rumpere imperium alicuius. Senec. Here. fur. 1. 16.
Rupto imperio. Tacit. lib. 13.
Imperijs alterius seruire. Plaut. Trinum. 6. 21.
Sub alicuius imperio esse. Terent. Heaut. 2. 2. 4.
Imperium, pro Dominio. Virg. 1. Aeneid. 59,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris.
Cic. 1. de lege Agr. 13, His insignibus, atq; insulis imperij uenditis, &c.
Inimicissimus huic imperio. Vide Inimicus.
Imperium sine fine. Virg. 1. Aen. 57.
Continens imperium. Vide Contineo.
Infinitum imperium. Vide Infinitus.
Labans imperium. Claud. de bello Get. 115.
Solenne imperium. Virg. 12. Aen. 39.
Abrogare imperium. Vide Abrogo.
Absistere imperio. Tacit. lib. 8. Vide Absisto.
Amittere imperium. Vide Amitto.
Consociare imperium. Vide Consocio.
Degustare imperium. Tacit. lib. 5.
Explere imperio triginta magnos orbes. Id est, regnare annos triginta. Virg. 1. Aen. 55.
Fulgens imperio Africæ. Horat. 3. Carm. ode 16. 7.
Mandata & cōmissa imperia. Vide Mando.
Fræna imperij moderari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 7.
Galliæ imperio potiri. Cæsar 1. bel. Gal. 8.
Regere imperium. Virg. 1. Aen. 69.
Aeternis imperijs res hominum regere. Virgilius 1. Aeneidos 48.
Terminare imperium Oceano. Virg. 1. Aeneid. 59.
Comitia imperij transigit. Tacit. lib. 17.
Imperium, Potestas. Vlpian. de iurisd. om. iud. Merum est imperium, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinoroſos, quod etiam potestas appellatur.
Consulare imperium. Vide Consul.
Duro imperio habitus populus. Tacit. lib. 12.
Dura imperia exercere. Virg. 2. Georg. 74.
Immutari imperio. Vide Immuto.
Inhibere imperium. Vide Inhibeo.



Digitized by Google

Regium imperium pati. Senec. Medea, 4.3.
Pati imperium. Vide Patior.
Imperium alicuius perferre. Cæs. 5. bel. Gal. 206.
Proferre imperium suum, id est, ostendere potentiam & uires suas, uel prorogare, dilatare, ampliare. Ouidius 5. Metam. 75. Tacit. lib. 1.
Summo in imperio esse. Cic. 2. de Finib. 107.
Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim à Popul. Rom. dabatur imperium. Cum potestate esse, dicebatur de eo qui à populo alicui negotio præficiebatur. Hæc Fest. Cicer. 6. Verr. 6, Quæ dico signa antequam abs te sublata sunt, nemo Messanam cum imperio uenit quin uiderit. Vide Cum.
Imperium, maius est quàm iurisdictio. Paulus in l. ea quæ magis. ff. ad municipales, Ea quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest.
Imperium apud iurisconsultos duplex est, Vlpianus in l. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Imperiũ aut merum aut mistum est. Merum imperiũ est, habere gladij potestatẽ ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mistum est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit: ut iurisdictio, iudicis dandi licentia.
¶ Imperiosus, pen. prod. Adiect. (ἐπικρατῶν) Qui imperium habet. Cic. in Orat. 65, Cognoscat etiam rerum gestarũ & memoriæ ueteris ordinem, maximè scilicet nostræ ciuitatis, sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium.
Imperiosa Dictatura. Liu. 7. ab Vrbe, 197.
Aequor imperiosius. Horat. 1. Carm. ode 14. 2.
Fames imperiosa. Ouid. ad Pisonem, 44.
Imperiosus, Qui nimis seuerè imperat, quasi ostentator imperij. Cic. 2. de Finib. 97, Vtrum tandem censes Torquate imperiosum illum, si, &c. Plaut. Asin. 9. 4, Nimis imperiosus est.
Imperiosus sibi, Qui sibi ipse imperat, qui uitæ suæ modum habet. Horat. 2. Ser. Sat. 7. 17, Quisnã igitur libet? sapiens, sibiq; imperiosus.
Coniux imperiosa. Ouid. in Ibin, 108.
Consul imperiosus. Cic. Post. red. in Senatu, 10.
Dura domina, imperiosa, uehemens cupiditas. Cicer. in Partic. 50.
Imperiosissima & superbissima familia. Liuius 9. ab Vrbe, 178.
Imperiosa inedia. Plin. lib. 29. cap. 1. 22.
Nimis imperiosi Philosophi est, uetare meminisse. Cic. 2. de Finibus, 166.
Vis imperiosissima. Quint. lib. 6. cap. 36.
Impermissus] Adiectiuum (ἀβέμιστος) Illicitus: ut, Gaudia impermissa. Id est, illiciti concubitus. Horat. 3. Carm. ode 6. 6.
Personalis] & hoc impersonale, pen. prod. (ἀπρόσωπος) Vox est à Grammaticis ficta, quibus uerbum impersonale dicitur, quod non habet personas. Vide Priscianum & alios Grammaticos.
¶ Impersonaliter penult. correp. Aduerbium. Florentinus in l. siue. ff. de stipul. seru. Siue mihi, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter dari seruus meus stipuletur, mihi acquiret.
Imperspicuus] Adiectiuum, Incognitus, dubius, non perspicuus. Plin. Iunior lib. 1. epist. Neq; enim minus imperspicua, incerta, fallaciaq; sunt iudicum ingenia, quàm tempestatũ terrarum terrarumq;.
Imperterritus] pen. cor. Adiect. (ἄτρεστος) Qui nulla re terretur. Virg. 10. Aen. 152,

—manet imperterritus ille.

Imperterritus equum impellebat. Silius lib. 7. 146.
Impertio] impertis, impertiui, impertitũ (μεταδίδωμι) Impertire, actiuum: uel Impertior deponens, Impendere, partem dare, communicare, participẽ facere: Ex In & Partior compositum.
Calorem impertire. Cic. 2. de Nat. deor. 40.
Diem festum alicui impertire. Cic. 4. Verr. 36.
Dolorem suum alicui impertire. Cic. 4. Verr. 59.
Fortunas alijs impertiri. Cic. de Amicitia, 61.
Laudem impertire. Cic. pro lege Manil. 13.
Prudentiam suam ad salutem alicuius impertire. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. 12.
Salutem impertire. Cic. ad Attic. lib. 2. 27. 5.
Studium Philosophiæ impertire. Cic. 5. de Fin. 10.
Tempus alicui rei impertire. Cic. Huic rei aliquid temporis impertias.
Aliquem honoribus impertire. Plaut. Aulul. 3. 19.
Aliquem malis impertire. Terent. Adel. 3. 2. 22.
Aliquem osculo impertire, Osculari. Suet. in Nerone, cap. 37.
Aliquem salute impertire, Salutare. Terent. Eun. 2. 2. 40.
Alterum rem aliquam impertire. Plaut. Milit. 5. 77,

—ut me imperti quod commentus es.

Alteri de re aliqua impertire. Cic. 2. Off. 77.
Impertiri, paßiuè. Cic. 3. in Cat. 58, Atq; etiam uiro forti Collegæ meo. C. Antonio laus impertitur. Sueto. in Claud. Cæsar. cap. 4, Nec dubium est quid post hæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo, præter auguralis sacerdotij, honore impertitum.
Imperturbatus] Adiect. (ἀτάραχτος) contrarium est Turbato. Plin. lib. 2. cap. 23. 1, Imperturbata lux.
Ore imperturbato bibere uenenum. Ouid. in Ibin, 113.
Imperuius] Adiect. (ἀδιάβατος) ut, Amnis imperuius, non uadosus. Ouid. 9. Metam. 22.
Freta imperuia. Valer. lib. 4. Argon. 142.
Itinera imperuia. Tacit. lib. 3.
Impesco] impescis impescere, Est (authore Festo) in Latam segetem, pascendi gratia immittere.
Impetigo] pen. prod. impetiginis, f. g. (λειχὴν) Fœdatio cutis, serpens cum pruritu, quam alij scabiem siccam, asperã, & prominentem intelligunt. Alij morbum similem scabiei squammosum, corpusq; dehonestantem. Ab impetu nomen deductum. Plin. lib. 23. cap. 7, Hyberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit.
¶ Impetiginosus, pen. prod. Qui impetigine laborat. Vlpian. in l. Põponius. ff. de Aedil. edict. Trebatius ait, impetiginosum morbosum non esse: si eo membro ubi impetigo est, eaquè rectè utatur.
Impeto] Impetis, pen. cor. impetiui, impetitum (ἐισβάλλω) impetere, Inuadere, adoriri. Apul. Iurgijs me oppido impetens. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 5, Itaq; impetentes à se ejiciunt fucos, quòd hi, &c.
Flammis & sagittis impetens Cupido. Seneca Hipp. 3. 1.
¶ Impetus, huius impetus, pen. cor. (εἰσβολὴ, ἐμβολὴ, ὁρμὴ, φορὰ, κατάφορὰ, ῥύμη) Inuasio cum tumultu: Plin. de Viris illust. 11, Quum Tarquinios in urbem restituere tentaret, & primo impetu Ianiculũ cepisset.
Impetus animi. Cic. ad Plancium, lib. 10. 5. 5, Vt tota mente, omniq; animi impetu in Remp. incumbas.
Impetus animi & uoluntas. Cic. 3. de Orat. 32.
Non rectus animi impetus est libido. Cic. 2. de Inuent. 243.
Incursio atq; impetus armorum. Cic. pro Cecinna, 33.
Famæ impetus. Tacit. in uita Agricolæ.
Libidinum. Cic. 1. de Finib. 71.

Pituitæ

Pituitæ. Celsus, Ante febrem si ex somno oculi caligant, aliquis impetus pituitæ timeri potest.
Acer impetus. Lucret. lib. 6. 26.
Non auspicati impetus. Horat. 3. Carm. ode 6. 2.
Cæcus animi impetus. Vide Cæcus.
Effrænus impetus. Senec. Agamemn. 12. 6.
Furentes ac uiolenti impetus. Cic. 2. de Arusp. resp. 33.
Naturalis impetus. Quint. lib. 1. cap. 3. 6.
Impetus repentinus. Cic. pro Rosc. Amer. 60.
Sæuus impetus. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.
Sceleratus impetus delendi imperij. Cic. pro Cælio, 10.
Violentus impetus. Senec. Theb. 2. 6.
Viuidus impetus. Horat. 4. Carm. ode 4. 2.
Locus abnuit impetum. Vide Abnuo.
Abstrahere ab impetu. Vide Abstraho.
Eunt equi quà impetus illos egit. Ouid. 2. Metam. 41.
Impetum & quandam commotionem animi affectionemq; suã uerbis & sententijs amplificare. Cic. 2. de Inuent. 134.
Impetum capere in aliquem. Plin. lib. 9. cap. 30. 2.
Colligare impetum furentis. Vide Colligo.
Comprimere impetum. Cic. de Arusp. resp. 3.
Continere impetum militum. Vide Contineo.
Conuertere impetum suum. Vide Conuerto.
Horribiles impetus hostium depreeari. Cic. pro Fonteio, 22.
Vasto impetu diruere aliquid. Horat. 4. Carm. ode 14. 7.
Dare impetum in aliquid. Tac. lib. 2.
Impetum dare, Adoriri, aggredi. Liu. 2. ab Vrbe, 82.
Impetum dare, pro Incitare. Quint. lib. 10. cap. 3.
Impetum excipere. Cæs. 1. bel. Gal. 223.
Feros impetus exuere. Seneca Thyeste, 2. 3.
Impetum facere, Inuadere & adoriri. Cicero pro Rosc. Amer. 34.
Impetum facere in agros inimicorum. Liu. 1. ab Vrbe, 19.
Impetum facere in bona & fortunas alicuius. Cic. 3. Verr. 64.
Impetum facere in tabulas. Cic. 6. Verr. 130.
Insanem impetum facere. Cic. pro Domo sua, 51.
Feruntur omni impetu ad uoluptatem belluæ. Cic. 1. Off. 147.
Prædonum impetus in tuas fortunas fieri nolo. Cicero Marc. lib. 4. 7. 14.
Frangere impetum alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 15.
Furit impetus Aetnæ. Lucret. lib. 2. 120.
Habere impetum. Quint. lib. 2. cap. 13. 6.
Habent suos impetus animalia. Cic. 2. Off. 14.
Animorum impetus implere. Cic. 2. de Orat. 171.
Incurrere cæco impetu in aliquem. Cic. 1. de Fin. 59.
Inhibere impetum. Seneca Medea, 6. 7.
Langueseit impetus famæ. Tacit. in uita Agricolæ.
Mollire impetum. Vide Mollio.
Moueri uertiq; impetum cæli admirabili cum celeritate uidemus. Cic. 2. de Nat. deor. 141.
Opprimi uiolentiæ impetu. Cic. Antequam iret in exilium, 8.
Percellere impetu aliquem, & irruere in eum. Cicer. pro Domo sua, 82.
Rapit impetus illuc Thesea magnanimũ. Stat. 12. Theb. 159.
Impetũ, tela, & incursum aliquorũ refugere. Cic. pro Cec. 16.
Reprimere impetum, ardoremq; restinguere. Cic. in Bruto.
Impetus Marcelli resederunt. Cælius Ciceroni, lib. 8. 2. 5.
Retardare animos & impetus alicuius. Cic. 1. Verr. 18.
Fuit impetus illi in medios rogos ire. Ouid. 11. Metam. 67.
Sumere impetum. Quint. lib. 10. cap. 3.
Sustinere impetum. Celsus lib. 2. cap. 15.
Impetu magis quodã animi uti quàm cogitatione. Cicer. Attic. lib. 11. 213. 1.
Impetus in oratione, pro Vi & contentione ac uehementia. Cicer. in Orat. 134, Aliter in ea nec impetus ullus, nec uis esse posßit. Et pro Deiot. 3, Ad omnem impetum dicendi contentionemq; leuiora.
Dicendi impetus. Quint. lib. 3. cap. 8. 41.
Augeri impetu. Quint. lib. 1. cap. 1. 21.
Dicere impetu. Quint. lib. 2. cap. 11. 3.
Impetu uno. Plin. lib. 14. cap. 22. 6, Trib. congijs epotis uno impetu.

¶ Impete, pen. corr. (ἰφόδω) ablatiuus, pro impetu, ab antiquo nominatiuo impes, Idem. Lucret. lib. 1. 59.

Quamlibet in partem trudunt res antè ruuntq;
Impetibus crebris.

Impete magno comburens flamma. Lucret. lib. 6. 31.
Recto impete perfringit nubem uis uenti. Lucret. lib. 6. 28.
Vasto impete fertur. Ouid. 3. Metam. 16.

¶ Impetuosus, penult. prod. Adiectiuum (ῥοθιώδης) Qui magno impetu fertur. Plin. lib. 35. cap. 10. 3, Impetuosus animus.

Impettitum] pen. prod. à uerbo Impetrire, idem ualet quod Impetratum, author Festus. Plautus in Asinaria, Act. 2. scen. 1, Auguratum est, impetritum est, quæuis admittunt aues. Valer. Max. lib. 1. cap. 1, Prisco etiã instituto reb. diuinis opera datur, quum aliquid commendandum est, precatione: quum exposcendum, uoto: quum soluendum, gratulatione: quum inquirendum, uel extis, uel sortibus, impetrito: quum solenni ritu peragendum, sacrificio. Pro impetrito, uulgò corruptè legitur impertito. Cic. de Diuinat. lib. 2, Concedã hoc ipsum si uis, ac si magnã iacturam causæ fecero, si ullã esse conuenientiam naturæ cum extis concessero. Sed tamẽ eo concesso, qui euenit ut is qui impetrire uelit, conuenientem hostiam rebus suis immolet? quo loco uulgata lectio habet impertire. Huc spectant & Auguria impetratiua, de quibus suo loco diximus.

Impetro] impetras, pen. corr. (τυγχάνω) impetrare, ex In & Patro compositum, significat obtinere & exorare. Plaut. Capt. 4. 17, Quod quidem ego nimis quàm cupio ut impetret.
Impetrare & exorare. Plaut. Casin. 5. 53.
Postulare siue orare, & impetrare. Plaut. Capt. 9. 13, Vt quod me orauisti, impetres. Teren. And. 2. 5. 11, Facis ut te decet, quum istuc quod postulo, impetro cum gratia.
Deferre aliquid alicui & impetrare. Cicero Planc. lib. 13. 30. 13.
Minus honestè impetrare. Cic. Attico, lib. 15. 325. 2.
Impetrare ab aliquo, ut uerum esse concedat. Cicero 4. Acad. 172.
Impetrare æquum. Plaut. Curcul. 2. 65.
Ciuitatem ab aliquo impetrare. Cic. Attico, lib. 13. 37. 1.
Exceptionem ab aliquo impetrare. Cic. 4. Acad. 171.
Pacem impetrare. Horat. 2. epist. 1. 28.
Quietem studijs impetrare. Quint. in Proœm. lib. 1. 1.
Impetrare precibus salutem. Brutus Ciceroni, 16. 5.
Impetrauit ex pœnitentia ueniam Plin. epist. 318.
Veniam exilij impetrat. Tacit. lib. 12.
Impetrare ueniam metendi. Plin. lib. 12. cap. 19. 5.
Voluntate impetrare aliquid. Terent. Adel. 3. 4. 44.
Impetrare, cum ablatiuo, & præpositione A uel Ab. Valer. lib. 4. cap. de Abstinentia, A seruis uix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant. Id est, hoc non possunt domini à seruis impetrare.

¶ Impetrassere, pro Impetrare ueteres dixerunt. Plaut. Aulul. 27. 6, Et istud confido à fratre me impetrassere.

¶ Impetratus Augusti. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.

¶ Impetrabilis, & hoc impetrabile, penult. corr. Quod facilè



Digitized by Google

impetrari & obtineri potest. Liu. 5. bel. Pun. 167, Omnia & impetrabilia & tuta.

Impetrabilis dies. In quo quis quid facilè impetrat & obtinet. Plaut. Epid. 8. 6.

Impetrabilis orator, Qui facillimè quod uult, impetrat. Plautus Mostell. 16. 40, Non potuit uenire orator magis ad me impetrabilis.

Votum impetrabile. Propert. lib. 4. eleg. 1. 21.

¶ Impetratio, Verbale. Cic. ad Atticum, lib. 11. 228. 2, Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil ualere.

¶ Impetratiuus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Impetratiuum augurium. Vide Augurium, in Augur.

Impexus] Adiectiuum (ἀκτένιστος) Non pexus: ut, Barbæ impexæ. Virg. 3. Georg. 73.

Antiquitas tristis & impexa. Tacit. in dialogo de Orator. Hoc est, inculta.

Canities impexa. Stat. 3. Theb. 28.

Comæ impexæ. Ouid. 3. Fast. 80.

Impiatus] Vide Impius.

Impico] impicas, pen. corr. (πισσόω) impicare, Pice illinere. Colum. lib. 12. cap. 29, De lacu quàm recentissimum addito mustum in amphorã nouam, eamq; oblinito & impicato diligenter.

Impiger] impigra, impigrum, pen. corr. (ἄοκνος) Nõ piger, sed diligens & strenuus. Horat. 1. epist. 1. 9,

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Impiger ad labores belli. Cic. pro Fonteio, 28.

Impiger in. Cic. 7. Verr. 22, Dabat se labori atq; itineribus, in quibus usq; eo se præbebat patientem atq; impigrum, ut eũ nemo unquam in equo sedentem uideret.

Ales impiger. Stat. 1. Theb. 59, Mercurium sic uocat Iupiter.

Ibam comes impiger. Stat. 3. Sylu. 2. 19.

Ductor impiger. Lucan. lib. 1. 46.

Mentis impigræ experientia. Lucret. lib. 5. 292.

Impigra militia. Liu. 3. ab Vrbe, 23.

Impigrum urbanæ militiæ uirum, dixit Cornelius Tacit. lib. 3.

¶ Impigrè, pen. corr. Aduerbium (ἀόκνως) Diligenter. Liu. 2. ab Vrbe, 203, Impigrè secuti sunt. Plaut. Rud. 22. 8.

¶ Impigritas, pen. corr. impigritatis, pro Impigritia. Cicero de Repub. lib. 3, Nunquam uiri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

Impilia] Significant coactilia, qualia pedibus inuoluendis calceandisq; adhibebantur. Hæc uox apud Vlp. extat, qui impilia uestis loco esse dicit: & apud Hesychium, qui ναυτὰ esse refert. ναυτὰ, inquit, τὰ ἐκ τῆς ὕλης τὰ ἐμπίλια. Hæc sic inuoluunt pedes, ut uesti cedant. Nam tegendis obuoluendisq; pedibus è coacta lana fiebant. Latius tamen patere uidentur posse, Hesychio authore, quàm ut tantùm pedum operimenta complectantur. Hinc Plinij quidam sic fœliciter emendatur locus, ubi sic legi debet, Theophrastus author est esse bulbi genus, &c. eamq; partem qua uescantur, esse laneam naturam, ex qua impilia uestesq; quædam conficiantur. Mapalia hucusq; lectum est, nullo sensu. Turneb.

Impingo] impingis, impegi, pen. prod. impactum (προσρίπτομαι, προσβάλλω, ἐπικέλλω) impingere, ab In & Pango: Impellere & illidere, atq; in faciem aut oculos iactare. Cic. 3. Tusc. 75,

Quid huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat.

Beneficium impingere, Seneca de Beneficijs lib. 1. cap. 1, Gratus aduersus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbe iniecit, aut iratus impegit?

Caput parieti impingere. Plin. epist. 60. d. Virg. 5. Aen. 161,

Examinata sequens impingeret agmina muris.

Impinges me in magnam litem & molestiam. Senec. epist. 118.

Compedes alicui impingere, pro Compedibus obuincire. Plautus Capt. 12. 76.

Culpam in aliquem impingere, Reijcere & conferre. Plaut. Milit. 12. 54. Seneca lib. 1. de Ira, Quid opus est se in columnas impingere?

Dicam impingere. Vide Dica. Teren. Phor. 2. 3. 91.

Epistolam alicui impingere. Cic. ad Atticum, lib. 6. III. II.

Laqueum impingere. Seneca de Tranquil. uitæ.

Nauem impingere: id est, impellere aut agere in arenam aut scopulos. Quint. lib. 4. cap. 1.

Pugnum impingere, Plaut. Bacch. 18. 2. Cælius ad Cic. lib. 8. 8. 30, Quid si filius meus fustem mihi impingere uolet?

Venenum impingere. Seneca epist. 120.

Vulnus impingere. Plaut. Amph. 16. 61.

¶ Impingi, passiuum, pro Immergi, & in profundum demitti. Plinius lib. 19. cap. 38. 2. de auium uolatu, Iaculãtur sese in sublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire.

Impingi, pro impelli. Seneca lib. 1. de Ira, Irasci dicit, impingi, incitari.

¶ Impactus, Participium (προσβλημένος) ut, Fores impactæ. Lucan. lib. 5. 42.

Impactus saxo, pro Impegit ad saxum. Liu. lib. 8.

Impacti turbine pugnæ Eumachus & Clytias. Silius lib. 4. 75.

Impacti fluctus. Plin. epist. 117. e. lib. 6.

Impactus insulis fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9. 10.

Impactus in carcerem. Vlpianus in l. in eos. ff. de custodia & exhib. reor.

Nauis in scapham impacta. Vlpianus in l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad legem Aquiliam.

Res impactæ dicuntur, quæ impetu inter se concurrunt. Seneca 2. Nat. quæst. Cum coitu nubium uehementer impactarũ à latere eliditur.

¶ Impactio, Verbale. Senec. 2. Nat. quæst. Dissimilis autẽ crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.

Impio] impias. Vide Impius.

Impius] Adiectiuũ (ἄθεος, ἀνόσιος, ἀσεβὴς, δυσσεβὴς) Crudelis, A pietate remotus. Terent. Eunuc. 4. 3. 1, Vbi ego illi sceleroso, misero, atq; impio inueniam?

Impius & conscelleratus. Cic. in Pisonem, 36.

Piorum & impiorum rationem habent dij. Cicero 2. de Leg. 25.

Impius, pro Parricida dicitur ab Oratore per antonomasiam. Quint. lib. 8. cap. 6.

Impius, & Religiosus, contraria. Cic. pro Fonteio, 19.

Ætas impia. Horat. Epod. 16. 2.

Arma impia. Virg. 7. Aeneid. 123.

Domus impia. Ouid. 8. Metam. 98.

Facta impia. Lucret. lib. 1. 17.

Fama impia. Virg. 4. Aeneid. 60.

Fraus impia. Cic. 1. de Diuinat. 12.

Furor impius. Virg. 1. Aeneid. 60.

Genus impia. Virg. 2. Georg. 108.

Lingua impia deos lesit. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 4.

Pectora impia. Horat. Epod. 5. 3.

Relligio impia Persarum. Catull. in Gellium, epig. 85.

Venena impia. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 21.

Verba impia in deos dicta. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 11.

Impia herba uocatur incana, rorismarini aspectu, thymi modo uestita atq; capitata. Inde alij ramuli assurgũt sua capitella gerentes: ob id impiam appellauere, quoniã liberi superpatrem excellant. Alij potius ita appellatam, quòd nullũ animal eam

mal eam attingat, existimauere. Plin. lib. 24. cap. 19. 4.

¶ Impiissimus, superlatiuum, Martianus in l. his uerbis. §. 1. ff. de hæred. instit. Filius meus impiissimus, malè de me meritus.

¶ Impietas, pen. corr. impietatis (ἀσέβεια, ἀθεότης, δυσσεβία) Nequitia, peruersitas, atq; propriè eorum est, qui piè, hoc est iustè & sapienter agere non didicerũt. Cic. 1. de Fin. 79, Ét uerò impietas multa quidpiam est, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum.

Impietas & scelus. Cic. 4. de Fin. 108.

Furens impietas. Seneca Octauia, 7. 12.

Habere aliquem socium impietatis. Ouid. 4. Metam. 1.

¶ Impiè, Aduerbium (ἀσεβῶς) Inhumaniter. Cic. 5. Tusc. 9, Vituperare quisquam inquam uitæ parentem, & hoc parricidio se inquinare audet? & tã impiè ingratus esse, ut, &c.

Impiè facere. Quint. lib. 6. cap. 2.

¶ Impio, impias (μιαίνω) impiare, Fœdare, maculare. Plaut. Rud. 5. 6, —si erga parentem Aut deos me impiaui. Id est, Si impius fui erga parentes.

¶ Impiatus, pen. prod. Adiectiuum (μιαιφόνος) Sceleratus, inquit Festus.

Impiatus, Maculatus. Apul. Cruore humano aspersum atq; impiatum.

Tbsiami impiati facinore. Senec. Hipp. 12. 7.

Implacabilis] & hoc implacabile, pen. corr. (ἀμείλιχος, ἀπαραίτητος) Qui placari non potest. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 1. 1. 59, Nam si implacabiles iracundiæ sint, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa leuitas.

Implacabilis terror. Cic. 2. Tusc. 31.

Ira implacabilis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 13.

Implacabilem, inexpiabilemq; sese præbere alicui. Cicer. in Pisonem, 63.

Quod implacabilis Quinto Fabio fuisset. Liu. 8. ab Vrbe, 182.

Implacabiliter] Aduerbiũ (ἀνιλάσως) Tacit. lib. 1, Scaurum, cui implacabilius iracscebatur, silentio tramisit.

¶ Implacatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀνίλαστος) Non placatus: ut, Gula implacata. Ouid. 8. Metam. 171.

¶ Implacidus, pen. corr. Adiectiuum (ἀνάρεστος) Non placidus: ut, Diuũm implacidissimus Mars. Stat. 9. Theb. 1.

Genus implacidum Genauni. Horat. 4. Carm. ode 14. 2.

Implecto] implectis, unde Implexus (ἐμπεπλεγμένος) Participium, significat implicatum, & inuolutum, ut ait Festus. Plinius lib. 25. cap. 7. 1, Folliculis cum semine inter se implexis. Idem lib. 33. cap. 1. 8, Est quidem apud eundem Homerum uirorum crinibus aurum implexum.

Cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides. Virg. 4. Georg. 96.

¶ Implexus, huius implexus, uerbale masc. gen. pro cõplexus. Plin. lib. 2. cap. 65. 7, Vt quum terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra, mutuo implexu iungerentur.

Impleo] imples, implei, impletum, pen. prod. (πληρόω, ἐμπλεόω, ἐμπλήθω, μεστόω, ἐμπλάω) implere, Notæ significationis. Plin. lib. 14. cap. 63. 6, Canes implentur uno coitu. Hoc est, grauidæ fiunt & prægnantes.

Implere, cum genitiuo. Virg. 1. Aeneid. 44,

Implentur ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ. Liu. 1. ab Vrbe, 203, Adolescentem suæ temeritatis implet.

Implere, cum ablatiuo. Virg. 1. Aeneid. 147,

Impleuitq; mero pateram. Plaut. Merc. 16. 55,

Quæ suspicione impleuit me indignissimè. Idẽ Casin. 3. 34,

Ego te implebo flagris.

Implere ad summum. Colum. lib. 12. cap. 36.

Impudentiæ est id profiteri quod nõ possis implere. Id est, perficere, præstare. Cic. pro Cluent. 39.

Implerè acta. Sueton. de claris Rhet. 6.

Aeuum implendũ non segnibus annis. Ouid. ad Liuiam. 90.

Amaritudinem inimici implere. Plin. epist. 153. b.

Impleuit annos centũ. Plin. lib. 7. cap. 48. 5. Hoc est, cõpleuit.

Annos suos fœliciter implere. Ouid. epist. 7. 32.

Auras ululatibus implet. Valer. 8. Argon. 29.

Aures implere sermonibus. Ouid. 12. Metam. 12.

Aures auditoris implere. Cic. in Orat. 56.

Cælum questibus implere. Virg. 9. Aeneid. 100.

Cælum uotis implere. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 1.

Conuiuia implere uarijs dictis. Ouid. 13. Metam. 147.

Cursum implere uitæ. Plin. lib. 7. cap. 16. 8.

Deos implere questibus. Valer. 2. Argon. 34.

Diem sermonibus implere. Ouid. 7. Metam. 135.

Implere expectatioue. Liu. 6. bell. Maced.

Facultates equestris ordinis implere. Plin. epist. 16.

Fata implere suæ ætatis. Ouid. epist. 6. 7.

Fidem implere. Plin. epist. 58. a.

Finem uitæ sponte, an fato impleuit. Tacit. lib. 2.

Fœminas implere. Colum. lib. 7. cap. 6. 3. Plin. lib. 8. cap. 44. 2, Fœminas à partu optimè septimo die impleri obseruatũ est, mares fatigatos melius implere.

Prodigium implere. Plin. lib. 10. cap. 18. ad finem.

Formidinis implere. Liu. 10. ab Vrbe, 65.

Horror asper me impleuerat. Silius lib. 8. 25.

Hostes fama implere. Liu. 7. bell. Maced. 53.

Locum aliquem clamore implere. Virg. 3. Aeneid. 82.

Delicijs implere locum. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 4.

Locum principem implere. Tacit. lib. 4.

Magnitudinem suam anno implere. Plin. lib. 9. cap. 36. 3.

Meritis implere aliquem. Ouid. 2. Amorum, eleg. 3. 3.

Mumia Consulatus solus impleret. Tacit. lib. 3.

Numeros principis implere. Ouid. ad Liuiam, 58.

Imago impleuit oculos. Silius lib. 3. 9.

Officium suum implere. Plin. epist. 264, Vereor enim ne aut excesisse, aut non implesse officij mei partes uidear.

Populares laudibus & meritis Scipionis implere. Liu. 6. bell. Pun. 159.

Potestatis suæ implere. Liu. 3. ab Vrbe, Ne ita omnia Tribuni potestatis suæ implerẽt, ut nullũ publicũ cõsiliũ sinerẽt esse.

Promissum implere. Plin. epist. 36. b.

Quum sese regum sanguine implerint. Cic. 2. de leg. Agrar. 53.

Simum implere lachrymis. Virg. 4. Aeneid. 6.

Sortem implere. Curtius lib. 3.

Spei implere. Liu. 5. bel. Maced. 137.

Spem implere quam quis de nobis concepit. Plin. epist. 10. a.

Superstitione implere. Liu. 1. bel. Pun.

Tempus implere. Cic. ad Atticum, lib. 6. 116. 4.

Terrore impletur Africa. Silius lib. 17. 119.

Is uomens fructis ejculentis totum tribunal impleuit. Cicero 2. Philip. 74.

Neptunus uentis impleuit uela secundis. Virg. 7. Aeneid. 5.

Verba implere lachrymis. Ouid. epist. 6. 12.

Vestigia implere, pro Assequi. Plin. epist. 66.

Vicem alterius implere. Plin. epist. 92. b.

Vices implere pro alio. Claud. 4. Paneg. 87.

Tuis oraculis Chrysippus totum uolumen impleuit. Cic. 2. de Diuinatione, 172.

Nomen Arionium Siculas impleuerat urbes. Ouid. 2. Fast. 19.

Vterum implerat generoso semine. Ouid. 9. Metam. 57.

Implere de. Cic. 4. Acad. 163, De quibus rebus uolumina impleta sunt non à nostris solum, sed etiam à Chrysippo.

Implet ulnas hominum quatuor. Plin. lib. 16. cap. 40. 3.

Implerẽ

Implere libram. Plin. lib. 18. cap. 10. 3.

Implico] implicas, pen. corr. implicui & implicaui, implicitum, pen. corr. & implicatum (ἐμπλέκω, ἐγχείμπλω) implicare, Inuoluere, innectere. Seneca epist. 22, Quod malè implicuisti, soluas potius, quàm abrumpas.

Implicatum in. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 4, Non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis, &c. De equis.

Acies totas implicuere inter se. Virg. 11. Aeneid. 127.

Collo implicuit brachia. Ouid. 1. Metam. 153.

Colla laqueis implicuisse iuuat. Ouid. epist. 2. 29.

Sertis implicare comas. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 7.

In complexum alicuius implicari. Catul. in Epithal. Mallij, 22.

Crinem implicat auro. Virg. 4. Aeneid. 30.

Auster rates implicuit. Stat. 11. Thebaid. 104.

Implicare transfertur ad alia. Liu. 7. bel. Pun. 231, Eam primo incertis implicantes responsis, ut metus tormentorũ admotus fateri uera coegit, edocuerunt.

Implicari. Pompeius ad Lentulum in Epist. ad Atticum, lib. 8. 161. 1, Quod ueritus sum, factũ est, ut Domitius implicaretur, ut neq; ipse satis firmus esset ad castra facienda.

Implicatus ad seueritatem. Cic. pro Rosc. Amer. 51.

Coniuncti inter se & implicati. Cæsar 7. bel. Gal. 291.

Impedire & implicare se. Cic. 4. Verr. 29.

Implicitum esse cum aliqua re & cohærere. Cicero pro leg. Amicitijs nouis implicati. Cic. Attico, lib. 2. 14. 11. (Man. 12.

Angoribus & molestijs implicati animi. Cic. 5. Tusc. 5.

Implicata res controuersiis. Cic. pro Quintio, 2.

Implicata criminibus auaritia. Cic. in Pisonem, 67.

Implicari erroribus. Cic. 4. Tusc. 93.

Erroribus seuis urbem implicat. Valer. 3. Argon. 7.

Illaqueatus omniũ legũ periculis, irretitus odio bonorũ omnium, implicatus expectatiõe supplicij. Cic. de Arusp. resp. 6.

Implicari familiaritatibus alicuius. Cic. pro Corn. Bal. 48.

Implicari certo genere, cursuq; uiuendi. Cic. 1. Off. 164.

Implicatum teneri legibus. Cic. 5. Verr. 69.

Litibus atris implicitus. Horat. de Arte, 86.

Implicari maleficio. Cic. pro Cælio, 57.

Molestijs multis implicari. Cic. 5. Tusc. 5.

Molestis, operosisq; negotijs implicari. Cic. 1. de Nat. deor. 73.

Implicari morbo, Detineri. Liu. 3. ab Vrbe, 4.

Implicitus in morbum. Liu. 3. bel. Pun. 163.

Qui contrahendis negotijs implicantur. Cic. 2. Off. 55.

Nullis occupationibus implicatus deus. Cic. 1. de Nat. deor. 71.

Implicari & constringi multis officijs. Cic. 1. Acad. 17.

Vltro & citro, uel usu diurno, uel officijs implicari. Cicero de Amicitia, 71.

Multarum ætatũ oratoribus implicari. Cic. de clar. Orat. 90.

Permistè cum alijs implicari. Cic. 1. de Inuent. 47.

Muliebribus religionibus implicari. Cic. pro Domo sua, 81.

Voluptas penitus in omni sensu implicata insidet. Cicero 1. de Legibus, 70.

Seueritate iudicum implicari, & frequentia populi circunreti ri. Cic. 7. Verr. 117.

Implicare se societate omnium. Cic. 2. de Fin. 76.

Vim suã cũ naturis hominũ implicant dij. Cic. 1. de Diuin. 135.

Implicita uisco fuga. Martial. lib. 1. 11.

Implicare, Ornare. Plaut. Implicat ad speculũ caput. Afranius Brũdusio, In parte inferiore hic implicabatur caput, fateor.

Implexus, pro implicito siue conserto. Senec. lib. 1. de Benefic. Quare tres Gratiæ, quare sorores sint, quare implexis manibus.

¶ Implicitus, pen. corr. siue implicatus, pen. prod. Participium (ἐμπεπλεγμένος) Cic. ad Appium Balbum, lib. 6. 12. 3, Etenim oẽs Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicatos consuetudine. Idem 1. Offi. 25, Quæ quatuor quanquam inter se colligata sunt, atq; implicata.

Casus libertatis controuersiæ implicitus. Paulus in l. finali. ff. si ex noxali causa agatur, Sed si statuliberum sisti promissum sit, in eadem causa sisti uidetur, quãuis liber sistatur, quòd implicitus ei casus libertatis fuerit.

Viæ implicitæ errore. Lucan. lib. 8. 1.

Limo implicitus. Claud. 2. in Eutrop. 89.

Morbo implicitus. Lucret. lib. 6. 248.

Controuersia iuris ciuilis negotio alicui implicita. Cic. 2. de In-

Implicatum folium. Plin. lib. 21. cap. 17. 3. (uent. 167.

Inscitia implicata impudentia est. Cic. 2. Philip. 87.

¶ Impliciturus, Participium (ἐμπλέξων) ut, Serta implicitura comas. Ouid. 5. Fast. 44.

¶ Implicito, implicitas, pen. corr. Frequentat. (ἐμπλέκομαι) Plin. lib. 9. ad Caninũ, epist. 210, Varios orbes implicitat expeditq; de delphino. Alia exemplaria habent, implicat.

¶ Implicatio, Verbale (ἐμπλεξις) Cic. 2. de Nat. deor. 209, Huic adde neruos à quibus artus continentur, eorumq; implicationem corpore toto pertinentem.

Implicatio rei familiaris. Cic. pro Sestio, 86.

¶ Implicitè, pen. corr. Aduerbium (ἐμπεπλεγμένως) Cic. 2. de Inuent. 172, Absoluta est quæ ipsa in se, non ut negotialis implicitè & absconditè, sed patientius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

¶ Imploro, imploras, pen. prod. (ἀναπαλέω) Implorare, Propriè est cum fletu rogare, quod est uapulantis. Festus. Terent. Adelph. 3. 4. 43,

Illæc fidem nunc uostram implorat Demea.

Implorare & appellare. Cic. 7. Verr. 147. Idem pro Quintio, 63, Qui deus appellãdus est? cuius hominis fides implorata

Implorare & obtestari. Cic. 7. Verr. 148. (da est?

Appellare, nominare, implorare. Cic. 7. Verr. 101.

Implorare & supplicare. Cic. 1. de Orat. 118.

Implorare & testari. Cic. pro Sylla, 48.

Appellare, obtestari, improbare aliquem. Cic. pro Flacco, 3.

Auxilium implorare. Virg. 4. Aeneid. 124.

Auxilium alicuius implorare & flagitare. Cicer. pro Rabirio Perduel. reo, 6.

Implorare auxilium ab aliquo. Cæsar 1. bell. Gall. 122.

Precari, uenerari et implorare deos immortales. Cic. 2. in Cat. 47.

Implorare fidẽ alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. 17. Idẽ 4. Verr. 53, Sopatrus implorare hominum atq; deũm fidem, ut cum consilio cognosceret.

Implorare fidem, dignitatem, religionem alterius in aliquo negotio. Cic. 5. Verr. 123.

Hominem aliquem implorare. Cic. 6. Verr. 72.

Iura libertatis & ciuitatis implorare. Cic. 3. Verr. 4.

Implorare memoriam alicuius. Cic. 4. Acad. 23.

Misericordiam & fidem alicuius obtestari & implorare. Cic. pro Murena, 78.

Implorare et exposcere misericordiã alicuius. Cic. pro Mil. 70.

Implorare & usurpare nomen ciuitatis. Cic. 7. Verr. 127.

Numina implorant magno questu. Valer. 3. Argon. 130.

¶ Imploratus, pen. prod. Particip. (ἀναπεπλωμένος) ut, Prece Pollucis implorata. Catull. ad Mallium, epigram. 63. 13.

¶ Imploratio. Verbale (ἀνάπλωσις) Liu. 2. bel. Pun. 22, Nec. n. inde uotis aut imploratiõe deũ, sed ui ac uirtute euadẽdũ est.

Omniũ deorũ et hominũ et ciuiũ et sociorũ imploratio. Cic. 2. de Orat. 106.

Acerba imploratio & uox miserabilis. Cic. 7. Verr. 127.

Implumis] & hoc implume, penult. prod. (ἄπτερος) Quod plumis

plumis caret. Plin. lib. 10. cap. 3. 5, Hæc tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, &c.
Pulli implumes. Horat. Epod. 1. 4.
Impluo] impluis, implui, uel impluui, implutum, pen. prod. (ἐνομβρέω) impluere. Col. lib. 2. cap. 8, Tremellius quidem asseuerat, prius quàm impluuerit, ab auibus, aut formicis sata edi, ubi æstiuis serenitatibus ager aret.
Impluere in aliquem locum. Plin. lib. 2. cap. 96. 1.
Impluit malum cæteros & cæteris. Plaut. Mostel. 12. 13.
¶ Impluuium, huius impluuij (αὐλὴ, ἐνομβρεῖον) Locus (ut inquit Varro) in medio domus relictus, ut lucem caperent deorsum, quò impluebat. Plaut. Milite, 5. 4. Terēt. Eunuch. 3. 5. 41.
Veniſſe clanculum per impluuium, ſucum factū mulier. Cic. 3. Verr. 41, Ne hæc quidē duo ſigna pulcherrima quæ nunc ad impluuium tuum ſtant, &c.
Ad impluuium locare aliquid. Cic. 3. Verr. 105.
Impluuium, Quò aqua impluit, collecta de tecto. Feſtus.
¶ Impluuia, huius impluuiæ (μαυλία) Veſtis erat, inquit Perottus, qua ſacerdotes per imbrem utebantur: pluuiale nunc uulgò appellatur. Varro, Salium quoq; ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur.
¶ Impluuiatus, pen. prod. Color, quaſi fumato ſtillicidio impletus inquit Nonius. Vnde impluuiata, genus ueſtimenti, à colore, de quo Plaut. Epid. 5. 41,
Quid erat indutæ? an regillam induculā, an mendiculāe. Impluuiatam, ut iſthæc faciunt ueſtimentis nomina: Vt impluuium erat indutæ.
Impolitus] pen. prod. Adiectiuum (ἄξεος) contrariū Polito, Rudis. Cic. de Prouincijs Conſul. 28, Impolitæ uerò res & acerbæ ſi erunt relictæ.
Impolitus & rudis. Cic. de claris Orat. 163.
Hebes & impolitus. Cic. 2. de Orat. 73.
¶ Impolitia, huius impolitiæ (ἀκοσμία) Ruditas & inelegantia. Gell. lib. 4. cap. 12, Si quis eques Romanus equū habere gracilētum, aut parum nitidum uiſus erat, impolitiæ notabatur, Id uerbum ſignificat quaſi tu dicas incuriæ.
¶ Impolitè, pen. prod. Aduerb. (ἀκοσμως) Ineleganter. Cic. 1. de Orat. 107, Quum ſæpiſſimè tibi Senatus breuiter, impoliteq; dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus, &c.
Impolitias] Cenſores facere dicebantur, inquit Feſtus, quū equiti æs abnegabant, ob equum malè curatum.
Impollutus] pen. prod. adiectiuum (ἀμίαντος) Non pollutus: ut, Fides impolluta. Silius lib. 13. 137.
Impomenta] quaſi Imponimenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant. Feſtus.
Impono] imponis, pen. prod. impoſui, impoſitum, pen. corr. (ἐντίθημι, ἀνατίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω, ἐγκαθιδρύω) imponere, Suprà ponere, uel intus ponere. Virgilius 1. Aeneid. 13,
—molemq; & montes inſuper altos Impoſuit. Ibidem, lib. 4. 91,
Vidi, thuricremis quū dona imponeret aris. Plaut. Aulul. 13. 16, —hæc imponentur in foco noſtro, lari,
Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Imponere aliquid alicui cum fide. Cic. pro Roſc. Amer. 6.
Imponere alteri, & Sibi ſumere, cōtraria. Cic. pro Muræn. 36.
Arces imponere montibus. Virg. 6. Aeneid. 155.
Imponere argentum in ſtipendium. Liu. 2. bell. Mace. 6.
Calculum, Rationem ſubducere. Col. lib. 5. cap. 1. 4.
Claues alias portis. Liu. 7. bell. Pun. 139.
Clauſulam diſputationi. Col. lib. 3. cap. 19. 2.
Cognomen uel nomē alicui. Plin. lib. 5. cap. 1. 5. Et, lib. 14. cap.
Coloniam in agro Samnitium. Liu. 8. ab Vrbe, 113. (3. 6.
Conſulem populo, Per uim & tyrannidem collocare in Conſulatu. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 5.
Coronam alicui. Cic. 2. de Legib. 95.
Imponere diadema. Cic. 2. Phil. 90.
Imponere dignationem imperatoris alicui. Tacit. lib. 17.
Dominum aliquibus imponere. Cic. 13. Philip. 356.
In ceruicibus aliquorum ſempiternum dominium imponere. Cic. 1. de Nat. deorum, 75.
Exercitum Brunduſii impoſuit. Cic. 2. de Diuin. 126.
Exitum alicui rei, aut ſermonibus. Liu. 7. bell. Maced. 77.
Faſtigium operi. Cic. 3. Offic. 41.
Finem bello. Stat. 8. Thebaid. 133.
Finem bello, uel curis. Plin. de Viris illuſt. 42. Virg. 7. Aeneid. Sic, imponere finem ſpei ſuæ, Liuius 5. ab Vrbe, 16.
Finem luctibus. Ouid. 15. Metam. 149.
Formam operi. Seneca epiſt. 66.
Frumentum. Cic. Attic. lib. 15. 325. 10.
Plurimas iniurias alicui. Cic. 6. Verr. 17.
Laborem alteri. Cic. pro Muræna, 36.
Sibi laborem. Cæſar 3. bell. Ciuil. 263.
Legem alicui, Imperare, præcipere. Cic. ad Att. lib. 7. 134. 2.
Sibi leges, Seipſum cohibere & ſibijpſi imperare. Cicero 4. Acad. 48.
Leges imponere alicui. Virg. 1. Georg. 12.
Leges populo. Cic. 1. de Legib. 61.
Per uim leges imponere Reipub. Cic. 6. Phil. 206.
Manum imponere rei alicui, pro Inchoare eam. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1. 6.
Manum extremam imponere alicui rei. Virg. 7. Aeneid. 115. Seruius, Quod ſupereſt perficere. Et eſt translatio à picturā, quam manus complet atq; ornat extrema.
Imponere ſummam manum alicui operi. Plin. lib. 36. cap. 5. 5.
Summam manum imponere in re aliqua. Quin. in Proœm. libro 1. 4.
Manū ſupremā bellis imponere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 23.
Miniſterium. Liu. 2. ab Vrbe, 20.
Modum proſperæ pugnæ. Liu. 1. bell. Maced. 150.
Imponere modum tempori. Liu. 4. ab Vrbe, 101.
Modum ſuo dolori. Plin. lib. 9. ad Quadratum, epiſt. 190. f.
Multam. Liuius 10. ab Vrbe, 183.
Neceſſitatem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 74. 2. Cic. pro Sylla, 26. Atq; hoc uos Iudices teſtor, mihi de memetipſo tam multa dicendi neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo.
Alicui neceſſitatem quandam nuoris imponere. Plinius epiſt. 118.
Nomen alicui. Ouid. 9. Metam. 142.
Nomen uitio. Cic. 2. de Orat. 11. Idem 4. Verr. 100, Honeſta nomina turpiſſimis rebus imponere.
Onus alicui imponere, pro Dare prouinciam alicuius rei, & committere aliquid negotij faciendum. Terent. Andria, 5. 3. 26, Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone, impera. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175.
Nimis imprudenter in amicitia onus imponere. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 17.
Onus ſimultatis. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 2.
Imponere onus & Recipere, cōtraria. Cic. in Orat. 19. Quint. in Proœm. lib. 1. 3, Plus quàm imponebatur, oneris ſuſcepi.
Partes alicui. Cic. ad Atticum, lib. 10. 202. 2.
Duriores partes alicui imponere. Cic. pro Muræna, 36.
Perſonam alicui: hoc eſt, Alicuius loco alium ſufficere. Cic. 4. Verr. 75. Idem 2. pro lege Agrar. 55, Vos mihi Prætori biennio antè, Quirites, hoc eodē in loco perſonam hāc impoſuiſtis, ut quibuſcunq; rebus poſſent, illius abſentis dignitatem uobiſcum una tuerer. De Pompeio.

Imponatur

Imponatur honeſtæ ciuitati turpiſſima perſona calũniæ. Cic. 4. Verr. 29.
Plagam mortiferam Reipub. imponere. Cic. pro Seſtio, 35.
Plus aliquid imponere quibuſdã populis, quàm ferre poſſunt. Cic. 6. Verr. 18.
Portam in aliquam regionem. Liu. 4. bell. Maced. 42.
Præſidiũ ciuitati: hoc eſt, Præſidio munire. Liu. 4. bel. Pun. 31.
Pretium. Cic. 4. Verr. 73. Sic apud Quintil. lib. 12, Grauiora iuſto imponere pretia melli.
Plagiario pudorem. Martial. lib. 1. 48.
Regem alicui regioni. Liu. 10. bell. Maced. 52.
Imponere aliquem in regnũ alterius. Liu. 7. bell. Maced. 104.
Sarcinam alicui. Plaut. Moſtel. 6. 82.
Seruitutem fundo. Cic. ad Quint. fr. lib. 3. 17. 6.
Silentium alteri. Suet. de claris Rhet. 5.
Stipendium. Liu. 8. bell. Maced. 64.
Teſtem. Cic. pro Cecin. 52, Fictus teſtis ſubornari ſolet, & imponi falſæ tabulæ.
Tributum. Cæſar 3. bell. Ciuil. 120.
Vectigal. Cic. pro lege Agrar. 5. & 60.
Villicum imponere aliquẽ, aut pecori præficere. Cic. pro Plancio, 51.
Vim alicui. Cic. 4. Verr. 105.
Virum imponere toti mundo. Lucan. lib. 3. 79.
Vocabulum alicui. Tacit. Cui, ut degeneri, Pſeudophilippi uocabulum impoſitum.
Vocabula rebus imponens. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 56.
Vulnera Reipub. Inferre uulnera, et lædere atq; offendere Rẽpub. Cic. 4. de Finib. 108.
Imponere in collum, in manum, in nauim. Plaut. Perſa, 18. 10, Hanc in collum, niſi piget, noſtrum impone. De crumena. Idem Bacchid. 1. 36. Liu. 3. bell. Pun. 224, Imponere in nauem. Et lib. 5. ab Vrbe, 183, Imponere in plauſtrum. Et Cic. 1. Tuſc. 133, Imponere in rogum.
In aliquam cauſam aliquem imponere. Cælius Cic. lib. 8. 17. 1.
In eculeum imponere aliquem. Cic. 5. Tuſc. 20.
Imponere aliquem in equum. Liu. 5. bell. Maced. 144.
In naues exercitus imponere. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 2.
Imponere in aliquem onus. Plaut. Bacchid. 8. 92.
Imponere alicui, pro Decipere, & ſubauditur Fraudẽ. Quintil. Spes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Cic. ad Quin. fratrẽ, lib. 2. 10. 5, Cui tamen egregiè impoſuit Milo noſter.
¶ Impoſitus, pen. corr. Partic. (ἐπιθετεὶς) Plin. lib. 15. cap. 30. 9, Fluuio Tyberi impoſita iuxta nonũ lapidẽ Flaminia uia.
Neceſsitudinibus publicis impoſitus. Vide poſt Neceſſe.
Stratis impoſitus. Stat. 2. Sylu. 1. 13.
Clitellæ boui ſunt impoſitæ. Cic. Att. lib. 5. 103. 3.
Corona impoſita capiti. Propert. lib. 4. eleg. 2. 6.
Iuuenes impoſiti rogis. Virg. 4. Georg. 95.
Mens cunctis impoſita manet. Stat. Thebaid. 146.
Nomen impoſitum abre. Lucret. lib. 6. 149.
Onus impoſitum ferrę. Ouid. 15, Metam. 164.
Impoſitus pro Præfecto, apud Salluſtium in Iugurtha, Simul Conſul, quaſi nullo impoſito, omnia prouidere, apud omnes adeſſe, &c.
¶ Impoſitus, huius impoſitus (ἐπίθεσις) Plin. lib. 24. cap. 4. 5, ulcera commãducatu impoſituq; efficaciſſimè ſanari. Ex uetuſto codice legitur, commanducato impoſitoq;.
¶ Impoſitio, Verbale (ἐπίθεσις) Plin. lib. 27. cap. 13. 8, Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus, uel ſemen, impoſitione ſpicula è corpore eijcit.
¶ Impoſitus. Adiectiuum (ἐπιθετικὸς) Quod impoſitum eſt: ut, Seruitus cauſa eſt impoſititia, hoc eſt, non naturalis. Vlpianus in l. de pupillo. §. Sextus Pedius. ff. de noui operis nuntiatione. Sextus Pedius definit noui operis nuntiationis triplicem eſſe cauſam: aut naturalem, aut publicam, aut impoſititiam, &c. Et paulo poſt, Impoſititiam, quam quis poſtea, ius ſuum diminuit, alterius auxit: hoc eſt, poſteaquam ſeruitutem ædibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit.
Impoſititia nomina, quæ à natura impoſita ſunt, unde alia deriuantur. Ex Varrone.
¶ Impoſitiuus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 28. cap. 4. 1, Pythagoræ inuentis non temerè fallere, impoſitiuorum nominum imparem uocalium numerum, clauditates, &c.
¶ Impoſtor, impoſtoris (φένακ) Verſutus & fallax homo.
Verbum impoſtorum. Vlpian. in l. 1. §. medicos. ff. de uarijs & extraordinarijs cognitionibus, Non tamen ſi incãtauerit, ſi imprecatus eſt, ſi (ut uulgari uerbo impoſtorũ utar) exorcizauit. Budæus. Quædam exemplaria legunt, in poſterũ.
¶ Impoſtura, impoſturæ, pen. prod. (φενακισμὸς) Fallacia, uerſutia: ab eo dicta, quòd adulterinas merces pro ueris ſupponat. Vlpian. in l. 3. ff. de crimine ſtellionatus, ſi quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poteſt poſtulari. Ex Budæo.
Imporco] imporcas, imporcare, Porcas in agro facere. Col. lib. 2. cap. 10. 5. Et ſimiliter quum ſemẽ crudo ſolo ingeſſerimus, imarabimus, imporcatumq; occabimus.
Imporcitor, imporcitoris, qui porcas in agro facit arãdo. Feſt.
Importo] importas (εἰσομίζω) importare, Inferre. Cic. 2. de Orat. 29, Modò enim huic iſta ſunt importata. Cæſar 8. bell. Gall. 124, Sylueſtribus anguſtisq; itineribus frumentũ importare in oppidum inſtituit.
Importare adiumenta, Iuuare & conferre. Cic. 1. de Orat. 20.
Calamitatem conſeruatorib. ſuis importare. Cic. pro Seſt. 129.
Important enim ægritudines anxias atq; acerbas, animosq; afligunt & debilitant metu. Cic. 4. Tuſc. 52.
Cladem importare. Lucret. lib. 3. 166.
Clades diſcordia ciuilis importat. Liu. 4. bell. Pun. 98.
Contagionem importare. Plin. lib. 26. cap. 1. 3.
Fœcunditatẽ importare alicui, uel rabiẽ. Plin. lib. 14. ca. 18. 1.
Incommodum importare. Cic. 2. Offic. 25.
Mala caſus importat. Cic. Tuſc. 43.
Multum calamitatis importare. Cic. 5. Verr. 106.
Odium importare libellis. Horat. 1. epiſt. 13. 1.
Periculum importare. Liu. 9. bell. Maced. 50.
Peſtem importare. Cic. pro Deiotaro, 30.
Solicitudines importare. Cic. 1. de Finib. 79.
Suſpicionem aliquam alicui importare. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 13.
¶ Importatus, pen. prod. Participium (εἰσομισθεὶς) Cæſar 5. bell. Gall. 49, Aere utuntur importato.
Importanda longè (εἰσομισθέα μακρὰν) Varro 1. de Reruſt. cap. 16. 3, Fructuoſior ſit fundus, quàm ſi longè ſint importanda.
Importunus] pen. prod. Adiectiuum (ἄκαιρος) Quod caret portu, hoc eſt, quiete: ubi nullus portus eſt, ait Seruius. Virg. lib. 11. Aeneid. 62,

Bellum importunum, ciues, cum gente deorum,
Inuictisq; uiris gerimus. Feſtus, Importunũ, in quo nullum eſt auxilium, uelut eſſe ſolet portus nauigantibus.

Importunus, Qui aliquid facit præter rationem loci, ſeu temporis, aut perſonarum. Plaut. Merc. 3. 44.
Leno importunus. Idem Aſin. 3. 48.

Fateor eam eſſe importunam atq; incõmodam. Terent. Heaut. 1. 2. 23, Imò ille fuit ſenex importunus ſemper: & nunc, &c.

Importunum tempus, Incommodum. Cic. 2. de Orat. 12.
Importunus, Vrgens, Moleſtus, faſtidioſus. Cicero in Ant. Non poſſum

possum æquo animo uidere tam importunos; tam scelerá-tos hostes. Cic. pro Cluentio, 8.
Importunus & crudelis. Cic. pro Cluentio, 141.
Cyclops alter multo importunior. Cic. 7. Verr. 114.
Importunißima bellua. Cic. 6. Phil. 209.
Clades ciuitatis importuna. Cic. de claris Orat. 186.
Corda importuna domandi. Silius lib. 11. 78.
Importuna crudelitas. Cic. de Prouinc. Consul. 1.
Fata importuna. Ouid. 10. Metam. 126.
Importunißimus gladiator. Cic. pro Murena, 76.
Importunißimus hostis. Cic. in Catil. 34.
Importunum ingenium, Friuolum & leue. Pli. lib. 36. ca. 6. 7.
Importunißimæ libidines. Cic. 6. Verr. 99.
Importuna mors. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 4.
Immanis atq; importuna natura. Cic. 3. Verr. 5.
Pauperies importuna. Horat. 3. Carm. ode 16. 8.
Importunum scelus. Cic. de Aruſp. reſp. 3.
Importunus & amens tyrannus. Cic. 7. Verr. 81.
Vultus importunus. Cic. Poſt red. in Senatu, 13.

¶ Importunè, penul. prod. A duerbium, (ἀκαίρως) Præter temporis, aut decoris atq; honeſtatis rationem. Cicero 4. Acad. 141, Confidere ſuis teſtibus, & importunè inſiſtere. Plin. li. 7. capit. 12. 4, In quo perquam importunè fortuitum hoc quoque fuit.

¶ Importunitas, penul. corr. huius importunitatis, (ἀκαιρία) Quæ (ut ait Donat.) nec loci nec temporis habet commoditatem. Teren. And. 1. 4. 4. — importunitatem ſpectate aniculæ, &c.
Animi importunitas. Cic. pro Cluentio, 136.
Importunitas, pro effrenata incontinentia & libidine præcipiti. Cicero de Senec. 7, Importunitas autem & inhumanitas, omni ætati moleſta eſt Budæus.
Importunitate incredibili & audacia homo. Cic. 4. Verr. 52.
Tanta ſceleris inauditi importunitas. Cic. pro Sylla. 56.
Importunitas, Deteſtandum atq; execrandum facinus. Cic. pro Cluētio, 154, Huius importunitatem matris à filij capite depellite Idem in Piſonem, 16. Idem de Amic. 49. Quanquam miror, in illa ſuperbia & importunitate.

¶ Importuoſus, penul. prod. Adiectiuum, (ἀλίμενος) Quod eſt ſine portu. Plin. lib. 117. e. lib. 6. Littus importuoſum. Salluſt. in Iugurtha, Quem locum Catabathmon incolæ appellant: mare ſæuum & importuoſum, & ager frugū ferilis.
Mare importuoſum. Tacit. lib. 12.

Impos] huius impotis, pe. cor om g. (ἀκρατὴς, ἀκράτητος) Qui animum ſuum in poteſtate non habet, inquit Feſtus. Et qui non eſt ſani animi, authore Donato. Plaut. Caſina, 15. 7. Eripite quæſo iſti gladiū, quæ ſui eſt impos animi. Idē Trin. 4. 69. Te in manus argētū homini adoleſcēti, animi impoti

Impoſitio, Impoſitus] Vide Impono.

Impoſsibilis] & hoc impoßibile, penul. cor. (ἀδύνατος). Quod fieri non poteſt. Quintil. lib. 5. cap. 10. de argumento, Non enim longum tanum, ſed etiam impoßibile. Idem lib. 10. cap. 13.

Impoſtor, Impoſtura] Vide Impono.

Impotens] pen corr. impotentis, om. g. (ἀκρατωρ, ἄναλκις, ἄκρης) Nimis potens, inquit Donatus.
Impotentißimus tyrannus à Quintiliano dicitur. Decemuiri, quorum principatus erat immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur.
Ferociores impotentioresq; reddit uictoria. Cicero. Marc. libro 4. 9. 9.
Impotentißimus homo, Sceleratißimus. Cic. 5. Philip. 194.
Impotens, iracundus, contumelioſus, ſuperbus. Cicero 5. Phil. 181.

Amore impotente deperit. Catul. ad libell. epigram. 33. 3.
Animus impotens. Cicer. de Aruſp. reſp. 2. Senec. Herc. fur. 6. 2.
Impotenti eſſe animo. Terent. And. 5. 3. 8.
Impotens dominatus, Superbus. Cicero Lepido.
Dominatio impotentißima. Liu. lib. 4. Decad. 4.
Furor impotens. Senec. Agamem. 5. 4.
Lætitia impotenti efferri. Cic. 5. Tuſc. 27.
Motus animi impotentes. Cic. in Partit. 66.
Impotēs, Debilis, & deuictus, authore Donat. Teren. Heaut. 2. 3. 130, Ego te autem noui quàm eſſe ſoleas impotens.
Impotens & infans homo. Cic. 1. de Fimib. 80.
Ad ſalutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum hæc ualeant. Cic. pro Murena, 54.
Impotens iræ. Liu. 9. bel. Pun. 47. Sic, Impotens animi. Curtius lib. 8. Hoc eſt, non potens iræ & animo ſuo moderari.
Amoris impotens. Tacit. lib. 20.
Doloris impotens. Valer. Max lib. 4. cap. 6. de C. Plancio.

¶ Impotentia, impotentiæ (ἀδυναμία, ἀδυνατία, ἀνάλκια) Infirmitas, ait Donat. Ter. Adel. 4. 3. 16, Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt negligi.
Impotentia animi. Cic. 4. Tuſc. 53.
Impotentia, Valida immoderataq; potentia. Cicero libro 5. Tuſc. 27. Qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiſcant, nulla impotentia efferantur. Ex uetuſto codice legendum, impotenti lætitia. Siſenna, Lætitia nimia, atque impotentia animi commotus.
Dictorum atq; factorum impotentia. Cic. 4. Tuſc. 79.
Ob ſcelera animiq; impotentiam, & ſuperbiloquentiam, impendere Tantalo apud inferos ſaxum faciunt poetæ. Cicero 4. Tuſc. 54.
Impotentia, à Seneca Fortunæ aſcribitur. Quinetiam Suet. ſcribit Cæſarem edere ſolitum uoces impotentiæ.

¶ Impotenter, Aduerb. (ἀκρατῶς) Quint. lib. 1. capit. 3. 8. Ne quid improbè, ne quid impotēter faciat, monēdus eſt puer.
Impotenter regnare, Iniuſtè & impiè. Hirtius libro 4. bel. Alex. 137.
Impotentius regi. Liu. 7. bel. Pun. 256.

Impranſus] Adiectiuum, (ἀνάριστος) Qui nondum pranſus eſt. Plaut. Sticho, 9. 28. Quàm mox cocta eſt cœna? impranſus ego ſum. Horat. 2. Serm. Sat. 22. Verum hic impranſi mecum diſquirite. Ibidem, Saty 3. 52. Impranſus magiſter.

Impreſentiarum] Aduerbium (τῷ παρόντι) De tempore quod fuit, quod eſt, quod erit dicitur. Rarius tamen de præſenti. Cato de lege olea legenda, Extra quem ſi quem ſocium impræſentiarum dixerit. Vlpianus in l. 1. ff. de Tabulis exhibēdis, Si quis fortè confiteatur penes ſe eſſe teſtamētum: iubendus eſt exhibere: & tempus ei dandum eſt ut exhibeat, ſi non poteſt impræſentiarū exhibere. Hæc Budæus. C. Fannius apud Priſcian. lib. 13. cap. De caſibus. Quum in uita agenda didicimus multa, quæ impræſentiarum, &c.

Impræſtabiles] qui ſint apud Firmic. libro 8. cap. 29. uide dendum.

Imprecor] penul. corr. imprecaris, (ἐπαράομαι, κατεύχομαι) imprecari: Idem quod precari ſignificat: & in bonum & in malum ſolet accipi. Sæpius tamen in malam partem accipitur. Quintil. Declamat. 15. Plin. libro 8. cap. 7. 4. Diraq; Pompeio quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. Virg. 4. Aeneid. 126, Littora litoribus contraria, fluctibus undas Imprecor.

Impreſsio] Vide Imprimo.

Imprimis] Vide In primis, in In.

Imprimo] imprimis, penul cor. impreſſi, impreſſum, (ἐντυπόω) imprimere, Premendo immittere & efformare. Cic. 1. Tuſc. 95. An imprimi quaſi ceram animum putamus, &c.

Imprimere corpus. Plin. lib. 8. cap. 26. 1.
*metum.§.finali.§.de eo quod metus cauſa geſtum erit,Sed*
*eſt uerius quod Marcellus notat,etiam aduerſus reum com-*
*petere actionem hanc,quum in rem ſit ſcripta.*
*In rerum natura aliquid conſtare.Cic.de Amic.23.*
*In reſpectum.Senec.de Benefic.4,In reſpectum illius hic popu-*
*lis præſideat.*
*In ridiculo haberi,Ludibrio eſſe.Plaut.Pœn.18.10.*
*In ridiculo eſſe. Plaut.Caſin.22.3.*
*In ſaginam ſe conijcere,Ventri indulgere. Plaut. Trin.10.94.*
*In ſalute alicuius ſaluere.Plaut.Trucul.6.5.*
*In ſenecta. Plaut. Milit. 10.29, Eam me pudet tibi in ſenectæ*
*obijcere ſolicitudinem, hoc eſt, te tam ſene:ſiue cùm ſis*
*tam ſenex.*
*In ſenioribus eſt:hoc eſt, inter grauiores & ſeniores. Plautus*
*Caſina, 2.13.*
*In ſententiam eam dicere.Cic.Att.lib.2.37.3.*
*In ſententia eadem eſſe.Cic.ad Tironem,lib.16.3.2.*
*In ſeruitute habere.Plaut.Pœn.19.54.*
*In ſerum pro In ueſperum.Suet.in Auguſt.cap.16.*
*In ſingula iugera centenos ſextarios efficiat.Col.lib.3.ca.3.4.*
*In ſingulas ciuitates impoſita pecunia.Liu.ab Vrbe.*
*In ſingulis ſtipendijs.Plaut.Epid.2.36,*
*Id modò uidendum,ut materies ſuppetat ſcutarijs,*
*Si in ſingulis ſtipendijs ad hoſtes exuuias dabit.*
*In ſingulos H.S quinquagenis millibus damnari mauultis?Ci-*
*cero 5.Verr.57.*
*In ſingulos modios.Cicer. 1.Verr.17,Pro frumento in modios*
*ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe.*
*In ſodalibus illis es.Plaut.Perſ.16.94.*
*In ſolatio eſſe,Solari & gaudere.Plaut.Amphit.8.12.*
*In ſolutum accipere:id eſt,uice ſolutionis.Senec.de Benef.7.*
*In ſolem aliquid proferre.Col.lib.9.cap.13.3.*
*In ſomnis,Inter ſomniandum.Plaut.Amphit.7.63.*
*In ſomnis:id eſt,per ſomnos,ut Seruius ait,hoc eſt,inter dormi*
*endum. Virg.2.Aeneid.54,*
*In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector Viſus ad-*
*eſſe mihi.*
*In ſpeciem, Diſſimulanter, & ueluti per ſpeciem tantum. Li-*
*uius 10.bell.Pun.76,Ducentes paucos in ſpeciem captiuos.*
*Idem 4.ab Vrbe,179.*
*In ſpeciem,& Reipſa,contraria.Liu.3.ab Vrbe,41.*
*Præclara claris in ſpeciem, ſed inops & infirma propter di-*
*miſſionem propugnatorum atq; remigum Cic.7.Verr.69.*
*In ſpem.Liuius 2.ab Vrbe,49,Multóq; plures,ut in ſpem uni-*
*uerſæ prædæ,flumen traijciunt.*
*In ſpem uenire.Cic.ad Varronem,lib.9.11.*
*In ſpe eſſe.Liuius 5.bell.Maced.39.*
*In ſumma,Summatim,breuiter.Plin.epiſt.96.b, In ſumma non*
*profuturum ei ſi donaſſem, profuturum ſi ceſſiſſem.Idem e-*
*piſt.94.b.lib.6, In ſumma, noſtri facetias hominis. Cic.ad*
*Quin.frat.lib.2.16.12,In ſumma quatuor ſententijs,&c.*
*In ſummo beneficio.Cic.5.Verr.94.*
*In ſummum euadere.Liuius 5.ab Vrbe,208.*
*In omni ſumma.Cic.ad Quin.frat.lib.3.21.8.*
*In ſuperuacuum.Seneca de Ira,2.Id eſt,fruſtra.*
*In ſuſpenſo relinquere.Plin.epiſt.248.*
*In tam breui ſpatio.Terent.Heaut.5.2.2,Vt pater*
*Tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum patris?*
*In tantum.Plin.lib.8.ca.16.15,Et malè credi libertas ei, cui in*
*tantum ceſſiſſet etiam feritas.*
*In tantũ,in quantũ.Plin.in Paneg.ad finẽ.Si denicq; in tantũ di-*
*ligo optimum principem,in quantum inuiſus peßimo fui.*
*In tantum,ut.Plin.lib. 10.cap. 53.1, Aliquæ in tantũ,ut effœtæ*
*moriantur.*
*In talibus uiris.Cic.de Amic.37.*
*In te eſt mihi ſalus.Plaut.Pſeud.3.69.*
*In te copia eſt ſodali tuo.Plaut.Epid.7.10.*
*In te,Contra te.Plaut.Trinum.4.50,*
*Hæc cum audio in te dici,excrucior miſer.*
*In tempore aduenire:id eſt,opportunè.Plaut.Capt.13.67.Li-*
*uius 4.ab Vrbe,171,Aut in tempore pugnam ineſſe.*
*In ipſo tempore.Teren.And.3.2.51,*
*Atq; adeò in ipſo tempore eccum ipſum obuiam Chremem.* Idem Hecyr.4.4.5.
*Opportunè te Philippe in ipſo tempore oſtendis.*
*In tempus.Plin.epiſt.49.d,Mox quaſi alio die ſtudebat in ex-*
*tremum tempus.Cic.Att.lib.2. 34.5, Nã & eiuſmodi ſunt ij ter-*
*ſus,ut in tempus ab inimico Pompeij ſcripti eſſe uideantur.*
*In præſens tempus,pro nunc. Cicer. 1.in Catil.16, Video ſi mea*
*uoce ire in exilium animũ induxeris, quanta tempeſtas in-*
*uidiæ nobis: ſi minus in præſens tempus recenti memoria*
*ſcelerum tuorum,at in poſteritatem impendeat.Budæus.*
*In omne tempus.Cic.Luceio,lib.5.15.1.*
*In tormentis eſſe.Plin.epiſt.176.b.*
*In totum,Omnino.Plin.in Præf.10, Et ne in totum uidear Gra-*
*cos inſectari.*
*In totum,& In uniuerſum,fermè pro eodem. Quinti.de Proœ-*
*mio, Ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud in-*
*dices negat.*
*In tranquillo eſſe.Terent.Eunuch.5.9.8.*
*In tranſcurſu,Obiter.Plin.lib.3.cap.5.2.*
*Tractare aliquid in tranſitu.Quintil.lib.6.cap.2.2.*
*In triduo hoc,In ſpatio triduo.Plaut.Perſ.2.39.Plin. lib. 9.ca.*
*51.8,Ceteræ fœminæ in triduo excludunt,ſi mas attigit.*
*In turpißimis rebus habere.Cæſar 6.bell.Gall.78.*
*In tunicis albis uenerunt.Plin.epiſt.147.c. Id eſt, tunicis albis*
*induti.*
*In tußiendo,Per tußim.Plaut.Aſin.13.50.*
*In tuto res eſt.Plaut.Merc.7.42.Terent.Heaut.4.3.11,*
*Nam amici quoq; res eſt uidenda in tuto ut collocetur.*
*In tutum eduxit legiones.Plaut.Moſtell.15.7.*
*In uerba certa dare recuperatores.Cic.5.Verr.57.*
*In uero. Vlpianus in l. qui cum tut. §. ultim. ff. de tranſact.*
*Qui per fallaciam cohæredis, ignorans uniuerſa quæ in*
*uero erant.*
*In ueſperum parata.Plaut.Moſtell.9.8.*
*In uia.Plaut.Menæch.9.69,*
*Ne uxor cognoſcat te habere,ſi in uia conſpexerit.*
*In uicem ſuccedere.Plin.lib.11.cap.37.10.*
*In uicino ſunt terræ.Plin.lib.2.cap.16.6.*
*In uiros diuidere:hoc eſt,in ſingulos uiros,uel uiritim. Plautus*
*Aulul.5.30.*
*In unguem. Celſus, Suturæ in unguem commiſſæ:quarum ora*
*exactæ commiſſæ ſunt,ita ut alteri neutra inſidat.*

In uniuer-

Digitized by Google

*In uniuersum, pro eo quod est generaliter. Quintil. Verùm antè quàm de singulis loquar, pauca in uniuersum de uarietate opinionum dicenda sunt.*

*In uolatu pascitur hirundo, Volando. Plin. lib. 10. capit. 24. 3.*

*In utranq; partem respondere. Cic. 4. Acad. 187.*

*In uulgus fama pessima. Liu. 3. ab Vrbe, 180.*

*In uulgus gratum. Cicero ad Atticum, libro 2. 37. 4. Hoc est, uulgo gratum.*

**In**, componitur cum omnibus literis tam uocalibus, quàm consonantibus: sed quando uocalibus iungitur, uel c, d, f, g, h, n, q, ſ, t, ſemper remanet n: ut, inauris, ineo, injicio, inops, inuoco, incedo, induco, infero, ingero, imbibeo, innuo, inquiro, insisto, intueor. Quando uerò cum b, m, & p, mutatur n, in m: ut, imbibo, immunis, impono. cum l, & r, mutatur n, in l, uel in r: ut, illudo, irruo.

**Inabruptus**] Adiect. (ἀῤῥαγὴς) Quod non est abruptum, aut quod abrumpi non potest. Stat. 5. Syl. 1. 9,

Nec mirum ſi uos collato pectore miſtos
Iunxit in abrupta Concordia longa catbena.

**Inaccessus**] Adiectiuum (ἀπρόσιτος) Ad quem non accediture, uel accedi non potest. Plinius libro 10. cap. 12. 5, Deserta incolit: nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa.

*Aditus inaccesi. Silius lib. 3. 4.*

**Inaccessus**, Ad quem nullus debeat accedere. Virg. 7. Aeneid. 2,

Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. Seruius.

**Inachia**] ἰναχία, uocatur tota Peloponneſus, non solum Argos. Stephanus.

¶ **Inachia**, Puellæ nomen adamatæ ab Horatio, cuius ipse meminit Epod. 11,

Hic tertius December, ex quo deſtiti
Inachiâ furere, ſyluis honorem decutit. Et ode sequente.

**Inachus**] ἴναχος, pater Ionis uel Ius, qui primus apud Argiuos regnauit, & Inacho fluuio nomen dedit: unde et poetæ fluuium ipsum Ionis patrem uocant, & regem faciunt Argiuorũ: de quo Strabo li. 8. De Inacho rege meminit Horat. 2. Carm. ode 3. 5, Diuésne priſco natus ab Inacho, &c.

*Antiquus. Senec. Thyest. 4. 1. Volucer, Sene. Herc. Oeth. 2. 8.*

*Fabula est apud Ouidium 1. Metamorph. & apud Virgil. 7. Aeneid. 158.*

¶ **Inachides**, Patron. m. (ἰναχίδης) Ouid. 1. Met. 152, Nõ tulit Inachides. De Epapho, qui ex Ioue uel Iside natus erat. Stat. pro gentili posuit, lib. 3. 73, —trepidi de ſedibus aſtant. Inachidæ. Id est, Argiui.

¶ **Inachis**, Patronymicũ fœm. (ἰναχὶς) Proper. li. 1. eleg. 3. 4,

Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachides. Id est, Ius filiæ Inachi, Ouid. 1. Metam. 123, —inq; nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam.

*Ripæ Inachidæ. Ouid. 1. Metam. 129.*

¶ **Inachus**, Adiectiuum (ἰνάχιος) Virg. 3. Georg. 31,

Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.

*Vrbes Inachiæ. Stat. 1. Thebaid. 64.*

*Littus Inachium. Ouid. 5. Fast. 131.*

**Inaduersum**] εἰς τὸ πρόσθιον, pro In parte aduersa, uice aduerbij fungitur. Cæsar 5. bell. Gal. 14, L. Cotta legatus oẽs cohortes, ordinesq; adhortans, in aduersum os funda uulnerat. Colum. lib. 4. cap. 25.

**Inadulabilis**] pen. corr. Adiectiuum (ἀκολάκευτος) Non obnoxius adulationi. Gel. lib. 14. capit. 4, Ex imaginis autem istius significatione intelligi uoluit iudicem, qui iustitiæ dicitur est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem. &c.

**Inædifico**] inædificas, pen. corr. (οἰκοδομέω) inædificare, Idem quod Aedificare significat. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 109, Portas obstruit, uicos, plateasq; inædificat, fossas transuersas uijs perducit.

*Inædificata & immolita ædificia. Liu. 9. bel. Maced. 182.*

**Inædificare**, pro Simul ædificare & construere. Plin. libro 10. capit. 3. 6, Inædificatur nido lapis aetites, quem aliqui dixere gagatem. Hoc est, in nido ædificatur.

**Inædificare**, Quod ædificatum erat destruere. Cicer. de Aruſp. resp. 29, A Sexto Serrano ſanctiſsima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine eſſe fœdata neſcimus?

**Inæqualis**] & hoc inæquale, penul. prod. (ἄνισος, ἀνώμαλος) Notæ significationis.

*Autumni inæquales. Ouid. 1. Metam. 24.*

*Inæqualis menſa. Martial. lib. 1. 51.*

**Inæquo**] inæquas (ἀνισόω) inæquare, Complanare, adæquare. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 109, Foſſas transuersas uijs perducit, atq; ibi ſudes, ſtipitesq; præacutos defigit. Hæc leuibus cratibus terrâq; inæquat.

*Onus inæquatum. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam, eleg. 1. 9.*

¶ **Inæqualitas**, pen. cor. inæqualitatis (ἀνισότης, ἀνωμαλότης) Colum. libro 3. capit. 12. 3, Opus eſt inter has inæqualitates magno temperamento.

¶ **Inæqualiter**, penultima correpta, Aduerbium (ἀνίσως) Columel. de Arboribus, capit. 7. 4, Et eodem ferro acuto plagam emendes, ſicubi inæqualiter findi uidebitur. Liuius 8. bel. Pun. 106.

¶ **Inæquabilis**, & hoc inæquabile, penul. corr. (ἀνώμαλος) Idem quod inæqualis: ut, Inæquabilis locus campeſter. Varro 1. de Re ruſt. cap. 6. 5.

*Inæquabili uarietate diſtinguere. Cic. in Partit. 8.*

¶ **Inæquabiliter**, penul. corr. Aduerbium (ἀνωμάλως) Varro 3. de Re ruſp. cap. 9. 7, Ob quam rem oua aut inæquabiliter maturescunt, aut conſenescunt.

**Inæstimabilis**] & hoc inæstimabile, penultima correpta, (ἀτίμητος) Quod æstimari non potest. Liuius 5. bel. Maced. 53, Quòd è grege ſe imperatorum, uelut inæſtimabilem ſecreuiſſet.

*Aeſtimabile & Inæſtimabile, contraria. Cic. 3. de Fin. 31.*

*Inæſtimabile gaudium. Liu. 9. bel. Pun. 158.*

¶ **Inæſtimatus**, ta, tum, penul. prod. Non æſtimatus. Vlp. in l. plerumq; ff. de iur. dot. Quoties non æſtimatæ res in dotem dantur, & meliores & deteriores muliebri fiunt. Si prædijs inæſtimatis aliquid acceſſerit, hoc ad compendium mulieris pertinet.

**Inæstuo**] inæſtuas (ὀνυμαίνω) inæſtuare, Idem quod Aeſtuare, aut ualde æſtuare. Horat. Epod. 11. 3, Bilis inæſtuat præcordijs.

**Inaffectatus**] Adiectiuum (ἀκατάληκτος) Non affectatus. Quint. lib. 11, Quia mirè ſimplicitas illa & ſecuritas inaffectatæ orationis tenues cauſas decet. Plinius in Paneg. Inaffectata ueritas uerborum.

*Inaffectata iucunditas. Quint. lib. 10. cap. 1.*

**Inalbesco**] inalbeſcis (ἐπιλευκαίνομαι) inalbeſcere, Album fieri. Celſus in ſecundo, Venæ ſub lingua inalbeſcunt.

**Inalgesco**] inalgeſcis (εἰσαγύομαι) inalgeſcere, Idem quod Algeſcere. Celſus libro 3. capit. 3, Frigus uoco, ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt: horrorem, ubi totum corpus intremit.

**Inalienatus**] pen. prod. Adiectiuũ, Incorruptus. Scribonius Largus, Adijcitur propolis inalienatæ, ſynceræ, & bonæ ſelibræ.

**Inalpini**] οἰάλπειοι, Dicuntur, qui Alpium initia & uoluti fauces incolunt. Plin. libro 3. capit. 4. ad finem, Adiecti

formulæ

formulæ Galba Imperator ex Inalpinis Amanticos atq; Ebroduntios. Quanquam pro incolis Alpium uidetur accipere, cap. 5. Alpes populiq; Inalpini uarijs nominibus: sed maximè capillati.

Inamabilis] & hoc inamabile, pen.corr. (ἀνέραστος) Qui non potest amari, in quo nihil est propter quod ametur Plaut. Bacch.14.3, Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus uiuo. Plin. epist.187. Quanquam id genus operis inamabile, inamœnum, magisq; laboribus ruris, quàm uoluptatibus simile.

Feritas inamabilis. Ouid.1.de Ponto, eleg.7.1.

Locus inamabilis. Ouid.5.Trist.eleg.8.9.

Regnum inamabile. Ouid.14.Metam.118.

Ridere inamabile. Ouid.3.de Arte amandi, 58.

Inamaresco] inamarescis, (εἰσαπεραίνομαι) inamarescere, Amarum fieri. Horat.5.Serm. Satyr.2, Nanq; inamarescũt epulæ sine fine petitæ.

Inambitiosus] pen.prod. Adiectiuum, (ἀφελότιμος, ἀφιλόδοξος) Ouid.11.Metam.154. Secretos montes & inambitiosa colebat Rura.

Inambulo] inambulas, pen. corr. inambulare, (ἐμπεριπατέω) Significat spatiari, & spatia ambulando conficere. Cicero.1.de Orat.137, Neq; is consistens in loco, sed inambulãs, atq; ascensu ingrediens arduo. Idem Att. libro 6. 113.9, Ante lucem inambulabam domi. Plaut. Asina. 12. 92, Inambulandum est.

Quiescere & Inambulare, contraria. Cic.6.Verr.27.

Cum aliquo in porticu inambulare. Cic.2.de Orat.7.

In uiridi, opacáq; ripa inambulare. Cic.1.de Leg.22.

¶ Inambulatio, (ἐμπεριπάτησις) Verbale. Cicero in Bruto, Non multa iactatio corporis, non inclinatio uocis, nulla inambulatio, Catullus ad Flauium, epig.6.3.

——tremuliq; quassa lecti
Argutatio, inambulatioq;.

Inamœnus] Adiectiuum (ἀφαιδρότατος) Ouid. 10.Metã.3. Persephonem adijt, inamœnáq; regna tenentem.

Feritas inamœna uiæ. Stat.2.Syl.2.7.

Inanimalis] & hoc manimale, pen.prod. Macrob. lib. 4. Saturn.cap.6, Est & ille locus ad permouendum pathos, in quo sermo dirigitur, uel ad inanimalia, uel ad muta.

Inanimus] pen.corr. Adiectiuum (ἄψυχος) Quod non habet animum, uel anima caret, & non uiuit. Cicer.2.Off.14, Partim sunt inanima, ut aurum, argentum. Idem 7.Verr. 134. Tamen omnia muta atq; inanima.

Inanima caro. Plin.lib.7.cap.15.1.

Inter animum & animal quid interfit, ostendit. Ci.4. Aca. 71.

¶ Inanimatus, penul.corr. Adiectiuum (ἄψυχος) Idem quod inanimus. Cicero in Topicis 36. Animata inanimatis anteponantur.

Inanis] & hoc inane, pen.prod (κενὸς, διάκενος, φιλάος, τενύσιος) Vacuus. Plaut. Persa, 10.26,

Non ego inimicitias omnes pluris æstimo,
Quàm mensa inanis si nunc apponatur mihi.

Inanis atq; inops, Pauper. Pla. Bac. 9.19. Ci. pro Clu. 55. Quum domi suæ miserrimus & inanissimus tantum nummorum positum uideret.

Inanis accedit, id est, nihil secum affert. Plau. Pseu. 5.75. Sic, Cicero ad Attic. lib.14.301.1. Inanes redierunt.

Inanis incedit, Nihil fert aut portat. Plautus Amph. 4.176. Idem Asin.12.70, Eho baiulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito inanis.

Inanem ex aliquo loco profugere. Cicero 3.Verr.26. & 4.16.

Ager inanis. Cic.5.Verr.101.

Artus inanes. Ouid.ad Liuiam, 27.

Corpus inane. Ouid.epist.21.24.

Nuda & inanis domus, cui opponitur Exornata & instructa. Cicero 4.Verr.59.

Inanis equus, Cui nemo insidet. Cic.4.Verr.115.

Horrea inania. Ouid.1.Trist.eleg.8.2.

Inanis locus. Cic.7.Verr.75.

Inanis nauis. Cic.7.Verr.37.

Nubila inania. Virg.4.Georg.40.

Inanes ostreæ, Quæ parum aut nihil habent succi inclusi in ipsis cochleis. Plin.lib.9.cap.31.3.

Simulacra inania. Ouid.3.Metam.134.

Vas inane quum dicimus, non ita loquimur ut physici, quibus inane nihil placet, sed ita ut, uerbi gratia, sine aqua, sine uino, sine oleo uas esse dicamus. Cic.de Fato, 37.

Vmbra inanis. Ouid.3.Trist.eleg.11.5.

Inane crimen. Cic. 4.Verr.128.

Bella inania gerens. Silius, lib.1.14.

Causas nequicquam nectis inanes. Virg.9.Aeneid.45.

Spes fallaces, cogitationes inanes. Cic. pro Milone, 72.

Cupiditatum inanium nec modus ullus, nec finis inueniri potest. Cic.1.de Fin.71.

Curæ inanes. Lucret.lib.5.287.

Deus inane. Horat.Epod.5.2.

Doli frangentur inanes. Virg.4.Georg.80.

Inanis elocutio, ac penè puerilis. Cic.1.de Or.11.

Fletus inanes. Virg.4.Georg.75.

Ira inanis. Virg.10: Aeni Dij Iouis in tectis iram miseratur inanem. Vbi Seruius, Generaliter dicit omnẽ iram belli cã. Vbi enim tã inanis iracũdia est quàm in bello, ubi ut pereamus, irascimur?

Lætitia tumefactus inani. Proper. lib.3.eleg.6.1.

Ludus inanis. Virg.4.Georg.21.

Metus inanis. Lucret.lib.3.200.

Munus inane, Non profuturum. Virg.6.Aeneid.Seruius.

Nomen inane. Horat.1.epist.18.9.

Operam inanem sumere. Horat.de Arte poetica, 90.

Pictura inanis. Virg.1.Aeneid.

Promissum inane. Ouid.3.Fast.137.

Sagina inanis. Quint.lib.2.cap.15.18.

Falsa & inania humana somnia esse. Cic.2.de Diuinat.191.

Spe multum captus inani. Virg.11.Aeneid.10.

Inani & tenui spe consolari. Cic.pro Qu.Rosc.

Inane studium. Virg.2.eclog.1.

Studia inania, & fluxa. Tacit.lib.3.

Inane tempus. Virg.4.Aeneid.87.

Inania uerba. Virg.10.Aeneid.

Verba inania fingis. Propert.lib.3.eleg.20.1.

Visiones inanes. Cic.4.Acad.90.

Voces inanes fundere. Cic.3.Tusc.72.

Inanis, cum genitiuo. Ouid.epist.3.12, Sanguinis atq; animæ corpus inane fuit.

Inanissimus prudentiæ, hoc est, prudentia omnino uacans. Cicero pro Murœna, 24.

Inanis, cum ablatiuo. Cic.ad Att.lib. 2.23. 1, Nulla enim abste per hos dies epistola inanis aliquà re utili & suaui uenerat.

¶ Inane, Leue & non constans. Cicero Brut. 3.3, Nihil est in me inane, neq; enim debet. Budæus.

Nihil inane, nihil sine causa, nihil sperua cuum. Cicero 1.de Nat.deor.126.

Inane, pen.prod. Substantiuum, pro aere, cælo. Ouid.2. Metã. Sustulit & celeri raptas per inania uento Imposuit celo.

Magnum inane. Virg.eclog.6.7.

Profundum inane. Lucret.lib.2.20.

¶ Inanitas, penul.corr. Vacuitas. Plaut. Casina, 19.6. Mihi inanitate

Digitized by Google

nitate iamdudum inteſtina murmurant. Cicer. de Fato, 29. Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur.

Inanitas, Vanitas. Cic. 3. Tuſc. 5, In ſumma inanitate uerſatur.

Inanitas & error. Cic. 1. de Fin. 70.

Oris inanitas. Quint. lib. 1. cap. 11. 4.

¶Inaniter, pen. corr. Aduerbium (κενῶς, φρόνδη) Cic. 4. Tuſc. 21, Quum autem inaniter & effuſè animus exultat, tum illa letitia geſtiens, uel nimia dici poteſt.

Inaniter, pro Fruſtra. Ouid. 2. Metam.

— & medicas exercet inaniter artes. Hor. 2. epiſt. 1. 43,

— meum qui pectus inaniter angit.

Inaniter moueri. Cic. 4. Acad. 87.

¶Inaniloquus, pen. corr. Adiectiuum (κενολόγ&) Qui inania loquitur & uana. Plaut. Pſeud. 5. 25, Surdus ſum proſectò, inaniloquus es.

¶Inaniæ, inaniarum, pro Vacuitatibus (κενότητες) Plautus Aulul. 5. 26,

Ita inanijs ſunt oppletæ atq; araneis.

¶Inanio, manis, pen. prod. inaniui, inanitum (κενόω) inanire, Vacuare. Plin. lib. 20. cap. 3. 1, Herbacea arefacta, per ſe inanit aluum. De cucurbita. Idem lib. 21. cap. 20. 9.

Inapertus] Adiectiuum (ἀνεπαύθω&) Non patens, nõ expoſitus: ut, Senectus inaperta fraudi. Silius lib. 7. 6.

Inapparatio] ἀδιαπαρασία, cui contrarium eſt Apparatio. Author ad Heren. lib. 2. 38, Si præterea ex altera parte uires, pecunia, conſilium, ſcientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.

Inardeo] ſiue Inardeſco, inardeſcis, inarſi (ἐνκάιθω) inardeſcere, Idem quod Ardeſcere ſignificat. Hoc eſt, igne, calore conſumi. Cicer. 2. de Orat. 122, Dicere enim aiunt Ennium, Flammam à ſapiente facilius ore inardente opprimi, quàm bona dicta teneat.

Inardeſcit ſolis radijs nubes. Virg. 8. Aeneid.

Inarſit. Horat. Epod. 3. 4,

Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarſit æſtuoſius.

Inareſco] inareſcis, marui (καταξηραίνομαι) inareſcere, idẽ quod ſuum ſimplex: niſi aliquid addat præpoſitio. Colum. lib. 4. cap. 24. 3, Nec patiantur ante maturitatem fructum inareſcere. Plin. epiſt. 17. lib. 2.

Inareſcens ficus à rore. Colum. lib. 12. cap. 15. 2.

Lacbrymæ inareſcunt. Quint. lib. 6. cap. 1. 22.

Inarefactus] Participium ab Inareſio. Plin. lib. 32. cap. 10. 8, Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem uel ſanguinem inarefactum.

Inargentatus] pen. prod. Adiectiuum (ἐπάργυρ&) hoc eſt, argento coopertus & illinitus atq; obuolutus. Plin. lib. 21. cap. 2. 3, Paulatimq; & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollarijs poſtquam è lamina erea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Inargutus] pen. prod. Adiectiuum. Vlp. in l hoc ſenatus conſultum. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur. Quæ ſententia mihi non inarguta uidetur.

¶Inarguè, penult. prod. Aduerbium (ἀτωμύλως) Non aſtutè. Gel. lib. 21. cap. 13, Tunc Sulpitius Apollinaris renidens, Nõ me hercle inarguè, inquit, nec incallidè oppoſuiſti hoc Tullianum.

Inarime] pen. corr. (ἄρμαχ, ἄρμοι) Inſula in ora Campaniæ, prope Neapolim: & ut ait Plin. lib. 3. cap. 6. in Puteolano ſinu, Aenaria à ſtatione nauium Aeneæ uocitata. Vulgò Iſchias, ab oppido cui coxendicis ſimilitudo, ut docet Hermolaus. Inarime uerò ab Arimis, ſiue populis, ſiue bellua, ita priſca Hetruſcorum lingua ſimias dictante, quas Græci pithecos uocant: unde nomen inſulis Pithecuſis, ut Strabo placet, ex hiſtoria fabuloſa quam refert Ouid. 14. Met. 18,

Inarimen, Prochitenq; legit, &c. Quanquam Plinius lib. 3. cap. 6. ait, Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimauere, ſed à figlinis doliariorum, πίθ& enim dolium Græcis dicitur.

Tyrrhena Inarime. Senec. Herc. Oeth. 9. 6.

Inaro] inaras, pen. corr. (ἐναρόω) inarare, Idem quod arare, & ſumma diligentia excolere. Varro 1. de re Ruſt. cap. 23. 3, Si ager macrior eſt, pro ſtercore inarare ſolent. Et apud Colum. lib. 2. cap. 2. 9, Inarare arbores. Plin. lib. 18. cap. 14. 4, Inarari protinus ſolum opus eſt.

Tellus inarata. Horat. Epod. 16. 9.

Terra inarata. Virg. 1. Georg. 17.

Inartificialis] pen. prod. Adiectiuum. Quintil. lib. 5. cap. 1, Ideoq; illas ἀντέχνας, id eſt, inartificiales: has ἐντέχνας, id eſt, artificiales uocauerunt.

Inartificialiter] pen. corr. Aduerb. Vide Artificialiter. Quintil. lib. 2. cap. 17, Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter gerat, in ea eſſe artem.

Inaſcenſus] ἀνέβασις, pro non aſcenſo. Plin. in Paneg. 111, Iam toties procedere in roſtra, inaſcenſuq; illum ſuperbiæ principum locum terere, &c.

Inaſpectus] Adiectiuum (ἄνοπτ&) Non conſpectus, non uiſus. Stat. 1. Thebaid. 10,

— imæq; receſſu
Sedis inaſpectos cælo radijſq; penates Seruantem.

Inaſſatus] penultima producta (ἄνοπτ&) Idem quod aſſatus. Plinius libro 28. cap. 8. 8, Glaucomata uerò iecinoris recentis inaſſati ſanie, cum deſpumato melle inunctis. Et cap. 10. 6, Quidam & ipſum arundine exenteratum inueteratumq; bibendum dedere. Alij in cibo in ligneis uerubus inaſſatum.

Inaſſuetus] penult. prod. Adiectiuum (ἀνέθιστ&) Idem quod Inſuetus, inuſitatus. Ouid. 4. Faſt. 90,

Panditur interea Diti uia: nanq; diurnum
Lumen inaſſueti ui patiuntur equi.

Manu inaſſueta agere aliquid. Ouid. 1. de Arte amat. 60.

Inattenuatus] pen. prod. Adiectiuum (ἀλέπτωτ&) Non attenuatus aut imminutus. Ouid. 8. Metam. 171,

— ſed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames, implacateq; uigebat Flamma gulæ.

Inaudax] Adiectiuum (ἄτολμ&) Timidus. Horat. 3. Carm. ode 20, Dura paulo poſt fugies inaudax Prælia raptor.

Inaudio] inaudis, inaudiui, inauditum (κατακούω) inaudire, Bene uel perfectè audire. Plaut. Aulul. 7. 88, Credo ego iam illum inaudiſſe mihi eſſe theſaurum domi.

Inaudire de re aliqua. Plaut. Moſtel. 8. 10, Cic. Panſe, Quõrum erupit illa uox, de qua ego ex te primum inaudieram. Idem ad Atticum, lib. 6. III. 33, Nunquid de quo inaudiſti?

¶Inauditus, pen. prod. (ἀνάκουσ&, ἀδιάπυσ&) Nomen, Non auditum, inuſitatum, nouum. Liu. 5. bel. Maced. 189, Et multa nomina gentium inauditarum.

Pars altera inaudita. Senec. Medea, 4. 5.

Inaudita magnitudo, Incredibilis & admodum magna. Plinius lib. 9. cap. 30. 4.

Inaudita Græcis ſors iſta. Cic. 2. de Diuinat. 174.

Inauditum omni memoria. Cic. in Vatinium, 25.

Inauditum nomen imponere alicui rei. Cic. 3. de Finib. 23.

Inaudita & inuiſa. Cic. de Aruſp. reſpon. 53.

Inauditum & nouum. Cic. 1. de Orat. 68.

Inauditum damnari, id eſt, Indicta cauſa damnari. Suet. in Galba, cap. 14, Quoſdam claros ex utroq; ordine uiros ſuſpi-

cione minima inauditos condemnauit.

Inauditus & indefensus. Tacit. lib. 17.

¶ Inauditiuncula, inauditiuncule, pen. correpta. Diminutiuum, (ἀκροαματίου) Gellius lib. 5. cap. 21, Habebatq; nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatasq; partim non probas.

Inauguro] inauguras, pen. cor. (οἰωνίζομαι) inaugurare, Idem quod augurium captare. Liuius 2. ab Vrbe, 23, Palatinum Romulus, Rhemus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt.

Inaugurare, Dedicare, consecrare. Cicer. 2. Philipp. 106. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem, uide qui te inauguret.

Inaugurare locum, Augurio decernere & quasi dedicare. Liu. 3. ab Vrbe, 88.

Inaugurare. Claud. 4. Paneg. 3,

Qualis erit terris quem mons Euandrius offert
Romanis auibus, quem Tybris inaugurat amnis.

Inaugurari in locum alterius. Liu. 10. bel. Pun. 118.

¶ Inauguratò, pen. prod. Aduerbium (οἰωνισμῶς) Id est, captato augurio. Liu. 1. ab Vrbe, 162, Id quia inauguratò Romulus fecerat, &c.

Inauris] huius inauris, f. gen. (ἐνώτη) Ornamentum aurium, quo mulieres antiquè utebantur. Plaut. Epid. 13. 34, Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? Idem Menæh. 12. 17, Inaures da mihi.

¶ Inauritus, pen. prod. Adiectiuum (ἀώτος) Gel. lib. 7. cap. 6, Quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritaue. Id est, sine aure.

Inauro] inauras (χρυσόω) inaurare, Auro tegere.

Inaurari ab aliquo. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 13. 3. Horatius 1. epistol. 12. 2, —— ut te
Confestim liquidus fortunæ riuus inauret.

¶ Inauratus, pen. prod. Participium (χρυσωθείς) Auro inductus: ut, Inaurata statua. Cic in Pison. Et 4. Verr. 36. & 78.

Inaurata extrinsecus columna. Cic. 1. de Diuinat. 87. Item, Romulus in Capitolio inauratus. Cic. 3. in Catil. 3.

Crater inauratus. Ouid. 2. Fast. 51.

Palla inaurata indutus. Author ad Heren. lib. 4. 226.

Pellis arietis inaurata. Cic. 1. Tusc. 72. Ex quodam poeta.

¶ Inuratòr, pen. prod. inuratoris, Verbale. Firmicus lib. 3. cap. 4. in fine, Iupiter faciet aut aurifices, aut ex auro uestes pinguentes, aut inauratores.

Inauspicatus] pen. prod. Adiectiuum (ἀπαίσιος) Non auspicatum & infœlix, nempe quod fit auspicio non prius captato. Plinius lib. 28. cap. 2. 15, Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul uerri solum, aut bibente conuiua, mensam uel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. Id est, infœlicissimum.

¶ Inauspicatò, Aduerbium (ἀπαισίως) Cicer. 1. de Diuinat. 62, Qui quum tabernaculum uitio cepisset imprudens, quòd inauspicatò pomœrium trangressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit.

Inauspicatò, pro Infœliciter aliquando accipitur.

Inausus] Adiectiuum (ἀτολμήτος) Non ausus, & quod quis non audet. Senec. Thyestr. 1. 4, Ac me innocentem faci. t: & inausa audeat.

Inausum. Senec. epist. 92, Et sciat nihil esse fortunæ inausum. Virg. 8. Aeneid. 42,

At furijs Caci mens effera, nequid inausum,
Aut intentatum sceleri? fore dolue fuisset.

Incæduus] Adiectiuum (ἄτμητος) Quod nõ cæditur: Ex In et Cædo. Seruius, Intonsi montes, syluosi, incædui. Ouid. 2. Fast. 87, Lucus incæduus.

Incalesco] incalescis, incalui (ὑποθερμαίνομαι) incalescere, Calidum fieri. Plin. lib. 14. cap. 21. 4, Item uasa incalescentia operculaq; sudantia. Ouid. 2 Metam.

Incaluit, sumpsitq; nouas feruoribus iras.

Incalescere uino. Liu. 1. ab Vrbe, 251. Ouid. 2. Met. Incaluitq; deo, quem clausum pectore habebat. De Baccho in utero Semeles.

Animi incaluere. Ouid. 2. Met. 1. 18.

Incalescens spuma. Plin. lib. 9. cap. 51. 3.

Incalescens tempus. Colum. lib. 2. cap. 4. 1.

Virtus incaluit. Lucan. lib. 6. 47.

¶ Incalfacio, incalfacis, pen. corr. (ὑποθερμαίνω) incalfacere, Calidum facere. Ouid. 4. Fast. 185,

Quantum sit culmos Titan incalfacit udos.

Incallidus] pen. corr. Adiectiuum (ἀμήχανος) Non astutus. Cic. 1. de Inuent. 6, Quum à summis uiris maximè res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorum accederent. Tacit. lib. 3, Quum incallidus alioqui, & facilis inuenta, sensibus tum artibus uteretur.

Iudex incallidus. Ouid. epist. 24. 11.

¶ Incallidè, pen. corr. Aduerbium (ἀμηχάνως) Cic. 3. Off. 162, In his tamen tribus generibus quoquomodo possunt, nõ incallidè tergiuersantur.

Incalo] incalas, penultima correpta (παλέω) incalare, Vocare. Festus.

Incandesco] incandescis, incandui (διαπυροῦμαι) incandescere, Vehementer incendi, inflammariq;. Ouidius 2. Metamorph 146,

Non secus exarsit, quàm quum balearica plumbum
Fundibulo iacit, uolat hoc, atq; incandescit eundo. Virgil. 3. Georg. 96,

—— totoq; Autumni incanduit æstu.

Seruius, Exarsit prima Autumni parte.

Ara incanduit ignibus. Ouid. 12. Metam. 3.

Incanto] incantas (ἐπάδω, γοητεύω) incantare, Verbis solis, uel etiam rebus quibusdam adiunctis, aliquid supra naturam moliri. Plinius lib. 28. cap. 2. 8, Qui malum carmen incantasset.

Vincula incantata lacertis. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 10.

¶ Incantatio, Verbale (ἐπῳδή) Actus ipse incantandi.

¶ Incantamentum (γοητεία) Idem Plinius libro 28. capite 2, Ex homine remediorum primum maximæ quæstionis, & semper incertæ est, ualeántne aliquid uerba & incantamenta carminum.

Incanus] pen. prod. Adiect. (ἐπιπολιὸς) Idem quod canus, aut ualde canum significat, teste Seruio. Plaut. Rud. 4. 37,

Ecquem tu hìc hominem crispum, incanum uideris. Virgil. 3. Georg. 63,

—barbas incanaq; menta.

Incanæ herbæ. Colum. lib. 8. cap. 2. 7. Plin. lib. 24. cap. 19. 3, Herba impia uocatur incana rorismarini aspectu.

¶ Incanesco, incanescis, incanescere (ἐπιπολιοῦμαι) Canum fieri. Virg. 2. Georg. 15,

—armisq; incanuit albo Flore pyri.

Spumis incanuit unda. Catul. Argon. 59. 3.

Incassum] Aduerbium (ματαίως, ψευδῶς) Virgilius 7. Aeneid. 36,

Turne tot incassum fusos patiere Labores? Vbi Seruius, Incassum, tractum est à cassibus, id est, retibus. Idem in tertio Georg. Hinc est quod et incassum dicimus, id est, sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus uenatio est inanis.

Incassum tela iactare. Liu. 10. ab Vrbe, 141.

Ignis

*Ignis incaſſum furit. Virg. 3. Georg. 19.*

**Incaſtigatus** ] *penult. prod. Adiectiuum (ἀνόλαστος) Horat. 1. epiſt. 10. 9, Nec me dimittes incaſtigatum, &c.*

**Incauo** ] *incauas, penult. corrept. (ἐγκαυλάω) incauare, Idē quod cauare, aut excauare. Colum. lib. 4. cap. 25. 2, Nam quum in aduerſum preſſa manu deſecare quid debet, cultro utitur: quum autem retrahere, ſinu: quum alleuare, ſcalpro: quum incauare, roſtro.*

**Incautus** ] *Adiectiuum (ἀνσυλαβὴς, ἀτρέμιστος) Qui ſibi cauere nequit. Liu. 1. ab Vrbe, 232, Nam ne errarent, manere his bellum quod poſitum ſimuletur, & per occaſionem eum incautos inuaſurum.*

**Incautus**, *Prouidens & præcauens, contraria. Cicero pro Plancio, 43.*

*Prudens, acutus, minimè incautus patronus in cauſis cognoſcēdis, componendiſq; diligens. Cic. de claris Orat. 133.*

*Ingenium incautum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 4.*

*Pectore incautò ipſius ſpiritus. Ouid. 3. de Arte aman. 148.*

*Vulgus incautum. Virg. 3. Georg. 92.*

*Oppreſſus ab hoſte incautus aliquis. Cic. 11. Philipp. 291.*

**Incautus**, *cum genitiuo. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 7,*

*— haud ignara, ac non incauta futuri. De formica.*

*Incautior. Liu. 10. bel. Pun. 61, Neq; prudentiorem, neq; conſtantiorem Maſiniſſam quàm Syphacem eſſe, etiam ab iuuenta incautiorem, certè, &c.*

*Incautum, pro eo quod non cauetur. Tacit. lib. 1, Conſultatáq; ex duobus itineribus breue & ſolitum ſequatur, an impeditius, & intentatum eoq; hoſtibus incautum.*

¶ **Incautè**, *Aduerbium (ἀνσυλαβῶς) Improuidè, imprudenter. Cic. ad Att. lib. 7. 129. 2, Niſi ego inſanio, ſtudiè omnia & incautè agi iudico.*

*Incautè & inconſultè. Liu. 4. ab Vrbe, 151.*

*Incautius. Liuius 9. bel. Macedon. 78, Sed dum incautius ſubit muros.*

**Incedo** ] *incedis, penult. prod. inceſi, inceſſum (βαίνω, βαδίζω) incedere, Eſt ingredi, ſed propriè cum quadam pompa & faſtu. Virg. 1. Aeneid.*

*Aſt ego quæ diuûm incedo regina, &c. Liu. lib. 2, Ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus, magnificè incedit. Plautus Curcul. 7. 12,*

*Conſtant, conferunt ſermones inter ſe, tanquam drapetæ, Obſtant, obſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententijs. Plin. lib. 15. cap. 29. 8, Laurea coronatus inceſit.*

*Incedere magnificè per ora hominum. Saluſt. in Iugurtha, Honorę claro incedere. Lucret. lib. 3. 16.*

*Incedere, uenire, & accedere. Plautus Moſtel. 4. 153,*

*Sed eſtne hic meus ſodalis qui huc incedit cum amica ſua?*

*Terent. Eunucho 5. 3. 9,*

*Virum bonum eccum Parmenonem incedere uideo.*

*Inanis incedit. Vide* Inanis.

*Incedere, Ambulare. Plin. in Paneg. 38, Incedebat pedibus, incedis. Liu. de ſecundo bello Punico, Quum ſignis prima luce motis ſeguiter agmen incederet.*

*Pacilius autem ad inuentionem incedet animus, ſi geſti negotij, &c. Cic. 2. de Inuent. 152.*

*Regina inceſit ad templum. Virg. 1. Aeneid. 100.*

*Incedere ad urbem. Liu. 6 bel. Maced. 41.*

*Incedere per uias, Plaut. Merc. 7. 65.*

*Incedere uia. Plaut. Curcul. 2. 32.*

*Durius incedere. Ouid. 1. de Remed. amor. 68.*

*Lenis incedas. Horat. 3. Carm. ode 18. 1.*

*Molliter incedit. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 5.*

*Paſſu inerti incedere. Ouid 2. Metam 155.*

*Paſſu tardo incedere. Ouid 10. Metam. 10.*

*Summiſſius primò, deinde preſſius, pòſt ſenſim incedere. Cicer. in Orat. 14.*

*Turpe incedere. Catul. de Acme. 39. 4.*

*Incedit pedes: hoc eſt, pedeſter & ſine equo. Liuius 8. bel. Pun. 49.*

*Longo ordine incedunt gentes. Virg. 8. Aeneid. 142.*

*Nuntij incedunt undiq;. Tacit. lib. 11.*

¶ **Inceſſus**, *huius inceſſus (βάσις, βάδισις, βάδισμα) Incedere eſt ambulare: inde inceſſus, ſiue tardus, ſiue feſtinus, ſiue cōmotus, incompoſitus immoderatusq;. Propriè tamen ſublimior quidam & faſtum præſe ferens. Hactenus Valla lib. 5. Cic. 2. de Finib. 123, Quod ſi uultum tibi, ſi inceſſum fingeres, quo grauior uiderere, non eſſes tui ſimilis. Virg. 1. Aen. Et uera inceſſu patuit dea.*

*Inceſſus omnibus animalibus certus & uniuſmodi, & in ſuo cuiq; genere. Plin. lib. 10. cap. 38. 1. Hoc eſt, greſſus.*

*Citus inceſſus. Vide* Citus.

*Fractus inceſſus. Quint. lib. 5. cap. 9. 9.*

*Rarus inceſſus, nec ita longus. Cicer. in Orator. 33. de geſtu Oratoris.*

*Exprimere inceſſum alicuius. Ouid. 11. Metam. 127.*

*Fingere uultum & inceſſum. Cic. 2. de Fin. 123.*

*Tacito inceſſu progreſſus. Virg. 12. Aeneid. 44.*

¶ **Inceſſo**, *inceßis, inceßi, uel inceßiui, inceßitum, penultima producta (παραγίνομαι) inceſſere, A ſupino uerbi incedo formatum, hoc eſt, Ingruo & euenio. Columel. li. ro 3. Et quum Autumnus inceſſerit. Idem libro 12. cap. 17. Pluuiæ inceſſerunt.*

*Inceſſere (βάλλειν, εἰσβάλλειν) Aggredi, inuadere. Feſtus, Inceſſere, Immittere, ac iactu uèl uerbis petere.*

*Inceſſere hoſtes iaculis & ſaxis, aut pilis. Liu. 8. ab Vrbe, 124. Et, 7. bell. Maced. 173.*

*Aſperè aliquem inceſſere. Quint. lib. 5. cap. 7. 18.*

*Inceſſo illius malè gratiam. Plaut. Ciſtel. 20. 109.*

*Bello inceſſere aliquem. Stat. 1. Sylu. 4. 16.*

*Dictis inceſſere aliquem. Ouid. 13. Metam. 47.*

*Iaculis inceßitur index. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 5.*

*Lapidum iactu inceſſere aliquem. Ouid. 13. Metam. 115.*

*Leuibus & friuolis aliquem inceſſere. Quintil. libro 7. capite 3. 28.*

*Monitis amaris inceſſere aliquem. Silius lib. 3. 35.*

*Pœnis inceſſere gentem. Stat. 1. Theb 49.*

*Verbis amaris inceſſere aliquem. Silius lib. 11. 42.*

*Inceſſit admiratio quòd pugnam non inirent. Liuius 7. ab Vrbe 163.*

*Inceßit homines admiratio. Liu. 9. ab Vrbe, 39.*

*Inceßit eum cupido. Liu. 4. bel. Pun. 56. Ipſum ingens cupido inceſſerat Tarenti potiundi.*

*Inceßit mihi cupido, cura, &c. Valer. Ma. Nec mihi cuncta cōplectendi cupido inceßit. Liu. 1. Dec. d. lib. 4. Grauior cura Patribus inceßit. Idem 3. ab Vrbe, 249. Ingens metus inceſſerat Patres, &c.*

*Cupido aliquem inceßit adeundi templum Veneris. Tacitus libro 17.*

*Diſcordia inceßit regibus. Virg. 4. Georg. 14.*

*Inceſſere aliquem dolis, Adoriri & aggredi per fraudem. Plautus Amph. 15. 37.*

*Inceßit fames. Colum. lib. 9. cap. 14. 14.*

*Inceßit ambos inopia. Saluſt. in epiſt. Mithridatis.*

*Inceſſebat enim deterrimo cuiq; licentia. Tacit. lib. 3.*

*Inceßit mœſtitia animos. Liu. 9. bel. Pun. 19.*

*Inceßit morbus in caſtra. Liu. 9. bel. Pun. 49.*

*Inceßit mos ut, hoc eſt, inualuit aut inuectius eſt. Saluſt. de Rep. ord. ad Cæſarem.*

Fœdum anni principium inceßit. Tacit. lib. 4.
Inceßit procella, pro Ingruit. Colum. lib. 2. cap. 21. 1.
Inceßit dein religio. Tacit. lib. 3.
Inceßit te religio. Terent. And. 4. 4. 9. Senec. lib. Controuerſ. 6. Arellius Fuſcus: diues & pauper eadem ueſtigia inceſſimus.
Rumor inceßit. Tacit. lib. 1.
Seditio inceßit. Tacit. lib. 1.
Spes inceſſerat. Tacit. lib. 1.
Inceßit hominibus ſterilitas annonæ. Colum. lib. 2. cap. 10. 1.
Tenebræ inceſſunt. Tacit. lib. 15.
Timor aliquem inceßit. Liu. lib. 7. Decad. 4.
Inceßit eos timor ne. Liuius 1. ab Vrbe, 70. Timor deinde Patres inceßit, ne ciuitatem ſine imperio uis aliqua externa deoriretur.
Valetudo eum inceßit. Tacit. lib. 5.
¶ Inceßi, infinitiuum (εἰσβάλλεσθαι) Virgil. 12. Aeneid. 120, Regina ut tectis uenientem proſpicit hoſtem, Inceßi muros, &c. Hoc eſt inuadi. Seruius.
¶ Inceßio, onis, Verbale. Cic. Att. lib. 12. epiſt. 4. ſub finem, Mihi etſi Calendæ uitandæ fuerunt, inceßionumq; archetypa fugienda, conficiendæq; tabulæ, tamen &c. Inceßionem archetypa, id eſt, origo & prima cauſa uituperationum.
Incelebris] pen. corr. Adiectiuum (ἄκλυτος) ut Vallis incelebris, apud Silium lib. 8. 75.
Incendo] incendis, incendi, incenſum (ἐμπυρόω, ἀνάπτω, τύφω, ἐντύφω, ἐμπρήθω) incendere, Inflammare. Plaut. Menæchmis, 6. 2. Sternite lectos, incendite odores.
Agros incendere. Virg. 1. Georg. 17.
Nulla mens poteſt incendi, niſi ipſe ad eam ardens acceſſeris. Cic. 2. de Orat. 103.
Inflammari nauem, incendiq; inßit. Cic. 7. Verr. 73.
Odores Galbaneos incendere. Virg. 4. Georg. 55.
Thura & odores incendere. Cic. 6. Verr. 69.
Incendere aliquem, per translationem dictum: ut Incendere ira, amore, &c. Terent. Phorm. 1. 4. 9, Loquárne? incendam, taceam? inſtigem.
Capere & incendere aliquem. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 3.
Incendit eos qui audiunt. Cic. 4. de Finib. 11.
Incendere & Sedare contraria. Cic. 3. de Legib. 34.
Animum incendit amore. Virg. 6. Aeneid. 178.
Animum dictis incendit. Virg. 4. Aeneid. 40.
Incendere bonorum animos. Cic. ad Atticum lib. 2. 31. 2.
Clamore incendunt cœlum. Virg. 10. Aeneid. 177.
Cupiditatem alicuius incendere. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 1.
Incendere cupiditatem & arrogantiam alicuius. Cic. Bruto, 4. 3. & ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 24. Amore incendi.
Incendi deſiderio. Cic. in Orat. 18.
Dolore acri incenſa. Virg. 11. Aeneid. 142.
Inflammari & incendi ad cupiditates facibus corporis. Cicero 1. Tuſc. 70.
Furijs incenſa. Virg. 4. Aeneid. 76.
Incenduntur omnes gloria ad ſtudia. Cic. 1. Tuſc. 7.
Incendi ira, Vehementer iraſci. Plaut. Aſin. 9. 14. Terentius Hecyra, 4. 1. 48.
Placatus, & Ira incenſus, contraria. Cicero Attico, libro 6. 113. 2.
Querelis incendere aliquem. Virg. 4. Aeneid. 73.
Incenſus eſt ſtudio utriuſq; ueſtrum. Cic. 1. de Orat. 49.
Incenſi ſtudio quod ad agrum colendum pertinet. Cicero pro Roſc. Amer. 28.
Incenſi ſuſpicione, rem in medium uocare cœperunt. Cicero pro Cluent. 61.
Pudor incendit uires. Virg. 5. Aeneid. 90.
Incendere in ſe odia, Concitare in ſe aliorum inimicitias. Cicer. ad Atticum, lib. 9. 170. 4.
In aliquem incendi. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 29.
¶ Incenſus, Participium (ἐμπυρωθείς) ut, ad Rempublicam bene gerendam incenſus imperator. Cicero de Prouinc. Conſul. 29.
Inimicitijs incenſa contentio. Cic. de Opt. gen. Orat. 152.
Pectus incenſum amore. Virg. 3. Aeneid. 60.
Officio incenſa uoluntas. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 18.
¶ Incenſio, Verbale (ἐμπύρωσις) Cic. pro Sylla, 24, Incenſione urbem, internecione ciues, uaſtitate Italiam, interitu Reſpub. liberauit.
Incenſio Capitolij. Cic. in Catil. 54.
¶ Incendium, incendij (ἐμπρησμός, ἐμπρησις, πυράκτωσις) Inflammatio. Plin. lib. 12. cap. 19. 8, Donec id delubrum incendio conſumptum eſt.
Tanquam aliquod incendium improbitatem reſtinguere. Cicero 3. Verr. 108.
Belli incendia, id eſt, uis. Virg. 1. Aeneid. 114.
Clara incendia. Virg. 2. Aeneid. 114.
Mitia incendia. Ouid. 1. Faſt. 82.
Sæua incendia. Virg. 9. Aeneid. 16.
Ardere continenti incendio. Vide Contineo.
Compeſcere incendia. Vide Compeſco.
Conſumi incendio. Vide Conſumo.
Facere incendium. Cic. in Parad. 39.
Ventus glomerat incendia. Virg. 2. Georg. 63.
Inflammari incendijs cupiditatum. Vide Inflammo.
Miſcere incendia. Virg. 2. Aeneid. 66.
Offerre incendium. Vide Offero.
Incendia uires poſuere. Virg. 5. Aeneid. 135.
Incendium ex amore, Ardor. Plaut. Aſin. 16. 69.
Incendium meum ruina reſtinguam. Catilina apud Saluſtium. Vide Ruina in Ruo.
Incendium pro Inuidia. Cic. pro Muræna, 49. ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. De Catilina. Budæus.
Ardere incendio. Vide Ardeo.
Conflagrare inuidiæ incendio. Vide Conflagro.
¶ Incendiarius (πυρκόος) Tacit. lib. 15. Item, Quint. Decla. 9, Morabar inter ſacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus eſt) homicidas incluſos turpiore cuſtodia. Sueton. etiam utitur in Vitellio.
Incenſus] ἀτίμητος, Adiectiuum à cenſu, Incenſi, qui incenſu peragendo cenſeri nolebant: hoc eſt, qui non profitebantur. Erat autem mulcta, ut libertate priuarentur. Cicero pro Cecinna, 71, Quum autem incenſum uendidit, hoc indicat, quum ij, qui in ſeruitute iuſta fuerunt, cenſu liberentur, eum, qui quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.
Incentio, Incentiuus] Adiectiuum. Vide Incino.
Incentiuum pro ſtimulo. Plinius in Paneg. Non tubæ ſolum, ſed etiam Spartanæ tibiæ incentiuum aliquod ſeruitutis habuiſſe.
Inceps] pro Deinceps, antiquum. Feſtus.
Incepſit] ἄρξηται, Incœperit, Antiquè, inquit Feſtus.
Incepto, Inceptor, Inceptio] Vide Incipio.
Incerno] incernis, increui, incretum, pen. prod. (ἀπογλύνω, ἀπονέμω) incernere, Purgare, Separare. Cato cap. 48. 1, Tum ſemen ſerito cribro tanquam limum, & eo terrã cribro incernito. Vitruuius, Superfricaturam leuigationibus & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

¶ Incerniculum,

Digitized by Google

¶Incerniculum,incerniculi,pen.corr.(ἀσσυρίδιον)Instrumẽtum quo frumenta purgantur.Plin.lib.8.cap.44.5,Decretum fecere quo caueretur ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

Incero]inceras,pen.prod.(κηρόω)Incerare,Aliqd cera tegere.Iuuenalis Satyr.10,

——genua incerare deorum.

¶Inceratus,pen.prod.Participium,Cera illitus.Cor. Celsius lib. 8.cap.8,Si plura fragmenta sunt,excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodemq; intus incerato, ne fascia diducatur.

Incertus]ἄπλοος,ἀσήμαντος,Adiectiuum notum,In opinione dubia,Non sibi constans.Cic.pro L.Murena,34,Nihil est incertius uulgo,nihil obscurius uoluntate hominum,nihil fallacius ratione tota comitiorum.

Lubrica & incerta puerilis etas.Cic.7.Verr.107.

Incertus animus,Dubius.Terent.Heaut.1.1.71.

Animi hominum incerti & exitus præliorum. Cicero Bruto,14.4.

Aura incerta.Ouid.2.Amor.eleg.9.7.

Incerta bestia,apud Plautum,quæ nihil certi præsagit.

Ancipites & incerti casus.Cic.in Orat.53.

Incerta consilia.Terent.And.2.3.16.

Crines incertos colligere.Ouid.1.Amor.eleg.11.1.

Errores incerti.Lucret.lib.4.217.

Euentus futuri temporis incerti.Cic.pro Quintio,56.

Incertus armorum exitus.Cic.ad Atticum,lib.7.123.8.

Exitus pugnarum, Marsq; communis incerti. Cicero pro Mil.42.

Incertus fons.Plin.lib.6.cap.18.1.

Litus breue & incertum.Tacit.lib.14.

Mars incertus.Tacit.lib.20.

Mens incerta.Ouid.9.Metam.127.

Incertæ nuptiæ.Terent.And.5.1.11.

Filiam dare in seditionem,atq; incertas nuptias. Hoc est, de quibus non constat an firmæ futuræ sint.

Pede incerto ferebar.Horat.Epod.11.4.

Pericula incerta.Virg.9.Aeneid.21.

Incerta possessio.Cic.pro Rosc.Comœdo,20.

Soles incerti.Virg.3.Aeneid.41.

Tellus incertissima regni.Stat.11.Theb.78.

Vices incertæ.Ouid.3.Trist.eleg.11.14.

Vulgus incertum.Virg.2.Aeneid.8.

Incertus animi.Terent.Hecyr.1.2.46.

Incertus sententiæ.Liu.4.ab Vrbe,245.

Incertus ueri.Liu.4.ab Vrbe,98.

Salutis incerta.Ouid.epist.20.7.

Suspensus & incertus obscura spe pendeo. Cic.de leg.Agr.68.

Incertus de.Terent.Hecyr.4.3.8,Quia de uxore incertus sum etiam quid sim facturus. Cicer.1.Verr.33,Quum incertum sit de iniuria.

Incertus sum,Responsio.Plaut.Epid.10.3.

Incertus eram,ubi esses.Cic.ad Attic.lib.1.6.1.

Incertior multo sum,quàm dudum.Terent.Phorm.2.4.19.

Aura quauis incertior.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.7.

Stabile & incertum,contraria.Cic.in Top.36.

In incertum,uel In incerto.Vide In.

Quicquid incerti fuit nunc liquet.Plaut.Pseud.11.69.

Incertum utrum.Plin.epist.76.b,Confessus est quidam incestũ, sed incertum utrum quia uerum erat,an quia grauiora metuebat si negasset.

Incertum facere de re aliqua.Plin.lib.7.cap.48.1.

Incerta pro certis habere stultum.Cic.de Senec.62.

Incertum,uerè,maniterue moueatur.Cic.4.Acad.67.

In dubium,incertumq; reuocare aliqua. Cicero pro Cecin.29. & 55.

Incertum est mihi quid agam,& incertum est absolutè,pro Nescio & ignoro.Plaut.Aulul.29.18.Terent.And.1.5.29. Incertum est quid agam.

Incertum est quis deus,&c.Virg.8.Aeneid.29.

Incertum est quàm longa nostrum cuiusq; uita futura sit. Cic.3.Verr.108.

Incerto me,hoc est, Inscio & nesciente.Plaut.Asin.9.61.

Incerto scio,aduerbialiter,pro Clàm me est. Plautus. Epid.10.69.

Incertum,Substantiuum,id est,ut ita dicam,incertitudo. Papinianus in l.qui ex Parag.1.ff.de bono.possess.secun.tab. Admittenda est Iuliani sententia, qui propter incertum conditionis,etiam prioris esse peti bonorum possessionem respondit.

¶Incerto,incertas(ἀπλόω)incertare,Incertum reddere.Plaut. Epid.11.17,

— longa dies animum incertat meum.

Incesso,Incessus]Vide Incedo.

Incestus]huius incestus,masc.gen.uel incestum,incesti,neut. gen.(μιασμὸς,φθορὰ,διαφθορὰ)Quasi non castum & pudicum.Nonius,Incestum,dicitur flagitium in affines admissum.Festus,Incestus à Græco trahitur.nam illi facinus dicũt aniceston.Cestus,cinzulum erat Veneris,quo utebatur ad honestas nuptias.Ideò incestum dicitur,quod à sacrato illo Veneris cingulo non fertur.Cic.4.Tusc.122.Omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla uehementior, ut si iam ipsa illa accusare nolis,stupra dico,& corruptelas,& adulteria,incesta deniq;,quorum omnium accusabilis est turpitudo.Suetonius in Nerone,cap.5,Maiestatis quoq; & adulteriorum,incestiq; cum sorore Lepidâ sub excessu Tiberij reus,mutatione temporum euasit.Idem in Domitiano,cap. 8.Incesta Vestalium uirginum uariè ac seuerè coercere.

Oratio nobilis Curij de incestu pro Seruio Fuluio.Cic. de claris Orat.63.

Commitere incestum.Quint.lib.4.cap.6.63.

Liberare aliquem incesto.Cic.in Pisonem,76.

Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. Cicero 2.de Legib.37.

Incestum neutro genere ferè legitur apud Iurisconsultos. Papinianus in l.si adulterium.§.stuprum.ff.ad legem Iuliam de adulterijs, Incestum autem,quod per illicitam matrimonij coniunctionem admittitur.Budæus.

¶Incestus,Adiectiuum(ἀνάγνος)Id est pollutus. Propertius lib.3.eleg.11.8,

Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Plin.in Paneg. 108,Stuprorum,incestarumq; noctium conscij.

Aues incestæ.Stat.9.Theb.6.

Facies incesta.Luc.lib.10.21.

Incesto flagitio polluere,pro Flagitio incestus.Cicero pro Domo sua,81.

Nuptiæ incestæ.Tacit.lib.11.

Incestæ nuptiæ confirmari non solent.Papinianus in l.si adulterium.§.stuprum.ff.ad legem Iuliam de adulterijs.

Os incestum.Cic.11.Philipp.292.

Prædo incestus.Stat.1.Achil.9.Paridem intelligit.

Incestus sermo,pro fœdo & libidinoso.Liu.lib.8.

Stuprum incestum.Cic.de Arusp.resp.3.

Incesta Vestalis.Plin.lib.28.cap.2.3.

Virilitas incesta.Tacit.lib.5.

¶Incestè,Aduerbium(ἀνοσίως) Fœdè,turpiter. Cic.pro Cælio,26,Ideo aquam adduxi ut tu ea incestè uterere.Lucr. lib.1.20,

Sed casta incestè nubendi tempore in ipso
Hostia concideret.

¶Incesto, incestas (μιαίνω, φθείρω) incestare, Polluere. Plaut. Pœn. 16.132, —— earum hic alteram efflictim perit.
Neq; eam incestauit unquam. Virg. 6. Aeneid. 30,
—— totamq; incestat funere classem.

Filiam incestare. Tacit. lib. 5.

Gremium incestare parentis. Stat. 1. Theb. 47.

¶Incestificus, pen. corr. (φθοροποιὸς) Senec. Thyest. 1. 45,
—— ego castam manum
Nefandus, incestificus, execrabilis Attrecto?

Inchoo] inchoas (ἄρχομαι, καταρχόμαι) Inchoare, Incipere. Virg. 3. Georg. 8, Te sine nil altum mens inchoat.

Cædes inchoata. Senec. Medea, 12. 20.

Inchoare & perficere, siue Absoluere, siue conficere, cõtraria. Cic. 4. de Finib. 57. Idem 1. Acad. 30.

Inchoare lites dicitur annus. Iuuenalis Satyr. 16. 5.

Inchoare Philosophiam. Cic. 1. Acad. 15.

Spem longam inchoare, pro Spem in longum protendere. Horatius 1. Carm. ode 4. 3.

Inchoare uirtutem. Cic. 5. de Finib. 107.

Inchoare & informare oratorem perfectum. Cic. in Orat. 17.

Inchoare libros, & conficere, contraria. Cic. Meos libros quos expectas, inchoaui, sed conficere non possum his diebus.

Præclarè inchoata multa, perfecta non planè. Cicero de claris Orator. 65.

Inchoata atq; rudia pueris exciderunt. Cic. 1. de Orat. 3.

Mancum atq; inchoatum. Cic. 2. Off. 215.

Inchoata maturitas. Plin. lib. 15. cap. 1. 4.

Inchoare, Perficere. Virg. 6. Aeneid. 51,
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Seruius, Inchoat, perficit: & est uerbum sacrorum.

De scriptura siue orthographia uerbi Inchoo, sic Seruius in tertium Georg. Apud Latinos nullum uerbum est quod ante o finalem, habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus uocalibus, & dicebant Incoho. Tria enim habebãt nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, Sepulchrum, orchus, pulcher: è quibus Pulcher tantum hodie recipit aspirationem.

Inchoo, inquit Festus, uidetur ex Græco origine trahere: quòd Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos.

¶Inchoatus, pen. prod. (ἀτελὴς) Imperfectus. Cic. 2. de Natur. deor. 47, Atq; etiam si à primis inchoatisq; naturis ad ultimas perfectasq; uolumus procedere.

¶Inchoatiua (ἀρκτικὰ) uerba pete à Grammaticis, Prisciano, Diomede, Perotto, Valla, & similibus.

Incido] incîdis, incîdi, incîsum, penult. prod. (τέμνω, κόπτω, ὑποτέμνω, σκαλεύω, ἐγκαράττω, ὀρύσσω) incidere, Ex In & Cædo compositum, Idem quod cædere, & in partes diuidere ac secare. Virg. 3. eclog. 4,
Atq; malas uites incidere falce nouellas. Plin. lib. 12. capite 14. 3, Quum incidant eas arbores.

Poema ad Cæsarem, quod composueram, incidi. Cicer. Quinto fratri, lib. 3. 17. 16.

Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Cic. Anteq. iret in exilium, 9.

Venas incidere. Tacit. lib. 16.

Incidere, Insculpere etiam significat: uariéq; construitur.

Incisum marmori. Suet. de claris Grammat. 17. Plin. in Paneg. 9, Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus, aut saxis nomen tuum, sed monumentis æternæ laudis inciditur.

Incidere in re aliqua. Cic. de Senect. 57, Notum est totum carmen incisum in sepulchro. Idem in Pisonem, 73, Idemq; ut esset, quod in basi trophæorum incidi, inscribiq; posset.

Incisum ac notatum in monumentis rerum gestarum. Cicer. pro Fonteio, 26.

Incidere in ære. Cic. 6. Verr. 127. Idem 4. Verr. 77, Incisum in tabula ænea. Idem pro Corn. Balbo, 42, Quod quidem nuper in columna ænea meminimus post rostra incisum & perscriptum fuisse.

Incidere in æs. Cic. Philipp. 2, Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit? & in æs incidi iubebitis? Suet. in Cæsare, Ac mox lege in æs incisa.

Nomina ciuium in tabula incidere. Cic. Acilio, lib. 13. 37. 2.

Fagi incisæ mea nomina seruant. Ouid. epist. 5. 4.

Marmora incisa notis. Horat. 4. Carm. ode 8. 3.

Incisa tabula his literis. Liu. 6. ab Vrbe, 117.

Incidere leges. Cic. pro Milone, 67.

Leges incidere ligno. Horat. de Arte, 81.

Incisum grandibus literis nomen in basi. Cic. 6. Verr. 66.

Verba incidere ceris. Ouid. 9. Metam. 107.

Incidere, pro Abscindere & præcidere. Cicero 2. de Oratore, 182.

Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur. Budæus.

Ludum incidere. Horat. 1. epist. 14. 8.

Neruos uirtutis incidere. Cic. 1. Acad. 51.

Neruos populi Romani incidere. Cic. 2. pro leg. Agr. 53.

Incidere sermonem, Intercidere, uel concidere, aut interturbare. Liu. 2. bel Maced. 156.

Incisa spes, quæ decidit, & qua frustramur. Liuius 3. ab Vrbe, 248. Ibidem, lib. 2. 69, Spe omni reditus incisa.

Singultus uerba incidens. Stat. 9. Theb. 177.

¶Incisio, huius incisionis (τμῆσις, τόμη) Columella lib. 3, Infra incisionem & alligaturam, falce acuta, leuiter uitem uulnerato ex utraq; parte, ut his potius plagis humor defluat, quàm ex incisione abundet.

Incisio apud Oratores aliàs dicitur membrum, aliàs circuitus, aliàs comprehensio, &c. estq; ueluti disiectio & partitio clausularum in oratione. Cicer. in Orat. 125, In incisionibus uerò multo magis, & in membris.

¶Incisura, huius incisuræ, pen. prod. (τομὴ) Ipsa incisio. Plin. libro 11. capite 39. 5, Pili recisi non ut herba ab ipsa incisura augentur.

Incisuræ etiam dicuntur in manibus, quæ uulgò lineæ uocãtur. Plin. lib. 11. cap. 52. 2, Contrà longæ esse uitæ incuruos humeris, & in manu una duas incisuras longas habentes.

¶Incisus, pen. prod. Participium (τετμημένος) Plin. lib. 11. cap. 37. 7, Incisa nascentium in diuersas partes torquentur.

Carmen incisum in sepulcro. Cic. de Senect. 57.

Elogium in sepulcro incisum. Cic. in Pisonem, 57.

¶Incisum, pen. prod. (τμῆμα, κόμμα) oratores uocant sensum non expleto numero conclusum, quod pleriq; pars mẽbri esse uidetur: ut, Domus tibi deerat? at habebas, pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem singulis uerbis incisa. Hæc ex Quintiliano. Cicer. in Orat. 122, Quæ nescio cur quum Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè incisa & membra dicamus.

¶Incisus, huius incisus, pen. prod. (τμῆσις) Plin. lib. 16. capite 12. 4, Fructũ quædam proximo anno ab incisu largiũtur.

¶Incisim, pen. prod. Aduerbium (τμηδὸν) Per incisiones, Minutatim. Cic. in Orat. 124, Hæc quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas.

¶Incisè, Aliud aduerbium (διατὰ κόμματα) Idem Cicer. in Orat. 123, Quo autem pacto deceat incisè, membratimue dici iam uidemus.

¶Incidus,

Digitized by Google

¶ Inciduus, Adiectiuum (ἀπροπ.) Quod incidere uel cædere non licet.

Sylua incidua. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.1.

Incido] incidis, incidi, pen. corr. (ἐμπίπτω) incasum, incidere, ex In & Cado compositum, Idem significat quod simplex. Plinius libro 2. capite 27, Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt arbitror: uerùm hæc idcò facta, quia incassura erant illa.

Ad terram incidit. Virg. 12. Aen. 184.

Incidere, Quasi casu uenire, aut de improuiso labi, præsertim quando construitur cum accusatiuo & præpositione in: ut, Incidi in latrones. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 3, Quòd in id Reipub. tempus non incideris, sed ueneris. Idem 1. Tuscul. 136, In seruorum ferrum & manus incidisset.

Incidere in æs alienum, Debitorem alterius fieri, quod dicitur. Cic. in Catil. 40.

Incidere in amorem, pro Amatorem fieri. Cicero 1. de Inuentione, 93.

Incidere in contentionem. Cic. de Amic. 33.

In imperiorum, honorum, gloriæue cupiditatem incidere. Cicer. 1. Offic. 38.

Incidere in diem. Cicer. ad Atticum, lib. 9. 172. 6, Si enim rectè ambulauit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Id est, eodem die quo sperabas.

Incidunt in eum diem mysteria: hoc est, eo die. Cicero ad Atttic. lib. 6. 112. 7.

In discrimen. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 8.

In errorem incidere. Quint. lib. 2. 15. 16.

Eunti & in euntem, Occurrere alicui ex insperato. Cic. ad Atticum, lib. 12. 214. 8, Is dicitur incidisse in euntem iam in Asiam. In emendatioribus codicibus legitur, Is dicitur uidisse an euntem, an in Asia. Idem 4. Verr. 131, Sanè homini præter opinionem improuiso incidi.

In febriculam incidere. Cic. Ap. Pulchro, lib. 10. 21. 24.

In foueam quoniam incidit bellua, obruatur. Cicero 4. in Catil. 160.

In fraudem. Terent. Heaut. 3. 1. 13.

In furorem & insaniam incidere. Cic. in Pisonem, 36.

In lapidem, Offendere. Varro 3. de re Rust. cap. 14. 2.

In libros alicuius. Cic. 2. de Legib. 52.

In eum locum ut. Terent. Phorm. 1. 3. 23,

——ego in eum incidi infœlix locum,
Vt neq; mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.

In luctum. Cic. 1. Offic. 47.

In malum. Terent. And. 4. 5. 43.

In manus hostis. Cic. pro Cecinna, 33.

Ex aliquo sermone in memoriam & recordationem aliquorũ incidere. Cic. de clar. Orat. 5.

In mentionem rei alicuius. Cic. 1. Verr. 27.

De improuiso in milites incidere. Cic. pro Rosc. Amer. 90.

In morbum, Morbo laborare. Cic. de Senect. 61.

In nomen alicuius. Cic. pro Rosc. Comœdo, 10.

In patrocinium alicuius incidere. Quintilianus libro 7. capite 3. 5.

In sermonem. Cicer. de Amicit. 2. Idem ad Attic. lib. 16. 332. 5, Ego enim in uarios sermones incidebam.

In suspicionem regni appetendi. Cic. pro Milone, 53.

In uitium. Cicer. in Salustium, 1. Idem 4. de Finibus, 66, Nam si omnino nos negligimus, in Aristonea uitia & peccata incidemus.

Incurrere atq; incidere in aliquem. Cic. pro Plancio, 14.

In aliquem incidere & complecti. Cic. pro Plancio, 80.

Incidit in idipsum quod timebat. Cic. 4. Acad. 37. Ex uetusto exemplari legitur, Induit.

Incidit mihi in mentem hæc res. Terent. Phorm. 1. 3. 5, Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. Cic. 4. de Finib. 70, Quod cuiq; in mentem incideret, et quodcunq; tanquam occurreret.

Rarius in iudicijs incidunt. Cic. 2. de Inuent. 163.

Incidit aliud ex alio, Aliud ex alio dependet & euenit. Terent. Heaut. 3. 3. 37.

Incidit amori nostro calamitas. Terent. Heaut. 2. 4. 15.

Pierius menti calor incidit. Stat. 1. Theb. 1.

Incidunt causæ, Quod ineptè dicunt Casus contingunt. Cicero 3. Offic. 65.

Nouus incidit error. Propert. lib. 1. eleg. 12. 7.

Flamma incidit in segetes. Virg. 2. Aen. 61.

Incidit ceruicibus iugum. Colum. lib. 2. cap. 2.

Nihil mali ciuitati incidit, quod non impendere illi tanto antè uiderint. Cic. 1. de Orat. 14.

Incidit mentio de Philippo & Romanis. Liuius 2. belli Macedon. 77.

Incidit animis metus tacitus: hoc est, clam metuebant. Liu. 9. bel. Pun. 137.

Incidit pestilentia grauis per Vrbem. Liu. 7. bel. Pun. 134.

Incidere rebus, pro Temerè & fortuitò, non consilio in res ferri. Seneca epist. 87.

Incident ruinæ capitibus nostris. Liu. 1. bel. Pun. 37.

Saxum ex spelunca in crura eius incidit. Cic. de Fato, 9.

Sermones uarij incidêre nobis. Catull. de Varro, epig. 10, 2.

Incidit sermo de Catulo. Plin. epist. 87. b.

Incidit mihi suspectio. Terent. And. 3. 2. 21.

Incidit suspicio de me. Terent. Adelph. 4. 4. 6.

Incidunt sæpe tempora, quum ea quæ maximè uidentur digna esse iusto homine, eoq; quem uirum bonum dicimus, &c. Cic. 1. Offic. 45.

Incidit terror exercitui. Cæsar 3. bel. Ciuil. 49.

Manibus tremor incidit unctis. Hor. 1. epist. 175.

Incidit sæpe ut, Sæpe euenit, Ferè fit. Cic. de Amic. 32, Nam uel ut non idem expediret utriq;, incidere sæpe, uel ut de Rep. non idem sentirent.

Rarò incidebat ut secundæ classis uocarentur. Liuius 1. ab Vrbe, 191.

Quum inciderit ut id aptè fieri possit. Cic. 1. de Fin. 12.

Incidit infœliciter ut talem ciuem amitteremus. Liu. 8. bel. Macedon. 218.

Si quis eiusmodi fortè casus inciderit ut id faciendum sit. Cicero 3. de Fin. 105.

Fortè ita incidit ut comitijs perfectis nuntiaretur, &c. Liu. 6. bel. Pun. 119. Et lib. 8. 92.

Fortè ita inciderat, ne duo uiolenta ingenia matrimonio iungerentur. Liu. 1. ab Vrbe, 201.

¶ Incassurus, penult. prod. Participium. Plin. lib. 2. cap. 27. 2, Verùm hæc ideo facta, quòs incassuras erant illa.

¶ Incidens, pen. corr. incidentis. Adiectiuum, Quod incidit, siue cadit. Plinius lib. 11. cap. 37. 23, Pupillæ obiter incidentia facilè declinant.

Incidens portis exercitus: hoc est, incurrens in eum locum quo portæ erant. Liu. 5. ab Vrbe, 54.

Incile] incilis, pen. prod. n. g. (λιθωνυχὸς) Locus depressus, ut ait Vlpianus, ff. de riuis. l. 1. ad latus fluminum: ex eo dictus, quòd inciditur. Inciditur enim uel lapis, uel terra, unde primùm aqua ex flumine agi possit, &c. Item ex quocunq; riuo aqua irrigandi causa deducatur, incile dicitur locus per quem primùm deducitur. Hæc Sipontinus. Col. lib. 5. cap. 9. 11, Si olea in cliuo sit, incilia excitentur, quæ limosam aquam ad codicem deducant.

Prima incilia & principia fossarum. Vlpianus in l. 1. ff. de a-

qua quotidiana & æstiua, Caput aquæ illud est, unde aqua nascitur: si ex fonte nascatur, ipse fons: si ex flumine uel lacu, prima incilia, uel principia fossarum, quibusq; ex flumine uel ex lacu in primum riuum compelli possent.

Inciles canales, inquit Festus, in quos aqua confluit, in uijs lapide stratis, ab eliciendo dicti.

¶ Incilia (διώρυγες) authore Festo, fossæ quæ in uijs fiunt ad deducendam aquam, siue derivationes de riuo communi factæ.

¶ Incilo, incilas, penultima producta (ἐγκαλέω) incilare, pro increpare uel improbare, dicebant ueteres. Actius, Qui me incilant probris, sermone indecorant. Lucretius libro 3. 196, Iure (ut opinor) agat, iure increpet, inciletq;. Vide Nonium.

Incingo] incingis, incinxi, incinctum (κατοχυρόω) incingere, Idem quod Cingere, uel circunligare. Liuius 8. ab Vrbe, 47, Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit.

Lauro incingi. Ouid. 14. Metam. 144.

Mitra canos incincta capillos. Ouid. 3. Fast. 134.

Vrbes incingere mœnibus. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 10.

Pellibus incinctæ ambæ. Virg. 4. Georg. 69.

Mercator incinctus tunica. Ouid. 4. Fast. 135.

Aras incinxit uerbenis. Ouid. 7. Metam. 49.

Pictis incinctæ uestibus horæ. Ouid. 5. Fast. 44.

Incino] incinis, penultima correpta, incinui, incentum (ἐπαυλέω) incinere, Simul canere, uel modulanter sonare. Propertius,

—seu uarios incinit ore modos. Gel. lib. 1. cap. 11, Et frequentamenta quædam uaria tibicen incineret.

¶ Incentio, huius incentionis, f. g. (ἐπαύλησις) Cantio seu cantilena, uel harmonia uocum ac tibiarum. Gellius refert lib. 4. cap. 13, Democritum docere plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum.

Incentio, Incantamentum quod uocis modulatione fiebat. Gel. libro 16. capite 11, Vt serpentum uirulentorum domitores sint, et incentionibus herbarumq; succis faciant medelarum miracula.

¶ Incentiuus, pen. prod. Adiectiuum (ἐπαυλητικὸς) ut, Tibia incentiua, apud Varronem, quæ à dextra canit: sicut succentiua, quæ à sinistra succinit: ait enim lib. 1 de re Rust. capite 2. 13, Et ut dextra tibia alia quàm sinistra, ita ut tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiua, alia succentiua.

Incipio] incipis, pen. corr. incœpi, incœptum (ἄρχω, ἄρχομαι, κατάρχομαι, ἀπάρχομαι, δεσάρχω, ἐγχειρέω) incipere, Notæ significationis, & à Capio deriuatur: uel, ut alijs placet, à Cœpi defectiuo. Plaut. Fœnul. 16. 13, ncipere multo est quàm impetrare facilius. Terent. Adelph. 2. 2. 19, Perij hercle, hac spe illi hoc incœperunt.

Aestas prima incœperat. Virg. 3. Aen. 1.

Amor incipiens. Ouid. 2. de Arte aman. 130.

Incipit annus uicesimus. Plaut. Capt. 18. 3.

Annus incipit à frigoribus. Ouid. 1. Fast. 30.

Barba erat incipiens. Ouid. 12. Metam. 79.

Incipit febris. Cic. ad Attic. lib. 7. 128. 2.

Ver incipit. Cic. 7. Verr. 22.

Incipiente uere pariunt. Plin. lib. 10. cap. 32. 3.

Incipiunt postulare, poscere, minari. Cic. 5. Verr. 66.

Incipere à. Plin. lib. 14. in Proœm. 7, Vnde autem potius incipiemus, quàm à uitibus?

Abruptè aliquid incipere. Quint. lib. 3. cap. 8. 5.

Amicitiam. Terent. And. 3. 3. 8.

Cursuram. Plaut. Trinum. 13. 160.

Facinus. Plaut. Trinum. 13. 39.

Honorem. Plaut. Milit. 1. 73.

Iter. Plaut. Casina, 20. 2.

Quum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. Cic. 3. in Catil. 52.

Huic incipio sententiæ diffidere. Cic. 4. Tusc. 4. Et apud eundem, Incipio sperare.

¶ Incipiendus, Participium (ἀρκτέος) Ouid. 5. Fast. 115, A' tantis princeps incipiendus erat.

In re incipienda. Vide In.

¶ Incœptus, Aliud participium (καταρχθείς) ut, Laborem incœptum decurrere. Virg. 2. Georg. 8.

Iter incœptum celerant. Virg. 8. Aen. 18.

Opus incœptum destituere. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 4.

Ritè incœpta sacra. Virg. 4. Aen. 128.

Sermo incœptus. Virg. 6. Aen. 94.

¶ Incœpto, incœptas (ἄρχομαι, ἄρομαι) incœptare, Frequentatiuum ab Incipio, uel à Cœpi defectiuo. Terent. Heaut. 4. 4. 11, Quid incœptat? Idem Phorm. 4. 3. 24.

Incœptare facinus. Terent. Heaut. 3. 3. 39.

Incœptare fabulam. Terent. And. 5. 4. 22.

Incœptare iter. Plaut. Trucul. 4. 27.

¶ Incœptu, Supinum (ἄρχεσθαι) Terentius Phorm. Turpe incœptu.

¶ Incœptum, incœpti, Institutum, principium. Teren. And. 1. 5. 1, Hoccine est humanum factum, aut incœptum? Plin. l. b. 4. cap. 4. 2, Incœpto infausto. Cic. in Catil. 46, Cuius ego non modò factum, sed incœptum ullum, conatúmue contra patriam deprehendero.

Iuuenilia incœpta. Ouid. epist. 17. 7.

Abire incœpto. Vide Abeo.

Abire longius incœpto. Vide Abeo.

Absistere incœpto. Vide Absisto.

Absistere incœptis. Sil. lib. 11. 67.

Desistere incœpto. Virg. 1. Aen. 9.

Peragere incœptum. Virg. 4. Aen. 91.

Magni incœpti pertæsus. Virg. 5. Aen. 142.

¶ Incœptor, incœptoris, Verbale, Qui incipit. Terent. Eunu. 5. 9. 5, —ô Parmeno mi, ô mearum uoluptatũ omnium Inuentor, incœptor, perfector.

¶ Incœptio, incœptionis, Aliud uerbale, Principium. Terent. And. 1. 3. 13, Nam incœptio est amentium, non amantium. Cic. 4. Acad. 2. 15, Tam præclari operis incœptio.

Incisè, Incisim, Incisio, Incisum, Incisura] Vide Incido, incidis, pen. prod.

Incita] incitæ, pen. corr. fœm. gen. (πενία) Paupertas, indigentia. Plaut. Trinum. 8. 103,

Hem nunc hic cuius est? ut ad incitas redactus. Idem Pœn. 4. 86. Antiquum.

Incito] incitas, pen. corr. (παροξύνω, παρορμάω, ὑπαίσσω, θοάω, ὀρνύω) incitare, Commouere, compellere, incendere: ab In, & Cito, citas. Cæsar 3. bell. Gall. 389, Sed multa tamen Cæsarem ad bellum incitabant.

Incitare ad scribendum. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 16. 1.

Incitare & commouere. Cic. 2. de Orat. 100.

Incitare contra. Cic. 4. Acad. 259, Qui si undiq; omnes conuenerint, facilè contra uos incitabuntur.

Incitari in studia. Trebon. ad Cic. lib. 12. 16. 6.

Ad studium & laborem incitandi iuuenes. Cicero 1. de Oratore. 137.

Sedare animos, & Incitare, contraria. Cicero in Oratore, 45.

Celeritatem incitat exercitatio eloquendi. Cicero 1. de Oratore. 45.

Cupiditate

Cupiditate faciendi aliquid aliquem incitare. Cicero de claris Orat.176.
Incitare currentem.Cic.3.Philip.137.
Incitare equos.Cæsar 4.bel.Gal.502.
Equo incitato se in hostes immittere. Cicero 3. de Natura deorum,20.
Incitare mentes, & Reflectere, contraria. Cicero 1.de Oratore,28.
Vmbra uana metum incitat.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.3.
Motus silentio incitari non posse.Cic.de Somnio Scip.17.
Incitantur ueterani in eum.Cic.Cassio,lib.12.2.2.
Incitant me spe non dubia.Cic.ad Attic.lib.10.197.8.
Incitare se in alteram partem.Cic.ad Attic.lib.2.31.5.
Incitat auiditatem hæc herba: Prouocat, & irritat appetitum ciborum:cui opponitur Inhibere auiditatem. Plinius libro 20.cap.7.6.
Saliens incitat unda sitim.Ouid.2.de Remed.amor.48.
Beneficijs alicuius & amore incitari.Cic.Lentulo,lib.1.7.28.
Natura incitari ad aliquid agendum.Cic.3.de Fin.101.
Voluptate corporis incitari.Cic.de Senect.37.
¶ Incitatus,pen.prod. Participium,siue Nomen ex participio (παροξυνθείς, παρόξυντος.)
Incitatus celeritate & studio.Cæsar 3.bel.Ciuil.323.
Incitatus ira aut aliqua perturbatione.Cic.1.Offic.36.
Iracundia incitatus populus.Cic.pro Domo sua,67.
Incitatus mente.Cic.4.Acad.29.
Gradu incitato accurrit.Senec.Troad.10.28.
Populum incitatum mitigare.Cic.1.de Orat.101.
Studium incitatum ad inueniendam ueritatem.Cicero 5.Tusculan.96.
Incitata aduersa ratione uoluntas.Cic.4.Tusc.21.
Incitatum,pro uehementi.Cic.in Bruto,Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem,Incitata & uolubilis,nec ea redundans tamen.
Incitatus furor.Cic.4.Acad.158.Ex poeta.
Incitatissima conuersio totius mundi.Cic.in Som.Scip.19.
¶ Incitatio,huius incitationis (παροξυσμὸς) Instigatio, commotio. Cic.4.Acad.146,Qui ne nunc quidem putat,quum ille sol qui tanta incitatione fertur, ut celeritas eius quanta sit,ne cogitari quidem possit.
Languentis populi incitatio,& Effrenati moderatio,contraria.Cic.de Orat.20.
Acris incitatio. Vide Acer.
Acri & uehementi incitatione inflammatur animus. Cic.2.de Orat.98.
Diuina mentis incitatio.Cic.1.de Diuin.147.
Incitatio orationis.Cic.1.de Orat.77.
¶ Incitatè,pen.prod.Aduerbium (παροξύντως) Cic.in Orator.36,Platonis orationem incitatius ferri.Idem ad Atticũ, lib.2.30.1,Quas Numestio literas dedi:sic te his euocabam, ut nihil acrius, neq; incitatius fieri posset.
¶ Incitamentum, huius incitamenti (παροξυντήριον) Quod commouet,incitat & accendit ad aliquid faciendum.Cicer. pro Archia, 18, Hoc maximum & periculorum incitamentum est & laborum.
Incitamentum ad uincendum.Liu.1.bel.Pun.166.
¶ Incitabulum,huius incitabuli,pen.corr. (ὀξυντήριον)Idem. Gellius lib.15.cap.2, Fomitem esse quendam dicens, incitabulum ingenij uirtutisq;. Antiquum.
¶ Incitatus (παρόρμησις) Verbale, pro incitatione.Plin.lib. 2.cap.45,Qui siue assiduo mundi incitatu,& contrario siderum occursu,nascuntur,siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus,&c.
¶ Incitus (παρόρμητος) Compositum ex In & Citus: Idem quod uelox & celer.Cic.de Nat.deor.130,
Sicut inciti atq; alacres rostris perfremunt Delphini. Ex Accio. Lucret.lib.6.28,
— ualidi uis incita uenti.

Inciuilis] & hoc inciuile,Asper, uiolentus.Corn.Tacit.Egit inciuilius,Id est,uiolentius,acerbius,sæuius,& tyranni more.Ciuilis enim dicitur qui sæuus non est,sed moderatus,pariq; cum cæteris iure uiuit: inciuilis qui se pro principe & imperatore non gerit,sed superbus, & arrogans est & tyrannus, Tacitus. Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas,& diuersa à Tiberij sermone,& multu arrogantibus & obscuris.Turnebus.
Inclamo] inclamas, pen. prod. (ἐπιβοάω) inclamare, Clamore accersere,Vocare. Valerius Max. lib.1, Perterritus deinde tam tetro uiso & nomine horrendo seruos inclamauit:sciscitatusq; est,&c.Cic.ad Atticum, lib.2.33.5, Sed ita te para,ut si inclamaro,aduoles.Lucret.lib.3.194,
Non merito inclamet magis,& uoce increpat acri?
Inclamare aliquem. Ouid.3.Fast.152,
Inclamatq; suos,auxiliumq; uocat.
Inclamare aliquem magna uoce.Liu.8.ab Vrbe,45.
Inclamare nomine.Liu.6.bel.Pun.80.
Inclamare alicui.Liu.1.ab Vrbe,105. Ouid.1.Amor.eleg.7.9,
Nónne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ.
Inclamatus à puero.Plin.lib.9.cap.8.5.
Inclamare aliquem, Conuitijs & maledictis infectari,inquit Festus.Plaut.Asin.11.36,
Nimis ægrè risum continui,ubi hospitam inclamauit,
Quod se absente mihi fidem habere noluisset. Ouid. lib.2.Fast.
Fit sonus,inclamat comites,& lumina poscit. Hoc est, obiurgat.
¶ Inclamito,inclamitas, pen. corr. (ἐπιβοῶμαι) inclamitare, Frequentatiuum. Plaut. Epid.14.46, Etiam inclamitor quasi seruos.
Inclareo] inclares, pen. prod. inclarui, inclarere, uel Inclaresco, inclarescis, inclarescere (συδοκιμέω) Clarum fieri, manifestum,& notum. Plinius in Paneg.36, Nec dignitate nuptiarum magis, quàm his artibus inclaruisse. Suetonius de claris grammat.17,Verr.Flaccus,docendi genere maximè inclaruit.
Artes plurimis inclaruere exemplis. Plinius, libro 7.capite 37.4.
Maximè inclaruit discipulo Nicea Athenienſi,qui diligentißimè mulieres pinxit.De Euphranore pictore. Plinius libro 35.cap.11.9.
Inclaruit in auro cælando.Plinius libro 33.capite 12.3.Et libro 7.capite 21. 2, Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit.
Inclemens] pen. prod. inclementis (ἀνιπιεικὴς) contrariũ est Clementi: hoc est, Durus & asper.Liu.8.ab Vrbe,162. Extrema concio,& circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.
¶ Inclementia,inclementiæ (ἀνιπιείκεια) Duritas.Virgilius 2. Aeneid.121,
Verùm inclementia diuûm
Has euertit opes. Idem 3.Georg.14,
Et labor,& duræ rapit inclementia mortis. Vbi Seruius Inclementia, inexorabilitas & duritia.
Grauis inclementia fati.Stat.1.Sylu.4.10.
¶ Inclementer, Aduerbium (ἀνιπιεικῶς) Durè. Liu. 2. bel. Pun.171,Nihil inclementer in Varronem dictum,nisi id modò,mirari se,&c.Plaut.Pseud 3.25,
Cur inclemẽter dicis lepidis literis? Id est,quare iraſceris istis

Digitized by Google

*iſtis literis? Idem Pœn.19.44.*

*Inclementius, immitius. Terent. in Prologo Eun. 4,*

*Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius*
*Exiſtimat eſſe.*

Inclino] *inclinas, pen.prod. (ἐπικλίνομαι, ἐγκλίνω) inclinare, Inflectere. Iuuen. Satyr. 9,*

*—— atq; ipſos etiam inclinare maritos.*

*Inclinare animum. Liuius 9. belli Pun. 167, Hæc animum inclinant, ut cum modico potius quàm cum magno præſidio equitum ad Scipionem quoque poſtea uenisſe Maſiniſſam credam.*

*Inclinat animus. Liu. 7. ab Vrbe, 35, Hos ut ſequar inclinat animus.*

*Inclinare animum ad rem aliquam. Liu. 10. bel. Maced. 17.*

*Ortus inclinauerat aſtra. Stat. 12. Theb. 1.*

*Inclinare uel inclinari dicitur acies, quando ita urgetur ab hoſtibus, ut iam deficiens incipiat cedere, atq; in fugam conuerti. Liu. 1. ab Vrbe, 49, Vt Hoſtilius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies. Ibidem, lib. 2. 87, Tum demum impulſi Latini, perculſáq; inclinauit acies.*

*Dicimus nos inclinare in ijs rebus, in quibus acquieſcimus. Senec. in Conſol. ad Albinam, Quaſi data opera, in id tempus cõiectis malis tuis, ut nihil eſſet, ubi ſe dolor tuus inclinaret.*

*Acies inclinabant. Sil. lib. 151. 45.*

*Domus inclinata. Virg. 2. Aen. 12.*

*Fata ducum inclinant. Lucan. lib. 3. 150.*

*Inclinat ſe fortuna ut. Cæſar 1. bel. Ciuil. 201, Tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac ſe fortuna inclinauerat, ut noſtri magna inopia neceſſariarum rerũ conflictarentur. Cic. Inclinante deinde ſe fortuna ad cauſam plebis, nuntij ueniunt.*

*Inclinata & propè iacens fortuna. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 3.*

*Oppida inclinata. Ouid. 15. Metam. 60.*

*Inclinata res: cui Integra opponitur. Cic. ad Atti. lib. 10. 199. 1. Legitur & proclinata.*

*Res inclinata eſt, laboratur uehementer. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 10. Id eſt, quaſi ruinam minatur.*

*Inclinata Reſpub. Quæ iam declinare cœpit. Cicero ad Brutum, 18. 2.*

*Inclinat ſententia, Hoc ſentit, huc tendit, eò uergit ut, &c. Liu. 2. bel. Maced. 47, Inclinauit ſententia, ſuum in Theſſaliam agmen dimitteret.*

*Inclinabant eò ſententiæ, ut dum, &c. Liu. 7. bel. Pun. 246.*

*Inclinabat eò ſententia quòd tutius, &c. Liu. 8. bel. Pun. 134.*

*Inclinantur opes ad Sabinos. Liu. 1. ab Vrbe, 75.*

*Inclinare ad conſilium adiuuandum. Cicero ad Atticum, libro 12. 24. 3.*

*Inclinare in conſilium: id eſt, Deſcendere in ſententiam. Liuius 10. ab Vrbe, 35.*

*Inclinare culpam in collegam ſuum. Liu. 5. ab Vrbe, 40.*

*Curſum inclinat. Ouid. 2. Met. 145. de Mercurio uolante.*

*Inclinare eloquentiam, pro Immunuere. Quintilianus libro 10. capite 1.*

*Genus inclinarat arenis. Ouid. 11. Metam. 72.*

*Inclinare in fugam. Liu. 4. bel. Maced. 109.*

*Inclinat fuga. Liu. 1. ab Vrbe, 119.*

*Ad Stoicos inclinare. Cic. 3. de Fin. 15.*

*Paulum timore inclinari. Cic. Attic. lib. 4. 53. 3.*

*Inclinare in uitium. Plin. lib. 14. cap. 20. 8.*

*Inclinat dies. Cic. 3. Tuſc. 11.*

*Meridies inclinat Hor. 3. Carm. ode 28. 1.*

*Inclinat ſe ſol. Liu. 9. ab Vrbe, 166.*

*Inclinatum fretum æſtu: hoc eſt, Pacatum mare. Liuius 9. belli Pun. 36.*

¶ *Inclinans, pen. prod. Participium (ἐπικλινόμενος) uel Nomen ex participio: ut,*

*Inclinans ad crocum uel in luteum colorem. Hoc eſt, tendens et ferè ſimilis. Plin. lib. 27. cap. 12. 21.*

*Inclinantem erigere, Stantem inclinare, contraria. Cicero 2. de Orat. 101.*

¶ *Inclinatus, pen. prod. (ἐπικλινὴς) Participium, ſiue Nomen ex participio: ut,*

*Inclinatus ad cauſam plebis, id eſt, promptus. Liuius 3. ab Vrbe, 275.*

*Inclinatus animo. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 12.*

*Inclinatior ad pacem animus. Liuius 4. bel. Maced. 133. Et lib. 3. ab Vrbe, 8.*

*Spes inclinata dicitur in aliquam partem, ubi de ea bene ſperẽtur. Liu. lib. 5, Teri tempus neutrò inclinata ſpe.*

*Ceruix inclinata. Quint. lib. 1. cap. 11. 5.*

*Inclinatus morbus, Qui iam ad ſanitatem ſpectat. Plinius libro 23. cap. 4. 6.*

*Inclinata ululantiq; uoce canere. Cic. in Orat. 31.*

*Inclinatæ uires. Liu. Nullo dum certamine inclinatis uiribus, Id eſt, integris adhuc & nullo certamine debilitatis.*

¶ *Inclinatus, huius inclinatus (κλίσις) pro declinatione Grammaticis. Gel. lib. 3. cap. 12, Neq; aliud eſt quod ſimili inclinatu dicatur. Id eſt, declinatione.*

¶ *Inclinatio, Verbale (ἐπίκλισις, ἔγκλισις) Plin. de lignis ſectilibus loquens, lib. 16 cap. 43. 2, Qua de cauſa alterna inclinatione egerunt ſcobem.*

*Corporis inclinatio. Quint. lib. 1. cap. 11. 9.*

*Fortis, ac uirilis laterum inclinatio. Quintilianus libro 1. capite 11. 11.*

*Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando Reipub. conſtitutio tenorem ſuum iam non amplius ſeruat, ſed ad mutationem ſpectare uidetur. Cic. 5. Philip. 182, Minimis momentis, P. C. maximæ inclinationes temporum fiunt. Et, 5. de Finibus, 19.*

*Inclinatio, animorum plebis ad ſuſtinendum inopiam, &c. Liuius 4. bel. Pun. 81.*

*Temporis inclinatione & perleui ſæpe fortunæ momento uectigalia Pop. Rom. pendere. Cic. 2. de lege Agrar. 80.*

*Cauſæ inclinatio. Quint. lib. 5. cap. 13. 45.*

*Repentina uoluntatum inclinatio. Cic. pro Mur. 50.*

*Voluntatis inclinatione propendere in aliquem. Cicero 2. de Orat. 70.*

*Inclinatio ad meliorem ſpem. Cic. pro Seſtio, 57.*

*Inclinatio cæli, Quam quidam aſpectum & horizonta uocãt. Gel. lib. 14. cap. 1.*

¶ *Inclinabilis, & hoc inclinabile, pen. corr. Seneca epiſt. 95, Nulla res magis animos, honeſta induit, dubioſq; & in prauam inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum conſeruatio.*

¶ *Inclinamentum, inclinamenti (ἐπίκλιμα) Pro declinatu uel deriuatione uel terminatione. Gellius libro 4. capite 9, ex Nigidio, Hoc, inquit, inclinamentum ſemper huiuſcemodi uerborum, &c. Inuſitatum.*

Includo] *includis, incluſi, pen. prod. incluſum (ἐγκλείω, παρακλείω) includere, intus claudere. Cic. de Senect. 70, Namdum ſumus incluſi in his cõpagibus corporis munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur.*

*Omnia animalia in mundo incluſit Deus. Cicero de Vniuerſitat. 47.*

*Includam orationi meæ. Cic. Attico, lib. 1. 8. 8, παροδίαν, quã poſtulas Miſeni & Puteolorum, includam orationi meæ.*

*Includere in carcerem Cic. 7. Verr. 91.*

*In carcere includere. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 15.*



Digitized by Google

Illigare & includere. Cic. 6. Verr. 48.
Includere aliquem in dialogos. Cic. ad Atticum, lib. 13. 27 & 2. Vide In præpositionem.
Includi in periculum legis. Cic. pro Cluent. 122.
Includere se domi. Cic. 7. Verr. 73.
In prædonum hostiumq; custodias aliquem includere. Cicero 7. Verr. 112.
Celum ignauos inclusit nubibus æstus. Ouidius 7. Metamorph. 107.
Dolor inclusit lachrymas. Stat. 12. Theb. 64.
Opmionem aliquam in definitiones aliquas includere. Cicero 4. Tusc. 25.
Populos includere septis. Ouid. 1. Fast. 11.
Includere uerba uersu. Cic. 3. de Orat. 102.
Includere uiam, Quod & præcludere & claudere dicitur. Liuius 7. bel. Pun. 152.
Includere uocem. Liu. 2. ab Vrbe, 10. Hoc est, adimere.
Vocem includit dolor. Cic. pro Rab. Posth. 30.
Includere & insculpere gemmam. Vlp. in Litem quæritur. §. si gemma. ff. locati.
Smaragdi auro includuntur. Lucret. lib. 4. 227.
Speciem sui similem inclusit clypeo Pindus. Cicero 1. Tusculan. 54.
¶ Inclusus, penult. prod. Participium (κατακλεισμός) ut, Inclusus angustijs temporis & iuris: hoc est, obrutus & immersus. Liu. 4. bel. Pun. 34.
Inclusa in uno cubiculo ambitio. Cic. 4. Verr. 92.
Pisces inclusus aqua. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 4.
Vua plena inclusa mero. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 8.
In imptas fabulas non inelegans ratio physica inclusa est. Cic. 2. de Nat. deor. 91.
Verba inclusa modis. Stat. 4. Sylu. 4. 3.
Inclusa sunt mihi medullis. Cic. ad Att. lib. 15. 323. 8.
¶ Inclusio, Verbale (κατάκλεισις) Cicero in Vatinium, 1, M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere uoluerας.
Inclytus] Adiectiuum, pen. corr. (κλυτὸς) Gloriosus, excellens, atq; insignis: quiq; ueluti fulgore quodam famæ resplendet. Plaut. Milite, 18. 11,
— ut tu inclytus apud mulieres.
Armis inclytus. Virg. 6. Aeneid. 96.
Factis inclytus. Ouid. 12. Metam. 35.
Acta uiri multum inclyta cantu Mæonio. Stat. 1. Achil. 1.
Dux inclytus. Virg. 6. Aen. 113.
Genus inclytum altis titulis. Senec. Herc. fur. 6. 1.
Gloria inclyta fama. Virg. 2. Aen. 17.
Inclyta iustitia, religioq; ea tempestate Numæ Pompilij erat. Liuius 1. ab Vrbe, 73.
Mœnia inclyta bello. Virg. 2. Aen. 49.
Inclytum diuitijs templum. Liu. 6. bel. Pun. 54.
Virtus inclyta. Senec. Herc. Oeth. 17. 1.
Incoactus] Adiectiuum (ἀκὼν) pro uoluntario. Senec. epistol. 67, Omne honestum iniussum incoactumq; est, syncerum, & nullo malo mistum. Sic, Valer. lib. 4. cap. 7, Incoactam uoluntatem esse in amicitijs contrahendis.
Incoctilis] Vide Incoquo.
Incœnis] & hoc incœne (ἄδειπνος) Qui non cœnauit. Plaut. Casina, 17. 18,
— illæ autem senem
Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus, &c.
¶ Incœno, incœnas (δειπνέω) incœnare, pro cœnare, apud Tranquillum in Tiberio, cap. 39, Incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt.
¶ Incœnatus, pen. prod. Adiectiuum (ἄδειπνος) Idem quod incœnis. Plaut. Aulul. 12. 6,
Superi incœnati sint, & cœnati inferi. Cato cap. 156. 3,
Qui poturus erit, lauet calida, bibat aquam mulsam, cubet incœnatus.
Incœptio, Incœpto, Incœptum] Vide Incipio.
Incogitans] pen. corr. incogitantis, om. g. (ἀλόγιστος) Temerarius, inquit Donatus. Terent. Phorm. 3. 2. 14,
Adeóne te incogitantem atq; impudentem Phædria, ut, &c. Ibidem, 1. 3. 3, Quòd ni fuissem incogitans, &c.
¶ Incogitatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀμετεπιλόγιστος) Idem Plaut. Bacchid. 4. 1,
Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato:
Sine modo & modestia sum. Accipitur hîc actiuè: sed passiuè apud Senecam, epistol. 58, Alacritas incogitata & iniussa.
¶ Incogitabilis, & hoc incogitabile, pen. correp. (ἀπερίσκεπτος) Idem Plaut. Mil. 9. 63, Nunc demum scio me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem.
¶ Incogitantia, incogitantiæ (ἀλογιστία) Plautus Merc. 3. 27, Incogitantia, excors immodestia.
Incognitus] pen. corr. Adiectiuum (ἄγνωστος) Non cognitus. Cic. pro Cecinna, 21, Dum incognita re iudicare uoluisset, &c. Idem 1. Acad. 59, Quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoq; communis.
Oculis incognita nostris. Ouid. 2. Metam. 16.
Facinus incognitum. Senec. Medea, 12. 11.
Res incognita turbat animos. Virg. 1. Aen. 104.
Incognita uobis uocabula. Cic. 3. de Fin. 6.
Incohibesco] incohibescis (ὄυκ ἀπείργω) incohibescere, Lucret. lib. 3. 91. de anima,
Aere qui credas posse hanc cohiberier ullo,
Corpore qui nostro rarus magis incohibescit? Hoc est, non cohibescit. In, negat. Cohibescere, idem quod cohibere.
Incoibilis] & hoc incoibile, penult. correp. (ἀσύμφυτος) Quod coire & coniungi non potest. Gel. lib. 5. cap. 3, Videt enim cum illo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili facilè atq; expeditè incedentem. Obsoletum.
Incolo] incolis, pen. corr. incolui, incultum (οἰναίω, οἰκέω) incolere, Inhabitare. Cic. 6. Verr. 18, Lycij illam, Græci homines incolebant.
Incolere castrum. Cic. 2. Tus. 42. ex quodam poeta.
Incolere locum aliquem. Cic. 1. Tusc. 16. Et, 4. Acad. 111.
Lucos incolere. Lucan. lib. 1. 90.
Lustra incoluere. Silius lib. 8. 14.
Incolere sedem Capitolij dicebantur dij Romanorum. Cic. Anteq. iret in exil. 15.
Gens terras incolit. Lucan. lib. 9. 179.
Incoli locus passiuè dicitur, qui frequentia populi abundat. Cicero 1. de Diuinat. 152, Ex locis quoq; ipsis quæ à quibusq; incolebantur.
Incolere uitam. Terent. Heaut. 1. 1. 84.
¶ Incola, huius incolæ, pen. corr. (οἴκοις, οἰκήτωρ) Qui in aliena regione, uel urbe, aut Rep. habitat, quasi ciuis aut municeps: ut ait Valla, lib. 4. Bud. Incola, qui in alienam ciuitatem domicilium transfert. Cicero 1. Offic. 175, Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, &c.
Aquarum incolæ bestiæ nantes. Cic. 5. Tusc. 54.
Incolam & ciuem totius mundi arbitrabatur. Cicero 5. Tusculan. 153.
Nouus incola. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 26.
Pauper incola. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 12.
Turba incola. Ouid. 3. Trist. 117.

Incola,

Digitized by Google

Incola,pro Habitatore. Cicero de Natura deorum, 210, Sunt enim ex terra homines, non ut incolæ atq; habitatores,sed, &c.Budæus.
Incola alicuius loci. Cic.5.de Fin.5.
Incolæ Orientis.Plin.lib.2.cap.70.5.
Incola arbor,incola piſcis. Plin.lib.12.cap.3.1, Sed quæ ex his in incolarum numero eſſe cœpere, dicentur inter fructiferas. Id eſt, quæ coluntur & ſeruntur apud nos.Idem lib.9. cap. 17. 4, Admouitq; ſibi gula ſapores piſcibus ſatis & nouum incolam mari dedit, nequis peregrinas aues Romæ parere miretur.
¶ Incultus,inculta, incultum (ἀνόργαστος) Horridum & inhabitabile.Cic.1.de Nat.deor.35, Terræ regiones inhabitabiles & incultæ.Sic apud eundem de Claris Orat. 8. Serere in inculto & derelicto ſolo.
Ager incultus.Cic.pro Roſc.Comœd.20.
Inculta & ſyluestris uia.Cic.de claris Orat.140.
Incultæ partes mundi,Inhabitatæ & deſertæ.Cicero 1.Tuſculan.107.
Capilli inculti.Ouid.epiſt.9.25.
Incultum corpus,Inornatum.Cic.pro leg.Agr.27.
Inculta oratio,Inculta ſcripta, impolita & incompta. Cic.3.de Orat.54, Vt caueatis ne exilis, ne inculta ſit uestra oratio, ne uulgaris,ne obſoleta. Cic.1.de Fin.13.
Nulla pars Philoſophiæ inculta & deſerta eſt. Cicero 3. Offic.6.
Horrida,inculta,abdita & opaca pictura:cui opponitur Nitida,læta,collustrata.Cic.in Orat.20.
Verſus inculti.Hor.2.epiſt.1.47.
Subhorridus & incultus uir.Cic.de claris Orat.60.
Horridus, incultus, mœſtus uir.Cicero Poſt reditum, in Senatu, 12.
Vita inculta & deſerta ab amicis non poteſt eſſe iucunda.Cic. de Amicit. 50.
Sentes inculti.Virg.eclog. 4. 6.
Ruſticana illa atque inculta parſimonia. Cicero pro Quintio, 62.
Inculta & horrida uita, cui opponitur Delicata. Cicero pro Roſc.Amer.45.
¶ Incultus,ſubſtantiuum,contrarium cultui.Liuius lib.2.Decad. 5, Suos honores partim deſectos per incultum ac negligentiam, partim hoſtiliter ſublatos eſſe. Seneca autem epiſtol.5.&c.
¶ Incultè,Aduerb.(αὐαργάστως)Horridè,Inornatè.Cicero de clar. Orat.55,Et dicere non incultè ſolebat.
Incultè & horridè aliquid dicere.Cic.in Orat.15.
Incultè atq; horridè uiuere.Cic.pro Quintio,40.
Incolumis] & hoc incolume,pen.corr.(ἀβλαβὴς,ἀνοσος) Sanus & ſaluus. Terent. Heaut. 1.2.20,Quid reliqui eſt quin habeat,quæ quidem in homine dicuntur,bona,Parentes, patriam incolumem, amicos, genus,cognatos,diuitias? Idem Andr.3.5.5,Poſthac incolumem ſat ſcio fore me,nunc ſi deuito hoc malum.
Saluus & incolumis.Cic.4.de Fin.31.
Quibus incolumibus & domi dignitas & foris authoritas retineretur.Cicero pro Roſc.Amerino,81, Hoc eſt, ſuperſtitibus & uiuis.
Incolume & ſaluum aliquid, per alium retinere. Cicero 1. Verr.40.
Conſeruare incolumem.Vide Conſeruo.
Incolumem ſe ad ſuos recipere.Cæſar 3.bel.Ciuil.207.
Gratulor incolumi.Ouid.epiſt.6.1.
Aedes incolumes, pro integris & non ruinoſis dicit Vlpian.in l.qui bona fide.§.quum inter.ff.de dam.infecto.Budæus.
Incolume argentum.Plaut.Perſa,9.23.
Capite incolumi eſſe.Hor.2.Serm.Satyr.3.27.
Integros & incolumes ciues ſeruare.Cic.3. in Catil.69.
Saluæ & incolumes ciuitates.Cic.2.de Diuin.146.
Corpus incolume.Lucret.lib.1.50.
Famam tueri incolumem.Hor.1.Serm.Satyr.4.24.
Grauitate incolumi iocum tentauit.Hor.de Arte,45.
Incolumes & beatos liberos ſuos nemo eſt qui non cupiat. Cic. 1.de Inuen.64.
Ratis incolumis.Ouid.2.Triſt.20.
Splendorem à calamitate iudicij incolumem retinere. Cic. pro Plancio, 9.
Incolumis ſtatus,Sanitas,& proſperitas. Suetonius in Nerone, capite 54.
Virtutem incolumem odimus.Hor.3.Carm.ode 24.6.
Vox incolumis.Lucret.lib.4.121.
¶ Incolumitas, penultima correpta, huius incolumitatis (ἀβλάβεια) Cicero Trebiano,libro 6.10.7, Itaque ſi qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt,de tua incolumitate. Incolumitas (inquit Cicero 2.de Inuentione, 146.) eſt ſalutis tuta atque integra conſeruatio. Idem 5.de Finibus, 30, In quibus numerant incolumitatem, conſeruationemq; omnium partium.
Mundi incolumitas.Cic.2 de Nat.deor.178.
Incolumitatem & ſalutem alicuius deſerere.Cicero,Antequam iret in exilium,10.
Habere ab aliquo incolumitatem.Brutus Ciceroni,16.7.
Incolumitatem deditis polliceri.Cæſar 3.bell.Ciuil.109.
Incolumitatem præſtare.Hirtius ad Ciceronem,in epiſt.ad Attic.lib.15.325.10.
Incolumitatem & libertatem retinent ciuitates. Cic. 2.de Inuentione,246.
Incomes] pen.corr.huius incomitis (ἄκομπος) Sine comite dicitur,authore Feſto. Antiquum eſt.
¶ Incomitatus,pen.prod. Adiectiuum, Idem (ἀσυμπόμπως) Cic.1.de Orat.110, Cuius artem quum indotatam eſſe atq; incomitatam & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletaſti & ornaſti.
Funera incomitata. Lucret.lib.6.247.
Virtus incomitata externis bonis. Ouidius 2. de Ponto, eleg.3.8.
¶ Incomitas, huius incomitatis (ἀσυμποσυμία) Varro 2. de re Ruſt.capite 19.8,Necnon etiam hoc quas uirgines ibi appellant, nonnunquam annorum uiginti, & quibus mos eorum non denegauit ante nuptias ut ſuccumberent quibus uellent,& incomitas,ut uagari liceret,& filios haberent à quibus uellent. Hactenus Calepinus, ſed fœdiſſimè lapſus. Ex uetuſto enim codice legendum eſt incomitatis: ut ſit ſenſus,quibus uagari licet incomitatis, hoc eſt,ſine comite.
Incomitio] incomitias (αὐαρχαιρεσιάω) incomitiare, Significat (inquit Feſtus) tale commiſſum facere,pro quo neceſſe ſit in comitium, Hoc eſt, in conuentum uenire.Plautus Curcul.8.30,

Quod inſigne habeo, queſo ne me incomities. Antiquum.

Incommendatus] pen.prod. Adiectiuum (ἀσύστατος) Quod libidinoſe uiolatur tanquam expoſitum ſine commendatione.Ouid.11. Metam.87,

Nil illis uetitum eſt,incommendataq; tellus.

Incommodum] huius incommodi, pen. corr.(ἀκομιστία, ἀσύμφορον, ἄχρηστον) Damnum,detrimentum.Cicer.1.de Finib.82.Itaq; non ob ea ſolùm incommoda quæ eueniunt improbis fugiendam improbitatem putamus. Idem de Amicitia,8.

Incom-

Digitized by Google

Incommodum, Malum, periculosum. Terent. Hecyra, 3.4.3,
Non herclè Parmeno uerbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.
Non erat incommodum te nullam rationem referre. Cicero ad Caninium, lib. 2.16.3.
Nisi tibi incommodum est, hoc est, molestum. Plautus. Mostel. 1.0.20.
Accedit incommodum. Vide Accedo.
Accedit nobis illud quoque incommodum. Cicero pro Quintio, 2.
Accipere incommodum. Vide Accipio.
Affici incommodo. Cic. 1. Offic. 37.
Incommodis & difficultatibus affici. Cic. 1. Verr. 5.
Angi incommodis. Vide Ango.
Cadit incommodum. Vide Cado.
Capere incommodum. Vide Capio.
Multa senem circumueniunt incommoda. Horatius de Arte, 35.
Committere incommoda sua legibus. Vide Committo.
Commoueri te incommodo ualetudinis tuæ nolo. Cicer. Attic. lib. 227.3.
Conciliare incommoda alicui. Lucret. lib. 3.177.
Contrahi incommodis amici. Vide Contraho.
Debilitata multis incommodis ueritas. Cic. pro Quintio, 3.
Dare incommoda. Cic. 5. de Fin. 93.
Incommodo detrimentoq; suo dolore. Cicero de claris Orator. 3.
Facere suo incommodo aliquid. Cic. Att. lib. 12. 258. 2.
Ferre incommoda alicui, pro Incommodare. Cic. ad Qu. fratr. libro 1.2.17.
Incommoda, atq; iniurias uiri omnes ferre, & tegere contumelias. Terent. Hecyra, 1.2.91.
Plus adiumenti quàm incommodi habet locus. Cicero de Oratore, 57.
Importare incommodum. Vide Importo.
Inuecta incommoda per aliquem. Vide Inueho.
Leniunt incommoda uitæ commodorum compensatione sapientes. Cic. 1. de Nat. deor. 33.
Patiens incommodi. Vide Patior.
Reijcere, diminuere, deuitare incommodum. Cicero 2. de Inuent. 134.
Medicinam reperire incommodis. Vide Medico.
¶ Incommodus, pen. corr. Adiectiuum (ἀσύμφορος) Quod damnum adfert, uel molestum est. Terent. Hecyr. 3.4.1, Aim' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
Incommodus & Gratus, contraria. Cic. 5. Verr. 184.
Incommoda uxor & importuna. Plaut. Asin. 3.48.
Rebus incommodis subleuare aliquem. Cicero pro Cluentio, 130.
¶ Incommodè, pen. corr. Aduerbium (ἀσυμφόρως) Cum damno & incõmodo: hoc est, molestè. Terent. Hecyr. 3.3.10, Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum. Idem Eunucho, 2.3.37, Incommodè hercle.
Optimè & Incommodè, contraria. Cic. de Amicitia, 14.
Non incommodè opus efficere. Colum. lib. 12. cap. 56.
Accidisse mihi non incommodè uisum est. Cicero Quint. fratr. lib. 1.21.
Venire non incommodè ad aliquem. Cic. Att. lib. 7.128.2.
Incommodissimè nauigare. Cic. ad Att. lib. 5.96.1.
¶ Incommoditas, penult. cor. incommoditatis (τὸ ἀσύμφορον, ἀχρηστία) Damnum, molestia. Terent. And. 3.3.36,
Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit.
Incommoditas temporis. Liu. 10. ab Vrbe, 45.
¶ Incommodo, incommodas, penultima correpta (βλάπτω, ζημιόω) incommodare, Damnum inferre. Terent. Andr. 1.1.135,
Magis id adeò, mihi ut incommodet,
Quàm ut obsequatur gnato. Cicero pro Quintio, 29, Vt quum ipsi alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit.
¶ Incommodatio, Verbale (ζημίωμα) pro Incommoditate. Cicero ad Attic libro 1.12.10, Atque in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen incommodi, &c.
Incomparabilis] & hoc incomparabile, penult. correp. (ἀσύγκριτος) Plin. lib. 7. cap. 25.3, Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi sublimitas. Id est, cui comparari alia non potest. Quintil. lib. 1. cap. 3, Sed præstet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctissimum atq; incomparabilem magistrum domi habeat.
Incompertus] Adiect. (ἀδόκητος) Incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus. Plin. lib. 34. cap. 13.8, Origo atq; natura eius incomperta est mihi. Idem lib. 4. cap. 13.6, Incompertæ magnitudinis.
Incompertum aliquid dicere. Liu. 9. ab Vrbe, 138.
Vetustate incompertum. Liu. 4. ab Vrbe, 98.
Incompertum est. Liu. 8. bel. Pun. 15.
Incompertum habere. Plin. lib. 12. cap. 8.1.
Incompletus] pen. prod. Adiectiuum, Non completus. Firmicus, lib. 5. cap. 2, Et qui semper imperfecta incompletaq; sua consilia derelinquant.
Incompositus] pen. corr. Adiectiuum (ἀσύνθετος) Composito contrarium, Inornatus & inelegans atq; incomptus. Liuius 4. ab Vrbe, 173, Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur, &c.
Moribus incompositus. Quint. lib. 4. cap. 5.8.
Incompositum agmen. Liu. 5. ab Vrbe, 131.
Motus incompositos dare. Virg. 1. Georg. 70.
Pede incomposito currunt uersus. Horatius 1. Sermon. Satyra, 10.1.
¶ Incompositè, pen. corr. Aduerb. (ἀσυνθέτως) Ineleganter. Liu. 5. bell. Pun. 204, Et in hostem negligenter & incompositè uenientem incurrunt. Hoc est, sine ordine.
Incomprehensibilis] & hoc incomprehensibile, penult. correp. (ἀκατάληπτος) Quod comprehendi & enumerari non potest. Plin. epist. 20.c, Vt est disputando incomprehensibilis, & lubricus, ita eludit. Cels. Quoniam incomprehensibilis natura sit.
Incomprehensibilis arenæ paruitas. Columella, libro 10. in Procem. 5.
Incomptus] Adiectiuum (ἄκοσμος) Inornatus. Cicero ad Att. lib. 2.16.2, Quanquam tua illa, legi enim libenter, horridula mihi atq; incompta uisa sunt. Idem in Orat. 43, Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat.
Decor incomptus. Seneca Hipp. 5.14.
Capilli incompti. Hor. 1. Carm. ode 12.9.
Caput incomptum. Hor. Epod. 5.4.
Inconcessus] ἀσυγχώρητος, Adiectiuum, à Concedo, concedis, Negatus & prohibitus. Quint. lib. 10. cap. 2, Quum totum exprimere quem elegeris, penè sit homini inconcessum. Virg. 1. Aen. 132,
Pergama quum peteret inconcessosq; hymenæos.
Ignibus inconcessis attonitæ puellæ. Ouid. 10. Metam. 31.
Voluptas inconcessa placet. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.7.
Inconcilio] inconcilias (ταράπτω, ἀλλοτριόω) inconciliare, Turbare. Plaut. Bacch. 11.22,
Ipse quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali
Facere in me, inconciliare copias omnes meas.

Inconciliare sibi aliquem: Facere sibi inimicum. Plautus Trinum. 4.73.

Inconciliare. Plautus Persa, 23. 55, Quia non inconciliat, quum te emo. Hic putarim significare quod Festus ait significasse apud antiquos, Per dolum decipere: nisi potius significet Controuersias facere, & quod uulgus uocat Disconciliare.

¶ Inconciliatè, pen. prod. Aduerbium (ἀφιλιωτῶς) Perperam, inconsultè. Plaut. Mostel. 8.83,

Ne inconciliatè quid nos porrò postules. Id est, Ne quid nos roges, unde efficiamur tibi inimici.

Inconcinnus] Adiectiuum (ἀνσύθετος, ἐκμελὴς) Quod concinno contrarium est. Gellius lib. 16. cap. 5, Ea fermè omnia inconcinna atq; absurda uisa sunt. Cic. 2. de Oratore, 11, Nam qui aut tempus quid postulet non uidet, &c. aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur.

Asperitas agrestis & inconcinna. Hor. 1. epist. 19. 2.

Personamq; feret non inconcinnus utramque. Horatius 1. epist. 18. 6.

¶ Inconcinniter, penultima correpta, Aduerbium (ἀνσυθέτως) Inornatè, incomptè, impolitè. Gellius, libro 10. capite 17, Vertitq; in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter.

Inconcussus] Adiect. (ἄσειστος) Stat. 5. Sylu. 1. 29,

Florebant hilares inconcussiq; penates.

Inconditus] penultima correpta (ἄτακτος) Ex In & Condo compositum: Inordinatus, incompositus, Inordinatè compositus. Plin. epist. 190, Ac primis quidè diebus redditæ libertatis, pro se quisque, inimicos suos duntaxat minores incondito, turbidoq; clamore postulauerat, simul & oppresserat. Liuius 1. Decad. libro 4, In aliquem carmina inconditа canere.

Inconditæ blanditiæ. Plin. lib. 8. cap. 5. 4.

Inconditа carmina. Liu. 4. ab Vrbe, 86.

Inconditа consuetudo dicendi. Cic. 3. de Orat. 95.

Corpora inconditа: id est, insepulta. Lucan. lib. 6. 21.

Inconditus fremitus. Plin. lib. 9. cap. 13. 2.

Genus dicendi inconditum. Cic. de clar. Orat. 130.

Inconditum ac penè ridiculum omne ius ciuile præter Romanum. Cic. 1. de Orat. 87.

Inconditа loca, Inconscripta. Salust. in Iugurth. At illi quibus ui res aderant, ruere cuncti ad portas, inconditas tenere. Virg. 2. eclog. —— ibi hæc inconditа solus

Montibus & syluis studio iactabat inani. Vbi Seruius, inconditа, incomposita, subitò dicta, agrestia: uel sanæ mentis dicta uerba. Vel inconditа, inconscripta: ut Sallust. in Iugurth. &c.

Inconditus motus. Plin. lib. 8. cap. 2. 1.

Orator inconditus. Cic. in Orat. 137.

Inconditа turba hominum. Liuius 2. belli Pun. 189. & lib. 5. 2.

Verbis inconditis sententiam aliquam efferre. Cicero in Oratore, 84.

Ne sparsi & inconditi sine ordine, sine signis, omnibus portis excurrerent obsistendo. Liu. 9. bell. Pun. 172.

¶ Inconditè, pen. corr. Aduerbium (ἀσωτάκτως) Incompositè, inordinatè. Cic. lib. 3. Offic. 109, Dicam ut potero: inconditè fortasse, sed tamen ut res possit intelligi.

Rudis hæc inconditè fundit. Cic. 3. de Orat. 96.

Inconditè & monstruosè aliquid cogitare. Cicero 2. de Diuinatione, 216.

Inconfessus] Adiectiuum (ἀνωμολογήτως) Ouid. 2. Metamorph. 110,

Seruandum dederat, sed enim inconfessa quid esset,

Inconfusus] pen. prod. Adiect. Non confusus. Claud. in 4. Paneg. de sexto Honorij Consulatu,

Hic & belligeros exercuit area lusus.
Armatos hic sæpe choros, certaq; uagandi
Textas lege fugas, inconfusoq; recursus,
Et pulchras errorum artes, iucundaq; Martis
Cernimus, insonuit quum uerbere, signa, magister.

Incongelabilis] & hoc incongelabile, penult. corr. (ἄπηκτος) Quod non potest congelari. Gellius lib. 17. capite 8, Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile sit.

Incongruens] huius incongruentis, om. gen. (ἀναρμοστος) Quod non congruit, aut concordat ei rei de qua agimus. Plin. epist. 74. f, Dissoluta atq; incongruens sententia. Gell. libro 2. capite 5, Est enim pleraque & sibi & nobis incongruens.

Inconniuens] pen. prod. om. gen. (ἀτρεμίζων) Non motans palpebras. Gellius lib. 2. cap. 1, Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atq; pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens.

Inconscius] Adiectiuum (ἀσυνειδὼς) Conscio contrarium est. Liuius 1. belli Punic. 46, Alcon inconscijs Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset.

Inconsequentia] huius inconsequentiæ (ἀνακολουθία) Quintil. lib. 8. cap. 6, Multi enim quum initium à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum fœdissima.

Inconsiderantia] Vide Inconsiderans.

Inconsolabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἀπαραμύθητος) Ouid. 5. Metam. 86, —— contemptaq; fontis

Iura sui mœrens, inconsolabile uulnus
Mente gerit tacita.

Inconstans] inconstantis, com. gener. (ἄστατος, ἀβέβαιος) Qui non sibi constat, leuis, mobilis, uolubilis, qui tum hoc, tum illud dicit. Plin. lib. 18. cap. 35. 11, Si id in pluribus partibus fiet, inconstantes uentos effundent.

Ridiculè uideri inconstans in aliqua re. Cicero pro Roscio Comœd. 10.

Inconstantes literæ. Cic. Planc. lib. 10. 16. 2.

¶ Inconstantia, inconstantiæ (ἀστασία) Leuitas. Cic. 4. Acad. 125, Quamuis igitur fuerit acutus ut fuit, tamen inconstantia eleuatur authoritas.

Inconstantia totius sententiæ. Cic. 4. Acad. 58.

Inconstantiam mensuræ diuersitas authorem facit. Plinius lib. 6. cap. 26. 10.

Mutatio consilij, & inconstantia. Cic. ad Att. lib. 16. 334. 5.

Inconstantia mutabilitasq; mentis. Cic. 4. Tusc. 123.

Varietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Cic. pro Domo sua, 3.

Ab inconstantia & temeritate seiungi non potest fortuna. Cic. 3. de Nat. deor. 84.

Fama inconstantiæ pertimescenda. Cic. Lent. lib. 1. 9. 16.

In maxima inconstantia, ueritatis ignoratione, uersantur uulgi opiniones. Cic. 1. de Nat. deor. 61.

¶ Inconstanter, Aduerbium (ἀστατῶς) Leuiter. Cic. in Partit. 28, Si aut ambiguè, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt.

Inconstanter loqui Cic. 4. Acad. 98.

Inconstanter & turbidè in motu esse perturbationem. Cicero 4. Tuscul. 36.

Membra inconstanter iactando fatigat. Lucret. lib. 3. 100.

Inconstantissimè dicta. Cic. 2. de Fin. 140.

Inconsuetus] pen. prod. Adiectiuum (ἀνήθικος) Non assuetus.

Digitized by Google

*suetus. Silius lib. 11. 57,* —*stupet inconsuetus opimæ*
*Sidonius mensæ miles.*

Inconsultus] *Adiectiuum nomen* (ἀβούλ☉) *Imprudens, inconsideratus, & nullius consilij, uel qui omnia agit sine consilio. Cic. pro Deiot. 10, Homo inconsultus & temerarius hæc non uidebat. Quintil. Declam. 19, O inconsultam muliebrem semper amentiam?*

*Si inconsultus hoc fecit, & Si optimo consilio usus sit, contraria. Triphonius in l. non solum. §. sed & is. ff. de ritu nupt.*

*Inconsultum consilium, Imprudenter administratum. Plaut. Milit. 10. 6. Liu. 3. bel. Pun. 28, Inconsultum certamen.*

*Turba inconsulta ruit. Lucan. lib. 1. 99.*

*Ex inconsulto arma posuit. Silius lib. 8. 43.*

¶ *Inconsultus, Participium, à quo consilium non est petitum: Varro, Etenim inscio atq; inconsulto domino, serui sæpe ex agro discedunt.*

¶ *Inconsultus, Cui non est datum consilium. Virg. 3. Aen. 91, Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllæ. Vbi Seruius, Inconsulti, Inscij rerum, ignari, sine consilio. Et consultus est, qui consulitur: inconsultus qui non accipit consilium.*

¶ *Inconsultè, Aduerbium* (ἀβούλως) *Sine consilio, imprudenter. Salust. Inconsultè, ac ueluti dementiam cuncta simul agebant. Cic. 1. de Nat. deor. 61, Quàm inconsultè ac temerè dicantur. Cæsar 1. bel. Ciuil. 178, Quòd eò incitati studio inconsultius processerant.*

¶ *Inconsultò, Aduerbium. Vlpianus in l. 1. §. & ideo. ff. de his quæ in test. del. Proinde etsi inconsultò supersit induxisse se, manebunt.*

¶ *Inconsultus, huius inconsultus* (ἀβουλία) *Plaut. Trin. 4. 95,*
*Me absente, atq; insciente, inconsultu meo,*
*Aedes uenales hasce inscribit literis.*

Inconsumptus] *Adiectiuum* (ἀδιαφθάρτ☉) *Ouidius 7. Metamorph. 121, Inq; manu thuris pars inconsumpta reperta est?*

*Tibi iuuenta inconsumpta, Tu puer æternus. Ouid. 4. Metamorph. 4.*

Inconsyderans] *penultima correpta, Adiectiuum* (ἀφραστέων) *Idem quod Inconsultus: qui non consyderat quomodo quidq; agendum sit. Cic. 2. de Diuinatione, 86, Nos autem leues atq; inconsyderantes sumus. In uetusto codice legitur, Inconsyderati.*

¶ *Inconsyderatus, penult. prod. Adiectiuum* (ἄσκεπτ☉) *Idem significat, ut apud Ciceronem in Tuscul. Temerarius & inconsyderatus.*

*Inconsyderata cupiditas. Cic. pro Quintio, 54, O rem incredibilem? O cupiditatem inconsyderatam?*

*Temeraria & inconsyderata fama popularis. Cic. 3. Tusc. 6.*

¶ *Inconsyderantia, huius inconsyderantiæ* (ἀλογίστιε) *Inconsulta ratio. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 24. 10, Cuius in hoc uno inconsyderantiam, & ego sustinebo ut potero. Suetonius in Claud. Cæsare, cap. 39, Inter cætera, in eo mirati sunt homines, & obliuionem & inconsyderantiam.*

¶ *Inconsyderatè, pen. prod. Aduerb.* (ἀλογίστως) *Inconsultè, temere. Cic. 1. Offic. 144, Ne quid temere ac fortuitu, inconsyderatè, negligenterq; agamus. Gell. lib. 17. cap. 1, Vt scribere ausi sint M. Ciceronem parum integrè, atq; impropriè, atq; inconsyderatè locutum.*

Incontaminatus] *penultima producta* (ἀμίαντ☉) *Contaminato contrarium. Varr. de re Rust. cap. 9. 13, Similes facie non his uillaticis gallinis nostris, sed Africanis aspectu ac facie incontaminata. Liu. 4. ab Vrbe, 5, Ne quid synceri, ne quid incontaminati sit.*

Incontentus] *Adiect.* (ἀσύντατος) *A uerbo Tĕdo, tendis, Contento contrarium: hoc est, quod non est tensum, sed laxum. Cic. 4. de Fin. 121, Aequè enim contingit omnibus fidibus, ut incontentæ sint: illud non continuò, ut æquè incontentæ.*

Incontiguus] *Qui tangi non potest. Arnobius lib. 7. Aduersùs gentes, Sed si Deus nullius est corporis, omniq; & incontiguus tactu, quum fieri potest, &c.*

Incontinens] *penult. corr. huius incontinentis, om. gener.* (ἀκρατὴς) *Quod continere non potest. Plaut. Asin. 16. 9,*
*At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales*
*pretij, Madidum, nihili, incontinentem, atq; osorem uxoris suæ. Plin. lib. 8. cap. 43. 2, Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit, &c.*

*Incontinens, cum genit. Senec. 3. Natur. quæst. Nihil est tam uiolentum & incontinens sui.*

*Tityus incontinens sui. Hor. 3. Carm. ode 4. 16.*

¶ *Incontinenter, Aduerbium* (ἀκρατῶς) *Immodestè & sinè continentia. Cic. 3. Offic. 48, Si omnes deos homines q; celare posßimus, nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.*

¶ *Incontinentia, huius incontinentiæ* (ἀκρατέια, ἀκρασία) *contrarium continentiæ: hoc est, Immodestia & intemperantia. Cicero pro Cæl. 18, Multa de incontinentia, intemperantiaq; disseruit.*

*Incontinentia ruinæ, Profluuium. Plin. lib. 28. cap. 8. 16. Hoc est, spontanea urinæ emißio. Idem lib. 32. cap. 5.*

Incontinenti] *Aduerbium. Id est, confestim. Vlpia. in l. 2. §. utrum. ff. quemadmod. testam. aperiant. Vtrum autem incontinenti potestatem inspiciendi uel describendi præbebit: an, &c. Vide continens, in* Contineo.

Inconueniens] *om. g.* (ἀπρεπὴς) *Indecens. Quint. libro 1. cap. 9, Est enim solœcismus in oratione comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se inconueniens positio. Cassius ad Ciceronem, libro 12. 13. 5, Hæc nouissima nostra facta non subita, nec inconuenientia, sed similia illis cogitationibus. Seneca de Vita beata, Desinant igitur inconuenientia inter se iungere, & uoluptati uirtutem implicare. Id est, dissentanea.*

Incoquo] *incoquis, pen. corr. incoxi, incoctum* (συνψάω) *incoquere, Simul coquere. Plin. lib. 12. cap. 3. 2, Hæc est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia.*

*Incoquere, pro Coquere. Plin. lib. 9. cap. 30. 8, Vnum hoc animalium nisi uiuum feruenti aqua incoquatur, fluuida carne non habet callum.*

*Incoquere cum aqua. Colum. lib. 8. cap. 5. 13.*

*Incoqui sole. Plin. lib. 12. cap. 17. 2.*

*Radices incoquere odorato Baccho. Virg. 4. Georg. 56.*

*Succos atros incoquit. Ouid. 7. Metam. 53.*

*Incoquere, aliquando significat Coquendo applicare. Nam quũ metallum aliquod deplumbamus, uel deargentamus, uel deauramus, incoquere dicimur: unde uasa ænea plumbo uel stanno ad ignem illita, ut edullijs saporem gratiorẽ reddant, incoctilia dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 17. 3, Album plumbum incoquitur æreis operibus Galliarum inuento, ita ut uix discerni queat ab argento: eaq; incoctilia uocant. Deinde & argentarium incoquere simili modo cœpere equorum maximè ornamentis, iumentorumq; iugis.*

¶ *Incoctus, Adiectiuum* (συνψηθὲις, ὀπτηθὲις) *Simul coctus. Plin. lib. 18. cap. 11. 13, Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert.*

*Cruor incoctus herbis. Hor. Epod. 3. 2.*

*Incoctæ mulieres dicebantur plus æquo calamistris ustæ. Festus.*

*Mauri incocti corpora. Silius lib. 17. 128.*

Incoctum generoſo pectus honeſto. Perſ. Satyr. 2. 8.
Spiculs incocta ceraſtis. Silius lib. 15. 135.
Vellera incocta Tyrios rubores. Virg. 3. Georg. 61.
Incoctum aliquid dare. Plaut. Mil. 5. 53.
¶ Incoctile, incoctilis, penult. correp. (σωρός) Vide paulo antè incoquere.
Incordio] incordias, incordiare, In cor immittere, & ſuadere. Plaut. Ciſtel. 2. 100. Antiquum.
Incorporalis] & hoc incorporale, penult. product. Adiectiuum (ἀσώματος) Quod non habet corpus. Quintilianus lib. 5. cap. 10, Ius, quòd ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe.
Incorporale. Senec. epiſt. 91, Deinde à corporibus ſe ad incorporalia tranſtulit.
¶ Incorporalitas, penultima correpta, huius incorporalitatis, fœm. gen. Macrob. in Somn. Scipion. lib. 1. cap. 5, Occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. Et alibi frequenter.
¶ Incorporeus, aliud Adiectiuum (ἄσωμος) Quod ſorma & corpore caret. Cic. 3. de Finib. 70, Omnis iſta incorporearum rerum eſtimatio. In nonnullis legitur, Iſta rerum in corpore harum eſtimatio: in alijs, In corpore ſitarum eſtimatio. Gellius lib. 5. cap. 15, Corpúsne ſit uox, an incorporeum: hoc enim uocabulum quidam finxerũt proinde quòd Græcè dicitur ἀσώματον.
Incorporo] incorporas, pen. corr. incorporare. Solinus capite 35, Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris uariæ animalium effigies incorporantur.
Incorreptus] Adiectiuum (ἀδιόρθωτος) ut, Opus incorrectum. Ouid. 3. Triſt. eleg. 14. 5.
Incorruptus] Adiectiuum (ἄφθιτος) Plin. lib. 13. capite 9. 3, Nec minus ſpina celebratur, quoniam incorrupta etiam in aquis durat.
Animus incorruptus. Cic. 1. Tuſc. 68.
Cuſtos incorruptiſſimus. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 17.
Incorruptior cuſtos canis. Colum. lib. 7. cap. 12. 1.
Incorruptum genus diſciplinæ. Liu. 1. ab Vrbe, 75.
Integritas Latini ſermonis incorrupta. Cicero de claris Oratoribus, 68.
Incorrupta contra omnia uitia materia. Plinius libro 13. capite 16. 2.
Incorrupta opinio, Firma & integra. Matius ad Ciceronem, libro 11. 28. 1.
Sanitas incorrupta. Cic. de Optimo gen. orat. 145.
Succus ſanguinis incorruptus. Cic. de clar. Orat. 18.
Incorruptus atq; integer teſtis. Cic. 1. de Fin. 107.
Virgo incorrupta. Cic. in Orat. 35.
Incorrupta uox bene iudicantium. Cic. 3. Tuſc. 6.
Purus & incorruptus: Vitioſus & corruptus, contraria. Cicer. de claris Orat. 141.
¶ Incorruptè, Aduerbium (ἀφθίτως) ut, Incorruptè, atque integrè iudicare, hoc eſt, Iuſtè & ſine fauore. Cicer. 1. de Finibus, 45. Idem pro Marcel. 17, Incorruptius de aliquo iudicare.
Incoxo] incoxas (ὀνιχκάω) incoxare, In coxam ſedere. Pacuuius, Adeo incoxanti mihi pes obſtupuerat. Pomponius Pannuceatis, Neq; interim cacandi cauſa unquam incoxaui nate. Nonius.
Increbreſco] increbreſcis, increbrui uel increbui, remoto r, poſt b (διαβρυλλόομαι) increbreſcere, Diuulgari, palàm fieri. Plaut. Merc. 21. 9,
Nam ubi mores deteriores increbreſcunt in dies, &c.
Increbreſcit fama uel rumor: hoc eſt, Augetur & innoteſcit. Liu. 7. ab Vrbe, 49. Idem 4. bell. Pun. 50.
Nomen increbreſcit Latio. Virg. 8. Aeneid. 3.
Increbuit res prouerbio. Liu. 8. ab Vrbe, 41.
Increbuit ſermo, & increbuit apud. Cicer. de Opt. gen. orat. 146. Idem in Orat. 36, Nunc apud oratores iam ipſe numerus increbuit.
Aura increbuit. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 19.
Increbuit Auſter: hoc eſt, auctus eſt, & uehementior factus eſt. Cæſ. 3. bel. Ciuil. 103.
Ventus increbreſcit: cura ut ualeas. Cic. ad Trebatium, libro 7. 21. 6. Hoc eſt, uehementius perflat.
Vndæ magis increbreſcunt. Catul. Argon. 59. 55.
Increbuit conſuetudo: hoc eſt, Inualuit. Cic. 14. Philip. 392.
Increbuit diſciplina. Cic. 4. Verr. 5.
Pugna aduerſa increbreſcit. Sil. lib. 10. 1.
Incredibilis] & hoc incredibile, penult. corr. (ἄπιστος, ἀπέλπιστος) Quod credi non poteſt. Terentius Eunucho, 5. 9. 19, Di ueſtram fidem, incredibilia Parmeno modò quæ narrauit.
Incredibilis ſum. Plautus Bacchid. 14. 3. Id eſt, non creditur mihi.
Incredibilis celeritas. Cic. 7. Verr. 70. Idem ad Atticum, libro 5. 104. 3, Itaque incredibilem in modum concurſus fiunt ex agris.
Eloquentiam incredibilem conſequi. Cic. 2. de Orat. 1.
Furor incredibilis & ſingularis. Cic. pro Sylla, 56.
Modo incredibili conſentire. Hor. 2. Carm. ode 17. 5.
Peruerſitas incredibilis. Cic. Lent. lib. 1. 7. 12.
Credibilis & incredibilis res, contraria. Cicero 2. de Inuentione, 150.
Singularis & incredibilis uirtus. Cic. Att. lib. 14. 313. 3.
Incredibile & falſò memoriæ proditum omnibus hoc uidebatur. Cic. pro leg. Manilia, 28.
Incredibile eſt quæ ego illos ſcio oppoſitis Gallorum cæſis in æſtuis feciſſe. Cic. Tironi, lib. 16. 27. 3.
Incredibile auditu à Cicerone dictum, &c. Cicero 6. Philipp. 222.
Incredibile memoratu quàm facilè ualuerint. Saluſt. in Catil. Id eſt, incredibile dictu.
Incredibile & probabile. Cic. in Parad. 4.
Incredibilis & ſingularis, & diuina uis ingenij. Cicero 1. de Orat. 84.
¶ Incredibiliter, pen. corr. Aduerbium (ἀπίστως) Cic. de Senect. 46, Venio nunc ad uoluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, &c.
¶ Incredulus, penultima correp. Adiect. (ἀπιθὴς) Horatius in Arte, 39,
Quodcunq; oſtendis mihi ſic, incredulus. Quint. lib. 10, Veluti increduli quidam, & de ingenio ſuo peſſimè meriti. Hoc eſt, Qui difficillimè aſſentiuntur.
¶ Incredulitas, pen. corr. incredulitatis (ἀπιθία) Martianus in l. mariti lenocinium. ff. ad leg. Iuliam, de Adulterijs. Tunc autem puniendus eſt maritus eius quum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, uel adumbrare patientiam prætextu incredulitatis.
Incrementum] Vide Increſco.
Increpo] increpas, pen. corr. increpui, increpitum, pen. corr. (ἐπετιμάω, ἐπιπλήττω, καταμέμφομαι, ἐπαπειλέομαι) increpare, ſonare, & crepitum uel ſonum emittere. Virg. 9. Aeneid. 101,
At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro
Increpuit. Plaut. Amph. 14. 20, Si minuſculo digito increpuerint fores. Liu. 1. ab Vrbe, 103, Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma, micãteſq; fulſere gladij, horror, etc.



Digitized by Google

Increpui hybernum, & fluctus moui maritimos. Plaut. Rud. 2.69. Id est, sonitum dedi uentorum, ut hyberno solet fieri tempore.
Ictu uerberis increpuit. Ouid. 14. Metam. 164.
Stimulo tardos increpuisse boues. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 6.
Vnda increpuit latus carinæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 26.
Lyram increpuisse digitis. Ouid. epist. 3. 24.
Iupiter atras increpuit nubes. Ouid. 12. Metam. 11.
Increpuit suspicio, Audita est, uel relata est, per translationem. Cic. pro Murena, 20.
Increpare, Reprehendere, sed ueluti cum crepitu, hoc est, uerborum pedumue strepitu: ut, Increpare arrogantiam alicuius. Cic. 4. Acad. 133, Et tunc increpui & increpaui facit, ut nonnulli uolunt. Plaut. Amphit. 17. 25,
Totus timeo, ita me increpuit Iupiter. Cic. ad Qu. fratr. lib. 2. 7. 6, Quum illius in me perfidiam increparet.
Increpare aliquem auaritiæ. Sueton. in Caligula, cap. 39.
Increpabantur hæc in eum. Salust. de Rep. ord. ad Cæsarem.
Increpare probris. Liu. 3. bell. Pun. 209.
Increpando exercitum. Liu. 2. ab Vrbe, 194.
Increpare hostem. Liuius. Et uanis animis minisq; increpant hostem.
Voce acri increpare aliquem. Lucret. lib. 3. 194.
Increpare, Accusare. Cic. Hortensio, Tum Pseudomenus, Et sonitum, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas.
Aetatem alicuius increpare. Cic. in Salust. 4.
Fugam alicuius increpare. Cic. 2. de Orat. 109.
Moras alicuius increpare. Ouid. epist. 1. 17.
A cunctis increpor. Ouid. 3. Metam. 130.
¶ Increpitus, pen. corr. Participium (ἐπιτιμηθείς) Obiurgatus. Liu. 3. bel. Ciuil. 119, Qui post classem ad Iberum per pauorem desertam grauiter increpiti, &c.
¶ Increpito, increpitas, penult. corr. (ἐπιπλήττω) increpitare, Frequentatiuum, Arguere, Conuitiari, inquit Festus. Clamare, male dicere, insultare, ut ait Nonius. Virgilius lib. 10. Aeneid. 180,
Hostis amare quid increpitas, mortemq; minaris? Cæsar 2. bel. Gall. 289, Increpitare atq; incusare reliquos Belgas, qui, &c.
Socij increpitant. Virg. 3. Aen. 91.
Audentius increpitans hostem. Stat. 11. Theb. 134.
Increpitare aliquem moræ. Silius lib. 8. 52.
Increpitare. Virgilius libro 4. Georgicorum, 28, Aestatem increpitans seram. Id est, causatus æstatem fuisse tardiorem.
Increscо] increscis, increui, incretũ, pen. prod. (ἐπιδιδώμι, ἐπαυξάνομαι) increscere, Valde siue magis crescere. Liuius lib. 1, Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media urbe imminens foro ædificatur. Quintil. lib. 8. cap. 4, Hoc genus increscit, ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis nominibus, &c. Sueton. de claris Grammat. 3, Post hoc magis ac magis & gratia, & cura artis increuit. Plin. epist. 12. c. Increuerat ualetudo, quam temperantia mitigare tentauit. Celsus, Non modò increscere morbos, modò consistere, modò minui. Virgilius 3. Aeneidos, 10, —— hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
Increscit audacia. Liu. 1. ab Vrbe, 150.
Barba increscit genis. Lucan. lib. 2. 76.
Increscente certamine. Liu. 10. ab Vrbe, 18.
Dolor increuit. Ouid. 9. Metam. 141.
Increscentibus uariè maculis ac uerrucis. Plinius libro 13. capite 12. 8.
¶ Incrementum, incrementi (αὔξησις) Augmentum. Quintilianus lib. 8. capite 4, de amplificatione, Incrementum est potentissimum, quum magna uidentur etiam quæ inferiora sunt. Cic. 2. de Finib. 40, Negat etiam summo bono afferre incrementum diem.
Fluuij incrementa. Lucan. lib. 4. 28.
Incrementum urbis. Liu. 1. ab Vrbe, 195. Sic, magnum Iouis incrementum, apud Virg. eclog. 4. 10.
Incremento augeri. Liu. 4. ab Vrbe, 37. Vide Augeo.
Incremento ingenti res auctæ. Liu. 1. ab Vrbe, 150.
Incrementum capere. Vide Capio.
Dare incrementum alicui rei. Quintilianus lib. 3. cap. 2. 1.
Incrementa, semina unde aliquid crescit. Ouidius 3. Metamorph. 21,
—— motæq; iubet supponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Incruentus] Adiectiuum (ἀναίμακτος) ut, Victoria incruenta, in qua nullus cruor effusus est, nulli aut pauci occisi sunt. Liu. 7. bel. Pun. 83. Idem 7. ab Vrbe, 72, Nec Romanis incruenta uictoria fuit, quarta pars militum amissa.
Incruento milite uictoria. Liu. 8. ab Vrbe, 146.
¶ Incruentatus, penultima producta, aliud Adiectiuum (ἀναίμακτος) Tacit. libro 20, Discesserant obsessores, mistus ex ex Cattis, Vsipijs, Mattiacis exercitus, satietate prædæ, nec incruentati.
Incrusto] incrustas (πλακόω) incrustare, Crustam ducere, siue crustam applicare. Varro 3. de re Rust. cap. 14. a, Has quoq; saginare solent, ita ut ollam cum foraminibus incrustent sapa & farre.
Syncerum cupimus uas incrustare. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 14. Id est, uirtutem quasi uitium interpretamur. Budæus.
¶ Incrustatio, incrustationis (πλακώσις) Verbale, Crustæ parieti, aut pauimento, aut uasi applicatio.
Incrustationem materiariam, Galli Lambrissuram uocant. Budæus.
Incubo] incubas, pen. corr. incubui, incubitum, & incubatum, incubatum, pen. corr. (σύνδω, ἐπαυνάω, ἐπωάζω, ἐγκάθημαι, ἐπίκειμαι) incubare, absolutè, uel cum datiuo, significat intus, siue super cubare. Plaut. Curcul. 2. 61,
—— hic leno ægrotis incubat. Virg. lib. 4. Aen.
Incubuitq; thoro, dixitq; nouissima uerba.
Incubant ab omnibus spondis transuersæ, præclaræ contubernales. Quint. lib. 4. cap. 2. 87.
Incubare stramentis. Hor. 2. Serm. Satyr. 3 24.
Incubaui, Præteritum. Plin. lib. 11. cap. 16. 4, Nam nisi incubauere, fauos liuidos faciunt. De apibus.
Incubare propriè, inquit Serulus, dicuntur ij qui dormiunt ad accipienda responsa. Virg. 7. Aeneid. 18,
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit, &c. Plaut. Curcul. 6. 16,
Nanq; incubare te satius fuerat Ioui. Hoc est, dormire in Capitolio, ut responsa possis accipere.
Incubare pecuniæ alicui spe atq; animo, pro Inhiare, & eam uehementer cupere. Cic. pro Cluent. 57. Liu. 6. ab Vrbe, 67, Liberes fœnere plebem Romanam, & istos incubantes publicis thesauris ex præda clandestina euoluas.
Auro defosso incubare. Virg. 2. Georg. 102.
Diuitijs soli incubuere repertis. Virg. 6. Aen. 122.
Incubare, pro incumbere. Liuius, Incubans cortici, secundo Tyberi ad urbem defertur.
Acies incubuit. Vide Acies.
Mens incubuit dolori. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 5.
Nox ponto incubat. Virg. 1. Aeneid. 19.
Metus incubat amens. Lucan. lib. 2. 6.

Incubare ouis uel pullis dicitur gallina. Colum. lib. 8. cap. 5. 8. Ibidem, cap. 8. 4, Nec minus in agros emittant matrices, quæ ouis uel pullis incubant.

Incubare oua noctibus: id est, fouere. Plinius libro 9. capite 10. 3. Varro de re Rustic. Negant plus uigintiquinque oua incubare.

Incubare super. Seneca de Vita beata, Super Circense tomentum per fuluras ueteris limi effluens incubabo.

Incubare thesauris. Quintilianus libro 10. capite 1, non procul ab initio, Velut clausis thesauris incubabit. Id est, quos habeat quidē in sua potestate, sed nō explicet ad usum aliquē.

Incubare, absolutè positum, & subauditur Oua uel Ouis. Columella, libro 8. capite 5. 4, Gallinæ incubare cupiunt ab Idib. Ian.

Incubari, passiuum. Plin. lib. 10. cap. 54. 1, Oua incubari intra decem dies ædita utilissimū. Ibidem, Quarto die post, quam cœpere incubari.

Incubare, Assiduum esse, & frequentem in aliquo loco: atq; in malum sumitur. Apuleius lib. 7, Tabernulam quandam uicinitatis mari fluctibus, incubabat.

Incubare, curam habere. Tralatio ab auibus, quæ incubatu fouent oua, & excludunt fœtus. Apul. libro 4. Metamorph. Aureos folles incubabat.

¶ Incubito, incubitas, pen. correp. (ἐπωνάομαι) incubitare, Frequentatiuum. Colum. lib. 8. capite 14. 8, Cellas in quibus incubitant, ficciss imas esse oportet. De anseribus. Plinius libro 8. capite 43. 3.

¶ Incubatus, huius incubatus, pen. prod. (ἐπωασμὸς) Plinius lib. 10. cap. 54. 2, Si incubatu tonuerit, oua pereunt. Id est, quum gallina incubat ouis.

¶ Incubatio, Idem (ἐπώασις) Plin. libro 10. capite 56, Rara incubatio ouis noxia.

¶ Incubitio, incubitionis, Idem (ἐπώασις) Plin. libro 10. capite 56. 2, Incubitioni datur initium post nouam lunam.

¶ Incubitus, huius incubitus, penultima correpta. Idem (ἐπωασμὸς, ἐπώνυασμὸς) Plinius libro 10. cap. 54 2, Quædam autem & citra incubitum sponte naturæ gignunt. Idem libro 8. cap. 36. 3.

¶ Incubitus, dextri lateris, Dum aliquis cubat supra dextrū latus. Plin. lib. 28. cap. 4. 20.

¶ Incubator, uerbale masc. (ἐπωνάστης) Macrobius de Dionysio, Siculæ incubator aulæ.

¶ Incubo, incubonis, Morbus qui & Incubus uulgò dicitur à Medicis. Scribonius Largus, Facit hæc compositio ad suspirium & ad uocis abscisionem, & subitas præfocationes ex qualibet causa ortas, & ad eos qui sæpius existimantur ab incubone deludi.

Incubus] Vide Ephialtes, & Fauni.

Inculco] inculcas (ἐπισάττω, πυκνοῦν) inculcare, ex In & Calco, Infarcire: repentè & sine aliqua alia prouidentia aut ordine statim immittere aut conijcere. Plinius libro 29. cap. 2. 3, At canis rabiosi morsibus inculcata post diem septimum soluitur. De lana succida:

Inculcare, per translationem, eadem sæpius iterando ingerere. Cic. in Orat. 28, De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitq; leuiora.

Tradere & inculcare aliquid. Cic. 1. de Orat. 63.

Alicui inculcare aliquid. Cic. 5. Verr. 133.

Inculcasti etiam ut C. Pisonem nominaret. Cic. in Vatin. 20, Versus etiam minus usitatos per imprudentiam inculcare. Cic. in Orat. 110.

Inculcare munus, est plus quàm offerre. Seneca de Vita beata, Quibusdā offerā, quibusdā etiā inculcabo. Hoc est, obtrudā.

Inculcare uerba Græca. Cic. 1. Offic. 156.

Tradita atq; inculcata libertas. Brutus Ciceroni, 16. 11 Id est, usitata atq; à maioribus recepta, & in qua imbuti atq; educati sumus. Budæus. Sic, Inculcata persuasio, Quint.

Inculcare animis, Infundere. Cic. 1. de Nat. deor. 150.

Inculcare se auribus alicuius. Cic. 2. de Orat. 11.

Inculpatus] penul. prod. Adiect. (ἀνεύπτωτος) Qui caret culpa. Gell. lib. 1. cap. 6, Sicuti omnis culpæ priuatio, inculpatum facit. Inculpatus autem, instar est absolutæ uirtutis. Idem lib. 14. cap. 2, Eum constabat uirum esse fermè bonū, notæq; & expertæ fidei, & uitæ inculpatissimæ. Idem libro 7. cap. 22, Non omnino inculpatum, neque indefidem uisum esse.

Fides inculpata. Ouid. 9. Metam. 135.

Honestæ & inculpatæ uitæ testis, cui opponitur Notatus & reprehensibilis. Callistratus in l. testium. ff. de testibus.

Incultus] ἄκοσμος. Vide Incolo.

Incumba] incumbæ, Pars pilæ in consornicationibus. Vitruuius lib. 6. cap. 10, Extremæ pilæ in his latiores spatio sunt faciendæ, uti utres ea habentes resistere possint, quum cunei ab oneribus parietum pressi, per coagmenta ad centrum se prementes extruderint incumbas. Budæus.

Incumbo] incumbis, incubui, incubitum, penult. correpta, (ἐγκεῖμαι, ἐπίκειμαι, ἐπιπλίνομαι, φέρομαι, πυπτάζω, ἀπερείδω) incumbere, inniti & inhærere. Virg. eclog 8. 4,

Incumbens tereti Damon, sic cœpit, oliuæ. Plin. lib. 2. capite 64. 2.

Aratris incumbere. Virg. 1. Georg. 43.

Baculo incumbens. Ouid. 1. Fast. 36.

Incumbunt tecta centenis columnis. Martial. lib. 5. 13.

Gladio incumbere. Author ad Herennium, lib. 1. 19.

Humero alicuius incumbere. Virg. 5. Aen. 64.

Lecto incumbens. Ouid. 11. Metam. 132.

Toro incubuit. Virg. 4. Aen. 130.

Incumbere gladium, Idem quod Incumbere in gladium, uel incidere. Plaut. Casina, 6. 29.

In gladium incumbere. Cic. 2. de Inuent. 136.

Incumbere in scuta. Liu. 5. bel. Maced. 15.

Incumbere illi, & non In illum. Quint. lib. 9. cap. 3.

Incumbere ad bellum omni studio, Omni diligentia curare res bellicas. Cic. pro lege Manil. 12.

Incumbere in bellum animo & opibus. Cæsar 7. belli Gallici, 303.

Incumbere in causam cōmunem, Est pro uirili parte tueri causam communem. Cic. 4. Philip. 160. Idem 11. Philip. 306, Facis tu id quidem, & eò maximè incumbis. Budæus.

In cupiditatem incumbere. Cic. Att. lib. 2. 31. 6.

Incumbere in curam. Cicer. Attico, lib. 15. 329. 20. Idem ad Plancum, lib. 10. 3. 8, Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem, quæ tibi summam dignitatem & gloriam afferat.

Incubuit autē in eas disputationes, ut doceret nullum tale esse uisum à uero, &c. Cic. 4. Acad. 138.

Incumbere ad laudem. Cic. Planco, lib. 10. 10. 5.

Incumbere ad, uel In perniciem alicuius. Cic pro Murena, 54. Idem Catoni, Incumbit in eius pernicicm.

Incumbere in Remp. Studere & uacare Reip. Cic. ad Plancum, lib. 10. 5. 5. Ibidem 1. 6, Monere te atq; hortari, ut in Remp. omni cogitatione, curaq; incumberes.

Incumbere ad salutem Reip. Cic. 4. in Catil. 76.

Incumbere ad uel In studia. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 9, Quare incumbamus, ò noster Tite, ad illa præclara studia. Idem 1. de Orat. 18.

Incum-

Digitized by Google

Incumbere ad uoluntatem. Cic. ad Att. lib. 1. 14. 5, Pompeius uerò ad uoluntatem perferendæ legis incubuerat. Id est, uolebat perferre legem Agrariam.

Incumbit defensio mortis hæredi. Vlpianus in l. necessarios. §. fin. ff. senatusc. Syllaniano, &c.

Incumbere nobis dicitur, quod nos onere suo grauat. Cætera mala mihi incumbunt. Tacit. lib. 14.

Acrius incumbere. Virg. 4. Georg. 50.

Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. Cic. pro Plancio, 36.

Labori incumbere. Silius lib. 4. 166.

Incumbe toto animo & studio omni in eam rationem quæ adhuc usus es. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 40.

Neruis cunctis incumbere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 8.

Pectore toto incumbere. Ouid. ibidem.

Omni studio, uirtute, authoritate ad Rempublicam conseruandam incumbere. Cic. pro Sylla, 62.

Incumbere ceris & stylo. Plin. lib. 7. ad Suram, epist. 147. d.

Possessioni incumbere. l. consentaneum C. quomodo & quando iudex, A quo ter citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit, non absoluetur, uel ad cogendum eum, ut sese repræsentet: uel possessionem bonorum, cui incumbit, ad se transferre, & aduersarium petitorem constituere: uel auditis defensionibus tuis id quod iuris ratio exegerit iudicare. Quo loco, quid sit animo & corpore, uel animo tantum possessioni incumbere, notatur. Budæus.

Incumbere cum aliquo in rem aliquam. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 11. 9.

Incumbit illi spes, id est, imminet, aut manet illum. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 15.

Incumbere, Violenter incidere, & irruere. Quintil. lib. 5. cap. 9. Cic. pro Plancio, Potius quàm ab ipsis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Budæus.

Æstus incumbens scopulis. Virg. 2. Georg. 76.

Incumbere, pro Inclinare in aliquã partem. Plaut. Aulul. 2. 1. 8,

——hoc serui officium reor,
Retinere ad salutẽ, nõ eum, quò incumbat, eò impellere.

Ad lenitatem nimiam, ambitionemq; incumbunt mores. Cicer. Qu. fr. lib. 1. 1. 16. Id est, gratiosam indulgentiam. Budæus.

Ad bonum uirum repentina uoluntatum inclinatio incubuit. Cic. pro Murena, 50.

Volunt idem omnes ordines, eodem incumbunt municipia. Cic. 6. Philipp. 116.

Incunabula] pen. cor. incunabulorum (νοττιάς) Idem quod simplex Cunabula. Plaut. Trucul. 19. 12,

—fascijs opus est, puluinis,
Cunis incunabulis. Cic. pro Rosc. Amer. 91.

Incunabula, pro Initijs posita. Cic. in Orat. 25, Non alienũ fuit de oratoris quasi incunabulis dicere.

Incunabula & rudimenta uirtutis. Cic. in Sallust. 5.

Dicendi incunabula. Quintil. in Proœm. lib. 1. 6.

Ab incunabulis nostræ ueteris puerilisq; doctrinæ. Cicero 1. de Oratore, 12.

Vestigia atq; incunabula deorum. Cic. 6. Verr. 96.

Incunabula, pro loco unde orti sumus, siue pro natalibus & origine generis. Cic. ad Att. lib. 2. 20. 3, Ego uerò in montes patrios, & ad incunabula nostra pergam.

Iouis incunabula Crete. Ouid. 8. Metam. 20.

Incuratus] penult. prod. Adiectiuum (ἀκήδιστος, ἀτιμέλητος) Horat. 1. epist. 17. 5,

Stultorum incurata pudor malus ulcera cælat.

Incuria] huius incuriæ (ἀμέλεια, ἀπερισκεψία) Negligentia, inquit Festus. Cic. de Prouincijs Consul. 4, Miserandum in modum milites Pop. Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt incuria, fame, morbo, uastitate consumpti.

Desertos, opis expertes, incuria mactat. Lucretius libro 6. 256. Horatius de Arte, 71, Offendar maculis, quas aut incuria fudit, Aut, &c.

Vituperanda est rei maximè necessariæ tanta incuria. Cicero de Amicit. 71.

¶ Incuriosus, pen. prod. Adiect. Negligens. Gellius lib. 2. cap. 28, Quippe M. Cato uir in cognoscendis rebus multi studij, incerta tamen causa & incuriosa, super ea re opinatus est.

Incuriosus, pro Vacuus cura. Tacit. lib. 2, Dum uetera extollimus, recentium incuriosi.

Ætas incuriosa. Tacit. in uita Agricolæ.

Vigiliæ incuriosæ. Tacit. lib. 21.

Incuriosus proximorum. Plin. epist. 173. a. Tacit. lib. 19, Summi discriminis incuriosis.

¶ Incuriosè, pen. prod. (ἀμελῶς, ἀβλεμέως) Negligenter. Gellius lib. 2. cap. 6, Reprehendunt quasi incuriosè & abiectè uerbum positum.

Agere pueritiam incuriosè. Tacit. lib. 17.

Incuriosius agere. Tacit. lib. 20.

Incutro] incurris, incurri, incursum (ἐπιδρόμω, ἐπιτρέχω, ἐμπίπτω, ἐπιβάλλω) Incurrere, Contra aliquem currere, uel incidere & concurrere in aliquem. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 167, Eo prælio præcipua equitum gloria fuit, utrinque ab cornibus positos, quum iam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, ut, &c.

Incurrere in hostes, Intrò currere, & magno impetu ferri in aliquem. Salust. Martial. lib. 1. 38,

Pectore nec nudo strictos incurris in enses.

Desuper incurrere, præliantibus alijs Tacit. lib. 2.

Incurrere & offendere in tenebris. Cic. ad Varr. lib. 9. 2. 6.

Incurrere in aduersam hostium aciem. Vide Acies.

Incurrit ager in agrum. Cic. 2. de lege Agrar. 81.

Incurrere in aliquem, Incidere ex insperato. Cicero ad Atticum, lib. 2. 27. 2.

Incurrere & incidere in aliquem. Cic. pro Plancio, 14.

Inuadere in aliquem & incurrere. Cic. pro Sestio, 11.

Cæco impetu in alium incurrere. Cic. 1. de Finib. 69.

Incurrere in aliquem uerbis, pro Inuehi. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16. 10.

In crimen incurrere. Cic. pro Plancio, 74.

In damnum atq; famam alterius incurrere. Cic. pro Cælio, 33.

In difficultatem incurrere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 2. 8.

In loca incurrere, pro Facere incursus in loca. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 7.

In memoriam communium miseriarum incurrere. Cicero de claris Orat. 135.

In memoriam notam incurrere. Cic. de clar. Orat. 131.

Incurrere in morbos, in damna, in dedecora. Cic. 1. de Finib. 72.

In mucronem incurrere. Cicer. pro Cecinna, 61.

In unam nauim multæ classes armatæ incurrunt. Cicero pro Sestio, 37.

In oculos incurrere. Cic. Attic. libro 12. 24. 2. 5. Quintil. lib. 7. cap. 2. 29, Alij uitantes, ea, quæ in oculos incurrunt, exquirenda putant. Pro eo dixit Seneca, Incurrere oculis, libro de Benef. 1.

In odia hominum incurrere. Cic. 1. Offic. 208.

In ordinem incurrere. Quintil. lib. 1. cap. 5. 34.

In apertam perniciem incurrere. Cic. 3. de Nat. deor. 97.

In prælia incurrunt tauri. Virg. 12. Aeneid. 144.

Incurrere in uarias reprehensiones. Cic. 1. de Finib. 1.

Casus in sapientem potest incurrere. Cic. 5. Tusc. 43.

In tempora aliqua incurrere. Cic. Qu. frat. lib. 3. 21. 4.

Incurrit febris in tempus exercitationis. Cels. lib. 3. cap. 15.

Incurrit in uoces maleuolorum nostra laurus. Cic. Cælio, lib. 2.



Digitized by Google

15.6.Id est,malè loquuntur de ea maleuoli.
Incurrere in urbanitatem facetosam hominum.Cicero 2.de Finibus,165.
Incurrere præter spem,Inuadere ex destinato. Cic.pro Sestio, Vt non in eum inuasisse,sed incurrisse uideamur.
Incurrit suspicio fraudis,absolutè.Papin.in l.ab hærede. ff. de separationibus.
Incurrit hîc & alia suspectio. Tryphon.in l.bona fides.§.j.ff. depositi,nel cont.
Incurrere Circensibus natalem alicuius.Suet.in Tiberio. Id est, in eum diem incidere.Budæus.
Incurrere in diem.Cic.ad Att.lib.7.127.3,Tua λῆψις quem in diem incurrat nescio.
Acies incurrunt.Silius lib.4.29.
Armis densis incurrimus.Virg.2.Aeneid.82.
Hastis aduersis incurrere.Virgil.11.Aeneid.123.
Vrsi incurrunt armentis.Ouid.7.Metam.111.
¶Incurritur,Impersonale (ἐμβάλλεται) Iuuenal. Satyr.6.33, Si nihil est,seruis incurritur.
¶Incursurus(ἐμπεσούμενος)erat, tenuit uestigia tellus.Ouid.5. Metam.40.
¶Incursio,Verbale(ἐπιβολή)Occursatio rerum inter sese.Cic. 1.de Nat.deor.158,Quum sine ulla intermissione pulsetur, agiteturq; atomorum incursione sempiterna.
Incursio militum in agros hostium. Cic.pro Cecin.33,Incursio atq; impetus armorum.Cæsar 5.bell.Gall.3.
Incursionem facere,Facere impetum,Liu.1.ab Vrbe,45.
Incursio seditionis,Impetus.Cic.pro Cluent.82.
¶Incursus,huius incursus(ἐπιδρομή,ὁρμή)Plin.lib.8. cap. 42.13,Vnde equis tolutim cadere incursus traditur arte.
Luporum incursus.Virg.3.Georg.81.
Incursus militum.Cic.pro Cecinna,16.
Vis & incursus pluuiarum,Impetus & uehementia. Columel. lib.4.cap.17.6.
Incursus solis.Colum.lib.1.cap.6.15.
Grauis incursus.Tacit.lib.4.
Incursus omni de parte timendi.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.6.
Sustinere incursus.Ouid.3.Metamorph.17.
Vndarum incursu sonat unda.Ouid.11.Metamph.100.
¶Incursim,Aduerbium,Celeriter. Cæcilius Fallacia, Nullus sum,nisi meam rem iam omnem propero incursim perdere.Nonius.
¶Incurso,incursas(ἐπιδραμοῦμαι)incursare,frequentatiuum, Currendo petere & offendere.Plaut.Aulul.7.57. Asini me mordicibus scindant,boues incursent cornibus. Ouid. 2.Met.40, — atq; sub æthere fixis Incursant stellis.
Fortius incursant Tyrij.Stat.8.Thebaid.32.
Incursare aciem.Tacit.lib.19.
In fortunas omnium incursare.Author ad Herenn.lib.4.210.
Incursare aduersis cornibus.Plin.lib.9.cap.31.3.
Incursat color alij colori,Contendit & pugnat siue certat.Plinius lib.28.cap.8.23.
Incursabit in te dolor meus.Cic.ad Attic.lib.12.256.2.
¶Incursans,incursantis(ἐπιδραμούμενος)Quod incursat.Plin. lib.11.cap.37.23,Natura oculos composuit lubricos propter incursantia,& mobiles.
¶Incursito,incursitas,penult.corrept.incursitare.Seneca,2.de Ira,Multa caligine incursitantem, uastantem,fugantemq;. Ibidem,Properanti in multos incursitandum est. Significat offensare.
¶Incursatus,Passium.Liu.lib.4.bell.Pun.185,Agmenq; Romanum impunè incursatum ab equitibus hostium fuerat. Id est, incursione uexatum.
Incuruus] Adiectiuum (ἐπικαμπὴς,ἐπίκυρτος) Idem quod Curuus.Terent.Eunuc.2.3.44,
Incuruus,tremulus,labijs demissis. Plin.lib.18.cap. 19. 5,Arator nisi incuruus præuaricatur.
Incuruus humeris.Plin.lib.11.cap.52.2.
Incurua arbor.Plin.lib.12.cap.25.3.
Incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. Cic. 1.de Diuinat.58.
Carina incurua.Ouid.15.Metam.129.
Metæ incuruæ.Stat.5.Sylu.2.6.
¶Incuruo,incuruas (κυρτόω,ἐγκάμπτω) incuruare.Plin.lib. 16.cap.42.1,Robur,olea incuruantur, cedunt q; ponderi. Cic.2.de Fin.57,Incuruatum bacillum.
Arcus incuruant ualidis uiribus.Virg.5.Aeneid.99.
Membra incuruata.Ouid.6.Metam.50.
¶Incuruesco,incuruescis(κυρτοῦμαι)incuruescere,Curuari. Cicero 1.Tuscul.108,Ramos baccarum hubertate incuruescere.Ex poeta.
Incus]incudis,pen.prod.f.g.(ἄκμων)Instrumentum fabrorum ferrariorum super quod aliquid cuditur. Plin.lib.33. cap.4.14,Incudibus non resistit.Cic.1.de Natur.deor.75, Ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atq; figuræ, quas uos effici posse sine follibus & incudibus non putatis.
Gladios parante incude.Iuuen.Satyr.10.14.
Medijs incudibus ablatum opus.Ouid.1.Trist.eleg.6.6.
Duris incudibus impositi enses.Virg.2.Georg.105.
Incudi reddere uersus malè tornatos,per trãslationem.Hoc est, emendare & expolire.Horat.in Arte poet.89.
Tundere incudem.Cic.2.de Orat.88.
Incuso]incusas,penult.prod.(μέμφομαι,ὑπονοέω)Incusare, Reprehendere alterius mores,& plerunque cum querela, quòd ab illo iniuria sis affectus,ut ait Valla lib.6.reprehendens Seruium.Terent.Heaut.5.2.7,
Quid me incusas Clitipho? Idem Phorm.3.1.7,
Equidem here nos iam dudum hic te absentem incusamus qui abieris.Cæsar 1.bell.Gall.161,Omniumq; ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus uehementer eos incusauit. Sic,lib.2.286,Increpitare atq; incusare reliquos Belgas,qui se,&c.
Incusabo te probri.Plaut.Trucul.4.5.
Voce magna incusat Latinum.Virg.12.Aeneid.117.
Querelis incusat fata.Stat.1.Achill.88.
Intemperiem cæli incusantes.Corn.Tacitus.
¶Incusatio,Verbale(μέμψις)Cic.3.de Orat.59,Quorum partim habent uitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam,&c.
Incustoditus]penult.prod.Adiectiuum (ἀφύλακτος)Martial.lib.1.118,
Incustoditis & apertis Lesbia semper
Luminibus peccas.
Boues incustoditæ.Ouid.2.Metam.137.
Ouile incustoditum.Ouid.1.Trist.eleg.5.2.
Incusus]penult.prod.(ἐγκόλαπτος)Adiectiuum ab Incudo. Virg.1.Georg.55,
— lapidemq; reuertens Incusum. Seruius. Id est,manualem molam cudendo asperatam.
Incutio]incutis,penultima corrept.incussi,incussum(προσβάλλω,ἐμβάλλω,ἐμποιέω,ἐμφορέω) incutere, Ex In & Quatio,quatis:significat Inijcere,& cum quodam impetu proijcere.
Incutere scipionem eburneum in caput alterius.Liu. 5.ab Vrbe,187.
Incutere pedem terræ.Quintil.lib.2.cap.13.Id est, ferire terram pede.
Incutere colaphum.Iuuen.Satyr.9.1.

Incuteri

Incutere pollicem limini. Plin. lib. 7. cap. 53.3.
Incutere, ad inanimata transfertur. Cic. de Vniuersit. 47, Rursusq; emersi errorem incutiant rationis expertibus.
Desiderium urbis incutere alicui. Horat. 1. epist. 14. 5.
Metum incutere. Liu. 2. ab Vrbe, 79.
Morbum incutere amicis. Plaut. Trinum. 4.30.
Morbos incutere alicui. Lucret. lib. 6. 155.
Negotij aliquid incutere alicui. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 16.
Nuntium alicui incutere. Liu. 2. ab Vrbe, 37.
Pauorem incutere. Liu. 7. bell. Pun. 226.
Pigritiam incutere. Liu. 1. bel. Maced. 134.
Pudorem incutere alicui. Horat. 1. epist. 19. 17.
Religionem incutere. Liu. 9. bell. Pun. 54. Ibidem, lib. 2. 180, Claudijq; Consulis primo Punico bello memorata naualis clades religionem animo incußit.
Terrorem Patribus incutere. Liu. 3. ab Vrbe, 15. & lib. 7. 61.
Timorem incutere. Cic. 2. de Orat. 115.
Vim uentis incutere. Virg. 1. Aeneid. 15.
¶Incussus (ἐμβλητ&) Participium, siue nomen ex participio. Plin. lib. 22. cap. 14. 1, Medetur cum mica salis, contusis, incußisq;, inustis, & strumis.
Indago] indagas, pen. prod. (ἰχνεύω, ἰχνυλατέω, ἀκριβάζω, ἀνακρίνω, ἐξιχνεύω) indagare, ab In & Ago compositum, d interposito, euphoniæ gratia, Venatorum more inquirere. Plaut. Merc. 12. 38,
—— eo si pacto posset indagarier
Mulier. Cic. in Orat. 6, Reprehendent quòd inusitatas uias indagemus, tritas relinquamus.
Indagare, inuenire, & ueluti ex tenebris eruere. Cicer. de leg. Agraria, 1.
Indagare & odorari. Cic. 4. Verr. 93.
Indagare & patefacere indicia. Cic. pro Milone, 78.
Omnibus uestigijs indagare aliquid. Cic. Att. lib. 2. 2. 1.
¶Indagatio, Verbale (ἴχνευσις) Cic. 4. Acad. 229, Indagatio ipsa rerum, &c.
Indagatio & inuentio ueri. Cic. 1. Offic. 25.
¶Indagator, pen. prod. (ἰχνευτὴς) Aliud uerbale masc. Colum. lib. 9. cap. 8. 9, Sed indagatorem conueniet matutina tempora uestigandi eligere.
Indagator aquarum. Colum. lib. 2. cap. 2. 16.
¶Indagatrix, pen prod. Verbale fœm. (ἰχνευτὶς) Cicero 5. Tuscul. 7, O uitæ philosophia dux, uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum.
¶Indaganter, Aduerbium (ἰχνευτικῶς) Col. lib. 5. cap. 1. 2, Boni uenatoris est indaganter quamplurimas feras capere.
¶Indago, pen. prod. indaginis, fœm. gen. (ἰχνευματία) Inuestigatio, inquisitio, propriè uenatorum. Plin. li. 9. cap. 7. 1, In qua sententia fuisse Aristotelem uideo, & ea multis persuasisse doctrinæ indaginibus.
Indago, Series plagarum saltus cingentium. Virgilius 4. Aeneidos 25,
—saltusq; indagine cingunt. Cæs. 8. bel. Gall. 67, Syluis undiq; impeditissimis, aut altissimo flumine uel indagine munitum. De quodam campo. Lucan. lib. 6. 9,
Et syluas, uastaq; feras indagine claudit. Hic (inquit Budeus) Lucanus per metaphoram indaginem uocauit fossam, & turrium munitarum seriem.
Armata indagine lustrare omnem prospectum. Statius 12. Theb. 91.
Indago, per translationem. Tacit. lib. 13, Romæ testamenta & orbos uelut eius indagine capi. Id est, captatorem esse orborum, ita ut nullus captiones eius inuadat. De Seneca. Hæc Budæus.
Indagine pœnarum cingi: id est, ambitu. Plin. in Panegyr. 56.
Inde] Aduerbium de loco (ἐνθεν) Terent. Andr. 2. 2. 31,
Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Ibidem, 1. 1. 110, Redeo inde iratus atq; ægrè ferens. Liu. lib. 1, Primò in Macedoniam uenisse, inde in Siciliam quærentem sedes delatum. Plaut. Pseud. 9. 30, Quia uidere inde esse. Cicer. ad Atticum, libro 9. 1. 90. 2. Qui autem ueniunt inde, id modò nuntiant. Id est, illinc.
Inde, ad res relatum. Plaut. Amphit. 4. 275, Cadus erat uini, inde impleui cirneam. Id est, ex illo dolio. Cicero 1. de Inuent. 41, Si unde necesse est, inde initium sumetur, De narratione breui.
Inde, ad personam relatum. Plaut. Curcul. 15. 44. Terentius Adelph. 1. 1. 21,
—— uxorem duxit natali filij
Duo. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi.
Inde, pro Ob id, ob eam rem, propterea. Terent. Heaut. 1. 1. 2,
Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeò, quòd agrũ in proximo hic mercatus es. Plin. epist. 125. a. lib. 7, Incredibile est quanto desiderio tui tenear. In causa, amor primùm: deinde, quòd non consueuimus abesse: inde est, quòd magnam partem noctium in imagine tua uigil exigo: inde quod, &c.
Inde, pro Deinde. Liu. 1. ab Vrbe, 19, Crimini maximè dabant Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere.
Quid tum inde? Cic. pro Murena, 22.
Abs te inde. Plaut. Pseud. 19. 7,
Minæ uiginti sanè ac saluæ sunt tibi
Hodie, quas abs te inde est instipulatus Pseudolus.
Inde ab ineunte ætate cum animo depugnat suo, uel ab incunabulis. Plaut. Trin. 6. 24. Liu. 4. ab Vrbe, 157, Et iam inde ab incunabulis imbutum odio Tribunorum.
Iam inde ab initio minimè lætus nouæ origine urbis. Liu. 1. ab Vrbe, 7.
Inde usq;. Cic. pro Archia, 1, Quod longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde usque repetens, hunc uideo mihi principem, &c.
Indebitus] pen. corr. Adiectiuum (ἀνόφλητ&) ut, Fletus indebitus. Senec. Herc. Oetheo, 14. 15,
— indebitos nato quidem
Compesce fletus mater Alcidæ inclyti.
Præmia magna quidem, sed non indebita posco. Ouidius epistol. 15. 4.
¶Indebitum, indebiti, pen corr. Substantiuè, Non debitum. Paulus in l. si procurator. ff de cond. indeb. Si procurator tuus indebitum soluerit, & id tu ratum habeas, &c.
¶Indubitè, pen. corr. Aduerbium. Paulus in l. cum de indebito quæritur. ff. de probat. Nisi euidentißimis probationib. in scriptis habitis, ostendere paratus sit, sese hæc indubitè promisisse.
¶Indebitò, aliud Aduerb. Vlpian. in l. cum duo pro reo. ff. de cõdict. indeb. Quibus personis tria indebitò soluta sunt.
Indecens] pen. corr. indecentis, omn. g. (ἀπρεπὴς, ἀσχήμων) Quod non decet, uel est præter decorum. Mart. lib. 5. 14, Oculoq; ludos spectat indecens uno.
Indecentissimus. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 9, Indecentißimum sponsaliorum genus est adulterium.
¶Indecenter, Aduerb. (ἀπρεπῶς) Plaut. Merc. 18. 17, Nec tolerant, ut æquum est, patres: sed clamãt, indecenter obstrepũt.
¶Indecet (ὐ πρέπει) Plin. epist. 1. a. lib. 3, Nam iuuenes adhuc confusa quædam, & quasi turbata non indecent.
Indeclinabilis] & hoc indeclinabile, penultima correpta, (ἄκλιτ&) Quod declinari, uel uitari non potest. Gellius lib. 6.

lib. 6. cap. 2, Fatum, est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum.

Indeclinabilis iustitia, apud Senec. epist. 78. Item epist. 67, Indeclinabilis animus, pro Constanti & qui nunquam uariat.

¶ Indeclinatus, penult. prod. (ἄκλιτος) Ouidius 4. de Ponto, eleg. 10. 17,

Hæc tibi qui præstas indeclinatus amico, &c.

Indeclinata amicitia, Constans. Ouid. 4. Trist.

Indecoris] & hoc indecore, pen. cor. (ἀπρεπὴς) Vel Indecor, indecoris, pro Indecoro, apud antiquos, Nonio teste, reperitur. Accius Athamante, Cuius sit uita indecoris, mortẽ fugere turpe haud conuenit. Virg. 12. Aeneid. 5,

Nec genus indecores. Idem lib. 7,

Non erimus regno indecores. Seruius, Aut fistole est: aut certè dicimus nominatiuum non inueniri, ut in multis nominibus.

¶ Indecorus, indecora, indecorum, pen. prod. (ἀσχήμων) Decoro contrarium: ut,

Indecora lasciuia ludere. Plin. lib. 18. ca. 35. 21. Cic. 1. Offic. 134, Et iusta omnia decora sunt: iniusta contrà, ut turpia, sic indecora. Sic, 3. de Finib. 21, Si nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, prauum, &c.

Indecorus quæstus. Liu. 1. bell. Pun. 250.

Indecorus uisus. Plin. lib. 13. cap. 12. 5.

¶ Indecorè, pen. prod. Aduerbium (ἀπρεπόντως) Turpiter. Cic. 1. Offi. 23, Cauetq; ne quid indecorè, effœminateue faciat. Ibidem 160, Vt ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere posimus.

Indefatigabilis] penultima correpta. Seneca libro 2. de Ira, Alius contentus breui somno, uigiliam indefatigabilem extendit.

Indefensus] Adiectiuum (ἀνυπεράσπιστος) Non defensus, Sine defensione. Liu. 4. ab Vrbe, 121, Suos increpas clara uoce. Hic præbituri (inquit) uos telis hostium estis indefensi, inulti? Plin. lib. 18. cap. 7. 5, Indefensa quippe membranis cõtinentur.

Indefessus] Adiect. (ἀκάματος) Non fatigabilis. Ouidius 9. Metam. 40, ——ego sum indefessus agendo.

Indefinitus] penult. prod. Adiectiuum (ἀόριστος) Obscurus & perplexus. Gell. lib. 16. cap. 4, Indefinitus, inexplicabilisq; sermo fiet.

Indefletus] penult. prod. Adiectiuum (ἄκλαυτος) Ouid. 7. Metamorph. 125,

Qui lachryment desunt, indefletæq; uagantur
Natorum matrumq; animæ, iuuenumq; senumq;.

Indeflexus] indeflexa, indeflexum (ἄκαμπτος) Quod non flectitur. Plin. in Paneg. 8, Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas.

Indeiectus] pro non deiecto. Ouid. 1. Metam. 58,

Si qua domus mansit, potuitq; resistere tanto
Indeiecta malo.

Indelebilis] pen. corrept. Adiectiuum (ἀνεξάλειπτος) Ouid. 15. Metamorph. 176,

——nomenq; erit indelebile nostrum.

Indelibatus] penult. prod. Adiectiuum (ἄθικτος) Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6,

Dum tuuat & uultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.

Indemnatus] penult. prod. Adiectiuum (ἀκατάκριτος) Plaut. Curc. 15. 17,

——pro deûm atq; hominum fidem,
Hoccine pacto, indemnatum atq; intestatum me arripi?

Id est, nulla sententia in me lata. Cic. 7. Ver. 10, Vt quam dãnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruares?

Indemnis] immunis à damno. Senec. de Vita beata, Liberis, tutus, indemnis, nihil frustra tẽtabis, nihil prohibebeberis. Idem epist. 9, Qui per ferrum, & ruinas, & ignes illæsus & indemnis euasit? Vlpian. in l. bona fide. ff. de noxal. action. Vel officio iudicis consequetur, ut indemnis maneat.

¶ Indemnitas, pen. corr. indemnitatis (ἀζημία) Damni uitandi ratio. Papin. in l. fideiussor. ff. de negotijs gestis. Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoq; contractus qui personam eius non contingebat, pignora uel hypothecas suscepit, & utranq; pecuniam creditori soluit, existimans indemnitati suæ consulisse prædijs consuli posse.

Indeploratus] pen. prod. Adiect. (ἄκλαυτος) Idem quod Indefletus. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 9,

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri,
Indeploratum barbara terra teget. Idem 11. Met. 135.

Indeprauatus] pen. prod. Qui non corrumpitur. Seneca epist. 77, Si uia indeprauata uirtus est, & sui iuris permanet, solum bonum est uirtus.

Indeprecabilis] & hoc indeprecabile, pen. corr. (ἀπαραίτητος) Quod nullis precibus potest exorari. Gellius,

Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indeprehensibilis] pen. cor. Quintil. Declam. 4, Nec per uarias ambages, indeprehensibilem sparsit errorem. Idem Declam. 8, Inenarrabile, indeprehẽnsibile est.

Indeptus] Vide Indipiscor.

Indesertus] Adiect. (ἀπρόλειπτος) Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 11, Indeserta meo pectore regna gere.

Indesis] pen. prod. indesidis (ἀνόκνος) Contrarium desidi. Gellius lib. 7. cap. 22, Id profectò existimandum est non omnino inculpatum, neq; indesidem usum esse, cuius corpus intam immodicum modum luxuriasset, exhuberassetq;.

Indesinenter] Aduerb. (ἀδιαλείπτως) pro Semper, & continuè. Varr. 2. de re Rust. cap. 9. 13, Etsi alter indesinenter æger est, ne sine cane grex sit.

Indespectus] Non despectus, non uisus. Lucan. lib. 6,

Indespecta tenet uobis qui tartara.

Indetonsus] Adiectiuum (ἀκειρεκόμης) Ouid. 4. Metamor. 3, Additur his Nysius, indetonsusq; Thyoneus. Hoc est intonsus.

Indeuoratus] pen. prod. Non omnino deuoratus. Martial. lib. 7. epigr. 19. in Sanctram,

Indeuorato capite turturem truncum.

Indeuotus] pen. prod. Iustin. in l. si quis argentum. §. ult. c. de donationibus, Ne non solùm indeuotus, sed impius donator intelligatur.

¶ Indeuotio. Vlpian. in l. 1. in fine. ff. de penu legata, Puto tamẽ sic uoluntatem testatoris sequendam, ut tota summa illico postquam cessauerit hæres dare penum uxori, præstetur hæredis indeuotione coercenda.

Index] huius indicis, pen. corr. Vide Indico, indicas.

India] Ἰνδία, Regio Orientalis, Asiæ terminus. Pomponius scribit tantum spatium litoris occupare, quantum per sexaginta dies noctesq; uelificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinq; millia oppidorum. Ab Indo flumine sic appellata, in quem ab Occidentali plaga desinit. Hæc à Meridiano mari incipiens, aduque Solis Occasum porrigitur, & à Septentrionibus usq; ad Curnusium montem prouenit. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat, arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indi propè gentium soli nunquam emigrauere finibus suis. Illic binæ æstates, lenes auræ, temperies cæli, hubertas

Digitized by Google

*bubertas soli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt, ut maiora in India quàm in cæteris regionibus nascantur animalia. Virg. 1. Georg. 5. India mittit ebur.*

*Vasta & agrestis India. Cic. 5. Tusc. 113.*

*Decolor India. Seneca Hippol. 3. 15.*

*Dives India. Horat. 3. Carm. ode 24. 1.*

*Tosta India. Catull. de Acme & Septimio, epigr. 42. 2.*

¶ *Indus* (ἰνδὸς) Qui est ex India.

*Dentes Indi: id est, elephantini. Ouid. 8. Metam. 58.*

*Colorati Indi. Virg. 4. Georg. 59.*

*Nigri Indi. Ouid. 1. de Arte, 11.*

*Odorati Indi. Silius lib. 17. 131.*

*Sitientes Indi. Virg. 4. Georg. 85.*

*In Indos petere. Vide ad Seras, in præpositione* Ad.

¶ *Indicus, pen. cor.* Adiect. (ἰνδικὸς) Qui ex India est.

*Indicos elephantos, maximos interpretatur Seruius apud Ter. in Eunucho, Elephantis quem Indicis præfecerat.*

*Aqua Indica. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 15.*

Indicatio, Indicatura, Indiciũ ] *Vide* Indico, *indicas.*

Indico ] *Indicas, penult. cor. indicare* (μηνύω, καταγορέυω, ἐμφανίζω, ἐμφέρω, ἀποφαίνω, γνωρίζω) Proprie est ostendere, patefacere. *Terent. Andr. 1. 1. 105,*

— *ibi tum exanimatus Pamphilus*
Bene dissimulatum amorem & celatum indicat. *Ibid. 5. 3. 7, Vide num eius color pudoris signum usquã indicat?*

*Exitus rei hoc indicabit. Cic. 3. de Legib. 37.*

*Epularum solennium fides actibie, Saliorumq; uersus indicãt. Cic. 3. de Orat. 109.*

*Verba aperiè indicant. Cic. Bruto, 5. 5.*

*Mores indicat multus. Cic. 1. de Legib. 40.*

*Clarius indicare. Horat. 4. Carm. ode 8. 4.*

*Consilium suum temerarium indicare.* Plancus *Cicero. libro 10. 21. 4.*

*Posteris nostris orationes alicuius indicare. Cicero de claris Oratorib. 181.*

*Signis indicare quid uelis. Ouid. 15. Metam. 134.*

*Quod in primis te celatum uolebam, indicabo. Cicero Quint. fratri, lib. 3. 21. 5.*

*Indicare in uulgus, nefas est. Cic. de Vniuersit. 6.*

*Res ipsa indicat, Id uel ex re ipsa apertißimũ est. Terent. Adel. 3. 2. 40. Idem Eunuc. 4. 4. 38.*

*Indicare iter. Liu. 8. ab Vrbe, 123.*

*Indicare,* Exponere. *Plin. lib. 12. cap. 15. 4, Prius Arabiæ diuitias indicare conueniet.*

*Indicare,* Accusare. *Donatus, Indicat is qui de se uolens aliquid & de alijs etiam prodit. Terent. Eunuc. 5. 7. 13,*

*An pœnitebat flagitij te authore quod fecisset*
*Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Cic. 3. Tusc. 90, Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret.*

*Indicare se & induere. Cicero pro Muræn. 48, Atq; ille ut semper fuit apertißimus, non se purgauit, sed indicauit atque induit.*

*De aliqua re indicare. Cic. pro Flac. 71.*

*Indicare de. Salust. Is quum diceret se indicaturum de coniuratione.*

*Rem omnem dominæ suæ indicauit puer. Cic. pro Cluent. 143.*

*Sine timore indicare aliquid. Cic. 3. in Catil. 53.*

*Malitiam suam indicare. Cic. Varroni, lib. 9. 7. 1.*

*Se alicui indicare. Cic. de clar. Orat. 100. & 1. de Finib. 79.*

*Indicasse reũ (inquit Vlpian. in l. indicasse ff. de uerb. signif.) est detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse.*

*Coniurationem indicare. Cic. 1. de Diuin. 70.*

*Indicare* (τιμᾶσθαι) Aestimare est, pretium rei naualis statuere. *Est autẽ uenditoris, sicut liceri emptoris. Plaut. Persa, 16. 32,*

*Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Ibid. 16. 109, — tanti indica. Apul. lib. 1, Et percontato pretio, quòd centum nummis indicaret, aspernatus, centum uiginti denarios præstinaui. Cic. 3. Offic. 81, Qu. quidem Scæuola filius, quum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur.*

¶ *Indicatus, penult. product.* Participium (μεμυθεὶς) Patefactus, ostensus, accusatus.

*Indicatus smaragdus sex aureis denarijs, quod barbarè appretiatus dicitur. Plin. lib. 37. cap. 1. 3.*

¶ *Index, indicis, pen. corr. com. gen.* (μυστὴς) Is uel ea, qui uel quæ aliquid indicat uel accusat. Asconius scribit indicem esse qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita. Cic. pro Cluent. 28, Extrahuur domo latitans Oppianicus à Manilio: index Aiulius ex altera parte coràm tenetur. Plaut. Merc. 3. 17,

*Per me percuntatus sum, sineq; indice aliquo. Mart. libro 1. 49,*

*Indice non opus est nostris, nec uindice libris. Plin. epist. 117, Alij ab indice nominati, se esse Christianos dixerunt, & mox negauerunt.*

*Accedere aliquem indici. Vide* Accedo.

*Index & uestigium alicuius rei. Cic. 7. Verr. 126.*

*Index animi. Plin. lib. 8. cap. 16. 8.*

*Imago animi uultus est, indices oculi. Cic. in Orat. 33.*

*Libertatis index tabella. Cic. 2. de leg. Agrar. 20.*

¶ *Index librorum* (πίναξ, σύλλαβος) *Pro ijs quas tabulas uulgò uocamus. Cicer. ad Attic. lib. 4. 73. 2, Etiam uellem mihi mittas de tuis librariolis duos, & c. ijsq; imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos uos Græci (ut opinor) συλλάβους, appellatis. Gell. lib. 20. cap. 11, Neq; ità desunt qui indices libris suis fecerunt.*

*Librorum indicibus decipi. Cic. 2. de Orat. 33.*

*Index morborum, ferè est arteriarũ pulsus, Hoc est, signa morborum ex pulsibus cognoscuntur. Plin. lib. 11. cap. 37. 84.*

*Orationis indicem uocem habemus. Cic. 1. Offic. 185.*

*Index pectoris color & macies. Ouid. 9. Metam. 108.*

*Voluntatum erga me uestrarum index uox. Cicero 2. de leg. Agrar. 20.*

*Herculis indicis fanum nominatum. Cic. 1. de Diuin. 96.*

*Sine duce, sine indice peruenire ad aliquid. Cic. 3. Verr. 73.*

*Index etiam lapidis nomen. Ouid. 2. Metam. 7,*

— *periuraq; pectora uertit*
*In durum silicem, qui nunc quoq; dicitur index.*

¶ *Indicium, indicij* (μήνυσις, μήνυμα) Detectio alicuius criminis, siue accusatio. Cic. pro Cluent. 147, Tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas ulterius literis conscriptas in iudicium afferas?

*Indicium,* Signum, argumentum: *ut, Specimen hoc uirtutis, hoc indicium animi. Cic. Post red. in Senatu, 6.*

*Insigne tuæ erga me benevolẽtiæ indiciũ. Cic. Treb. lib. 7. 6. 1.*

*Coniurationis indicium. Cic. 2. de Diuin. 66.*

*Doloris præsentis indicium. Cic. Octau. 4. alias Iudicium.*

*Communis exitij indicia afferre. Cic. pro Domo sua, 103.*

*Mali indicium. Ouid. ad Liuium, 29.*

*Clariora indicia naturæ. Cic. 5. de Finib. 86.*

*Ad nominis indicia, & sempiternum generis sui dedecus, aliquid constituere. Cic. in Pisonem, 37.*

*Notæ sceleruin & indicia parricidiorum. Cic. pro Sylla, 57.*

*Argumenta & indicia sceleris. Cic. 3. in Catil. 57.*

*Scelerum indicia ostendere, & periculorum signa patefacere. Cic. de Aruſp. resp. 21.*

*Monumentũ positũ ut esset indiciũ oppressi Senat. Cic. pro Domo sua, 87.*

Indicia &

Digitized by Google

Indicia & uestigia omnia ueneni in illius mortuæ corpore fuerunt. Cic. pro Cluent. 22.
Defixum ad memoriam omnium gentium sempiternam indicium. Cic. pro Domo sua, 79.
Ex indicio nihil periculi. Terent. Heaut. 3.1.6.
Indicio esse. Terent. Heaut. 2.4.4, Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua. Cicero pro Domo sua, 85. Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi, &c.
Indicio de se esse. Terent. in Prologo Adelph. 4. Vbi Donatus, Indicio erit, pro Index erit.
Per indicium enuntiata res. Cæs. 1. bell. Gall. 16.
Indicij partem accipere. Cic. pro Roscio Amer. 63.
Edere indicium. Vide Edo, edis.
Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rem manifestã deferunt. Cic. de clar. Orat. 151.
Indicium facere, Signum dare, uel per signum ostendere. Terẽt. Adelph. 4.4.8. Idem Hecyr. 4.1.32, Nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum uoluerit.
Postulare indicium. Cic. 1. Verr. 19, Quod profiteri Asconius eo loco dixit. Budæus.
Indicium profiteri, Vltrò sese, cõsortesq; criminis deferre. Martianus in Pandectis, ad leg. Corneliam de Sicarijs, l. 1. Quiue quum magistratus esset, publicóue iudicio præesset, operam dederit, quo quis falsum indicium profiteretur, ut quis innocens conueniretur. Budæus.
Tristi indicio seruatus, Stat. 3. Theb. 81.
Indicium, pro eo quod tibi datur ut indices. Vlpian. in l. idem. §. si tibi. ff. de cond. ob turp. caus. Si tibi indicium dedero ut fugitiuum meum indices. Et paulo pòst, Sed si ipse fur indicium à me accepit, &c.
¶Indicatio, onis (τίμησις) Aestimatio ac probatio alicuius rei, siue appretiatio quam uocant. Plaut. Persa, 16.37,
Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est.
Plin. lib. 22. cap. 24. 3.
Indicatio, pro Affirmatione. Vlp. in l. Iulianus. §. 1. in fine. ff. de action. emp. & uen. Quoniam qui scit, præmonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem.
¶Indicatura, indicaturæ, pen. prod. Idem. Plin. in Præfat. 15, Nec fiducia operis hæc est, sed indicatura.
Indicatura dolorum. Plin. lib. 29. cap. 1. 21.
Indico] Indicis, pen. prod. indixi, indictum (διαγγέλλω, ὑπαγγέλλομαι, διατεμνύω) indicere, Denuntiare aliquid: ut, Indicere bellum. Plin. de Viris illust. 4. a, Tullus Hostilius, quia bonam operam aduersum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit. Cic. 1. Offic. 54, Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum antè sit, & indictum.
Indicendi belli formulam pete ex Liuio, lib. 1. ab Vrbe, 145.
Bellum indicere populis. Ouid. 6. Met. m. 19.
Bellum indicere uoluptatibus, per translationem dictum. Hoc est, pugnare aduersus uoluptates. Cic. de Senect. 42.
Bellum indicere uentri. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 2.
Sibi bellum indicere. Sibijpsi noxium esse, uel sibijpsi noxã inferre. Cic. 5. de Finib. 50.
Tibia indixit choros. Virg. 11. Aeneid. 148.
Cœnam indicere, Iubere sibi cœnam apparari. Mart. lib. 11. 43.
Concilium indicere, Concilij diem dicere & proponere. Liu. 1. ab Vrbe, 219.
Diem indicere pugnæ. Liu. 10. ab Vrbe, 131.
Ferias indicere. Liu. 3. ab Vrbe, 23.
Forum indicere. Virg. 5. Aeneid. 151.
Funus indicere, Euocare homines per præconem ad funus. Sueton. in Cæsare.
Funus indicere Reip. Cic. pro Domo sua, 34. Vbi figuratè significatur, exilium Ciceronis funestum & exitiale fuisse Reip.
Honores indicere. Virg. 3. Aeneid. 53.
Templis indicit honorem. Virg. 1. Aeneid. 128.
Ieiunia indicere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 58.
Inimicitias indicere. Cic. de Prouin. Consul. 18.
Indictæ inimicitiæ: cui Tacitæ opponitur. Cic. 7. Verr. 143.
Iustitium indicere. Cic. 5. Philip. 187. Liu. lib. 10. ab Vrbe cond. Id est, primam iuris cessationem, inquit Budæus.
Leges indicere. Propert. lib. 4. eleg. 9. 11.
Sibi legem innocentiæ indicere. Cic. 5. Verr. 1.
Lux indicitur. Ouid. 1. Fast. 132. Id est, dies. Sic idẽ 2. Fast. 106,
Curio legitimis tunc fornacalia uerbis
Maximus indicit, nec stata sacra facit.
Indicitur meretatus. Cic. 4. Verr. 92.
Mortem indicere. Tacit. lib. 15.
Multam indicere. Plin. lib. 18. cap. 3. 3.
Nuptias indicere. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Odium indicere pecuniæ. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 17.
Spectacula indicere. Liu. 1. ab Vrbe, 37.
Supplicationem indicere. Cæs. 7. bell. Gall. 360.
Tributum indicere populo. Liu. 4. ab Vrbe, 260.
¶Indictus, Adiect. (ὑπαγγελθείς) Quod est solenniter promulgatum.
Dapes indictæ. Ouid. 4. Fast. 71.
¶Indictus, Non dictus. Terent. Phorm. 5. 8. 58,
Non, uolo: uolo, nolo: rursum, cedo, cape:
Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum, irritum est. Liu. 5. ab Vrbe, 72. Virg. 7. Aeneid. 147,
Nec tu carminibus nostris indictus abibis. Nomen est ex participio factum, per compositionem: neq; enim dicimus Indico duntaxat in hac significatione.
Indictum ore alio. Horat. 3. Carm. ode 25. 2.
Indicta causa damnari dicuntur, inquit Budæus, qui ad iudicũ uocati non adfuerunt, absentesq; sententiam passi sunt. Cic. 1. de Legib. 62, Vt Dictator quem uellet ciuium indicta causa impunè posset occidere. Idem 2. Verr. 8, Indicta causa dãnati & eiecti. Liu. lib. 3, Quod si indicta causa in uincula ducatur. Id est, non auditus & indefensus. Budæus.
Causa indicta animaduertere in aliquem. Cicero Metel. libro 5. 2. 19.
Indicta causa ciuem condemnari. Cic. pro Rab. perduel. reo, 8.
¶Indictio, Verbale, Genus pensitationis, ut inquit Asconius Pedian. in 4. Verr. Omne genus, inquit, pensitationis in hoc capite positum est, Canonis, Oblationis, Indictionis. De hoc titulus est de Indictionibus, lib. 10. C. Vide Canon.
¶Indictiuus, pen. prod Adiectiuum (ὑπαγγελτός) Quod indictum est: ut, Funus indictiuum, ad quod per præconem euocabantur, ut ait Festus.
Indidem] penult. corrept. (ἐνθένδε) Aduerbium de loco, cõpositum ab Inde & Idem, Ex eadem parte, siue ex eodem loco. Cicero pro Sext. Rosc. Am. 44, Si per alios fecisse dicis, quæro seruósne, an liberos? quos homines? Indidémne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? Idem 1. de Diuin. 214, Indidémq; eadem quæ oriuntur de integro atq; eodem occidunt. Ex Pacuuio.
Indifferens] penult. corrept. indifferentis, om. gen. (ἀδιάφορος) Res media. Cicer. 3. de Finib. 82, Itaque id definimus, quòd sit indifferens cum æstimatione mediocri. quòd enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem. Senec. epist. 83, Indifferentia uoco, nec bona, nec mala: ut paupertatem, &c.
Indifferens homo, Qui non discernit, neq; est difficilis aut morosus in re aliqua. Suet. in Iulio Cæs. cap. 53.

Indifferen

Indifferens dolor apud Stoicos. Gell. lib. 12. cap. 15.

¶Indifferentia, indifferentiæ (ἀδιαφορία) Similitudo, affinitas, conuenientia. Gell. lib. 13. cap. 3, Hoc ego scripsi de utriusq; uocabuli indifferentia. Ibidem, cap. 21.

¶Indifferenter, Aduerb. (ἀδιαφόρως) Indiscriminatim.

Indifferenter ferre, pro Susq; deq;. Suet. in Domitiano, cap. 23.

Indifficilis] pen. corr. pro Valde difficilis. Scæuola in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. Ille casus indifficilis est, si filium habeas & nepotem nondum natum instituas, isq; nascatur uiuo patre suo, ac mox pater decedat. Budæus. Exemplaria correctiora legunt, Ille casus in difficili est.

Indigena] indigenæ, pen. corr. om. g. (αὐτόχθων, ἐγχώριος, ἐπιχώριος) dicitur qui non aliunde in aliquam patriam uenit, sed ibi natus est, quasi inde genitus. Vide Aduena. Liu. 1. bell. Pun. 110, Nec maiores eorum indigenas, sed aduenas Italiæ cultores, &c. Ouid. 2. Metam. 169,

Suspicit, indigenæ Sidonida nomine dicunt.

Deus indigena. Ouid. 6. Metam. 66.

Populi indigenæ, Latij. Lucan. lib. 2. 87.

Indigena uinum. Plin. lib. 14. cap. 6. 11.

¶Indigenitalis, & hoc indigenitale, pen. prod. (αὐτοχθόνιος) Verbum obsoletum. Cic. 3. de Orat. 85, Vel sæpe sine coniunctione uerba nouantur, ut ille sensus disertus indigenitalis, ut Baccarum hubertate incurescere.

Indigeo] indiges, pen. corr. indigui (ἀπορέω, δέομαι, προσδέομαι, ἀναγίζω) Indigere, ex In & Egeo compositum, d interposito, euphoniæ causa: idem quod Egeo significat, & nunc genitiuo, nunc ablatiuo iungitur.

Genitiuo. Plaut. Cistel. 2. 25,

Suiq; omnium rerum nos indigere.

Maximè indigere. Vide Magis.

Ablatiuo. Valerius Max. lib. 7, Malo uirum pecunia, quàm pecuniam uiro indigentem.

Adiumento aliquo indigere ad. Cic. 5. de Finib. 106.

Indigere alicuius. Terent. Andr. 5. 3. 19. Cicero de Amicitia, 30, Quid enim erat Africanus indigens mei?

Non tam artis quàm laboris indigent uocis & spiritus, & totius corporis, & ipsius linguæ motus & exercitationes. Cic. 1. de Orat. 75.

Auxilij tui indiget. Plaut. Rud. 16. 17.

Indiget celeritatis. Cic. 6. Philip. 209. Hoc est, celeritate opus habet.

Cohortatione te puto non indigere. Cassius Cic. lib. 12. 11. 3,

Consilij tui indigeo. Cic. Attic. lib. 12. 251. 3.

Consolatione aliorum indigere. Seruius Cic. lib. 4. 5. 3.

Defensionis indiget. Cic. pro Rosc. Amer. 20.

Exercitationis indiget. Cic. 3. de Finib. 77.

Bona existimatione indiget mea adolescentia. Cic. pro Rosc. Comœd. 26.

Maioris ingenij ad consolandum, & ad ferendũ singularis uirtutis indigent communes miseriæ. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 7.

Sermonis tui sum indigens. Plaut. Rud. 23. 6.

Vsus indiget horum. Virg. eclog. 2. 12.

Indigeo addiscere. Gell. lib. 4. cap. 1.

¶Indigetur, pen. prod. (ἀπορεῖται) Impersonale, dixit Plin. lib. 10. cap. 27, Nunquam conspectis, nisi quum præsidio earum indigetur.

¶Indigens, penul. corr. Participium (ἐνδεής) ut, Benignè facere indigentibus. Cic. 2. Offi. 74.

Ferre opem indigentibus. Cic. 2. de Fin. 187.

¶Indigentia, huius indigentiæ (ἀπορία) Egestas, penuria, & carentia. Cicero de Amic. 83, Amare enim nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita.

¶Indigus, pen. corr. Adiectiuum (ἄπορος) Qui indiget re aliqua. Plin. lib. 8. cap. 40. 3, Stipendiorum indiga,

Indigus ensis. Silius lib. 2.

Indigus opis. Virg. 2. Georg. 86. Lucretius lib. 1, Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri. Id est, nostri indigens.

Indiges] pen. corr. indigetis (ἥρως, δαίμων) Deus ex homine factus. Quo nomine dictus est Aeneas, quum pugnans cum Mezentio nusquam aparuisset, inquit Fest. Alij indigetes dicunt esse deos tutelares, quorum nomina uulgari non licet. Liu. 8. ab Vrbe, 46, Lares diui Nouensiles, dij indigetes, diui, quorum est potestas nostrorum hostiumq;, &c. Virg. 12. Aeneid. 159,

Indigetem Aeneam scis ipsa, & c. Idem 1. Georg. 100,

Dij patrij indigetes. Vbi Seruius, Patrij dij, inquit, sunt qui præsunt singulis ciuitatibus: ut, Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autem, propriè sunt dij ex hominibus facti, quasi in dijs agentes. Abusiuè autem omnes dijs generaliter possunt dici Indigetes, tanquã nullius rei egentes. Hactenus ille. Vide Macrobium lib. 1. de Som. Scip. cap. 9.

Indigestus] Adiect. (ἀδιατάκτως) Digesto & ordinato contrarium. Plin. lib. 13, cap. 15. 6, Materia surda & indigesta. simplicitas, aut platani foliorum modo digesta.

Moles rudis indigestaq;. Ouid. 1. Metam. 2.

¶Indigestè, Aduerb. (ἀδιατάκτως) Inordinatè & incõpositè. Gel. lib. 20. cap. 11, Quas breuiter, & indigestè, & incõditè, annotatiõibus, tractatuõibus, lectionibusq; uarijs feceramus.

Indigito] indigitas, pen. corr. (ὀνομαίνω) indigitare, Quasi indicitare, & ueluti digito ostendere: ab Indico, uel à digitis deductum. Et significat uoco, nomino, & quasi per nomen ostendo. Macrob. Nanq; uirgines Vestales ita Apollinem indigitant, Apollo medice, Apollo pæan. Idem, Nam ita ab incolis indigitantur.

¶Indigitamenta, indigitamentorum, Libri pontificales, qui & nomina deorum, & rationes ipsorum nominum continent. Festus, Indigitamenta, incantamenta, uel indicia.

Indignor] indignaris (ἀγανακτέω, ἀνιάομαι, ἀνιαλγέω) indignari, irasci. Cic. 1. de Inuent. 126, Duodecimus locus est, per quem indignamur, quòd nobis hoc primis acciderit. Ouid. 9. Metam. 68.

Indignamur si quis nostrum interijt. Seruius Cic. lib. 4. 5. 12.

Indignari de tabulis. Cic. pro Q. Rosc. 3, Quidã legũt, indagare.

Indignor, cum accusatiuo. Quint. lib. 6, Quidam indignantur imperia, quosdam continet metus. Lucanus cum infinitiuo iunxit, lib. 8. 119,

—atq; indignatus apertum Fortunæ præbere caput.

Honorem partum indignantur. Virg. 5. Aeneid. 46.

Pontem indignatus Araxes. Virg. 8. Aeneid. 143.

Preces indignari. Stat. Sylu. 1. 4.

¶Indignans, Participium (ἀγανακτῶν) ut, Freta indignantia. Ouid. 11. Metam. 99.

Corda indignantia longam pacem. Stat. 3. Theb. 117.

Fortuna indignans. Stat. 2. Sylu 2. 26.

Ore indignanti frena receperat. Ouid. 3. Fast. 91.

Venti indignantes. Virg. 1. Aeneid. 12.

Verba indignantia. Ouid. 6. Metam. 117.

¶Indignans, Nomẽ qui facilè indignatur. Colum. lib. 8. cap. 17. 7, Quum sit molestissimum genus, & seruitutis indignantissimum. de Mulis.

¶Indignatus, pen. prod. (ἠγανακτηκώς) Aliud participium: ut, Procellæ indignatæ. Stat. 3. Sylu. 2. 15.

Aequor indignatum magnis stridoribus. Virg. 2. Georg. 33.

¶Indignatio, indignationis (ἀγανάκτησις) Ira. Iuuen. Sat. 1. 8, Si natura negat, facit indignatio uersum. Cic. 1. de Inuen. 112, Indignatio est oratio per quam conficitur, ut in aliquẽ homi-

nem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. Plin.lib.7.cap.44.5.
Liberrima indignatio. Horat. Epod. 4.2.
Adducere ad indignationem. Vide Adduco.
Conuertere in se indignationem alicuius. Plin.lib.9. cap.30.3.
Erumpit indignatio. Quint.lib.4.cap.3.4.
Mouere indignationem. Vide Moueo.
¶Indignabundus, Indignans (ἀνακλαίνων) Liu.8.bel. Maced. 253, Quum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia secum consultatum adiecisset.
Indignus] Adiectiuum (ἀνάξιος, ἐπίρρητος) Non dignus. Horat.2.Ser.Satyr.2.21,
Cur eget indignus quisquam te diuite?
Indignos & immerentes exanimat. Lucret.lib.2.221.
Percutit indignos claro plãgore lacertos. Ouid. 4. Metam. 28.
Indignissimus, Omniũ maximè indignus. Liu. 4. ab Vrbe, 248, Itaq; sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos, omnium etiam dignorum tædium fecerant.
Indignissimus tanto nato. Stat.11.Theb.61.
Indignus qui hoc committas. Terent.Eun.5.2.27.
Nihil indignius, indecentius, aut inhonestius. Cic.6. Verr.75, Hìc uerò tantum dolore afficior, ut nihil mihi indignius ferendum uideatur.
Amore indigno deceptus. Virg.eclog.8.4.
Calamitates hominum indignorum subleuare. Cic.4.Tusc.69.
Indigna homine dubitatio. Cic.de Ami.60.Teren.Adel.3.3.55,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? Cic.1.de Fin.34, Tamen eiusmodi esse iudico, ut nihil homine uideatur indignius.
Indignum facinus. Terent. And.1.1.118, Hoc est, abhorrendum, & quod minimè fieri debuit.
Indignum illi facis: hoc est, quod ipse commeruit. Plaut. Mostell. 10.15.
Indignum se agere aliquid. Horat.2.Satyr.3.8.
Ferre indigna. Silius lib.11.48.
Indignum, Crudele, fœdum, impium, inquit Donatus. Terent. Eunuch.5.5.4, Quæ futura esse exempla dicunt in eum indigna. Virg.2.Aeneid.57,
—quæ causa indigna serenos Fœdauit uultus?
Indignũ, per parenthesin, loco interiectiõis. Ouid.5. Metam.8, Isset, & (indignum) scelerato profuit ara.
Forma indigna est perire situ. Ouid.2.Amor.eleg.3.3.
Hyemes indignæ. Virg.2.Georg.75.
Manibus indignis pulsata. Propert.lib.1.eleg.15.2.
Indignum in modum. Liu.9.bel.Pun.45.
Morte indigna peremptus. Virg.6.Aeneid.33.
Necem indignam pati. Ouid.10.Metam.125.
Indignas turres dixit Ennius, pro magnis.
¶Indignè, Aduerbium (ἀναξίως) Inhonestè atq; impiè. Plaut. Cistel.7.22,
Tute tibi indignè dotem quæras corpore. Vatinius ad Cic.lib.5.10.10, Indigneq; mi Cicero, oppidum captum, & iam bellum confectum relinquere sum coactus. Terent. Adel. 3.2.10, Cui misere indignè per uim uitium obtulerat. Id est, impiè & crudeliter, ut ait Donatus. Ibidem, 1.2.11,
—eripuit mulierem
Quam amabat: clamant omnes indignissimè
Factum esse.
Eget nunc indignè, quondam fœlix. Cicero Antequam iret in exil.10.
Eripere indignissimè uniuersæ ciuitati aliquem. Cicero pro Cæl.46.
Ferre indignè aliquid. Cic.6.Verr.75.
Necari indignissimè. Cic.7.Verr.115.
Indignè pati aliquid, pro molestè ferre. Cic.7.Verr.25.
¶Indignitas, pen.corr. huius indignitatis (ἀναξία) Indecentia. Liu.2. ab Vrbe, 148, Egóne has indignitates diutius patiar, quàm necesse est? Cic.pro Mur.48, Neq; tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit.
Indignitas calamitatis. Cic.7.Verr.95. Et 3.Verr.102, Indignitas iniuriæ.
Calumniæ indignitas. Quint.lib.6.cap.1.7.
Exponere rei indignitatem. Cic. Antequam iret in exilium, 9.
Indignitatem ac molestiam adeundi atq; conueniendi alicuius perferre. Cic. Ligario, lib.6.14.4.
Atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam facti alicuius augere. Cic.2.de Inuent.159.
Indignitas etiam hominis, pro dedecore uel abiectione dicitur. Cic.in Pisonem, Fruar hac tua indignitate.
Indignitas, pro Infamia & obscuritate nominis. Cicero in Vatinium, 8, Habeat hoc præmiũ tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur. Budæus.
Indigus] Vide Indigeo.
¶Indiligens, pen.corr.om.gen. (ἀμελὴς) contrarium est Diligenti. Plaut. Mostel.3.16, Atq; ubi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia. Idem Bacch. 4.23, Vide quæso, ne quis tractet illam indiligens.
Nimium indiligens. Vide pòst Nimis.
Indiligens, cum genitiuo. Gellius lib.15.cap.28, Corn. Nepos, & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis.
Indiligentior. Plin. lib.13.cap.12.6, Deprehenditur etiam odore quum fuerit indiligentior.
Indiligens hortus, Negligenter curatus. Plin.lib.19.cap.4.8.
¶Indiligentia, huius indiligentiæ (ἀμέλεια) Negligentia. Plaut. Persa, 16.9. Cic.ad Qu.frat.lib.12.11, Ac si omnium mecum præcepta literarum repetes, intelliges esse nihil à me, nisi orationis acerbitatem & iracundiam, etsi fortè rarò literarũ missarum indiligentiam, reprehensam.
Per indiligentiam neglecta prædia. Plin.lib.14.cap.4.5.
Veri indiligentia. Tacit.lib.20.
Damnatus indiligentiæ. Vide Damno.
¶Indiligenter, Aduerbium (ἀμελῶς) Negligenter. Terentius Phorm.5.5.3,
—quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur. Cic.ad Atticum, lib.16.333.2, De Xenone coràm cognoscam: quanquam nihil ab eo arbitror neq; indiligenter, neq; illiberaliter factum.
Indipiscor] indipiscis, uel Indipiscor, indipisceris, pen. corr. (κτάομαι, ἐπιτυγχάνω) indipisci, deponens, Assequi, adipisci inquit Festus. Plaut. Asin.7.13,
Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit,
Nunquã pol adipiscet quadrigis albis postea. Idem Stich. 9.57, —senex
Quidem uoluit, si posset indipisci de cibo. Idem Aul.26. 45. Indipisci dolorem in cogitando: hoc est, Cogitationibus nimijs in dolorem incidere. Plaut. Trinum.5.2.
Indipisci pugnam, Potiri victoria. Gell.lib.1.cap.11.
Indipisci animo, Memoria comprehendere. Gell.lib.17.cap.2.
¶Indeptus Participium (κτησάμενος) Liu.6.bel.Pun.197, Nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu. Lucret.lib.3.43,
Quod simul atq; hominem lethi secura quies est
Indepta atq; animi natura, animæq; receßit, &c.
¶Indepto, indeptas (προσκτάομαι) Indeptare, Frequentatiuum. Varro, Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.
Indirectus] Adiectiuũ (ἀδιάτακτος) Incompositus & inornatus. Quint.lib.5.cap.13, Indirecta ferè: atq; ut sic dicam, clamosa est actio.

Indiscretus]

Digitized by Google

Indiſcretus] pen.prod. Adiectiuum (ἀδιάκριτος) Ex In, & Diſcretus participio à Diſcerno, compoſitum: Diſcreto cõtrarium ſignificat, hoc eſt, maximè coniunctum. Plin. lib. 9. cap. 35. 8, Intantum, ut nulli duo reperiantur indiſcreti unde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ.

Indiſcreta lux: hoc eſt, minimè diſcreta, & inſeparata. Plin. lib. 7. cap. 60. 4.

Arma indiſcreta maniplis. Silius lib. 8. 115.

Indiſcretus cibus. Plin. lib. 11. cap. 53. 2.

Indiſcreta agricultura. Varro 3. de Re ruſt. cap. 1. 5.

Indiſcretæ effigies. Plin. lib. 7. cap. 1. 3.

Indiſcretæ ſimilitudinis imagines. Plin. lib. 35. cap. 10. 22.

Indiſcreta propè ſpecies ſimiles. Plin. lib. 7. cap. 12. 3.

Indiſcriminatim] pen. prod. (ἀδιακρίτως) Aduerb. ex In & Diſcrimen compoſitum, Indifferenter ſignificat, & ſine diſcrimine. Varro de Ling. Lat. lib. 18, Quibus nos in hoc libro, perinde ut nihil interſit utemur indiſcriminatim.

Indiſertus] Adiect. (ἄπειρος) Diſerto contrarium. Cic. de clar. Orat. 39, Et T. Annium Luſcum huius Qu. filij Collegã non indiſertum dicunt fuiſſe. Idem 3. de Fin. 23, Vt interpretes indiſerti ſolent. Idem 3. de Orat. 79, Malim equidem indiſertam prudentiam, quàm ſtultitiam loquacem.

Indiſertè] Aduerbium, Sine aliqua eloquentia. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 5, Orationem meam collaudauit ſatis multis uerbis, non me hercule indiſertè, Seuerus Ancilius.

Indiſpenſatus] pen. prod. Silius lib. 16,

Indiſpenſato laſſantem corpora niſu. Id eſt, immoderato.

Indiſpositè] Aduerb. pro Inordinatè. Seneca epiſt. 125, Mutæ animalia perturbatè & indiſpoſitè mouentur.

Indiſſociabilis] pen. corr. Adiectiuum. Lactant. de opific. Dei, lib. 10, indiſſociabilem prætenderent unitatem.

Indiſſolubilis] & hoc indiſſolubile, pen. corr. (ἄλυτος) Quod diſſolui, ſiue rumpi non poteſt. Cic. de Vniuerſ. 57, Sed quoniam orti eſtis immortales, uos quidem eſſe indiſſolubiles non poteſtis. Plin. lib. 11. cap. 24. 3, Araneus maculas ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat.

¶Indiſſolutus, pen. prod. Adiectiuum (ἀδιάλυτος) Non diſſolutus, colligatus. Cic. de Vniuerſit. 57, Hæc ſunt indiſſoluta me inuito: quanquam omne colligatum ſolui poteſt.

Indiſtinctus] Adiectiuum (ἀδιάστατος) Confuſus. Qu. lib. 8. cap. 2, Neq; inordinata, neq; indiſtincta. Gell. lib. 13. cap. 29, Indiſtincta nanq; fient & confuſa.

Corollis indiſtinctis plexi flores. Catull. Argon. 59. 57.

¶Indiſtinctè, Aduerbium (ἀδιαστάτως) Gell. lib. 20. cap. ult. Indiſtinctè atq; promiſcuè adnotabam.

Indiſtrictus] Adiect. (ἀδιάσφικτος) Non diſtrictus. Ouid. 2. Met. 19, tamen indiſtrictus abibo. Id eſt, illæſus.

Inditus] Vide Indo.

Indiuiduus] Adiect. (ἄτομος) Quod diuidi non poteſt. Cic. 4. Acad. 102, Cur enim, inquis, quum ex illis indiuiduis unde omnia Democritus gigni affirmat, &c. Idem 1. de Fin. 26, Ille atomos quas appellat, id eſt, corpora indiuidua.

Mors indiuidua. Senec. Troad. 5. 7.

Indiuiſus] pen. prod. Adiectiuum (ἀδιαίρετος) Quod non eſt diuiſum.

Indiuiſæ ungulæ, Quæ fiſſæ non ſunt. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. 2. Plin. lib. 11. cap. 45. 1.

Honos indiuiſus. Silius lib. 8. 2.

Indo] indis, indidi, pen. corr. inditum (ἐντίθημι) indere: ex In & Do compoſitum, quaſi Intus dare & imponere. Plaut. Caſina, 5. 33,

—di me & te infœlicitent, ſi ego in os meum
Vini guttam indidi. Idem Milit. 8. 1, Inde ignem in aram.

Indere catenas captiuis. Plaut. Capt. 4. 3. Idem Menæch. 3. 3,

Et qui fugitiuis ſeruis indunt compedes.

Indere cicatrices in ſcapulas alicuius. Plaut. Aſin. 11. 7.

Indere fenestras domui, Applicare. Plaut. Rud. 3. 6.

Indere aliquid in aurum, argentum, aut æs publicum, quo id pecuniæ fiat: id eſt, immittere, immiſcere. Vlpianus in l. 1. ff. ad legem Iul. pecul.

Indere limina ferrea. Plaut. Perſa, 16. 22.

Indere nomen alicui. Plaut. Rud. 22. 26. Idem Merc. 9. 19,

Quod nomen tibi dicam eſſe? P. Paſicompſæ.
L. Ex forma nomen indutum eſt. Liu. 9. bel. Pun. 186, Inde Salinatori Liuio inditum cognomen. Liu. 1. ab Vrbe, 152, Ab inopia Egerio indutum nomen.

Nouos ritus, contrariosq; cæteris mortalibus indidit. Tacitus libro 21.

Indere titulos. Gell. lib. 20. cap. 11.

¶Inditus, pen. corr. Participium (ἐντιθεμένος) ut, Caſtella rupibus indita. Tacit. lib. 4.

Lecticæ inditus. Tacit. lib. 3.

Vincla indita. Tacit. libro 15. Idem libro 11, Vinctisq; inditis in urbem raptus, neq; data Senatus copia, intra cubiculum auditur.

Indoctus] Adiectiuum (ἀπαίδευτος, ἀμαθὴς) Docto contrarium. Plaut. Trin. 10. 5,

—indoctus quàm doctè facis.

Non admodum indoctus. Cic. 1. de Fin. 1.

Nimium indoctus. Vide Nimis.

Indoctus, imperitusq;. Vide Imperitus.

Rabula, indoctus, inurbanus, ruſticus. Cic. de clar. Orat. 93.

Indoctum & agreſte genus hominum, cui apponitur Expoliti. Cic. in Partit. 48.

Leuiſſimum & indoctiſſimum genus. Cic. 2. de Diuin. 194.

Manus indoctæ, ac ruſticæ. Quint. lib. 1. cap. 11. 9.

Indocti mores. Plaut. Bacch. 22. 3.

Rudis & indocta oratio. Cic. 3. de Orat. 103.

Canere indoctum. Horat. 2. epiſt. 2. 2.

Vulgus indoctum. Ouid. 5. Metam. 63.

¶Indoctè, Aduerbium (ἀπαιδεύτως) Cic. 2. de Nat. deor. 63, Quæ uideat, non indoctè ſolùm, uerumetiam impiè faciat, ſi deos eſſe negat.

¶Indocilis, & hoc indocile, pen. corr. (ἀδίδακτος) Quod doceri non poteſt. Seruius, Indocile eſt, quod penitus non poteſt diſcere. Plin. lib. 10. cap. 45. 1, E uolucribus, hirundines ſunt indociles. Sic, Cic. 4. Acad. 3.

Indocilis & tardus. Cic. 1. de Nat. deor. 19.

Indocilis Achilles. Vide Achilles.

Animi indociles. Ouid. 3. Faſt. 24.

Indocile, pro Indocto. Virg. 8. Aeneid.

Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legesq; dedit.

Indocilis cæli agricola. Plin. lib. 18. cap. 25. 16.

Indociles arbores naſci. Plin. in Procem. lib. 14. 1.

Indocilis, pro naturali, quod arte caret. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12. 2, Indociliq; loquax gutturæ uernat auis. Ibidem, lib. 4. eleg. 1. 1.

Indociles uias currit lympha. Id eſt, quas nemo illi monſtrauit. Naturales. Propert. lib. 1. eleg. 2. 3.

Indoleo] indoles, pen. corr. indolui (καταλγύνομαι) indolere, ſiue Indoleſco, indoleſcis, indoleſcere. Cicero 2. Phil. 73, Quis qui non indoluerit, tam ſerò ſe, quem hominem ſecutus eſſet, cognoſcere?

Indoluit facto. Ouid. 4. Metam. 35.

Malis alicuius indoluiſſe. Ouid. 2. Triſt. 114.

Indoleo, genitiuo iunctum. Ouid. 2. Metam. 78,

—ſucceſſorumq; Mineruæ Indoluit.

¶ Indolentia, indolentiæ (ἀνωδυνία) Quum sine dolore sumus. Cic. 2. Offic. Vt qui rem expectandam, uel uoluptate, uel indolentia metiuntur. Idem 2. de Fin. uoluptatis nomine nonnunquam utitur pro indolentia. Sæpius tamen uacuitatem doloris uocat quam indolentiam. Budæus.

¶ Indoloria, indoloriæ, Idem Sidonius Apollin. Lecturus es hic nouum uerbum, id est, essentiam: nec non indoloriam nominauit, addens: licet enim nouis rebus noua nomina imponere: & rectè dixit, &c. Hæc Sidonius de Cicerone loquens in cuius tamen libris indolentiam, non indoloriam reperimus.

Indoles] indolis, pen. corr. f. g. (φυὴ, φύσις) ab Inoleſco fit per interpoſitionem d. In pueris quidem atq; adoleſcentibus eſt ſignificatio quædam futuræ probitatis. Cic. ad Brutũ, 3.1, Cæſaris uerò pueri mirifica indoles uirtutis.

Bona ſpes, & indoles magna in adoleſcentibus. Cic. 2. de Finib. 184. Idem Lentulo, lib. 1. 7. 36, Lentulum eximia ſpe, ſummæ uirtutis adoleſcentem.

Indoles, in utris eſt ſignum præſentis uirtutis. Cic. 3. Offic. 19, Itaq; his omnes, in quibus eſt uirtutis indoles, cõmouentur. Idem 5. Verr. 136, Fac enim fuiſſe in iſto C. Lælij, M. Catonis materiem atq; indolem.

Specimen indolis dare. Plin. epiſt. 7. lib. 2. Idem epiſt. 11. b. lib. 3, Idq; primum nonnullis indolis dedi ſpecimen.

Lætæ indolis adoleſcens. Gell. lib. 19. cap. 9.

Fœlix indoles. Senec. Troad. 6. 59.

Læta indoles. Quint. lib. 2. cap. 4. 4.

Magnæ indolis exordia. Stat. 1. Achil. 56.

Nutrita indoles ſub fauſtis penetralibus. Horatius 4. Carm. ode 4 6.

Necas rectam indolem. Senec. Hipp 4. 20.

Indoles induſtriæ eſt in eo. Plaut. Trinum. 6 41.

Indolem ingenij noſtri noui. Plaut. Milit. 12. 47.

Indoles, Incrementum, induſtria. Feſtus.

Indoles, Præſtantia, ſeu generoſitas quædam uirtutis atq; animi. Liuius 1. ab Vrbe, 9, Tantiſper tutela nubebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina, & regnum auitum paternumq; puero ſtetit. Lucanus lib. 5. 4,

Indole ſi dignum Latia, &c.

Indoles, in malum. Liu. 1. bel. Pun. 15. de Annibale, Cum hac indole uirtutum ac uitiorum ſub Aſdrubale meruit. Hoc eſt, natura propenſa ad bonum & malum.

Segnis indoles. Tacit. lib. 12.

Indolem frugum & ſeminum conſeruare. Liu. Sicut in frugibus, pecudibusq; non tantum ſemina ad ſeruandam indolem ualent, &c.

Indomitus] penult. corr. Adiectiuum (ἄδμητος, ἀμαμάητος) Quod domari non poteſt, & miteſcere. Plautus Bacch. 14 1,

Petulãs, proteruo, iracũdo animo, indomito, incogitato:
Sine modo & modeſtia ſum. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. 9, Indomiti boues. Et, Indomitus iuuencus, Colum. lib. 6. cap. 2. 7.

Equus indomitus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 2.

Indomitus Achilles. Vide Achilles.

Bellum indomitum. Senec. Agamem. 7. 3.

Indomitæ & effrænatæ cupiditates. Cic. 3. Verr. 41.

Greges indomiti. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 12.

Igne indomito carpitur. Ouid. 10. Metam. 74.

Ferocia & indomita ingenia Gallorum Liu. 1. bell. Pun. 74.

Indomitâ & effrænata libido. Cic. pro Cluent. 10.

Licentia indomita. Horat. 3. Carm. ode 24. 6.

Mare indomitum. Tibul. lib. 2 eleg. 3. 10.

Indomiti oculi, Effrænati & leues. Plaut. Bacch. 20. 100.

Rabies indomita. Horat. Epod. 12. 2.

Vires indomitæ. Virg. 5. Aeneid. 135.

Vndæ indomitæ. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.

Indomitus, Magnus. Virg. 2. Aeneid. 119,

Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Seruius.

¶ Indomabilis, & hoc indomabile, pen. cor. Idem (ἀδάμαστος) Plautus Caſina, 19. 13,

Aedepol, næ tu ſi eſſes equus, eſſes indomabilis.

Indormio] indormis, indormiui, indormitum (ἐγκοιμῶμαι, ἐπικοιμῶμαι) indormire, Idem quod Dormire, ſignificat, præ nimio ſtudio & cura in re aliqua: aut è contrario, negligentius aliquid agere, quaſi quis dormiat quum illud agit.

Cubilibus unctis indormit. Horat. Epod. 5. 15.

Congeſtis undiq; ſaccis Indormis. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 14

Indormire deſidiæ. Plin. epiſt. 2. a.

Indormire, pro Ceſſare & tardum eſſe. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 16. 3, Sic ego quoniam in iſto homine colendo tam indormiui diu, &c.

Indormire cauſæ, Remiſſius & ſegnius tractare negotium. Cic. 2. Philipp. 51.

Indotatus] indotata, indotatum. pen. prod. (ἄπροικος) Dotato contrarium. Terent. Adelph. 3. 2. 47.

Primùm indotata eſt. Idem Phorm. 5. 8. 45,

—uos me indotatis modò
Patrocinari fortaſſe arbitramini.

Corpora indotata: id eſt, nullis affecta donis. Ouidius 7. Metam. 124.

Indotatam artem dote uerborum locupletare & ornare. Cic. 1. de Orat. 120.

Indu & Endo] præpoſitiones antiquæ, quæ ualent in: ut, Induperator, indupeditus, induſtatus. indu mari apud Lucretium, pro Imperator, impeditus, in ſtatu, in mari Et teſtamentum endo procinctu, & endotium, pro in procinctu, & initium, de quibus lege Feſtum. Sic & apud Lucilium,

Quàm lepidè lexes compoſtæ, ut teſſerulæ omnes
Indu pauimento, atq; emblemate uermiculato. Sic enim legendus ac ſcribendus ſecundus uerſus, ut monuit Lambinus, non ut uulgò, arte pauimento. &c.

Indubito] indubitas. pen. corr. indubitaui, (ἐνδιαίθω) indubitare. Stat. 3. Syl. 5. 22,

—ſed ingratus qui plura adnecto, tuisq;
Moribus indubitato.

¶ Indubitatus, penult. prod. Adiectiuum (ἀνέγκλητος, ἀναμφισβήτητος) Certus: & de quo dubitari non poteſt. Quint. lib. 9. cap 4, In iſs uerò quæ indubitata ſunt, breuior.

Indubitata ſpes. Plin. lib. 31. cap. 3. 15.

¶ Indubitabilis, & hoc indubitabile pen. corr. (ἀναμφίλογος, ἀναμφίβολος, ἀνεγκλήτος) Idē. Quint. lib. 4. cap. 1, In genere cauſæ indubitabili.

¶ Indubitatè, Aduerbium Vlpianus in l. quòd ſi nolit. §. ſi ancilla. ff. de ædil. edict. Sed ſi fortè uſusfructus proprietati accreuit, indubitatè hoc quoq; reſtituetur ei.

¶ Indubitanter, Aduerbium (ἐνδοιάστως) Certò. Plinius libro 18. cap. 11. 7, Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit.

Inducia] inducias rum (ἀνοχὴ, ἀνάπαυλα, ἐπιχείρια) Ceſſatio belli in aliquot dies. Cic. 1 Offi. 49, Vt ille qui quum centum. xxx. dierum eſſent cum hoſte pactæ inducie, noctu populabatur agros, quòd dierum eſſent pactæ, non noctium inducie. Liu. 4. ab Vrbe, 127, Inducias annorum octo impetrauerunt. Idem lib. 1. 132, Valuitq; apud Veientes pacta cum Romulo inducias rum fides.

Inducie litium. Plaut. Amph. 4. 235. Terent. Eun. 1. 1. 15,

In amore hæc omnia inſunt uitia, iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, inducie,

Bellum,

Digitized by Google

Bellum, pax rursum. Hec eadem citantur à Cic. 4. Tusc. 123.
Agitare inducias. Salust. in Iugurtha.
Exire inducias, Est inducias finiri atq; terminari. Liu. 1. ab Vrbe, Iam inducie exierant.
Facere inducias. Cic. Att. lib. 15.
Inire inducias. Plin. in Paneg. 21.
Manent inducie. Vide Maneo.
Pactæ inducie. Vide Pactus, in Paciscor.
Pangere inducias. Vide Pango.
Induco] inducis, induxi, pen. prod. inductum (εἰσάγω, εἰσάγω, εἰσφέρω, εἰσάγω) inducere, Introducere. Plaut. Truc. 10. 66, Quis homo est qui inducit pompam tantam? Plin. de Viris illust. 34, Aquam Anienem in urbem induxit. Plaut. Milit. 5. 78, —tace
Dum in regionem astutiarum mearum te induco.
Inducere in prælium cohortes. Liu. 4. bel. Maced. 107.
Inducere in pugnam equites. Liu. 10. bel. Pun. 84.
Inducere exercitum in hostes. Liu. 3. bell. Maced. 75.
Inducere exercitum in agrum. Liu. 8. ab Vrbe, 97.
Inducere legiones in aciem. Vide Acies.
Messorem inducere aruis. Virg. 1. Georg. 64.
Inducere munus, &c. Id est, ornare, metaphora sumpta à parietibus, qui noua inductione exornantur.
Inducere oues & armenta in rura. Varro 1. de Re rustica, cap. 2. 11.
Inducere parietes, pro Incrustatione ornare. Senec. epist. 116.
Inducere scuta pellibus, pro Operire & munire. Cæs. libro 2. bell. Gall.
In amorem inducere aliquem. Catul. ad Alphenum, epig. 28. 2.
Inducere se in captiones. Cic. 2. de Diuin. 60.
In errorem. Cic. de claris Orat. 162.
In iter. Quint. in Procem. lib. 8.
Aliquem in memoriam rei alicuius. Plaut. Persa, 16. 91.
In rationem pecuniam aliquam. Cic. 3. Verr. 74.
Regem in regnum. Plin. epist. lib. 2, Regem ui & armis induxit in regnum.
In spem. Cic. 2. Offic. 76.
Spes inducta rapinæ. Ouid. de Nuce, 8.
In uiam. Varro. 3. de Re rust. cap. 2. 15.
Inducere aliquem, Decipere. Labeo in l. si de dote. ff. de iure dotium, Quid enim si socer specie futuræ dotis induxerit generum: & quum sciret se præstare dotem non posse, id egerit, ut genero insidiaretur.
Inducere aliquid, Introducere. Cic. 2. de Diuin. 165, Qua ergo ratione hæc inducis, eadem illa possunt esse quæ tollis.
Morem. Plin. epist. 14. lib. 2.
Nouos mores induxit Erinnys. Stat. 2. Theb. 118.
Seditionem in ciuitatem, Inferre & concitare. Cic. 1. Offic. 121.
Inducere nomen factæ religionis. Cicero ad Lentulum, libro. 1. 4. 4.
Inducere aliquem loquentem, quod & introducere dicitur. Cicero. de Amic. 3. Idem 3. Offic. 48, Hinc ille Gyges inducitur à Platone.
Inducere calceum alicui. Plin. lib. 2. cap. 7. 9. Suet. in Augusto, cap. 9. 2, Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur: ut dirum. Subaudi, obseruabat.
Inducere colorem alicui picturæ, quod barbari, Dare colorem dicunt. Plin lib. 35. cap. 10. 35.
Inducere exordium. Cic. de Vniuers. 34.
Formam aliquam inducere membris. Ouid. 7. Metam. 131.
Inducere cuti nitorem, Adferre. Plin. lib. 24. cap. 85.
Crepuscula inducunt noctem. Ouid. 5. Fast. 33.
Nubes inducere terris. Ouid. 2. Metam. 62.
Senectus inducit rugas. Tibull. lib. 2. eleg. 2. 4.
Tenebras inducere terris. Ouid. 2. Metam. 79.
Inducere, Persuadere, illicere, adducere, impellere. Cic. 2. Philipp. 85, Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus. Idem pro Rosc. Comœd. 27, Quem ego ut mentiatur, inducere possum: ut peieret, exorare facilè potero.
Induxerit eum L. Saturnini familiaritas, ut amicitiã patriæ præponeret, idcircõne, &c. Cic. pro Rabirio, 17.
Inducebar orationibus tuis. Cic. 2. de Leg. 3.
Adolescentulus corruptus & nequam ab hominibus inductus. Cic. pro Rosc. Amer. 22.
Inducere aliquem promissis. Cic. pro Rosc. Amer. 46.
Induci. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 1. ad Amorem,
Semper, ut inducar, blandos offers mihi uultus.
Inducere animũ ut, uel Inducere animũ ne, siue ut ne: & aliquando cũ infinitiuo: id est, Sibi persuadere. Plaut. Milit. 18. 54.
Induxi animum ne odorim item, ut alias quando orasti.
Idem Cistel. 8. 3,
Quanquam inuita te carebo, meum animum ego inducam tamen,
Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam. Terent. And. 5. 1. 15,
Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere. Idem Hecyra 1. 2. 24,
—quod ego nunquam credidi
Fore ut hac ille uiua posset animum inducere uxorem habere. Idem And. 3. 3. 41,
Si istuc animum induxti esse utile:
Nolo tibi ullum commodum in me claudier. Idem in Prologo Heaut. 41, Mea causa, causam hãc iustam esse animum inducite. Cic. 1. in Catil. 16, Vtinã tibi istam mentem dij immortales donarent, etsi uideo, si mea uoce ire in exilium animum induxeris. Idem 5. Tusc. 44, Inducant animum, illa quorũ splendore capiũtur, uires, ualetudinẽ, pulchritudinẽ, diuitias, honores, opes cõtemnere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 1.
Inducere animum ad meretricem, Amorem inclinare. Terentius Hecyra, 4. 4. 67.
Inducere in animum, Sibi persuadere. Terent. Adelph. 4. 3. 6,
Nunquam te aliter, atq; es, in animum induxi meum. Plautus Rud. 2. 22,
Atq; hoc in animum sceleste inducunt suum,
Iouem placare se posse omnibus hostijs.
Inducere ad misericordiam. Cic. de claris Orat. 97.
Inducere, Obliterare, abrogare, ut quum Senatusconsulta inconsultius facta, contrarijs Senatusconsultis antiquabantur. Cicero Attic. lib. 1. 15. 7, Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est. Ibidem, 12. 12, Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio postulauerunt. Ibidem, lib. 13. 272, 3, Igitur consideremus: etsi nomina iam facta sunt, uel induci, uel mutari possunt. Multa inquit & deleta & inducta & subscripta inierant. Est igitur inducere proprie, ducto per cerã stylo tegere & interlinere, & memoriam scriptorum obliterare. Inducere sententiam aut decretum, uulgò Ad nihilum ponere dicimus. Ex Budæo.
Inducetur uobis ager magno pretio: hoc est, Magno uobis constabit & æstimabitur. Cic. pro lege Agrar. 71, Hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia uobis inducetur. Ibid. 96, Vt ijdem partim inuidiosos agros à Syllanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes, à uestris necessarijs, à uosmetipsis emptos, quãti uelletis, Pop. Rom. induceretis.
Inducere nouercam alicui. Plin. epist. 119. 4, Nam fœmina splendidè nata, nupta Prætorio uiro, exhæredata à Prætorio uiro, in-

ro, intra undecim dies, quàm ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat.

Inducere aliquem, pro Decipere, quod etiam Seducere dicitur. Cic. pro Rosc. Amer. 69, Nouè homines honestissimos eiusdem muneris, legationis, officij, mandatorumq; socios induxit, decepit, destituit, aduersarijs tradidit, omni fraude, & perfidia fefellit. 3. Offic. 71.

Inductum solum, pro æquato. Plin. lib. 20. cap. 82. Budæus.

Inducere rotam, Circumuoluere & agitare: qui ludus puerorũ erat. Martial. lib. 14. 173.

Inductum, & quasi deuium loqui. Plin. epist. 101. p. lib. 5.

Inducere fructum dicuntur arbores, Emittere & producere. Colum. lib. 5. cap. 9. 13.

Inducere, Reponere. Cic. 3. Verr. 103, Atqui in illis columnis dico esse, quæ à tuo redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tantum tectorium uetus deletum sit, & nouum inductũ, Hoc est, trulla illitum & impositum.

Tedæ inductæ sulphure: id est, illitæ. Ouid. 7. epist. 5.

Inductus argumentis, Persuasus. Plin. lib. 7. 43. 3.

Inductus coniectura. Plin. lib. 28. cap. 1. 6.

Inductus consuetudine ac familiaritate. Cic. pro Quintio, 6.

Inducti his initijs, omnia uera diligimus. Cic. 2. de Finib. 77.

Inductum pecunia aliquid facere. Cic. 2. de Inuent. 140.

Inductus falsa spe pollicebar. Cic. pro Plancio, 81.

Inductum, pro Ascititio, uel longè accersito. Plin. epist. 68, Neq; enim coniectura eget quid sermone patrio exprimere posis: quum hoc usitatio & inducto tam præclara opera perficeris. Idem epist. 62, Possint uideri accersita & inducta.

¶ Inductio, uerbale (ἐπαγωγὴ) Cic. 2. de Nat. deor. 22. 8, Nos aquarum inductionibus, terris fœcunditatem damus.

Inductio, Argumenti genus apud rhetores, quum per interrogationem similium cogimus aliquem aliquid fateri, ueluti manu in id, quod uolumus, eum ducentes. Quod est pomum generosissimum? nónne quod optimum? cõcedetur. Qui equus generosissimus? nónne qui optimus? Et plura in eundem modum. Tum id subiungitur, cuius rei gratia rogatũ est, Quid homo, nónne is generosissimus qui optimus? Fateri hoc, illis concessis, proculdubio oportebit. Sipontinus.

Inductio, inquit Cic. 1. de Inuen. 66, est oratio quæ rebus non dubijs captat assensionem eius quicum instituta est. Idem in Topic. 21, Hæc ex pluribus perueniens quò uult, appellatur inductio, quæ Græcè ἐπαγωγὴ nominatur. Idem 3. de Orat. 113.

Inductio animi, Persuasio. Cic. 2. Tusc. 55. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 48, Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & uoluntate.

Inductio, pro Litura. Vlp. in l. 1. §. & ideo, ff. de his quæ in test. del. Liturae, inductiones, superinductiones ipse feci.

¶ Inductus, huius inductus (εἰσαγωγὴ) Aliud uerbale. Author ad Heren. libro 2. 60, Si maximè ita sit, num ea re concedi reo conuenit, quod alieno inducta fecerit. Cicero pro Varreno, ut citat. Quint. lib. 5. cap. 10, Optio nobis datur utrũ uelitis casu illo itinere Varenum usum esse, an huius persuasu & inductu.

Indugredi] pen. cor. (εἰσδρχεσθαι) antiqui dicebant metri causa, pro ingredi: sicut induperator, pro imperator, Indupeditus, pro impeditus. Lucret. lib. 1. 17,

—uiamq; Ingredi sceleris. Sic, lib. 4. 72.

Indulcitas] indulcitatis, Antiquum. Cæcil. Syracus. Tanta huic inuasit in corda indulcitas. Nonius.

Indulgeo] indulges, indulsi, indultum (συνδιδόω, συγχωρέω, χαρίζομαι, ἐφίημι, ἐπιτρέπω) indulgere, Obsequi, inseruire, & facilè concedere. Valla Indulgere est concedere, & ut sic dicam, obsequenter delicateq; tribuere. Terent. Heaut. 4. 8. 21, Nimium illi Menedeme indulges. Ibidem, 5. 2. 35. Dum istis fuisti solus, dum illa alia delectatio Quæ propior esset te, indulgebant, tibi dabant. Plin. epistol. 291, Indulsit balneum fieri. Hoc est, facilè concessit, ut balneum fieret.

Indulgere, pro Ignoscere barbari utuntur: sed rectissimè ignoscimus culpam iam factam: Indulgemus uel concedimus ut culpa admittatur.

Indulge sanè uanæ rei: ignosce: libenter se orbitas decipit. Quintil. Declamat. 10.

Indulgere filio uestitu nimio. Terent. Adel. 1. 1. 38.

Indulgere alicui. Cæs. 1. bel. Gal. 171, Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter uirtutem cõfidebat maximè.

Indulgere, est etiam Operam dare: & ferè in malum accipitur: ut, Indulgere lusibus, nugis, ludo, & frivolis intentum esse.

Indulgere abdomini. Vide Abdomen.

Indulgere amicitijs nouis, Parare nouos amicos. Cic. de Amicit. 49.

Amori indulgere. Ouid. 9. Metam. 102.

Animo suo indulgens. Ouid. 12. Metam. 120.

Indulgere choreis, pro Chorizare, & choreis exerceri. Virgilius 9. Aen. 45.

Indulgere desiderio alicuius. Plin. epist. 240.

Indulgere dolori. Plin. epist. 104. b. lib. 5, Sed quid ego indulgeo doloris? Id est, doleo, & me affligo. Senec. Non potes illorum dolori obstare, si tuo indulseris. Budæus.

Furori alicuius indulgere. Ouid. 9. Metam. 103.

Gaudio indulgere, Obtemperare. Plin. epist. 110. c.

Gymnasijs indulgere, Frequentem & assiduum esse. Plinius epist. 257.

Hospitio indulgere. Virg. 4. Aeneid. 11, Indulge hospitio, causasq; innecte morandi. Id est, Da operam, ut ait Seruius.

Iræ indulgere. Liu. 3. bell. Pun. 9.

Lachrymis indulsit. Ouid. 9. Metam. 29.

Luctibus indulgere. Lucret. lib. 3. 190.

Luxuriæ indulgere, Dare operam uoluptatibus. Suet. de claris Grammat. 23.

Peccatis indulgere. Cic. de Amic. 75.

Petitionem hæreditatis indulget Prætor. Vlpianus in l. 1. §. ult. ff. si pars hæreditatis, Interdum Prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget.

Precibus alterius indulgere, Concedere quod petit. Plinius epist. 80. c

Studio suo indulgere. Quint. lib. 3. cap. 10.

Suffragio alicuius indulgere. Plin. epist. 80. d.

Tempestas indulget imbribus. Lucret. lib. 1. 165.

Valetudini indulgere, Habere rationem ualetudinis. Cic. Tironi, lib. 16. 18. 2.

Indulgere, cum accusatiuo, Antiquè. Terent. Heaut. 2. 1. 16, Eiciunda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo.

Abolitionem reorum publicè indulgere. Modestinus in l. Titius. ff. ad senatusconsultum Turpilianum, Modestinus rescripsit, abolitionem reorum, quæ publicè indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere.

Indulsit se uidendum tibi. Stat. 4. Syl. 6. 8.

Nomẽ oratoris malis morib. indulgere. Qu. lib. 2. cap. 17. 20.

Indulgere sese, de meretricibus, quum sese permittunt ut utendas offerunt amatoribus. Iuuenalis Satyr. 2. 17,

—ardenti sese indulsisse tribuno. Budæus.

¶ Indulgeor, Passiuum. Gel. lib. 20. cap. ult. Ipse autem ad hoc scripsi, ut liberis quoq; meis paratæ istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum interstitione aliqua negotiorum data, laxari, indulgeriq; potuisset.

¶ Indulgens, Qui indulget, Nomen ex participio. Plin. lib. 17. cap. 10.

Digitized by Google

cap.10.10, Nutricem indulgentiorem esse, quàm matrem sæpe conuenit. Cic. ad Attic. lib.10.196.2, Vellem suscepisses iuuenem regendum, pater enim nimis indulgens quicquid ego astrinxi relaxat. Lucan. lib.7.11.

Indulgens regno. Id est, nimium intentus & incumbens. Bud.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Horat. 2. Carm. ode 2.3.

Indulgens in aliquem. Liu. 3. Decad. lib. 2.

Indulgentè, Cui indulgetur. Qu. Declamat. 10, Fili indulgentissime uidi te, nec senem uidi. Vide Vallam, lib. 1. cap. 30.

¶Indulturus, pen. prod. Participium Vlpianus in l. 1. §. De his autem. ff. de separat. Qui separationem indulturus est.

¶Indulgenter, Aduerbium (φιλοτέκνως) Licentiosè, & nimiũ liberè. Comiter & blandè, uel molliter. Cic. ad Attic. lib. 9. 180.6, Illud me præclarè admones, quum illum uidero, ne nimis indulgenter, & ut cum grauitate potius loquar. Idem 2. de Finib. 175.

Indulgenter aliquem habere. Liu. 6. bel. Maced. 58.

¶Indulgentia, indulgentiæ (φιλοτεκνία) Mollis permissio & educatio. Quintil. lib. 1. cap. 3, Mollis illa educatio, quã indulgentiam uocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Balbus ad Cic. in epist. ad Attic. lib. 9. 179.4, Et hoc Cesarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus.

Indulgentia, Permissio. Plin. epist. 240, Id itaq; indulgẽtia tua restituere desiderant.

Indulgentia intempestiua. Seneca de Ben. lib. 2. cap. 15.

Nocet indulgentia nobis. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 7.

Abolere crimina reorum indulgentia. Modestinus in l. Lucius. ff. ad senatusconsultum Turpilianum.

Cæli indulgentia. Virg. 2. Georg. 69.

¶Indulgitas, pen. corr. pro Indulgentia. Sisenna, Bassus assidua indulgitate uictus. Antiquum.

Induo] Induis, indui, indutum, pen. prod. (ἐνδύω, περιβάλλω, ἀμπέχομαι, ἀμφιέννυμι, αἱματόω) Induere, ab intus deducitur, quasi intuo. Alij à Græco ἄω, quod ingredior significat, deducunt. Vnde ἐνδύω, quod est induo.

Induo uestem. Terent. Eun. 4.4.35. Ibidem 5.7.15.

—ubi uestem uidit.
Illam esse eum indutum pater?

Indutor uestem Passiuum. Plaut. Epid. 5.40. Virg. 2. Aeneid.

—deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum.
Induitur.

Induere sibi uestem. Plaut. Casi. 15.53.

Induere se uestr. Terent. Eun. 4.4.41.

Vestes induit meis humeris. Ouid. 20. epist. 18.

Induere annulum. Plin. lib. 33. cap. 1.2. & 7. Cic. 3. Offic. 49, Annulumq; aureum in digito: quem ut detraxit, atq; ipse induit, &c.

Induere arma. Virg. 9. Aeneid. 13.

Arma fulgentia induit. Virg. 11. Aeneid. 2.

Induitur etiam pedibus aurum. Plin. lib. 33. cap. 3. 2.

Induere calceum. Plin. lib. 28. cap. 4. 5, In calceamentum dextri pedis antè quàm induatur.

Induere compedes. Plin. lib. 33. cap. 12.

Induere duritiam contra sensum. Plinius, &c. Aiunt uerberâ subituris potum ex uino, duritiam quandam contra sensum induere. De cruce semine.

Galeam induitur. Virg. 2. Aeneid. 79.

Lugubria induere. Ouid. 13. Metam. 134,

Nimis ducis per eos dies induit. Tacitus lib. 1. de Agrippina Germanici Cæsaris uxore.

Induere fictum orationem personis. Fabius lib. 4. cap. 1.

Pectora induere telis. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 7.

Socius se induere. Cic. 3. de Orat. 70.

Spoliis raptis indutus. Virg. 10. Aeneid. 153.

Torquem ceruici suæ induere. Plin. de Viris Illust. 28.

Tunicam induere. Cic. 2. Tusc. 30.

Induere soleas iumentis. Plin. lib. 33. cap. 111 2.

Indutæ forma hominum belluæ. Cic. pro Sylla, 57.

Induere postes pice, pro Illinere. Plaut. Most. 10.42.

Arbor induit frondes. Ouid. 7. Metam. 57.

Arbos induerat se pomis. Virg. 4 Georg. 29.

Induit se nux in florem. Hoc est, floribus uestitur & ornatur. Virg. 2. Georg. 38. Cic. 2. de Diuin. 64. loquens de anhelitibus terræ, Quum autem se in nubem induerint, eiusq; tenuissimam quanq; partem cœperint diuidere, &c.

Indui fructu, dicuntur palmites arborum, quum fructibus onusti sunt. Colum. lib. 5. cap. 5.

Indui segetibus dicitur terra, quum frumentis onusta est. Plin. in Paneg. 48, Tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura certaret.

Animum bonis artibus non induerat. Tacit. lib. 15.

Plurimum adulationis Seleucenses induere. Tacit. lib. 5.

Authoritatem induit uera sentientis. Qu. lib. 4. cap. 1. 32.

Diem induere. Tacit. lib. 5.

Induere duritiem contra sensum. Plin. lib. 20. cap. 13. 2.

Formam mortalem induitur Phœbus. Ouid. 11. Metam. 41.

Habitum, ac uoces dolentum simulatione magis, quàm libens induebat. Tacit. lib. 4.

Imaginem mortis induere; Dormire. Cic. 1. Tusc. 147.

Sibi ingenium nouum in luere. Liu. 3. ab Vrbe, 137.

Iras induere sibi. Sil. lib. 1. 8.

Moret pudicos & seueros induere. Plin. lib. 28. cap. 8. 19.

Nomen aliquod induere sibi. Cic. 2. de Fin. 116.

Falsos pauores induerat. Tacit. lib. 20.

Personam alterius induere. Quod barbarè in persona alterius loqui dicitur. Quint. lib. 6.

Personam philosophi induere, & sibijpsi hoc nomen inscribere. Cic. 5. Tusc. 104.

Personam iudicis induere, Quod uulgò Repræsentare dicitur. Cic. 3. Offic. 57.

Proprijs personis induere. Quint. lib. 4. cap. 1. 33.

Falsam sibi scientiæ persuasionẽ induerunt. Quint. li. 1. ca. 1. 7.

Proditorem & hostem induere. Tacit. lib. 16.

Seditionem induere. Tacit. lib. 2.

Simulationem ingenij alicuius induere. Liu. 1. ab Vrbe, 246.

Societatem alicuius induere. Tacit. lib. 12.

Speciem iudicij induere non poterat. Tacit. lib. 15.

Speciem latronis induere. Liu. 10. bel. Maced. 48.

Spiritus hostiles induere. Tacit. lib. 20.

Vetustatem induere. Plin. lib. 23. cap. 1. 27.

Vultus seueros induere. Mart. lib. 2. 41.

Induere sibi animi sui uultum. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 2.

In mentes hominum induit eum audiendi quadam illecebra Apologos Aesopus. Gel. lib. 2. cap. 29. Legitur & Induxit.

Induere alĩquem in uultus ac terga ferarum. Virg. 7. Aen. 4.

Induit se Reipub. Senec. 1. de Clement. Id est, implicuit.

Induere se acutissimis uallis aut stimulis. Hoc est, inopinatum se conijcere in uallos. Cæsar 7. bel. Gal. 2 91.

Indui in pœnas. Quint. lib. 12. ca. 1, Qui in grauissimas frequẽter legum semper uerò malæ conscientiæ pœnas à semetipsis improuiso rerum exitu inducantur. Alij legunt, inducantur.

Induere se in laqueos, pro Immittere, & conijcere. Cicer. 4. Verr. 70.

Id id ipsum se induit quod timebat Philo. Cicer. 4. Acad 37. Id est, ut ipse dicit, eò quo minimè uult reuoluitur. Budæus.

In fraudem induimus nos. Lucret. lib. 4. 164.

Indui sua cõfessione. Ci. 7. Ver. 130, Sua cõfessione induatur. ac



Digitized by Google

iuguletur necesse est, Quasi dicat, Sua confessione conuincatur.

Induere se re aliqua, & Expedire. Cic. 4. Verr. 73, Videte ut dum expedire sese uult, induat.

At quemadmodum sese induit priore actione? Cic. 7. Verr. 59.

¶ Indutus, pen. prod. Participium (παρὰ τὸ ἐνδύω) ut, Vestes indutæ. Virg. 3. Georg. 73.

¶ Indutus, huius indutus, pen. prod. (ἔνδυσις) uerbale: ut, Gerere uestem indutui. Tacit. lib. 16.

¶ Iudumentum, huius indumenti (ἐπίβλημα, περίβλημα, ἄμπεχόνη) Id quo induimur. Gel. lib. 16. cap. 19, Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiaculauerat, extitisse. Cic. 1. de Nat. deor. 92, Quod quum efficere multis, indumenta tamen corripitis. Legendum ex antiquo codice, in dumeta.

¶ Inducula, huius induculæ, pen. corr. (ὑπενδύτιον) Plaut. Epid. 5. 40, Quid erat induta? an regillam Induculam, an mendiculam?

Induperator] pen. prod. (αὐτοκράτωρ) pro Imperator, apud poetas, per eam figuram quæ Epenthesis dicitur. Cic. 1. de Diuinat. 175,

Omnibus cura uiris uter esse induperator. Ex Ennio, Iuuenal. Sat. 4. 3,

Quales tũc epulas ipsum glutisse putemus Induperatorẽ?

Indupedior] indupediris (ἐμποδίζομαι) indupediri: ut, Materies indupedita, id est, impedita. Lucret. lib. 4. 14, Et multo citius, quãto minus indupediri Pauca queunt.

Induro] induras, pen. prod. (σκληρόω) indurare, Durum facere. Plin. lib. 8. cap. 52. 1, Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoq; se tergorantes. De suibus. Idem lib. 15. cap. 17. 1, Punica, aqua marina feruente indurari oportet.

Niues indurat Boreas. Ouid. 6. Metam. 139.

Indurata glacies, Quæ induruit, & concretione durior facta est. Liuius 2. bel. Pun. 135.

Ora indurata cornu. Ouid. 14. Met. 100. De mutato in auem.

Robora indurata flammis. Stat. 4. Theb. 13.

Induratus timor. Liu. 10. bel. Pun. 83.

¶ Induratior, & hoc induratius, Comparatiuũ. Seneca de Ira, lib. 1. cap. 11, Quid Germanis induratius ad omnem patientiam, ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, &c.

¶ Indurandus est animus, & à blandimentis uoluptatum procul abstrahendus. Seneca epist. 52.

¶ Indureo, indures: siue induresco, indurescis, indurui, (σκληρύνομαι) indurescere, Durum fieri. Col. lib. 2. cap. 21. 2, Antè quàm ex toto grana indurescant. Sic, lib. 12. cap. 15. 3, Antè, quàm indurescant fictilia. Plin. lib. 16, cap. 7. 3, Indurescunt in modum gallæ.

Indurescere in prauum. Quint. lib. 2. cap. 4.

Corpus induruit usu. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 1.

Indus] Indi (ὁ Ἰνδός) fluuius à quo India nominata est, quem in iugo Caucasi montis, quod uocatur Paropamissus, aduersus Solis ortum effusum aiunt, in seq; x i x. amnes recipere. Huius fluuij meminit Cic. 2. de Nat. deor. 197. Et Plin. lib. 6. cap. 20. Hic ab incolis dicitur Sandus.

Indusium] indusij (χιτωνίσκος) quasi Indusium, super quo mox subucula sumebatur. Varro Intusium dicit, quum ait, Vnum quod foris, à palàm palla: alterum quod intus, à quo intusium.

¶ Indusiarius, indusiarij, Qui indusia conficit. Plaut. Aulul. 15. 37. —patagiarij, indusiarij, Flammearij, uelarij.

¶ Indusiata, indusiatæ, uel intusiatæ, pen. pro. Idem quod Indusium. Plaut. Epid. 5. 48,

Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt nouæ, Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum, cæsicium, Indusiatam, patagiatam, caltulam, &c.

Industria] industriæ (ἐγχείρησις, φιλοπονία, σύνεσις) Animi promptitudo & sagacitas, siue habilitas ad aliquid faciendum. Donatus, Industria, scientia, & prouidentia: ea enim quæ discimus, et scimus, operatione genita et industria quadam scimus. Etiam pro ingenij siue artis exercitatione accipitur. Plaut. Mostel. 6. 1,

Iuppiter supremus summis opibus atq; industrijs me Perijsse, & Philolachetem cupit herilem filiũ. Plin. epist. 51. a. lib. 3, Ex Proconsulatu Asiæ gloriam reportauerat, maculam ueteris industriæ laudabili otio abluerat. Cic. Vt industria nostra tuæ morem geramus uoluntati. Cic. 5. Verr. 116, In quo meam industriam ac diligentiam spectari uolo? Virg. 3. Georg. 41,

Sed non, illa magis uires industria firmat, Quàm Venerem, & cæci stimulos auertere amoris.

Industria & conatus. Cic. 2. Verr. 22. Ibidem, 7. 143, Hominũ nobilium non ferè quisquam nostræ industriæ fauet.

Agilis industria. Vide Agilis.

Antelucana industria. Cic. 4. Tusc. de Demosthene.

Militaris industria. Vide Miles.

Augere industriam. Vide Augeo.

De industria aliquid facere, Dedita opera, uel data opera. Terent. And. 4. 5. 56,

Paulum interesse censes, ex animo omnia Vt fert natura facias, an de industria. Cic. 1. Offic. 36.

Ex industria, Idem. Quint. lib. 1. cap. 9.

Industria, Ablatiuus, Idẽ quod De industria. Plaut. Truc. 3. 26. Atq; hæc celamus nos damna industria, quum iam rem Fidemq;, nosq; nosmet perdimus.

¶ Industrius, Adiectiuũ (σύνεσις, ἐγχείρησις) Diligens, Qui multæ industriæ est, & prompto ingenio ad aliquid faciendũ. Cic. 5. Verr. 43, Nympho est Centuripinus, homo nauus & & industrius, experientissimus ac diligentissimus orator. Idẽ 2. Tusc. 60, Itaq; industrios homines illi studiosos, uel potius amantes doloris appellant, nos cõmodus laboriosos.

Industrium (inquit Festus) antiqui dicebant Industruum quasi quicquid ageret, intrò struere et, & studeret domi.

¶ Industrior, Cõparatiuus. Plaut. Mostel. 3. 49, —quo neq; Industrior de Iuuentute erat arte gymnastica, disco, hastis, pila, Cursu, armis, equo, &c.

¶ Industriè, Aduerbium (σὺν σπουδῇ) Ingeniosè. Quint. lib. 5. cap. 12, Fortiter & industriè curatus contra piratas, &c. Cæsar 3. bel. Ciuil. 373.

Industrius, Comparatiuum aduerbij Industriè. Cic. pro Domo sua, 22, Quis apud Pop. Romanum de illius dignitate industrius, quis Senatui sæpius dixit?

Induuium] induuij (φλοιὸς) pro cortice arboris, quo ipsa induitur. Plin. lib. 13. cap. 4. 3, Vtilem sibi arborisq; induuijs circulum mira pernicitate tum homine subeunte. De palmis.

Inebrio] inebrias (μεθύω) inebriare. Plin. lib. 12. cap. 22. 1, Palma quæ uocatur adipsos, uescẽtes inebriat. Idem lib. 17. cap. 26. 4, Quoniam inebriatis radicibus nocent. Iuuen. Sat. 10. 12, Et miseram uinosus inebriat aurem.

Inebræ] aues, quæ in augurijs aliquid fieri prohibent, & prorsus omnia inebra appellantur, quæ tardant uel morantur agentem, Festus.

Inedia] inediæ (ἀσιτία) Fames & tempus quo quis ab edẽdo abstinuit. Cic. 5. de Fin. 141, Vigilijs & inedia necatus. Plin. li. 11. ca. 54. 1, Homini nõ utiq; septimo lethalis inedia.

Imperiosa

Imperiosa inedia. Vide Impero.
Sustinere inediam. Cels. lib. 1. cap. 3.
Ineditus] pen. corr. Adiectiuum (ἀνέκδοτος) ut, Causa inedita. Vide Causa.
Ineffabilis] & hoc ineffabile, pen. corr. (ἄφατος, ἀνεκδιήγητος, ἀνεκφώνητος) Quod effari non possis, aut exprimere. Plin. lib. 28. cap. 2. 10, Non est facile dictu, externa uerba, itq; ineffabilia derogent fidem ualidius, an Latina inopinata, & c. Idem in Præf. 5. lib. 1.
Inefficax] pen. corr. inefficacis, pen. prod. om. gen. (ἀνήνυτος) Plin. lib. 27. cap. 12. 10, Inefficacius quam superiora. Idem lib. 34. cap. 11. 4, Fit & ex candido ære squama, Cypria, longè inefficacior.
Ineffigiatus] pen. prod. Adiectiuum (ἀνεικόνιστος) Informe, quod non est factum ad aliquam effigiem, uel nullam alicuius rei formam aut effigiem refert. Gel. libro 17. cap. 10, Nanq; ut illa bestia fœtum ederet ineffigiatum informemq;, lambendoq; id postea, quod ita edidisset, conformaret & fingeret.
Inelaboratus] pen. prod. Adiect. (ἀκατέργαστος, ἀνεξύργαστος) Quod artificio non satis excultũ est, & uitio datur. Quint. lib. 4. cap. 1, Nec tamen deducta semper atque circunlita, sed sæpe simplici ac inelaboratæ similis, nec uerbis ultuq; nimia promittens, & c. De oratione proœmij. Alij legunt illaboratæ.
Inelegans] pen. corr. Adiect. (ἄμουσος, ἀπειρόκαλος) Eleganti contrarium. Plin. lib. 37. cap. 10. 37, Carnem dicatum Veneri, non inelegans. Idem lib. 21. cap. 25. 2, Vestes tuetur odore non ineleganti. De heliochryso. Cicer. de clar. Orat. 154, Ineratq; ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.
Deliciæ illepidæ atq; inelegantes. Catul ad Flauium, epig. 6. 1.
¶Ineleganter, Aduerbium (ἀμούσως) Cicer. 2. de Finib. 46, Primum diuisit ineleganter.
Ineloquens] pen. cor. Eloquenti contrarium. Lactant. De opificio Dei, cap. ultim. M. Tullius eloquentiæ ipsius unicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, quia pro uero nitebantur, sæpe superatus est.
Ineluctabilis] & hoc ineluctabile, pen. corr. (ἀνεπαλάκαστος) Quod uitari non potest, hoc est, domari, & lucta euinci. Virg. 8. Aneid. 27, & ineluctabile fatum,
His posuere locis. Id est, insuperabilis uis fati. Idẽ. 2. Aen. 65, Venit summa dies, & ineluctabile tẽpus Dardaniæ.
Cœnum ineluctabile. Stat. 9. Theb. 102.
Inemendabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἀνεπανόρθωτος) Quod emẽdari nõ potest: ut, Prauitas inemẽdabilis. Quint. lib. 1. cap. 1. 27.
Inemorior] inemoreris, inemori, pen. cor. Horat. Epod. 5. 7, Quod posset infossus puer
Longo die bis terq; mutatæ dapis
Inemori spectaculo. Hoc est, emori in spectaculo, & c.
Inemptus] Adiectiuum (ἀπρίατος) Non emptus. Mart. lib. 1. 172, Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum.
Inemptæ ruris dapes. Colũ. lib. 11. cap. 3. 1. Virg. 4. Georg. 27.
Inenarrabilis] & hoc inenarrabile, pen. corr. (ἀδιήγητος) Admirabile, & quod enarrari non potest. Plinius libro 8. cap. 7. 4, Sed Pompeiani amissa fugæ spe, misericordiam uulgi inenarrabili habitu quærẽtes, supplicauere. Et lib. 10. cap. 2. 1.
Inenarrabilis subtilitas. Plin. lib. 21. cap. 1. 1.
Munus inenarrabile. Mart. lib. 2. 10.
¶Inenarratus, pen. prod. Adiectiuum (ἀνεκδιήγητος) Gellius lib. 11. cap. 6, Quod inenarratum relinquamus.
Inenodabilis] & hoc inenodabile, pen. corr. (ἀνεπίλυτος) Cicer. de Fato, 29, Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus factum extimescat, & ab atomis petat præsidium, easq; de uia deducat, & uno tempore suscipiat res duas inenodabiles.
Ineo] inis, iniui, initum, pen. cor. (ἔσειμι, εἰσίημι, ἐμβατίνω, εἰσέρχομαι) imire, Ingredi. Plaut. Casin. 16. 23, Si tu ibes, inibitur tecum. Id est, ingrediar totum. Idem, Inire domum. Plinius in Paneg. 23, Tentoria. Cicero pro Corn. Balb. 18, Qui si suis decretis legibúsue sanxissent, ne quis suorum ciuium castra imperatorum. Pop. Rom. iniret. Tac. lib. 3, Vt ouans iniret. Item, lib. 5, Inire curiam. Et lib 13, Stationem. Et lib. 15, Spectaculum.
Taurus init cælum. Ouid. 5. Fast. 123.
Init te unquam febris? Id est, Nunquámne te corripuit febris? Plautus.
Aestimationem inire. Seneca de Benef. lib. 5. cap. 8.
Animum inire societatis. Pomponius in l. plané ff. pro socio.
Beneficium inire, Comparare. Terent. And. 5. 1. 5.
Causam aut rationem alicuius rei inire. Liu. 4. bel. Maced. 17.
Certamen inire. Cic. 4. de Fin. 51. Virg. 5. Aeneid. 23.
Connubia famulæ inire. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 5.
Consilium inire de re aliqua. Plaut. Pseud. 7. 130. Cicer. ad Pætum, lib. 9. 24. 3, Nam & Aquini & Frabateriæ consilia sunt mita de me.
Consilium cum aliquo inire, pro Capere consilium. Cic. ad Brutum, 158. Liu. ab Vrbe cond. Quid regni recuperandi consilia inissent. Cæsar 3. bel. Gal. 387, His initis consilijs oppida muniunt.
Consilium multæ calliditatis init. Ouid. 3. Fast. 7.
Consulatum inire, Ingredi dignitatem Consularem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 19.
Conuiuium inire, pro Ire ad. Cic. pro Rosc. Amer. 31. Idem 5. Verr. 53, Quocum inire conuiuium nemo unquam nisi turpis impurusq; uoluisset.
Cubile alicuius inire, pro Cum uxore eius dormire. Cicer. de Aruisp. resp. 35, Quum uxorem sororemq; non discernis, quum quod ineas cubile non sentis.
Cursum inire Cic. pro leg. Manil. 28. Virg. 5. Aeneid. 116.
Dapes inire cum aliquo. Stat. 1. Syl. 6. 10.
Domos ignotas inire. Ouid 3. Fast. 32.
Fœdus inire. Propert. lib. 4. eleg. 4. 12.
Gratiam ab aliquo inire. Plaut. Cistel. 2. 6, Ego uos amo, & eo à me maximam inistis gratiam. Cic. Seruio Sulp. lib. 4 2. 6, Gratiam quoq; nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Idem 6. Verr. 126.
Gratiam apud aliquem inire. Liu. 6. bel. Maced. 19, Apud regem gratiam initam uolebant.
Gratiam cum bonis omnibus inire. Cic. ad Attic. lib. 7. 128. 11.
Gratiam inire, præpositionibus subintellectis. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 4, Intellexi hominem moueri, utrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset: an esse, & c. Idem 1. Offi. 72, Sin erunt merita, ut non ineunda sed refrenda sit gratia, Terent. Adelph. 5. 7. 16,
Ego lepidus ineo gratiam. Vbi Donatus, Ineo gratiam, in gratiam eo: hoc est, amicos comparo.
Falsam gratiam inire. Terent. Heaut. 2. 3. 62.
Honorem inire, pro Suscipere, & incipere administrationem alicuius magistratus. Suet. in Iulio Cæsare, inito honore, primus omnium instituit, ut, & c.
Imperia alicuius inire: id est, seruire alicui. Stat. 1. Achil. 57.
Inducias inire, pro facere inducias. Plin. in Paneg. 21.
Interregnum inire. Liu. 10. ab Vrbe, 48. Ibidem, lib. 5. 79, Auspicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur.
Limen uitæ inire. Id est, gigni. Lucret. lib. 3. 139.

Magistratum

*Magiſtratum inire.* Cic.2. de Finib.118. Et 3. Verr. 89, *Poſtea quam Verres magiſtratum inijt,* &c. Id eſt, *Inſignia magiſtratus cum imperio aſſumpſit, inquit* Budæus.
*Menſuras agrorum inire.* Colum.lib.5.cap.3.1.
*Munus aliquod inire.* Virg.5.Aeneid.168.
*Negotiationẽ inire.* Pomponius in l.ſi negotia.ff.de negot.geſt.
*Nexum inire, Vinciri, deuinciri, illigari,* & *detineri.* Liu.7.ab Vrbe,84. *Vide* Nexus,*in* Necto.
*Numerum inire, Numerare,* & *quod dicitur, Facere numerũ.* Plin.epiſt.193.Liu.8.bel.Maced.101, *Numerus interfectorum haud facilè iniri potuit.*
*Paſtum inire.* Plaut.Perſa,9.17.Hoc eſt,*paſcere.*
*Pericula præliorum inire.* Cic.1.de Diuinat.91.
*Pœnam inire.* Ouid.1.Amor.eleg.7.6.
*Pugnam* & *prælium inire.* Plaut.Amph.16.37.
*Prælia inire.* Virg.4.Georg.63.
*Inire prælium:* opponitur *Finire prælium.* Liu.*ab* Vrbe, *Hoc ultimum utrinq; initium finitumq; eſt prælium.*
*Rationem inire, pro Viam* & *modum aliquid agendi quærere.* Terent. Heaut.42.7, *Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi.*
*Rationem inire,* & *uiam reperire, qua poſsis aliquò peruenire,* &c.Cic.5.Verr.90.
*Rationem inire de cõmodis militũ augendis.* Cic.5. Phil. 202.
*Rationem inire quemadmodum uel quomodo.* Cic.ad Atticum, lib.12.241.15. Idem ad Sulpitium, lib. 13.29. 6, *Aduues, ineasq; rationem quemadmodum ea mulier Romam perducatur.* Id eſt,*conſideres.*
*Rationem inire ut.* Cic.ad Rufum,lib.5.20.14,*Nam* & *Voluſii liberandi meum fuit conſilium:* & *ut multa tam grauis à Valerianis prædibus,ipſiq; T.Mario depelleretur, à me inita ratio eſt.*
*Rationem inire, pro Subducere.* Cato de Re ruſt. *Vbi ea cognouit,rationem inire oportet operarum, dierum,* &c. Cic.contra Rullum,*Inietur ratio quæſtis de ueſtra pecunia.*
*Rationem inire,pro Capere conſilium,uel ratiocinari.* Cic.3.de Nat.deor.101, *Medea modò* & *Atreus commemorabantur à nobis heroicæ perſonæ inita ſubductaq; ratione, nefaria ſcelera meditantes.*
*Rationem inire utrum.* Liu.8.bel.Pun.39.
*Aliquid inire cũ ratione: id eſt,æſtimare,intelligere,inquit* Donatus.Terent.Phorm.2.2.30.
*Sedes lucidas inire.* Horat.3.Carm.ode 3.7.
*Inire ſuffragia, ſignificat* Coire *&* congregari *ad ſuffragia ferenda.* Liu.3.*ab* Vrbe,71.
*Societatem inire cum aliquo.* Plancus ad Cic.lib.10.8.7.
*Inire ſomnum.* Virg.eclog.1,
*Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.*
*Thalamum inire.* Ouid.4. Metam.66.
*Thalamos pudicos inire.* Ouid.3.Metam.28.
*Tribunatum inire,ut Magiſtratum inire.* Cicer.3.de Legib.63. Idem ad Atticum,lib.11.217.1.
*Viam inire, pro Ingredi.* Propert.lib.2.eleg.34.2.Cic.pro Murena,23, *Inite uiam, præsto aderat ſapiens ille,qui inire uiã doceret: redite uiam, eodem duce redibant.*
*Vias ignotas inire.* Ouid.2. de Remed.amor.37.
*Viam inire qua commodè aliquid exequare,pro Inire rationẽ.* Liu.1.*ab* Vrbe,96.Idem 5.bel.Maced.22,*Via fraudis inita.*
*Inire,id eſt,Inchoare,exordium accipere.* Virg.4.eclog.3,
*Teq; adeò decus hoc æui,te Conſule inibit.* Pollio.Seruius.
*Inire,pro Coire, ſiue concumbere.* Plin.lib.8.cap.44.1, *Arceriq; utrunq; genus ab altero narrant, niſi in infantia eius generis,quod ineant lacte hauſto.*
¶*Ineor,iniris,* pen.prod.*Paſsiuũ.* Plin.lib.10.cap.63.7,*Ineuntur à partu ſexto menſe.*
¶*Iniens,ineuntis* (ἰσάμενος) *Participium abſolutè poſitum, maioribus rebus adhibetur: ut, Ineunte ætate,* &c. *Rariſsimum autem in nominatiuo legitur.*
*Ineunte adoleſcentia: id eſt, initio adoleſcentiæ.* Cicer. de Senect. 69.
*Ineunte ætate.* Cic.1.Offi.171,*Ineuntis enim ætatis Inſcitia, ſenum conſtituenda* & *regenda prudentia eſt.*
*Ab ineunte ætate,* Idẽ.Cic.pro Corn.Balbo,4. Idem pro Deiotaro,*Quibus ille ſtudijs ab ineunte ætate ſe imbuerat.*
*Ex ineunte æuo.* Lucret.lib.2.149.
*Ineunte Ianuario cura ut Romæ ſis.* Cic. Attic.lib.1.1.12, *Alia exemplaria habent,Ianuario menſe,ut,* &c.
*Ineunte uere, Ineunte æſtate.* Cic.de Senect.48. Cæſar 2.bel. Gal. 236.
*Ab ineunte uita.* Gel.lib.14.cap.1.
¶*Inito,initas,* pen.corr.*initare.* Frequentatiuum *ab* Ineo. Diomedes,Ineo,*inis,inito dicimus.* Pacuuius, *Loca arida initas.*
¶*Initus,huius initus,* pen.corr. maſc.gen. (συνδυασμὸς) Coitus. Plin.lib.8.cap.42.10, *de equis, Nec tamen quindecim initus eiuſdem anni ualet tolerare.* Ibidẽ,cap.44.2, *Et quæ non primo initu generare cœperit.*
Ineptus] Adiectiuum (ἀνεπιτήδειος, ἀπεροκαλος, ἄφυης) Non aptus.Cic.2.de Orat.10,*Quem enim nos ineptum uocamus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, quòd non ſit aptus, idq; in ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet.* Nam qui aut tempus quid poſtulet non uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibuſcum eſt,uel dignitatis, uel cõmodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, *is ineptus dicitur.* Donatus Ineptum dici ait,quod à quouis reprehendi poteſt. Terent. Adelph.1.1.38, *Veſtitu nimio indulges,nimium ineptus es.*
Non ineptus. *Vide* Non.
*Cauſa inepta.* Terent.And.15.22.
*Chartæ ineptæ.* Horat.2.epiſt.1.54.
*Labor ineptus.* Plin.epiſt.9.b.
*Lenitas inepta.* Terent.Adelph.3.3.36, —*inepta lenitas. Patris* & *facilitas praua.*
*Luſus inepti.* Ouid.2.Triſt.45.
*Negotium ineptum* & *Græculum.* Cic.1.Tuſc.135.
*Riſu inepto res ineptior nulla eſt.* Catul.in Egnat. epigr.37.4.
*Via inepta,* Incommoda, difficilis. Cic.ad Attic.lib.16.337.3.
*Ineptum eſt de tam perſpicua iſtius impudentia pluribus uerbis diſputare.* Cic.3.Verr.105.
*Inſolens* & *ineptum.* Cic.in Orat.16.
¶*Ineptio, ineptis, ineptiui* (ἀπαδαλλω) *ineptire, Facere aut dicere quod neq; loco, neq; tempori, neq; rebus, neq; perſonis conueniat.* Terent.Phorm.2.3.73,
—*non agam? imò non deſinam,*
*Donec perfecero hoc.* P.*ineptis.* Idem Adelph.5.8.11.
¶*Ineptia, ineptiæ* (ἀπαδαλία, ἀπεροκαλία) *quod in plurali ſæpius reperitur, tam uerborum, quàm factorũ eſt.* Terent. Phorm.4.3.43. *Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.* Plaut.Merc.3.26, *Ineptia,ſtultitiaq; adeò,* & *temeritas.* Cic.ad Appium,lib.3.7.12, *Quæſo etiam'ne tu has ineptias,* &c,Idem 1.Tuſc.148,*Ineptiæ penè aniles.*
*Lectores ineptiarum.* Catullus ad Aurelium,epig.16.3.
*Facere aliquid ineptiarum.* Catul.ad Flauuium,epig. 6.3.
¶*Ineptè, Aduerbium* (ἀπεροκάλως) *Minus aptè,* & *imprudenter.* Plaut.Moſtel.7.64, *Interdum ineptè ſtultus es.* Cic. 1.Tuſc.18, *Ineptè ſanè.quis eſt enim,* &c. Idem 1.Acad.27, *Nam etſi non ſus Mineruam, ut aiunt, tamẽ ineptè quiſquis Mineruam docet.*

Moliri

Digitized by Google

Moliri aliquid ineptè. Horat. de Arte, 29.

¶Ineptitudo, pro ineptia. Cæcilius (ἀφαλομένη) Qui homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus est. Nonius.

Inequito ] *inequitas*, pen. corr. *inequitáre*. Macrob. lib. 7. cap. 15, Quæ ergo conijcit de carne luculenta, audet inequitare Philosophiæ, de incorporeis & uerè diuinis certa ratione tractanti. De medicina loquitur.

¶Inequitabilis, & hoc inequitabile. pen. corr. Non equitabilis. Curtius lib. 8, Imber uiolentius quàm aliàs fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat.

Inermo ] *inermas* (ἀφοπλίζω) inermare, Armis spoliare. Festus.

¶Inermis, & hoc inerme (ἄνοπλος, ἄοπλος) Qui armatus non est. Sisenna Hist. lib. 4, Pleriq; inermes in castra perfugiunt. Cicer. ad Brut. 10.3, Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti.

Inermis & Armatus, contraria. Cic. Anteq. iret in exil. 17.

Arcus inermis. Stat. 1. Sylu. 2, 16.

Dextra inermis. Virg. 11. Aeneid. 135.

Hostis inermis. Propert. lib. 4. eleg. 1. 30.

Vulgus inerme. Ouid. 3. de Arte, 10.

Inermis ac nudus in disserendi arte, per translationem. Cicer. 1. de Finib. 23.

Amor inermis. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 14.

¶Inermus, Adiectiuum (ἀθωράκιστος) Idem. Cic. ad Brutum, lib. 11. 12. 1, Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cũ paucis inermis, perterritis metu, facto animo fugisse Antoninum. Salust. in Iugur. Neq; quẽquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere.

Vulgus inermum. Virg. 11. Aeneid. 27.

Inerro ] *inerras* (πλανάομαι) inerrare. Idem quod Errare. Plin. lib. 1. epist. 6. Cornelium Tacitum, Experieris nõ magis Dianam montibus, quàm Mineruam inerrare.

Ignis inerrat ædibus. Stat. 1. Sylu. 5. 13.

¶Inerrans, inerrantis, o. g. (ἀπλανὴς) inerrantes stellæ, quæ & fixæ dicuntur, quod suo loco moueri non appareant. Cic. 2. de Nat. deor. 79, Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam.

Iners ] *inertis*. o. gen. (ἀτασθάλος, ἀτασιόλογος, ἀπράγμων) Qui sine arte est, Ignauus. Cicer. 2. de Finib. 181, Sed lustremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur. Terent. And. 3. 5. 2,

—atq; hoc confiteor.
Iure obtigisse, quando quidem tam iners, tam nulli consilij Sum.

Iners, Otiosus, ignauus, qui nihil operis & artis facit. Virgil. 1. eclog. 10, Libertas: quæ serè tamen respexit inertem.

Iners & ignauus. Cic. 4. Verr. 139.

Iners membris, Debilis. Plin. lib. 8. cap. 21. 5.

Inertes opera. Plaut. Bacch. 11. 13.

Iners ad repugnandum. Plin. lib. 9. cap. 6. 2.

Iners in Venerem. Colum. lib. 6. cap. 27. 9.

Non inertissimus homo. Vide Non.

Aetas iners senectus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 1.

Anima iners. Ouid. 13. Metam. 16.

Annus iners. Ouid. 1. Fast. 34.

Brachia inertia. Ouid. 5. Metam. 36.

Bruma iners. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.

Caro iners. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 8.

Corda inertia. Virg. 9. Aeneid. 11.

Corpora inertia. Virg. 2. Aeneid. 73.

Frigus iners. Ouid. 8. Metam. 160.

Ignauum atq; iners genus interrogationis. Cic. de Fato, 43.

Glacies iners. Horat. 2. Carm. ode 9. 1.

Glebæ inertes, Pigræ, nihil producentes. Virg. 1. Georg. 19.

Humor iners, cui Profluens opponitur. Virg. 4. Georg.

Ingenium iners. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.

Oculos stupor urget inertes. Virg. 3. Georg. 103.

Iners & desidiosum otium. Cic. 2. de leg. Agr. 90.

Pectus iners. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 5.

Pondus iners. Ouid. 1. Metam. 2.

Inertes querelæ, Languidæ. Liu. 1. ab Vrbe, 259.

Sal iners. Plin. lib. 31.

Segnitia inertissima. Cic. 1. de Finib. 8.

Senectus iners. Senec. Herc. fur. 9. 16.

Iners, Ignauus, somniculosa senectus. Cic. de Senect. 32.

Somni inertes. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 4.

Tempus abibit iners. Ouid. 3. de Arte, 12.

Terra iners. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.

Truncus iners iacui. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 3.

Versus inertes. Horat. de Arte, 90.

Vita iners. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 1.

¶Inertia, huius inertiæ (ἀλεξάνεια) Modò pro ignorantia artis, modò pro otio, modò pro ignauia usurpatur. Colum. in Præf. lib. 2, Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benignè nobis arua respondent. Cic. pro Rosc. Comœd. 14, Non propter inertiam laboris, sed, &c. Idem lib. 1. de Orat. 35, Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ nostræ.

Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Author ad Heren. lib. 1. 8.

Inertiæ opponuntur artibus. Cic. in Partit. 20.

Laboris inertia. Cic. pro Rosc. Com. 14.

Mollis inertia. Horat. Epod. 14. 1.

Sepulta inertia. Horat. 4. Carm. ode 9. 6.

Strenua inertia. Horat. 1. epist. 11. 6.

Accusare inertiam. Vide Accuso.

Afferre inertiam. Vide Affero.

Segnitiem hominum atq; inertiam castigare. Cic. 1. de Orat. 91.

Fuga laboris inertiam coarguit, & desidiam. Cic. pro Mur. 7.

Condemnare aliquem inertiæ. Cic. 1. de Orat. 84.

Nequitiæ & inertiæ se condemnare. Cic. 1. in Catil. 3.

¶Inerticulus, pen. corr. (ἀμεθύσινθος) Plin. lib. 14. cap. 2. 10. Inerticulam è nigris appellauere, iustius sobriam dicturi, inueterato præcipuè commendabilem uino, sed uiribus innoxiam. De uite. Colum. lib. 3. cap. 2. 15.

Ineruditus ] pen. prod. Adiectiuum (ἀπαίδευτος) Non eruditus. Suet. de claris Gram. 15, Præterea priscorum Catonis uerborum ineruditissimum furẽ. Cic. 4. Acad. 238, Modò ne quis illud tam ineruditum, absurdumq; respondeat.

Inesco ] *inescas* (δελεάζω) inescare, Decipere. Translatio à piscibus & auibus, quæ propriè inescari dicuntur, hoc est, oblata esca decipi. Terent. Adelph. 2. 2. 12, Nunquã rem fãcies, abi, nescis inescare homines, Sannio. Liuius 2. bel. Pun. 175, Annibal id damnum haud ægerrimè pati, quin potius credere uelut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.

Ineuitabilis ] & hoc ineuitabile, pen. corr. (ἀδιέξοδος, ἀπαραίτητος, ἄφυκτος) Quod uitari non potest. Plin. in Paneg. 68, Magnum & ineuitabile, ac toties cuiq; experiendum malum.

Ius rigidum, & ineuitabile mortis. Ouid. ad Liuium, 89.

Numen ineuitabile. Stat. 9. Theb. 110.

Inexaminatus ] pen prod. Adiectiuum, Non examinatus. Firmic. lib. 1. cap. 2, Inexaminatæ partis allegationes.

Inexaturabilis ] pen. corr. Adiectiuum (ἀκόρεστος) Insatiabilis. Virg. 5. Aeneid. 155,

Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus.

Inexcitabilis ] & hoc inexcitabile, pen. corr. Seneca epist. 84, Oppressus inexcitabili Somno.

Inexco-

**Inexcogitatus**] penult. prod. Adiectiuum (ἀδιανόητος) *Quod excogitatum & præmeditatum non est.* Plinius lib. 36. cap. 15. 8.

**Inexcultus**] Adiectiuum (ἀδιακόσμητος) Gel. lib. 13. cap. 22, M. Cato, Consularis & Cẽsorius, publicis iam priuatisq; opulentus rebus, uillas *suas inexcultas & rudes, nec tectorio quidam prælitas fuisse dicit.*

**Inexcusabilis**] pen. corr. Adiectiuũ (ἀπροφάσιστος) Ouid. 7. Metam. 104.

*Gratia dijs, fœlix, & inexcusabile pectus.*

**Inexercitatus**] pen. prod. Adiectiuum (ἀμιλέτητος) Exercitato contrarium. Cic. de Senect. 59, *Quibus qui splendidè usi sunt, hi mihi uidentur fabulã ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse.* Sic 2. Tusc. 64, *Inexercitatum militem.*

*Hebes & inexercitatus.* Cic. 2. de Orat. 39.

**Inexercitus**] pen. corr. (ἀμιλετηρὸς) Idem. Cic. 5. Tuscul. 159, *Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitũ Philosophum, &c.* Ex uetusto codice legitur, nõ ignobilem Eretricum philosophum.

**Inexhaustus**] Adiectiuum (ὑποβάντλητος) *Quod expleri non potest, & exhauriri.* Cicer. 3. de Finib. 11, *Erat enim, ut scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. De Catone.*

*Inexhausta metalla, Quæ exhauriri non possunt præ abundantia.* Virg. 10. Aeneid. 34.

**Inexorabilis**] & hoc inexorabile, pen. corr. (ἀπαραίτητος, ἀπρόσκλητος) *Quod exorari non potest.* Cic. ad Quin. fratrem, lib. 1. 2. 13, *In literis mittendis (ut sæpe ad te scripsi) nimium te inexorabilem præbuisti.*

*Fatum inexorabile.* Virg. 2. Georg. 99.

*Inexorabilis iudex.* Cic. 1. Tusc. 16.

*Inexorabilis res.* Liu. 2. ab Vrbe, 13.

**Inexpectatus**] pen. prod. (ἀπροσδόκητος) *Expectato contrarium est.* Quint. lib. 9. cap. 2, *Illis non accedo qui schema esse existimãt, etiam si quid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Alia exemplaria habent, inopinatum.*

*Hostis inexpectatus in armis adest.* Ouid. 12. Metam. 13.

**Inexperrectus**] Adiectiuum (ἀνέγερτος) Ouid. 12. Metamorph. 64,

*Sopitus uenis & inexperrectus Aphypnas.*

**Inexpertus**] Adiectiuum (ἄπειρος) Id est, *intentatum, & nulla experientia probatum.* Virg. 4. Aeneid. 83,

*Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.*

Horat. 1. epistol. 19. 19, *Dulcis inexpertis cultura potentis amici.*

*Inexpertus metuit.* Hoc est, *ijs qui experti non sunt, qui periculum non fecerunt.*

*Si quid inexpertum scenæ committis.* Horat. de Arte, 26.

*Relinquere aliquid inexpertum.* Virg. 4. Aeneid. 84.

*Inexpertus, cum datiuo.* Liu. lib. 3. bel. Pun. *Exercitum in tectis habuit aduersus omnia mala sæpe ac diu durãtem, bonis inexpertum atq; insuetum. Item, cum accusatiuo media præpositione.* Idem lib. 6. ab Vrbe, *Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto.*

**Inexpiabilis**] & hoc inexpiabile, pen. cor. (ἀναφοσίωτος) *Quod expiari non potest.* Cic. 2. Tusc. 44, *Tum è Pontificio iure de cæremonijs sepulchrorũ intelligi licet: quas maximis ingenijs præditi nec tanta cura coluissent, nec uiolatas tam inexpiabili religione sanxissent.*

*Implacabilis, & inexpiabilis.* Cic. in Pisonem, 64, *Pro inexorabili & inexplicabili.* Budæus.

*Inexpiabile bellum.* Cic. de Aruſp. resp. 3. *Inexpiabile, pro pertinaci.* Budæus.

*Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem.* Liu. 9. bel. Macced. 20 8

**Inexplanatus**] pen. prod. Adiect. (ἀνομάλωτος) *ut, Inexplanata lingua, hoc est, Impedita, neq; agilis, neq; etiam complanata, ut apertè proferre possit.* Plin. lib. 11. cap. 37. 46.

**Inexplebilis**] & hoc inexplebile, penult. corr. (ἄπλητος) *Quod expleri nõ potest.* Cic. 5. Tusc. 24, *Quid uerò illum, quem libidinibus inflammatum & furentem uidemus, omnia rabidè oppetentem cum inexplebili cupiditate.*

*Inexplebilis potu.* Plin. lib. 11. cap. 25. 2.

*Inexplebilis uirtutis, ueræq; laudis homo.* Liu. 8. bel. Pun. 88.

¶**Inexpletus**, pen. prod. Adiectiuum (ἀπλήρωτος) *ut, Cædes inexpletæ.* Stat. 8. Theb. 130. Id est, *nondum completæ.*

*Lachrymans inexpletum.* Virg. 8. Aeneid. 110. Hoc est, *inexpleb iliter, nomen pro aduerbio.* Seruius.

**Inexplicabilis**] & hoc inexplicabile, pen. cor. (ἀνέκπτυστος) *Quod explicari nõ potest.* Plin. lib. 23. cap. 1. 19, *De generibus singulis differere, immensum, & inexplicabile est.*

*Inexplicabilis uiarum error.* Plin. lib. 36. cap. 13. 4.

*Inexplicabiles fraudes.* Cic. 1. Tusc. 114.

*Inexplicabile iter.* Plin. lib. 5. cap. 5. 8.

*Laquei inexplicabiles.* Quint. lib. 5. cap. 10. 70.

*Series inexplicabilis.* Quint. lib. 5. cap. 14. 25.

*Inexplicabiles uias continuis imbribus.* Hoc est, *unde sese quis facilè extricare non queat.* Liu. 10. bel. Maced. 132.

**Inexplicitus**] pen corr. Adiect. (ἀνέπλεκτος) Intricatus, *inuolutus, obscurus, & qui facilè explicari non potest.* Mar. lib. 9. 50, *Democritos, Zenonas, inexplicitosq; Platonas.*

**Inexploratus**] pen. prod. (ἀνεξέταστος) *contrarium Exploratio.* Liu. 6. bel. Pun. 245, *Non altitudo mœnium, non inexplorata stagni uada, &c.* Plin. lib. 35. cap. 6. 13, *Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inuentionis mihi. De atramento.*

¶**Inexplorate, siue inexplorato**, pen. pro. Aduerbium (ἀνεξετάστως) *Incertò sine inexploratione atq; indagatione.* Gel. lib. 5. cap. 19, *Sed arrogationes non temerè, nec inexploratè committuntur.* Liu. 6. ab Vrbe, 118, *Inexploratò pabulatum cohortes misere.*

**Inexpugnabilis**] & hoc inexpugnabile, pen. corr. (ἄμαχος, ἀνεμάχητος) *Quod expugnari non potest.* Liuius 2. ab Vrbe, 31, *Ibi alto atq; munito loco arcẽ inexpugnabilem fore.* Cic. 5. Tusc. 58, *Volumus enim eum qui beatus sit, totũ esse inexpugnabilem, septum, &c.*

*Cor inexpugnabile telis.* Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 13.

*Pectus inexpugnabile amori.* Ouid. 11. Metam. 154.

*Probationes inexpugnabiles.* Quint. lib. 5. cap. 10. 31.

**Inexpugnabilis**] pen. corr. Adiectiuum (ἀναξίβωτος) *Quod exputari uel numerari non potest.* Colum. lib. 9. cap. 4. 5, *Verum ex cunctis quæ proposui, queq; omisi, temporis compendia sequens (nam inexputabilis numerus erat) saporis præcipui mella reddit thymus.*

**Inextinctus**] Adiectiuum (ἄσβεστος) *Qui nõ extinguitur.* Ouid. 6. Fast. 60,

*Ignis inextinctus templo cælatur in illo, &c.*

*Libidinis inextinctæ homo.* Ouid. 1. Fast. 83.

¶**Inextinguibilis, & hoc inextinguibile**, Idem. Varr. Cato, uel de liber. educand. *Malè enim consuetudo diu importata est inextinguibilis.* Nonius.

**Inextirpabilis**] & hoc inextirpabile, pen. corr. (ἀνεκρίζωτος) *Quod extirpari & erui non potest.* Plin. lib. 15. cap. 20. 1, *Radices multæ atq; altæ, & ideo inextirpabiles.*

**Inextricabilis**] & hoc inextricabile, pen. corr. *Quod extricari nõ potest: aut unde quis extricare se non potest.* Plin. libro 36. cap. 13. 8, *Inq; basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem.*

Digitized by Google

inextricabilem. Virg. 6. Aeneid. 6,
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Inextricabilia uitia stomachi. Plin. lib. 20. cap. 21. 10.
Inexuperabilis] pen. corr. Adiectiuum (ἀήττητος) Quod superari non potest: ut,
Inexuperabilis uis fati. Liu. 8. ab Vrbe, 30.
Inexuperabiles Alpes. Liu. 5. ab Vrbe, 155.
Inexuperabilis, pro inuicto. Senec. 19. epist. Is qui philosophiã in remedium suum exercuit, ingens sit animo, plenus fiduciæ, inexuperabilis.
Infabrè] pen. corr. (ἀπατεργάστως) Aduerb. cõtrariũ habet Affabrè, quòd Politè & eleganter significat. Liu. 6. bel. Maced. 155, Aureos torques transtulit M C C C C L X X. ad hæc auri pondo C C X L V. argenti infecti factiq; in Gallicis uasis non infabrè suo more factis, duo millia C C C X L. pondo, &c.
Scalptum infabrè. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 5.
Infabrè, Fœdè: ut, Affabrè, Pulchrè, Pacuuius, Barbaricã pestẽ nauib. nostris obtulit noua figura factam commissam infabrè. Nonius.
¶ Infabricatus, pen. prod. (ἀπατεωνύμενος) Fabricato contrarium. Virg. 4. Aeneid. 81,
Frondentesq; ferunt ramos, & robora syluis
Infabricata, fugæ studio.
Infacetus] pen. prod. Adiectiuum (ἄκομψος) Faceto contrarium Plaut. Trucul. 8. 3,
Quid tam infacetus Lemno aduenienss?
Non infacetus homo. Cic. 3. Off. 75.
Seculum infacetum. Catul. in amicam Formiam, epig. 40. 2.
¶ Infaceti, infacetiarum (αὐστηρολία) ut,
Pleni infacetiarum annales. Catull. in Annales Volusii, 34. 4.
Infacundia] huius infacundiæ. Gel. lib. 11. cap. 16, Tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia. Id est, imperitia dicendi.
¶ Infacundus, Adiectiuum, Inelegans. Liu. 4. ab Vrbe, 216, Et Tribunus plebs uir acer, nec infacundus nactus inter aduersarios, &c.
Infacundior homo. Liu. 7. ab Vrbe, 15.
Infamis] & hoc infame, pen. prod. (ἄδοξος, ἄσκλης) Qui sine fama, turpis, qui malè audit. Cic. 6. Verr. 17,
Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris flagitijsq; feceris.
Homines ceteris uitijs atq; omni dedecore infames. Cic. pro Cluent. 103.
Infamem facere. Terent. Heaut. 5. 4. 14.
Infames frigoribus Alpes, Horrendæ & pertimescendæ propter frigora. Liu. 1. bel. Pun. 114.
Infamis annus pestilentia. Liu. 8. ab Vrbe, 89.
Carmen infame. Ouid. 1. de Remed. amor. 51.
Infamis ac nefaria cera. Cic. 1. Verr. 13.
Genus infame Danai. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.
Ludi infames. Propert. lib. 3. eleg. 14. 1.
Infame nomen. Plin. lib. 33. cap. 3. 10.
Infame os Antonij, Turpe & immundum. Cic. 11. Philipp. 293.
Terræ infames cæde. Ouid. 13. Metam. 80.
Vita infamis. Lucret. lib. 3. 9.
Infamis dictus est ab antiquis digitus medius, propter ignauiã, quoniam indigere uideatur aliorum defensione. Persius Satyr. 2, Infami digito lustralibus antè salutis Expiat.
¶ Infamia, infamiæ (ἀδοξία) Nota, macula, probrũ, nota turpitudinis. Terent. And. 2. 6. 13, cauit ne unquã infamiæ Ea res sibi esset. Suet. de claris Gram. 23, Sed maximè flagrabat libidinibus in mulieres usq; ad infamiam oris. Cicer. 5. Verr. 112, Nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisse.
Metus infamiæ. Tacit. lib. 20.
Intactus infamia. Vide Intactus.
Temporis infamia. Ouid. 1. Metam. 43.
Inueterata infamia. Quint. lib. 6. cap. 5. 7. Ex Cic. Cluentiana.
Mendax infamia. Horat. 1. epist. 17. 8.
Vetus infamia est in saxo. Ouid. 2. Metam. 142.
In infamiam accedere. Plaut. Trinum. 4. 62.
Attingit eum infamia. Vide Attingo.
Auertere ab infamia. Vide Auerto.
Inurere infamiam alicui. Vide Inuro.
Leuare sese infamia. Vide Leuo.
Liberare infamia. Vide Libero.
¶ Infamo, infamas, pen. prod. (ἀτιμόω, παραδειγματίζω) infamare: Ignominiam uel notam inurere, ignominia notare. Quint. lib. 10. cap. 1, non procul à fine, Deinde quum se iactaret, eodem modo dicere Senecã, infamabat. Seneca, Desinant deniq; infamare nos, tanquam incrẽdibilia iactantes.
Infamare parricidij. Quint. 8. Declamat.
Animum infamare timore. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 9.
Funera infamantia bellum. Stat. 9. Theb. 20.
Ferrum infamare ueneno. Silius lib. 3. 55.
Officia alicuius infamare. Quint. lib. 2. cap. 15. 4.
Infamare, Diuulgare. Liu. 10. bel. Maced. 25, Infamandæ rei causa ianuam obserari iubet.
Infamare agrum. Colum. lib. 1. cap. 7. 6, Ita fit, ut & actor & familia peccent, & ager sæpius infametur. Hoc est, ut agro imputetur peccatum familiæ. Idem lib. 9. cap. 8. 4, Nõ sunt degeneres intermiscendæ, quæ infament generosas.
¶ Infamiatus, penult. prod. (ἀτιμώτος) Part. Ouid. 14. Metam. 89.
Et procul insidias, infamataq; relinquunt.
Tecta deæ. Infamatam deam, Circen uocat.
Infandus] Adiectiuum (ἄῤῥητος) Arduum quiddam atque inenarrabile, & quod uix fari quis possit. Terent. Eunuch. 4. 3. 22,
Perij, obsecro tam infandum facinus mea tu, ne audiuã quidem. Mart. lib. 9. 10,
Immatura dabant infandæ corpora pœnæ.
Amor infandus. Virg. 4. Aeneid. 17.
Cædes infanda. Liu. 4. ab Vrbe, 142.
Casus infandus. Virg. 8. Aeneid. 113.
Dies infanda. Virg. 2. Aeneid. 27.
Dolor infandus. Virg. 2. Aeneid. 1.
Ignes infandi. Virg. 1. Aeneid. 106.
Labores infandi. Virg. 1. Aeneid. 121.
Res infanda & crudelis. Cic. 2. de Orat. 175.
¶ Infandum (ἄῤῥητον) Interiectio quemadmodum Malum, & similia poni solent. Virg. 1. Georg. 96,
Infandum, sistunt amnes, terræq; debiscunt.
¶ Infandum, Aduerbium. Virg. 1. Aeneid. 51,
Nauibus (infandum) amissis unius ob iram.
Prodimur. Infandum, pro Infandè: nomen pro aduerbio. Potest tamen hoc loco etiam esse interiectio dolentis. Seruius.
Infans] infantis, com. gen. Substantiuũ (βρέφος, ὑπομάστιος, νήπιος) Puer qui nondum fari cœpit. Cic. 3. Verr. 109, Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.
Ab infante. Vide Ab.
Animosus infans. Horat. 3. Carm. ode 4. 4.
Crassus. Iuuenal. Sat. 13. 17. Generosus, Stat. 4. Syl. 7. 9.
Infans incertus. Liu. 1. bel. Maced.
Parui infantes. Lucret. lib. 1. 38.

*Aeditus in lucem iacuit ſine uiribus infans.* Ouid. 15. Met. 45.
*Continere infantem aluo.* Vide Contineo.
*Expreſſus infans omnibus membris.* Quint. lib. 2. cap. 4. 5.
*Infeſtat infantes æditos plenilunium.* Vide Infeſtus.
*Remouere infantem, A lacte depellere.* Plin. lib. 28. cap. 7. 2.
*Vagitat infans.* Stat. 4. Syl. 8. 7.
*Infans, De brutis & auibus etiam dicitur.* Plin. *Quadrupedes infantes ſuos cognoſcunt.* Idem lib. 10. cap. 61.
*Infans, om. gener. capitur pro paruo.* Plin lib. 22. cap. 22. 26, *de boleto, Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti.* Ouidius in Ibin, 47,

*Gutturaq; imbuerant infantia, lacte canino.* Item 4. Faſtorum 42,

*Tutus ut infanti uagiat ore puer.*

*Pudor infans.* Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 11. *Verecundia enim nos elingues facit.* Porphyr.
*Pullus infans.* Plin. lib. 10. cap. 33. 1.
*Infans non facundus, orationis facultate deſtitutus.* Cic. de clar. Orat. 38, *Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe.* Idem pro Cluent. 39, *Tum uerò ita ſum perturbatus, ut omnia timerem, ſi nihil dixiſſem ne infantiſſimus: ſi multa in eiuſmodi cauſa dixiſſem, ne impudentiſſimus exiſtimarer.* Idē ad Quint. frat. lib. 3. 20. 1, *Omnino nihil accuſatore Lētulo ſubſcriptoribuſq; infantius, nihil illo cōſilio ſordidius.*
*Infans hiſtoria.* Cic. de claris. Orat. 52.
*Infantes ac inſipientes homines: quibus opponuntur Magni ac diſerti.* Cic. 1. de Inuent. 5.
¶ *Infantia, infantiæ* (νηπίη) *Aetas puerilis & imadulta.* Plin. lib. 9 cap. 8. 2, *Atq; etiam geſtant fœtus in infantia.*
*Infantia dicitur quum quis rem aliquam nouit, & eam dicendo non poteſt explicare.* Cic. Att. lib. 4. 85. 12, *Quomodo ergo abſolutus omnino πορπαπύμμα accuſatorum incredibilis infantia, id eſt, L. Lentuli, L. Ter. quem fremunt oēs prœuaricatum.* Idem in Orat. 139, *Res autem ſic ſe habet (ut breuiſſimè dicā quod ſentio) compoſitè & aptè ſine ſententijs dicere, inſania eſt: ſententioſè autem, ſine uerborum & ordine, & modo, infantia.* Idem in Top. 44, *Poßitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam.*
*Soluimus infantiam delitijs.* Quint. lib. 1. cap. 2. 6.
*Ab infantia.* Vide Ab.
*Infantia pomi.* Plin. lib. 15. cap. 19. 2, *Mox lacteum humorem, hoc eſt, infantiam pomi abſumunt.*
¶ *Infantaria, infantariæ* (πεζέτιτόν) *pro Puerpera.* Mart. lib. 4. 43, *Et qd' mireris magis, infantaria nō eſt. De Baſſa.*
Infarcio] *infarcis, infarſi, infartum* (ἐμπλάττω, συμφέρω, ἐνδέω) *infarcire, Implere: ut, Parietes infarcire, apud* Plin. lib. 35. cap. 14. 1. Colum. lib. 12. cap. 53. 2, *Et maximè in eas partes quibus oſſa relicta ſunt, largum ſalem infarcito. Id eſt, indito.* Tranq. *Mori inedia deſtinanti, per uim ore deducto infarciri cibum iuſſit.* Budæus *hic infercire legit.*
*Infarcire uerba, Inculcare, et ſine ordine inſerere.* Cic. in Orat. 136, *In uetuſto exemplari legitur infercens uerba.*
Infatigabilis] *pen. corr.* (ἀκάματος) *Qui nō defatigatur, ut infatigabilis curſus.* Plin. lib. 28. cap. 19. 12. *Dentes quidem eorum maximi, equis quoq; adalligati, infatigabilem curſum præſtare dicuntur.*
Infatuo] *infatuas* (μωροποιέω) *infatuare, Reddere ſtultum & fatuum.* Cic. pro L. Flacco, 37, *Habebat enim rhetor iſte adoleſcentes, &c. Neminem quidem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.* Idem 3. Phil. 231, *Vt hominē ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.*
Infauſtus] *Adiect.* (ἀπαίσιος) *Infœlix, infortunatus.* Ouid. 14. Metam. 106,

*Bella infauſta gerunt, multumq; ab utraq; cruoris*

*Parte datur.*

Infectus] *Participium.* Vide Inficio.
¶ *Infectus, Adiect.* (ἀνύπαρκτος, ἄπρακτος) *Nō factus, ex In & Factus compoſitū.* Plaut. Amp. 10. 3, *Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.* Ibidē, 7. 74, *Vtinā di faxint infecta dicta rectè ueniant tua.* Id eſt, *Vtinā quæ dicis non eueniant.*
*Infectū argentū, Signato opponitur.* Liu. 4. bell. Maced. 46.
*Curſu infecto depoſcit præmia.* Propert. lib. 2. eleg. 26. 5.
*Infectum damnum.* Cic. in Topicis, 10.
*Infecta dona facere.* Plaut. Moſtell. 4. 27. *Id eſt, irrita, reuocare donationem.* Budæus.
*Facta infecta loqui.* Stat. 3. Thebaid. 86.
*Fœdus infectum.* Virg. 12. Aeneid. 49.
*Facta & infecta opera.* Cato cap. 2.
*Infecta pace, Non facta.* Terent. Eunuc. 1. 1. 8.
*Penſa infecta reponunt.* Ouid. 4. Metam. 2.
*Sacra infecta relinquunt.* Ouid. 6. Metam. 41.
*Scelus infectum.* Virg. 6. Aeneid. 149.
*Diffingere, infectumq; reddere.* Horat. 3. Carm. ode 29. 10.
*Infecta facere, Quod factū eſt corrūpere.* Plau. Caſin. 20. 9.
*Infectum fieri non poteſt.* Plaut. Aul. 26. 11,

*Quid uis fieri? factum eſt, illud fieri infectū non poteſt.*

Terent. Phor. 5. 9. 45.
*Infectum reddere quicquid fieri non oportuerit.* Plinius in Panegyr. 133.
*Pro infecto eſſe.* Liu. 9. ab Vrbe, 54, *Nemo quenquam decepерit, omnia pro infecto ſint, recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt.*
*Infectum uolet eſſe dolor quod ſuaſerit.* Horat. 1. epiſt. 2. 12.
Infelix] Vide Infœlix.
Infenſus] μανίσσω, *Adiectiuum ab* Infero, *ait* Sipontinus, *ſignificat eum qui ira in alium elatus eſt, & odium gerit.* Terent. Andr. 1. 3. 7,

*Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptijs fallaciā.*

Plaut. Merc. 18. 15, *Verùm ſi non amant, oderunt, moleſti uidē atq; difficiles, garruli, oſores, infenſi, iracundi, ſibi ſuisq; inuidi.* Sueton. in Vitell. *Nullis tamen infenſior quàm uernaculis.*
*Infenſus & inimicus.* Cic. 1. Verr. 23.
*Infenſo atq; inimico animo ire in aliquem.* Cic. 4. Verr. 106.
*Dictis infenſus amaris.* Stat. 2. Theb. 132.
*Ignem infenſum corripit.* Virg. 5. Aeneid. 127.
*Infenſa atq; inimica natura hominum generi.* Cic. 4. Tuſc. 92.
*Valetudo infenſa.* Tacit. lib. 14.
Infenſo] *infenſas* (ἐχθραίνω) *infenſare, Verbum apud Tacitum, lib. 13. pro Infenſum habere, Vt quaſi infenſantibus deis exitio tradi crederetur.*
*Infenſare, pro Infeſtare.* Tacitus lib. 5, *Adequitare caſtris, infenſare pabula.*
Infer] *pro Infra, Antiquè* (κάτω) Cato de Re ruſt. cap. 149, *Vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo: ubi ſuper, inferq; uicinus permittet, tum decedito.* Putarim tamē & Super & Infer adiectiua eſſe: ut ſit Infer, inferа, inferum: Super, ſupera, ſuperum: pro Inferior & Superior. Vicinus infer, Cuius pratum eſt infrà tuum, ſiue ſub tuo.
Inferiæ] *inferiarum* (ἐνιπτήρια, ἀνιδρότηρα) *ſunt* (*ait* Seruius) *ſacra mortuorum quæ inferis ſoluuntur.* Virgil. 10. Aeneid.

*Viuentes rapit inferias quos immolet umbris.*

Sueton. in Cal. *Inferiasq; his annua religione publicè inſtituit.* Cic. 3. de Nat. deorum, 56, *Tertius eſt ex Idæis digitis, cui inferias afferunt.*
*Dare inferias manibus.* Ouid. 5. Faſt. 84.
*Ferre inferias alicui.* Virg. 9. Aeneid. 45.

Illitere

*Mittere inferias extincto alicui.* Ouid. 11. *Metam.* 77.
*Sacrare umbris eternas inferias.* Stat. lib. 3. 7.
Inferior] *Vide* Inferus.
Infernas] *infernatis, pen. prod. ſicut Supernas, o. g.* (*ὑμφερέσιος*) Plin. lib. 16. cap. 39. 8, *Et ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.* Vitruuius, *Infernatia ligna ſunt quæ ex Apennino, parte qua inferum mare ſpectat, cæduntur: ſupernatia è diuerſo.*
Infernus] *Adiect.* (*ὁ κάτω*) *ut, Infernus fluctus, quaſi intimus & profundus.* Plin. lib. 2. cap. 47. 12, *Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris ſpirat.*
*Aquæ infernæ.* Ouid. 1. *Triſt. eleg.* 4. 4.
*Inferni dij, quibus Superi opponuntur.* Liu. 1. *bel. Maced.* 116.
*Pars inferna.* Cic. 2. *de Nat. deor.* 170. *Ex quodam poeta.*
*Rex infernus,* Pluto. Virg. 6. *Aeneid.* 22.
*Sedes inferna.* Ouid. 3. *Metam.* 101.
*Inferna ſtagna.* Liu. 8. *ab urbe,* 120.
*Tenebræ infernæ.* Horat. 4. *Carm. ode* 7. 5.
*Valles infernæ.* Ouid. *in Ibin,* 16.
*Inferne umbræ.* Martial. lib. 1. 120.
Infero] *pen. corr. inſers, intuli, pen. corr. illatum, pen. prod.* (*ἐπιφέρω*) *inferre,* Intrò ferre, ſiue portare. Plaut. Cur. 2. 72, *Me inferre Veneri noui iam ientaculum.*
*In erarium inferre.* Paul. *in l. ſenatus. ff. de cõtrahenda empt. & uenditione. Senatus cenſuit, ne quis domum uillamue diruere, quo plus ſibi acquireretur, neue quis negotiandi cauſa eorum quid emeret uenderetue: pœna, in eum qui aduerſus Senatuſconſultũ feciſſet, conſtituta, ut duplum eius, quanti emiſſet, in ærarium inferre cogeretur: in eũ uerò qui uendidiſſet, ut irrita fieret uenditio.*
*Inferre in ignem.* Cæſar 6. *bell. Gall.* 73.
*In pauperiem.* Plaut. *Trucul.* 11. 18, —*uelut meretrix meum berum miſerum ſua blanditia intulit in Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, amicis.*
*Inferre ſe in templum, uel in urbem.* Cic. *in Vatinium,* 24. *Idem in Piſonem,* 43.
*Inferre ſe, pro cum impetu irruere.* Liu. 2. *ab Vrbe,* 64, *Adeò concitato impetu ſe intulerunt Hetruſci, ut funderent ipſo incurſu Aricinos.* Sic, lib. 4. 146, *Et ipſe princeps calcaribus ſubditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur. Idem* 3. *bel. Mace.* 73. *Inferentem ſe ferociter hoſtem, &c.*
*Per medios infert ſe.* Virg. 1. *Aeneid.* 89.
*Inferre ſe, pro* Incedere, *& compoſito quaſi gradu cum faſtu ambulare. Vel etiam ſimpliciter ingredi & intrare.* Plaut. *Milit.* 14. 53. *Idem Perſa,* 23. 30,
*Hui papæ, quàm baſilicè te intuliſti, & facetè?*
*Equus ſe infert campo.* Virg. 2. *Georg.* 29.
*Inferre & intrudere ſe.* Cic. *pro Cecin.* 10.
*Inferre, de mortuis dicitur.* Cic. 2. *de Legib.* 85, *Iam tanta eſt religio ſepulcrorũ, ut extra ſacra & gentem inferri fas negent. Vlpianus in l. ij. ff. de religioſis & ſumptibus funerũ. Qui mortuum in locum alienum intulit, tenebitur in factũ actione. Idem in titulo, De mortuo inferendo. l. j, Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur inferre.*
*Inferre abortum.* Plin. lib. 8. cap. 47. 2. *Hoc eſt, Cauſam eſſe abortus. Vide* Aborior.
*Inferre actionem cum aliquo eſt agere aduerſus aliquem.* Paulus in l. *ex facto.* §. *ult. ff. de peculio.*
*Inferre uerecundiam alicui.* Liu. lib. 5. *bell. Maced.*
*Inferre arma, pro* Belligerare. Liu. 1. *ab Vrbe,* 133.
*Bellum, Idem.* Cic. 1. *de Diuin.* 88, *Iouem imperauiſſe, ut Italiæ bellum inferret.*
*Bellum contra patriam.* Cic. 2. *Philip.* 68.
*Cecitatem.* Plin. lib. 12. cap. 8. 2.

*Calamitatem ciuitati.* Cæſar 2. *bell. Gal.* 282.
*Caritatem annonæ.* Plin. lib. 18. cap. 28. 12.
*Cauſam, Afferre excuſationem.* Cæſar 1. *bell. Gall.* 156.
*Inferre cauſam alicui, pro Dare occaſionem. Hirtius de bello Hiſpanienſi, lib.* 6. 3.
*Certamen alicui, ut aliquid fiat.* Liu. 4. *ab Vrbe,* 183.
*Cladem.* Liu. 9. *bell. Pun.* 18.
*Claſſes Oceano.* Lucan. lib. 10. 8.
*Crimen alicui, Criminari.* Cic. 7. *Verr.* 84.
*Crimina inferre & Diluere, contraria. Author ad Herẽnium, lib.* 4. 204.
*Detrimentum, pro damno eſſe.* Cæſar 2. *bell. Ciuil.* 8.
*Dolorem.* Plin. lib. 24. cap. 5. 3.
*Faces tectis, incendere tecta.* Cic. *in Parad.* 35.
*Famem ciuibus.* Cic. *ad Att. lib.* 9. 181. 5.
*Fraudem.* Liu. 7. *bell. Pun.* 156.
*Gradum.* Liu. 9. *ab Vrbe,* 212, *Is nouus terror additus quum ex parte utraq; circunuaſiſſet aciem, & ad terrorem boſtiũ legiones Rom. redintegrato clamore intuliſſent gradũ.*
*Gradum inferunt, quaſi recentib. auxilijs aucti.* Tacit. lib. 19.
*Hoſtem ſe alicui.* Virg. 10. *Aeneid.* 13.
*Ignominiam.* Liu. 4. *bell. Maced.* 51.
*Se in periculum capitis.* Cic. *pro Cor. Bal.* 28.
*Iniuriam ſocijs.* Cæſar 1. *bell. Gall.* 56. *& lib.* 2. 343. Cic. 1. *Offi.* 35, *Sed iniuſtitiæ genera duo ſunt: unum, eorum qui inferũt: alterũ, eorũ qui ab ijs quib. infertur, ſi poſſunt, nõ propulſant iniuriam.*
*Litem capitis in aliquem.* Cic. *pro Cluent.* 91.
*In clariſsimum ſolem lumen inferre.* Quintil. lib. 5. cap. 12. 7.
*Mala.* Plin. lib. 14. cap. 22. 9.
*Manus alicui. Idem quod Afferre manus.* Cic. *in Parad.* 28, *Et æquè peccare ſe ſi priuatis, ac ſi magiſtratibus manus inferãtur. In uetuſto exẽplari legitur, Adferãt.* Plin. epiſt. 190. a.
*Turba manus armatas in illum intulit.* Ouid. *in Ibin,* 123.
*Memoriam ſempiternam in domum ſuam.* Cic. 2. *Offic.* 13.
*Mentionem, pro Mentionem facere.* Liu. 4. *ab Vrbe,* 1, *Et mentio primò ſenſim illata à Tribunis, ut alterum ex plebe Conſulem liceret fieri.*
*Metum, incutere timorem.* Liu. 6. *bell. Pun.* 105.
*Mœſtitiam.* Cic. 1. *Tuſc.* 170.
*Moram.* Cæſar 3. *bell. Ciuil.* 267.
*Morſus alicui.* Ouid. 11. *Metam.* 12.
*Mortem, Occidere.* Plin. lib. 27. cap. 2. 1.
*Necem.* Plin. lib. 10. cap. 74. 6.
*Oculos in Remp.* Cic. *pro Fonteio,* 27.
*Odium.* Tacit. lib. 15.
*Pedem.* Cic. *pro Cecinna,* 29.
*Inferunt pedem, urgentq;, & impulſos ſemel terrore eodem agunt quo cœperunt.* Liu. 10. *ab Vrbe,* 160.
*Pedem in ædes inferre.* Plaut. *Amphit.* 8. 99.
*Periculum.* Cic. *pro Cluentio,* 76, *Et penitus perſpicere debetis quid mali, quantum periculi unicuiq; noſtrum inferre poſſit uis Tribunitia, &c.*
*Inferre periculum capitis.* Cic. 2. *Offic.* 71.
*Prælium in caſtra.* Liu. 4. *ab Vrbe.*
*Probrum caſtis, labem integris, infamiã bonis.* Cic. *pro Cæl.* 33.
*Rationibus.* Colum. lib. 1. cap. 7. 6, *Nam & ipſi diripiunt, & ab alijs furibus non cuſtodiunt, ſed nec conditũ cum fide rationibus inferunt: ita fit ut actor & familia peccent.*
*Sermonẽ in.* Cic. 1. *Offic.* 200, *Turpe enim, ualdeq; uitioſum, in re ſeuera conuiuio dignum aut delicatum inferre ſermonẽ.*
*Sermonem de re aliqua.* Cic. 1. *de Orat.* 15.
*Signa.* Cæſ. 2. *bel. Gal.* 321, *Signa inferre, & manipulos laxare*
*Signa patriæ.* Cic. *pro Flacco,* 3. (*iuſſit.*



Digitized by Google

Spem.Cæſar 2.bell.Gall.322.
Stuprum reginæ,pro Stuprare.Cic.3.Offic.49.
Stuprum puluinaribus Bonæ deæ.Cic.de Aruſp.reſp.
Stuprum in domum aliquam, pro Vxorem alicuius ſtuprare. Cic.in Parad.28.
Sumptum ciuibus:hoc eſt, Sumptibus uexare, & onerare ciues.Cic.pro Flac.36.
Supplicia urbibus hoſtium.Cic.de Aruſp.reſp.2.
Suſpicionem.Cæſar 3.bell.Ciuil.151.
Terrorem,pro Terrere.Cic.pro Milone,53.
Terrorem intulerat Ioui.Horat.3.Carm.ode 4.10.
Tributum ſtudio alterius.Colu.lib.1.cap.1.8.
Veſtigia aliquò.Lucret.lib.6.152.
Vim & manus alicui.Cic.in Catil.15.
Vulnera alicui,Vulnerare.Cæſar 5.bell.Gall.109.
Inferre,Soluere.Scæuola in l.de acceſſionibus. ff. de diuer.tẽp. præſcrip. Iam enim illo in tẽpore, quo contrahebat uideri te conceſſiſſe uenditionẽ,ſi pecuniam non intuliſſes.
Infero,abſolutè.Plin.in Paneg.Qui uigeſimum deberent,nondum inde intuliſſent.De uectigali uel tributo intelligitur.
¶Illatus,pen.prod. participiũ.Vide in Superiorib.exemplis.
¶Illatio, Verbale (εἰσφορά) Vlpianus in l.ij.ff.de religioſis & ſumptibus funerum.De ea autem illatione Prætor ſenſit, quæ ſepulturæ cauſa fit.
Inferus]infera,inferum,pen.corr. (ὁ κάτω) Ab Infra dictũ eſt,teſte Sipontino,Quod infra eſt:ut,Inferum limen.Plaut. Mer.21.1,Varro, Nubes aquali frigido, uelo leues cæli cauernas aureas ſubduxerant,aquam uomentes inferam mortalibus.Cic.1.Tuſ.100, Eademq; ab animo tanquã ab oculis caliginẽ diſpulit,ut omnia ſupera,infera, prima ultima, media uideramus.
¶Inferi, inferorum (οἱ κάτω) Qui infra alios ſunt poſiti & ſiti.Cic.pro Cluent.136,Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit,niſi fortè ineptijs, ac fabulis ducimur,ut exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre, ac plures illic offendiſſe inimicos,quàm hic reliquiſſe. Plau. Aul.ul.12.6,
—ſi quid coxerint.
Superi incœnati ſint,& cœnati inferi.
¶Inferior, & hoc inferius (κατώτερος, οἰκειὸς, καταδεὴς, ἥττων)Comparatiuum ab Inferus. Cic.4.Tuſc.13, Inferior ambulatio.
Inferior & ſuperior cæteris rebus.Cic.1.Ver.33.
Inferior belli laude.Cic.1.Offic.163.
Multo inferior Marte & armis.Proper.lib.2.eleg.9.8.
Aetas inferior.Cic.4.Acad.130.
Inferiores uirtute caſus ducere. Cic. de Amic.6.Id eſt, minoris facere caſus quàm uirtutem.
Inferiore genere cedendum putauit.Cic.Anteq.iret.in exil.17.
Inferius.Ouid.2.Metam.42,
Inferiusq; ſuis fraternos currere Luna.
Admiratur equos.
Cælum ſidet inferius mari.Horat.Epod.5.17.
Inferius maieſtate.Corn.Taci.lib.3.
¶Infimus,infima,infimum,pen.corr.(κατώτατος) Superlatiuum.Plaut.Curcul.9.14,
In loco infimo boni homines atq; dites ambulant.
Infimi homines:id eſt,cõtempti,nullo in honore habiti,uel abiectæ conditionis.Terent.Eun.3.2.36,
Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos Homines.
Cic.3.de Leg.29,Homo omnium infimus & ſordidiſſimus.
Infimus ciuis.Cic.5.Verr.62.Cui contrarium eſt Summus: ut pro Fonteio,15.
Aduerſus infimos etiam iuſtitia ſeruanda.Cic.1.Offic.64.
Infima fortuna homines.Cic.5.de Finib.94.
Ab infima plebe completi gradus templorum.Cicer. ad Attic. lib.4.70.6.
De gente infima.Hora.2.Carm.ode 3.5.
Infimo loco natus.Cic.pro Flac.18.
Infimis precibus aliquid petere, Quibus nos infimos facimus & abiicimus,ut quod petimus, facilius impetremus. Liuius 9.bell.Pun.149.
Infimum & Summum,contraria.Cic.1.de Finib.26.
¶Infimatos,pen.prod.Qui ſunt infimæ ſortis. Chariſius lib. 1.Inuenimus optimatos, & infimates legimus. Plautus in Sticho,Act.3.ſcen.ultima, —Summates uiri
Summi accumbent,ego infimatis infimus. Vt enim hic & hæc noſtratis, & hoc noſtrate, ita hic & hæc infimatis, & hoc infimate,dixere ueteres. Dicimus autem Summates Summæ conditionis,& potentiæ uiros:infimates, infimo loco natos.
Inferueo]ſiue infrueſco,inferueſcis,inferbui (ἐπιζέω) inferueſcere,Idem quod feruere.Cato cap.108,Facito bis aut ter inferueat.Idem cap.90,Et far parũ facito, & fabæ tertia pars,ut inferueſcat.Horat.2.Serm.Sat.4.14,
Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis, Coricioq;, &c.
¶Inferuefacio,cis,inferuefeci,inferuefactum (ζεοποιῶ) inferuefacere.Colum.lib.9.cap.12.4,Omnia eadem æquis ponderibus unum læuigata,& fictili uaſe cum aminæo uino inferuefacta.Idem lib.12. cap.17.2, Liquatumq; acetum inferuefaciant.
¶Inferuefio,pen.prod.inferuefis, pen.indiff.inferuefieri,pen. corr.Scribon.Larg. cap. ult. posteroq; & tertio die quum inferuefiunt,reconduntur.
Infeſtiuus]pen.prod.Adiect.(ἀτερπὴς) Inſacetus,iniucundus.Gell.Homo ſubagreſti ingenio & infeſtiuo.
Infeſtus]Adiect.(παλαμναῖος,χέτλιος,πανωτικὸς) Qui alicui malum infert,& eſt plus quàm inimicus,iamq; aduerſus eum fertur.Plaut.Caſin.15.41.
—nunquid mihi quoq; minatur?
P.Tibi ſoli infeſta eſt plus quàm cuiquam.
Infeſtum ferri in ſuos.Cic.pro Roſc.Amer.53.
Infeſtus aut inimicus.Cic.5.Verr.27.
Habere aliquid infeſtum,pro infeſtare.Liu.lib.9.Decad.4.
Acies infeſtæ.Vide Acies.
Ager Romanus infeſtus.Liu.2.ab Vrbe,47.
Infeſtus ager ab nobilitate.Vide Ab.
Amor infeſtus.Catul.ad Iuuentium,epig.94.3.
Animo infeſto reprehendere.Brutus ad Cic.16.18.
Arma infeſta.Ouid.5.epiſt.19.
Clamor infeſtus & inimicus.Cic.3.Verr.8.
Dictis infeſtis diſcerpere aliquẽ.Catul.de coma Beren.61.15.
Enſes infeſti.Stat.1.Achil.27.
Fortuna infeſta,cui proſpera opponitur.Cic.ad Octauium,4.
Hoſtes infeſti.Ouid.1.Amor.eleg.9.4.
Itinera infeſta.Cæſar 8.bell.Gal.165.Sic,3.bell.Ciuil.330.Sic, Infeſtum mare.
Latrones infeſti.Horat.2.Serm.Sat.1.9.
Mare infeſtum habere,latrocinijs mare infeſtare. Cic. lib.3.de Crudelis & infeſta huic mater.Cic.pro Cluen.31. (Rep.
Oculis infeſtis conſpici.Cic.1.in Catil.12.
Odium infeſtum.Cic.5.Verr.134.
Prouincia infeſta,Non ab hoſtibus aut prædonibus tuta.Cic.2. de Inuent.204.
Quietem infeſtam facere alicui.Lucret.lib.5.197.
Infeſtior ſaltus.Aſin.Poll.ad Cic.lib.10.31.2, Hoc eſt, periculoſus.

Senectus

Digitized by Google

Senectus infesta, Molesta & grauis. Liu. 1. ab Vrbe, 204.
Signa infesta dicuntur quæ aduersum tendũt: hoc est, uexilla in hostem euntia, ut molestiam inferãt. Hæc Valla lib. 4. Cæs. 6. bell. Gall. 29, Illi ubi præter spem quos fugere credebant, infestis signis ad se ire uiderũt. Sic, Liu. 2. ab Vrbe, 203.
Tela infesta. Virg. 5. Aeneid. 116.
Terra infesta colubris. Ouid. 4. Metam. 124.
Vulnere infesto insequi aliquem. Virg. 2. Aeneid. 106.
Infestus etiam dicitur cui infesti sunt inimici: qui in discrimine uersatur, & insidijs. Cic. pro Ros. Am. 18, Filij uita infesta, sæpè ferro atq; insidijs appetita. Sic, Catull. ad Gell. epist. 111. 1.
Infesta salus alicuius, cui infesti sunt inimici, ut ait Gell. Cicero pro Plancio, 1.
Infestum, à festinando dici putat Nigidius, Qui enim instat (inquit) alicui, eumq; properans urget, opprimereq; eũ studet festinatq;: aut contrà, de cuius periculo & exitio festinatur: is uterq; infestus dicitur, ab instantia atq; imminentia fraudis, quam uel facturus alicui, uel passurus est. Ex Gellio, lib. 9. cap. 12.
¶ Infesto, infestas (ἐνοχλέω) infestare, Crebris incursib. molestiam inferre, ut ait Valla. Plin. lib. 7. cap. 2. 18, Quos à gruibus infestari Homerus quoq; prodidit. De Pygmæis.
Charybdis infestat aquas. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 4.
Infestare pro Vitiare. Plin. lib. 15, Arborẽ ipsam fertilitate consumi: musco præterea rubro infestari. Budæus.
Infestare rudes animos superstitione. Colum. lib. 11. cap. 1. 20.
Infestantur uineta Austris & Euris. Colam. lib. 3. cap. 12. 6.
Infestat infantes editos plenilunium. Plin. lib. 7. cap. 6. 2.
Infestatur Asia angustijs. Plin. lib. 6. cap. 11. 2.
¶ Infestè, Aduerb. (ἐχθρολῶς) Noxiè. Liu. 6. bell. Pun. 65.
Infibulo] *infibulas*, pen. corr. (ἐμπορπῶ, παρινείρω) *infibulare*. Celsus lib. 7. cap. 25, Infibulare quoque adolescentulos quidam ualetudinis causa consuerunt.
Inficetissimè] pen. corr. Aduer. Plin. lib. 35. cap. 4. 7, Hinc enim ille Crassi oratoris lepos agẽtis sub ueterib. quũ testis cõpellatus instaret: Dic ergo Crasse qualẽ me reris. Talem inquit, ostendens in tabula pictũ inficetissimè Gallum exerentẽ linguã. Quid autem uocarit Plinius inficetissimè pingi, licet colligere ex uerbis ipsius Crassi, eandem historiam narrantis, lib. 2. de Orat. 148, Demonstraui, inquit, digito pictũ Gallũ in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortũ, exerta lingua, buccis fluentibus. Risus est commotus, nihil tam Manciæ simile uisum est. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Inficias & Inficiator] Vide Inficiæ.
Inficio] *inficis*, pen. corr. *infeci*, *infectũ* (βάπτω, μαρμαίρω) *inficere*, Intingere, imbuere. Plin. lib. 7. cap. 15. 3, Ad omnẽ contactum adhærens, præter quàm filo quod tale uirus infecerit. De menstruis mulierum. Ibidem, cap. 56. 5, Inficere lanas Sardibus Lydi. Sub. inuenerunt.
Aequor infecit sanguine. Horat. 3. Carm. ode 6. 7.
Sanguis infecit aquas. Ouid. epist. 9. 29.
Arcus cælum inficit longo curuamine. Ouid. 7. Metam. 13.
Capillos nigro colore inficiunt siliquæ eruæ. Plinius lib. 22. cap. 25. 32.
Senecta infecit caput. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 9.
Cultros inficit sanguẽne. Ouid. 15. Metam. 27.
Volumina fumi infecere diem. Ouid. 13. Metam. 132.
Gladios inficere sanguine. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.
Cortex nucis inficiens manus. Ouid. de Nuce, 32.
Ora pallor albus inficit. Horat. Epod. 7. 3.
Rubor igneus inficit ora. Lucan. lib. 5. 43.
Inficere pocula ueneno, Quod barbari dicũt Venenare, uel intoxicare. Virg. 2. Georg. 26.
Inficere tabe inuidiæ. Ouid. 2. Metam. 158.
Inficere artibus, pro Imbuere. Cic. 3. de Finib. 14. Budæus.
Inficere ac flectere. Cic. 1. De legib. 70.
Inficere prauis moribus, opinionum prauitate, & similibus. Liuius, Hoc luxu & peregrinis infecti moribus: id est, imbuti & uitiati. Cic. 3. Tusc. 5. Idem ad Att. lib. 1. 8. 5, Sed uereor ne hoc quod infectum est, serpat longius.
Delicijs, otio, languore, desidia animũ inficere. Cic. 5. Tus. 114.
¶ Infectus, Participium (βεβαμμένος) Tinctus. Plin. lib. 11. cap. 37. 29, Mulieribus etiam palpebræ infectæ quotidiano: tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoq;.
Infectum mare, Venenatum. Sueton. in Calig.
Tela infecta sanguine. Stat. 9. Theb. 38.
¶ Infectus, huius infectus (βάψις) Plin. lib. 8. cap. 48. 6, De reliquarum infectu, suis locis dicemus.
¶ Infector, Verb. (βαφεύς) Qui lanas inficit, & imbuit aliquo colore. Plin. lib. 20. cap. 7. 2, Quarto infectores lanarum utuntur, quod glastum uocant.
Infector succus, Quo lanæ uel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. Plin. lib. 11. cap. 2. 3.
Inficior] *inficiaris* (ἀρνέωμαι, δύνω) *inficiari*, Negare dicto non facto, inquit Valla, lib. 6. Cic. pro Cluentio, 64, Quis tum posset arguere ab Oppianico tentatum esse iudicium pecuniæ? quis id hoc tempore inficiari potest? Idem 3. in Catil. 56, Nam quum id posset inficiari, repentè præter opinionem omnium confessus est. Idem pro Cluentio, 130, Florio legatum ex testamento inficiatum est. Idem 6. Verr. 93, Earum autem rerum nullam sibi iste neq; inficiandi rationem, neq; defendendi facultatem reliquit.
Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos. Ouid. 1. de Pon. 8. 6.
Pars est inficiata notitiam mei. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 9.
Pretium rex inficiatur. Ouid. 11. Metam. 42.
Amor inficiandus. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 6.
Fama inficianda tuis. Ouid. 9. epist. 1.
¶ Inficias (δάρρός εἰμι) tantum accusatiui casus, & pluralis nume. solùm cum Eo, is, iungitur, sine præpositione: ut, Ire inficias, Negare. Terent. Adel. 3. 2. 49,

Si inficias ibit, testis mecum est annulus quem amiserat.

Gell. lib. 16. cap. 19, Nautas stupefactos conuictosq; inficias ire non quisse. Quintil. lib. 3. cap. 7. 2, Nec inficias eo esse quasdam, &c.
¶ Inficiator, pen. prod. inficiatoris. Verb. (δάρρητὴς) Qui negat se uel debere quod actor petit, uel cõmisisse quod accusator obijcit. Cic. 1. de Orat. 82, Quod petitoris causa cõparatum esse nõ intelligebat: ut si ille inficiator probasset iudici antè petitam esse pecuniam, quàm esset cœpta deberi. Vnde status coniecturalis dicitur inficialis, in quo semper reus inficiatur. Hæc Valla lib. 6. Cic. in Catil. 41, Hosce ego non tãmilites acres, quàm inficiatores lentos esse arbitror. Idem pro Flacco, 38. Martial. lib. 1. 98,

In ius ô fallax atq; inficiator eamus.

¶ Inficiatio (δάρρησις) Aliud uerbale, Negatio. Cic. 2. de Orat. 58. Sic, in Part. 55, Primus ille status rationem habet inficiationis criminis, ipsam negationem inficiationemq; facti.
Nuda inficiatio. Quintil. lib. 5. cap. 13. 8.
¶ Inficialis, & hoc inficiale, pen. prod. (ἀρνητικὸς) ut, Inficialis status, quo ĩtur inficias, & negantur obiecta. Vide Inficiator. Cic. in Topicis, 49, Itaq; aut inficialis, aut cõiecturalis prima appellatur.
Infidelis] Vide Infidus.
Infidus] Adiect. pen. prod. (ἄπιστος, ἄπιστος) à Fido, fidis deriuatur, quod habet primam longam, significat autem eũ cui non est fidendum. Cic. de Prouin. Conf. 27, Cæteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè immanibus & barbaris.

Fidus & Infidus, contraria. Cic. de Amic. 49.
Infidum fœcus. Liu. 7. ab Vrbe, 207.
Mare infidum. Lucret. lib. 2. 113.
Infidi fratres. Virg. 2. Georg. 100.
Infida pax. Liu. 9. ab Vrbe, 242.
Infiditio infida. Ouid. 3. de Arte, 115.
Infida sedes & instabilis. Plin. lib. 36. cap. 15. 18.
Infida regni societas. Liu. 1. ab Vrbe. 57.
Infidus socius. Liu. 4. bell. Pun. 203. & 2. ab Vrbe, 49. Infida seruitia.
Vir infidus. Propert. lib. 1. eleg. 6. 4.
Vulgus infidum. Horat. 1. Carm. Ode 35. 5.
Infida omnia atq; infesta facere. Liu. 1. ab Vrbe, 184.

¶ Infidelis, & hoc infidele, pen. prod (ἄπιστος) Qui non stat promißis, & promissam fidem nõ exoluit, quin potius uiolat. Plaut. Asin. 11. 15, Vbi fidẽtẽ fraudaueris, ubi hero infidelis fueris. Liu. 3. bell. Pun. 16, Socijs superbis atq; infidelib.

Allobrox nouis rebus infidelis, Hora. Epod. 16. 2.
Infidelis, & Firmus amicus, contraria. Cicer. ad Caton. lib. 15. 4. 44.
Arbitræ non infideles meis rebus. Horat. Epod. 5. 10.

¶ Infidelitas, pen. cor. huius infidelitatis (ἀπιστία) Fides uiolata, perfidia. Cæsar 8. bell. Gall. 85, Infidelitatẽ eius sine ulla perfidiæ iudicauit comprimi posse. Cicer. pro Milone, 51, Quantæ infidelitates in amicis.

Infigo] infigis, pen. prod. infixi, infixum (ἐμπήγνυμι) infigere, Intus figere: ut,
Infigere ictus corpori. Cic. 2. Tusc. 33.
Infigere gladium hosti in pectus. Cic. 4. Tusc. 76.
Sagitta infigitur arbore, pro In arbore. Virg. 5. Aeneid. 110.
Infigere sagittarum uenabula prætereuntibus. Plinius lib. 8. cap. 8. 3.
Inculcare & infigere aliquid. Plin. epist. 20. 9.
Positum & infixum in re aliqua. Cic. pro Cluen. 12.
Infixum est animo: id est, Vehementer inhæret memoriæ. Quintil. lib. 1. cap. 14. ubi delectione pueri.

¶ Infixus, Part. (ἐμπεπηγμένος) ut, Aculeus infixus. Vide Aculeus.

Infixus animus in patriæ charitate. Cic. ad Brut. 15. 7.
Infixus animo hæret dolor. Cic. 2. Philip. 75.
Hostis infixus mœnibus. Sil. lib. 11. 35.
Intenta & infixa mens in eas res. Cic. 1. de Nat. deor. 70.
Infixa in tergis hostium pila. Liu. 7. bell. Pun. 81.
Infixa animis religio. Liu. 9. bell. Pun. 88.
Infixa memoriæ res. Liu. 3. ab Vrbe, 307.
Telum infixum educere. Ouid. 13. Metam. 79.
Vulnus infixum stridet sub pectore. Virg. 4. Aeneid. 138.
Herent infixi pectore uultus. Virg. 4. Aeneid. 1.

Infimus] Vide Inferus.

Infindo] infindis (ἐνχίζω) infindere, Idem quod simplex. Virgil. eclog. 4. 7,
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos. Cicero 5. Aeneid. 29.

Infinitus] pen. prod. Adiectium (ἀπείρητος, ἀπείρων, ἀπεραίος, ἀπέρατος, ἀπέρας) Finito contrariam habet significationem. Cicero pro Roscio Comœdo, 14, Qui tantas & infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis, repudiarit.

Infinita altitudine spelunca. Cic. 6. Verr. 95.
Infinitum, genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendum. Cic. 4. Verr. 20.
Infinitum imperium: id est, sine exceptione, uel maximum & quasi perpetuum. Cic. 4. Verr. 6. Budæus.
Labor rerum forensium infinitus. Cic. 1. de Orat. 1.
Infinitæ quæstiones. Cic. 4. Acad. 210.
Infinitum tempus ætatis. Cic. 1. de Finib. 96.
Spatium infinitum. Lucret. lib. 2. 211.
Ab infinito. Plaut. Mostel. 10. 40.
Ad infinitum. Plin. lib. 13. cap. 9. 3, Siccatus durescit ad infinitum.
Ex infinito contractum tempore bellum. Lucret. lib. 2. 116.
In infinitum. Vide In.
Abire in infinitum. Vide Abeo.

Infinitior, Comparatiuus. Cic. in Topic. 17, Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio.

¶ Infinitè, pen. prod. Aduerbium (ἀπειράκις) sine modo & ratione. Cic. in Parad. 63, Illi aurata tecta in uillis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, supellectilem, & uestem infinitè concupiscenti, &c.

Infinitè secari atq; diuidi possunt. Cic. 1. Acad. 41.

¶ Infinito (ἀπειρίτως) ablatiuum uice aduerbij. Plin. lib. 25. cap. 8. 14, Procedẽte persuasione illi, quicquid in Creta nascitur, infinito præstare cæteris eiusdẽ generis alibi genitis.

¶ Infinitas, pen. corr. infinitatis (τὸ ἄπειρον) Vniuersitas, generalitas. Cic. 4. Acad. 220, Is enim infinitatem naturæ dixit esse, è qua omnia gignerentur. De Anaximandro.

Infinitatem assignare. Vide Assigno.

¶ Infinitio, onis. Cic. 1. de Finib. 32, Infinitio ipsa, quã ἀπειρίαν uocãt, tota ab illo est. Id est, infinitas, siue infinitudo. Budæus.

¶ Infinitiuus, pen. prod. (ἀπαρέμφατος) dictio ficta, Grãmaticis peculiaris: de qua abũdè Priscianus, et oẽs alij grãmatici.

Infinitiuus modus dicitur, qui nec personis aliquibus nec numeris finitur.
Infinitiuum modus aliquãdo sine alterius uerbi adminiculo poni solet. Virg. 1. Aeneid. 9, —mene incœpto desistere uictã, Subintelligitur autem, Verene ita est.

Infinitiuus, pro indicatiuo. Terent. Eunuc. 3. 1. 21, —inuidere omnes mihi, Mordere clanculum. Id est, inuidebant.

Infinitiuus, cum uerbo Licet, uel Est, in sermone generali positus. Gell. Multos uidere est pecuniæ cupidos. Hoc est, multi uideri possunt. Cic. 1. Offic. 68, Videre etiam licet pleroſq; non tam natura liberales, quàm quadam gloria inductos, ut benefici uideantur, facere multa.

Infinitiuus passiuus post uerba Nolo, Volo, Malo, sæpius atq; multo uisitatius in persona quauis collocatur. Quintil. Nec mihi unquam tanta fuit cura breuitatis, ut non ea quæ credibilem faciunt expositione, inferri uelim. Cic. Pluribus nominibus unam rem declarari uolo.

Infinitiui futurum. Plaut. Milit. 15. 35.

Infirmus] Adiect. (ἀσθενὴς, ἀδυνατάσατος) Quod firmo contrarium est: hoc est, imbecillis & debilis, Cicer. 1. Acad. 20, Et simul assidamus, inquam, si uidetur. Sanè istud quidem, inquit. Sum enim admodum infirmus.

Infirmissimus ac desperatissimus homo. Cic. in Pison. 50. et 51.
Impares & infirmi. Quintil. lib. 4. cap. 1. 6.
Infirmi ad resistendum. Cæsar 3. bell. Ciu. 30.
Sum paulo infirmior. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 15.
Actor infirmus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 33.
Aetas infirma. Ouid. 6. Fast. 120.
Infirmus animus pueri. Terent. Hecyr. 3. 1. 31.
Artus infirmos baculo sustinet. Ouid. 6. Metam. 6.
Caput infirmum. Horat. 1. epist. 17. 3.
Leuissimæ & infirmissimæ causæ. Cic. pro Cluent. 73.
Inops & infirma classis, propter dimissionem propugnatorũ atq; remigum. Cic. 7. Verr. 68.
Corpus infirmum. Ouid. 19. epist. 48.
Lacerti infirmi. Ouid. 10. Metam. 82.
Mens infirma. Ouid. 18. epist. 2.



Digitized by Google

Infirmæ nuptiæ, Priuolæ & quæ durature non sunt. Terent. Phorm. 5.1.6.
Infirma & nugatoria res ad probandum. Cic. pro Cecin. 47.
Infirmi saporis uinum, Ingeneroſum, debile, & quod linguam non ferit, aut penetrat. Col. de Arb. cap. 3.7.
Senecta infirma. Tibul. lib. 1. eleg. 4.7.
Infirmiſsimum tempus ætatis. Cic. 4. Acad. 17.
Infirma ualetudo. Cic. pro Cluen. 35. Et 2. de leg. 5.
Vires infirmæ. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam, 1.
Ætate affecta, & uiribus infirmis homo. Cic. 6. Verr. 85.
¶ Infirmitas, pen. corr. infirmitatis (ἀδυναμία) Imbecillitas, debilitas. Cic. de Senect. 30, Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum.
Infirmitas corporis. Cic. de clar. Orat. 173.
Infirmitas Gallorum, Inconſtantia. Cæſar 4. bell. Gall. 479.
Infirmitas nuptiarum. Terent. Hecyr. 1. 2. 101.
Infirmitas oculorum. Plin. epiſt. 141.
Infirmitas ualetudinis. Cic. 1. Offic. 170.
Infirmitas uirium, Impotentia. Cæſar 7. bel. Gal. 110.
Puerilis infirmitas. Quint. lib. 2. cap. 3. 5.
Commendare alicuius infirmitatem. Quintilian. libro 4. capite 1. 9.
Onerare infirmitatem diſcentium. Quint. lib. 1. cap. 2. 18.
Separare infirmitatem à robuſtioribus. Quint. lib. 2. cap. 2. 9. De pueris, ac adoleſcentibus loquitur.
Vltima infirmitas corporis. Celſ. lib. 2. cap. 6.
¶ Infirmè, Aduerb. (ἀδυνάτως) Imbecilliter, impotenter. Cicer. Senatui, lib. 15. 1. 7, His rebus allatis, eiſt intelligebam ſocios infirmè animatos eſſe, & nouarum rerum expectatione ſuſpenſos, &c.
¶ Infirmo, infirmas (ἀδυνάτω) infirmare, Debilitare, infirmum reddere, & etiam refellere: ut, Infirmare argumenta & rationes alicuius. Cic. de Diuin. Idem ad Att. lib. 6. 111. 22, Cæteri infirmant πολιτικὰς Platonis.
Confirmare & Infirmare, contraria. Cic. in. Part. 67.
Infirmare & tollere. Cic. 4. Acad. 38.
Infirmare ac diluere aliquid. Cic. pro Roſc. Amer. 24.
Infirmare fidem teſtis ad iudicem, Infirmum reddere, & oſtendere periurum eſſe teſtem. Cic. pro Roſcio Comœ. 27.
Legem infirmare. Quint. lib. 7. cap. 2. 34.
Infirmare legem, pro Authoritatem adimere. Liuius libro 4. bel. Maced.
Infirmare teſtes. Cic. pro Cecinna, 22.
Infirmare ueritatem, Veritati contradicere. Cice. pro Quintio, 54.
Infirmatus] pen. prod. Particip. Hermoge. in l. aufertur. ff. de iure fiſci. Infirmato contractu.
¶ Infirmatio, Verbale (ἀδυνάτωσις) Cõfutatio. Cic. 1. de Inuent. 27, Iudicatio eſt, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis naſcitur, controuerſia.
Infirmatio rerum iudicatarum. Cic. pro l. Agraria, 24.
Infit] ἄρχεται, Defectiuum uerbum, pro Incipit, uſurpatur, authore Feſto. Plaut. Aulul. Infit tibi poſtulare plorans, eiulans, &c.
Infit, pro Inquit (φησί) Liu. 1. ab Vrbe, 306, Ibi infit annum ſe tertium & nonageſimum agere. Hæc Budæus, Virgil. 5. Aen. 141, hãc his Aeneam ſolatus uocibus infit. Idem 10.
Infixus] Vide Infigo.
Inflammo] inflammas (φλέγω, ἐμπιφλέγω) inflammare, Incẽdere. Cic. 6. Verr. 9, Quam quum inueſtigare & conquirere Ceres uellet, dicitur inflammaſſe tædas ijs ignibus, qui ex Aetnæ uertice erumpunt. De Proſerpina.
Inflammare & incendere. Cic. 7. Verr. 72.
Inflammari, per translationem, paßiuè, pro Vehementer appetere, & deſiderare aliquid. Cicero de Amicit. 72, Honores uerò quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contemniunt, ut nihil manius eſſe, nihil leuius exiſtiment.
Amore magno inflammatus. Virg. 3. Aen. 66.
Inflammari cupiditate aliquid auferendi. Cic. 6. Ver. 34.
Inflammari furoribus. Cic. 3. de Legib. 32.
Inflammari incendijs cupiditatum. Cic. 5. de Finibus libro 25. cap. 8. 15.
Inflammari ſcelere & furore. Cic. 7. Verr. 83.
Inflammari ſpe potiendi. Cic. 1. de Finib. 91.
Inflammatum ſtudium. Cic pro l. Manilia, 13.
Inflammare & augere. Cic. 1. de Finib. 80.
Inflammatus ad gloriam. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 28.
Inflammare animum alicuius. Cic. 6. Ver. 124.
Animum inflammauit amore. Virg. 4. Aen. 11.
Inflammare animum alicuius in aliquem. Hoc eſt, augere & impellere. Cic. 4. Verr. 62.
Inflammare inuidiam, pro Augere. Cic. 2. Verr. 1.
Inflammare odijs. Stat. 3. Thebaid. 68.
¶ Inflammatio, Verbale (φλόγωσις, φλεγμονή) ut, Inflammationes mammarum, quas Græci phlegmonas uocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte, ueluti cuiuſdam ignis ardor ſentitur. Plin. lib. 20. cap. 21. 7. Celſ. lib. 5. cap. 26, Nam modò ſuper inflammationẽ rubor ambit.
Leuare inflammationes. Celſ. lib. 2. cap. 26.
Occupat inflammatio. Celſ. lib. 6. cap. 6.
Remittit ſe inflammatio. Celſ. lib. 4. cap. 5.
Reprimere inflammationem. Celſ. lib. 7. cap. 24.
Inflatio, Inflatus] Vide Inflo.
Inflecto] inflectis, inflexi, inflexum (ἐγκάμπτω, ἐπικαμπτέω) inflectere, Idẽ quod flectere, uel intus flectere. Cæſar 1. bel. Gall. 97, Quum ferrum ſe inflexiſſet.
Inflectere ad. Cic. 7. Ver. 25, Vbi primum ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur.
Radices in nodum inflectere, Incuruare. Columel. libro 5. capite 6. 7.
Capita inflectentes. Catul. Argon. 59. 51.
Colla inflectere ad aliquid. Propert. lib. 4. eleg. 9. 10.
Curſus inflectitur in: hoc eſt, declinat & delabitur. Plin. lib. 6. cap. 17. 3.
Oculos aliquorum inflectere. Cic. ad Quirites poſt reditum, 6. Id eſt, conuertere.
Veſtigium curſus ſui inflectere, A curſu ſuo declinare. Cic. 2. de Nat. deor. 70.
Inflectere leuiter potius quàm corrigere. Cicero pro Murena, 55.
Lachrymis inflectere aliquem. Stat. 8. Thebaid. 139.
Inflectere ius gratia. Cic. pro Cecin. 53.
Orationem inflectere. Cic. de clar. Orat. 18.
Senſus alicuius inflectere. Virg. 4. Aen. 5.
Voces inflectere cantu. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 8.
¶ Inflexus, Particip. (ἐπικαμπὴς) ut, Inflexus remus. Cicer. 4. Acad. 39.
Aratrum inflexum. Virgil. 1. Georg. 33.
Incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum. Cic. 1. de Diuin. 58. Vide Leuis.
Ceruix inflexa. Virg. 3. Aen. 126.
Cornu inflexum. Ouidius 4. Faſtor. 36. Catul. Argonautic. 59. 2.
Inflexa in ſe cornua. Plin. lib. 8. cap. 15. 3.
Genu inflexum. Propert. lib. 3. eleg. 9. 2.
Inflexa puppis. Plin. lib. 9. cap. 30. 6.



Digitized by Google

Sonus inflexo ſpiritu uariatus: cui opponitur continuum. Plin. lib. 10. cap. 29.

Inflexa iuxta tempora ſupercilia deriſores ſignificant. Plin. li. 11. cap. 52. 3. Hoc eſt, ad tempora prominentia.

Inflexa ad miſerabilem ſonum uox: hoc eſt, conuerſa. Cic. 2. de Orat. 104.

Inflexus ictus. Plin. lib. 11. cap. 25. 2.

¶ Inflexio, Verbale (ἐπικαμπὴ) Cic. de Vniu. 40, Omnis enim orbis eorum quaſi helicis inflexione uertebat.

Inflexio laterum. Vide Latus.

¶ Inflexibilis, & hoc inflexibile, pe. cor. (ἀκαμπὴς) Quod inflecti non poteſt. Plin. lib. 7. cap. 19. 1, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem.

Inflexibilis obſtinatio. Plin. epiſt. 317.

Infletus] pen. prod. Adiect. Non fletus. Valer. Flac. Argon. libro 6, de ſaxo in caput Moneſi uibrato,

Flexit ad ignotum caput infletumq; Moneſi Ignobilẽ ſignat Moneſum, & obſcuro loco natum: ut per defletos duces, nobilitate inſignes.

Infligo] infligis, pen. prod. inflixi, inflictum (προσρίβομαι, προσβάλλω, ἐμβάλλω, ἰμφορέω) infligere, ex In & Fligo, antiquo uerbo, quòd ſignificat Sternere. Eſt autem incutere, ſiue Inferre.

Infligere colaphum, quod & infigere & Impingere dicitur. Plin. lib. 8. cap. 36. 4. Legitur in uetuſto codice, infracto colapho.

Infligere plagam. Cic. in Vatinium, 15.

Infligere ſibi turpitudinem. Cic. in Piſon. 50.

Grauiores infligere uſuras. Paulus in l. Caius. ff. De uſuris & fruct. & cauſ.

Infligere uulnus. Cic. in Piſonem, 34.

Inflo] inflas (φυσάω, ἐμφυσάω, φυσιόω, ἰμπνευματόω) inflare, Turgefacere: tractum à folle, qui flatu turgeſcit. Vnde inflare dicitur tibicen buccinam, uel calamos, pro Tibia canere, uel calamis. Cicero 4. Acad. 151, Et ſimul inflauit tibicen, à perito carmen agnoſcitur. Sic, Varro 3. de Re ruſtic. capite 13. 1, Vidiſti ad inflatam buccinam certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum. Virgil. eclog. 5. 1,

Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus.

Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat. Horatius 2. epiſtol. 1. 36.

Inflare ambas buccas, Iratorum proprium. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 5.

Carbaſus inflatur Auſtro. Virg. 3. Aen. 71.

Audierant inflari claſſica. Virg. 2. Georg. 108.

Inflare ſonum, Inflatione calami aut fiſtulæ ſonum emittere. Cicer. 3. de Orat. 125.

Venas inflauit libido. Horat. 1. Serm. Satyr. 27.

Venas inflatus heſterno Iaccho. Virg. 6. eclog. 3.

Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 20.

Inflare, Intrò flare, ſiue flando injicere. Cato de Re ruſt. ca. 97, de modo palumbi farciendi, Palumbum recentem ut prenſus erit, ei fabam coctam, toſtam primùm dato, ex ore in eius os inflato, item aquam.

Inflare uehementius dicitur orator, per translationem. Cice. 1. de Legib. 9.

Inflat animos rumor, Auget, & excitat. Cic. in Piſonem. 71.

Inflare ſpem, Augere. Liu. 5. bel. Maced. 163.

Inflatũ eſſe. Liu. 5. bel. Maced. 188. Mentiendo inuicem, iactãdoq; uires, quas non haberent, inflaſſe uana ſpe, atque inflatos eſſe.

¶ Inflatus, Particip. (πιφυσιωμένος) ut, Inflatus ſpe atq; animis. Cic. pro Murena, 31.

Inflatus iactatione ſeueritatis. Liu. 9. bel. Pun. 187.

Inflati lætitia atq; inſolentia impij ciues. Cicero 14. Philippic. 394.

Inflatus animus, Elatus, ſuperbiens. Cic. 3. Tuſc. 33.

Capilli inflati. Ouid. 3. de Arte 29.

Colla inflata tumeſcunt. Ouid. 6. Metam. 75.

¶ Inflatus, huius inflatus, pen. prod. (φυσίωσις) Cic. 4. Acad. 41, Qui primã inflatu tibicinis Antiopã eſſe aiunt, aut Andromacham. Sic, 2. Tuſc. 43.

Recipiunt inflatum aures. Cic. de clar. Orat. 100.

Inflatus diuinus, pro Afflatu & inſpiratione. Cic. 1. de Diuinat. 19, Tum aliquo inſtinctu inflatuq; diuino futura renuntiat. Budæus.

¶ Inflabilis, & hoc inflabile, pen. cor. Lactãtius de opific. Dei, cap. 11, de pulmone, Ideoq; ne plenum quidem uiſcus effecit, ſed inflabile, atq; aeris capax, ut paulatim ſpiritum recipere ret. Id eſt, quod inflari poſſit.

¶ Inflatio, Verbale (φύσα, ἰμφύσημα) Flatuum in corpore generatio. Cic. 1. de Diuin. 111, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne fabã ueſcerẽtur, quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti uerã contrariam.

Inflatio uentris. Colum. lib. 6. cap. 6. 2.

Reſidet inflatio. Celſus lib. 4. cap. 5, Cibis deinde calidis, neq; inflantibus, eodemq; modo calidis potionibus: primò aquæ pòſt ubi reſedit inflatio, uini auſteri.

Influo] influis, influxi, influxum (εἰσρέω, ἰπιῤῥέω) influere. Intus fluere. Varro 1. de Re ruſt. cap. 13. 4, Itaq; periti (quæ poſſunt) ut eò aqua influat, eo nomine faciunt.

Influit fluuius in Pontum: & ſine præpoſitione, Influit Pontũ. Cic. 1. Tuſc. 150. Idem 1. de Diuin. 132.

Influere, per translationem, Cum ingenti tumultu & magna multitudine ingredi. Cic. de Prouinc. Conſul. 25, Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repreſſit.

Influere in animos, Infundi & demitti. Cic. 2. de Legib. 61, Aſſentior enim Platoni, nihil tam facilè in animos teneros atq; molles influere, quàm uarios canendi ſonos.

Influere nobis bonum dicitur, quod ultrò uenit. Senec. epiſtol. 51.

Senſim influere. Quint. lib. 1. cap. 2. 19.

Dolor influit menti. Ouid. ad Liuiam, 80.

Influere in animos hominum, pro Inſinuare ſe in gratiam hominum. Cic. 2. Offic. 44.

Influere in aures populi. Cic. de Amic. 78.

¶ Influens (ἰπιῤῥέων) Particip. ſiue nomen ex participio. Plin. lib. 31. cap. 4. 3, Mutant ſaporem & influentes riui.

Fortunæ influentis dona. Senec. Thyeſt. 6. 10.

Influentia negotia, Confertim ſiue ſimul & hubertim ruentia. Plin. in Paneg. 134.

¶ Influxus, huius influxus. Verbale. Firmic. libro 1. capite 1, Si ex ſolis ſtellarum influxibus pendeamus. Et alibi frequenter.

Infodio] infodis, penul. cor. infodi, penul. prod. (ὑπορύττω) infoſſum, infodere, Intus fodere. Cato cap. 3. 2. Vinea, ſi macra erit, ſarmenta ſua concidito minutè, & ibidem, marato aut infodito.

Infodere corpora terræ. Virg. lib. 11. Aen. 14.

Vnguibus infodiunt fruges. Virg. 4. Georg. 105.

Infodere ſulcum. Col. lib. 3. cap. 13. 4.

¶ Infoſſus, Particip. (ὑπορυγμένος) Plinius lib. 13. cap. 13. 2, Maiore etiamnum miraculo, quòd tot infoſſi duraverunt annis.

Puer

Puer infossus humo. Horat. Epod. 5.7.

Infœcundus] Adiect. (ἄγονος) Fœcundo contrarium, Non ferax, Sterile. Plin. lib. 11. cap. 54. 1, Oua incubari intra decem dies edita utilissimum est, uetera aut recentiora infœcunda. Col. lib. 2. cap. 4. 6, Infœcundior materia. Et Plin. li. 12. cap. 10. 1, Infœcunda folia.

Fons infœcundus. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 7.

Natura infœcunda. Stat. 3. Sylu. 1. 34.

Semina infœcunda. Virg. 2. Georg. 10.

¶ Infœcunditas, pen. cor. infœcunditatis, fœmin. gen. (ἀγονία) Sterilitas. Col. in Proœm. lib. 1. 1, Sæpenumero ciuitatis nostræ principes audio culpantes, modò agrorum infœcunditatem, modò cœli per multa iam tempora noxiam frugib. intemperiem.

Infœlix] infœlicis, pen. prod. om. ge. (δυσδαίμων, δύσμοιρος, δύστηνος, δύστλητος) contrarium Fœlici, Miser, calamitosus. Terent. Eunuch. 2. 2. 13,

At ego infœlix, neq; ridiculus esse, neq; plagas pati
Possum. Ibidem 5. 5. 1,
Pro fidem deûm facinus fœdû: ô infœlicem adolescẽtulũ.

Idem Adel. 4. 2. 1, Ne ego homo sum infœlix.

Infœlix & ærumnosus. Cic. 7. Verr. 127.

Animi infœlix. Virg. 4. Aeneid. 106.

Cura infœlix. Ouid. 2. Trist. 1.

Dolor infœlix. Ouid. 4. Trist. eleg. 8. 2.

Infœlix ingenium. Plin. in Præfat. 17.

Infœlix, Aduersus. Virg. libro 7. Aen. 62, Quæ potui infœlix, Id est, aduersa, Troianis irata. Seruius.

Infœlix, Non fœcundus, inquit Seruius. Virg. eclog. 5,

Infœlix lolium, ac steriles dominantur auenæ. Cicer. pro Rab. perduel. reo, 8, Caput obnubito, arbori infœlici suspendito.

Tellus infœlix frugibus. Virg. 2. Georg. 48.

Infœlix fama. Virg. 12. Aen. Seruius, Rerũ infœliciũ nuntia.

¶ Infœlicitas, pen. corr. (δυσδαιμονία, δυστυχία, δυσπραγία, δυσχίμια, δυσωχρία) Aduersa uel incommoda fortuna, Calamitas. Terent. Adelph. 4. 2. 6,

Quid hoc (malum) infœlicitatis? nequeo satis decernere.

Cic. 2. de Finib. 137, Beatè autem uiuere, alij in alio, uos in uoluptate ponitis: item contra omnem infœlicitatem in dolore.

Damnare infœlicitatis tempora. Vide Damno.

¶ Infœliciter, pen. cor. Aduerbium (δυστυχῶς) Terent. Eunuch. 2. 3. 37,

——dum sequor hanc, fit mihi obuiam. P. Incommodè hercle. CH. imò enimuerò infœliciter. Liu. 1. ab Vrbe, 197.

¶ Infœlicito, infœlicitas, pen. cor. infœlicitare, infœlicem & miserum facere. Plaut. Casin. 5. 32,

——dij me & te infœlicitent, si ego in os meum
Vini guttam indidi.

Informidatus] pen. prod. Non formidatus, abs quo nihil periculi timetur. Sil. lib. 15,

Hinc tacitè nectens informidatus adire, &c. Hinc, ea parte qua decedebat æstus maris. Nectens, cogitans, Informidatus, quia non timebant Carthaginenses ab illa urbis parte, propter mare: & ideo Scipio informidatus illuc irrupit in urbem.

Informis] & hoc informe (ἄμορφος, ἄσχημος) Sine forma. Plin. lib. 7. cap. 15. 1, Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens.

Informis res, & Formata, cõtraria. Author ad Her. lib. 4. 237.

Informes aluei. Liu. 1. bel. Pun. 96.

Informe cadauer. Virg. 8. Aen. 21.

Exitus repentinus, & informis. Tacit. lib. 5.

Hyemes informes. Horat. 2. Carm. ode 10. 3.

Lumus informis. Virg. 6. Aen. 83.

Nota informis. Propert. lib. 1. eleg. 5. 4.

Regna informia. Lucan. lib. 2. 2.

Situs informis. Horat. 2. epist. 2. 24.

¶ Informo, informas (ὑποτυπόω, σχηματοποιέομαι, ἀβοσκοίω, ὑπογράφω) informare, Rem aliquam inchoare, nec omnino perficere, sed principium operi quodammodo informe & impolitum dare: ut si aut figulus uasculum fingere, aut faber statuam dolare cœperit. Budæus, Informare rem aliquã, hoc est, summaria descriptione designare. Virg. 8. Aen. 35,

His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat. Cic. in Orat. 17, Referamus nos igitur ad eum quem uolumus inchoandum, & eadem eloquentia informandum. Ibidem, 4, At ego in summo Oratore fingendo talem informabo, quaiis fortasse nemo fuit. Idem 4. de Finib. 73, Quodq; dicitis informari non posse uirtutẽ, si quicquam nisi quod honestum sit, numeretur.

Informare arenas. Col. lib. 11. cap. 3. 11.

Informabitur in eam crassitudinem. Columel. libro secundo, cap. 2. 8.

Informare deos coniectura. Cic. 1. de Nat. deor. 54.

Effigiem informat Latiam. Silius lib. 17. 106.

Informare, Est certam morum formam animo imprimere. Cic. pro Archia, 2, Nam ut primùm ex pueris excessit Archias, atq; ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Budæus.

Oratorem informare. Quint. in Proœm. lib. 1. 27.

Animus bene à natura informatus. Cic. 1. Offic. 22.

¶ Informatio, Verbale (ὑποτύπωσις) Notio à natura animo impressa: hoc est, prænotio & prolepsis, quasi præsumpta notitia, & anticipata. Cic. 1. de Nat. deor. 62, Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus: id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest. Ibidem, 64.

Informatio uerbi. Cic. in Partition. 55, Ita primus ille status, & quasi conflictio cum aduersario, coniectura quadam: secundus autem definitione, aut descriptione atque informatione uerbi, &c. tractandus.

Inforo] inforas, pen. cor. (ἐναγωράω) Inforare, à foro compositum, significat Dicere, seu in forum diuulgare, aut in forum uocare. Plaut. Curcul. 8. 31,

Licéne inforare, si incomitiare non licet? C. nõ inforabis
Me quidem: non mihi placet tuum profectò nec forum nec comitium.

Inforare, perforare, à foro, foras. Plin. lib. 17. cap. 14. 3, Timebant prisci truncum fundere. Mox inforare ausi medio. Ipsiq; medullæ calamum imprimebant, unum inserentes.

Infortunatus] pen. prod. Adiect. (δυστυχὴς) Calamitosus, ærumnosus. Terent. Eunuch. 2. 3. 7, O infortunatum senem. Cic. ad Attic. lib. 2. 39. 8.

¶ Infortunium (ἀτυχία, ἀτύχημα, δυστύχημα) Calamitas, ærumna.

Crassum infortunium. Vide Crassus.

Mediocre infortunium. Vide Mediocris.

Infortunium ferre. Terent. Adel. 2. 1. 24.

Infortunium habere, Calamitosum esse. Liuius 1. ab Vrbe, 222.

Inuenire infortunium. Vide Inuenio.

Tua me infortunia ledent. Horat. de Arte, 21.

Mactare in fortunio. Vide Macto.

Exultare

Multare infortunio. Vide Multa, multæ.

¶ Infortunitas, penult. cor. (ἀτυχία) Gel. lib. 6. cap. 1, Itidem sunt bona & mala, fœlicitas & infortunitas, dolor & uoluptas Inusitatum.

Infossus] Vide Infodio.

Infra] præpositio (ὄντερθι, νέρθε, ὑπένερθι) accusatiuo casui seruiens, cui contrarium est Supra. Plaut. Truc. 7. 20, Sed assentio aperiri fores: quæ absorbent quicquid uenit infra pessulos. Col. lib. 8. cap. 5.

Infra & supra. Cic. 4. Acad. 225, Supra, infra, dextra sinistra, ante post.

Infra ad personam refertur, siue ad dignitates. Terent. Eunuch. 3. 2. 36, Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos Homines. Id est, Quem ego posthabeo etiam infimis.

Infra ætatem. Liu. 8. bell. Pun. 233.

Infra censum & ingenium alicuius. Horatius 2. Serm. Satyr. 1. 15.

Infra se putare uel iudicare aliquid. Plin. in Paneg. 128.

Infrà, Aduerbium est quando sine casu ponitur. Plaut. Truc. 3. 12, Infrà sin iecit rete, piscis ne effugiat cauet.

Infrà quàm, ut Suprà quàm. Cic. 2. de Nat. deor. 203, Ipsius autem partes eæ quæ sunt infrà quàm deuoratur, dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur. Ita legit Budæus. Alia exemplaria habent, infra id quod.

Multo infrà, pro Minoris pretij. Plin. lib. 19. cap. 3. 3, Nascitur in Perside largè, sed multò infrà Cyrenaicum.

Infractio, Infractus] Vide Infringo.

Infræno] infrænas (ἐγχαλινόω) infrænare, Propriè est equis frænis imponere. Liu. 7. bel. Maced. 84, Pauci stabant impasuidi equi, eos ipsos non sternere, non infrænare, aut ascendere facilè poterant.

Currus infrænant alij. Virgil. 12. Aen. 58. Currus, id est, equos. Seruius.

Iufrænare nauigia anchoris, pro Cohibere & detinere ne longius progredi possint. Plin. lib. 9. cap. 31. 5.

Infræuare & domare. Plin. lib. 32. cap. 1. 1.

¶ Infrænatus, pen. prod. Particip. (ἐγχαλινωτὸς) Liu. 7. bell. Maced. 81, Non stratos, non infrænatos magna pars habebant equos. Hoc est, non frænatos, seu frænis munitos.

Infrænati equites, Quorum equi frænos non habent. Liu. 1. bel. Punic. 162.

Manipuli infrænati. Silius lib. 4. 64.

¶ Infrænus, Adiectiuum (ἀχάλινος) Sine fræno.

Infrænus cursus, per translationem. Col. lib. 10. 22.

Infragilis] pen. cor. Adiect. (ἄῤῥηκτος) Quod frangi nõ potest. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 11,

Si uox infragilis, pectus mihi firmius esset,
Pluráq; cum linguis pluribus ora forent.

Animum infragilem tenere. Ouid. ad Liuiam, 71.

Infragilis adamas. Plin. lib. 20. in Proœm. 2.

¶ Infrangibilis, pen. cor. Adiect. Qui frangi nequit. Seneca de Vita beata, Quum tibi dicam, summum bonum est infrangibilis animi rigor & prouidentia, subtilitas, sanitas, libertas, decor: aliquid ultrà quærit?

Infremo] infremis, pen. cor. infremui (ἐμβρέμομαι) Infremere. Silius lib. 3. 47.

Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremait, trepidumq; exterruit orbem.

Infrendeo] infrendes, infrendui (ἐμβρύχω) infrendere, Valde frendere. Propriè significat dentes præ nimia ira concutere & inuicem collidere. Virg. 3. Aen. 132,

Dentibus infrendens gemitu, graduráq; per æquor
Iam medium.

Infrequens] pen. corr. o. g. (ἄπυκνος, σπάνιος) parũ frequẽtatum: ut, Infrequens forum, in quo pauci conueniunt.

Infrequens Senatus, Paucorum Senatorum conuentus. Liu. 3. ab Vrbe, 25. Cic. ad Quin. frat. lib. 2. 14. 1, Nam pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegisset.

Infrequens, Qui non frequentat. Vnde Infrequens miles dicitur à Festo, qui diutiùs abest à signis. Plaut. Truc. 5. 18, Quin ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. Plin. de Viris illust. 43.

Infrequens sum Romæ. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 24. 12.

Cultor infrequens deorum. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.

Infrequens, cum genitiuo. Gell. lib. 13. cap. 23, Infrequens sum uocum Latinarum.

¶ Infrequentia, huius infrequentiæ (ἀσαφία) Raritas & paucitas. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 18. 3, Summa infrequentia, quũ uellet exire, à Coss. retentus est. Liu. 2. ab Vrbe, 100, Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

Infricò] infricas, pen. corr. infricaui, & infricui, infricatum, (σὺν τρίβω) infricare, Idem quod Fricare, & fricando contundere, uel fricando etiam illinere. Dicimus autem Infricare uas cinere, & Cinerem infricare uasi. Colum. lib. 12. capit. 30. 2, Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato & oblinito. Plin. lib. 30. cap. 3. 8, Et ideo tolerabilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem exacto infricare.

¶ Infricatus, pen. prod. Part. (σὺν τριφθεὶς) Plin. lib. 26. cap. 8. 42, Et infricata polemonia, aristolochiæ decocto foliis.

Infrigo] infrigis, pen. prod. infrixi, infrictum (σὺν τυγανίζω) Simul frigo, uel in patella, aut alio quouis instrumento. Plinius libro 20. cap. 13. 13, Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum, Ex uetusto tamẽ codice legitur, infractam. De ruta.

Infringo] Infringis, infregi, pen. prod. infractum (ἐμπλάττω) infringere. Idem quod frangere, & frangẽdo comminuere. Plin. lib. 22. cap. 6. 7, Ne insidens ales infringat.

Lilia infringere. Ouid. 10. Metam. 39.

Lingua infringitur. Lucret. lib. 3. 32.

Lumbos & latus infregi liminibus. Horat. Epod. 11. 5.

Vestes infringere. Ouid. 9. Metam. 42.

Infringere aliquem, per translationem. Cicero ad Atticum libro 7. 12. 2.

Animos infringere. Liu. 8. bel. Maced. 68.

Colaphum infringere. Terent. Adel. 2. 1. 46,

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.

Vbi Donatus, Vt illudens hoc feciſſe Aeschinus uideatur, cum sonitu se colaphizatum significat. Infregit autem, illisit, inflixit: ut sit sensus, Inflixit homini misero plusquam quingentos colaphos.

Conatus aduersariorũ infringere, Amoliri. Cæs. 2. bel. Ciu. 86

Deos infringere humili precatu. Stat. 1. Achil. 29.

Difficultatem montis infringere. Col. lib. 2. cap. 4. 8.

Dignitatem alicuius infringere. Cic. pro Corn. Balbo, 11.

Ius infringere. Tacit. lib. 4.

Spem infringere. Cic. in Orat. 4.

Vim militum infringere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 359.

Vires alicuius infringere. Propert. lib. 1. eleg. 13. 4.

Grauiter infringendo. Lucret. lib. 6. 29.

¶ Infractus. Particip. (ἐμπλαδεὶς) Col. lib. 8. cap. 17. 11,

Nuces digitis infractæ sunt dandæ.

Infractus, Valde fractus. Virg. 12. Aen. 1,

Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos
Defeciſſe uidet. Seruius tamen maiorem esse sensum cõtendit, si infractos intelligamus pro robustis & ualidis: hoc est, qui prius solebant infracti esse.

Infractus, Non fractus. Plin. lib. 8. cap. 50. 3, Mares quàm maximè

Digitized by Google

ximè simos, longis auriculis infractisq; , armis quàm illo-sissimis probant. Nisi fortè infractas auriculas intellexeris, non erectas, pendulas quasi fractæ sint.

Aeno infracto. Silius lib. 15. 128.

Infractus animus: cui opponitur Confirmatus. Cic. Post reditum ad Quirites, 16, Eum tamen uidi, quum esset summa senectute, non modò non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atq; renouato. Budæus hic legit, Non modò non infracto animo, ut infractus non fractum significet.

Ira infracta cessitit. Ouid. 6. Metam. 126.

Loquela infracta. Lucret. lib. 5. 47.

Minæ infractæ. Silius lib. 7. 25.

Infracta oratio. Liu. 8. bel. Maced. 56.

Infracta res. Cic. ad Attic. lib. 9. 18. 15.

Veritas pluribus modis infracta. Tacit. lib. 17.

Torpent infractæ ad prælia uires. Virg. 9. Aen. 103.

Virtus infracta. Stat. 2. Achil. 43.

¶ Infractio, Verbale (ἐπίκλασις) ut, Infractio animi, pro Inconstantia, uel fractione. Cic. 3. Tusc. 25, Verisimile est igitur in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

Infrio] infrias (ἰπιλεάω) infriare, Idem quod friare, et in minutas partes comminuere. Colum. libro 8, capit. 5. 16, Atq; ita paulum triti salis uulneribus infriatur. Idem libro 7. capit. 5. 11, Superfusoq; aceto, uel æris ærugine infriata.

Infrons] infrondis, Adiectiuum uel hic & hæc Infrondis, & hoc infronde. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10.

Hic agri infrondes, hic spicula tincta uenenis. Hoc est, agri sine frondibus et arboribus.

Infructuosus] pen. prod. Adiect. (ἄκαρπος) Quod fructum non fert. Colum. lib. 11. capit. 2. 24, Post quem diem sera & infructuosa fit huiusmodi rerum cultura. Idem lib. 8. capit. 4, Infructuosas uites, fœcundas sic facito.

Infructuosæ preces, Vanæ, frustra factæ, & ex quibus nihil ei qui rogat, fructus aut utilitatis prouenit. Plinius epistol. 176. b.

Infrunitus] Adiect. (ἄφρων) Insipiens ac stolidus, qui nulli usui est, A Græco deducta dictio. nam Græci ἄφρονα demẽtem dicunt. Ruell. lib. 2. cap. 40, Vnguentum in lenticula, Prouerbium est, in eos iactari solitum, qui nullo rerum discrimine quas agunt aut dicunt, pari nixu cuncta moliuntur: quos ut apud Senecam & Gellium, infrunitos appellamus, Græcè cacozelos & apirocalos. Seneca de Vita beata, usurpat pro stolidè iactabundo, Alterum, inquit, infruniti est animi, alterum timidi ac pusilli.

Infuco] infucas, pen. prod. (ἀγχυσίζω) infucare, Fuco tingere. Cicero 3. de Orator. 56, In scriptis & in dictis non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata uitia noscuntur.

Infucare aliquid, Tegere ita fallaciam, ut non deprehendatur. Plaut. Milit. 9. 46.

Infula] huius infulæ, pen. corr. (μίτρα) Fascia in modum diadematum, ut inquit Seruius in decimum Aeneid. à qua depẽdẽt uittæ ab utraq; parte. Festus, Infulas, sacerdotũ flaminũ uocabant antiqui. Alij scribunt infulas, filamenta alba esse, quibus templa ornabantur: & moris fuisse, ut nubentes, priusquàm mariti domum ingrederentur, infulis postes ornarent. Cic. 3. de Orat. 46, Pamphilum q; nescio quem sinamus in infulis tantam rem, tanquam pueriles delitias depingere. Idem 6. Verr. 99, Præstò mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt. Liuius, Velata nauis infulis & ramis oleæ, Scipioni occurrit in portu Carthaginis.

Velamenta & infulæ. Tacit. lib. 9.

Infula uirgineos circundata comptus Lucret. lib. 1. 17.

Lanea dum niuea circundatur infula uitta. Virgilius 3. Georgic. 96.

Infulcio] infulcis, infulcire, pro Ingerere. Senec. epist. 115, Non desinit omnibus locis hoc uerbum infulcire.

Infulgens] ἰπιστίλβων, Particip. sine uerbo, Idem quod fulgens. Catul. Argon. 59. 78,

Sæpe pater dictum templo infulgente reuisens, &c.

Infumo] infumas, pen. prod. (ὑπονατρίζω) infumare, Ad fumum siccare. Plaut. Atq; hilas infumatas & fumen. Plinius libro 28. cap. 9. 16, Et infumata pilis oculorum medetur. De ceruſa.

¶ Infumibulum, li, Vide Infurnibulum. nam aliqui apud Plin. non Infurnibulum, neq; infundibulum, sed infumibulum legunt.

Infundo] infundis, infundi, infusum, penultima producta (ἐγχέω, εἰσχέω, ἰπιχέω, ἰπιβρέχω, ἀποβρέχω) Infundere, Intus fundere.

Poculum infundere. Horat. Epod. 5. 17.

Iufundere faucibus. Colum. lib. 6. cap. 6. 2.

Infundere in naribus, & in uas. Colum. lib. 6. cap. 4. 2. Cicer. 1. Tuscul. n. 94, Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam aliquod uas ea quæ memimus, infundantur?

Infundere per nares. Colum lib. 6. cap. 5. 3.

Infundere in alienum genus. Cic. de clar. Orat. 31.

Infundere orationem in aures alicuius. Cicero 2. de Orator. 193.

Infundere uitia in ciuitatem. Cic. 3. de Legib. 47.

Infundere alicui uenenum. Cic. 11. Philip. 298.

Infundere cribro, pro In cribrum. Senec. de Benef. 7.

Infundere, Supra fundere. Virgil. 1. Georg.

Certatim largos humeris infundere rores.

¶ Infusus, pen. prod. Participium (ἐγχυθεὶς) Plin. lib. 20. cap. 13. 5, Infuso in aures succo.

Collo infusus amantis. Ouid. epist. 2. 19.

Infusa terræ maria. Plin. lib. 32. cap. 11. 1.

Mens infusa per artus. Virg. 6. Aeneid. 145.

Pax infusa per æquora. Silius lib. 7. 52.

Infusus populus. Virg. 5. Aeneid. 110.

Infusus sol. Virg. 9. Aen. 96. subauditur terris.

¶ Infusus, huius infusus, penult. prod. masc. gen. (ἔγχυσις) Plinius libro 24. cap. 6. 3, Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitum.

¶ Infusio, Verb. Idem (ἐπίχυσις) Plin. lib. 20. cap. 21. 6, Vuluæ & cibo & infusione mollit in oleo.

¶ Infundibulum, pen. cor. (χώνη) Instrumentum quo in uasa infundimus liquores. Col. lib. 3. cap. 12. 2, Raram supra modum uelut per infundibulum transmittere imbres.

Infundibulum, Vitruuius lib. 10. cap. 10. uocat illud quod paulatim frumentum molis suggerit. Budæus.

Iufurnibulum] pen. corr. Pala qua panes in furno disponuntur.

Infurnibulum apud Plin. lib. 24. cap. 15. 6. In quibusdam exemplaribus legitur, Radix eius imponitur carbonib. cupressis: atq; is nidor per infurnibulũ imbibitur in uetere tussi. Vbi Hermolaus, per infurnibulum: uetusti codices, per infundibulum: non displicet per infurnibulum, quia Græci hoc genus hauriendi fumi nidoris q; hypocapnismon appellant.

Infuſco] infuscas (ἰμφαίω) infuscare, Fuscum reddere. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Infuscata aqua absconduntur. Id est, obscurata & turbida facta, uel turbata. Idem lib. 2. cap. 51, Quæ humida, non urunt, sed infuscant. De fulminibus.

Infuscatum & nigrum. Col. lib. 11. cap. 2. 51.

Sanie

Sanie infuſcatur arena. Virg. 3. Georg. 97.
Infuſcare uellera. Col. lib. 7. cap. 3. 2.
Maculis infuſcet uellera pullis. Virgil. 3. Georg. 78.
Infuſcari barbarie, Coinquinari. Cic. de clar. Orat. 139.
Infuſcare pectus iiuuie ſcabrum. Cic. 3. Tuſculan. 46. Ex quodam poeta.
Infuſcatus maleuolentia, Deprauatus, conſpurcatus. Cicer. pro Plancio, 17.
Infuſcare ſaporem, Corrumpere & deteriorem reddere. Colu. lib. 12. cap. 19. 2.
Infuſcare ſonum. Plin. lib. 10. cap. 29. 6.
Infuſcare uinum, pro aqua Diluere. Plaut. Ciſtel. 2. 15.
¶ Infuſcus, Adiect. (φαιὸς) Idem quod fuſcus. Col. lib. 9. ca. 10, Quidam etiam infuſci atq; hirſuti reperiuntur.

Ingemino] ingeminas, pen. cor. (ἐπιδιπλασιάζω) ingeminare, Idem quod ſimplex, niſi quid addat compoſitio, ut frequentius geminare ſignificet. Virgil. 1. Georg.

Tum liquidas cerui preſſo ter gutture uoces
Aut quater ingeminant.

Hoſtiles ingeminauit opes. Ouid. 6. Faſt. 114.
Ingeminare, Neutrum. Virg. 1. Georg. 67, —ingeminant Auſtri, & denſiſſimus imber. Seruius, Ingeminant, pro Ingeminantur, poſitum eſſe aſſerit.
Clamor ingeminat. Virg. 5. Aen. 46.
Curæ ingeminant. Virg. 4. Aen. 107.
¶ Ingeminatus, pen. prod. Particip. (ἀδιπλασμός) ut, Mobilitas ingeminata. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 9.

Ingemo] ingemis, pen. cor. ingemui, ingemitum, penul. corr. (ἐπιστενάω, καταστενάω) ingemere, Idem quod Gemo. Virg. 1. Georgic. 4, Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere.

Agris ingemere. Tacit. in lib. de Germanis.
Laboribus ingemens. Horat. Epod. 5. 7.
Proprijs ingemuiſſe malis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 2.
Nemo morituro ingemit. Senec. Herc. Oeth. 13. 17.
Iacentem ingemuere Inachidæ. Stat. 9. Thebaid. 1.
Solum ingemuit. Ouid. 14. Metam. 81.
¶ Ingemiſco, ingemiſcis, ingemui (ἐνεάχω) ingemiſcere, Idem quod primitiuum. Cic. 2. Tuſ. 35, Quem uidit nemo ulli ingemiſcentem malo. Ex quodam poeta. Idem 1. de Orat. 117. Vide Inclamo.

Ingenero] ingeneras, pen. cor. (ἐμφύομαι) ingenerare, Notæ ſignificationis. Cic. 5. de Finib. 59, Et illum appetitũ rerũ à natura accommodatarum ingeneratum putauerunt omnibus qui continentur ea commendatione naturæ, qua ſeipſi diligunt.

Deus ingenerat iras. Stat. 4. Thebaid. 46.
Ingenerantur hominibus mores à ſtirpe generis, uel ex his rebus: pro Creantur. Cic. pro lege Agraria, 92.
Ingenerat amorem in eos, &c. Cic. 1. Offic. 20.
Ingenerauit natura ſocietatem utriſque. Liuius 5. ab Vrbe, 124.
Ingenerata familiæ tuæ frugalitas. Cic. pro Seſtio, 16.
¶ Ingeneraſco, ſcis, ſcere, Idem quod Ingenero, à quo deſcendit, ut à Labo, Labaſco, ab Integro, Integraſco, &c. Lucret. lib. 3.

Et cum cætera de genere hoc, cur omnia membris.
Ex ineunte æuo ingeneraſcunt, inq; genuntur.

Ingenitus] Vide Gigno.
Ingeniculus] culi, pe. cor. qui Græcis Engonaſis dicitur. Firmicus lib. 8. cap. 17. L'agenouille. Vide Engonaſis.

Ingenium] ingenij, à gignendo (σύφυια, ἀγχίνοια, τὸ) Proprie natura dicitur cuique ingenita. Plaut. Bacch. 5. 42.

Imò ingenium auidi haud pernoram hoſpitis. Terent. Andr. 1. 1. 66,

Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi. Vbi Donatus, Ingenijs, hominib. Idem Heaut. 1. 1. 99,

Ingenio te eſſe in liberos leni puto.

Ingenium patris habet quòd ſapit: id eſt, moribus aut prudentia ſimilis eſt patri, ſiue patrem refert moribus. Plaut. Pœnulo 18. 26.
Ingenio ſuo uiuere. Liu. 3. ab Vrbe, 146.
Ingenium cœnæ, pro Artificioſo uel ingenioſo apparatu. Plin. in Paneg. Ergo non aurum, nec argentum, nec exquiſita ingenia cœnarum, ſed ſuauitatem tuam miramur.
Ingenium, Vis quædam naturalis nobis inſita, ſuis uiribus præualens ad inueniendum quod ratione indicari poſſit. Cic. 5. de Finib. 63, Prioris ingenij eſt docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine.
Feruidus ingenio. Ouid. 14. Metam. 97.
Mobiliſſimus ingenio. Tacit. lib. 17.
Sæuior ingenio. Ouid. 1. Metam. 97.
Acies acris ingenij. Vide Acer adiectiuum.
Acumen ingeniorum. Vide Acumen.
Experientis ingenij eſt amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 7.
Feruidus ingenij. Silius lib. 17. 84.
Præcox genus ingeniorum. Quint. lib. 1. cap. 3. 3.
Gratia ingenij. Quint. in Procem. lib. 1. 4. Hoc eſt, laus.
Igniculi ingenij. Quint. in Procem. lib. 6. 7.
Magnitudo ingenij. Cic. 4. Acad. 4.
Monumenta ingeniorum. Quint. lib. 3. cap. 7. 12.
Natura humani ingenij. Quint. in Procem. lib. 1. 15.
Succus ingenij. Quint. in Procem. lib. 1. 18.
Tarditas ingenij. Quint. lib. 1. cap. 1. 1.
Vena benigna ingenij. Horat. 2. Carm. ode 18. 2.
Velocis ingenij uigor. Ouid. 8. Metam. 51.
Virtutes ingenij. Quint. in Procem. lib. 6. 8.
Ingenium abruptum. Vide Abrumpo.
Acre ingenium. Cic. in Orat. 49. Item, Vir acerrimo ingenio. Vide Acer.
Acutum ingenium, cui contrarium eſt Obtuſum. Cic. 1. de Diuinat. 135. Vide Acuo.
Ambiguum ingenium. Vide Ambiguus.
Aptus ingenium flammis. Ouid. 14. Metam. 6.
Bonum. Vide Bonus.
Cæleſte. Ouid. 1. de Arte, 37.
Candidum. Horat. Epod. 11. 3. Tacit. lib. 5.
Capax. Ouid. 8. Metam. 107.
Confirmatum & corroboratum. Vide Confirmo.
Copioſiſſimum. Vide Copia.
Diues. Ouid. 2. Triſt. 67.
Durum. Horat. 3. Carm. ode 21. 3.
Eminens. Quint. in Procem. lib. 6. 2.
Exercitum adulatione ingenium. Tacit. lib. 20.
Eximium uel præſtans ingenium. Cic. 5. Tuſc. 95.
Expertum ingenium. Tacit. lib. 20.
Ingenium rapido feruentius amni. Horatius 1. Sermon. Satyr. 10. 13.
Fortius ingenium. Ouid. epiſt. 18. 2.
Ingenium fortunatius arte. Horat. de Arte, 60.
Grande doloris ingenium. Ouid. 6. Metam. 115.
Hebetatum ingenium, fractum, contuſum, tardum. Plin. epiſtol. 167. d.
Huberius. Ouid. 2. Triſt. 15.
Ignotum. Tacit. lib. 20.
Illuſtre. Tacit. lib. 20. Cic. pro Cælio, 1.
Imbecillum. Quint. lib. 2. cap. 8. 7.
Immanſuetum. Ouid. 15. Metam. 17.

Importu-

Digitized by Google

Importunum. Vide Importunus.
Iucundum & elegans ingenium. Quintil. lib. 5. cap. 13. 38.
Inquietum. Vide Inquietus.
Insanabile. Vide Insanus.
Integrum. Vide Integer.
Inuerecundum. Vide Inuerecundus.
Liberale. Vide Liber.
Liberius ingenium, quàm uirginẽ decet. Liu. 4. ab Vrbe, 192.
Magnum. Cic. 4. Acad. 1.
Malum. Quintil. lib. 1. cap. 3. 2.
Medium. Vide Medius.
Mediocre. Vide Mediocris.
Indocile. Senec. Thyest. 3. 5.
Iners. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Infœlix Vide Infœlix.
Ingens. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 7.
Inhumanum. Terent. Eunuch. 5. 2. 41.
Memorabile. Vide Memor.
Mite. Ouid. 13. Met. m. 38. Iuuenal. Satyr. 4. 9.
Mobile. Vide Mobilis.
Molle. Ouid. epist. 21. 17.
Obnoxium. Vide Obnoxius.
Par. Cic. pro Corn. Balbo, 2. Vide Par.
Parum. Horat. 1. epist. 3. 5. Vide Parus.
Peracre. Cic. 3. de Orat. 127.
Pingue. Ouid. 11. Metamorph. 30.
Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. Tacit. lib. 1.
Pudicum ingenium. Terent. Hecyra, 1. 2. 77.
Rectum utroq; uorsum ingenium. Plaut. Capt. 7. 8.
Rude ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Solers ingenium. Senec. Thebaid. 1. 48.
Subactum ingenium. Cic. 2. de Orat. 71.
Tardum ingenium. Cic. 2. de Orat. 64.
Velox ac mobile ingenium. Quintil. libro 6. capite 4. 6. Iuuen. Satyr. 3. 8.
Venerabile ingenium. Iuuenal. Satyr. 15. 15.
Acuere ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 4. 6. Vide Acuo.
Aequiparans ingenium mores. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 9.
Alere ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6.
Assequi ingenium. Vide Assequor.
Auferre famam ingenij. Quintil. lib. 4. cap. 1. 38.
Certare ingenio. Lucret. lib. 2. 3.
Claudicat ingenium. Lucret. lib. 3. 92.
Vires ingenij comminuere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 7.
Conferre ingenium. Vide Confero.
Consumere ingenium in Musicis. Vide Consumo.
Ab ingenio alicuius declinare. Vide Declino.
Deficit ingenium. Ouid. 2. Fast. 25.
Liuor detrectat ingenium Homeri. Ouidius 1. de Remed. amor. 73.
Ab ingenio alicuius dissidere. Ouid. epist. 7. 7.
Vela dare ingenio. Ouid. 3. Fast. 158.
Exercere ingenium multiplici, uariaq; materia. Quintilianus lib. 2. cap. 4. 15.
Facere ingenium alicui. Propert. lib. 2. eleg. 1. 1.
Mala fregerunt ingenium meum. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 7.
Habere ingenium in numerato. Quintil. lib. 6. cap. 3. 77.
Multum ingenij habere ad fingendum. Cic. pro Fonteio, 25.
Lactandi ingenij gratia. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3.
Oracula inuestigata ingenijs. Ouid. 15. Metam. 30.
Imbuere ingenium artibus. Vide Imbuo.
Immutare ingenium moribus. Vide Immuto.
Immutatur ingenium coactum egestate. Vide Immuto.
Induere sibi ingenium nouum. Vide Induo.



Ingurgitare ingenium poculis. Vide Ingurgito.
Laborare ingenio. Vide Laboro.
Manent ingenia senibus. Vide Maneo.
Labores minuunt ingenium. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 3.
Ab arte mollitur ingenium. Ouid. 3. de Arte, 109.
Noscere ingenium. Vide Nosco.
Ornatus bono ingenio. Vide Ornatus, in Orno.
Ingenium & naturam pueri perspicere. Quintilianus, libro 1. capite 4.
Seruire ingenio. Propert. lib. 1. eleg. 7. 2.
Subdere stimulos ingenij. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 16.
Ingenium substitit malis. Ouid. epist. 21. 40.
Ingenia ita mihi sunt. Plaut. Cistel. 5. 7.
Ingenio diuino esse. Cic. 4. Acad. 209.
Tractare ingenia. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18.
Valere ingenio. Quintilian. libro 1. capite 8. 6. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 3.
Ad ingenium redire, siue reuerti. Terent. Hecyra, 1. 2. 38,
— si mihi fidem
Das te taciturum, dicam. PH. ad ingenium redis. Vbi Budæus ex Donato, A se discesserat seruus loquax, qui aliquãtisper tacere abstinuerat. Cic. 1. Verr. 31, Redijt ad se.
Ingenium soli, siue terræ. Plin. lib. 14. cap. 1. 2, Succiq; tantum gratia ex his plurib. modis ad cæli mores soliq; ingenia.
Ingenia lactis & proprietates. Gell. lib. 12. cap. 1.
¶ Ingeniosus, penult. prod. Adiect. (εὐφυὴς, ἀγχίνους, δαίδαλος) Ingenio optimo & alacri præditus. Cic. 5. de Finibus, 64, Prioris generis est docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine: eaq; uirtutes qui habent, ingeniosi uocantur. Idem pro Cluent. 38, Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus.
¶ Ingeniosior. Cic. pro Rosc. Com. 18, Quo quisq; est solertior, & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius.
Ingeniosus ad rem aliquam. Ouid. epist. 2. 5.
Furtum ingeniosus ad omne. Ouid. 11. Metam. 63.
Ager ingeniosus ad segetes. Ouid. 4. Fast 137.
Egestas ingeniosa. Claud. de raptu Proserp. 3. 7.
Ingeniosus in. Mart. lib. 1. 29,
Improbè facit, qui in alieno libro ingeniosus est.
In meas pœnas ingeniosus eram. Ouid. 2. Trist. 69.
In suam culpam ingeniosus. Ouid. 2. Trist. 58.
Res ingeniosa est. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 13.
Ingeniosa gula. Martial. lib. 13. 62.
Ingeniosa miracula fecit natura. Plin. lib. 7. cap. 2. 23.
Vox mutandis ingeniosa sonis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 4.
¶ Ingeniosè, pen. prod. Aduerb. (εὐφυῶς) Subtiliter, & cum ingenio. Cic. 1. de Inuent. 13, Nam satis in ea uidetur ex antiquis artibus ingeniosè & diligenter electas res collocasse. Plin. lib. 15. cap. 13. 2, Nec aliud pomum ingeniosius geminatum est.
Ingeno] ingenis, Idem quod Ingigno. Verbum est antiquum. Lucret. lib. 3,
Ex ineunte æuo ingeneratscunt, inq; genuntur.
Ingens] huius ingentis, omn. gen. (συμμεγέθης, πανμεγέθης, μεγάθους, τελαυγὴς) Dicitur, ut inquit Festus, augendi consuetudine ut, Inclamare, Inuocare. Quia enim gens, populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus ualde magnum.
Aceruus ingens. Virg. 1. Georg. 37.
Ingens Achilles. Vide Achilles.
Amore ingenti perculsus. Virg. 2. Georg. 96.
Ingens animus, Fortis, magnus & constans. Plinius in Paneg. 103. Sic apud Horatiũ libro 2. Serm. Satyr. 7, Ingens uirtus atq; animus.



Digitized by Google

*Animos ingentes tollere.* Virg. 2. Georg. 41.
*Arbos ingens.* Virg. 2. Georg. 27.
*Argentum.* Virg. 1. Aeneid. 129.
*Argumentum.* Virg. 7. Aeneid. 158.
*Bellum.* Virg. 1. Aeneid. 54.
*Cædes.* Virg. 9. Aeneid. 50.
*Cauerna.* Virg. 2. Aeneid. 4.
*Clamor.* Virg. 9. Aeneid. 8.
*Concursus.* Virg. 5. Aeneid. 121.
*Confidentia.* Terent. Andr. 5. 3. 5.
*Corpus.* Virg. 1. Aeneid. 40.
*Curæ ingentes.* Virg. 1. Aeneid. 43.
*Dolor.* Virg. 5. Aeneid. 35.
*Facinus.* Terent. Adelph. 4. 7. 3.
*Flagitium.* Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 17.
*Fletus.* Virg. 5. Aeneid. 152.
*Fragor.* Virg. 8. Aeneid. 103.
*Gaudium.* Plin. lib. 7. cap. 42. 1.
*Genus ingens à proauis.* Virg. 12. Aeneid. 46.
*Gladius.* Tacitus in uita Agricolæ.
*Gloria.* Virg. 2. Aeneid. 65.
*Ingentes gratias agere.* Terent. Eunuch. 3. 1. 2.
*Ignis.* Plaut. Capt. 13. 74.
*Ingentes impensæ, quæ & sumptuosæ dicuntur: hoc est, magni sumptus.* Liuius 4. bell. Maced. 212.
*Ira ingentes concipit.* Ouid. 1. Metam. 34.
*Letitia.* Virg. 3. Aeneid. 20.
*Luctus.* Virg. 6. Aeneid. 174.
*Machina.* Horat. 2. epist. 2. 15.
*Metus.* Virg. 6 Aeneid. 98.
*Moles.* Virg. 5. Aeneid. 24.
*Murmur.* Ouid. 7. Metam. 131.
*Ingentis nominis rex.* Liu. 10. bell. Pun. 78.
*Obsidio.* Virg. 8. Aeneid. 127.
*Paratus.* Tacit. lib. 18.
*Ingens pecunia. Multa & numerosa.* Cic. pro lege Agrar. 71.
*Pluuia.* Virg. 1. Georg. 65.
*Pudor.* Virg. 10. Aeneid. 172.
*Rus.* Virg. 2. Georg. 83.
*Saxum.* Virg. 6. Aeneid. 124.
*Sonitus.* Virg. 2. Georg. 62.
*Ingentis spiritus uir.* Liu. 1. bell. Pun. 4. in Præfat.
*Stridor.* Virg. 7. Aeneid. 13.
*Ingens testis factus inimici.* Plin. lib. 7. cap. 30. 2.
*Vagitus.* Virg. 6. Aeneid. 86.
*Venus.* Virg. 1. Georg. 66.
*Virtus.* Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 21.
*Vitium.* Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 19.
*Vmbram.* Virg. 2. Georg. 98.
*Vox.* Virg. 1. Georg. 95.
*Animi ingens.* Virg. 11. Aeneid. 28.
*Armis ingens.* Virg. 11. Aeneid. 128.
*Corpore ingens.* Idem ibidem.
*Eloquio ingens.* Stat. 1. Sylu. 4. 15.

**Ingenuus**] Adiect. (εὐγενής, γνήσιος, ἐλεύθερος) Qui in libertate natus est. Et ab ingenuorum antiquitate, ut Boetius in Topicis inquit, gentilitas ducitur. Plaut. Pœn. 14. 72,

Quis Adelphasium, quam herus deamat tuus, ingenua est. Terent. Phorm. 1. 3. 16,

Vt ne addã, quòd sine sumptu, ingenuã, liberalẽ nactus es.

*Ingenuus, relatiuum est libertini.* Plaut. Milit. 10. 188, Ingenuã an libertinam? Liu. 3. ab Vrbe, 241.
*Amor ingenuus.* Horat. 1. Carm. ode 27. 4.
*Animo ingenuo facere aliquid.* Catul. ad Mallũ, epigr. 63. 8.
*Artes ingenuæ, siue disciplinæ: id est, liberales, & ingenuis, hoc est, liberis dignæ.* Cic. 2. de Fmib. 109. Idem, Vt omittam has artes elegantes & ingenuas.
*Color ingenuus.* Propert. lib. 1. eleg. 4. 3.
*Corpus ingenuum.* Ouid. epist. 5. 29.
*Crines ingenui.* Stat. 2. Sylu. 1. 9.
*Crux ingenua, Quæ ingenuo animo & libero suscepta est.* Mart. lib. 10. 82.
*Facies ingenua, quæ & liberalis dicitur: hoc est, elegans.* Plaut. Pœnul. 16. 17.
*Facta ingenua, Viris ingenuis digna: hoc est, nobilia.* Plaut. Milit. 13. 17.
*Genæ ingenuæ.* Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.
*Ingenua gula, ironicè.* Martial. lib. 6. 11,

Non minus ingenua est & mihi, Marce, gula.

*Pudor ingenuus.* Catull. in Epithal. Mallij, 56. 17.
*Puer ingenuus.* Horat. 3. Carm. ode 24. 11.

¶ Ingenuitas, pen. cor. ingenuitatis (εὐγενεία) Liberalitas, nobilitas, honestas. Cic. 3. Verr. 108, Vestitus enim neminem commouebat is quem illi mos & ius ingenuitatis dabat. Idem 2. de Orat. 134, Præstet idem ingenuitatem & ruborem suum uerborum turpitudine, & rerum obscœnitate uitanda. Idem 3. Verr. 79, Detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis?

*Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem.* Cicero 1. Academ. 48.

¶ Ingenuatus, pen. prod. Adiect. (ἐλευθεροπρεπὴς) Ingenuitate præditus. Plaut. Milit. 10. 135,

Itidem diuos dispertisse uitam humanam æquum fuit: Qui lepidè ingenuatus esset, uitam longinquam darent. Antiquum.

¶ Ingenuè, Aduerbium (ἐλευθερίως) Liberè ac simpliciter: ut, Ingenuè loqui: id est, ut liberum hominem decet, nihil timidum, nihil habens serule.

*Apertè atq; ingenuè fateri.* Cic. ad Metellum, lib. 5. 2. 6.
*Ingenuè gratum.* Cic. ad Att. lib. 13. 283. 1.
*Ingenuè educatus, liberaliter, ut liberum decuit.* Cicero 3. de Finibus, 59.

**Ingero**] ingeris, pen. corr. ingessi, ingestũ (ἐπιχέω, ἐπιβάλλω, ἐπεισφέρω) ingerere, Imponere, infundere. Plautus Pseud. 4. 24, Tu qui urnam habes, aquam ingere: face plenum ahenum sit citò. Colum. lib. 5. cap. 9. 8, Deinde ingerendi minimi lapides, uel glarea mista pingui solo.

*Ingerere se: id est, affectare aliquid.* Plin. in Paneg. Præfectum Prætorij non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere. Budæus.
*Periclis se ingeri.* Silius lib. 10. 1.
*Ingerere cibum, uel potionem ægroto, pro* Porrigere. Cels. Et ingerere cibum fastidiosis. Idem, Febricitanti cuidam & magna siti affecto aquam frigidam ingessit. Budæus.
*Conuitia ingerere alicui.* Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 3.
*Dicta in dolium pertusum ingerere, prouerbialiter dictũ, quasi operam ludere.* Plautus Pseud. 5. 134.
*Dicta in aliquem ingerere, pro* Maledicere & cõuitiari. Plaut. Asin. 16. 77. Sic, Liu. 2. ab Vrbe, 197, Ingerere probra.
*Ligna ingerere foco.* Tibul. lib. 2. eleg. 1. 5.
*Mala multa in aliquem ingerere.* Terent. Andr. 4. 1. 16.
*Nomina alicui ingerere.* Tacit. de Orat. Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt.
*Osculum ingerere alicui.* Suet. de claris grammat. 23.
*Pugnos in uentrem alicuius ingerere, Inferre uiolenter, & pugnis percutere.* Terent. Phorm. 5. 8. 95.
*Ingerere primordia.* Vide Primordium.
*Sacrilegium ingerere, Inferre.* Seneca de Benef. lib. 1. cap. 4.



Digitized by Google

*Saxa ingerere.Liu.2.ab Vrbe,275.*
*Scelus ſceleri ingerit.Seneca Thyeſt.8.22.*
*Semen ſolo ingerere,Seminare.Colum.lib.2.cap.10.5.*
*Tela ingerere.Liu.4.bell.Pun.155.*
*Thura ingerere aris.Plin.lib.12.cap.14.10.*
*Verba & uocem ingerere.Liu.3.ab Vrbe,288.*
*Vulnera ingerere.Tacit.lib.19.*
*Ingeſtum,pro eo quod uiolenter oblatum eſt.Tacitus lib.1,Nomen patris patriæ Tiberius à populo ſæpius ingeſtum repudiauit.Alibi dixit,Ingeſtis pilis,pro infixis: ubi uulgò legitur,infeſtis pilis.*
*Humo ingeſta contumulari.Ouid.in Ibin,93.*
*Ingerere,In memoriam reuocare.Seneca de Benef.lib.1.cap.12,Ingratis quoq; memoria cum ipſo munere incurrit,ubi ante oculos eſt,& obliuiſci non ſinit,ſed actorem ſuum ingerit & inculcat.*
¶*Ingeſtabilis,& hoc ingeſtabile,penult.corr.* (ἀβάστακτος) *Quod geſtari non poteſt.Plin.lib.7.cap.6.1,Ingeſtabile onus crurum & inguinum leuis tumor.*
Ingigno] *ingignis,ingenui,ingenitum,pen.corr.*(ἐγγεννάω) *ingignere,Vnà & ſimul gignere. Cic.5. de Fin.57,Siue,ut doctiſſimis uiris uiſum eſt,maior aliqua cauſa atq; diuinior hanc uim ingenuit,ſiue hoc ita ſit fortuitò.*
*Natali & ingenita ſterilitate laborantibus. Colum. libro 3. capite 7.2.*
*Ingenitum corpori eorum uirus exitiale ſerpentibus. Plinius lib.7.cap.2.5.*
*Nobilitas ingenita.Ouid.ad Piſonem,21.*
Ingitas] *ingitatis,Quaſi indigitas,paupertas,inquit Perottus.Plaut.Pœnul.14,Profectò ad ingitatem lenonem rediget,ſi has adduxerit.Exemplaria quæ uidimus,legũt incitas.*
Inglomero] *inglomeras,pen.corr.*(γλομάω) *inglomerare, idem quod ſimplex.Stat.1.Theb.69,*
*—ſed plurimus Auſter*
*Inglomerat noctem,tenebroſa uolumina torquet.*
Inglorius] *Adiectiuum* (ἄκλεὴς,ἄδοξος) *Qui nullam laudem aut gloriam ſua uirtute aut fortitudine conſecutus eſt, & ueluti ignobilis.Virg.9.Aeneid.109,*
*Enſe leuis nudo,parmáq; inglorius alba. Idẽ 4.Georg.*
*Inglorius militiæ.Tac.Nec ipſe inglorius militiæ.Sil.lib.12,*
*—inglorius auſt.Id eſt,qui efficere quod tentabat non potuit.*
*Inglorius & ignobilis.Cic.3.Tuſc.96.*
*Honoratus & Inglorius,contraria.Cic.1.de Leg.46.*
*Vox ingloria.Stat.5.Syl.3.28.*
Ingluuies] *ingluuiei,fœm.gen.* (λαιμαργία) *Ventris rapacitas,uoracitas.Terent.Eun.5.4.15,*
*Harum uidere ingluuiem,ſordes,inopiam. Virg.4.Georg.*
*—— his piſcibus atram*
*Improbus ingluuiẽ,ranisq; loquacibus explet. Vbi Seru. Ingluuiẽ,Ventris rapacitatẽ.Quidã legunt capacitatẽ per c tertiam literam in prima ſyllaba.Horat.1.Serm. Sat.2.2,*
*Hunc ſi perconteris,aui cur,atq; parentis*
*Præclaram ingrata ſtringat malus ingluuie rem.*
*Ingluuies,pro Gurgulione.Apul.Reſtis ad ingluuiem adſtricta.*
*Ingluuies,pro Sinu gutturis accipitur,in quem aues recentes cibos demittunt,& condunt.Colum.lib.8.cap.5.13. de gallinis,Nam ſi uacua non eſt ingluuies, cruditatem ſignificat: abſtinerique debent,dum concoquant.*
Ingrandeſco] *ingrandeſcis,ingrandui*(ἐνιδιδωμι) *ingrandeſcere,Grandem fieri.Colum.lib.11.cap.3.14,At circa Calendas Martias,locis apricis,licet porrum (ſi iam ingrandu it)transferre.Idem lib.2.cap.10.11,Quæ ut celeriter prodeat,& ingrandeſcat,antè quàm ſeratur,ſimo arido permiſceri debet.*
Ingratus] *pen.prod.*(ἀχάριστος,ἀγνώμων) *Adiectiuũ paſſiuæ ſignificationis,Quod non eſt gratum & acceptũ. Donatus,Ingrata quæ ab inimicis fiunt,ac recuſantibus.Mart. lib.1.10,Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum.*
*Ingrata amaritudo.Plin.lib.14.cap.25.2.*
*Ingratus animus.Senec.epiſt.1.*
*Ioci non ingrati.Ouid.3.Faſt.148.*
*Onus ingratum.Catul.ad Mallium,epig.63.29.*
*Ingrata oratio,cui opponitur Iucunda.Quint.lib.8.cap.3.*
*Ingrati ſaporis caſeus.Columel.lib.6.cap.8.6.*
*Superbis ingrata Veneri.Horat.3.Carm.ode 10.2.*
*Tempora ingrata.Horat.1.epiſt.1.5.*
*Ingratum uirus.Plin.lib.10.cap.26.2.*
¶*Ingratus,actiuæ ſignificationis,Qui non meminit accepti beneficij,nec gratiam ullam habet.Terent.And.1.5.43,*
*—adeóne me ignauum putas,*
*Adeóne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c.Cicero de Amicit.49,Propterẽq; inuidiam in exilium miſſus eſſet,ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit.*
*Ingratius.Cic.ad Atticum,lib.8.148.4,Nihil cognoui ingratius,in quo uitio nihil mali non eſt.*
*Ingratus aduerſum deos.Gel.lib.4.cap.18.*
*Ingratus in aliquem.Cic.1.de Nat.deor.129.*
*Ingratus,Inuitus,& coactus,inquit Donatus.Terent.Eun.2.1.14,Opus faciam,ut defatiger uſq; :ingratus ut dormiam.*
*Ingratior.Senec.de Benef.lib.2.cap.27,Vix labra diduxit, & ingratior quàm ſi tacuiſſet.fuit.*
¶*Ingratè,pen.prod.Aduerbium*(ἀχαρίστως)*Plin.lib.27.cap.2.3,Quòd ingratè deorum munera intelligit.*
*Ferre aliquid ingratè.Tacit.lib.17.*
*Non ingratè nominando M.Varronem.Plin.lib.18.cap.3.12. Id eſt,libenter.*
¶*Ingratis,pen.prod.Aduerbium*(ἀκόντι)*Præter gratiam & meritum,Non ultrò,inquit Donatus. Plaut. Caſina,15.57. Atq; ingratis quem non uolt,ei nubet hodie. Terentius Heaut.3.1.37. —ea coacta ingratis*
*Poſt illa cœpit uictum uulgò quærere.*
*Libenter & Ingratis,contraria.Cic.6.Verr.16. Vetus exemplar ſcriptum habet,gratis.*
¶*Ingratijs*(ἀκόντι)*ablatiuus aduerbialiter poſitus.Aliquando adiungitur Tuis,& dicitur Ingratijs tuis. Plaut. Curcul.2.6,Tamen eſt eundum quo imperauit ingratijs.Idem Caſin.7.7, Vobis inuitis,atq; amborum ingratijs*
*Vna libella liber poſſum ego fieri. Idem Merc.8.11,*
*Nimium multum ſcis.s.tuis ingratijs.*
¶*Ingratitudo*(ἀχαριστία,ἀγνωμοσύνη) *à Cicerone non dicitur. Maluit enim Græcè dicere,ad Atticum ſcribens,lib.8. his uerbis,Sed meruiſſe illũ de me puto,ut* ἀχαριστίαν *crimẽ ſubire non audeam.Budæus.*
¶*Ingratificus,pen.corr.Adiectiuum* (ἄχαρις) *Idem quod Ingratus. Cicer. pro Seſtio,106,O ingratifici Argiui,inanes Graij,immemores beneficij.*
Ingrauo] *ingrauas,pen.corr.*(ἐνιβαρύνω) *ingrauare,Grauem facere,uel corrumpere,& quaſi grauiter afficere.Plin. lib.19.cap.8.34,Poſtea iiſdem fruticibus utuntur,ſi non ſæuitia hyemis ingrauat, quando impatientiſſimum eſt frigorum.*
*Puppem ingrauat.Stat.5.Theb.81.*
¶*Ingraueſco,ingraueſcis*(βαρύνω) *ingraueſcere,Valde grauẽ, & moleſtum fieri.Plin.lib.31.cap.7.6,Vix credibili ponderе ingraueſcat.*
*Ingraueſcit in dies malum.Cic.ad Brutum,10.1.*

Leuari, siue releuari & Ingraueſcere, contraria. Cicero in Catil. 23. Idem de Senect. 32, Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt: animi autem se exercendo leuantur.

Ingraueſcentem morbum præuidere. Cic. 2. de Diuin. 23.

Ingraueſcere furore. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 3.

Ingraueſcit annona, Carior fit. Cic. pro Domo ſua, 9.

¶ Ingraueſcens, ingraueſcentis (βαρύνων) ut, Ingraueſcens ætas, id eſt, ſenectus. Cicer. de Amicit. 32, Mutari etiam mores hominum ſæpe dicebat: aliàs aduerſis rebus aliàs ætate ingraueſcente.

Ingredior] ingrederis, penult. corr. ingreſſus ſum (εἰσάνω, εἰσοδεύω, ὑποδύνω, εἰσέρχομαι, ἐπεισάνω) ingredi, pen. corr. Intrare: ut, Ingredi forum, uel in forum.

Ingredi intra. Cæſar 5. bell. Gal. 38, Noſtroſq; intra munitiones ingredi prohibebant.

Ingredi in fundum. Cic. pro Cecin. 15.

Ingredi in conſpectum populi. Plaut. Amph. 8. 101.

Ingredi in uiam. Plaut. Pſeud. 15. 4.

Ingredi in ſycophantiam. Plaut. Pœn. 9. 41.

Ingredi per ſcenam. Plin. lib. 7. cap. 20. 3.

Ingreditur colles. Ouid. 14. Metam. 170.

Ingredi iter. Cic. 12. Philipp. 334.

Ingredi iter pedibus. Cic. de Senect. 30. Colum. lib. 1. cap. 3. 3. Non ægrè iter pedibus ingredi.

Ingredi mare pedibus. Liu. in Præfat. bel. Maced. 2.

Hac ingreſſa uias. Stat. 4. Sylu. 4. 1.

Ingredi, Incedere, non ad locum, ſed in loco. Virg. lib. 3. Georg.

Continuò pecoris generoſi pullus in aruis
Altius ingreditur. Cicer. Att. lib. 2. 38. 3. Vide Altus.

Plin. lib. 9. cap. 31. 2, Ingredi eſt bis in orbem uolui. Idem lib. 8. cap. 5. 1, Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur.

Ingredi tardè. Plin. lib. 11. cap. 51. 5.

Campo ingreditur. Virg. 10. Aeneid. 151.

Curru ingredi. Ouid. 13. Metam. 51.

Ingredi dicere aut facere, pro Aggredi & incipere. Cic. ad Atticum, lib. 15. 326. 3. Idem 2. de Diuinat. 4, De diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.

Ingredior ad. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2. 6, Sed aliter atq; oſtenderem facio, qui ingrediar ad explicandam rationem ſententiæ meæ. Idem de Orat. Ad dicendum. Ibidem, Ad ſtudium. Idem de Fato, Timidè ingredior ad hoc genus diſputandi.

In cauſam ingredi. Cic. pro Plancio.

In orationem ingredi. Cic. 7. Philip. 222.

In ſpem Reip. recuperandæ ingredi. Cic. 5. Philipp. 171. Idem 2. in Catil. 47, Quibus ego ducibus in hanc ſpem ſententiamq; ſum ingreſſus.

In uitam ingredi. Cic. de claris Orator. 185.

Conſilium ingredi. Hirtius ad Cicero. in Epiſtol. ad Atticum, lib. 15. 325. 11.

Conſulatum ingredi. Quint. lib. 6. cap. 1. 27.

Diſputationem ingredi. Cic. pro Cecin. 57.

Patis ingreſſus iniquis. Virg. 3. Aeneid. 4.

Ingredi iter, per translationem. Cic. 3. de Orator. 120. Ex quodam poeta.

Orationem ingredi. Cic. ad Atticum, lib. 15. 326. 2.

Studia ingredi. Quint. lib. 1. cap. 16.

Veſtigijs patrijs ingredi. Cic. in Somnio Scipionis, 28.

Viam uiuendi ingredi. Cic. in Off. 165.

Vulgarem uiam ingredi. Quint. in procem. lib. 1. 3.

Vitam ingredi, Cic. 4. Acad. 203.

¶ Ingrediens, Participium (εἰσάνων) ut, Iter ingrediens. Silius lib. 15. 99.

¶ Ingreſſio, Verbale (εἴσοδος) Cicer. 4. Tuſc. 75, Cuius ut ardua ingreſſio, ingreſſio lætitiam attulit ſocijs, terrorem autem hoſtibus. Idem 5. Philipp. 170.

¶ Ingreſſus, huius ingreſſus, m. g. (πρόσοδος) Inceſſus. Cicer. 1. de Nat. deor. 131, Ingreſſus, curſus, &c.

Ciuilis & humanus ingreſſus. Quint. lib. 3. cap. 8. 41.

Opportunus ingreſſus. Quint. lib. 2. cap. 4. 1.

Plani ingreſſus. Silius lib. 10. 84.

Veſtigijs odorari ingreſſus hominis improbi. Cic. in Piſon. 65.

Veſtigia & ingreſſus orationis. Cic. 1. de Orat. 77.

Ingreſſus, Initium. Quintil. lib. 9. cap. 4, Si pars poſterior in clauſula deprehendatur, rurſus prior ingreſſu. Idem libro 10. capite 1.

In ingreſſu. Vide In præpoſitionem.

Ingruo] ingruis, ingrui, pen. corr. (ἐπισπάπτω) ingruere, Simul & confertim, ueluti gruum more inuadere. Virgilius 12. Aeneid. 126,

Ingruit Aeneas Italis, & prælia miſcet. Plautus Amphit. 4. 81,

Crebri hoſtes cadunt, noſtri contrà ingruunt.

Ingruente æſtate. Colum. lib. 11. cap. 3. 14.

Ingruente fato. Liu. 5. ab Vrbe, 148.

Ingruit frigus. Colum. lib. 4. cap. 29. 3.

Horror ingruit armorum. Virg. 2. Aeneid. 91.

Imber ferreus ingruit. Virg. 12. Aeneid. 57.

Ingruit metus, Imminet, impendet, accedit, propè eſt. Plinius libro 9. cap. 30, 8. Liu. 6. ab Vrbe, 11, Aliam in partem terror ingens ingruerat.

Ingruunt morbi gentibus uniuerſis. Plin. lib. 7. cap. 50. 45.

Ingruens periculum. Liu. 5. ab Vrbe, 96.

Vis ingruit. Quint. lib. 3. cap. 8. 15.

Vitibus ingruit umbra. Virg. 2. Georg. 82.

Ingruere in. Liu. 4. ab Vrbe, 120, Primò in agreſtes ingruerant morbi. Idem 6. bell. Punic. 218, Eadem in uiros ingruit fortuna.

Ingruentes ſolis radios ſentit luna. Plin. lib. 2. cap. 18. 3.

Inguen] inguinis, penultima corrept. neutr. gener. (βουβών) Pars corporis quæ circa pudenda. Sueton. in Nerone, Virorum ac fœminarum ad ſtipem deligatorum inguina inuaderet. Liuius 7. ab Vrbe, 40, Vno alteroq; ſubinde ictu uentrem atq; inguina auſit.

Obſcœnum inguen. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 1.

Candida inguina. Virg. 6. eclog. 15.

Febris ex inguine: id eſt, febris ex bubone, uel tumore præter naturam in inguine. Celſ. lib. 3. cap. 5. in principio.

¶ Inguinaria, inguinariæ, penult. corrept. (βουβώνιον) Herba inguinum doloribus utilis. Plinius lib. 26. cap. 9. 1; Inguinaria (quam quidam argemonem uocant) paſſim in uepribus naſcens, ut proſit inguinibus, in manu tantum habenda eſt.

Ingurgito] ingurgitas, pen. corr. (ἐμφορέομαι, ἀμπωτίζω) ingurgitare, Eſt ſe cibo aut potu intemperanter obruere. Cicer. 2. de Finib. 40, Nolim enim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, qui in menſam uomant, & qui de conuiuijs auferantur, crudiq; poſtridie ſe rurſus ingurgitent.

Ingurgitare ingenium poculis. Gell. lib. 15. cap. 2.

Ingurgitare in ſe merum. Plaut. Curcul. 3. 32.

Ingurgitare ſe cibis. Cicer. in Antonium.

Ingurgitare ſe in flagitia, pro Immergere. Cic. in Piſonem, 32.

Ingurgitare ſe in philoſophiam. Gel. lib. 5. cap. 16.

Ingurgitare ſe in copias alicuius: id eſt, aliquem diuitijs ſpoliare, & in ſuum uſum conuertere. Cic. 2. Phil. 76.

Ingurgitare humor dicitur, quum nimia abundantia terram proluit. Plin. lib. 17. cap. 2, Ergo humor ex his non uniuerſus ingurgitans diluensq;, ſed quomodo ſtitutur diſtillans, uelut ex ubere alit omnia quæ non inundat. De niuibus.

Inguſta-

Digitized by Google

Inguſtabilis] & hoc inguſtabile, penult.corr. (ἄγευστος) Quod guſtari non poteſt: ut, Inguſtabilis fons. Plinius libro 2.capite 106.3. Idem libro 16. capite 26.1, Fœmina poſt Autumnum fert baccas acerbas & inguſtabiles cunctis animantibus.

¶Inguſtatus, pen.corr. (ἄγευστος) Participium ſine uerbo, Nõ guſtatus. Hor.2.Serm.Satyr.8.6,

Vt uel continuò patuit, quum paſſeris, atq;
Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.

Inhabilis] & hoc inhabile, pen.corr. (ἀνεπιτήδειος) Non aptus. Colum.libro 2.cap.1.2, Progenerandis eſſe fœtibus inhabilem.

Inhabilis ad conſenſum. Liu.6.bell.Pun. 85.

Inhabilis magnitudinis náuis, quam ſexdecim uerſus remorum agebant. Liu.3.bel.Maced.52.

Inhabile imperitis telum ad remittendum. Liuius 4. bell. Punic. 152.

Inhabito] inhabitas, penult.corrept. (ἐνοικέω) inhabitare, Idem quod habitare. Liuius 4.bell.Punic. 11, Procul ij qui inhabitabantur.

Inhabitat animus in oculis. Plin.lib.11.cap.37.21.

¶Inhabitabilis, & hoc inhabitabile, penult.corrept. (ἀνοίκητος) Quod habitari non poteſt. Cic. 1. de Natur. deor.36, Atqui terræ maximæ regiones inhabitabiles atque incultas uidemus.

Inhæreo] inhæres, inhæſi, inhæſũ (ἐπιφύομαι, ἐπιλαμβάνω, προσίχω, αὐτοπρεπέω) inhærere, Idem quod Adhærere. Columel.lib.3, Cacumina deinde oliuæ, ſicut matri inhærent, utraq; parte adradito. Plin.epiſt.111.4.lib. 5, Vt illa patris ceruicibus inhærebat: ut nos amicos paternos & amanter & modeſtè complectebatur.

Inhærebat oculis memoria imaginis, Semper præ oculis erat, & uerſabatur ob oculos. Plin.epiſt.147.b.

Studio oneratus inhæſi. Ouid.8.Metam.175.

Inhærere veſtigijs prioribus. Colum.lib.9.cap.8.7.

Inhærere uoluptatibus. Cic.1.de Finib.103.

Inhærere in mentibus. Cic. Tuſcul.52. Sic, 2.de Orat.89, Inhærere in rei natura.

¶Inhærens, Participium (προσίχων) ut, Humeris abeuntis inherens. Ouid.1.Triſt.eleg.3.16.

¶Inhæreſco, inhæreſcis (ἐπιλαμβάνομαι) inhæreſcere, Idem quod Inhæreo. Cic.3.de Nat.deor.126, Prouiſum etiam, ut ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus auricum, tanquam in uiſco inhæreſceret.

Inhæreſcunt penitus in mentibus. Cic.3.Tuſc.4.

Inhalo] inhalas, pen.prod. (ἐμπνέω) inhalare, Halitum in aliquem emittere. Cic. in Piſonem, 9, Et quum iſto ore fœtido deterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti ualuimus. Id eſt, halitum popinam redolentem in nos exhalaſſes, & effudiſſes.

Inhibeo] inhibes, pen.corr. inhibui, inhibitum, pen.corrept. (ἐνέχω, ἀποτέγω) inhibere, Ex In & Habeo compoſitum, Eſt rem incœptam, ne procedat, impedire, authore Valla lib.5. Feſtus, Inhibere, Cohibere. Virg.12.Aen. 139,

Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini. Cic.7. Verr.127, Si te illẽus acerba imploratio & uox miſerabilis non inhibebat.

Inhibere quominus, Vetare, arcere, & cohibere. Plin.lib.2.cap. 5.1. de elementis, Et leuia ponderibus inhiberi quominus euolent. Inhibere aliquid: id eſt, ſiſtere: cui contrarium eſt Solutere. Plin.lib.19.cap.8.10.

Incitare & Inhibere auiditatem, contraria. Plinius libro 26. capite 7.6.

Inhibere calcitratus mulæ. Plin.lib.8.cap.44.3.

Curſus inhibebat equorum. Ouid.ad Liuiam, 45.

Stabilire & inhibere dolores. Plin.lib.20.cap.3.3.

Fletus alicuius inhibere. Ouid.5.Triſt.eleg.1.12.

Inhibere frænos. Liu.1.ab Vrbe, 212.

Mentem inhibere à turpi probro. Catull. in Gellium, epigrammat.86.1.

Nauſeas inhibere, Vomitiones ſiſtere & arcere. Plinius libro 20.capite 14.8.

Profluuium ſanguinis inhibere. Plin.lib.28.cap. 2.11.

Venerem inhibere. Plin.lib.20.cap.7.5.

Vires ſuas inhibere. Ouid.1.de Ponto, eleg.8.11.

Inhibere imperium. Budæus, Qui inhibet remos & telum, manum ſuſpenſam tenet: ſic qui inhibet imperium, quaſi minatur, & multam ueluti telum intentum habet. Idem alio loco, Inhibere imperium ſignificat, quaſi poteſtatis & magiſtratus telum ſtringere. Liu. de bell.Maced. Et ad populum & in Senatu magnis contentionibus certatum eſt, & imperia inhibita ultro citroq;, & pignora capta, & multæ auctæ, & Tribuni appellati. Plaut. Sticho, 14.17, —utrum fontali,

An Libero imperiũ te inhibere mauis? Id eſt, Vtrũ præeſſe (hoc eſt, imperitare) aquæ uel uino miniſtrando. Vel bibere unum uel aquam. Liu. de Decemuiris, Tentationem eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent, imperioq; inhibendo acriter in paucos præferocis animi, conatus aliorum comprimerent. Budæus.

Inhibere retrò nauem, Eſt quum remiges non tantum procurſum nauis ſuſtinent & ſiſtunt, ſed etiam repentè retrorſus agunt. Id quia fit naui in puppim retroactis, ideo Græci πρύμναν κρούσασθαι καὶ ἀνακρούσασθαι uocant. Liuius, Vt quæq; roſtrata nauis retrò inhibita, onerariam poſt ſe trahebat, ſcindi uideres uincula. Hinc nautæ inhibere remis dicuntur, quum nauem retrò uertere uolentes, currentis impetum remorum impreſſione retardant. Cicero 1. de Oratorib. 74, Vt enim incitato nauigio, quum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuq; remorum: ſic in oratione perpetua quum ſcripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua curſum, ſcriptorum ſimilitudine, & ui concitata. Inhibere nauigiũ Cicero exiſtimabat eſſe ἀνέχειν, hoc eſt, ſuſtinere & ſiſtere. Alio tamen loco ſe reprehendit, ad Atticũ, 13.epiſt. 278. 2. epiſtola, prima eius libri, Inhibere (inquit) illud tuum, quod ualde mihi arriſerat, uehementer diſplicet. Eſt enim uerbum totum nauticum, quanquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, quum inhiberi eſſent remiges iuſſi. Id nõ eſſe eiuſmodi didici heri, quum ad illam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab ἀποχῆς remotiſſimum eſt. Quare facies ut ita ſit in libro quem admodum fuit. Dices hoc idem Varroni, ſi fortè mutauit. His uerbis intelligimus Ciceronem in Academicis, epochen, id eſt, aurigæ retentionem quum currum incitatum retinet, hortatu Attici uertiſſe inhibitionem: quum tamen primum retentionem rectè uertiſſet, poſtea uerò mutaſſe, & retentionem in libro reponendum mandaſſe. Inhibitio autẽ remigum motum habet, & uehementiorem quendam remigationis nauem conuertentis ad puppim. Ex Budæo.

Inhibere remos, Eſt ultrà non progredi, quod minus eſt, quàm retrò nauem inhibere. Quint.in Præfat.lib.12, Vnum modò in illa immenſa uaſtitate cernere uidemur M. Tullium, qui tamen ipſe, quamuis tanta, tamq; inſtructa naui, hoc mare ingreſſus, contrahit uela, inhibetq; remos.

Inhibere ſupplicia alicui. Cic.13.Philip.375, Ita ſibi conuenijſſe cum Dolabella, ut ille Trebonium, & ſi poſſet etiam Brutum, Caſſium, diſcruciatos necaret, eademq; ipſe inhiberet ſupplicia nobis. Inhibere ſupplicium, ſic dictum à Cicerone

uidetur, ut Inhibere imperium. Vetus tamen scriptum exemplar habet, Adhiberet supplicia, &c.

Inhibere tela, pro Sustinere. Liu. Speculatoriæ naues permistæ cum hostium nauibus, inhibere sæpe tela cogebant metu, ne ambiguo ictu suis interciderent. Budæus.

¶Inhibitio, Verbale (ἐπέξις) Cicer. ad Atticum, lib. 13. 278. 3. Vide Inhibere retrò nauem.

Inhio] inhias (χαίνω) inhiare, Valde os aperire.

Inhiare, per translationem, Vehementer aspirare ad aliquid: quoniam in his quæ cupimus, hiare frequenter solemus, ut ait Sipont. Plaut. Stich. 10. 25, Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quasi esuriens lupus. Hor. 1. Serm. Sat. 1. 15,

—— congestis undiq; saccis
Indormis inhians. De auaro.

Gazis inhians. Seneca Herc. fur. 3. 2. Cic. 3. in Catil. 63. de Romulo, Parum atq; lactantem huberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.

Tonuit inhians tria Cerberus ora. Virg 3. Georg. 97.

Inhiare aliquem, Vehementer appetere eius aduentum. Plaut. Trucul. 7. 12.

Inhonestus] Adiectiuum (αἰσχρὸς) Honesto contrarium. Terent. Eunuch. 2. 3. 65, —illúmne obsecro
Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem mulierem? Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 29, Inhonestissima cupiditas. Idē 3. de Fin. 21, Nisi quod turpe, inhonestum, indecorum.

Exitus non inhonestus. Propert. lib. 2. eleg. 27. 12.

Mors inhonesta. Propert. lib. 2. eleg. 9. 6.

Vulnus inhonestum. Virg 6. Aeneid. 109.

¶Inhonestè, Aduerbium (αἰσχρῶς) Terent. And. 4. 6. 2, Quæ se inhonestè optauit parare hîc diuitias. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 16. Accusauit Nasicam inhonestè.

¶Inhonesto, inhonestas (αἰσχύνω) inhonestare, Dedecorare. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 4,

Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas.

Inhonoratus] pen. prod Adiectiuum (ἄτιμος, ἄτιτος, ἀνόμαστος) Honorato contrarium. Cic. 3. Tusc. 138. Inhonorata uita. Liu. 3. bel. Maced. 28, Inhonoratior triumphus. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 11, Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mentione transmisit.

Inhonorata dea. Ouid 8. Metam. 56.

Transire aliquid inhonoratum. Quint. lib. 1. cap. 5. 34.

¶Inhonorus, pen. prod. Adiectiuum, Idem (ἄτιμος) Plin. lib. 5. cap. 30. 8, Aliéq; inhonoræ ciuitates.

Facies inhonora. Silius lib. 10. 78.

Sacerdos inhonorus. Stat. 3. Theb. 114.

Inhorreo] inhorres, inhorrui (φρίττω) inhorrere, Valde horrere. Liu. 8. ab Vrbe, 40, Haud secus, quàm uallo septa inhorreret acies. Virg. 10. Aeneid. de apro.

Subsitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos. Pro, armis inhorruit, aut certè in armos inhorruit, & setas erexit.

¶Inhorresco, inhorrescis (ἐπιφρίττω) inhorrescere, Idem Plin. lib. 10. cap. 41, Inhorrescunt edito ouo, excutuntq; sese. Cic. 3. de Orat. 86, Inhorrescit mare.

Inhorrescit messis spicea. Virg. lib. 1. Georg. 63. Id est, intremiscit. Seruius.

Agitatus inhorruit aer. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 3. 2.

Inhorruit unda tenebris. Virg. 3. Aeneid. 39, Id est, horridior facta est per tenebras. Seruius.

Inhospitus] pen. corr. Adiectiuum (ἀπόξενος) Quod hospitio proprium & aptum non est ac commodum, uel propter asperitatem, uel propter incultum loci statum. Vnde

Littora inhospita. Ouid. 3. Trist. eleg 11. 2.

Regna inhospita. Ouid 11. Metam. 57.

Inhospita tecta. Ouid. lib. 1. Metam. 44. Virg. 4. Aeneid. 9, Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis. Vbi Seruius, Inhospita, Barbara, aspera. Horat. 1. epist. 14. 4,

—nam quæ indeserta, & inhospita tesqua Credis, etc. Id est, asperrima loca, accessu difficilia.

¶Inhospitalis, & hoc inhospitale, pen. prod. (ἄξενος) Inhabitabilis. Plin. lib. 6. in Præfat. 1, Pontus Euxinus antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus est.

Caucasus inhospitalis. Horat. 1. Carm. ode 22. 2.

Inhospitale litus: id est, desertum, incultum, asperum. Plinius in Paneg. 55.

Inhospitales iniuriæ. Plin. lib. 9. cap. 8. 7.

¶Inhospitalitas. pen. corr. inhospitalitatis (ἀποξενία) Hospitalitati contrarium. Cicero 4. Tusculan 38, Quæ autem sunt his contraria, ea nasci putantur à metu, &c. ut inhospitalitas est.

Inhuber] pen. prod. huius inhuberis, pen. corrept. om. gen. Huberi contrarium. Gellius lib. 20. cap. 7, Quæ quum apposite fuissent, & multæ quidem, sed inhuberes macræq; essent. De ostreis loquitur, quas ibidem tenues & exustas eodem significatu uocat, utpote Luna senescente captas.

Inhumanus] pen. prod. Adiectiuum (ἀπανθρωπος) Crudelis, humanitatis expers, & uitæ communis ignarus, Qui cõmuni naturæ sensu priuatus est, & ab omni humanitate recessit. Terent. Phorm. 3. 2. 24, Hiccine quòd homo inhumanissimus Pamphilam meam uendidit?

Inhumanus homo. Cic. 4. Verr. 139. Et pro Quintio, 6, Inhumanus præco. Terent. Eun. 5. 2. 41,

Non adeò inhumano ingenio sum Chreta, &c.
Hoc est, Immitis non sum, quantum putas. Donatus.

Inhumanus, Non humanus, sed diuinus. Apul. lib. 5, Lauacro pulcherrimo, & inhumanæ mensæ lautitijs eas opiparè reficit.

Barbaria inhumana. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 1.

Inhumana crudelitas. Liu. 4. bel. Pun. 21.

Inhumana gens. Lactant. lib. 4. cap. 26.

Agrestis & inhumana negligentia. Cic. 1. Off. 182.

Pars uiæ inhumana. Tacit lib. 18.

Securitas inhumana. Tacit. lib. 19. Sic dixit Liuius Decad. 3, Inhumana crudelitas.

Inhumana & scelerata uox. Cic. 3. de Fin. 99. Sic, Inhumanior libido, Liu. 1. bel. Maced. 125.

¶Inhumanè, pen prod. inhumanius, inhumanissimè, Aduerb. (ἀπανθρώπως) Inciuiliter, imprudenter. Ter. Heaut. 5. 5. 2, Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adolescẽtulũ, Nimisq; inhumanè. Cic. 3. Off. 37, Inhumanè facere.

Conuitiari alicui inhumanè. Quint. lib. 3. cap. 8. 47.

¶Inhumaniter, pen. corr. Aduerb. Idem (ἀπανθρώπως) Cicero ad Quint. frat. libro 3. 17. 26, Non possum scribere, me mirabilem esse illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis literis proficisceretur.

¶Inhumanitas, pen. corr. huius inhumanitatis (ἀπανθρωπία) Cicer. 2. Philipp. 34, Sit hoc inhumanitatis tuæ. Idem 1 de Oratore, 50, Quòd ego non superbia, neq; inhumanitate faciebam.

Conuincere aliquem inhumanitatis. Vide Conuinco.

Inhumo] inhumas, pen. corr. (ὀνταφράττω) inhumare, Terræ imijcere, uel in terra recondere, aut humo operire. Plin. lib. 17. cap. 18. 6, Non inhumare talem, aut siccare prius, quàm serantur, utilius compertum.

¶Inhumatus, pen prod. Non humatus, Insepultus. Cic. 2. de Diuin. Is quum esset proiectus, inhumatus, ab omnibusq; destitutus iacêret, amica corpus eius texit pallio.

Corpora inhumata. Virg. 11. Aeneid. 5.

Funus inhumatum. Lucan. lib. 7. 166.



Digitized by Google

Inibi] pen.corr.(ἐνθά) Aduerb.in loco, quidda maius quàm Ibi significãs.Plautus,Nos domũ properamus:uos inibi adeste.Apuleius,Multa inibi dicta sunt,quæ cõmemorare nõ est opus.Cic.14.Philip.188, Quod sperare nos quidem debemus, P. C.aut inibi esse,aut iam esse confectum.

Inibi,pro Sic & mox,inquit Nonius. Cæcilius Plotio, Libérne es? non sum:uerùm inibi est. Pacuuius, Profectò aut inibi est,aut iam potiuntur frugum.

Inibi.Plaut.Capt.1.5,

Et inibi emit olim amissum filium.Id est,inter illos.

¶ Inibi, Aduerbium,pro Sic, & Mox antiquis fuisse in usu, refert Nonius. Afranius Materteris, Postquam se uidit inibi esse ignotam, paruulam sororibus commendat. Cæl. Plotio,Libérne es? Non sum,uerùm inibi est.

Iniecto,Iniectus] Vide Injicio.

Iniens] Vide Ineo.

Inigo] inigis,penultima correpta, inegi, penultima producta,inactum,inigere,Intrò agere,Impellere.Varr.de re Rustic.cap.2,In nutricatu quum párere cœperunt, inigunt in stabula ea quæ habent ad eam rem secluſa. De ouibus. Idem libro 3.capite 10, Folia eius decerpentes dant, ne si inegerint ubi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant.Voraces enim sunt natura. De anseribus. Inegerint,hoc est,pastum egerint in eum campum in quo Seris herba nascitur.

Injicio] injicis,pen.corr. inieci, pen. prod. iniectum (ἐμβάλλω, ἐμβάλλω) injicere,Intrò iacere. Plaut. Antequã hæc in domum injicias. Terent.And.1.1.113,

Quæ sese uoluit in ignem injicere,prohibui.

Injicere se in medios hostes.Cic.pro Domo sua,51.

Inagmen medium se iniecit.Virg.2.Aeneid.82.

Perastutè injicere.Vide Perastutus.

Injicere ardorem.Liu.5.ab Vrbe,134,Quum perequitasset aciem promissa repetens,tantum iniecit ardoris,ut non ultrà sustinuerint impetum.

Arma regnis.Stat.1.Theb.49.

Beneficium.Seneca de Benef.lib.1.cap.1.

Brachia collo.Ouid.3.Metam.78.

Catenas alicui,Incatenare.Cic.7.Verr.83.Plaut.Capt.12.1,

Injicite huic actutum manicas mastigiæ.

Certamen aliquibus,Dare causam uel præbere occasionem certaminis,& contentionis.Liu.4.bel.Maced.18.

Cogitationem alicui.Cic.ad Att.lib.7.123.3.

Contentionem.Liu.3.ab Vrbe,271.

Cunctationem.Liu.5.bel.Maced.88.

Cupiditatem hominibus.Brut.ad Cic.lib.11.10.4.

Curam alicui, Afferre ei solicitudinem.Terent.Adel.4.5.77,

Ne fortè imprudens faciam quod nolit,sciens cauebo.Horat.1.Serm.Satyr.6.7.

Formidinem alicui.Cic.5.Verr.56.

Frena iniecit licentia.Hor.4.Carm.ode 15.3.

Frenos furoris,Cohibere furorem.Cic.13.Philip.358.

Fruſtrationem in aliquem.Plaut.Amph.9.15. Id est, decipere.

Fugam inimicis,Cogere inimicos in fugam.Plaut.Pseud.8.19.

Ignes Capitolio.Cic.1.de Diuin.37.Ex quodam poeta.

Injicio illud,pro eo quod quis dicat,Addo quòd, uel Ad hæc etiam accedit,& c. Varro 1.de re Rust.cap. 18. 4, Injicio illud, quòd modum neq; unum, neque modicum proposuit ducentorum quadraginta iugerum. Ex uetusto codice legitur,Mitto illud.

In flammam aliquam.Cic pro Cluentio,63.

In fraudem.Plaut.Trucul.6.40.

In uerbum,Cic.4.Tusc.112.Ex poeta Cælio.

In sermone, Verbis significare, & sermone indicare.Trebon. ad Ciceronem,lib.12.16.5, Qui quum mihi in sermone iecisset, se uelle Asiam uisere, non modo,& c.

Laqueum alicui.Liu.1.ab Vrbe,110.

Injicere manum, pro Vim inferre. Senec. in Consolation.ad matrem.

Manus in aliquem,Prehendere,siue apprehendere aliquem,et uiolenter corripere.Plaut.Truc.16.48,

Post id ego in te manum injiciam quadruplus uenefica.

Cic.pro Rosc.Com.28, Ipsa mihi ueritus manum iniecit,& pauliſper consistere,& commorari cogit. Liu.3.ab Vrbe, 182,Virgini uenienti in forum minister Decemuiri libidinis manum iniecit.

Injicere manũ,propriè est uerbo antiquo iuris,quoties nulla iudicis expectata authoritate,rem nobis debitam, aut etiam nostram uendicamus. Quintilianus in septimo, Aut alteri enim,aut inuicem de iure fit cõtrouersia,ut in re tali patri in filium,patrono in libertum manus iniectio sit,& c. Vlpianus in l.sed si hac,de in ius uocando.Et Paulus in l. penultima,de seruis exportandis.

Injicere manum,Latinè dici debet, quod Sæpe appellãt Galli. Virgil.10.Aeneid.84,

Iniecere manum Parcæ. Sic dominus in prædium (ut nunc dicitur) feudarium manum injicere solet.Bud.

Injicitur etiam manus in aliquem, uel in eius bona, uel merces aliquas,quando ille inde abire,uel inde moueri, authoritate aliqua uetatur.Plin. ad Traianum,epist. 66, μεταφορικῶς, usus est, quum inquit, Itaque & quieti eius inieci manum, & exegi,ut me in Bithynia consilio instrueret. Quæ uerba corruptissimè uulgò leguntur. Otiosum (inquit Plinius) Nymphidium nactus, continuò nauare mihi operam coegi, quasiq; usui meo uendicaui, ut me consilijs suis adiuuaret. Budæus.

Mentem alicui,ut aliquid audeat: pro In mentem, & in animũ inducere.Cic.pro Mil.64.

Metum alicui,Facere ut aliquis timeat.Cic.4.Verr. 47. Liu. Deorum metum populo injiciendum ratus est.

Metum in pectus alicuius.Plaut.Casina,13.26.

Missilia.Liu.6.ab Vrbe,55.

pallium alicui Cic.3.de Nat.deor.120.Vide Cauillari.

pauorem.Liu.4.ab Vrbe,85.Et 8.bel.Pun.15.

periculum.Vide Periculum.

periculum mortis.Cic.pro Cecinna,31.

plagam.Cic.pro Muræna,45.

pontem.Liuius 6.bel.Pun.28.

Religionem.Liu.8.ab Vrbe,79.Cic.pro Cecinna,70, Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem,& Cotta Decemuiris religionem iniecisset,nõ posse sacramentum nostrum iustum iudicari,& c.

Scrupulum homini, in dubium aut dubitationem immittere,ut incertum sit quid agere debeat. Terentius Phorm. 5.8. 61.Cicer. pro Cluent. 60, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus,& quædam dubitatio,quidnam esset actum.

Injicere se flammæ,pro In flammam.Plin.lib.8.cap.46.3.

Spem,Spei & expectationis causas dare. Cic.ad Atticum, lib. 10.196.4,Iniecta autem mihi spes quædam est,uelle meũ, & c.Terent.Phorm.4.4.10,

Iniecta est spes patri posse illam excludi.

Studium alicui, pro Inflammare, & impellere atq; instigare. Sueton.de clar.Rhet.1.c.Cæs.1.bel. Gal. 202, Multò maior alacritas,studiumq; pugnandi maius exercitui iniectum est.

Suspicionem.Cic.pro lege Agrar.80.

Terrorem alicui.Cic.7.Verr.11.

Timorem.Liu.4.ab Vrbe,169.Cicer.ad Atticum,libro 5.108. 5,Et Parthis timor iniectus.



Digitized by Google

Trepidationem. Liu. 3. ab Vrbe, 155.
Tumultum ciuitati, Tumultibus ciuitatem uexare. Cicero in Cat. 52.
Vincula alicui, Ligare. Liu. 8. bel. Maced. 138.
Vincula animo alicuius, Animum cohibere & reprimere. Cic. 3. de Fin. 114.
Voluptatem. Varro 1. de re Rust. 17. 5.
¶ Iniectus, Partic. (ἐπερρίμμενος) Liu. 7. bel. Pun. 79, Raptus ab suis, atq; alteri equo iniectus fugit.
Comæ iniectæ collo. Ouid. 2. Fast. 155.
¶ Iniectus, huius iniectus (ἐπίρριψις) Plin. lib. 8. cap. 16. 13, Vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu operto capite, ita ut deuinciatur non repugnans.
¶ Iniectio, Verbale (ἐπίρριψις) ut, Manus iniectio. Est autem manus iniectio,
Ius domini in re capienda & uindicanda, quam agnoscit suam. Senec. 2. de Tranquil. uitæ, Habebat ergo secum uera bona, in quæ non est manus iniectio. Loquitur de bonis quæ fortuna non potest iniecta manu tanquam sua reposcere.
¶ Iniecto, iniectas (ἐπιρρίπτομαι) iniectare, Frequentatiuū. Stat. 9. Theb. 27,
Ausus erat furtò dextram iniectare Leonteus.
Inimicus] inimici, pen. prod. (ἐχθρὸς, ἀπέχθεια, ἀχθῶ) contrarium Amico. Plaut. Pers. 10. 23, Nam inimici famam, non ita ut nata est, ferunt.
Inimicus & hostis. Liu. 9. bel. Maced.
Acerrimus inimicus. Vide Acer.
Atrox inimicus. Virg. 1. Georg. 82.
Certus inimicus. Vide Certus.
Peruicax inimicus. Quint. lib. 5. cap. 7. 18.
Capere inimicos. Vide Capio.
Colligere inimicos. Vide Colligo.
Inimicus sibi. Cic. 5. de Fin. 48.
Consilij inimicus. Tacit. lib. 17.
Inimicior alicui. Cic. Att. lib. 9. 188. 7.
Inimicissimus huic imperio. Cic. de Amic. 10.
¶ Inimicus, Adiect. (ἐχθρώδης) Quod ad inimicum pertinet: ut, Inimicus animus. Cic. 4. Verr. 106, Quòd eos infenso animo atq; inimico uenisse dicatis.
Amnis inimicus pontibus. Silius lib. 3. 92.
Infestus atq; inimicus clamor. Cic. 3. Verr. 8.
Ensis inimicus. Virg. 2. Aen. 120.
Fames inimica. Ouid. 4. Fast. 155.
Fortuna inimica. Virg. 5. Aen. 71.
Gens inimica mihi. Virg. 1. Aeneid. 15.
Ignis inimicus. Virg. 4. Georg. 66.
Lues inimica. Sil. lib. 17. 20.
Numina inimica. Virg. 2. Aen. 125.
Pectore inimico fatur. Virg. 11. Aen. 137.
Vis inimica propinquat. Virg. 12. Aen. 30.
Inimicæ oculis maximè ac dentibus uomitiones: hoc est, contrariæ & noxiæ. Plin. lib. 11. cap. 53. 5.
Inimicior uox. Cic. de Amicit. 53.
Inimicus ultus. Capt. 11. 27.
¶ Inimicissimus, mi, penultima producta, Substantiuum. Cicero pro Milone, Vbi uidit homo ad omne facinus paratissimus, fortissimum uirum, minutissimum suum, certissimum consulem, &c. palàm agere cœpit, & apertè dicere occidendum Milonem.
¶ Inimicitia, inimicitiæ (ἐχθρὸς, ἐχθρα, ἀπέχθεια) Cic. 4. Tuscul. 32, Inimicitia, ira ulciscendi tempus obseruans.
Inimicitiæ sunt inter eos. Terent. And. 5. 211.
Graues inimicitiæ. Quint. lib. 6. cap. 3. 24.
Iustæ inimicitiæ. Vide Iustus.
Truces inimicitiæ. Hor. 1. epist. 20. 10.
Appetere inimicitias. Vide Appeto.
Capere inimicitias in se. Terent. Phorm. 2. 3. 23.
Capessere. Tacit. lib. 5, Nam Trio facilis capessendis inimicitijs.
Communicare. Vide Communico.
Concipere. Vide Concipio.
Contrahere. Quint. lib. 7. cap. 2. 37. Vide Contraho.
Deponere. Vide Depono.
Insitas inimicitias habere & gerere. Vide Insero.
Indicare inimicitias. Vide Indico.
Inimicitiæ indictæ & apertæ. Cicero 7. Verr. 143, Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ.
Subire. Cic. 7. Verr. 142.
Suscipere. Cic. 1. Offic. 48.
¶ Inimico, inimicas, penultima producta (ἐχθραίνω) inimicare, Inimicum facere. Hor. 4. Carm. ode 15. 4, Et miseras inimicas urbes.
¶ Inimicor, inimicaris (ἐχθαίρω) Deponens, apud Ciceronem de Petit. Consul. 31, Sin autem id neges, statim abalienant se, & inimicantur.
¶ Inimicè, pen. prod. Aduerb. (ἐχθρωδῶς) Hostiliter, aduerso animo & contrario. Cicer. 2. Philip. 54, Ego autem, uide quàm tecum agam non inimicè. Idem 1. de Nat. deor. 9, Inimicè insectari. Idem pro Quint. 45, Inimicissimè atq; infestissimè contendere.
¶ Inimiciter, penultima correpta (ἐπεχθῶς) Aduerbium obsoletum, Accius, Placare hostem ferocem, inimiciter accensum.
Inimitabilis] & hoc inimitabile, penult. corr. (ἀμίμητος) Quod quis imitari non potest. Quint. lib. 2. cap. 17. 10, Opera quædam nobis inimitabilia. Idem lib. 10. cap. 2.
Sapor inimitabilis. Quint. lib. 3. cap. 10. 8.
Inde] Aduerb. (ἐκεῖθεν) Ex eo loco. Liuius, Ita exercitus inde domos abducti. Locus fortasse corruptus.
Iniquus] pen. prod. Adiect. (ἀνόμαλος) Non æquatus nec planus. Liu. 2. ab Vrbe, 131, Cum Aequis pòst aliquanto pugnatum est, initio quidem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes.
Iniquus ascensus. Liu. 8. bel. Pun. 85.
Iniquus (ἄνομος, παράνομος) Qui contra æquitatem facit, iniustus. Terent. And. 1. 2. 16,
—— sed ea nunc me exquirere,
Iniqui patris est. Idem Heaut. 2. 1. 1,
Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes, iudices.
Iniquus, inimicus. Terent. in Prologo Adelph. 2,
Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, &c.
Iniquus, Iratus. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 3,
— Vertunis quotquot sunt, natus iniquis.
Iniquo animo ferre, Aegrè ferre. Terent. Eun. 2. 1. 6.
Vitijs iniquus. Hor. 1. Carm. ode 2. 10.
Animis certatis iniquis. Virg. 10. Aen. 2.
Casus iniquus. Virg. 6. Aen. 96.
Iniqua conditio. Cic. ad Att. lib. 8. 159. 8.
Iniquior defensio. Cic. pro Cecin. 47, Puto teipsum Piso perspicere, quàto ista sit angustior iniquiorq; defensio, quàm, &c.
Iudex iniquus. Ouid. 13. Metam. 38.
Legem sancimus iniquam. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 14.
Mente iniqua ferre aliquid. Ouid. 8. Metam. 128.

Pretium

Digitized by Google

Pretium pietatis iniquum. Ouid. epist. 14. 26.
Pugna iniqua, Non æqua & impar. nempe quum pedes contra equitem decertat. Virg. 11. Aen.
Iniqui sermones, pro obtrectationibus. Cicero ad Lentul. lib. 1. 9. 80.
Sidus iniquum gentibus. Lucan 10. 7.
Vultu iniquo spectare aliquem. Ouid. 1. de Arte, 63.
Iniquus, Magnus. Virg. 1. Georg. 33,
— iniquo pondere rastri. Seruius.
Iniquus, Angustus. Virg. 4. Georg. 30,
Verum hæc ipse equidem spatijs exclusus iniquis
Prætereo.
¶ Iniquare (παροινομεῖν) à ueteribus dictum. Laberius, Aequum animum indignanti iniquat contumelia.
¶ Iniquitas, pen. corr. iniquitatis (ἀνισμαλία) Liu. 7. ab Vrbe, 164, Si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur.
Contentus iniquitate. Vide Contineo.
¶ Iniquitas, hominum (παρανομία, παρανόμημα) Iniuria aut malignitas. Plin. lib. 12. cap. 19. 7, Id acciderit ne ob iniquitatem prapotentium, an fortè, non satis constat.
Iniquitas temporis, Difficultas & angustia. Cic. pro Ros. Amer. 1. Sic, Liu. 5. bel. Maced. 60, Nam si quòd aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, &c.
¶ Iniquè, pen. prod. Aduerbium (παρανόμως) Iniustè. Plautus Casina, 1 4. 27,
Aut quòd ego unquam erga Venerem iniquè fecerim?
Iniquè iniurius. Plaut. Epid. 11. 24.
Iniquè comparata certatio. Terent. Adelph. 2. 2. 3.
Iniquè comparatum. Cic. pro Cluent. 44, Iam hoc quoq; prope iniquissimè comparatum est, quòd, &c.
Iniquè pacisci Cic. 5. Verr. 29.
Iniquè facis. Cic. ad Brut. 4. 2.
Initium] initij (ἀρχή) Principium rei maioris, initium uocatur: ut, Initium orationis. Quintiliano quoq; testante lib. 4 cap. 1. Hactenus Valla lib. 5. Terent. And. 4. 2. 26,
— imò etiam
Narrationis incipit mihi initium. Idem Hecyr. 5. 3. 23,
Hic adeò his rebus anulus initium fuit inueniundis. Ibidem, 3. 3. 1,
Nequeo mearum rerum initium ullũ inuenire idoneũ.
Initium iræ. Terent. Hecyr. 3. 2. 16.
Inter initia principatus. Vide Inter.
Illa initia, quæ Græcè elementa dicuntur. Cic. 1. Acad. 39.
Abrupta initia. Quint. lib. 3. cap. 8. 46. Vide Abrumpo.
Initia quædam, ac semina sunt concessa natura. Quint. lib. 2. cap. 20. 5.
Mediocrè initium. Vide Mediocris.
Peritum initium. Vide Peritus.
Præcedentia initia. Quint. in Proœm. lib. 1. 5.
¶ Initio, ablatiuus, pro Initio. Cic. Lentulo, li. 1. 7. 19, Redeoq; ad illud quod initio scripsi.
In initio. Cic. 1. de Orat. 60, Adolescentulus uerò sic in initio accusationis exanimatus sum, &c.
Ab initio, A principio. Cic. ad Brutum, 19. 2, Cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit.
Capere initium. Cæsar 1. bel. Gal. 4. Quint. lib. 2. cap. 11. 1, Iam hinc ego nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initium solent.
Destinare sibi certa initia. Quint. lib. 2. cap. 11. 4.
Dare initium alicuius rei Quint. lib. 3. cap. 2. 2.
Ducere initium ex re aliqua. Quint. lib. 2. cap. 17. 24.
Ducere rerũ initiũ ac legũ suarũ alicunde, Incipere. Cic. de lege Agrar. 31. Sic, ad Att. lib. 9. 180. 4, Nec uerò dubito, quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur à fame.
Facere initium, Idem. Cic. 14. Philip. 408, Pansa Consul, Imperator initium cum hostibus confligendi fecerit.
Facere initium à re aliqua. Quint. lib. 4. cap. 2. 91.
Inducti his initijs omnia uera diligimus. Vide Induco.
Introducere initium. Vide Introduco.
Pellere initium sermonis. Vide Pello.
Ponere initium. Cic. ad Attic. lib. 11. 208. 5.
Initium sumere. Quint. lib. 8. cap. 6.
¶ Initia, initiorum (μυστήρια) Cereris sacra dicebantur. Varro de re Rustic. libro 3. capite 1, Cui consentaneum est, quòd initia uocantur potissimum ea quæ Cereri fiunt sacra. Cicero 2. de Leg. 8, dicit mysteria appellari initia, quibus ex agresti uita, exculti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint uitæ principia.
Initiorum dies dicuntur à Liuio, quibus solennia sacrificia celebrabantur, in quibus nefas erat inesse non initiatos. Acarnanes (inquit 4. Decad. lib. 1. 52) duo iuuenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi sunt.
Initiorũ dies. Liu. 9. bel. Maced. 46, Tres in anno statos dies habuisse, quib. interdiu Bacchis initiarentur, &c. & pro trib. in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. Hinc apparet initia dici pro initiationibus.
¶ Initiamenta, initiamentorum, Religionis prima dogmata. Senec. epist. 91, Hæc eius initiamenta sunt, quibus non municipale sacrum, sed ingens deorum immortalium templum mundus hic reseratur.
Initiantur coniuges liberis. Quint. Declam. 1.
¶ Initio, initias (μυέω, τελέω, προτελέω, κατηχέω, κατόρχομαι) initiare, Sacris imbuere. Cic. 1. de Nat. deor. 163, Vbi initiantur gentes orarum ultimæ. Ex quodam poeta. Plinius libro 30. capite 2, Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Cic. 1. Tusc. 46.
Initiare, inchoare & auspicari. Firmicus, Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingressus.
Initiari dicuntur pueri, quum à lacte & à cunis transeunt, ut cibo firmiori alantur. Nam apud Varronem legitur, Initiari pueros Edulia, & Potiua, & Cubæ, deabus edendi & potandi & cubandi.
Initiare munditijs. Plaut. Casina, 6. 11.
¶ Initiatus, Inchoatus. Aurelius in l. 1. ff. de officio præfecti prætorio, His cunabulis prætorio præfectorum authoritas initiata, intantum meruit augeri, ut appellari à præfectis præterio non posit.
Initiatus literis, quemadmodum & sacris. Plin. epistol. 110. 6. Quintil. lib. 1. cap. 3. Id est, quod uulgò dicitur inauthorari, & licentiari: ut sacris olim Eleusinis, & nunc Christianis, initiati sunt, illis, ut nunc dicitur, consecrati, & ad illorum administrationem solenniter admissi. Sic legibus initiatos, quos licentiatos uocant, dicere possumus.
Initus] Vide Ineo.
Iniucundus] Adiect. (ἀτόρπης) Iucundo contrariũ. Cic. 1. de Finib. 6, Minimè nobis iniucundus labor.
Iniucundus odor. Plin. lib. 25. cap. 7. 4.
Iniucundè, Aduerbium (ἀτόρπως) Cic. ad Atticum, libro 1. 15. 1, Quæ res mihi asperius à nobis atq; nostris, & iniucundius acta uidebantur.
¶ Iniucunditas, pen. corr. iniucunditatis (τὸ ἀτόρπες) Cic. 2. de Nat. deor. 207, Sed tamen prætereundum est, ne quid habeat iniucunditatis oratio.
Iniudicatus] pen. prod. Adiect. (ἀδίκαστος, ἀκατάκριτος) Non iudicatus Gel. lib. 13. cap. 23, Decem hominibus uitam eripis, indicta causa, iniudicatis, indemnatis. Idẽ lib. 5. cap. 50, Rem iniudicatam reliquerunt, causamq; in diem lon-

Digitized by Google

longißimam diſtulerunt.

Iniuges] ἄζυγες, Boues dicuntur à Feſto, qui ſub iugo non fuerunt.

Iniungo] *iniungis, iniunxi, iniunctum* (ἐπιτίθημι, προσάπτω) *iniungere*, Simul iungere: ut, Iniungere pondus bobus. Colum. lib. 7. Idem lib. 5, Itaq; pingui terra ſingulis brachijs licebit bina iniungere flagella.

Iniunxit amicitiam cum eo, Familiaritatem cum eo contraxit, & amicitia cũ eo coniunctus eſt. Plin. de Viris illuſtr. 50.

Iniungere detrimentum Reipub. Inferre damnum, aut addere, quod etiam Facere dicitur, uel Damno augere. Brutus ad Cic. lib. 11. 13. 10.

Iniungere iniuriam. Liu. 3. ab Vrbe, 279.

Iniungere, imponere. Plautus Bacchid. 20. 38, Quum cenſuit Mneſilochum cum uxore eſſe dudum militis, ibi me iniunxit ſolui.

Laborem alicui iniungere. Quint. in Proœm. lib. 1. 3.

Iniungere laborem ſibi, Sumere. Plin. epiſt. 143.

Iniungere munus, uel Iniungere onus, Dare prouinciam ſignificat. Liu. 3. ab Vrbe, 144. Idem 6. bel. Pun. 120.

Iniungere neceſſitatem, Aſtringere, & cogere. Plinius epiſtol. 290.

Iniungere officium. Colum. lib. 31. cap. 1. 7.

Iniungere pœnam. Vlp. in l. 2. ff. de præuar.

Iniungere ſeruitutem, In ſeruitutem redigere, & ſeruos facere. Cæſar 7. bel. Gal. 316.

Iniungere ſibi tormentum. Plin. in Paneg. 141.

¶ Iniunctus, Participium (προσαχθείς) ut, Manus iniunctæ pedibus. Senec. Thyeſt. 6. 6.

Iniuratus] pen. prod. (ἀνώμοτος) Adiectiuum, contrarium eſt Iurato. Plaut. Amphit. 4. 283, Nam iniurato ſcio plus crederet mihi, quàm iurato tibi. Cic. pro Cecin. 2, Quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus inſimulo. Et 3. Offic. 146, Iurani lingua, mentem iniuratam habeo.

In ſua lite iniuratus. Cic. pro Roſ. Com. 26.

Iniuria] *iniuriæ* (ὕβρεις, ἀδικίαι) Dicta eſt quòd non iure fiat. Iniuria (ut Vlpianus ſentit) iniquitas atque iniuſtitia eſt. Omne enim quod non iure fit, iniuria dicitur, ſiue uerbis, ſiue re. Vnde damnum aliquando ſignificat, aliquando offenſionem & moleſtiam. Pacuuius, Patior facilè iniuriam, ſi eſt uacua à contumelia. Terent. Heaut. 5. 2. 39,

— matres omnes filijs
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe.

Iniuria, paſſiuè: ut, Iniuriæ ciuium, id eſt, quæ ciuibus inferuntur. Cic. 1. de Inuent. 6. Plin. epiſt. 4. b, Veniebat in mentem priores noſtros etiam ſingulorum hoſpitum iniurias accuſationibus uoluntarijs executos.

Iniuria, Actiuè ferè ubiq; occurrit. Colum. lib. 3. cap. 20. 2, Ne nunc mille tempeſtatum iniurias perſequar. Plinius libro 8. cap. 48. de ueſtibus.

Ab iniuria obliuionis ſe aſſerere. Plin. epiſt. 5. b. lib. 3.

Obnoxius iniurijs. Vide Obnoxius.

Opportunus iniuriæ, Facilis ad accipiendam iniuriam. Plinius lib. 9. cap. 31. de cancris.

Spretæ iniuria formæ. Virg. 1. Aen. 7.

Sceleris iniuria. Virg. 3. Aen. 121.

Atrox iniuria. Vide Atrox.

Breuis iniuria. Ouid. 3. Metam. 27.

Inſignis iniuria. Vide Inſignis.

Longa iniuria. Virg. 1. Aen. 69.

Abſtinere iniuria. Cic. 3. Offic. 94. Vide Abſtineo.

Accipere iniuriam. Vide Accipio. Quint. lib. 8. cap. 5.

Afficere iniuria. Vide Afficio.

Agere iniuriarum. Quint. lib. 3. cap. 6. 15.

Animaduertere iniuriam. Vide Animaduerto.

Circunretit uis atq; iniuria quenq;. Lucret. lib. 5. 232.

Concedere iniuriæ, Cedere periculo & ſuccumbere. Saluſt. in Iugurtha.

Conſociare iniuriam. Vide Conſocio.

Conſumptus iniuria. Vide Conſumo.

Contegere factam iniuriam. Vide Contego.

Conterere uoluntaria obliuione iniuriam. Cicero Lentulo, libro 1. 9. 176.

Damnatus iniuriarum. Vide Damno.

Iniuriam decernere. Vide Decerno.

Defendere alicui iniuriam. Vide Defendo.

Iniuriam defendere foribus: id eſt, prohibere ne quod damnum inferatur. Plaut. Moſtel. 8. 169.

Obuiam ire iniuriæ, Periculum præuertere aut præuenire. Saluſt. in Iugurtha.

Iniuriam facere, Inferre. Terent. Hecyra, 3. 1. 27,

Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias
Faciunt. Ibidem, 4. 4. 68, Facis huic adeo iniuriam.

Vbi Donatus, Facis iniuriam, pro Facis iniuſtè. Cic. 1. Offic. 37, de iuſtitia, Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur, &c.

Dare beneficium, & Facere iniuriam, contraria. Antonius Ciceroni in Epiſtol. ad Att. lib. 10. 198. 3.

Fit nota iniuria partu. Ouid. 2. Metam. 47.

Facere uel immittere iniuriam in aliquem. Cic. in Paradox. 35. Vide Immitto.

Imponere iniurias alicui. Vide Impono.

Inferre iniuriam, & Propulſare, contraria. Cic. 1. Offic. 35. de iniuſtitia. Vide Infero.

Iniungere iniuriam. Cic. 3. de Nat. deor. 122. Vide Iniungo.

Inſectari iniuriam alicuius. Vide Inſector.

Laborare alterius iniuria. Vide Labor, laboris.

Leuare iniurias. Vide Leuis.

Lucrificare iniuriam. Vide Lucrum.

Negligere iniurias. Vide Negligo.

Offerre iniuriam. Terent. Hecyra, 5. 1. 13. Vbi Donatus, Offerimus iniuriam non merenti: Reddimus ei qui meretur.

Pati iniuriam. Cic. 12. Philip. 325.

Probibere ſe, & ſuos ab iniuria. Cæſar 2. bel. Gal. 332.

Propulſare iniuriam. Cic. pro Sex. Roſ. 86.

Reſiſtere iniuriæ. Cic. Lent. lib. 1. 5. 14.

Soluere iniuriam, Vindicare & ulciſci. Saluſt. in Oratione Lepidi ad populum.

Subactus iniuria. Liu. lib. 5. Decad. 5. Id eſt, coactus.

Iniuria, Ablatiuus qui aduerbialiter ponitur, pro eo quod eſt Sine cauſa & immeritò. Plaut. Epid. 14. 51,

— maxima hercle iniuria
Vinctus aſto. Terent. Heaut. 3. 3. 20,
Syre, pudet me. s. credo: neq; id iniuria. Cic. 1. in Cati. 12,
Iniuria ſuſpectus ciuibus ſuis.

Non iniuria. Vide Non.

Iniuria diſpertire, Iniuſtè, inæqualiter. Plaut. Aulul. 10. 4.

Iniuria tua factum eſt, Per te. Plaut. Trucul. 4. 63.

Non iniuria tibi illud accidit, Non immeritò. Cicero 3. de Nat. deorum, 129.

Nec iniuria: id eſt, non ſine cauſa, non abs re. Cic. ad Quint. fra. lib. 3. 24. 7, Hoc horret Milo, nec iniuria. Idem pro Roſc. Amer. 68.

¶ Iniurior, Iniuriaris, iniuriatus ſum, iniuriari, Deponens. Seneca lib. 2. de Tranquil. uitæ, Omne fortuitum circa nos ſæuit, & iniuriatur.

¶ Iniurius,

Digitized by Google

¶ Iniurius, Adiectiuum (ὑβριστὴς) Nomen est comicum, quo etiam oratores utuntur: id est, qui audet aliquid contra ordinem iuris. Sic Seruius. Terent. Heaut. 2.3.79,

—— multis modis iniurius
Clitipho est: neq; ferri potis est. Idem And. 2.3.3.

Iniquè iniurius. Vide Iniquus.

Iniurium est: id est, iniquum, & uim aduerbij habet, inquit Donatus. Plaut. Curc. 2.65. Terent. Hecyra, 1.1.14,

Tamen eandem pol esse omnibus, iniurium est.

8. Iniurium est autem ulcisci aduersarios? Cic. 3. Offic. 120, Si tabulam de Naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens si potuerit? Negat: quia sit iniurium.

¶ Iniuriè, Aduerbium antiquum, pro iniuriosè. Næuius Lycurgo: Oderunt dij hommes. Iniuriosè egone, an ille iniuriè facinus. Nonius.

¶ Iniuriosus, pen. prod. Adiectiuum (ὑβριστικὸς, ὑβριστὴς) Qui infert iniuriam. Cic. 1. Offic. 68, Primùm in eo peccant, quòd iniuriosi sunt in proximos.

Iniuriosus ictus, Damnum inferens & periculosus. Plin. lib. 17. cap. 24. 11.

Iniuriosa facinorosaq; uita, Plena sceleribus & iniquitatibus, nempe alijs noxia. Cic. 1. de Legib. 59.

Venti iniuriosi. Hor. Epod. 17. 7.

¶ Iniuriosè, Aduerbium (ὑβριστικῶς) Perperam. Brutus ad Ciceronem, 13. 1, Qui si eripuerit se nobis (quod uelim temerè atque iniuriosè de illo suspicati sint homines) oro atque, &c.

Iniuriosius tractare, Cum iniuria & iniquè. Cicero pro lege Manil. 6.

Iniussus] Substantiuum (αὐτοσυ τῆς προστάξεως) ferè in ablatiuo usurpatur: ut, Iniussu meo, uel tuo: hoc est, te non præcipiente. Terent. Phorm. 2. 1. 1,

Itáne tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo? Cic. de Senect. 66, Vetatq; Pythagoras iniussu imperatoris, id est, Dei, de prædio & statione uitæ decedere.

¶ Iniussus, Adiect. (ἀπρόστακτος) Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 1,

Omnibus hoc uitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniussi nunquam desistant. Hoc est, quando non iubentur, neq; rogantur.

Iniussa uirescunt gramina. Virg. 1. Georg. 11.

Iniussa canere. Virg. 6. Eclog.

Iniustus] Adiectiuum (ἀδικος, ἄδικος, ἀδίκητος) Iusto contrarium. Terent. Adelph. 1. 2. 18,

Homine imperito nunquam quicquam iniustius.

Iniustus, Qui iustam magnitudinem excedit. Virg. 3. Georg. 70.

Iniusto sub fasce uiam dum carpit. Seruius.

Amor iniustus. Ouid. 2. Fast. 156.

Auribus iniustis loqui. Ouid. epist. 12. 36.

Bellum iniustum. Ouid. 5. Metam. 42.

Ius iniustum. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 9.

Lex iniusta. Tibull. lib. 1. eleg. 5. 12.

Nouercæ iniustæ. Virg. eclog. 3. 7.

Onus iniustum imponere. Cic. in Orat. 19.

Pax iniusta. Vide Pax.

Regna iniusta tenebat. Ouid. 5. Metam. 56.

Sententia iniusta. Ouid. 11. Metam. 35.

Maleficus uir & iniustus. Cic. 5. Tusc. 91.

Iniustum, Meritum & debitum, contraria. Cicero 2. de Orator. 112.

¶ Iniustus, generaliter pro duro, quod etiam iniquum dicitur. Quintilian. Decl. 13, Cur iniusto quotidie iugo boum colla deteruntur?

¶ Iniustitia, iniustitiæ (ἀδικία) Iniquitas. Terent. Adel. 3. 2. 5,

Tot res repentè circunuallant, unde emergi non potest,
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia. Idem Heaut. 1. 1. 82.

Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea. Vide primum lib. Officiorum Ciceronis, De iniustitia.

Capitalis iniustitia. Vide Capitalis, in Caput.

¶ Iniustè, Aduerbium (ἀδίκως) Iniquè. Plaut. Pseud. 9. 19,

Non soles respicere te, quum dicas iniustè alteris. Cicer. 2. de Finibus, 93, Quam multa uerò iniustè fieri possunt, quæ, &c.

Inlargio] inlargis, inlargire, Idem quod Largiri. Cato lege Bœbia, Pecuniam inlargibo tibi. Nonius. Antiquum.

Inlutus] pen. prod. Non mouille. Arnob. lib. 1. Aduersus gentes, de Christo loquens, qui per altissimas gurgites pedem ferebat inlutum. Sans se mouiller de pied.

Innabilis] Innans. Vide Inno, innas.

Innascor] innasceris, pen. corr. innatus sum (ἐγγίνομαι) innasci, Simul nasci. Cic. lib. 1. Offic. 92, Sed illud odiosum est, quòd in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur. Terentius And. 4. 1. 2,

Tanta uecordia innata cuiquam ut siet, &c.

Innatum est omnibus id uitium. Terentius Hecyra, 4. 1. 29. id est, hoc omnes habent à natura. Cic. 2. de Fin. 159, Innatam esse homini probitatem.

Filix innascitur agris. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 8.

Robora innata rupibus. Ouid. epist. 7. 8.

Innasci, Idem quod nasci aliquando. Plaut. Persa, 9. 13,

—— uomica est pressare parce.
Nam ubi quis mala tetigit manu, dolores cooriuntur.

Innatus & insitus, Assumptus & aduentitius, contraria. Cic. in Topic. 36.

Innatus dicitur homo alicui rei, ad quam natura factus est. Senec. de Consolat. ad Polybium, Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non inuutritus est tantum, sed etiam innatus, sic esse fundatum, &c. Potest etiam exponi. Inter liberales disciplinas natus. Hoc est, inter disciplinarum liberalium peritos.

Receptum & innatum. Cic. 7. Verr. 108.

Innatus in nobis amor cognitionis & scientiæ. Cicero 5. de Finibus, 86.

Amor innatus habendi. Virg. 4. Georg. 36.

Insitas, uel potius innatas deorum cognitiones habemus. Cic. 1. de Nat. deor. 63.

Insitam quandam uel potius innatam cupiditatem scientiæ habemus, Cic. 4. de Fin. 6.

Libido innata. Ouid. 5. Metam. 92.

Probitas gratuita homini innata est, non inuitata uoluptatibus. Cic. 2. de Fin. 159.

Deis innascitur ratio recta constansq; Cicero 2. de Natura deorum, 48.

Innato] innatas, pen. corr. (συνήχομαι) innatare, Idem quod Nato, uel supernato, aut potius intus nato. Colum. lib. 12. capite 4. 4, Vbi non innatent, sed semper sint iure submersa. Plin. lib. 8. cap. 40. 4.

Innatare in fluuium. Plin. lib. 8. cap. 40. 5. Cic. 2. de Natu. deorum, 184, Itaq; quum pisciculi parui in concham hiantem innatuerint.

Innatare undam. Virg. 2. Georg. 91.

Innatare flumini. Plin. lib. 8. cap. 25. 5. Idem lib. 18. cap. 35. 18. Innatans aquis pluma.

Innatat terræ fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9. 11.

Vnda dulcis freto innatat. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 10. 13.



Digitized by Google

Lactuca innatat ſtomacho. Horatius 2. Sermon. Satyr. 4. 12.

Innauigabilis] & innauigabile, penultima correpta (ἄπλοος) ut, Fluuius innauigabilis. Vbi quis nauigare non poteſt. Liuius 5. ab Vrbe, 63, Inſignis annus hyeme gelida ac niuoſa fuit, adeò ut uiæ clauſæ, Tyberis innauigabilis fuerit.

Innecto] innectis, innexui, innexum (συνάπτω) innectere, Nectere, uel circunligare, aut colligare. Virgilius 8. Aeneid. 132,

—— tum lactea colla Auro innectuntur.

Palmis amborum innexuit arma. Virg. 5. Aen. 85.

Brachia innectere collo. Stat. 4. Theb. 6.

Colla innectens ambobus lacertis. Ouid. 11. Metam. 50.

Laqueo fauces innectere. Ouid. 10. Metam. 76.

Columba innexa pedem uinculis. Virg. 5. Aen. 102.

Sertis innectun: tempora. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 1.

Fraus innixa clienti. Virg. 6. Aen. 122.

Cauſaſq; innecte morandi. Virg. 4. Aen. 11.

Moras innectere. Stat. 5. Theb. 149.

Per affinitatem innecti alicui. Tacit. lib. 5.

Innitor] pen. prod. inniteris, innixus uel innisus ſum (ὀρέγω, ἐπερείδω) niti, Inhærere, incumbere, datiuo, uel accuſatiuo, aut ablatiuo uariè conſtruitur.

Inniti, datiuo. Quintil. lib. 6. cap. 2, Omnia curæ tuteleq; unius innixa.

Baculo innitens. Ouid. 14. Met. 131.

Cubito innixa. Virg. 4. Aen. 138.

Arator innixus ſtiuæ. Ouid. 8. Metam. 44.

Fractæ innititur haſtæ. Stat. 12. Theb. 29.

Secreta eius innituntur illi. Tacit. lib. 3.

Innixus, ablatiuo. Cic. 4. Acad. 160, Intendit criminis Apollo Arcum duratum luna innixus. Ex quodam poeta.

Innixus haſta. Liu. 4. ab Vrbe, 83.

Hac arte innixus Hercules arces tetigit igneas. Horatius 3. Carm. ode 3. 2.

Humero dextro innixus. Propert. lib. 1. eleg 19. 9.

Innixus in humeris. Cic. de Aruſp. reſpon. 56.

Innixus in aliquem: Plin. lib. 7. cap. 53. 4.

Inno] innas (συννέω) innare, Idem quod Nare, ſiue natare. Cicero 2. de Nat. deorum, 145, Quot genera, quamq; diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium & innantium beluarum.

Innare aquæ. Liu. 1. bel. Pun. 96.

Fluuios innare rapaces. Virg. 3. Georg. 28.

Caßis innat mare. Senec. Thyeſt. 3. 2.

¶ Innans, Participium (συννέων) Horatius 3. Carm. ode 17. 2,

—— & innantem Maricæ Littoribus tenuiſſe Lyrim.

¶ Innabilis, & hoc innabile, pen. corr. Ouid. 1. Metam. 4,

Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda.

Innocens] penultima correpta, innocentis, Adiectiuum (ἄβλαβος, ἄκακος) Cicero 5. Tuſculan. 78, Innocens dicitur non qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet. Terentius Adelph. 2. 1. 1,

Obſecro populares ferte miſero atque innocenti auxilium.

Innocens, & Nocens, contraria. Cic. pro Roſc. Amer. 33, Innocens ſi accuſatus ſit, abſolut poteſt: nocens niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt.

Innocens, integer, religioſus uir. Cic. 6. Verr. 6.

Vir bonus & innocens. Cic. de clar. Orat. 93.

Mulier innocens. Hor. 3. Carm. ode 24. 4.

Epiſtola innocens. Cic. Trebatio, lib. 7. 19. 1.

Innocens ruina. Mart. lib. 1. 78.

Damnare innocentem. Cic. 1. Tuſc. 161.

Innocens, pro Innocuo. Plinius Innocentior mea, quæ diu pependit. Budæus.

Factorum innocens ſum. Tacit. lib. 4.

Innocens, pro Innocuo. Plinius libro 23. capite 1. 1. de uuis, Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere: qua nentilatione etiam utiles fiunt ſtomacho ægriſq;. Horatius 1. Carm. ode 17. 5,

Hic innocentis pocula Leſbij
Duces ſub umbra.

¶ Innocenter, Aduerb. (ἀβλαβῶς) Innoxiè. Cic. in Saluſt. 2, Antè, quàm eos res ſuæ geſtæ, & uita innocentiſſimè acta commendauit. Plin. lib. 18. cap. 32. 1, Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decreſcente luna, quàm creſcente fiunt.

¶ Innocentia, innocentiæ (ἀκακία, αἰσθυμία) Integritas, ſiue ut Cic. 3. Tuſcul. 9. ait, Affectio animi talis quæ noceat nemini. Saluſt. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuntijs accepit ſimul, & de innocentia ſua certior Romæ factus, diffidere, ac tum demum ueram deditionem facere conatus eſt.

Singularis integritas atq; innocentia. Cic. 1. Verr. 15.

Summa integritate & innocentia uir. Cic. 3. Philip. 141.

Innocentia mutua. Vide Mutuus.

Conſtat de eius innocentia. Vide Conſto.

Ingenij præſidio, pœna iudiciorum liberare innocentiam. Cic. 1. de Orat. 101.

Innocuus] Adiectiuum (ἀβλαβὴς) actiuè & paßiuè accipitur.

Innocuus, Innocens, qui non nocet. Lucan. lib. 3. 97,

—— ut grandine tecta
Innocua percuſſa ſonant. Mart. lib. 7. 11,
Ludimus innocuis uerbis.

Genus innocuum. Ouid. 1. Faſt. 89.

Iter innocuum. Ouid. 4. Faſt. 161.

Opis innocua. Ouid. 1. Amor. 51.

Innocuus, Cui nulla ſit noxa. Virg. 10. Aen. 61,

—— & ſedere carinæ Omnes innocuæ. Idem lib. 7. 46,
—— litusq; rogamus
Innocuum. Vbi Seruius, Innocuum, non quod nulli noceat, ſed cui uindicato nulli poßint nocere. Valla reprehendens Seruium, ſic ait, Innocuus inquit Seruius, eſt cui non nocetur. Innoxius, qui non nouit nocere. Vellem exempla recitaſſet, quibus oſtenderet expoſitionem innocui ueram eſſe. Nanque illud Virgilianum quod eum impulit in hanc opinionem,

Donec roſtra tenent ſiccum, & ſedere carinæ
Omnes innocuæ: Non eſt intelligendum, quòd ſubſederunt tales ut eis nihil noceretur: ſed uel more poetico, quòd nihil peccauerunt, quaſi innocentes (nocentes enim ſunt, quicunq; ab honeſto receſſerunt, etiam ſi nemini noceant) uel quòd non nocuerunt, neq; ſibijpſis, neque uectoribus, aut nautis. Hæc Valla lib 6.

Innoteſco] innoteſcis, innotui (διαγνώσομαι) innoteſcere, Notum fieri. Plin. lib. 35. cap. 11. 18, Cteſilochus Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit.

Libellis noſtris innotuit illa. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 2.

In maius innoteſcere. Tacit. lib. 20.

Innouo] innouas, pen. correp. (ἐγκαινίζω) innouare, Nouum facere. Cic. in Piſ. 71, Quo te modo ad tuam intemperantiam ſcelerate innouaſti? Liu. 1. bell. Pun. 118, Cæteram uim quàm dictu fœdiora terrorem innouarunt.

Innoxius] Adiectiuum (ἀναιτιατος, αἰτιατόω) Obnoxio contrarium eſt: ſignificat autem innocentem, carentem culpa, inculpatum, ſiue eum qui minimè nocet. Plaut. Capt. 12. 7.

Decet

Decet innocentem seruum atq; innoxium.
Confidentem esse, suum apud herum potißimum. Salust. in Catil. Ipsi innoxij, florentes, sine metu ætatem agere. Liu. 5. ab Vrbe, 137, Peßimo exemplo innoxij denis millibus grauis eris condemnati sunt.

Innoxior uita. M. Cato, Quantoq; suam uitam superiorem, atq; ampliorem, atq; antiquiorem in animum inducēt esse, quam innoxiorem. Hoc est, minus nocuant.

Innoxius leo, Non nocens. Plin. lib. 8. cap. 16. 9.

Innoxij saltus, In quibus nullū est periculū. Plin. lib. 3. cap. 5. 4.

Serpens innoxius. Virgil. 5. Aeneid. 19.

Verba non innoxia. Virg. 2. Georg. 26.

Innoxius à, uel ab, Paßiuè (ἀπήμων) Colum. lib. 2. ca. 10. 9, Sic condita, erit à curculionibus innoxia. Idem lib. 5. cap. 9, Vt sit innoxius ab iniuria pecorū. Id est, ne lædatur à pecoribus.

Innubilus] pen. corr. Adiectiuum (ἀνέφελος) Idem quod Serenus. Lucret. lib. 3. 5,
—semperq; innubilus æther
Integit, &c.

¶Innubilo, innubilas, pen. corr. innubilare, Obscurare. Solinus cap. 66, Si purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum: aut pallore languescunt, aut ruffo innubilantur.

¶Innubis, & hoc innube, pen. prod. Adiectiuum (ἄθεος) Sine nubibus, sudus & clarus. Seneca Herc. Oetheo, 4. 2,
Namq; ut reluxit pellicis captæ decus
Et fulsit Iolæ: qualis innubis dies.

Innubo] innubis, pen. prod. innupsi, innuptū, innubere, Proprie significat ad domum uiri transire. Vnde & pro Transire sumitur. Lucil. lib. 6. Satyr.
Inuadere atq; innubere censent. Antiquum.

¶Innuptus, Participium (ἀγάμητος) ut, Decus innuptarum. Catul. Argon. 59. 16.

Puellæ innuptæ. Virg. 2. Aeneid. 48.

Innuptæ nuptiæ. Cic. 3. de Orat. 121. Id est, contra ius factæ.

¶Innubus, pen. corr. (ἄγαμος) Qui uxorem non duxit. Innuba, quæ uiro non nupsit.

Permaneo innuba. Ouid. 14. Metam. 29. De Sibylla, quæ perpetuam uirginitatem seruauit.

Laurus innuba. Ouid. 10. Metam. 19. Propter Daphnen uirginem in laurum mutatam.

Innumerabilis] & hoc innumerabile, pen. corr. (ἀναρίθμητος) Quod numerari non potest. Cicero 5. Verr. 40, Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.

Multus & innumerabilis. Cic. 2. de Finib. 50.

Multitudo innumerabilis. Cic. Post red. in Senatu, 9.

Innumerabiles mundi Democrito. Cic. 4. Acad. 101.

Series annorum innumerabilis. Horat. 3. Carm. ode 30. 1.

¶Innumerabiliter, pen. corr. Aduerbium (ἀναριθμήτως) Lucret. lib. 5. 53,
Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto
Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

¶Innumerabilitas, pen. cor. innumerabilitatis (τὸ ἄπειρον) Cic. 1. de Nat. deor. 99, Tamen pleraq; dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemq; mundorum eorum, &c.

¶Innumerabilis, pen. prod. Adiectiuum (ἄπειρος) Idem, sed antiquum. Lucret. lib. 2. 218,
—cætera, quæ sunt,
Nunc esse unica, sed numero magis innumerali.

¶Innumerus, pen. corr. Adiectiuum (ἀνάριθμος) Idem. Plin. lib. 2. cap. 3. 38, Innumeræ rerum effigies. Idem lib. 5. cap. 27. 6, Immensus ipse, & innumerarum gentium arbiter. Cic. 2. de Orat. 52, Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.

Gentes innumeræ. Virg. 6. Aeneid. 141.

Hoste innumero cinctus. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 4.

Numerus innumerus. Lucret. lib. 3. 157.

¶Innumerosus, pen. prod. (ἀπείρων) Adiectiuum, Idem. Plin. lib. 10. cap. 65. 1, Ex omnibus quæ perfectos fœtus, uel tantos & innumerosos edunt, supra cuncta est murium fœtus. Ex uetusto codice legitur, Ex omnibus quæ perfectos fœtus, siues tantum & numerosos edunt.

Innuo] innuis, innui (πιτνάω) innuere, Signo capitis quid significare. Cic. pro Murena, 48, Atq; ille ut semper fuit apertißimus, non se purgauit, sed indicauit atq; innuit. Exemplar uetus legit, Induit. Idem ad Allienum, lib. 13. 79. 2, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo. Ex uetusto codice legendum Munio.

Rogare hospites & innuere. Author ad Heren. lib. 4. 186.

Innutrio] innutris, pen. prod. innutrui, innutritum (ἐντρέφω) innutrire, Idem quod Nutrire, uel simul nutrire. Senec. libro 1. epist. 2, Certis ingenijs immorari & innutriri oportet, si uelis aliquid trahere, &c. De lectione uariorum auctorum.

Innutritus, pen. prod. Participium, uel Nomen ex participio. Innutriti dicimur alicui rei, in qua educati sumus. Seneca in Consol. ad Polybium, Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantum, sed innatus, sic esse fundatum, &c. Plin. epist. 210. b.

Ino] huius Inus (ἰνώ) Cadmi filia, uxor Athamantis regis, quæ à Græcis Leucothea dicitur, teste Cicerone, lib. 1. Tuscul. 45. Ouid. Metam. 4, refert quemadmodum Ino cum Melicerta filio sese in mare præcipitem dederit, factiq; sint ambo dij marini. Idem 6. Fastor. 901,
Leucotheæ Graijs, Matuta uocabere nostris.

Flebilis Ino. Horat. de Arte, 25.

¶Inous, pen. prod. Adiectiuum (ἰνῶος) Ouid. 4. Metam. 100,
—at illi Inoosq; sinus, Athamanteosq; pererrant. De serpentibus.

Inoblitus] penult. prod. Adiectiuum (ἀνεπίλητος) Memor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 8,
Semper inoblita repetam tua munera mente.

Inobrutus] pen. cor. Adiectiuum (ἀβάπτιστος) Ouid. 7. Metamor. 72, Deucalioneas effugit inobrutus undas. Hoc est, non obrutus.

Inobscuro] inobscurat, pen. prod. (ἀνεπισκιάζω) inobscurare, Obscurum reddere, ita ut nulla ferè supersit memoria. Cicero 9. Philipp. 263, Cui si statuam in rostris decreto uestro statueritis, nulla eius legationis posteritatem obscurabit obliuio.

Inobseptus] Adiectiū. Non septus. Lactant. de opific. Dei, cap 8, Auriū foramina uoluit Deus esse nuda, & inobsepta.

Inobsequens] pen. corr. inobsequentis, om. gen. (ἀπειθής) Inobediens. Seneca Hippol. 10. 16,
Inobsequentes protinus frenis equi
Rapuere currum.

Inobseruatus] pen. prod. Adiectiū (ἀδιαφύλακτος) Non obseruatus. Martial. lib. 8. 33,
Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret. Ouidius 4. Metam. 68.

Inobseruata uarietas. Plin. lib. 28. cap. 5. 1.

¶Inobseruabilis, & hoc inobseruabile, pen. corr. (ἀνεπιτήρητος) Quod obseruari non solet, uel etiam non potest. Plin. lib. 2. cap. 17, Cuius est maximè inobseruabilis cursus. Catul. Argonaut. 59. 23, Inobseruabilis error.

Inocciduus] Adiectiuum (ἄδυτος) Non occiduus: ut, Visus

*inoccidui: id est, oculi semper uigilantes. Stat. 6. Thebaid. 56. de Argo.*

*Axis inocciduus, Polus Arcticus qui nunquam occidit, sed semper apparet. Lucan. lib. 8,*

*—sed qui non mergitur undis*
*Axis inocciduus gemina clarissimus Arcto.*

*Triones inoccidui. Id est, Septentriones nunquam occidentes. Claudian. in Gigantomach.*

*Continua & inoccidua uita. Arnobius lib. 2. Aduersus gentes.*

**Inocco**] *inoccas (ἐνωλοκοπέω) inoccare, Significat cooperire, quod fit, quum semen in agro seminatum est, & glebas sarculis & cratibus dissoluimus, ut semen humo contegatur. Columm. lib. 2. cap. 8. 4. Nam semen quod sicco solo ingestum & iam inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur. Idem 3. cap. 15. 1, Seritur erga prius inemundata, inoccataq́; & æquata pastinatione.*

**Inoculo**] *inoculas, penul. corr. (ἐνοφθαλμίζω) inoculare, Significat oculum unius arboris alteri adhibere, seu oculum in arbore aperire. Colum. lib. 11. cap. 2. 44, His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. Quod genus insitionis, emplastratio uocatur.*

¶ *Inoculatio, Verbale (ἐνοφθαλμισμὸς) Colum. lib. 5. cap. 11. 2, Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam uocant agricolæ emplastrationem: uel ut quidam, inoculationem. Plin. lib. 7. cap. 14. 1.*

¶ *Inoculator, penult. prod. Verbale (ἐνοφθαλμιστὴς) Plinius, libro 18. cap. 33. 3, Hunc caueat insitor calamis, gemmisq́; inoculator.*

**Inodoro**] *inodoras, pen. prod. (ἐνοδμίζω) inodorare, Odore inficere. Colum. lib. 11. cap. 3. 18, Nam sic sata, & rursus sic recondita existimantur, neq; acerrimi saporis existere, neq; mandentium halitus inodorare. De allijs.*

¶ *Inodorus, pen. pro. Adiect. (ἄνοδμος) Quod est sine odore. Gell. lib. 7. cap. 6, Quædam animalium alia carent alio, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáue. Quædam exemplaria legunt, Inora.*

**Inoffensus**] *Adiectiuum (ἀπρόσκοπος) Ad quod quis non offendit.*

*Iter inoffensum. Tacit. lib. 1.*

*Inoffensa uia, Facilis. Martial. lib. 14. 214.*

*Inoffensas uoluptates transmittere, per translationẽ. Plin. epist. 9. lib. 6. ad Calphurniam.*

*Inoffensa copulatio uocum, Aures non offendens, non aspera, sed dulcis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 20.*

*Inoffensa tempora à ualetudine uiuere, nullo morbo læsa & offensa. Gell. lib. 2. cap. 1. de Socrate.*

*Vita inoffensa. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 1.*

*Pedem inoffensum referre: id est, qui non offenderit ad lapidem, aut aliud. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 13.*

**Inofficiosus**] *pen. prod. Adiectiuum (ἀκαθέκτωρ) Qui cõtra officium facit, uel qui nullum officium præstat amico Cic. ad Atticũ, lib. 13. 283. 1, Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos.*

*Inofficiosum testamentum, ut ait Paulus Iurisc̃on. dicitur quod non ex officio pietatis paternæ confectum est, filijs sine legitima causa exhæredatis. Cicero 3. Verr. 75, Testamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.*

**Inolens**] *pen. cor. huius inolentis, om. gen. Non olens, Quod nullum spirat odorem. Lucret. lib. 2,*

*Quod licet ac possis reperire inolentis oliui*
*Naturam, nullam quæ mittat naribus auram.*

**Inolesco**] *ino'escis, inolui & inoleui, penult. prod. inolitum, penult. corr. (ἀδροὐόμαι, ἐπιφύομαι) inolescere, Crescere, inualere. Colum. lib. 5. cap. 10. 14, Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adijcito, & ita librum arboris inolescere sinito. Hoc est, succrescere. Virg. 2. Georg. 16. Silius lib. 8. 116,*

*—quo gurgite tradunt*
*Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. De silaro.*

*Inoleuit, Actiuè. Gell. lib. 12. cap. 5, Natura omnium rerum quæ nos genuit, induit nobis, inoleuitq́; in ipsis statim principijs quibus nati sumus. Id est, inolescit, confirmauit. Budæus.*

¶ *Inolescendus, Adiectiuum. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 11, In morbus inolescendis magnam ferè partem nutricis ingenium, & natura lactis tenet. Inolescendis uidetur dixisse, pro Ingenerandis.*

**Inominalis**] *hoc inominale, pen. prod. Quod est mali ominis. Gell. lib. 5. cap. 17, Ante diem quoq; quartum Calendas, uel Nonas, uel Idus, tanquã inominalem diem pleriq; uitant.*

**Inominatus**] *pen. prod. Adiectiuum (ἀνόμαστος) Malè ominatus, Infœlix. Horat. Epod. 16. 8,*

*Aut pars indocili melior grege: mollis, & expes*
*Inominata perprimat cubilia.*

**Inopaco**] *inopacas, pen. prod. (ἐπισκιάζω) inopacare, Opacum reddere, & obscurum. Colum. lib. 8. cap. 15. 3, Media rursus terrena pars esse debet, ut colocasijs conseratur, alijsq́; familiaribus aquæ uiridibus, quæ inopacant auium receptacula.*

**Inopia**] *Vide* **Inops.**

**Inopinans**] *pen. prod. Inopinantis (ἀδοκήτων) Participium sine uerbo. Cæsar 6. bel. Gall. 105. Multos in agris inopinantes deprehendit. Quintil. lib. 5. cap. 10, A præparatis inopinantes. Plin. epist. 2. lib. 3. Inopinantis, nescientis.*

¶ *Inopinanter, Aduerbium (ἀδοξότως) pro subitò & præter expectationem. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 60, In paucis diebus, quàm Capreas attigit, piscatori qui sibi secretũ agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, &c.*

¶ *Inopinatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀδόκητος) Non opinatum, improuisum, quod præter spem & opinionem euenit. Cic. 3. Tusc. 92, Hæc enim ferè tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum uideri. Quint. lib. 5. cap. 13. 3, Patronus etiam inopinatis frequenter occurrit.*

*Nouum & inopinatum. Cic. 4. Verr. 15.*

*Improuisum & inopinatum hoc illi accidit. Cic. 4. Verr. 48.*

*Inopinatum & insperatum. Liu. 3. ab Vrbe, 112.*

*Repentina & inopinata, grauiora. Cic. 3. Tuscul. 77.*

*Dictu inopinatum & mirabile. Cic. in Parad. 44.*

*Ex inopinato obseruare. Cic. 2. de Nat. deor. 183.*

*Inopinata res & recens. Cic. 4. pro Domo sua, 7.*

*Fraus inopinata. Silius lib. 7. 27.*

*Inopinata uerba, Quæ impræmeditatè & improuisè effluunt. Plin. lib. 28. cap. 2. 10.*

¶ *Inopinatè, & Inopinatò, pen. prod. (ἀδοκήτως) Aduerbia, Idem quod Præter spem. Liu. 4. bel. Maced. 109, Qui ad id quod futurum erat, ne inopinatè accideret. Idem 6. bel. Pun. 31, Quum inopinatò in castra Romana Numidæ, Hispaniq́; cum elephantis irrupissent.*

¶ *Inopinabilis, & hoc inopinabile, pen. corr. (ἄσκοπος) Quod quis nunquam existimasset futurum. Gell. lib. 17. cap. 12, Infames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles. Idem lib. 12. cap. 18.*

¶ *Inopinus, pen. prod. Adiectiuum (ἀνυπόπτος) Idem: ut, Dolor inopinus. Stat. 1. Thebaid. 59.*

*Gaudia inopina. Stat. 1. Sylu. 2. 10.*

*Quies inopina. Virg. 5. Aeneid. 170.*

*Inopina facies laborum. Virg. 6. Aeneid. 21.*

**Inopportunus**] *pen. prod. (ἄκαιρος) Opportuno contrarium.*

Digitized by Google

rium. Cic. 3. de Orat. 11, Etenim est huic loco nostro sedes nō inopportuna sermoni.

Inops] inopis, pen. corr. o. g. (ἀκτήμων, ἄκλης, ἀλλῆς) Pauper, egens. Plaut. Trinum. 10. 62,

—nolo ego mihi te
Tam prospicere, qui meam egestatem leues: sed ut inops
Infamis ne sim. Cic. 2. Offic. 58, Nam quum premeretur inops multitudo ab ijs qui maiores opes habebant, &c. Vetus exemplar habet, In mitio multitudo.

Inops ab amicis, Amicorum auxilio destitutus. Cic. pro Domo sua, 46.

Inops ad ornandum, & expedita ad inueniendū disciplina Hermagoræ. Cic. de claris Orat. 142.

Inops uerbis, Verborū penuria laborās. Cic. de claris Orat. 133.

Aequi inops. Stat. 12. Thebaid. 89.

Inops amicorum. Cic. de Amicit. 48.

Animi inops. Virg. 4. Aeneid. 61.

Inops auxilij. Liu. 3. ab Vrbe, 31.

Inops consilij. Liu. 6. bel. Pun. 95. Ouid. Metam. 150.

Inops dicendi sapientia. Cic. 1. de Inuent. 4.

Fortunæ inops. Tacit. lib. 4.

Mentis inops. Ouid. 2. Metam. 40.

Terra pacis inops. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 19.

Rationis inops. Stat. 1. Theb. 75.

Regnorum inopes. Stat. 12. Theb. 102.

Inops remedij. Plin. lib. 16. cap. 1. 4, Inopesq; remedij illæ.

Versus inops rerum. Horat. de Arte, 65.

Virorum inopes. Tacit. lib. 18.

Abundans & Inops, contraria. Cic. de claris Orat. 128.

Inops & exhaustum ærarium. Cic. 5. Verr. 140.

Amicus inops. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 1.

Amor inops. Lucret. lib. 4. 230.

Domus inops. Ouid. 8. Metam. 166.

Lingua inops. Cic. 3. de Finib. 80.

Senectam inopem trahere. Ouid. 7. Metam. 1.

Senectæ metuens inopi. Virg. 1. Georg. 38.

Turba inops. Virg. 6. Aeneid. 38.

Victus inops. Ouid. 1. Metam. 63.

¶ Inopia, inopiæ (ἀκτημοσύνη) Egestas, indigentia. Cic. de Amicit. 29, Humilem sanè relinquunt, & minimè generosum (ut ita dicam) ortum amicitiæ, quam ab inopia, atq; indigentia nasci nolunt. Plautus Merc. 3. 30,

Inopia, contumelia, & dispendium.

Inopia & egestas. Cic. 1. de Inuent. 101.

Inopia & solitudo alicuius. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 37.

In summa inopia senectus lenis esse non potest, ne sapienti quidem, nec insipienti etiam in summa copia non grauis. Cicero de Senec. 8.

Inopia, fames, & summa annonæ caritas. Cic. 3. Offic. 66.

Argentaria inopia. Vide Argentum.

Inopia argenti. Plaut. Rud. 10. 65.

Inopia mihi est amicæ. Plaut. Merc. 12. 65.

Inopia argumentorum. Cic. pro Roscio Amer. 48.

Inopia consilij. Cic. ad Atticum, lib. 6. 11 4. 3.

Criminum inopia summam laudem alicui uitio dare. Cic. pro Rosc. Amer. 28.

Frugum inopia & Copia, contraria. Cic. pro Domo sua, 14.

Inopia frumenti & commeatus. Cæsar 3. bel. Gal. 374.

Inopia loci. Liu. 1. ab Vrbe, 149.

Rei frumentariæ inopia. Cic. pro Domo sua, 4.

Inopia stipendij. Plin. lib. 7. cap. 45. 3.

Inopia tecti. Cic. pro Domo sua, 62.

Incessit ambos inopia. Vide Incesso.

Leuare inopiam. Vide Leuis.

Mederi inopiæ frumentariæ. Vide Medeor.

Inopia & ieiunitas oratori cauenda: hoc est, cauendum ne inopem & ieiunam orationem scribat. Cic. de claris Orator. 1.

¶ Inopiosus, pen. prod. Adiect. (ἀπορόμυθος) Sine ope. Plautus Pœnul. 3. 2,

Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio
Dubias, egenas, inopiosas consilij. Antiquum.

Inoratus] pen. prod. Adiectiuum, Non oratus. Cic. pro Rosc. Amer. 15, Ameriam re inorata reuerterunt. De legatis ad Syllam missis. Re inorata, hoc est, apud Syllam non orata, siue Syllæ per legatos non exposita.

Inordinatus] pen. prod. Adiectiuū (ἀδιάτακτος) Quod non est ordinatum, & dispositum. Cic. de Vniuers. 11, Idq; ex inordinato in ordinem adduxit.

Inordinati & incompositi milites. Liu. 2. bel. Pun. 209.

Inordinati hostes, effusi & fessi. Liu. 5. bel. Maced. 108.

Inordinatissimi pili. Plin. lib. 22. cap. 22. 24.

Inordinata folia sunt pomis. Plin. lib. 16. cap. 24. 4.

Inorior] ωὶχω, Verbum deponens, Idem quod simplex. Tacit. lib. 11, Recentia hæc: quid si memoria eorum inoriretur.

Inornatus] pen. pro. (ἄκοσμος, ἀδιάκοσμος, ἀτιμέλητος) Ornato contrarium. Cic. in Orator. 15, Dum intelligamus, hoc esse Atticum in Lysia, non quòd tenuis sit atq; inornatus: sed quòd nihil habeat insolens atq; ineptum.

Nuda & inornata breuitas. Cic. 2. de Orator. 185.

Capilli inornati. Ouid. 5. Metam. 93.

Caput inornatum. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 6.

Crines inornati. Ouid. 9. Metam. 1.

Nuda atq; inornata inuentio. Author ad Heren. lib. 4. 242.

Mulier inornata. Cic. in Orator. 43.

Tenuis & inornatus orator. Cic. in Orator. 16.

Verba inornata. Horat. de Arte, 48.

¶ Inornatè, pen. pro. Aduerbium (ἀκόσμως) Author ad Heren. lib. 4. 196, Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando & in lædēdo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

Inorus] inora, inorum, pen. prod. Sine ore, Qui os nō habet, quales Astomos describit Plin. lib. 7. cap. 2. Et Lucret. lib. 5. Gell. lib. 7. cap. 6, Quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur, aut inora, inauritáue. Alij legunt, Inodora.

Inquam. Vide Inquio.

Inquantum] Aduerbium (ὅσον, ἐφ' ὅσον, καθ' ὅσον) Id est, tantum quantum. Quintilian. lib. 2. cap. 10. 3, Et declamatio inquantum maximè potest, imitetur eas actiones in quarum exercitationem reperta est. Plin. in Panegyr. 19, Audita sunt uota tua, sed inquantum optimo illi & sanctissimo seni utile fuit.

Inquantum plurimum. Senec. epistol. 125, Rationem tu ad summum euoca, inquantum potest plurimum crescere.

Inquantumcunq; ] Aduerbium. Senec. de Tranquil. uitæ, Inquantumcunq; illa uel numero uel magnitudine creuerūt, eiusdem naturæ erunt.

Inquies] inquietis, pen. prod. f. g. (ἀνησυχία) Cura, solicitudo, molestia, aut magis proprie uigilia, & quies nocturnæ carentia. Plin. lib. 14. cap. 22. 5, Furiales somni, & inquies nocturna. Gell. lib. 19. cap. 9, Vt interea labor hic uigiliarum & inquies, suauitate paulisper uocum atq; modulorum acquiesceret.

Inquies, inquietis, pen. prod. om. g. Inquietus, qui est sine quiete. Salust. lib. 1. Hist. Humanum genus inquies, & indomitū. Plin. in Præf. Nat. historiæ, 12, Animus inquies pascitur opere. Apuleius lib. 1, Qua contentione & iniquieti procacitate præditus asinus.



Digitized by Google

¶ Inquietus, penult. prod. Adiectiuum (ἀνοίμητος, ἀθόρυβος) Quieto contrarium: ut, Inquietus animus: hoc est, Turbulentus. Liu. 1. ab Vrbe, 200.

Inquietus homo, & ad Tribunatũ spirans. Liu. 3. ab Vrbe, 189.

Inquieta ingenia, & in nouas res auida. Liu. 2. bel. Punic. 91.

Inquieta nox, In qua non quieuimus. Liu. 5. ab Vrbe, 189.

Præcordia inquieta. Horat. Epod. 5. 20.

Syluas inquietas fecit aper. Seneca Hercul. Oeth. 12. 4.

¶ Inquieto, inquietas, penult. prod. (ἀνταράττω) inquietare, Molestum esse alicui. Colum. lib. 8. cap. 5. 9, Ne incubantes nutrices ab alijs anibus inquietentur. Sueton. in Octauio Augusto, cap. 53, Ne quam officij causa inquietaret. Idem in Caligula, cap. 59, Satis constat prius quàm id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos. Quintil. lib. 11. cap. 3, Et mouere, & digito inquietare.

Victoriam inquietare. Tacit. lib. 19.

¶ Inquietatio, Verbale (σφαδασμὸς) Liu. 2. bel. Pun. 76.

¶ Inquietudo, pen. prod. huius inquietudinis, f. g. (ἀνησυχησις) Senec. de Benef. lib. 2. cap. 8, Tametsi inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere.

Inquilinus] inquilini, pen. prod. (οἴκοι & μένω) Qui in alieno priuato habitat: propriè tamen in conducto, siue in urbe, siue ruri, ut ait Valla lib. 4. Festus, Inquilinus, qui eundem colit focum, uel eiusdem loci cultor. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 44, Inquilini priuatarum ædium, atq; insularum. Cic. 2. Philip. At uerò te inquilino (non enim domino) personabant omnia uocibus ebriorũ. Idem ad Att. lib. 14. 305. 4.

Inquilinus aliquãdo accipitur pro cohabitatore. Mar. lib. 1. 82, Vicinus Nouio, uel inquilinus
Sit, si quis Nouium uidere non uult.

Inquino] inquinas, pen. corr. (ἐνβηλόω, μολύνω, ὀνόω) inquinare, Maculare, Deturpare. Cic. 1. Tusc. 113, Quibus cæcati uelut domesticis utijs atq; flagitijs se inquinassent.

Agros ereptos Reipublicæ turpissimis possessoribus inquinare. Cic. 2. Philip. 60.

Amicitiam nomine criminoso inquinare. Cic. pro Plancio, 37.

Amplexus inquinat illa tuos. Ouid. 3. Fast. 100.

Aqua turbida & cadaueribus inquinata. Cic. 5. Tusc. 137.

Merdis caput inquiner albis. Horat. 1. Serm. Satyr. 88.

Largitione comitia inquinare. Cic. de Petitione Consulat. 37.

Inquinatum uitijs factum. Cic. 3. Offic. 79.

Famam alicuius inquinare. Liu. 9. bell. Pun. 188.

Humanitatem ciuitatis domestica inhumanitate inquinare. Cic. pro Deiotaro, 23.

Venenis inquinat locum. Ouid. 14. Metam. 12. de Circe.

Nuptias inquinauere. Horat. 3. Carm. ode 6. 4.

Libidinibus se inquinare. Cic. 1. Tusc. 114.

Inquinatum deformatum, peruersum, conturbatum seruitium. Cic. de Arusp. resp. 22.

Obscurare & inquinare splendorem. Cic. 5. de Finib. 38.

Aureum tempus inquinauit ære. Horat. Epod. 16. 13.

Vita omnibus uitijs inquinata. Cic. pro Rosc. Amer. 40.

Inquinare uellus murice, pro Tingere, inficere. Mart. lib. 4. 4, Quòd bis murice uellus inquinatum.

Inquinatum lauare & purgare. Cato cap. 65.

¶ Inquinatus, inquination, inquinatissimus (μολυσθὲς) Cic. de Arusp. resp. 47, Fœdior atq; inquinatior. Idẽ pro Flac. 42. Nihil enim illo inquinatius. Hoc est, sordidius & turpius.

Ore, lingua, manu, omni uita inquinatus homo. Cic. pro Cæl. 62.

Sordidissima & inquinatissima ratio. Cic. 2. Offic. 29.

¶ Inquinatè, pen. prod. Aduerb. (μεμολυσμένως) Sordidè, turpiter. Cic. de claris Orat. 72, Itaq; diligenter loquendi laude caruit, neq; tamen est admodum inquinatè locutus.

¶ Inquinamentum, inquinamenti (μολυσμὸς) Sordes & immunditia. Gellius libro 2. cap. 6. Cuius significationis nullo assiduoq; usu totum uerbum ita contaminatum est, ut iam squalor de re nulla alia, quàm de inquinamentis solitè dici cœperit.

Inquio] inquis, inquit, Id est, dico (φημὶ) Verbum defectiuũ: quod in his ferè tantum personis legitur.

Inquio. Cicero 2. de Orat. 142, Aucupari uerba oportebit inquio: ut ea, quæ sunt frigidiora uitemus. Ex uetusto codice legitur, In quo.

Inquis. Persius Satyr. 1. 12,
Hoc uiuat, hîc inquis, ueto quisquam faxit oletum.

Inquit. Iuuenal. Satyr. 3. 3.
—quando artibus inquit honestis.

Communi sensu planè caret, inquimus. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 14.

Inquiunt. Cic. 6. Verr. 28, Vbi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi?

Inquisti, Præterito perfecto. Cic. 2. de Orat. 144, Tu uerò inquisti, molestus non eris.

Inquies, inquiet, in futuro. Cic. 4. Verr. 30, Ergo, inquiet aliquis, donauit Pop. Syracusano illam hæreditatem.

Inque, inquiat, imperatiuo modo, tẽpore præsenti ad secundam & tertiam personã. Terent. Heaut. 4. 7. 1. Eccum me, inque.

Inquiat, præsens coniunctiui. Author ad Heren. lib. 4, Quid enim tibi uis, aliquis inquiat? Modus potentialis, Id est, dicere potest, uel poterit.

Inquito, Futuro imperatiui. Plaut. Aulul. 30. 58,
Ita di faxint, inquito. Antiquum est. Hæc in usu sunt: reliqua olim lecta, inquimus, inquitis, inquiam, inquite, inquirẽ, &c.

Inquam, Id est, dicebam uel dixi. Plaut. Capt. 8. 19. Terent. And. 4. 2. 32, Matura. D. iam inquam hîc adero. Cic. 2. Philipp. 108, Hunc unum diem, hunc unum inquam hodiernum diem defende si potes.

Inquiro] inquiris, pen. prod. inquisiui, inquisitum, pen. prod. (ἐπιζητέω, μαστεύω, μεταλλάω, διαπορέω, ἱστορέω, μαίομαι) inquirere, Inuestigare. Cic. 2. Tusc. 45, Amore mortis inquirens terminum mali. Ex quodam poeta.

Inquirere de, Scisciari, interrogare. Cic. 1. Offic. 175, Peregrini autem atq; incolæ officium est, nihil præter suum negotiũ agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; esse in aliena Repub. curiosum.

Inquirere, quod Informationem facere dicunt, & ferè accusatiuo iungitur cum præpositione In. Cic. pro Murænã, 42, Scis tu illum accusationem cogitare, inquirere in competitores, testes quærere? Idem 2. Verr. 4, Itaq; quum ego diem in Siciliam inquirendi per exiguam postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam biduo breuiore diem postularet. Modus est loquendi per compendium, pro eo quod est, Quum ego postulauissem exiguum tempus eundi in Siciliam causa inquirendi de Verris criminibus. Ex Budæo.

Inquirere in aliquem quid & quomodo. Cicero 2. Offic. 63, In hunc oculi omniũ conijciuntur, atq; in eum quid agat quemadmodum uiuat, inquiritur.

Filius ante diem patrios inquirit in annos. Ouid. 1. Metam. 30.

Fama totum inquirit in orbem. Ouid. 12. Metam. 13.

Inquirere in patrimonium & uasa. Senec. epist. 1.

Inquirere uitia. Cic. 11. Philip. 296.

¶ Inquisitus, pen. prod. (ἐπισταθεὶς) Particip. siue nomen ex participio: ut,

Inquisita & comperta res, Certa & per inquisitionem comperta. Liu. 7. bel. Pun. 154.

¶ Inquisitio, Verbale (ἐπιζήτησις) Inuestigatio. Cicero 1. Offic. 21, In primisq; hominis est propria ueri inquisitio atq; inuestigatio.

Instituti operis inquisitio. Quintil. Tryphoni, 2.

Inquisitioni

Inquisitioni esse. Plaut. Sed tu caue inquisitioni ne mihi sis. Id est, Fac te domi inueniam. Budæus.

Inquisitio, pro Informatione quam uocant. Cic. pro Muræná, 41, Non placet mihi inquisitio candidati prænuntia repulsæ. Idem 4. Verr. 7.

Agere inquisitionem. Vide Ago.

¶Inquisitor, penult. prod. Verbale (ἰχνευτὴς) Qui inuestigat. Plin. lib. 8. cap. 40. 6, Scrutatur uestigia atq; persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro retrahens, &c. De canibus.

Inquisitor, Qui inquirit de aliqua re. Cic. Verr. 4, ille Achaicus inquisitor. Plin. epist. 9. lib. 3, Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulauit.

Insalubris] & hoc insalubre, pen. prod. (ἀνύγιὴς) Quod est salubri contrarium. Plin. lib. 18. cap. 5. 2, Neq; fœcundißimis locis insalubrem agrum parandum.

Insaluberrimus. Plin. lib. 23. cap. 1. 26, Vinum si sit fumo inueteratum, insaluberrimum est.

Insanus] pen. prod. insanior, insaniß ißimus (μανικὸς, μανιώδης, μελαγχολικὸς) Non sanus, qui non est sani consilij, & qui non habet mentem integrã. Terent. Eunuch. 2. 2. 23, Hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Ibidem, 5. 2. 22, Abi hinc insana.

Amor insanus. Virg. 10. eclog. 9.

Insanæ aquæ. Ouid. epist. 1.

Cursu insano concita. Ouid. 3. Metam. 143.

Forum insanum. Virg. 2. Georg. 101.

Iurgia insana. Ouid. 1. Fast. 15.

Labori insano indulgere. Virg. 2. Aen. 154.

Mens insana. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 4.

Sidera insana Capræ. Horat. 3. Carm. ode 7. 2.

Vates insana. Virg. 3. Aeneid. 89.

Insanus, Magnus. Virg. 9. eclog. 9,

Insani feriant sine littora fluctus.

Turbo insanus. Stat. 1. Thebaid. 72.

Vires insanæ Austri. Ouid. 12. Metam. 103.

Insanæ substructiones, Magnæ & admirandæ. Plinius lib. 36. cap. 15.

¶Insanior, Comparatiuus. Cic. 6. Verr. 35, Similis istius cupiditas, hoc etiam acrior atq; insanior, quod illa cupiebat, &c. Vter est insanior horum? Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 21.

Insaniß imus. Cic. pro Rosc. Amer. 19, Hominem longè audaciß imum nuper habitantus in ciuitate, C. Fimbriam, & quod inter omnes constat; nisi inter eos qui ipsi quoq; insaniunt, insaniß imum.

Insanus, Valde sanus, & doctus. Persius Satyrá 3,

—& insano multum laudanda magistro.

Insanæ uites: id est, triferæ, Plin. dicuntur, lib. 16. cap. 27. 1.

¶Insanũ, Aduerbialiter ponitur, pro Valde. Plaut. Bacch. 16. 1.

—insanum magnum molior negotium. Idem Mostel. 11. 5, Quoiusmodi gynæceũ? quã & porticũs T E. insanum bonã.

¶Insanè, penult. prod. Aduerbium (μανικῶς) Vehementer, & cum impetu: quia insani omnia faciunt ueluti cum quodam furore. Plaut. Mil. Si unum epityrum edam apud illum esuriens insanè. Ex Varrone.

¶Insaniter, Aduerbium ueteribus usitatum, pro Insanè. Pomp. apud Nonium, Metuo illum, iocari nescit, ludit nimium insaniter.

¶Insanio, insanis, insaniui (μαίνομαι, παραπλήσιω, φοιβάζω) Insanire, Desipere & insanum fieri. Terent. Adelph. 2. 1. 43, Minimè miror, qui insanire occipiunt ex iniuria. Idem Eun. 3. 5. 8, Sanus sim, ánne insaniam?

Insanire amore alicuius. Plin. lib. 10. cap. 37. 2.

Amoribus insanire. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.

Insanire & furere. Cic. 6. Verr. 35.

Nisi ego insanio: id est, Nisi ualde aberro, & à communi sensu sum alienus. Cic. ad Att. lib. 7. 129. 2.

Insanire, Carmen componere: quòd poetæ dum carmina conscribunt, furore corripi dicantur. Virg. 3. eclog. Insanire libet. Vnde insanire dicuntur poetæ. Ex Seruio.

Insanire insaniam hilarem. Seneca de Vita beata.

¶Insaniens, insanientis, Particip. (μανόμενος) Teren. Adelph. 4. 2. 23, Verum uenit pòst insaniens.

Sapientia insaniens. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.

¶Insaniturus, penult. prod. (μανούμενος) Cic. ad Attic. lib. 13. 284. 3, Othonem uincas uolo: nec tamen insaniturum illum puto.

¶Insania, insaniæ (μανία, φρενοβλάβεια, φοίτος) Dementia. Plaut. Aulul. 24. 14, Laruæ hunc, atq; intemperiæ insaniæq; agitant senem. Cic. ad Sulpit. lib. 4. 1. 4, Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias.

Amabilis insania. Horat. 3. Carm. ode 4. 2.

Leuis insania. Horat. 2. epist. 1. 24.

Summa insania. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 44.

Ad insaniam. Vide Ad.

Abesse ab insania. Vide Absum.

Adiuuare insaniam alicuius. Vide Adiuuo.

Ad insaniam concupiscere. Vide Ad præpositionem.

Connectere insaniam. Vide Connecto.

Insania uillarum, pro Luxuria, & nimis sumptuosa ædificatione. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 9. Vnde Insanæ substructiones.

¶Insanitas, pen. cor. insanitatis, Idem (παραπληξία) Cic. 3. Tusc. 116, Insipientiæ autem quasi insanitas, quæ est insania eademq; dementia. Ibid. lib. 3. 15.

¶Insanabilis, & hoc insanabile, penult. corr. (ἀθεράπευτος) Quod sanari non potest. Cic. pro Sestio, 35, Ego uerò si mihi uni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quam Reip. imposuisset.

Caput insanabile. Horat. de Arte, 61.

Insanabilis contumelia. Cic. in Orator. 48.

Dolor insanabilis. Quint. in Procem. lib. 6. 5.

Insanabile ingenium, quod corrigi & sanari non potest. Liu. 1. ab Vrbe, 125.

Insatiabilis] & hoc insatiabile, pen. cor. (ἀκόρεστος) Quod satiari non potest.

Lupi insatiabiles. Ouid. in Ibin, 35.

Insatiabilis animus. Liu. 4. ab Vrbe, 59.

Insatiabilis cupiditas ueri uidendi. Cic. 1. Tusc. 71.

Insatiabilis uoluptas. Cic. 4. de Finib. 19.

Insatiabile, Quod non satiat. Cic. 2. de Nat. deor. 142, Quorũ omnium incredibilis multitudo insatiabili uarietate distinguitur. Ibid. 233. de Sole & sideribus, Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem solertiamq; præstantior. Budæus.

¶Insatiabiliter, pen. corr. (ἀκορέστως) Aduerbium. Plin. epist. 183, Quos ego quũ recordor in re inani, frigida, assidua tam insatiabiliter desidere, capio aliquã uoluptatẽ, quòd hac uoluptate non capiar.

Insatiabiliter aliquem deflere. Lucret. lib. 3. 186.

¶Insatiatus, pen. prod. Adiect. Stat. 6. Thebaid. 62,

—etenim insatiatus eundi
Ardor, & hyberno par inconstantia ponto.

Insaturabilis] & hoc insaturabile, pen. corr. (ἀκόρεστος) Quod saturari non potest. Cic. pro Sestio, 95, Libelli pro nino etiam sæpè oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

¶Insaturabiliter, penult. corr. Aduerb. (ἀκορέστως) Cic. 2. de de Nat. deor. 92, Ex se enim natos comesse fingitur solitus,

quia consumit ætas temporũ spatia, annisq; præteritis insaturabiliter expletur.

Inscendo] inscendis, inscendi, inscensum (ἀναβαίνω) inscendere, Idem quod Ascendere significat.

Inscendere currum. Plautus Menæh. 17.102. Idem Asin. 12.115, Inscende actutum. Idem Amph. 4.296,

—quadrigas si nunc inscendat Iouis,
Atq; hinc fugias.

Inscendere in arborem. Plautus Aul. 22.12. Idem Asin. 13.31, Neq; in lectum inscendat proximum.

Inscendere supra. Cato cap. 127, Supra pilam inscendat, & saliat decies, & deambulet.

¶ Inscendor, Inscenderis, penul. corr. Passiuum (ἀναβαίνομαι) Gell. lib. 5. cap. 2, Haud unquam sese ab alio inscendi, nisi à rege passus sit. De Bucephalo Alexandri equo.

Inscius] inscientis, Adiect. (ἄγνοων) Ignarus, inquit Donatus. Cic. Att. lib. 7. 12 2. 10, Discedere à puero inscio me? Plaut. Trinum. 4.95,

—me absente, atq; insciente, inconsulto meo
Aedes uænales hasce inscribit literis.

Inscius, Inscitus, stultus. Terent. Phor. 1.29, Quid istuc? G. Scies: modò ut tacere possis. D. abi sis inscius. Vbi Donatus, Nunc pro insscito posuit: uel inscientem modò stultum dicit, aliàs ignarum.

Inscius, imprudens: id est, per imprudentiam. Terent. Heaut. 4.1.19,

—si peccaui, mi Chreme,
Inscius feci. C. id equidẽ ego, etiam si tu neges certò scio,
Te inscientem atq; imprudentem dicere, ac facere omnia.

Idem And. 4.5.43, Iocularium in malum inscius penè incidi. Cic. ad Tironem, lib. 16.21.8, Hæc introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit.

¶ Inscientia, inscientiæ (ἄγνοια) Ignorantia. Cic. pro Sylla, 30, Vos deniq; in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Idem 1. de Diuinat. 193, Interpretum inscientia.

¶ Inscienter, Aduerbium (Αι ἄγνοιαν) Id est, per imprudentiã, siue ignorantiam. Cic. in Topic. 16, Vt si partiri uelis tutelas, inscienter facias si ullam prætermittas.

¶ Inscitus, pen. prod. Adiect. (ἀφυὴς) Inelegans & malè compositum, quod displicet. Terent. Hecyra, 5.1.12,

Nam si id nunc facis, facturáue es, bonas quod pars est facere, inscitum Offerre iniuriam tibi ne immerenti, iniquum est. Plaut. Menæh. 9.79, Mulier hæc stulta atq; inscita est. Idem Rud. 15.5,

Mirũ atq; inscitũ somniauí somniũ. Idem Trucul. 4.84,
Verum esse inscíti credimus, næ ut in æstu motuantur iræ.

Inscitior. Plaut. Cistel. 10.12,

Sed nónne ecastor ego sum multo inscitior. Cic. 2. de Diuin. 191, Quid inscitius aũt est quàm, &c. Id est, absurdius.

Inscitissimus. Plaut. Mostel. 16.14, Sed tu istic quid confugisti in aram hanc inscitissimus?

¶ Inscitè, pen. prod. Aduerb. (ἀμαθῶς) Imperitè, incomptè, impolitè, ineleganter. Plaut. Trinum. 4.44,

—si quid scis me fecisse inscitè, aut improbè. Col. lib. 5, Nam id plurimum refert, inscitè non facere. Cic. 3. de Fin. 39, Inscitè autem medicinæ & gubernationis ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur.

¶ Inscitia, inscitiæ (ἀμαθία, ἀνεπιστημοσύνη) Ignorantia, imprudentia, ab In & Scio compositum. Cæsar 3. bell. Gall. 400, Pelles pro uelis alutæq; tenuiter confectæ, siue propter lini inopiam, atq; eius usus inscitiam. Terentius Heaut. 4.1.17, O Iuppiter, tantam inesse animo inscitiam? Inscitia, ut opponitur Scientiæ, siue cognitioni. Tacit. lib. 11. Isq; illi finis inscitiæ erga domum suam fuit. Idem libro 15, Sed quo fidem inscitiæ pararet.

Inscitia pro Imperitia. Tacit. lib. 17, Inscitiam potius legionum, quàm audaciam increpans.

Legum inscitia. Horat. 2. Serm. Satyr. 1.17.

Rerum inscitia. Horat. 1. epist. 3.7.

Inscitia ueri. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.9.

Capitalis inscitia. Vide Capitalis, in Caput.

Debilis inscitia. Persius Satyr. 150.

Ex inscitia laborare. Vide Labor, laboris.

Inscitia temporum. Plin. lib. 7. cap. 48.3.

¶ Inscius, Adiect. (ἀνεπιστήμων) Qui nescit. Cic. 4. Acad. 45, Quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab inscio?

Inscia ac temeraria turba. Liu. 4. bel. Pun. 218.

Inscij quid in Heduis gereretur. Cæsar 7. bel. Gal. 306.

Inscius omnium rerum. Cic. de claris Orat. 162.

Acti inscius. Ouid. epist. 8.7.

Aeui uenturi inscius. Virg. 8. Aeneid. 123.

Armorum inscius. Quint. lib. 2. cap. 12.2.

Malorum inscius. Stat. 4. Thebaid. 59.

Inscribo] inscribis, pen. prod. inscripsi, inscriptum (ἐπιγράφω) inscribere, Intus scribere. Cic. ad Att. lib. 4.70.4, Etsi omnia aut scripta esse à tuis arbitror, aut etiam nuntijs, ac rumore perlata: tamen ea inscribam breui, quæ te puto potissimum ex meis literis cognoscere.

Inscribere in libro sua nomina. Cic. 1. Tusc. 5.4. Et Cassio, lib. 12. 1, In statua, quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti, optimè merito. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 6,

Vt nostram tantis inscribam nomen in actis?

Inscribere aliquid aliquo nomine. Plin. in Paneg. 76.

Inscribere in fronte. Cic. 1. in Catil. 23.

Inscribere in animo orationem aliquam. Cic. 2. de Orat. 193.

Inscribere corpus, pro Dilacerare uel notare, & uulnerum notas imprimere. Plaut. Corpus tuum uulneribus inscribam. Plin. lib. 22. cap. 1. 1, Barbarorum fœminæ maresq; etiam apud Dacos & Sarmatas corpora sua inscribunt. Hoc est, signa quædam suis corporibus imprimunt, quo uenustiores appareant.

Inscribi dominum alicui rei. Senec. epist. 99.

Mea dextera letho Inscribenda tuo est. Ouid. 10. Metam. 40.

Inscribere se medicum monumento suo. Plin. lib. 29. cap. 1. 9.

Inscripsit sacrum semiusto stipite nomen. Lucan. lib. 8. 156.

Lapis inscriptus notis. Tibull. lib. 1. eleg. 3.11.

Puluis inscribitur hasta. Virg. 1. Aen. 97.

Sua quenq; inscribit facies. Ouid. 6. Metam. 15.

Inscripta epistola patri. Cic. ad Att. lib. 6. 11 4.12.

Flores inscripti nomina regum. Virg. 3. eclog. 21.

Inscripsere deos sceleri. Ouid. 15. Metam. 26.

Inscribitur Panathenaicus. Vulgus intitulatur dicit. Cic. de Senec. 12. Idẽ 1. Tusc. 89, In illo libro qui inscribitur Memnon.

Libri falsò inscripti. Quintil. lib. 1. cap. 24.2.

Inscribere ædes literis, Scripto ædibus affixo uænales proponere. Plaut. Trinum. 4.96.

Inscripsi ilico ædes mercede. Terent. Heaut. 1.1.92.

Inscribere, pro Obtendere. Senec. de Vita beata, Inscribunt deinde sapientiam uitijs, abscondenda profitentur. Id est, dant illis sapientiæ titulum. Sic de Breuitate uitæ, Inscribere deos uitijs. Ouid. 15. Metam. 26, Inscripsere deos sceleri.

¶ Inscriptus, Particip. (ἐπιγεγραμμένος) Supra scriptus. Liu. 2. ab Vrbe, 178, Signum inde factum esse, & inscriptum, Ex Cassia familia datum.

Inscriptus, Non scriptus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1. 16, Ne si inscriptum pecus pauerit, lege Censoria committat multam. Quint. lib. 3. cap. 8, Alia esse scripta, & alia inscripta.

¶ Inscri-

Digitized by Google

¶Inſcriptum, inſcripti (ἐπίγραμμον) Breue quiddam in charta ſcriptum, cuiuſmodi ſolent dare Præfecti urbium is qui merces exportant. Lucilius, Facit idem quod illi qui inſcriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent.

Inſcriptum, pro Inſcriptione. Gel. lib. 20. cap. ulti. Quædam alia inſcripta nimis lepida, multaſq; prorſus concinnitates redolentia.

¶Inſcriptio, Verbale (ἐπιγραφή, γραμματικὴ ἐπιγραφία) Modò titulus, modò nota. Plin. lib. 29. cap. 1. 11, Hinc illa infœlicis monumenti inſcriptio, turba ſe medicorum periiſſe. Idem lib. 7. ca. 58, Indicio erit tabula antiquitus cum inſcriptione tali.

Inſcriptiones frontis, pro Stigmatibus. Senec. de Ira, 3.

Inſcrutor] pen. prod. inſcrutaris uel inſcrutare, inſcrutari. Macrob. lib. 7. Saturn. ca. 1, Si Homeri latentem prudentiã inſcruteris altius.

Inſculpo] inſculpis, inſculpſi, inſculptum (ἐγκολάπτω, ἐγγλύφω) Inſculpere, à Scalpo, ſcalpis, deriuatur, non à Sculpo, quod non dicitur. Diomedes, Calco facit Inculco, non Incalco: ſcalpo, inſculpo: quae Gemma ſcalpta dicendum eſt, non ſculpta: adiecta In præpoſitione, facit Inſculpta. Hactenus Diomedes.

Inſculpere, Incidere ſignificat, in argento, ære, aut alia quauis materia ſignare. Plin. epiſt. 159. f. Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi mancipij, quoſq; repudiaſſet, quoſq; quantum ad decernentes pertinet, geſſiſſet, inciſa & inſculpta ſunt publicis æterniſq; monumentis.

Inſculptum in columna. Plin. lib. 36. cap. 5. 30.

Inſculptum monumento. Plin. lib. 7. cap. 20. 2.

Poſtibus inſculpunt cornua. Ouid. 15. Metam. 125.

Saxo inſculpere aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 18.

Literas tabellæ inſculpere. Quint. lib. 1. cap. 1. 20.

Inſculptum in animo: hoc eſt, infixũ & firmum. Cic. 2. de Nat. deor. 19, Omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos. Idem. 4. Acad. 6.

Inſeco] inſecas, penult. corr. inſecui, inſectum (ἐμτέμνω, κατατέμνω) inſecare, Secare, ſiue intus ſecare. Colum. lib. 12. ca. 47. 3, Quidam oliuam non contundunt, ſed acuta arundine inſecant.

Inſecare uineam. Col. lib. 4. cap. 15. 1.

¶Inſectus, Participium (ἐμτετμημένος) Diſſectus. Plin. lib. 10. cap. 37. 1, Quod auro inſectis alarum articulis qua fiere aliqui non, &c.

Dentes inſecti pectine. Ouid. 6. Metam. 12.

Inſecta animalia (ἄτομα ζῶα) terreſtria, ut ſcolopendræ, ſtelliones: alia uolucria, ut apes, veſpæ: alia utroq; modo, ut formicæ: alia & pennis & pedibus carentia, ut tineæ, quæ in homine naſcuntur, tricenum aliquando pedum, aliquando & plurium longitudine, &c. Dicta ſunt autem inſecta ab inciſuris, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum ſunt, nunc alui. Hæc Sipontinus ex Plin. libro 11. cap. 4. & 28. ubi plura.

Inſecabilis, & hoc inſecabile, pen. corr. (ἄτμητος) Quod ſeceri & diuidi non poteſt, quales ſunt atomi. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24, Ne hi quidem qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora inſecabilia eſſe, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt. Idem lib. 3. cap. 3. 9.

Inſector] inſectaris. Vide Inſequor.

Inſedatus] pen. prod. Adiectiuum (ἀπαώτατος) Non ſedatus, turbulentus, commotus. Cic. in Part. 41, Simulq; altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniurijs, & omne quod eſt eius generis, graue, inſedatum, turbulentum.

¶Inſedabilis, & hoc inſedabile, pen. corr. Vnde aduerbium,

¶Inſedabiliter (ἀπαύστως) ſitis arida corpora merſans. Lucret. lib. 6. 236.

Inſedi] inſeſſum. Vide Inſideo.

Inſemino] inſeminas, pen. corr. (ἐνασπείρω) inſeminare, Inſerere. Gell. lib. 19. cap. 5, Qui aquam niualem frugibus ſanè & arboribus fœcundam diceret, ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe, tabem & morbos ſenſim atq; in diem longã uiſceribus inſeminare.

Inſeneſco] inſeneſcis, inſenui (ἐγγηράσκω) inſeneſcere, Diutiſſimè immorari, quaſiq; in eo ætatem conſumere, & ſenem fieri. Quintil. libro 10. cap. 3, Singulis actionum partibus inſeneſcere.

Negotijs inſeneſcere. Tacit. lib. 3.

Inſenſibilis] et hoc inſenſibile, pe. cor. (ἀναίσθητος) Quod non ſentitur. Gel. lib. 17. cap. 10. Innumerale eſſe ait & propemodum inſenſibile.

¶Inſenſilis & hoc inſenſile, pen. cor. Idem (ἀναίσθητος) Lucret. lib. 2. 174, —neceſſe eſt
Ex inſenſilibus tamen omnia conſiteare.
Principijs conſtare.

Inſeperabiliter] pen. cor. Aduerb. Macro. in Somn. Scipionis, lib. 1. cap. ult. Singula quæ inſeperabiliter inuoluta rerũ neceſsitas in ſe uinxit.

Inſepultus] Adiect. (ἄθαπτος) Non ſepultus. Cic. pro Milone, 70, Frangetis impetum uiui, cuius uix ſuſtinetis furias inſepulti? Idem 4. Catil. 8, Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atq; inſepultos aceruos ciuium.

Membra inſepulta. Horat. Epod. 5. 21.

Mors inſepulta, ubi arcetur ſepultura is, qui ſupplicio eſt affectus. Senec. de Tranquil. uitæ.

Pater inſepultus. Senec. Thebaid. 1. 20.

Inſepulta ſepultura. Cic. 1. Philip. 3.

Inſequor] pen. cor. inſequeris, inſequutus ſum (ἐφέπομαι) inſequi, Idem ſignificare uidetur quod Statim ſequi. Virg. 1. Aen. 19, Inſequitur clamorq; uirûm, ſtridorq; rudentum. Cic. 1. Tuſc. 150, Nónne modò pueros, modò adoleſcentes in curſu a tergo inſequens nec opinãtis inſecuta eſt ſenectus? Vbi ex uetuſto codice rectius legitur, Aſſecuta. Sic, de claris Orat. 20.

Fugientem inſequitur. Ouid. 11. Metam. 94.

Cineres atq; oſſa alicuius inſequi. Virg. 5. Aeneid. 156.

Conuellere uimen inſequor: id eſt, inſto. Virg. 3. Aen. 7.

Pergam atq; inſequar longius. Cic. 5. Verr. 41.

Caſus per tanta pericula inſequitur. Virg. 1. Aeneid. 124.

Fortuna inſequitur uiros. Virg. 1. Aen. 49.

Languor inſequitur. Lucret. lib. 3. 35.

Nimbus inſequitur. Virg. 4. Aeneid. 33.

Inſequitur ſuſpicio. Cic. 1. de Finib. 78.

Inſequi, pro Perſequi & inſectari. Cicer. pro Roſc. Amerin. 85, Quid uis amplius? Ecquid inſequeris? quid oppugnas? Quint. lib. 12. cap. 10.

Inſequi clamore ac minis. Cic. pro Cluentio, 17.

Inſequi contumelia. Cic. ad Attic. lib. 14. 312. 6.

¶Inſequens, pen. corr. Particip. (ἐφεπόμενος) Cic. ad Auguſtum, 5, Quæ non inſequens hora intercedente calamitoſior Pop. Rom. illuxit?

Inſequens annus Poſthumium Cominium & T. Largium Conſules habuit. Liu. 2. ab Vrbe, 75.

Inſequens dies. Liu. 2. ab Vrbe, 257.

¶Inſecutus, pen. prod Particip. (ἐφαμιλλώμενος) Plin. lib. 7. cap. 11. 2, Rurſus in alia quæ ſeptem menſium edito puerperio, inſecutis menſibus geminos enixa eſt.

¶Inſequenter, Aduerb. (ἀκολούθως) Gel. lib. 10. cap. 29, Obſcurè & inſequenter particula illa poſita.

¶Inſector, inſectaris (καταδιώκω) inſectari, Frequentatiuum. Perſequi. Cic. pro Fonteio, 1, Inſector ultrò, atq; inſto



Digitized by Google

accusatori, Iudices: insector inquam, ac flagito testes.
Insectari aliquem hasta uel lapidibus. Plaut. Capt. 11.18. Idem Rud. 20.5.
Insectari aliquem maledictis, Lacessere, & conuitijs Afficere. Cic. 2. de Finib. 129.
Insectari iniuriam alicuius. Cic. ad Attic. lib. 5. 105. 4.
Non equidem insector. Horat. 2. epist. 1. 14.
Terram insectari rastris. Virg. 1. Georg. 31.
¶ Insecto, insectas (Διώκω) in uoce actiua legitur apud Plautum Capt. 11. 62,
Iam illic nos insectabit lapidibus, nisi illunc iubes
Comprehendi.
¶ Insectatio, Verbale (Δίωξις) Liu. 1. ab Vrbe, lib. 3. 276, Sine insectatione potestatis. Quint. lib. 5. cap. 7. 4, Quod insectationis genus est permistum defensioni legimus in orationibus plurimis.
Inhumana fortunæ insectatio. Quint. lib. 6. cap. 3. 20.
Abstinere insectatione. Vide Abstineo.
Inserenus ] pen. prod. Adiectiuum (ἀνάλογον) Nubilus. Stat. 1. Syl. 6. 5,
Non tantis Hyas inserena nymbis
Terras obruit, aut, &c.
Insero ] inseris, pen. corr. inseui, pen. prod. insitum, pen. corr. (ἐγκεντρίζω, ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐμφυλίζω) inserere, à Sero compositum, quandoq; pro Semino siue planto accipitur. Virg. 1. eclog. 15, Insere nunc Melibœe pyros.
Inserere frumentum arboribus: hoc est, inter arbores frumentũ seminare, qui mos adhuc apud Italos durat. Col. li. 5. ca. 7. 2.
Grana ciceris in acum inserere. Quintil. lib. 2. cap. 2. 3. Hoc est, immittere,
Inserere, Scisso trunco, surculũ fœcundæ arboris insterilem imponere. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 40. 5, Si in pyrum syluaticam inseueris pyrum quamuis bonam, &c. In quãcunq; arborem inseras, si eiusdem generis est, &c.
Inserere uitem. Col. de Arboribus, cap. 8. 1.
Inserere arbori. Col. lib. 5. cap. 11. 1.
Inserere hortos. Col. lib. 3. cap. 21.
Inserere loca de. Col. de Arboribus, cap. 8. 4, Humida loca, de uua alba: sicca, de nigra inserito.
Vitiarum aliqua inseuit tibi natura. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 7.
¶ Insitus, pen. cor. Partic. Innatus, ingenitus.
Mala insita fert pyrus. Virg. 2. Georg. 7.
Insitum & innatum animis. Cic. 6. Ver. 95. Idem 4. de Fin. 6, Habere etiam insitam quandam uel potius innatam cupiditatem scientiæ.
Insitus menti amor cognitionis. Cic. 4. de Finib. 30.
Insitus urbi ciuis. Salust. in Ciceronem, 1.
Insita feritas. Liu. 4. bel. Maced. 76.
Horror insitus mortalibus. Lucret. lib. 5. 235.
Insitas inimicitias habere & gerere cum nomine Pop. Rom. Cic. pro Fonteio, 19.
Insitum in natura malum. Cic. 5. Verr. 153.
Insitus uitio genti mos, inter latrocinia militiam exercẽdi. Liu. 8. bel. Pun. 64.
Naturalis & insita in animis nostris ineſt notio. Cicero 1. de Finibus, 48.
Insita penitus opinio, & uetusta. Cic. pro Cluent. 2.
Doctrina uim promouet insitam. Horat. 4. Carm. ode 4. 7.
¶ Insitus, huius insitus. pen. corr. (ἐγκεντρισμὸς) Idem quod Insitio. Plinius libro 14. cap. 3. 1, Et hactenus publica sunt genera: cætera regionum locorumq;, aut ex his inter se insitu mista.
¶ Insitum, insiti, pen. cor. Surculus ipse ex una arbore resectus & in aliam implantatus. Col. lib. 4. cap. 29, Tum quod ex insito profundit, subligandum, ne ũeto surculus motus labefactetur, explantetur tener pampinus. Idem de Arboribus cap. 26. 5, Postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam, & spatium quod est inter surculos, usq; eò, ut duobus digitis insita extent.
¶ Insitio, insitionis (ἐγκέντρισις) Col. lib. 5. cap. 11, Tria genera porrò insitionum antiqui tradiderunt: unum, quo resecta & fissa arbor resectos surculos accipit. Ouid. 1. de Remed. amor. 39,
Venerit insitio fac ramum ramus adoptet.
Consitiones & insitiones delectant. Cic. de Senect. 50.
¶ Insititius, insititij Adiect. (ἐγκεντριστικὸν) Quod est insitũ.
Insititius & inductus sermo, cui Patrius opponitur. Plinius epist. 68. b.
¶ Insituus, pen. pro. Adiect. (ἐγκεντριστικὸς) Quod inseritur. Gell. lib. 12. cap. 1, Corpusq; & animum benignè ingenij primordijs inchoatum, insitiuo, degenerique alimento lactis alieni corrumpere. Cicer. prò Sestio, 87, Quumq; insitiuum Gracchum cõtra uim multitudinis incitatæ censu prohibuisset.
Insitiua pyra. Horat. Epod. 2. 4.
¶ Insitor, pen. cor. insitoris (ἐγκεντριστὴς) Qui inserit. Plin. lib. 18. cap. 33. 3, Hunc caueat insitor calamis.
Insero ] inseris, pen. cor. inserui, insertũ (ἐμβάλλω, ἐντίθημι) inserere, immittere, imponere, immiscere. Col. lib. 6. cap. 4. 1, Nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inseras.
Insertus per. Plin. lib. 10. cap. 57. 1. Penna per transuersas inserta nares.
Inserere in os pueris cibum. Cicero 2. de Orat. 89. Terentius Heauton. 3. 3. 3,
—uiden' ego te modò manum in sinum huic meretrici
Inserere?
Inserere caput in tentorium. Liu. lib. 8. ab Vrbe.
Inserere collum in laqueum. Cic. 6. Ver. 32.
Subtegmen inseritur acutis radijs. Ouid. 6. Metam. 12.
Inserere alicui rei. Plin. lib. 31. cap. 4. 2.
Vitæ inserere aliquem. Stat. 5. Syl. 5. 15.
Bellis ciuilibus se inserere. Ouid. 3. Metam. 24.
Inserere cõsiliũ aliquod, Addere, adiũgere. Plaut. Pœn. 14. 106.
Inserere deos minimis rebus. Liu. 7. bel. Pun. 133.
Inserere expostulationem suam. Liu. 5. bel. Maced. 62.
Inseritur huic loco fabula. Liu. 5. ab Vrbe, 98.
Locos inserere moris est. Quint. lib. 2. cap. 10. 7.
Historiæ turpes inseruisse iocos. Ouid. 2. Trist. 89.
Laudem ac uituperationem inserere. Quint. lib. 2. cap. 1. 8.
Locus insertus. Quint. lib. 2. cap. 4. 23.
Opinionem inserere. Vide Opinio.
Oscula inserere. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 2.
Insertæ fenestræ. Virg. 3. Aeneid. 31, —qua se
Plena per insertas fundebat Luna fenestras. Insertas, aut clatratas: aut nõ sertas: ut sit quasi inseratas, id est, non clausas. Et dictum quomodo Asprosq; molares, pro Asperos, &c. Seruius.
Prædia agris inserta. Plin. epist. 63.
¶ Insertim, Aduerbium. Lucre. lib. 2,
Contemplator enim quum solis lumina quumq;
Insertim fundunt radios per opaca domorum, &c.
¶ Inserto, insertas (ἐντίθημι) Insertare, Frequentatiuum ab Insertum formatum. Virg. 2. Aen. 135,
Hic ferro accingor rursus, clypeoq; sinistram
Insertabam aptans, meq; extra tecta ferebam.
Dextras insertare catenis. Stat. 12. Thebaid. 92.
Inserpo ] inserpis (ἐνσύρω) inserpere, Idem quod Serpere & obrepere.

Digitized by Google

& obrepere. Stat. 1. Thebaid. 67.
—iam somnus auaris Inserpit curis.

Inseruio] inseruis, inseruiui inseruitum, pen. prod. (ὑπηρετέω, δραπάω, ὑπαγγέω, χαρίζομαι) inseruire. Notæ significationis. Cic. 1. Offic. 75, A quo enim plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tamē & potiūnum inseruiunt.

Peruigil inseruibat equo. Sil. lib. 7. 69.

Inseruire suis commodis, Suæ utilitati consulere. Cicero 2. de Finib. 184.

Famæ inseruire. Tacit. lib. 13.

Inseruire honoribus, Dare operam honoribus acquirendis. Cicero 2. Offic. 5.

Valetudini inseruire. Cic. ad Tironem, lib. 16. 17. 3.

Inseruire aliquem. Plaut. Mostel. 4. 33,
Non meretricum est, unum inseruire amantem.

Inseruitum est. Cic. Appio, lib. 6. 12. 4, Sed nihil est à me inseruitum temporis causa.

Insessus] Vide Insideo.

Insibilo] insibilas, pen. corr. (ἐπισυρίττω) insibilare, Idem quod Sibilare, uel spirare. Ouid. 15. Metam. 121,
Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus.

Membris insibilat ignis. Sil. lib. 12. 123.

Inficcatus] penult. prod. Adiectiuum (ἐπιξηρανθείς) Stat. 3. Thebaid. 73,
Vulneraq; ista ferens putri inficcata cruore, Protinus ire peto.

Insicium] Vide Isicium.

Insidens] pen. corr. ab Insideo participium: siue insidens, pen. prod. ab Insido. Vide Insideo & Insido.

Insideo] insides, pen. corr. insedi, pen. prod. insessum (ἐπικάθημαι, ἐπικαθέζομαι, ἐφιδρύω, ἐφίζάνω) insidere, Super aliquid stare. Cicer. 2. de Nat. deor. 98, Nec longè absunt ab hac ui dij penates, siue penu ducto nomine, &c. siue ab eo, quòd penitus insident, ex quo etiam penetrales à poetis uocantur.

Insidere equo. Plin. de Viris illust. 32.

Toro insidere. Ouid. epist. 19. 27.

Insidere in sella. Plin. lib. 11. cap. 37. 57.

Insidet pedibus dolor. Plin. epist. 12. b. Cic. 5. Verr. 79, In quibus si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamen esset illa, &c.

Insidet cogitatio. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 3.

Insidet crimen in animo. Cic. pro Deiotaro.

Desiderium insidet nobis. Lucret. lib. 3. 188.

Insidet in uenis & medullis feruor. Cic. 4. Tusc. 36.

Insidet pax. Cic. Antequam iret in exilium, 5, Quum iam domesticis pax non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur?

Insidet suspicio. Cic. pro Milone, 51.

Insidere portentis. Plin. lib. 11. cap. 49. 2.

Insidere animo. Cic. pro Cor. Bal. 2, Etenim ei succedo orationi, quæ non præteruecta sit aures uestras, sed in animis omniū penitus insederit.

Insidere in mente. Cic. in Orat. 5.

Macula quæ penitus iam insedit, atq; inueterauit in Pop. Rom. nomine. Cic. pro leg. Manil. 4.

Insidet in memoria mea penitus. Cic. 2. de Orat. 67.

Insidere, Aliquem dolosè expectare: uel locum aliquem occupare, Insidere arcem militibus. Liu. 6. bel. Pun. 228, Quingentis militibus arcem insedit.

Agrosq; uicuos, & militū usui sepositos insedere. Tacit. lib. 13.

Syluarum anfractus cæcis insederat armis. Sil. lib. 5. 1.

Aram insederant. Tacit. lib. 4.

Arcem Capitolij insedit. Tacit. lib. 19.

Insidere cineres patriæ. Virg. 10. Aen. 11.

Claustra terræ, ac maris insedisset. Tacit. lib. 2.

Insidere collem. Plin. lib. 5. cap. 13. 1.

Effugia insederant. Tacit. lib. 3.

Insidere itinera. Liu. 5. bel. Punic. 114, Quà fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere iubet.

Iuga insidere. Tacit. lib. 2.

Insidere locum aut templum. Liu. 1. bel. Pun. 213, Plin. in Paneg. Quem locum deus ille tam præsens ac manifestus insedit.

Insidere loco. Virg. 11. Aen. Arripuitq; locum, & syluis insedit iniquis. Vbi Seruius, insedit, propriè: nam Insidere, est dolose aliquem expectare: unde & Insidiæ nominatæ sunt.

Molibus uillarum insidere. Tacit. lib. 4.

¶ Insideri, Passiuè (ἐφιδρύεσθαι) Liu. 5. bel. Pun. 67, Viæq; omnes hostium præsidijs insiderentur.

¶ Insidens, pen. corr. (ἐπικαθέμενος) Partic. ut, Insidens æquo. Liu. 7. bel. Pun. 81.

Insidens cura assidua. Liu. 1. ab Vrbe, 84.

Insidentia mala. Cic. 4. Tusc. 135.

¶ Insessus, Partic. (ἐφιδρυθείς) Insidijs occupatus. Liu. 7. ab Vrbe, 160, Consul exercitum incautè in saltum caua ualle peruium, circaq; insessum ab hoste induxit.

Humus insessa tanto pondere. Stat. 1. Syl. 1. 12.

¶ Insidiæ, insidiarum (ἐνέδρα, ἐφιδρεία, ἐπιβολαί, ἐπιβουλή, λοχισμός) Dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum. Cæsar 2. bell. Gal. 275, Insidias ueritus. Cic. 3. Offic. 89, Sentine igitur insidiæ, tendere plagas?

Insidijs, pro Ex insidijs, uel Per insidias. Cicer. ad Attic. lib. 13, 268. 3, Marcellus insidijs interfectus est.

Incautus insidijs, pro Ad insidias. Tacit. lib. 11.

Iter per insidias. Ouid. 2. Metam. 16.

Maris insidiæ. Lucret. lib. 2. 113.

Irritæ, & degeneres insidiæ. Tacit. lib. 11.

Absunt insidiæ à uatibus. Vide Absum.

Nimis insidiarum adhibere. Vide Nimis.

De insidijs aliquid agere. Dolosè & insidiosè. Cic. 1. Offic. 153.

Ex insidijs. Cic. in Orat. 21.

Ex insidijs occupare. Plaut. Asina. 16. 31.

Capere ex insidijs. Vide Capio.

Circunuenire per insidias. Vide Circunuenio.

Capi insidijs. Virg. 1. Georg. 86.

Collocare insidias alicui. Cic. pro Milone, 20.

Comparare insidias alicui per aliquem. Cic. pro Cluen. 35.

Componere insidias alicui. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 1.

Consurgere ex insidijs. Vide Consurgo.

Disponere insidias. Quint. lib. 4. cap. 2. 36.

Excipere insidijs aliquid. Virg. eclog. 3. 4.

Lupus insidias explorat ouilia circum. Virg. 3. Georg. 106.

Insidias facere. Terent. Eun. 3. 3. 26. Cic. ad Senat. lib. 15. 3. 11.

Instruere insidias alicui. Catull. ad Aurelium, epig. 18. 2.

Instruere insidias in aliquo loco. Cic. pro Cluent. 150.

Ex insidijs interijt Alexander Phæreus. Cic. 2. Offic. 35.

Per insidias interficere aliquem. Cic. pro Domo sua, 47.

Intrare insidias. Vide Intro.

Locare insidias alicui. Vide Locus.

In insidijs uiri fortes locati ab imperatrice. Cic. pro Cælio, 53.

Meditari insidias alicui. Virg. eclog. 5. 12.

Moliri insidias auibus. Virg. 1. Georg. 55. Vide Molior.

Niti insidijs. Vide Nitor.

Opponere alicui insidias. Vide Oppono.

Insidias alicui parare. Plaut. Pœn. 7. 46.

Parare insidias uitæ alicuius. Cic. pro Sext. Rosc. 15.

Parare insidias & tecta arma. Ouid. 2. Fast. 43.

Petere aliquem insidijs. Ouid. 9. Metam. 128. (55.

Ponere insidias, Insidiari, & moliri insidias. Cic. 2. de lege Agr.

Ponere

Ponere in insidijs. Hoc est, in loco ubi insidiæ factæ sunt. Cicero pro Deiot.
Struere insidias. Tacit. lib. 2. Ouid. 1. Metam. 40.
Subactus insidijs. Virg. 12. Aen. 100.
Subijcere insidias. Quint. lib. 5. cap. 7. 8.
In insidijs esse. Vide In.
Tendere insidias alicui. Cic. pro Qu. Rosc. Comœd. 27.
¶ Insidior, insidiaris (ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω, λοχάω, λοχίζω) insidiari, insidias parare & instruere. Mart. lib. 12,
Si te delectant animosa pericula, Tuscis.
(Tutior est uirtus) insidiemur apris. Cic. in Orat. 122,
Non enim id agit ut insidietur & obseruet, sed fauet.
Hostibus insidior. Ouid. 13. Metam. 43.
Lupus insidiatus ouili. Virg. 9. Aeneid. 12.
Insidiari tempori. Liu. 3. bel. Pun.
¶ Insidiosus, pen. prod. Adiect. (ἐπιβουλευτικὸς) Insidijs plenus, fallax. Cicer. 4. Ver. 140, Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam?
Insidiosissima conditio. Plin. lib. 29. cap. 1. 26.
Facies insidiosa oculis. Ouid. epist. 21. 5.
Loca insidiosa. Cuius in l. qui petitorio. §. qui. ff. de rei uendicatione, Culpæ autem reus possessor est, & qui per insidiosa loca seruum misit, si is perijt.
Insidiosus latro. Martial. lib. 14. 20.
Quies insidiosa. Stat. 1. Syl. 4. 12.
Verba insidiosa. Ouid. epist. 19. 41.
¶ Insidiosè, pen. prod. Aduerb. (ἐπιβούλως) Dolosè, fraudulenter. Cic. 3. Offic. 89, Ratio ergo hoc postulat, ne quid insidiosè, ne quid simulatè, ne quid fallaciter.
Sceleratissimè & insidiosissimè tractare aliquem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 3. 12.
Insidiosè spem falsam ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. 65.
¶ Insidianter, Aduerbium, Idem. Iustinus lib. 6, Sed Lacedæmonij securi, insidianter absentiam Arcadũ speculati, castellum eorum expugnant. Aliqui legunt, Insidiantes.
¶ Insidiator, pen. prod. Verbale (λοχήτης, ἐπιβουλεύς) Qui tendit insidias. Cicer. pro Milone, 7, Insidiatori uerò & latroni quæ potest afferri iniusta nex?
Insidiator uiæ. Cic. in Catil. 46.
Fugere insidiatorem. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 5.
Insido] insidis, pen. prod. mutuatur præteritum à sedeo, propter significationis affinitatem, insedi, insessum (ἐνίζω, ἐνιζάνω) insidere, Idem quod simplex Sido. Deorsum descendere. Virg. 6. Aeneid. 143,
Ac ueluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidiunt uarijs, &c.
Insidere memoriæ. Quint. lib. 10. cap. 7.
¶ Insidor, pen. prod. (ἐνίζάνομαι) Stat. 2. Thebaid. 8,
Stat sublimis apex, uentosq; imbresq; serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.
¶ Insidens, pen. prod. Partic. (ἐνίζων) Plin. lib. 21. cap. 19. 3,
Cauendus in his situs celeriter insidens.
Insignis] & hoc insigne (διάσημος, ἔνσημος, παράσημος, ἐπιφανὴς) à signo deriuatur quasi aliquo signo ab alijs discretus, & separatus. Festus, Insignes appellantur boues, qui in femine & in pede album habent, quasi insigniti.
Insignis maculis. Virg. 3. Georg.
Insignis, per translationem, Clarus dicitur, præstans, nobilis: quasi ob notam aliquam, siue bonam siue malam conspiciendus. Insignis enim (ut ait Festus) tam ad laudem, quàm ad uituperationem inflecti potest. Accipitur & pro magno.
Insignis ad deformitatem: hoc est, Insigniter deformis. Cic. 3. de Legibus, 28.
Insignis auro & purpura. Liu. 4. bel. Maced. 17. Virgilius 4. Aeneid. 27,
—ostroq; insignis & auro Stat sonipes.
Bellis insignior. Claud. 1. Paneg. 6.
Dies insignis duplici clade. Liu. 6. ab Vrbe.
Crinibus insignis Phœbus. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 3.
Facie insignis. Virg. 9. Aeneid. 71.
Forma insignis Euryalus. Virg. 5. Aeneid. 58.
Prodigiosa corpora & monstris insignia. Quint. lib. 1. ca. 1. 2.
Insignis homo omnibus notis turpitudinis. Cic. pro Rab. 18.
Insignes amoris notis epistolæ. Cic. ad Attic. lib. 8. 1.
Equus insignis phaleris. Virg. 5. Aen. 61.
Vir insignis pietate. Virg. 1. Aeneid. 3.
Titulus insignis auorum. Lucan. lib. 8. 15.
Versibus insignem te pudet esse meis. Propert. lib. 3. eleg. 24. 1.
Vitijs insignis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 3.
Camœna insignis. Horat. 1. Carm. ode 12. 8.
Facta insignia. Ouid. epist. 3. 25.
Furor insignis equarum. Virg. 3. Georg. 53.
Insigne indicium. Cic. ad Trebatium, lib. 6. 1.
Insignis iniuria. Cic. pro Cecinna, 27.
Laude insigni ferre aliquem. Virg. 1. Aeneid. 126.
Malefacta insignia. Lucret. lib. 3. 206.
Metus insignis. Lucret. lib. 3. 206.
Insigne odium. Cic. ad Attic. lib. 14. 3. 3.
Insigni & nota re aliquid notare. Cic. 2. de Oratore, 144.
Insigne studium alicuius erga alterum. Cic. 2. de Fin. 115.
Clara & insignis uirtus uiri alicuius posteris. Cic. de Ami. 84.
Insigne, pro facinore aliquo insigni, magno & nobili. Terent. Eunuch. 5. 6. 31,
—nam iam diu causam quærebat senex
Quamobrem insigne aliquid faceret.
Insigne, insignis, Substantiuum (παράσημον, σύμβολον) Notam & signum significat. Plin. lib. 7. cap. 19. 2, Sed hæc parua naturæ insignia in multis uariè cognoscuntur.
Indicium & insigne fortunæ. Cic. 3. Verr. 108.
Morbi insignia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 51.
Quid insigne erat: id est, quod uulgus dicit, Quod signum erat. Cæsar 2. bel. Gal. 301, Vexillum proponendum, quod erat insigne quum ad arma concurri oporteret. Cicero 3. de Oratore, 37.
Insigne ad memoriam. Liu. 4. bel. Pun. 224.
Insigne, & quod frequentius dicitur, insignia, insignium, dicuntur ea quæ in uestibus, uexillis, & huiusmodi insignita sunt: aut ipsæ uestes, uexilla, & alia quæ fiunt aut feruntur, ita ab alijs discreta, ut nosci possint cuius sint, et ad quos pertineãt: ut uestes militares, & insignia militaria, regalia, cõsularia uue, quibus acies ab acie, eques ab equite, rex & Consul à uiro priuato cognosci debet. Virg. 2. Aeneid. 78,
Mutemus clypeos, Danaumq; insignia nobis Aptemus,
Cic. Appio, lib. 3. 13. 3, Insignia enim uirtutis multi etiam sine uirtute assecuti sunt. Sallust. Cum fascibus atq; alijs imperij insignibus ad Manlium in castra tendit. Mos fuit antiquorum, ut bene meritis insignia tribuerent magistratuum. Vnde scribit Tacitus decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare. Ab eodem insignia Præturæ Crispino decreta fuerunt. Verùm enimuero huiusmodi imaginum, iura, ac nobilitatis insignia damnatione reorum amittebantur: quod Cicero docet in oratione pro Sylla, 66.
Insignia in unaquaq; dicuntur re quæ maximè conspicua sunt. Cicer. in Orat. 74, de translationibus loquens, Eadem ratio est horum quæ sunt orationis lumina, & quodam modo insignia. Idem in 1. de Nat. deor. Solem, & lunam, stellasq; insignia mundi uocat. Budæus.



Digitized by Google

Superbum insigne belli. Virg. 8. Aen. 134.
Capitis summi præclarum insigne. Lucret. lib. 5, 229.
Vittæ tenues insigne pudoris. Ouid. 1. de Arte, 7.
Insigne regni, Dicitur uestis regia, atq; adeò diadema regium cũ ipsis lictoribus & apparatu regio. Cic. 3. Philip. 131, Esset enim ipsi certè statim seruiendum, si Cæsar ab eo regni insigne accipere uoluisset. Liu. 1. ab Vrb. 31, Insignia imperij.
Barbara insignia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 22.
Decorum insigne. Virg. 2. Aen. 79.
Regium insigne. Tacit. lib. 5.
¶Insignio, insignis, insigniui, insignitum, pen prod, (σὺν σημαίνω, ἐπισημαίνομαι, σφραγίζω, ἐπισφραγίζω) insignire, Signis notare, uel distinguere. Author ad Herennium, libro 4. 132, Si quæ deformabimus, ut si cruentam, aut cœno oblutam, aut rubrica delibutam inducamus, quo magis insignita sit forma.
Auro insignibat clypeum. Virg. 7. Aeneid. 158.
Insignire annum cladibus. Tacitus, pro Insignem facere. Bud.
Insignire aliquem. Plin. epist. 175. lib. 8. ad Geminium.
¶Insignitus, pen. prod. Participium (ἐπίσημος) siue Nomen ex participio.
Insignitæ notæ ueritatis. Cic. 1. de Diuinat. 113.
Insignitior, & hoc insignitius. Tacit. lib. 4, His partæ uictoriæ spes, etsi cedant, insignitius flagitium.
¶Insignita, insignitorum, n. g. Plin. lib. 27. cap. 4. 6, Oculorũ uitia omnia sanari ea conuenit, priuatim prurigines & scabiem genarum: item, insignita ac liuida, illita cum melle. Ibidem, cap. 12. 22.
¶Insigniter, pen. corr. Aduerbium (διασήμως) Clarè, apertè, summè, admodum. Apuleius, Homo insigniter malus. Plautus Casina, 25. 31,
Mihi quidem ædepol, insigniter facta est magna iniuria.
Cicer. 2. de Orat. 190, Nec improbum notari, ac uituperari sine uitiorum cognitione, satis insigniter atq; aspere posse. Idẽ in Partitionibus, 43, Parentibus, amicis, hospitibus præcipuè atq; insigniter diligendis. Idem 3. Philip. 130, Quis autem rex unquam fuit tam insigniter impudens?
¶Insignitè, pen. prod. Aduerb. (παρασήμως) Cum notæ indicio. Plaut. Menæch. 22. 18,
—neu sinas in me insignitè fieri tantam iniuriam. Idem Rudente, 24. 53, Imò hercle insignitè iniquè.
Insignitè improbus, pro insigniter, & cum quadam exuperantia aliorum improbitatis. Cic. pro Quintio, 49, Neq; tamen quisquam inuentus est tam insignitè improbus, qui, &c.
Insignius, Comparatiuũ. Liu. 8. ab Vrbe, 66, Quo insignitius omissa res Aemylio superioris anni Consuli exprobaretur.
Insile] insilis, pen. corr. n. g. Lucretius lib. 5. 271,
Textile post ferrum est, quia ferro tela paratur:
Nec ratione alia possunt tam leuia gigni
Insilia, ac fusi, radij, scapiq; sonantes. Vbi interpres, Insilia, sunt, ut arbitror, suspendicula, seu mauis appellare perpendicula, quæ telam examinant demissam. Insilia dicta, quoniam applausa pectine tela, resultant & subsiliunt. Sunt qui instrumentum ligneum pedibus textricis suppositum intelligant: cuius duo complanata ligncola resurgunt alternis, & residentibus licia telæ contrahi & aperiri cogentes.
Insilio] insilis, pen. corr. insilui, insiliui uel insilij, insultum, (ἐμπηδάω, εἰσάλλομαι, σύναλλομαι) insilire, ex In & Salio, Quasi celeriter salire. Plaut. Rud. 10. 35, E' naui timidæ ambæ in scapham insiluimus, quia uidemus, &c.
Insilire, dat. uo. Lucan. lib. 3. 125,
Insiluit solo nociturus pondere puppi.
Tergo alicuius insilire. Ouid. 12. Metam. 70.
Vndis insilit. Ouid. 8. Metam. 29.
Insilire in equum. Liu. 6. ab Vrbe, 32. & lib. 8. 47.
Insilire in cruciatum. Plaut. Milite, 6. 8.
Insilire saltu. Plin. lib. 8. cap. 16. 6.
Insilire cum accusatiuo sine præpositione. Sueton. in Claudio, Qui feros tauros per spatia Circi agunt, insiliuntq; defessos.
¶Insultura, huius insulturæ, pen. prod. (ἐμπήδησις) Plaut. Milite, 6. 9, —tu sali solus:
Nam ego istam insulturam, & desulturam nihil moror.
¶Insulto, insultas (ἐμπηδῶμαι, ἐμβαίνω, ἐφάλλω, ἐπιχαίρω) insultare. Frequentatiuum à Salio, quasi Sæpius & cum impetu subire: & modò datiuo, modò accusatiuo iungitur. Virg. 3. Georg.
—equidem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Equis insultans. Lucret. lib. 3. 210.
Floribus insultant hœdi. Virg. 4. Georg. 2.
Lucenti insultare. Ouid. 2. Trist. 114.
Insultare malis, rebusq; ægressere lætis. Stat. 2. Theb. 4.
Insultare alicui, pro Irridere, & contumeliosius in aliquem aut dicere aliquid aut facere. Suet. in Cæsare. Cic. 7. Ver. 103, Nunc tibi in calamitate insultare, &c.
Capiti insultans. Virg. 8. Aeneid. 112.
Moribus duris insultare alicui. Propert. lib. 2. eleg. 5. 2.
Insultare bonos, Impetum facere in bonos, uel irridere eos. Sallust. Multos à pueritia bonos insultauerat. Sic Seruius interpretatur in decimum Virgilij.
Insultare fores calcibus. Terent. Eunuch. 2. 2. 54.
Segnitiam alicuius insultare. Tacit. lib. 4.
Insultare in omnes. Cic. 2. de Nat. deor. 107.
Insultare, absolutum. Virg. 10. Aen. Cernis ut insultent Rutuli? Id est, per cauillationem irrideant, ut Seruius interpretatur. Liu. 6. ab Vrbe, 88, Etiam minimè toleranda superbia insultat.
¶Insultans, Participium (ἐμβαίνω) ut, Fremit æquore toto Insultans sonipes. Virg. 11. Aeneid. 120.
¶Insultatio, Verbale (ἐμπήδημα) Quintil. libro 8. cap. 5, Non tam probatio, quàm extrema quasi insultatio.
Insimul] penult. corr. Aduerb. (ἅμα) significat Vnà. Stat. 1. Syl. 6. 8, Et gentes alis insimul togatas. Rarum est & infrequens.
Insimulo] insimulas, pen. corr. (ὑποκρίνω, συνυποκρίνω, ἐπιπλάττομαι) insimulare, Idem quod Simulo. Cic. 3. Offic. 132.
—solus neglexit fidem,
Fugere insimulauit, ne quo iret: institit. Ex quodam poeta. Idẽ 4. Verr. 42. Insimulant homines fraudandi causa discessisse.
Insimulare, Accusare, Festus, Insimulare, Crimen in aliquem cõfingere. Cic. pro Sylla, 12, Syllam interea nemo insimulauit, nemo nominauit. Terent. Heaut. 1. 2. 30, Quod illum insimulant durum, id non est.
Criminibus falsis insimulasse uirum. Ouid. epist. 6. 5.
Insimulare aliquem auaritiæ. Terent. Phorm. 2. 3. 12. Cic. 3. Verr. 91, Verrem insimulat auaritiæ & audaciæ.
Insimulare flagitij. Cic. ad Att. lib. 10. 208. 3. Fraudis, Liu. 4. bel. Maced. 88. Probri, Cic. 2. Philipp. 98. & Plaut. Amph. 5. 15. Proditionis, Cæsar 7 bel. Gal. 71. Cupiditatis, Cic. 6. Verr. 29.
Peccati. Cic. 3. Tusc. 108.
Repetundarum insimulari. Quint. lib. 4. cap. 2. 11.
Insimulare falso. Cic. 7. Verr. 84.
Apertè insimulare. Cic. pro Cluent. 143.
Insimulari crimine. Liu. 4. bel. Pun.
Insimulare aliquem facinus Plaut. Amphit. 8. 228,
Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum siet



Digitized by Google

Meo uiro, me insimulare falsum facinus tam malum.

¶ Insimulatio, Verbale (ἐπίσκηψις) Cic. 7. Verr. 18, Primùm insimulatio est repentina, capitalis, atq; inuidiosi criminis. Idem pro Fonteio, 24, In falsam atq; iniquam probrorum insimulationem uocabatur.

Insinuo] insinuas (ὑπολαπίζομαι, παρεισδύνομαι, παρεισάγω) insinuare, In sinum immittere.

Opes alicui insinuare. Propert. lib. 3. eleg. 9. 6.

Sol æstum insinuat per septa domorum. Lucret. lib. 6. 173.

Insinuare, Immittere, quasi sinu accipi. Sisenna lib. 4. Histor. Agmen perturbatum peditis insinuant, ac loco commouent.

Insinuare se in equitum turmas. Cæs. 4. bel. Gal. 383.

Insinuant se mala. Cic. ad Brutum, 16. 17.

Dolorem oculis quæ gignunt insinuandò. Lucret. lib. 4. 63.

Insinuare aliquem alteri. Sueton. de claris Grammat. 21.

Insinuare aliquem animo alterius. Plin. in Paneg. 105.

Insinuare se subaudita præpositione ad, uel in. Cicer. de Amicit. 82, Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauendũ est. De assentatore loquitur.

Blandiri & suppliciter se insinuare. Cic. 1. de Orat. 44.

Insinuare se ad amicam alterius. Plaut. Milite, 4. 26.

Insinuare se in amicitiam alicuius, Non rectà, sed per quosdam sinus & quasi diuerticula latenter in amicitiam ingredi. Plaut. Cistel. 2. 83.

In cõsuetudinem alicuius se insinuare. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 17.

Insinuare se in causam. Cicer. 2. de Orat. 81. Id est, ut interiora causæ perspiciat, pernoscatq;. Budæus.

Insinuare se in familiaritatem alicuius. Cic. 5. Verr. 135.

Insinuare se in quammaximè familiarem usum. Liuius 10. bel. Macedon. 91.

Insinuare se in philosophiam. Cic. 5. Tusc. 51.

Insinuare se in sermonem aliquorum. Cic. 2. de lege Agra. 26.

Insinuat suspicio animis. Liu. 10. bel. Macedon. Id est, subierat animos.

Insinuatis manibus, apud Hermolaum, pro In sinum compressis, teste Budæo.

Insinuat, pro Insinuatur. Virg. 2. Aeneid. 46,

Tum uerò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor. Seruius.

¶ Insinuatio, Verbale (παρεγγυή, ἔφοδος) Pars orationis, Id est, callidus & subtilis aditus ad persuadendum, ut ait Seruius in undecimum Aen. Cicer. 1. de Inuent. 30, Insinuatio est oratio quadã dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum. Vide Quint. lib. 4.

Insipo] insipas (ἐπιπάσσω) insipare, Iacere & dispicere. Farinam iacere pulti, inquit Festus. Apud eũdem, insipere pro eodem significato legitur. Cato cap. 83, Ita insipato in aulam nouam.

Insipidus] pen. cor. Adiect. (ἄνοιος) Sine sapore. Gellius lib. 6. cap. 1. ex Chrysippo, Nihil est prorsus inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

Insipiens] insipientis, o. g. (ἄφρων) Sapienti contrarium. Cic. 2. de Finib. 82, Quid turpius quàm sapientis uitam ex insipientiũ sermone pendere? Idem de Amicitia, 49, Neque quicquam fortunato insipiente intolerabilius fieri potest.

Seclum insipiens. Catull. in amicam Formiani, epigram. 4. 2.

¶ Insipientia, insipientiæ (ἀφροσύνη, ἀφραδία) Imprudentia, dementia. Plaut. Amphit. 3. 36, Iusta autem ab iniustis petere insipientia est.

¶ Insipienter, Aduerb. (ἀβούλως) Imprudenter. Cic. de Senect. 62, At sperat adolescens diu se uicturum, quod sperare idem senex non potest, insipienter sperat, qui enim, &c.

Insisto] insistis, insisti, pen. corr. (ἀνέχω, ἐπιμονόω, ἀφίστα-

μαι) institũ, insistere, Significat consistere. Plin. lib. 34. cap. 8. 9, Proprium eiusdem ut uno crure insisterent signa, excogitasse, ut ait Varro. Hoc est, forma tenerent.

Ramis tremulis insistens. Sil. lib. 7. 135.

Insistere in. Cicer. 4. Acad. 168, Sin autem usq; ad nouem uerbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis, &c.

Insistere digitis. Plin. lib. 10. cap. 47. 1.

Insistere hastæ, Id est, inniti. Plin. de Viris illust. 27.

Insistere, Obfirmare animum. Terent. Hecyra, 3. 5. 34, Verùm uide ne impulsus ira prauè insistas.

Insistere, pro Cohærere. Quin. lib. 8. cap. 5, Vnde soluta ferè oratio è singulis non membris, sed frustis collata, structura caret: quum illa rotunda, & undiq; circuncisa insistere inuicem nequeant.

Insistere, pro Resistere, & quasi sistere gradum cui opponitur Procedere & progredi. Cic. 5. Ver. 147, Quot uultis esse in uno furto peccatorum gradus? ut si singulis insistere uelim, progredi iste non posset. Idem in Orat. 129, Sæpe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. Ex Budæo.

Ne insistas credere huic, Hoc ne uerbis illius pergas credere. Plaut. Capt. 11. 53.

Insistere, Vrgere, perseuerare, Grauiter laborare, donec quid sit absolutum. Cæsar 3. bel. Gall. 405, Neq; satis Bruto, qui classi præerat, uel Tribunis militum, Centurionibusq;, quibus singulæ naues erant attributæ, constabat quid agerent, qua ratione pugnæ insisterent. Terent. Phorm. 1. 4. 15, Aut qua quærerent insistam uias?

Insisto huic rei, Id est, ea re uti soleo, & acquiesco. Celsus, Ob quæ competit illa quidem non oportere negligere, sed ijs quoq; insistere. Budæus.

Insistere argumentari. Col. lib. 3. cap. 10.

Insistere curæ rerum. Plin. lib. 28. cap. 1. 3.

Rebus magnis insistere. Tibullus lib. 4. ad Messalam, eleg. 1. 27.

In re aliqua insistere. Quint. lib. 3. cap. 6. 4.

Insistere in gloria. Cic. pro Sestio, 124.

Insistere mente & animo in rem aliquam. Cæs. 6. bel. Gall. 13.

Insistere limen. Virg. 6. Aeneid. 113. Vbi Seruius, Insisto illam rẽ dicimus, non illi rei: quod qui dicunt, decipiuntur, propter Insto illi rei.

Insistere munus. Cicer. 3. de Orator. 96, Quónam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur, &c. Id est, instituemus, inquit Budæus.

Insistere negotium aliquod, Persequi. Plaut. Milit. 12. 55.

Insistere res in. Cicer. 6. Ver. 98, Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrimè factum Victoriæ. Id est, erat.

Spei insistere. Tacit. lib. 18.

Studijs suo nixu insistere. Quint. lib. 1. cap. 12. 8.

Insistere uestigijs. Cic. 3. de Oratore, 19.

Insistere uestigijs alienis: id est, inhærere, & sequi aliena uestigia. Quint. in Procem. lib. 3.

Insistere uestigijs laudum suarum. Liu. 5. ab Vrbe, 140.

Insistere in uestigio. Cic. 3. de Oratore, 4.

Insistere uestigia, pro Firmare. Virg. 11. Aeneid.

Insistere uiam, & insistere iter, Proficisci & ambulare. Plaut. Milit. 10. 197. Terent. Eun. 2. 3. 3, Vbi quæram? ubi inuestigem? quem perconter? quam insistam uiam?

Viam insistere agendi aliquid. Virg. 3. Georg. 32.

Insistere uijs aut ingredi. Cic. pro Cælio, 32.

Institio] onis, Verbale, Progressioni opponitur. Arrest. Cicero Tusculan. 1, Aut qui errantium stellarum cursus, progressiones, institiones notauit? Vbi malè quidam legunt institutiones. Vocat enim Cicero stellarum institiones, quum omnia



Digitized by Google

ho non mouentur, ſed ad quoddam tempus inſiſtunt, ſiue conſiſtunt, id quod ipſemet teſtatur lib. 2. de Natur. deor. his uerbis, iiſdemq; ſpatijs hæ ſtellæ quas uagas dicimus, circum terram feruntur, eodemq; modo oriuntur & occidunt. quarum motus tũ incitantur, tũ retardãtur, ſæpe etiam inſiſtũt.

Inſitio, Inſitum, Inſitiuus] Vide Inſero, inſeui.

Inſociabilis] & hoc inſociabile, pen. corr. (ἀσυναύλητος) Quod coniungi non poteſt. Plin. lib. 16. cap. 43. 1. In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter ſe & cum aliis inſociabili glutino, ſicut robur.

Indomita & inſociabilis gens. Liu. 7. bel. Maced. 3.

Regnum inſociabile. Tacit. lib. 13.

Inſociabilis omnibus. Liu. 7. bel. Pun. 212.

Inſolabiliter] pen. cor. Aduerb. (ἀπαραμυθήτως) Horat. lib. 1. epiſt. 14.

Fratrem mœrentis rapto & de fratre dolentis
Inſolabiliter.

Inſolatio, Inſolatus] Vide Inſolo.

Inſolens] pen. cor. huius inſolentis, o. g. (ἀυθὴς) Inſuetus, qui id de quo dicitur, facere non ſoleat. Donatus.

Inſolens, Inſolitus, inſuetus. Terent. And. 5. 4. 4. Quid tu Athenas inſolens? Saluſt. Inſolens uera accipiendi.

Iguarus & inſolens. Cic. 1. de Orat. 103.

Letitia inſolens. Horat. 2. Carm. ode 3. 1.

Inſolens faſtidium. Cic. 1. de Finib. 16.

Ludus inſolens. Horat. 3. Carm. ode 29. 10.

Inſolens uerbum, Quo non utuntur Latini authores. Gel. lib. 1. cap. 10, Vt tanquam ſcopulum fugias inauditum, atq; inſolens uerbum. Quint. lib. 4. cap. 1.

Inſolens rerum aliquarum. Cic. 1. de Orat. 103.

Bellorum inſolens. Tacit. lib. 17.

Animus contumeliæ inſolens. Tacit. lib. 18.

Inſolens infamiæ ſemper in laude uerſatus. Cicero Attico, libro 2. 36. 3. Vbi interpres, Id eſt, inſolitus infamiam audire.

Inſolens (ἀλαζὼν) Donatus, Inſolens, & arrogans intelligitur, qui præter legem agit humanam & naturalem, inſolens dicitur. Cic. pro Marcello, 5, In uictoriâ, quæ natura inſolens & ſuperba eſt. Idem de Senect. 27, Nec erat ei uerendum, ne uera de ſe prædicans, nimis uideretur aut inſolens, aut loquax.

Achilles inſolens. Vide Achilles.

Exercitus inſolens. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.

Inſolens hoſtis. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 74.

Inſolens oſtentatio. Cic. in Parad. 53.

Inſolens in re aliena. Cic. pro Roſc. Amer. 13, Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat (ut fit) inſolens in aliena, &c.

Inſolentiſſimus, Superlat. Cel. ad Cicer. lib. 8. 12. 7, Inſolentiſſimi homines, ſummis Circenſib. ludis meis poſtulandum me lege Scantiana iurant.

Nomen inſolentiſſimum. Quint. in Procem. lib. 1. 11.

¶ Inſolenter, Aduerbiũ (ἀυθὼς) Cic. 1. de Inuent. 59, Deinde natura eius euenire uulgò ſoleat, an inſolenter ac rarò.

Inſolenter, Arroganter & ſuperbè: ut, Inſolenter ſe efferre. Cicero 4. Tuſculan. 59. Et ad Atticum, libro 1. 11. 13, Inſolenter gloriari.

Superbè & inſolenter. Liu. 2. ab Vrbe, 195.

Inſolenter & arroganter. Plin. lib. 35. cap. 10. 7.

¶ Inſolentia, huius inſolentiæ (ἄηθεια) Inſuetudo, res non conſueta & ſolita. Cic. 1. de Orat. 50, Sed mehercule iſtius diſputationis inſolentia, atq; earum rerum, quæ quaſi traduntur in arte inſcitia.

Inſolentia ſermonis. Liu. 7. bel. Maced. 199.

Inſolentia, Nouitas. Cicer. pro Deiotaro, 2, Moueor etiam loci ipſius inſolentia. Et pro Cælio, 59, Fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas notitiæ nouæ mulieris, & inſoleſcentiæ uicinitate & inſolentia uoluptatum. Budæus.

Inſolentia (ἀλαζονία) Arrogantia, ſuperbia. Cicer. 1. Tuſculan. 76, Quæ quidem cogitans ſoleo ſæpe mirari nonnullorum inſolentiam Philoſophorum, qui naturæ cognitionem admirantur.

Ex arrogantia odium, ex inſolentia arrogantia. Cicer. 1. de Inuention. 59.

Inſolentiam & iactationem hominum ferre. Vide Iacto.

Inſolidum] ſiue Inſolido, pen. cor. (εἰς ὁλόκληρον) Integrè. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 4, Præſentia nondum tota inſolido ſunt: poteſt illa caſus aliquis incidere.

Debere inſolidum pecuniam. Iabol. De duobus reis. l. ſecunda.

Obligari inſolidum. Vlpian. De duobus reis. l. his uerbis.

Spondere inſolidum. Iulia. de duobus reis. l. reos.

Inſolitus] pen. cor. Adiect. (ἀσυνήθης) Non ſuetus. Virgil. 1. Georg. 94.

—Inſolitis tremuerunt motibus Alpes. Vbi Seruius, Inſolitis aut nouis, id eſt, nunquam antea in Alpibus factis, aut magnis & maioribus ſolito.

Rarum & inſolitum. Plin. in Paneg. 102.

Clamor inſolitus. Stat. 1. Thebaid. 86.

Eloquium inſolitum. Horat. de Arte, 44.

Rem inſolitam apportare auribus. Lucret. lib. 5. 21.

Inſolita ratio dicendi. Cic. pro lege Manil. 1.

Inſolita uictoria. Cic. pro lege Manil. 31.

Inſolitus ad laborem exercitus. Cæſar 3. bel. Ciuil. 3. 12.

Inſolitæ fœminæ prodire in conuentum. Cic. 3. Ver. 67.

Inſolitus rerum bellicarum. Saluſt. in Iugurtha.

¶ Inſolitè, pen. cor. Aduerb. (ἀσυνήθως) Gell. lib. 1. cap. 2. in tempeſtiuè ac inſolitè diſſerebat. Quidam legunt, Inſubita de diſſerebat.

¶ Inſolum ueteres, pro inſolitum dixerunt. Afranius Crimine, Orbitatem ſenectuti tuæ malam metui, quod inſolum nõ uenit cæco ac dementi.

Inſolo] inſolas, pen. prod. (ἁλατέω) Inſolare, Ad ſolem ſiccare. Col. lib. 4. ca. 17. 7, Nam & ſic facilius inſolatur humus, & fructus percoquitur. Id eſt, ſolem admittit.

¶ Inſolatus, pen. prod. Partic. (ἁλισμένος) Col. lib. 5, Super hoc materiæ, quæ fructum habent, melius conualeſcunt, & uuæ commodius inſolatæ percoquuntur.

Inſolati dies & tepidi, apud Columellam, Illuſtres, quibus ſol lucet. Col. lib. 11. cap. 3. 36. Budæus.

¶ Inſolatio, Verbale (ἅλισμος) Plinius libro 21. cap. 14. 6, Candidiſſima uerò fit, poſt inſolationem etiamnum recocta. De cerâ.

Inſolubilis] & hoc inſolubile, pen. cor. (ἄλυτος) Ab In, & Soluo, quaſi quod diſligari non poteſt. Quint. lib. 5. cap. 9. 3, Vbi eſt ſignum inſolubile, ne is quidem eſt.

Inſolubile indicium, Neceſſarium, quod urget hominem, apud Quintil. Budæus.

Inſolubile, Quod penſari non poteſt. Seneca de Benef. 4, Dicentis beneficium debitum inſolubile eſſe.

¶ Inſolutus, pen. prod. Adiectiuum, pro Non ſoluto. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 26, Inde eſt ut omnia meruiſſe ſe exiſtimet. & inſolutum accipiat, nec ſatis pro ſuo pretio æſtimatum putet.

Inſomnium] inſomnij (σὐνυπνιον) Quod per ſomnium uidemus, ut ait Seruius. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 1,

Dij meliora ferant, nec ſint inſomnia uera. Cic. de Senect. 40, Caret ergo etiam uiolentia & cruditate, & inſomnijs.

Falſa inſomnia. Virg. 6. Aen. 179.

Exercent rapidam truculenta insomnia mentem. Silius libro 10.72.

Vexant me insomnia. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 6.

¶ Insomnia, Insomniæ (ἀγρυπνία) antiquis dicebatur. Cæcilius Plotio, Cõsequitur comes insomnia: ea porrò insaniã affert. Donatus in illud Terẽtij ex Eunu. 2. 1. 13, Aut mox noctu te adigent horsum insomnia: legitur, inquit, & adiget: ut sit Insomnia, numeri singularis.

¶ Insomnis, & hoc insomne (ἄγρυπνος, ἄϋπνος) Quod est peruigil. Tacit. lib. 1, Apud Romanos inualidi ignes, interruptæ uoces, atq; ipsi passim adiacerent uallo, oberrarent tentorijs, insomnes magis quàm peruigiles.

Noctem insomnem ducere. Virg. 9. Aen. 35.

Oculi insomnes. Stat. 3. Thebaid. 66.

Insomniosus, pen. prod. Adiect. (σϋπνιαστικὸς) Qui insomnijs torquetur. Cato cap. 157. 7, Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.

Insono] insonas, pe. cor. insonui (σϋνχέω) insonare, Idẽ quod simplex. Lucan. lib. 1. 115,

Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes, &c.

Calamis agrestibus insonat. Ouid. 11. Metam. 33.

¶ Insonus, pen. corr. Adiectiuum (ἄϋνχος) Quod est sine sono ac strepitu. Apuleius, Insono uestigio me perducit. Antiquum.

Insons] insontis, o. g. (ἀθῶος, ἀναίτιος) Qui extra culpam est: innocens, inquit Festus. Liu. 4. ab Vrbe, 67, Etiamsi regni crimine insons fuerit. Plaut. Amph. 9. Liu. 4. bel. Mace. 120. 9, Insons publici consilij.

Fraterni sanguinis insons. Ouid. 13. Metam. 30.

Amici insontis casum indignabar. Virg. 2. Aeneid. 19.

Casas insontes cremare. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 14,

Insopitus] pen. prod. Adiect. (ἀϋπνάστος) ut, Insopitus draco. Ouid. 7. Metam. 7,

—cur non tauros, exhortor in illum,
Terrigenasq; feros, insopitumq; draconem? Hoc est, insomnem.

Insortitus] pen. prod. Adiect. Plaut. Casin. 7. 27, Si non impetrauit, spicula etiam insortita sunt mihi.

Inspecto] Vide Inspicio.

Insperans] penultima produ. Adiectiuum (ἀνελπίστως) Qui non sperat.

Insperante te atq; inuito. Terent. And. 3. 4. 24.

Insperanti mihi cecidit ut in istum sermonem dilaberemini. Cicer. 1. de Orat. 48.

¶ Insperatus, pen. prod. Adiect. (ἄελπτος) Quod non speratur: ut, Insperatum gaudium. Terent. Heaut. 3. 1. 5.

Insperatum consilium. Cic. 4. Philip. 154.

Insperatum nec opinatum malum. Cic. 3. Tusc. 49.

Insperata occasio. Terent. Eunu. 3. 5. 57.

Insperatæ repentinæq; pecuniæ. Cic. 2. in Catil. 40.

Tellure speratæ potiti. Virg. 3. Aen. 56.

Insperatissimus, Superlatiuum. Plaut. Pœn. 17. 8,

O mi here salue, Hanno insperatissime mihi, tuisq; filijs.

¶ Ex insperato, Aduerbium (ἀνελπίστως) Præter spem & opinionem. Plinius libro 25. capite 2. 15, Seruatusq; est ex insperato.

¶ Insperabilis, & hoc insperabile, pe. cor. (ἀνέλπιστος) Quod sperari uix potuisset. Gel. lib. 14. cap. 18, Pacemq; & uictoriam nobis peperi insperabilem.

Inspergo] Inspergis, inspersi, inspersum (ἐπιπάσσω) inspergere, Idem quod Aspergere, & liquorem aliquam spargendo abluere, & humectare. Cicer. 2. de Diuin. 56, Cor est in extis, iam abscedet simul ac molam & uinum inspersseris.

Inspergere oleam sale. Cato cap. 65.

Inspergere potioni. Plin. lib. 12. cap. 17. 7.

Næui inspersi egregio corpore. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14.

¶ Inspergendus, Particip. Col. lib. 11. cap. 2. Hoc eodem tempore, stercoris pars in prata digerenda, pars oleis, & cæteris arboribus inspergenda.

Inspicio] inspicis, pen. cor. inspexi, inspectũ (ἐσοράω, ἐπιστηπτέω) inspicere, Ex In, & Specio antiquo uerbo, Intrò aspicere significat. Plaut. Aulul. 3. 39, Credo aurum inspicere uolt, ne surreptum siet.

Inspicere marsupium. Plaut. Menæh. 7. 29.

Inspicere, Penitus cognoscere, & obseruatione accurata prosequi, Rem diligenter considerare & æstimare. Plaut. Mostel. 8. 155, Cupio hercle inspicere has ædes. Sic, inspicere agrum, apud Columellam. Inspicere prædium, apud Ciceronem. Et Inspicere hominem propius, à Plinio dicitur epist. 3 15. inspicere uitas hominum, apud Terẽtium in Adelphis, 3. 3. 61. Cicer. 2. Philipp. 61, Vis ne igitur te inspiciamus à puero? Ex Budæo.

Inspicere hortos. Cic. ad Att. lib. 12. 238. 3, Est igitur animus in hortis: quos tamen inspiciam quum uenero.

Inspice maius opus. Ouid. 2. Trist. 13.

Inspicere aliquem experimentis, Experientia probare & cognoscere. Col. lib. 1. cap. 8. 2.

Fides inspicienda duro tempore. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6.

Inspicere sententiam alicuius, pro Anxiè attendere quid uelit. Plaut. Mil. 4. 50.

Inspicere in speculum. Terent. Adelph. 3. 3. 61.

¶ Inspectus, Participium. (ἐπιστηπτός)

Inspectæ sunt apud portitores. Plaut. Trinum. 11. 60.

Inspecta omnia re. Plaut. Aulul. 2. 7.

¶ Inspecturus, pen. prod. (ἐσοψόμενος) Particip. futurum. Virgil. 2. Aen. 10,

Aut hæc in nostros fabricata est machina muros
Inspectura domos, uenturaq; desuper urbi.

¶ Inspector, Verbale (ἐσοπτὴς) Qui rem aliquam uenalem pro potestate cognoscit. Hæc Budæus, Plin. lib. 37. cap. 7. 8, Accedit religio narrata à siderum cognitione ab inspectoribus, quoniam ferè stellarum hyadum & numero & dispositione stellantur.

¶ Inspectio, aliud uerbale (ἐσόρασις) Columell. libro 1. capite 4. 1, Nam prima inspectione neq; uitia, neq; uirtutes abditas ostendit.

Inspectio, Diligens rei alicuius consideratio. Cicero 2. Philipp. 87,

Nos enim inspectationem solum habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. Id est, cognitionem & iudicium. Ita Budæus. Et uetusto codice legitur, Nuntiationem solum.

Abstinere inspectione. Vide Abstineo.

In inspectione positæ artes. Quint. lib. 2. cap. 18. 1.

Constare inspectione. Quint. lib. 2. cap. 17. 27.

Inspectio, pro simplici intuitu oculorum. Quint. lib. 5. cap. 9. Inspectio ipsa sæpe etiam falsum deprehendit.

¶ Inspecto, inspectas (ἐσοράω) inspectare. Frequentatiuum, Attentè & cum diligentia intueri. Plaut. Pœn. 9. 69,

Illinc procul nos istuc inspectabimus. Cic. ad Brut. 4. 7, Quod utinam inspectare posis timorem de illo meum.

Inspectare de tegulis. Plaut. Milite, 5. 17.

Inspectauit per impluuium. Plaut. Milit. 5. 19.

Inspectante populo. Cic. 6. Verr. 20, Hinc illa crux inquam ciuem Romanum iste multis inspectantibus sustulit. Idem 1. de Diuin. 60, Inspectante & rege & populo.

Inspectare principem aliquem, pro Custodire. Suetonius in Cæsare.

¶ Inspecta-

¶ Inſpectatio, inſpectationis, Verbale. Seneca Nat. queſt. lib. 6, Quorum eſt adeò mihi dulcis inſpectatio, ut quamuis.

Inſpico] inſpicas, pen. prod. (ἐπιβλέπω) inſpicare. Virgil. 1. Georg. 59,

—ferroq; faces inſpicat acuto. Vbi Seruius, Acuto ferro incidit ad ſpeciem & imaginem ariſtarum.

Inſpiro] inſpiras, pe. pro. (ἐμπνεύσω, ἐπιπνέω, ἐμφυσάω) inſpirare, Intus ſpirare, Ventũ ſeu ſpiritũ infundere. Col. li. 1. ca. 66, Sed granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis Aquilonib. inſpirentur. Hoc eſt, uerſus Aquilonẽ aperiãtur, ut ſint perflatiles. Quint. lib. 10. cap. 3, Inſpirãtes ramis arborum auræ uolucrumq; cantus.

Tacitum inſpirat amorem. Stat. 1. Sylu. 2. 39.

Occultum inſpires ignem. Virg. 1. Aen. 139.

Venenum inſpirant morſibus. Virg. 4. Georg. 48.

Viribus inſpirare. Quint. lib. 2. cap. 5. 6.

Inſpirare alicui literæ. Gel. lib. 2. cap. 3. Dixit, quod aſpirare literam dici conſueuit.

Inſpoliatus] pen. prod. Adiect. (ἀνυπόδυτος) Spoliato contrarium. Quint. lib. 7. cap. 2, Hominem occiſum eſſe cõſtat, non in ſolitudine ut à latronibus ſuſpicer: nõ prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt: non hæreditatis ſpe, quia pauper fuit, odium igitur in cauſa.

Inſtabilis, Inſtans, inſtanter] Vide Inſto, inſtas.

Inſpuo] inſpuis, inſpui, inſputum, penultima product. (ἐμπτύω) inſpuere, Super aliquid ſpuere. Plinius libro 31. capite 9. 8, Datusq; lingendus, & oculis iumentorum inſpuitur. De ſale.

Inſpuere in frontem mediam hominis. Seneca de Ira, 3.

¶ Inſputo, inſputas, pen. prod. (ἐμπτύομαι) inſputare, Frequentatiuũ, Sputo aliquem fœdare. Dicimus aũt Inſputare aliquem, & alicui. Plaut. Capt. 11. 22, Et eum morbum mihi eſſe, ut qui me opus ſit inſputarier. Et paulo pòſt, 24, Quib. inſputare ſaluti fuit, atq; ijs profuit.

Inſtar] Indeclinabile (ἴσωμα) Ad æquiparationem, uel magnitudinem, uel menſuram. Virg. 2. Aen. 3,

Inſtar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant. Col. lib. 2. cap. 5. 1, In campo rarius, in colle ſpiſſius acerui ſtercore inſtar quinq; modiorum diſponentur. Id eſt, ad menſuram. Liu. Initiò milites Cannenſes, dati duarum inſtar legionum. Id eſt, circiter.

Inſtar, Ad ſimilitudinem. Cic. M. Catoni, lib. 15. 4. 25, Fugeranam autem, quæ fuit non uici inſtar, ſed urbis, &c. Plin. in Paneg. 59, Ciuitasq; Romana inſtar erat odij & diſcordiæ, & orbitatis, quum clariſſima pignora ſalua ipſorum pietate diſtraheret.

Exhorruit æquoris inſtar. Ouid. 4. Metam. 27.

Deorum inſtar. Tacit. lib. 3.

Inſtar mortis. Cic. 2. Offic. 102.

Inſtar uitæ. Cic. ad Varronem, lib. 9. 6. 11.

Inſtar uoluminis erat epiſtola. Cic. Att. lib. 10. 195. 1.

Inſtar in nominatiuo eleganter poſitum. Iuſtinianus lib. 4, Mittitur Philippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat. Id eſt, ſed qui ſolus tantũ potuit, quantũ oẽs auxiliari. Item, pro exemplari. Virg. 6. Aen. 173,

—quantum inſtar in ipſo eſt. Vlpianus, De noui operis nuntiatione. l. ſtipulatio, Si præponatur inſtar quoddã operis, & quaſi facies quædam facti operis.

Inſtar admittit nonnunquam præpoſitionem Ad, & ſignificat Ad ſimilitudinẽ. Apul. lib. 9. Metam. Ad inſtar ſcoparum. In eodem, Iſte quoq; ad inſtar infœliciſſimi ſui filij iugulum ſibi multis ictibus contrucidat. Pacuuius apud authorem ad Herennium, lib. 2. 71,

Fortunam inſanam eſſe & cæcam & brutam perbibent philoſophi: ſaxiq; ad inſtar globoſi prædicant eſſe uolubilem. Vetera exemplaria legunt, Saxoq; inſtare globoſo prædicant uolubili.

Inſtauro] inſtauras, pen. prod. (ἀνανεόω, ἀνακαινίζω) inſtaurare, Renouare, & quaſi inſtar alterius facere. Feſtus, Inſtaurari, ab Inſtar dictum: quum aliquid ad priſtinam ſimilitudinem reficitur. Cic. pro Roſc. Amer. 91, Cauete per deos immortales Iudices, ne noua & multo crudelior per uos proſcriptio inſtaurata eſſe uideatur.

Inſtaurare epulas. Virg. 3. Aen. Id eſt, denuò imponere.

Inſtaurare, pro Apparare, & Inſtruere interdũ accipitur. Plinius libro 31. cap. 2. 4, In uilla ſua, Academia nomine, Cicero monumentum ſibi inſtauraſſet. Cicero ad Atticum, libro 1. 8. 5, Idq; ſacrificium quum Virgines inſtauraſſent, &c. Budæus.

Inſtaurare tunicam aduerſus hyemem. Plinius libro 11. capite 23. 1.

Renouare & inſtaurare. Cic. 2. Verr. 7. Idem de Aruſp. reſp. 19, Quorum de ſententia illa eadem renouata atq; inſtaurata celebrantur.

Acies inſtaurare, Vide Acies. Virg. 10. Aen. 109. Seruius, Antè fuſas acies accipimus ex eo quod dixit inſtaurant.

Animum. Virg. 2. Aeneid. 90.

Bellum, aut pugnam, Inſtruere, uel denuò pugnare. Iuuen. Sat. 15. 8. Liu. lib. 4. Cic. de prouincijs Conſularibus in Piſonẽ & Gabinum, Periculum ſit ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.

Cædem. Cic. pro Domo ſua, 4. Budæus pro Facere interpretatur, & apparare.

Choros inſtaurat. Virg. 4. Aen. 29.

Diem donis. Virg. 4. Aeneid. 13. Seruius, Inſtaurat ideo, quia illã ſuprà ſacrificauerat.

Epulas certatim inſtaurant. Virg. 7. Aen. 30.

Funus. Virg. 3. Aeneid. 13.

Honores inſtaurat. Virg. 5. Aeneid. 19.

Honos inſtauratur. Silius lib. 13. 44.

Iter inſtaurabat ad Argos. Stat. 2. Thebaid. 149.

Sacrum inſtaurari imperat. Stat. 11. Thebaid. 47.

Vias inſtaurare. Stat. 5. Thebaid. 2.

¶ Inſtauratio, Verbale (ἀνακαίνωσις) Cic. de Aruſp. reſp. 20, & mentes deorum immortalium ludorum inſtauratione placantur.

¶ Inſtauratitius dies, ludis Circenſibus additus. Macrobius lib. 1. cap. 7.

¶ Inſtauratiuus, penultima producta, Adiectiuum (ἀνακαινιστικός) Cic. 1. de Diuin. 97, Itaq; ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

Inſterno] Inſternis, inſtraui, inſtratum, pen. pro. (ἀνακαινίζω, ἐπιστρωμνύω) inſternere, Sternere, operire, ſuperextendere. Suet. in Claud. Cæſare, cap. 18, Arctiore autem annona ob aſſiduas ſterilitates detentus quondam medio foro, à turba, conuitijsq;, ac ſimul fragminibus panis ita inſtratus, ut ægrè, nec niſi poſtico euadere in palatium ualuerit.

Inſternere ſuper. Liu. 10. bel. Pu. 39, Tabulasq; ſuper inſtrauit, ut peruium nauium ordinem faceret.

Pelle leonis inſternor. Virg. 2. Aen. 143.

Terræ inſterni, pro Sepeliri. Stat. 3. Thebaid. 42.

Inſtratus ornatu regio. Plin. lib. 8. cap. 42.

Tori inſtrati ſuper pelle leonis. Silius lib. 7. 58.

¶ Inſtratum, inſtrati, pen. prod. (στρῶμα) Omnis ueſtis ſtragula inſternendi cauſa parata, inquit Vlpian. in l. inſtrato. ff. de uerb. & rer. ſig.

Inſtigo] inſtigas, pen. prod. (παροξύνω, κεντρίζω, ἐνθουσιάω) inſtigare, à Stigo uerbo, ἀπὸ τοῦ στίζω deducto, quod eſt Pungo ſigni-

go: & significat incitare, & quasi obiurgatione quadam impellere. Terent. Phorm. 5.8.76,

Non hercle ex re istius me instigasti Demipho. Idem And. 4.2.9,

Age si hic non insanit satis sua sponte, instiga.

Varijs instigat uocibus alas. Virg. 11. Aen. 146.

Sequentem instigant studijs. Virg. 5. Aen. 46.

Instigare aliquem in alterum. Liu. 3. bel. Maced. 109.

Instigari sermonibus alicuius. Col. lib. 11. cap. 1. 1.

Instigante deo, numine, &c. Admonente & suadente, aut impellente. Liu. 10. ab Vrb. 89. Cic. in Pisonem, 20.

¶ Instigator, Instigatoris. Papin. in l. ob hæc. ff. de ijs qui not. infam. callido testamento uideris accusationis instigator fuisse.

¶ Instigatio, Verbale (παροξυσμὸς) Author ad Heren. Amplificatio, est res quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur.

¶ Instigatus, huius instigatus, pen. prod. Vlpian. in l. 1. §. sed & fl. ff. si quad. paup. Sed etsi instigatu alterius fera damnum dederit.

Instillo] instillas (ἐντιτάλω, ἐντολῶ, καταγάλω, κατέβομαι, ἐπαλάλω) instillare. Intrò stillare. Cicer. de Senect. 32, Nam & hæc quoq; nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Plin. lib. 20. cap. 1. 2, Et fóliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.

Sensim instillatus humor. Quint. lib. 1. cap. 2. 19.

Merum instillat in ignes. Ouid. epist. 18. 31.

Mero instillato restituenda lingua. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 5.

Iustillant guttæ saxa. Cic. 2. Tusc. 46. Ex Aeschylo. Id est, guttatim cadunt super saxa.

Instillare aliquid alicui, per translationem, pro in animum immittere, & leniter infundere. Cic. ad Att. lib. 9. 175. 1, Attulit huberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt.

A' contraria aure instillare. Vide A & Ab præpositiones.

Præceptum instillare auriculis. Horat. 1. epist. 8. 4.

¶ Instillatio Verbale (ὀφθαλαξις) infusio stillatim & guttatim facta. Plin. lib. 29. cap. 6. 24, Aures purgat fel pecudis cum melle canini lactis instillatio sedat dolorem.

Instimulo] instimulas, pen. corr. (κατασυτῶ) instimulare, Instigare, & stimulis quibusdã impellere. Ouid. 6. Fast. 102,

Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis.

Verbis instimulat eum. Ouid. 14. Metam. 99. Marcellus in l. 3. ff. de inoffic. testamento, Quod plerunq; accidit, quum falsò parentes instimulati, liberos suos testamento uel exhæredant, uel prætereunt.

Instinctus] Adiect. (ἐνθουσιάδης) ab Instingo inusitato uerbo, Incitatus, instigatus. Liu. lib. 4. 210, His cursor uocibus instinctos milites in prælium ducit. Cic. 7. Ver. 148, Quodam furore & audacia instinctum.

Murmure incerto instinctus. Quint. lib. 2. cap. 11. 4.

Furore sacro mens instincta. Lucan. lib. 5. 30.

¶ Instinctus huius instinctus (ἐνθουσιασμὸς) Instigatio, & quã inspirationem diuinam uocant. Cic. 1. Tusc. 99, Sine cælesti aliquo mẽtis instinctu. Idem 1. de Diuin. 64, Quæ instinctu diuino afflatuq; funduntur.

Instinctu, inflatuq; diuino futura prænuntiare. Cic. 1. de Diuinat. 19.

Instinctu alicuius facere, Suasu & impulsione. Plinius in Panegyr. 123.

¶ Instinctor, instinctoris (ὠθιστὴς) Tacit. lib. 17. Nec deerat inquit Ptolemæus, sceleris instinctor. Hoc est, impulsor.

Instipulor] pen. cor. instipularis. (ἐπεροτάω) instipulari, Per interrogationẽ stipulari. Fiebat enim stipulatio per interrogationem, utpote, Promittis mihi te daturum uiginti minas? Alter respondebat, promitto, alioqui non erat rata promissio. Plautus in Pseudolo, 19. 7,

Minæ uiginti sanæ, ac saluæ sunt tibi
Hodie, quas abs te inde est instipulatus Pseudolus.

Idem Rud. 3. 25. pæsiuè, Ni dolo malo instipulatus sis.

Instita] institæ, pen. corr. f. g. (κέρκαι) Tenuissima erat fascicula, quæ stolæ extremitatem ambibat: dicta τὸ περιχιτώνιον, quòd togæ subuehebatur, qua honestæ matronæ utebãtur. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 6,

——sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas
Quarum subsuta talos tegat instita ueste.

Longa instita. Ouid. 1. de Arte, 7.

Institio] Vide Insisto.

Institor] pe. cor. institoris, m. g. (κάπηλος, καπηλεύτρια) Negociator appellatus ex eo est (ut ait Vlpianus in l. 3. ff. de institoria actione) quod negotio gerendo insistat. Nec multum facit, tabernæ sit præpositus, an cuilibet alij negotiationi. Labeo, Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus uestiarij dant uestem circunferendam & distrahendã, quos uulgò Circuitores appellamus. Sed etiam mulliones quis propriè institores appellet. Itẽ fullonũ & sarcinatorũ præpositus: sed & tabularij quoq;, loco institorum habendi sunt. Sed & si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas & sibi mittendas, loco institoris habendum Labeo scribit. Iuuen. Satyr. 7. 23,

Institor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci. Liu. 6. ab Vrbe, 85, Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumq;, & institorum, opificũq; retenta. Martial. lib. 7. 60, Institor temerarius.

Mundus demissis institor in tunicis. Propert. lib. 4. eleg. 2. 8.

Discinctus institor. Ouid. 1. de Arte, 85.

Institor uestis dicitur Vergiliarum sidus, quòd mense Nouembri, quum earum occasus est, ex hoc sidere coniecturam hyemis faciunt: nam si nubilus fuerit Vergiliarum occasus, pluuiosam hyemẽ denuntiat: ideoq; negotiatores statim augẽt lacernarum pretia, quo genere uestium pluuio tẽpore utimur. Si uerò sereno tempore occiderint, asperitas hyemis denuntiatur: iccirco reliquarum uestium pretia accendunt. Sic institor uestis uidetur hoc sidus esse, quòd ut pluris minoris ue uendatur uestis, efficiat. Sipontinus.

Institor eloquentiæ. Quint. lib. 8. cap. 3. Id est, Venditor, ostentator, & mercator. Budæus. Idem Quint. lib. 11. cap. 1, Commoneatur nequisquã eius fortuna quẽ tumidum ac sui iactãtem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti forte uideat.

¶ Institorius, adiect. (καπηλικὸς) Quod ad institorem pertinet, ut Ars institoria. Suet. in Claud. Cæs. cap. 27, Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantiũ, atq; hinc inde orantium ut appelleret.

Institoria actio dicitur, qua dominus institorem conuenit, uel pro institore conuenitur. Vlp. in l. quicunq;. ff. de Institoria actione, Si libidinarius (quem Græci ληκιθοκλὴν uocãt) seruũ pollinctorem habuerit, isq; mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem, quamuis & furti & iniuriarum actio competeret.

¶ Institrix, pe. cor. huius institricis, pe. prod. (καπηλὶς) à Plauto uocatur ancilla, quæ pro domina negotiatur. Sipontinus.

Instituo] instituis, institui, institutum, pen. prod. (προκαθέσταμαι, ἐπιβάλλω) instituere, ex In & Statuo: significat idem quod ipsum Statuo, uel Decerno. Terent. Phorm. 4. 2. 14, Petam hinc unde à primo instituí. Cic. 4. Verr. 40, Tu qui instituê-

Digitized by Google

*instituerat in eos animaduertere, qui perperã iudicassent.*

*Instituere accusationem, Est iudicium dictare, Actionem uel crimen intendere. Vlpian. in l. si maritus. ff. ad legem Iuliam, de Adulterijs, Si maritus præuenerit, accusareq; instituerit, tempora non cedunt patri: quia accusationem instituere nõ potest. Budæus.*

*Accusatores & testes instituere. Cic. pro Cluent. 13.*

*Instituere actionem. Cic. ad Attic. lib. 7. 123. 13, Nunc aueo scire quid hominis sit, & quarum rerum actionem instituat. Id est, quid uelit, siue cogitet facere.*

*Instituere (ἄρχεσθαι, ἐπιτελεῖσθαι) Incipere. Terent. in Prologo Eunuch. 19,*

*Quæ proferentur post, si perget ledere.*
*Ita ut facere instituit. Cic. in Verrẽ, Verũ ut institui dicere. Id est, cœpi. Idem pro Cluentio, 55, Quæso ut me. Iudices, sicuti facere instituistis, benignè, attenteq; audiatis.*

*Instituere & Perficere, contraria. Cic. 4. de Finib. 57.*

*Suscipere, instituere, & perficere aliquam rem. Cicer. Luc. libro 5. 12. 5.*

*Instituere actionem, Proponere. Vlpianus in l. de eadem. ff. de except. rei iud.*

*Sic instituere actionem, Citare. Iustin. l. 4. tit. de pœna temporis litig.*

*Instituere amicitiam cum aliquo, quod & Inchoare dicitur. Cicero ad Sulpitium, lib. 13. 18. 1.*

*Instituere sibi amicos: quod aliàs Facere uel acquirere dicitur. Cic. 6. Verr. 18.*

*Amphora cœpit institui. Horat. de Arte, 5.*

*Instituere (προσάγειν) animum ad cogitandum, pro Applicare, & quod uulgus Ponere dicit. Terent. Phorm. 2. 1. 10, Ita sum irritatus, animum ut nequeã ad cogitãdũ instituere.*

*Argumenta in corde instituere, proponere apud te, & apparare quid dicturus sis. Plaut. Mostel. 3. 2.*

*Astutiam, Adornare fallaciam & instruere. Plaut. Epid. 8. 27.*

*Sibi certamen cum aliquo instituere: Hoc est, proponere sibi aliquem, cum quo aut uerbis aut re ipsa decertare uelimus. Cic. 1. Acad. 63.*

*Ciuitates instituere, & leges scribere. Cic. 1. de Orat. 43.*

*Collegium, Pro eo quod Fundare dicunt. Plin. epist. 250.*

*Consuetudinem, Quod dicitur aliàs Facere amicitiam. Cic. ad Attic. lib. 1. 1. 9.*

*Cursum. Terent. Phorm. 5. 6. 8. Cic. pro lege Manil. 28, Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam reuocauit, non libido ad uoluptatem, &c.*

*Dapes instituere. Virg. 7. Aeneid. 22.*

*Delectum militum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 62.*

*Diligentiam instituere. Cic. Tironi, lib. 16. 20. 1.*

*Epulas instituunt. Silius lib. 11. 55.*

*Exemplum. Plin. epist. 94.*

*Hæredem, Creare & facere. Cic. pro Cecinna, 39.*

*Hæredem ex asse instituere, uel omnibus bonis. Plin. epist. 96. c. Plin. lib. 7. cap. 36. 3.*

*Historia institui nisi præparato otio non potest, nec exiguo tẽpore absolui. Cic. 1. de Legib. 14.*

*Instituere in animo, Statuere, Deliberare. Terentius Adelphis 1. 1. 13.*

*Iter instituere, Aggredi. Cato Ciceroni, lib. 15. 5. 7.*

*Iter institutum rumpere. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.*

*Legem iniquam & miseram conditionem periculis hominum instituere. Cic. pro Muræna, 55.*

*Ludos instituit celebri certamine. Ouid. 1. Metam. 96.*

*Mercatum domesticum rerum aliquarum instituere. Cic. 3. Philipp. 145.*

*Naues instituere, Adornare, & præparare, aut ædificare. Cæsar 5. bel. Gall. 43.*

*Nauem instituere, aliter, pro Authorem esse nauis faciẽdæ. Plinius lib. 7. cap. 56. 17, Quinqueremẽ instituit Nesichthon Salaminius.*

*Negotium, Aggredi opus. Plaut. Pœn. 14. 104.*

*Nundinas. Plin. epist. 99. lib. 5. ad Valerianum.*

*Officinam alicubi instituere. Cic. 6. Verr. 48.*

*Opus. Quintil. lib. 6. cap. 4.*

*Orationem cũ aliquo, Sermonem ad aliquem conuertere. Cic. 5. de Finib. 148.*

*Oratorem autem instituimus. Quint. in Procem. lib. 1. 8.*

*Instituere ornithoboscium. Vide* Ornithoboscium.

*Pœnam in aliquem instituere. Cic. pro Domo sua, 96.*

*Portorium uini instituere. Cic. pro Fonteio, 8.*

*Quæstionem in re aliqua. Quint. lib. 7. cap. 2.*

*Sibi quæstum, quod & facere quæstum dicitur, & aliquid sibi proponere ad quæstum faciendum. Cicer. pro Quintio, 7, Qui ab adolescentulo quæstũ sibi instituisset sine impẽdio.*

*Rationem. Plaut. Sticho, 7. 26, —si tu hanc rationẽ instituis, Amicam ego habeo Stephanium, &c.*

*Rationem alicuius negotij instituere, Cæsar. 1. bel. Ciuil. 165.*

*Instituere regnum. Plaut. Rud. 22. 28.*

*Instituere sermonem, absolutè, uel cũ aliquo. Cæsar 5. bel. Gall. 138, Longioráq; consultò ab Ambiorige instituitur sermo. Cic. 2. de Orat. 163, Quum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientib. esset de te institutus, &c. Idem 2. Tusc. 14, Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus, & à tali quodam ductus exordio.*

*Sumptus instituere. Cic. pro Flacco, 26.*

*Tabellarios certos instituere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 18. 5.*

*Textrinam alicubi instituere. Cic. 6. Verr. 52.*

*Tutorem filiorum orbitati instituere. Cic. 1. de Orat. 116.*

*Vestigia retro instituit. Lucret. lib. 4. 96. Hoc est, retrocedit.*

*Sapienter uitam instituere. Terent. And. 1. 1. 40. Hoc est, prudenter uiuere.*

*Vitem instituere, pro Conserere. Suetonius de claris Grammat. 23.*

*Instituere (καθηγεῖσθαι, παιδεύειν, παιδοτριβεῖν) Docere, instruere. Cic. pro Quint. 46, Qui apud te esset educatus: quem tu à puero instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem hæreret.*

*Aliquem instituere, & ei præcepta dare. Cicero pro Quintio, 57.*

*Artem aliquam instituere. Cic. 1. de Orat. 92.*

*Instituere & imbuere aliquem. Cic. 10. Philip. 283.*

*Adolescentem instituere. Cic. pro Cælio, 30.*

*Rudem ad dicendum instituere. Cic. 2. de Orat. 88.*

*Ad lectionem aliquem instituere. Quint. lib. 1. cap. 7. 9.*

*Ad scenam aliquem instituere. Cic. de clar. Orat. 106.*

*Instituere atq; erudire ad turpitudines. Cic. 5. Verr. 137.*

*Literis Græcis instituere. Cic. de clar. Orat. 90.*

*Institui lira. Quint. lib. 1. cap. 27.*

¶ *Institutus, pen. prod. Particip. (κατεσκευασμένος, σύνταγμένος) Statutum, decretum significat. Plaut. Pseud. 10. 10, Iam instituta, ornata cuncta in ordine habeo.*

*Malè instituta ratio exitum reperire non potest. Cic. 1. de Nat. deorum, 145.*

*Diuinitus multa à maioribus inuenta atq; instituta sunt. Cicer. pro Domo sua, 1.*

*Institutus, Eruditus. Cic. 3. de Finib. 17, Instituti à natura. Quintil. lib. 2. cap. 11, Bene instituto ac satis exercitato.*

*Diligentia alicuius bene institutus aliquis. Cicer. de clar. Orator. 129.*

*Doctrina liberaliter institutus. Cic. 2. de Orat. 89.*

Institutus, Incœptus. Cic. pro Domo sua, 109, Neq; institutas cæremonias persequi. Idem pro Cluent. 32, Nihil tam remotum ab accusatione quàm Cluentius & natura, & uoluntate, & instituta ratione uitæ.

¶ Institutū, huius instituti, pen. prod. (προαίρεσις, ἕξις) Valla, Præcepta & præceptiones indifferenter pro disciplina sumuntur. Instituta & institutiones, per differentiam. Instituta enim sunt mores consilio & ratione sumpti. Nam mores, bonos & malos dicimus. Et in morem, id est, similitudinem: ut In morem leonis, in morē stagni, placidæq; paludis, inquit Virgilius. Institutū aūt, bonus mos: ut, Faciā meo instituto. Licet institutū nonnunquā significet incœptū, propositum, ab Instituo, quod est Incipio. Instituta uerò plurali numero (ut institueram dicere) boni mores sunt, consilio & ratione sumpti. Quin. lib. 1. cap. 2. 12. de Chrysippo, Nāis, quamuis nutricibus triennium dederit, tamē ab illis quoq; iam informandam quàm optimis institutis mentē infantiū iudicat. Cur autem ad literas non pertineat ætas, quæ ad mores iam pertinet? Eandem rem appellans instituta & mores. Apud Valerium Maximum titulus est, de institutis antiquis: quasi de morib. antiquis. Institutiones sunt præceptiones quibus instituuntur & docentur homines, ut libri ab eodem Quintiliano ac Lactantio, multisq; alijs authoribus inscripti De institutione oratoria, siue ab alio nomine atq; materia. Hactenus Valla, lib. 4.

Instituto Platonis, More Platonis, uel secūdum Platonis doctrinam. Cic. 1. Acad. 25.

Consuetudo & institutū. Cic. ad Attic. lib. 4. 17. 1.

Leges & instituta iuris publici. Cic. de clar. Orat. 146. Idem in Pisonem, 23, Qui eius ciuitatis in qua in principum numero uultis esse, non leges, non instituta, non mores, non iura noritis? Cæs. 1. bel. Gal. 1, Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt.

More instituto q; maiorum. Cic. pro Muræna, 1.

Præcepta & instituta philosophiæ. Cic. 1. Offic. 1.

Instituta & rationes meæ. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 6.

Alienum institutis meis. Cic. Sestio, lib. 5. 17. 2.

Meretricium institutum. Cic. pro Cælio, 39.

Nefarium institutum. Cic. 5. Verr. 4. Idem 2. Verr. 8, Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis nouo nefarioq; instituto coactæ.

Nefandum institutum. Vide Nefandus.

Institutum, pro Incœpto. Plinius, Hæc sunt rerum principia & instituta naturæ.

Abduci ab institutis suis pecunia. Hoc est, à proposito, & sententia. Cic. 6. Verr. 10.

Institutum uitæ capiendum. Hoc est, uiuendi ritus siue ratio & modus. Cic. 4. de Finib. 66.

Consequi institutum. Vide Consequor.

Decedere instituto. Tacit. lib. 7. Vide Decedo.

Iustitu to suo facere aliquid. Cic. ad Thermum, lib. 13. 56. 5.

Formare mentem institutis. Quint. lib. 1. cap. 2. 12.

Insumere instituta. Tacit. lib. 5, Instituta Parthorum insumit.

Persicere instituta. Cic. 2. de Diuinat. 8. Vide Perficio.

Resumere instituta. Tacit. lib. 20.

Perpolire instituta. Cic. Luccio, lib. 5. 12. 35.

Tenere aliquod institutum in omnibus. Cic. 6. Verr. 40.

Vti instituto suo. Cæsar Oppio, in epist. ad Attic. lib. 9. 177. 2, Scilicet & meo instituto usus sum. Hoc est, Feci quemadmodum consueueram.

¶ Institutio, Verbale (παίδευσις) Doctrina, Instructio. Cicero 1. Offic. 13, Magis ad institutionem uitæ communis spectare uidentur.

Institutio & disciplina. Cic. 4. Acad. 184.

Puerilis institutio. Quint. lib. 1. cap. 1. 8.

Præceptum & institutio. Cic. 3. de Orat. 20.

Rationem institutionemq; suam conseruare. Cicer. ad Attic. libro 1. 12. 14.

Secta & institutio. Cic. 7. Verr. 142, Horum nos hominum sectam atq; institutionem persequimur. Vetus exemplar habet Instituta.

Institutio Stoica. Seneca de Benef. lib. 2.

Institutiones, Pluraliter. Vide Institutum, ex Valla.

Institutio operis, Propositio uel principium. Plin. lib. 16. cap. 4. 4, Longum est, nec ex institutione operis, differere, quis nam Romanorū primus acceperit. Vetus codex habet, nec instituti operis. Cicer. 1. Offic. 12, Omnis enim, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci. Id est, præceptio & propositum de aliqua re agendi.

Insto ] instas, institi, institum, pen. cor. (ἐνίστημι, ἐνστάζω) instare, Vrgere, Insectari. Cic. 5. Verr. 115, Institit, oppressit, non remisit. Idem 3. Verr. 48, Cædere ianuam saxis, instare ferro: ligna & sarmenta circundare. Liu. 7. bel. Pun. 78. Seu uicit, ferociter instat uictis: seu uictus est, instaurat cum uictoribus certamen.

Acrior instat. Virg. 3. Georg. 30.

Cupidius instare. Vide Cupidus.

Impensius instant. Ouid. 7. Metam. 65.

Lenius instando tædia tolle tui. Ouid. 1. de Arte, 144.

Vi instat. Virg. 2. Aeneid. 98.

Instare & premere. Martial. lib. 7. 98.

Instare & premere. Martial. lib. 7. 96.

Instare res aliqua dicitur, quando urget. Cic. 3. Tusc. 16, Sed id aliàs: nunc quod instat. Virgilius in Eucolicis,

Desine plura puer, & quod nunc instat agamus.

Hoc est, quod maximè necessarium est.

Instare, datiuo iunctum, significat molestius & urgentius & (quod dicitur) instanter aliquem solicitare. Cic. pro Quintio, 18, Verùm quoniam tibi instat Hortensius ut eas in consilium.

Euincunt q; instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur. Liu. 2. ab Vrbe, 16.

Alicui rei instare. Quint. lib. 7. cap. 3. 30, Patronus uerò quoties poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factum esse sine causa.

Famæ instandum. Tacit. in uita Agricolæ.

Instare funeri. Plin. lib. 7. cap. 52. 5.

Furto feruidus instat. Virg. 9. Aen. 74.

Animus maioribus instat. Ouid. 2. de Arte, 107.

Instare operi, Aliquod opus diligenter curare ut fiat. Virg. lib. 1. Aeneid. 102. Plin. in Paneg. 30, Et inde offensæ, gratiæq; pariter securi, instant operibus, adsunt exercitationibus: arma, mœnia, utros aptant.

Instare uestigijs alterius, pro Imitari. Plin. epist. 97. lib. 6.

Instare uestigijs alicuius, Quod barbari dicunt Sequi de prope Liu. 7. bel. Pun. 69.

Instare sequi uestigijs. Liu. 7. bel. Pun. 10.

Instare ut. Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 4, Ita uulgò qui instabant, ut darem sibi quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Sic, lib. 3. 55. 5, Te instante facient.

Instare ne. Plaut. Casina. 7. 34,

Non me hercle opinor posse, ita uxor acriter
Tua instat, ne mihi detur.

Instare unum ut. Terent. Heaut. 5. 1. 22,

Magis unum etiam instare ut conficerentur nuptiæ.

Instare usqueadeò donec. Plaut. Cistel. 7. 41.

Instare aliquem ad prætorem. Plaut. Curcul. 8. 6.

Instare

Instare iter, Accipere. Plaut. Cistel. 10. 11.
Instare viam. Plaut. Asin. 3. 40,
Est ne hoc ut dico Latine? l. rectam instas viam. Id est, sic res habet ut dicis.
Instare, absolutè, pro Instabant, huic Resistere opponitur. Sallust. Veterani uirtutis pristinæ memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt.
Instare factum, Contendere rem sic se habere ut dicimus. Plaut. Mercat. 5. 18. Terent. And. 1. 1. 120,
Ego illud sedulò negare factum: ille instat factum.
Instat iter ad eum: id est, perseuerat. Plaut. Milit. 10. 147.
Instare, Propinquum uel proximum esse. Salust. Optimum factu ratus, noctem quæ instabat, antè capere, ne quid eo spatio nouaretur. Cæsar 1. bell. Gall. 63.
Instare & imminere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 305.
Instans bellum. Cic. 11. Philipp. 307.
Instant à me tibi bona, Proximum est ut ego te diuitem faciam. Plaut. Persa, 15. 23.
Cædes instant miseris. Virg. 8. Aeneid. 105.
Dies instabat. Lucan. lib. 5. 1.
Instat periculum. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 21.
Instat propriè. Terent. Adelph. 3. 2. 9.
Senecta instans. Horat. 2. Carm. ode 14. 1.
Instat telum. Plaut. Pœn. 14. 98.
¶ Instans, instantis, om. g. (ἐνεστὼς, ἀνυπερθέτως) Quod imminet, et præsens est. Cic. 4. Tuscul. 19, Quæ enim uenientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. Id est, præsentia, urgentiaq;. Quintil. lib. 5. capit. 10, Præteritum, instans, futurum.
¶ Instantia, huius instantiæ (ἐνστασις) pro Continua intentione & assiduitate. Gellius lib. 6. cap. 2, Peccata quoq; hominum, & delicta non subsistenda, neq; condicenda sunt ipsis, uoluntatibusq; eorum, sed necessitati cuidam & Instantiæ quæ oritur ex facto. l. fin. §. fin. de pig. act.
Instantia in oratione, pro Vehementia uel elatiore stylo. Plin. epist. 103, Hæc uel maximè ui, amaritudine, instantia: illa tractu & suauitate atq; etiam dulcedine placet.
¶ Instanter, Aduerbium (ἐνεστηκότως) Hoc est, perseueranter. Quintil. lib. 9. cap. 4, Vbicunq; acriter erit & instanter, pugnaciterq; dicendum, membratim, cæsimq; dicemus.
¶ Instabilis, & hoc instabile, pen. corr. (ἄστατος, ἀβέβαιος) Quod suo loco stare non potest. Plin. lib. 36. cap. 14. 2, Rursus in lubrico atq; instabilis fundamenta tantæ molis locarentur, &c.
Animi instabiles. Virg. 4. Georg. 21.
Instabilis homo, Inconstans, leuis. Liu. 1. bel. Pun. 20.
Instabilis hostis ad cominus conserendas manus. Liuius 7. bell. Punic. 109.
Locus instabilis. Ouid. 6. Metam. 39.
Regnum instabile. Senec. Thyeste, 3. 9.
¶ Instabilitas, pen. corr. instabilitatis (τὸ ἀστατὸς) Inconstantia. Plin. lib. 24. cap. 17. 5, Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda instabilitatemq; mentis.
¶ Instito, institas, pen. corr. (σύστημαι) Instare, Sæpe contrà stare, repugnare. Cæsar lib. 1, Id conspicati Heluetij, qui in montem sese receperant, rursus instare, & prælium redintegrare cœperunt. Alij codices habent, Instare.
Instratum] penult. prod. (στρῶμα) Vide Insterno. Liu. 4. bel. Maced. 34, Instrato omne uestimentum contineri quod injicitur, Labeo ait. Vlpianus in l. instrato. ff. de uerb. & rerum sig.
Instragulum] pen. corr. (ἐπίστρωμα) Idem quod Stragulũ. Cato cap. 10. 4.
Instrenuus] Adiectiuum (ἀγενναῖος) Strenuo contrariũ: quasi Minimè generosus. Ignobilis, indiligens, & ad res gerendas minimè promptus. Plaut. Mostel. 3. 17,
Atq; ubi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia.
Immundus, instrenuus, hic iam edibus ultimum additur.
Instrenuus animus. Terent. Heaut. 1. 1. 68,
Ambo accusandi: etsi illud incœptum tamen
Animi est pudentis signum, & non instrenui.
Instrepo] instrepis, penult. correp. instrepui, instrepitum, (ἐπιψοφέω) instrepere, Idem quod Strepere. Liuius 4. ab Vrbe, 186, Vnde si quid instrepat terroris, sine Patritio magistratu placere Remp. opprimi. Vetus exemplar habet, Increpet.
Instrepit axis, pro Stridet. Virg. 3. Georg. 34.
Dentibus horrendum instrepit. Claud. 8. in Paneg. 45.
Instridens] pen. prod. Silius Ital. lib. 14. 88,
Fax nidore graui fœdauit cominus aurum
Ambustò instridens pelago. Id est, in mari stridens. ardebant enim naues prælio nauali succensæ.
Instringo] instringis, instrinxi, instrictum (ἐπισφίγγω) instringere. Catul. de Lesbia, epig. 71. 5,
Quin te animo affirmas, teq; instringis q;, reducisq;,
Et dijs inuitis desinis esse miser? Videtur hic idem significare quod dissoluo.
Instringo, Vehementer & arctè stringo. Quintilianus in Aegro redempto, Iacet inter uincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captiuum.
Instructio, Instrumentum] Vide Instruo.
Instruo] instruis, instruxi, instructum (κατασκευάζω, ὀπλίζω, ὀχυρόω, παρασκευάζομαι, παρέχω) instruere, Significat propriè Apparare, componere, struere, machinari. Valla dicit incompertũ sibi esse apud idoneos authores legi pro Docere: Quum tamen legatum Instruere discipulos, studiosos, &c.
Instruere accusationem, uel actionẽ, uel litem, Est literis ac testibus, ceterisq; ad probandum necessarijs eam adornare, munireq;. Vnde instrumentum litis uocat Quintilianus, quicquid ad instruendam litem, id est, causam pertinet, Budæus. Cic. pro Cluentio, 12, Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia quæ futura est, à matre initio est adornata, à matre hoc tempore instruitur.
Instruere aciem. Cic. pro Murena, 19.
Armis instruit socios. Virg. 8. Aeneid. 16.
Calumniam instruere alicui. Vlpianus in l. 1. ff. de iure patron.
Et si calumniã aliquã eis instruxit, uel delatorẽ subornauit.
Cœnam, Apparare. Gel. lib. 2. cap. 24.
Consilia. Terent. Phorm. 2. 2. 7,
Cedo senẽtiam instructa sunt mihi corde cõsilia omnia.
Copias instruere. Cæsar 7. bel. Gall. 66.
Domum. Cic. 6. Verr. 8.
Epulas. Liu. 5. ab Vrbe, 124.
Instruendæ fraudi aliquanto intentior. Liu. 3. bel. Pun. 167.
Hortos, Comparare in hortis necessaria. Plin. epist. 171. d. Cic. 3. Offic. 77, Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius uoluit, & emit instructos. De hortis.
Insidias. Cic. pro Cluent. 150.
Insidias mihi instruens. Catul. ad Aurelium, epigr. 18. 2.
Iter ad bonam famam. Plin. in Paneg. 126.
Legiones. Plaut. Amphit. 4. 67. Terent. Eunuch. 4. 7. 11,
Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo,
σ. Illuc est sæpere: ut hosce instruxit.
Instruere locum insidijs. Liu. 6. ab Vrbe, 87.
Mensas instruxere epulis. Ouid. 8. Metam. 115.

Nauigia. Colum. lib. 5, Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt, armamentis, ministrisq;. Id est, armant, uel muniunt.
Opus instruitur. Ouid. 4. Fast. 138.
Ornamenta alicui. Plaut. Milite, 13.34.
Instruere discipulos lectione orationum. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Arte instruere aliquem. Ouid. epist. 15. 74.
Cultibus instruere aliquem. Ouid. 2. Fast. 64.
Instruere dolis aliquem. Virg. 2. Aeneid. 31.
Scientia aliquem instruere. Quintil. in Proœm. lib. 1. 17.
Instruere studiosos scientia alicuius rei. Quintil. in Proœmio, lib. 1 non procul à fine.
Instruere Oratorem, Docere orationis conscribendæ rationẽ. Quintil. lib. 18. cap. 1, Instruamus qua in oratione, quæ dicere, facere, quàm optimè, quàm facillimè possit. Idem lib. 4. cap. 2, Iudex notitia rerũ instruendus uidetur. Id est, docendus, ut ait Budæus.
Instrucre ignorantiam alicuius. Plin. epist. 317.
Instruit eos certis notis, quibus cognosci posset sua mandata esse. Liuius.
Instruere ad omne officij munus. Cic. de Senect. 26.
Instrui consilijs idoneis ad negotiũ. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 30. 1.
¶ Instructus, Participium (κατεσκευασμένος) siue Nomen ex participio.
Liberaliter instructus. Vide Liber, liberi.
Instructus artibus ingenuis (πεπαιδευμένος) Hoc est, bene edoctus & institutus. Cic. 1. de Orat. 37.
Instructus & ornatus plurimis & grauissimis artibus. Cic. 2. de Finib. 178.
Instructus & munitus ad rẽ aliquã. Cic. ad Senatũ, lib. 15. 1. 11.
Instructus ad perniciem. Terent. Heaut. 3. 1. 41.
Instructus ad cædem. Liu. 4. bel. Pun. 111.
Instructus ad mortem contemnendam. Cic. 2. de Finib. 92.
Instructus in. Quintil. lib. 5. cap. 71, Ex antecedentibus & iunctis & insequentibus trahenda esse argumenta qui acceperit, protinus in hoc sit instructus, ut quid in quaq; causa dicendum sit, ex his sciat.
Ferro instructi. Virg. 12. Aeneid. 25.
Eques instructus spiculis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 4.
Instructus telis exercitus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 216.
Instructũ & paratũ conuiuiũ omnibus rebus. Cic. 6. Verr. 54.
Instructiores peditum copiæ. Liu. 7. bel. Pun. 239.
Instructior doctrinis. Cic. 1. de Finib. 39.
Instructior paterfamiliâs. Vlpianus Digest. lib. 33. tit. de fundo instructo, Supellex, cæteraq; si qua agro fuerunt, quo instructior esset paterfamiliâs, instrumento fundi non continentur.
Instructior à philosophia, à iure ciuili, ab historia. Cic. de claris Oratoribus, 83.
Vitijs decem instructior. Horat. 1. epist. 19. 5.
Instructissimus uir. Cic. 1. de Oratore, 134.
Instructissimus artibus. Brutus Attico, in epist. ad Brutũ, 17. 8.
¶ Instructus, huius instructus (κατασκευὴ) Apparatus. Cicero 3. de Orat. 14, Riuis est diducta oratio, non fontibus: & quocunque ingreditur, eodem est instructu, ornatuq; comitata.
¶ Instructio, Verbale, constructio (διάρτυσις) Traianus ad Plinium, epist. 241, Si instructio noui balinei oneratura uires Prusensiũ non est, possumus desiderio eorũ indulgere.
Instructio exercitus, Instructio militũ. Cic. 2. de Nat. deor. 121. Et pro Cecinna, 32, Neq; coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuq; signorum magnas copias pulsas esse & uidimus & audiuimus.
¶ Instructor, Aliud uerbale (διαρτύτης) Qui parat & instruit. Cicer. Post reditum in Senatu, 13, Hi sunt conditores, & instructores q; conuiuij.
¶ Instrumentum, huius instrumenti (τοῦ χ, σκεῦος, ὄργανον, ὀργανεῖον) Omne illud quo quis ad operandum utitur: Apparatus itẽ quo fundus, taberna, & id genus alia instruuntur. Cic. pro Domo sua, 49, In fundum autem uicini Consulis, non instrumentum aut ornamenta uillæ, sed etiam arbores transferebãtur. Et 4. Acad. 5, Totius belli instrumento & apparatu. Idem 6. Verr. 87, Hostiũ spolia, monimenta imperatorum, decora atq; ornamenta fanorum, posthac his præclaris nominibus amißis in instrumento ac supellectili C. Verris numerabuntur. Suet. de Augusto, Et Alexandria capta, nihil præter calicem ex instrumento regio retinuerit. Sic apud Iureconsultos titulus est, De fundo instructo, & instrumento legato.
Instrumentum significat etiam subsidium ad aliquid agendum.
Instrumentum causarũ & generũ omniũ. Cic. 2. de Orat. 80.
Artis instrumentum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 26.
Instrumenta multa habet homo ad adipiscendam sapientiam. Cic. 1. de Legib. 89.
Subsidia & instrumenta. Cic. 2. in Cati. 31.
Instrumentum à natura. Cic. 3. de Orat. 108.
Naturæ instrumenta. Cic. de clar. Orat. 145.
Instrumentum in bonis artibus comparandis. Cicero 2. de Finibus, 177.
Firmare, uel destruere instrumenta. Quint. lib. 5. cap. 7. 25.
Instrumentum imperij. Tacit. lib. 20.
Instrumentum regni. Brutus Ciceroni, 4. 6. Idem ad Brutum, 15. 6, Sed instrumentum regni delatum ad Lepidũ & Antonium, Id est, copiæ, ut uulgus loquitur, Cæsaris. Budæus.
Instrumentum tribunatus. Cic. pro Milone, 15.
Instrumentum triumphi. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 6.
Instrumentum uenatorium intelligitur apud Plinium epist. 63, pro ijs omnibus quæ ad uenationem requiruntur.
Instrumenti nomine, aliquando intelligitur monumentum scripturarum, ad res gestas pertinentium. Suet. in Vespasiano, cap. 8, Instrumentum imperij, pulcherrimũ ac uetustißimũ confecit: quo continebantur penè ab exordio urbis Senatusconsulta, plebiscita de societate & fœdere ac priuilegio cuicunq; concessis.
Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt quibus causa instrui potest.
Litis instrumentum. Vide Lis.
Necis instrumenta ferrum igneśq;. Ouid. 3. Metam. 146.
Anilia instrumenta. Ouid. 14. Metam. 4.
Mendicum instrumentum. Vide Mendicus.
Perniciosa instrumenta. Quintil. lib. 2. cap. 15. 22.
Instudiosus] pen. prod. Adiectiuum, Non studiosus. Apuleius in Apologia prima, Medicinæ neq; instudiosus, neque imperitus.
Instupens] pen. corr. instupentis, om. gen. (ἀνάδατος) Idem quod Stupens, aut ualde stupidus, & sensus expers factus. Plin. lib. 28. cap. 4. 6, Salpe torporẽ sedari quocunq; membro instupente, si quis in sinum expuat.
Insuasum] huius insuasi, pen. prod. n. g. appellabant antiqui colorem, inquit Festus, similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. Plaut. Trucul. 6. 16,
Quia tibi inuaso infeciſti propudiosa pallulam.
Insuauis] & hoc insuaue, pen. prod. (ἀνάδης) Quod suaui cõtrarium est, hoc est, Asperum, austerum. Cic. de Amicitia, 74, Insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundißima fuisset, nisi aliquem cui narraret, habuisset. Idem 2. de Oratore, 15, Qui uitam insuauem sine his studijs putaretis.
Insuauis odor. Colum. lib. 12. cap. 52. 1.

Insubi-

Digitized by Google

Insubidus] pen.corr.(ἄσκιπτος) Gellius lib.17.ca.19, Sed ne nos, id est, nomẽ Latinum, tanquam profectò uastos quosdam & insubidos ἀνυπροσδοκήτως condemnetis.

¶ Insubidè, (ἀσκέπτως) Aduerbium est, quo utitur Gellius lib.1.cap.2, Multa atq; immodica de philosophiæ doctrinis intempestiuè atq; insubidè disserebat. Id est, præcipitanter, prius quàm subiret, aut in mentem ueniret quid diceret. Macrobius lib.7.Saturnalium, Ipsam uerò uidendi naturã non insubidè introspexit Epicurus.

Insubres] pen.corr.(ἴνσυβροι) Galliæ populi, qui Mediolanum condiderunt: de quibus Strabo lib.5.

Insubtilis] & hoc insubtile.pen. prod. Papipianus in lege. cum filiosamiliâs.ff.de legat.1, Deniq; Iulianus non insubtili ratione motus respondit, &c.

¶ Insubtiliter, pen.corr. Aduerbium. Non subtiliter, Vlpianus in l.1.§.si ex fundo.ff.de hæred.instit. Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc procedere.

Insubulum] insubuli, n.g. Textoris instrumentum, autore Isidoro: sic dictum quòd infrà & suprà sit, uel quia insubulatur. Lucretius lib.5,

Nec ratione alia possunt tam læuia gigni
Insubula, ac fusi, &c.

Insucco] insuccas (ἐγχυλίω) insuccare, Imbuere, seu inficere, et succo aliquo uel humore intingere. Colum.lib.7.cap.5.15, Fracta pecudum, non aliter quàm hominum crura sanantur, inuoluta lanis oleo atq; succo insuccatis. Et lib.7.cap.4.4, Insuccanda oleo lana.

Insuesco] insuescis, insueui, insuetum, pen.prod. (ἐθίζομαι) insuescere, Idem quod Consuescere. Terent. Adel.1.1.30,

Nam qui mentiri, aut fallere insueuit patrem, &c.

Insuescere frui parta uictoria. Liu.5.ab Vrbe, 24. Lucret.lib.4.258, Vt facilè insuescat secum uir ducere uitam.

Insuescere, cum datiuo. Colum.lib.6.cap.47, Cui partui deinde quum decem diebus insueuit equa.

Insuescere corpori meretricis, pro Consuetudinem stupri habere. Tacitus. Budæus.

Insuescere pecus amurca. Columel.lib.6.cap.4.4, Maximè tamen habet salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insuescas, &c.

Insuesco, actiua significatione apud Colum.lib.6.cap.4.4. & Horatium lib.1.Serm.Satyr.4.22.

Insuesco, actiua significatione. Horat.lib.1.Serm. Satyr.4.22,

—insueuit pater optimus hoc me
Vt fugerem, exemplis uitiorum quæq; notando.

¶ Insuesci, Passiuum. Colum.lib.11.cap.3.5, Atq; ubi cœperũt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, ut in id spatium quod sulcis interiacet, inclinentur.

¶ Insuetus, pen.prod. Adiect.(ἀνώδης) Tam de re, quàm de homine dicitur.

Insuetum iter, Per quod transire non sumus soliti. Virg.6.Aeneid.4. Idem eclog.1.10,

Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas.

Manus insuetæ operi. Tibul.lib.1.eleg.4.10.

Insueta solitudo. Liu.3.ab Vrbe, 217.

Insuetus homo alicui rei. Qui non consueuit, aliquando genitiuo iungitur. Liu.8.bel.Pun.95, Vt non Syphacẽ modo barbarum, insuetumq; moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquando sibi conciliarit.

Insuetus & nouus mos. Cic.ad Atticum, lib.4.70.8. Vetus exemplar scriptum habet, Insulso more.

Insuetus contumeliæ. Cic.ad Atticum, lib.2.3 6.6.

Insuetus laboris. Cæsar.7.bel.Gal.124.

Insuetus moris alicuius. Liu.6.ab Vrbe, 136.

Insuetus pugnæ. Cæsar 1.bel.Ciuil.172.

Insuetus uera audire. Liu.1.bel.Maced.68.

Insuetus, cum gerundio: ut, Insuetus nauigandi. Cæsar libro 5. bell.Gall.

¶ Insuefacio, insuefacis, insuefeci (ἐθίζω) insuefacere, Consuefacere.

¶ Insuefactus (ἐθισθείς) Assuefactus. Cæsar 4.bel.Gal.555, Notissimis locis audacter tela conijcerent, & equos insuefactos incitarent.

Insula] insulæ, pen.corr.(νῆσος) Terra quæ undiq; aquis includitur, propriè autem in mari. Quidam à salo appellatas insulas uolunt, quòd in salo, id est, mari sitæ sunt.

Corrosæ insulæ. Vide Corrodo.

Ocellus insularum Sirmio. Catul.ad Sirmionem, epigr.29.1.

Odoriferæ insulæ. Vide Odor.

Abdicare aliquem in insulam aliquam. Vide Abdico.

Adnatare insulæ. Vide Adnato.

Insidæ dictæ sunt propriè domus quæ non coniunguntur communib.parietibus cũ uicinis, circultuq; publico aut priuato cingũtur, à similitudine uidelicet earũ terrarũ quæ fluminibus aut mari imminẽt, suntq; in salo: à Græcis, οἰκίαι περιέρροοι dicitur. Hactenus Festus. Cic. pro M. Celio, 12, Nũc demũ intelligo P. Clodij insulã esse uenalẽ, cuius hic in ædiculis habitet decẽ, ut opinor, millib. Vlpianus in l. stipulationes nõ diuidũtur.ff.de uerb.obligat. Planè si insulã fulciri quis stipulatus sit, nõ est expectãdũ ut insula ruat. Paulus in l.nã salutẽ.ff. de officio Præfecti uigilum, Effracturæ sunt plerunq; in insulis horreis q;, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt. Budæus.

¶ Insularius, insularij (νησοφύλαξ) Pomponius in l. si ita, de Vsu & habitatione, Dominus proprietatis etiam inuito usufructuario uel usuario fundum uel ædes per saltuarium uel insularium custodire poterit. Intelligit insulæ custodẽ.

¶ Insularis, & hoc insulare, penul.prod. (νησιωτικὸς) Quod est insulæ, & ad insulam pertinet. Plinius, Qui primus insularem morbum in urbẽ inuexit. Ammianus Marcellus, Nec strepẽte ullo, nec obsistẽte insulari, pœna multati sunt.

Insulsus] Adiectiuum (ἄνους, ἄνους) Fatuus, Donatus, Insulsus sine sale & sapientia, aut sine saltu & facilitate. Plaut.Rud.13.33. Terent.Eunuch.5.8.49,

Fastus est, insulsus, tardus, stertit noctesq; & dies. Cic.2. de Orat.120. Sed qui in eius rei rationem quandam conati sunt, artemq; tradere: sic insulsi extiterũt, ut nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas rideatur. Idem 1. Tuscul.25, Sed tu mihi uideris & Epicharmi acuti, nec insulsi hominis, ut Siculi, sententiam sequi.

Insulsa gula. Cic.ad Atti.lib.13.286.4.

Insulsa effiagitatio, Inepta & imprudens. Plancus ad Ciceronẽ, lib.10.24.15.

¶ Insulsitas, pen.corr. insulsitatis (ἀφυΐα) Ineptia. Cic. Attico, lib.13.284.2, De hortis ex tuis literis cognoui, & Chrysippo in uilla, cuius insulsitatem bene noram. Sic, pro Rabirio Posth.22, Iam nostis insulsitatem Græcorum.

¶ Insulsè, Aduerbium (ἀφυῶς) Imprudenter & ineptè. Cic. ad Cæsarẽ iuniorẽ, lib.2, Sed ita locutus insulsè est, ut mirũ Senatus conuitium exceperit. Idem 2.de Orat.122.

Insulto] insultas, insultare, ab Insilio Frequentatiuum. Vide Insilio.

Insum] ines, inest (ἔνειμι) inesse, In aliqua re esse: Plaut. Rud. 24.144, Credo ædepol inesse auri & argenti largiter.

Insumus. Lucret.lib.3.219,

Nec deuitari lethum pote quin obeamus.
Præterea, uersamur ibidem, atq; insumus usq;.

Inest in. Terent.Eunuc.1.1.14,

In amore hæc omnia insunt uitia: iniuriæ, &c. Idẽ And.5.2.16,

Tristis

Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atq; in uerbis fides. Cic. de Amicitia, 67, Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur.

Ineſt pictura in hac tabula. Terent. Eun. 3. 5. 36.

Ineſt hic. Plaut. Rud. 22. 17.

Theſaurum hîc ego ineſſe reor. Sic, Amphit. 8. 148.

Inſunt ſigna. Terent. Adelph. 5. 3. 36,

—multa in homine, Demea,
Signa inſunt, ex quibus coniectura facilè fit.

Ineſt huic. Martial. lib. 14. 150, Is mihi candor ineſt. Plin. lib. 10. cap. 36. 1, Columbis ineſt quidam gloriæ intellectus.

Ineſt nobis ſpes. Plaut. Capt. 5. 56. Plin. in Paneg. 144, Cui plus inuidiæ, quàm pulchritudinis ineſt.

Inſumo] Inſumis, pen. prod. inſumpſi, inſumptũ (ἀναλίσκω, ἀναναλόω) inſumere, Impendere, Cõſumere. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 105. 2, Nos tamen etſi hoc te ex alijs audire malo, ſic in prouincia nos gerimus, ut nullus ternuncius inſumatur in quenquam.

Curam inſumere ad ſpeculandum. Plin. lib. 9. cap. 46.

Mentes inſumite cœptis. Stat. 12. Thebaid. 129.

Operam inſumere. Cic. 5. Verr. 126.

Operam fruſtra inſumere. Liu. 10. ab Vrbe, 83.

Sumptus in rem aliquam inſumere. Cic. 2. de Inuent. 205.

Nubila inſumpſere latus montis. Stat. 2. Thebaid. 8.

Inſuo] inſuis, inſui, inſutum, pen. prod. (ἐπιῤῥάπτω) inſuere, Idem quod Suere ſignificat. Varro 2. de Re ruſt. cap. 9. 12. Quæ intra capita inſuitur pellis mollis.

Auro inſuto graues ueſtes. Ouid. 3. de Arte, 27.

Terga boum plumbo inſuto, ferroq; rigebãt. Virg. 5. Aen. 80.

Inſutus culeo, & Inſutus in culeum. Valer. Max. lib. 1. Cicer. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 7.

Inſuere, per translationem, pro Coniungere. Liu. 10. bel. Maced. 202, Lepidus molem ad Tarracinam ingratum opus, quòd prædia habebat ibi, priuataq; publicæ rei impensam inſuerat, &c.

Inſuper] pen. corr. Coniunctio (ἐπιδή, ναμήν) Id eſt, Præterea. Cic. Caßio, lib. 15. 16. 2, Nam ne te fugiat, latius inſuper Epicurus. Terent. Eunuch. 4. 3. 3.

Quinetiã inſuper ſcelus, poſtquã ludificatus eſt uirginẽ,
Veſtem omnem miſerè diſcidit. Ibidem, 57. 17,
An pœnitebat flagitij, te authore quod feciſſet
Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares?

Inſuper, prò Super uel Deſuper. Colum. lib. 12. cap. 39. 1, Tum inſuper cannàs ponere. Lucret. lib. 6. 39,

Aut ubi per magnos montes cumulata uidebis
Inſuper eſſe alijs alia.

Impoſita inſuper Aetna. Virg. 3. Aeneid. 116.

Inſuper, pro Deinceps, uel continuè ſiue continenter. Sueton. in Vitellio, Mox cũ Claudio principe duos inſuper ordinarios Conſulatus, Cenſuramq; geßit.

Inſuper quàm, ut Præter quàm. Liu. 3. bel. Punic. Illa inſuper quàm quæ pacta eſſent, facinora Campani ediderunt: nam præfectos ſociũm, &c. Budæus.

Inſuper his, pro Præter hæc. Virgil. 9. Aeneid. 55,

Inſuper his, campi quod rex habet ipſe Latinus.

Inſuperabilis] & hoc inſuperabile, pen. corr. (ἀδιάβατος, ἀνυπέρβλητος) Quod ſuperari non poteſt, & domari. Plinius epiſt. 22. 6, Rogauitq; ut medicos cõſuleremus de ſumma ualetudinis: ut ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret è uita. Liui. 1. bel. Pun. 84, Alpium tranſitus inſuperabilis.

Genus inſuperabile bello. Virg. 4. Aeneid. 8.

Inſurgo] inſurgis, inſurrexi, inſurrectum (ἀναίρω, ἀνθίσταμαι, ἐπανίσταμαι) inſurgere, Contrà ſurgere. Virg. 5. Aeneid. 38, —nunc inſurgite remis.

Inſurgere altius. Quintil. lib. 8. cap. 4.

Altior inſurgens. Virg. 11. Aeneid. 140.

Regnis alicuius inſurgere. Ouid. 9. Metam. 90.

Inſuſurro] inſuſurras (ἐπιψιθυρίζω) inſuſurrare, In aures leniter obſtrepere, & ueluti cum quodam ſuſurro. Cic. 4. Acad. 263, Verũ quoniã non ſolũ nauta ſignificat, ſed etiam Fauonius ipſe inſuſurrat, nauigandi nobis tempus eſſe, &c.

Inſuſurrare in aurem alterius aliquid. Cic. 3. Verr. 84.

Inſuſurrare alteri, Aliquid in aurẽ inſufflare. Cic. 5. Tuſc. 145.

Inſuſurrare crebrò cantilenam ſuam alteri. Cic. ad Atticum, libro 1. 14. 11.

Inſuſceptus] Adiect. (ἄληκτος) Ouid. ad Liuiam, 40, Dixit, & iratus uota inſuſcepta reliquit.

Inſutus] Vide Inſuo.

Inſyncerus] pen. prod. (ἄναγνος) Quod eſt ſyncero contrarium. Gel. lib. 5. cap. 3, Is Protagoras inſyncerus quidem philoſophus, ſed acerrimus ſophiſtarum fuit.

Cruor inſyncerus. Virg. 4. Georg. 57.

Intabeſco] intabeſcis, intabui (σὺν τήκομαι) intabeſcere, Idẽ quod Tabeſcere. Columel. lib. 4. cap. 3. 4, Nouella uerò dũ adoleſcit, niſi omnia iuſta perceperit, ad ultimam redigitur maciem, & ſic intabeſcit, ut nullis deinceps impenſis recreari poßit.

Cibo interminato intabuiſſent pupulæ. Horat. Epod. 5. 8.

Glans plumbea intabeſcit. Ouid. 14. Metam. 166.

Intactus] Adiect. (ἄθικτος, ἄψαυστος) Nõ tactus, Integer, immaculatus, impollutus. Liu. 5. ab Vrbe, 272, Integri intacti; fugerunt.

Intactus infamia. Liu. 8. bel. Maced. 225.

Intacti religione animi uir, Quem nulla religio tangit. Liu. 5. ab Vrbe, 71.

Intactus à ſibilo, Nunquam exſibilatus aut exploſus. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 2. 4.

Boues intactæ. Horat. Epod. 9. 5.

Carmen intactum Græcis. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 14.

Iuuencæ intacta ceruice. Virg. 4. Georg. 108.

Intactum à uexatione corpus, Nulla uexatione corruptum aut offenſum. Liu. 7. ab Vrbe, 40.

Grex intactus. Virg. 6. Aeneid. 8.

Intactũ omnib. pomũ, Quod à nemine guſtatur. Plin. li. 12. cap. 10. 1.

Virgo intacta manet. Catul. in Carmine nup. 57. 9.

¶ Intactilis, & hoc intactile, pen. corr. (ἀναπτος) Id eſt, Tactũ refugiens, ſiue quod tangi non poteſt. Lucret. lib. 1,

Sin intactile erit nulla de parte quòd ullam
Rem prohibere queat per ſe tranſire meantem.

Intaminatus] pen. prod. Adiect. (ἀμίαντος) Idẽ quod Incontaminatus. Horat. 3. Carm. ode 2. 4,

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ,
Intaminatis fulget honoribus.

Intantum] & inquantum (τόσον, ᾧ ὅσον, ὁσαμὲ) Senec. de Benefic. lib. 2, Quomodo danti intantum producenda notitia eſt muneris ſui, inquantum delectatura eſt cui datur, ita accipienti adhibenda concio eſt. Virg. 6. Aeneid. 175,

Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos
Intantum ſpe tollet auos.

Integer] integra, integrũ, pen. corr. (ὁλόκληρος, ἀκέραιος, ἀμέωτος, πρᾶος) Incorruptum, inuiolatum: ut, integrum templum omni opere. Cic. 3. Verr. 94.

Integer opponitur Trunco. Plin. lib. 7, Ex integris truncos gignit, itemq; ex truncis integros. Budæus.

Integra filia. Plaut. Truc. 17. 44.

Virgines integræ. Catul. in Epithal. Mallij, 56. 8.

Integer homo & ſanctus. Cic. 1. de Orat. 117.

Integer, innocens, religioſus. Cic. 6. Verr. 6.

Homo

Homo integer & castissimus. Cic. 2. de Inuent. 146.
Bonus & integer uir. Cic. pro Murena, 12.
Integer & Contaminatus, contraria. Cic. in Topic. 36.
Integer & purus. Cic. 1. Tuscul. 64.
Rudis discipulus, & integer. Cic. 3. de Nat. deor. 10.
Aeui integer. Virg. 9. Aen. 52. Ouid. 9. Metam. 89.
Integer animi. Cic. in arte Rhetorica.
Annorum integer. Stat. 1. Thebaid. 83.
Mentis integer. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 13.
Vitæ integer. Horat. 1. Carm. ode 22. 1.
Integer pudore. Mart. lib. 6. 28.
Integer à. Vide in à præpositione.
Integer ab labore, Non fatigatus. Cæsar 3. bel. Gall. 451.
Integer & honestus in omnibus uitæ partib. Cic. pro Font. 26.
Integer, est qui nondum se astrinxit: cui integrum est rei arbitrium. Cic. pro Flacco, 41, Et ego me ad id quod attulerit, integrum conseruabo. Budæus.
Integrum se seruare, pro Neutri parti se adscribere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 144. 2.
Integer, Validus, firmus, uegetus, sobrius: cuius contrarium est Fessus, saucius, nitiatus, languidus, uinosus. Cic. pro L. Murena, 47, Integrorum & fortunatorum promissis saucios & miseros credere non oportere. Cæsar in Comment. Quũ crebro integri defessis succederent. Ibidem, Non facile recentes atq; integros sustinebãt. Ibidẽ, Integros defatigatis submittẽs. Cornelius Celsus, corruptum corpus sit, an integrũ.
Vt integrum se, saluumq; seipsum uelit, mouet infantẽ natura. Cic. 2. de Finib. 57.
Ex uera atq; integra Græcia. Cic. pro Flacco, 48.
Florentes atq; integros populos uici. Cic. pro Plancio, 69.
Integerrimi & parati populi. Cic. pro Domo sua.
Integerrimi diutina pace populi. Liu. 6. ab Vrbe, 32.
Integra ætas, Adulta, florens. Terent. And. 1. 1. 45,
Egregia forma, atq; ætate integra.
Libero & integro animo causam alicuius defendere. Cic. pro Sylla, 65.
Noua atq; integra audacia, Recens nata. Plaut. Casina, 15. 5.
Integra causa. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 5. 11. Terentius Hecyra, 1. 2. 5,
Aliàs ut uti possim causa hac integra. Id est, non dicta, ut ait Donatus.
Causam integram alicui reseruare. Cic. Valerio, lib. 13. 4. 6.
Coniuges integras ab alterius petulantia cõseruare. Cicero 2. Verr. 9.
Integrũ corpus & Vitiosum, contraria. Cic. 1. de Diuinat. 139.
Decor integer æui. Stat. 5. Sylu. 2. 13.
Exercitus integer, Infractus & sanus. Plaut. Persa, 223. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 35. 3, Equitatum habet magnum. nam omnis ex prælio integer discessit.
Existimatio integra. Cic. pro Quintio, 28.
Fontes integri. Horat. 1. Carm. ode 26. 2.
Mens integra. Horat. 1. Carm. ode 31. 4.
Integrum ingenium. Salustius in Iugurtha.
Opes Integræ & Accisæ, contraria. Vide Opes.
Integra & infracta res. Cic. Attico, lib. 9. 181. 14.
Integra res, cui Peracta opponitur. Plin. epist. 48. 4. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84. 7, Sed hæc mallem integra re tecũ egisse.
Integra res, cui Perdita opponitur. Cic. 5. Verr. 21, Vtrum est æquius Decumanum petere, an aratorem repetere? iudiciũ integra re, an perdita fieri?
Integer sanguis, Purus. Plaut. Merc. 10. 7. Virg. 3. Aeneid. 128,
—uos ô quibus integer æui
Sanguis, ait, solidoq; suæ stant robore uires.
Vitiosus & Integer sanguis, contraria. Corn. Celsus, Si sanguis crassus, & niger est, uitiosus est: si rubet & pellucet, integer est.
Sensus integer. Cic. 1. Acad. 29.
Signa integra. Cic. 3. in Catil. 52.
Integri testes. Cic. 1. de Finib. 107.
Integra ualetudo, Sana. Cic. 2. de Finib. 104.
Vita integerrima. Cic. pro Plancio, 2.
Integrum & illibatum. Vide Illibatus.
Integra omnia principi relinquere. Plin. epist. 126. c.
In integrũ restituere. Terent. Phorm. 2. 4. 11. Cic. 7. Verr. 10,
Vt damnati in integrum restituantur, uincti soluantur.
Integrum est, In arbitrio est & potestate. Cic. 4. Philipp. 321,
At non est integrum: constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest?
Non est integrum mihi tuo consilio uti. Cicer. in Pisonem, 45.
Si integrum daretur, eam sententiam diceret. Cic. in Partit. 73.
In integro esse res dicitur. Cic. 3. de Orat. 8. Idem 4. Verr. 68,
Quum tibi in integro tota res esset. Id est, in potestate, ita ut adhuc possit uel fieri, uel omitti.
In integro esse causa dicitur, cui Dubia opponitur. Cic. ad Atticum, lib. 11. 223. 6, Suspicor enim cohæredes dubiam nostram causam putare, & eorum in integro esse. Vetus exemplar pro Eorum, legit Eo rem in integro, &c.
¶ Abintegrò, Aduerbiũ, Denuò, inquit Seruius. Virg. eclog. 4. 1, Magnus abintegrò seclorum nascitur ordo.
Deintegro. Vide De.
Deintegro alicui gratulari. Cic. Attico, lib. 13. 298. 2.
Deintegro scribere epistolam. Cic. Attico, lib. 13. 283. 1.
¶ Integellus, Diminutiuum. Catul. 15. ad Aureliam,
Vt si quicquam animo tuo cupisti,
Quod castum expeteres, & integellum.
¶ Integro, integras, pen. corr. (περαίνω) integrare, Rursus inchoare, innouare. Virg. 4. Georg. 103,
—ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat. Liu. 5. ab Vrbe, 117, Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem Tribuniplebis. Ibidẽ, lib. 9. 232, Cædem. Et lib. 3. 300, Pugnam. Sic, lib. 1. 128, Lachrymas.
Aciem integrare. Vide Acies.
Bellum integrabat Enyo. Stat. 8. Thebaid. 128.
Integrare animum admiratione, aut risu renouare. Cicero 1. de Inuent. 37.
¶ Integrasco, integrascis (περαίνομαι) integrascere, Integrari, ad integrum redire, repeti, instaurari, ut ait Donatus Terent. And. 4. 2. 6,
Videre ait te cupere. Bah perij, hoc malum integrascit.
¶ Integrè, pen. corr. Aduerbium (ὁλοκλήρως) Purè, syncerè, castè: ut,
Integrè uiuere. Cic. 4. de Finib. 104.
Incorruptè atq; integrè iudicare. Cic. 1. de Finib. 45.
Castè integreq; uersari in periculis priuatorum. Cicero pro lege Manil. 1.
Acta integerrimè uita. Cic. in Salust. 2.
¶ Integritas, penult. corr. integritatis (ὁλότης, ἀκηρεότης) Innocentia. Cic. 3. Verr. 43, Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaq; existimari.
Integritas atq; innocentia singularis. Cic. 1. Verr. 15.
Fraus & Integritas, contraria. Cic. 2. de Orat. 20.
Integritas & continentia. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 27.
Integritatis, & fidei testimonium dedit Cato. Cic. Attic. libro 7. 122. 8.
Vitæ anteactæ integritas. Quintil. lib. 7. cap. 3. 27.
Cautior & diligentior integritas. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 18.
Incorrupta sermonis Latini integritas. Cic. de clar. Orat. 68.

Integri-

Digitized by Google

Integritatis & elegantiæ alicuius laudator. Cic. Attico, libro 6. 113.13.
Integritas corporis, Valetudo. Cic. 5. de Finib. 73.
Intego] integis, penul. corr. intexi, intectum (ἐγκαλύπτω) integere, Tegere. Plaut. Rud. 4.12,
Villam integundam intelligo totam mihi.
Integere habitabiles casas. Plin. 9. cap. 10.1.
Integebantur porticus lignis coniunctis inter se. Cæsar 2. bell. Ciuil. 6.
Intecta stramento tecta. Liu. 7. bel. Punic. 12.
Integi uallo. Liu. 7. ab Vrbe, 102. Vetus exemplar habet, tegi.
Crines integit casside. Stat. 4. Thebaid. 61.
¶ Integumentum, integumenti (ἐγκάλυμμα) Quo quid integitur. Liu. 10. bell. Maced. 229, Deorum capita quæ in lectis erant, auerterunt se, lanaq; cum integumentis, quæ Ioui apposita fuit, decidit.
Inuolucra & integumẽta. Cic. 1. de Orat. 78. Id est, uelamenta.
Integumenta flagitiorum. Cic. pro Cælio, 37.
Frontis integumentum. Cic. Post reditum in Senatu, 14.
Dissimulationis integumentis euolutus. Cic. 2. de Orat. 190.
Integro, Integrasco] Vide Integer.
Integumentum] Vide Intego.
Intelligo] intelligis, penul. corr. intellexi, intellectum (νοέω, συνίημι, φράζομαι, ἐπαΐω) intelligere. Ex Inter & lego, quasi in interioribus legere. Significat Videre & mente percipere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 22.3, Tu istic, si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Antiqui Intellego scribebant, per e secundam uocalem in penultima.
Intelligere animum alicuius. Terent. Heaut. 3.1.69.
Intelligere colloquia alitum. Vide Colloquium.
Intelligere gratulationem dicũtur simiæ. Plin. lib. 8. cap. 54.2, Tractariq; gaudent, similes gratulationem intelligentis.
Intelligere sententiam alicuius. Terent. And. 1.3.2.
Intelligere, Percipere. Terent. Eunucho, 5.2.44,
Tum pol tibi ab isto hera cauendum intelligo.
Clarius aliquid intelligere. Quintil. lib. 2. cap. 5.5.
Intellextin', pro Intellexistine? Terent. And. 12.30,
Quid? hoc intellextin'?
Lepidè intelligere. Vide Lepidus.
Intellexi minus. Terent. Eunuch. 4.5.11.
Correxit miles, quod intellexi minus. Vide Paruus.
Multum intelligo. Vide Multus.
Nihil intelligo. Vide Nihil.
Intellexi satis. Terent. Adelph. 3.2.10.
Intelligo de gestu: id est, Ex ipso gestu compertum habeo quid uelis. Cic. in Vatinium, 27.
Intelligere ex. Cicero de Natura deorum, Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atq; intelligi potest.
Intelligere in. Cic. 6. Verr. 84, Tametsi non tam multũ in istis rebus intelligo, quàm multa uidi.
Intelligere malè, uel nihil. Cic. Attic. lib. 16. 339.9.
Intelligitur, pen. corr. Impersonale. Cic. 1. de Finib. 73, Ex quo intelligitur nec intemperantiam propter se fugiendam esse. Idem 4. Acad. 136.
Intelligitur id. Cic. de Amicit. 23.
Non intelligitur quando obrepat senectus. Id est, Vix sentitur, haud animaduertitur, aut percipitur. Cic. de Senect. 35.
¶ Intellecturus, pen. prod. Participium (νοήσων) ut,
Aures intellecturæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 14.8.
¶ Intellectus, Aliud participium (νενομένος) Perceptus, cognitus, compertus: frequentissimum est.
¶ Intellectus, huius intellectus (νοῦς, νόημα, σύνεσις) Cognitio & notitia. Plin. lib. 8. cap. 16.7. de leonibus, Credit Libyæ intellectum peruenire ad eos precum. Quintil. lib. 2. cap. 6, Quia facilior eorum intellectus uidebatur.
Intellectus disciplinarum, Cognitio & scientia. Quintil. lib. 1. cap. 11.14.
Intellectus saporum, Perceptio & sensus. Plinius lib. 11. cap. 37.47.
Intellectus acrimoniæ. Plin. lib. 19. cap. 8.37.
Communis intellectus. Quint. lib. 2. cap. 8.3.
Amittere intellectum, Non intelligere. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 17.
Capere intellectum alicuius rei. Quint. lib. 1. cap. 1. 11.
Intellectum consequi, Intelligendo apprehendere. Quint. lib. 2. cap. 5.
Intellectus, pro significatione. Quint. lib. 7. cap. 5, Ad intellectum id nomen referentes Latini (ad uerbum translatum non inuenio) absolutum appellant.
Habere duplicem intellectum. Quint. lib. 2. cap. 14.2.
¶ Intelligens, pen. corr. Particip. (δαήμων, νοήμων, συνετὸς) siue Nomen ex participio, Sciens, sapiens, doctus, prudens. Terent. Eunuch. 2.2.1,
Dij immortales homini homo quid præstat stulto intelligẽs. Quid interest?
Doctus & intelligens existimator. Cic. de claris Orat. 178.
Ingeniosus & intelligens. Cic. 6. Verr. 3.
Intelligens iudicium, Quod est sanum, quodq; ex re bene intellecta procedit. Cic. de Optimo genere orat. 147.
Intelligens in hac re. Cic. 6. Verr. 29.
Intelligens uoluptatem. Cic. 2. de Finib. 103.
Intelligens principis, Compertum habens principis ingenium. Plin. epist. 113.
¶ Intelligentia, intelligentiæ (διάνοια, νόησις) Intellectus, prudentia. Cic. 2. Offic. 107, Explica atq; excute intelligentiam tuam, ut uideas quæ sit in ea specie forma & notio uiri boni. Idem 1. de Legib. 38.
Simulatio intelligentiæ. Cic. 3. Offic. 94.
Iuris Ciuilis intelligentia. Cic. de clar. Orat. 52.
Rationis & intelligentiæ particeps pars animi. Cicero 1. de Diuin. 122.
Animalis intelligentia. Vide Animal.
Difficilis erat animi, quid aut qualis esset intelligentia. Cicero 1. Tuscul. 81.
Vitiosa intelligentia. Cic. 5. Tuscul. 96.
Prudentia & Intelligentia. Idem Ciceroni 2. Offic. 48.
Ad commune iudicium populare mq; intelligẽtiam aliquid accommodatè definire. Cic. in Orat. 63.
Anteire omnes intelligentia. Cic. de clar. Orat. 122.
Cadere in intelligentiam. Vide Cado.
Adumbratas omnium rerum quasdam intelligentias animo ac mente concipere. Cic. 2. de Legib. 89.
Conclusit intelligentiam in animo, & animam corpore Deus. Cic. de Vniuer. 12.
Ratione & intelligentia continentur ideæ. Cic. in Orat. 6.
Ab intelligentia sensuq; imperitorum longissimè disiunctum, id maximè excellit. Cic. 1. de Orat. 7.
Communis intelligentia nobis notas res efficit, easq; in animis nostris inchoauit, ut honesta in uirtute ponantur, in mitis turpia. Cic. 1. de Legibus, 66.
Fretus intelligentia alicuius. Cic. 1. de Nat. deor. 69.
Intendere & infigere intelligentiam in rem aliquam. Cic. 1. de Nat. deor. 70.
Ponere in audiẽdi fastidio intelligẽtiã. Cic. de Opt. gẽ. orat. 14.
¶ Intelligenter, Aduerbium (συνετῶς) quod uulgus barbarorum dicit Intelligibiliter. Plin. epist. 111. a. lib. 5, Quàm studiosè, quàm intelligenter lectitabat. Cic. in Partitionibus, 16, Sunum-

Digitized by Google

16, Sumuntur autem trium rerum gratia: ut amicè, ut intelligenter, ut attentè audiamur.

Intemerandus] Adiect. (ἀμιαντος) Non uiolandus, aut cõtaminãdus, et refertur ad res sacras. Valer. 5. Argon. 128,
—an Martia templa Intemeranda minus?

¶Intemeratus, pen. prod. Adiectium (ἀμίαντος) Non turbatus. Virg. 3. Aeneid. 36, —& munera libo
Intemerata focis. Vbi Seruius, Intemerata, ritè perfecta: ut si leniter est fundendum uinum, aut mola injcienda, sic fiunt, ut ratio exigit sacrificij: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra.

Intemerata fides, id est, non uiolata. Virg. 2. Aeneid. 29.

Intemperans] pen. corr. Intemperantis (ἀνσπρατος, ἀκρατὴς) Adiectiuum, contrarium est Temperanti, Immoderatus, intemperatus, qui se in omni libidine effundit. Cic. de Senect. 26, Libidinosa etenim & intemperans adolescentia, effœtum corpus tradit senectuti.

Intemperans in alicuius rei cupiditate. Cicero ad Atticum, lib. 13. 28. 2. 6.

Adolescentia intemperans. Vide Adoleo.

Intemperans uir, & impudica mulier. Cic. 5. Verr. 37.

Intemperans & ignauus. Cic. 1. de Fini. 92.

Intemperãtis enim arbitror esse, scribere quod occultari uelit. Cic. 1. Acad. 4.

Auidus atque intemperans plebeiorum animus. Liu. 4. bel. Pun. 116.

¶Intemperantia, intemperantiæ (ακρατεια, ἀκολασία) Intemperies, incontinentia, insolentia. Cic. pro Cœlio, 19. Is multa de incontinentia intemperantiáq; disseruit.

Immoderata intemperantia. Cic. 1. Academ. 55.

Intemperantia libidinis coercet. Plin. lib. 24, cap. 9. 2.

Intemperantiam sic definit Cic. 4. Tuscul. 33. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperãtiam, quæ est à tota mente ac recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

Impudens intemperantia adolescentium. Vide Impudens.

Intemperantia risus. Plin. lib. 11. cap. 37. 73.

Intemperantia ægri. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.

¶Intemperanter, Aduerbium (ἀκρατῶς) Immodestè, inconstanter. Cic. 1. Philip. Nimis iracundè hoc quidem & ualde intemperanter. Idem 5. Philipp. 199. Ne honoribus uostris elatus, intemperantius suis opibus utatur.

¶Intemperatè, pen. pro. Aduerbium (ἀκολάστως) Insolenter. Cicer. de Vniuers. 51. Qui autem immoderatè & intemperatè uixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

¶Intemperatus, Adiectiuum (ἀκόλαστος) Temperato contrarium: ut Intemperatissimæ perpotationes, apud Ciceronem in Pisonem, 16. Et intemperatissima pecus, Ibidem, 55. Item, de Amicit. 64. Intemperata quædam beneuolentia.

¶Intemperia, inquit Nonius, pro Intemperantia apud ueterem authoritatis obscuræ. Has eius intemperias in maritũ. Hæc ille.

¶Intemperiæ, intemperiarum (ἀνσπρασίαι) Deæ quædam esse credebantur, quæ uim nocendi & intemperantius sæuiendi potestatem haberent. Plaut. Amphit. 15. 1,
Di uostram fidem, quæ intemperiæ nostrã agunt familiã. Ibidem, 16. 16,
Quæ hostes intemperiæ, ut tu meum uerberes?

¶Intemperies, ἀκρασία, pro intemperantia: ut Intemperies cæli, intemperies solis, quam uulgus indispositionem uocat. Colum. lib. 11. cap. 2. 50, Quoniam immaturis uuis omnia eadem possint accidere, propter intemperiem solis aut animi. Idem lib. 1. in Præfat. 1, Noxia frugibus intemperies cæli

Incursare cæli intemperiem. Vide Incursо.

Intemperies amici, Immodestia. Cic. ad Att. lib. 4. 75. 4.

Intempestus] Adiectiuum (παράνυρος) Concubius: ut, Intempesta nox, Festus.

Intempestam noctem dicimus, pro incertiore tempore, quia nõ tam facilè noctis horæ, quàm diei possint intelligi. Varro de Lingua Lat. lib. 4, Inter uesperuginem & iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Casij, quod dicebat Lucretia, Nocte intempesta nostram deuenit domum. Intempestã Aelius dicebat, quum tempus agendi est nullum. Hactenus Varro. Virg. 1. Georg. 50, —aut intempesta silet nox.
Vbi Seruius. Intempesta, iactuosa, alta, densa, crassa, quæ lis est intempestas. Idem 3. Aeneid. 118, Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. Vbi Seruius, Intẽpesta, Media: hoc est nimium obscura. Intẽpesta, dicta est nox media. Inactuosa, carens actibus, per quos tempus dignoscimus. Ait enim Lucretius, quia per se tempus non intelligitur nisi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo intempesta, quasi inactuosa, quasi sine tempore: hoc est, sine actu, per quem dignoscitur tempus. Vnde est, Intempestiuè ueniisti, id est, ἀκαίρως. Ergo intempesta dicitur, quia caret tempore. Hactenus ex Seruio. Cic. 6. Verr. 84, Repentè nocte intempesta seruorum armatorum fit concursus atque impetus.

Intempestæ Grauiscæ. Virg. 10. Aeneid. 37. Seruius, Grauiscanum oppidum, alij intempestum dicunt uentis & tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergo Grauiscas accipiamus pestilentes, & secundum Plinium in Nat. historia, & Catonem in Originibus: ut intempestas intelligas sine temperie, id est, tranquillitate. Nã ut ait Cato, ideo Grauiscæ dictæ sunt, quòd grauem aerem sustinent.

¶Intempestas, huius intempestatis (ἀνσπρασία) Idẽ quod Intemperies: ut, Intempestas cæli, hoc est, iniuria. Plin. lib. 18. cap. 6. 8.

¶Intẽpestiuus, pen. prod. Adiectiuũ (ἀκαιρος, ἑωρος) Quod est opportuno contrarium. Cic. de Amicitia, 21, Nunquam intempestiua, nunquam molesta est amicitia.

Intempestiua epistola, Quæ præter temporis occasionẽ uenit. Cic. ad Atticum, lib. 4. 83. 2.

Intempestiuus, pro Ominoso, & mali portenti. Plin. libro 18. cap. 35. 20. de indicijs tempestatum, Anseres continuo clangore intẽpestiui, pecora exultantia, & indecora lasciuia ludentia, eandem significationem habent. Budæus.

¶Intempestiuè, pen. prod. Aduerb. (ἀωρὶ, ἀκαίρως) Importunè. Colum. in Procem. lib. 1. 13, Et ne singulos intempestiuè nunc persequar, &c. Cic. 1. Offic. 124. Ne si irascamur, aut intempestiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus.

Intempestiuè mouere uulnus: hoc est, non opportuno tempore. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 4.

Intendo] intendis, intẽdi, intentũ, & intensum (ἐπιτείνω, σύντείνω, προσέχω, ἀτενίζω) intẽdere, Porrigere, extendere & tendẽdo explicare. Cic. 7. Verr. 64, Tabernacula quẽ amodum cõsueuerat temporibus æstiuis, quod antea iam demonstraui, carbaseis intenta uelis collocari iussit in lisore.

Intendere arcum, cui contrarium est Remittere. Plin. libro 11. cap. 49. 1.

Intendere arcum in aliquem, per translationem: hoc est, inuehi. Cic. pro Sestio, 11.

Arcum intendebat Apollo. Virg. 8. Aeneid. 139.

Intendere balistam in aliquem. Plaut. Bacc. 15. 60.

Intendere digitum ad fontes. Cic. 1. de Orat. 101.

Intendere dextram ad ſtatuam. Cic. ad Atticum, lib. 16.339.5.
Intendere, Continuare, Perſequi. Plaut. Milit. 7.27.
Pergin' ſceleſte intendere, et hãc arguere? Liu. 7. ab Vrbe, 128.
Intendere alicui rei, Attendere. Plin. epiſt. 272.
Intendit ut. Quintil. lib. 10. cap. 1. Nunc genera ipſa lectionum quæ præcipuè conuenire intendentibus, ut Oratores fiant exiſtimem, perſequor. Hoc eſt, cõtendentibus, annitẽtibus.
Aliquid intendere. Quintil. lib. 3. cap. 6. 8.
Intendere aciem, Attentius conſpicere aliquid. Cicero 4. Academ. 142.
Aciem acrem in omnes partes intendere. Cic. 4. Tuſcul. 58.
Actionem. Quintil. lib. 3. cap. 8, Vt non uideatur iure actio intendi. Cic. pro Milone, 28, Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.
Actionem intendere alicui. Vlpianus in l. ſiquis. §. ſi filius. ff. quod quiſq; iuris.
Animum intendere, cui contrarium eſt Relaxare. Plin. epiſt. 124. b. Cic. in Hortenſio, Quero, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem.
Animum ad ſcribendum, pro Vehementer applicare. Plin. lib. 7. ad Suram, epiſt. 147. c. Liu. 1. ab Vrbe, 6. in Præfat. Ad illa mihi pro ſe quiſq; acriter intendit animum, quæ uita, qui mores fuerint.
Animum aliquò, quod & Aliquò tendere dicitur. Cic. 2. Verr. 6, Quibus rebus, quid ipſe ſperet, & quò animũ intendat, facilè perſpicio. Hoc eſt, ut uulgò loquimur, ad quem finem tendat, quem finem reſpiciat, quam intentionem habeat.
Animum in regnum, Dare operam regno adipiſcendo. Saluſt. in Iugurth.
Animum ſtudijs & rebus honeſtis. Vehementer operam dare. Horat. 1. epiſt. 2. 8.
Animum intendit ſatis Arachnes. Ouid. 6. Metam. 1.
Animum in rem aliquam. Liu. 3. bel. Pun. 155.
Animum ultra intendere. Quintil. lib. 7. cap. 2. 38.
Animo. Cic. 10. Philipp. 274, Si enim C. Antonius quod animo intenderat, perficere potuiſſet. Id eſt, quod propoſuerat apud ſe, quod cogitarat.
Intendi animo in rem aliquam. Liuius, Itaq; erecti ſuſpenſiq; in mimimè gratum ſpectaculum animo intenduntur. Id eſt, intenti ſunt. Budæus.
Ardorem exercitus. Tacit. lib. 12.
Aures ad uerba alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 8.
Bellum in aliquem, Eo modo quo Intendere arcum uel baliſtam in aliquem dicimus. Liu. 1. bel. Pun. 24.
Cauſam intendere. Vlpianus in l. Iulianus. §. quãtum. ff. ad exhibendum, Vt quis copiam rei habens poſſit exequi actionem quam deſtinauit, in nullo cauſa quam intendit, læſa.
Cogitationes ad rem aliquam. Liu. 10. bel. Maced. 15.
Conſiderationem in rem aliquam. Cic. 2. de Inuent. 198.
Conſilium, pro Moliri, ſtudioſè parare, uel proponere. Terentius And. 4. 4. 12.
Repudio conſilium, quod primùm intenderam. Vbi Donatus, Verbum à uenatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras capiendas.
Crimen in aliquem: hoc eſt, criminari. Liu. 9. ab Vrbe, 136.
Cupiditates. Tacit. lib. 17, Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipſa Galbæ facilitas intendebat.
Curam alicui rei. Diligenter curare. Plin. lib. 8. cap. 17. 2.
Curam in. Liu. bel. Maced. 148, Omiſſa igitur in præſentia mentione pacis, totam curam in belli apparatum intendit.
Eruditionem ſuam. Plin. epiſt. 148, f.
Fallaciam in aliquem. Terent. Heaut. 3. 2. 2.
Falſum. Cic. pro Flacco, 65.
Formidinem. Tacit. lib. 18.
Formulam alicui: Suet. in Vitell. Quum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti, iniuriarum formulam, quaſi calcẽ ab eo, percuſſus intendiſſet. Budæus.
Fugam. Liu. 7. ab Vrbe, 182.
Fugam ad mœnia. Lucret. lib. 4. 54.
Gloriam. Tacit. lib. 12. Id eſt, augere.
Intendere in. Cicero 4. Acad. 85, Aduerſantur enim primùm, quòd parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt, ut, &c.
In omnes occaſiones rei gerendæ. Liu. 6. bel. Pun. 202.
In aliquem intendere. Tacit. lib. 3.
Iter. Liu. 1. bel. Maced. 131, Alam equitum ad explorandam quónam hoſtes iter intendiſſent, miſit.
Iter cœptum in Italiam. Liu. 1. bel. Pun. 106.
Iter ad prætorem. Liu. 6. bel. Maced. 90.
Laborem & ſtudium: cui contrarium eſt Releuare. Plin. in Paneg. 31.
Laborem ſuum in aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 11. 5.
Intendere leges, pro earum ſeueritatem augere: cui opponitur Mitigare. Plin. epiſt. 74.
Intendere dijs manus, pro Tendere manus ad deos inuocandi cauſa. Senec. 1. de Clement.
Intendere iungitur aliquando accuſatiuo præpoſitione intercedente. Senec. lib. 1. Natural. quæſt. Quid ſit deus, totúsne in ſe intendat, an ad nos aliquando reſpiciat.
Intendi animo. Liu. lib. 1.
Intendere, ſine adiecto, pro Contendere. Liu. ab Vrbe, lib. 8, Senatu, quia id in ſummis imperijs non obtinuiſſet, minus in Prætura intendente.
Intendere id dicimur, quo uelut in ſcopum tendimus. Quintil. lib. 1. cap. 16, Illud utique proprium ad efficiendum quod intendimus.
Intentio, pro Actione. Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum mod. &c. Si autem ex locato fuerit actum: dicendum erit nec tenere intentionem.
Intentio dominij. Papinianus in l. 1. §. cum prædium. ff. de pignor. & hypot. Quoniam quæſtio pignoris ab intentione dominij ſeparatur.
Perdere intentionem. Vlpian. in l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhibendum.
Intentare imperium Romanum, pro Denuntiare periculum ab imperio Romano, ſeu uindictam. Liu. 2. Decad. 5.
Litem alicui, Litis periculum alicui comminiſci, & moliri litem. Cic. 1. de Orat. 22.
Luſus principis intendere. Tacit. lib. 13. Id eſt, adimere, augereq;, ut ait Beatus Rhenanus.
Manus. Ouid. 8. Metam. 22.
Metum. Tacit. lib. 1.
Neruos intendere, & Remittere, contraria. Plin. lib. 26. cap. 10. 4.
Numeros neruis. Virgil. 11. Aeneid. 156, Vbi Seruius, Numeros intendere neruis, Rhythmos facere intentione neruorum. nam nunc ſunt rhythmi: ut Numeros memini, ſi uerba tenerem. Hoc ergo dicit, Secundum chordas uerba componebat.
Oculos. Plin. lib. 2. epiſt. ultima, 4. Vide Oculus.
Odium. Tacit. lib. 13.
Officia. Saluſt. in Iugurth.
Periculum, pro Minari. Cic. pro Roſcio Amer. 5. Idẽ pro Quintio, 26, Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur.
Periculum iudicij. Cic. de Aruſp. reſponſis, 1.
Se ad firmitatem. Cic. 2. Tuſcul. 95.
Acrius ſe ad aliquid intendere. Quintil. lib. 4. cap. 4. 8.



Digitized by Google

Se aduersarium in aliquem. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 4. 6.
Intendere se animus dicitur in multa. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Se in rem. Quintil. lib. 4 cap. 1.
Acriter se in illud tenue discrimen grãmaticus intendat. Quintil. lib. 1. cap. 5. 4.
Se esse illum. Terent. Eunuch. 3. 3. 19,
Nisi illa fortè, quæ olim perijt paruula
Soror, hanc se intendit esse, ut est audacia. Id est, initiuur, conatur se assimulare illam esse quam dicunt.
Sensus ad res percipiendas. Cic. 4. Acad. 59.
Vela. Virg. 3. Aeneid. 136.
Intendere uera, adgerere falsa. Tacit. lib. 2.
Vim rebus. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Vim præfecturæ modicam antea intendit. Tacit. lib. 4.
Intendere, Tẽdere aliquò. Terent. And. 2. 2. 6, Sed ubi quærã? aut quò nunc primum intendam? c. cessas alloquí?
Intendit petere Apuliam, hoc est, Cogitat ire in Apuliam. Liu. 7. bell. Pun. 228.
Intendere, Augere. Celsus, Atq; hæc ipsa & intendi & leniri possunt. Tacit. lib. 2, Languescet alioqui industria, intenderetur socordia. Hic Intendere & Languescere opponuntur.
Intendere uincula collo, pro Ligare. Virg. 2. Aen. 48. Seruius.
Intendere locum sertis: Circunligare serta per aliquem locum, honoris & decoris gratia. Virg. 4. Aeneid. 101, Intenditq; locum sertis. Seruius, Intendit, ligat: Et est hypallage, pro Intendit serta per locum.
¶Intendens, Participium (ἐντείνων) siue Nomen ex participio. Liu. 1. ab Vrbe, 251, Quò quum primis se intendentibus tenebris peruenissent, pergunt inde Collatiam.
¶Intensus, siue Intentus (ἐντεταμένος, ἐντονος) Participium, siue Nomen ex participio, Porrectus. Cic. 3. de Orat. 119, Voces, chordæ sunt intentæ.
Intentus animus. Cic. Tusc. 16.
Intentus cogitatione animus & cura. Cic. 2. de Orat. 81.
Intentus arcus. Plin. lib. 8. cap. 8.
Brachia intenta remis. Virg. 5. Aeneid. 28.
Cithara omnibus neruis intenta. Quintil. lib. 2. cap. 8. 10.
Intentissima cura, Diligẽs & attentissima. Quintil. lib. 10. ca. 1.
Intentior custodia. Liu. 9. bel. Maced. 71.
Intentus & infestus exercitus. Salust. in Iugurth.
Labor intentus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 12.
Mens intenta malis. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 1.
Intentis oculis cõtemplari: hoc est, defixis. Cic. pro Flacco, 26.
Oculos intentos uoluens. Virg. 7. Aeneid. 50.
Intentis alimentorum pretijs. Tacit. lib. 17. Hoc est, auctis.
Intentior sermo, Vehemens, altus, & qui uoce altiore & admodum intenta fit. Cic. 1. de Orat. 133.
Intẽta tela in patriã: id est, tendentia. Cic. de Prouincijs Cõs. 18.
Herent intenti uultus. Silius lib. 3. 32.
Intentus, pro Attento & diligenti. Liu. 3. ab Vrbe, 113, Operi certè, id quod constat, agresti intentus, &c.
Intenti expectant signum. Virg. 5. Aeneid. 28.
Intentus ad. Cic. 11. Philipp. 305, Quamuis enim intentus animus tuus sit C. Pansa, sicut est, ad fortissimum uirum & omnium clarissimum liberandum, &c.
Ad curas intentus. Tacit. lib. 20.
Intentus in. Liu. 4. ab Vrbe, 119, Qui postquam intentos hominum in euentum periculi alieni, pro se incautos, neglectis uigilijs stationibusq; est adortus, &c. Sic, Intenta mens in imagines. Cic. 1. de Nat. deor. 70.
Intentus aliquo negotio. Salust. in Catil.
Paci intentus. Lucan. lib. 3. 11.
¶Intentus, huius intentus (ἐντασις) pro intentione & expansione: ut, Intentus palmarum, cuiusmodi fieri uidemus in seditione, & discordia, aut reclamatione alicuius turbæ: cuius non solum uoces, sed etiam manus intensæ conspiciuntur in eum, quem explodere & eijcere cupiunt. Cic. pro Sestio, 102, Voces quidem & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt.
¶Intensio, siue Intentio, Verbale (ἐντονία, ἐπίτασις) Extensio, Colum. lib. 6 cap. 6. 1, Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac uẽt is sonitus, fastidia cibi, neruorũ intẽtio, hebetes oculi
Intentio corporis. Cic. 1. Tusc. 31.
Intentio uocis, Quæ & uociferatio dici potest, cui Remissio uocis opponitur. Quintil. lib. 1. cap. 17.
Intentio & remissio animi, contraria. Cic. 2. Tusc. 94, Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: similimè animus intẽtione sua depellit pressum omnẽ ponderũ: remissione aũt sic urgetur, ut se nequeat extollere.
Intentio lusus. Liu. 4. ab Vrbe, 75.
Intentio, Voluntas. Quintil. lib. 7. cap. 6, Est enim duplex eius disceptationis conditio: quòd aut intentio, aut præscriptio habet controuersiam.
Intentio, Mens, animus, phantasia: est animaduersio, & diligentia qua animus, ad quod intẽditur, dirigitur. Plin. epist. 29. a, Tu ergo intentionem scribentis accõmodes. Quintil. lib. 8. cap. 2, Acris iudicis intentio.
Silentium intentionis. Quintil. lib. 4. cap. 2. 27.
Diuidere animi intentionem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 24.
Intentio operis, Propositio & deliberatio siue cõceptio. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Intentio, Diligentia. Plin. epist. 10. lib. 2, Vt tantum curæ intentionisq; susciperet & posset & uelint.
Perpetua discentis intentio. Quintil. lib. 1. cap. 2. 9.
Intentio, Animaduersio & consideratio intenta. Quint. lib. 8. cap. 2, Nec si tam longus sermo, ut eum non prosequi possit intentio.
Audit discipula intentione magna, & reddit. Plin. lib. 10. cap. 29. 7. de philomela.
Recens audientium intentio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 41.
Intentione diligenti notare. Plin. lib. 9. cap. 59. 2. Id est, diligenter obseruare,
Accommodare intentionem. Vide Accommodo.
Intentio apud Oratores, Oratio crimen delictúmue alicui obijciens, Quintil. lib. 3. cap. 11, Officijs constat duobus, intentionis & depulsionis. Cic. 1. de Inuent. 19.
Remittere intentionem iudicis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 26.
Nonnulli obseruant, ut intensio per s scribatur, quum extensionem & porrectionem, & etiam diligentiam significat: Intentio aũt, per t, quum animaduersionem: quum tamen perinde sit, & confundatur ut plurimum hæc differentia.
¶Intentè, intentius, intentissimè (ἐντόνως) Aduerbium, Diligenter, & cum cura & animaduersione diligenti. Plin. epist. 4, Nõ me hercule tã mea sunt, quæ mea sunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt, quòd solicitus & intentius tui me, quàm mei excipiunt.
Audire aliquem intentè, ac modestè. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Intentius se excusare. Tacit. lib. 3.
¶Intento, intentas (προτείνω, ἐπιῤῥίπτω, ἀπειλῶ) intentare, Frequentatiuum. Frequentius porrigere, & extendere, significat: ut, Intentare manus in aliquem. Liu. 3. ab Vrbe, 197, Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, Appi non tibi, filiam despondi.
Intẽtare manus alicui, pro Inijcere, in malũ. Hir. 6. bel. Hisp. 87.
Voces alicui intentare. Tacit. lib. 3.
Intẽtare aliquid alicui. Cic. pro Rosc. Amer. 61, Explicet suum uolumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse, quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse, & medi-



Digitized by Google

tatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum.
Intentare, significat etiam Minari. Virg. 1. Aeneid. 19,
Præsentemq; uiris intentant omnia mortem.
Intentare & minari. Cic. 5. Tuscul. 112.
Intentare arma Latinis. Liu. 6. ab Vrbe, 107. Sic, Sicam intentare, Cic. pro Milone, 28.
Crimen inuicem intentant. Quintil. lib. 3. cap. 10. 5. Vide Inuicem.
Faces intentat Tisiphone. Stat. 11. Thebaid. 99.
Periculum intentare. Vide Periculum.
¶ Intentatio, uerbale. Senec. 2. de Ira, Ne nos oscitatio aliena solicitet, nec oculi ad intentationem subitam digitorũ comprimantur.
¶ Intentatus, Participiũ (προπαροξύτονον) ut, Intẽtati gladij Liu. 9. ab Vrbe, 27, Gladij etiam pleriq; intentati, & uulnerati quidam, necatiq;.
Intentatus ] Participium sine uerbo, à tento tentas (ἀπείρατος) Non tentatus, hoc est, non expertus. Virg. 10. Aeneid.
—hæc intentata manebat
Sors rerum. Martial. lib. 2. 14, Nil intentatũ Selius, nil linquit inausum.
Nil intentatum nostri liquere poetæ. Horat. de Arte, 58.
Intentatus & nouus amicus. Cic. de Amicit. 60, Nemo est qui non quocum consueuit, libentius utatur, quàm intentato & nouo. Quod ex ueusto codice legitur, Nemo est, qui non eo quo consueuit, libentius utatur, quàm intractato & nouo.
Intepeo ] intepes, pen. corr. intepui (χλιαίνομαι) intepere, sicue intepesco, intepescis, intepescere, Incalescere, uel tepidũ fieri. Propert. lib. 4. eleg. 1. 25,
Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis.
Comæ intepuere radijs. Ouid. 5. Fast. 44.
Strata intepuere tuis membris. Ouid. epist. 10. 11.
Inter ] Præpositio (μεταξὺ) accusatiuo casui seruiens, ferè significat aliquorum medium: ut, Inter te & me est murus.
Inter alias: id est, plus cæteris. Plaut. Pœnulo, 18. 21, Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine. Plin. lib. 13. cap. 2. 2, Inter omnes. Liu. 6. bel. Pun. 198, Inter cæteras.
Inter agendum: id est, dum agis. Virg. eclog. 9. 5. Seruius.
Inter cæsa & porrecta. Vide Cædo.
Inter causas. Celsus, Estq; inter causas timoris, si sensus in uulnere rodentium non est. Id est, causa est una timoris.
Inter cœnam, pro In cœna, uel Tempore cœnæ. Cic. 2. Philipp. 74, Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset. Idem Trebatio, lib. 7. 23. 1, Illuserasceri inter scyphos quod dixeram.
Inter conuentum, pro In conuentu. Sueton. in Galba, cap. 5.
Inter tot dies, Inter tot annos, & tot diebus, à tot annis. Plautus Trucul. 13. 31. Cic. pro lege Manilia, 47, Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot unus inuentus sit, quem socij in urbes suas cum exercitu uenisse gaudeant.
Inter hæc, pro Interea. Liu. 4. bel. Pun. 120.
Inter homines esse. Cic. 1. Tusc. 51.
Inter illud gaudium repentè mortuus est. Gel. lib. 3. cap. 15.
Inter initia principatus, Inter initia belli: hoc est, dum bellum inciperet, dum princeps creatus esset. Plin. epist. 249. Plinius lib. 7. cap. 3. 3.
Inter initia, Primis diebus, primis annis, primo tempore. Plin. lib. 11. cap. 48. 3, Hac de causa inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt. Colum. lib. 2. cap. 11. 4.
Inter ista: id est, cum hoc, uel præterea. Plin. epist. 307, Gabiũ Bassum domine præfectum oræ Ponti integrum, probũ, industrium, atq; inter ista reuerentissimũ mei, expertus, &c.
Inter manus. Cic. 7. Verr. 24, Itaq; erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur.
Inter moras, Interea temporis. Plin. lib. 9. ad Quadratũ, epist. 190. 8, Inter moras, Consul citatis nomimibus, & peracta discessione, mittit Senatum.
Inter nos concertatio comparata miquè. Terent. Adel. 2. 2. 4.
Nosq; inter nos esse cõplexos narrabat. Cic. 1. de Diuin. 103.
Inter nos dictum fuit. Terent. Adelph. 5. 3. 10. Cic. ad Atticum, lib. 2. 19. 1, Serapionis librũ ad me misisti: ex quo quidẽ ego (quod inter nos liceat dicere) millesimã partẽ uix intelligo.
Inter nos ludamus. Plaut. Sticho, 14. 19.
Inter nos sordemus alteri. Plaut. Trucul. 8. 23.
Inter opus. Tibullus lib. 2. eleg. 7. 6,
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
Inter paucos. Liu. Hæc nobilis ad Trasimenũ pugna inter paucos numerata Rom. nominis clades.
Inter paucos dies. Liu. 3. bell. Pun. 189. Vetus exemplar habet, Intra paucos dies.
Inter pœnam gratulari. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 60.
Inter præcipua seculi ornamenta. Plin. epist. 165. a.
Inter primas. Plin. lib. 12. cap. 1. 4.
Inter rem istam agendum. Plaut. Cistel. 10. 59.
Inter se fallaciam fingunt. Terent. And. 1. 3. 15.
Inter se amant. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 19. 1.
Inter sese fabulantur. Plaut. Epid. 5. 54.
Inter se amplexari. Plaut. Milite, 22. 40.
Inter se iurare pro Coniurare. Vide Iuro.
Inter se loqui. Cic. 2. Verr. 13. Vide Loqui inter.
Inter se distantes ternis, pedibus. Colum. lib. 5. cap. 6.
Inter se ne contingant, curato. Colum. lib. 5. cap. 10.
Inter se dissimiles. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Inter se cornibus pugnant: Varro 2. de Re rust. cap. 3. 7.
Inter se solijs strepitant. Virg. 1. Georg. 83. de coruis.
Inter spem metumq; tot populos suspensos animi habetis. Liu. 8. ab Vrbe, 8.
Inter tempus. Liu. 2. ab Vrbe, 22, Quum inter omne tẽpus pater, uultusq; & os eius, spectaculo esset, &c.
Inter triennium continuum. Plaut. Sticho, 4. 60.
Inter uias aliquid agere, Inter ambulandum, uel in ipsis publicis uijs. Terent. Eunuch. 4. 2. 1.
Inter uina: id est, inter bibendum. Horat. 1. epist. 7. 6.
Inter uos bene dicatis. Plaut. Milite, 20. 31.
Vobis inter uos coniuncta uoluntas. Cic. 1. Verr. 19.
Inter ipsos mutuò. Quintil. lib. 10. cap. 2.
Inter, Inuicem. Virg. 11. Aeneid. 25,
Conuersiq; oculos inter se atq; ora tenebant.
Inter, In medio. Gell. lib. 13. cap. 16, Inter os & offam. Quod in prouerbium abijt de re quæ præter spem euenire dicitur. Quale est etiam illud, Multa cadunt inter calicem supremaq; labra. Gellius ibidem.
Inter falcarios, pro Illuc ubi sunt falcarij. Cic. 1. in Catil. 6.
Inter, postpositum suo casui. Cic. de Amicit. 70, Quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est. Liu. lib. 8. Decad. 3, Quos inter belli causa esset.
Bonis inter bonos necessaria amicitia. Cic. de Amici. 46.
Interalbico ] interalbicas, pen. corr. (ὑπολευκαίνομαι) Interalbicare, Ad albi colorem tendere, & ad album accedere. Plin. lib. 37. cap. 10. 31, Leucochrysos fit chrysolito interalbicante.
Interamnia ] ἐντερμνία, Ptolemæo lib. 3. cap. 1, Prægutiorum ciuitas in Italia. Vulgò Teranium.
Interanea ] interaniorum, plural. num. n. gen. (ἐντόδια) Ab Intra fit: & significat intestinum, quòd intra corpus conditum sit. Plin. Medelæ sunt innumeræ ad interanea. Colum. lib. 9. cap. 14. 12, Quidã exemptis interaneis occisas aues intus

intus includunt, quæ tempore hyberno plumis ſuis delitescentibus apibus præbent teporem.

Adaperire interanea. Vide Adaperio.

Interarescо] interarescis (διαξηραίνομαι) interarescere. Cicer. 5. Tusc. 58, Nihil enim interarescere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum in quibus uita beata consistit.

Interbibo] interbibis, pen. cor. interbibi, interbibitũ (διαπίνω) interbibere, Totum bibere, uel penitus exhaurire. Plaut. Aulul. 20. 22,

—præterea tibicinam,
Quæ mihi interbibere sola, si uino scateat,
Corinthiensem fontẽ Pyrenen potest. Significant enim hæc uerba penitus quid fieri, inquit Donatus.

Interbito] interbitas (ἐνπίπτω) interbitare, Interuenire. Verbum antiquum, compositum ab Inter, & uerbo frequentatiuo Ito, itas, interposita litera b, causa euphoniæ. Plaut. Mostel. 15. 46,

Hîc ego tibi præsidebo, ne ulla interbitet quæstio.

Intercalo] intercalas, pen. cor. (ἐμβάλλω, παρεμβάλλω) intercalare, Interserere, seu interponere. Cato cap. 150, Si intercalatum erit Calen. Maijs, agros xxx. ne amplius promittat. Cic. ad Att. lib. 5. 96. 3, Memento curare per te & per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat suo statu, ne quid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur. Id est, ne interponatur nouus annus.

Intercalare, Differre. Liu. 9. ab Vrbe, 42, Sed si me audiatis, prius quàm dedantur, hic in comitio uirgis cæsos, hanc iam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant. Hæc Budæus.

¶ Intercalaris, & hoc intercalare, pen. prod. (ἐμβόλιμος) Quod interseritur, ut Mensis Februarius, intercalaris dicitur, quòd ei dies unus interseritur. Diesq; ipse insititius, intercalaris Latinè dicitur, & Græcè ἐμβόλιμος, atq; etiam ἐμβολιμαῖος, eadẽ ratione: & ἐμβολισμὸς intercalatio. Celsus. ff. de uerborum & rerum significatione. l. quum bis sexto, Nam id biduum pro uno die habetur, & posterior dies intercalatur, non prior. Sensus huius loci est, Etiamsi bisextili anno et intercalari die natus est minor, id est, sexto Calend. Martij, qui dies est quartus & uicesimus Februarij, nihilominus maiorem censeri anno quinto & uicesimo, & eodem die & momento: quippe sextus dies Calendarum pro uno die cedit. Posterior enim dies Calendarum intercalatur: id est, posterior dies bidui (quod biduum pro sexto die Calendarum cedit) intercalari, inseriq; fingitur non prior, sicq; cum priore in unum diem confundi. Ex Budæo.

Intercalaris annus, Quem bisextilem dicimus. Plin. lib. 2. cap. 47. 14, Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdem uices quadriennio exacto, Eudoxus putat, non uentorum modò, uerùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno Caniculæ ortu. Budæus.

Intercalaris dies. Plin. lib. 2. cap. 8. 6.

Intercalaris mensis, Macrobio dictus, non modò is qui intercalatur, sed etiam in quo intercalatur.

Intercalares calendæ. Cic. pro Quint. 53, Dic Nouembres diem. Ante v. Calendas intercalares. Bene agis. Idem ad Ligarium, lib. 6. 14. 4, Ego idem tamen quum ad quintum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum uenissem mane ad Cæsarem. Calendas Martias, ut opinor significauit. Omni enim intercalationi, inquit Macrobius, mensis Februarius deputatus est. Budæus.

Intercalares uersus, inquit Seruius, uocantur qui frequenter in poemate interponuntur: ut apud Virgilium 8. eclog. 15,

Ducite ab Vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnim,

In rhythmicis autem lusiunculis, quas balladas uocant, sunt huiusmodi clausulæ sæpius repetitæ. Budæus.

¶ Intercalarius, Adiectiuum (ἐμβολιμαῖος) idem quod Intercalaris. Liu. de L. Scipione, libro 7. bell. Maced. 252, Triumphauit mense intercalario pridie Calendas Martias. Cic. 4. Ver. 90, Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium quadraginta quinq; dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reuerterentur. Budæus.

Intercalarij quadrantes diei & noctis. Plinius libro 18. capite 25. 1.

Intercapedo] pen. prod. intercapedinis, f. g. (διαχώρημα) Est tempus interceptum, inquit Festus: quum scilicet mora est ad capiendum: Interuallum. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21. 2, Itaq; me iam non pœnitebat intercapedinem scribendi feciſſe. Sueton. in Octauio Cæsare, cap. 38, Equitum turmas frequenter recognouit post longum intercapedinẽ, reducto more transuectionis.

Intercapedo molestiæ. Cicero 1. de Finibus 92. Id est, uacuitas, inquit Budæus.

Intercedo] intercedis, pen. prod. interceßi, interceßum (ἐνίσταμαι) intercedere, Medium esse: & tam de loco & de tempore, quàm de alia re quacunque dicitur. Cæsar 5. bell. Gal. 192, Longius prosequi ueritus, quòd syluæ, paludesq; intercedebant,

Interceßit annus. Cic. 2. de Finib. 163.

Interceßit dies, uel nox. Cic. pro Cluentio, 20, Dies nondum decem interceßerant, quum ille alter filius infans necatur. Hoc est, nondum præterierant decẽ dies. Idem 4. Ver. 62, Vna nox interceßerat, quum iste Dorotheũ sic diligebat, ut diceres omnia inter eos esse cõmunia. Idem 1. in Catilin. 2, Nox nulla interceßit: id est, eo ipso die.

Intercedit spatium, dum. Cæsar 1. bell. Gall. 28, Tamen spatium intercedere posset, dum milites, quos imperauerat, conuenirent, legatis respondit, &c.

Interceßit ægritudo huic gaudio: hoc est, interuenit. Terentius And. 5. 5. 5.

Interceßit casus, aut dissensio in Reip. partibus. Cæsar 1. bel. Ciuil. 79. Cic. de Amicit. 66.

Intercedit familiaritas. Terent. Phorm. 4. 1. 17.

Intercedit illi tecum amicitia, Intercedit tibi cum illo affinitas, Intercedit tibi mecum neceßitudo: hoc est, amicitia, affinitas, neceßitudo inter nos est media quædam, quæ nos conciliat. Hæc Valla lib. 3. Cic. 1. Verr. 4, Si aut hoc à me Siculi non petiſſent, aut mihi cum Siculis causa tantæ neceßitudinis non intercederet, &c.

Interceßit ratio cũ Cic. pro Rosc. Comœdo, 24, Si alia de causa, quæ ratio tibi cum illo interceßerat? nulla addictus erat tibi? non frustra tempus contero, &c.

Intercedit inimicitia, uel simultas cum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 106. Liuius 8. bel. Maced. 232.

Intercedit ius ciuile cum genere humano. Cicero 3. de Finibus, 103.

Intercedere contra aliquem, Obstare, obesse. Plin. lib. 32. cap. 1. 3. de echimeide pisce.

Imaginibus intercedere, pro Obstare imaginibus, & prohibere, per metaphoram. Tacit. in uita Agricolæ.

Intercedere pro alio: hoc est, Fidem suam interponere, spondere. Cic. 2. Philipp. 62. Budæus.

Intercedere, pro Extare. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 89, Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæsare interceßit, quod ille non illustri gratia exceperit. Idem libro, 1. 2. 12. Budæus.

Tribuni interceßerunt, Scipio interceßit, Cato interceßit: hoc

est, In medium se uerbis, aut ui oppositi. Hæc Valla lib.3. Propriè Tribunorum erat intercedere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 8, Intercedit M. Antonius, Q. Cassius Trib.pleb. Cicero ad Atticum, lib.1.11.4, Qui dum ueritus est ne Fusius ei legi intercederet, &c.

Intercedit Tribunus plebis sententiæ, quum opponit se, & sic prohibet ne quid statuatur. Liu. lib.8. Decad. 4.

Intercessum est authoritati. Cic. ad Lentulum, lib.1.7.12.

Huic intercedituʳ frequenter. Cic. ad Atticum, lib.1.14.7.

Intercedere per uim ac dolū, quo minus aliquid fiat. Papinian. in l. uirum. ff. si quis aliquem testam. prohibet.

Intercessor, pro Internuntio seu interprete in pecunia mutuò accipienda. Senec. epist.120.

Intercedere, pro Inhibere, & coercere posuit Gellius, Ne sibi (inquit) intercedamus, quo minus suapte potestate uti liceat.

¶Intercessio, intercessionis, Verbale (διαπρεσία) Quam uulgò oppositionem uocamus. Cæs. 1. bell. Ciuil. 8. Refertur statim de intercessione Tribunorum. Cic. ad Atticum, lib.1.2.2, Putamus enim utile esse, te aliquando iam rem trāsigere: mea intercessio parata & est, & fuit. Propriè intercessio, Tribunorū erat. Nam ut Gellius docet lib.12.cap.13, Tribuni plebis antiquitus creati uidentur non iuri dicundo, nec causis querelisq; de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis quibus præsentes fuissent, ui iniuria quæ corā fieret, arceretur. Cic. 2. Philip.33, Quum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses.

Abijcere intercessionem. Vide Abijcio.

Intercessioni cedere, uel prouocationi: id est, non procedere ultra, & admittere oppositionem. Budæus.

¶Intercessor, huius intercessoris (σύστατης, διαπρεσβόμενος) Id est, quem oppositorem uulgus uocat. Cic. lib.3. de Legib. 60, Parere iubet intercessori, quo nihil præstantius: impediri enim bonam rem melius, quàm concedi malam. Ibid. 16, Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto.

Abijcere intercessorem. Cic. ad Plancium, lib.10.12.11.

Interceptio, Interceptor, Interceptus] Vide Intercipio.

Intercido] *intercidis, intercidi interciſum*, pen.prod. (διαπρίω) *intercidere*, Ex In & Cædo compositum, Per medium secare. Cæsar lib.2, Vt si possent, castellum, cui præerat Titurius Quintus legatus, expugnarent, pontemq; interciderent. Plin. epist.108.lib.6, Corrupto enim scribæ seruo interceperat commentarios, intercideratq;.

Rationes alicuius intercidere. Vlpianus in l.1. in fine ff. de seruo corrupto. Vel si actori suasit, siue uerbis, siue pretio, ut rationes dominicas intercidere, uel adulteraret: uel etiam ut rationem sibi commissam turbaret.

Intercidere uenas. Plin. lib.11.cap.37.46.

¶Interciſus, pen.prod. Particip. (διαπρισείς) Vnde Interciſa hostia, apud Macrobium 1. Saturn. Hoc est, dissecta.

Dies interciſa. Claud. 5. Paneg.35.

Interciſæ actiones: hoc est, abruptæ, & non integræ. Cic. in Parad.58.

Interciſi dies, deorum, hominumq; comunnes. hi in se, non in alia diuiduntur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere. Nam quum hostia cæditur, fari nefas est: interciſa & porrecta, fari licet, Macrobius lib.1. Saturn. cap.16.

¶Interciſio, Verbale (διαπρίσις) ut interciſio stomachi, apud Plin. lib.20.cap.14. quā Dioscorides lib.3.cap.26. ἀνγμὸς στομάχου, id est, morsus & erosiones stomachi uocat.

Interciſè] pen.prod. Aduerb. (διαπεπρισμένως) Sectim et per incisiões. Cic. in Partit.14, Inuertatur ordo, et idē quasi sursum uersus retroq; dicatur: deinde idē interciſe atq; pmistè.

Intercido] *intercidis, intercidi, pen.cor. interciſum* (παρακόπτω) *intercidere*, Ex Inter & Cado, Inter hæc, siue inter illa, aut ista, siue inter ea, deficere, ac perire. Plin. lib. 9. cap. 51.6, Ea excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt.

Perire & intercidere. Cic. pro Deiotaro, 17.

Extare & Intercidere, contraria. Plin. lib 35 cap. 8. 1.

Intercidit actio. Papin. in l. si bona fide. ff. de petit. hæred. Si periculum erit ne inter moras actiones intercidant.

Intercidit gratia beneficij. Senec. de Benefic. lib.3.cap.1.

Honos intercidet æuo. Sil.3.89.

Intercidit legatum. Modestus. in l. legatum ff. de capite minutis, Morte quidem legatarij legatum intercidit, capitis tamen diminutione interueniente perseuerat.

Intercidit Consulatus, memoria. Liu. 2. ab Vrb. 36.

Nomen longis intercidit annis. Ouid. 2. Fast. 89.

Quod si interciderit tibi nunc aliquid: id est, si oblitus fueris aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 2.

Intercidere, pro Cadere. Liu. 3. ab Vrbe, 43, Quod intercidit, sparsum ita iacuisse per aliquod dies, ut nihil odor mutaret.

Intercino] *intercinis*, pen.corr. *intercini, intercentum* (μεσῳδέω) *intercinere*, Inter aliquid agendum canere.

Intercinere, per translationem dixit Horatius in Arte, 40,

—neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat aptè. Id est, nihil scribat, quod non ad propositum faciat.

Intercinctus] Particip. ab Intercingo. Plin. lib.37.cap.10.5, Candore intercincto uarijs coloribus. Idem lib.36.cap.8.3, Thebaicus intercinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Aegypto adscriptæ.

Intercipio] *intercipis*, pen.cor. *intercepi, interceptum* (μεσολαβέω, διαλαμβάνω, ὑποτίμημαι, ἀπολαμβάνω) *intercipere*, Aliquem inter aliquid agendum occupare: inquit Sipontinus. Cæsar 5. bell. Gal. 145, Repentino equitum inuentu interciperentur.

Intercipere aliquid. Cic. pro Cluent. 133, Id quum daretur in mulso, Balbutium quendam eius familiarem intercepisse, bibisse: statimq; esse mortuum.

Iter intercipere. Liu. 6. ab Vrbe, 41.

Librum intercipere. Quint. in Proœm. lib.1.7.

Regnum intercipere. Plin. de Viris illust. 6.

Intercipere literas, Interea dum perferuntur, occupare & reserare, inscijs illis ad quos mittuntur. Cic. ad Q. fratrem, libro 3.24.11.

Intercipit obliuio aliquem. Plin. in Paneg. 125.

Res alicuius intercipere. Ouid. 9. Metam. 25.

Sermonem medium intercipere, Interpellare. Quintilianus libro 6. cap. 4. 9.

Victoriam intercipere alieno labore quæsitam. Plinius de Viris illust. 60.

Intercipere, Totum capere, inquit Donatus, Terent. Eun. 1. 1. 35, Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Interceptus mortalitate rex, Præuentus, præpeditus. Plinius epistol. 258. Sic, Intercipi morbo. Columel. libro 9. cap. 3. 3.

¶Interceptio, Verbale (διάληψις) Cicero pro Cluentio, 134, Per quem porrò datum? unde sumptum? quæ deinde interceptio poculi?

¶Interceptor, Aliud uerbale (μεσολαβητὴς) Liuius 4. ab Vrbe, 218, Prædæ ne interceptorem fraudatoremq; etiam malum minari militibus?

Interceptor litis alienæ. Liu. 3. ab Vrbe, 310, Clarum hoc fore imagine Scaptij Pop. Rom. quadruplatoris & interceptoris litis alienæ personam laturum?

Interciſè, Interciſio, Interciſus] Vide Intercido.



Digitized by Google

Intercludo] *intercludis, incluſi, intercluſum, penult. prod.* (*διαπλείω, ἀπολαμβάνω, διείργω*) *intercludere, Ab iter & Cludo, n interiecta litera, euphoniæ cauſa, Iter impedire, quaſi iter cludere, inquit Valla libro 5. cap. 69. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 14. 2, Etiam illud metuo, ne iam includamini, ut quum uelitis exire, non liceat.*

Intercludere, Impedire. Virg. 2. Aeneid. 23,

—*ſæpe illos aſpera*
*Ponti intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes.*

*Aditum intercludere.* Vide Aditus, in Adeo.

*Aditus ad aliquem intercludere. Cic. pro Roſc. Amer. 65.*

*Aduentum inimicorum intercludere corporibus ſuis. Cic. in Paradoxis, 14.*

*Animam intercludere. Tacit. lib. 5.*

*Anima intercluſa nimia ab dulcedine aquarum. Lucret. libro 6. 255.*

*Commeatum inimicis intercludere.* Impedire, & itinera obſidere, ne inimicis cõmeatus poſſit deferri. *Plaut. Milit. 5. 68. Author ad Herennium, lib. 1. 25.*

*Intercludere inimicos commeatibus. Cæſar 3. bel. Gal 443.*

*Intercludere aliquem commeatu, & frumento, Cæſar 1. bel. Gall 208.*

*Intercludere frumentaria. Cæſar 1. bell. Gall. 92.*

*Fugam intercludere, Iter occupare, per quod inimici fugam arripere poſſent. Cic. ad Atticum, lib. 7. 138. 2.*

*Hoſtes intercludere ab oppido & ponte, & commeatu omni. Cæſar 1. bel. Ciuil. 169 Sic Liu. 1. ab Vrbe, 119.*

*Itinera intercludere. Cæſar 7. bell. Gall. 258. Et 2. bel. Ciuil. 80, Intercludi itinere.*

*Libertatem intercludere, Prohibere liberum exitum & introitum. Cic. 2 pro leg. Agrar. 75.*

*Perfugium fortunæ intercludere. Cic. 7. Verr. 103.*

*Proſpectu uiſus intercluſere nefaſto. Stat. 6. Thebaid. 41.*

*Spem commeatus intercludere. Liu. 6. bel. Pun. 197.*

*Vias omnes ſeditionũ intercludere. Cic. pro Rabirio perduellionis reo, 2.*

*Dolore intercludi: id eſt, impediri. Cic. ad Att. lib. 8. 152. 2.*

¶*Intercluſio*, Verbale (*διάλειψις*) Impedimentum, occupatio. *Cicer. 3. de Orat. 100, Clauſulas enim atque interpuncta uerborum, animæ intercluſio, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt.*

*Parenthеſis intercluſio uocatur à Quintiliano, lib. 9. cap. 3.*

ntercolumnium] *μεσόστυλον*, Spatium quod eſt inter columnas ædificiorum. *Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 9, Topiarum laudaui: ita omnia conueſtiuit hedera, qua baſim uillæ, qua intercolumnia ambulationis, ut, &c. Idem 3. Ver. 34.*

nterconciliare] *διαλλάττειν*, Quint. lib. 12. cap. 10, *In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in mouendo grauitas uideatur. Ibidem, Siue aliud interconciliandi præſtare uidetur officium.*

Intercalcare] *μεσοπατεῖν*, Ex calco compoſitum. Col. lib. 12. cap. 43. 10, Et deorſum uerſus ſpectantes ollæ cõponuntur, ita diſtantes, ut intercalcari poſſint uinacea.

Intercurro] *intercurris, intercurri, intercurſum* (*διαθέω, παρεμπίπτω*) *intercurrere, Interuenire, & intercedere: ut ait Budæus. Cic. 8. Philipp. 245, Pugnatur accerrimè: qui intercurrerent miſimus tres principes ciuitatis, hos contempſit. Liu. 5. ab Vrbe, 88. Cic. 2. Tuſc. 62, Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit. Luc. lib. 2. 75.*

*Intercurrunt, cinguntq; has urbes tetrarchiæ. Plinius libro 5. cap. 18. 2.*

¶*Intercurrens*, Particip. (*παρεμπίπτων*) *Plin. lib. 12. cap. 3. 1, Folium mali Aſſyriæ eſt unedonis intercurrentibus ſpinis.*

¶*Intercurſus, huius intercurſus* Verbale (*παρέμπτωσις*) *Interuentus, interceſſio. Liu. 2. ab Vrbe, 122, Conſulum intercurſu rixa ſedata eſt. Sic 10. bel. Pun. 47, Deinde ut pedes Romanus repentino per turmas ſuas uim dantcis intercurſu ſtabilem aciem fecit, &c.*

*Intercurſus, pro deprecatione. Tacit. lib. 18, Quum intercurſu Tribunorum centurionumq; protegitur.*

*Intercurſus, aliquando etiam pro mediatione accipitur. Liu. lib. 7. Decad. 4, Et impeditus intercurſu ſuorum uſus præ longarum haſtarum.*

¶*Intercurſo, intercurſas, intercurſare*, Frequentat. (*παρεμπίπτω*) *Plin lib. 29. cap 4. 24, Vnum ſimile formicæ, ſed multo maius, ruſſo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſperſum gattis.*

Intercus] *huius intercutis penult. corr.* Adiectiuum (*ὑποδερμος, ὑποδορος*) Quod inter carnem & cutem eſt, Inteſtinus. *Cic 3. Offic. 124, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritq;, &c.*

*Intercutis uitia. Gel. lib. 13. cap. 8, Vbi interpres, per alluſionem uitia, quæ non foris apparent, ſed penitus ſunt imbibita, intercutia nominat.*

*Intercutibus ſtupris obſtinatis. Cato.*

Interdatus] *penult. corr.* Adiectiuum (*διαδοτός*) *Lucret. libro 4. 175,*

*Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus,*
*Et recreet uires interdatus.* Id eſt, *inter corporeos meatus diuiſus.*

Interdico] *interdicis, pen product. interdixi, interdictum,* (*ἀπαγορεύω, ἀπαγορεύω, παραγγέλλω, ἀπειπεῖν*) *interdicere, Maximè prohibere. Cæſar 5. bell Gall. 219, Præcipit atque interdicit, præteritis hoſtibus, atq; in fugam cõuerſis, &c.*

*Datiuum cũ ablatiuo frequentiſſimè regit: Liu. 5. ab Vrbe, 12, Sic uos interdicitis Patribus commercio plebis, ne, &c.*

*Perſonaliter, ſic. Cic. de Senect. 20, Vt quemadmodum noſtro more malè rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet. Plin. epiſt. 76. a, Carent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum eſt. Antiqui, quem Romana ciuitate pellebant, aqua & igni interdicebant, communione omni ciuitatis priuatum ſignificantes: quòd duobus his elementis maximè humana indiget uita.*

*Paſſiuum, ablatiuum regit, ſic, Interdicor aqua & igni. Aut datiuum. Cic. pro Domo ſua, 38, Velitis, iubeatis, ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur.*

*Rurſum actiuum, habet datiuum. Cicer. 1. de Fin. 11, Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen ne faciam interdictum puto.*

*Accuſatiuum cum datiuo, ſed rarius. Sueton. in Domitiano, Interdixit hiſtrionibus ſcenam. Liu. 4. bel. Maced. 341, Fœminis duntaxat uſum purpuræ interdicemus.*

*Datiuum unicum regit pro Obſto. Cicer. 4. Verr. 20. Prætor improbus, cui nemo interdicere poſſit, det quem uelit iudicem.*

*Interdicere, ſubaudito ablatiuo. Terent. Hecyra, 4. 1. 49,*
*Interdico ne extuliſſe extra ædeis puerum uſquã uelis.*

*Interdixit fieri. Terent. Phorm 4. 4. 27. Sueton. in Serg. Galba, cap. 6, Pari ſeueritate interdixit commeatus peti.*

*Interdicere de. Plin. lib. 29. cap. 1. 14, interdixit tibi de medicis. Cato ad filium. Cicero pro Cecinna, 16. His rebus ita geſtis P. Dolabella Prætor interdixit, ut eſt conſuetudo, de ui hominibus armatis.*

*Interdicere, pro Interdicto uti: & eſt Prætoris. Cic. pro Cecinna, 58, Prætor interdixit, ut unde deiectus eſſet, reſtitueretur. Id eſt, edixit. Vlpianus in l. locum. §, ſi quis dolo. ff. de tab. exhibend. Si neq; amouerit, inquit, neque celauerit tabulas: ſed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicenti exhibe-*



Digitized by Google

ret. Pomponius in l. prima, de locis & itiner. publ. interdicitur, pro eo quod est, interdictum redditur, dixit authore Accursio. Vlpianus in l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco uel itinere publico fiat, Vt si quid illic fieret quod priuato noceret, Prætor interdiceret interdicto suo. Alibi idem cum ipso interdici debere dixit, pro eo quod est Interdicto agi. Budæus.

Interdicere uestigijs. Plin. lib. 17. cap. 5. 2. Cato breuiter atque ex suo more uitia determinat. Terram cariosam caue, Neue plostro, neue pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tempore reformidari, ut penè uestigijs quoq; interdicat? Id est, inhibeat, ne quis per eam iter faciat.

Interdicere, Contradicere. Plaut. Capt. 12. 36, Dum pereas, nihil interdico, dicant uiuere. Hoc est, nihil moror.

¶ Interdictus, Participium, quod prohibitum est. Sueton. in Caligula, cap. 25, Breuius missam facit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu.

Spes interdictæ. Ouid. 10. Metam. 67.

Voluptas interdicta. Horat. 1. epist. 6. 13.

¶ Interdictum, interdicti (παραγγελμα, παραγγελία) Substantiuum, Prohibitio, Vetatio. Interdicta, sunt formæ & conceptiones uerborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, quum de possessione inter aliquos contendebatur. Cic. pro Cæcin. 62, Ad quæ interdictum pertineret.

Interdicto duodecim tabularum. Plin. lib. 11. cap. 37. 31.

Interdicto defendere possessionem suam. Cic. ad Volum. lib. 7. 33. 6.

Interdictum, pro Minis. Plaut. Asin. 10. 1, Nequeón' ego te interdictis facere mansuetam meis?

¶ Interdictio, Verbale (ἔκρηξις) Cic. pro Domo sua, 61, Id autem ut esset faciendum, non adeptione ciuitatis, sed tecti, et aquæ & ignis interdictione faciebant.

Interdiu] Aduerbium temporis (μεθ' ἡμέραν) Id est, die, uel per diem aut dum dies est: cui opponitur Noctu. Terent. Adelph. 4. 1. 15. Cato de Re rust. cap. 124, Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores & uigilantiores sint. Plin. lib. 18. cap. 6. 9, Malum patrem familiàs, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cæli.

¶ Interdius, etiã antiquis dictum est pro eodem. Plaut. Mostel. 7. 14, Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius. Idem Asin. 12. 9.

Interduatim] & Interatim dicebant antiqui, quod nunc Interdum & Interim. Festus.

Interductus] huius interductus (διαστολὴ) pro illis ueluti distinctionibus quæ inter sententias à librarijs duci solent. Cic. in Orator. 133, Ne infinitè feratur ut flumẽ oratio, quæ non aut spiritu pronuntiatis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

Interdum] Aduerb. (ἐνίοτε, ἐνιοτὲ) Nonnunquam. Terent. Eun. 2. 3. 76, Cibum nonnunquam capiet cũ ea, interdum propter dormiet. Virg. 1. Georg. 52,

Interdum aut hederæ pandunt uestigia nigræ. Sic, Cic. 4. Acad. 62.

Interea] συν τῷ μεταξὺ, συν τούτῳ, Aduerb. temporis, Interim, tantisper, hoc interim spatio. Particula est, ut ait Seruius, quæ negotia semper præteritis futura coniungit. Terentius Hecyra, 1. 2. 82,

Quid interea? ibátne ad Bacchidem? Vbi Donatus, Interea, inter eos dies. Virg. 10. Aeneid. 167,

Interea genitor Tyberini ad fluminis undam, &c.

Vbi Seruius, Interea, dum hæc geruntur. Et omnino sic est apud poetas Interea, sicut est apud Salustium, Eodem tempore. Cic. 4. Ver. 25, Interea dies aduenit, quo die, sese, &c.

Interea dum. Terent. Heaut. 4. 7. 5,

Tu hic nos, dum hic eximus, interea operibere. Idem Eun. 5. 2. 55, —uisne interea dum is uenit,

Domi operiamur potius quàm ante ostium?

Interea, Id est tamen. Virg. 1. Georg. 17,

Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Quum interea: id est, Quum tamen, indicatiuo iunctum. Cic. pro Cluent. 66, Quum interea uestigium nullum Cluentianæ pecuniæ inuenitis.

Interea loci, Idem significat quod Interea, Donatus, Duæ partes orationis quum coniunctæ unam fecerint, mutant accentum Terent. Heaut. 2. 3. 16,

Dũ ego propter te errãs patria careo demẽs, tu interloci Collocupletasti te Antiphila. Idem Eunuch. 1. 2. 46.

Interemptio, Interemptus] Vide Interimo.

Intereo] interis, pen. corr. interiui uel interij, interitum, pen. cor. (ἀφανίζομαι, πικραπόλλυμαι, ἀποθνήσκω) interire, In totum mori uel emori. Plautus Amph. 16. 49,

Vigilans somnio, uiuos & sanus intereo. Cæs. 8. bel. Gal. 80, Multa millia interijsse. Sic, Interire fame, Cic. Att. lib. 6. 113. 14. Et 3. bell. Ciuil. 107, Interire naufragio.

Aestas interitura. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.

Interire à. Cic. 1. Aca. 42, Nihil enim ualentius est, à quo interest.

Morte interire. Ouid. in Ibin, 61.

Naufragus interijt. Ouid. 11. Metam. 138.

Domus interitura. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 22.

Segetes intereunt. Virg. 1. Georg. 31.

Ira interit mora. Ouid. 1. de Arte, 75.

Verba interitura. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.

¶ Interitus, pen. corr. (διαφθορὰ εἰς) paßiuè, apud Claudium, Pugna acriter commissa, & multis utrinq; interitis.

¶ Interitus, huius interitus, pen. cor. (ἀφανισμὸς, ἀπόλλυσις) Mors. Cic. lib. 1. Tusc. 112, Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Interitus patriæ: Id est, euersio. Cic. 5. Tusc. 112.

Acerbus interitus. Vide Acerbus.

Afferre interitum. Vide Affero.

Alienari ab interitu. Vide Alieno.

Interitu gaudeat illa tuo. Propert. lib. 2. eleg. 9. 4.

Ad interitum redigere aliquid. Lucret. lib. 5. 176.

¶ Interibilis, pen. corr. Adiectiuũ. Qui interire potest. Arnob. lib. 2. aduers. gentes, Argumenta quibus animas paßiuas atque interibiles inuenitur.

¶ Interitio, interitionis, Idẽ quod Interitus. Testis Nonius Marcellus citans hunc Ciceronis locum ex Frumentaria, seu Verr. 5, Quum bis in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ uersatæ sint, tamen aratorum interitio facta nulla est. Quo in loco pleriq; mẽdosè legũt internecio, alij internicio.

Interequito] interequitas, pen. cor. (διιππάζω) interequitare, In medio equitare. Liu. 5. bel. Maced. 16, Obstabãt duces, hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogẽtes, sed interequitãtes alarij nõ patiebantur. Curtius, In conspectu omniũ duces interequitans alloquebatur.

Interest] διαφέρει, compositum ab In, re, est: significat utile esse, uel ad rem pertinet.

Tantũ interest subeãt radij, an superueniãt. Plin. lib. 2. ca. 16. 9.

Quid ergo interest proferantur nécne? Cic. 3. Verr. 82.

Quid interest utrum. Cic. 5. Verr. 119.

Iungitur omnibus genitiuis: ut, Socratis interest: id est, in re Socratis est. Cic. pro Domo sua, 72, Ego uerò Reipub. semper interesse putaui, me illius pulcherrimi facti, etc. Pli. li. 2. ca. 1. 1, Mundi extera indagare, nec interest hominũ, nec capit humanæ coniectura mentis.

Interest

Interest eius, ipsius, istius. Cic. 2. de Fin. 89. Et 2. Offic. 125. Idē 4. Verr. 23, Quid illius interest, quoniam in Senatum non uenis? Cic. Attico, lib. 10. 195. 13.

Paulum interesse. Vide Paulum.

Vtriusque nostrum magni interest, prius ut te conueniā quàm decedàs. Cic. Appio, lib. 3. 5. 12.

Interest salutis. Cic. pro Murena, 4.

Ablatiuis his etiam iungitur, Mea, tua, sua, nostra, uestra, cuia, siue sit personale, siue impersonale: ut, Mea interest, quod etiam Mea refert dicitur: hoc est, ad me spectat, uel me spectat, aut meum est. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 10. 9, Tamen ut uidit interesse tua, conscendens iam nauem Epheso Laodiceam reuertit. Idem ad Tironem, lib. 16. 6. 7, Et cùm tua & mea maximè interest te ualere, tum multis, &c.

Interest, pro Vtile est, sine casu. Plin. lib. 19. cap. 8. 7, Seri etiā radices illitas fimo interest. Celsus, Quia non interfit quid faciat morbum, sed quid tollat. Id est (inquit Budæus) ad rem non pertinet.

Capturæ interest: id est, facit ad capturam, et monumentum habet. Plin. lib. 9. cap. 16. 2.

Interest, his etiā genitiuis iungitur, Magni, parui, tanti, quanti, Et aduerbijs, Facilè, multum, plus, plurimum, parum, paulum, paululum, pauxillum, nihil, nunquid, aliquid, magis, minus, maximè, minimè: ut, Minimè interest. Cic. 5. Ver. 124, Neq; illud unquam aratoris interfuit, quanti decumæ uenirent. Idem, Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Idem 1. Offic. Permultum interest.

Magni interest ad. Cic. ad Tironem, lib. 16. 3. 1. Quanquam magni ad honorem nostrum interest quamprimum ad urbem me uenire. Idem ad Luceium, lib. 12. 7.

Nihil interest ad rem. Cic. pro Rosc. Amer. 27.

Magni mea interest. Cic. Catoni, lib. 15. 4. 1. Idem pro Cluentio, 33, Magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc à causa Martialium dimouere.

Interesse, Differre: & iungitur præpositioni Inter. Cic. 1. Offic. 19, Sed inter hominem & belluam hoc maximè interest.

Interest & differt aliud ab alio. Cic. 3. de Finib. 40.

Interest in infinitum, Multum differt. Senec. de Benefic. libro 2. cap. 6.

Interest quòd. Cic. 2. de Finib. 21, Sed hoc interest, quòd uoluptas etiam in animo uitiosa res, ut Stoici putant.

Interest inter, quòd. Cic. 2. Acad. 16, Nec inter nos & eos qui scire se arbitrantur, quicquam interest, nisi quòd illi nō dubitant, quin ea uera sint quæ defendunt: nos, &c.

Interest stulto intelligens: id est, differt à stulto. Terentius Eunucho, 2. 2. 2.

Interest, sine casu subsequente. Terent. Adelph. 1. 1. 51,

Hoc pater, ac dominus interest. Id est, differentia est, ut ait Donatus. Plinius in Præf. 7.

Interest tibi & mihi. Seneca 1. Natur. quæst. Quid uobis & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi?

¶Interest aliquando componitur ab Inter & Est & coniugatur, Interfum, interes, interest: & significat præsentem esse. Cic. Lentulo, lib. 1. 6. 1, Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotijs nō interfuit solum, sed etiam præfuit. Idem ad Plancum, lib. 13. 30. 9, Non modò ut non præesset illi negotio, sed etiam ut ne interesset quidem.

Datiuo iungitur, ut uides in præcedentibus exemplis. Cic. ad Brutum, lib. 11. 7. 1, Qui nostro sermoni interfuit. Cæsar 7. bell. Gal. 50, Interesse rebus diuinis. Cicero ad Atticum, libro 2. 38. 2, Publicis consilijs. Liuius 2. ab Vrbe, 162. Spectaculo.

Letus interfis populo. Horat. 1. Carm. ode 2. 10.

Ablatiuo, cum præpositione In. Cicer. 5. Ver. 12, Voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse.

In conuiuio interfuisse. Cic. pro Rosc. Amerin. 23.

Interesse posteritati suæ, pro Superstitem esse gloriæ quæ mortem sequi solet. Plin. epist 25.

Interesse nobis dicitur deus, pro Adesse. Seneca de Prouident. in Præfation. Quum præesse uniuersis prouidentiam probaremus, & interesse nobis deum.

Interesse, In medio esse, uel interiacere, aut interpositū & interiectum esse. Liu. 2. de bel. Punico, Id morari uictoriam rati, quòd interest amnis. Col. Arbores quæ intersunt, ablaqueabuntur. Plin. Quod interest tenent Arabes.

Interest triduum. Plaut. Bacchid. 8. 57. Cic. de Senect. 56, Cuius inter primum & sextum Consulatum sex & quadraginta anni interfuerant.

Interfuerunt decem anni. Cic. 3. de Legib. 11.

Interest inter duos amnes Artemidorus. Plinius libro 6. capite 19. 6.

¶Interfuturus, pen. prod. Partic. Valerius lib. 2. cap. 2, De honore impenso senibus à iuuenibus, Inuitati ad cœnā, diligenter quærebant, quinā ei conuiuio essent interfuturi, ne, &c.

Interfacio] interfacis, penult. corr. interfeci, interfactum (μιτοξυποιέω) interfacere. Liu. 5. bel. Pun. 55, Reliquit tamen modicum præsidium, ut simul interfaciendo muro adiuuaret. Id est, Dum fieret murus.

Interfaris] αὐκατομᾶς, διακόπτας, παρεμποχλᾶς, interfatur, interfari, Loquentem interrumpere. Liuius 3. ab Vrbe, 195, Prius quàm aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Ibidem, 7. 173, Consul Clasico ad concionem conuocat, orsusq; meritas Decij laudes, interfante ipso Decio, distulit concionē. Virg. 1. Aneid. 78,

——nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est.

¶Interfatio, uerbale (αὐκατόμασις) Quint. lib. 4. ca. 2, Interim expediat narrationes breuiter interfatione distinguere.

Interficio] interficis, pen. corr. interfeci, interfectum (διαχράομαι, φονεύω) interficere, ex Inter & Facio, Occidere. Cæsar 7. bel. Gal. 8, Equitem Romanum qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat, interficiunt.

Feras interficere. Lucret. lib. 5. 251.

Interficere aliquem uita & lumine. Plaut. Trucul. 10. 39. Gellius, lib. 12. cap. 7. Id est, uita priuare.

Interficere aliquem pessumis exemplis. Plaut. Mostel. 4. 35.

Interfectus in acie. Cic. 2. de Finib. 103.

Interfectus omni supplicio. Cic. pro lege Manil. 7.

Interficere messes: id est, perdere & cremare. Virg. 4. Georgic. 66,

Fer stabulis inimicum ignem, atq; interfice messes. Sic Nonius. At Seruius, Secundum Pythagoram, inquit, qui habere animam dicit omnia crescentia. Vnde & alibi, Ager aret uitio moriens.

Interfectus usus ædium, Plautinus sermo. Merc. 21. 4.

¶Interfector, uerbale (φονεύς) Brutus Ciceroni, 16. 8, Hic ipse puer quem Cæsaris nomen incitare uidetur in Cæsaris interfectores.

Interfieri] pen. corr. (διαφθείρεσθαι) obsoletum uerbum, pro Consumi & interire, apud Lucret. 3. 179,

——ut aut putrescat corpore posto,
Aut flammis interfiat, malisue ferarum.

Interfluo] interfluis, interfluxi, interfluxū (μεσορρυέω) interfluere. Per medium fluere. Plinius, Flumine medium oppidum interfluente. Idem lib. 3. cap. 5. 39, Vtraq; ciuitate fœderata, angusto freto interfluente.

¶Interfluus, Adiect. (μεσόρροος) Quod interfluit. Plin. lib. 6. cap.

cap.26.7, Interfluo Euphrate. Id est, interfluente. Solimus cap.66, Scinditur amne interfluo.

Interfodio] dis, dere, Idē quod simplex Fodere. Lucr. lib. 4,

—quæ quum sunt oculis immissa leonum
Pupillas interfodiunt, &c. De gallis & leonibus.

Interfœmineum, interfœminei] Vtitur Apuleius pro genitalibus muliebribus, quòd inter fœmina sint.

Interfringo] interfringis, interfregi, pen. prod. interfectum (διαρρηγνυμι) interfringere, Idē quod Infringere. Cato cap. 44, Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & si quid uētus interfregerit, ea omnia eximito. Plin. lib. 17. cap. 18. 3.

Interfuro] interfuris, penultima corr. interfurere. Stat. 1. Achil. 79.

—dumq; arma parantur
Dorica, alteram & Mauors interfuret orbem.

Interfusus] penultima product. Adiectiuum (μεσοχυθεὶς) Plinius lib. 2, Idem Oceanus interfusus, intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispertit. Idem libro 3. cap. 8. 1.

Nouies Styx interfusa. Virg. 4. Georg. 96.

Genas interfusa maculis. Virg. 4. Aen. 129.

Intergero] intergeris, pen. corr. intergessi, intergestum, intergerere. Plinius lib. 13. cap. 12. 7. Diligentior cura, molli panis fermentati colata aqua feruente: minimum hunc modum intergerit. Ex uetusto codice legitur, minimum hoc modo intergerij atq; etiam Nili lenitas superatur. De glutino.

¶Intergerinus, pen. prod. Adiectiuum.

Intergerini parietes, à Vitruuio appellantur, qui intergerunt, hoc est, ferunt & sustinent onera, quos è creta iubet Vitruuius constituere. Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergeruntur. Vitruuius, Et catenis, colligatæ in eo loco qui finitus erit, constituantur: & integerinis è creta, beronibusq; ex ulua factis calcetur. Festus, Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur. Budæus, Huiusmodi paries quem Papinianus concratitium appellat, Latinè proprie intergerinus appellatur, qui à uicinis constructus uelut intergerit: id est, communiter gerendo est. Plinius lib. 35. cap. 14. 6.

Interiaceo] interiaces, pe. cor. interiacui (μισόω) interiacere, In medio iacere. Plin. epist. 250, Et duo publica opera quanquam uia interiacente. Rursum Liu. 7. bel. Pun. 221, Interiacebat campus: colles imminebant nudi.

Interiacet Capuã, & Interiacet Capuæ, dicimus. Plin. lib. 5. cap. 4. 5, Et à regione quæ duas Syrtes interiacet. Col. lib. 11. ca. 3. 5, Vt in id spatium quod sulcis interiacet, inclinentur. De seminibus.

Interiacet hæc inter eam. Plin. lib. 4. cap. 12. 10.

Interibi] pen. corr. (ἐνταῦτῳ) Aduerbium idem significans quod Interea. Plaut. Cap. 16. 31.

Vos lauate interibi. Gel. lib. 3. cap. 7, Cõsul interibi dū ea pugna fit, se in locos subducit tutos atq; editos. Obsoletū.

Interijcio] interijcis, pen. corr. interieci, pen. prod. interiectum (παρεμβάλλω) interijcere, Inter aliquid iacere, Interponere. Col. lib. 1, Vt si qua interiecta sunt stramentis aut paleis spinarum uel germinum semina intereant.

Interijcere inter. Cæsar 7. belli Gall. 324, Galli inter equites, raros sagittarios, expeditosq; leuis armaturæ interiecerãt.

¶Interiectus, Participium (παρεμβληθεὶς) Cæsar 7. bell. Gall. 87, Neq; inter se contingant trabes: sed paribus intermissæ spatijs, singulæ singulis saxis interiectis, arctè continẽtur.

Interiectis inter. Cic. 2. de Nat. deor. 95, Aer aũt, ut Stoici disputant, interiectus inter mare & cælũ, &c. Idē 2. de Finib. 27. Interiecta & media. Cic. 1. Acad. 52.

Interiectus inter philosophos: id est, intermedius, ut ait Budæus. Cic. 1. Offic. 130.

Interiectum interuallum, Interpositum. Cic. 1. Offic. 45.

Nasus quasi murus oculis interiectus. Cic. 2. de Nat. deor. 215.

Interiecto spatio. Liu. 2. ab Vrbe, 74. Liu. 1. ab Vrbe, 253, Paucis interiectis diebus, Sex. Tarquinius inscio Collatino, cum comite uno Collatiam uenit.

¶Interiectus, huius interiectus, Verbale (παρεμβολὴ) Cic. 2. de Nat. deor. 148, Interpositu interiectuq; terræ. Col. lib. 3. cap. 21. 5, Si uerò interiectibus capere cuiusq; generis fructũ aueat, &c. Interiectus temporis. Tacit. lib. 3.

¶Interiectio, Verbale (παρεμβολὴ) Interpositio, & insertio. Quintil. lib. 4. cap. 2, Ne sententia quidem uelut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maximè quidem breui interiectione. Idem lib. 8. cap. 2.

Interim] pen. cor. Aduerb. temporis (μεταξὺ) Idem quod Interea. Terent. And. 1. 1. 100,

—funus interim Procedit, sequimur.

Interim, Aliquando, siue Interdũ. Quint. lib. 1. cap. 9, Sed quia interim excusantur hæc uitia aut consuetudine, aut. Cic. 2. de Orat. 115, Interim timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. Sic Budæus. Vetus exemplar habet, Item timor.

Interim, pro Aliquando, interdũ geminatur. Quint. lib. 1. cap. 3, Interim elabuntur, interim suæ memoriæ intentos à noua inuentione declinant.

Interim, Repentè. Terent. Hecyra, 1. 2. 103,

—primum dies compluscolos
Bene conueniebat sunè inter eas, interim
Miris odisse cœpit Sostratam. Donatus.

Quum interim, pro Quum tamen. Quintilianus lib. 12. cap. 10, Sicut quatuor generaliter uentos totidem mundi cardinibus accepimus flare, quum interim plures sint intermedij. Alij codices habẽt, quũ interim plurimi medij. Liuius. Quũ interim si qs existimare uelit. Sic Cic. pro Sylla, 11. Budæus.

Interim, Discretio est eius rei quæ ad narrationem pertinet. Terent. And. 1. 1. 81,

Curabat unà funus, tristis interim
Nonnunquam conlachrumabat.

Interimo] interimis, pen. corr. interemi, pen. prod. interemptum (ἀφανίζω, διαφθείρω) interimere, Interficere. Cic. 4. Acad. 157, Interimebat uxorẽ. Liu. 1. ab Vrbe, 14, Stirpem fratris uirilem interimit.

Interimere uitam. Plaut. Casin. 16. 29. Antiquè.

Se ipsa interemit Lucretia à filio regis per uim stuprata. Ci. 2. de Finib. 106.

Interimi ueneno. Plin. lib. 7. cap. 13. 3. Et lib. 11. cap. 37. 57.

Interimere & Conseruare, contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 71.

Ad nihilum interimat res. Lucret. lib. 1. 44.

Mors interimit res. Lucret. lib. 2. 200.

Interimit me hæc oratio, Hic sermo me cõficit & enecat. Plautus Mere. 21. 11,

Disperij: nam illæc interemit me modò oratio. Cic. pro Milone, 71, Me quidem, Iudices, exanimant, & interimunt hæ uoces Milonis, quas audio assiduè.

¶Interemptus. Particip. Plaut. Mercat. 21.

¶Interemptio, Verbale (ἀφανισμὸς) Cic. pro leg. Manil. 21, Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorũ interemptione patefactum est. Vetus exemplar legit, Internecione.

Interior, Interius] Vide Inter.

Interitus] Vide Intereo.

Interiungo] interiungis, interiunxi, interiunctum (διαζεύγνυμι) interiungere, Subsistere. Tractũ à curru, cuius rotæ interiecto

Digitized by Google

interlecto ſude iunguntur, ut quieſcat. Mart. lib. 2. 6,
Et quum currere debeas Bouillas,
Interiungere quæris ad camœnas.

Interiungere equos, Diſiungere, ut conquieſcant. Mart. lib. 3. 25. de pigris nautis.

Interiungere dextras, Quod & iungere dextram dextræ dixit Virg. Liu. 2. bel. Pun. 133.

Interlego] gis, pen. corr. interlegi, pen. prod. interlégere, Per interualla decerpere. Palladius in Februario, de malis, Si ſpiſſa poma ramos onerabunt, interlegenda ſunt quæq; uitioſa, ut alimentum cæteris ſuccus æquiparet, &c.

Interlino] interlinis, pen. corr. interlini, interliui ſiue interleui, pen. prod. interlitũ, pen. cor. (διαλείφω) interlinere. Atramẽto, aut aliqua re alia ſuperinducta picturam uel ſcripturam deſtruere. Cic. pro Cluent. 98, Qui tabulas publicas municipij ſua corrupiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interlinerit.

Corruptæ, atq; interlitæ tabulæ. Cic. 4. Verr. 72.

Delere uel interlinere. Vlpian. Si unus rationes hæreditarias deleuerit uel interlinerit. Corrupiſſe tabellas rectè dicetur & qui eas interleuerit.

Interloquor] penul. corr. interloqueris, interlocutus ſum, (αὐτομάω, διαλέγω) interloqui, Alio loquente, ſermones intermiſcere, quaſiq; interturbare loquentem. Terent. Heaut. 4. 3. 13,
Antiphila mea nubet mihi. s. ſiccine mihi interloqueres?

Interloqui (inquit Sipontinus) eſt aliquid inter agendum definire. A' quo Interlocutoria ſententia uocatur, quæ non deſinit controuerſiam (ea enim definitiua dicitur) ſed aliquid obiter decernit ad cauſam pertinens. Gell. lib. 14. cap. 2, Aliter atq; aliter eadem in cauſa, eodemq; in tẽpore ſentire, & interloqui uideatur.

¶ Interlocutio, uerbale (μετάφασις) Sermonis interpoſitio. Gell. lib. 14. cap. 2, An ex uſu, exq; officio ſit iudicis rem cauſamq; de qua cognoſcit, interlocutionibus ſuis ita exprimere atque conſignare. Quint. lib. 5. cap. 7, Breui interlocutione patroni refutandus eſt.

Interluceo] Interluces, pen. prod. interluxi (διαφαίνω) interlucere, In medio lucere, uel interea lucere, aut inter aliquid lucere. Liuius 9. bel. Pun. 66, Duos ſoles uiſos: & nocte interluxiſſe.

Interlucet, per translationem, pro Interapparet, & interconſpicitur. Liu. 1. ab Vrbe, 186, Quibus inter gradus dignitatis, fortunæq; aliquid interlucet, poſteri fama ferrent.

Corona interlucet non ſpiſſa uiris. Virg. 9. Aen. 105.

Interluco] interlucas, pen. prod. (διαναλόω) interlucare, Ramos ſeu plantas inutiliter pullulantes, cum interuallo reſecare, & à luce deductum uidetur: quod quum cæduntur rami, lux fiat ipſi arbori amplior. Plin. lib. 17. cap. 23. 15, Deputantur cum uite pariter interlucata denſitate ramorum, qui ſint ſuperuacui.

¶ Interlucatio, Verbale (διανάθαρσις) Plin. lib. 17. cap. 27. 5, Interlucatio arboribus prodeſt, ſed omnium annorum truncidatio inutiliſſima. Eadem dicitur Collucatio Varroni.

Interlunium] interlunij (σύνοδος) Dicitur id ſpatium temporis, in quo nec amplius luna uetus apparet, nec adhuc noua uidetur, quòd radijs ſolaribus operta ſit ſupra, non autem è regione. Plin. lib. 16. cap. 39. 3, Inter omnes conuenit, utiliſſimè in coitu lunæ: quem diem alij interlunium, alij ſilentis lunæ appellant. Horat. 1. Carm. ode 25. 3,
Thracio bacchante magis ſub inter Lunia uento.

Interluo] interluis, interlui, interlutum, pen. prod. (διαλούω) interluere, Interfluere. Claud. 1. de rap. Proſ. 29,
Rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit æquore mõ es. de Trinacria.
Pontus interluit urbes. Virg. 3. Aeneid 84.

Interluere manus, Interim lauare. Cat. de Re ruſt. Manum interluito, poſtea uinum ſumito. Id eſt, inter duos actus manus luato. Budæus.

¶ Interluuies, interluuiei, f. g. Solinus cap. 35, Rex unus eſt uniuerſis. Nã quotquot ſunt, oẽs anguſta interluuie diuiduntur.

Intermaneo] intermanes, pen. cor. (διαμιμνάσκω) intermanere, ex Inter et Maneo, quaſi manere inter. Lucan. li. 6. 10.
Deſeſſus Cæſar mediis intermanet agris. Id eſt, in mediis agris inter longa munimenta, quibus Pompeium undique cinxerat, caſtra locat.

Intermedius] Adiectiuum (διάμεσος) Interiectus, interiacens. Cic. in Oratore, 11, Eſt autẽ quidam interiectus, intermedius & quaſi tẽperatus, &c. Varro 3. de Re ruſt. ca. 5. 9, In lateribus dextra & ſiniſtra porticus ſunt, primoribus columnis lapideis intermedijs arbuſculis humilibus ordinatæ.

Intermenſtruus] Vide Intermeſtris.

Intermeo] intermeas (διοδεύω) intermeare, Per medium meare, & fluere. Plin. lib. 5. cap. 30. 7, Longeq; clariſſimũ Aſiæ Pergamum quod intermeat Silenus.

Intermeſtris] & hoc intermeſtre (ἐν συνόδῳ) Intermeſtris luna dicitur interlunium, & coitus lunæ. Plin. lib. 16. cap. 39. 6, Idemq; mox, Niſi intermeſtri luna atq; dimidiata, ne tangas materiem.

¶ Intermenſtruum, intermenſtrui (συνόδιον) Idem. Varro 1. de Re ruſtica, cap. 37. 1, Quod à noua luna creſcit ad plenã, & inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad ueniat ad intermenſtruũ, à quo die dicitur luna eſſe extrema, & prima.

¶ Intermenſtruus, Adiectiuum. Vnde luna intermenſtrua. Plin. lib. 18. cap. 32.

Intermico] intermicas, pen. cor. intermicui (διαλάμπω) intermicare, In medio ſplendere. Claud. lib. 1. 39,
—rutilum ſquammis intermicat aurum.

Interminatus] pen. pro. Adiect. (ἀπέρατος) Quod et interminus dicitur, Sine termino. Cic. 1. de Nat. deor. 74, Confugiis ad deum: cuius operam profectò non deſideraretis, ſi immenſam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum uideretis.

Interminor] pen. cor. interminaris (ἀπειλέω) interminari, Valde minari. Terent. Eun. 5. 1. 14,
—quid ais ſacrilega? (1. 13.
Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? Idẽ Heaut. 4.

Interminari ne. Terent. And. 3. 2. 16,
Interminatus ſum ne faceres? num ueritus?

Interminari uitam alicui. Plaut. Caſina, 15. 8. Id eſt, ſe interfectu rum minari.

Intermiſceo] Intermiſces, intermiſcui, intermiſtum uel intermixtum (διαμίγνυμι) intermiſcere, in medio miſcere. Plin. lib. 19. cap. 6. 8, Intermiſceri ſatureiam, quoniam melius proueniat. Col. lib. 11. cap. 3. 47.

Doris amara ſuam non intermiſceat undam. Virg. eclog. 10. 5.

Intermiſti hoſtibus. Liu. 10. ab Vrbe, 94.

Turbam indignorum candidatorũ intermiſcendo dignis. Liu. 4. ab Vrbe, 240.

Intermitto] intermittis, intermiſi, pen. prod. intermiſſum, (διαλείπω) intermittere, Interdum conquieſcere, Intermiſſionem uel intercapedinem facere, non continuare. Cic. 3. de Orato. 120, Continenti & intermiſſo ſpiritu. Plin. lib. 10. cap. 46. 1, Bibunt aues ſuctu exijs quibus longa ſunt colla, intermittentes, & capite reſupinato ueluti infundentes ſibi.

Intermiſit dare, Diſtulit. Cæſar 4. bel. Gal. 576.

Intermittere & retinere, contraria. Cic. 2. Offic. 32.

Non intermittere. Cic. 1. Tuſcul. 107, Hic autem ubi habitamus non

mus non intermittit ſuo tempore cælum niteſcere, arbores frondeſcere.
Non intermittere admirationem. Cic. 5. de Fin. 102.
Bella diu intermiſſa. Horat. 4. Carm. ode 1. 1.
Conſuetudinem intermittere. Cicer. ad Appium Pulchrum, libro 3. 1. 4.
Curam rerum intermittere. Tacit. lib. 4.
Diem intermittere. Terent. Adelph. 3. 1. 6,
Nam nunquam unum intermittit diem quin ſemper ueniat.
Neq; diem neq; noctem intermittit, peditatumq; ſe ſubſequi iubet. Cæſar 5. bel. Gal. 141.
Iter non intermittere. Cæſar 3. bell. Ciuil. 49.
Mentionem intermittere. Cic. ad Att. lib. 5. 96. 4.
Intermittere, neutrum, pro Intermitti. Cæſar lib. 1, Reliquum ſpatium, quà intermittit, mons continet magna altitudine.
Officium intermittere. Cic. de Amic. 8.
Opus intermittere. Cæſar 3. Gal. 461.
Otium intermittere. Plin. epiſt. 151. a, Eademq; firmitate animi laboribus ſuffecit, qua nunc otiũ patitur. Quod quidem pauliſper cum magna ſua laude intermiſit, & poſuit.
Prælium intermittere. Cæſar 3. bel. Gal. 370.
Profectionem intermittere. Cæſar 5. bel. Gal. 28.
Studia intermiſſa longo interuallo. Cic. 1. Tuſc. 1.
Tempus intermittere. Cic. Etſi ego id tempus intermiſeram potius, quàm omiſeram. Cæſar 5. bel. Gal. 44.
Intermittere tempus à labore. Cæſar de bello Ciuili.
Verba intermiſſa. Ouid. 1. Metam. 150.
¶Intermiſſus, Participium (διαλελειμμένος) ut, Intermiſſus ordo. Plin. lib. 37. cap. 12. 1. Et lib. 17. cap. 5. 6, Quoties intermiſſa cultura quieuit.
Intermiſſa tecta, Non continuata. Plin. epiſt. 41. 1.
¶Intermiſſus, huius intermiſſus (διάλειψις) Plin. lib. 10. cap. 29. 5, Luſcinijs diebus ac noctibus XV. garrulus ſine intermiſſu cantus.
¶Intermiſſio, Verbale (διάλειψις) Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Cic. 1. de Nat. deor. 157, Nec tamen uideo quomodo uereatur iſte deus beatus ne intereat, quum ſine illa intermiſſione pulſetur, agiteturq; atomorum incurſione ſempiterna.
Intermiſſionem facere à re aliqua. Cic. 1. Offic. 30.
Intermiſſio epiſtolarum, Vacatio à ſcribendo. Cicero Trebatio, libro 7. 13. 2.
Intermorior] *intermioreris, pen. corr. intermortuus ſum,* (ἀποθνήσκω) *intermori*, Penitus mori, uel quum aliquid fieret mori. Et de quacunq; re dicitur. Cato capite 161. 2, Nam ſi defringes ſtirpes ſient, & intermorientur. Plinius libro 19. cap. 8. 21, Nam ſi defringatur, ſtirpeſcere, & intermori.
Intermortuæ conciones. Cic. pro Milone, 8. Id eſt, languidæ & defectæ. Budæus.
Intermoriuntur officia. Bithynicus ad Ciceronem, libro 6. 16. 2, Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas.
¶Intermortuus, Adiectiuum, Qui inter mortem uitamq; ex dolore procumbit, ſimilis expiranti, & in quo nulla amplius uitæ ſpes eſt. Sueton. de Nerone, Poſtquam Galbam et Hiſpanias deſciuiſſe cognouit, collapſus, animoq; malè fracto, diu & ſine uoce & propè intermortuo iacuit. Cicero in Piſonem, 12, Quod autem maius indicium expectatis nihil inter uos & Catilinam interfuiſſe, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquijs cõcitaſtis?
Res intermortua. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 1.
Intermortuam memoriam renouare: hoc eſt, perditam & iam abolitam. Cic. pro Murena, 14.
Intermortui mores, Perditi, corrupti. Plaut. Trinum. 3. 5.
Intermundium] μεσοκόσμιον, ut intercolumnĩũ dixit Cic. lib. 2. de Fin. 120, Indiuidua quum dicitis & intermundia, quæ nec ſunt ulla; nec poſſunt eſſe intelligimus. Idem 1. de Nat. deor. 27, Tanquam modò ex deorum concilio & ex Epicuri intermundijs deſcendiſſet. Budæus.
Intermuralis] & hoc intermurale, pen. product. Liu. lib. 4. Decad. 5. ad finem, Muro urbis coniuncta procul uidentur, diuiſa eſt intermuralli animi, & eadem ponte iuncta.
Internaſcor] *internaſceris, internatus ſum* (διαγεννάομαι) *internaſci*, In medio naſci. Plin. lib. 18. cap. 16. 5, Internaſcentesq; herbas excludi.
Internatus, pen. prod. (διαγεγεννημένος) Participium ab Internaſcor. Tacit. lib. 20, Virgulta poſtremò, & ſtirpes, & internatas ſaxis herbas uellentes, miſeriarum, patientiæq; documentum fuere.
Internata uirgulta. Liu. 8. bel. Pun. 7.
Internatum corpus. Plin. lib. 17. cap. 27. 1.
Interneco] *internecas, pen. cor. internecaui, internecatum et internectum* (διαφωνεύω) *internecare*, Simul interficere, et multitudinem totam fermè complectitur. Plaut. Amphit. 4. 35, Duello extincto maximo, atque internectis hoſtibus. Cicer. 14. Philipp. 389, Internecti nota teſtamenta credo ſubijciunt.
¶Internecida, dæ, inquit Iſidorus, eſt qui falſum teſtamentum fecit, & ob id hominem occidit. Inde interneciatur, ab internecida. Interneciдij iudicium in eum, inquit alio loco, dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, accuſatorem eius bonorum poſſeſſio ſequebatur. Internecidij autem ſignificatio eſt quaſi hominis quædam enecatio. Nam præpoſitionem Inter, præponebant. Turn.
¶Internecio, ſiue Internicio, internicionis (πανολεθρία) Vitæ priuatio, inquit Feſtus. Liuius lib. 9, Lucerini, ac Samnites ad internecionem cæſi. Hoc eſt, ferè omnes occiſi. Cic. ad Atticum, lib. 2. 35. 3, Neq; enim reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur. Idem 5. Verr. 105.
¶Internecinus, pen. prod. Adiect. (πανολέθριος) Quod ad internecionem pertinet: ut, Internecinum teſtamentum, propter quod dominus eius necatus eſt, inquit Feſtus.
Internecinum bellũ, Quod ad deſtructionem fit unius aut alterius partis. Liu. 9. ab Vrbe, 133, Nullus modus cædibus fuit: deletaq; Auſonum gens, uix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet. Hìc uetus exemplar legit, internecino. Plin. lib. 8. cap. 24. 1, Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. De aſide.
Internecto] *internectis, internexui, internexum* (διάπτω) *internectere*, Inter ſe connectere. Stat. 8. Thebaid. 34,
——uix magna lauare
Vulnera, & efflantes libet internectere plagas.
Internidifico] *internidificas, pen. corr.* Plinius lib. 10. cap. 33. 3, Tertium eſt earum genus quæ ripas excauant, atq; ita internidificant.
Internigrans] pen. corr. *internigrantis* (διαμιλαντίζων) Particip. ſine uerbo. Stat. 6. Thebaid. 68,
——noctemq; diemq;
Aßimulant, maculis intermigrantibus albæ.
Interniteo] *internites, pen. corr. internitui* (διαφαίνω) *internitere*, In medio nitere uel pellucere. Plin. libro 37. cap. 5. 4, Tunc enim tellure internitent, quia ijs uentis maximè harenæ mouentur. De gemmis. Curtius, Cæli fulgor tempore æſtiuo ardenti ſimilis, internitens. Alibi, Armorum internitentium fulgor.
Internodium] *internodij* (μεσομήκιον) Spatium inter nodum

Digitized by Google

nodum & nodum. Plinius lib. 7. capit. 2. 11. Arundines uerò tantæ proceritatis, ut singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Colum. de Arb. capit. 3. 3. Breuia internodia.

Longa internodia crurum. Ouid. 11. Metam. 157.

Mollia nodosus facit internodia poples. Ouid. 6. Metam. 52.

¶ Internodius, masc. gen. Colu. libro 3. capit. 2. 5. Internodius quoq; rarior, largis fructibus à minore superatur.

Internoſco] internoscis, internoui, internótum, penul. pro. (διαγνοέω) internóscere. Discrimen inter duo facere. Plautus Amphit. 3. 142.

Nunc internosse ut uos positis facilius, &c. Cic. de Amicit. 78. Secerni autem blandus amicus à uero & internosci tam potest. Idem 2. de Diuin. 192. Quæ si alia falsa, alia uera, qua nota internoscantur, scire sanè uelim.

Internosci à falsis non possunt. Cic. 4. Acad. 46.

Facilè internoscere. Cic. 4. Acad. 103.

Internundinum] Spatium quod inter nundinas est, ueteres Latini uocauerunt, ut intermenstruũ, quod inter menses. Varro. Quoties priscus homo ac rusticus Romanus internundinũ barbam radebat. Lucilius, Paucorum atq; hoc pacto si nihil gustat internundinum. Quod Nonius duobus uerbis diuisum inter nundinum legit. Turn.

Internuntius] internuntij (ἀγγέλου) Est, inquit Sipontinus, qui inter alios medius est, ad aliquid tractandum: & modò huic, modò illi per uices nuntiat. Terentius Eunuch. 2. 2. 56,

——eho, numnam tu hic relictus custos,
Nequis fortè internuntius clàm à milite ad istum currat? etc.

Cic. ad Octauianum, 16, Quæ quidem si nullo alio, me tamen internuntio celeriter ad illos deferentur. Cæsar 1. bell. Ciuil. 77. Pòst paulo tamen internuntijs ultro citroq; missis, quæ ignorabant de L. Domitij fuga cognoscunt.

Internuntius & interpres. Cic. 13. Philip. 352.

Internuntius & minister rei alicuius. Liu. 3. bell. Maced. 45.

¶ Internuntio, internuntias, internuntiare. Liu. libro 2. Decad. 5. Paulisper internuntiando cunctatio fuit, utri transgrederentur.

Intero] interis, pen. corr. intriui, intritum, pen. prod. (τρίβω) interere. Idem quod Terere, uel intus, aut simul terere. Varro 2. de Re rust. capit. 9. 8, Nec non ita panem ordeaceum dandum, ut nõ potius eum in lacte des intritum, &c. Cato capit. 156, Et eo cyminum interito.

Intristi hoc, tibi exedendum. Terent. Phorm. 2. 2. 4,

Ad te summa solum Phormio rerum redit:
Tute hoc intristi, tibi omne est exedẽdum.

Vbi Donatus, Paræmia apta parasito, quæ de cibo est. hoc autem inter rusticos de alliato mortario dici solet. Et bene intristi. propriè enim intrita dicitur huiusmodi cibus. Erasmus, Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniã fuerat author cõsilij de duabus puellis, æquũ esse putat, ut suo periculo rẽ itẽ expediat.

¶ Intrita, intritæ, penult. prod. (μυττωτὸν) De alliato mortario inter rusticos dici solet: teste Donato superiore loco. Plinius libro 9. capit. 8. 13. de delphinis, Nec piscibus tãtum, sed intrita panis è uino satiantur. Col. lib. 12. cap. 40.

Aqua intrita facta: hoc est, cum pane uel re alia spissior facta. Var. 3. de Re rust. cap. 9. 11.

Intrita, siue intritum, intriti. Plin. lib. 36. cap. 23, Ruinarum urbis ea maximè causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cementa componuntur. Intrita quoq; quo uetustior, eo melior. Vbi Hermolaus, Intrita uidetur esse calx, sed illa maximè quæ non è gleba statim ad opus confertur, sed tempore maceratur, atq; fermentescit. Vtuntur uoce illa Varro, Col. Vitruuius: ut intrita propriè nobilibus tectorijs, calx è gleba uulgaribus (ita enim Iurisconsulti quoq; appellant) & uilibus albarijs ferè dicata sit. Legitur & Intritum, libro 35. capit. 13. pro terra ipsa, unde lateres finguntur. In quo tamẽ noscendum, Intritam eo loco, non Intritum in uetustis exemplaribus scriptum fuisse. Hermolaus.

Intrita, Catoni alia res est, hoc est, emplastrum ad insitionem. Plinius libro 17. capit. 16. 2, Sed id etiam apud ueteres Græcos inuenitur, & apud Catonem, qui oleam ficumq; sic inseri iussit, mensura etiam præfinita secundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atq; ita coagmentari, & illa sua intrita oblini. Hîc uidetur Intrita pro fæce uini poni Hæc Beroaldus. Ego uerò Intritam interpretor lutum, aut terram manibus subactam & mollitam. Sic enim Cato in capit. de Insitione, ad finem, Hæc omnia luto depsito, oblinito, alligato, &c.

Interordinium] Interordinij (μεσοστίχιον) Spatium quod est inter duos ordines: sicut inter palum, inter columnas, intercolumnium nominatur. Col. libro 3. capit. 13. 2, Et si fossore tantum terra uersetur, minimum est quinq; pedum interordinium, septem maximum. Idem libro 5. capit. 5, Sed de spatijs ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut intelligant agricolæ siue aratro uineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda.

Interpateo] tes, pen. corr. interpatêre. Macrob. libro 7. Saturn. cap. 15, Propterea meatibus distinctus est, & interpatet rimis.

Interpedio] dis, pen. corr. interpedire. Macrob. lib. 7. Saturn. capit. 12, Calor sensum occupat, & gustatum linguæ feruor interpedit.

Interpello] interpellas (διακόπτω, σύνοχλέω) interpellare, Loquentem alloqui, & quasi sermonem eius interrumpere, Interfari. Cic. 1. Tusc. 27, Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo.

Odiosè interpellare. Vide Odium.

Vigilantem interpellare. Cic. 7. Verr. 73.

Interpellare, Obturbare. Cic. ad Qu. fratrem, libro 2. 12. 1, Tu metuis ne me interpelles? primo si in isto essem, tu scis quid sit interpellare, &c. Tu uerò ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare uelim. Cesar, Sed interpellatum aduentum Cæsaris profugisse. Id est (inquit Budæus) à conatu & incœpto deterritum.

Interpellare stuprum, Impedire. Liu. 3. ab Vrbe.

Interpellare partam uictoriam, Impedire, remorari. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 261.

Interpellata dulcedo alicuius. Liu. 9. ab Vrbe, 72, Itaq; apud infensos ob interpellatam dulcedinem iræ, confestim oratio habita est, ut doceretur miles, &c. Id est, ob reuocatos à cæde milites. Budæus.

Interpellare debitorem, Est appellare, hoc est, in iudicium uocare. Pomponius, Si nemo sit qui à parte promissoris interpellari traiectitiæ pecuniæ possit: idipsum testatione complecti debere, ut pro petitione id cederet. Budæus.

Interpellare, Rogare. Valer. Max. lib. 3, Cato rogatus ut socios apud auunculum adiuuaret, constanti uultu non facturum se respondit. Iterum deinde, ac sæpius interpellatus, in propositi perstitit. Valla in Raudensem.

Interpellandi locus hic erat. Hora. 1. Sermon Satyr. 8. 6.

¶ Interpellatus, participium, Lucrũ interpellatum. Hirtius de bell. Alexan. Sibiq; quod rapuerant, acceptum ferebant: quod intercíderat, aut erat interpellatũ, Cassio assignabant.

¶ Interpellatio, Verbale (διάκοψις) Cicero ad Atticum, libro 12. 256, Putabam enim commodius te idem istud domi agere posse interpellatione sublata. Idem 2. de Oratore, 22,

Etsi, inquit, Antoni minimè impediendus interpellatione iste cursus orationis tuæ. Idem Leptæ, libro 6. 18. 10, Itaq; literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione uersor. Plinius epistol. 213, Inopportuna interpellatio.

¶ Interpellator, penul.prod. Verbale, Interuentor qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem. Cicero 3. Offic. 75, Dictabat se hortulos aliquos emere uelle, quò inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset.

Molesti alieni sermonis interpellatores Dialectici. author ad Heren. lib. 2. 49.

Interpensiua] penul.prod. apud Vitrunium, Perticarum, tigillorum, asserumue genera sunt, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias deriuandos, uel alium quemuis usum interlocantur, quasi ea quæ à pendendo Græci appellant κρεμαστήρια. Interpensiui uerò parietes sunt, qui supra contignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed in pendenti surgunt. Herm.

Interplico] interplicas, penul.cor. (παρεμπλέκω) interplicare. Stat. 4. Thebaid. 44.

Albáq; puniceas interplicat infula cristas.

Interpolo] interpolas, penul.cor. (ἐπισκευάζω, ἀνακαινόω, ἀνανεόμαι) interpolare, Immutare, inquit Sipontinus, & nouam formam uetustis addere. Dictum quasi interpolire. Ab arte fullonia, quæ poliendo uetera quæq; in nouam speciem mutat. Cicero 3. Verr. 112, Aliquid demendo, mutando, curando ne litura appareat, interpolando. Vlpianus in l. præcipiunt ædiles. ff. de ædilitio edicto, Vbiq; enim curent ædiles, ne emptores à uenditoribus circumueniantur, etc. præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, & simpliciora esse & ad ministeria aptiora & dociliora: trita uerò mancipia & ueterana, difficile est reformare. Quia igitur uænalitiarij sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant ueteratores, & pro nouitijs uendunt. Hermolaus, Interpolare thura, est rudia quum sunt, polire: omninoq; uerbum illud nouare, mangonizareq; significat. Vnde Vestes interpolatæ, & Mancipia interpolata, in iure Ciuili, quæ quum sint ueterana, lenocinio, & arte faciem mutant, pro recentibusq; ac nouitijs licentur. Albaria tectoriorum interpolantur, inquit Plinius libro 35. capit. 16. 3. hoc est, tectoria quibus propter uetustatem color albus induci solitus exoleuisset, exalbantur, renouanturq;. De quo uerbo & Nonius Marcel. pluscula.

Renouare & interpolare. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 14. 2.

¶ Interpolatio, Verbale (ἀνακαίνωσις) Plin. lib. 13. capit. 12. 1, Hanc excepit Romæ Fanij sagax officina, tenuatumq; curiosa interpolatione principalem fecit è plebeia.

¶ Interpolis, & hoc interpole, penul.corr. (ἀνακαινωτικὸς) Quod est interpolatum. Plin. lib. 19. capit. 2. 3, Est quidem eius natura interpolis, rursusq; quamlibet uetustum nouo miscetur. De sparto. Plaut. Mostel. 4. 117,

Nam isthæc ueteres, quæ se unguẽtis unctitant, interpoles,
Vetulæ, edentulæ, quæ uitia corporis fuco occultant.

¶ Interpolus, penul.cor. Adiectiuum (ἀνανεωτικὸς) Idem. Vlpianus in l. Labeo libro. ff. de contrab. empt. & uend. Si uestimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum quod interest, si ignorant interpola emerit.

¶ Interpolator, penul.prod. Verbale (ἀνακαινωτὴς) Qui antiquas uestes resarcit ac renouat, ut eas facilius uendat.

¶ Interpolatrix, penul. prod. interpolatricis (ἀνακαινώτρια) Mulier quæ idipsum facit quod interpolator. Pompon. Interpolatricem accersire oportet, quæ huic uestem adducat.

Interpono] interponis, penul.prod, interposui, interpositum, penul. corr. (σύνθημι, παρασύνθημι, παρεμβάλλω) interponere, Notæ significationis. Cicero de Amicitia, 3. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne Inquam & inquit sæpius interponeretur.

Interponere accusatorem. Cic. 3. Verr. 20.

Interponere aliquid audaciæ alterius, Obsistere & reluctari. Cic. 2. Philip. 36.

Aquam, Immiscere aquam uino. Mart. lib. 1. 177.

Authoritatem. Cic. 13. Philip. 154.

Condimentis. Plin. libro 20. capit. 15. 3, Similis autem & huic usus. Nanq; & panibus Alexandrinis subigitur, & condimentis interponitur. Hoc est, immiscetur.

Consilium suum consilio alterius. Liu. 6. bell. Maced. 140.

Decretum. Cic. 4. Verr. 83.

Dies intercalares mensibus: hoc est, Inserere. Liuius 1. ab Vrbe, 80.

Diebus aliquot interpositis: hoc est, interiectis. Varro 3. de Re rust. cap. 9. 8. Cic. 2. Verr. 20.

Fidem alicui. Cæsar 5. bell. Gal. 24.

Fidem suam in aliquam rem, Rem aliquam in suam fidem recipere. Cic. pro Rosc. Amer. 67.

Iudicium suum, Iudicio comprobare. Cic. Att. libro. 8. 147. 14. Idem 2. de Diuin. 123, Quum autem proprium sit Academiæ, iudicium suum nullum interponere, &c.

Iusiurandum, Iureiurando affirmare. Liu. 4. bell. Maced. 94.

Moram, quod & Moram nectere dicitur: hoc est, differre, & morari. Idem 1. Academ. 2, Quod quum audissemus, nullam moram interponendum putauimus, quin uideremus hominem nobiscum, & studijs eisdem, & uetustate amicitiæ coniunctum.

Magnáq; fluminis interposita mora. Cæsar 1. bell. Ciuil. 240.

Nomen alicuius in re aliqua, pro Adumbrare, & accommodare in speciem & in fraudem. Cic. 3. Verr. Budæus.

Noctem. Cic. pro Murena, 34, Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.

Operam suam pro aliquo. Cic. 1. Verr. 35.

Pœnas. Cic. 4. Ver. 46, Iste pœnis, compromissisq; interpositis. H—S CCC. extorquenda curauit.

Postulatum, pro postulare. Cic. ad Att. lib. 7. 134. 3.

Querelas. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 7. 2.

Se, pro Immiscere se, uel intermiscere. Cicero in Vatinium, 29, Num quem putes illius tui certissimi gladiatoris similem Trib. plebis posse reperiri, qui se interponat, quo minus reus mea lege fiat? Idem ad Qu. frat. lib. 3. 20. 7, De Ascanione tu uerò quod uoles facies, me nihil interpono.

Se in. Cic. Lepido, libro 10. 27. 3, Itaq; sapientius meo quidem iudicio facies si te in istam pacificationem non interpones.

Spatium. Cic. pro Cluent. 3.

Suspitionem. Cæsar 4. bell. Gal. 578.

Verbum. Cic. pro Quintio, 8.

¶ Interpositus, penul.corr. Participium (παρασυντεθεὶς) Plinius libro 18. cap. 16. 5, Interpositis quinis diebus. Hoc est, interiectis uel intermissis.

Spatium interpositum. Lucret. lib. 4. 114.

¶ Interpositus, huius interpositus, penul.corr. (παρεμβολή) Cic. 2. de Nat. deor. 148, Tum ipsa incidens in umbram terræ, quum est è regione Solis, interpositu, interiectuq; terræ, repentè deficit. De luna.

¶ Interpositio, Verbale (παρεμβολὴ) Cicero 2. de Inuent. 12, Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum, ut, Quid sit bonum, &c.

¶ Interpositio, pro ijs quæ lineis superscribi & interscribi solent dum

Digitized by Google

*solent dum aliquid emendatur.Cic.ad Tironem, lib.16.22.*
*3,Vna omnino interpositio difficilior est,quam ne ipse quidem facilè legere soleo,de quadrimo Catone.*

Interpremo] *interpremis,penul.cor.interpressi,interpressũ,* (*διαπλέω*)*interpremere,Intercludere.Plaut.Rud.16.39,*
*Quid sacerdotis scelestus fauces interpresserit.*

Interpres] *interpretis,penul.cor.com.g.*(*ἑρμηνεύς,μεταφραστὴς*)Est(*inquit Sipontinus*)*qui in aliqua re agenda medius est, & ueluti conciliator & author.Plaut.Curcul.8.*
*63,Quod te præsente istic egi, teq; interprete.Cic.5.Verr.*
*71,A.Valentinus est in Sicilia interpres:quo iste interprete, non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia uti solebat.*
*Interpres pacis.Liu.1.bel.Pun.47.*
*Lingua interpres.Horat.de Arte,23.*
*Malus interpres.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.9*
*Interpres & nuntius.Cic.Bruto,10.4,Improbissimis literis quidam fallacibusq; interpretibus ac nuntijs impulerunt in spem certissimam Consulatus.*
*Per amicos & interpretes agere aliquid.Cic.6.Verr.44.*
*Interpres, Qui obscura queq; exponit: quòd homines huiusmodi,animos eorum quibus dati sunt interpretes, sciscitantur,& inuicem illis exponunt.Plaut.Pœn.5.35,*
*Nam isti quidem hercle orationi Oedipo opus*
*Est coniectore,qui Sphyngi interpres fuit. Virgilius 3. Aeneidos,72,*
*Troiugena interpres diuûm.Vbi Seruius,Interpres,Vaticinator,qui mentem deorum mortalibus publicat.Sic Augurium atq; extûm interpretes, apud Ciceronem in Oratore,87.*
*Interpres curarum.Virg.4.Aeneid.122.*
*Hominum,diuumq; interpres.Virg.10.Aeneid.33.*
*Interpretes portentorum Galeotæ in Sicilia nominabantur. Cic.1.de Diuin.71.*
*Cõiector quidã,& interpres portentorũ. Cic.2.de Diuin.90.*
*Somniorum, atq; omnium interpretes, coniectores uocamus. Quint.lib.3.cap.6.23.*
*Interpres Iouis & satelles aquila.Cic.2.de Diuin.111.*
*Interpretes & internuntij Iouis,augures.Cic.13.Philip.352.*
*Interpretes poetarum,grammatici.Cic.1.de Diuin.64.*
*Interpretes iuris.Cic.in Topicis,3.*
*Sanctissimus legum interpres.Iuuen.Satyr.4.8.*
*Interpres & doctor.Cic.Trebatio,lib.7.20.3.*
*Explanationes interpretum.Cic.1.de Diuin.190.*
*Interpres, Qui conuertit ex una lingua in aliam.Cic. de Opt. gen.oratorum.148, Nec conuerti ut interpres, sed ut orator,sententijs ijsdem,& earum formis tanquam figuris uerbis ad nostram consuetudinem aptis.*
¶ Interpretor,pen.corr.*interpretaris,interpretatus sum,*(*ἑρμηνεύω, μεταφράζω*) *interpretari*, Exponere, explicare, explanare.Cic.2.Offic.6, Nec quicquam aliud est philosophia,si *interpretari uelis,quàm studium sapientiæ.*
*In diuersum aliquid interpretari.Quint.lib.3.cap.6.62.*
*Obscurè dicta interpretari.Quint.lib.3.cap.4.2.*
*Interpretari legem,& æquitate explicare.Cic.7.Philip.263.*
*Interpretari authores.Cic.1.de Orat.76.*
*Interpretari nomine aliquo,&c.Plin.lib.13.cap.22.2.*
*Verborum uim interpretari. Cic. de Fato,31.Et pro Corn.Balbo,29, Quasi uerò priscum aliquod aut insolitum uerbum interpretaretur.*
*Interpretari somnium. Cic.1.de Diuinat.95.*
*Interpretari ad uoluntatem.Liu.9.bel.Maced.163.*
*Malè interpretari,pro Malignè accipere. Senec. epist.64.*
*Rectè an perperam interpreter, fuerit ista eius deliberatio,qui bellum susceperit.Liu.1.ab Vrbe,95.*
*Interpretari,Iudicare. Cicero 3. Offic.155,Reditu enim in castra,liberatum se esse iureiurando,interpretabatur,non rectè.Budæus.*
*Interpretari de.Cic.Planco, in Epistolis ad Attic.lib.16.341,*
*6,Quod si à te erit impetratum,sic uelim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum,ut tuo summo beneficio me affectum iudicem.*
*Interpretari pro sua sapientia aliquid.Cicero ad Seruilium,libro 13.73.4.*
*Interpretari grato animo. Cicero de claris Oratorib.3. Hoc est,in bonam partem accipere.*
*Interpretari ex.Cic.de Amicit.20,Iam uirtutem ex consuetudine uitæ sermonisq; nostri interpretemur.*
*Interpretari in mitiorem partem.Cic.pro Murænâ,59.*
*Interpretatur numen suum uiolari:id est,Existimat & iudicat. Plin.in Paneg.54.*
*Peruersè interpretaris.Plaut.Trucul.4.39.*
*Quum huius uerba interpretor:hoc est, Quantum ex huius uerbis colligere possum.Plaut.Bacchid.13.15.*
*Interpretari memoriæ alicuius:hoc est,reducere in memoriam Plaut.Epid.11.25.*
¶ Interpretatio, Verbale (*ἑρμηνεία*) Cicero in Part.70.Et 1. de Orat.13, Neq; ea interpretatione mea aut ornatius explicari,aut planius exprimi possint.
*Dura interpretatio.Quint.lib.2.cap.14.2.*
*Malitiosa iuris interpretatio.Vide* Malus.
*Interpretatio,inquit author ad Herennĩ,lib.4.190. est, quæ non iterans idem redintegrat uerbum,sed id cõmutat quod positum est,alio uerbo quod idem ualeat.*
*Interpretatio, Coniectura & iudicium.Liuius 2. ab Vrbe,37,*
*Non crediderit factum,an tantum animo roboris fuerit,nec traditur certum,nec interpretatio est facilis.Budæus.*
¶ Interpretamentum (*μετάφρασις*) Idem. Gellius, Ex quibus diuersa Latinæ linguæ interpertamenta collegimus. Idem lib.6.cap.2.Interpretamentum obscurius.Idem lib.5.capit. 18,Latinum interpretamentum.
¶ Interpretatus,pen.prod.Participium(*ἑρμηνευθεὶς*)Expositus,explicatus. Cicero 2.de Legib.48, Vesta quasi focus urbis, ut Græco nomine est appellata: quod nos prope idẽ Græcum interpretatum nomen tenemus.
¶ Interpretandus,Aliud particip. Exponendus, declarandus, explicandus.Iulianus in l.quum in testamento.ff. de hæred. instituendo. Hæc uerba sic interpretanda sunt.

Interpunctus] Adiectiuum (*διάστικτος*) Quod punctis distinctum est.Cicero 2.de Orat.178, Sed & festiuitatem habet narratio distincta personis,& interpuncta sermonibus.Ibidem,libro 3.95,Interspirationis enim,non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed uerborum & sententiarum modo interpunctis clausulas in orationibus esse uoluerunt.
¶ Interpunctum,Distinctio (*διάστιγμα*) Cic.3.de Orat.100, Clausulas enim & interpuncta uerborum animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.
¶ Interpunctio,Idem(*διάστιξις*)Cicero pro Murænâ, 21, Res enim sunt paruæ propè in singulis literis atq; interpũctionibus uerborum occupatæ,

Interpurgare] *διακαθαίρειν*, pro Purgare,aut circum purgare.Plinius libro 18.capit. 26.11, Ficus interpurgari, seminaria fieri.

Interputo] *interputas,penul.corr.* (*διακαθαίρω*) *interputare,Quasi per circuitum putare & purgare. Colu.lib.3,* Sed omnibus annis fòdi ante Calendas Martias & interputari oportet.Cato capit.50, Ficos interputato, & in uineâ siccos suc-



Digitized by Google

*siccos succidito alte, ne eas uites scandant.*

**Interquestus**] Adiectiuum. *Liuius Decad. 4. lib. 3, Aetolorum principes interquesti sunt, quòd non idem erga suam gentem Romanorum animus esset post uictoriam, qui in bello fuisset.*

**Interquiesco**] *interquiescis, interquieui, interquietum, pen. prod.* (μεταπαύομαι) *interquiescere, idem quod quiescere. Cato capit. 158. 1, Indidem sume tibi sextarium tepidum: ad de uini Coi cyathum unum: bibe, interquiescet. De aluo deijcienda. Cicero de claris Orat. 46, Quum hæc dixissem, & paululum interquieuissem, Quid igitur, inquit, &c.*

**Interrado**] *interradis, pen. prod. interrasi, interrasum* (διαξέω) *interradere, Idem quod circumradere. Col. de Arboribus, capit. 19. 2, Nam si spissè posueris, neq; infrà quicquam serere poteris, nec sic ipsæ fructuosæ erunt, nisi eas interraseris. Plin. lib. 15. capit. 1. 4, Oleæ attondentur sicut & uites, atq; etiam interradi gaudent.*

**Interradere**, pro *Limare & polire. Plin. lib. 33. cap. 11. 11. Iam uerò mensas repositorijs imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus altera: & interest quàm plurimũ lima perdiderit. Idem lib. 35. cap. 1, Interrasum marmor. Budæus.*

¶ **Interrasilis**, & hoc *interrasile*, penul. cor. (διαξυστὸς) *Limatus. Plin. lib. 12. capit. 19. 7, Coronat ex cinnamomo, interrasili auro inclusas.*

**Interregnum**] *interregni* (μεσοβασίλιον) Appellatur id tempus quo regnum uacat: hoc est, antè quàm in demortui locum nouus rex præficiatur. *Vide Liuium, 1. Decad. lib. 1. 71. Plinius de Viris illust. 3, Post consecrationem Romuli, quum diu interregno seditiones orirentur, &c. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 18. 5, Res uidetur spectare ad interregnum.*

**Interregnum**, per metaphoram aliquando dictum est, *quum loco magistratus interrex creatur. Liuius, Quum sine Curuli magistratu Resp. esset, patritij coiere, & interregem creauere, contentio, Consulésne, an Tribuni militum crearentur in interregno, rem complures dies tenuit.*

**Inire interregnum**, *Reges demortui uices fungi. Liu.*

¶ **Interrex**, *interregis, pen. prod. m. g.* (μεσοβασιλεὺς, αὐτοβασιλεὺς) Qui regis demortui locum tenet, donec alius substituatur. *Cicero 1. de Leg. 61, Nihilo credo magis illa quam interrex noster tulit, ut Dictator, quem, &c.*

**Interrex patritius**. *Cic. pro Domo sua, 30.*

**Interrex** (inquit *Asconius in Milonianã*) *comitiorum habendorum causa interdum creabatur, & eius imperij quinq; dies tantum erant. Substituebatur autem illi & alter & tertius, donec creati essent ordinarij Magistratus.*

**Interritus**] penul. cor. Adiect. (ἄφοβος) Idem quod Imperterritus: *ut,*

*Vultus interritus. Quint. lib. 1. cap. 3. 3.*

*Mens interrita lethi. Ouid. 10. Metam. 122.*

*Sola est interrita uirgo. Ouid. 6. Metam. 9.*

**Interrogo**] *interrogas, pen. corr.* (ὁρωτάω, ἐπερωτάω, ἐρωμαι, ἐπαίρομαι, αὐθαιρέω, διαπορέω, πευθάνομαι) *interrogare, Petere aliquid ab aliquo noscẽdi gratia. Plaut. Epid. 5. 66, Ibi illa interrogat illam, Quîscis? qui id dixit tibi?*

*Interroga si uenerit. Plaut. Pœnulo, 10. 19.*

*Interrogo an audiuerit, an uiderit. Plinius in Paneg. 109. Cicero in Oratore, 76, Vt interrogando urgeat, ut rursus quasi ad interrogata sibijpse respondeat.*

*Interrogabat suos in clamore ipso quis esset qui fame plebem necaret. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 7. 3.*

*Interrogabat quædã geometrica de dimensione quadrati. Cic. 1. Tusc. 89. Et 2. de Orat. 121, Interrogatus quid latraret.*

*Interrogare de. Cic. in Part. 1, Sic ego te uicissim eisdem de rebus interrogem.*

*Minutatim interrogare. Vide* Minuo.

*Interrogassit, pro Interrogauerit uerbum* XII. *tabularũ. Cic. 5. de Leg. 8, Quum magistratus iudicassit, interrogassit ue, per populum multæ pœnæ certatio esto.*

*Interrogare*, pro *Accusare. Tacitus lib. 13, Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in posterum interrogaretur. Vnde & Legibus interrogari*, pro *Postulari. Liu. lib. 8. bel. Macedon.*

¶ **Interrogatio**, *Verbale* (ἐρώτησις, πεῦσις) Petitio, *Cicero de Fato, 43, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atq; iners nominatum est.*

*Ignauum & iners interrogationis genus. Vide* Ignauus.

*Acuta interrogatio. Quint. lib. 5. cap. 7. 20.*

*Circunspecta interrogatio. Quint. lib. 5. cap. 7. 21.*

*Opportuna interrogatio. Quint. lib. 5. cap. 7. 8.*

*Longius repetita interrogatio. Quint. lib. 5. cap. 7. 11.*

*Scitæ interrogationis. Quint. lib. 5. cap. 7. 20.*

*Instare interrogationi. Quint. lib. 5. cap. 7. 11.*

*Instare interrogatione. Quint. lib. 6. cap. 3. 26.*

¶ **Interrogatiuncula**, penul. corr. (ὁρωτημάτιον) Diminut. *Cicero in Parad. 3, Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit, efficit. Idem 4. de Fin. 12, Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.*

**Interrumpo**] *interrumpis, interrupi, penul. prod. interruptum* (διαῤῥήγνυμι) *interrumpere*, Rumpere, *uastare. siue per medium rumpere, & effringere. Plancus Ciceroni, libro 10. 23. 7.*

*Pontes quos feceram, interrupi. Liu. 2. ab Vrb. 44, Itaq; monere prædicere, ut Pontem ferro, igni, quacunq; ui possent, interrumpant.*

*Ordinem interrumpere*, Confundere. *Columel. libro 1. capite 2. 1. 19.*

*Somnos interrumpere, Interturbare. Plin. lib. 28. capit. 4. 21.*

*Simgultus interrumpens pias querelas. Ouid. 11. Metam. 85.*

*Interrumpere*, aliquid dicentem facientémue impedire. *Cæsar 1. bel. Ciuil. 278, Improuisò ad uallum aduolat, colloquia interrumpit, nostros repellit à castris. Idem 3. bel. Ciuil. 77. Mediam orationem interrumpere Plaut. Trinum. 17. 26, Sermonem interrumpere.*

*Interrumpere iter amoris & officij. Cic. ad Att. lib. 4. 7. 1.*

¶ **Interruptus**, Participium (διῤῥηγμένος) *Liu. 6. bel. Pun. 26, Ne interrupta Romanis acies uideatur.*

*Amnis interruptus aquis. Lucan. lib. 2. 43.*

*Interrupta cõsuetudo longis temporum interuallis, Intermissa. Cic. ad Cæsium, lib. 15. 14. 4.*

*Ignes interrupti. Virg. 9. Aeneid. 49.*

*Itinera interrupta, & imperuia. Tacit. lib. 3.*

*Pendent opera interrupta. Virg. 4. Aeneid. 18.*

*Interruptæ atq; morientes uoces. Cic. pro Cælio, 47.*

*Interruptũ & Continuatum, contraria. Cic. 3. de Orat. 115.*

*Interrupta contexere. Cic. 1. de Leg. 14.*

*Inter quasi rupta*, pro *Interrupta quasi. Lucret. lib. 5. 50.*

¶ **Interruptè**, Aduerbium (διῤῥηγμένως) Incisè, *uel cæsim, audiuisè. Cic. 2. de Orat. 179, Erit autem perspicua narratio, si uerbis usitatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabitur.*

**Interscalmium**] μεσοσκάλμιον, *Budæus*, Interscalmia, *spatia inter remiges dicta sunt. Bayfius putat esse interscalmium spatium illud in naui, quod est inter scalmum & scalmum. Hac uoce usus est Vitruuius libro 1. capit. 2, Nauibus interscalmio, &c.*

**Interscapilium**] *interscapilij* (μεσόμιον) *Sipontinus, Scapilium ueteres pro tergo usurparunt: & aliquando pro ipsa scapula. Vnde & spatium quod inter scapulas est, inter scapilium nominauere.*



Digitized by Google

Interſcindo] *interſcindis, interſcidi, pen. corr. interſciſſum,* (διακόπτω) *interſcindere: Per medium ſcindere.* Liu. 8. *bell.* Pun. 31, *Arcto freto interſcindi.* Cicero 2. *de Legib.* 17, *Nec quia nuſquam erat ſcriptum, ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſiſteret, à tergoq; pontem interſcindi iuberet.* Gellius *lib.* 12. *cap.* 1.

Interſcribo] *interſcribis, penul. prod. interſcripſi, interſcriptum,* (διαγράφω) *interſcribere: In medio ſcribere.* Plinius *libro* 7. *epiſt.* 129. *b*, *Poteris & quæ dixeris poſt obliuionẽ retractare, multa detinere, plura tranſire, alia interſcribere, alia reſcribere.*

Interſeco] *interſecas, penul. corr. interſecui, interſectum, & interſecatum* (διατέμνω) *interſecare, Per medium ſecare.* Author *ad Herrennium, lib.* 3. 113, *Vt ipſa pronuntiatione res ipſas quas demonſtrauimus, inſerere atq; interſecare uideamur in animis auditorum.*

¶ Interſectio, onis, *Verbale.* Vitruuius *lib.* 3. *cap. ult.*

Interſepio] *interſepis, penul. prod. interſepſi, interſeptum* (διαφράττω) *interſepire, Veluti ſepibus quibuſdam intercludere, & iter impedire.* Liuius 4. *bel.* Macedon. 155, *Per triduum inſequens territauit eos, nunc prælijs laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quædam, ne exitus ad fugam eſſet.* Idem 1. *ab Vrbe*, 118, *Id factum magnæ parti peditum Romanorum conſpectum abeuntis Albani exercitus interſepſit.*

Interſepire *urbem uallo.* Liu. 5. *bell.* Pun. 53. *Et lib.* 4. 105.

Interſeptum *iter*, Occupatum. Cic. *pro* Corn. Balbo, 34.

Interſepta *foramina.* Cic. 1. *Tuſc.* 76.

Interſero] *interſeris, penul. corr. interſeui, interſitum, penul. corr.* (διαφυτεύω) *interſerere*, In medio plantare, ſeminare, *inſerereue.* Columel. *libro* 3. *capite* 17. 1, *Coæquato deinceps paſtinato malleolus ordinarijs uitibus interſerendus eſt.*

*Medijs interſerit oſcula uerbis.* Ouid. 10. *Metam.* 111.

*Omnia pomis interſita.* Lucret. *lib.* 5. 277.

*Interſita peregrinatio.* Plin. *epiſt.* 63.

Interſero] *interſeris, penul. cor. interſerui, interſertum* (παρεμβάλλω) *interſerere*, Interponere. Plin. *epiſt.* 63. *a*, *Prædia agris meis uicina, atq; etiam interſerta, uænalia ſunt,* Plin *auunculus lib.* 28. *cap.* 16. 15, *Vt potioni interſeri poſſint.* Vetus *codex habet interi.*

Interſiſto] *interſiſtis, interſiſtere, pro* Reſiſtere *in medio ſpatio.* Quint. *lib.* 8. *cap* 3, *Quia ultima prioris ſyllabæ littera, quia exprimi niſi labris coeuntibus non poteſt, aut interſiſtere nos indecentiſsimè cogit, aut continuata cum inſequente in naturam eius corrumpitur.* Item *lib.* 9. *cap.* 4, *Interſiſtentes clauſulæ.*

Interſiſtitur, Impersonale. Quint. *lib.* 9. *cap.* 4, *Tum longè per ſe, & ueluti optimæ ſyllabæ, aliquid etiam medij temporis inter uocales quaſi interſiſtatur aſſument.*

Interſpiro] *interſpiras, penul. prod.* (διαπνέω) *interſpirare, De medio ſeu per medium ſpirare.* Cato *capite* 112, *Manu comprimito acina, ut combibant aquam marinam: ubi impleuerit dolium, operculo operito, relinquito qua interſpiret.*

¶ Interſpiratio, *Verbale* (διαπνοή) Cicer. 3. *de* Orat. 95, *Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, &c.* Plin. *libro* 23. *capite* 1. 17.

Interſterno] *interſternis, interſtraui, interſtratum*, penul. *prod.* (διαστρωννύω) *interſternere*, In medio ſternere. Iuſtinus *libro* 1, *Hæc Babyloniam condidit, murumq; urbi cocto late re circundedit, arena, pice, bitumine interſtrato.* Plin. *libro* 29. *capit.* 2. 5.

Interſtinguo] *interſtinguis, interſtinxi, interſtinctum* (διαστίγνυω) *interſtinguere, Per interualla aliqua extinguere.* Feſtus, *Ignis Veſtæ ſi quando interſtinctus eſſet, uirgines uerberibus afficiebantur.* Apul. *Iamq; protinus obliſis faucibus interſtinguere eum debuiſſet. Antiquum.*

¶ Interſtinctus, Partic. (διάστικτος) Martianus, *Stellantibus oculis interſtinctos. Id eſt, Variegatos, diſtinctos.* Bud. *Fortaſſe legendum, intertinctos.*

*Spatia interſtincta columnis.* Stat. 3. *Sylu.* 5. 18.

Interſtitium] *interſtitij* (διάστημα) Diſtantia *& interuallum.* Macrobius, *Quũ quatuor ſint elementa, ex quibus conſtãt corpora, terra, aqua, aer, ignis: tribus ſine dubio interſtitijs ſeparãtur, quorũ unũ eſt à terra uſq; ad aquam, &c.*

Interſtitium *lunæ*, Dicitur *interlunium.* Apul. *Difficultas itineris, ac globoſi ſideris interſtitium.*

¶ Interſtitio, *interſtitionis* (μιτάπαυσωλή) Ceſſatio, Vacatio. Gellius *libro* 20. *capit.* 1, *Velut quoddam iuſtitium: id eſt, iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationẽ.*

Interſtrepo] *interſtrepis, penul. corr. interſtrepui, interſtrepitum*, penul. *corr.* (διαψοφέω) *interſtrepere*, Strepitum emittere *inter alios.* Virg. 9. *eclog.* 8,

Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores.

Interſtringo] *interſtringis, interſtrinxi, interſtrictum* (διασφίγγω) *interſtringere*, Idem quod Stringere. Plaut. *Aulul.* 2. 4. 31, *Ibo intrò, atque illi tuo ſocieno iam interſtringam gulam.*

Interſtruo] *interſtruis, interſtruxi, interſtructum* (διαδομέω) *interſtruere.* Silius *lib.* 10. 30,

——Teleſinus ad oſſa.

Illiſo ſaxo, *qua ſpina interſtruit artus*, Occumbit. *Id eſt, ubi ſpina, quæ eſt in medio dorſi, artus connectit.*

Interſum] συναθίημι, Vide Intereſt.

Intertaleo] *leas, leare*, Verbum antiquum, Diuidere. Varr. *de Re ruſticâ, lib.* 1, *Nam etiam nunc ruſtica uoce intertaleare dicitur diuidere, uel excidere ramum ex utraq; parte æquabiliter præciſum, quas alij clabulas, alij taleas appellant.* Nonius.

Intertextus] *Adiectiuum* (διύφαντος) *ut, Intertexta ueſtis.* Quintil. *lib.* 8. *cap.* 5, *Neminem deceat intertexta pluribus notis ueſtis.*

*Flores intertexti hederis.* Ouid. 6. *Metam.* 26.

*Telæ intertextæ.* Stat. 3. *Sylu.* 5. 2.

Intertignium] *nij, neut. g. Interuallum quod eſt inter tigna*, Vitruuius *lib.* 4. *cap.* 2.

Intertingo] *intertingis, intentinxi, intertinctum, intertingere.* Plin. *lib.* 36. *cap.* 8. 3, *Thebaicus intertinctus aureis guttis, inuenitur in* Africæ *parte* Aegypto *adſcriptæ.*

Intertraho] *intertrahis, intertraxi, intertractum* (μεθέλκω) *intertrahere*, De medio trahere. Plaut. *Amphi.* 8. 39, *Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.*

Intertrigo] penul. *prod. intertriginis. f. g.* (διάτριμμα) *Malum eſt quoddam, quum femina equitatu aliaue ſimili de causa atteruntur, aduruntur q;.* A Græcis παράτριμμα dicitur. Dioſcorides autem *paratrimma, id eſt, intertriginem uocat, quum pes pedem, uel ungula ungulam terit: ut in genere ueterinario contingit: id eſt, iumentis.* Colum. *lib.* 7. *capit.* 5, *Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, uel alumine, & ſulphure atq; aceto miſtis ritè eruentur.*

Intertrimentum] *intertrimenti* (διάτριμμα) Varro *libro* 4. *de lin. Lat. Detrimentum à detritu dicitur: quòd ea quæ trita ſunt, minoris pretij ſunt. Ab eadem mente intertrimentum, ab eo quòd duo quæ inter ſe trita ſunt, etiam diminuta ſunt.* Terent. *Heaut.* 3. 1. 39,

Nunc quum ſine magno intertrimento non poteſt
Haberi, quidquid dare cupis. Ci. 3. *Verr.* 94. *de æde Caſtoris,*

quam P. Iunius sartam tectam tradere debebat. Cum eo sine ullo intertrimento (inquit) conuenerat iam quemadmodū traderetur. In impreßis libris Nutrimento mendose legitur. Asconius, Detrimentum, unius partis esse potest: intertrimentum uerò dantis et accipientis. Secundum quod Cicero intertrimentum pro communi conficiendi alicuius negotij iactura posuit. Budæus.

Intertrimentum, pro Euanida argenti parte, quæ in excoctione deperit. Liu. 2. bell. Maced. 26, Carthaginienses eo anno argentum in stipendium primum impositum adnexerunt: id quia probum non esse. Quæstores renuntiauerunt, experiētibusq; pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentum argenti suppleuerunt. Budæus.

Intertrimētum, pro eo quod in unaquaq; re deperditur, ac decedit. Liu. lib. 4. bel. Maced. In auro uerò, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti sit, quæ malignitas est? Id est, nihil iacturæ.

¶ Intertritura, intertrituræ, penul. prod. Idem. Scæuola in l. pignori, §. ult. ff. de pignor. actione, Quæro intertrituram, quæ ex operis facta est, utrum Titius debitor, an Seius agnoscere debeat.

Interturbo] interturbas (διατυράττω) interturbare, Valde turbare. Terent. And. 4. 1. 39, Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. interturbat.

¶ Interturbatio, Verbale (διατύρωσις) Liuius 3. bel. Pun. 33, Ipsiq; ualetudinem excusans patri, animi quoq; eius mirabilem interturbationem quum quæreret, &c.

Interuaco] interuacas, penul. corr. (διαλείπω) interuacare. In medio uacuum manere. Columella libro 6. capit. 32. Balbus trepidaneis interuacantibus spatijs obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.

Interuallum] interualli (διάστημα, διάλειμμα) Spatium quod est inter palos, uallum castrense constituentes: à quo omne spatium, interuallum est appellatum. Plin. lib. 6. cap. 22. 2, Septem dierum interuallo taxato. Cæsar 1. bell. Gall. 219, Paribusq; interuallis Hirudes, Marcomanos, &c. omnemq; aciem suam rhedis & carris circundederunt.

Interuallum annuum regni, Dum uacat regnum per annum: Liu. 1. ab Vrbe, 171.

Interualla permittere. Plin. in Paneg. 104.

Interuallum fuit. Plaut. Rud. 4. 49.

Eodem interuallo. Cic. 7. Verr. 5, Ne quum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam ulla peruasit. Id est, eodem tempore.

Aeris interuallum. Lucret. lib. 4. 38.

Siderum interualla. Quintil. lib. 2. cap. 17. 24.

Interualla requietis habere. Cic. 1. de Finib. 76.

Per interualla, Alternatim. Plin. Iuuior de Viris illust. 4. 4, Singulos per interualla interfecit.

Interuallis moueri, Per certa horarum & temporis spatia. Cicero 1. Acad. 41.

Interuallis paribus. Plin. lib. 2. capit. 11. 2.

Longo interuallo. Cic. pro Roscio Amer. 7, Longo interuallo indicium inter sicarios hoc primum committitur. Id est, post longum interuallum.

Longo interiecto interuallo. Vide Interiicio.

Tanto interuallo. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. 4, Primum ut te quem iam diu facio plurimi, tanto interuallo uidere: deinde ut tibi, &c. Id est, post tantum interuallum.

Ex tanto interuallo. Liu. lib. 2, Cur ex tanto interuallo rem defactam usurparent. Idem 3. ab Vrbe cond. 230. Id est, post magnum interuallum.

Interuallum literarum. Cic. ad Trebatium, li. 7. 18. 7, Tu, si interuallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus.

Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit, Liu. 2. ab Vrbe, 217. Id est, paulo post populati sunt.

Interuallo facto. Liu. 2. ab Vrbe, 7.

Dare alicui interuallum soluendi. Vlpianus in l. si uerò. §. si post ff. mandati uel contra.

¶ Interuallatus, pen. prod. Adiect. (διαλελειμμένος) ut, Interuallata febris, quam intermittentem et reuertentē uocamus. Gel. lib. 17. cap. 12, Hæc biduo medio interuallata febris.

Interuello] interuellis, interuelli uel interuulsi, interuulsum (διαπτίλλω) interuellere, Idem quod Euellere, uel de medio uellere. Plin. lib. 17. cap. 27. 9.

Omnia poma interuelli melius est. Colum. lib. 4. cap. 33. 2.

Interuellere barbam. Seneca epist. 115, Quod faciunt ij, qui barbam uellunt, aut Interuellunt. Id est, aut qui euellunt totam, aut aliquos tantùm pilos, quo rariorem faciant.

Interuenio] Interuenis, pen. corr. interueni, pen. prod. interuentum (ἐφίστημι, ἐπέρχομαι) interuenire, In medio negotio quasi ex insidijs superuenire, & opprimere in ipso actu, qui rem celatam uellent. Terent. in Prologo Hecyr.

——hæc quum data est
Noua nouum interuenit uitium & calamitas. Cicero ad Atticum, lib. 15. 326, 2, Quam orationem quum ingressus essem, Cæßius interuenit.

Interuenio, cum accusatiuo. Tacit. lib. 3. Lepida ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrū cum claris fœminis ingressa, &c.

Interuenit cogitatio minor maiori, &c. Liu. 9. bel. Pun. 29.

Interueniunt iræ. Plaut. Amphit. 10. 59.

Interuenit deinde ijs cogitationib. auitum malū, regni cupido.

Interuenit nox. Liu. 3. bel. Punic. 93, Plures cecidissent, ni nox prælio interuenisset.

Plangor interuenit omni uerbo. Ouid. 11. Metam. 42.

Interuenire cœptis. Liu. 1. ab Vrbe.

Interuenire malo. Plaut. Milite, 20. 23, Mole ne interueneris quæso Dum resipiscit? Id est, uide ne dum festinas, accipias malum.

Interuenire, pro Se interponere. Suetonius in Cæsare, Verūm neq; Senatu interueniente, & aduersariis magistratibus ullam se de Repub. facturos pactionem, in citeriorem Galliam rediit.

Interuenire, Interesse. Cicero Quod non esset factum si ipse interuenissem.

Interuentum est alicui de improuiso. Impersonale. Terentius Heaut. 2. 3. 40.

¶ Interuentus, huius interuentus (ἐπέλευσις) Cicero ad Atticum, lib. 16. 336. 2, Caleni interuentum & caluennæ cauebis. Cæsar 3. bell. Gall. 411, Noctis interuentu. Cic. 1. de Nat. deor. 153, Nullo malorum interuentu.

¶ Interuentor, Verbale (ἐπιλευστὴς) Qui interuenit, & impedit agentem aliquid. Cicero de Fato, 4, Omnis ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio, idq; & sæpe aliàs & quodam liberiore quàm solebat, & magis uacuo ab interuentoribus die.

Interuentor, pro Fideiussore, in l. licet. de obsequijs à liberis & libertis præstandis, Vlpianus utitur, & Lampridius in Cōmodo, Paternum autem (inquit) huius cædis authorem, & quantum uidebatur paratæ necis Commodi conscium & interuentorem. Budæus.

¶ Interueniens, Participium (ἐπερχόμενος) Cicero 3. Tuscul. 67, In magna parte uitæ dolore non interueniente.

Interueniente flumine cui nomen est Vior: hoc est, interlabente, uel interfluente. Plin. lib. 5. cap. 1. 13.

Interuenientibus desertis: hoc est, interiectis. Plinius libro 5. capit. 7. 3.

Interuc-

Digitized by Google

Interuenium] interuenij (μεσοφλέβιον) Spatium illud quod est inter uenas terræ. Vitruuius libro 8, Sed non per interuenia dilabantur & decrescant. Idem libro secundo, capite 6.

Interuerto] Interuertis, interuerti, interuersum (ὑπεξαιρέομαι) interuertere, Callidè surripere: quod plerumq; fit, quũ rem commodatam aut creditam, dolo ne restituatur domino, efficimus, authore Valla lib. 5. Plaut. Asin. 6.103,

Vnde sumam? quem interuertam? Idem Pseudulo, 13.112,

Vt me, si posset, mulliere interuorteret. Cicero 6. Verr. 60, Candelabrum quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, à Verre, qui illud commodato à rege acceperat, interuersum esse conqueritur. Marcellus Iurisc. in l. si duo. ff. depositi, Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interuerterint.

Dicimus autem interuertere aliquem simpliciter, & Interuertere aliquem re aliqua, & Interuertere rem aliquam.

Possessionem interuertere. Marcellus in l. si quis rem, quam. ff. de acq. uel amit. possess.

Interuertere, & ad sese transferre. Cic. 2. Philipp. 86.

Interuerso regali dono. Cicero 6. Ver. 60. Et pro Domo sua, 86, Aedilitate interuersa.

Interuertere, Subuertere, euertere. Paulus in l. amissione. ff. de capitis diminutione, Quæ salua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti constat, Idem in l. tutelæ. ff. de capitis diminutione, Legitimæ tutelæ ex XII. tab. interuertuntur eadem ratione qua & hæreditates. Budæus.

Interuertere, pro Decoquere. Tacit. lib. 18, Nouies millies sestertium paucissimis mensibus interuertisse creditur.

Interuigilo] interuigilas, penul. corr. interuigilare. Seneca epist. 1. lib. 12, Somno parcissimo utor, & quasi interuigilo, satis est uigilare desisse.

Interuireo] interuires, penul. corr. interuirere. Claudian. de raptu Proserp. lib. 2. 20,

Semita discretis interuiret humida nimbis. Hoc est, inter alios colores uiret. De arcu cæleſti.

Interuiso] interuisis, interuisi, interuisum. pen. prod. (ἀναπαύομαι) interuisere, Quasi iterum uisere, uel interdum uisere. Plaut. Aulul. 7. 25,

—nunc hic eam rem uolt, scio,

Mecum adire ad pactionem: uerùm interuisam domi. Idem Sticho, 3. 90, Imò interuisam prius domum. Cicero. Matio, libro 7. 1. 17, Quodq; nos minus interuisis, hoc fero animo æquiore.

Crebò interuisere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 9.

Interula] pleriq; omnes dicunt eam esse, quam uulgò Camisiam, hoc est, tunicam carni proximam appellamus. Huius meminerunt Horatius & Martialis, & Apuleius libro 8. & Valer. in Epist. ad Rufinum, Valerianus Imperator in quadam epistola apud Trebellium Pollionem in uita Claudij, & Aurelianus alter Imperator in alia epistola apud Flauium Vopiscum in uita Bonosi, & Martianus capella libro 1. ubi scribit Tritoniam Psyche donasse interulam.

Interundo] interundas, interundaui, interundatum, interundare, penul. prod. Solinus capit. 27, Hoc fuluum nigrantibus segmentis interũdatum, uaricitate apprimè decet. Hoc est, in undarum figuram distinctum.

Interuomo] interuomis. penul. corr. interuomui, interuomitum, penul. corr (ἀναμέω) interuomere, Interscatere. Lucret. lib. 6. 179, Quod dulces inter salsas interuomit undas. Budæus. Hoc est, interfundit.

Interusurium] interusurij, Commodum est, uel usura medij temporis. Vlpianus in l. sed si. §. ult. ff. de pecul. Vt medij temporis interusurium magis creditor consequatur.

Intestatus] penul. prod. (ἀδιάθετος) dicitur non solum qui mortuus est nullo confecto testamento, sed etiã cuius ex testamento adita non est hæreditas, ut inquit Paulus de uerb. signif. l. intestatus.

Intestati propriè appellantur, qui quum possent testamentum facere, testati non sunt. Vlpianus in l. 1. ff. de suis & legitimis hæredibus. Cic. pro Cluent. 132, Haud hæres est Cluentius: intestatum dico esse mortuum. Idem 4. Verr. 38. Iuuenal. Satyr. 3. 27,

—possis ignauus haberi.

Et subiti casus improuidus, ad cœnam si Intestatus eas.

Intestatorem parentum liberi hæredes sint. Quintil. libro 3. capit. 6. 68.

Ab intestato, cui opponitur A' testato. in l. cum ij. §. hæc oratio. ff. de transac. Siue à testato factis, siue ab intestato.

Intestatus, Cuius uerbis non adhibetur fides, quiue testis esse nõ potest. Pomponius Pictoribus, Ipsius cum uno seruo senex intestato proficiscitur. Nonius.

Intestatus, Nullis testibus conuictus. Plaut. Cure. 1. 5. 17. Hoccine pacto indemnatum atq; intestatum me arripi? Idem Milite, 22. 23.

¶ Intestatò, Aduerb. (ἀδιαθέτως) Sine testamento. Cicero 2. de Inuent. 231, Si pater familiâs intestatò moritur, familia, pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; esto. Scæuola l. Titius intestatò moriturus. Sic Paulus, Vt legata quæ ei dederat intestatò moriens restitueret.

¶ Intestabilis, & hoc intestabile, penul. corr. Plaut. Milite, 22. 24, Vt uiuam semper intestabilis. Caius in l. cum lege. ff. de testamentis. Quum lege quis intestabilis iubetur esse, eò pertinet, ne eius testimonium recipiatur, & eò amplius (ut quidem putant) neue ipsi dicatur testimonium. Vlpianus in l. is cui lege. ff. de testamentis, Si quis ob famosum crimen damnetur, Senatusconsulto expressum est, ut intestabilis sit: ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi testis.

Intestabilis (μυσαχθὴς) pro Detestabili, Gell. libro 7. capit. 18, Eos tamen qui ad Annibalem non rediissent, usq; adeò intestabiles, inuisosq; fuisse, ut tædium uitæ ceperint, necemq; sibi conscisuerint. Vlpian. in l. ex Cornelio. ff. de iniurijs. Si condemnatus sit is qui librum ad infamiam alicuius pertinentem scripsit, composuit, edidit, &c. intestabilis ex lege esse iubetur. Plinius libro 30. capit. 2. 4. de arte magica, Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam ueritatis umbras. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 36,

—uter ædilis fueritue.

Vestrum Prætor, is intestabilis & sacer esto. Vbi Porphyrio, Antiqui eos quos in testimonium dimitti nolebant, intestabiles uocabant, detestabiles, scilicet quorum testimonium malum & execrandum esset. Ex Budæo. Tacit. lib. 25, Intestabilis & conscleratus. Item, lib. 20, Quum interim intestabilior & sæuior exortus est.

Intestabilis & infandus. Plin. lib. 28 cap. 8. 1.

Intestinus] penul. prod. (ἐντόσθιος, ἐμφύλιος) Adiect. ab Intra, Quod est intimum.

Intestina dicuntur, quæ interiori corporis parte clauduntur, et inferiora sunt, quæ etiam interanea appellantur. Cels. lib. 4. Auisceribus ad intestina ueniendum est. Cicero 2. de Nat. deor. 205, Ex intestinis autem & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur per quasdam à medio intestino usq; ad portas iecoris, &c.

Perurere inteſtina alicuius. Catul. ad Ruſum, epigr. 72. 1.
Latum inteſtinum interdum glutinatur. Celſus lib. 7. cap. 16.
Tenent inteſtina. Celſus li. 4. ca. 16, In hoc utiq; adhibere oportet cõprimentia, quo facilius tenẽdi aliquid inteſtinis uis ſit.
Inteſtinum tenue, quod tenuiorem habet tunicam, quam reliqua inteſtina. Celſus lib. 2. cap. 1, Tenuioris inteſtini morbus, quem ileon nominant.
Inteſtinũ neutro genere: & inteſtinus, maſculino dicitur. Plin. lib. 11. capit. 37. 67, Inteſtinus enim quibuſdam ab ore incipiens, quadam uia eodem reflectitur, ut ſepiæ, polypo.
¶ Inteſtinus, Adiectiuum, pro Interiore: ut, Inteſtina peſtis, apud Liuiũ, pro conſpiratione maxima & periculoſiſſima. Et, Inteſtina diſcordia, apud eũdẽ lib. 9. pro ciuili diſcordia.
Inteſtinum odium: id eſt, odium occultũ, uel magnum: hoc eſt, cor animum premens. Liu. 2. ab Vrbe, 94.
Inteſtinum malum. Cicero ad Brutum, 10. 1. Sic, inteſtinus dolor, Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5. 4.
Inteſtinum opus, Quod factum eſt ex ligno fabrorum: authore Budæo. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 1. 7, Quũ uillam haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam, &c.
Intexo] intexis, intexui, intextum (ἐνυφαίνω) intexere, Intus texere, innectere, inuoluere. Virg. lib. 3. Georg. 5,
—utq; Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Id eſt, intus texti. Nam in uelis ipſi erant picti, qui eadem uela portabant. Seruius. Cic. in Partit. 8, Læta triſtibus, incredibilia probabilibus inteximus.
Intexere literas ueſtibus. Plin. lib. 13. cap. 11. 6.
Frondes canis intexere filis. Ouid. 15. Metam. 76.
Facta alicuius intexere chartis. Tibull. ad Meſſalam, lib. 4.
Intexere, pro Implicare, & Intextum, pro Implexo. Cicero 2. de Nat. deor. 208, Vtraq; autem crebræ multæq; toto corpore intextæ, uim quandam incredibilem artificioſi operis diuinig; teſtantur. De uenis & arterijs.
Intexere aliquem. Cic. Attico, lib. 13. 269. 2. Id eſt, eum loquentem inducere, ut fit in Dialogis. Alibi, Includere dixit. Eidẽ, lib. 13. 280. 1, Te autem ἀσυνέτατα intexui, faciamq; crebrius. De Academicis. Budæus.
Intimus] penul. corr. Superlatiuum ab Intra. Vide Intra.
Intimo] intimas, pen. corr. (παραγγέλλω) intimare, Denuntiare. Liu. 4. ab Vrbe, Intimaſſe filio ut milites ſcriberet. In uetuſtiſſimis codicibus legitur inſtitiſſe. Martianus, Hæc cũ Iuno affixa Ioui acclinatis eius auribus intimaret. Budæus.
Intimare apud præſidem. l. 2. C. de adoptionibus, Adrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde ualet apud Prætorem uel præſidem intimata, ac ſi per populum iure antiquo facta eſſet.
Intimari, pro Ingredi. Solinus capit. 45, Ditionis Aegyptiæ eſſe incipit à Syene, in qua fines Aethiopum: & inde uſquedum mari intimatur, Nili nomen tenet.
Intingo] intingis, intinxi, intinctum (ἐμβάπτω) intingere, Madefacere & humectare. Plin. lib. 20. capit. 17. 10. de aniſo, Viride, aridumue omnibus quæ condiuntur, quæq; intinguntur, deſideratum.
Intingere in acetum. Cato capit. 156. 1. de braſſica.
Intingere calamum, de ſcribente dixit Quintil.
Intinctum arte. Cic. 2. de Orat. 65.
¶ Intinctus, huius intinctus (ἔμβαμμα) Condimentum ad condienda obſonia, Sipontinus. Plinius libro 15. cap. 29. 1, Eademq; origine aprorum ſapor commendatur, plerunq; ad intinctus additis myrtis. Idem lib. 20. capit 9. 3.
Nutriat intinctos miſſa patella cibos. Ouid. 2. Faſt. 127.
Intolerabilis] & hoc intolerabile, penul. corr. (ἄτλατος, ἄτλητος) Quod tolerari & ferri non poteſt: ut, Intolerabilis dolor. Cic. 4. Acad. 48.
Intolerabile frigus. Cic. pro Roſc. Amer. 77.
Intolerabilis inſolentia. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 60.
Mala intolerabilia. Lucret. lib. 6. 233.
Intolerabilis ſæuitia. Liu. 1. ab Vrbe, 231.
Quid peruerſius? quid intolerabilius? Cic. 4. de Fin. 34.
¶ Intolerabiliter, penul. corr. Aduerbium (ἀτλήτως) Colum. lib. 1. cap. 4. 8, Sunt quædam loca quæ ſolſtitijs minus concaleſcunt, ſed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.
¶ Intolerandus, Adiect. Idẽ quod Intolerabilis (ἀφόρητος) Cicero 7. Verr. 92, O magnum atq; intolerandum dolorem.
Immanis atq; intoleranda barbaries. Cic. pro Fonteio, 28.
Intoleranda hyems. Liu. 5. ab Vrbe, 67.
Intoleranda libido. Liu. 7. bel. Pun. 174.
¶ Intolerans, penul. cor. intolerantis, Adiect. (ἀτλητῶν) Qui tolerare non poteſt, Impatiens, impotens. Liu. 9. ab Vrb. 93. Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.
Intolerantior ſeruitus. Tacit. lib. 3.
Intolerantiſſima laboris corpora: hoc eſt, impatientiſſima. Liuius 10. ab Vrbe, 136.
¶ Intoleranter, (ἀφορήτως) intolerantius, intolerantiſſimè, Aduerb. Impotenter. Cicero 2. Tuſcul. 39, Intoleranter dolere. Sic, 2. de Orat. 115, Intolerantius ſe iactare. Idem in Vatinium, 22, Et quoniam pecunias aliorum deſpicis, de tuis diuitijs intolerantiſſimè gloriaris.
¶ Intolerantia, intolerantiæ (ἀπληξία) Impatientia. Cicero pro Cluent. 90, Quis eum cum illa ſuperbia atq; intolerantia ferre potuiſſet? Idem de lege Agr. 44, Non priuatorum inſaniam, ſed intolerantiam regis eſſe dicetis.
Intondeo] intondes, intondi, intonſum (περιτρέφω) intondere, Circuntondere. Colum. libro 11. cap. 3. 25, Vt antè quàm tranſlatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibrarũ ſummas partes intondeas. De porro.
¶ Intonſus, (ἄκαρτος) Non tonſus. Plinius libro 6. cap. 28. 20, Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine barba abraditur præterquam in ſuperiore labro.
Capilli intonſi. Horat. Epod. 15. 2.
Caput intonſum. Ouid. 4. Faſt. 131.
Intonſa coma. Cic. 3. Tuſc. 105. Ex Accio.
Crinis intonſus. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 8.
Deus intonſus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 12.
Intonſi homines & inculti. Liu. 1. bel. Pun. 118. De alpibus.
Intonſæ oues. Colum. lib. 7. capit. 3. 6.
Intono] intonas, pen. corr. intonui (ἐμβροντάω) intonare, Idẽ quod tonare, et ſonum emittere. Cic. 1. de Diuin. 173,
Partibus intonuit cæli pater ipſe ſiniſtris. Ex quodã poeta.
Intonuit ingenti latratu canis. Plin. lib. 8. cap. 40. 9.
Hyems intonata Eois fluctibus. Horat. Epod. 1. 11. Hoc eſt, tempeſtas ſonora.
Intonare, Iracundè dicere, & cum quodam uocis impetu loqui. Liu. 3. ab Vrbe, 199. Cic. pro Muræna, 73, Iã enim heſterna cõcione intonuit uox pernicioſa deſignati Collegæ, tui, etc.
Minas intonare. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.
Intonſus] Vide Intondeo.
Intorqueo] intorques, intorſi, intortũ (συστρέφω, στρέβλεω) intorquere, Circum torquere & inflectere. Colum. de Arboribus, ca. 23. 2, Alio modo quũ iã matura mala fuerint, antè quàm rumpantur, peciolos quibus pendent, intorqueto.
Intorquere mentum. Cic. 2. de Orat. 148.
Intorquere, Cõtra, ſiue intus torquere, Iacere. Virg. 2. Aẽ. 46,
—ſacrum qui cuſpide robur Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam. Sic ibidem, Intorquere iaculum. Plinius de Viris illuſt. 65.



Digitized by Google

Intorquere telum in aliquem, quod & Contorquere dicitur: hoc est, Vibrare. Cic. de Aruſp. reſp. 6.
Iaculum intorquens emittit in auras. Virg. 9. Aeneid. 11.
Telum intorſit in hoſtem. Virg. 10. Aeneid. 175.
¶ Intortus, Participium (συντεθραμμένος) ſiue nomen ex participio: ut, Intortus caudex. Hoc eſt, circunflexus uel inflexus. Plin. lib. 12. cap. 15. 1.
Intorti capilli. Mart. lib. 8. 34.
Intorta cauda ſuũ: id eſt, obliquata et inuoluta. Pli. li. 8. ca. 51. 3.
Crines intorti. Silius lib. 3. 58.
Intortæ fauces. Plin. lib. 7. cap. 44. 3.
Funes intorti. Ouid. 3. Metam. 136.
Intortum circum læuum brachium paludamentum. Liu. libro 5. belli Pun. 94.
Intorta oratio, pro Obſcura, ambigua. Plaut. Ciſtell. 10. 70.
Intortus uertex. Plin. lib. 9. cap. 33. 2.
¶ Intortè, Aduerbium. Plin. lib. 16. capit. 16, Sed bruſcum intortius criſpum: molluſcum ſimplicius ſparſum.
Intra] εἰντὸς, ἔνδον, Præpoſitio accuſatiuo caſui ſeruiens. Spatium temporis aut loci ſignificat, teſte Priſciano. Lucret. lib. 5. 49, Intra caſtrorum, timuit tentoria ductor. Ab In deriuatur. Intra cubiculum, Intra oppidum: Id eſt, in cubiculo, in oppido.
Intra quatuor annos, & A' quatuor annis, hoc differunt: quòd Intra quatuor annos: id eſt, quadriennio nondum finito. A' quatuor annis, id eſt, iam elapſo tempore quadriennij. Cic. 2. Verr. 24, Omnia non modò commemorabuntur, ſed etiã expoſitis certis rebus agentur quæ intra decem annos, poſtea quàm iudicia ad Senatum translata ſunt, in rebus iudicandis nefariè flagitioſeq; facta ſunt.
Intra Calẽdas, intra ferias: id eſt, in Calẽdis, in feriis. Ex Nonio
Intra diem mortis ut aliquid fiat, ſi quis dixerit ipſe quoq; dies (inquit Vlpianus) quo quis mortuus fuerit, numeratur.
Intra uiginti dies, In ſpatio uiginti dierum. Plaut. Curcu. 8. 77, Plinius epiſt. 249, Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati.
Intra decimum diem. Liu. 6. belli Maced. 40.
Intra paucos dies, pro Breui tempore. Liu. 3. bel. Pun. 189.
Intra famam. Quintil. lib. 11. capit. 3, Hortenſij ſcripta tantum intra famam ſunt. Id eſt, citra opinionem. Vltra famã quod eſt perquàm multum.
Eſſe intra fortunam ſuam. Propert. lib. 3. eleg. 8. 1.
Intra hæc enim eſt omnis uituperatio. Id eſt, In his conſiſtit. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Rapere aliquem intra iuuentam. Tacit. lib. 2.
Intra legem epulari. Cic. ad Petum, lib. 9. 26. 8. Id eſt, minus conſumimus quàm præſcripſerit lex.
Intra me futurũ eſt: id eſt, apud me, & ſecretò. Pli. epiſt. 10. li. 3.
Intra modum. Cic. ad Sulpitium, libro 4. 4. 13, Modicè hoc faciam, aut etiam intra modum. Id eſt, minus quàm modicè.
Intra loquendi modum: id eſt, Non ultra ſermonem. Quintil. Ne dicamus omnia clamoſè, quod inſanum, aut intra loquẽdi modum, quod motu caret. Budæus.
Intra quàm modicam. Plin. lib. 9. capit. 55, Huius uillam intra quàm modicam quadragies piſcinæ uenierunt.
Intra tecta uocare aliquem. Virg. 7. Aeneid. 35.
Intra terminos. Liu. 4. bel. Maced.
Intra uerba peccare. Id eſt, non ultra uerba. Curtius lib. 7. Bud.
Intra, ſine caſu: cui contrarium eſt Extrinſecus. Colum. lib. 12. cap. 43, Hæc uaſa & opercula extrinſecus & intra diligenter picata eſſe debebant.
Intrà, pro Inter. Liu. 5. bel. Pun. Hæc eſt nobilis ad Traſimenũ pugna, atq; intra paucas memorata Populi Romani clades.
¶ Interior, & hoc interius (εἰντότερος) Magis intrò uel intra. Cicero 5. Philipp. 171, In interiore ædium parte totius Reip. nundinæ.
Africam interiorem obtinens. Cic. in Saluſt. 11.
Domus interior. Virg. 1. Aeneid. 129.
Interior, & familiaris uita. Publicæ adminiſtrationi opponitur. Sueton. in Auguſto, cap. 61.
Interior epiſtola: hoc eſt, media. Cicero ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 23, Quod interiore epiſtola ſcribis, &c. Idem Volumnio, libro 7. 34. 5.
Interiores & reconditæ literæ. Cic. 3. de Nat. deor. 55.
Medulla interior. Catul. ad Libellum, epig. 33. 3.
Interior tactus. Cic. 4. Acad. 41. Sic, Motus interior, Cicero in Somnio Scip. 32.
Societas interior & propior. Cice. 3. Offic. 90.
Tectum interius. Virg. 4. Aeneid. 99.
Vicinus interior. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 11.
In promptu & interiora. Cic. 2. de Diuin. 185.
Nihil eſt interius mente. Cic. 3. de Nat. deor. 39.
¶ Interius, Aduerbium. Seneca de Benef. 7. Poſſim de naturâ queri, quòd aurum & argentum non interius abſconderit.
Oratio ne inſiſtat interius, ne excurrat longius. Cicero 3. de Orat. 105.
¶ Intimus, intima, intimum, penul. corr. (ἐνδότατος) Superlatiuum: hoc eſt, Maximè intro. Cic. 6. Verr. 88, In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum. Plaut. Truc. 11. 40, Traxi ex intimo uentre ſuſpirium.
Angulus intimus. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.
Intimum odium. Cic. 4. Tuſc. 32.
Intima pars urbis. Cic. 7. Verr. 76. Ibidem, 3. 36, Intimæ ædes.
Pectore uritur intimo. Catull. in Epithal. Mallij, 56. 36.
Præcordia intima. Ouid. 4. Metam. 102.
Intimus ſermo. Cic. 2. Tuſc. 90.
Intimus tactus. Cic. 4. Acad. 135.
Intimus, Charus, familiaris. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 4. 1, Intimus proximus familiariſſimus quiſq; aut ſibi pertimuit, aut, etc.
Intimus & alienus, contraria. Cic. pro Roſc. Amer. 68.
Intimus ſum illi: id eſt, familiaris, amicus chariſſimus. Plautus Trucul. 3. 45,
—nam me fuiſſe huic fateor ſummum, atq; intumum. Cic. in Catil. 31.
Intimus es conſilijs noſtris: id eſt, Tibi uni committimus noſtra intima conſilia. Terent. And. 3. 3. 45.
In intimis alicuius eſſe, pro Valde ab aliquo amari. Cicero ad Atticum, lib. 4. 85. 2.
Conſiliorum intimum, pro Intimum conſilium. Tacit. lib. 15.
¶ Intimè, penul. corr. Aduerbium (ἐνδοτάτω) Cicero ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 5, Quarum altera eſt de Blandenio Teuxide, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi à me intimè commendari.
¶ Intrarius, Adiectiuum (εἰσδομυχὸς) Id eſt, intimus. Plaut. Charos mihi, atq; intrarios amicos.
Intractatus] pen. prod. Adiect. (ἀδάμαστος) ut, Intractatus & nouus equus. Quaſi dicas indomitũ. Ci. de Amicitia, 60.
¶ Intractabilis, & hoc intractabile, pẽ. cor. (ἀμιτταχείρητος) Plin. lib. 19. cap. 5. 21, Virus illi intractabile eſt.
Animus intractabilis. Seneca Hipp. 2. 38.
Bruma intractabilis. Virg. 1. Georg. 43.
Intramuranus] pen. prod. Adiect. Aſconius in 4. Verrina, Omnis magiſtratus qui intramuranus nũ eſt, nec urbanus, etiã ſi adminiſtrator eius Romæ eſt, AD VRBEM dicitur.
Intremo] intremis, penul. corr. intremui (εἰντρομέω) intremere, Idem quod ſimplex Tremo: niſi quid uehementiæ ex cõpoſitione acceperit. Plin. lib. 2. cap. 8, Intremunt uerò & in manibus poſita, æquè quàm in ædificijs.

Palluit,

Palluit, & ſubito genua intremuere timore. Ouid. 2. Met. 36.
Aſpicis alternos intremuiſſe pedes. Ouid 3. Triſt. eleg. 1. 12.
Vndæ intremuere. Virg. 3. Aeneid. 134.
Hannibalem ſenectus intremit. Silius lib. 16. 134. Id eſt, timet.
¶ Intremiſco, intremiſcis (ὀντρομῶμαι) intremiſcere. Idem. Plin. lib. 2. capit. 79. 3, Neq; enim unquã intremiſcunt terræ, niſi ſopito mari.

Intrepidus] penul. cor. Adiectiuum (ἄτρομος, ἀδιὴς) Qui nihil timet, Impauidus. Plin. in Præf. 3, Sed hæc quis poſſet intrepidus æſtimare ſubiturus ingenij tui iudicium, præſertim laceßitum?
Hyems intrepida. Tacit. in uita Agricolæ.
Intrepida conſtent uerba. Seneca Hipp. 5. 1.
Vultus intrepidus. Ouid. 13. Metam. 96.
¶ Intrepidè, penul. corr. Aduerbium (ἀδιῶς) Sine pauore, audacter. Liu. 6. bell. Pun. 19, Poſtquam aſſuetudine quotidianis ſatis intrepidè uiſum eſt fieri, in campum, &c.

Intrico] intricas, pen. prod. (ἐμπλέκω) intricare, Implicare: cui contrarium eſt Extrico. Plaut. Perſ. 1. 5, Atq; ita intricatum ludit potans Dorpalum.

Intrinſecus] pen. corr. Aduerbium (ἐσωθὲν) Quod barbari Ab intra dicunt, cui contrarium eſt Extrinſecus. Colum. libro, 12. capit. 43. 5, Lata uaſa in modum patinarum fieri iubebat, eáq; intrinſecus & extrinſecus diligenter picari. Sic, Plin. lib. 11. cap. 37. 60.

Intrita] Vide Intero.

Intrò] ἔσω, Aduerbium ad locum. Terent. And. 3. 2. 42, Imò abi intrò, ibi me operire. Vide Abeo.
Intrò accipere. Plaut. Trucul. 16. 36,
——intrò acceptum quando acceptum eſt, non poteſt Fieri foras.
Intrò adducere. Vide Adduco.
Adducere ſe intrò. Vide Adduco.
Intrò ferre cibum. Cicero 7. Verr. 92. Idem pro Flacco, 57, Vt in oppidum intrò ferretur. Quidam coniunctim legunt, Introferretur.
Intrò ſpectare. Plaut. Moſt. 13. 4.
Intrò uenit. Plaut. Capt. 10. 12.
Intrò ad nos uenit errans: id eſt, in domum noſtram. Terent. Eunuch. 5. 7. 2.

Intro] intras (ἔσω μι, ἐμβατεύω) intrare, Notæ ſignificationis. Cæſar. 7. bell. Gal. 291, Quò qui intrauerant, ſe ipſi, etc.
Intrare ædem, & in ædem. Sueton. in Veſp. Cic. pro Domo ſua, 4, In Capitolium intrare. Idem 2. Philipp. 77, Tu illud es ſanctiſſimum limen intrare? Supple, auſus, quod præcedit.
Domum parua ſolita eſt intrare feneſtra. Ouid. 6. Faſt. 116.
Tot maria intraui. Virg. 6. Aeneid. 12.
Portus intramus amicos. Virg. 5. Aeneid. 12.
Vrbem intrare. Ouid. 15. Metam. 148.
Intrant urſos uenabula: hoc eſt, transfigunt. Mart. lib. 14. 30.
Intrare, per translationem: ut, Intrare in familiaritatem alicuius: hoc eſt, ſeſe inſinuare. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1. 21.
Intrare in affectum. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Intrauitq; animũ militaris gloriæ cupido, Tacit. in uita Agric.
Intrare inſidias. Cæſar. 3. bel. Ciuil. 151.
In mentẽ iudicis nõ poteſt definitio intrare. Cic. 2. de Orat. 60.
Mentes intrauit ſuſpectus humorum. Ouid. 5. Faſt. 7.
Intrandum eſt igitur in rerum naturam. Cic. 5. de Finib. 79.
Pauidos, & conſcientia uecordes intrat metus. Tacit. lib. 1.
Pudor & gloria intrat aliquem. Tacit. lib. 1.
¶ Intratus (ἐσβεβυμένος) Participium præteriti temporis, rarũ. Liu. Ibi rurſus ſyluæ intratæ. Id eſt, In ſyluas intratũ eſt.

Introdo] das, pen. prod. introdare, penul. cor. Cic. pro Cecin. Atq; etiam ſe ipſe inferebat, & introdabat, Hoc eſt, Vltrò ſe offerebat, gerendis negotijs. Sic Budæus. Vetus exemplar habet, Intrudebat.

Introduco] introducis, pen. prod. introduxi, introductum, (ἐσάγω, ἀνάγω) Introducere, Immittere, & intra aliquem locũ ducere. Cæſar. 2. bel. Gal. 250, Id fieri poſſe, ſi ſuas copias Hedui in fines Bellouacorũ introduxerit. Cic. 5. Tuſc. 16, Et in domos etiam introduxit.
Introducere præſidium in oppidum. Cæſar 1. bel. Ciuil. 51.
Introducere, Ponere, Inſtituere, Conſtituere, quod & Budæus afferre aliquando ſignificat, inquit Budæus. Cic. 1. de Nat. deor. 29, Sed illa palmaris quidem, quòd qui non modò natum mundum introduxerit, ſed etiã manu penè factum. Idẽ 4. Acad. 237. Idẽ 3. Offic. 16, Non uideatur debuiſſe eiuſmodi deliberationem introducere, in qua, &c.
Introducere ambitionem in Senatum. Cicero 11. Philipp. 303. Hoc eſt, inducere & inuehere.
Sic animas introduxerunt ſenſibus auctas. Lucret. libro. 3. 126.
Conſuetudinem. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21. 8.
Initium. Cic. in Saluſt. 1.
Introducuntur perſonæ in dialogis. Cic. de Amicit. 3, Catonem introduxi ſenem diſputantem. Vetus codex habet, Induxi.
Introducere, pro Inducere. Cicero ad Atticum, libro 13. 339. 3, Poſſumus enim, ut ſponſores appellemur, procuratorem introducere.
¶ Introductio, Verbale (εἰσαγωγὴ) Cicero ad Atticum, libro 1. 11. 10, Iam uerò ô dij boni rem perditam: etiam noctes certarũ mulierum atq; adoleſcẽtulorum nobiliũ introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
Introductio etiã, ut ait Sipõtinus, Inſtructio, doctrina, et ipſum (ut ita dicam) principium eruditionis, quam Græci iſagogen uocant.

Introeo] introis, introiui, penul. prod. introitum, penul. corr. (ἐμβαίνω, εἰσέρχομαι) introire, Intrare, ingredi. Terent. And. 3. 4. 11, Vt hinc te iußi introire, opportunè hic ſit mihi obuiam.
Introire in ædes. Plaut. Amphit. 7. 59. Idem Milit. 16. 31, In alienam domum.
Introire in urbẽ. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 18.
Introire in uitam, & Exire de uita, cõtraria. Cic. de Amicit. 14.
Introire ad aliquem. Terent. Hecyr. 4. 1. 37.
¶ Introitur, pen. prod. Impersonale (ἐμβαίνεται) Cato capit. 66, Caueat quam minimum in torcularium & in cellam introeatur. Varro lib. 1. cap. 63.
¶ Introitus, penul. corr. Particip. Vlpian. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. & fam. lib. Qui iniuriarum agere uolet ob eam rem, quòd ſe pulſatum uerberatum'ue domum'ue ſuã ui introitam eſſe dicat, &c,
Introitus, huius introitus, pen. corr. (ἔμβασις, εἴσοδος) Cæſar 1. bel. Ciuil. 80, Tamen ueritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur.
Clandeſtinus introitus. Vide Clandeſtinus, in Clam.
Notabilis introitus. Tacit. in uita Agricolæ.
Squalens introitus. Silius lib. 13. 80.
Introitu perrumpere corpus. Lucret. lib. 2. 82.
Introitus in cauſam, Initium cauſæ, & exordium. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 5.
Defenſionis. Cic. pro Cælio, 2.
Suſpicionis. Cic. 2. Verr. 11.

Introfero] pen. corr. introferis, pen. prod. introtuli pen. cor. introlatum, pen. prod. (εἰσφέρω) introferre, Notæ ſignificationis, quod quidam diuiſim malunt legere, Intrò ferre. Cic. 7. Verr. 95, Tãtum dabis ut cibũ tibi introferre liceat.

Introgredior] introgrederis, penul. corr. introgreſſus ſum, (εἰσέρχομαι) introgredi, penul. corr. Notæ ſignificationis.



Digitized by Google

Virg. 1. Aeneid. 105,
Postquam introgressi, & coràm data copia fandi.

Introitus] Vide Introeo.

Intromitto] *intromittis, intromisi, pen. prod. intromissum,* (προσάγω, εἰσδέχομαι) *intromittere*, Notæ significationis.

Intromittere ad, uel in. Plaut. Aulul. 5.21,
Profectò in ædibus meis me absente, neminem,
Volo intromitti. Terent. Hecyr. 2.1.40, non signi sat est,
Quod heri nemo uoluit uisentem ad eam intromittere?

Consessum intromittere aliquem. Cic. Lentulo, libro 1.9.73. Ex Terentio.

Intromittere mares in fœminas. Varro 3. de Re rust. cap. 12.3.

Iure amicitiæ intromitti. Cic. pro Sylla, 39.

Introrumpo] *introrumpis, introrupi, pen. prod. introruptum* (εἰσβιάζομαι) *introrumpere*, Quasi cum impetu intro ire, & erumpere siue prorumpere. Plaut. Amph. 1.6.79,
Certum est, introrumpam in ædibus. Gell. lib. 15. capit. 22,
Cerua emissa in cubiculum Sertorij introrupit.

Introrsus] *uel introrsum*, Aduerbium (εἴσω) Quasi intra uersus uel maximè intro. Liu. 5. bell. Pun. 116, Clamantibus Tribunis nihil introrsus roboris ac uirium esse. Idem 10. ab Vrbe, 160, Cedunt primò incerti fortunæ suæ, & hostem introrsum in media castra accipiunt. Varro 2. de Re rust. capit. 7.5, Genibus rotundis, nec magnis, nec introrsus spectantibus.

Turpis introrsum. Horat. 2. Serm. Satyr. 1.13.

Introspicio] *introspicis, pen. cor. introspexi, introspectum,* (εἰσοράω) *introspicere*, Introrsus aspicere, diligentissimè uidere. Cic. 2. de Diuin. 157, Neganti id esse alienum maiestate deorum, scilicet causas omnium introspicere, ut uideant quid cuiq; conducat.

Introspicite penitus in omnes Reip. partes. Cic. pro Font. 28.

Introspice in mentem tuam ipse. Cic. 2. de Fin. 186.

Voluntates aliquorum introspicere. Tacit. lib. 1.

Introuoco] *introuocas*, penul. cor. (εἰσκαλέω) Introuocare, Notæ significationis. Liu. 10. ab Vrbe, 57, Vt quæq; introuocata erat centuria. Cic. 7. Verr. 45, Cur ad nos filiam tuã non introuocari iubes. Legitur & Intro uocari disiunctim.

Intrudo] *intrudis, intrusi, intrusum*, penul. prod. (εἰσωθέω) *intrudere, introtrudere*, & quasi ui quadam. Cicer. pro Cecinna, 10. Atq; etiam se ipse inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Ceseniam adducebat, &c.

Intubus] *huius intubi, masc. f. g.* siue *intubum, intubi*, pen. corr. (σέρις) herba est ex cichoriorum genere, quam Græci Serim uocant. Nos ab Intybo corrupto nomine uocamus Endiuiam. Plin. lib. 20. cap. 8.4, Intubi quoq; non extrà remedia sunt: Succus eorum cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Intybum etiam scribitur. Colum. lib. 10.11,
Iam breue cherophyllum, & torpenti grata palato Intyba. Virgil. 1. Georg. 24,
——& amaris intyba fibris.

Intybum erraticum Aegyptij cichorium uocabant, Apud nos quidam ambugiam uocauere. Plin. lib. 20. cap. 8.4.

¶ Intubaceus, Adiectiuum (σεμνὸς) Quod est ex intubo: ut, Intubacea fólia. Plin. lib. 27. cap. 12.3.

Intueor] *intueris, intuitus sum* (ὁράω, καθοράω, ἀτενίζω) *intueri*. Videre, & cominus inspicere. Plin. epist. 31, Erit ergo pergratum mihi hâc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere. Plaut. Bacchid. 23.9,
Viden' limulis ut obsecro intuentur? Terẽt. Eunuch. 3.5.32,
——annuo, terram Intuens modestè.

Quid ut nouerca me intueris? Horat. Epod. 5.2.

Pectore intueri aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10.10.

Plenius atq; apertius aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 20.6.

Sagaciter intueri. Quintil. lib. 2. cap. 8.3.

Acrioribus oculis aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 10.4.

Intueri animis, Animaduertere. Cic. pro Domo sua, 37.

Intueri ueritatem. Cic. 5. Tusc. 81.

Intueri aliquid acri & intento animo. Cicero 1. de Fin. 88. Idem 5. Tusc. 14, Qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuerentur.

Intueri aliquid coràm. Cic. de Prouincijs Consul. 17.

Intueri huc atq; illuc. Cic. 1. de Oratore, 91.

Intuere meipsum qui, &c. Brutus Ciceroni, 13.3.

Intueri & contemplari aliquem. Cic. pro Plancio, 1.

Aliquid intueri, in eoq; defixum esse. Cic. in Oratore, 5.

Intueri in aliquam rem Cic. de Vniu. 44.

Intueri in aliquem. Cic. de claris Orat. 137.

Sed in te intuens Brute doleo, cuius, &c. Cicero de clar. Orat.

Intueri in summos homines, Summorum hominum mores circunspicere. Cic. 1. de Orat. 4.

¶ Intuendus, Participium passiuum. Paulus in l. promittendo in princip. ff. de iure dotium, Magis enim res, quàm uerba intuenda sunt. Et in l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. possess.

¶ Intuitus, huius intuitus, penul. corr. (ἀτενισμὸς) Quintil. libro 10. capit. 1. Plinius libro 16. capit. 10. 10, Abies hilarior intuitu.

Intumeo] *intumes*, penul. corr. *intumui*, & *intumesco, intumescis* (ὀδυνάομαι) *intumescere*, Inflari, Conuerti in tumorem. Plin. lib. 11. capit. 34. 1, Est animal eiusdem turpitudinis, infixo semper sanguini capite uiuens, atq; ita intumescens. Idem lib. 2. cap. 81, Intumescens fluctus.

Bilis intumuit sub pectore. Pers. Satyr. 5.15.

Vidi uirgineas intumuisse genas. Ouid. 6. Fast. 140.

Humus intumescit uiperis. Horat. Epod. 16.11.

Iræ intumuere. Stat. 1. Thebaid. 83.

Iure quodam potestatis intumescere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.

Intumescens locus, Turgens, & paululum altus. Colu. libro 2. capit. 4. 9.

Intumescere alicui, pro Irasci. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 7,
Intumuit uati non tamen Ascra suo. Et per metaphoram pro Vehementer indignari & quasi inflari iracundia, &c.

Intumulatus] pen. prod. Adiectiuum, pro Insepulto. Ouid. epist. 2.28, Occurramq; oculis intumulata tuis.

Intuor] *intueris*, penul. corr. *intutus* uel *intuitus sum* (καθοράω) intui, Videre. Plaut. Mostel. 10. 67, Profectò nullam equidem illis eornicem intuor. Antiquum.

Inturbatus] penul. prod. (ἀτάραχος) Non turbatus. Plin. in Paneg. 109, Et sedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri soleret?

Inturbidus] penul. corr. Adiectiuum (ἀθόλωτος) Non turbidus. Tacit. lib. 3.

Inturbidus externis rebus annus domi suspecta seueritate, &c.

Intus] οὐτός, οὗτου, Aduerbium in loco, & de loco. Plinius lib. 10. capit. 52.2, Intus omne ouum uolucrum bicolor.

Foris & Intus, contraria. Cic. 2. de Finib. 69.

Intus est: id est, in domo. Plaut. Amphit. 3.120.

Intus edocebo. Plaut. Epid. 13.56.

Intus serua. Plaut. Aulul. 5.3.

¶ Intus, de loco. Plautus Cistel. 8.8,
Dic me orare, ut aliquis intus prodeat.

Intus euocato. Plaut. Mostel. 8.156.

Intus foras euocare. Plaut. Pseud. 9.12.

Intus exijt. Plaut. Milit. 16.32.

Intus domum nostram, pro Intra. Plaut. Milit. 9.55,
Continuò uide sit' ne ista hæc domum uestram intus.

Intus domiq; cui opponitur In luce, & oculis ciuium. Cicero de Senect. 11.

Intus in

Intus in crumena. Plaut. Amphit. 16. 44. Cic. de Vniuerſit. 43, Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, ex ea parte, &c.
Intus ad. Varro 1. de Re ruſt. cap. 7. 5, In Gallia tranſalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem, &c.
Intus hic cum illa cubat. Plaut. Amphit. 3. 112.
Intus ſibi canere. Cic. 2. de leg. Agrar. 70, Prouerbialis locutio de ijs qui ſibi, non alijs ſtudent. Vide Eraſmum in Chiliad.
Intus, pro Intrò. Celſus, Inſpirandum q; ut ea medicamenta intus compellantur.

Intuſium] Vide Induſium.

Intutus] penul. prod. Nomen (σφαλερὸς) A Tueor, pro defendo, Non ſecurus, non tutus. Liuius 5. ab Vrbe, Caſtra Gallorum intuta, neglecta q; ab omni parte nacti, cum ingenti clamore inuadunt, Sic, 9. ab Vrbe, Intuta urbs.
Intutum eſt ſcribere ſtylo, ut uetuſtiſſimi prodiderunt. Plinius libro 37. capit. 14.

Intybus] Vide Intubus.

Inuado] inuadis, pen. prod. inuaſi, inuaſum (ἐισβάλλω, ἐπιβαίνω, ἐφοδεύω) Inuadere, Aggredi, Impetum facere, inuolare, irruere. Virg. 2. Aeneid. 53,
Inuadunt urbem ſomno uino q; ſepultam. Sic, Liu. 1. bell. Maced. 69, Inuaſit multitudinem.
Fortiſſimè inuadere. Quintil. lib. 5. cap. 13. 16.
Ferro aliquem inuadere. Virg. 6. Aeneid. 72.
Inuadere in aliquem. Cic. pro Cluentio, 28. Idem pro Cecinna. 18, Vt in Cecinnam aduenientem cum ferro inuaderet.
Leones inuadunt greges. Ouid. 2. Faſt. 42.
Ventus inuaſit nubem. Lucret. lib. 6. 36.
Magnum aliquid inuadere. Virg. 9. Aeneid. 39.
Argentum inuadere. Cic. 3. Verr. 64.
Capillos alicuius inuadere. Propert. lib. 3. eleg. 8. 1.
Caſtra trepidantia inuadit. Virg. 9. Aeneid. 32.
Certamina inuadere. Silius lib. 17. 96.
Inuadere in collum alicuius. Cic. 2. Philipp. 84. 4.
Conſulatum inuadere. Plin. de Viris illuſtr. 68.
Corpora inuadunt ſopore uicta. Ouid. 14. Metam. 156.
In totum alicuius domum inuadere. Cic. 12. Philipp. 330.
In fortunas alicuius inuadere. Cic. 2. Philipp. 75.
Millia tria ſtadiorum inuadere. Tacit. lib. 11.
In oculos inuadere. Plaut. Aſin. 16. 58.
In oppidum inuadere. Plaut. Bacchid. 15. 62.
In pecunias alicuius inuadere. Cic. 2. Philipp. 59.
Prælium inuadere. Mart. lib. 8. 57.
Pugnam inuadere. Virg. 9. Aeneid. 39.
Viam inuadere, Ingredi. Virg. 6. Aeneid. 52.
In urbes ui inuadere: hoc eſt, Ingredi uel aggredi. Cicero 3. Vrbem inuadere. Virg. 2. Aeneid. 53. (Verr. 36.
Super modum inuadere. Quintil. lib. 3. cap. 7. 17.
Inuaſit cupiditas bonorum pleriſq; & pleroſq;. Varro apud Marcellum. Saluſt. Tanta libido cum Mario eundi pleroſq; inuaſerat. Id eſt, inceſſerat.
Inuaſit Cupido homines. Plin. epiſt. 207.
Inuaſit dolor. Terent. Hecyra, 3. 2. 21,
Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repentè inuaſit?
Inuaſit fames Sicyonios. Plin. lib. 36. cap. 4. 2.
Inuaſit hoc malum in Rempublicam. Cic. 2. Offic. 111.
Inuaſit morbus. Plau. Aſin. 3. 41, Sed eũ morbus inuaſit grauis.
Inuaſit peſtis uitam hominum. Cic. 3. Offic. 43.
Inuaſit ſenectus. Colu. lib. 2. cap. 1. 4.
Inuaſit terror. Liu. 4. bell. Pun. 21.
Vis morbi in corpus inuaſit. Liu. 2. bell. Pun.
Inuaſit animum. Saluſt. in Catil. Tanta uis auaritiæ in animos eorum ueluti tabes inuaſerat.



Inuadere in arcẽ cauſæ. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 9. 20. Id eſt, ingre
Inuaſit in genus. Plaut. Epid. 14. 5. (di;
Inualeo] inuales, penul. corr. inualui (ἰσχυρώμαι) Inualere. Robur ac firmitatem acquirere. Plaut. Moſtel. 7. 19, Vſq; inualuiſti? T E. uſq;, ut uides.
Inualuit conſuetudo: hoc eſt, inueterauit. Plin. epiſt. 88. b. li. 6.
¶ Inualeſco, inualeſcis, inualui (ἰσχυρόνομαι, ἰσχύω) inualeſcere, Idẽ. Quint. libro 2. cap. 1. 1, Tenuit conſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit.
Inualeſcere aliquãdo ſignificat infirmum ac debile fieri, in deſuetudinem uenire. Quintil. lib. 10. cap. 2, Quum uerba intercidant, inualeſcant q; temporibus. Niſi fortè malis exponere Inualeſcant, in uſu ſint: ut opponatur huic uerbo Intercidant.
¶ Inualetudo, penul. prod. (ἀῤῥωστία) Valetudinis infirmitas, & mala ualetudo. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 1, Inualetudo tua me ualde conturbat. Ibidẽ, 125. 1, Inualetudine tua moueor.
¶ Inualentia, inualentiæ, Idem (ἀῤῥώστημα) Gell. lib. 20. capit. 1, Vitium aliquid imbecillitatis atq; inualentiæ demonſtratur: id eſt, languorum, aduerſæ ualetudinis.
¶ Inualidus, pen. corr. Adiectiuum (ἄῤῥωστος) contrarium eſt Robuſto & firmo. Plin. libro 11. cap. 39. 4, Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ.
Inualidus ad munera corporis, Impotens, Liu. 6. ab Vrbe, 35.
Artus inualidi. Ouid. epiſt. 20. 49.
Auxilium legum inualidum. Tacit. lib. 1.
Corpus inualidum. Ouid. epiſt. 20. 42.
Inualida herba medica: hoc eſt, infirmarum uirium. Colum libro 2. cap. 11. 4.
Manus inualidæ. Lucan. lib. 5. 55.
Inualidi milites, Infirmi, & minimè robuſti. Liuius 3. bell. Pu
Robur inualidum. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13. 3. (nic. 72.
Inualida ſus, Male ualens morbo affecta. Plin. lib. 8. cap. 5. 13.
Vires inualidæ. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 15.

Inuber] Vide Inhuber.

Inueho] Inuehis, penul. corr. inuexi, inuectum (ἐπάγω) inuehere, Intrò uehere, cuius contrarium eſt Ueho. Plin. lib. 6. cap. 19. 1, Alij tellurem exercent, militiã alij capeſſunt, merces alij ſuas euehunt, res externas inuehunt.
Inuehi & Emergere, contraria. Cic. 6. Verr. 115.
Inuehere in ærarium. Cic. 2. Offic. 113.
Inuehere mala, Importare. Cic. 3. Tuſcul. 46.
Inuecta incommoda per aliquem. Cic. 1. de Inuent. 1.
Inuehere caſum. Cic. 4. Tuſcul. 58.
Inuehi curru, pro Vehi. Cic. in Somnio Scip. 6.
Inuehi equo. Liu. 8. ab Vrbe, 47. & 48.
Inuehi flumine. Cic. 5. de Finib. 124.
Inuehi ex alio in portum. Cic. pro Murænã, 3.
Inuehere per mare. Plin. lib. 12. cap. 1. 4.
Oceano inuehere, pro In Oceanum uehere. Tacit. lib. 2.
Inuectus portum, inuectus urbem, pro In portum & in urbem. Plin. lib. 6. cap. 22. 4. Liu. 4. ab Vrbe, 125.
Inuehere ſe, Ingredi. Liu. 6. ab Vrbe, 127.
Inuehi in aciem. Vide Acies.
¶ Inuehor, inueheris, pen. cor. inuectus ſum (ἀποβλύω, πελεβάω) inuehi, Deponẽs, Inſectari, maledictis aliquẽ aggredi, & quodã impetu ſermonis in aliquẽ ferri. Cic. ad Ceſarẽ Iuniorem, libro 3, Itaq; in eam palàm uehementer inuectus.
Inuehi & maledicere. Cic. 2. de Orat. 166.
In aliquem inuehi. Quintil. lib. 4. cap. 3. 5.
Inſectari & inuehi in aliquem acerbius. Cic. de Amicit. 51.
Acerbè & contumelioſè inuehi in aliquẽ. Cic. 2. de Orat. 168.
Apertè inuehi in aliquem. Cic. 2. Philipp. 81.
Aſperè in aliquem inuehi. Cic. pro Seſtio, 10.

Grauiter

Digitized by Google

Grauiter inuehi. Cic. 3. de Orat. 2.
Vehementer in aliquem inuehi. Cicero 3. de Natura deorum, 137.
In causarum uehementius inuehi. Cicero 1. de Oratore, 13.
Verbis triſtibus inuectus. Ouid. 2. Triſt. 27.

¶ Inuectus, Participium (ἐποχηθεὶς) Intrò uectus uel curru uel equo: ut, Triplici triumpho inuectus. Virgilius 8. Aeneid. 61.

¶ Inuectus, huius inuectus (ἐπαγωγὴ) Ipſe inuehendi actus. Plin. lib. 4. cap. 1. 4, Amnis Achelous è Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, & Artemitam inſulam aſſiduo terræ inuecta continenti annectens.

¶ Inuectio, Verbale (ἐπαγωγὴ) Idem. Cic. 2. Offic. 17, Iam uerò & earum rerum quibus abundaremus, exportatio: & earum quibus egeremus, inuectio, certè nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerentur.

Inuectio, Inſectatio, impetus animi in aliquem. Cic. 2. de Inuent. 247, Clementia, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.

¶ Inuectitius, Adiect. (ἐπαγώγιμος) Quod inuehitur. Plinius lib. 10. cap. 29. 4, Quippe quum Theophraſtus tradat inuectitias eſſe in Aſia etiam columbas.

¶ Inuectiuus, pen. prod. Adiect. (συλιτσυτικὸς) Quod inuehitur: hoc eſt, maledictis inſectatur. Vnde inuectiuæ orationes, aduerſus aliquem ſcriptæ, quòd in illius mores, uel ingenium, aut uitam inuehamur.

Inuendibilis] & hoc inuendibile, pen. corr. Plaut. in Pœnulo, Act. 1. ſcen. 2,

Inuendibile merce oportet ultrò emptorem adducere.
Proba merx facilè emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.

¶ Inuenditus. pen. corr. Adiectiuum, Non uenditus. Scæuola in l. Seius. ff. de reſcin. uend. Quæſitum eſt, quum neq; fideiuſſor datus, neq; omnis pecunia ſecundum legem ſuis diebus ſoluta ſit: an prædia inuendita ſint.

Inuenio] inuenis, pen. corr. inueni, pen. product. inuentum, (σὺρίσκω, δὲσυρίσκω, ἐφσυρίσκω, ἀλφαίνω) inuenire, Comperire, quaſi in aliquid uenire. Plaut. Ciſtel. 10. 102,

Quod quæritabam, filiam inueni meam. Inuenire, inquit Valla eſt uel conſilio uel caſu, ſiue corporea, ſiue incorporea reperire. Ouid. 2. Metam. 146,

Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes.

Inuencris, pro Inuenias: hoc eſt, ſciſcitare. Plautus Bacchid. 18. 42.

Inuenire, Comminiſci, excogitare. Terent. Eunu. 3. 1. 63,

—— cæterum Idem hoc tuto melius quanto inueniſſes Thraſo.

Inuenio quod agam. Plaut. Moſtel. 8. 176.
Inueni ad quod pertineat ſomnium. Plaut. Merc. 5. 29.
Inuenitur apud authores, & in authoribus. Liu. 3. ab Vrbe, 10. 1. Plin. lib. 7. cap. 16. 8.
Inuenitur inter exempla, Idem. Plin. lib. 14. cap. 13. 1.
Inuenire, Acquirere. Terent. Eunuch. 2. 1. 4, —— utinam Tam aliquid inuenire facilè poſſis Phædria,
Quàm hoc peribit. Donatus. Sic, Heaut. 5. 4. 17.
Inuenire, Adipiſci. Cic. 3. Philipp. 135, Qui propter hæſitantiã linguæ, ſtuporemq; cordis, cognomen ex contumelia inuenit. Vetus exemplar legit, traxerit.
Inuenire ex. Cicero 5. Verr. 152, Iam uerò ſcriba tuus annulo aureo ſuo, quem ex his rebus inuenit, iſta te ratione uti non ſinet.
Inuenire, Cognoſcere. Terent. Eunu. 5. 9. 6,
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Donatus.

Inuenire aditum ad rem aliquam. Liu. 5. bel. Pun. 37.
Argentum. Terent. Phorm. 3. 3. 1.
Cauſam. Terent. Heaut. 5. 2. 36.
Certum. Cælius ad Ciceronem, Neque certum inueniri poterat. Id eſt, ſciri.
Exitum. Senec. epiſt. 1.
Facinus, Comminiſci. Plaut. Aſin. 7. 47.
Fallaciam. Terent. Heaut. 3. 3. 36.
Finem. Liu. 6. bel. Pun. 91.
Gratiam. Plin. lib. 19. cap. 5. 23.
Hominem utilem ad eam rem. Plaut. Epid. 5. 103.
Infortunium. Plaut. Amphit. 4. 132.
Initium. Terent. Heaut. 5. 4. 21.
Labore aliquid. Terent. Heaut. 5. 4. 17. Id eſt, acquirere.
Laudem. Terent. And. 1. 1. 39.
Malefacta alicuius. Plaut. Trucul. 16. 59.
Mortem ſuo ictu. Tacit. lib. 1.
Nomina noua. Plaut. Epid. 5. 46.
Nomen. Plin. in Præfat. 2.
Nomen Latinum non inuenire. Plin. lib. 11. cap. 45. 4. Id eſt, non habere.
Obtrectatores. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 9. 4.
Orationem inuenire. Vide Oratio.
Pecuniam bono modo. Plin. lib. 7. cap. 43. 5.
Perniciem alijs, ac poſtremum ſibi inuenire. Tacit. lib. 1.
Prologum. Terent. in Prol. Phorm. 15.
Inuenero quod in te facere ſit dignum. Terent. Heaut. 1. 1. 56.
Quomodo. Cic. pro Sex. Roſc. 24, Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat.
Inuenta ratio eſt, cur pecunia ſacrorum moleſtia liberaretur Cic. 2. de Legib. 83.
Remedium alicui rei. Terent. Phor. 43. 11.
Salutem inuenire fuga. Sil. lib. 7. 102.
Spelunca uix ipſis inuenienda feris. Ouid. 1. Faſt. 111.
Inuenias ubi habitat. Plaut. Merc. 12. 51.
Aeris, auri, argenti uenas penitus abditas inuenire. Vide Abdo.
Veniam. Plaut. Rud. 2. 27.
Viam. Terent. Eunu. 2. 2. 16. Virg. lib. 4. Aen. 96,
Inueni germana uiam, gratare ſorori.
Fata uiam inuenient. Virg. 10. Aen. 22.
Inuenire atq; deprehendere. Cic. 3. in Catil. 62.
In culpa es inuentus. Terent. Hecyra, 3. 1. 19.

Inuenibo] Futurum antiquum, pro Inueniam. Pomp. Bucacone adoptato, Sæpe annuit, inuenibit ſæpe. Nonius.

¶ Inuenitur, Imperſonale. Plin. li. 10. cap. 21. ad finem, Inuenitur in annalibus, in Arimenſi agro M. Lepido, Qu. Catulo Coſſ. in uilla Galerij locutum gallinaceum.

¶ Inuentus, Participium (σὺρεθὲς) Ouid. 1. Metam. 132,

—— tu non inuenta, reperta es.

Opes inuentæ ſanguine. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.

¶ Inuentus (σὺρετὸς) Nomen ex participio. Quintil. libro 8, in Procœmio, Inuentis uim afferimus.

Inuentum reddere. Terent. Phorm. 3. 3. 26.
Inuento eſt opus, Opus eſt ut inueniatur. Plautus Bacchide, 4. 41.

¶ Inuentum, Subſtantiuum (σὺρεμα) Commentum. Terentius Heaut. 6. 7,

Vt te omnes equidem dij deæq;, quantum eſt Syre
Cum iſtoc inuento, cumq; incœpto perdiunt. Plin. lib. 23. cap. 1. 27, Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutiliſſimum eſt. Vide Nouus.

Æmuli inuentorum Zenonis, Stoici nominantur. Cicero pro Murena, 56.

Artes, scientiæ, inuenta. Cic. de Senect. 71.
Memoranda inuenta. Virg. 4. Georg. 57.
Sicca, ac seuera inuenta. Quint. lib. 2. cap. 4. 5.
¶ Inuentus, huius inuentus (σύρησις) Ipse inueniendi actus. Plinius lib. 17. cap. 10. 9, Ex eodem inuenta est, surculos abscissos serere. Hoc est, eiusdem inuentionis & artis.
¶ Inuentio, Verbale (σύρησις) Idem. Plinius lib. 13. cap. 1. 13, Hæc sunt antiquæ inuentionis genera.
Inuentio atq; excogitatio. Cic. 1. Tusc. 95.
Inuentio, Vna est de quinq; rhetorices partibus. Vide Quintilianum lib. 3. cap. 3, Vnde etiam extant libri duo Ciceronis de Inuentione.
¶ Inuentiuncula, pen. corr. Diminutiuum (συρημάτιον) Quintilianus libro 8, Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent.
¶ Inuentor, inuentoris, Verbale (σύρητὴς) Qui inuenit: ut, Inuentor olei deus. Cic. 7. Verr. 122. Sic, Plin. lib. 25. cap. 8. 1, Inuentor plantaginis.
Rerum inuentor. Lucret. lib. 5. 2.
Salutis inuentor. Stat. 1. Sylu. 1. 16.
Scelerumq; inuentor Vlysses. Virg. 2. Aen. 33.
Inuentor & princeps Stoicorum. Cic. 4. Acad. 238.
Inuentor ueritatis, & quasi architectus beatæ uitæ. Cicero 1. de Fin. 49.
Inuentor uoluptatum. Terent. Eunuch. 5 9. 5.
¶ Inuentrix (σύρητὶς) Aliud uerbale fœmin. Plin. lib. 35. cap. 11. 4, Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum.
Princeps & inuentrix belli Minerua. Cicero 3. de Natura deorum, 72.
Carminis inuentrix & author. Ouid. 6 Fast. 142.
Inuentrices doctrinarum Athenæ. Cic. 1. de Orat. 7.
Inuentrix & magistra legum. Cic. 5. Tusc. 7.
Oleæ inuentrix Minerua. Virg. 1. Georg. 4.
Ars inuentrix, & iudicatrix, & enunciatrix. Quintilian. libro 2. cap. 15. 15.
¶ Inuentarium, inuentarij, Idem quod Repertorium. Vlpianus de administratione tutorum, l. tutor qui repertorium non fecit, quod uulgò inuentarium appellatur, dolo fecisse uidetur.
Inuenustus] Adiectiuum (ἄχαρις, ἀχαρίτωτος) Est, authore Donato, sine uenere, id est, sine gratia, quem oës respuãt, repudientq; pulchræ, & quem deformes appetant, cui Displicens obijcitur. Terent. And. 1. 5. 10, Adcóne hominem esse inuenustum, aut infœlicem quenquam, ut ego sum? Cicer. de clar. Orator. 128, C. Censorinus Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expeditè, non inuenustus actor, sed iners & inimicus fori.
Inuenustum arbustum. Colum. lib. 5. cap. 6. 30.
Sordida res & inuenusta. Catul. in Asin. epigr. 12. 1.
Illepidum & inuenustum. Catul. de Varri amica, 10. 1.
¶ Inuenustè, Aduerbium (ἀχαρίτως) Incomptè, ineleganter, impolitè. Gel. lib. 17. cap. 12, Inibi in eisdem laudibus non hercle hæc sententiola inuenustè lusit.
Inuerecundus] Adiectiuum (ἀναίδὴς) Verecundo contrarium. Suet. de claris Grammat. 15, Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset. Plautus Rud. 16. 36,

—legirupa, impurus, inuerecundißimus.

Deus inuerecundus. Hor. Epod. 11. 3.
Inuerecunda frons, Quæ & perfricta & perfricata dicitur. Quint. lib. 2. cap. 4. 12.
Inuerecundũ animi ingeniũ, Impudens. Cic. 1. de Inuent. 97.
Inuergo] Inuergis, inuerxi, inuersum, secundum Diomedẽ (ἐπιχύνω) Inuergere, Inclinare. Plaut. Curc. 3. 11,

Ipsum expeto tangere, inuergere in me liquores tuos
Sino ductim. Antiquum.

Frontiq; inuergit uina sacerdos. Virg. 6. Aen. 49.
Inuergere, pro infundere. Ouid. 7. Metam.

Tum super inuergens tepidi carchesia lactis, &c.

Inuerto] Inuertis, inuerti, inuersum (ἐντρέφω, παραπνέω) Inuertere, Quasi in contrarium uertere, ut uestem aut pellẽ. Seu etiã uerba præposterè pronuntiare: ut, pro Lano, uola. Terent. Heaut. 2. 3. 131,

Ego te autem noui, quàm esse soleas impotens.
Inuersa uerba, euersas ceruices tuas. Plin. lib. 32. cap. 2. 3, Infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato. De Muræna.

In locum annulum inuertere. Cic. 3. Offic. 49. de Gyge.
Campum fractis inuertere glebis. Virgilius 3. Georgicor. 32. Hoc est, arare.
Inuertere negotium aliquod, Perturbare. Cicero ad Q. fratr. lib. 3. 18. 2, aliàs euertere, &c.
Inuertere ordinem. Cic. in Partit. 14, Vt quum semel dictum sit directè, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, & idem quasi sursum uersus retroq; dicatur.
Inuertere scrobes oleis: hoc est, Fodere locũ pangẽdis oleis idoneum. Cato cap. 27.
Inuertere se. Cic. de Aruisp. resp. 48. Hoc est, mutare.
Nos uirtutes ipsas inuertimus. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 11.
¶ Inuersus, Participium (διεστραμμένως) ut, Inuersa manus. Plin. lib. 11. cap. 25. 8.
Inuersa consuetudo. Quint. lib. 3. cap. 11.
Mare inuersum. Hor. Epod. 10. 1.
Mores inuersi. Hor. 3. Carm. ode 5. 2.
¶ Inuersio, Verbale (ἐντροφὴ) Quod transpositum dicimus. Cic. 2. de Orat. 145, In uerbis etiam illa sunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex unius uerbi translatione, aut ex inuersione uerborum.
Inuesperascere] ἑσπερόω, Vesperum tempus fieri. Liuius 9. belli Macedon. 202, Iam inuesperascebat. Tacit. lib. 19.
Inuestigo] inuestigas, pen. prod. (ἰχνεύω) inuestigare, Quærendo inuenire. Tractum à uenatoribus, qui per uestigia ferarũ quærendo inueniunt. Plaut. Rud. 30. 34,

Quid dare uelis, qui istæc tibi inuestiget, indicetq; ? Terent. Heaut. 4. 2. 8,

Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari possiet. Cic. pro Ligario, 1, Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat. Idem 4. de Finib. 34, Veri inuestigandi cupidus.

Inuestigare cum animo. Plaut. Aulul. 29. 4.
Inuestigare de. Plautus Merc. 17. 4, Nihil inuestigo quicquam de illa muliere.
Diligenter de aliquo inuestigare. Cic. Att. lib. 9. 175. 8.
Inuestigare & consequi. Cic. 2. Verr. 29.
Inuestigare & comprehendere. Cic. 3. in Catil. 49.
Diligentia alicuius inuestigare quod latet. Cic. pro Ligar. 1.
Inuestigare, sæpe etiam pro Indagare & conquirere ponitur. Plaut. Merc. 12. 79. Cic. 6. Verr. 41, Qui inuestigabant & perscrutabantur omnia. (Sylla, 64.
Coniurationem inuestigare, patefacere, opprimere. Cicer. pro
Incredibilis, ad inuestigandum canum sagacitas narium. Cic. 2. de Nat. deor. 237.
¶ Inuestigatio, Verbale (διέτασις, ἴχνευσις) Inuentio. Cic. 5. de Finibus, 17, Qua ex cognitione facilior facta est inuestigatio rerum occultißimarum.

Inquisitio

Inquisitio & inuestigatiò. Cic. 1. Offic. 21.
Conferre se ad inuestigationem. Vide Confero.
¶ Inuestigator, pen. prod. Verbale (ἰχνευτὴς, ζητητὴς) Cicer. de Vniuer. 1, Acer inuestigator & diligens earum rerũ quæ à natura inuolutæ uidentur. Idem pro Sylla, 64, Ego ille coniurationis inuestigator atq; ultor.
Diligentißimus antiquitatis ueri inuestigator Varro. Cicer. de claris Orat. 30.
Inuestio] inuestis, inuestiui, inuestitum, pen. prod. inuestire, Est quasi ornare. Plin. lib. 35. cap. 7. 4, Publicas porticus inuestiuit pictura.
¶ Inuestes, inermes (ἄνοπλοι) dicimus, siue, ut quidam uolũt, impuberes, uel imberbes. Palladius lib. 11. cap. 14, Inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat.
Inueterò] inueteras, pen. corr. (παλαιόω, παλαιοποιῶ) inueterare, Ad uetustatẽ seruare, inquit Budæus. Plin. lib. 23. cap. 2. 2, Aquæ marinæ sextarios quinq; pariter coquebãt, decies deferuescente cortina, atq; ita diffundebãt, inueterabantq;. Idem lib. 19. cap. 6. 15, Quòd si diutius allium cepé; inueterari libeat. Sic, Inueteratum uinum, Plinius libro 14. cap. 2. 10.
Inueterauit hæc opinio, pro Inualuit. Cicero 2. de Natura deorum, 7.
¶ Inueteràsco, inueteràscis, inueteràui, inueteràtum (παλαιόομαι) inueteràscere, Inualescere. Terent. in Prol. Hecyr. 12,
Nouas qui exactas feci, ut inueterascerent. Vbi Donatus, Inueterascerent, id est, in consuetudinem uenirent, spectarentur, amarentur.
Inueteràscere & corroborari. Cic. 3. in Catil. 70.
Inueterauit consuetudo. Cæsar 5. bel. Gal. 152.
Insedit penitus & inueterauit macula in populi Romani nomine. Cic. pro lege Manil. 4.
Inueterauit nomen eius, hominum sermonibus. Cicero pro P. Sylla, 17.
Inueterauit opinio, Inoleuit. Cic. 2. Verr. 1, Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reip. uobisq; periculosa.
Inroborauit inueteratiq; falsa atq; aliena uerbi significatio. Gel. lib. 1. cap. 22.
Vicus inueterascit alendo. Lucret. lib. 4. 215.
Inueterascere & extingui. Cic. 5. Tuscul. 58. Alij legunt, interarescere.
Inueterascere dicitur miles, in eo loco, ubi diu commoratur. Cæsar 1. bel. Ciuil. Quod ferè fit quibus quisq; in locis miles inueterauerit, ubi multum earum regionum consuetudine moueatur. Item, 2. bel. Gal.
¶ Inueteratus, Partic. ut, Inueteratus dolor. Cic. 3. Tusc. 62.
Inueteratus & Recens, contraria. Cic. de Senect. 66.
Institutum & Inueteratum, contraria. Cicero Appio Pulchro, lib. 3. 9. 12.
Inueterata inuidia. Cic. pro Cluent. 1. Et Offic. 86.
Inueteratum malum, cui Nascens opponitur, Antiquum. Cicer. 5. Philipp. 186.
Inueterata querela. Cic. de Amicit. 34.
¶ Inueteratio, Verbale (παλαίοτης) Vetustas, antiquitas. Cic. 4. Tusc. 132, Inueteratio autem ut in corporibus ægrius depellitur quàm perturbatio, &c.
Inuicem] pen. corr. Aduerbium (ἐπαμοιβαδὸν, ἀλλαξ) Id est, mutuò. Plaut. Menæch. 1. 9,
Ii se cognoscunt fratres postremò inuicem. Quint. Qui se ardentißimo amore inuicem dilexerunt.
Inuicem intentare crimen. Quintilianus lib. 3. cap. 10. 5. Id est, inter se.
Hæc inuicem obstant. Quintilianus libro 4. capite 5. Et libro 8, Densitas earum obstat inuicem. Id est, obstant sibi inuicem, quòd sunt nimis densæ.
Inuicem se mutuis exhortationibus excitare. Plin. Iunior.
Inuicem petitur manus iniectio. Quint. lib. 7. cap. 8.
Manibus inuicem apprehensis. Quint. lib. 9. cap. 4.
Nihil inuicem imputare. Plin. lib. 8. cap. 17. 2.
Inuicem, Per uices: ut, Loquamur inuicem. Id est, Me loquente uos tacete, uobis loquentibus ego tacebo. Plinius libro 6. capite 1. 3, Alitum quippe cantus, canumq; latratus inuicem audiuntur.
Inuicem, pro Secundo loco, uicißim, uel econtrariò. Plin. lib. 2. epist. 35. ad Arrianum, Habes res urbanas: inuicem rusticas scribe. Idem epist. 93. lib. 6, Scribis te absentia mea non mediocriter affici: unumq; habere solatium, quòd pro me libellos meos teneas, sæpe etiam in uestigio meo colloces. gratum quòd his fomentis atquiescis. Inuicem ego epistolas tuas lectito. Liu. 8. bel. Pun. Requiescat aliquando tamdiu uexata Italia: uratur, uastetur inuicem Africa.
Inuictus] Adiectiuum (ἀνίκητος, ἀήττητος) Fortis, & qui uinci non potest. Cic. pro Marcello, 7, Rectè igitur unus inuictus es, à quo etiam ipsius uictoriæ conditio, uisq; deuicta est. Sic in Pisonem, 27, Inuictus ciuis.
Acie inuictus. Vide Acies.
Cursu inuictus. Ouid. 8. Metam. 63.
Inuictum se à labore præstare: hoc est, Indefessum. Cic. 1. Offic. 97. Vide A uel Ab.
Viribus inuicti. Virg. 6 Aeneid. 79.
Adamas inuictus. Vide Adamas.
Armis inuictus Annibal. Cic. 3. de lege Agrar. 93.
Arx Capitolij inuictißima. Tacit. lib. 19.
Corpus inuictum à uulnere. Ouid. 12. Metam. 34.
Fortis & inuicta defensio salutis meæ. Cicero Post red. in Senat. 26.
Inuicti dentes ignibus. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Dextera inuicta bello. Virg. 6. Aen. 176.
Dux inuictus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 9.
Gentes inuictæ. Virg. 12. Aen. 39.
Nomen inuictißimi imperatoris incidatur. Cic. 6. 74.
Manu inuicta gestare bellum. Ouid. ad Liuiam, 77.
Robur inuictum. Sil. lib. 11. 32.
Virtus inuicta. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 23.
Inuideo] Inuides, pen. corr. inuidi, inuisum, pen. prod. (φθονέω, βασκαίνω, μισέω) inuidere, De rebus secundis alicuius dolore affici. Cic. 3. Tuscul. 34, Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod uerbum dictum est à nimis intuendo fortunã alterius. Priscianus In negatiuè exponit, dicẽs, Inuideo tibi, quasi non uidens tibi non fio, hoc est, non ferè te bene agentem uideo. Plaut. Bacchid. 11. 14,
Nullus est qui non inuideat rem secundam obtingerẽ.
Inuidet aut fauet semper dignitatis iniquus iudex populus. Cicero pro Planeio, 5.
Inuideo, Datiuo. Cic. 4. Acad. 13, Qui mihi uidentur non solùm uiuis, sed etiam mortuis inuidere.
Honori alicuius inuidere. Cic. 2. pro lege Agrar. 100.
Laudi & gloriæ maximè inuideri solet. Cicero 2. de Oratore, 114.
Nouitati alicuius inuidere. Cic. Lent. lib. 1. 7. 16.
Paribus aut inferioribus maximè inuident homines: quum se relictos sentiunt, illos dolent euolasse. Cicero 2. de Orator. 115.
Inuidet ipsa sibi. Ouid. 2. Fast. 119.
Virtuti inuidere, labes quædam & macula huius seculi est. Cic. pro Corn. Balbo, 11.
Inuideo, Accusatiuo iunctum. Ouid. epist. 13. 28, Troadas inuideo.

uideo. Virg. 8. Aen. 102,
Sed mihi tarda gelu, ſeclisq; effœta ſenectus
Inuidet imperium.

Inuidere, Datiuo & accuſatiuo. Plin. Neq; ego, ut multi, inuideo alijs bonum, quo ipſe careo. Cic. 3. Tuſc. 5, Vt nobis optimam naturam inuidiſſe uideantur. Liu. 2. ab Vrbe, 172.

Fortuna te mihi inuidit. Virg. 11. Aen. 9.

Honorem inuidere alicui. Hor. 1. Serm. Sat. 6. 10.

Inuidere, pro Odiſſe ponitur. Ouid. epiſt. 1. 1,
Troia iacet certè Danais inuiſa puellis. Cic. Dijs, hominibuſq; inuiſus.

¶ Inuideor, Paſſiuum. Hor. in Arte, 2,
——ego cur acquirere pauca
Si poſſum, inuideor?

¶ Inuidetur, Impersonale. Cicero 4. Tuſculan. 26, Inuidia non in eo qui inuidet ſolum dicitur: ſed etiam in eo cui inuidetur. Idem 2. Offic. 63, Non modò non inuidetur illi etati, ſed etiam fauetur.

Inuidere, Negare. Plin. lib. 15. cap. 2. 2, Cereri totum in natura conceßit, oleum ac uinum non inuidit tantum.

Aula inuidenda. Hor. 2. Carm. ode 10. 2.

¶ Inuiſus (μισητός, ἀνόβιατος) Odio habitus, odioſus, quem animo æquo uidere non poſſumus. Cic. pro lege Manilia, 33, Ne aut inuiſa dijs immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe uideatur.

Inuiſus Deo, & à Deo neglectus aliquis. Cic. 2. de Natura deorum, 247.

Facere aliquem magis inuiſum. Quintilianus libro 3. capite 7. 13.

Aurum inuiſum. Propert. lib. 3. eleg. 5. 1.

Caput inuiſum. Virg. 9. Aen. 103.

Dente inuiſo carpere aliquem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 15.

Hoſtis inuiſus Ouid. 1. Triſt. eleg. 8. 5.

Impro bitas licet aduerſario moleſta ſit, iudici inuiſa eſt. Quintil. lib. 6. cap. 4. 12.

Negotia inuiſa. Hor. 1. epiſt. 14. 4.

Lutulenta, impura, inuiſa perſona. Cicero pro Roſcio Comœd. 12.

Salus inuiſa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 141.

Vita inuiſa. Ouid. in Ibin, 68.

Inuiſum & odioſum. Plaut. Merc. 3. 79.

¶ Inuiſior (ἀνοβιατώτερος) Comparat. Inuiſiſſimus, Superlat. Cic. 2. Offic. 48, Quo enim quis uerſutior & callidior eſt, hoc inuiſior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. Plin. lib. 22. cap. 13. 1, Vrtica quid eſſe inuiſus poteſt? Plinius epiſtola ultima, lib. 2, Cuius marito inimiciſsimus, ipſi inuiſiſsimus fuerat.

¶ Inuidia, inuidiæ (φθόνος, νέμεσις, βασκανία) Non in eo ſolum qui inuidet dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur, ut dictum eſt ex Cicerone lib. 4. Tuſcul. 26. Horat. 1. epiſt. 2. 12,
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum

Digna imitatione, non inuidia, hominum excellentium uirtus. Cic. 14. Philip. 396.

Inuidiæ aut odij non diſsimilis offenſio. Cicero 2. de Oratore, 115.

Inuidiæ incendio conflagrare. Vide Conflagro.

Motus inuidiæ longè omnium acerrimus. Cicero 2. de Oratore, 115.

Largitionis regiæ inuidia. Cic. Lent. lib. 1. 1. 4.

Cæca. Vide Cæcus.

Deteſtanda. Cic. 1. de Nat. deor. 70.

Infœlix. Virg. 3. Georg. 7.

Peſtilens. Senec. Hippol. 4. 27.

Triſtis. Senec. Octau. 8. 10.

Citra inuidiam. Vide Citra.

Inuidia, Odium, & maleuolentia, eſt, inquit Valla, uel dicto uel facto in alterum maleuolentiæ conciliatio, ut ſi quis calamitates ſuas referat, oſtendatue, ut authori calamitatem concitet odium cæterorum: quod dicitur Inuidiam facere, uel uocare, uel adducere inuidiã. Terent. And. 1. 1. 39, —ita ut
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Quintilian. Nec ei tot ſcelerum commemoratione concitarem inuidiam.

Inuidia, Odium publicum, et fama calamitoſa, ut Cicero uocat, & ſenſus publicus de aliquo ob ſiniſtram opinionem. Cic. 1. in Catil. 20, Sed ſi quis eſt inuidiæ metus, non eſt uehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda. Budæus.

Inuidia temporum, Iniuria malignitas. Plin. epiſt. 190. b.

In ſummam inuidiam adductæ res. Cic. Lent. lib. 1. 1. 13.

Aeſtuare inuidia. Vide Aeſtuo.

Ardere inuidia. Vide Ardeo.

Aſſumere inuidiam. Vide Aſſumo.

Attingi inuidia. Vide Attingo.

Capere inuidiam. Vide Capio.

Colligere inuidiam crudelitatis ex re aliqua. Cic. 7. Verr. 15.

Commouere inuidiam. Vide Commoueo.

Concitare inuidiam. Quintilianus libro 6. capite 1. 10. Vide Concito.

Conferre inuidiam mortis alicuius in alterum. Cicero pro Flacco, 32.

Conflagrare inuidia. Vide Conflagro.

Conflare inuidiam. Vide Conflo.

Cumulare ſibi inuidiam. Vide Cumulo.

Detrahere inuidiam alicui. Senec. Troade, 20.

Diſſoluere inuidiam criminis urbanitate. Quintilianus libro 6. cap. 3. 7.

Eleuare inuidiam. Quint. lib. 5. cap. 13. 32.

Extinguit inuidiam mors, res geſtæ ſempiternæ nominis gloria nituntur. Cic. pro Corn. Balbo, 11.

Facere inuidiam. D. Brutus Bruto & Caßio, lib. 11. 1. 9, Quintil. lib 6. cap. 1. 11, Quorum inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offenſio iudicis facit. Vide Facio.

Flagrare, uel Conflagrare inuidia. Vide ſuo loco.

Gliſcit inuidia crudelitatis. Tacit. lib. 15.

Habere inuidiam. Cic. 6. Verr. 25, Cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus inuidiæ habiturum. Idem in Oratore, 97. Sed habet nomen inuidiam, quum, &c.

Syllanus ager maximam habet inuidiam. Cicero 2. de lege Agrar. 71.

Incendere incendia. Quint. lib. 4. cap. 2. 81.

Inflammare inuidiam. Vide Inflammo.

Laborare ex inuidia. Vide Labor, laboris.

Obtrectatio inuidiæ ſolet lacerare pleroſque. Cicero de claris Orator.

Macerat nos inuidia. Lucret. lib. 3. 15.

Mollire inuidiam. Tacit. lib. 4.

Onerari inuidia. Suet. in Othone, cap. 6.

Opprimi inuidia. Quintilianus libro 7. capite 3. 25. Vide Opprimo.

Parare inuidiam alicui ex ſua re familiari. Cicero in Saluſtium, 5.

Pati inuidiam. Ouid. Epiſt 19. 14.

Placare inuidiam. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 3.

Quærere inuidiam in aliquem. Cic. pro Rabir. Poſth. 29.

Rapere in inuidiam, quod & trahere & adducere dicitur: hoc eſt. Facere ut quis cui inuideat. Cic. 3. de lege Agrar. 5.

Remouere

Digitized by Google

Remouere à ſe inuidiam. Ouid. 12. Metam. 126.
Inuidiæ eſſe alicui. Liu. 4. ab Vrbe, 216.
In inuidia eſſe, Inuideri. Cic. ad Attic. li. 2. 24. 3, Alia exemplaria non habent præpoſitionem In.
In inuidia res eſt. Saluſt. in Iugurtha.
Inuidiam & offenſionem timere. Cic. pro Cluent. 54.
Inuidiarum inuidiam in Clodium uertit. Quintil. lib. 6. cap. 6, Hoc ad inuidiam eius, qui prouinciæ præeſt ſpectat, ſi quis tam impotenter ſe gerat, ut omnes metuant aduerſus eũ aduocationem ſuſcipere. Vlp. in l. nec quicquã. §. ſed & ſi. ff. de officio proconſ. & legati.
Vertere ad inuidiam. Tacit. lib. 13.
Vocare aliquid in inuidiam. Quintilianus libro 6. capite 4. Vide Voco.
¶ Inuidiola, inuidiolæ, pen. corr. Diminutiuum (φθονίδιον) Cic. Quum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum fuiſſet. Sipontinus.
¶ Inuidentia, inuidentiæ, ab Inuidia differt, ut ebrietas ab ebrioſitate. Quippe inuidia eſt quũ inuidetur, hoc eſt, actus ipſe inuidendi: Inuidentia uerò eſt ægritudo animi, qua propter res ſecundas alterius ſuſcipitur, quæ nullam iacturam afferant inuidenti: nam ſi quis doleret eius rebus, à quo ipſe læderetur, non rectè diceretur inuidia. Hæc Sipontinus ex 4. Tuſc. quæſt. Ciceronis, 27.
¶ Inuidus, pen. corr. (φθονερὸς, βάσκανος, βαλερὸς) Qui actu alicui inuidet. Plaut. Merc. 18. 15, Iracundi, ſibi ſuiſq; inuidi. Hor. lib. 1. epiſt. 2. 12,

Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.

Virtutis hoſtis, laudis inuidus. Cic. pro Flac. 1.
Inuidus, & Fautor laudum alicuius, contraria. Cicero in Orator. 78.
Inuidis & obtrectatoribus nomen inductum falſæ religionis. Cic. Lent. lib. 1. 4. 4.
Inuidus, maleuolus, liuidus. Cic. 4 Tuſc. 42.
Dente mordeor inuido. Hor. 4. Carm. ode 3. 4.
Ambitioſus & inuidus imperator. Cic. pro Murena, 18.
Lingua inuida. Ouid. 1. Amor. eleg. 149.
Turba inuida. Propert. li. 3. eleg. 1. 5.
¶ Inuidioſus, pen. prod. Adiectiuum (ἐπίφθονος) Qui morbò inuidentiæ laborat. Ouid. 15. Metam. 47,

Tempus edax rerum, tumq; inuidioſa uetuſtas,
Omnia deſtruitis.

Inuidioſus, Paſſiuè, Cui alij inuident. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14. 15, Contingit enim tibi quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeueritas animaduerſionis non modò non inuidioſa, ſed etiam popularis, &c. Plin. lib. 35. cap. 2. 8, Inuentione munere is etiam dijs inuidioſus. De Varrone.
Inuidioſus & multis offenſus. Cic. pro Cluent. 127.
Inuidioſum ad bonos. Cic. ad Att. lib. 8. 14. 7. 11.
Inuidioſus, Odioſus & inuiſus. Cic. de Amic. 17, Quare ſibi habeant ſapientiæ nomen & inuidioſum & obſcurum.
Inuidioſus apud bonos. Cic. ad Att. lib. 2. 34. 7.
Inuidioſior. Cic. 4. Verr. 28, Putabant abſentis damnationem, præſertim tantæ pecuniæ, multo inuidioſiorem fore; quàm ſi præſens damnatus eſſet.
Inuidioſa res. Cicero 6. Verr. 36, Rem claram eſſe, & inuidioſam.
Arma inuidioſa. Ouid. epiſt. 8. 10.
Inuidioſa feri radiabant atria regis. Mart. lib. 1. 2.
Bona inuidioſa. Ouid. ad Liuiam, 12.
Inuidioſam crimen. Cic. pro Cluent. 114.
Inuidioſum iudicium. Cic. pro Cluent. de iudicio Iuniano, Pera in de quaſi ego non ab initio huius defenſionis dixerim, inuidioſum illud fuiſſe iudicium. Id eſt, inuidia flagraſſe, quaſi cor-



ruptum & nummarium. Budæus. Sic, pro Quintio, 26.
Inuidioſum nomen uoluptatis. Cic. 4. Acad. 250.
Pecunia inuidioſa. Cic. pro Corn. Balb. 45.
Poſſeſſiones inuidioſas tenere. Cic. 2. pro lege Agrar. 76.
Præmia inuidioſa. Ouid. 13. Metam. 83.
Turba non inuidioſa. Ouid. 3. Faſt. 87.
Rapina. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 11.
Spes. Ouid. 4. Metam. 159.
Facere inuidioſum. Quint. lib. 6. cap. 2. 18.
¶ Inuidioſè, pen. prod. Aduerbium (ἐπιφθόνως) Cic. 4. Acad. 261, Num minus hæc inuidioſè dicuntur? Hoc eſt, odioſè & inuiſè.
Inuigilo] inuigilas, penultima correpta (ἐπαγρυπνέω) inuigilare, Cum cura & ſolicitudine uigilare. Columel. libro 10. cap. 16,

Inuigilate uiri: tacito nam tempora greſſa
Diffugiunt, nulloq; ſono conuertitur annus.

Cura inuigilat quieti. Stat. 8. Theb. 125.
Curæ inuigilant animo. Stat. 3. Theb. 1.
Mens inuigilat curis. Sil. lib. 10. 66.
Malis inuigilare. Ouid. 4. Faſt. 106.
Victu inuigilare. Virg. 4. Georg. 32. Victu, pro Victui.
Inuinius] Adiectiuum (ἄοινος) Abſtemius, quaſi ſine uino: ſicut Inuius, ſine uia. Apuleius libro ultimo, Neq; ullum animal eſſem, & inuinius eſſem. Antiquum.
Inuiolabilis] & hoc inuiolabile, penultima correpta, Adiectiuum (ἀβίαστος) Quod uiolari non poteſt aut uulnerari. Sil. lib. 16. 3,

——uelut inuiolabile telis
Seruabant ſacrumq; caput.

¶ Inuiolatus, pen. prod. Adiectiuum (ἀνεκβίαστος) Violatò contrarium. Integer, incorruptus, illæſus. Cic. pro Rabirio Perduel. reo, 7, Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis defendo, ſeruari oportere! Idem pro Seſt. 123, Aut omnino inuulnerati, inuiolatiq; uixerunt. Colum. lib. 12. capit. 1. 4, Quæ domum autem inferuntur, diligenter inſpicere, ne delibata ſint, & ita explorata atq; inuiolata recipere.
Membra uiolata feris. Stat. 3. Theb. 23.
Mens inuiolata mero. Sil. lib. 11. 62.
Pudicitia inuiolata. Ouid. ad Liuiam, 9.
¶ Inuiolatè, pen. prod. Aduerb. (ἀνεκβιάστως) Incorruptè. Cic. de Senect. 73, Memoriam noſtri piè inuiolatéq; ſeruabitis.
Inuiſitatus] Vide Inuiſo.
Inuiſo] inuiſis, pen. prod. inuiſi, inuiſum (ἐπισκέπτομαι) inuiſere, Idem quod Viſo: niſi quid addat compoſitio uehementiæ. Cic. ad Att. lib. 1, 15. 10, Et ut iam inuiſas nos, non ſolùm rogo, ſed etiam ſuadeo.
Inuiſere ad. Plaut. Stich. 3. 9,

Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiſo domum.

Ambulationem alicuius inuiſere. Cic. Att. lib. 4. 79. 4.
Domum alicuius inuiſere. Cicero Attico, libro 4. 75. 6. Catul. Argon. 59. 77.
Libenter inuiſere locum aliquem. Cic. 5. de Fin. 8.
Vir inuiſens prælia. Catul. de coma Berenitis; epigramma. 61. 4.
Vrbes inuiſere. Virg. 1. Georg. 5.
Inuiſitatus, penult. prod. Adiect. pro Non uiſitato. Quint. Declamat. 12, Nullus amœnus portus prætermittitur: nulla celebris ciuitas inuiſitata tranſitur.
Inuiſus] penultima producta (ἀβέατος) Nomen, Non uiſus. Cic. de Aruſpic. reſpon. 54, Occulta & matribus non inuiſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit.

Inuito] *inuitas, pen. prod.* (προσκαλέομαι, παρακγέλλω) *inuitare, Vocare, Allicere. Terent. Heaut. 1.2.11, Quàm uellem Menedemum inuitatum, ut nobiscum esset hodie amplius.*

*Inuitare, & allectare. Cic. de Senec. 53.*

*Inuitare, Delectare. Virg. lib. 1. Georg. 61,*
*Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit.*

*Inuitare animos uisu, Oblectare & recreare. Plinius libro 22. cap. 6. 6.*

*Animos inuitat pretijs. Virg. 5. Aen. 58.*

*Appetitum animi inuitare & allicere. Cicero 5. de Finibus, 29.*

*Inuitari bonitate. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 13.*

*Inuitare ad cœnam, & ad epulas: hoc est, conuocare. Cic. 3. Offic. 65. Idem ad Trebat. lib. 10. 28. 1.*

*Inuitare ad occasionem. Plin. lib. 10. cap. 8. 3.*

*Omnia inuitant culpam. Ouid. epist. 16. 37.*

*Inuitare domum hominem. Liuius 3. ab Vrbe, 61, Benignè salutare, alloqui plebis homines, domum inuitare, adesse in foro.*

*Gloria inuitantur præclara ingenia. Cic. Bruto, 15. 13.*

*Inuitare in hospitium, & hospitio. Liu. 8. bel. Pun. 136. Cic. 12. Philipp. 335.*

*Liberaliter in aliquam legationem inuitari. Cicero Attic. libro 2. 33. 4.*

*Inuitare ad legendum, Allicere. Cic. 1. Acad. 13.*

*Inuitari in locum alicuius. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 7.*

*Inuitare aliquem poculis, Propinare & præbibere. Plautus Rud. 10. 31.*

*Inuitare aliquem in prædam. Cic. 4. Verr. 19.*

*Præmijs aliquem inuitare. Cic. pro Ligar. 7.*

*Inuitare sese in cœna: id est, replere. Plautus Amphit. 4. 129. Suet. in Augusto, capite 77, Postea quoties largissimè se inuitaret, senos sextantes non excessit.*

*Somnos inuitare. Hor. Epod. 2. 6.*

*Inuitat spes. Plin. lib. 33. cap. 4. 13.*

*Inuitare tecto ac domo. Cic. 6. Verr. 21.*

*Vomitiones inuitare. Plin. lib. 22. cap. 24. 6.*

*Inuitare, cum infinitiuo. Liu. 2. bel. pun. Nudantes ceruicem in gulumq; & reliquum sanguinem inuitantes haurire.*

¶ *Inuitatus, pen. prod.* (προσκλητός) *Partic. ut, Inuitata improbitas, paruo successu. Plin. lib. 2. cap. 23. 4.*

¶ *Inuitatus, huius inuitatus, pen. prod.* (κλῆσις) *Illectamentũ & inuitamentum, rogatus. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5. 6, Mitto igitur ad te Trebatium, atq; ita mitto, ut initio meâ sponte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxerim.*

¶ *Inuitatio, Verbale, Conuocatio, allectio. Cic. ad Att. libro 9. 184. 2, In Epeirum uerò inuitatio quàm suauis? quàm liberalis? quàm fraterna?*

*Ad dolendum inuitatio. Cic. 3. Tusc. 140.*

¶ *Inuitamentum, inuitamenti, Idem* (πρόσκλησις) *Cic. Hortensio, Voluptates autem nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus. Idem 5. de Fin. 29, Inuitamenta naturæ prima. Liu. 2. ab Vrbe, 181, Largitiones, temeritatisq; inuitamenta horrebant.*

*Inuitamentum ad tempus. Cic. Plancio, lib. 10. 10. 5.*

¶ *Inuitabilis, & hoc inuitabile, penultima correpta* (προσκλητικὸς) *Delectabilis, iucundus. Gell. libro 13. cap. 11, Sermones iucundos, & inuitabiles, & cum quadam illecebra & uoluptate utiles.*

Inuitus] *penul. prod.* (ἄκων, ἀβούλητος, ἀκούσιος) *Qui per uim aliquid facit, Non libenter, Tergiuersans, Contra uoluntatem, Repugnans, Repugnanter, Coactus: cui contrarium est Libens. Plaut. Casin. 6. 23,*
*Inuitus me uides, uinam tamen.*

*Inuitissimus, pen. cor. Cic. 4. Verr. 105, Hoc significât, atq; adeò apertè ostendunt, sese ad statuas pecuniam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse. Idem ad Atticum, lib. 16. 337. 3, Et quidem ut me dimitterem inuitissimus, fecerunt Erotis literæ.*

*Inuiti per uim atque imperium statuas dederunt. Cicero 4. Verr. 117.*

*Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus: Cicero in Parad. 43.*

*Facere inuiti & recusantes coacti sumus. Cic. 2. de Orat. 11.*

*Cogendi iudices inuiti, retinendi contra uoluntatem, Cicero pro Murena, 39.*

*Extorquendum ab inuito atq; ingratis quod non debet. Cicero pro Quint. 26.*

*Inuitus facio. Terent. Heaut. 4. 6. 2. Cic. de Senec. 3, Itaque feci non inuitus, ut prodessem multis tuo rogatu.*

*Non inuitus lego. Cic. 1. de Fin. 7.*

*Rogare inuitum. Catul. ad Seipsum, epigr. 8. 3.*

*Vim tulit inuitæ. Ouid. 5. Metam. 48.*

*Vis trahit inuitam. Ouid. 7. Metam. 4.*

*Ad aures inuitas peruenit crimen. Ouid. 2. de Arte, 90.*

*Inuitis dijs hominibusq; absolutus. Cic. 3. Verr. 6.*

*Inuita Minerua aliquid dicere aut facere: id est, Aduersante aut repugnante natura. Cic. 1. Offic. 156. Hor. in Arte, 78.*
*Tu nihil inuita facies dicesue Minerua.*

*Oculis inuitis aspicienda. Ouid. epist. 9. 15.*

*Inuitus huius solutionis.* Vlpian. in l. quod seruus. ff. deposit. *Vel credidit dominum non inuitum fore huius solutionis. Id est, domino non inuito fieri hanc solutionem.*

¶ Inuitè, *pen. prod. inuitius, inuitissimè* (ἀκουσίως) *Aduerb. Ingrato animo, contra uoluntatem. Cic. ad Att. lib. 8. 147. 6, Inuite cepi Capuam, non quo minus illud defugerem, &c. Idem 2. de Orat. 198, Quem ego paulò sciebam, uel prudentius, uel inuitius (nolo enim dicere de homine fastidiosius) ad hõe genus sermonis accedere.*

Inuius] *Adiect.* (ἀνόδευτος) *Per quod iri non potest: cui contrarium est Peruius. Plin. lib. 12. 14. 1, Saba regio undiq; rupibus inuia.*

*Dumosa inuia. Silius lib. 4. 62.*

*Lustra inuia. Virg. 4. Aen. 31.*

*Maria inuia Teucris. Virg. 9. Aen. 28.*

*Inuij saltus. Liu. 9. ab Vrbe, 71.*

*Via inuia. Virg. 3. Aen. 77.*

¶ *Inuia, dicuntur loca ad quæ accedi non potest, aut ad quæ uel per quæ difficillimè acceditur, quæ Græci uocant ἄβατα, quasi inaccessa, uel inaccessibilia. Ouid. 5. Fast. 116,*
*Et non accessis inuia flumimibus.*

Inula] *inulæ, pen. corr.* (ἑλένιον) *Herba est, cuius condiendæ rationem docet. Col. lib. 12. cap. 46.*

*Acidæ inulæ. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 9.*

*Amaras inulas coquere. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 11.*

*Mollicella inula. Catul. ad Thallum, epigr. 22. 1.*

Inultus] ἀνεπίληπτος, *Impunitus, de quo non est sumptum supplicium. Cic. 1. de Diuin. 102, Mortem suam ne inultam esse pateretur.*

*Impunitum & inultum. Cic. 1. Verr. 29.*

*Inultum aliquid auferre. Terent. And. 3. 5. 4.*

*Iacere inultum. Vide* Iaceo.

*Pati & relinquere aliquid inultum. Cicero pro lege Manil. 7.*

*Nos hæc patiemur inultæ. Ouid. 4. Fast. 119.*

*Inultum relinquere. Cic. pro lege Manil. 7.*

*Inultus, pro indemni, uel qui est extra periculum. Curtius libro 3. Vnde*

Digitized by Google

3, Vnde inultus subeuntem aut prohibere aut opprimere hostem potuisset.

Inumbro] *inumbras*(ἐπισκιάζω)*inumbrare*, Tegendo umbram facere,& quod dicitur Opacare. Plin.in Paneg.31, Est hæc natura sideribus,ut parua,& exilia,ualidorum exortus obscuret:similiter imperatoris aduentu, legatorum dignitas inumbratur. Virg.11.Aen.14,

Instrictosq; thoros obtentu frondis inumbrant.

Ora inumbrant coronis. Lucret.lib.3.186.

Vespera uniuersum inumbrat. Tacit.lib.19.

Inumbrare,per metaphoram,pro Tueri ac defendere accipitur,inquit Perottus.

Inunco] *inuncas*,*inuncare*(ὑπαγκυρσόω) Quasi unco inuadere & arripere. Lucilius,

— aut qui nummos tristis inuncat. Col.lib.7.cap.3.9, Tũ etiam quotidie minuitur lana:quæ quanto prolixior in pecore concrescit,tanto magis obnoxia est rubis:quibus uelut hamis inuncata,à pascentium tergoribus auellitur.

Inunctio,Inunctus] Vide Inungo.

Inundo] *inundas*(πλημμύρω)*inundare*,Crescere & extra alueum transfundi. De fluminibus autem propriè dicitur, quæ dum undas suas latius emittũt,omnia deuastant: & absolutè aliquando ponitur.Plinius, Antequam Nilus inundaret.Idem,Agros & sata omnia inundauit.Hoc est,per agros & sata omnia diffusus est: siue in bonum,siue in malum. Cic.1.de Nat.deor.143,Vt terrà infimum teneat, hanc inundet aqua,superior æther,ignib.altissima ora reddatur.

Inundari sanguine,Obrui & perfundi. Liu.4. bel. Pun. 172.

Fossæ inundant sanguine. Virg.10.Aen. 5.

Vrna inundare. Valer.lib.1.de Somnijs.

Densi inundant Troes. Virg.12.Aen.57.

¶Inundatio,Verbale(πλημμύρις,ἐπιῤῥοή) Alluuies. Colum. lib.3.capit.11.7,Vel etiam ualles quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint, aptas esse uineis asseuerat. Plinius libro 16.cap.36.10,Quum igitur anno permanserit inundatio.

Inungo] *inungis*,*inunxi*,*inunctum*(ἐπαλείφω,ἐπαλοίφω)*inunguere*,Idem quod ungere,& oleo leuiter aspergere. Plinius libro 8.cap.54.1, Mira solertia uisco inungunt oculos.Idem libro 18.cap.30.10,Sunt qui lentem siccatam oleo inungant.

¶Inunctio,Verbale (ἐπάλειμμα) Mollis frictio ex oleo,siue aspersio.Plin.lib.28.cap.8.28,Felle glaucomata & suffusiones corrigi propè creditur,tridui inunctione. Idem lib. 20.cap.5.8,Magis uerò succi inunctione.

Inuoco] *inuocas*,pen.cor.(ἐπικαλέομαι)*inuocare*,Subsidiũ petere:& propriè ad deum refertur. Cic.2.de Natur.deorum,99,Apud nostros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant.

Inuocare aduocatum ad defendendum. Cic.2.de Orat.106.

Arma inuocare. Senec.Thebaid.2.1.

Auxilia libertati inuocat. Tacit.lib.15.

Blandius alia ad aurum inuocabat. Quint.lib.4.cap.2.88.

Inuocare subsidiũ,Implorare. Cic. Antequam iret in exiliũ,3.

Deos inuocare. Ouid.6.Fast.104.

In auxilium aliquem inuocare. Quint.in Prooem.lib.4.4.

¶Inuocatus penultima product. Adiectiu.(ἄκλητος)Non uocatus. Cælius ad Ciceronem, libro 8.8.3, At ego simul atq; audiui,inuocatus ad subsellia rei occurro. Cicero 1, de Natur.deor.149,Quid quod etiam ad dormientem ueniunt inuocati?

Inuolo] *inuolas*,pen.corr.(ἐφιπτάω)*inuolare*,Id est, uolare aut ad aliquid uolare. Columella,libro 8.capite 3. 5, Neq; enim debet ipsis nidis inuolare:ne dum adsiliunt,pedibus oua confringant.

Inuolare intrò. Varro 3.de re Rust.cap.7.1.

Inuolare in aliquem,irruere,insilire, uiolentas manus in aliquem inferre,& quasi uolando deprædari. Terentius Eunucho,4.3.6,

Vt ego unguibus facilè illi in oculos inuolem uenefico. Ibidem,5.2.20,

— uix me contineo quin inuolem in Capillum.

Animum cupido inuolat. Tacit.lib.1.

Inuolare in possessionem. Cic.3.de Orat.67.

¶Inuolito,inuolitas,penult.corr.(ἐφιπτάομαι) *inuolitare*,Frequent. Horat.4.Carm.ode 10.1,

Et quæ nunc humeris inuolitant,deciderunt comæ.

Inuolare] ἐπιλοπέω,A uola deductum,quæ est manus & pedis media pars: significat furari, quum aliquid furtim uola manus subtrahitur: quasi in uolam dare. Lucanus libro 6.117,

— quid corpore magni

Proiecto rapiat,quod Cæsaris inuolet artus. Plin. lib. 9.cap.59.3,Singulos inuolat uerius quàm capit. Callistrat. in l. expugnatur.ff.de incendio,ruina & naufr. Vela conscinduntur,aut anchoræ inuolantur de mari.Id est,in uolam capiuntur,ut ait Budæus.

Euolare & Inuolare,contraria. Varro 3. de re Rust.cap.11.3. Col.lib.8.cap.15.1.

Inuolucris] & hoc inuolucre,pen.cor. (ἀπλοῦς) Quod uolare adhuc non potest: ut, Auis inuolucris. Gel. lib. 2. cap. 29,Pulli etiam tunc inuolucres erant.

¶Inuolucer,inuolucris,& hoc inuolucre,penult. corr. Idem (ἀπλοῦς)Politianus in Rustico,

——— auscultat an intus

Pipiat inuolucer pullus.

Inuolucrum] Vide Inuoluo.

Inuoluo] *inuoluis*,*inuolui*,*inuolutum*, pen. prod. (εἰλέω, εἰντυλίσσω,ἐγκορδυλέω,ἐνκαλινδέω)*inuoluere*. Propriè significat glomerare.

Per metaphoram tamen aliquando, pro implicare ponitur. Plinius libro 11.cap.24.5,Aranei lacertarum catullos primum inuoluunt.

Inuoluere,Tegere. Virg.2.Aeneid. 51,

Vertitur interea cælum,& ruit Oceano nox

Inuoluens umbra magna terramq; polumq;.

Carmina inuoluere historijs. Ouid.in Ibin,12.

Crinem inuoluit casside. Silius lib.7.93.

Nimbi inuoluere diem. Virg.3.Aen.40.

Fœno inuoluere aliquem. Ouid.4.Fast.141.

Fumo undique inuoluitur. Ouidius 2. Metamorph. 47. de Phaetonte.

Virtute mea me inuoluo. Horat.3.Carm.ode 29.11.

Membrana inuoluat libellum. Tibull.lib.3.eleg.1.2.

Auster aqua inuoluens nauemq; uirosq; Virg.6.Aen.67.

Nemus inuoluunt flammis. Virg.2.Georg.62.

Inuoluere se literis,quod & Abdere se literis dicitur:hoc est,Se totum immergere studijs literarum.Cicero ad Papyrium,libro 9.20.7.

Inuoluere se otio. Plin.epist.123.

Trabes & saxa inuoluere super aliquem. Ouid.12. Metam.103. Hoc est,prouoluere.

Obscuris uera inuoluens. Virg.6.Aen.20.

¶Inuolui,quadrisyllabum,pro Inuolui. Ouid.epist.18,

Scilicet immanes elisos faucibus hydros,

Infantem caudis inuoluisse manum.



Digitized by Google

Inuoluere, Aliquando imponere. Virg. 1. Georg. 57,
Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere Olympum.

¶ Inuolutus, pen. prod. Participium (ἐλυσθείς) ut, Inuolutum caput, Inuolucris opertum & uelatum. Cic. 2. Philipp. 84. Et 6. Verr. 56, Imperat suis, ut id in Prætorium inuolutũ quàm occultissimè deferatur.

Inuolutum bellum. Cic. 7. Philipp. 219.

Inuoluta obscuritate causa. Cic. 1. de Diuinat. 65.

Inuoluta integumentis nequitia. Cic. in Pisonem, 8.

Inuoluta & tecta de fortitudine notio. Cic. 4. Tuscul. 83.

Inuolutæ & occultæ res. Cic. 1. Acad. 21.

Occulta quædam & quasi inuoluta aperire. Cic. 1. de Fin. 46.

¶ Inuoluolus, inuoluoli, pen. cor. (ἰὸψ) Idem uermiculus qui & Conuoluolus dicitur, quòd sese foliis arborum & uitium circumuoluat & implicet. Plaut. Cistel. 10. 68,
Sed quidnam ambabus L. inuoluolum,
Quæ in pampini folio intorta implicat sese. Festus, Inuoluolus, uermiculi genus qui se inuoluit pampino.

¶ Inuolucre, pen. prod. Subst. (ἐλαιτόν.) Linteum quod tonsores humeris tondendorum inuoluunt, ne capillorum recisamenta, & præsegmina uestem sordident. Plaut. Capt. 6. 17, Ne is quidem inuolucre inijcere uoluit, uestem ut ne inquinet.

¶ Inuolucrum, pen. prod. (ἐλιτόν) Quicquid aliquid tegit & operit: ut, Inuolucrum clypei. Cic. 2. de Nat. deor. 53, Vt clypei causa inuolucrum, uaginam autem gladij, sic pater mundum cætera omnia aliorum causa esse generata.

Inuolucra & integumenta. Cic. 1. de Orat. 76.

Inuolucris simulationum tegi: hoc est, simulatis affectibus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 22.

Inurbanus] pen. prod. Adiect. (ἄπολις, ἀκαιὸς) Vrbano contrarium: hoc est, inciuilis, rudis, rusticis moribus prædituς. Cic. 2. de Orat. 23, Inopem quendam humanitatis atque inurbanum. Idem de claris Orat. 93, Sed omnium oratorum siue rabularum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c.

Dictum inurbanum. Horat. de Arte, 56.

Gestus non inurbanus. Quint. lib. 6. cap. 4.

¶ Inurbanè, pen. prod. Aduerbium (ἀκαιῶς) Inciuiliter. Cic. 3. de Nat. deor. 68, Apud quos non inurbanè Stratonicus, ut multa quum, &c. Subaudi, inquit.

Inurgeo] inurges, inurgere. Lucret. lib. 5. 208,
Cornua nata prius uitulo, quàm frontibus extent.
Illius ut tactus petit, atq; infensus inurget. Hoc est, urgendo impingit in arbores aut aliud quidpiam.

Inurino] inurinas, pen. prod. (ὑποδύνομαι) inurinare, Idem quod Vrinare, id est, in aquã mergi, & natando emergere. Col. lib. 8. cap. 14. 2, Lacus piscinaq; manu fiant, ut sint quibus inurinare possint aues.

Inuro] inuris, pen. prod. inussi, inustum (ἐγκαίω) inurere, Ignito ferro imprimere, ut stigma fronti, & equorum coxis, ut cognoscantur à uenditore.

Notas & nomina inurunt uitulis. Virg. 3. Georg. 31.

Inurere, Adhibito igni fingere: quod genus picturæ, encaustice dicitur. Plinius libro 35. cap. 4. 9, Cuius supra caput tabula bigæ dependet: Niceas scripsit se inussisse, tali enim usus est uerbo.

Inurere alicui infamiam, per translationem, significat ita imprimere, ut deleri nequeat: ut, Inurere ignominiam alicui. Cic. de Prouincijs Consul. 13.

Inurere dolorem animo alicuius. Cic. 4. Verr. 18. Item 3. Tusc. 33, Proprium est enim irati cupere, à quo læsus uideatur, ei quàm maximum dolorem inurere.

Inurere famam superbiæ alicui, Inijcere notã superbiæ, Superbiæ damnare. Cic. pro L. Murena, 7.

Inurere leges. Cic. pro Milone, 24, Quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces urbis, & pestes Reipub.) fuerit impositurus nobis omnibus, atq; inusturus? Id est, in perpetuam Reip. ignominiam laturus.

Inurere alicui maculam, Est crimen indelebile sibi contrahere. Liu. lib. 3. de Claudio.

Inurere alicui notam Censoriam. Plin. epist 190. f.

¶ Inustus, Particip. (ἐγκαυστὸς) ut, Sanguis inustus uulnere. Ouid. 12. Metam. 55.

Inusitatus] penult. prod. Adiect. (ἀτρεβὴς) Insolitus, præter consuetudinem, nouus, inauditus. Cic. in Orat. 7, Aut reprehendet, quòd inusitatas uias indagemus, tritas relinquamus. Idem 3. de Fin. 7, Inusitatis uerbis uterentur.

Acies inaudita ante id tempus, inusitataq; Liu. 4. ab Vrbe.

Inusitata magnitudo. Plin. lib. 8. cap. 48.

Inusitatè] Aduerb. (ἀτρεπῶν) quod & Inusitatò dicitur: hoc est, præter morem & consuetudinem. Plin. in Paneg. 9.

Absurdè & inusitatè scriptæ epistolæ. Cicero ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 14. Et, de claris Orat. 141, Inusitatè loqui.

Inutilis] & hoc inutile, penult. corr. (ἄχρηστος, ἀχρεῖος, ἀχρεῖος) Vtili contrarium. Plaut. Pseud. 13. 5, Multiloquum, glorioſum, insulsum, inutilem. Cic. 1. de Inuẽt. 2, Is inutilis sibi perniciosus patriæ ciuis alitur.

Inutilis ad usus ciuium. Cic. 1. de Finib. 20.

Nomen inutile. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.

Qui mores aut utiles, aut inutiles sint. Cic. 2. de Diuinat. 17.

Alga inutilis. Horat. 3. Carm. ode 17. 2.

Factu inutile. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 25.

Inutilior. Ouid. 13. Metam. 8,
——donec solertior isto,
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit.

¶ Inutiliter, pen. cor. Aduerb. (ἀχρείως) Hirtius de bel. Alexan. lib. 4. 267, Multa Romæ malè & inutiliter administrari. Quint. lib. 2. cap. 4. 13.

¶ Inutilitas, penult. corr. inutilitatis (ἀχρηστία) Cic. 2. de Inuen. 239, Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes sint honestas & utilitas: uitandarum, turpitudo & inutilitas.

Inutrium] Vindeliciæ urbs Ptol. lib. 2. ca. 13. Vulgò Ispruck.

Inuulneratus] pen. prod. Adiect. (ἄτρωτος) Vulnerato contrariũ Cic. pro Sestio, 123, Aut omnino inuulnerati, inuiolatiq; uixerunt.

Inuus] qui & Pan. Vide Faunus.

I O

Io] huius Ius (ἰὼ) filia fuit Inachi, à Ione adamata, quam ob Iunonis interuentum, ne agnoscereturᵗ in uaccam conuertit, eiq; custodiendæ Iuno Argum præfecit. Deinde interfecto Argo à Mercurio, Isis Aegyptiorum dea facta est, ut scribit Lucian. in deorum dialogis. Vide Ouid. lib. 1. Metam.

Vaga Io. Valer. 7. Argon. 23.

Io] iò, dolentis particula est. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 2,
Vror, io remoue sæua puella faces.

Io, quandoq; exprimit gestientis lætitia affectum. Budæus sacrã esse inuocationem dicit. Ouid. 2. de Arte amand. 1. 1,
Dicite io pæan, & io bis dicite pæan. Plaut. Casin. 19. 3,
Io hymen hymenæe, ô hymen.

Io triumphe. Horat. 4. Carm. ode 2. 10.

Io, irridentis interiectio. Plaut. Merc. 22. 109,
Nunc dom sic decet, sic fieri oportet. B. io quæ insomnia?
Hic homo non sanus est.

Iocasta] ἰοκάστη. Filia Creontis, & uxor Laij regis Thebanorum, post cuius necem imprudens nupsit Oedipodi filio suo, ex quo suscepit Polynicem & Eteoclem: qui quum mutuis sese

Digitized by Google

tuis ſeſe uulneribus occidiſſent, ipſa quoq; ſe necauit. Stat. lib. 2. Thebaidos,

Regina exulerat notum penetralibus enſem, &c.

Senec. Iocaſta. Senec. Oedip. 14. 2.

Iocatio] Vide Iocus.

Iocus] ioci, m. g. (παιδιὰ, παιδιᾶς, πέγνιον) pluraliter, hi ioci, uel hæc ioca. Iocum uocamus quod eſt contrarium Serio. Differt autem Iocus à ludo, quòd ludus factis, iocus præcipuè uerbis fieri dicatur. Plaut. Sticho, 4. 68, Iocos ridiculos uendo, agite licemini. Cic. ad Attic. lib. 14. 312. 2,

Itaq; ioca tua plena facetiarum, &c.

Ioca & Seria, contraria. Cic. 2. de Finib. 135.

Verba apta ioco. Ouid. epiſt. 21. 10.

Antiqui fabula plena ioci. Ouid. 2. Faſt. 61.

Furtiui ioci. Ouid. 3. de Arte, 127.

Illiberalis iocus. Vide Illiberalis.

Iocus inſanus. Claud. in Præfat. lib. 2. in Eutrop. 2.

Laſciuus iocus cuiuſpiam cum aliquo. Vide Laſciuus.

Liberales ioci. Vide Liber.

Liberior iocus. Ouid. 4. Faſt. 191.

Magnus riſus iocuſq;. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 10.

Opportunus iocus. Quint. lib. 6. cap. 3. 7.

Ridens iocus. Stat. 1. Syl. 6. 2.

Seuus iocus. Horat. 1. Carm. ode 33. 3. Idem 2. epiſt. 1. 30.

Superbi ioci. Ouid. ad Piſonem, 23.

Iocus uenenatus. Ouid. 2. Triſt. 113.

Iocos admittere. Vide Admitto.

Agitare iocos. Ouid. 3. Metam. 32.

Turpes iocos inſerere hiſtoriæ. Ouid. 2. Triſt. 89.

Mouere alicui riſum & iocum. Horat. 1. epiſt. 20. 4.

¶Ioculus, ioculi, pen. cor. Dimin. (παιδιάριον) Plaut. Moſtel. 11. 20, Egóne te ioculo modo auſim dicto aut facto fallere?

¶Ioco, Aduerb. Per iocum, quod & Iocosè dicitur: hoc eſt, feſtiuè. Terent. Heaut. 3. 2. 30, Iocóne, an ſeriò illæc dicat neſcio. Idem Eunuch. 1. 2. 99.

¶Iocoſus, pen. prod. Adiect. (παιδιώδης, φιλοπαίγμων) Ad ludum pertinens. Vnde Iocoſas contentiones dicimus, quæ in ludis uel de ludis oriuntur.

Furtum iocoſum. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.

Iocoſa lis. Martial. lib. 1. 20. Id eſt, Iocis & ridiculis plena.

Ludi iocoſi. Ouid. 5. Faſt. 37.

Iocoſum, feſtiuum, iucũdum, & quod uerbo ipſo riſum mouet: Vt iocoſa uerba, hoc eſt leuia, non ſeria, ſed per iocum dicta. Plin. lib. 35. cap. 10. 46, Idem iocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Quint. lib. 6. cap. 4, Dictorum urbanorum alia ſeria, alia iocoſa, alia media.

Sermo triſtis & Iocoſus, Contraria. Horat. 1. Serm. Sat. 10. 3.

Verba iocoſa. Ouid. 6. Faſt. 139.

Iocoſus homo: hoc eſt, Facetus, lepidus, iocis abundans. Varro 2. de re Ruſt. cap. 5. 1, At Quintus Luceius Senator homo quamuis humanus & iocoſus.

Hilaris & iocoſus. Horat. lib. 1. epiſt. 19. 19.

¶Iocabundus, Adiect. Valer. lib. 2. cap. 15, Iuuentus rudi atq; incompoſito motu corporum iocabunda geſtus dedit.

¶Iocoſè, pen. prod. Aduerb. (παιδικῶς) Feſtiuè, hilariter. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 14. 2, Eumq; luſi iocoſè ſatis.

Dicere aliquid iocoſius. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 22.

¶Iocularius (παιδιώδης) Quod ioco dicitur, & ioco dignum eſt, neq; ſerium eſt aut graue. Horat. 1. Serm. Satyr. 1,

Præterea ne ſic, ut qui iocularia ridens Percurram.

Id uerò, pro Id certè. Terent. Eun. 5. 4. 8,

—tum hoc alterum

Id uerò est quod mihi puto palmarium.

Id uerò, ad fœminimum relatum. Cicero pro Quintio, 1, Gratia Sex. Neuij ne P. Quintio noceat, id uerò non mediocriter pertimesco.

Isaca] ἰσακα, Fluuius Britanniæ insulæ Ptolemæo lib. 2. cap. 3. uulgò Ex.

Isæus] ἰσαῖος, Assyrius rhetor, adolescentiam uarijs corporis uoluptatibus tradidit: deinde uir factus, frugaliſsimus omniũ fuit. Characterem orationis non profusum habuit, sed parcum castigatumq;, ac secundum naturam, qui tantum rebus breuiter enarratis suppeteret. Nam totum quidem argumentum paucis, summaq; complecti, ipsius primum inuentũ est: ut Lacedæmonijs de ordinibus consultantibus ac solicitis illud Homericum iactauerit, Scutum scuta premunt, galeam galeæq;, uirum uir. Ex Philostrato.

Isagoge] Isagoges, pen. prod. (εἰσαγωγὴ) Latinè introductio dicitur, siue principium: ut quum res à primis initijs & rudimentis traditur, Latini elementa dicunt. Erat etiam magistratus Athenis, cuius munus fuit audire accusatores, εἰσαγωγάς. Gel. lib. 16. cap. 8, Quum in disciplinas dialecticas induci atq; imbui uellemus, necessum fuit adire atq; cognoscere quas uocant dialectici εἰσαγωγάς.

Isandrus] ἰσανδρὸς, filius fuit Bellerophontis, teste Homero.

Isapis] pen. prod. (ἰσάπις) Fluuius propinquus Cæsennæ, ut Strabo libro 5. scribit. Lucanus libro 2. 82,

Crustumiumq; rapax, & iunctus Isapis Isauro. Sed doctiores legendum putant, Sapis.

Isara] pen. cor. (ἰσάρα) fluuius Galliæ Rhodano se iungens, ubi Cemenus mons Rhodano se applicat. Vide apud Cæsarẽ, & Plinium lib. 3. cap. 4. Lucan. lib. 1. 80.

Hi uada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus, &c.

Isatis] huius isatis, pen. cor. fœ. g. (ἰσάτις) Genus lactucæ in syluis nascens: cuius meminit Plin. lib. 20. cap. 7. 2. Cuius etiam herbæ aliud genus est, quo infectores nostri maximè utuntur ad lanas tingendas: uocant autem illi uulgò il guado cuius meminit Dioscorides lib. 3. cap. 206. Vocat autem alio nomine glastum.

Isauria] siue Isaurica (ἰσαυρία) regio est Ciliciæ proxima ad Taurum montem, quam Publius Seruilius, cognomento Isauricus, subegit. Hæc Strabo libro 12. Isauri populi Isauriam tenentes. Et Isaura, Isauriæ urbs, ut docet idem Strabo & Ammianus.

Indomiti Isauri. Claud. 1. in Eutrop. 44.

Isaurum] ἴσαυρον, Ciuitas Pamphiliæ, à qua Isauricus Seruilius Romanus dictus est, qui Isaurum cepit. Ouid. 1. Fast. 19, Aphrica uictorem de se uocat, alter Isaurum. Hic adeò pauper fuit, ut publico funere Romæ elatus fuerit. Ammianus Isauri, plurali numero dixit: Claudiopolis, inquit, quam deduxit coloniam Claudius Cæsar. Isaura antè. Alij Isauriã fœminino genere protulerunt. Sunt qui dicant Isauriam re-

giam minoris Asiæ, dictam quòd undiq; auriferis flatibus pateat, eiusq; metropolim esse Seleucium.

Ischalis] ἰσχαλίς, Britanniæ insulæ urbs, ut est author Ptolemæus lib. 2. uulgò Ilchestre.

Ischia] ἰσχία, scribit Iulius Pollux, carnosas post lumbos utrinq; eminentias appellari, quæ uerò post hæc increscunt, γλουτοὶ, Latinè nates. Duo illa ossa circa quæ uersura fit, ita distinguuntur, ut dicatur coxendix illud superius μηρός, Latinè acetabulum: inferius uerò ἰσχία, quod nostri coxendicem dicunt. Quo etiam nomine & neruus ille nominatur, qui coxendicem femori committit. Erit ergo coxendix: uertebra cotylæ infixa, quã coxendicem appellant, neruis quibusdã ita illigata, ut facilius coxarum motus atq; flexus fiat. Vnde & qui coxendice laborant, Ischiadici uel Ischiaci dicuntur. Plin. lib. 3: cap. 6. 11. Mox aquam bibere catillo, mirè id prodesse ischiadicis affirmantes.

Ischias] huius ischiadis, pen. corr. f. g. (ἰσχιὰς) uel Ischiadicus dolor, siue Ischiacus, ille est quem medici recentiores sciaticùm dicunt. Plinius lib. 27 cap. 5. 2, Bibitur propter ischiada & stranguriam è uino. Ischiadicos dolores & spinæ leuat agaricum potum. Idem lib. 26. cap. 7.

¶ Ischiacus, siue Ischiadicus, pen. corr. (ἰσχιακὸς, ἰσχιαδικὸς) Qui ischiade morbo laborat. Cato ca. 123, Vinum ad Ischiacos sic facito. De iunipero, &c.

Ischomache] pen. corr. (ἰσχομάχη) compositum ex ἰσχὼ & μάχη. Quo nomine dicta est Hippodamia, quæ habuit in nuptijs suis pugnam Centaurorum. Hæc fuit Atracij filia, quæ nupsit Pirithoo.

Ischomache, Lapithæ genus Heroinæ. Propert. lib. 2. eleg. 2. 2.

Ischopolis] pen. corr. (ἰσχόπολις) Ptolemæo teste, Ponti Cappadocij urbs iuxta Sidonem. uulgò Tripoli.

Iscia] insula est eregione Veliæ, alio nomine Oenotris dicta. Plin. lib. 3. cap. 7.

Iselastica] quæ uox in epistolis Plinij reperitur, certamina sunt, quæ à Græcis ἀγῶνες εἰσελαστικοὶ, uocantur: de quibus Sybilla, —μεγας γὰρ ἀγὼν εἰσελαστικὸς ἵξει. Eorum autem ludorum & certaminum uectores triumphantiũ more in patriam inuehebantur, & uectigal de publico accipiebant. Vitruuius, Nobilibus athletis qui Olympia Pythia, Isthmia, Nemea uicissent, Græcorum maiores ita magnos honores constituerunt, uti non modò in conuentu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam quum reuertãtur in suas ciuitates, cum uictoria triumphantes, quadrigis in mœnia & in patriam inuehantur, è req; publica perpetua uita constitutis uectigalibus fruantur. Quum igitur quadrigis inuehebantur, dicebantur εἰσελάσεις: unde Iselastica nomen deductum. Turnebus.

Isiacus] pen. cor. (ἰσιακὸς) dictus Isidis sacerdos. Plin. lib. 27. cap. 7. 10. Valerius lib. 7, Assumpto Isiaci habitu per iti nera uiasq; stipem petens.

Isis] huius Isis & Isidis, pen. cor. accusatiuum facit Isim (ἶσις) Inachi filia, Io prius dicta. Quæ olim pererrans, quũ ad Nili fines peruenisset, Iouis amatoris ope formam uaccæ immutauit: estq; ab Aegyptijs pro dea celebrata. De qua Lucanus libro 8. 163,

Nos in templa tuam Romana recepimus Isim. Hoc etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico.

Linigera isis. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 5.

Isitium] tij, siue Isicium, cij, Macrob. libro 7. Saturn. cap. 8, Dicas quæso, quæ causa difficilè digestu facit isitium, quod ab insectione insitium dictum (sione enim litteræ, postea quod nunc habet, nomen obtinuit) quum multum in eo digestionem iuuerit tritura tã diligens, & quicquid graue erat carnis assumpserit, consummationemq; eius multa ex parte confecerit. Meminit & Arnobius lib. 7. aduersus gentes, sed non exponit quid sit. Isitium (ait Beroaldus in lib. 8. Asini aurei) est pulmenti genus, ex insectis & minutatim tritis carnibus confectum. Apud Apicium crebra mentio est isitij, & multiformis concinnatio.

Islandia] Vide Thule.

Ismarus] penult. corrept. in singulari mascul. in plurali Ismara, neutrũ (ἴσμαρος) mons est Thraciæ, partim asper et incultus, partim fertilis uinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit, ubi Ismara Ciconum urbs fuit. Virg. eclog. 6. 6,

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea. Lucret. libro 5. 6,

Thracen, Bistoniasq; plagas, atq; Ismara propter.

¶ Ismarius, Adiectiuum (ἰσμάριος) ut Equi Ismarij. Ouid. epistol. 1. 10.

Gentes Ismariæ. Ouid. 10. Metam. 61.

Ismene] penult. prod. (ἰσμήνη) Oedipi filia, ut asserit Statius: de qua nihil habetur, nisi quòd cuidam Athi iuueni Cyrrheo desponsata fuerit, qui ante nuptias à Tydeo occisus est.

¶ Ismenis] penult. corrept. Fœmin. (ἰσμηνὶς) Ouid. 3. Metam. 147,

Thuraq; dant, sanctasq; colunt Ismenides aras.

Ismenias] nomen Thebani optimi tibicinis. Apuleius: Nescio, inquit, ut Ismenias tibijs canere, ut Apelles pingere, ut Lisippus fingere. De hoc Plutarchus in Pericle.

Ismenus] pen. prod. (ἰσμηνὸς) fluuius est Beotiæ, ab Ismeno Pelasgi filio cognominatus. Statius lib. 1. Theb. 8,

Horruit ingenti uenientem Ismenus aceruo. Legitur & Ismenon.

Ripæ Ismeni Stat. 11. Thebaid. 36.

Celer Ismenos. Ouid. 2. Metam. 49.

Isocinnamon] pen. corr. Herba, quæ & Daphnois dicitur. Plin. lib. 12. cap. 20.

Isocolon] pen. prod. (ἰσόκωλον) Græci uocant, quod Latinè compar dicunt Rhetores, quod duabus aut pluribus sententijs breuibus, & inter se paribus exigitur: ut est illud: Neq; quaquam mihi cum eo res est, qui neq; finem habet cupiendi, neque modum statuit utendi: Nam & multum desiderare, egentis est signum: & nihil parcere, egestatis est initium. Siponimus.

Isocrates] pen. corr. (ἰσοκράτης) Nomen maximi oratoris Græci, qui perfectus magister, scripsit multa præclarè, & docuit alios. Cuius domus, cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, suauissimus orator, & in diuerso genere dicendi nitidus & comptus. Omnes dicendi ueneres sectatus est: inuentione facilis, honesti studiosus; in cõpositione diligens. Cui inuidens Aristoteles, aduleſcentes & ipse docere cœpit, ut sapientiam cum eloquentia iungeret, dicens: Turpe est tacere, quum Isocrates loquatur. Ad Rempublicam non accessit, neq; in concionem ascendit, deficiente pronunciatione: tum etiam ad euitandã inuidiam eorum, qui libenter ijs qui eloquentiæ honore præstant, se opponunt. Ciuitatem tamen iuuit: Philippumq; in his quæ ad illum scripsit, Athenienſibus conciliauit. Panegyricus eius omniũ pulcherrimus, quẽ in Olympis habuit, adhortans Græcos contra Asiam, mutuis expostulationibus relictis, Gorgiam excitauit, ut idem quoq; faceret. Optimæ eius orationes censentur, Archidamus & Amartyrus ad Euthymũ. Decessit annos ferè centũ natus, post Atheniensium cladem ad Cheroneam acceptam, non sustinens nuncium Atheniensium cladis. Ex philostrato. Isocrates, superioris auditor, ex Apollonia Ponti, orator & ipse nobilis: reliquit orationes quinq;, qui et unà cum claris oratoribus

Digitized by Google

but certauit in funere Mausoli Artemisiæ uiri. Suidas. Isocrates & Machaon præfecti classis Corinthiorum in bello Peloponnesiaco cõtra Athenienses, à Thucydide cõmemorantur.

¶Isocrateus (ἰσοκράτους) Adiectiuum. Cic. in Oratore, Placet omnia dici Isocrateo Theopompeoq; more.

Isodomon] pen. corr. (ἰσόδομον) Genus structuræ in ædificijs quasi æqualiter directum. Plin. lib. 36. cap. 22. 13, Græci è lapide duro ac silice æquo construunt ueluti lateritios parietes. Quum ita fecerint, isodomon uocant genus structuræ.

Isonomia] isonomiæ, (ἰσονομίας) Cic. 1. de Nat. deor. 71. Summa uerò uis infinitatis magna ac diligenti contemplatione digniſsima est, in qua intelligi necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus, paribus paria respondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Isopyron] uocant aliqui phaselima, quoniam eius folium quod est anisо simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij Plin. libro 27. cap. 11.

Isosceles] figura est trianguli, quod duo tantùm æqualia habet latera. Eucli. 1. Elem.

Ispalis] pen. corr. (ἰσπαλὶς) Bæticæ Hispaniæ urbs clariſsima, à qua etiam Ispalensis conuentus Plinio dictus: sicut Cordubensis, Astigitanus & Gaditanus. Vide Pompon. lib. 2. & Strab. lib. 3. Romulea cognominata est. Hodie uulgò Seuilla dicitur: ut notatur apud Ptolemæum lib. 2.

Ispolum] Vilumbrorum, qui Vmbris magis Orientales sunt, urbs, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Ispellum hodie.

Isporis] Ptolemæo lib. 4. cap. 3. uicus Syrtis magnæ. Hodie Naym ciuitas.

Issa] Insula in mari Adriatico, adiacẽs Dalmatiæ ut Ptolemæus lib. 2. scribit, in qua fuit Issa non ignobilis ciuitas, à qua Isæus adiect.

Issus] Vrbs, (ἰσσὸς) inter Ciliciam & Syriam, à qua sinus Issicus. Ptol. lib. 3. cap. 8.

Issus, seu Issos Ciliciæ, nunc Iaiassa dicitur, testis Oliuarius in Melam. Sinus Isicus, Le goulfe de Layasse, ubi Alexander Magnus dicitur uicisse Darium.

Iste] Ista, istud: genitiuo istius, pen. pro. Dicitur ille qui apud te est, aut de quo loqueris. Terent. Eun. 4. 4. 44,

Mirum ni tu credas quod iste dicat. Cic. Cælio lib. 2. 10. 1, Putarésne unquã accidere posse, ut mihi uerba deesse, neq; solùm ista uestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia?

Iste, pro Is, ut ὅστις, Græcè. Cic. 3. Verr. 83, Quum edictũ totum eorum arbitratu, quandiu fuit designatus, componeret, qui ab isto ius ad utilitatem suam nundinarentur. Budæus.

¶Istuc, pro istud, frequentiſsimum, maximè apud Comicos. Terent. Heaut. 1. 1. 58,

Ego istic ætatis, non amori operam dabam. Id est, quum in ea essem ætate. Idem And. 2. 2. 13,

—rem tenes.

P. Istuc ipsum. D. atq; istuc ipsum nihil periculi est. Cic. 1. Acad. 19. Istuc quidem considerabo.

Ista, pro Hæc. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nos institutionem profeſsi, non solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus.

Ista ipsa de re cogitaui. Cic. 4. Acad. 16.

Istud tuum scelus. Cic. 4. Verr. 76.

¶Iste, demonstratiuũ. Col. lib. 9. cap. 14, Notior est ista uerè agricolis concepta opinio.

Istud est. Cic. 1. Acad. 20, Et simul aſsidamus, inquam, si uidetur. Sanè istud quidem, inquit: sum enim admodum infirmus. Id est, istud quod dicis, ut aſsidamus, faciendum est.

¶Istò, Aduerbium ad locum. Plin. epist. 50. b, Destino enim, si tamen officij ratio permiserit, excurrere istò.

¶Istic, istæc, istuc, Iste hic. Terent. Heaut. 3. 3. 1,

Quid istuc quæso? qui istic mos est Clitipho?

Istac facie, istac lege: & istæc, pro Hæc ista, uel ista hæc. Plautus Rud. 9. 11,

Nullum istac facie, ut prædicas, uenisse huc scimus. Id est, qui talem habeat faciem. Idem Trinum. 17. 37,

Istac lege filiam tuam spondẽ mihi? Cicero ad Atticum, libro 12. 24. 1. 14, Primũ tibi persuade me istæc non curare.

Istæc res est: id est, Sic res habet ut dicis. Plaut. Mercat. 9. 25.

Istuc modo. Plaut. Trucul. 4. 57. Terent. Heaut. 4. 3. 35,

At enim spem istuc pacto rursum nuptiarum omnẽ eripis.

Istuc uilius. Terent. Adelph. 5. 9. 24,

Reddet tibi citò. M. Istuc uilius. Vbi Donatus, Istuc uilius, quasi, nihil minus: negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale, cum qua οὐδέν: subauditur, quicquam: &, non duho.

Istunc ipsum. Terent. Eunuch. 2. 3. 66,

—illúmne obsecro, &c.

Istic, pro iste. Plaut. Amphit. 15. 69,

Istic iamdudum mihi maxima memorauit mira.

Tu istic, pro Tu ipse. Plaut. Amphit. 7. 18,

Tu istic ubi bibisti?

Istace. Cato cap. 132. Mactè istace dape pollucenda esto.

¶Istuccine, pen. corr. Terent. Eunuch. 5. 1. 13,

Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? Id est, istúdne.

¶Istiusmodi, pen. corr. Nomen indeclinabile: hoc est, istius formæ & speciei, uel talis. Plaut. Mostell. 9. 50. Cic. 6. Verr. 8, Videte maiorum diligentiam, qui nihildum etiam istiusmodi suspicabantur. Terent. Heaut. 2. 4. 7,

Et nos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile est.

Istius modi, disiunctum. Plaut. Trinum. 8. 115,

Detrudi maleficos æquũ uidetur, qui quidẽ istius sint modi.

Istic] Aduerbium, (αὐτόθι, αὐτόθεν) In loco ubi tu es. Terent. Eunuch. 4. 6. 27,

Omitte; iam istic adero. Cic. Valerio, lib. 1. 10. 2, Et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quàm istic, ubi solus sapere uideare.

Istic, In isto negotio. Terent. And. 2. 5. 9,

Neq; istic, neq; alibi tibi usquam erit in me mora.

Istic sum, id est, audio, uel ausculto. Terent. Hecyra, 1. 2. 39. Cic. 5. de Finib. 137, Istic sum, inquit, expectoq; quid ad id quod quæram, respondeas.

¶Istinc αὐτόθεν, Aduerbium de loco. Cic. ad Atticum, libro 7. 139. 1, De malis nostris tu prius audis, quàm ego: istinc enim emanant.

¶Istoc, αὐτόθεν, Aduerbium, pro Ab isto loco. Terent. Adelph. 2. 1. 15,

—accede illuc Parmeno,

Nimium istoc abisti. Vide Nimis.

¶Istac, αὐτόσε, Aduerbium per locum. Terent. Heaut. 3. 3. 27,

Abi sanè istac, isthorsum, quò uis.

¶Isthorsum, Aduerbium, (αὐτόσε) Versus eum locum ubi tu es. Terent. Phorm. 5. 1. 14,

Concede hinc à foribus paululum isthorsum sodes Sophrona.

Ister] Istri, (ἴστρος) Fluuius Europæ permagnus, quod & Istrũ dicitur, quando scilicet Flumen sequitur, ut ait Probus. Hoc & Asdubanum, & Danubius uocatur, authore Seruio. Virgil. 2. Georgic. 100,

Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.

Ripax ferox Istri. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 16.

Binominis Ister. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 3.

Frigidus ister. Ouid. in Ibin, 28.

Gemmifer Ister. Senec. Hercul. Oetheo, 5. 8.

Multifidus Ister. Lucan. lib. 3. 41.



Digitized by Google

Opacus uitibus Iſter. Claud. 2. Paneg. 41.
Rubidus Iſter. Claud. de bello. Get. 98.
Sæuus Iſter. Claud. Paneg. 45. Intelligit accolas Iſtri.
Septemgeminus Iſter. Valer. 4. Argon. 143. quia in ſeptem oſtia diuiditur.
Toruus Iſter. Valer. 8. Argonaut. 44.
Turbidus & torquẽs fluentes Iſter arenas. Virg. 3. Georg. 79.

**Iſthmion** ] ἰσθμιον, de quo apud Homerũ lib. 8. Odyſſ. Quo in loco Didymus interpres dicit id idem quod Peritrachelium, de quo infrà: & in hoc differre ab hormo, de quo ſuprà diximus, quòd Iſthmion collum cingat, hormos autem ab eodem demittatur: tanquam uidelicet illud ſit, quod uulgò collier uocamus, hoc autem chaine. Iſthmia ponit Pollux lib. 5. cap. 16, inter ornamenta muliebria.

**Iſthmus** ] iſthmi, maſc. gen. (ἰσθμὸς) propriè collum ſignificat. A' cuius ſimilitudine terra oblongè & anguſta inter duo maria, iſthmos etiã dicitur: cui Porthmos, id eſt, fretũ, etiam opponitur, maris ſcilicet inter duas continentes anguſtiæ. Vnde per antonomaſiam iſthmus Peloponneſi dictus inter Aegeum & Ionium mare, quinq; millium paſſuũ interuallo, cuius fauces Corinthus obſidet. Plin. lib. 4. cap. 4. 1. de Peloponneſo loquens: Anguſtiæ, inquit, unde procedit, iſthmos appellatur. Budæus.

Notum eſt adagium, Iſthmum fodis: quum fruſtra aliquid moliri quempiam ſignificamus. multi enim, ut tanti ambitus moleſtia carerent, transfodere anguſtias illas conati, re infecta deſtiterunt: ut Plin. ſcribit lib. 4. cap. 4. Strabo: In Iſthmo, inquit, Neptuni, quem Iſthmium uocant, templũ eminet pinearum arborum luco circumcluſum, ubi ludos Iſthmicos Corinthij celebrare ſunt ſoliti. Hos ludos Theſeum inſtituiſſe ſcribit in Theſeo Plutarchus. Fuerunt & Iſthmia, ludi illic Palæmoni ſacri. Meminit horum Statius lib. 10. Thebaid.

Bimaris Iſthmos. Ouid. 7. Metam. 81.
Lacrymabilis Iſthmos. Stat. 3. Sylu. 1. 29.

¶ Iſtmiacus, pen. corr. Adiectiuum, (ἰσθμιακὸς) ut Portus Iſthmiacus. Stat. 2. Sylu. 1. 36.

**Iſtonium** ] ἰστόνιον, Italiæ oppidum Ptolemæo: uulgò Gnaſto.

**Iſtria** ] ἰστρία, Italiæ regio, Illyrio contermina, quæ in latitudine ſexaginta paſſuum millia, in circuitu centũ uigintiquinq; millia complectitur: à Phormione, nunc Tiſano fluuio, ad Baraticum ſinum, in quo Arſia amnis decurrens, Iſtriam ab Illyrio dirimit. Iſtrorum gentem fama eſt originem à Colchis duxiſſe, miſſis ab Aeeta rege ad Argonautas perſequendos: qui ut à Ponto intrauerunt Iſtrum, nec raptores inueniſſent, ſiue metu regis, ſiue tædio longæ nauigationis, iuxta Aquileiam conſederunt, Iſtriq; ex amnis nomine quò à mari conceſſerant, ſunt appellati.

**Iſus** ] & Antiphus, Priami fuere filij: uerùm Antiphus ex Hecuba ſuſceptus eſt, quum naturalis eſſet Iſus: ut author eſt Homerus in Iliade.

I T

**Ita** ] νὴ, ϐέϐαιος, Aduerbium reſpondendi, ſiue affirmandi. Terent. And. 5. 2. 8,

—quid iſtic tibi negotij eſt? C. mihin'? S. ita.

Ita Dauus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 1,

Dauúſne? ita Dauus. Sub. eſt.

Ita eſt, pro Sic eſt, reſpondentis particula. Terent. Eun. 1. 2. 44,

Nam hic quoq; bonam magnamq; partem ad te attulit.
T. Ita eſt.

Non eſt ita, pro Non eſt uerum. Cic. pro Cluentio.
Ita eſt, ſentio. Plaut. Pſeud. 7. 51.
Ita eſt. Plin. lib. 13. cap. 3. 3. Vtinamq; dicere poſſemus, quis primus inſtituiſſet. Ita eſt, nimirũ hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicére aquilæ. Item, lib. 7. cap. 40. 3, Ita eſt profectò, alius de alio indicat dies, & tamen ſupremus de omnibus. Locutio eſt Plinio familiaris.
Ita res eſt. Terent. Heaut. 1. 1. 106. Idem And. 3. 1. 1,

Ita pol quidem res eſt, ut dixti Leſbia.

Eſt ita ut dicitur. Cic. 6. Verr. 104.
Ita dico. Plaut. Pſeud. 2. 0. 45,

Tuus herus? H. ita dico. B. miles? H. ita loquor.

Ita loquor, Vera prædico, id qd'res eſt dico. Plaut. Moſtel. 13. 8,

Herus hic noſter potat. T. herus hic ueſter potat? D. ita loquor.

Ita loquor, Ita loqui ſoleo, mos eſt loquendi meus. Plaut. Aulul. 31. 22, Soleo hercle ego nugas Garrire, ita loquor.
Vt ita dicã. Cic. de Amic. 29, Humilem ſanè relinquunt, & minimè generoſum (ut ita dicam) ortum amicitiæ.
Ita enimuerò. Plaut. Amphit. 4. 259, Quid, domum noſtram? S. ita enimuerò.
Ita inquam. Plaut. Amphit. 4. 208,

Hæccinne tua domus eſt? S. ita inquam.

Ita profectò. Plaut. Amphit. 4. 216.
Ita prorſus. Cic. 2. Tuſculan. 113.
Ita uerò. Plaut. Menæch. 24. 38,

Quid ais tu? Menæhmum opinor te uocari dixerat.
M. Ita uerò.

Ita aiunt, Ita prædicant. Terent. Heaut. 48. 13. Idẽ And. 5. 3. 4.

Ita prædicant.

Ita eſt homo, pro ea eſt natura, Eiuſmodi, uel talis eſt. Terent. Adelphis, 1. 2. 63.
Ita ueſtra eſt benignitas. Plaut. Pœnul. 9. 30.
Ita ingenio fuit, uel Ita ingeniũ eius fuit. Terent. Phorm. 1. 3. 20.
Ita pleriq; ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. Plaut. Stich. 15. 3.
Ita natio eſt hominum. Plaut. Menæh. 7. 33.
Ita pars libertinorum eſt: niſi patrono officit, non ſatis gratus eſt. Plaut. Perſa, 13. 59.
Ita eſt amor ut. Plaut. Trinum. 10. 42,

Ita eſt amor, baliſta ut iacitur, nihil ſic celere eſt, neq; uolat.

Ita animatus fui ut te hoc donarẽ: id eſt, Sic in animo habebam. Plaut. Amphit. 8. 129.
Alij ſunt ita, ut in rem eſſe ducunt ſuam. Plau. Menæh. 21. 13.
Ita iuſtum eſt, ſi eſt uoluntarium. Cic. 1. Offic. 43. id eſt, ea conditione & pacto. Idem de Senect. 33.
Ita, ut. Cic. de amicit. 1, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, ſumpta uirili toga, ut quoad poſſem & liceret, à ſenis látere nunquam diſcederem.
Ita faciam. Terent. Eunuch. 3. 2. 51. Ibidem, 1. 2. 108,

Ita facere certum eſt: mos gerundus eſt Thaidi.

Ita res erat, faciundum fuit. id eſt, in eo ſtatu res erat. Terent. Eunuch. 1. 18.
Ita negotium eſt. Plaut. Perſa, 18. 11. Terent. And. 4. 2. 32,

—quapropter?
D. Ita opus eſt facto.

Ita eſt, ut. Cic. 4. Academic. 181, Hoc autem ſi ita ſit, ut unum modò ſenſibus falſum uideatur.
Ita iudices, ne. Plaut. Curcul. 15. 26. Terent. Heaut. 4. 5. 35,

Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.

Ita inſtas, quaſi pro noxio. Plaut. Mercat. 15. 26.
Ita me deus amet: Sermo optantis eſt, & etiam confirmantis, ſiue aſſentientis, fidemúe facientis. Terent. Eunuch. 3. 2. 21,

Ita me di ament, honeſtus eſt. Ibidem, 4. 1. 1.

Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi uicem

Miſeret me. Terent. Heaut. 4. 5. 1. Cic. 7. Verr. 30, Ita mihi deos omnes propitios eſſe uelim, ut, tametſi mihi iucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam, &c.

Ita te amabat Iuppiter Vt tu neſcis. Plaut. Aulul. 17. 31.

Ita me

Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum nunquam sinam, Plautus Curc. 4.53.

Ita uiuam, ut maximos sumptus facio. Cic. Attic. lib. 5. 10 3. 2.

Ita me ferue Iuppiter, ut propior illi, quàm ego sum ac tu, nemo est. Plaut. Amphit.

Ita mihi atq; huic sis superstes, ut ex me atq; hoc natus es. Terent. Heaut. 5.4.7. Sic:

Di seruent, ut hic pater est uester. Plaut. Pœnul. 18.87.

Ita uerò me amabit Iuppiter uxor, ut ego illud nunquam dixi. Plaut. Mercat. 16.22.

Ita spero quidem. Terent. And. 1.5.63.

Ita queso. Terent. Heaut. 3.1.96,

Continuò hìc adero. M. ita quæso

Ita non. Terent. Heaut. 3.2.13,

Ita non ut olim, sed uti nunc sanè bona.

Ita nunc uiget mos: ita nunc seruitium est. Plaut. Curcul. 7.21.

Ita nunc nihilominus. Plaut. Pœnul. 4.141,

Dum te expecto, neq; usquã aliam mihi parauì copiam,
Neq; istuc usquam apparet, ita nunc nihilominus seruio.

Non ita multi fuerunt. Cic. de claris Oratorib. 132. Et. 4. Verr. 34, Tadius qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit.

Non ita ualde de his laboro. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 5.

Non ita: id est, Non ualde. Terent. in Prolog. And. 11. Non ita dissimili sunt argumento. Cic. de Senect. Non ita longa disputatione.

Non multum ita dicendi laude processerat. Cic. de claris Oratoribus, 70.

Nec ita multum prouectus, reiectus Austro sum in eum ipsum locum, unde conscenderam. Cic. 1. Philipp. 5.

Quòd si ita fecissent, id non ita esse fixum deberet. Cicero pro Cluentio, 99.

Nec ita multo pòst. Cic. 2. Offic. 25, Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominum studia complectamur, eaq; teneamus, dicemus, neq; ita multo pòst: sed pauca antè dicenda sunt.

Quo mortuo, nec ita multo pòst in Galliam proficiscitur. Cic. pro Quintio, 8. —ita

Subitò est, properè quod eum conuentum uolo. Plautus Trinum. 17.49.

Ita res subita est. Plaut. Curcul. 7.25.

Ita, pro In tantum, uel usqueadeò, in fine orationis. Terentius And. 2.1.6,

—uæ misero mihi, ut animus in
Spe, atq; in timore usq; antehac attentus fuit:
Ita postquã adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.

Cic. Quorum quanta mens sit, difficile est æstimare: ita multa meminerunt. Et alibi itidem, Ita isti faueo sententiæ. Per epiphonema.

Ita ut. Colum. lib. 4. cap. 2. 2. Quòd mergi mox facilè radicantur, ita ut quæq; uitis suis, &c.

Ita moratus, ut præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferat. Cic. 1. Acad. 48.

Ita magnæ, ut sperem posse auelli: pro adeò. Terentius And. 3.3.22. Cic. de Amic. 27. Ab eis ita amantur, ut facilè earum apparet sensus. Dij te perdant fugitiue: ita non modò nequã & improbus, sed et fatuus & amẽs es. Cic. pro Deiotaro, 14.

Ita ut fit, Vt ferè fit, ut fieri solet. Terent. Eunuch. 4.2.2.

Ita ut ingenium est omnium hominum. Terent. And. 1.1.50.

Ita, ut si esset filia. Terent. Eunuch. 1.2.37. id est, quemadmodũ.

Ita, quemadmodum. Cic. 3. Verr. 71, Quæsturã ita gessit, quemadmodum cognouistis.

Ita, quasi. Cic. pro Quintio, 7. Qua in re ita diligens erat, quasi ij qui magna fide societatem gererent.

Ita nati, pro Ad hoc: quod barbari ad eum finem dicunt. Cic. de Amicit. 18, Sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam.

Ita ut erat, quod barbarè uulgò dicitur, ut de facto erat. Cic. de Amicit. 24, Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem se esse perseueraret?

Ita, pro Igitur. Cicero 5. Tuscul. 39, Ita nobilissima ciuitas Græciæ, & olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, ni si ab homine Arpinate didicisset. De Archimedis sepulchro.

Ita, pro Igitur, & in conclusionibus ponitur. Cicero 3. de Finibus 43, Ita fit, ut quod bonum sit, id etiã honestum sit. Idem 1. Offic. 220.

Ita, pro Itaq;. Cic. 1. de Nat. deor. 152, Virtus autem actuosa est, & deus uester nihil agens: expers uirtutis igitur: ita, ne beatus quidem est.

Ita fecit, uel plus etiam. Cic. de Amic. 35.

Itáne, Sciscitantis particula. Terent. Eunuch. 5.9.28,

Quod uis donũ & præmiũ à me optato: id optatũ feres,
C. Itáne? Cic. pro Rosc. Amer. 66, Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset: itáne est?

Itáne, Cõmiserantis. Terent. And. 4.5.8,

—saluos sis Crito,
C. Itáne Chrysis? hem. Donatus.

Itáne, indignationis nota. Terent. And. 3.2.12.

O Daue, itáne contemnor abs te? Vbi Donatus: Indignatio est, ad, æstimationem reuocantis eius dicta uel facta, à quo contemnitur quis. Idem And. 1.5.8,

Itáne obstinatè operam dat, ut me à Glycerio miserum abstrahat?

Itáne uerò, pro An ne ita est, cedò? Terent. And. 5.4.23.

Itáne uerò, Interrogatio plena stomachi. Cic. 2. de Nat. deor. 16,

Itáne uerò ego non iustius, qui & Consul rogani, & augur, & auspicato? Idem 7. Verr. 119.

¶ Itaq;, penult. corr. (τοιγαροῦν, ὥστε, ὅθεν) compositum ab ita, unica dictio: pro qua Cicero utitur dictione Ergo, aliquando. Cicero de Amicit. 1, Itaq; multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commodè dicta memoriæ mandabam. Idem 1. Academic. 7.

Itaq; quum gemina dictio est, accentum habet in penultima, significatq; & ita. Terent. And. 3.3.19,

Imò ita uolo, itaq; postulo ut fiat. Idem Eunuch. 2.3.25,

—reddunt curatura iunceas:
Itaq; ergo amantur. Vbi Donatus, Itaq;, Atq; ita fit ut amentur.

Itaq; ergo. Liu. 8. bel. Pun. 66. Idem lib. 3, Itaq; ergo ut Magistratu abiére, à Sp. Tarpeio & Aeternio dicta dies est Consulibus. Idem lib. 9. Decad. 4.

Italia] Ἰταλία, Europæ regio, prius Hisperia, ab Hispero Atlantis fratre, qui à fratre pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen: siue (ut Macrobius inquit) ab Hespero stella, quòd Occasui subiecta sit. Inde Oenotria, uel à bonitate uini quod in Italia nascitur, (nam Græci οἶνον uinum dicunt) uel ab Oenotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges posuit. Nam ad eam partem uenit, in qua postea Turnus regnauit, & suo nomine appellauit. Virg. 1. Aeneid.

Est locus: Hesperiam Graij, &c Timæus, & Varro de Re rustica libro 2. cap. 1. & cap. 5. Columel. quoq; in Procem. libro 6. à bobus uocatam dixerunt: quoniam tauri Græca ueteri lingua, itali uocati sunt: à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Est etiam dicta Ausonia (ut Aristophanes inquit) pars ad Tyrrenum uersa. Estq; in forma cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, & à iugis Alpium, dorsoq; Apennini porrecta, se paulatim

Digitized by Google

paulatim attollens, usq; ad Rhegium uerticem & littora Brutiorũ extenditur. In ultimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum Siculum: in extremitate Rhegium oppidum habens. Eius longitudo ab Augusta Prætoria, quæ in Alpino fine sita est, & per Romam, Capuamq; porrigitur, usq; ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & uiginti millia passuum colligit: latitudo uerò quadringenta decẽ, ubi maior latitudo: ubi uerò minor, cẽtũ triginta quinq;. habetq; umbilicũ in agro Reatino, quæ dudum ex latere maris superi Rubiconem fluuiũ pro finibus habuit. Diuiditur autem in sedecim regiones, scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam. Samnium siue Aprutium, Picenum, Flaminiam & Aemiliã, seu Romandiolam, Vmbriam (nunc ducatũ Spoletanum) Galliam Cisalpinam, Venetiam (nunc Marcham Taruisanam) Lapidiam, & Carniam (nunc Forum Iulium) & Istriam.

Bellifera Italia. Claud. 1. in Eutrop. 86.

Magna Italia. Virg. 4. Aeneid. 79.

Potens Italia. Claud. 2. in Eutrop. 106.

¶Italus, Itali, pen. corr. (Ἰταλὸς) Qui de Italia est.

Cælum Italum. Horat. 2. Carm. ode 7. 1.

Regna Itala. Virgil. 3. Aeneid. 37.

Gens Itala. Virg. 6. Aeneid. 152.

¶Italicus, pen. corr. (Ἰταλικὸς) Aliud Adiectiuum, ut Oræ Italicæ. Ouid. 15. Metam. 2.

¶Italis, Italidis, (Ἰταλὶς) Patronymicum, ut Matres Italides. Ouidius 2. Fast. 89.

Nymphæ Italides. Silius lib. 7. 87.

¶Italica, Ἰταλικὴ, Vrbs in Italia, quæ alio nomine Corfinium dicitur, ut ait Strabo. Alia in Hispania, patria Silij Italici.

Italica] Ciuitas Bœticæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Patria Traiani Cæsaris.

¶Italicenses (Ἰταλικήσιοι) Populus ab Italica Hispaniæ urbe.

Itaq; ] Vide Ita.

Itargus] Germaniæ fluuius Ouidio, quem alij omnes Visurgin uocant. Sic enim ait:

Decolor infecta testis Itargus aqua. Turnebus.

Item] ὁμοίως, ὡσαύτως, Aduerbium significans interdum ita, uel sic: interdum autem: interdum similiter.

Item, Autem. Plaut. Aulul. 7. 50,

Venit hoc mihi in mentẽ Megadore, te esse hominem diuitẽ,
Factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum.

Item, Ita uel sic, siue itidem. Cic. in Orato. 82, Nam omnia magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesq; non item. Idem in arte Rhetor. Quæ omnia item uti contraria rerum bonarum in rebus uitandis reperiuntur.

Item, pro Sic, in comparationibus & similitudinibus. Cic. 1. de Orato. 59, Nullæ enim lites neq; controuersiæ sunt, quæ cogant homines sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Bud.

Item ut, pro Similiter. Plaut. Trucul. 5. 39. Cic. in Orato. 117, Ita fit, ut non item in oratione, ut in uersu numerus extet. Terent. Phorm. 2. 3. 66,

Itáne tandẽ quæso, ciuẽ item ut meretricẽ, ubi abusus sis,
Mercedem dare lex iubet ei, atq; amittere? Idem And. 1. 1. 62, —item alio die Quærebam.

Item, pro Etiam. Cic. de Amicit. 15, Pergratũ mihi feceris, spero item Scæuolæ, si, &c. Ibidem, 7, Itaq; ex me quærunt, credo ex hoc item Scæuola.

Itemq;, pro Deinde, uel præterea. Cic. 4. Acad. 50, Itemq; si id quod officij sit, non occurrit animo, nihil omnino aget. Idem 3. Verr. 39. Idem 2. de Diuin. 25, Solis defectiones, itemq; lunæ prædicuntur.

Iter] iteris, pen. corr. (πορεία) secundum Priscianum, neu. gen. Viam significat. Lucretius lib. 5. 131,

Concussos itere, & labefactos aere multo. Cic. Attic. lib. 16. 337, In quo flexus est ad iter Arpinas.

Iter (inquit Modestinus in l. inter actũ. ff. de Seruitio rusticorũ prædiorum) quo quis pedes uel eques commeare potest.

¶Itiner, pen. corr. itineris, n. g. pro eodem, (ὁδοιπορία) Varro,

Expectãt itiner lõgo sermone leuare. Plau. Merc. 22. 72,
Incœptum hoc itiner perficere exequar. Lucan. Lib. 6. 68. Iter dictum est, quòd uehendo quid teritur: uel ab eundo cuius supinum est itum: siue ab ito, frequentatiuo.

Iter, de mari etiam dicitur. Terent. Hecyra, 3. 4. 1,

Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
S. Non hercle Parmeno uerbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.

Iter diei, pro Spatio quod uno die conficere possumus. Liu. 5. bell. Pun. 78, Qui nunciarent duos Coss. ad Beneuentũ esse, diei iter à Capua.

Abest paucorum dierum iter, &c. Vide Abĭum.

Iter, itionem significat. Cic. ad Atticum, lib. 3. 47. 2, Sed itineris causa ut diuorterẽ; primùm est deuium, deinde ab Antonio & cæteris quatridui.

Ambiguum iter. Pers. Satyr. 5. 4.

Amœnum, ac molle iter. Quintil. lib. 4. cap. 2. 34.

Cæcum iter. Ouid. 10. Metam. 91.

Campestre iter. Vide Campus.

Clausum iter uetito. Senec. Hercul. furen. 4. 16.

Commodum iter. Colum. lib. 1. cap. 3.

Iter deuium, inaccessum, & à uia remotum. Cicero ad Attic. lib. 14. 306. 1.

Durum iter. Valer. 1. Argonaut. 115.

Parum fœlix iter. Ouid. epist. 20. 15.

Flexum iter. Lucret. lib. 4. 19.

Flexuosum iter. Cels. lib. 8. cap. 1.

Immensum iter. Vide Immensus.

Imperuia itinera. Tacit. lib. 3.

Inexplicabile iter. Vide Inexplicabilis.

Infestum iter uiæ. Lucret. lib. 5. 226. Vide Infestus.

Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. Virgil. 6. Aeneid. 4. Vide Insuetus.

Interrupta & imperuia itinera. Tacit. lib. 3.

Interseptum iter. Vide Interscpio.

Iter irremeabile. Claud. 2. in Eutrop. 82.

Leue iter. Ouid. in Ibin, 124.

Longinqua itinera. Vide Longus.

Modestum iter apud Plinium in epistol.

Molle iter. Quintil. lib. 4. cap. 2. 234.

Noctiuagum iter. Valer. 2. Argon. 9.

Patens iter. Horat. 3. Carm. ode 16. 2.

Peruium cunctis iter. Senec. Octau. 7. 6.

Secretum iter. Horat. 1. epist. 19. 22.

Tenebricosum iter. Catul. de Passere Lesbiæ, 3. 3.

Tutum iter & potens. Horat. 3. Carm. ode 16. 2.

Accelerare iter. Vide Accelero.

Agere iter in rectum. Ouidius 2. Metamorph. 244. de uolante Mercurio.

Agere longum iter. Plin. lib. 8. cap. 42. 7.

Altiùs egit iter. Ouid. 8. Metam. 45. de Icaro.

Aperire iter. Vide Aperio.

Auertere iter. Vide Auerto.

Longũ iter carpere. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 19. Vide Carpo.

Supremum carpere iter, Mori. Horat. 2. Carm. ode 17. 3.

Celare maximis itineribus. Tacit. lib. 20.

Claudere

Digitized by Google

*Claudere iter alicui. Ouid. 8. Metam. 110.*
*Coarctare iter.* Vide Coarcto.
*Comparare se ad iter.* Vide Comparo.
*Componere itinera.* Vide Compono.
*Conferre iter. Brutus Ciceroni, lib. 11. 138.* Vide Confero.
*Conficere iter. Cic. ad Atticum, lib. 5. 101. 1.*
*Conficere iter pedibus. Cic. in Vatinium, 9.*
*Consequi itinere.* Vide Consequor.
*Consumere iter in legendo.* Vide Consumo.
*Contendere iter.* Vide Contendo.
*Continuare iter nocte & die.* Vide Continuo.
*Conuertere iter aliquò. Cic. Attico, lib. 3. 43. 1.*
*Conuertere iter ad, uel in prouinciam.* Vide Conuerto.
*Conuertit iter ad urbem. Lucan. lib. 3. 75.*
*Tutum iter currit classis. Virgil. 5. Aeneid. 171.*
*Decedere itinere.* Vide Decedo.
*Rapidum iter deflectis. Lucan. lib. 3. 68.*
*Dimittere iter cœptum. Ouid. 2. Metam. 59.*
*Dirigere iter. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 11. 5.*
*Dirigere nauis iter. Ouid. 1. Fast. 1.*
*Doctus iter melius. Horat. de Arte, 14.*
*In fraudem ducebat iter. Silius lib. 5. 9.*
*Effectum iam est iter. Ouid. 6. Metam. 104.*
*Emensi iter. Virg. 7. Aeneid. 33.*
*Expedire iter. Liu. lib. 8. Decad. 4.*
*Facere iter. Cic. Cn. Magno in epist. ad Atticum, lib. 8. 159. 2. Confestimq; cum Qu. fratre & liberis nostris iter in Apuliam facere cœpi.*
*Iter facere uehiculis. Plin. epist 234.*
*Iusta itinera facere. Cic. ad Atticum, lib. 5. 89. 1.*
*Ferre iter per medium mare. Virg. 7. Aeneid. 162.*
*Impauidum iter ferre. Stat. 1. Thebaid. 65.*
*Flectere iter. Virg. 7. Aeneid. 7.*
*Frangere iter. Stat. 12. Thebaid. 47.*
*Habere iter. Cic. Cn. Magno in epist. ad Atticum, lib. 8. 159. 2, Cæsarem iter habere Capuam.*
*Impedire iter. Ouid. epist. 20. 15.* Vide Impedio.
*Incedere itineri & prælio. Tac. lib. 1. hoc est, ad iter & prælium.*
*Incipere iter.* Vide Incipio.
*Incœptare iter.* Vide Incœpto *in* Incipio.
*Indicare iter.* Vide Indico.
*Inducere in iter.* Vide Induco.
*Inire iter. Cic. 1. Tuscul. 152.*
*Ingredi iter. Quintil. lib. 3. cap. 1. 5.*
*Ingredi iter pedibus, & ingredi iter equo. Cic. de Senect. 30.*
*Insidere itinera.* Vide Insideo.
*Instaurabat iter ad Argos. Stat. 2. Thebaid. 149.*
*Instituere iter.* Vide Instituo.
*Intendere iter.* Vide Intendo.
*Intendere iter ad Prætorem.* Vide Intendo.
*Intendere iter cœptum in Italiam.* Vide Intendo.
*Intercipere iter.* Vide Intercipio.
*Intercludere itinera.* Vide Intercludo.
*Intermittere iter.* Vide Intermitto.
*Iungere iter.* Vide Iungo.
*Mittere ex itinere.* Vide Mitto.
*Moliri iter. Senec. Oedip. 13. 4.* Vide Molior.
*Munire iter.* Vide Munio.
*Obsepire iter alicui.* Vide Obsepio.
*Latum pandit iter. Senec. Herc. fur. 9. 10.*
*Solenne iter parare. Claud. 2. in Eutrop. 20.*
*Incœptum iter peragunt. Virg. 6. Aeneid. 77.*
*Propositum peragunt iter. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.*
*Pergere iter.* Vide Pergo.
*Petere iter terra. Cic. pro Plancio, 70.*
*Præcipere iter. Liuius lib. 3. Decad. 1, Dum præciperent iter nuncijs missi in castra. hoc est, antè caperent. In uulgatis codicibus perperam legitur, præriperent iter.*
*Vnda præcluserat iter. Ouid. 14. Metam. 158.*
*Prætentare iter corniculis. Plin. lib. 9. cap. 32.*
*Continuum die, noctuq; iter properabat. Tacit. lib. 15.*
*Radit iter liquidum. Virg. 5. Aeneid. 44. de columba uolente.*
*Iter nos rapiat ad ostia ponti. Valer. 2. Argon. 116.*
*Remensus iter fesso gradu. Stat. 3. Thebaid. 65.*
*Remorari iter alicuius. Ouid. 11. Metam. 47.*
*Repetere iter. Ouid. 3. de Arte, 149.*
*Cœptum iter rumpere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.*
*Institutum iter rumpere. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.*
*Puppis soluit iter. Stat. 5. Sylu. 1. 49.*
*Stratum militari labore iter. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11.*
*Est iter ei in Asiam. hoc est, proficiscendum illi, uel proficiscitur. Cic. ad Atticum, lib. 3. 46. 1.*
*Esse in itinere. Brutus ad Ciceronem, lib. 20. 4.*
*Per insidias iter est. Ouid. 2. Metam. 16.*
*Tendebat iter ad naues. Virg. 1. Aeneid. 75. & 173.*
*Medium tenebat iter classe. Virg. 5. Aeneid. 1.*
*Vertere iter aliquò. Virg. 5. Aeneid. 5.*
*Vertere iter à portu. Ouid. in Ibin, 124.*
*Vestigare iter. Stat. 11. Thebaid. 28.*
*Vicit iter durum pietas. Virg. 6. Aeneid. 138.*
*Iter, pro Incœpto & instituto. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 19. 5, Quare neq; ego impedire Ciceronis iter, atq; illam disciplinam uolo: & ipse puer magis illo clamatorio genere duci & delectari uidetur: in quo quoniã ipsi quoq; fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus: id est, nostro dicendi genere.*
*Recto itinere lapsi plerunq; diuertunt. Quint. lib. 2. cap. 3. 7.*
*Itinera, pro Meatibus. Colum. lib. 8. cap. 27. 2, Itineraq; si loci natura permittit, omni lateri piscinæ dari conuenit. Id est, meatus quibus aqua intret & exeat.*
*Iter pronum ad honores, Via facilis & compendiosa. Plin. lib. 8. ad Fabatum, epist. 163.*
*Manifestum iter ad ingenij lumen ostendit. Quintil. in Proœm. lib. 1. 6.*
*Instruere iter ad bonam famam.* Vide Instruo.
*Amoris iter interrumpere. Cic. Attico, lib. 4. 71. 1.*
*Fortuna salutis monstrat iter. Virg. 2. Aeneid. 78.*
*Decliue iter senectæ. Ouid. 15. Metam. 46.*
*Vocis iter habere. Ouid. 2. Metam. 167.*
*Vrinæ iter. Celsus lib. 7. cap. 25. & 26.*
*Facere iter sceleri. Ouid. 13. Metam. 22.*
*Pergere iter ambitione ac periculis uacuum. Tacit. lib. 4.*
¶*Itero, iteras, pen. cor. (ωὰλαεμβαίω) iterare, Rursus aliquid agere, & quasi per iter factũ reuerti. Plaut. 5. 153, Nolo bis iterare, sat sic longæ fiunt fabulæ. Liu. 6. ab Vrbe, 127, Resistere, atq; iterare pugnã iubet. Cic. 4. Acad. 156, Itera dum eadem & ista mihi. Sic, Colum. lib. 8. cap. 8. 2, iterare dicta.*
*Aciem iterare.* Vide Acies.
*Aequor iterare, apud Horatium lib. 1. Carm. ode 7. 6. pro iterum nauigare. Acron.*
*Fortuna tristi clade iterabitur. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.*
*Cursus iterare. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.*
*Iterare uerba. Cic. in Partitionibus, 13.*
*Iterare uitam morte. Plin. lib. 7. cap. 55. 3.*
*Vulnera iterata fixi. Stat. 1. Sylu. 2. 17.*
*Iteratu ridiculum. Plaut. Casin. 22. 6.*
*Iterandum eadem ista mihi. Cic. ad Atticum, lib. 14. 312. 1.*
*Iterare campum, terram, agrum, pro Iterũ proscindere siue arare. Verbum agricolis familiare. Colum. lib. 12. cap. 4, Colles pinguis*

Digitized by Google

pinguis ſoli, &c. Februario ſtatim proſcindendi ſunt. Deinde de Aprili medio uſq; in ſolſtitium iterandi, tertiandiq;. Sic Plin. lib. 18. cap. 19. 4.

Iterare, pro Ire poſuit Gellius lib. 3. cap. 18, Sed eos Senatores, inquit, qui magiſtratum curulem nondum ceperant, pedibus iterauiſſe in curiam. Quidam codices legunt itauiſſe.

¶ Iteratio, Verbale, Repetitio, reſumptio. Cic. in Orato. 46, Itemq; ſiquæ uerborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac ſummiſſione orationis alienæ. Cic. de Orat. 112. Quintil. lib. 10. cap. 1, Lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita.

Iterationes. Quintil. lib. 4. cap. 2. 32, Nam iterationes quidem, & ταυτολογίας, & περισσολογίας, quas in narratione euitandas quidam ſcriptores artium tradiderunt, tranſeo.

Iteratio, Arationis genus. Plin. lib. 18. cap. 20. 1, Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur: ubi res poſcit, crate uel raſtro, & ſato ſemine iteratio.

Iteratio, Oleum ſecundæ preſſuræ, aut ipſa ſecunda olearũ preſſura. Colum. lib. 12. cap. 50, Nam plurimũ refert, non miſcere iterationẽ, multoq; minus tertiationẽ cũ prima preſſura.

Iteratò] pen. prod. Aduerbium, idem quod iterum. Vlp. in l. qui bonis. ff. de ceßione bonorum.

Iterum] penul. corr. (αὖ, αὖθις, εἰσαῦθις, ἐπάνυτρος, πάλιν) Aduerbium: id eſt, rurſus, denuò, iteratò. Plaut. Pœnulo, 16. 114, Iterum mihi natus uideor, quòd te repperi.

Iterum, pro Secundò. Cic. 1. de Inuent. 86, Primò quidem decipi, incommodum eſt: iterum, ſtultũ: tertiò, turpe. Plin. de Viris illuſtrib. 27, Iterũ, & tertiò Cõſul, multa domi militiæq; geßit. Cic. pro Roſcio Amer. 36, Iterum ac tertiò nominaui.

Iterum & ſæpius teſtis eſt Italia. Cic. pro lege Manil. 21.

Iterum ac ſæpius. Plin. lib. 10. cap. 12. 1.

Iterum atq; iterũ fragor intonat ingẽs. Virg. 8. Aen. 103.
Iterumq; iterumq; monebo. Virg. 3. Aeneid. 87.

Ithaca] pen. corr. (ἰθάκη) Ionij maris parua inſula, Vlyßis patria. In ea etiam urbs eiuſdem nominis, ut inquit Ptolemæus lib. 3. ibi etiam mons Neritos: à quo tota inſula quandoq; dicta Neritos fuit. Virgil. 3. Aeneid. 54.

—Neritos ardua ſaxis. Plin. lib. 8. cap. 58, In Ithaca lepores illati moriuntur. De hac & Cic. lib. 1. de Orat. 96.

Sum patria ex Ithaca. Virg. 3. Aeneid. 122.

Non eſt aptus equis Ithacæ locus. Horat. 1. epiſt. 7. 9, Hinc

¶ Itacus, (ἰθακός) Vlyſſes dicitur, & Ithacenſis. Virgilius 2. Aen. 21. Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ.

Vlyſſes Ithacenſis. Horat. 1. epiſt. 6. 13.

¶ Ithaceſius (ἰθακήσιος) Aliud adiect. ut Sedes Ithaceſia. Silius lib. 8. 108.

Ithome] pen. prod. Oppidũ in Peloponneſo, itemq; in Theſſalia. unde Ithomeus Iupiter. Stat. 4. Thebaidos,

Planaq; Meſſana, montanaq; nutrit Ithome.

Ithyra] pen. prod. (ἴθαρα) Vrbs in Tauro monte Parthiam uerſus. A qua

¶ Ithyreus, pen. prod. Adiect. (ἰθάρεος) Lucan. lib. 7. 102,

Tunc & Ithyrei, Mediq;, Arabesq; ſoluto
Arcu turba minax. Eſt autẽ Ithyreus, epitheton arcus: unde dicimus Ithyreos arcus, & Ithyreas ſagittas: id eſt, Parthicos arcus, & Parthicas ſagittas, eo quòd Parthi præcipuè arcubus & ſagittis utebantur in prælio. Virg. 2. Georg. 90.

Ithyreos taxi torquentur in arcus. Lucan. lib. 7. 46.

Ithyreis curſus fuit inde ſagittis. Alij ſcribunt Itureus: alij Ithureus: nonnulli Itureus.

Itidem] pen. corr. Aduerbium, (ὡσαύτως) Similiter, eodem modo, quaſi iterum idem. Terent. Eunuch. 2. 2. 4,

Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Cic. 2. de Legib. 13, Qu. Quorſum iſtuc? M. Quia nũc itidem ab eodem & à cæteris dijs immortalibus ſunt nobis agenda primordia.

Itidem ut. Terent. Eunuch. 1. 2. 13. —ut
Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet: Idem Hecyra, 5. 4. 25. Placet non fieri hoc itidem, ut in comicæ dijs,
Omnia omnes ubi reſciſcunt.

Itidem quaſi. Plaut. Moſtel. 4. 120. Idem Truculent. 3. 14.
—quaſi in piſcinam
Rete qui iaculum parat, &c. Itidem eſt amator.
Imprudens itidem & ſæpe iam in multis locis
Plus inſciens quis fecit, quàm prudens boni. Plaut. Capt. 2. 44.

Itio, Ito, itas, Itus, itus, itui] Vide Eo, is.

Ithonea] Ciuitas in Bœotia, ab Ithonio Amphyctionis filio, quam alij Ithonem uocant. A qua & Pallas Ithonia eſt appellata. ſiue (ut Strabo inquit) ciuitas Theſſaliæ ad Amphriſiam fluuium ſita. Quidam ſcribunt Itoniã.

Ituræa] regio eſt, à qua Iturei populi, ut ait Probus, natio Scytharum. Strabo lib. 17, Montanam, inquit, regionem Iturei & Arabes habent, malefici omnes. Plin. lib. 5. in parte Syriæ, quæ Cæle dicitur, ſcribit eſſe Iturææorum gentem. Vide Ithyra.

Iturißa] ciuitas eſt Hiſpaniæ citerioris, cuius meminit Mela lib. 3. & Ptolemæus lib. 2.

Itymoneus] teſte Homero, Hyperochi filius, uir in primis ſtrenuus: qui in bello Pyliorum cum Helidenſibus ab Neſtore iaculo eſt interfectus.

Itys] ἴτυς, filius Terei regis Thracum, conuerſus in phaſianum auem, dum epulandus patri Tereo à matre Progne apponeretur. Seruius apud Vergilium in Sileno. Vide Ouidiũ 6. Metam.

Threiſcius Itys. Ouid. ad Liuiam, 22.

¶ Itylus, pen. corr. (ἴτυλος) Diminutiuum. Catul. ad Ortalum, epigr. 60. 3. Daulias aſſumpti fata gemens Ityli.

IV

Iuba] Iubæ, (χαῖται) Crines animalium à collo pendentes. Cic. 2. de Nat. deor. 162. ex quodam poeta. Et Cæſar 1. bel. Gall. 111. Iubis equorum ſubleuati.

Iuba leonis. Plin. lib. 8. cap. 16. 1.

Iubæ gallinaceorum, pro Plumis, quas dum ceruices erigunt, attollere uidentur. Colum. lib. 8. cap. 2. Iubæ deinde uariæ, uel ex auro flauæ, per colla ceruicesq; in humeros diffuſæ.

Criſpiores iubæ. Vide Criſpus.

Denſa iuba. Virg. 3. Georg. 17.

Dextræ iubæ. Ouid. 2. Metam. 67.

Effuſa iuba. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 4.

Equinæ iubæ. Ouid. 12. Metam. 18.

Lunata iuba. Vide Luna.

Rutila iuba. Catul. de Berecynthia.

Sanguineæ iubæ anguiũ. Virg. 2. Aeneid. 42, Seruius interpretatur aut criſtas, aut barbas.

Triplici iuba crinita galea. Virg. 7. Aeneid. 157.

Effundere iubã. Virg. 3. Georg. 18. de Saturno in equũ mutato.

Iuba fuſa, hoc eſt, ampla. Martial. lib. 1. 115.

¶ Iubatus, pen. prod. Adiect. (καθαίρεις) Quod iubas habet: ut Iubatus equus.

Iubati angues, id eſt, criſtati, & ceruicibus erecti. Plautus Amphit. 17. 58.

Fera iubata. Senec. Hercul. furen. 13. 16.

Leo iubatus. Senec. Thyeſt. 8. 22.

Iuba] ἰόβας, rex Mauritaniæ, Pompeij partes ſecutus, quem Cæſar uicit, eiusq; filium in triumpho duxit. De quo Plutarchus in Cæſare.

Iubar] iubaris, penul. corr. n. g. (σείριος, σείριος) propriè ſtella, quæ

Digitized by Google

quæ ante ſolis ortum, Lucifer: poſt ſolis occaſum, Veſper appellatur: φωσφόρος, à Græcis dicta. Iubar autem appellatur, quod iubata appareat, uel quòd (ut ait Feſtus) ſplendor eius diffundat in modum iubæ leonis, radios. Virgilius 4. Aeneidos, 26,

It portis iubare exorto.

Iubar, pro ipſo ſplendore lucis. Ouid. 1. Faſt. 16,

Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar. Iubar enim nõ tãtùm de ſolis ſeu ſtellæ, ſed etiã cuiuſcunq; rei ſplendore dicitur, ut auri, argenti, gemmarum.

Ardens iubar. Senec. Octau. 5. 2.

Criſtatum iubar galeæ. Stat. 3. Thebaid. 45.

Flammeum iubar. Senec. Troad. 6. 8.

Nitidum iubar. Ouid. 15.

Rubrum iubar. Lucret. lib. 4. 82.

Iubar, quandoque ad hominis maieſtatem transfertur. Claudianus, 2. in Ruffin. 29, Per fratris regale iubar: hoc eſt, ſplendorem regium.

Iubelius] Vide Taurea.

Iubeo] iubes, iuſſi, iuſſum (κελεύω, ἐπιτάπτω, ἐπιστέλλω, ἐπισκήπτω, προστάττω) iubere, Imperare, Præcipere. Terent. Eunuch. 2. 3. 97,

Iubéſne? Ch. iubeo, cogo, atq; impero.

Iubeo dare. Terent. And. 3. 2. 4,

——pòſt deinde

Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui.

Date. Cicero 2. de Finibus, 2, Iubere dicere qua de re quis uellet audire.

Campos iubet eſſe parentes. Virg. 5. Aen. 110.

Pauperies iubet quiduis & facere & pati. Horat. 3. Carm. ode 24. 9.

Silentia iuſſit dextra. Lucan. lib. 1. 61.

Iubeo te. Plaut. Aulul. 4. 19,

Aut ſi reſpexis, donec ego te iuſſero. Iubet ſententiam ut dicant ſuam. Plaut. Amphit. 4. 51.

Iubere, Decernere: ut ait Feſtus, & populi eſt propriè. Liuius 7. bel. Maced. Senatus eam pacem ſeruandam cenſuit, & paucos poſt dies populus iuſſit. Liuius 3. ab Vrbe, Id modò excepêre Patres, ne poſtea eoſdem Tribunos iuberent. Id eſt, crearent.

Iubere bella. Lucan. lib. 8. 133.

Claſſica iubere. Lucan. lib. 2. 106.

Iubere, Velle. Terent. Eunuch. 4. 7. 20,

Qui ſcis an quæ iubeam ſine ui faciat? Donatus, Et mirè, non uelim, ſed iubeam dixit, iubeam pro uelim.

Iubet nos eſſe ſine cura de Clodio. Cic. ad Atticum, lib. 2. 39. 9. Et 2. Verr. 12, Cum hoc conſiſtit, hunc amplexatur, hunc iubet ſine cura eſſe. Videtur hìc hortari ſignificare, ſicut & apud Quintilianum, Spera tu, iube ſperare matrem.

Iubeo te ſaluere, id eſt, Volo, inquit Donatus. Plaut. Aſin. 7. 30. Terent. And. 3. 3. 1. Iubeo Chremetem. Donatus. Subaudi, ſaluere. Horat. 1. epiſt. 10. 1,

Fuſcum ſaluere iubemus. Cic. Attico, lib. 4. 83. 2, Dionyſium iube ſaluere.

Iubeto habere animum bonum. Plaut. Perſa.

Iuberi ire ſalutatum. Martial. libro 1. 66. Vlpianus in l. quotiès. §. ſeruus. ff. De hæred. inſtit. Iuberi adire ab eo poteſt cui alienatus eſt.

¶Iußitur. Cato, cap. 14. 1, Parietes omnes, uti iußitur, calce & cementis, &c.

¶Iuſſus, Participium (ἐπιτεταγμένος) Martial. lib. 1. 117,

Amiſſum non flet, quum ſola eſt. Gellia patrem:
Si quis adeſt, iuſſæ proſiliunt lachrymæ. Liuius 2. ab Vrbe, 20, Sed alijs alio itinere iußis certo tempore ad regiam uenire paſtoribus.

Fames iuſſa ſeruire. Lucan. lib. 1. 65.

Fuga iuſſa. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 18.

Labores iußi. Ouid. 9. Metam. 5.

¶Iuſſus, huius iuſſus: in plurali Iuſſa, iuſſorum (ἐπίταξις) Iuſſus, Imperium, rarò reperitur, præterquam in ablatiuo iuſſu. Plaut. Amphit. 3. 19. Iouis iuſſu uenio.

¶Iuſſum, iußi (ἐπιταγὴ, ἐπίταγμα) Idem. Plaut. Curcul. 7. 50,

Poſtquam ſum tuo iuſſo profectus, peruenì in Cariam.

Virg. 8. eclog. 3.

——accipe iußis
Carmina cœpta tuis. Cicer. pro Cecinna, 69, Sed quæro abs te, putéſne ſi populus iuſſerit, me tuum, aut item te meum ſeruum eſſe, id iuſſum ratum atq; firmum futurum?

Dura iuſſa. Ouid. 7. Metam. 3.

Fera iuſſa imperij mei. Ouid. 2. de Remed. amor. 20.

Horrida iuſſa. Virg. 4. Aeneid. 76.

Ingentia iuſſa. Virg. 7. Aeneid. 48.

Haud mollia iuſſa. Virg. 3. Georg. 8.

Regalia iuſſa. Valer. 1. Argon. 5.

Sæuiſſima iuſſa. Valer. 3. Argon. 10.

Capeſſere iuſſa. Virg. 1. Aeneid. 17. Vide Capeſſo.

Exequi iuſſa alicuius. Virg. 4. Aeneid. 80.

Exuere iuſſa. Tacit. lib. 11. Ac ne iuſſa exuerent.

Facere iuſſa. Virg. 1. Aeneid. 62.

Faceſſere iuſſa. Virg. 4. Aeneid. 60.

Flectere iuſſa alicuius. Virg. 10. Aeneid. 7.

Obtemperare iußis magiſtri. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 9.

Parare iuſſa. Virg. 4. Aeneid. 101.

Pati iuſſa aliena. Virg. 1. Aeneid. 171.

Patrare iuſſa. Tacit. lib. 20.

Peragere iuſſa alicuius. Ouid. 2. Metam. 24.

Reſcindere iuſſa alicuius. Ouid. 2. Metam. 136,

Iubilum] iub. li, pen. corr. (ἀγαλλίαμα) dicitur id gaudium quod uoce exprimitur, nec tamen uerbis explicatur. Silius lib. 14. 105,

Et lætis ſcopulis adiuit iubila Cyclops.

¶Iubilo, iubilas, pen. corr. iubilare, Eſt ruſtica uoce inclamare, inquit Feſtus.

¶Iubilatus, eſt clamor ruſticorum, quiritatus urbanorum: ut oſtendit Valla ex authoritate Varronis.

Iucundus] Adiect. (τερπνὸς, ἅλυπος, σύντερπης, ἡδυνὸς, μείλιχος) A' iuuo, iuuas, teſte Cicerone libro 2. de Finibus, 21. Dicitur autem is, qui cauſa extitit alteri, ut ille gaudeat. Iucundus, inquit Valla, non qui lætus eſt, ſed qui lætitiæ eſt alteri. Vnde, iucundæ literæ, iucunda oratio, iucundus aſpectus. Cicero Attico, libro 1. 5. 1. Quòd te de Tadiano negotio decidiſſe ſcribis, id ego Tadio & gratum eſſe intellexi, & magnopere iucundum. Idem 4. in Catil. 73, Eſt mihi iucunda in malis, & grata in dolore ueſtra erga me uoluntas. Iucunda dixit (inquit Valla) quaſi plena lætitiæ, & uoluptuoſa.

Accidunt iucunda. Vide Accido.

Mutare iucunda ſeucris. Vide Muto.

Iucundi agri & fertiles. Cic. pro lege Agraria, 45.

Auræ iucundæ Zephyri. Catul. ad ſeipſum, epigr. 43. 1.

Error iucundus. Ouid. 3. de Arte, 145.

Iucundus homo alteri, Obſequioſus & obtemperans. Cicero pro Seſtio.

Ioci iucundi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 2.

Lumen iucundum cæli. Virg. 6. Aeneid. 73.

Munera iucunda. Catull. de coma Berenicis, epigr. 61. 17.

Iucundus odor, Gratus & delectabilis. Plin. lib. 12. cap. 4. 3.

Iucundus ſapor, apud eundem lib. 10. cap. 60. 2.

Paupertas iucunda. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 5.



Digitized by Google

Quies iucunda. Propert. lib. 1. eleg. 10. 1.
In rebus iucundis uiue beatus. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.
Tempus iucundum agere. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 6.
Viam iucundam efficere alicui. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 10. 7.
Vita iucunda, & Vita grauis, contraria. Horat. Epod. 1. 2.
Vita mihi iucundior. Catull. Argon. 59. 43.
Voluptas iucunda. Lucret. lib. 2. 1.
¶Iucunditas, pen. corr. incunditatis (τερπνότης, ψυχία) Delectatio. Cic. 2. de Finib. 21, In eo autem uoluptat, omnium Latinè loquentium more ponitur, quum percipitur ea quæ ſenſum aliquem moueat iucunditas. Hanc quoq; iucunditatem, ſi uis, transfer in animum: iuuare enim in utroque dicitur, ex eoq; iucundum.
Vocis iucunditas, ac claritas. Quintil. in Proœm. lib. 6. 10.
Dare ſe iucunditati. Cic. 1. Offic 172. Atq; etiam quum relaxare animos, & dare ſe iucunditati uolent.
Iucunditate perfundi. Cic. 2. de Finib. 10. Vide Perfundo.
Permulcere iucunditate. Quintil. lib. 2. cap. 5. 6.
¶Iucunditates, Pluraliter (σύνθυμίαι) Cicer. ad Atticum, lib. 10. 197. 13, Nihil mihi unquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius acciditſſe, quàm quòd meam Tulliam ſuauiſſimè, diligentiſſimeq; coluiſti.
¶Iucundè, Aduerbium (τερπνῶς) Suauiter, dulciter. Cicer. 1. de Finib. 89, Clamat Epicurus is, quem uos nimis uoluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe iucundè uiui, niſi ſapienter, honeſtè, iuſteq; uiuatur. Idem pro Deiotaro, 12, Quum in conuiuio comiter & iucundè fuiſſes.
Curare corpora iucundè. Lucret. lib. 2. 7.
Iucundè aliquid narrare de aliquo. Cic. de Amicit. 1.
Iucundiſſimè uiuere. Cic. 2. de Finib. 112.
Iucundè olere. Plin. lib. 31. cap. 3. 7.
Iudæa] ἰουδαία, Syriæ regio. Ptolemæus Coſmographiæ lib. 4, Paleſtina Syriæ, quæ Iudæa Syria appellatur. Plin. libro 5. cap. 14, Paleſtinam, Samariam, Iudæam, & Idumæam ſeiungit: Galilæam appellari illic aſſerens, ubi Syriæ iungitur. In occaſum autem trans Iordanem. Petream, Arabiæ proximam. Omnia hæc Ptolemæus Paleſtinæ ſubdit, cuius tabulã Aſiæ quartam diligenter inſpicito. Dedita Iudæa ſacris incerti Dei. Lucan. lib. 2. 118.
¶Iudæus (ἰουδαῖος) Qui ex Iudæa eſt. Cicer. de Prouincijs Conſul. 8, Iudæi & Syri nationes natæ ſeruituti.
Apella Iudæus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 20. quòd pellem in parte genitali non habeat. Porphyr.
Curti Iudæi. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 14. Curtos dixit, propter uirilis membri reciſam pelliculam. Porphyr.
Cultaq; Iudæo ſeptima ſacra. Ouid. 1. de Arte, 16.
¶Iudaicus, penult. corr. Adiectiuum (ἰουδαϊκὸς) Idem. Cic. pro Flacco, Aurum Iudaicum. Iuuenalis Satyr. 14. 11, Iudaicum ius ediſcunt.
Superſtitio Iudaica. Quintil. lib. 3. cap. 7. 15.
Velis Iudaicis pingitur India. Claud. 1. in Eutrop. 72.
Iudex, Iudicatio, Iudicium] Vide Iudico.
Iudico] iudicas, penult. corr. (κρίνω, δικάζω, διαιτέω, διαγιγνώσκω) iudicare, Quaſi ius dicere.
Breuiter & dilucidè iudicare. Quintil. lib. 4. cap. 1. 23.
Cominus iudicari. Plin. lib. 11. cap. 42. 1. Vide Cominus.
Perperam iudicare. Vide Perperam.
Incorruptè atq; integrè iudicare. Vide Integer.
Iudicare animo ſuo. Terent. Adelph. 5. 6. 4.
Iudicare aliquem hoſtem. Cic. D. Bruto, lib. 11. 7. 5.
Iudicare aliquẽ ex ingenio aliorum. Terent. Eunuch. 1. 2. 118.
Iudicare de aliquo. Cic. de Amicit. 8, Sed ut mihi uideris, non recte iudicas de Catone.
De meo ſenſu iudico. Cic. 4. in Catil. 83.
Iudicare de aliquo grauius, ſic dictum, ut Grauius ſtatuere. Cæſar.
Iudicare quid interſit. Cic. de Amicit. 78, Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet quid interſit inter popularem, id eſt, inter aſſentatorem, & leuem ciuem: & conſtantem, ſeuerum & grauem.
Iudicare & perpendere. Cic. de petitione Conſulatus, 16.
Iudicatus ſapiens oraculo Apollinis. Cic. de Amicit. 6.
Iudicare oculis. Cic. 1. Verr. 9.
Iudicare, Alicuius cauſam audire, & pro illa ſententiam ferre: & datiuo conſtruitur. Plaut. Menæch. 3. 2.

Nam ego ad Menæchmum nunc eo, cui iam dtu
Sum iudicatus, ultrò eo ut me uinciat. Hoc eſt, cui ſum adiudicatus, ſiue iudicis ſententia addictus.

Iudicare perduellionem alicui, pro Aliquem iudicare in cauſa perduellionis. Liu. 1. Decad. lib. 1. 110.
Iudicare de aliquo, Condemnare. Cic. 5. Verr. 129, Sed hoc miror, quomodo de quo homine præiudiciũ noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipſo non modò præiudicarit, uerùm graniſſimè ac uehementiſſimè iudicarit. Plaut. Rud. 2. 19.
Iudicare, cum genitiuo. Gellius lib. 20. cap. 1. Quanteq; pecuniæ iudicatæ eſſent, prædicabatur.
Iudicatus pecuniæ, Multa pecuniaria condemnatus. Liuius 6. ab Vrbe, 61.
Iudicare contra. Cic. pro Flacco, 38. Itaq; recuperatores contra iſtum rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt.
Iudicare aliquid ex æquo & bono. Cic. pro Cecinna, 49.
Iudicare de re aliqua inter aliquos. Cic. 1. de Orat. 86.
Iudicare diſſolutè. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 15. 2.
Iudicauit iudicium inclytum inter deas tres. Cic. 1. de Diu. 186.
Iudicare, pro Iudices ferre, & iudicium indicere, ſiue diem dicere: more Græcorum, qui κρίνειν dicunt, pro Diem dicere. Liu. 6. bel. Pun. 14, Tribuni plebis appellati. Quum collegæ negarunt ſe in mora eſſe, quo minus quod ei more maiorum permiſſum eſſet, ſeu legibus ſeu moribus mallet, anquireret: quoad uel capitis, uel pecuniæ iudicaſſet priuato: tum Sempronius perduellionis ſe iudicare Cn. Fuluio dixit: diemq; co mitijs à Caio Calphurnio Prætore urbis petit. Budæus.
Iudicare ſub formula, pro eo quod dicũt, Ad rigorem iuris. Senec. de Clem. 2, Clementia liberum arbitrium habet, nec ſub formula, ſed ex bono & æquo iudicat.
Iudicaßit, pro iudicauerit: Antiquum. Cic. 3. de Legib. 8, Quum magiſtratus iudicaßit, interrogaßitúe, per populum multæ pœnæ certatio eſto.
¶Iudicatus, penult. prod. Participium (διαιτηθείς) Cicero 4. Verr. 82, Atq; ut aliquando de rebus ab iſtu cognitis iudicatisq;, & de iudicijs datis dicere, deſiſtamus.
Iudicatum facere, pro Parere iudicato, ſiue perſoluere quod iudex dependendum eſſe pronunciauit. Vlpianus de feriis, Quid ſi feriatis. Et ſi aliter aduerſus ea iudicium erit, ne quis iudicatum facere, neúe ſoluere debeat, neúe quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat. Cicer. pro Flacco, 39, Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Budæus.
Ne iudicatum ſit, pro Ne ualeat ſententia. Vlpianus de feriis, Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicium ſit, niſi ex uoluntate partium. Budæus.
Res iudicata. Cic. pro Sylla, 47.
Homo iudicatus, pro damnato. Liu. lib. 6.
¶Iudicatio, Verbale, Cognitio, iudicatus, Græcè κρίσις, Latinè id de quo agitur. Cicero in Topic. 51. Idem 2. de Inuent. 132, Quæſtio in coniecturali eadem quæ iudicatio. Quintil. lib. 3. cap. 8, Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non

Digitized by Google

fieri non potuiſſi,iudicatio eſt,an potuerit.Budæus.

Iudicatio,pro iudicandi facultate.Quintil.lib.6.cap. 5, Conſilium eſt ratio quædam altè petita,habensq; in ſe & inuentionem & iudicationem.

Ars inuentrix,& iudicatrix, & enuntiatrix. Quintilianus, lib.2.cap.17.15.

¶Iudicatus,huius iudicatus,pen.prod.(κρίσις)Iudicatio,iudicandi facultas.Cic.ad Atticum,lib.12.241.17, De Corceio & Libone quæ ſcribis,approbo:maximè quod de iudicatu meo reſponſum ſit.

¶Iudicatum,pen.prod.Subſtantiuum(τὸ κριθέν)Eſt(ut ait Cicer.2.de Inuent.171.)de quo iam antè ſententia alicuius aut aliquorum conſtitutum eſt.Idem pro Flacco,39,Frater meus pro ſua æquitate prudentiaq; decreuit,ut ſi iudicatum negaret,in duplum iret.

¶Iudicatò,Aduerbium(κριτικῶς)Gellius lib.14. cap. 1, An ita ſeriò iudicatoq; pronunciaret.

¶Iudex,iudicis,pen.corr.(κριτὴς,διαγνώμων,δικαστὴς)dicitur quaſi ius dicens populo:hoc eſt,iuris & æquitatis miniſter.Cic.pro Sex.Roſcio,51,L.Caßius ille,quem pop.Romanus ueriſſimum & ſapientiſſimum iudicem putabat,&c.

Neminem uoluerunt maiores noſtri non modò de exiſtimatione cuiuſquam,ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet. Cicero pro Cluent.95.

Acumen argutum iudicis.Horat.de Arte,74.

Morum iudex.Iuuen.Satyr.4.2.

Callidus.Vide Callus.

Candidus.Horat.1.epiſt.4.1.

Corruptus.Horat.2.Serm.Satyr.2.2.

Grauis.Ouid.3.Amor.eleg.7.12.

Iniquus.Ouid.12.Metam.38.

Manipularis.Vide Manipulus.

Numarius.Vide Numus.

Obnoxius gratiæ.Vide Obnoxius.

Optimus.Vide Bonus.

Pedaneus.Vide Pes.

Capere iudicem.Vide Capio.

Citare iudices.Vide Cito.

Cogendi iudices inuiti.Vide Inuitus.

Conſtituere iudicem de re aliqua.Cic.pro Domo ſua,27.

Contorquere iudicem ad lætitiam.Vide Lætus.

Dicere ad iudices.Vide Ad præpoſitionem.

Dare iudicem de re aliqua.Cic.5.Verr.22.

Iratum iudicem facere aduerſario.Vide Ira.

Ponere iudicem.Cicero pro Sylla,37,Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe quid faciendum putares,& ſatis idoneum officij iudicem poſuiſſe.

Præbere ſe iudicem acrem uitiorum.Cic.1.Offic.159.

Sedere iudicem,Iudicare.Cic.pro Rabir.Poſth.6.

Sedere iudicem in aliquem,pro Iudicare cauſam alicuius. Cic. pro Cluent.84.

Sortiri iudicem.Plin.in Præf.4.

Sumere iudicem de re aliqua.Brutus Cic.6.4.

Iudex rerum,pro Aeſtimatore.Horat.2.Serm.Satyr.7.21,

—at ipſe Subtilis ueterum iudex & callidus audis.

Aequus æſtimator & iudex rerum. Cicero 3. de Finibus, 9. Vide Aequus.

Iudex ſ.g.Ouid.2.Metam.86,

—de ceſpite uirgo
Se leuat,& ,Salue numen,me iudice,dixit.

¶Iudicium,iudicij (κρίσις,διάγνωσις,διαδικασία,ψήφισμα) Legitimam contentionem ſignificat,& diſceptationẽ,quæſtionem,ſiue litem.Cognitionem item,notionem, & exiſtimationem,ſiue opinionem.Cic.pro Cecinna,4,Omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum,aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt.

Iudicium capitis.Cic.1.Tuſc.112.

Iudicium & arbitrium.Cicero pro Quint.Roſcio,5,Aliud arbitrium incertæ.

Capitale iudicium.Quintil.lib.4.cap.1.40.

Centumuirale.Vide Centumuir,in Centum.

Conſtupratum.Vide Conſtupro.

Corruptum.Quintil.lib.2.cap.12.4.Vide Corrumpo.

Damnatorium.Vide Damno.

Inuidioſum.Vide Inuideo.

Numarium.Vide Numus.

Abſoluere ſe iudicio ab aliquo.Vide Abſoluo.

Accipere iudicium,pro Defendere.Cic.pro Quintio. Budæus. Vide Accipio.

Accipere iudicium pro aliquo.Cic.pro Quintio,43.

Adducere in iudicium,Accuſare. Cic. de Optimo genere orat. Budæus.Vide Adduco.

Adeſſe iudicio & ad iudicium.Vide Adſum.

Adumbrare iudicium.Vide Adumbro.

Iudicium agi dicitur.Plin.lib.9.cap.35.

Arceſſere aliquem iudicio.Vide Arceſſo.

Auferre iudicio.Vide Aufero.

Cadere ſub iudicium,Vide Cado.

Calent iudicia.Vide Caleo.

Circunueniri iudicio.Vide Circunuenio.

Claudere iudicium militibus armatis. Quintilianus libro 4. capite 2.18.

Committere iudicium.Cic.pro Sex.Roſcio,7.

Maturo iudicio condemnari.Vide Maturus.

Conflictare iudicio.Vide Confligo.

Conſtituere in aliquem capitis iudicium.Vide Conſtituo.

Deducere rem aliquam in iudicium.Vide Deduco.

Deferre iudicium à ſubſellijs in roſtra:id eſt,A iudicibus ad populum.Cic.pro Cluentio,89.

Differre alicuius rei iudicium.Quint.lib.2.cap.4.21.

Dare iudicium:ut dare actionem.Cic.4.Verr.20.

Dare iudicium in aliquem.Cic.3.Verr.97.

Emendare urbes iudicijs.Quint.lib.in Proœm.lib.1.9.

Exercere iudicium Prætor dicitur.Cic.pro Cælio,1, Omnibus negocijs intermiſſis,unum hoc iudicium exerceatur.

Exercere iudicia alicuius rei.Quint.lib.6.cap.1.13.

Facere iudicium.Cic.pro Quintio,5,Præter iudicium prius de probo quàm de re maluit fieri.

Facere iudicium de aliquo, ſiue de re aliqua. Cic.ad Atticum, lib.7.141.3.Item,Appio,lib.11.29.6.

Iudicare iudicium inclytum.Vide Iudico.

Moliri corruptelam iudicij.Vide Molior.

Opprimere iudicio.Vide Opprimo.

Iudicio perfundere.Cic.pro Sex.Roſc.49.Vide Perfundo.

Perpetrare iudicium.Tacit.lib.13.

Pronunciare iudicium.Cic.in Piſonem,70.

Reddere iudicium.Author ad Heren.Quod genus M. Druſus Prætor urbanus,quòd cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit,Sextus Iulius non reddidit.

Reddere iterum iudicium:De re iudicata iterum iudicare. Terent.Phorm.2.3.57.

Solicitare iudicium alicuius donis.Ouid.epiſt.15.16.

Acre iudicium.Quintil.lib.1.cap.6.3.

Iudicium acre & certum.Cic.3.de Oratore,101.

Cœleſtia iudicia.Quintil.in Proœm.lib.4.2.

Circunſpectum iudicium,Vide Circunſpicio.

Firmus iudicium.Quintil.lib.1.cap.8.4.

Firma, iamq; extra periculum posita iudicia. Quintilianus libro 2.capit.5.15.
Graue iudicium subire. Claud.in Præfat.de bello Get.2.
Intelligens iudicium. Vide Intelligo.
Libare iudicium. Quint.lib.6.cap.3.22. Vide Liber.
Limatum & politum iudicium. Cic. Volumnio, lib.7.34.5.
Nonnullum de suo ingenio iudicium fieri. Vide Nonnullus.
Peracre iudicium. Vide Peracer.
Subtile iudicium. Horat.2.epist.1.49.
Syncerum & subtile iudicium. Cic. Catoni, lib.15.6.4.
Variæ sunt iudicia: ut in Græcis. Cic.in Oratore, 20.
Adhibere iudicium. Vide Adhibeo.
Adipisci iudicium. Vide Adipiscor.
Falli iudicio. Quintil.lib.2.cap.4.10.
Flectere iudicium suum. Brutus ad Ciceronem, 16.19. Vide Flecto.
Habere iudicia populi. Cic.1.Philipp.26.
Habere iudicium de aliquo. Cic.ad Atticum, lib.14.3.10.1, Si bonitas tua responderit iudicio meo quod semper habui de te, gaudebo.
Habere iudicium de, Aliter. Cic.pro Plancio, 76, Tum hercle me confitear non iudicium aliquod habuisse de Reip. utilitate. id est, nihil respexisse Remp.
Interponere iudicium. Cic.ad Atticum, lib.8.14.7.14, Scripsiq; sedatiore animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.
Interponere alicui rei suum iudicium. Quintilian. libro 1.capite 7.15.
Permittere omnia iudicio alterius. Vide Permitto.
Acri iudicio perpendere aliquid. Lucret.lib.2.209.
Præbere iudicia alicuius rei. Quintil.lib.1.cap.2.16.
Stare suo iudicio. Cic.3.Offic.149.
Subire iudicium graue. Cic.1.de Oratore, 62.
Opinio populi & iudicium intelligentium. Cicero de claris Oratorib.99.
Emereri hominum iudicium. Quint.in Proœm.lib.4.1.
Meo iudicio. Cic.de clar.Orat.16.id est, opinione mea, siue quãtum iudicare possum, & ut sentio.
Meum iudicium fuit, Ita existimaui. Cic.1.Tuscul.2.
¶Iudicalis, & hoc iudiciale pen. prod. (κριτικὸς, δικανικὸς) Quod ad iudicium pertinet.
Iudiciale genus dicendi. Cic.1.de Inuent.11, Iudiciale est, quod positum in iudicio habet in se accusationem & defensionẽ, aut petitionem & recusationem. Idem ad Atticum, lib.2.16.5. Quintil.lib.2.cap.1.8.
Iudiciales causæ. Cic.2.de Diuinat.82.
Iudiciales suppressiones. Cic.pro Cluentio, 53.
Iudicialis molestia. Cic.ad Atticum, lib.13.26.4.3.
¶Iudiciarius, Adiect. (δικαστικὸς) Idem: Quod ad iudicem, siue iudicium pertinet.
Iudiciariæ controuersiæ. Cic.3.Verr.3.
Lex iudiciaria. Cic.in Pisonem, 74.
Res iudiciaria. Cic.4.Verr.21.
Iudiciarius quæstus. Cic.pro Cluentio, 57.
Iuuernia] ἰουερνία, Plinio Iuuerna, nunc Irlandia dicitur, eis uulgò Irelond. Anglorum regi paret. Ptolemæus libro 2.capit.2.
Iugalis, Iugamentum, Iugatus] Vide Iugum.
Iugerum] iugeri, pen.corr. (πλέθρου, πελέθρου) uel nominatiuo iuger, datiuo iugero, accusatiuo & uocatiuo iugerũ, ablatiuo iugero & iugere. Et pluraliter, nominatiuo, accusatiuo & uocatiuo iugera, genitiuo iugerum, datiuo & ablatiuo iugeris uel iugeribus.
Iugerum uocabatur (inquit Plin.lib.18.cap.3.1.) quod uno iugo boum in die exarari posset. Columel. lib. 5. cap.1. dicit Gallos semijugerum, arepennum uocare. Varro lib. 1. de re Rust. cap. 10, In Hispania ulteriore metiuntur iugis: in Campania uersibus: apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum uocant, quòd iuncti boues uno die exarare possint: Versum dicunt, centum pedes quoquouersum quadratum: Iugerum, quòd quadratos duos actus habeat. Tibullus lib.2.eleg.3.10,

Vt multo innumeram iugere pascat ouem. Iuuenal. Satyr.9.6,

Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis. Cæs.1.bel.Ciuil.66, Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur quadraginta in singulos iugera. Cic.ad Att.lib.2.31.2, Hoc duplicatum facit iugerum & ab eo quòd erat iunctum, nomen iugeri usurpauit. De actu quadrato. Colum.lib.2.3.12,

Arat falerni mille fundi iugera. Horat.Epod.4.3.
Ieiuna soli iugera. Senec.Herc.Oeth.2.7.
¶Iugeratim, pen.prod. Aduerb. (κατὰ πλιθρα) Per singula iugera. Colum.lib.3.cap.3.4, Vt primæ uineæ tenenus amphoras iugeratim præberent.
Iugis] Vide Iugum.
Iuglans] iuglandis, f.g. (διὸς βασιλικὸν ἄλος, βάλανος) Nonnulli à iuuando, & glande appellatam putant. Alij quasi Iouis glandem existimant uocatam: quòd hæc arbor nuces habeat suauiori sapore, quàm glandes. Vide Plinium lib.15.cap.22. Cic.5.Tusc.83, Instituitq; ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.
Iugo] iugas. Vide Iugum.
Iugula] pen.corr. Stella Oriõ, quòd amplior sit cæteris, quasi nux iuglandis, inquit Festus. Plaut. Amph. Neq; iugulæ, neq; Vesperugo, neq; Virgiliæ occidunt.
Iugulus] & Iugulum, iuguli, pen.corr. (ἀρτηρία, αὐχὴν) dicitur anterior pars colli, unde uox halitusq; procedit: à iungo, quòd per eam pectori caput iungatur. Et duplicem esse constat. Quintil. Declamat.9, Iam præbendus erat iugulus, & fundenda uita cum sanguine. Corn. Celsus, lib.8, A dextro iugulo si id fractum est, ad alam sinistram: à sinistro, ad dextram. Cicero de Fato, 16, Quòd iugula concava non haberet.
Ensem accipit iugulo. Virg.10.Aeneid.179.
Senilem iugulum confodiam. Lucan.lib.3.148.
Aperto iugulo cruentauit tecta. Ouid.epist.8.11.
Demittere cruorem iugulis. Virg.4.Georg.108.
Dare iugulum cultris. Ouid.in Ibin, 22.
Dare iugulum, & petere iugulum. Cic.pro Milone, 23.
Iugulum ferire dixerunt ueteres, pro Interficere.
Iugulis ciuitatis intenta tela, pro Imminenti mortis periculo. Cic.in Pisonem, 3.
Ostentare iugulum pro capite alicuius, Velle se obijcere periculo capitis pro uita alterius. Cic.ad Atticum, lib.1.11.7.
Iugulum petere, in agendis causis tunc dicitur orator, quando quod est potentissimum, id inuadit, ac premit ualidissimè aduersarium, uidetur q; illum iugulare argumentis, perinde ac uibratis telis. Quintil. lib.8.cap.6, Nam illa agendis causis iam detrita, pedem conferre, & iugulum petere, & sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen.
Resoluere iugulum ferro. Ouid.6.Metam.129.
Resoluere iugulum mucrone. Ouid.1.Metam.46.
¶Iugulo, iugulas, penultima corrept. (σφάζω, σφάττω) iugulare, Inferre mortem, & ueluti abscisso iugulo uita priuare. Cicer.pro Quintio, 29, Iugulare ciuem ne ipse quidem quisquam bonus uult.
Medio iugulaberis ense. Ouid.12.Metam.97.

Hominet

Homines iugulare. Horat. 1. epist. 2. 7.
Iugulant pecudes. Virg. 12. Aeneid. 43.
Iugulatus ab Achille. Ouid. 12. Metam. 17.
Iugulare hominem suis uerbis: hoc est, conuincere. Terent. Eunuch. 3. 1. 27,
Iugularas hominem: quid ille? Sic, apud Ciceronem, 7. Verr. 130, Omitto ac negligo cætera, sua confessione induatur ac iuguletur necesse est.
Iugulare hominem suo sibi gladio. Terent. Adelphis, 5. 8. 36.
Suo gladio, suoq; telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur: aut qui suopte inuento, doloue capitur. Erasmus. Vide Gladius.
Iugulare aliquem gladio plumbeo: hoc est, futili leuiq; argumẽto quempiam conuincere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 4.
Iugulare, etiam de morbo & aquis dicitur. Celsus lib. 3, Quartana neminem iugulat. Martial. lib. 4. 18,
Aut ubi mors non est, si iugulatis aquæ?
Iugulare, ad inanimata transfertur. Martialis lib. 1. 102,
Scelus est iugulare falernum.
¶ Iugulatio, Verbale (ἀποσφαξις) Hirtius 6. bel. Hispaniensis, 62, Iugulatione oppidanorum facta.
Iugum ]iugi(ἀγρὰς, κολωνὸς) Dictum est quòd iungatur, & in arcum arcteatur. Est autem propriè montis cacumen. Virgil. eclog. 5. 15,
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Cæsar 7. bel. Gal. 265, Tandem Germani ab dextro latere summũ iugum nacti, hostes loco depellunt.
Accliuum iugum. Ouid. 5. Fast. 31. Vide Acclivus.
Aquosa iuga. Stat. 4. Syl. 6. 21.
Arduo iugo surgit alta rupes. Senec. 1. Thebaid. 14.
Asperum iugum. Vide Asper.
Continentia iuga. Vide Contineo.
Frondosa iuga. Ouid. 1. de Remed. amor. 41.
Immensis iugis tumet Ida. Ouid. epist. 5. 28.
Saxosum iugum. Ouid. in Ibin, 58.
Spinosi terga iugi. Propert. lib. 4. eleg. 4. 10.
Circumnissus iugo. Vide Circummitto.
Iugum ]ζυγὸς, Ligneum instrumentum, quo iunguntur boues, & adinuicem arctantur. Plin. lib. 9. cap. 15. 1, Nec nisi boum iugis extractus.
Adamantina iuga. Vide Adamas.
Curtum temone iugum. Iuuen. Satyr. 10. 14.
Citrea iuga. Ouid. 1. de Arte, 64.
Demere iuga fatigatis bobus. Horat. 3. Carm. ode 6. 9.
Detrectans iuga bos. Virg. 3. Georg. 11.
Ferunt iuga tauri. Ouid. epist. 6. 10.
Incidit ceruicibus iugum. Vide Incido.
Bos nullum passa iugum. Ouid. 3. Metam. 3.
Resoluere iugum. Catul. de Berecynth. 58. 16.
Tauris iuga soluet arator. Virg. eclog. 4. 9.
Iugo subdere. Plin. lib. 8. cap. 16. 14.
Iugum subire. Plin. lib. 10. cap. 45. 1.
Debile iugum sustinere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 14.
Vitare onus iugi. Catul. de Berecynthia, 58. 7.
Iugum, pro pari boum. Cic. 5. Verr. 21, Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c.
Iugum aquilarum. Plin. lib. 10. cap. 4. 1, Budæo uidetur pro pari accipiendum.
Iugum hominum impiorum, per translationem: id est, par. Cic. 11. Philipp. 292. de Antonio & Dolabella.
Pari iugo niti: id est, pari labore & concordia. Plinius epistol. 9. libro 3.
Iugum accipere, hoc est, onus, laborem, & prouinciam, imperium ac dominium subire. Liu. Decad. 4. lib. 7. 143.

Abire sub iugum. Vide Abeo.
Acceptare iugum. Silius lib. 7. 9. Vide Accepto in Accipio.
Accipere iugum. Tacit. lib. 12. Vide Accipio.
Adactus iugo Rhenus. Vide Adigo.
Ciuitatis iugum deijcere à ceruicibus. Cic. 1. Philipp. 4.
Turpi iugo eripere colla. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 19.
Exuere iugum. Tacit. lib. 20.
Seruitij iugum ferre. Stat. 3. Sylu. 4. 7.
Imponere iugum alicui. Ouid. epist. 9. 2.
Herili iugo laxatus famulus. Claud. 7. Paneg. 123.
Animum iugo premit turpis Cupido. Senec. Agamemn. 3. 6.
Famulare collo nobili subeat iugum. Senec. Troade, 8. 3.
Læsuro subtrahe colla iugo. Ouid. 1. de Remed. amor. 18.
¶ Iugum, Sub quo ignominiæ gratia uicti hostes mittebantur. Nam fixis in terram duabus hastis, super eas ligabatur tertia & tunc uicti hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. Hæc ex Festo. Vide Liu. ab Vrbe, lib. 3. 122. Inde subiugare, pro debellare, ac subijcere. Cicer. Antequam iret in exilium, 1, Si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis.
Mittere sub iugum. Vide Mitto.
¶ Iugum in uinea dicitur, quum duabus aut pluribus perticis fixis, aliæ super eas alligantur, in quibus uites coniunguntur, & quasi iugum in summitatem quandam faciunt. A quo uites ipsæ, seu uineæ, iugatæ dicuntur. Quòd si hastilibus in terra defixis, singulæ transuersæ perticæ in unam tãtùm partem ordinis innectantur, unijugæ uineæ dicuntur: & genus ipsum iugi, canterium rustici uocant. Plinius, Salices quædã in proceritatem magnam emittunt iugis uinearum perticas. Idem lib. 7. cap. 21. 11, Simplici iugo constat porrecto ordine, canterium appellant. Columella lib. 12. cap. 15. 1. Et Varro 1. de re Rust. cap. 8. 1.
¶ Iugum uocant (inquit Varro 1. de re Rust. cap. 10. 1.) quod iuncti boues uno die exarare possunt.
Arare in singulis iugis. Vide Aro.
¶ Iugum, Lignum quo textores telam conuoluunt. Ouid. lib. 6. Metamorph. 11,
Tela iugo est iuncta.
¶ Iugum (ζυγὸν) pro Libra, sidere cæleste. Cicer. 2. de Diuinat. 247, L. quidem Tarutius Firmanus familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab ijs Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus: Romamq; in Iugo quũ esset Luna, notam esse dicebat. Quem locum uelut exponẽs Solinus, sic ait cap. 2, Romulus auspicatò fundamenta murorum iecit duodeuiginti natus annos, undecimo calendas Maias, hora post secundam ante tertiam, sicut Lucius Tarutius prodidit mathematicorum nobilissimus, Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis.
¶ Iuga, tabellæ nauium, in quibus sedent remiges, quæ transtra uocantur. Virg. 6. Aeneid. 83,
Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatq; foros.
¶ Iugosus, pen. prod. Iugis abundans. Ouid. 1. Amor. eleg. 13,
Quis probet in syluis Cererem regnare iugosis?
Lege pharettatæ uirginis arua coli?
¶ Iugo, iugas (ζυγόω) iugare, Coniungere, quasi ad unum iugum alligare. Cic. lib. 2. Tusc. Hoc quidem commune est uirtutũ: omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt.
Iugare aliquam alicui. Virg. 1. Aeneid. 70.
Puellæ iugare iuuenem. Catull. Argonaut. 59. 5.
Fœminæ iugandæ. Horat. in Carm. seculari, 4.
Corda face iugali. Stat. 1. Sylu. 2. 37.

Iugatæ uirtutes. Cic. 3. Tusc. 30.

Iugari uineæ dicuntur, quæ in iugum constituuntur. Colum. Sequitur iam adminiculandæ iugandæq; uineæ cura.

¶ Iugarius (ζευγιλάτης) Id est, bubulcus: & auriga boum siue arator, qui iuga ducit & regit. Colum. lib. 1. cap. 6. 4, Lata bubilia esse oportebit, pedes decem, uel minimùm nouem: quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.

¶ Iugatorius (ζύγιος) Adiectiuum: ut, Iugatorius bos, qui iugo subditur. Varro 2. de re Rust. cap. 5. 8.

¶ Iugamentum, iugamẽti (ζύγωμα) Catoni tam ex materia est, quàm ex structura, capite 17, Iugamenta & antepagmenta quæ opus erunt, ex lapide indito. De redemptore loquens.

¶ Iugalis, & hoc iugale, pen. prod. (γαμικὸς) ut, Iugale uinculum, pro copula matrimonij. Virg. 4. Aeneid. 4,

Si cui me uinclo uellem sociare iugali.

Iura iugalia. Ouid. 7. Metam. 145. hoc est, coniugalia.

Lectus iugalis. Virg. 4. Aeneid. 100.

Sacra iugalia. Ouid. 7. Metam 142.

Teda iugali accepta mulier. Ouid. epist. 4. 25.

Tori iugales. Stat. 3. Sylu. 5. 14.

Iugales, pro Equis. Virg. 7. Aeneid. 56,

Absenti Aeneæ currum, geminosq; iugales.

Socij iugales. Silius lib. 16. 81.

Emeritos uertunt ad pascua nota iugales. Claud. 2. de rapt. Proserp. 64.

¶ Iuges (ὁμόζυγες) eiusdem iugi pares: unde & coniuges & seiuges. Festus.

¶ Iugis, & hoc iuge (ἀιδιεκὸς) Assiduus, continuus, quasi semper iugo affixus. Plaut. Pseud. 3. 81,

Istoccine pacto me adiutas? do id quod mihi est.
Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.

Iugis puteus, iugis aqua. Cic. 1. de Diuin. 183.

Fons iugis aquæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 1.

Putei perennes iugis aquæ. Horat. 1. epist. 15. 4.

Iuge auspicium. Vide Auspicium.

¶ Iugiter, pen. corr. (ἀιδιεκῶς) Aduerbium, Continuè. Plaut. Milit. 10. 62,

Venerem, amorem, amœnitatemq; accubans exerceo,
Et quidem ædepol omnes mores ad uenustatem iugiter.

Iugurtha] ἰογόρθας, rex Numidarum callidus, bellicosus & perfidus, uictus tandem à Marcio consule Romano, & Romæ in carcere necatus. Lege Salustium.

Traximus immanem Marij sub uincla Iugurtham. Claud. de bello Gild. 19.

Triumphatus Iugurtha. Lucan. lib. 2. 18.

¶ Iugurthinus, pen. prod. Adiectiuum. Quintil. lib. 8. cap. 3. Iugurthina historia.

Iulia] Plinio lib. 4. cap. 34. Norici oppidum. ¶ Iulia item, Augusti filia, Solino.

Iuliobona] penult. corr. (ἰουλιόβονα) Galliæ Celticæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 8. Vulgò Honfleur.

Iuliobriga] pen. corr. (ἰουλιόβριγα) Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs. Vulgò Logronio.

Iuliomagus] pen. cor. (ἰουλιόμαγος) Andium ciuitas in Gallia, Ptolemæo autore lib. 2. cap. 8. Vulgò Angiers.

Iulis] dictio trisyllaba, pen. prod. huius Iulidis, f. g. Piscis genus, Plinio lib. 32. cap. 9. 2, Optimum è scorpionibus & iulide, & saxatilibus, nec uirus resipientibus.

Iulium Carnicum] ἰούλιον καρνικόν, Ptolemæo libro 2. cap. 14. Vrbs inter Italiam & Noricum. Hodie Golitia, ditionis Austriæ.

Iulius] ἰούλιος, dictus est Cæsar, ut quidam tradunt, quod hoc mense ad quartum idus Quintiles creatus sit dictator, seu quòd eo mense natus dicatur. Sed istud quàm alienum sit à ueritate, uel hinc constat, quòd in Iulij Cæsaris iam uita defuncti honorem, mensi Iulio nomen est inditum. Id quod abunde testatur Macrobius 1. Saturnal. cap. 12. Habet autem Iuliorum familia nomen ab Ascanio Iulo, Aeneæ filio. Virgil. 1. Aeneid. 58,

Iulius, à magno demissum nomen Iulo. Hinc

¶ Iulianus, pen. prod. Adiectiuum (ἰουλιανὸς) unde Iuliani milites, apud Suetonium dicti sunt Cæsariani. Et Iuliani anni, quos idem ordinauit. Similiter Iuliana uectigalia, apud Cicteronem 13. Philipp. Est & Iulianus nomen proprium.

¶ Iulius, Adiectiuum (ἰούλιος) ut,

Sidus Iulium. Horat. 1. Carm. ode 12. 10. id est, stella Cæsaris, ut ait Porphyrio.

Domus Iulia. Ouid. 4. Fast. 8.

¶ Iuleus, pen. prod. (ἰούλεος) Adiectiuum quadrisyllabum. Ouid. 6. Fast. non procul à fine,

Tempus Iuleis cras est natale calendis. hoc est, mensis Iulij.

Iuleæ uoces quæ sint apud Lactantium in Phœnice, uide Ianum Parrhasium in Claudianum de raptu Proserp. & Celium lib. 3. cap. 11. Vterq; interpretatur suaues & dulces.

Iulus] pen. prod. (ἰοῦλος) filius Aeneæ, alio nomine Ascanius. Virgil. 1. Aeneid. 55,

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Seruius tradit, Ascanium & Mezentium singulari certamine dimicasse, & occiso Mezentio Ascanium Iulum cœptum uocari, à prima barbæ lanugine, quæ ei tempore uictoriæ nascebatur.

Dardanius Iulus. Ouid. 15. Metam. 154.

Formosus Iulus. Ouid. epist. 7. 16.

Pulcher Iulus. Virg. 7. Aeneid. 22.

¶ Iulus, iuli, pen. prod. Piscis genus est, qui balenis cetisq; dux est itineris. Hermolaus. Vide Pium in annotationib. prior. cap. 34.

¶ Iulus, pen. prod. (ἰοῦλος) Lanugo pomorum & arborũ. Plin. lib. 16. cap. 29. 1. Ferunt & auellanæ iulos compactili callo ad nihil utiles. Sunt autem iuli non flores propriè, sed antecedunt, ut in fico grossuli.

Iumentum] iumenti (ὑποζύγιον, κτῆνος, γωτοφόρον) à iuuando. Cuius appellatione continentur animalia, quæ uel sarcinas gerunt, uel currus trahunt, uel terram excolunt: ut equi, muli, asini, cameli, boues. Colum. in præf. lib. 6. 3, Nec tamen ulla regio est, in qua modò frumenta gignantur, quæ nõ ut hominum, ita armentorum adiumento iuuetur: unde etiam iumenta nomẽ à re traxêre, quòd nostrum laborem uel onera subuectando, uel arando iuuarent. Plin. lib. 8. cap. 18. de camelis: Omnes autem iumentorum in ijs terris dorso funguntur. Colum. ferè iumenti nomine intelligit equos, non autem boues, ut lib. 1. cap. 6, Non altius edita esse præsepia conuenit, quàm ut bos aut iumentum sine incommodo stans uesci posßit. Iumentorum appellatione boues non continentur, sed pecoris, inquit Vlpianus in l. ædiles, aiunt. de ædil. edicto. Iumentum, Quicquid nos iuuat. Liu. 4. ab Vrbe, 176, Eò missa plaustra iumentaq; alia ab Vrbe, exercitum affectum prælio ac uia nocturna excepêre. Fortasse hic etiam pro equis accipitur.

¶ Iumentarius, Adiectiuum. ut Molæ iumentariæ. Iabolenus in l. dolia. ff. de instit. uel instrument. Molas manuarias quidem supellectilis, iumentarias autem instrumenti esse.

Iuncus] iunci, m. gen. (χοῖνος) à iungendo dicitur: quòd usus eius ad iuncturas utilis est. Plinius lib. 21. cap. 18. uaria iuncorum refert genera.

Fiscella

Fiscella leui detexta est uimine iunci. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 4.
Lucus densus iuncis. Ouid. 6. Fast. 83.
Bibulus iuncus. Vide Bibo.
Leuis iuncus. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9.
Limosus iuncus. Virg. eclog. 1. 10.
Molli iunco detexere aliquid. Virg. 2. eclog. 15.
Palustres iunci. Ouid. 8. Metam. 68.

¶ Iuncinus, penultima correpta, Adiectiuum (χινικὸς) Plin. libro 15. capite 7. 6, Sic & Rhodinum è rosis, iuncinum è iunco.

¶ Iunceus, Aliud adiectiuum (χινικὸς) Quod ex iunco factum est: ut Iuncea cratis, Plin. lib. 21. cap. 14. 6. Et apud Colum. lib. 12. cap. 6. 1, Iuncea sporta.

Vincla iuncea. Ouid. 4. Fast. 175.

Iuncea uirgo, per translationem, Tenuis & flexilis. Terent. Eunuch. 2. 3. 24. Donatus.

¶ Iuncidus, pen. corr. Adiectiuum, Tenuis, Exilis, qualis est iuncus. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 31. 2, Iuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neq; ex se potest eijcere uitem, &c.

¶ Iuncosus, pen. prod. Adiectiuum (χοινώδης) Iuncis plenum. Plin. lib. 18. cap. 6. 13, Iuncosus ager uerti pala debet.

Littora iuncosa. Ouid. 7. Metam. 47.

¶ Iuncetum, iunceti, penultima producta (χοινών) Locus iuncis consitus. Varro 1. de re Rust. 8. 2, Primum genus quod dixi, maximè quærit salicta, secundum arundineta, tertium iunceta.

Iunganni] Ligures, incolæ Alphigi oppidi: distant à Monœci portu stadijs quadringentis octoginta. Perottus.

Iungo] iungis, iunxi, iunctum (ζευγνύω, ζύγνυμι) iungere, Copulare, quasi in unum agere. Datiuo sæpissime iungitur. Plinius libro 11. capite 37. 49, Ceruix articulorum nodis, iungitur.

Iungere cum. Cic. 2. de Diuin. 221, Religio quæ est iuncta cum cognitione naturæ.

Iungere cum aliquo alium arctissimo uinculo. Plinius epistol. 243.

Iungere & copulare inter se. Cic. 1. de Orat. 112.

Iuncta charitas inter paucos. Cic. de Amicitia, 18.

Orbiculatim iungere. Vide Orbis.

Affinitates iungere cum aliquo: hoc est, Affinitate cum eo coniungi. Liu. 1. ab Vrbe, 4.

Amores iungere. Tib. lib. 1. eleg. 1. 14.

Arma alicui iungere. Liu. 1. ab Vrbe, 7.

Connubio iungam stabili. Virg. 4. Aen. 25.

Dextram iungere dextræ. Virg. 1. Aen. 82.

Equos iungere curru. Virg 1. Aen. 163.

Equum iungere equo alterius. Cæsar 8. bel. Gall. 169.

Fœdera iungere. Liu. 7. ab Vrbe, 134.

Fœdere alicui regi iungi. Liu. 6. bel. Pun. 126.

Gradus iungere. Sil. lib. 4. 75.

Iter iungere. Martial. lib. 2. 6. Alij legunt, interiungere. Vide Interiungo.

Iungi lateri cuiuspiam. Ouid. 2. Metam. 90.

Ad currum iungere leones. Vide Ad præpositionem.

Manus iungere, & fœdus concipere. Stat. 2. Achill. 46.

Oscula iungere. Ouid. 2. Metam. 72.

Preces humiles iungere. Ouid. 2. de Arte, 51.

Iungere rhedam equis. Cic. Attico, lib. 6. 112. 5. Et, Iungere equos ad currum. Sueton. in Cæsare.

Iungere se uiro. Virg. 4. Aen. 39.

Iungere ad se aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 81.

Societate gentibus iungi. Liu. 6. Pun. 25. 2.

Societatem alicui iungere. Liu. 4. bel. Pun. 25.

Tauros iungere. Virg. 8. Aeneid. 64,

Queis neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.

Tedas iungere. Stat. 3. Sylu. 4. 11.

Taurus iunxit te mihi. Ouid. 1. Metam. 71.

Verba iungere. Mart. lib. 6. 54.

Verba iungere, pro Componere. Cic. in Topic. 18. Quintilian. lib. 9. cap. 4.

¶ Iunctus (ἰσυγμὸς) Participium, siue Nomen ex participio: ut, Iunctus illi cognatione. Liu. 5. bel. 81.

Vetusta amicitia puer puero iunctus. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 3. 3.

Amore iunctus alicui. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 7.

Fœdere aliquo iuncti. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 6.

Amor legitimo fœdere iunctus. Ouid. 2. Trist. 107.

T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat perfamiliari hospitio iunctus. Liu. 5. bel. Pun. 99.

Iuncta matrimonio puella. Liu. 10. bel. Pun. 62.

Iunctum ex horum partibus. Cicero 2. de Inuentione, 238.

Ex me & ex te iunctus M. Pomponius. Cicero ad Atticũ, libro 4. 84. 1.

Iunctus à sanguine materno. Ouid. 2. Metam. 72.

Ab usu modico tibi iunctus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 2.

Amici iuncti. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 11.

Ars iuncta cum uiribus. Ouid. 8. Metam. 6.

Post autem causa fuit propior, & cum exitu iunctior. Cicero de Fato, 54.

In amore iunctæ columbæ. Propert. lib. 2. eleg. 16. 6.

Iuncta inuidia gloria: id est, quæ inuidia non caret. Cic. ad Atticum, lib. 1. 14. 7.

Indignatio iuncta conquestioni. Cicero 2. de Inuentione, 146.

Iunctus mulus à clitellario differt: hoc est, mulus qui iugo assueuit. Columella libro 3. cap. 22. 3, Arbores serendi causa collo, uel mulo clitellario afferre, sed iuncto aduehere non permittitur.

Sedet ignoto iuncta puella uiro. Ouid. 2. Trist. 57.

Salus nostra iuncta est. Ouid. epist. 19. 46.

Sapientia iuncta eloquentiæ. Cic. 3. de Orat. 79.

Versus impariter iuncti. Hor. de Arte, 15.

Vineæ mœnibus iunctæ: id est, admotæ. Liuius ab Vrbe, libro 5. Loquitur de tormentis bellicis.

¶ Iunctura, penultima producta (ζυνταγμὰ, ἁρμός) Coniunctio. Plin. lib. 13. cap. 15. 2, Maiusq; miraculum in ea est, artis latente iunctura.

Iunctura boum. Colum. lib. 2. cap. 2. 18.

Genuum iunctura. Ouid. 2. Metam. 165.

Iunctura uerborum, pro continuatione & compositione. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Callida iunctura. Hor. de Arte, 10.

Iunctura, posituraq; ligni scitè peritèq; facta. Gellius, libro 5. capite 3.

¶ Iunctio, Verbale (ζύγμα) Cic. 1. Tusc. 112. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

¶ Iunctim, aduerb. (ζυγαδὸν) Sine interuallo. Suetonius, Magistratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iuniculus] iuniculi, pen. corr. in uite dicitur, quem draconē alio nomine uocant. Plin. lib. 17. cap. 22. 14, Nec uetere placet palmitem in longum, & ad quartum usq; pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos uocant, ut faciant quæ masculeta appellant.

Iunior] Vide Iuuenis.

Iuniperus] *iuniperi, f. g. pen. corr.* (ἀρκευθὸς) Arbuſcula quæ in arenoſis frequens naſcitur, comaſquirens perpetua: unde & topiario operi idonea, & carioſam ſenectam non ſentit. Vide Plinium lib. 16. cap. 25.

*Iuniperi grauis umbra.* Virg. eclog. 10. 16.

Iunius] *menſis* (πανεψιών) teſte Feſto, à Iunone putatur dictus, quem Iunonialem, & Iunonium dicebant. Sed poſtea detritis quibuſdam literis, ex Iunonio Iunius eſt dictus. Sunt qui putant, à Iunio Bruto dictum Iunium. Vide Macrobiũ. 1. Saturn. 12, Alij à iunioribus deriuant: ſicut Maium à maioribus. Ouid. 6. Faſt. 18,

Iunius eſt iuuenum, qui fuit antè ſenum.

*Iunius è iuuenum nomine dictus adeſt.* Ouid. 5. Faſt. 16.

¶ Iunius Brutus. Vide Brutus.

Iunix] *iunicis, pen. prod. f. g.* (ἀμάλη) Tenera ætatis bos fœmina, quæ iam ceſſauit uitula eſſe, nec dum tamen ad ſummam magnitudinem peruenit: dicta quaſi iuuenca, à iuniore ætate. Perſius Satyr. 2. 5,

Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liqueſcant.

Plaut. Milit. 6. 33,

Quàm mox ad ſtabulum iunix recipiat ſeſe pabulo.

Iuno] ἥρα, Dea credita eſt, Iouis ſoror & coniunx, à iuuando nominata. Vide Cic. lib. 2. de Nat. deor. 95, Iunonis multa ſuni nomina. Eſt enim Curetis, quæ utitur curru & haſta. Virg. 1. Aen. 7,

— hic illius arma,
Hic currus fuit. Eſt & Lucina, quæ partubus præeſt. Terent. 3, 1. 15,

Iuno Lucina fer opem. Eſt regina. Virg. 1. Aen. 10,

Aſt ego quæ diuûm incedo regina. Et quia præeſt nubentibus, pronuba dicitur. Virg. 4. Aen. 34,

— & pronuba Iuno.

Inferna Iuno. Virg. 6. Aen. 28.

Magna. Virg. 3. Aen. 87.

Matrona. Hor. 3. Carm. ode 4. 12.

Maxima. Virg. 4. Aen. 75.

Omnipotens. Virg. 4. Aen. 139.

Profunda Iuno, Proſerpina. Claudianus 1. de raptu Proſerpinæ, 1.

Pronuba. Virg. 4. Aen. 34.

Regia. Virg. 1. Aen. 90.

Saturnia. Virg. 3. Aen. 76.

Sceptrifera. Stat. 10. Theb. 11.

¶ Iunonalis, penultima producta, Adiectiuum. Ouidius lib. 6. Faſtorum,

Iunonale leges tempus, &c. Id eſt, menſem Iunonium. Alij legunt,

Iunoniſq; leges, &c.

¶ Iunonius, Adiectiuum (ἡρᾶος) ut, Auis Iunonia, Pauo. Ouidius 1. de Arte 125. Menſis Iunonius, Ouidius 6. Faſt. 13.

Iunonius puer, dicitur Auguſtus à Cicerone ad Octauium, 10, Ego ipſe Senatum ſibi manus afferre coegi, quum te Iunonium puerum, & matris tuæ partum aureum eſſe dixi. id eſt, Martialem, & acerrimum propugnatorem libertatis publicæ, quaſi Martem quendam iunctum aduerſus hoſtes Senatus, & bonorum. Nam Mars, Iunonis filius fuit.

Templa Iunonia. Ouid. 2. Triſt. 58.

¶ Iunonicolæ, penult. corrept. (ἡρασιβέης) Phaliſci. Ouidius 6. Faſt. 16.

¶ Iunonigena, pen. corr. (ἡρογενὴς) dicitur Vulcanus, qui ex ſola Iunone natus fuit. Ouidius 4. Metamorph. 35. de amoribus Solis.

¶ Iunonis, promontorium, apud Melam lib. 2. cap. 6. ad finem. Nunc uulgò dicitur Sancta Maria, uel El puerto de ſancta Maria. Teſtis Oliuarius in Melam.

Iunonia] maior & minor, Inſulæ ſunt ex Fortunatis.

Iupiter] pen. corr. (Ζεύς) Iupitris, uel Iupiteris, ſecundum Priſcianum, non Iouis: qui genitiuus, non à Iupiter, ſed à nominatiuo Iouis. Nam à principio Iouis appellatus eſt à iuuando: poſtea adiuncto altero uocabulo dictus eſt Iupiter, quaſi Iouis pater. Nam quum pro igne ponatur, nulla res ſic fouet omnia, quemadmodum calor. A poetis (inquit Cicer. 2. de Nat. deor. 92) dicitur diuûm atq; hominum pater à maioribus autẽ noſtris Optimus maximus. Idem pro Domo ſua, 111, Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia populus Rom. Optimum, propter uim Maximum nominauit. Idẽ 3. de Nat. deor. 72, Principio (inquit) Iones tres numerãt ij qui theologi nominantur: ex quibus primum & ſecundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere, &c. Alterum patre Cælo, &c. Tertium Cretenſem, Saturni filium, cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur. Ponitur quandoque pro aere. Hor. 1. Carm. ode 1. 6,

— mane ſub Ioue frigido

Venator, teneræ coniugis immemor. Iuuenal. Satyr. 5. 8,

— fremeret ſæua quum grandine uernus Iupiter. Vnde & ſub dio dicimus: quam Διία, Iouem uocent Græci, quem omnia eſſe uoluerunt. Vt Valerius Soranus:

Iuppiter omnipotens regum rerumq;, deumq;
Progenitor, genitrixq; Deûm: Deus unus & omnes. Alibi pro anima mundi, alibi pro pluuia. Virg. lib. 2. Georg. 84,

Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis. Eſt & Iuppiter nomen ſtellæ illius ſalutaris, quæ in ordine ſecunda eſt. Aliquando per Iouem intelligimus ipſam uim duorum ſuperiorum elementorum, quæ actiua eſt, dum agit in hæc duo inferiora, ad generationem & corruptionem.

Ignis rapidus Iouis, Fulmen. Virg. 1. Aen. 10.

Iouis nutrices quæ fuerint. Vide Amaltheæ cornu.

Iouis omnia plena. Virg. eclog. 3. 12.

Altitonans Iupiter. Vide Altitonans.

Aequoreus Iupiter, Neptunus. Claud. 8. Paneg. 57.

Altiſonus. Vide Altiſonus, in Altus.

Aequus. Hor. 1. Carm. ode 28. 6.

Altus. Ouid. 2. de Arte, 8.

Arduus. Valer. 5. Argon. 33.

Celſus. Valer. 4. Argon. 16.

Cornigero de Ioue natus, De Ioue Hamone. Ouid. in Ibin, 60.

Dextro Ioue liber eſt. Perſ. Satyr. 5. 12.

Fulminantis magna manus Iouis. Hor. 3. Carm. ode 3. 2.

Gelidus. Claud. 5. Paneg. 8.

Humidus. Virg. 1. Georg. 84.

Hyberni Iouis fragor. Stat. 3. Theb. 5.

Inuicti Iouis uxor. Hor. 3. Carm. ode 27. 15.

Maximus. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 4.

Magni Iouis nuncius. Hor. 1. Carm. ode 10. 1.

Nigri Iouis regna, Plutonis. Senec. Herc. Oeth. 13. 20.

Olympicus. Vide Olympus.

Seueri Iouis uultus. Stat. 9. Theb. 168.

Stygis Iupiter, Pluto. Virg. 4. Aen. 128.

Summus, uel ſupremus. Virg. 1. Aen. 77. Hor. 1. Carm. ode 32. 3.

Tonantis annus hybeanus Iouis. Hor. Epod. 2. 6.

Tremendi ſolium Iouis, Plutonis. Valer. 3. Argon. 77.

Iura] ἱπρασσὸι, mõs eſt Galliæ, Sequanos ab Heluetijs diuidẽs. Author Cæſar in Cõmẽtarijs. Vogeſus dicitur authoribus.

Iuramentum, Iuratus] Vide Iuro.

Iurgo] *iurgas* (ναυέω, ἐέίζω) *iurgare*, Ex iure & Ago, quaſi de iure ago & contendo. Terent. And. 5. 1. 19,

Cũ Dauo egomet uidi iurgantẽ ancillã. Cic. lib. 4. de Repub. 5.

Digitized by Google

pub. 5, Si iurgant, inquit, beneuolorum, concertatio, non lis: inimicorum, iurgium dicitur. Liuius 10. ab Vrbe, 171, Hæc iurganti increpantiq; respondebant, confectos se pugna hesterna esse.

¶ Iurgor, iurgaris, Deponens (φιλονεικέω) Hor. 2. Sermon. Satyr. 2. 20,

Iurgatur uerbis.

¶ Iurgium, iurgij (φιλονεικία) Contentio. Cicero de Amicitia, 67, Cauendum uerò, ne etiam in graues inimicitias conuertant se amicitiæ, è quibus iurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur.

Acre iurgium. Tacit. lib. 20. Vide Acer.

Inimica iurgia. Senec. Thyeste, 7. 1.

Insana iurgia. Ouid. 1. Fast. 15.

Abstinere iurgijs. Vide Abstineo.

Auferre iurgium. Vide Aufero.

Committere iurgia. Vide Committo.

Contendere cum aliquo iurgio. Vide Contendo.

Gliscunt iurgia. Lucret. lib. 3. 97.

Irrita iurgia iactas. Virg. 10. Aen. 19.

Nectere iurgia cum aliquo. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 7.

Rabiosa iurgia uendere. Senec. Herc. furente, 3. 3. de calumniatoribus.

¶ Iurgiosus, penultima producta, Adiectiuum (φιλονεικόδους) Contentiosus & litigiosus. Gel. libro 1. cap. 17, Mulier morosa admodum fuisse fertur, & iurgiosa. De Xantippe Socratis uxore.

Iuridicus, Iurisdictio] Vide Ius.

Iuro] iuras, iurauí & iuratus sum (ὀμνύω, ὀμνυμι, ὀμόω, ὁρκίζω, ὁρκωμοτέω) iurare, à iure fit. Nam iurare propriè est, quidpiam promittere, adhibitis etiã testibus, ita seruaturum ac si ius esset.

Decies iurasti. Vide Decem.

Iurare aras, poeticè dixit Horatius, pro aris tactis, libro 2. epistol. 1. 4,

Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Bellum ingens iuratur. Stat. 1. Achil. 91.

Fidem iurata fefellit. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 1.

Iurasti iusiurandum uerißimum. Cicero ad Metellum, libro 5. 2. 18.

Maria aspera iuro. Virg. 6. Aen. 70.

Iurare conceptis uerbis: id est, dictatis à deferente iuramẽtum, & ex arbitrio adiurantis: hoc est, adigentis ad iusiurandũ, pernotatis. Plaut. Pseud. 5. 117.

Iurare alicui, pro In nomen alterius. Plin. in Paneg. 115, Scis tibi ubiq; iurari, quum ipse iurasueris omnibus.

Iurare per. Cicero pro Rabirio Posth. 22, Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet.

Per caput hoc iuro. Virg. 9. Aen. 63.

Per sidera iuro. Virg. 6. Aen. 92.

In aliquem iurare: id est, In perniciem alicuius. Ouidius epistol. 10. 24,

In me iurarunt somnus, uentusq;, fidesq;.

In facinus aliquod iurare. Ouid. 1. Metam. 49.

Iurare in leges alterius, id est, Iurare se seruaturum leges alterius. Plin. de Viris illust. 73. Cic. pro Cluentio, 72, Multam petiuit, qua lege? quòd in legem non iurasset: quæ res neminí unquam fraudi fuit. Sic, 2. de Fin. 89.

Iurare in litem. Cic. pro Rosc. Comœdo, 3, Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet?

Iurare in uerba aliqua. Cæsar 1. bel. Ciuil. 281.

Iurare in uerba alterius. Liu. 8. bel. Pun. 157. Horatius 1. epistol. 1. 3,

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

Iurare in se. Liu. 2. ab Vrbe, 198, Idem deinceps omnis exercitus in se quisq; iurat.

Iurarunt inter se, pro Coniurarunt. Cato apud Plinium libro 29. capite 1. 14, Iurarunt inter se Barbaros necare omnes

Iurare ex sui animi sententia. Cic. 4. Acad. 261. (medicina.

Iurandi formula iuris. Ouidius epistol. 20. 27. id est, formula iurisiurandi.

¶ Iurans, Participium (ὀμνύων) ut, Falsa iurans. Ouidius 13. Metamorph. 113.

Verba iurantia. Ouid. epist. 20. 29.

¶ Iuratus, pen. prod. Participium (ὁρκωτὸς, ὀμόσας) Qui iurauit. Cicero pro Cecina, 2, Si enim sunt uiri boni, me adiuuant, quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo. Idem 2. Verr. 20.

Iuratus est mihi, pro Iurauit. Plaut. Rud. 31. 16. libro 8. 43,

— num tu iuratus mihi es?

2. Iuratus sum, & nunc iurabo. Lucan. lib. 8. 43,

— mihi per Latium iurata tonantem. id est, quæ iurauit mihi per Iouem Latialem.

Iuratißimas auctor, Literatus, & quasi iureiurãdo doctißimus affirmatus. Plin. in Præfat. operis.

¶ Iuratus, Paßiuè: ut Bellum iuratum. Sil. lib. 11. 29.

Fœdus iuratum Ioui. Sil. lib. 1. 2.

Numina iurata. Ouid. epist. 2. 5.

Iuratus Senatus, Iurati iudices: hoc est, iurando confirmatus. Plin. lib. 7. cap. 34. Cic. 4. Acad. 263.

¶ Iuratò, Aduerb. Paulus in l. qui. ff. qui satisf. cog. Qui iuratò promisit iudicio sisti, non uidetur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit.

¶ Iurator, pen. prod. Verbale (ὁρκωτὴς) Senec. de morte Claud. Quis unquam ab historico iuratores exegit?

¶ Iuramentum, iuramenti (ὁρκωμοσία) apud Senecam legitur libro 2. de Clementia, O uocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesq; iuramentum faciant. id est, in cuius uerba principes iurent. Hac dictione usus est & Vlpianus in l. insiurandum. §. si de qualitate iuramenti. sicq; in Florentinis libris legitur, inquit Budæus.

¶ Iurandum, iurandi (ὁρκωμόσιον) Idem quod iusiurandum. Plaut. Cistel. 5. 19,

Verùm haud metuo, ne iurandum nostrum quisquam culpitet.

¶ Iureiurare (ὁρκωμοτέω) Idem quod iurare. Liu. Decad. 5. lib. 1. 53, Prætores ambo in eadem uerba iureiurarunt.

Iurulentus] Vide Ius, pro liquore.

Ius] iuris, n. g. (ζωμὸς) Liquor eorum quæ coquuntur: & ad coquinariam pertinet. Plaut. Mostel. 4. 120,

Itidem olent, quasi quom unà multa iura confundit coquus. Terent. Eunu. 5. 4. 17,

Quo pacto ex iure hesterno panem artum uorent. Cic. Appio, lib. 9. 20. 7, In ea cœna coquus meus præter ius feruens nihil potuit imitari.

Vocare dicitur coquus in ius. Varr. 3. de re Rust. ca. 17, Sic hos pisces nemo coquus in ius uocare audet. id est, Nemo ijs uescí audet. Bud. Hor. 2. Serm. Sat. 4. 13. Iuris duplex natura.

Ius conditum. Cic. 5. Tusc. 138, Quid uictum Lacedæmoniorum in Phiditijs nónne uidemus? ubi quum tyrannus cœnauisset Dyonisius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Tum is qui illa coxerat: Minimè mirum, condimenta enim defuerunt.

Malè conditum ius. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 14.

Tepidum ligurire ius. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 16.

¶ Iureus, Adiectiuum, Quod ex iure fit, ut Iurea placenta, quæ è

quæ è iure tota constat. Plautus.

Quasi iuream esse ius decet collyricum Subaudiendum est, placentam, quasi dicat, ut ius collyricum non liquidum sit, necq; macrum, sed tam crassum & concretum, quàm si è iure placenta fieret. Turnebus.

¶ Iurulentus, Adiectiuum (ζωμώδης) Iuris plenum. Cornel. Celsus libro 2. capite 18, Tum res eadem magis alit iurulenta, quam assa: magis assa, quàm frixa. Celsus, Cibus minimè iurulentus.

¶ Iussulentum (ζωμῶδες) formauit Apuleius in Magiæ Apol. sic de Ennio dicens, Ostendit qualiter quisq; piscium assus aut iussulentus optimè sapiat.

¶ Iusculum, pen. corr. (ζώμιον) Dimin. Cato cap. 156. 6, Posthæc inde iusculum frigidum sorbere.

Ius] iuris, neutr. gener. (δίκη, τὸ δίκαιον) Est (inquit Donatus) quod omnia recta & inflexibilia exigit. Terentius Heaut. 4. 1. 29.

Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonum, atq; æquũ sciunt? Vlp. de iustitia & iure, l. 1. nomen iuris à iustitia appellatum. Nam, ut eleganter Celsus definit apud Vlpianũ in l. 1. ff. de iustitia & iure, Ius est ars boni & æqui.

Ius bonum. Plaut. Mostel. 8. 140,

Ius bonum dicis, oras, petis. Plautus Stich. 14. 43. Idem Epid. 2. 21,

—— te uolo

Percontari, operam da, opera reddetur tibi. T. ius dicis.

Hoc est, æquum est. Idem Rud. 24. 109.

Ius oras merum. Cic. 2. Philipp. 81, Ius postulas: sed quid ad rem plus ille poterat?

Sine bono iure. Plaut. Bacchid. 14. 2,

Sine modo & modestia sum, sine bono iure, atq; bonore.

Abire ab iure. Vide Abeo.

Colere ius. Vide Colo.

Exuere ius fasq;. Tacit. lib. 19.

Transcendere fines iuris. Lucret. lib. 3. 13.

Violare & imminuere ius atq; officium. Vide Imminuo.

Iure, ablatiuus, id est, merito. Terent. And. 2. 3. 20,

Vt quum uelit, tibi iure irasci non queat. Cic. 7. Verr. 15, Quãobrem iure in eum animaduerteretur.

Iure ac merito. Iuuen. Satyr. 2. 4.

Iure damus pœnas. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 9.

Iure uel iniuria. Terent. And. 1. 3. 9,

Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in pistrinum dabit. Cicero 4. Verrin. 106, Non quæro iure, an iniuria sint inimici.

Meo iure, tuo iure, suo iure. Terent. Adelph. 1. 1. 27,

Do, prætermitto: non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Verba sunt indulgentißimi patris. Meo iure, tuo iure, suo iure, uerba sunt apud doctos frequentißima, sed certæ cuiusdam significationis. Est enim Meo iure aliquid agere, facereue, idem quod Mea facultate, uel authoritate, uel concessa mihi omnium consensu, libertate & potestate. Cic. 2. de Oratore, Duo illa facillima uidentur, quoniam quæ difficiliora sunt, non possum, mihi pro meo iure sumo. Idem pro Marcell. Maximam uerò partem quasi suo iure fortuna sibi uendicat, & quicquid est prosperè gestum, id penè omne ducit suum. Ac si diceret, Nemo unquam fortunæ in bello non primas detulit partes. Hæc ex Budæo. Cicer. Attico, Itineris nostris causa fuit, quòd non habebam locum ubi pro meo iure diutius esse possem, quàm in fundum Sicæ. Idem de Finibus.

Optimo iure, uel optima conditione prædia, id est, ut loquntur quæ multa priuilegia habent. Cicero 3. pro leg. Agrar. 6. Budæus.

Complecti aliquem æquo iure. Tacit. lib. 2.

Hoc iure sunt Siculi. hoc est, Hanc iuris æquitatis rationem & habent, & obseruant. Cicero 4. Verr. 21, Siculi hoc iure sunt, ut quod ciuis cum ciue agat, domi certet suis legibus.

Concedere de iure. Vide Concedo.

Decedere iure, uel de iure suo. Vide Decedo.

Obtinere iure. Vide Obtineo.

Ius suum obtinere. Vide Obtineo.

Ius suum non retinere contra aliquem. Cic. 5. Verr. 29.

Ius est facere, uel faciendi. Vlpianus in l. uti frui. ff. si usus fructus petatur, &c. Negauit ius esse utendi fruendi fructuario: uel sibi ius esse prohibendi. Paulus in l. 3. ff. de seruitut. urb. præd. Ne ius sit uicino inuitis nobis altius ædificare.

Ius, est quod uel natura, uel ciuitas, uel populus, uel gens, uel consuetudo iubet. Plaut. Epid. 10. 86,

Atq; me minoris factum, præ illo, qui omnium

Legum, atq; iurium fictor, conditos, cluet. Paul. l. Ius pluribus, de iust. & iur. Ius pluribus modis dicitur: uno quidem modo id quod semper æquum ac bonum est, ius dicitur: ut est ius naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quacunq; ciuitate utile est: ut est ius ciuile. Et paulo pòst, Alia significatione ius dicitur locus in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit in eo ubi fit: quẽ locum determinare hoc modo possumus, ut ubicunq; Prætor saluæ maiestate imperij sui, saluoq; more maiorum, ius dicere cõstituit, is locus rectè ius appelletur. Hactenus Paulus. Terent. Phorm. 5. 8. 3,

—— in ius ambula.

P. In ius? Donatus, Ad iudicium eamus scilicet: nam ius pro loco est. Cicer. Quin te in iure conspicio. Idem 1. de Orat. 84,

Nam uolitare in foro, hærere in iure, ac Prætorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire.

Adiutorium iuris. Quint. lib. 3. cap. 6. 60.

Gens iuris expers. Senec. Troad. 12. 11.

Fiducia iuris. Quint. lib. 4. cap. 2. 81.

Vafri inscitia iuris. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 27.

Interpretes iuris. Cic. pro Cecinna, 41.

Nodos iuris soluere. Iuuenal. Satyr. 8.

Nundinatio iuris. Vide Nundinæ.

Iuris legumq; peritus. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 2.

Seruitus iuris. Quint. lib. 2. cap. 16. 6.

Studium iuris. Quint. lib. 2. cap. 8. 4.

Ius naturale. Vlpianus in l. 1. §. Ius naturale. ff. de iustitia & iure, Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non solum humani generis proprium est, sed & omnium animalium quæ in terra, quæ in mari nascuntur, auium quoq; commune est. Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoq; animalia, feras etiam bestias, istius iuris peritia censeri.

Ius gentium, ut inquit Vlpianus in l. 1. ff. de iustitia & iure, est quo gentes humanæ utuntur: quod à naturali recedere inde facilè intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit: ueluti, ut inquit Pomponius l. sequenti, erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus. Liu. 5. ab Vrbe condita, ius humanum uocat. Caius in l. omnes. ff. de iustitia & iure, Quod uerò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræquè custoditur, uocaturq; ius gentium: quasi quo iure omnes gentes utuntur.



Digitized by Google

Ius ciuile. Vlpianus l. Ius ciuile. ff. de iustitia & iure, Ius ciuile est, quod neq; in totum à naturali uel gentium recedit, neq; per omnia ei seruit. Itaq; quum aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, ius ciuile efficimus. Papinianus l. ius autem, illo titulo, Ius autem ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis principum, authoritate prudentum uenit.

Ius ciuile Papyrianum (inquit Pomponius in l. 2. ff. de origine iuris) dicitur, non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit, sed quòd leges sine ordine latas in unum composuit.

Ius ciuile qui contemnendum putat, is uincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam utilitatis, uitæq; communis. Qui autem interpretes iuris uituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit. Cicero pro Cecin. 41.

Amplecti ius ciuile. Vide Amplector.

Ciuilia iura. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 8.

Ciuica iura. Hor. 1. epist. 3. 5.

Ius moribus constitutum, est ius non scriptum. Iulianus in l. de quibus. ff. de legibus, Inueterata enim consuetudo pro lege non immeritò custoditur: & hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum.

Famularia iura dare. Ouid. 15. Metam. 120.

Ius honorarium, est uiua uox iuris, ut ait Martianus l. nam & ipsum. ff. de iustitia & iure. Vide Ius prætorium.

Ius imperatorium. Vide Impero.

Incorporale ius. Quint. lib. 5. cap. 10. 81.

Legitimum ius. Vide Lex.

Municipale ius. Vide post Munus.

Obscurum ius. Vide Obscurus.

Ius oppidanum. Vide Oppidanus.

Precarium ius. Tacit. in lib. de Germanis.

Ius prætorium. Papinianus l. ius autem. ff. de iustitia & iure, Ius prætorium est, quod Prætores introduxerunt adiuuandi, uel supplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicam: quod & honorarium dicitur, ab honore Prætorum sic nominatum.

Ius priuatum, est (inquit Vlpianus in l. 1. §. huius studij. ff. de iustitia & iure) quod ad singulorum utilitatem pertinet. Et paulo pòst, Priuatum ius autem tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

Ius proprium. Caius in l. omnes. ff. de iustitia & iure, Quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: uocaturq; ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis.

Ius publicum. Vlpianus de iustitia & iure, l. 1. Ius publicum est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Ius publicum uidetur esse idem quod ius proprium, apud Terentium in Phorm. 2. 3. 65,

—— etsi mihi facta iniuria est, &c.
Quid est? num iniquum postulo?
An'ne hoc quidem adipiscar ego, quod ius publicũ est?

Sacrum, publicum, priuatum ius. Quint. lib. 2. cap. 4. 25. Signata iura sequi. Lucan. lib. 3. 61.

Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem authoritate constituentium introductum est. Paulus de legibus.

Ius summum est, quod Iurisconsulti strictum ius uocãt. Cic. lib. 1. Offic. 49, Existunt etiã sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritũ sermone prouerbium. Idem 7. Verr. 3, Non agam summo iure tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere. Vide Agere summo iure.

Summo iure experiri. Cic. pro Quintio, 20.

Contendere summo iure. Vide Contendo.

Varium ius. Cic. pro Cecin. 50.

Vetustum ius. Tacit. lib. 4.

Anceps ius. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 7.

Honesti iuris seruator metus. Claud. 1. Paneg. 33.

Improba iura. Silius lib. 17. 125.

Inclyta iura. Seneca Troade, 7. 2.

Iniustum ius. Ouid. ad Liuiam, 11.

Venerabile ius. Stat. 5. Sylu. 1. 23.

Adire in ius. Vide Adeo.

Adolescit ius. Tacit. lib. 20.

Iure agere. Lucret. lib. 3. 196.

Assuetus in iura. Vide Assuesco.

Calcati iuris nulla restant uestigia. Claud. 2. in Eutrop. 25.

Callere iura. Vide Calleo.

Cedere ius. Vide Cedo.

Concedere in ius, ditionemq; alicuius. Liu. lib. 9. Decad. 4.

Concurrere de iure. Vide Concurro.

Noua iura condere. Ouid. 2. de Remed. amor. 14.

Confringere iura. Vide Confringo.

Constituere iura. Lucret. lib. 5. 230.

Constituere ius in uerbis. Vide Constituo.

Ius consulere. Liu. 9. bel. Maced.

Consulere aliquem iuris. Ouid. epist. 19. 6.

Conuenire aliquem in ius. Vide Conuenio.

Deducere in ius. Vide Deduco.

Ius dicere, Est præesse iuri dicendo, & legibus gubernare, ac iustitiam ministrare. Plaut. Bacchid. 8. 43,

Itur illinc iure dicto. Liu. 2. ab Vrbe, 110.

Ius facere dicitur, quod iuris atq; legis uim habet. Vlpianus in l. non ambigitur. ff. de legibus. Non ambigitur, Senatum ius facere posse: hoc est, Senatusconsulta pro lege haberi. Verbum est iurisperitis notum. Sic,

Ius esto, pro Legis uim atq; authoritatem habeat. Cic. 3. de Legib. 8, Quodq; is qui bellum geret, imperasit, ius ratumq; esto. Verba sunt XII. Tab. Budæus.

Firmare ius. Tacit. lib. 4.

Inflectere ius gratia. Vide Inflecto.

Infringere ius alicuius. Tacit. lib. 4.

Intercedit homini cum genere humano quasi ius ciuile. Vide Intercedo.

Migrare communi iure. Vide Migro.

Mutare ius. Vide Muto.

Obterere iura. Vide Obtero.

Orare ius. Vide Oro.

Ius petere ab aliquo iudice, Est in eius esse iurisdictione. Bud.

Ius è cœlo petere, id est, iudicium diuinum expectare, & in id intentum esse. Sic Curtius lib. 5. Budæus.

Iura petere in Bæticam. Vide Ad Seras aliquid petere, in præpositione Ad.

Procurrunt in ius. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 5.

Rapere aliquem in iura. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 15.

Reddere ius Prætor quoq; dicitur, etiam quum iniquè decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita Prætor fecit, sed ad illud quod Prætorem facere conuenit. Paulus in l. Ius pluribus. ff. de iusticia & iure. Vide Reddo.

Pari iure esse cum aliquibus, pro In ordinem redigi. Tranquillus. Budæus.

Ius ab aliqua re stare. Liu. 2. bel. Pun. Vicerunt ergo dij homines q; : & id, de quo uerbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, euentus belli, uelut æquus iudex, unde ius stabat, ei

bat, ei uictoriam dedit.
Sumere ius ab aliquo. Quint. lib. 1. cap. 4. 3.
Transire ius ad aliquem dicitur. Quint. lib. 5. cap. 10. 81, Quia ad illum ius, ad hunc res transeat.
¶ Ius, pro potestate. Plin. lib. 2. Nat. hist. cap. 7. 11, Imperfectæ uerò in homine naturæ præcipua solatia, ne Deum quidem posse omnia, &c. nullumq; habere in præterita ius, præterquam obliuionis. Budæus.
Habere ius in aliquem. Lucan. lib. 1. 82.
Habes ius abdicandi. Quint. lib. 3. cap. 6. 55.
Petit ius & moderamen equorum. Ouid. 2. Metam. 10.
In ius potestatemq; uenire, dixit Liuius.
Ius & arbitrium. Liuius.
Iuris sui esse, ac mancipij: id est, sui arbitrij, & nemini parere. Brutus Ciceroni, 16. 7.
Rigidum & ineuitabile ius mortis. Ouid. ad Liuiam, 89.
Perdiscere iura beneuolentiæ. Vide Perdisco.
Naturæ ius nouatum. Ouid. 4. Metam. 56.
Resoluere iura pudoris. Virg. 4. Aen. 6.
Triste ius sepulchri. Ouid. 13. Metam. 95.
Coniugialia iura. Ouid. 6. Metam. 107.
Connubialia iura. Ouid. epist. 6. 9.
Genialia iura. Stat. 3. Syl. 3. 22.
¶ Iurisprudentia (inquit Vlpianus in l. iustitia. ff. de iustitia & iure) est diuinarum atq; humanarum rerum notitia, iusti atq; iniusti scientia.
¶ Iusiurandum, iusirandi, & iurisiurandi (ὅρκος, ὅρκιον, ὁρκωμόσία) Est affirmatio religiosa, ut ait Cicero libro 3. Offic. 141. Plaut. Pseud. 4. 64,

Qui item ut nos, iureiurando malo quærunt rem. Cæsar 1. bel. Ciuil. Sic, terror oblatus à ducib. crudelitas in supplicio, noua religio iurisiurandi, spem præsentis deditionis sustulit. Cic. 3. Offic. 151, Nullum enim uinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt.

Solenne iusiurandum, Tacit. lib. 16.
Accipere iusiurandum. Vide Accipio.
Accommodare iusiurandum. Vide Accommodo.
Addicere aliquem ad iusiurandum. Vide Addico.
Adigere iureiurando, siue ad iusiurandum. Vide Adigo.
Fidem alligauit iureiurando suam. Seneca Troade, 6. 41.
Concipere iusiurandum. Tacit. lib. 20.
Concipere uerba iusiurandi. Tacit. lib. 20.
Condere iusiurandum. Vide Condo.
Conseruare iusiurandum. Vide Conseruo.
Dare iusiurandum. Cic. 3. Offic. 153.
Deferre iusiurandum. Quint. lib. 5. cap. 6. ad finem.
Iusiurandum exigere & reddere. Liuius.
Firmare iureiurando. Cic. 2. de Leg. 27.
Interponere iusiurandum. Vide Interpono.
Obstringere aliquem iureiurando. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 36. Vide Obstringo.
Offerre iusiurandum. Vide Offero.
Iusiurandum offerre & deferre. Quint. lib. 5. cap. 61.
Alieno iureiurando stare, quàm suo mauult. Quintilian. libro 5. cap. 6. 3.
¶ Iurisdictio, iurisdictionis, s. g. (διοίκησις) Facultas atq; potestas iuris dicendi. Sunt qui scribant iurisditio. Cicero pro Flac. 4, Prætura iurisdictio res uaria & multiplex ad suspiciones & simultates non attingitur, &c. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 30.
Libera iurisdictio. Vide Liber.
Conficere iurisdictionem. Vide Conficio.
Iurisdictiones meridionales. Plin. lib. 5. cap. 28. 2. Legitur aliàs mediterraneas.

¶ Iurisconsultus, Iurisconsulti (νομικὸς) Interpres iuris, siue legum. Valla, Alterum quoq; compositum (si compositum est) Iurisconsultus, quod etiam dici solet Iureconsultus. Cic. 2. de Legibus, 75, Sed Iurisconsulti, siue erroris obijciendi causa, &c. Vide Consulo.
Consultus iuris. Hor. de Arte, 75.
¶ Iuridicus, pen. corr. Adiectiuum (σύδικος) Quod secundũ ius est. Vnde Iuridicus dies, quo ritè ius dici potest: & Iuridica actio, quæ secundum ius est. Dicitur & quod ius reddit. Plin. lib. 3. cap. 1. 4, Iuridici conuentus ei quatuor: id est, in quibus iura redduntur.
¶ Iuridicus, Substantiuum (δικαιοδότης) ut, Flentes Eurydicen iuridici sedent. Seneca Herc. furen. 7. 12.
¶ Iuridicialis, & hoc iuridiciale, penul. prod. (δικαιοδοτικὸς) Cic. 1. de Inuent. 17, Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridicialem, negocialem. Quintilianus libro 3. capite 8, Iuridicialis status.
Iusculum] Vide Ius pro liquore.
Iussus] Participium à iubeo & iussum, iussi. Vide Iubeo.
Iustus] Adiect. (δίκαιος) Qui præcepta iuris seruat. Nam à iure dicitur. Plaut. Pseud. 5. 73,

Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data.

Annos iustos peragere. Ouid. 10. Metam. 8.
Arma iusta mouere. Ouid. 2. de Arte, 80.
Bella iusta gerere. Ouid. 8. Metam. 12.
Iusta causa. Cic. 4. de Fin. 36.
Causa iustissima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 4.
Iusta dissidia: hoc est, æqua & iure facta. Cic. de Amicit. 33.
Iusti honores, Iure ac meritò collati. Cic. in Verrem, Nam multi sæpe honores dijs immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profectò iustiores nunquam.
Litem iustam intendere. Lucret. lib. 3. 193.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis. Ouidius 13. Metamorph. 14.
Potestas iusta. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 13.
Preces iustæ. Ouid. 3. Metam. 82.
Querela iusta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 5.
Iusta seruitus, In qua nihil iniquum iubetur, inquit Donatus. Terent. And. 1. 2. 9.
Vir iustus & tenax propositi. Hor. 3. Carm. ode 3. 1.
¶ Iustus, Mediocris, inquit Sipontinus. Vnde Iustam magnitudinẽ alicuius rei dicimus, cum nec debita minor est, nec modum excedit. Hinc Iusti dies, authore Macrobio, dicebantur continui xxx. dies, quibus exercitu imperato uexillum rusi coloris in arce positum erat. Erant & iusti dies, xxx. dies, qui concessi æris & debiti damnatis conquirendæ pecuniæ causa dabantur lege xii. Tab. authore Gell. lib. 19. cap. 1. Plaut. Milit. 10. 50,

Et meæ orationis iustam partem persequi, &c.

Iusti dies. Cicero 2. de Legib. 36, Præter Idææ matris famulos, eosq; iustis diebus, nequis stipem cogito. Plinius libro 10. capite 53. 4, Post solstitium nata non implent magnitudinem iustam.
Labant curuæ iusto sine pondere naues. Ouidius 2. Metamorph. 33.
Tempus iustum pugnæ. Virg. 10. Aen. 3.
¶ Iustus, pro Magno. Vnde dicimus Iustam rẽ, hoc est, magnã: quemadmodum & Bonam partem, & Iustam partem, Magnam partem. Et bene doctus, pro Valde. Plin. in Præfat. 8, Opere iusto temporum nostrorum historiam orsi. Sic, Iustum prælium, Iustum exercitum, historici dicunt, id est, magnum. Asconius, Iustas inimicitias, pro magnis, apud Ciceronem exposuit.

Iustum

Iustum exercitum dicimus, Iustum itē prælium, cui Leue prælium opponitur. Liuius, Deinde eos qui in montibus erant, leuibus prælijs fatigauit. Postremò coactus in aciem descendere, iusto prælio deuicit. Iusto, pro Pleno intelligo, id est, quod uerè & propriè prælij nomine censeri possit. Sic 6. belli Punici, 16. de Fuluio perduellionis reo, Prius quàm dies comitiorum aderat, Cn. Fuluius exulatum Tarquinios abijt: id ei iustum exilium esse sciuit plebs. id est, Plebs decreuit, spontaneum exilium Fuluio plenum & uerum esse: aut, pro pleno & legitimo cedere. Iustum enim est omnibus numeris plenum, quod Græci ἀκριβὲς dicunt. Hactenus Budæus.

Acies iusta. Quint. lib. 1. cap. 10. 6. Vide Acies.

¶ Iustus filius, pro uero. Vnde apud Iurisconsultos, Qui filium adoptat, interrogatur an uelit eum quem adoptat, iustū sibi filium esse. id est, uerum filium. Budæus contrà, Hæc dictio Iustus, apud Iurisconsultos frequens, non satis, ut arbitror, intelligitur. Caius in l. 2. ff. de adoptionibus, de arrogatione loquēs, Is qui adoptat, inquit, rogatur, id est, interrogatur, an uelit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse. Iustum intelligo non uerum, ut aliqui censent: sed omnibus partibus, ut ita dicam, filiationis ueri filij uicem obtinentē, naturalis & legitimi filij loco sedentem.

Iustus dominus. hoc est, uerus: cui contrarius est, Alienus. Cic. 1. Offic. 67.

Iusta hereditas. Varro 2. de re Rust.

Iusta mater familiâs, & Pellex, contraria. Liuius 9. bell. Macedonici, 215.

Iusta uxore nati. Cic. 1. Tusc. 132.

Iustus miles. Liu. 4. bel. Pun. 61.

Iustam operam reddere, id est, pensum, opus debitum & consuetum perficere. Col. lib. 6. cap. 3.

Iustum testamentum dicitur, quod est solenniter factum. Vlp. in l. 1. ff. de except. rei iudicatæ.

Iustum uadē, idoneum sponsorē uocabant ueteres, inquit Fest.

Iustiore aliquo uti: hoc est, æquiore, faciliore, & tractabiliore. Cic. 1. de Finib. 4. Vt propemodum iustioribus utamur illis qui tū est, uideantur nobis iustitiores.

Iustè, Aduerbium (δικαίως) Iurè, rectè, legitimè. Brutus Ciceroni, 4. 2. At hoc ipsum, inquies, iniquè facis, imò iustissimè. Idem in Salust. 1. Id uos si fortè offendimini iustius huic quàm mihi succensere debetis.

Iustè & legitimè imperare. Cic. 1. Offic. 12.

¶ Iusto, Ablatiuus uice aduerbij. Quint. lib. 9. cap. 4. Membrū longius iusto, tardum: breuius, instabile est.

¶ Iusta, iustorum, n. g. plur. nu. (σφάγια) Sunt exequiæ, id est, Sacrificia quæ mortuis impenduntur, quòd iure fierent his qui de nobis uiuentes bene meriti fuerant. Cicero pro L. Flacco, 73, Iusta Catilinæ facta sunt. Ouid. 2. Fast. 114,

Hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucem.

Iusta facere, in præcedentibus exemplis.

Iusta peragere. Plin. lib. 2. cap. ult. 1.

Iusta persolui patri. Seneca Oedip. 141.

Iusta funebria. Liu. 1. ab Vrbe, 84.

Iustis exequiarum carere. Cic. 2. de Legib. 69.

Iusta funeri paterno soluere. Cic. pro Rosc. Amer. 13.

Iusta funerum reijcere. Cic. 2. de Leg. 104.

Iusta hospitalia. Liuius, Venientibus obuiā cunctus Senatus egressus, iustis omnibus hospitalibus, publicisq; & priuatis fungitur officijs.

Reddere iusta funeri. Plin. lib. 10. cap. 2. 2.

Iusta, pro constitutis, quæ necessariò præstari debent. Colu. lib. 11. cap. 2. 12, Item uinearum fossio ijsdem locis peragenda, arbustorumq; siue putatio, siue alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt.

Iusta facere. Col. lib. 2. cap. 4. 6, Tum etiam ratio rustici aggrauatur exiguo operis profectu: iusta enim fieri nequeunt, quum induruit ager.

Ad iusta perducere, id est, ad iustum laborem, inquit Budæus, Col. lib. 6. cap. 14. 3.

Iusta operum peragere. Col. lib. 9. cap. 8. 9.

Iusta percipere. Col. lib. 1. cap. 8, Quærat an ex sua cōstitutione iusta percipiant. id est, si omnino habeant quod eis constitutum est, inquit Budæus.

Iusta reddere, Opus debitum & consuetum perficere. Colum. lib. 1. cap. 8.

Iusta exigere, inquit Budæus, est summo iure agere cū aliquo.

Persequi & exigere iusta. Col. lib. 12. cap. 3.

¶ Iustitia, Δικαιοσύνη est (inquit Cic. 5. de Finib. 117.) animi affectio, suum cuiq; tribuens, atq; hanc quam dico societatē coniunctionis humanæ, munificè & æquè tuens.

Cura iusticiæ. Ouid. epist. 9. 33.

Alienigena iusticia. Vide Alienus.

Inclyta iusticia, religioq; ea tempestate Numæ Pompilij erat. Vide Inclytus.

Potens iustitia. Horat. 2. Carm. ode 17. 3.

Salubris iustitia. Horat. de Arte, 41.

Agitare iustitiam. Vide Agito.

Colere iustitiam. Vide Colo.

Iustitia in mente consedit. Vide Consideo.

Frænare gentes iustitia. Virg. 1. Aeneid. 106.

Vires temperare iustitia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 5.

¶ Iustificus, pen. corr. Adiect. (Δικαιοποιὸς) Qui facit iustitiā. Catul. Argon. 59. 81. Iustifica mens deorum.

¶ Iustitium, iustitij, Iurisdictionis intermissio. Liuius, Ac propè iustum iustitium omnium rerū futurum uidebatur, donec Consul ad urbem redijsset. id est, omnia acta publica esse suspensa. Cic. ad Att. lib. 4. 87. 3. fauere iustitio, & omnium rerum licentiæ. Gellius lib. 20. cap. 1. Velut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi intersitionem quandam & cessationem.

Ferale iustitium. Lucan. lib. 2. 4.

Tristi iustitio clausa fora. Lucan. lib. 5. 7.

Iustitium edicere, et intermittere iurisdictionem. Cic. de Arusp. respon. 51.

Indicere iustitium. Vide Indico.

Iustitium remittere, sicut iustitiū indicere, teste Budæo: apud Liuium lib. 10.

Iuturna] Nympha Latina, soror Turni, à Ioue uitiata: cuius meminit Virg. lib. 12. Aen. 30.

Discetum, ne me incuses Iuturna dolorem.

Iuuamen] Vide Iuuo.

Iuuenalia, Iuuenalis] Vide Iuuenis.

Iuuencus] iuuenci, m. g. (τόρταξ, Λαμπάλης) & Iuuenca, iuuencæ, à iuuando: qui iam (ut ait Varro) ad agrū colendum iuuare posset. Plaut. Trucul. 6. 58.

Vidi equidem iuuencum ex indomito domitum.

Fieri, atq; alias belluas. Varro 2. de Re rust. cap. 5. 5. Iuuencus & iuuenca.

Fortes iuuenci. Virg. 3. Georg. 11.

Laborifer iuuencus. Ouid. 15. Metam. 126.

Lunati fronte iuuenci. Stat. 6. Theb. 54.

Petulans iuuencus torua fronte. Senec. Hippol. 3. 6.

Pulcher iuuencus. Virg. 5. Aeneid. 79.

Rudes operum iuuenci. Ouid. 1. Fast. 17.

Torus iuuencus. Ouid. 6. Metam. 23.

Consuescere iuuencum aratro. Vide Consuesco.



Digitized by Google

Feſſos iuuencos diſiungere. Ouid. 14. Metam. 130.
Validis terram proſcinde iuuencis. Virg. 2. Georg. 48.
Sociare iuuencos impoſito aratro. Stat. 1. Theb. 27.
Cornigeræ iuuencæ. Ouid. 13. Metam. 197.
Formoſa iuuenca. Virg. 3. Georg. 43.
Nitens iuuenca. Ouid. 1. Metam. 123.
Iuuencus, de homine quoq; iuuene. Horat. 2. Carm. ode 8. 5.
Te ſuis matres metuunt iuuencis, &c.
Porphyrius, Iuuenci ergo non tantum boues dicuntur, ſed homines: quamuis in uſu ſit, ut non niſi per diminutionem iuuenculos dicamus. Oui. epiſt. 5. 24.
Grais iuuenca uenit.
Iuuencæ aues. Plin. lib. 10. cap. 53. 1.
¶ Iuuenculus, pen. cor. Diminut. (μειράκιον) Catull. ad puerum, epig. 21. 1.
Qui floſculus es iuuenculorum.
Iuuenis] & hoc iuuene, pen. corr. (νέος, νέας) A' iuuando, quòd ea ætas maximè ſit apta ad laborem tolerandum. Et à Iuriſconſultis iuuenes dicuntur, qui adoleſcentium exceſſerunt ætatem, quoad incipiãt inter ſeniores numerari. Plin. libro 7. capite 36. 2, Cornelia enim iuuenis eſt, & párere adhuc poteſt.
Furor iuuenum. Senec. Theb. 2. 7.
Princeps iuuenum. Ouid. 1. de Arte, 59.
Egregius iuuenis. Virg. 5. Aen. 71.
Feruidi iuuenes. Horat. 4. Carm. ode 13. 6.
Ferus iuuenis. Seneca Hippol. 2. 38.
Imberbis iuuenis. Horat. de Arte, 33.
Laudatus iuuenis. Stat. 5. Syl. 1. 3.
Pròterui iuuenes. Horat. 1. Carm. ode 25. 1.
Valens iuuenis. Ouid. 15. Metam. 42.
Aſtringere iuuenem. Vide Aſtringo.
Fieri aliquem iuuenem. Quintil. lib. 2. cap. 2. 2.
Iunior in comparatiuo facit. Columella Iuuenior dixit lib. 9. cap. 11. de apibus, Iuueniori examini ſolet accidere. Alia exemplaria habent Iuniori. Plin. lib. 18. cap. 3. 2. Iuniorum familiæ bubulcum nominauerunt.
Tota anno iunior. Horat. 2. epiſt. 1. 9.
Iuniores cerui. Plin. lib. 8. cap. 32. 7.
Iuuenis, de oue. Col. lib. 7. cap. 3, Fœmina poſt bimatum maritari debet, iuuenisq; habetur quinquennis.
Iuuenis, adiectiuè, pro Iuuenili. Ouid. 7. Metam. 59.
— & admonitus iuuenes nutricibus annos
poſſe ſuis reddi.
¶ Iuuenilis, & hoc iuuenile, penul. prod. (νεανικὸς, νεηρὸς) Quod ad iuuenem pertinet: ut Aetas iuuenilis, Iuuenile robur. Col. lib. 4. cap. 3. 3, Iuuenilis ludus uel iocus. Liu. 1. ab Vrbe, 253. & lib. 5. 103.
Annis iuuenilibus iuncti. Ouid. 8. Metam. 127.
Ardor iuuenilis. Seneca Octau. 4. 18.
Carmina iuuenilia. Ouid. 2. Triſt. 68.
Corpus iuuenile. Virg. 5. Aeneid. 94.
Decus iuuenile. Ouid. ad Piſonem, 53.
Gratia iuuenilis. Stat. 2. Sylu. 2. 2.
Inœpta iuuenilia. Ouid. epiſt. 17. 7.
Opus nitidæ iuuenile palæſtræ. Ouid. 6. Metam. 49.
Vis Iuuenilis. Ouid. 2. Metam. 93.
Læta & iuuenilia luſi. Ouid. 5. Triſt. eleg. 1. 2.
Iuuenilior. Ouid. 14. Metam. 128,
Silenuſq; ſuis ſemper iuuenilior annis.
Iuuenilitas] tatis, pro Iuuentus, Antiquum. Varr. Titbono,
Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. Ex Nonio.
¶ Iuueniliter, pen. corr. Aduerb. (νεανικῶς) more iuuenum, quẽadmodum & Pueriliter. Cic. de Sen. 9, Quũ planè grãdis eſſet, & Annibalẽ iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat.
Venatum in ſyluas iuueniliter ire ſolebam.
Ouid. 7. Metam. 164.
Ingenio uti iuueniliter. Ouid. 2. Triſt. 24.
¶ Iuuenalis, & hoc iuuenale, pen. prod. (νεηρὸς) Idem quod Iuuenilis. Plin. lib. 33. cap. 22, Quum C. Sulpitius Galba in uenalem famam apud principem popinarum pœnis eucupatur, &c. Inuſitatum.
Iuuenalis dies, Iuuenili ætati peculiariter celebrandus. Sueto-nius de Caligula, Adiecit diem Saturnalibus, appellauitq; Iuuenalem.
¶ Iuuenalia, Ludi qui pro ſalute iuuenum celebrabantur.
Ludi iuuenalium. Tacit. lib. 14.
¶ Iuueneſco, iuueneſcis, (νεανίσκω) iuueneſcere, Iuuenem fieri. Plin. lib. 21. cap. 11. 8, Roſa & quinquennium perfert non reciſa, nec adusta. Illo enim modo iuueneſcit. Sic, lib. 8. cap. 57. 4. de gliribus, Rurſus æſtate iuueneſcũt. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 9,
Illius à tactu Pylius iuueneſcere poſſet.
Vitulus iuueneſcit in herbis. Horat. 4. Carm. ode 2. 11.
¶ Iuuenari (νεανίζω) dixit Horatius in Arte, 50. pro Iuueneſcere,
Aut nimium teneris iuuenentur uerſibus unquam. Id eſt, iuueniliter loquantur.
¶ Iuuentus, iuuentutis, pen prod. f. g. (νεότης) Aetas iuuenilis, quæ & Iuuenilitas & Iuuenta dicitur. Saluſt. Ibiq; iuuentutem ſuam exercuit.
Cruda iuuentus. Silius lib. 3. 62.
Docilis iuuentus. Horat. in Carm. ſeculi. 9.
Effera iuuentus. Virg. 8. Aen. 1.
Toroſa iuuentus. Perſ. Saty. 3. 9.
Acuere iuuentutem. Vide Acuo.
¶ Iuuentus, Multitudo iuuenum. Plau. Moſtel. 2. 20. Cæſar 3. bel. Gal. 412, Nam quum omnis iuuentus, omnis etiam grauioris ætatis, in quibus aliquid conſilij aut dignitatis fuit, eò conuenerant, tum, &c. Cic. 2. Tuſc. 59, Iuuentutem laboribus erudiunt.
¶ Iuuentus, Dea quæ præeſſe putabatur ætati iuuenili. Plin. libro 35. capite 10. 41. Liuius 4. Decad. libro 6, Iuuentutis ædem in Circo maximo C. Licinius Lucullus Dunmuir dedicauit.
¶ Iuuenta, νεότης, Aetas iuuenilis: & (ut quibuſdam placet) dea ipſa melioris ætatis & iuuentutis. Val. libro 4. Plinius lib. 7. cap. 13. 1, Alijs ſterilis eſt iuuenta, alijs ſemel in uita datur gignere.
Ab iuuenta. Vide Ab præpoſitionem.
Calida iuuenta. Claud. de bello Get. 100.
Dulcis iuuenta. Horat. 1. Carm. ode. 16. 5.
Audax iuuenta. Virg. 4. Georg. 113. Valer. 7. Argon. 103.
Lumen purpureum iuuentæ. Virg. 1. Aeneid. 119.
Florente iuuenta feruidus. Horat. de Arte, 24.
Imbellis iuuenta. Horat. 3. Carm. ode 2. 3.
Prima floreſcente iuuenta. Silius lib. 15. 146.
Pubeſcens iuuenta. Silius lib. 16. 136.
Roſea iuuenta. Valer. 5. Argon. 73.
Senilem iuuentam, præmaturæ mortis eſſe ſignum. Plin. lib. 7. cap. 51. 2.
Viridis iuuenta. Virg. 5. Aeneid. 58.
Exercere iuuentam. Catul. in Epithalam. Iuliæ.
Iuuenta, Multitudo iuuenum. Mart. lib. 2. 98,
Quintiliane uagæ moderator ſumme iuuentæ.
¶ Iuuentas (ἥβη) Dea, quæ iuuentuti præeſſe putabatur. Horat. 1. Carm. ode 30. 2. ad Venerem,



Digitized by Google

Et parum comis sine te Iuuentas. Vide Liuium 1. Decad. lib. 5. ad finem. Lucret. lib. 5. 178,

Tum demum pueri li æuo florente, Iuuentas
Occipit, & molli uestit lanugine malas.

Iuuerna] ἰουέρνια, ἰοῦερνα, Insula est, Britanniæ proxima, quæ hodie Hibernia dicitur. Iuuenalis Satyr. 2. 17,

— arma quid ultra
Littora Iuuernæ promouimus. Et Cæsar lib. 6, Hiberniam uocat, dimidio quàm Britannia minorem.

Iuuo] iuuas, iuui, iutum (ὀνέω, ὠφελέω) iuuare, Auxiliari, & opem ferre.

Iuuare aliquem consolando, consilio, aut re. Terent. Heaut. 1. 1. 34, — crede inquam mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.

Iuuare aliquem consilio. Cic. 2. Off. 95.

Iuuare auxilio. Cic. in Topicis, 37.

Supplicibus iuuandis assuetus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 22.

Facundia iuuit causam. Ouid. 7. Metam. 102.

Iuuare aliquem apud alium. Cic. ad Atticum, lib. 16. 346. 1.

Iuuare ad beatam uitam. Cic. 1. de Finib. 180.

Iuuare, Beneficio, & misericordia prosequi. Cic. 3. Verr. Legis Corneliæ meminit, quæ proscriptũ iuuari uetat. Liu. Iuuisse eos omni commeatu classem ostium. Budæus.

¶ Iuuat, impersonale: id est, Delectat. Iuuat me, & Iuuat mihi. Plaut. Capt. 4. 33, Ne quem unquam quicquam me iuuat quod edo domi. Idem Cistel. 2. 107, Quando ita tibi iuuat, uale atq; salue. Terent. Adelph. 2. 3. 2, Verumenimuero id demum iuuat, si, quem æquum est bene facere, is facit. Virg. 4. eclog. 1,

Non omnes arbusta iuuãt, humilesq; myricæ. Cic. in Verrem, Iuuat me hæc præclara nomina sic cõcidisse.

Iuuat euasisse tot urbes. Virg. 3. Aeneid. 56.

Iuuat indulgere labori. Virg. 6. Aeneid. 27.

¶ Iuuari, Passiuum, pro adiuuari & auxilium suscipere. Plin. lib. 17. cap. 24. 17, Quod si etiam iuuatur.

Ope admota iuuari. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 18.

¶ Iuuans, Participium (ὠφελῶν) Cic. ad Trebatium, lib. 7. 21. 5, Meq; dijs iuuantibus ante brumam expectabis.

Iuxta] παρά, Præpositio, Apud significans. Virg. 4. An. 51,

— humilis uolat æquora iuxta. Plaut. Iuxta te sum, te piè tuearis oportet. Sipontinus per st scribit: neq; uidet qua ratione per x uulgò scribatur. Aliquando subintelligitur accusatiuus.

Furiarum maxima iuxta Accubat, Virg. 6. Aeneid. 121.

Iuxta genitorem astat Lauinia uirgo. Virg. 7. Aeneid. 15.

Venire iuxta seditionem. Tacit. lib. 5.

¶ Iuxta (ἅμα) Simul, coniunctim. Varro, Quum interea lubrando facere iuxta ancillas lanam. Id est, unà cũ ancillis.

Iuxta. Plin. lib. 7. cap. 45, Iuxta hæc Varisna clades. Gell. lib. 4. cap. 9, Nigidius figulus homo (ut ego arbitror) iuxta M. Varronem doctissimus. Id est, secundum, hoc est, post eum, & eo excepto doctissimus.

Iuxta deos, in tua manu positum est. Tacit. lib. 18. Hoc est, per fauorem deorum.

Iuxta libertatem. Tacit. lib. 5, Nam populi imperium iuxta libertatem. Tacit. lib. 5, Nam populi imperium iuxta libertatem, paucorum dominatio regiæ libidini propior est.

¶ Iuxtà, Aduerbiũ (ὁμοίως) Id est, æquè, similiter, eodẽ modo,

Spem ac metum iuxtà grauatus. Tacit. lib. 5.

Iuxtà, Absolutè. Sallust. in Iugurtha, iuxta boni, maliq;. strenui & imbelles multi obtruncati sunt: Hoc est, æquè boni ac mali. Plin. lib. 9. cap. 35. 1, A fœminis iuxtà uiriq; gestarentur.

Iuxtà ac. Cic. in oratione Post reditum, 18, Tum reliquis officijs iuxtà, ac si meus frater esset, sustentauit. Hoc est, Quasi uel tanquam si, uel æquè ac si.

Iuxtà, cũ datiuo, pro Peræquè. Liu. 4. bel. Pun. Fabius omittendam rem paruam ac iuxtà magnis difficilem, abscedendũq; inde censebat. Id est, non minus quàm sunt magnæ.

Iuxtà atq;. Liu. 2. ab Vrbe condita, Absentium bona iuxtà atq; interemptorum diuisa fuerunt.

Iuxtà cum. Plaut. Pseud. 20. 54,

An nescis quæ sit hæc res?
S. iuxtà cum ignarissimis. Id est, Tam scio, quàm qui maximè ignorant. Ibidem, 15. 79,
Hæccine illa est furtiua uirgo.
T. iuxtà tecum æquè scio. Sallust. in Catil. Nunc uerò quo in loco res sitæ sunt, iuxtà mecum omnes intelligitis.

Iuxta esse, pro Familiarem esse. Suet. in Caligula, cap. 10, Tantiq; in auum, & qui iuxtà erant, obsequij, ut non immeritò sit dictum, Nec seruum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.

¶ Iuxtim, Aduerbium (ἐγγὺς) significat Propè. Suet. in Tiberio, Magistratibus pro Tribunali cognoscentibus plerunque se offerebat consiliarium: assidebatq; iuxtim, uel ex aduerso in parte primori. Lucret. lib. 4. 102.

## I X

Ixia] ixiæ, Genus herbæ. Plin. lib. 22. cap. 18, Chamæleonem aliqui ixiam uocant. Vide ibidem, utriusq; nominis rationẽ.

Ixion] pen. prod. huius Ixionis, pen. corr. (ἰξίων) rex Thessaliæ, à Ioue deorum conuiuio adhibitus, amatam Iunonem de stupro interpellauit. Illa confessa Ioui est, & eius uoluntate nubem in suam formam conuersam obtulit, unde ferunt nati esse Centauri. Hæc Seruius. Eadem ferè Lucian. in deorum dialogis.

Audax. Ouid. 12. Metam. 42.

Perfidus. Horat. de Arte, 26.

Tortus rota. Virg. 3. Georg. 7.

Orbes Ixionis. Propert. lib. 4. eleg. 12. 5.

Proles Ixionis Pirithous. Ouid. 8. Metam. 81.

¶ Ixioneus, Adiectiuum (ἰξιονεύς) ut, Orbis Ixioneus. Virg. 4. Georg. 97.

¶ Ixionides, pen. corr. (ἰξιονείδης) filius Ixionis, qui fuit Pirithous. Propert. lib. 2. eleg. 1. 8,

Theseus infernis, superis testatur Achilles:
Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.

## I Y

Iynx] ἴυγξ iyngis, Auis, quæ uertilla à colli uersura uocatur Aristot. lib. 2. Animal. cap. 12.

## K

KAPPA Litera Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi cappa uocant. Priscianus lib. 1, K (inquit) & q, quamuis figura & nomine uideantur aliquam habere differentiam cum c, tamẽ eandem tam in sono uocũ, quàm in metro continent potestatem: & K quidem superuacua est. Quint. lib. 1. cap. De orthographia, K quidem in nullis uerbis utendum puto, nisi quæ significat, etiam ut sola ponatur. Hoc eò non omisi, quòd quidam eam, quoties a sequitur, necessariam credunt: quum sit c litera, quæ ad omnes uocales uim suam perferat.

L

ABARVS] uel Labarum, penul. corr. uexillũ est quod ante Imperatores ferri, & à militibus adorari moris fuit. Erat autem auro et pretiosis lapidibus opertum: ut Socrates episcopus scribit in tripartita historia lib. 1. cap. 5. Hæc ex Alciato. De labaro sic ait Nicephorus Ecclesiasticæ historiæ lib. 7. cap. 37, Iusserat autem Constantinus magnus crucis signum præferri, quòd à Romanis antea labarum dicebatur, signis militaribus alijs longè præstantius, quòd id à militibus præferri & adorari lege cautum fuerit. Quam ob causam etiam Constantinũ puto, celeberrimũ Romani imperij uexillũ in Christi signũ mutasse, ut frequenti eius spectaculo & cultu subditi in desuetudinẽ pristinæ superstitionis uenirent, eumq; solum deũ esse arbitrarẽtur, quẽ Imperator & duces eius colentes, propugnatore aduersus hostes uterentur. Hæc & plura Nicephorus. Tertullianus in Apologetico, Sypara, inquit, illa uexillorũ & labarorũ, stole crucium sunt. Laudo diligentiam: noluistis nudas & incultas cruces consecrare, Prudentius lib. primo cõtra Symmachũ.

Hoc signo inuictus transmisis Alpibus ultro
Seruitium soluit miserabile Constantinus,
Quum te pestifera premeret illa pentius aula. Et paulo pòst,
Testis christicolæ ducis aduentantis ad Vrbem
Miluius, exceptũ Tyberina in stagna tyrannum
Præcipitans, quanam uictricia uiderit arma
Maiestate regi, quod signum dextera uindex
Prætulerit, quali radiarint stemmate pila.
Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum clypeorum insignia Christus
Scripserat: ardebat summis crux addita cristis.

Labasco] Vide Labo, labas.

Labdacus] pen. corr. (Λάβδακος) rex Thebanus, ultimus Agenoris filius, Laium genuit Thebarum regem, Oedipi patrem, ex Iocasta Creontis Thebani filia.

¶ Labdacidæ truces (Λαβδακίδαι) Stat. 10. Thebaid. 8.

Labefacio] Vide Labes.

Labellum] Vide Labrum.

Labeo] Antistius (Λαβεὼν ὁ Ἀντίστιος) inquit Gellius, iuris quidẽ ciuilis disciplinã principali studio exercuit, et cõsulentibus de iure publicè responsitauit: cæterarũ quoq; bonarũ artium non expers fuit, & in Grammaticam sese atq; Dialecticam, literasq; antiquiores, altioresq; penetrauerat: Latinarumq; uocũ origines, rationesq; percalluerat: eaq; præcipuè scientia ad enodandos plerosq; iuris laqueos utebatur. Hactenus Gellius lib. 13. cap. 10, De quo rursum cap. 12. eiusdem libri.

Insanior Labeone. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 17.

Labeo] Vide Labium.

Laberius] Λαβέριος, poeta mimographus, Eques Romanus, cuius meminit Macrobius Saturnal. lib. 2. & Gellius lib. 11. cap. 9. Horat. in Ser.

Et Laberi mimos ut pulchra poemata mirer.

Labes] labis, fœm. gen. (λύμη) A' lapsu dicitur, Violenta quædam uel aquæ illuuies, uel tempestatis, grandinisue ruina, aut quum terra in altissimum hiatum uel barathrum aperitur. Cic. 1. de Diuinat. 96, Vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræq; desederint. Vlpianus Locati & conducti, l. ex conducto: sed etsi labes facta sit, omnemq; fructum tulerit, damnum coloni non esse.

Labes (αἶσχος) inquit Festus, macula in uestimento dicitur: & deinde metaphoricõs transfertur in homines uituperatione dignos. Cic. pro Corn. Balbo, 11, Est enim huius seculi labes quædam & macula uirtuti inuidere, uelle ipsum florem dignitatis infringere. Plaut. Persa, 12. 4,

Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi.

Adulterij labe carere. Ouid. in fragmento, 9.

Labes conscientiæ. Cic. 3. Off. 113.

Labes innocentiæ & ruina. Cic. pro L. Flacco, 18.

Prima mali labes. Virg. 2. Aeneid. 20.

Pudoris laborem eluere. Senec. Hipp. 8. 6.

Labes Reipublicæ, Ruina & occasus. Cicer. pro Domo sua, 1, Nam si illa labes ac flamma Reip. Idem 2. Verr. 2, Labes ac pernicies prouinciæ.

Dare labem putresq; ruinas. Lucret. lib. 2. 230.

Inferre labem. Cic. pro Cælio, 33, Ne probrum castis, labes integris, infamia bonis inferatur.

Candor ab insolita labe notandus erat. Ouid. epist. 4. 7.

¶ Labecula, labeculæ, pen. corr. fœm. gen. (σμικρὸν λίαν) Diminutium. Cicero in Vatinium, 32, Sed quum T. Annium tantopere laudes, & clarissimo uiro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, &c.

¶ Labosus, Adiectiuum, Veteres à labe dixerunt. Lucil. præterea omne iter hoc est labosum atq; lutosum. Turneb.

¶ Labefacio, labefecis, labefeci, labefactum (μικρὸν κινέω) labefacere, Rumpere, destruere. Terent. Adelph. 2. 2. 36,

— omnes dentes labefecit mihi:
Præterea colapis tuber est totum caput.

Labefacere aliquem, Deterrere. Cic. pro Sestio, 87. Budæus.

In omnem partem labefacere aliquid. Ouid. 3. Metam. 14.

Labefacere fidem suam. Suet.

Labefacere, Enervare, frangere, debilitare, resoluere. Lucret. lib. 4. 224,

Membra uoluptatis dum ui labefacta liquescant. Budæus.

¶ Labefactus, Participium (μικρὸν κινηθείς) ut, Labefacta cadebat religio. Claud. 1. in Ruffinum, 3.

Animum labefactus amore. Virg. 4. Aeneid. 80.

Robora labefacta. Ouid. 12. Metam. 66.

¶ Labefactio, Verbale (μικρὰ κίνησις) Plin. lib. 23. cap. 1. 42, Tussim uetereminhibet, & gutturis reumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem.

¶ Labefacto, labefactas (παρακινέω) labefactare, Frequentatiuum, Idem significans quod Labefacere: nempe Polluere & contaminare. Colum. lib. 2. Cic. de Senect. 18, Quòd si legere & audire uelitis externa, maximas Resp. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. Hìc Restituere opposuit uerbo Labefacto.

Labefactare & peruertere. Cic. 3. de Fin. 107.

Labefactare signum. Cic. 6. Verr. 84.

Labefactare atque oppugnare commoda alicuius. Cicero 5. Verr. 157.

Labefactare aratores, & penitus euertere. Cic. 5. Verr. 38.

Labefactare fidem suam aut alterius pretio: hoc est, corrumpere & uiolare. Liuius 4. bell. Pun. 92. Et Cicero pro Cluent. 153.

Labefactare opinionem. Cic. pro Cluent. 3.

Labefactare & euertere Rempub. Cic. 1. de Fin. 69.

Labefactare uitas hominum. Cic. 1. de Inuent. 5.

Labefactare aliquem, pro Commouere, & à proposito auerte-

re.

Digitized by Google

re. Terent. Eunuch. 3.3.3,

Ita me uideo ab ea astutè labefactarier. Cic. de Amicit. 33, Quòd si qui longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionè incidissent.

Animam labefactare. Lucret. lib. 6.160.

Labefactare aliquem atq; infirmare. Cic. 2. Verr. 24.

Labienus] pen. prod. (λαβίνος) Cæsaris in Gallia legatus, qui magnas sub eo res gesserat: demum bello Ciuili transfugit ad Pompeium, cui Cæsar bona quæ habebat in potestate, remisit. Lucan. lib. 5.70,

— dux fortis in armis
Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga uilis.

Labienus historicus, cuius scripta abolita fuere. Tranquillus in Caligula, cap. 15.

Labilis] Vide Labor, priore producta.

Labium] labij, quod sæpius plur. num. dicitur, Labia, labiorum (χεῖλος) Extremitates oris hominis. Terent. Eun. 2.3.44, Labijs demissis.

Trementia labia. Silius lib. 8.23.

¶ Labia, labiæ, fœmininũ probat Non. ex Plauto, Stic. 14.41,

Age tibicĕ, quãdo bibisti, refer ad labias tibias. Et ex Næuio Macho, Exule uerberatio populus homini, labias pugnis cædere. Gellius, Labiam sensim primores emouemus.

¶ Labiosus, Adiectiuum; Labijs prominentibus. Lucret. lib. 4,

Simula, σιλήνη ac satyr' est: Labiosa φίλημα. Id est, quæ labris est prominentibus. ea dicitur oſculum, seu ὸs ad oſculatum factum & compositum. Nam & suauius uiros oſculantur labiosæ puellæ, quàm quæ sunt breuibus labris: & labiosas oſculari uiris dulcissimum est. Lambinus in Lucretium.

¶ Labeo, labeonis (χείλων) Cui magna sunt labia. Plinius lib. 11. cap. 37.32, Labra à quibus bronci, labeones dicti, & os probum duriusue, animal generantibus.

Labo] labas, priore corr. (ὑποφέρομαι) labore, Ruere, & repentè cadere, inquit Valla lib. 5. Translatio sumpta ab arbore, quæ multis ferri ictibus succisa, tandĕ incipit casum ruinamq; minari. Virg. 2. Aeneid. 99,

— labat ariete crebro Ianua. Cic. 6. Verr. 85, Horâ amplius iam in demoliendo signo permulti homines molie-bantur: illud interea nulla lababat ex parte.

Aedes labantes reficere. Horat. 3. Carm. ode 6.1.

Cursus labat mihi incerto limite. Stat. 5. Syl. 48.

Dentes labant. Celsus lib. 7. cap. 12.

Genua labant. Virg. 12. Aeneid. 180.

Naues labant. Ouid. 2. Metam. 33.

Dubij stantq; labantq; pedes. Ouid. 6. Fast. 136.

Labare sermone, per translationem, pro inconstanter & timidè loqui. Plin. lib. 14. cap. 22.7.

Acies labans. Tacit. lib. 19.

Labant animi: hoc est, deficiunt. Liu. 6. bell. Maced. 39.

Animum labantem impulit. Virg. 4. Aeneid. 5.

Labat consiliũ meũ quod fixũ erat. Cic. ad Attic. lib. 8.166.4.

Corda labantia. Virg. 12. Aeneid. 45.

Fortuna reges inter incertos labat. Senec. Thyest. 1.7.

Memoria labat. Liu. 5. ab Vrbe, 83.

Mens labat. Celsus lib. 2. cap. 7, Quibus causa doloris, neque sensus eius est, his mens labat.

Oculi labantes languore. Catull. de Berecynthia, 58.

In dubio pectora nostra labant. Ouid. epist. 16.36.

Spes labat misto metu. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.3.

Vita labat: id est, non recta est & integra. Ouid. ad Pisonem, 2.

Labare, & mutare sententiam. Cic. 1. Tusc.

¶ Labasco, labascis (ὑποφέρομαι) labascere, Inchoatiuum uerbum, inquit Donatus, Ruinam minari, & ruinæ procliuem esse. Terent. Eun. 1.2.98,

P. Labascit uictus uno uerbo, quàm citò? Hoc est, suis blandis uerbis perpellit ea illum ut assentiatur. Idem Adel. 2.2.31,

Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet?

S. Labascit. Vbi Donatus, Hoc pressè dicitur. Et propriè dicit labascit, ut & suam instantiam, & cunctationem tardè incipientis cõsentire monstraret. Et est metaphora ab arbore fracta: quæ multis succisa ictibus ferri, tandem incipit in casum ponderis ruinamq; minitari.

Vincitur in longo spatio tamẽ, atq; labascit. Lucr. lib. 4.254.

¶ Labascor, Deponens, pro primitiuo. Varro Rerum diuinarum lib. 7, Postquam uidit misericordia labasci mentem infirmam populi. Nonius.

¶ Labans, labantis (ὑποφερόμενος) Participium. Liuius 6. bel. Pun. 216, Sustinuisse labantem fortunam Populi Romani.

Labor] priore prod. laberis, penul. corr. lapsus sum (ὀλισθάνω, ὀλισθέω, ὀλλάω) labi, Leniter & sensim decidere, ruere, deficere, mori, falli. Cic. de Amicit. 39, De C. Gracchi aũt Tribunatu quid expectẽ, nõ libet augurari: serpit enim dein de res: quæ procliuius ad perniciẽ, quũ semel cœpit, labitur.

Labi etiam dicuntur ij, qui in lubrico imprimentes uestigia, ad terram feruntur: non cum ruina, sed lentius, inquit Valla, et cum aliqua mora.

Anguis labitur, pisces in aqua, muræna, & quicquid motu lubrico est, labitur.

Pennis labi. Virg. 4. Aeneid. 45.

Per æquora labi rate. Ouid. epist. 10.13.

Occultè labitur ætas. Ouid. 1. Amor. eleg. 10.

Frigus per ungues labitur. Ouid. 2. Metam. 165.

Gutta labitur ex oculis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.1.

Humor in genas furtim labitur. Horat. 1. Carm. ode 13.2.

Lachrymæ labuntur. Ouid. 2. Metam. 65.

Somnus labitur in artus. Ouid. 11. Metam. 127.

Tempora labuntur. Ouid. 15. Metam. 36.

Labitur is qui ad egestatem uergit iactura & infortunio. Cic. pro Rabirio. Equitem Romanum ueterem amicum suum nõ libidine, non turpibus impensis, sed experientia patrimonij amplificandi labentem excepit, corruere nõ siuit, fulsit, & sustinuit, re, fide, fortuna. Budæus.

Labi, Errare, falli, peccare. Cic. 1. de Fin. 26, Epicurus autem in quibus sequitur Democritum, non ferè labitur.

Quin labebar longius, nisi me retinuissem. Cicero de Legibus, 77. Per translationẽ dictum, pro Longius à proposito recedebam.

Labi in adulationem. Tacit. lib. 4.

In gaudia labi. Valer. 6. Argon. 133.

Labi imprudentia. Cic. pro Rabirio, 19.

Labi in imprudentiam. Varr. 3. de Re rust. cap. 2.6. Alia exemplaria habent, Ne labar imprudentia.

Errore labi. Modestinus in l. si alij. ff. de bonor. pos. secun. tab.

Labi mente, pro Delirare. Cels. de signis percussæ uulnæ, lib. 5. cap. 26.

Labuntur ad mollitiem mores. Cic. 2. de Leg. 62.

Labi in officio. Cic. 2. Tusc. 18.

Labi ad opinionem aliquam. Cic. 4. Acad. 249.

Labi in procliue. Cic. 4. Tusc. 63.

In uitium labier. Horat. 2. epist. 1.19.

¶ Labens, Participium (ὀλισθαίνω) Liu. 2. ab Vrbe 85, Labentibus super corpus armis.

Anni labentes. Virg. 2. Aeneid. 3.

Anni labentes tacito passu. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.6.

Caput labens leuat. Lucan. lib. 3.147.

Die labente quærit conuiuia. Virg. 4. Aeneid. 16.



Digitized by Google

Labente deinde paulatim disciplina, uelut dißidentes primo mores sequatur animo. Liu. 1. ab Vrbe, 6. in Præfat.
Miserere domus labentis. Virg. 4. Aeneid. 64.
Flumina labentia sub terras. Virg. 4. Georg. 73.
Ocellos labentes premit somnus. Prop. lib. 1. eleg. 10. 2.
Sidera tacito labentia cælo. Virg. 3. Aeneid. 103.
¶ Lapsus, Participium (ὀλισθημός) Cic. pro leg. Manil. 28, Itaq; omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeiũ, sicut ali quem nõ ex hac urbe missum, sed de cælo lapsum intuẽtur.
Per funem demissum lapsi. Virg. 2. Aeneid. 53.
Pede lapsus. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 15.
Lapsus spe, pro Frustratus. Cæsar 5. bel. Gallici.
Lapsus in uerba. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 2.
A uero ratione lapsus. Lucret. lib. 2. 36.
¶ Lacus (λάκκος) dicitur locus qui continet mustum prelo exprimendum, & transmittit, ut in dolia condatur. Colum. lib. 12. cap. 29, Antequam prelo uinacea subijciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eamq; oblinito, & impicato diligenter. Ouid. 4. Fast. 179,

Præmia de lacubus proxima musta tuis.

Lacus in ædificijs, Plana trabs uel tabulatum, quo tectorum ac camerarum superiora ornantur. Lucil. Resultantq; ædes q;, lacusq;.

Lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quæq; legumina ponantur. Colum. lib. 1. cap. 6. 8.

¶ Lacusculus, lacusculi, penultima correpta (λακκίδιον) Diminutiuum. Colum. lib. 12. cap. 50. 3, Oportet habere lacusculos tam multos, quàm postulabit modus oliuæ. Budæus, Lacusculi in horreis pensilibus in solo extructi ad reponendas oliuas.

Lacusculus, Foueola, inquit Budæus. Colum. li. 4. cap. 8, Quoniam si iuxta truncum radicem præcideris, aut ex cicatrice plures euascentur: aut hyemalis, quæ ex pluuijs consistit, in lacusculis ablaqueationis aqua brumæ congelationibus noua uulnera peruret, & ad medullam penetrabit. Ibidem, Prædicti lacusculi æquandi sunt.

¶ Lacuna, lacunæ, penultima producta (τρώγλη) Fossa, authore Seruio, in qua collecta aqua stare consueuit. Virgil. lib. 1. Georg. 24,

Vnde canæ tepido sudant humore lacunæ.

Salsæ lacunæ maris. Lucret. lib. 3. 210.

Vastæ lacunæ. Lucret. lib. 1. 23.

Lacuna, dicitur etiam fossa ad siccandos agros parata. Virgilius 3. Georgicorum, 37, Et totæ solidam in glaciem uertere lacunæ.

Bibulæ lacunæ. Stat. 4. Sylu. 3. 11.

Lacuna, etiam accipitur pro quacunq; fossula. Varro 2. de re Rust. cap. 7. 3, His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præter quàm quum dentes sunt facti brochi, & supercilia caua, & sub ea lacunæ, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sexdecim.

Lacuna in pauimento, pro loco sidente ponitur à Vitruuio, libro 7. cap. 1.

Lacunam rei familiaris explere. Erasmus, Lacunam explere, pro Sarcire damnum, non sine prouerbij specie dixit Cicero Actione 4. in Verrem, 96. Idem ad Atticum libro 12. 263. 1, Vide quæso ne quæ lacuna sit in auro. Hoc est, ne quid desit. Gellius lib. 1. cap. 3, Famæ lacunam, dixit pro macula: Minimáq; illa labes, & quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico utilitatum ratione soluitur. Quin & in libris mendum dicitur, quod deprauatum est: Lacuna ubi deest aliquid: illud eluitur, hæc expletur. Hactenus Erasmus. Budæus, Lacunam rei familiaris explere: id est, eximanitam rem familiarem redintegrare.

¶ Lacunosus, penult. product. Adiectiuum (τρωγλώδης) Lacunis & foueis plenus, neque æqualis. Cicero 2. de Natura deorum, 67, Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexas continet? quæq; nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Videtur eminens opposuisse lacunoso.

¶ Lacuno, nas, penultima producta (τρωγλόω) lacunare, Idem quod Stagnare, uel lacus aut lacunaria facere. Ouidius 8. Metam. 113,

Summa lacunabant alterno murice conchæ.

¶ Lacunatus, penultima producta (τρωγλωθεὶς) Participium, siue nomen ex participio. Plin. lib. 15. capite 10. 1, Intus exiles nucleos lacunatis includi toris: hoc est, foueatis (si ita

Digitized by Google

(si ita dicere licet) & depressis.

¶ Lacunar, pen. prod. lacunaris, neutri gen. (φάτνωμα) Diminutiuum à Lacus, accipitur pro Trabe. Sueton. in Nerone, Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina decíderent, parauit. Hoc etiam laquear & laquearium dicitur, per antistichon, id est, æquiualens elementum. Virg. 1. Aeneid. 147, — dependent lychni laquearibus aureis. Potius tamen lacunar, interstitium tignorum est, à similitudine lacuum. Hor. 2. Carm. ode 18. 1,

Non ebur, neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar. Cic. 5. Tuscul. 87, In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, seta equina aptum, demitti iussit.

¶ Lacunarius, Qui lacunas facit. Firmicus, libro 8. capite 21, Nona pars Geminorum si in horoscopo fuerit inuenta, operarios faciet, lacunarios, & perpetuo infelicitatis onere grauatos.

Lacydes] penultima producta (Λακύδης) Cyrenæus Philosophus nouæ Academiæ princeps, Arcesilæ auditor. Author Suidas. Huius meminit Cicero libro 4. Academic. quæst.

Lada] λάδον, appellatur herba ex qua Ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescens. Plin. lib. 26. cap. 8. 5. Item lib. 12. cap. 17. 2.

Ladanum] λάδανον. Vide Lada.

Ladas] Cursor fuit Alexandri uelocissimus. Mart. lib. 2, Hùc Ladam tanta fuisse aiunt pernicitate pedum, ac corporis leuitate, ut per puluerem uel arenam curreret, nullis pedum uestigijs apparentibus. Author Patritius de regno.

Ladon] Λάδων, Nomen canis Actæonis. Ouidius 3. Metamorph. 44,

Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon.

A fluuio Arcadiæ nomen sumpsit. nam à fluminibus etiamnum canes interdum cognominantur.

¶ Ladon, fluuius Arcadiæ, cuius filia fingitur Daphne fuisse. Ouid. lib. 1. Metam. 141,

Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerat.

Vndæ Ladonis. Stat. 9. Theb. 115.

Lædo] lædis, læsi, læsum (ἄτω, ἀλάω, λωβάω) lædere, Proprie est contumelia afficere. Sumptum à Græcis, qui ὕβριν contumeliam uocant. Transfertur tamen ad omne genus offensionis.

Lædere dicto uel facto. Plaut. Capt. 6, 53. Sic, Lædere aliquem iniuria. Cic. 4. Tusc. 32.

Contumeliosè aliquem lædere. Vide Contumelia.

Libere lædere. Vide Liber.

Amores lædere. Ouid. 4. Metam. 39.

Animum lento curarum frigore lædit. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 9. 5.

Contactu lateris leditur. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 5.

Lingua læsit eos. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 4.

Lædere famam alicuius: hoc est, Detrahere alicuius famæ. Cic. pro Cluent. 10.

Ferrum lædere rubigine. Virg. 2. Georg. 44.

Lædere ferro. Plin. lib. 12. cap. 25. 4, Balsamum ferro lædi uitalia odit. Id est, incidi.

Lædere fidem. Cæsar 6. bel. Gall. 34.

Fortuna iniqua ledi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 8.

Lædit me frigus. Virg. eclog. 10, 10,

— ah ne te frigora lædant.

Herbas morsu læsere iuuencæ. Ouid. 13. Metam. 197.

Lædere infamia. Quint. lib. 7. cap. 3. 24.

Lædere ludibrio, Irridere. Q. Metellus Cic. 5. 1. 1.

Lædit me. Cic. 4. Acad. 166.

Numina læsit. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 1.

Oculos lædere. Hor. 1. epist. 2. 8.

Lædi odore. Plin. lib. 17. cap. 24. 21.

Lædere os alicui. Terent. Adelph. 5. 4. 10, Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Id est, nullum præsentem lædere, inquit Donatus.

Lædere aliquem periurio. Cic. pro Cecin. 20.

Semina lædere ferro retuso. Virg. 2. Georg. 61.

Versu tristi lædere aliquem. Hor. 2. Serm. Satyr. 15.

¶ Læsus, Participium (ἀλάλημαι, λώβητος) ut, Læsus dente serpentium. Plin. lib. 28. cap. 3. 3.

Læuissimè læsus. Vide Leuis.

Crimine turpi læsus. Ouid. 2. Trist. 42.

Cor uulnere læsum. Ouid. 12. Metam. 85.

Læsa dignitas. Cic. pro Cluent. 93.

Fides læsa. Hor. 1. Carm. ode 33. 1.

Fœdus læsum. Virg. 12. Aen. 100.

Ingenium longa rubigine læsum. Ouidius 5. Tristit. eleg. 13. 4.

Pudicitia læsa. Ouid. epist. 5. 21.

Rebus succurrite læsis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 7.

Seges læsa grandine. Ouid. 5. Fast. 65.

Vestes læsæ. Ouid. 4. Fast. 165.

¶ Læsio, Verbale (ἀλήλημαι) Cic. 3. de Orat. 114, Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atq; execratio.

C. Lælius] γαῖος λαίλιος, Scipionis Africani summus amicus, sapiens à Romanis appellatus, ut ait Plutarchus in uita Tiberij & Caij, Gracchorum. De hoc multa apud Ciceronem.

Mitis sapientia Lælij. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 15.

Læna] læna (χλαῖνα) Nonius, Læna, uestimentum militare, quod supra omnia uestimenta sumitur. Virgilius 4. Aeneidos, 53,

— Tyrioq; ardebat murice læna. Vbi Seruius, Læna, genus uestis: est autem propriè toga duplex, amictus auguralis. Cic. de clar. Orat. 27, Qui cum Cos. esset, eodemq; tempore sacrificium publicum cum læna faceret, &c. Itaq; læna quæ & chlæna Græcis dicta est, pallijs superindui solebat hyberno tempore, quum etiam usus fuit in sacrificijs, & pal liorum cœnatoriorum uice. Vide Bayfium.

Demissa ex humeris læna. Virg. 4. Aen. 53.

Pertusa læna. Iuuen. Satyr. 5. 14.

Lænas] Cognomen Popiliorum à M. Popilio ad posteros propagatum, qui quum Consul esset, & læna amictus sacrificium publicum faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nuntiata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionem, seditionem cùm authoritate, tum oratione sedauit. Cicero de claris Orator.

Laertes] λαέρτης, Acrisij filius, & pater Vlyssis: à quo etiam Laertiades dictus passim apud poetas. Est item Laertes, apud Strabonem lib. 14. castellum in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbet: id stationem habet.

Senex Laertes. Ouid. epist. 1. 20.

¶ Laertius, Adiectiuum (λαέρτιος) ut, Heros Laertius, Vlysses. Ouid. 13. Metam. 25.

Regna Laertia. Virg. 3. Aen. 55.

¶ Laertiades, pen. corr. Patronym. (Λαερτιάδης) dicitur Vlysses Laertis filius. Ouid. ad Pisonem, 13,

Vim Laertiadæ, breuitatem uincis Atridæ.

¶ Lartidius: id est, Vlysseus. Cicero 7. ad Attic. Mirus est ῥυφάτης, Germanus Lartidius. Sensus est, Vlysses, qui Lartides uel Laertides erat, astutissimus & callidissimus ueterator habitus est: talem Philotimum dicere possum, & Lartidium, id est, Vlysseum appellare. Turnebus.



Digitized by Google

Laertius] *historicus, qui de Philosophorum uita scripsit.*
Læstrigones] *pen.corr.* (λαιστρυγόνες) *fuerunt, teste Mart. lib.7.in extremo Italiæ, uersus Siciliam, gentes feritate famosæ.Iuuen.Satyr.15.2.*

*Fingentem immanes Læstrygonas, atque Cyclopas.*

*Plin.circa initium libri 7.& Gellius lib.15.capite 21. Vide* Lestrigones.

Lætus] *læta, lætum* (σύφορος, σύφρων, σύθυμος) *Qui hilaritatem quam intus habet, etiam uultu ostendit. A latitudine mentis, ut quidam putant. nam qui gaudium aspecta promunt, dilatare quodammodo faciem uidentur. Virg. 4.Aeneid.49, Imperio læti parent.*

*Lætus est de amica. Terent. Adelph.2.2.44.*

*Lætus atque alacer, Humilis & demissus, contraria. Cicero 2.Verr.11.*

*Lætus lætitijs omnibus. Cic.2.de Fin.21.*

*Lætus in aduersis. Lucan.lib.8.26.*

*Iusto lætior. Virg.2.Georg.51.*

*Intexere læta tristibus. Vide* Intexo.

*Miscentur tristia lætis. Ouid.6.Fast.93.*

*Lætum, pro Fausto & fortunato. Plin.lib.8.cap.46, Sunt enim delubra gemina: alterum intrasse, lætum est: in altero, dira portendit.*

*Lætum prodigium. Plin.lib.11.cap.37.65.*

*Læta inanimata dicuntur, quæ aspectu homines lætificant. Plinius in Panegyr.150, Quibus edicto, quibus spectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit.*

*Aestas læta. Virg.3.Georg.64.*

*Dies lætus. Virg.1.Aen.148.*

*Clamor lætus. Virg.3.Aeneid.105.*

*Conuiua lætus. Hor.2.Serm.Satyr.6.23.*

*Frons parum læta. Virg.6.Aeneid.173.*

*Honor lætus. Virg.1.Aeneid.120.*

*Locus lætus, atque plausibilis. Quintilianus, libro 4. capite 3. 1.*

*Memoria læta. Tacit.lib.3.*

*Mentes lætæ. Virg.5.Aen.60.*

*Ore læto alloqui aliquem. Ouid.9.Metam.49.*

*Pectora lætissima. Ouid.epist.21.34.*

*Plausus lætus. Stat.6.Thebaid.179.*

*Pubes læta. Hor.1.Carm.ode 25.4.*

*Res lætæ. Virg.2.Aeneid.155.*

*Sedes lætæ. Hor.1.Carm.ode 10.4.*

*Victoria læta. Hor.1.Serm.Satyr.1.2.*

*Vrbes lætæ. Lucret.lib.1.51.*

*Vultus lætus. Ouid.10.Metam.1.*

*Læta segetes: id est, fertiles. Virg.1.Georg.1.*

*Ager lætus. Virg.1.Georg.21.*

*Arbusta læta. Lucret.lib.2.69.*

*Arua læta. Virg.1.Aen.149.*

*Fruges lætæ. Virg.1.Georg.14.*

*Genus lætum uitis. Virg.2.Georg.53.*

*Herbæ lætæ. Idem 1.Georg.68.*

*Legumen lætum. Virg.1.Georg.15.*

*Pabula læta. Virg.3.Georg.77.*

*Pascua læta. Hor.4.Carm.ode 4.3.*

*Prata læta. Senec.Herc.furen.9.17.*

*Sata læta. Virg.2.Aeneid.62.*

*Lætum solum. Colum.lib.4.*

*Vineta læta. Lucret.lib.2.232.*

*Armenta læta. Virg.3.Aeneid.44.*

*Læta indoles. Quint.lib.2.cap.4.*

¶ *Lætè, Aduerbium* (σύφρόνως) *Iucundè & hilariter: cui opponitur Seuerè. Quint.lib.8.cap.3, Concitatè dicere, an moderatè: lætè, an seuerè, &c.*

*Lætius fruticare, Lætius frondere: id est, huberius. Colum.lib.5.cap.9.9. Plin.lib.16.cap.31.4.*

*Lætius audere aliquid. Quint.lib.2.cap.4.*

¶ *Lætor, lætaris, lætari* (γηθέω, σύθυμέομαι, σύφραίνομαι, ἥδομαι) *gaudere, delectationem capere: sed extrinsecus. Cicero 2. de Diuinat.34. An Cn.Pompeium censes tribus suis Consularibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturũ fuisse, si sciret se in solicitudine Aegyptiorum trucidatum iri, &c.*

*Lætor utrunque: hoc est, de utroque. Cicero ad Marium, lib.7.1.2.*

*Gaudere & lætari. Cic.pro Sext.Rosc.Amer.81.*

*Lætor malorum. Virg.11.Aen.56, More Græcorum hîc habet genitiuum, teste Seruio.*

*Lætor hac re. Virg.6.Aen.114.*

*Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. Cicero 7.Verr.94.*

*Toto pectore lætor. Ouid.1.de Ponto, eleg.9.13.*

¶ *Lætans, Participium* (ἡδόμενος) *Cic.4.Tuscul.26, Voluptati maleuolentia, lætans malo alieno, delectatio, iactatio, &c. Alij legunt, lactans.*

*Lætanti animo. Cicero pro Cluentia, 20, Itaq; nubit Oppianico continuò Sassia, lætanti iam animo, & spe optima confirmata.*

*Pectus lætans. Catul.Argon.59.44.*

*Loca læta aquarum. Lucret.lib.2.69.*

¶ *Læto, lætas* (σύθυμέω) *lætare, Actiuum, antiqui dixerunt. Accius,*

*Et te ut triplici lætarem bono.*

¶ *Lætifico, lætificas, pen.corr.* (σύφραίνω, ἥδω, γανόω) *lætificare, Lætum facere. Cic.2.de Natura deorum, 147, Contrahit terram, tum uicissim lætificat, ut quum cœlo hilarata uideatur.*

*Gloria lætificat illum. Lucan.lib.3.10.*

*Lætificare terram, fimo iniecto aut re alia pinguefacere, fœcundare. Plin.lib.17.cap.83.*

¶ *Lætificus, pen.corr.* (σύφραντικὸς) *ut, Lætifica uites. Cic.1.Tusc.108. Ex antiquo poeta.*

¶ *Lætificor, penult.corr. lætificaris* (σύφραίνομαι) *lætificari, Deponens, Lætus fum. Plaut.Aul.29.15, Nunc eo alij lætificantur meo malo & damno.*

¶ *Lætisco, lætiscis* (γηθοσύνη) *lætiscere, Lætum fieri. Sisenna libro 4, Vtrumne dij cultu erga se mortalium lætiscant, an supernæ gentes humana negligant. Obsoletum.*

¶ *Lætitia, lætitiæ* (γηθοσύνη, σύφροσύνη, σύθυμία, σύθυμοσύνη) *Exultatio animi, quæ gaudio efferuentiore fieri solet, propter euentum rerum expetitarum. Cic.3.Tusc.27, Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse uideatur.*

*Plenus lætitiæ. Hor.de Arte, 87.*

*Dator lætitiæ Bacchus. Virg.1.Aen.148.*

*Tempora lætitiæ. Ouid.epist.15.2.*

*Insolens lætitia. Hor.2.Carm.ode 3.1.*

*Abundare lætitia. Vide* Abundo.

*Motus lætitiæ accipere. Lucret.lib.3.24.*

*Accipere cum lætitia. Vide* Accipio.

*Afferre lætitiam. Vide* Affero.

*Afficere lætitia. Cic.pro Milone, 58.*

*Auctus lætitia. Vide* Augeo.

*Carere lætitia. Cic. Post reditum ad Quirites, 1.*

*Capere lætitiam. Vide* Capio.



Digitized by Google

Conijcere in lætitiam. Vide Conijcio.
Contorquere iudicem ad lætitiam. Cic. 2. de Orat. 40.
Lætitiam dare, Præbere causam lætitiæ. Cicero pro Planctio, 83.
Efferri lætitia. Cic. pro Deiotaro, 17.
Excitari lætitia ad canendum. Cic. 2. de Diuin. 84.
Ingens exorta lætitia. Virg. 3. Aen. 20.
Expulit ex omni pectore lætitias. Catul. de Lesbia, epigramma. 71. 5.
Extollere lætitiâ. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 2.
Exultare lætitiâ in municipijs. Cicero ad Atticum, libro 14. 304. 3.
Exultans lætitia. Virg. 12. Aen. 141.
Facere lætitiam. Cic. 1. de Finib. 38.
Ferre lætitiam. Cic. Att. lib. 14. 8. 6.
Fremebant lætitia ludisq;. Virg. 8. Aen. 141.
Inceßi lætitijs omnibus repentè. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 2.
Lætitiæ mulcent hæc loca. Lucret. lib. 3. 29.
Percipere lætitiam. Cic. 1. de Orat. 97.
Perfrui lætitia. Cic. 1. in Catil. 18.
Prosequi aliquem lætitia. Quint. lib. 5. cap. 11. 29.
Repetere lætitiam conuiuij. Tacit. lib. 13.
Animus uiget lætitia. Lucret. lib. 3. 31.
¶ Lætabilis, & hoc lætabile, pen. corr. (σὺθυμητὸς) Lætitiæ dignum. Cic. 4. Tusc. 57, Is est sapiens quem quærimus, is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum uideri potest. Ibidem, lib. 1. 78, Quid habet ista res aut lætabile, aut glorioßum?
Factum cunctis lætabile. Ouid. 9. Met. 52.
¶ Lætandum (σὺθυμητέον) Cic. pro l. Manilia, 1, Atq; illud in primis lætandum mihi esse uideo.
¶ Lætitudo, penultima producta, lætitudinis, fœmin. gener. (περιχάρεια) Antiquum uerbum, idem significans quod lætitia. Accius,
Quanta in uenando affectus est lætitudine?
¶ Lætamen, pen. prod. lætaminis, n. g. (κόπρος) Fimus qui per agros iacitur, quòd eos lætos, hoc est, pingues faciat. Plin. libro 18. cap. 16. 2, Ipsumq; pro lætamine est:
Læua] læua, f. g. A Græco deducitur: quippe Græci λαιὰν, læuam dicunt: & significat sinistram manum. Festus, Læua sinistra, quòd eam Græci σκαιὰν dicunt: unde tractum cognomen Scæuolæ. Cic. 4. Acad. 260, Quum autem læuam manum admouerat, & illum, &c.
Comam implicuit læua. Virg. 2. Aen. 111.
Ad læuam, uel Ad læuam manum. Vide Ad præpositionem.
Petere læuam. Virg. 3. Aen. 113.
Læua petentibus, id est, euntibus ad læuam. Plinius libro 14. capite 6. 3.
Versi ad læuam. Liu. 1. ab Vrbe, 58.
Dextra montibus, læua Tyberi amne septus. Liuius 4. ab Vrbe, 141.
Læua pars & dextra. Cic. 4. de Fin. 60.
¶ Læuus, Adiectiuum (σκαιὸς) Sinistrum. Plautus Milit. 19. 24,
Habeo quidem hercle oculum. P Y. at læuum dico. Subaudi, latus, uel oculum.
Auris læua. Ouid. 12. Metam. 68.
Læuus homo, pro Sinistro & inepto. Hor. de Arte, 61,
—— ô ego læuus
Qui purgo bilem sub uerni temporis horam.
Ex humero læuo dependet. Ouid. 8. Metam. 64.
Radit iter læuum. Virg. 5. Aen. 36.
Latus læuum. Hor. 3. Carm. ode 26. 1.
Oculus læuus. Lucret. lib. 4. 61.
Dextera transmutare læuis. Lucret. lib. 2. 99.
Læuum, quum de humanis rebus loquimur, significat contrarium, stultum. Virg. 1. eclog. 4. & 2. Aen. 11,
Et si fata deûm, si mens non læua fuisset. Seruius.
Tempore læuo interpellare aliquem. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 1. hoc est, importuno.
Læuus, quum de cælestibus loquimur, prosperum significat. Virg. 2. Aen. 139,
Intonuit læuum. Quia sinistra numinum intuentibus dextra sunt. Idem 4. Georg.
—— siquem
Numina læua sinunt, auditq; uocatus Apollo.
Læuum lumen, Noxium. Virgilius 10. Aeneidos, 55. de Sirio. Seruius.
¶ Læuinus, Cognomen Valeriorum fuit, non ex eo, ut suspicatur Turnebus, quòd primus huius nominis sinistro læuoq; esset animo: sed quòd læua manu pro dextra uteretur, ut Scæua & Scæuola.
¶ Læuorsum, Sinistrorsum, inquit Festus.
Læuis] & hoc læue (λεῖος) Significat quòd tactu asperum non est: idq; authores dicunt inoffensum, lubricum, & tenerum, ut sunt oua uolucrum. Persius Satyra, 1. 9,
Tros Tullus exultat tibi per subsellia læuis.
Aspera mista læuibus. Lucret. lib. 2. 95.
Frons læuis. Virg. eclog. 6. 11.
Ora læuia. Tibul. lib. 1. eclog. 8. 7.
Pocula læuia. Virg. 5. Aeneid. 19.
Tigna læuia radere. Lucret. lib. 5. 255.
Vir læuior fœmina. Ouid. 3. de Arte, 88.
Læue, absolutè, pro Re læui, quale est marmor politum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7,
Externi nequid ualeat per læue morari.
¶ Læuitas, pen. corr. læuitatis (λειότης) Asperitati contraria. Martianus, Lunarem circulum ingressa Virgo conspicatur globosum quoddam, tenerumq; corpus è superni roris læuitate compactum instar speculi prænitentis. Plin. lib. 9. cap. 29, Hic læuo opposuit asperum. Idem lib. 2. cap. 3,
Læuitate continua lubricum corpus.
Læuitas intestinorum. Cels. lib. 4. cap. 16.
¶ Læuor, læuoris, m. g. (λειότης) Idem quod Læuitas, hoc est, complanatio, siue expolitio. Plin. lib. 13. cap. 12. 4, Spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, læuor. Idem libro 9. cap. 35. 8. Lucret. lib. 4. 113,
—— & item læuis læuore creatur.
¶ Læuigo, læuigas, penult. corr. (λειαίνω, ὁμαλίζω) læuigare Complanare, polire, quasi læua facere. Plinius, Sunt quidã in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. Varro 3. de re Rustic. capite 11. 2, Omnes parietes tectorio læuigantur, ne feles, alia ue quæ bestia introire ad nocendum posßit.
¶ Læuigatior, & hoc læuigatius. Macrobius, lib. 7. 7. Saturnal. capite 12, Quod & Læuigatius & spissius est. Faciliora enim ad coeundum uidentur, quæ læuigatiora densatioraq; sunt.
¶ Læuo, læuas (λειαίνω) idem quod læuigo. Statius, libro 1. Thebaid.
Pars teretes læuare manu, ac disponere mensas.
Celsus, Læuat quæ exasperata sunt.
¶ Læuatus (λειωτὸς) læuatior, læuatissimus. Gellius libro 17. cap. 8, Ad coeundum ideo uidentur faciliora, quæ læuatiora, læuiaq; sunt.
Laganum] lagani, penult. corr. (λάγανον) Acron, Laganà sunt quædam quasi membranulæ ex farina & aqua, quæ

iure pingui cocta, ex caseo, pipere, croco, cinnamomoq; condita in cibis dantur. Vide Lachana.

Catinus lagani. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 23.

Lagari] λάγαροι, uersus dicuntur, qui in medio claudicant pede: sicut myuri, qui postremo: & acephali, qui à breui syllaba incipiunt. Ex Athen.

Lagena] lagenæ, penultima producta (λάγυνος) Genus uasis testacei, non tam ad aquam quàm ad uinum, & alios humores continendos accommodatum. Plautus Curcul. 2. 78,

Quasi tu lagenam dicas, ubi uinum solet Chium esse.

Mart. lib. 1. 152,

Et nigri Syra defruti lagena.

Signum læsum lagenæ. Hor. 2. epist. 2. 27.

Catenata lagena. Vide Catena.

Sitiens lagena. Pers. Satyr. 3. 10.

Vapida lagena. Pers. Satyr. 6. 2.

¶ Laguncula, pen. corr. Diminutiuum (λαγυνίδιον) Parua lagena. Cic. Attic. lib. 6. 112. 6, In his inuentæ sunt quinq; lagunculæ matronarum, in quibus, &c.

Laguncula paruula. Plin. epist. 30. 4.

Lageos] pen. prod. f. g. (λάγνος) Vua quæ Latinè leporaria dicitur. Virg. 2. Georg. 19,

Et passo psithia utilior, tenuisq; lageos
Tentatura pedes olim, uincturaq; linguam. Seruius.

Lagois] pen. prod. f. g. Auis quæ leporinas habet carnes. Nã λαγὸς apud Græcos, lepus est.

Lagois, genus piscis. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 5,

Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagopus] pen. prod. Lagopodis, pen. correp. (λαγώπους) Auis quæ in Alpibus uisitur, de qua Plinius lib. 10. cap. 48. 2. Mart. lib. 7. 86,

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

Lagopus, Herba, à pedis leporis similitudine dicta. Plinius lib. 28. cap. 8. 10.

Lagophthalmus] Genus mali est apud Celsum, quoties in aliqua curatione plus æquo excisa cute, uel alia causa euenit, uti oculus non contegatur. A' leporibus dictum, quia apertis oculis dormire consueuerunt, quum superior palpebra non descendit: cui uitio contrarium est ectropium. Corruptè legitur apud Celsum lib. 7. glaucophthalmos, pro lagophthalmos. Hæc ex Hermolao.

Laguncula] Vide Lagena.

Lagus] Vide in dictione Ptolemæus.

Lagyges] populi sunt Sarmatiæ. Perottus.

Lagyra] Ptolemæo libro 3. capite 6. urbs est Tauricæ Chersoneſi.

Laicus] pen. corr. Adiectiuum (λαϊκὸς) Budæus, Profani dicti sunt, qui sacris initiati non erant. quod Virg. 6. Aen. significat, quum inquit,

— procul ô procul este profani,
Conclamat uates.

Nunc laicos uocamus, quasi populares. Laicũ enim uulgò attrectabile significat: sicut sacrum dicitur & sanctum, cuius tactu populo interdictum est. Sic accipiuntur laici panes, 1. Regum capite 21. ad sacrorum differentiam. Et Ezechielis ultimo.

Lais] λαΐς, Corinthia meretrix, ob elegantiam, uenustatemq; formæ grandem pecuniam demerebat: conuentusq; ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neq; admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat: poscebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc ait Phocion natum esse illud frequens apud Græcos adagium, οὐ πάντες ἀνδρὸς εἰς κόρινθον εἰσ' ὁ πλοῦς. quod expressit Hor. lib. 1. epist. 18. 8,

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Quòd frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod poscceretur. Hæc Gellius capite 8. libro 1. Vbi plura.

Multis Lais amata uiris. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 3.

Laius] λάϊος, Thebarum rex, Labdaci filius, & Oedipi pater ex Iocasta Creontis Thebani filia. Bocatius.

Laletania] Hispaniæ regio: inde Laletani, populi: & Laletamon uinum, magis copia quàm bonitate laudatum. Plin. lib. 14. cap. 16.

Lalisio] lalisionis, masc. gen. (λαλισίων) Pullus est onagrorum. Mart. lib. 13. 97,

Quum tener est onager, solaq; lalisio matre, &c. Plin. lib. 8. cap. 44, Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui pullis eorum ceu præstantib. sapore Africa gloriatur, quos lalisiones appellant.

Lallo] lallas, lallare, antiquum uerbum, Est (ut inquit Murmelius) lac sugere: uel, ut alij uolunt, lentè lac trahere, aut blandè loqui, more infantium. Pers. Satyr. 3. 2,

Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas? Hieronymus accipere uidetur de nænia nutricum, quam infantibus occinunt, potißimùm quum somnum eis conciliant. Verba Hieronimi sunt: Forsitan & laxis uberum pellib. mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammæ lallare congemiuet. Alij uocem esse, qua nutrix ad lactandum inuitet, aiunt. Nobis Gallis inde La uox adhortantis est.

¶ Lallus, Deus fuisse uidetur, qui præesse nenijs illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. Nulla enim litera est quã facilius sonẽt pueri, quàm lambda: quin etiam eius frequentia somnum inducebant. Ausonius de filio Probini,

Nutricis inter lemmata
Lalliq; somniferos modos. Turnebus.

Lama] lamæ (τενάχη) Aquæ collectio est, inquit Festus.

Lambero] ras, rare, Est, inquit Festus, scindere atq; laniare. Plautus Pseudolo,

Euge pellepide charine, me meo ludo lamberas. Sic enim ex schedis ueteribus restituit Turneb. Verberari autem & uapulare suo ludo seruus dicit: eiusdem enim appetitur iocis, quibus lacessiuerat.

Lambo] lambis, lambi, lambitum (λιχμάω, λάπτω, λάπω) secundum Priscianum, lambere, lingere, lingua aliquid suauiter tangere, ut solent canes bibentes. Lucilius Satyr. 23,

Iucundaq; puer qui lamberat ore placentas. Hieronymus in lib. Iudicum, cap. te 7. lambuerunt, dixit. Cicero 5. Verr. 22, Volusij aruspicis & Cornelij medici, & horum canum, quos tribunal meum uides lambere. Hìc per translationem.

Lambere cibos. Colum. lib. 8. cap. 17. 10.

Lambunt muscæ. Mart. lib. 14. 72.

Lambere, Tangere. Virg. 3. Aen. 115,

Attollitq; globos flammarum, & sidera lambit.

Lambere, Leniter fluere. Hor. 1. Carm ode 22. 2,

Vel quæ loca fabulosus lambit Idaspes.

¶ Lambito, lambitas, pen. corr. lambitaui, lambitatum, lambitare, pen. prod. Frequentatiuum. Solinus cap. 25, Aegyptij canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

Lambotus] fluuius est Africæ apud Strabonem.

Lambrus] λάμβρος, Fluuius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, ut ait Plin. libro 3. capite 16. & 19. A' quo

¶ Lambrani, dicti sunt accolæ (λαμβρανοὶ) Suet. in Cæsare,

Digitized by Google

re, Per Lambranos & Transpadanos duxit.

Lamella] Vide Lamina.

Lamentor] lamentaris (ἀιάζω, θρηνέω, κωκύω, ὀλύρομαι, ὀλοφύρομαι) Lamentari, uoce querula, tristiq; oratione damnum ac dolorem testari, authore Valla lib. 5. Cic. de Oratore, 127, Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset. Terent. Andr. 1.1.94,

Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Visa est.

Conqueri aduersam fortunam, non lamentari decet. Pacuuius apud Ciceronem, 2. Tusc. 88.

Lamentari, Lamentatione dignum aliquid monstrare. Cicero 1. Tusc. 119, Nam hæc quidem uita mors est, quam lamentari possem, si libéret.

¶ Lamentatus, participium (ὠδυρμένος) ut, Fata diu lamentata. Silius lib. 13. 144.

¶ Lamentatio, Verb. (θρῆνος, ὀδυρμός) Aegritudo cum eiulatu, ut docet Cic. lib. 4. Tusc. 29. & lib. 1. 48, Sed illa lugubris lamentatio, fletusq; mœrens, ex eo est, quòd, &c.

Mœsta lamentatio. Seneca Hippol. 7. 4.

¶ Lamentarius, Adiect. (θρηνώδης) quod ingerit lamentationem. Plaut. Capt.

Quæ ædes lamentariæ mihi sunt. Antiquum.

Lamentabilis, & hoc lamentabile, pen. cor. (μεμπτός) Dignum lamentatione. Virg. 2. Aeneid. 1,

Troianas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai.

Carmen lamentabile. Stat. 5. Sylu. 3. 1.

Lamentabilis comploratio. Liu. 3. ab Vrbe, 196.

Decus lamentabile. Stat. 11. Thebaid. 33.

Lamentabilia funera. Cic. 2. de Legib. 100.

Lamentabilis gemitus. Cic. 2. Tusc. 97.

Regnum lamentabile. Virg. 2. Aeneid. 1.

Lamentabili uoce deplorare. Cic. 2. Tusc. 56.

¶ Lamenta, fœminini generis apud ueteres, pro Lamentatione. Pacuuius Hermiona,

Lamentas fletus facere compendi licet. Nonius.

¶ Lamentum, lamenti (κώκυμα) Ipsa lamentatio. Cic. de Senect. 66, Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum, lamẽtisq; uacare. Idem pro Milone, 65, Sine cantu, sine exequijs, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere.

Dedere se lamentis. Vide Dedo.

Tecta fremunt lamentis gemitusq;. Virg. 4. Aeneid. 134.

Lamiæ] λαμίαι, mulieres quæ strygum instar, infantium sanguinem sugunt, siue ipsæ stryges. Hor. 1. Carm. ode 36. 2,

Neu pransæ lamiæ puerum uiuum extrahit aluo. Lamiæ dicebantur nobili familia ortæ. Erat enim Romæ quædam familia nobilis Aeliorum, à Lamo Antiphatis patre, & Lestrygonum rege, qui Formijs regnauit, ortum habens. Philostratus in Apollonio ait, Lamias à quibusdam laruas appellari, & lemures, esséq; ad amorem & Venerem propẽsas: & carnes humanas, maximeq; formosorum esurienter appetere, quæ libidinis cupiditate alliciant eos quos postea cupiant deuorare. Vnde & Lamiæ cognomen nobilibus inditum est, quod uulgò Lamium genus uocabatur. Horatius 3. Carmin. ode 17. 1,

Aeli uetusto nobilis ab Lamo Lamia etiam insignis meretricis nomen fuit. Et Lamia, animal est, faciem prætendens muliebrem, ab inferiori parte pedes equinos habens.

Lamina] pen. cor. (ἔλασμος) Vide Bractea. Liu. 3. bel. Pun. 93, Etiam tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto, Manitium pro militibus, qui, &c. Cicer. 2. de Legib. 92, Ad eam quum lamina esset inuenta, & in ea scriptum, Domina Honoris, ea causa fuit ædis huius dedicandæ.

Pulsa lamina. Ouid. 11. Metam. 25.

Mollis lamina. Ouid. de Nuce, 19.

Leuis argenti lamina. Ouid. 2. Fast. 42.

Ensis lamina difiluit. Ouid. 5. Metam. 35.

Laminis & clauis religare. Cæsar 2. bell. Ciuil. 39.

Laminas candentes admouere. Cic. 7. Verr. 127.

Laminæ, quarum mentio apud M. Tullium 7. Verrin. ferreæ uelut crustæ erant, quæ candefactæ admouebantur noxiorum corpori. Prudentius,

Nec si iusta laminis ardet cutis,
Vt febris atro felle uenas exedit. Monuit Turnebus.

¶ Lamna, pro lamina (ἔλασμος) apud Horat. in Carminibus legitur lib. 2. ode 2. 1. ad Salustium,

Nullus argento color est auaris,
Addito terris inimice lamnæ
Crispe Salusti: nisi temperato
Splendeat usu.

Vbi Porphyrio, Lamnam pro rudi & infabricata materia posuit: per quod signat non libenter habere absconditas & sine usu pecunias.

Audiuit sonitum crepitante lamna. Senec. Agamem. 9. 10.

¶ Lamina putamen illud quod in nuce discriminat partes nuclei. Vide Dilamino.

¶ Lamella, lamellæ, Diminut. (ἐλάσμιον) Vitruuius lib. 7. cap. 3, Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca de Breuitate uitæ, Maiorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

Lamium] Vrticæ genus, de quo Plin. lib. 21. cap. 15. 9, Quæ innoxia est morsu carens, lamium uocatur.

Lamius] Mons est Ioniæ, notus fama Endymionis: à quo & ipse Endymion Lamius est dictus. Ouid. 3. de Arte,

Lamius Endymion non est tibi Luna rubori. Quidam legunt Latmius.

Lampas] lampadis, pen. corr. f. gen. (λαμπάς, λαὶς, λαλὸς, λαὸς, φανὸς) Græca dictio, quæ lychnum pẽsilem significat: in accusatiuo, lampada facit. Virg. 9. Aen. 107,

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Terent. Adelph. 5. 7. 9,

Missa hæc face, hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas. Colum. lib. 12. cap. 18, Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt.

Aenea lampas. Iuuen. Satyr. 3. 28.

Clara lampas. Stat. 10. Thebaid. 23.

Coruscis lampadibus densum funale. Ouid. 12. Metam. 50.

Igniferæ lampades. Lucret. lib. 2. 5.

Vacant igne lampades. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 12.

¶ Lampada, lampadæ, pen. corr. ab accusitiuo lampada.

¶ Lampas, Genus facis in aere. Plin. lib. 2. cap. 26. 3, Duo genera faciũ: lampades uocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis uisum est. Vulgus faces ardentes uel lanceas ignitas uocat.

¶ Lampas, pro luce, uel splendore: ut Lunaris lampas. Stat. 10. Theban. 56.

Phœbea lampas. Virg. 4. Aeneid. 2.

Rutilantem attollens lampada Titan. Silius lib. 12. 130.

Dies orta lustrabat terras lampade. Virg. 7. Aeneid. 30.

¶ Lampada cursu tradere, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, Partes suas quasi successione in alium atq; alium transferre. Lucret. lib. 2. 16,

Et quasi cursores uitai lampada tradunt. De animantibus agit, quæ successione propagantur, uita per uices ab alijs in alia transfusa. Eodem pertinet Persianum illud Satyr. 6. 8,

Qui prior es, cur me in decursu lãpada poscis? Erasmus.

Lampetia] λαμπετία, fuit Solis filia ex Neæra, sororq; Phætusæ. Hæ transeunte Vlysse armenta custodiebant: ut uidebimus in dictione Phætusa.

Lampetra] lampetræ, penult. corr. (μύραινα) Piscis genus, à lambendis petris nomen sortiens. Hunc piscem nonnulli murenam uocant. Sipontinus. Vide Mustela.

Lampetus] pen. prod. Soror Phaetontis in arborem mutata. Seruius.

Lampeus] mons est Arcadiæ, teste Plinio lib. 4. cap. 6.

Lampia] pen. prod. (λαμπία) fluuius est Arcadiæ, cuius meminit Statius lib. 4. Thebaid.

Cadensq; iugis Lampia niuosis. Est item oppidum Arcadiæ, eiusdem nominis apud Lactantium.

Lampon] Panchates, Pelorus, Camphasus, nomina sunt equorum apud Silium. de Lampone scribit hoc modo,

Euolat ante omnes, rapidoq; per aera cursu
Callaicus Lampon fugit, &c. Interpretatur Candidus uel Splendidus. Fuit & Lampon, sacrificus uates, per anserem uelut auem auguralem iurare solitus. Erasmus in prouerbijs.

Lampsacius] filius fuit Cilicis, eiq; successit in regno, ut author est Paulus & Theodontius, antiquissimi scriptores apud Bocatium lib. 2. cap. 48.

Lampsacum] pen. cor. (λάμψακος) antè Pityusa uocata, ciuitas est Bithyniæ in Hellesponto: nomen à splendore tractum. Nam λάμπω, idem est quod splendeo. Strabo urbem clarissimam nobili portu esse ait, & templo Matris deûm insignem, lib. 13. Vide Cic. 3. Verr. 42.

¶ Lampsacenus, pen. prod. Adiect. (λαμψακηνός) Vnde Caron historicus, & Adimanthus, & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni fuêre. ipsum etiam Epicurum Lampsacem dicunt diu Lampsaci uersatum.

¶ Lampsacius, Idem quod Lampsacenus. Mart. lib. 11. epigrammat. de Titio,

Tanta est quæ Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciæ colunt puellæ.

¶ Lampsacius uersus, pro salaci & impudico. Mart. lib. 11. epig. 17. ad Lectores,

Nam mea Lampsacio lasciuit pagina uersu.

Lampsacus] pen. corr. f. g. Idem quod Lampsacum. Valer. Flac. lib. 2. Argon. non procul à fine,

—transmissaq; puppi
Lampsacus, &c.

Lampyris] pen. prod. huius lampyridis, f. g. (λαμπυρίς) Genus uermis, de quo Plin. lib. 11. cap. 28. 3.

Lamus] Equus generosus apud Silium,

Tum Lamus & Sicoris proles bellacis Ilerdæ.

Lamytus] Lacertorum genus. Plin. lib. 32. cap. 11.

Lamytus] filius fuit Herculis ex sole Euryti regis filia. Boc.

Lana] lanæ (ἐρία, ἔριον, ἔριον, ἔριθος, λάχνη, μάλλος, ταλάσιον) quid sit, manifestum est. Hanc à laniando dictam putãt quidam. Laniare enim, scindere est. scinditur enim nunc lana, quæ uelli quondam solebat. Cic. 2. de Orat. 154, Quando ad me uenis cum tua colu & lana? Ex quodam poeta.

Globi lanæ. Horat. 1. epist. 13. 3.

Mollis lana. Virg. 2. Georg. 24.

Pectita lana. Vide Pectitus in Pecto.

Sordida lana. Ouid. 2. de Arte, 45.

Succida lana. Iuuen. Satyr. 5. 3.

Tincta murice lana. Ouid. 1. de Arte, 50.

Tonsæ lanæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.

Carpere lanam. Vide Carpo.

Ducunt lanas, aut stamina pollice uersant. Ouid. 4. Met. 7.

Rudes lanas excolere. Ouid. 2. de Arte, 44.

Facere lanam. Lucret. lib. 5. 272.

Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno. Virg. 2. Georg. 93.

Rudem primos lanam glomerabat in orbes. Ouid. 6. Met. 4.

Albentes inuertere lanas murice. Silius lib. 16. 114.

Niueam pensis inuoluere lanam. Claud. 1. in Eutrop. 56.

Medicata lana fuco. Horat. 3. Carm. ode 5. 6.

Varios discet mentiri lana colores. Virg. eclog. 4. 9.

Lanam mollire. Ouid. 3. Fast. 164.

Bibulas tingebat murice lanas. Ouid. 6. Metam. 2.

Trahere lanam. Iuuen. Satyr. 2. 6.

De lana caprina rixari. Horat. 1. epistol. 19. 3. Vide Adagia Erasmi.

¶ Lana non tantùm de ouibus dicitur, sed de alijs etiam quibusdam animalibus & arboribus. Vlpian. in l. si cui lana. §. lana leg. ff. de legatis & fideicom. 3, Lana legata etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri, & de ligno, quam Græci ξυλόδυλον appellant.

¶ Lanula, lanulæ, pen. cor. Diminutiuum. Celsus lib. 7. cap. 27. 1, Tenues q; carunculæ lanulis similes.

¶ Lanarius, substantiuum (ἐριοκόμος) Qui lanam curat. Plaut. Aulul. 19. 36,

Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

¶ Lanaris, & hoc lanare, pen. prod. (ἐριοκόμος) Quod lanam gerit. Varr. 2. de re Rust. cap. 9. 1, Nos qui pascimus pecus lanare.

¶ Lanatus, pen. prod. Adiectiuum (λαχνήεις) Quod lanam habet: ut Lanatum pecus. Columel. libr. 11. cap. 2. 24. & lib. 7. cap. 3. 2, Lanatæ oues.

Lanatæ pelles. Colum. lib. 6. cap. 2. 2.

Lanatæ uites, Amineæ dictæ, quòd canescant lanugine. Colum. lib. 3. cap. 2. 16.

Lanatiore canitie folia. Plin. lib. 21. cap. 20. 10.

¶ Laneus, Adiect. (ἐρεός) Quod ex lana est. Plaut. Mil. 16. 41,

—caucasiam
Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam.

Insula lanea. Virg. 3. Georg. 98.

Laneum latusculum, id est, latus mollissimum. Catull. ad Thallum, 22. 2.

Laneum pallium. Cic. 3. de Nat. deor. 120.

Lanea tracta, pro laneis licijs, uel laneis pannis, uel potius pro lanæ glomis reperimus. Varro, etiam suis manib. Lana tracta ministrasset, infectori. Turnebus.

Vitta lanea. Propert. lib. 3. eleg. 6. 6.

¶ Laneus lupus, Piscis. Mart. lib. 13. 89,

Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui. Lupum piscẽ uocat laneum, ob uicinos montes Euganeos: circa hos enim Timauus in mare effunditur, abundantes pecore lanas mollissimas ferente.

¶ Lanicium, lanicij (ἐριουργία) dicitur, sicut à fuga effugium, teste Seruio. Virg. 3. Georg. 77,

Si tibi lanicium curæ, primum aspera sylua. Plin. lib. 6. cap. 17. 5, Primi sunt hominum, qui noscantur, Seres, lanicio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.

¶ Lanificium, lanificij (ταλασιουργία) Lanæ opificium. Colum. lib. 12. in Procem. 7, Nunc uerò quum pleræque sic luxu & inertia defluant, ut ne lanificij quidem curam suscipere dignentur.

¶ Lanificus, pen. corr. (ἐριουργός, ταλασιουργός) Qui lanæ artem exercet. Martial. lib. 6. 58,

Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos uox habet ista deos.

Artis lanificæ doctissimus. Claud. 2. in Eutrop. 77.



Digitized by Google

Manum lanificam imponere pensis. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 2.
Lanificus, cum genitiuo: ut, Lanificus stamînis. Iuuen. Satyr. 12. Potest tamen & aliter construi.
¶Lanifer, Adiect. penult. corr. (ἐριοφόρος) Quod lanam fert. Plin. lib. 13. cap. 14. 2, Aethiopia Aegypto contermina insignes arbores non ferè habet, præter lanigeras. Vide Lana.
¶Laniger, pen. corr. Adiect. (ἐριοφόρος) Idem. Plin. lib. 12. cap. 10. 1, Eiusdem insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum.
Effœtus laniger annis. Ouid. 7. Metam. 63.
Greges lanigeros agitare. Virg. 3. Georg. 58.
Oues lanigeræ. Virg. 3. Aeneid. 132.
Pecus lanigerum. Accius apud Cicer. 1. de Diuinat. 79.
Pecudes lanigeræ. Virg. 3. Aeneid. 129.
Vellus lanigerum. Ouid. epist. 17. 29.
¶Lanosus, pen. prod. (δασύμαλλος) Lana abundans. Colum. lib. 7. cap. 3. 6, Eliges bimam uasti corporis, ceruice prolixa, prolixi uilli, nec asperi, lanosi & ampliuteri. Vide Lana.
Lanaria] lanariæ (σφάθιον) Herba. Plinius lib. 24. cap. 18. 1, Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit. Vulgus cotonariam uocat: quæ eadem est cum gnaphalio Dioscoridis.
Lanaris, Lanarius, Lanatus] Vide Lana.
Lancea] lanceæ, à latitudine ferri dicta est, uel quia Græcè ἀλόγχη τῆς λόγχης dicitur: Teli genus longissimum. Hispanica dictio est, non Latina: ut Gell. ait. lib. 6. cap. 30. ex Varrone. Hanc olim Luculli luculleam appellarunt. Festus, Lancea à Græco dicta, quam illi λόγχην uocant: λόγχη enim hasta, & λογχόται satelles. Plin. lib. 15. cap. 30. 6. Tacit. Discissam fluitantemq; testudinem lanceis, contisq; testantur, donec dissecta compage scutorum exangues prosternerent.
Fœlix lancea. Lucan. lib. 6. 38.
Lancea (λόγχη) Id est, spiculum uenabuli uel iaculi, inquit Budæus.
¶Lanceatus, pen. prod. (λογχωτὸς) Lancea armatus.
Lanceatus, Ictu lanceæ necatus. Firmicus, Quicunque habuerunt horoscopum in XXI. parte Tauri, lanceati moriuntur.
¶Lancearius, lancearij (λογχοφόρος) qui lanceam gerit. Bud. Lancearij sunt ex Tranquillo, qui nunc uulgò picarij, id est, spicularij dicuntur.
Lancino] lancinas, pen. corr. (θυνάω) lancinare, Ferire, lacerare. Plin. lib. 11. cap. 34. 2, Est & uolucre canibus pecudisse suum malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morsu non queunt.
Bona paterna lancinata sunt. Catul. in Iulium Cæs. 27. 4.
Laneus] Vide Lana.
Langa] langæ, Genus animalis, quod alij languriam uocant, quam dicunt circa Padum inueniri. Plin. lib. 37. cap. 2. 20, Alij dixêre langurium, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas uocat easdem, & circa Padum ijs uitam affirmat.
Langia] pen. prod. Fons est in Nemea sylua Arcadiæ, ut indicat Statius lib. 4. Thebaid. Ex hoc refectus fuit Argiuus exercitus ad Thebas uadens, quum grauiter sitisset.
Languor] languoris, m. gen. (παραλυσία, παράνοις, μελαγχολία, νωθρότης) Propriè est defectus uirium, & succi naturalis.
Aquosus languor, Hydrops. Horat. 2. Carm. ode 2. 3.
Discedit languor à corpore. Ouid. epist. 19. 1.
Perpetuus corpora languor habet. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 5.
Inficere animum languore. Vide Inficio.
Peresus multis languoribus. Catul. in Camerium, epigr. 51. 7.
Molli languore solutus. Ouid. 11. Metam. 130.
Membra soluta languore, Ouid. 11. Metam. 123.
¶Languor ad animum quandoq; transfertur, pro Debilitate, defectu, torpore, inertiáq;. Cic. lib. 1. Offic. 173, Nihil autem magis cauendum senectuti, quàm ne languori se desidiæq; dedat. Idem ad Att. lib. 14. 304. 3, Vides languorem bonorũ.
¶Languor, Lassitudo. Plaut. Asin. 11. 28,
Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo.
¶Langueo, langues, langui (ἀδυνέω, ὀλιγοδρανέω) languere, Deficere, infirmum esse, dissolui, ut Languens uox. Cicero 1. Offic. 186.
Artus confecti languent. Lucret. lib. 3. 193.
Corpora languent tristi morbo. Virg. 4. Georg. 51.
Cor languens. Catull. Argon. 59. 20.
Gratia languens. Silius lib. 17. 73.
Ictus languens. Lucan. lib. 3. 138.
Nimbosum languet iubar lunæ. Stat. 12. Theb. 61.
Manu languenti tenere aliquid. Ouid. 12. Metam. 64.
Membra languentia. Lucret. lib. 6. 160.
Vires in corpore languent. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 1.
Languere è uia. Cic. 1. Philipp. 8.
¶Languere, Timidum esse. Salust. Si paulum modò uos languere uiderint, iam omnes feroces aderunt.
Incitat languentes uis sonorum, & excitatos languere facit. Cicer. 1. de Legib. 61.
¶Languere, Ociosum esse. Cic. in Pisonem, 65, Nec despero tamen (quanquam languet iuuentus, nec perinde atq; debeat, in laudis & gloriæ cupiditate uersetur) futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer, Consularibus spolijs nudare non nolint.
Languere ocio. Cic. 1. de Nat. deor. 12.
¶Langueſco, langueſcis (παραλυμαίνω, ἀπομαραίνω, νωθρεύω) langueſcere, Languore confici. Virg. 9. Aen. 88,
Purpureus ueluti quum flos succisus aratro
Langueſcit moriens. Cic. 4. de Finib. 107, Hebes acies est cuiplam oculorum, corpore alius langueſcit.
Lumina langueſcunt morte. Catull. Argon. 59. 38.
Langueſcere, Inualidum, tepidum, seu ociosum fieri. Cic. in Catone, Orator metuo ne langueſcat senectute.
Langueſcit cupido: hoc est, minuitur. Plin. epist. 173. a.
Langueſcente colore in luteum. Plin. lib. 27. cap. 13. 1.
¶Languidus, pen. cor. Adiectiuum (νωθρὸς, ἀμαυρὸς) Quod lãguet. Plin. epist. 190. b, Quum iam satis ille primus impetus deferbuisset, & languidior in dies ira ad iusticiam redisset.
Languidus uino, uigilijsq;. Cic. 5. Verr. 25. & in Catil. 32, Vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti.
Aura languida. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 1.
Languida authoritas patrum facta est. Plinius libro 15. capite 29. 4.
Languida cassis. Martial. lib. 5. 25.
Ceruix languida. Stat. 10. Thebaid. 60.
Languido colore herba in candidum uergente. Plinius libro 12. capite 12. 2.
Languidulæ coronæ. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Conuiua languidus. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 8.
Languidus pulsus, ictus, cui Creber opponitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 85. De pulsu arteriarum.
Languidus ignis. Plin. lib. 34. cap. 8. 29.
Lamina languida. Catull. Argon. 59. 44.
Tarda & languida pecus ad pastum. Cic. 2. de Finib. 66.
Quies languida. Virg. 12. Aeneid. 180.
Semina nequitiæ languidiora facit. Ouidius 3. Amorum, eleg. 4. 2.
Languidus succus. Plin. lib. 9. cap. 41. 2.
Vina languidiora facit. Ouid. 3. Carm. ode 21. 2.
Alienior & languidior homo. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 2. 26.

¶Languidè

¶Languidè, pen.cor. Aduerb. (νωθρῶς) Cunctanter, negligenter, otiosè. Colum. lib. 11. cap. 1. 15, Hoc igitur custodire oportet uillicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæs. 7. bel. Gall. 112.

¶Languidulus, pen. corr. (ὑπονωθρός) Diminutiuum: ut, Somni languiduli. Catul. Argon. 59. 66.

Langurium] *langurij, electri species, ex langis siue langurijs factum.* Plin. lib. 37. cap. 2. 20.

Lanicium, Lanifer, Lanificium, Lanificus, Laniger] Vide Lana.

Lanius] *lanij, uel Lanio, lanionis, m.g.* (λειτουργός, λειτωπώλης) Qui carnes in carnario uendit, A' laniandis pecoribus quòd eas concîdat, lanietq; Terent. Eun. 2. 2. 25,

Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarij, cetarij, lanij, coqui. Mart. lib. 6. 64,

Omnia crudelis lanius per compita portat.

¶Laniena, lanienæ, penult. prod. (λειτωπώλιον) Officina in qua fiunt & uenduntur carnes. Plaut. Epid. 5. 16,

Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias.

¶Lanea, laneæ, idem quod Laniena. Liu. lib. 4. Decad. 6. 65, Laneasq; & tabernas coniunctis in publicum emit.

¶Lanignus, Adiectiuum: ut ab abiete abiegnum, à larice larignum, sic à lanio lanignum, pro lanionio ueteres formarũt. Varro, Hoc interuallo primùm forensis dignitas creuit, atq; ex tabernis lanignis argentariæ factæ. Hæc ex Nonio sumpta sunt.

¶Lanionius, Adiect. (λειτουργικὸς) Quod ad lanium pertinet. Vnde Lanioniæ mensæ, in quibus scinditur caro. Sueton. in Claudio, Carnificem statim accîri cum machæra, mensaq; lanionia flagitauit.

¶Lanio, lanias (ἀμύσσω, σαφύσσω, κνάπτω) laniare, Discindere. Liuius 9. ab Vrbe, 4, Placari nequeant, nisi hauriendum sanguinem, laniandaq; uiscera nostra præbuerimus.

Laniare dentibus. Liu. 2. bel. Pun. 214.

Tenues laniauit amictus. Ouid. 4. Metam. 21.

Capillos laniare. Ouid. 9. Metam. 71.

Corpus laniare. Ouid. 4. Fast. 48.

Crinem laniare. Ouid. 2. Metam. 70.

Membra sua laniare. Ouid. 14. Metam. 39.

Mundum laniant uenti. Ouid. 1. Metam. 13.

Tunicam laniare. Ouid. 2. de Arte, 35.

¶Laniatus, pen. prod. Partic. (ἀμυγμὸς) ut, Capillos laniata, Ouid. epist. 14. 11.

Genas laniata. Virg. 12. Aen. 122.

Sinum laniata Clymene. Ouid. 2. Metam. 67.

Classis laniata. Ouid. epist. 7. 33.

¶Laniatus, huius laniatus, pen. prod. (ἄμυξις) Cicer. 1. Tusc. 166, Quid igitur mihi ferarum laniatus obesse nihil sentienti? Plin. lib. 8. cap. 40, Laniatuq; & latratu adactum, ut cogeretur fateri scelus.

¶Laniarium (λειτουργεῖον) pro Laniena. Var. 2. de re Rust. cap. 4. 3, Quis enim nostrũm fundum colit, quin sues habeat, & qui nõ audierit patres nostros dicere, ignauum & sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quàm ex domestico fundo.

¶Lanista, lanistæ, m.gen. (γυμναστὴς, μονόμαχος) magister & institutor gladiatorum: sub cuius dominatu, & quo hortante, homines gladiaturam exercent, atq; in mutuam necem ruunt. Hic, gladiator aliàs dicitur. Hi familias habebant domi ad gladiaturam exercendam: quas instituere, & mox paratas uendere solebant munerarijs. Iuuen. Satyr. 3. 15,

Hic plaudat nitidi præconis, filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisq; lanistæ. Cic. 13. Phil. 377, Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna uitauit, ne uideret unius corporis duas acies lanista Cicerone, dimicantes. Hic per translationem accipitur, teste Budæo.

¶Lanistæ auium dicti sunt à Columella lib. 8. cap. 2. 5. qui aues certaminibus præparabant.

Laniuium] *siue Lanuuium* (λανιστῖον) Dianæ lucus, id est, Artemisium (sic enim uocant) è sinistra uiæ regione, ex Aritia ad Arecinam uiam conscendentibus: quod templum nominant ædificium Tauricæ. Hinc

¶Laniuinus, Adiect. (λανιστῖος) ut Ager Laniuinus, apud Horat. 3. Carm. ode 27. 1.

Acer Lanuuinus. Catull. in Egnatium, epigram. 37. 4.

Lanoculus] Qui lana uitium oculi tegit, inquit Festus.

Lanosus] Vide Lana.

Lanubium] Latinorum urbs, Ptolemæo authore lib. 3. cap. 1. Hodie Lauinium.

Lanugo] pen. prod. lanuginis, f.g. (ἶουλος, χνόος) tenera pilatio, à lanæ similitudine, qualis in adolescentium genis, & in pomis quibusdam cernitur. Colum. lib. 3. cap. 21. 7, Lanatam quoq; amineam quidam maximè probant: quæ hoc uocabulum non ideo usurpat, quòd sola ex omnibus amineis, uerùm quòd præcipuè canescit lanugine. Martial. lib. 1. 115,

Dum nulla teneri sordent lanugine uultus.

Comæ graciles instar lanuginis. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.

Fuscante tamen lanugine malas. Lucan. lib. 10. 27.

Noua lanugo. Ouid. 5. Fast. 35.

Primæ lanuginis ætas. Ouid. epist. 21. 17.

Primæ lanuginis anni. Propert. lib. 3. eleg. 7. 12.

Rara lanugo. Plin. lib. 8. cap. 37. 3.

Ridens lanugo. Claud. 5. Paneg. 14.

Rosea lanugine malæ. Stat. 9. Thebaid. 141.

Mala cana tenera lanugine. Virg. eclog. 2. 11.

Prondium lanugine uestiri. Plin. lib. 7. cap. 2. 16.

Molli lanugine abundans herba. Lucret. lib. 5. 163.

¶Lanugo, pro Scobe. Colum. lib. 4. cap. 29. 13. Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

¶Lanuginosus, pen. prod. Adiect. (χνοώδης) Plin. lib. 22. cap. 20. 2, Est & alia similis pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam uerò enchusa, aut doris, & multis alijs nominibus, lanuginosior & minus pinguis.

Lanuuium] λανύβιον, Vide Lanubium.

Lanuuium] pro obscæna mulierum parte, uelut quodam latitio uel lanugine hirta. Propertius,

Lanuuij ad portas, hei mihi solus eram. Hîc enim, est ad nomen municipij, quod Lanuuium uocabatur, respexit, tamen mulierum pudenda intellexit. Turnebus.

¶Lanuuini, Id est, colei, lanugine, id est, pube tecti. Cicer. Pæto, lib. 9. 22. 14, Honesti colei Lanuuini, cliternini, non honesti. Lanuuios putat eosdem dici Cælius Rhodoginus in libri lectionum antiquarum, ubi Propertij uersus hos adducit ex lib. 4. eleg. 9. 4,

Cantabant surdo, nudabant pectora cæco, (eundẽ.
Lanuuij ad portas, hei mihi, solus eram. Vide plura apud

Lanx] lancis, f.g. (μεζόνομον, τάλαντον, πλάστιγξ) Vas latũ & profundum, minus excauatum, quàm patinæ. Vas escarium, in quo caro tam tosta, quàm elixa conditur, mensæq; infertur. Plaut. Amphit. 16. 21,

Intereres dum isti certant, in popinam diuertendum est mihi:

Lances detergam omnes, omnesq; trullas hauriam. Cicer. Attico, lib. 6. 111. 23, Lancibus & splendidissimis canistris, oluscŭlis nos soles pascere.

Cælata lanx. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 4.

Cauatæ lances. Martial. lib. 11. 32.

Grandis lanx. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 8.

Pandæ

Digitized by Google

Pandæ lances. Virgil. 2. Georg. 39.
Quadratæ lances. Vlpian. l. quum aurum. ff. de aur. & argẽt. &c. legat.
Rotundæ lances. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 8.
Lances, Stateras dici certum est apud antiquos, quòd ad lancium formam factæ essent, & excauatæ. Vnde bilances dictæ sunt, quæ duas lances habent. Cic. 5. de Finib. 157, Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere.
Gemina iustum suspendere lance. Persius Satyr. 4. 1.
Lanx etiam uas fuit sacrificijs dicatum. Auson. in Monosyll.
Thuribula & pateræ, quæ tertia uasa deûm lanx. Virg. lib. 2. Georg.
Hîc laticis, qualem pateris libamus & auro,
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancib. & pandis fumantia reddimus exta. Lancibus, inquit Seruius pandis: aut patulis, aut extorum pondere curuatis. Reddi autem dicebantur exta, quum probata & elixa aræ superponebantur. Vulgus offerre dicit.
Laocoon] pen. cor. huius Laocoontis (λαοκόων) Fuit Priami regis filius, ut nonnullis placet, Thymbræi Apollinis sacerdos. Virg. 2. Aeneid. 8,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce.
Laodamas] pen. corr. Halius & Clytoneus, filij fuêre Alcinoi regis & Aretes.
Laodamia] pen. prod. (λαοδάμεια) Protesilai, qui primus ad Troiam occubuit, udor, in uiri umbræ apparentis amplexu expirauit. Volater. Vide Ouidij epist. 13. Fuit & Laodamia, Bellerophontis filia, quæ à Ioue compressa, ut ait Homerus, 6. Iliad. Sarpedonem diuum edidit. Quare Diana irata, Laodamiæ mortem attulit. Vide apud Catul. epig. ad Mallium, 63. 15.
Laodice] pen. cor. uel (ut nonnulli legunt) Laodice (λαοδίκη) Homero authore, Vna filiarum Priami formosa, quæq; Helicaoni, Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. Altera fuit, eodem teste, Agamemnonis ex Clytæmnestra filia.
Flauaq; Liodice, cœloq; recepta Celeno. Ouid. in epistola Herus ad Leandrum.
Laodicea] pe. prod. (λαοδίκεια) Vrbs celeberrima in Asia, Lyco flumini imposita, ut scribit Plinius libr. 6. cap. 29. 1. primò Diospolis appellata, dein Rhoas.
Laodicia] Vrbs Phæniciæ, apud Melam. lib. 1. cap. 12. Nunc uulgò Liche uocatur, ut scribit Oliuarius in Melam.
Laodocus] pen. cour. teste Homero lib. Iliad. 4, Antenoris Troiani filius, strenuus: in cuius formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Troianorum, ut Pandarum inuenire posset, quo ei suaderet, ut sagitta Menelaum confoderet.
Laomedon] penult. corr. (λαομέδων) Pater Priami regis Troiæ, & Antigones.
Opes magnæ Laomedontis. Propert. lib. 2. eleg. 15. 1.
Laomedon pater Antigones. Ouid. 6. Metam. 19.
Idæus Laomedon. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 11.
Senex Laomedon. Ouid. 11. Metam. 152.
¶ Laomedontiades, pen. corr. (λαομεδοντιάδης) Patronymicum, in quo additur a, ut in multis alijs, sicut Anchisiades, Telamoniades.
Laomedontiadæ dicti sunt Troiani. Virgil. 3. Aeneid. 50.
¶ Laomedonteus, pen. prod. (λαομεδόντειος) Possessiuum. Ité, Laomedontius & Laomedontiacus, pen. corr.
Pastor Laomedonteus, Paris. Silius lib. 7. 88.
Vrbem Laomedonteam, Romam, intelligit Silius, lib. 17. 1.
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ. Virg. 1. Georg. 101.
Heros Laomedontius. Virg. 8. Aeneid. 4.
Pubes Laomedontia. Virg. 7. Aeneid. 21.

Lapathum] lapathi, pen. cor. (λάπαθον) Herbæ genus multiplex. Plin. lib. 20. cap. 21. 8, Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem & syluestre, quod alij oxalidem appellant, satiuo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: nostri uerò rumicem, alij lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. Est & alterum genus, ferè oxylapathon uocant, satiuo idem similius, & acuttera habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Est & aliud hippolapathõ, maius satiuo, cãdidiusq; ac spissius.
Herba breuis lapathi. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 7.
Cantherinum lapathum. Vide Cantherius.
Lapethos] Vrbs in Cypro, Plin. lib. 5. cap. 39.
Lapis] lapidis, pen. cor. masc. gen. (λᾶς, λάας, λίθος, χόβμα) Proprie est, quem Græci λίθον uocant: & mitior, minorq; ac tenacior est. Vnde gemmæ, lapides, non saxa dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 18. 2, de mola uersatili, Nusquã hic utilior, quàm in Italia gignitur, lapisq;, non saxum est. Idem, Est & utridis lapis, uehementer igni resistens, sed nusquam copiosus & ubi inuenitur, lapis, non saxum est. Hæc Sipontinus.
Coniectus lapidum. Lucret. lib. 3. 40.
Adesi lapides. Horat. 3. Carm. ode 29. 8.
Lapis angularis. Cato cap. 14. 1.
Lapis bibulus. Virg. 2. Georg. 70. hoc est, pumex. Seruius arenarium uocari ait. Vide Bibo.
Clari lapides. Horat. 3. Carm. ode 13. 3.
Lapis incusus, id est, manualis mola cudendo exasperata. Virg. 1. Georg. 55. Seruius.
Lubricus lapis. Senec. Medea, 10. 2.
Missiles lapides. Vide Mitto.
Molaris lapis. Quint. lib. 2. cap. 19. 3.
Nudus lapis. Virg. 1. eclog. 10.
Numidicus lapis. Vide Numidia.
Operarij lapides. Vide Opus.
Ordinarius lapis. Vide Ordo.
Osseus lapis. Vide Os.
Parius lapis, Marmor. Virg. 1. Aeneid. 120.
Pelluciduli lapidis deliciæ. Catull. in Rufum, epig. 64. 1.
Lapide quadrato, uel lapide structili reficiat. Vlpian. in l. & si forte, §. modus. ff. si seruit. uindic.
Stratus lapis. Paulus in l. si prius. ff. de aq. pluu. arcend.
Lapis uiuus, Latinis, quem Græci pyriten uocant. Gratius,
Et uiuum lapidem, & circa melitensia nectunt
Coraliam, &c. Turnebus.
Appetere lapidibus. Vide Appeto.
Circunstruere lapidibus. Vide Circũstruo.
Cooperire aliquem lapidibus. Vide Cooperio.
De lapide emptos dicimus. Plaut. Bacch. 18. 17,
O stulte stulte, nescis nunc uenire te:
Atq; in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat. id est, te uænalem esse pronunciat. Chrysalis serui senem irridentis, quem argento defraudebat, uerba sunt. Quadrabit, ubi quis præsens, uidens, audiensq;, tamen deluditur. Nam uendi etiã hodie uulgò dicũtur, quibus fit impostura. Quòd autem memimit lapidis, id traductum est à lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse, complurium authorum testimonio constat, unde præcones in auctionibus res uænales nuntiabant. Vnde M. Tullius uilissimos homunculos, de lapide emptos appellat. Hactenus Erasmus. Colum. lib. 3. cap. 3, De lapide uimitorem comparare. Cic. in Pisonem, 27, Tribunos de lapide emptos esse ait, quia mercede accepta id fecerant.
Lapidem ferre altera manu, panem ostentare altera. Plaut. Aulul. 7. 18. In eos hoc dicitur, qui coràm blandiuntur, clàm obtrectantes:

Digitized by Google

obtrectantes: palàm amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic lædunt, falsam beneficij spem ostentant, ut nacti occasionem funditus perdant. Trãslatum ab ijs, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus, saxum illidunt. Erasmus.

Iactare lapidem. Virg. 2. Georg. 6.

Iactu lapidum incessere aliquem. Ouid. 13. Metam. 115.

Incidere in lapidem. Vide Incido.

Loqueris lapides. Vide Loquor.

Candidiore lapide notare diem. Catul. ad Mallium, epig. 63. 30.

Obruere lapidibus. Vide Obruo.

Lapis lapidem terit. Plaut. Asin. 3. 16,

Nunc me illud ducis, ubi lapis lapidem terit. Id est, me tuo ne me in pistrinum rapias.

Lapidem uerberare, aliud prouerbium: pro, In uanum laborare. Plaut. Curcul. 4. 42.

¶ Lapidibus apud ueteres miliaria signabantur: idcirco lapis quandoq; pro miliario ponitur. Vnde ad quartum lapidem, & similia, frequentissimè apud Liuium leguntur. Et Extra primum lapidem, id est, banleucam, inquit Budæus.

¶ Lapis, pro Monte. Virg. 1. eclog. 10,

— quamuis lapis omnia nudus,
Limosoq; palus obducat pascua iunco. Seruius.

Lapidem hominem dicimus negligentem, stupidum, qui nõ mouetur ad id agendum quod maximè oporteat. Terentius Heaut. 4. 7 3,

Cape hoc argentum, ac defer. s. hei, quid stas lapis?
Quin accipis? Idem Hecyra, 2. 1. 17, (mimem putas.
Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud ho-

¶ Lapis, Fœminino genere in usu apud antiquos, ut author est Nonius, citans Ennium,

Tanto sub latæ tunc agmine sunt lapides. ad Homeri similitudinem, qui genere fœmimino lapides posuit.

¶ Lapideus, Adiectiuum (λιθινὸς) Quod ex lapidis materia constat. Plaut. Truc. 17. 40,

Lapideus sum, commouere me miser non audeo. Hic per translationem: id est, grauis & ponderosus.

Lapideus murus. Liu. 1. ab Vrbe, 161.

Lapideum litus. Vide Albion.

Lapidea duritia. Plin. lib. 27. cap. 11. 5.

Lapideus imber. Cic. 2. de Diuinat. 89.

Lapideo imbri pluit. Liu. 10. bel. Pun. 180.

Lapidea Niobe, In lapidem conuersa. Cic. 3. Tusc. 107, Niobe fingitur lapidea, propter æternum in luctu silentium.

¶ Lapidosus, pen. prod. Adiectiuum (λιθώδης) Quod lapidibus abundat. Plinius libro 19. capite 8. 31, In locis inculis, (lapidosis.
Ager lapidosus. Quid. 8. Metam. 162.
Lapidosa corna, Dura. Virg. 2. Georg. 7.
Pauus lapidosus. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 7.
Ictus lapidosus grandinis. Claud. de bel. Get. 48.
Montes lapidosi. Ouid. 1. Metam. 9.
Lapidosum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. 3.
Lapidosis obruta pomis terra. Colum. lib. 10. cap. 2.
Riuus lapidosus. Ouid. 3. Fast. 55.
Lapidosa terra, Lapidosa loca. Var. 1. de re Rust. cap. 9. 2.

¶ Lapidarius, Adiectiuum (λιθοξοϊκὸς) Quod ad lapides pertinet. ut, Lapidariæ latumiæ. Plaut. Capt. 12. 65,

Inde ibis porrò in latumias Lapidarias.

¶ Lapidarius, Substantiuum. Vlpianus in l. si ut certo. §. sed interdum. ff. commodati, Nam & Mela scripsit, si seruus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum cõmodati, qui negligentius machinam colligarit. Vide Funerarius, Substantiuum in Funus.

¶ Lapillus, lapilli, Diminutiuum (λίθαξ) Plin. lib. 10. cap. 23. 1, Nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes.

Attritus lapillus. Vide Attero.

Niuei lapilli. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 16.

Lapilli, Lapides precioſi, ut sunt gemmæ, margaritæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 16,

Nec magis huic intra niueos uirides q; lapillos.

Peregrini lapilli. Ouid. de Nuce, 29.

¶ Lapicida, lapicidæ: uel Lapidicida, m. gen. pen. prod. (λιθοτόμος) Qui lapides cædit.

¶ Lapicidina, lapicidinæ, pen prod. (λιθοτομία) Locus ubi lapides exciduntur, latumiæ à Græcis dictæ. Vnde & carcerẽ Latumias uocamus: siue quòd damnati ad lapides cædendos mittebantur, siue quòd Sinuessani Campaniæ populi, latumias habebant instar carceris excauatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad urbem extruendam, hisq; pro carcere utebãtur. Plaut. Capt. 12. 78,

In lapicidinas facite deductus siet. Cic. 2. de Diuinat. 72. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapicidinas Chiorum extitisse.

¶ Lapido, lapidas, pen. corr. (λιθολσύω, λιθοβολέω, λιθάζω) lapidare, Lapidibus cædere. Quint. li. 8. cap. 2, Lapidare quid sit, manifestum est.

Lapidata templa. Tranquil. in Caligula.

Lapidare, ad inanimata transfertur, & significat Percutere, pulsareq;, etiam sine lapidibus. Macrob. Notantes eius impotentia ac dicacitate lapidatam.

Lapidauit, pro Lapidibus pluit. Liu. Decad. 5. lib. 3. 48, Reate imbri lapidauit.

Propter crebrius de cælo lapidatum: id est, quia crebrius lapidatum erat, siue lapidauerat. Liu. lib. 9. bel. Pun. 49.

Lapidatum est, pro Lapidauit, id est, lapidibus pluit. Liuius lib. 4. Decad. 5.

¶ Lapidatio, Verbale (λιθοβόλησις) Cic. pro P. Sylla 10, Ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare primùm conflato uoluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: deinde id quod uidimus omnes, lapidatione atq; concursu: id est, Lapidum iactu, inquit Budæus.

¶ Lapidator, pen. prod. (λιθολευστής) Aliud uerbale. Cic. pro Domo sua, 11, Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

¶ Lapidesco, lapidescis (λιθόομαι, λιθόω) lapidescere, pro In lapideam duritiem conuerti. Apud Plin. legitur libro 32. Idem lib. 32. de baccis corallij, Aiunt tactu protinus lapidescere.

Lapidescere in duritiem. Plin. lib. 16. cap. 6. 4.

¶ Lapio, pis, lapiui, lapitum, lapire, Durum efficere, & quasi in Lapidem conuertere. Pacuuius, Lapit cor curæ, ærumna corpus conficit. Hæc Nonius. Obsoletum uerbum. Festus, Lapit, dolore afficit.

¶ Lapithæ, pen. corr. (λαπίθαι) Populi fuerunt, quorũ rex fuit Pirithous. Hi Pindum & Othryn Thessaliæ montes habitarunt. Virg. 3. Georg. 23,

Fræna Pelethronij Lapithæ gyros q; dedêre. A Græcis scribitur λαπίθαι: ideo Lapithæ, nõ Lapitæ dici debẽt. Seru. in 6. Aen. Lapithæ, populi Thessaliæ fuerũt, quibus imperabat Ixion amicissimus Ioui, Phlegiæ filius. Virg. 6. Aen. 20,

Quid memorem Lapithas? (Met. 107.
Sæui Lapithæ. Horat. 2 Carm. ode 12. 1.

¶ Lapitheus, Adiect. (λαπίθειος) ut, Gens Lapithæa. Ouid. 12.

¶ Lapitheius, Aliud Adiectiuum (λαπιθήϊος) ut, Prælia Lapitheia. Ouid. 14. Metam. 134.

Lappa] lappæ (ξάνθιον) Herbæ genus: cuius tria sunt genera. nam quædam dicitur canaria, quæ est exigua, canibus adhærens. Altera maior aliquanto est, & philantropos appellatur, quòd uestibus hominum adhærens, eos amare uideatur.

Digitized by Google

deatur. Eadem uocatur Aparine. Tertia appellatur personata, & maxima est: nascituráq; iuxta uiuos & flumina. Græci eam ἄφτιον uocant. Folia habet ampliora cucurbitis: & propter foliorum amplitudinẽ ea utebantur ueteres ad personatus faciendos. Hæc Perottus. Plin. lib. 21. cap. 17. 3, Notabile & lappa, quæ adhæresit, quoniam in ipsa flos nascitur, non euidens, sed intus occultus, & intra se germinat, uelut animalia quæ in se pariunt. Idem lib. 18. cap. 17, Lappam inter frugum morbos numerat.

Lappa bouria. Vide Bos.

Tenax lappa. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 3.

Lappáq; tribuliq;. Virg. 3. Georg. 77.

¶Lappaceus, Adiectiuum. Plin. lib. 22. cap. 17. 1, Semina in capitibus lappaceis adhærentia uestibus. De helxine.

Lappago] pen. prod. (ἴτεφαίς) Herba similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris. Plin. lib. 26. cap. 10. 8.

Lapsana] lapsanæ pen. pro. (λαψάνη) Olus syluestre trium foliorum. de quo Plin. lib. 20. cap. 9. 15. Vide Varronem 3. de Re rust. cap. 16. 19. & Colum. lib. 9. cap. 4. 4.

Lapsio, Lapsus] Vide Labor.

Laquear] laquearis, pen. prod. (φάτνωμα) Diminutiuum à lacus. Sipontinus, Lacus etiam trabs est in ædificijs plana: à quo fit diminutiuum lacunar, à quo lacunarium, & per antistichon laquear & laquearium. Virg. 1. Aeneid. 148,

—dependẽt lychni laquearibus aureis. Hactenus Sipontinus ex Seruio. Plin. lib. 33. cap. 3. 17, Laquearia quæ nunc & in priuatis domibus auros teguntur, post Carthaginem euersam primò inaurata sunt in Capitolio.

Summi laquearia tecti. Virg. 8. Aeneid. 5.

¶Laqueatus, pen. prod. Adiectiuum (φατνωματικὸς) Laquearibus ornatus. Cic. 2. de Legib. 2, Equidem qui nunc potissimum huc uenerim, satiari non queo, magnificásq; uillas & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. In alio significato, Vide Laqueus.

Laqueatum auro templum: hoc est, Laquearibus aureis uel auratis ornatum: qualis structura in tectis regij palatij Parisijs uisitur. Liu. 5. Decade, lib. 1. 72.

Laqueus] laquei, masc. gen. (βρόχος, ἀγκάλη, ἀγκυλόνη, πάγις, μίτος) Vinculum. Vnde Laqueo uitam finire, Suspendio uitam finire. Cic. 6. Verr. 32, Homini iam perdito, & collum in laqueum inserenti, subuenisti.

Teretes laquei. Seneca Hipp. 1. 9.

Tenaces laquei. Seneca.

Validi laquei. Propert. lib. 2. eleg. 35. 10.

Captare feras laqueis. Virg. 1. Georg. 28.

Animam laqueo claudere. Ouid. 7. Metam. 123.

Compellere aliquem ad laqueum. Vide Compello.

Implicare collum laqueis. Ouid. epist. 2. 29.

Injcere laqueum alicui. Vide Injicio.

Interimere aliquem laqueo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 27.

Ligare guttura laqueo. Ouid. 6. Metam. 27.

Nodatus collum laqueo. Ouid. 1. de Remed. amor. 4.

Premere collum laqueo. Horat. 1. epist. 17. 8.

¶Laqueus, pro quacunq; re qua homo capi & irretiri potest. Laquei iudicij. Cic. pro Milone 31. Atq; illum belluam iudicij laqueos declinantem iam irretitam teneret. Idem pro Cluentio 121.

Induere se in laqueos. Vide Induo.

Laqueo uerbi capi. Cic. pro Cecinna, 60.

Inexplicabiles laquei. Quint. lib. 5. cap. 10. 70.

Ad Chrysippi laqueos reuertamur. Cic. de Fato, 11.

Cadere in laqueos, pro Decipi, usus est Ouid. 3. de Arte, 118.

¶Laqueatus, pen. prod. Adiectiuum, (παγιδευτὸς) Laqueis irretitus. Colum. lib. 6. cap. 19. 2, Cæterum corpus laqueatum & distentum temonibus obligatur, sicq; immotum medentis arbitrio est expositum. In alio significato. Vide Laquear.

Lar] Vide Lares.

Lara] siue Larunda, (λαλία) Nympha fuit Tyberina, cui Iupiter linguam abscidit, quòd furtiuos amores ipsius cum Iuturna Iunoni indicasset, & ad inferos duci iussit per Mercurium, ut inter nymphas Stygias constitueretur. Mercurius uerò dum mandata exequeretur, nymphæ pulchritudine in itinere captus, cũ ea cõcubuit. Quæ prægnans facta, peperit geminos, quos à matris nomine Lares appellauit. Hos ergo geniales deos dixêre: siue quòd ut gignamur, curant: siue quòd unà nobiscũ gignantur: seu quòd genitos semper tueantur. Euclides Socraticus duplicem omnibus hominibus appositum esse geniũ scribit, hoc est, duos Lares. Vnde apud Florum malus genius Bruto sese obtulit. Lares dici Græcis λαίμονας, scribit Cicero de Vniuersit. 48.

Laranda] Ciuitas Lycaoniæ. Vnde Ptolemæus lib. 5. cap. 6, Larandam in Lycaonia parte Antiochiana collocat.

Larbason] Vide Alabastrum.

Lares] δαίμονας, ἐφιάλτας, ἐφίας, ἐφιστίους θεούς, θεοὺς πατρίους ἀίδας, & genios, eosdem esse, sunt qui credãt, existimantes unicuiq; duos deos esse, alterum bonum, alterum malum. Vide Lara.

Lares colebantur domi, focusq; illi sacer erat. Vnde uulgus focum, foculare appellat, quasi laris focum.

Lares putati sunt dij domestici, qui ad urbis commoda uigilare dicuntur inter compita. Ouid. 6. Fast. 159,

Lucifero subeunte lares delubra tulerunt. Dij agrorum ab aliquibus uocati sunt. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 4,

Vos quoq; fœlices quondam, nunc pauperis agri
Custodes, fertis munera uestra Lares. Plin. lib. 14. cap. 4. 8, Non maria plus temerata conferre mercatori, quàm sedulum ruris larem.

Ponere larem in montibus. Ouid. 5. Fast. 130.

Succincti lares. Pers. Satyr. 5. 4. Succinctos autẽ uocat, ut quòrundam est opinio, quòd pellibus caninis induti essent. Sunt qui dici uolant quasi præfectos militaribus: qui quo expeditiores essent, se cingebant. Sed posterius hoc satis frigidè.

Lares, priuatorum domibus etiam præesse credebantur. Plaut. Aulul. 3. 2, Ego lar sum familiaris ex hac familia, &c.

Lares uiales apud Plautũ, ut suspicor, dij sunt, qui uiæ præsunt: ut sint θεοὶ ὁδῖοι: quos inuocare solent, qui peregrè proficiscuntur, & ad uiam se accingunt. quo etiam cognomento colebatur Mercurius. Turnebus.

Lar, pro ipsis ædibus, seu domo priuata. Mart. lib. 1. 72.

Flacce Antenorei spes & alumne laris. Horat. 1. Ser. Saty. 2. 12,

Qui patriũ Numæ donat, fundumq; laremq;. Cic. 5. Verr. 106, Pauci essent reliqui, qui L. Metelli authoritate in agros, atq; ad suum larem familiarem redirent.

Paruo sub lare. Horat. 3. Carm. ode 29. 3.

Paterni laris inops. Horat. 2. epist. 2. 11.

Pressus lar. Persius Satyr. 5. 11.

Fodere larem sub terris. Virg. 4. Georg. 9.

Lar item pro parte interiore domus. Ouid. 1. Fast. 28,

Omnis habet geminas hinc atq; iarua frontes:
E quibus hæc populum spectat, at illa larem. Posset hic etiam pro foco accipi, sicut alibi apud poetas.

Lar pro Igne. Colum. lib. 11. cap. 1. 17, de uillico, Consuescatq; rusticos circa larem domini focumq; familiarẽ semper epulari.

¶Lararũ, lararij, neut. gen. (ἱερεῖον) Sacrariũ domesticum, in quo lares & dij domestici colebantur. Scribit Lampridius, Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis fa-

*ris factitasse, ad effigies deorum, in quibus habebat Abraha mum & Christũ. In secundo larario habuit simulacrum Virgilij & Ciceronis.*

**Lardum**] *lardi, neut. gen.* (στέαρ, τάριχος) *Dictum quasi latè aridum. Caro suilla est, quomodo salsa, siue id pingue quod est in sue. Plin. dixit, Lardum pingue hoc unctum: quasi & macrum dici posit. Mart. lib. 5. 129.*

Et pallens faba cum rubente lardo.

*Frusta semesa lardi. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 18.*

*Graue lardum. Stat. 4. Sylu. 9. 7.*

Natalitium cognatis ponere lardum. *Iuuen. Satyr. 11. 9.*

*Pinguia larda. Ouid. 6. Fast. 34.*

**Larentia**] *Nobilissima meretrix. Vide* **Flora.**

**Largior**] *largiris, pen. prod. largitus sum* (δωρέομαι, παρέχομαι, χαρίζομαι) *largiri, Abundè donare. Plin. lib. 16. cap. 12. 4, Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.*

*Beneficium ex facili largiri. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 8.*

*Ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal. 40.*

*Cœnam. Plaut. Amph. 4. 157.*

*Exequias & solennia largiri alicui. Stat. 12. Theb. 17.*

*Honores largiri alicui. Horat. 2. Epist. 3.*

*Lætitiam. Plaut. Capt. 13. 60.*

*Libertatem populo. Cic. 3. de Leg. 55.*

*Mores. Plaut. Asin. 16. 82.*

*Munera largiri alicui. Propert. lib. 1. eleg. 3. 5.*

*Occasionem impudentiæ. Plin. lib. 2. cap. 23. 4.*

*Amori plusculũ quàm cõcedat ueritas. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 12.*

*Munificè prædam largiri. Vide post* **Munus.**

*Largitur se ultrò. Plaut. Mil. 18. 28.*

*Vitam. Plaut. Asin. 12. 20.*

*Si tempus non largitur: id est, non concedit, non permittit. Col. lib. 5. cap. 9. 5.*

*Largibere, pro largieris. Plaut. Bacch. 18. 30,*

Tum libertatem Chrysalo largibere.

*Largitor de te puer. Terent. Adelph. 5. 8. 18.*

*Largiri ex alieno. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 32.*

¶ *Largitus, pen. prod. Passiuum. Plinius lib. 17. cap. 11. 4. Aut si conditio largita non sit.*

¶ *Largitor, pen. prod. Verbale* (δωρητής, δωροδόκος) *Profusor, prodigus. Cic. 1. Offic. 93. Existuntq; in Repub. plerunq; largitores & factiosi, ut opes quàm maximas consequantur. Liu. 6. ab Vrbe, 10.*

*Pronus largitor honorum. Claud. 7. Paneg. 24.*

*Opum largitor. Stat. 3. Syl. 1. 19.*

*Opum magnarum largitor. Claud. 7. Paneg. 24.*

¶ *Largitio, largitionis* (δωρεά, δωροδοκία, χορηγία, διανομή) *Est expensa quæ fit ad aucupandum fauorẽ in petitione magistratuum. Cic. lib. 2. Offic. 76, Præclarè in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiam Macedonum consectetur. Et paulo post, 79. Iam in prouerbij consuetudinem uenit, largitionem fundum non habere.*

*Augere aliquem largitione. Tacit. lib. 13.*

*Corrumpere largitionibus. Vide* **Corrumpo.**

*Cæcare mentes largitione. Vide* **Cæco.**

*Largitio, pro liberalitate. Cæs. 1. bel. Ciuil. 153, Quo facto duas res consecutus est, quòd pignore animos Centurionum deuinxit, & largitione redemit militum uoluntates.*

¶ *Largitas, pen. corr. largitatis* (δαψίλεια) *Abundantia. Terent. Adelph. 5. 9. 28,*

Quæ istæc subita est largitas? *Idem Heaut. 3. 1. 32.*

Vehemens in utranq; partem Menedeme es nimis,

Aut largitate nimia, aut parsimonia. *Cicero de Natur. deor. 233, Maxima largitate fundit ea.*

¶ *Largus, Adiectiuum* (δαψιλής, δαψιλὴς ἀνθρωπος, χαμαρός, ἀφθονος) *A largior deducit Sipontinus. Plin. lib. 11. cap. 14. 2, Vt largo alimento ualida exeat soboles.*

*Largus. Qui largitur. Cic. lib. 2. Offi. 80, Omnino duo genera sunt largorum: quorum alteri prodigi, alteri liberales. Idem pro Deiot. 18, Magnanimum, largum, beneficum, liberalem.*

*Largus opera nocturna. Plaut. Asin. 12. 8.*

*Largus lachrymarum. Plaut. Asin. 10. 30.*

*Largus opum. Virg. 11. Aeneid. 67.*

Largus opum, lingua melior, sed frigida bello

Dextra. *Vbi Seruius, Largus opum, Abundans opibus, diues.*

*Rapinæ largus. Silius lib. 8. 49.*

*Largior est lingua. Plaut. Asin. 7. 24.*

*Animo largus. Tacit. lib. 18.*

*Donare largus. Horat. 4. Carm. ode 12. 4. id est, largus in donando.*

*Mercandi largus. Silius lib. 15. 98.*

*Aestus largus. Lucret. lib. 2. 228.*

*Aether largior. Virg. 6. Aeneid. 128.*

*Fletus largos effundere. Virg. 2. Aeneid. 55.*

*Flumen largum. Virg. 1. Aeneid. 94.*

*Fœtu largo pubescit uinea. Virg. 2. Georg. 79.*

*Fons largus. Lucret. lib. 5. 57.*

*Herbæ largæ. Horat. 4. Carm. ode 2. 11.*

*Ignis largior. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 9.*

*Imber largus. Ouid. 4. Metam. 57.*

*Lux larga. Cic. 2. de Nat. deor. 70.*

*Larga luce repletus. Lucret. lib. 2. 162.*

*Mero largo celebrare diem. Ouid. 3. Fast. 132.*

*Messis larga. Ouid. 4. Fast. 124.*

*Munera larga. Horat. 4. Carm. ode 1. 4.*

*Largæ opes, Abundantes & multæ. Mart. lib. 5. 26.*

*Pabula larga. Lucret. lib. 5. 174.*

*Vina larga. Horat. 3. Carm. ode 18. 2.*

*Largiore uino est usus. Liu. 10. bel. Maced. 58.*

*Vndæ largæ fluminis. Lucret. lib. 1. 209.*

*Flagitare largiora. Horat. 2. Carm. ode 18. 3.*

¶ *Largè, Aduerbium,* (δαψιλῶς) *Liberaliter, abundanter. Horat. 1. Carm. ode 9. 2.*

Lingua super foco largè reponens.

*Largè effuseq; donare. Cic. pro Roscio Amer. 14.*

*Largè blandus. Plaut. Asin. 7. 19.*

*Largius epulas celebrare. Liu. 5. bel. Pun. 127.*

*Mensæ constructæ largè. Catul. Argon. 59. 61.*

*Largè sunt illi facultates. Plin. epist. 46. 4.*

*Mittere munera satis largè, hæc ad usum domesticum. Cic. 6. Verr. 54. Et Plin. lib. 7. cap. 46. 1, Annuis uictibus largè sufficiens.*

*Largius, Comparatiuum. Terent. Eunuch. 5. 9. 48,*

Principio & habet quod det, & dat nemo largius.

*Largè, liberaliterq; æstimare. Cic. 5. Verr. 177.*

¶ *Largiter, pen. corr. Aduerb.* (ἀφθόνως) *Idem quod* **Largè.** *Brutus Attico, in epistolis ad Brutum, 17. 10, Sed persuade tibi, de uoluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter.*

*Largiter uini. Plaut. Truc. 19. 10,*

Opus nutrici utrem habeat ueteris uini largiter, *ut dies noctesq; Potet. Largiter argenti, Plaut. Rud. 24. 145. Largiter mercedis, Plaut. Rud. 30. 28.*

*Auferre largiter. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 27.*

*Largiter peccasti. Plaut. Mostel. 7. 8.*

¶ *Largiloquus, largiloqui, pen. corr. Adiectiuum* (πολυλόγος) *Qui abundanter loquitur. Plaut. Cistel. 3. 3,*

quæ

Digitized by Google

—quæ ubi ſaburratæ ſumus,
Largiloquæ extẽplò ſumius, plus loquimur quàm ſat eſt.

¶Largificus, pen. corr. Aliud adiectiuum: ut, Stipe largifica ditare aliquem. Lucret. lib. 2. 127.

¶Largifluus, Similiter Adiectiuum (σὺν ῥεύσῳ) Cic. 3. de Orat. 86, Grando miſta imbri largifluo ſubita præcipitans cadit. Ex quodam poeta. Lucret. lib. 5. 120,
Largifluum fontem ſcatere, atq; erumpere lumen.

Laridum] huius laridi, pen. corr. Idem quod Lardum. Plaut. Capt. 4. 3,
Quanta pernis peſtis uenit? quanta labes larido?

Larignum] Oppidum. Vide Vitruuium lib. 2. cap. 9.

Larina] penult. prod. ut ſcribit Seruius, Nomen eſt nobilis fœminæ in Italia. Virg. lib. 11. Aeneid.
At circum lectæ comites, Larinaq; uirgo, Tullaq;, &c.

Larine] pen. prod. Fons eſt in Attica regione, ut author eſt Plinius lib. 4. cap. 7.

Lariſe] pen. prod. Vrbs eſt Aeoliæ, Herodoto.

Lariſſa] λάρισα, Nomen multarum ciuitatum. Vna eſt, in plaga Theſſalica, à qua Achilles Lariſſæus dictus eſt, apud Virgil. 2. Aeneid. 40. Alia penſilis in Creta: alia in Peloponneſo arx Argiuorum: alia in agro Attico. At Trallibus etiam Aſiæ eſt Lariſſa (ut Strabo ſcribit) à qua Lariſſæus Iupiter eſt dictus. Lariſſa quoq; in Italia, quam (ut Diodorus lib. 1. ſcribit) Pelaſgi condidére. Cæſar 3. bel. Ciuil. 380, Vniuerſi ſimul Lariſſam uerſus ſe recipere cœperunt.

Opimæ campus Lariſſæ. Horat. 1. Carm. ode 7. 3.

¶Lariſſæus (λαρισσαῖος) Achilles. Virg. 2. Aeneid. 40.

Mœnia Lariſſæa. Catull. Argon. 59. 8.

Vertex Lariſſæus. Stat. 4. Theb. 1.

Larius Lacus] λάριος λίμνη, Italiæ eſt, cuius aquas, authore Plinio, Actua fluuius præterfluens dulces facit. Vide eundem libro 15. cap. 8. Dictus Larius à fulicarum multitudine. Græci enim λάρους, uocant. Auis eſt nigra aquatica.

Larium, nunc lacum Comenſem uocant, uulgò Le lac de Come. Strabo quippe lib. 4. ſcribit, Comum eſſe Lario proximum. Blondus in Italia illuſtrata, Comum, inquit, ciuitas uetuſta, lacui Latio, cui dat Comenſem appellationem, contigua.

¶Larius, Adiectiuum (λάριος) Catull. ad Libellum. epig. 33. 1,
Veronam ueniat noui relinquens
Comi mœnia, Lariumq; littus.

Larix] laricis, pen. corr. (λάριξ) Arbor cognata abieti & pino, teſte Plinio lib. 16. cap. 10. 5. Lucan. lib. 9. 185,
Et larices, fumoq; grauem ſerpentibus urunt Abrotonum.

Larodíj] Populi ſunt in Aſia Scythica, Herodoto.

Larynna] Oppidum Bœotiæ ad Cephiſum fluuiũ, ut ſcribit Plinius, Strabo, & Pomponius Mela lib. 2.

Larua] larua (μορμολύκειον) Pluraliter, hæ laruæ, laruarũ, Noxiæ inferorum umbræ. A' lare, hoc eſt malo genio, dici putantur. Plaut. Aulul. 24. 14,
Laruæ hunc, atq; intemperiæ, inſaniæq; agitant ſenem.

Larua etiam perſonam ſignificat, quæ barbaris maſca dicitur. Plaut. Amph. 14. 18,
Larua umbratilis, tu me minis territas? Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 13,
Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.

¶Laruatus, pen. prod. (μανιώδης) Adiectiuum, Furioſus, & mente motus, inquit Feſtus: quaſi à laruis exterritus: quales ſunt, quos uulgò Dæmoniacos appellant. Plaut. Menæh. 19. 2, Num laruatus erat, aut ceritus? Laruatus, Perſonatus.

¶Laruor, laruaris. Firmicus lib. 3. cap. 14, In nono ab horoſcopo loco Mercurius cum Venere partiliter conſtituti, faſcinantes mulieres dabunt uxores, quæ etiam ipſos artus larua ri ac faſcinari faciant.

Larus] lari, m. g. uel Laros, lari (λάρος) Auis, Vide Gauia. Eſt & piſcis. Laro ueſci non licebat Iudæis, ut uidere eſt Leuitic. cap. 11. & Deuteron. cap. 14. Diuus Auguſtinus fuliçam interpretatur: Theodorus Gaza apud Ariſtotelem, gauiam: cuius duo facit genera, albam & cineream. Vt autem Aquila Ioui, Gallus gallinaecus Marti, Pauo Iunoni: ita Larus Mercurio dicatus eſt, qui à loquacitate nomen inueniſſe putatur. λάρος enim quaſi λάλος, id eſt, loquax & garrulus dicitur. propterea q; in eius dei tutelã adſcribitur, qui loquendi artifex perhibetur. Putatur & Cepphus uocari. Vide Cepphus.

Laſanum] huius laſani, pen. corr. (λάσανον) Vaſculum ad euacuandum uentrem. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 22,
Te pueri laſanum portantes, œnophorumq;. Sic Acron.

Laſciuus] pen. prod. Adiectiuum (λάγνος, ἀσελγὴς, πωμάστης) Eſt tum in uita, tum in ſermone molliculus, & plus teneri, quàm robuſti ac uirilis habens, inquit Valla in Rauden ſem. Quint. lib. 6. cap. 4, Siculi quidem ut ſunt laſciui & dicaces, aiebant in delphino ſediſſe. Varro lib. 1. de Re ruſt. Inter ſepta primum eſt naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet uirgultis, aut ſpinis, quod habet radices uiuæ ſepis, ac uiatoris prætereuntis laſciui non metuet facem ardentem. Quo in loco petulantem & noxium ſignificat.

Laſciuus in uino. Plin. lib. 10. cap. 42. 2.
Hœdo laſciuior. Ouid. 13. Metam. 170.
Aetas. Horat. 2. epiſt. 2. 44.
Capella. Virg. 2. eclog. 11.
Corpora. Ouid. 3. Metam. 138.
Forum. Propert. lib. 4. eleg. 9. 10.
Amor. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 12.
Carmina. Ouid. 5. Triſt. eleg. 1. 3.
Diſcurſus. Claud. 2. in Eut. 21.
Grex. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.
Hymenæus. Silius lib. 5. 5.
Laſciuus uxoris iocus cum marito. Plin. lib. 8. cap. 40. 3.
Licentia. Horat. 1. Carm. ode 19. 1.
Nox. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 6.
Pagina. Mart. lib. 1. 34. Id eſt impudica.
Puella. Virg. 3. eclog. 13.
Pueri. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27.

¶Laſciuia, huius laſciuiæ (ἀσέλγεια, σκίρτημα, ὄρχησις) Mollities, petulantia, incontinentia animi, nec uirtutem nec probitatem reuerentis, procacitateq; ſe oblectantis. Plaut. Aſin. 7. 32.
O' catenarum colone. L. 1. ὦ uirgarum laſciuia. id eſt, petulantia, in quo uirgæ laſciuiunt, quum tergum tuum uerberant: non aliter quàm uituli atq; hœdi laſciuire præ nimia mollitia & intemperantia ſolent.

Laſciuiã Plinius lib. 26. cap. 1, iocum petulantiæ & procacitate improbum uocat. Vlpianus in l. Cornelia, ad legem Corn. de ſicarijs, Quum quidam per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Tauriui Ignatij proconſulis Beticæ. Budæus.

Læta laſciuia. Luc. lib. 5. 281.
Veneris laſciuia. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 5.
Recens laſciuia. Quint. lib. 2. cap. 4. 3, Laſciuiæ recentis floſculis capti.

¶Laſciuitas, pen. corr. laſciuitatis, Idem quod Laſciuia. Firm. lib. 1. cap. 1, Nec Aſiana laſciuitas, ſobria Iouis moderatione corrigitur. Paulò antè dixerat, Luxuriosè ſemper Aſiani, & uoluptatibus occupati.

¶Laſciuio, laſciuis, pen. prod. (ἀσελγαίνω, ὀρχέομαι, σκιρτάω) laſciuire. Senec. ad Lucilium, Nunquam uacat laſciuire diſtrictis: nihilq; tam certũ eſt, quàm ocij uitia negocio diſcuti.



Digitized by Google

Fuga lasciuit agnus. Ouid. 7. Metam. 65.
Lasciuire alicui. Stat. 1. Syl. 5. 2.
Lasciuire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli huberta-te luxuriant. Budæus.
Laser] laseris, n. g. (ὀπὸς σιλφίου) Succus laserpitij. Plin. libro 19. cap. 3, Ab his proximum dicetur authoritate clarißimũ laserpitium, quod Græci silphion uocant, in Cyrenaica pro-uincia repertũ: cuius succum uocant laser, magnificum in usu medicamentisq;, & ad pondus argentei denarij pensum.
¶Laserpinum, laserpitij (σίλφιον) Virgultum herbidum, quod Græci silphion uocant. Plin. lib. 19. cap. 3, In Asia laserpitiũ gigni solitum, rem feram ac contumacem: & si coleretur, in deserta fugientem: radice multa, crassaq;, caule ferulaceo, haud simili craßitudine, &c. Plaut. Pseud. 13. 27,
Et laserpitij libram, pondo diluunt. Col. lib. 6. cap. 17. 6.
¶Laserpiciferæ (σιλφιοφόροι) Cirenæ. Catull. ad Lesbiam, 7. 1.
¶Laserpitiatus, pen. pro. Adiectiuum, (σιλφιωτὸς) ut Laserpi-tiatum acetum: id est, laserpitij succo dilutum. Plinius libro 18. cap. 30. 10.
Lasiris] λάσειρις, Inter ornamenta muliebria numeratur à Polluce lib. 7. cap. 22.
Lassus] Adiectiuum (κατάπονος, κοπωθεὶς) Dicitur labore, tam animo quàm corpore fatigatus. Ideoq; ad ea demum spe ctat, quæ laboris molestiam sentiunt. Nomen est, non parti-cipium. Propert. lib. 2. eleg. 34. 6,
At nondum est talos mittere lassa manus.
Lassus opere faciundo. Plaut. Asin. 16. 23.
Studio uenandi lassus. Ouid. 3. Metam. 83.
Lassus de uia. Plaut. Pseud. 9. 68.
Vita lassus. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 1.
Amore lassus. Ouid. 3. Amor eleg. 6. 16.
Lassus animus & cura confectus. Terent. And. 2. 1. 5.
Aures lassæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 2.
Humus lassa. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 3.
Lumina lassa. Ouid. 7. Metam. 118.
Pietas lassa malis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 2.
Lassæ res. Plaut. Stich. 9. 17.
Rebus laßis petere solatia. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 9.
Sanguis lassus. Stat. 2. Theb. 134.
Stomachus lassus Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 2.
Lassa terra. Plin. lib. 17. cap. 5. 7.
Visus lassus. Stat. 1. Syl. 3. 3.
¶Lassulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum (ὑποκοπωθεὶς) Catull. de Berecynthia, 58. 7,
Itaq; ut domum Cybeles tetigerunt, lassulæ
Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.
¶Laßitudo, pen prod (κόπος) laßitudinis, Molestia quam ex labore suscipimus. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. 15, Sed nul la laßitudo impedire officium & fidem debet. Cæs. 2. bell. Gall. 310, Cursu ac laßitudine exanimatus.
Reficit laßitudines nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. 12.
¶Lassesco, lassescis, (ἀποτρύομαι) lassescere, Lassum fieri. Plin. lib. 30. cap. 16. 12. Non lassescere in nullo labore, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant.
¶Lasso, lassas, (ἀποτρύω, κοπιάω) lassare, Fatigare. Plin. epist. 9. lib. 3. Multisq; causis non lassaretur modò, uerumetiã con funderetur. Apud Martialem lib. 8. 32, Lassare dominũ sup-plicibus libellis.
Artus lassauimus calamo. Ouid. epist. 20. 49.
Brachia lassare aquis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 6.
Labor insolitus iam me lassauit. Ouid. 10. Metam. 20.
Tela lassaret manus. Ouid. epist. 1. 2.
¶Lassor, lassaris, Paßiuum, (κοπιάομαι) Ouid. 2. Met. 114,
—in molli nequicquam lassor arena.
¶Lassatus, Participium, (κεκοπιακώς) Iuuenal. Satyr. 6. 13,
Et lassata uiris, nondum satiata, receßit.
Sequendo lassata. Ouid. 9. Metam. 130.
Membra lassata. Ouid. 6. Metam. 71.
Lasthenia] Mulieris nomẽ, quam Platone præceptore usam scribit Plutarchus: ornatuq; uirili auditorium ingressam scri bit etiam Laertius.
Lasus] Primus de Musica scripsit, & dithyramborum certa-men primus protulit: uixitq; temporibus Darij Persarum regis.
Latè] Aduerbium, à latus Adiectiuo. Vide Latus.
Lateo] lates, latui, (λανθάνω, διαλανθάνω, φωλεύω, φωλεά-ζω) latére, In occulto esse.
Latuit ad hanc ætatem. Cic. 1. Tuscul. 9, Vetus scriptum exem-plar habet, iacuit.
Latére abditè. Cic. 4. Verr. 130.
Abditus latet agro. Horat. 1. epist. 1. 1.
Clàm latére. Ouid. 2. de Remed. amor. 9.
Furtim latére. Ouid. 14. Metam. 55.
Latet mihi causa. Lucan. Tu mihi causa lates. Virgilius 5. Aeneid. 1.
Latent eum doli. Virg. 1. Aeneid. 27. id est, non ignorat fraudẽ.
Latet plerosq;: hoc est, plerisq; occultum & clàm est, atq; incer tum & ignotum. Plin. lib. 2. cap. 20. 1.
Aequor latet sub claßibus. Virg. 4. Aeneid. 116.
Amor latet. Ouid. epist. 17. 3.
Ars latet. Ouid. 10. Metam. 51.
Error latet aliquis. Virg. 2. Aeneid. 11.
Nocte latent fures. Catull. in carmine nupt. 57. 7.
Res latuit patrem. Ouid. 4. Fast. 42.
Virtus latet obruta paupertate. Claud. 2. Paneg. 25.
Latet apud. Mart. lib. 5. 59,
Nunquid apud Parthos, Armeniosq; latet?
Latet in loco aliquo, aut re aliqua. Virgil. 3. eclog. 19. Cicero 3. Verrina, 27.
Latére in occulto. Cic. 1. Acad. 64.
Latent sub arcis. Plaut. Casin. 15. 32. Liuius 4. bel. Maced. 44, Sub umbra Romanæ amicitiæ latebant.
Latet inter dentes. Plaut. Trinum. 13. 77.
Latére tecto. Terent. Heaut. 4. 2. 3,
Triumpho si licet me latére tecto, abscedere.
¶Latens, Participium (ἀφανὴς, κρυφαῖος) ut,
In aluo matris latentes. Horat. 4. Carm. ode 6. 4.
Manifestare latentem. Ouid. 13. Metam. 22.
Dolus latens. Stat. 10. Theb. 48.
Ira. Lucan. lib. 5. 52.
Gemitus. Lucan. lib. 1. 53.
Verba. Ouid. 9. Metam. 115.
¶Latenter, Aduerb. (λανθανόντως, κρυφῆ) Clàm, occultè. Cic. in Topic. 33, Quum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ euentus, obscura causa, quæ latenter efficitur.
¶Latito, latitas, pen. cor. (ἐμφωλεύω) latitare, Frequentatiuũ. Cic. pro Cluent. 28, Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Vlpia. in l. Fulcinius ff. quibus ex caus. in pos. eat. Latitare, est cũ tractu aliquo latere: quèadmodum factitare, est frequenter facere.
Aper latitans fruticeto. Horat. 3. Carm. ode 12. 3.
Furta latitantia. Claud. 1. de raptu Proserp. 22.
Latitare dicuntur, qui ad iudicium uocati frustrantur, & ludifi cantur. Cic. pro Quintio 50, Ego experiri non potui, latita-uit, procuratorem nullum reliquit. Budæus.
Latitare, Actiuè apud Plaut. in Trinum. 6. 15,

—nam

—nam ij mores maiorum laudant, Eosdem latitant.
¶Latitatio, Verbale, (ἐμφώλευσις) Quint. lib. 7. cap. 3. 36, Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia.
¶Latebra, latebræ, pen. corr. & Latebræ, latebrarum, (κευεῶν, φωλεὸς) Loca in quibus quid delitescere & occultari potest. Plin. lib. 7. cap. 45. 2. & lib. 8. cap. 27. 3, Idem hybernacula latebra uisu obscurato, etc. Cic. pro l. Manil. 4, Ita regnat, ut se nec Ponto, neq; Cappadociæ latebris occultare uelit.
Cæcæ. Virg. 3. Aeneid. 47.
Dulces. Horat. 3. epist. 17. 1.
Curuæ. Virg. 3. Georg. 109.
Tutæ. Silius lib. 17. 125.
Latebra ferarum. Liu. lib. 46. Plin. lib. 10. cap. 19. 10. Oenanthe quidem etiam statos latebræ dies habet.
Latebra tabellæ. Cic. App. lib. 3. 12. 2.
Adhibere latebram obscuritatis. Cic. 2. de Diuin. 166.
Conijcere se in mirificam latebram. Cic. 2. de Diuin. 67.
Dare latebram populo, in qua, &c. Cic. 3. de Leg. 50.
Ex latebris erumpere. Cic. pro Sestio, Quum illa coniuratio ex latebris atq; ex tenebris erupisset.
Latebram habere. Cic. 2. de Fin. 172.
Peragrare latebras suspicionum. Vide Peragro.
Latebram quærere periurio. Cic. 3. Offic. 144. id est, excusatio qua lateat, & non uideatur periurium.
Latebræ & recessus in animis hominum. Cic. pro Marcel. 12.
¶Latebrosus, pen. prod. Adiect. (φωλιώδης) ut Locus latebrosus, in quo frequentes latebræ sunt. Plaut. Bacch. 1. 22.
Colles latebrosi. Silius lib. 5. 39.
Flumina latebrosa. Virg. 8. Aeneid. 143.
Frondes latebrosæ. Claud. 3. Paneg. 63.
Latebrosus locus ad equites tegendos. Liu. 1. bell. Pun. 212.
Nox latebrosa. Lucan. lib. 6. 24.
Pumex latebrosus. Virg. 5. Aeneid. 43.
Saxa latebrosa. Ouid. epist. 4. 21.
Via latebrosa. Cic. pro Sestio, 109.
¶Latebrosè, pen. pro. Adiect. (φωλεωδῶς) Occultè, clàm. Plaut. Trinum. 6. 2, —pater adsum,
Impera quid uis, neq; tibi ero in mora: neq; latebrosè me abs tuo Conspectu occultabo.
¶Latebricola, latebricolæ, pen. cor. Qui latebras incolit. Plaut. Trinum. 5. 14, Latebricolarum hominum corruptor.
¶Latibulum, latibuli, pen. corr. (φωλεὸς) Idem quod latebra. Sed latebras propriè hominum, latibula ferarum esse, inquit Valla. quæ differentia sæpissimè confunditur.
Omnia latibula adire. Catul. de Berecynthia, 58. 11.
Latibulum etiã de hominibus dicitur. Cic. Att. lib. 12. 240. 3, Ego autem uolo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. Idem 1. Offic. 18.
¶Latibulo, latibulas, pen. corr. (φωλεύω) latibulare, Latère. Varro, Vide ne seruus domini latibulet.
¶Latibulor, latibularis, (φωλεύομαι) latibulari, Deponens, Idem Actius Putatoribus, Progredere, & nequis latibuletur, prospice. Nonius Erotopæcnion, Nocte ut opertus amictu latibuletur. Antiquum.
Later] m. g. (πλίνθος) laterem, latere, & lateres, pen. corr. in plurali integrum, genitiuus & datiuus singulares rarò leguntur, Terra seu argilla ad solem siccata, uel cocta, & in lapidem durata. Vitruuius lib. 1. cap. 5. sub finem, Siue silex, siue cæmentum, aut coctus later, siue crudus, his erit utendũ. Cic. 2. de Diuinat. 148, Num hoc in látere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est, potuit ualere?
Propriè later est ad solem siccatus. Quòd si coctus est, Testa dicitur, aut Later coctus. Vide Vitruuium lib. 2. cap. 3. & 8.
Lateres coctiles. Vide Coquo.
Lateres in fornacem coquere. Vide Coquo.
Lateres ducere. Vitruuius lib. 2. cap. 3.
Laterẽ lauare, Prouerb. pro Operã ludere. Teren. Phor. 1. 4. 9.
¶Lateritius, Adiect. (πλινθινὸς) Ex latere factum. Plin. Lapide duro, ac silice æquo construunt, ueluti lateritios parietes.
¶Laterculus, laterculi, penult. corr. masc. gen. (πλινθίδιον) Diminutiuum, Paruus later. Plinius, Crudis laterculis ad formam camini. Curtius lib. 5. scribit, laterculo coctili structos fuisse muros Babylonios. Colum. lib. 8. cap. 14. 1, Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis uel etiam laterculis extruuntur.
¶Laterariæ, laterariæ, fœm. gen. Officina in qua fiunt lateres. Plinius lib. 7. cap. 56. 4, Laterarias ac domos constituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis: antea specus erant pro domibus.
¶Lateruncularia, tabula in qua laterunculis luditur. Senec. epist. 118. circa finẽ, Nemo qui ad incendiũ domus suæ currit, tabulã laterunculariã perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. Latrunculariã dicit laterunculariã, qui & alibi latrunculos laterunculos uocat: nisi nos fallant exẽplaria.
Lateralis] Vide Latus substantiuum.
Lateranus] pen. prod. (λατεράνῳ) Proprium nomen patricij Romani, qui latére frequens in ocio solebat. Hic Consul designatus iussu Neronis interfectus est. Aedes eius amplissimæ datæ fuerunt à Constantino Imperatore Pontifici maximo. Iuuenalis Saty. 10. 2,
—egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors. Inde Lateranense palatiũ, & Lateranensis basilica, sancti Ioannis ædes uocata est, quæ in Lateranorum nobilissimæ gentis ædibus extructa fuit.
Laterculus] Vide Later.
Laterium] fuit Q. Ciceronis uilla in ipsius patria Arpino: quam quum uellet uendere, Arpinatum erat fremitus excitatus. Cic. Att. lib. 4. & 7, Arpinatum fremitus est incredibilis de Laterio.
Laterna] laternæ (ἐστὸς) A' lateo lates, quod primam corripit, laterna uerò producit: notæ significationis. Martial. lib. 14. 66,
Dux laterna uiæ clausis feror aurea flammis.
Et tuta est gremio parua lucerna meo. Ibidem, 67, de laterna ex uesica,
Cornea si non sum, nunquid sum fuscior? Cic. ad Att. lib. 4. 72. 9, Clodij uestibulum uacuum sanè mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna.
Laterna Punica. Plaut. Aulul. 6. 30,
Ita is pellucet, quasi laterna Punica.
¶Laternarius, laternarij, Qui alteri laternam præfert. Cic. in Pis. 15, An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternarios.
Lateſco] Vide Latus adiectiuum.
Latex] laticis, pen. corr. masc. gen. (τᾶμα) Omnis humor dicitur: ab eo quòd intrà aliquid lateat. Vnde & de aqua, uino, & cæteris dicitur. Virg. 1. Aeneid. 139,
Regales inter mensas, laticemq; Lyæum. Ouidius Palladios latices dixit, quũ oleũ dicere uellet. Cic. 2. de Diuin. 94,
Nos circũ latices gelidos fumãtibus aris, &c. Ex Homero.
Cupido laticum, Sitis. Lucret. lib. 4. 220.
Liquoris uitigeni latex. Lucret. lib. 5. 3.
Cærulei latices. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 6.
Perennes latices. Lucret. lib. 5. 53.
Sacri. Ouid. 5. Metam. 53.
Calidi latices. Virg. 6. Aeneid. 44.
Congerere latice m in uas. Lucret. lib. 3. 205.
Absynthi amarum perpotare laticem. Lucret. lib. 4. 4.



Digitized by Google

Gelido latice refouere aliquem. Senec. Agamemn. 8.2.

Lathyris] λάθυρις, herba quæ cataputia maior appellatur. Plin. lib. 27. cap. 11. 2, Lathyris fŏlia habet multa lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis contineatur, ut capparis.

Latialis] Vide Latium. Dicitur & Latiaris.

Latibulum] Vide Lateo.

Laticlauium] Vide Latus adiectiuum.

Latifolium, Latifundium] Vide Latus adiectiuum.

Latinè, Latinus] Vide Latium.

Latini] λατῖνοι, populi Italiæ in Latio: de quibus Saluſt. Primò Italiam tenuiſſe quoſdã, qui appellabantur Aborigines: hos poſtea aduentu Aeneæ Phrygijs iunctos, Latinos uno nomine nuncupatos. Seruius aũt ait, Aeneam uictis Latinis, ut eorum fauorem ſibi conciliaret, nomen Latinum non ſolùm illis non ſuſtuliſſe, ſed etiam Troianis impoſuiſſe.

Latinus] pen. prod. (λατῖνος) teſte Bocatio, Laurentũ rex, Fauni & Maricæ nymphæ Laurentis filius. Virg. lib. 7. Aeneid. 9, —rex arua Latinus & urbes, &c.

Hic, ut idem teſtatur, Aeneam profugum ſuſcepit hoſpitio: & uti reſponſo acceperat, ei Lauiniam filiam, iam Turno Dauni filio promiſſam, dedit uxorem. quamobrem bellum ingens inter Aeneam & Turnum exortum eſt: in quo Latinum cecidiſſe, ex Virgilio & Seruio manifeſtum eſt. Fuêre & alij plures Latini, ut author eſt Hyginus. Latinus Syluius, ut ait Liuius, Aeneæ Syluij fuit filius, & mortuo patre Albã regis imperauit, & ab eo coloniæ deductæ eorũ, qui Priſci Latini nuncupati ſunt.

Latio] Vide Fero.

Latito] Vide Lateo lates.

Latitudo] Vide Latus adiectiuum.

Latium] λάτιον, ut ait Plinius lib. 3. cap. 5, ea pars Italiæ eſt, ubi ſunt Tyberina oſtia & Cloſtra Romana. Dictũ Latium à latendo, quòd illic latuerit Saturnus, Iouem filium fugiens. Ouid. 1. Faſt. 48.

Dicta quoq; eſt Latium terra latente deo. Virg. lib. 8. Aeneid. 65, —Latiumq; uocari,

Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris. Varro aũt Latium dici putat, quòd latet Italia inter præcipitia Alpium & Apennini. Eſt autem duplex Latium, ut dicit Seruius: Vnum à Tyberi uſq; ad Fundos: aliud inde uſq; ad Vulturnum. Latium uerò antiquũ, ut ait Plin. lib. 3. cap. 5. à Tyberi Circeios ſeruum eſt M paſſuum L longitudine. tam tenues primordio imperij fuêre radices. Colonis ſæpe mutatis tenuêre alijs alij temporibus, Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aurũci, Rutuli, & ultra Circeios Volſci, Oſci, Auſones: unde nomen modò Latij proceſſit ad Lirin amnem. Cic. pro Archia 3, Studiaq; hæc & in Latio uehementius tum colebantur.

Facetiæ oblitæ Latio. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 15. 5.

Ferox Latium. Horat. 1. Carm. ode 35. 2.

Fœlix Latium Horat. in Carm. ſeculari 14.

¶ Latius, Adiect. (λάτιος) Col. lib. 1. in Præf. 25. An Latiæ muſæ non ſolos adytis ſuis Accium & Virgilium recepêre, ſed eorũ & proximis & procul à ſecũdis ſacras cõceſſêre ſedes?

Agri Latij. Ouid. 3. Faſt. 122.

Arces Latiæ. Ouid. 15. Metam. 117.

Gens Latia. Ouid. 4. Faſt. 9.

Lingua Latia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 15.

¶ Latialis, & hoc Latiale, pen. prod. (λατιάλιος) Quod eſt ex Latio: ut Latialis Iupiter, apud Cic. pro Milone, 65.

Caput Latiale. Lucan. lib. 1. 106.

Latialis ſermo Romanus et Latinus, quo Latini primũ uſi ſunt, Plin. lib. 3. cap. 1. 4, Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia. id eſt, Latino.

Latialis doctrina. Macrobius lib. 1. cap. 1.

¶ Latinus, pen. prod. Aliud adiect. (λατῖνος) Virg. 1. Aen. 2. —genus unde Latinum.

Carmen Latinum. Horat. 1. Carm. ode 32. 1.

Latinæ conſuetudini tradere. Colum. in Præfat. lib. 12. id eſt, in Latinum ſermonem uertere.

Latinæ feriæ. Varro 4. de lingua Lat. Latinæ feriæ dies conceptiuus, dictus à Latinis populis, quibus ex Albano monte ex ſacris carnẽ petere ius fuit cum Romanis. A quibus Latinis, Latinæ dictæ. Hactenus Varro. Cic. pro Planc. 18, Quibus è municipijs uix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur.

Fides Latinæ. Horat. 1. epiſt 3. 3.

Gens Latina. Virg. 8. Aeneid. 11.

Latina lingua locupletior Græca. Cic. 1. de Fin. 15, Ita ſentio, & ſæpe diſſerui, Latinam linguã non modò non inopem, ut uulgò putarent, ſed locupletiorem etiam eſſe quàm Græcam.

Vertere in Latinum, hoc eſt, in Latinam linguam. Quintil. lib. 10. cap. 5. Sub. ſermonem.

Verbis Latinis miſcere Græca. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 4.

Parum Latina uocabula. Mart. lib. 2. 8.

Voce Latina loqui. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12. 8.

Vrbs Latina. Virg. 9. Aeneid. 74.

¶ Latinè, pen. prod. Aduerb. (λατινῶς) More Latinorum. Cic. 6. Verr. 2, Latinè me ſcitote, non accuſatoriè loqui. Idem 7. Philip. 228, Qui planè & Latinè loquuntur.

Latinè ſcire. Cic. pro Cecin. 41.

¶ Latinitas, pen. cor. pro Latino ſermõe. Cic. ad Att. lib. 7. 123. 14, Secutusq; ſum non dico Cæcilium, mane ut ex portu in Pœræum (malus enim author Latinitatis eſt) ſed Terentium, &c.

Latinitas] Ius Latij, ius ciuium Romanorum. Cic. Att. lib. 14, Scis quàm diligam Siculos. Multa illis Cæſar, neq; me inuito, etſi Latinitas erat non ferenda, &c. Id eſt, Ius ciuium Romanorum. Nam Latini, ciues Romani: itaq; & ſuffragia ferebant, & magiſtratus gerebant. Si igitur Siculis Cæſar ius Latij conceſſiſſet, res fuiſſet non ferenda, ueruntamen ferri potuiſſet. Vt auã Antonius legem figat quaſi à Cæſare latam, qui nullam hac de re mentionem fecit, hoc uerò neutiquam ferri poteſt.

¶ Latinienſis, & hoc Latinienſe, (λατινήσιος) Idem quod Latinus. Cic. de Aruſp. reſp. 18, Quòd in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu.

Latmius mons] Vide Lamius.

Latmus] λάτμος, Plinio, Ioniæ mõs nobilis, ob Endymionis fabulam, quem aiunt à Luna adamatum in eodem obdormiuiſſe. Dicit tamen Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt eum in Latmo obdormiuiſſe, & in ſomnis à Luna deoſculatum.

Latomiæ] uel latumiæ, latumiarum (λατομίαι) Lapidicinæ, & metalla ſaxaria. Liu lib. 6. de bello Pun. Comprehenſa poſtea priuata ædificia, comprehenſæ latomiæ, forumq; piſcarium. Cic. 7. Verr. 111. Vide Latumiæ.

Ad latomias damnari ſolebãt ij, qui in opus Metalli damnabantur. Apud Plautum in Capt. 12. 65, Tindarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur:

Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias.

¶ Latomus, latomi, pen. corr. maſc. gen. (λάτομος) Lapicida, qui lapides cædit.

Latona] pen. prod. (λατὼ) Cei filia, à Ioue dilecta pariter & oppreſſa, Apollinem & Dianam peperit. Vnde Apollo Latoides, & Diana Latonia dicitur. Virg. 9. Aeneid. 82.

Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos. Similiter Delos, ut ait Seruius, dicta eſt Latonia, quod in ea Latona enixa ſit Dianam & Apollinem.

Genus duplex Latonæ. Virg. 12. Aeneid. 40.

Filius,

Digitized by Google

Filius Latonæ, Phœbus. Tibul. lib. 3 eleg. 4. 15.
Puer Latonæ, Phœbus. Horat. 4. Carm. ode 6. 8.
Candida Latona. Claud. 5. Paneg. 37.
Dilecta Ioui Latona. Horat. 1. Carm. ode 21. 1.
¶ Latonius, A dilectum (λατώι&) ut Proles Latonia. Ouid. 8. Metam. 3.
Stirps Latonia. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 1.
Velox Latona. Stat. 10. Theb. 136.
Luna Latonia. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 6.
Delos Latonia. Virg. 3. Georg. 2.
¶ Latonigenæ, dij (λατογενεῖς) Apollo et Diana. Seneca Agamem. 5. 3.
Duo Latonigenæ. Ouid. 6. Metam. 32.
¶ Latous, penult. product. (λατῶ&) Apollo, Horat. 1. Carm. ode 31. 4,
Frui paratis, & ualido mihi —Latoe dones.
Lator] latoris. Verbale à fero, fers. Vide Fero.
Latria] latriæ (λατρεία) Latinè cultus, Obsequium, seruitus religionis.
Latrina] latrinæ, pen. prod. (ἀφοδευτήριον, ἀπόπατο&) Locus priuatarum sordium, & nonnunquam locus ad exonerandum uentrem accommodatus. A latendo. Apuleius de Asino, lib. 9, Omnia prorsus ut in quandam cœnosam latrinam, in eius animum confluxerant uitia. Varro lib. 2. de Analogia, Deinde quum breuitatis causa nomina contraherent, quo essent aptiora, pro Lauatrina, latrinam nominauerunt. Vide Lauatrina in Lauo.
¶ Latrina, in quam lotura proijcitur. Plaut. Curcul. 12. 24,
Non pluris facio, quàm ancillam meam quæ latrinam lauat.
Latrinum] neutri generis apud Laberium teste Nonio, Sequere in latrinum, ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucil. libro 6, Hoc tu aptè, credit quenq; latrina perisse.
Latro] latras (ὑλάω, ὑλακτίω) latrare, Proprium est canis, quum impetum facit, & uoce terret. Virg. eclog. 3. 4,
—multum latrante Lyciſca. Plaut. Amph. 15. 24,
Nec gannio, nec latro. Cic. pro Rosc. Amer. 33, Quòd si luce quoq; canes latrent, quum deos salutatum aliqui uenerint, &c.
Latrare ad homines translatum, pro Vociferari, & intentiore uoce clamare. Cic. 2. de Orat. 121, Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, furem se uidere respondit? Idem de claris Orat. 29, Latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur.
Rumperis, & latras magnorũ maximè regum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27. Rumperis, ex impatientia: latras, more canum amarè obiurgas.
Latrare aliquid, id est, latrãdo dicere aliquid. Lucret. lib. 2. 4.
Latrare cum accusatiuo. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 17,
—si quis Opprobrijs dignum latrauerit integer ipse.
¶ Latror, latraris, Passiuum (ὑλακτοῦμαι) Plin. lib. 25. ca. 10. 7, Hanc habentes, negam, latrari à canibus.
Latratur, Impersonale. Ouid. 2. Trist. 92,
Scit cui latretur, quum solus obambulat ipse.
¶ Latrans, participiũ (ὑλακτῶν) ut, —colla latrantia canis. Propert. lib. 5. eleg. 18. 5.
Bella undiq; latrantia. Claud. 2. in Eutrop. 98.
Stomachum latrantem lenire. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 4.
¶ Latratus, penult prod. (ὑλαγμέν&) Aliud participium: ut Caput latratum Capharei. Stat. 1. Achil. 91.
¶ Latrator, penult. prod. (ὑλακτὴς) Verbale. Virgil. 8. Aeneid. 58.
Omnigenumq; deũm monstra, & latrator Anubis, &c. Seruius, Latrator quia canino capite pingitur. hunc uolũt esse Mercurium, ideo quia nihil est cane sagacius.
¶ Latratus, huius latratus, pen. pro. (ὑλαγμὸς) Plin. lib. 8. cap. 40. 1, Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu adactũ ut cogeretur fateri scelus.
Latratus grauis. Var. 2. de Re rust. cap. 9. 4.
Aper actus latratibus. Ouid. 2. Fast. 47.
Claris latratibus actus ceruus. Ouid. 13. Metam. 173.
Dare latratus. Seneca Medea, 10. 21.
Vagis latratibus implet dumeta uenator. Silius lib. 3. 60.
Intonare latratu ingenti. Vide Intono.
Remugit nemus latratu. Seneca Thyeste, 8. 11.
Sæuit canum latratus in auras. Virg. 5. Aeneid. 52.
Turbare apros latratu. Virg. 3. Georg. 83.
Latro, latronis, com. gen. (λῃστὴς, λαϊγγᾶς, ὀλοιτόν&) Græca dictio est, quæ significantur uiarum obsessores, qui publicè uel per uim furantur: quòd à latere adoriantur. uel à latendo: quòd latèter insidientur, authore Festo. Cic. 2. Philip. 74, Erat ei uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset.
Infesti latrones. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 9.
Insidiosus latro. Vide Insidior.
Latronem, pro Venatore usurpant nonnunquam poetæ. Virg. 12. Aeneid. 2,
—fixumq; latronis
Impauidus frangit telum.
Latrones, apud antiquos dicebantur etiam conducti milites, ἀπὸ τοῦ λατρεύειν, inseruire. nam seruiebant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimẽ. Dicti quasi laterones, inquit Varro: quia circa latera esse soleant. quos nunc satellites uocant. Plaut. Milit. 3. 75,
Nam rex Selcucus me opere orauit maximo,
Vt sibi latrones cogerem & conscriberem.
¶ Latrunculus latrunculi, penult. corr. Diminut. (λῃτίδιον) Cic. de Prouinc. Cons. 12, Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis à Prætore una cohorte auxiliaria gesta.
Latrunculus, siue laterunculus, qui & latro, est etiam quo ludimus, sedecim scrupis gemina acie utrinq; directis: in quib. duo reges sunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidem cẽturiones. Martialis, Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca, Latrunculis ludimus. Idem, Ludebat latrunculis, quum centurio agmen, &c.
Prælia latronum ludere. Ouid. 3. de Arte, 72.
¶ Latrocinor, pen. corr. latrocinaris (λῃτέυω) latrocinari, Latronum more prædari. Cic. 1. de Nat. deor. 118, Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt fana compilant. Idem 1. de Leg. 64, Ius esset latrocinari, ius adulterare.
Latrocinari ex occulto. Plin. lib. 9. cap. 42. 3.
Latrocinari, Mercede militare. Plaut. Curcul.
Latrocinatus annos decem, mercedem accipio.
¶ Latrocinatio, Verbale. Plin. lib. 19. cap. 4. 10, Multitudinis innumeræ sæua latrocinatio.
¶ Latrocinium, latrocinij, Idem, quod & usitatius est. Cic. pro Rosc. Amer. 37, Quòd putares hic latrocinium, non iudicium futurum. Idem 3. Verr. 38, Tu quæ ex fanis religiosis per scelus & per latrocinium abstuliſti, &c. Cæsar 8. bel. Gal. 92, Quia repentino latrocinio atq; impetu incolæ illorum, &c. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 25.
—quum dicas esse pares res,
Furta latrocinijs.
Imago latrocinij. Ouid. 2. de Arte, 42.
Latrocinium castrense. Vide Castrum.
Agitare latrocinia. Tacit. lib. 12.



Digitized by Google

Conijcere in latrocinium. Vide Conijcio.
Nefarium latrocinium. Vide Nefarius.
Latrocinium, Ipſa militia. Plaut.
Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.
¶ Latrunculator, pen. pro. m. g. (λῃστὴς) Qui rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor appellatur, & uulgò iudex maleficiorũ. Vlpianus lib. 5. Digeſt. de iudicijs, l. ſolemus, Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.
Latumiæ] latumiarum (λατομίαι) uel Latomiæ, aut etiam (ut alij uolunt) Lautumiæ, Lapidicinæ. Feſtus, Latumias ex Græco, & maximè à Syracuſanis, qui latumias & appellãt & habent, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam urbem. Vide Latomiæ. Cicero 3. Verr. 9, Qui iuratus apud uos dixit multos ciues Romanos in latumijs iſtius imperio crudeliſſimè per uim morte eſſe mulctatos. Idem 7. Verr. 113.
Latus] πεφορμιδόϛ, Participium à Fero, fers. Vide ſuo loco. ut Latus lectica. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 8. 5.
Latus] latior, latiſſimus (εὐρὺς, πλατὺς, λαῦρος) Specioſus, amplus, laxus. Cuius cõtrarium eſt Anguſtus. Terent. Heaut. 5. 1. 30, Huc eſt intrò latus lectus.
Aditus latus. Vide Adeo.
Agri. Virg. 8. Aeneid. 2.
Area. Ouid. epiſt. 1. 15.
Campi. Virg. 2. Georg. 99.
Aequor. Horat. 1. Epiſt. 2. 4.
Amnis. Virg. 1. Georg. 29.
Armi. Virg. 11. Aeneid. 129.
Flumina. Virg. 3. Georg. 43.
Humum latum habebat. Ouid. 5. Faſt. 56.
Orbis latus. Horat. 1. Carm. ode 12. 12.
Lato ore ingens feneſtra. Virg. 2. Aeneid. 97.
Pectus latum. Ouid. 1. Faſt. 116.
Lata radice arbor. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.
Regna latiſſima. Ouid. epiſt. 2. 22.
Latus unguis. Plin. lib. 11. cap. 45. 1.
Latus pectore. Mart. lib. 12. 34.
Latus, cum genitiuo. Colum. lib. 3. cap. 13. 4. Auarius quidam dupondio & dodrante altum ſulcum, latum pedum quinq; faciunt. Vide Longus pedum quatuor, in Longus.
Latus, cũ accuſatiuo. Plin. lib. 6. cap. 26. de Babylone, Sexaginta millia paſſuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quin quagenos latis.
Buccina tortilis in latum. Ouid. 1. Metam. 68.
Erigi & latum fieri. Cic. 4. Acad. 229.
¶ Latè, Aduerbium (πλατέως) Id eſt, multis in locis. Plin. epiſt. 163. lib. 8. ad Fabatum, Quibus uideor à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus.
Lucus latè ſacer. Virg. 8. Aeneid. 120.
Latè uictrices cateruæ. Horat. 4. Carm. ode 4. 5.
Aperire latius. Tacit. in uita Agricolæ.
Audiri latius. Tacit. lib. 19.
Latè loca milite complent. Virg. 2. Aeneid. 99.
Latè longeq; diffuſa laus Pompeij. Cic. pro Corn. Balbo, 9.
Diſcedere latè. Virg. 4. Georg. 72.
Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum. Cic. in Catil. 78.
Latè diuiſum atq; diſperſum bellum. Cic. pro leg. Manil. 22.
Effuſum latè mare Horat. 1. epiſt. 11. 6.
Fuſus latius locus. Quint. lib. 6. cap. 5. 9.
Latius loqui: cui opponitur, compreſſius. Cic. 2. de Fin. 29.
Latè patet, et ad multos pertinet hæc ars. Cic. 1. de Orat. 110. Et 1. Offic. 130. Hoc latiſſimè pateat, ad plurimoſq; pertineat.
Longè lateq; remotus à uulgo. Horat. 1. Serm. Sat. 6. 4.
Latè atque inflatè omnia perſcribere ad aliquem. Cæſar 2. bel. Ciuil. 68.
Sparſa latè ueſtigia currus. Ouid. 2. Metam. 64.
Latè uagatus ignis. Liu. 4. bel. Pun. 215.
Vagabitur nomẽ tuũ longè atq; latè. Cic. pro M. Marcello, 17.
Latus, pro Diuturnius. Plin. lib. 3. epiſt. 10, Cuius famæ latius conſuletur, ſi diſpenſata & digeſta fuerit.
¶ Latitudo, pen. prod. latitudinis, fœm. gen. (εὖρος, πλάτος, πάχος, πλατασμὸς) Cic. 1. de Nat. deor. 75, In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum.
Creſcere in latitudinem. Vide Creſco.
Latitudo poſſeſſionum. Cic. 3. de lege Agrar. 70.
Latitudo uerborum. Cic. 2. de Orat. 51.
¶ Lateſco, lateſcis (πλατύνομαι) lateſcere, Latum fieri, & in latum extendi. Colum. lib. 2. cap. 10. 19, quia non in uentrẽ lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. Cic. in Arato, 42. Hic equus à capite & longa ceruice lateſcit.
¶ Latifolius, latifolia, latifolium (πλατύφυλλος) Quod lata habet folia. Plin. lib. 15, Diſtinctio myrti ſatiuæ atq; ſylueſtris, & in utraq; latifoliæ. Idem lib. 15. cap. 7. 3, Optima laurus ad latifolia.
¶ Latifundium, latifundij (εὐρυχωρίαι) Quod habet latum fundum & magnum: uel fundus latus & amplus. Plin. lib. 17. cap. 22. 23, Latifundijs, nõ legitima naturæ feſtinatio. Id eſt, non poteſt una certa ratio præſcribi putandæ uineæ in magnis prædijs, quòd aliæ ſerius id, aliæ maturius deſiderant. Idem lib. 18. cap. 6. 4, Latifundia perdidére Italiam.
¶ Latuſclauus, laticlaui, pen. prod. (πλατύσημος) Veſtis Senatoria: dicta à textura. Quæ etiam ueſtis pro Senatoria dignitate accipitur. Plin. lib. 2. epiſt. 9, Ego Sexto latumclauũ à Cæſare noſtro, ego Quæſturã impetraui. Vide Clauus.
Latiore clauo Tullus Hoſtilius primus è regibus Romanis uſus eſt: quem è purpura fuiſſe contextum docet Plin. lib. 9. cap. 39, Nam longa prætexta & latiore clauo, &c.
Hac ueſte utebantur etiam ſacerdotes. Silius,
Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo.
Laticlauij (πλατυσήμιοι) Senatores appellati ſunt, à lato clauo quo utebantur. Suet. in Auguſto, Ac ne expers caſtrorum eſſet, binos plerunq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis.
Laticaluia tunica. Valerius lib. 5. cap. 1.
Latus] lateris, pen. cor. neut. gen. (πλευρὰ, λαγὼν, πλευρὸν) Quod eſt infra axillam. Virg. 2. Aeneid. 79.
—lateriq; Argiuum accommodat enſem.
Artifices lateris. Ouid. 3. de Arte, 71.
Conatus laterum. Quint. lib. 1. cap. 1. 5.
Dolor laterum. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 7.
Inclinatio laterum fortis ac uirilis. Quint. lib. 1. cap. 11. 12.
Inflexio laterum. Cic. 3. de Orat. 122.
Ardua latera. Virg. 3. Aeneid. 134.
Forte latus. Horat. 1. epiſt. 7. 6.
Inualidum latus. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 3.
Longum latus. Senec. Hippol. 10. 11.
Longo nullus lateri modus. Virg. 3. Georg. 11.
Niueum. Virg. eclog. 6. 11. Ouid. 2. Metam. 172.
Patiens laboris latus. Quint. in Proœ. lib. 1. 20.
Rigidum. Stat. 6. Theb. 42.
Enſis accinctus lateri. Vide Accingo.
Accommodare enſem lateri. Virg. 2. Aeneid. 79.
Adhærere lateri. Vide Adhæreo.
Adiungere aliquem lateri ſilij. Quint. lib. 1. cap. 2. 5.
Aſtare in latus obliquum: hoc eſt, Verſo latere uerſus aliquem. Ouid. 3. Metam. 38.
Cinxit latus enſe. Ouid. 2. Faſt. 157.



Digitized by Google

Latus conſerere lateri. Ouid. epiſt. 2.12.
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta. Ouid. 12. Metam. 96.
Exoluere à latere pugionem. Tacit. lib. 19.
Exonerare latus enſe. Senec. Agamemn. 6.7.
Heret lateri lethalis arundo. Virg. 4. Aeneid. 15.
Munire latus nauis. Ouid. 11. Metam. 98.
Latus enſe peregit. Ouid. epiſt. 4.24.
Reſoluit latus enſe. Ouid. ad Piſonem, 29.
Ima ſoluuntur latera. Virg. 3. Georg. 105.
Submittere latus. Ouid. 3. Metam. 5.
Latus mundi, Regio. Horat. 1. Carm. ode 22.4.
Latus, pro uiribus & ſpiritu. Cic. de Senec. 25, Neq; enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis.
Homines à latere, id eſt, chari & amici principum, & qui eorum lateribus ſemper adſunt. Curtius lib. 5, Quum ad perniciem eius etiam à latere ipſius pecunia ſolicitaret hoſtis. Liuius 4. bel. Pun.
Campi latus. Ouid. 10. Metam. 134.
Latera inſulæ, pro extremis utrinq; partibus. Cicer. 2. de Legib. 12.
Aequa latera. Quint. lib. 1. cap. 10. 31.
¶Lateralis, & hoc laterale, pen. prod. Plin. lib. 21. cap. 21. 4, Idem ſi lateralis dolor ſit, aut inter ſcapulas, aut in thorace.
¶Latuſculum, pen. cor. Diminutiuum (πλατύδιον) Catul. ad Thallum, epigr. 22. 2,
Ne laneum latuſculum, manuſq; mollicellas,
Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent.
Speculorum latuſcula, id eſt, parua latera. Lucret. lib. 4. 69.
¶Laterani (δορυφόροι) dicuntur ſatellites, qui principis alicuius latus tuentur: qui etiam laterones & latrones dicuntur. Vide Latro.
¶Laterarius, Adiectiuum: ut Laterarium lignũ. Vitruuius lib. 10. cap. 20, Ipſi autem laterarijs circà fixis contineantur, teganturq; tabulis maximè palmeis.
Lauacrum, Lauatio] Vide Lauo.
Laudicœnus] ἐπαινόδειπνος, Plin. epiſt. 58. b, Sequuntur actores auditoribus ſimiles, conducti & redempti mancipes. Conuenitur à conductis & redemptis in media baſilica: ubi tam palàm ſportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede tranſitur. Inde iam non inurbanè σοφοκλεῖς uocantur, ἀπὸ τοῦ σοφὸς καὶ καλέω dicti. Ipſdẽ Latinum nomen impoſitum eſt laudicœni: & tamen creſcit in dies fœditas, utrâq; lingua notata.
Laudo] laudas (αἰνέω, ἐπαινέω, αἰνίζομαι, ἐπιπλέω, ἐπιφημίζω, ἐπιμέω, καλυμνέω) laudare, Verbis extollere. Cicer. pro Flacco, 50, Sic optimatum conſilio gubernatur, ut omnes eius inſtituta laudare facilius poſſint, quàm æmulari.
Probare & laudare. Cicer. Ruffo, lib. 5. 20. 14, Quam quidem omnes non ſolùm probant, ſed etiam laudant.
Laudare alterum ad aliquem. Vide Ad præpoſitionem.
Laudare cum exceptione: id eſt, Non integrè. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 1. 55. 1.
Laudare laudibus. Plaut. Capt. 7. 63.
Ore alicuius laudari. Ouid. ad Liuiam, 33.
Carmine laudari alicuius. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 12.
Laudantur utilitate, non arte. Cic. 1. de Finib. 67.
Laudare, Nominare. Plaut. Capt. 7. 63,
Id ſcias, Iouem ſupremum teſtem laudo Aegio,
Me infidelem non futurum Philocrati. Quo tamen in loco, non, teſtem laudo: ſed, teſtem do, uulgò legitur: ſed mendoſè, ut ex Nonio apparet. Laudare (inquit Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 7) ſignificat priſca lingua nominare, appellareq;. Sic in actionibus ciuilibus author laudari dicitur, id eſt nominari. Budæus.
Laudare tamen, quod uerbum eſt ipſum iuris, ſiquis diligenter aduertat, non modò nominare, ut Gellius & Macrobius & Nonius dixerunt: ſed etiam nominatim citare ſignificat, & appellare: hoc eſt, Iudicio dictato interpellare. Cic. 3. de Orat. 39. de Carneade loquens, Huius ego, etſi multos auditores cognoui Athenis, tamen authores certiſſimos laudare poſſum, & ſocerum meum Scæuolam, qui eum Romæ audiuit adoleſcens, & Q. Metellum familiarem meum. Idem de claris Orat. 21. & pro Flacco, 72. Gellius libro 3. cap. 16, Varro undecimo menſe naſci hominem poſſe dicit: eiusq; ſententiæ tam de octauo, quàm de undecimo menſe, Ariſtotelem laudat authorem. Pomponius in l. tenetur. de actionibus empti & uenditi, Si tibi iter uendidero, ita demum authorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem uolueris. Laudare authorem, Modeſtinus & Pomponius, quo modo & Cicero, pro Nominatim citare, poſuerunt, & ad ſui defenſionem accerſere, appellareq;. Budæus.
Laudo, pro Recuſo, improbo, nolo: ex eo, ni fallor, quòd ſimulata uerborum laudatione plerunq; id afficimus, quòd toto pectore improbamus atq; damnamus. Sic accepit Virg. quũ in Georg. ſcribit, —laudato ingentia rura,
Exiguũ colito. Nam latifundia improbat, modicumq; agri modum præfert. Turnebus.
Laudando concipit ignem. Ouid. 10. Metam. 116.
¶Laudandus, Gerundiuum (ἐπαινετέος) ut loci non laudandi. Ouid 1. Triſt. eleg. 8. 13.
Voluntas laudanda eſt. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 16.
¶Laudatus, pen. prod. (ἐπαινητὸς) Participium, ſiue Nomen ex participio.
Abundè laudatus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 6. 7.
Falsò laudata fœmina. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 9.
Forma laudata. Ouid. epiſt. 15. 27.
Laudatiſſima forma. Ouid. epiſt. 18. 27.
Virgo laudatiſſima dote formæ. Ouid. 9. Metam. 144.
¶Laudator, pen. prod. Verbale (ἐπαινέτης) Cic. pro Fõtcio, 6, Eo nos iam laudatore & teſte utemur.
Laudator uoluntarius. Cic. 6. Verr. 126.
Nolo eſſe laudator, ne uidear adulator. Author ad Heren. libro (4. 178.
Adhibere laudatorem. Vide Adhibeo.
Dare laudatores alicui. Quint. lib. 3. cap. 7. 2.
¶Laudatrix, pen. prod. Verbale fœm. (ἐπαινέτις) Cic. 3. Tuſc. 7, Vitiorum laudatrix fama popularis.
Laudatrix uenus eſt inſidioſa mihi. Ouid. epiſt. 16. 26.
¶Laudatio, Verbale (αἴνεσις) Eſt ipſa laudantis oratio. Cicer. pro Fonteio, 4, Vos autem abſens orat atq; obſecrat, ut ſua religio, laudatio, authoritas, aliquid apud ueſtros animos momenti habuiſſe uideatur.
Præclara laudatio. Cic. 4. Verr. 9.
Funebres laudationes. Quint. lib. 3. cap. 7: 2.
Decernere laudationem. Vide Decerno.
Laus et Laudatio differunt. Senec. epiſt. 103, Præterea aliud eſt laus, aliud laudatio. Hæc & uocẽ exigit. Itaq; nemo dicit laudẽ funebrẽ, ſed laudationem: cuius officium oratione cõſtat.
¶Laudabilis, & hoc laudabile, pen. corr (αἰνετὸς, ἐπαινετὸς) Quod meritò laudari debet. Plaut. Perſa, 17. 1,
Aedepol dediſti uirgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam. Laudabilis uita, apud Ciceronem de Amic. 22. Et 1. de Fin. 65, Rectæ & laudabiles res.
Carmen laudabile. Horat. de Arte, 83.
Opus laudabile. Lucret. lib. 5. 32.
¶Laudabiliter, pen. corr. Aduerbiũ (ἐπαινετῶς) Cic. 5. Tuſc. 18, Quid? ad rectè honeſtè, laudabiliter, poſtremò ad bene uiuendum, ſatis ne eſt præſidij in uirtute?

¶Laudatiuus,

Digitized by Google

¶ Laudatiuus, pen. prod. Adiectiuum (ἐπαινετικός) Quod laudat. Vnde Laudatiuum genus dicitur Demonstratiuum. Quintil. lib. 2. cap. 16, Laudatiuam totam, quæ est pars rhetorices tertia.

¶ Laus, laudis, fœ. gene. (ἔπαινος, αἶνος, ἐγκώμιον) Præconium, commendatio, gloria. Virg. 5. Aeneid. 71.

—primam meruí qui laude coronam.

Laus dicta est ἀπὸ τοῦ λαοῦ, quòd propriè laus, sit populi de aliquo recta loquentis.

Laus caseo Romæ, ex proüincijs Nemausensi, &c. Plin. lib. 11. cap. 42. 1.

In laude olei nominatur id quoq; Plin. lib. 13. cap. 1. 1.

Beatus omni laudum cumulo. Stat. 4. Sylu. 3. 32.

Conspicuus laude. Vide Conspicio.

Dignus uir laude. Horat. 4. Carm. ode 8. 6.

Inclytus laude. Senec. Agamemn. 6. 2.

Potentes laude homines. Lucret. lib. 6. 3.

Aemulus laudis alicuius. Ouid. 6. Metam. 17.

Animus auarus laudis. Horat. 2. epist. 1. 37. Vide Auarus.

Cupido immensa laudum. Virg. 6. Aeneid. 165.

Hæres laudis alicuius. Ouid. epist. 9. 22.

Imago falsa laudis. Quint. lib. 5. cap. 8. 2.

Obtrectatio laudis. Vide Obtrecto.

Perpetuitas laudis. Vide Perpetuus.

Antiquæ laudis res. Virg. 2. Georg. 45.

Armatæ laudes: id est, laudes propter arma & res bellicas. Claudian. 2. Paneg. 1.

Attonsa. Vide Attondeo.

Bellicæ laudes. Senec. Troade, 8. 7.

Blandæ laudes. Virg. 3. Georg. 38.

Continua laus. Vide Contineo.

Imperatoria laus. Vide Impero.

Inclyta laus. Senec. Hercul. Oetheo, 7. 29.

Marmoratæ laudes. Vide Marmor.

Modica laus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 45.

Nascens laus. Vide Nascor.

Numerosa laus. Ouid. ad Pisonem, 14.

Abstrahere ad bellicas laudes. Vide Abstraho.

Abest ab hac laude. Vide Absum.

Bellicis laudibus abundare. Cic. 1. Offic. 111.

Afferre laudem. Quint. lib. 1. cap. 5. 45. Vide Affero.

Afferre laudem alicui. Virg. 12. Aeneid. 65.

Laude afficere. Cic. 2. Offic. 67.

Agere laudes. Vide Ago.

Amittere laudem. Vide Amitto.

Appetere laudem. Vide Appeto.

Ascisere sibi laudem. Vide Ascisco.

Asserere sibi laudes alicuius. Ouid. 1. Metam. 93.

Assumere laudem & laudi. Vide Assumo.

Longa laude canendus, Stat. 8. Theb. 111.

Capere laudem. Vide Capio.

Celebrare laudes. Vide Celebro.

Celebratus laude illustri. Cic. pro Mur. 14.

Certare laudibus alicuius. Virg. 2. Georg. 28.

Colligere omnium laudes. Vide Colligo.

Communicare laudem cum altero. Vide Cõmunico.

Concedere laudem alicui. Cic. 1. de Orat. 13.

Conciliare laudem. Quintil. lib. 2. cap. 7. 4.

Condere laudes. Vide Condo.

Coniungere laudem ad aliquid. Quintil. lib. 4. cap. 1. 11.

Consequi magnam laudem. Vide Consequor.

Contribuere alicui laudem. Vide Contribuo.

Crescere laude postera. Horat. 3. Carm. ode 30. 2.

Crescere laude. Quintil. lib. 1. cap. 2. 20.

Cumulare aliquem laudibus. Tacit. lib. 18.

Cumulatus orator omni laude. Cic. 2. de Ora. 11. Vide Cumulo.

Debetur illi laus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 18.

Deterere laudes alicuius. Horat. 1. Carm. ode 6. 3.

Detrectare laudes. Ouid. 5. Metam. 50.

Dicere laudes alicuius. Virg. eclog. 6. 2.

Dicere laudem alicuius rei. Quintil. lib. 1. cap. 10. 15.

In laudem dicuntur. Gel. lib. 4. cap. 9.

Latè, longéq; diffusa laus Pompeij. Vide Latus adiectiuum.

Dare laudem uirtutis necessitati. Quintil. lib. 1. cap. 8. 10.

Dare aliquid alteri laudi. Cic. pro Plancio, 72.

Duci laude ad peiora. Quintil. lib. 5. cap. 12. 17.

Edunt obliuia laudem. Silius lib. 12. 234.

Efferre laudibus somnis usque ad cælum. Cicer. Dolabellæ libro 9. 14. 3.

Egentes animi laudis. Virg. 5. Aeneid. 151.

Laudibus ad cælum extollere. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 32.

Facta mihi ferent laudem. Virg. 11. Aeneid. 159.

Insigni laude ferre aliquem. Virg. 1. Aeneid. 127.

Florere laudibus. Lucret. lib. 5. 257.

Fraudare aliquem debita laude. Quintil. lib. 2. cap. 14. 1.

Habere laudes. Cic. de Opt. gen. orat. 144.

Habere laudes de aliquo. Cic. Attico, lib. 13. 290. 2.

Laudem nõ habet breuitas in eloquentia. Cic. de clar. Ora. 24.

Imminuere laudem alicuius. Vide Imminuo.

Impertire laudem. Vide Impertio.

Incumbere ad laudem. Vide Incumbo.

Laudem inuenire. Vide Inuenio.

Mereri laudem. Vide Mereo.

Mutuari laudem aliunde Vide Mutuum.

Natus laudi. Vide Nascor.

Obsolescit laus. Tacit. lib. 4.

Obterere laudes maiorum. Vide Obtero.

Occupauit laus omnia. Cic. pro Mur. 11.

Onerare laudibus. Vide Onero.

Ornare laudibus ueris aliquem. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 7. 10.

Pendere ex laude. Vide Pendeo.

Carmina uestrarum peragunt præconia laudum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 9.

Amore laudum perculsus. Virg. 9. Aeneid. 40.

Spes magna laudis percussit cor meum. Lucret. lib. 1. 139.

Perferre laudem ex urbe. Vide Perfero.

Ponere in laude. Cic. 5. Verr. 182.

Egregiam laudem referre. Virg. 4. Aeneid. 19.

Scribere laudes. Quintil. lib. 3. cap. 4. 3.

Scribere laudem alicuius. Quintil. lib. 2. cap. 15. 20.

Magnæ laudi esse. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 20.

Est tua laus, Laudandus es propterea. Cic. Thermo, lib. 27. 7, Qui si dignũ se maioribus suis præbuerit, ut spero & opto: tua laus ex aliqua parte fuerit.

Sumere laudem à crimine. Ouid. 6. Metam. 95.

Tactus cupidine laudis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 3.

Tollere aliquem laudibus. Horat. 1. Carm. ode 21. 2.

Tribuere laudem. Cic. Bruto, 15. 10.

Venerari aliquem laudibus, ac gratia. Tacit. lib. 12.

Laudem uertit in crimina. Ouid. epist. 8. 11.

Laudis nomine Cicero frequenter eloquentiam intelligit, quoniam nihil ea laudabilius putabat: ut lib. 2. de Offic. & lib. 1. de Orator. uidere licet. Idem in Bruto, 14, Post hanc ætatem aliquot annis Themistocles fuit, quem constat cùm prudentia, tum etiã eloquentia præstitisse. Pòst Pericles, qui quũ floreret omni genere uirtutis, hac tamen fuit laude clarissimus. Sic laudẽ dicẽdi, et laudẽ oratoriã dicit: ut in eodẽ Bruto, 41

Lauer] láueris, neut. gen. & aliquando fœm. (σίον) Herba, quam

quam methateſi literarum uulgò berlam dicimus, & berulam. Plin. lib. 26. cap. 8. 8, Lauer quoq; naſcens in riuis, condita & cocta, torminibus medetur.

**Lauerna** ] φώρων θεὰ, dea fuit, quam Romani coluêre: à qua Lauerniones dicti ſunt fures, quod ſub tutela deæ Lauernæ eſſent, in cuius obſcuro loco ſoliti erant inter ſe furta diuidere. Hinc Lauernalis porta Romæ dicta eſt, ab æde Lauernæ proxima.

**Pulchra Lauerna.** Horat. 1. epiſt. 17. 12. Acron, Lauerna, uia ſalaria lucum habet. Eſt autem dea furum: & ſimulacrum eius fures colunt, aut qui conſilia ſua uolunt tacita. Dicta à laudando. Nam fures lauatores dicuntur. Cum ſilentio preces eius exercentur.

**Lauinia** ] λαβινία, Latini & Amatæ filia, uxor fuit Aeneæ, propter quam Turnus iratus, tam in Latinum quàm in Aeneam bella ſuſcepit, à Mezentio impetratis auxilijs. Seruius.

**Lauinium** ] λαβίνιον, λαυίνιον, urbs quæ & Laurentum, à Lauinio Latini fratre, ut ſentit Seruius. Deinde Laurentum à lauro inuenta à Latino, dum adepto imperio poſt fratris mortem ciuitatem augeret. Lauinium uerò à Lauinia, Aeneæ uxore. Alij Lauinium à lauro Lauinio. Strabo dirimit Lauinium à Laurento. Dionyſius Halicar. facit tres populos in Latio, Lauinienſes, Laurentes, & Lauinium.

**Sedes ſacræ Lauinij.** Ouid. 15. Metam. 144.

¶ **Lauinius**, Adiectiuum (λαυίνιος) ut Arua Lauinia. Virgil. 4. Aeneid. 47.

**Virgo Lauinia.** Ouid. 14. Metam. 114.

**Lauo** ] lauas, laui, lautum & lotum, & antiquè lauatum, (λούω, λοέω, νίζω, νίπτω, πλύνω) lauare, Abluere, & aqua quæq; ſordida purgare. Terent. Eunuch. 3. 5. 52,

Abeunt lauatum, perſtrepunt. Ouid lib. 3. Faſt. 3,

Sacra lauaturas mane petebat aquas. Cic. 2. de Ora. 136.

Illud egregiũ Sextij, & ex tempore, Manus laua, inquit, & cœna. Terent. Heaut. 4. 1. 5.

—atq; illa, ſi iam lauerit, mihi nuncia.

**Omnes in fonte lauabo.** Virg. eclog. 3. 20.

**Reliquias uino, & bibulam lauêre fauillam.** Virg. 6. Aen. 46.

**Membra lauabis aqua.** Ouid. epiſt. 2. 18.

**Lachrymis uulnera ſæua lauat.** Ouid. 3. de Arte, 148.

**Studio geſtire lauandi.** Virgil. 1. Georg. 78.

**Ire lauatum.** Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 28.

**Lauare peccatum ſuum.** Terent. Phorm. 5. 8. 80,

Venias nunc precibus lautum peccatum tuum.

**Lauare**, pro lauari: ut in balneis, in quibus & lauamus, & lauamur. Terent. Eunuch. Act. 3. ſcen. 5,

—paucæ, quæ circum illam eſſent, manent
Nouitiæ puellæ. continuò hæc adornant, ut lauet. Aliquot pòſt uerſibus,
Cape hoc flabellum, & uentulum huic ſic facito, dum lauamus. Vbi nos lauerimus, ſi uoles, lauato.

¶ **Lauo**, lauis, laui, lotum uel lautum (νίπτω) lauere, Idem. Cato cap. 65, Si inquinata erit, lauito.

**Sanguis ater lauit corpora.** Virg. 3. Georg. 45.

**Crines lauis amne Xantho.** Horat. 4. Carm. ode 6. 6.

**Mala dulci uino lauere.** Horat. 3. Carm. ode 12. 1.

**Ora manuſq; tua lauimus Feronia lympha.** Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 5.

**Proluuie larga lauere humida ſaxa.** Lucret. lib. 5. 190.

¶ **Lauatio**, lauationis (πλύσις) Cic. ad Varronem, lib. 9. 5. 4, Faciam ut lauatio parata ſit. id eſt, balneũ. Plin. lib. 8. cap. 45. 3, Lauatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere.

¶ **Lauacrũ**, lauacri, pen. prod. (λουτρὸν) Balneum, in quo quis lauari commodè poteſt. Gellius lib. 1. cap. 2, Propulſabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis amb[u]lacris, & mollibus ædium poſticũ refrigerantib. lauacris.

**Auidus ſplendere lauacris.** Claud. 2. in Eutrop. 82.

**Lauatrina** ] Vide Latrina. Eſt lauatrina, quod nũc balneũ, dicitur. Nonius. Vide Balneæ, balnearũ, In Balneũ.

¶ **Lautus**, ſiue etiam lotus (λελουμένος) Participiũ ſiue Nomẽ ex participio. Id eſt, Lauatus. Terent. Phorm. 2. 2. 25,

Téne aſymbolum uenire unctam, atq; lautum è balneis?

Cic. pro Deiotaro, 13, Quid igitur cauſæ excogitari poteſt, cur te lautum uoluerit, cœnatum noluerit occidere?

**In unda lotus.** Stat. 1. Syl. 5. 13.

**Manus lautæ.** Horat. 2. Serm. Saty. 35. 7.

¶ **Lautus**, λαμπρὸς, παλυπλὴς, Elegans, id eſt, Mũdus & ſplendidus, inquit Donatus. Cic. 3. Verr. 11, Quum iſte atq; iſtius amici, homines lauti, & urbani, ſermones huiuſcemodi diſſipaſſent. Plaut. Pſeud. 4. 31,

—facite ut offendam parata omnia,
Verſa, præſtrata, ſtrata, lautaq;, coctaq; omnia uti ſint.

**Militariter lautus.** Tacit. lib. 18.

**Lautiores ſerui**, Elegantiores. Cic. in Parad. 45.

**Lauta opera.** Plin. lib. 13. cap. 4. 10.

**Lautus**, Diues, Nitidus, in ueſte & uictu delicato. Terẽt. Heaut. 4. 5. 50, Omnes te in lauta & bene aucta parte putant.

**Lauta ciuitas**, Opulẽta & nobilis. Cic. Acilio, lib. 13. 33. 1, In Heleſina ciuitate tam lauta tamq; nobili cõiunctiſſimos habeo.

**Lautum patrimonium.** Cic. pro Flacco, 70.

**Lautus cibus.** Terent. Adelph. 3. 3. 72.

**Lautiſſima cœna**, apud Plinium epiſt. 194. Mart. lib. 5. 102, Illa quidem lauta eſt, & opibusq; inſtructa ſuperbis.

**Lautiorum cœnæ** Mart. lib. 13. 7.

**Lautiſſimum conuiuium.** Plin. lib. 14. 2.

**Culina lauta.** Horat. 2. Serm. Saty. 4. 1.

**Epulæ lautiores.** Stat. 1. Sylu. 6. 7.

**Lautè** ] Aduerbium (λαμπρῶς) Eleganter. ut Lautè ueſtitus. Plaut. Caſin. 18. 10.

**Lautè diuerſari.** Cic. 3. Verr. 44.

**Lautè loqui.** Plaut. Milit. 14. 11. Loquitur lautè, & minimè ſordidè. Terent. Eun. 3. 1. 37, Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprà.

**Lautè munus ſuum adminiſtrare.** Terent. Adelph. 5. 1. 2.

¶ **Lautitia**, lautitiæ (πολυτέλεια) Epularũ magnificentia, à lauatione dicta: quia apud antiquos hæ elegantiæ quæ nunc ſunt, non erant, & raro aliquis lauabat. Hec Feſtus. Lautitia igitur munditia eſt, quæ in ueſtitu & cibo fit. Plin. lib. 9. cap. 35, Quum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, ut regnia meretrix lautitiam eius omnem apparatumq; obtrectans. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 24, Fama ad te de mea noua lautitia ueniet.

¶ **Lautia**, lautiorum (λαῦται) Munera dicebantur, quæ Romani per Quæſtores legatis exterarum nationem mittebãt, ut ait Plutarchus in Problem. unde ſcribit Liuius, lautia Attalo fuiſſe decreta. Feſtus, Lautia dicebant ueteres, quæ lautia dicimus: dabantur legatis hoſpitij gratia. Liu. 8. bel. Pun. 208, Locus inde lautiaq; legatis præberi iuſſa.

**Lautia etiam fœmininé.** Liuius, Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta. Budæus.

¶ **Lotura**, loturæ, penult. prod. (λοῦσις) Lauatio. Plin. lib. 33. cap. 7. 3, Differentiam artis eſſe, quòd alij minium faciunt prima lotura: apud alios id eſſe dilutius, ſequentis autem loturæ optimum,

**Laurea, Laureola, Laureſcomus**, &c. ] Vide Laurus.

**Laurentia** ] λαυρεντία, uxor Fauſtuli, Romuli & Remi nutrix. Vide Liuium 1. ab Vrbe, 16. Ouid. 3. Faſt. 11.

¶ **Laurentalia** (λαύρεντια) feſta dicebantur, quæ in huius Accæ Laurentiæ honorem fiebant. Ouid. 3. Faſt. 12.

**Laurentum** ] λαύρεντον, Nomen ciuitatis, quòd ibi ſepultus ſit

ſit Tatius rex, qui à Laurentibus occiſus fuit. Vel à ſylua laurea, qua exciſa ædificatus eſt uicus. Vel, ut ait Priſcianus, à lauro ibi inuenta, dum Picus eam conderet. Vide Virgilium 7. Aeneid. 12. Hinc

¶Laurens, Laurentis, Adiectiuum, & hic & hæc Laurentis, qui ex Laurento ciuitate eſt. Virg. 7. Aeneid. 35,

—Laurentis regia Pici.

Populi Laurentes. Virg. 6. Aeneid. 179.

Puellæ Laurentes. Stat. 1. Sylu. 2. 33.

Arua Laurentia. Virg. 9. Aeneid. 21.

Tibris Laurens. Virg. 5. Aeneid. 160.

**Laureotis**] huius laureotis, pen. prod. Cinerula quæ dū argentum in fornace uritur, in ipſa fornacis area colligitur ex fauillis argenteis ſurſum aſcendentibus, ac deinde in aream decidentibus. Plin. lib. 34. cap. 13. 4. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam uocant laureotin.

**Laurices**] Plin. libro 8. cap. 55. 1. Leporum generis ſunt & quos Hiſpania cuniculos appellat, fœcunditatis innumeræ, famemq; Balearibus inſulis, populatis meßib. afferentes. Fœtus uentre exactos, uel uberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratißimo in cibatu habent: laurices uocant.

**Laurolauinium**] Vrbs Latij, proxima Laurento.

**Laurus**] lauri, fœm. gen. ſecundæ, & Laurus, huius laurus, quartæ declinationis: ſonantior autem eſt in ſecunda. Eſt genus arboris, quæ Græcè Δάφνη dicitur. Plin. lib. 15. cap. 30. 1. Laurus triūphis propriè dicatur, uel gratißima domibus, ianitrix Cæſarū Pontificumq; quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Pompeius Lenæus adiecit quàm muſtaceam appellauit, quoniam muſtaceis ſubijceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq; & albicāte. Delphicam aquali colore, uiridiorem, maximis baccis, atq; uiridi rubentibus. Hac uictores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Cypriā eſſe folio breui, nigro, per margines imbricato, criſpā. Et cætera quæ in eodem capite tradit Plinius. Lauri fruticem non icit fulmen, ut ait idem Plinius lib. cap. 55. 1.

Amantes carmina laurus. Stat. 4. Sylu. 6. 20.

Laurus Apollinea, quia dicata eſt Apollini. Ouid. 6. Faſt. 19.

Delphica lauro comam cingere. Horat. 3. Carm. ode 30. 4.

Fatidica laurus. Claud. 3. Paneg. 12. Vel quòd Apollini fatidico deo eſt dicata. Vel quòd ex eius crematæ ſtrepitu futura colligebant: ut Porphyrius philoſophus, & Iliados primo ſcribit Euſtathius. Fragoſius enim combuſta fœlicitatem portendere credebatur. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 20,

At laurus bona ſigna dedit, gaudete coloni.
Contrà ſi tacita conflagraſſet, triſte erat augurium. Propertius lib. 2. eleg. 29. 8, Et tacet extincto laurus aduſta foco. Vel quia, ut promittit Antiphon & Philolochorus, quibus Artemō atq; Serapion Aſcalonites aſtipulatur, & ex noſtris Fulgentius Placiades, ſi quis lauri frondes ſub puluillo capiti ſubiectas habuerit, is uera ſomnia noctu eſt uiſurus.

Fragilis laurus. Virg. 8. eclog. 16.

Martia. Claud. in Præfat. Paneg. 2. 4.

Nitidiſſima. Vide Niteo.

Pacifera. Vide Pacifer in Pax.

Parnaſide lauro uinctus caput. Ouid. 11. Metam. 34.

Peneia, quia Daphne Penei fluminis filia in laurum mutata eſt. Vide Ouidium 1. Metam. Valer. 1. Arg. 79. Vide Peneus.

Phœbea lauro cingentur tempora. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 11.

Venturi præſcia laurus. Claud. 2. de raptu Proſ. 22. De cuius epitheti ratione uide Parrhaſium in Claudianum: Cælium quoq; lib. 5. cap. 7.

Triumphales. Ouid. 2. Amor. eleg. 12. 1.

Crinem innectere lauro. Ouid. 6. Metam. 33.

¶Laurea, laureæ, Folium lauri. Plin. lib. 15. cap. 30. 10, Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur uiris. Vnius folia diſtinguuntur appellatione: lauream enim uocamus.

Cana laurea. Ouid. 3. Faſt. 29.

Gratißima Phœbo laurea. Virg. eclog. 7. 13.

Laurea, pro lauro aliquanto ponitur. Horat. 2. Carm. ode 15. 2, Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis.

Laurea, Corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Cic. de Prouin. Conſul. 28, Si in Capitolium inuehi uictor cum illa inſigni laurea geſtiret.

Meritus linguæ lauream. Cic. Vide Mereo.

Apollinari laurea donandus. Horat. 4. Carm. ode 2. 2.

Mittere lauream ad aliquem. Tacit. lib. 19.

Lauream, & laurum, & mutata diphthongo loream, pro eodem accipit Cato, lib. de Re ruſt.

¶Laureus, Adiect. (Δαφνινὸς) Quod ex materia lauri eſt: ut Laurea corona. Liu. 3. bel. Pun. 45.

Laureus ramus. Plin. lib. 15. cap. 30. 9.

Serta laurea. Ouid. 2. Triſt. 35.

¶Lauretum, laureti, pen. prod. (Δαφνὼν) Locus lauris conſitus. Plin. lib. 15. cap. 30. 10, Durat & in Vrbe impoſitum loco, quādo laureti in Auentino uocatur, ubi ſylua lauri fuit.

¶Laureola, pen. corr. Diminutiuum. Cic. ad Atticum, libro 5. 108. 6, Bibulus cœpit laureolam in muſtaceo quærere: hoc eſt, ex friuolis negotijs captare famam haud præclarā, neq; magnificam. Eſt autem muſtaceum ſiue muſtaceus, libi genus, cui aliquid additur de uirga lauri decuſſum, ac decoquitur ſuppoſitis lauri folijs, ut indicat Cato libro de Agricultura. Vnde Plinius libro 15. cap. 30, muſtaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum uſum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis, ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant aſſequi laurum, in muſtaceo quærebant laureolam. Cic. ad Attic. lib. 5. 108. 6, Bibulus, inquit, credo uoluit appellatione hac inani nobis eſſe par. In eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere. Cic. in Prouincia res præclaras geſſerat: Bibulus frigebat. Idem ad M. Cælium Ruffum, lib. 2. 9. 4, qualemcunq; triumphum laureolam appellat. Velles enim, ais, tantummodo ut haberem negocij, quod eſſet ad laureolam ſatis. Eraſmus.

¶Laureatus, pen. prod. Adiectiuum, Lauro coronatus. Feſtus, Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, ut quaſi purgati à cede humana intrarent urbem. Itaq; eandem laurum, omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat: uel quòd medicamento ſiccißima ſit, uel quòd omni tempore uiret, ut ſimiliter Reſp. floreat.

Laureati faſces, Faſces laurea uel lauro circunuoluti. Cicero 1. de Diuinat. 105.

Laureati lictores, qui laureatos faſces & laureas coronas gerunt. Cic. ad Attic. lib. 7. 129. 1.

Laureatus uomer, per translationem. Plin. lib. 10. ca. 3. 9, Ipſorum nunc manib. imperatorū colebātur agri, ut fas eſt credere, gaudēte terra uomere laureato, & triūphali aratore.

Laureati poſtes, Lauro coronati. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Laureatæ tabellæ. Liu. Decad. 5. lib. 5. 3.

Literæ laureatæ. Liu. lib. 5. Decad. 5.

Proſequi geſta laureatis. Tacit. in uita Agricolæ. Sub. literis.

¶Lauriſer, pen. corr. Adiectiuum (Δαφνηφόρος) Laurum ferens. Plin. lib. 15. cap. 30. 7, Lauriferam tellurem illam oſcus latus ex reſponſo.

Currus lauriferi. Lucan. lib. 5. 67.

Phœbus lauriſer. Ouid. 3. de Arte, 78.

¶Lauriger, pen. corr. Adiectiuum (Δαφνηφόρος) Idem Martial. lib. 3. 24,

—Laurigeros

—Laurigeros ageres quũ læta triũphos. Ibidẽ, lib. 7. 5, Martia laurigera cuſpida tela uirent.

¶Lauricomus, penul. corr. Adiectiuum: ut Montes lauricomi. Lucret. lib. 6. 31.

¶Laurinus, pen. corr. Adiect. (λαυρινὸς) Quod eſt ex lauro. Plin. lib. 23. cap. 4. 9, Oleum laurinum utilius, quo recẽtius.

Laurinis ſolijs. Plin. lib. 19. cap. 8. 34. id eſt, ſolijs lauri ſimilibus. De lepidio.

Laus] laudis. Vide Laudo.

Lauſus] Mezentij filius, ferarum debellator egregius. Virg. 7. Aeneidos,

Lauſus equũm domitor, debellatorq; ferarum.

Lautia, Lautitia, Lautus] Vide Lauo.

Lautumarius] Sceleratus, & qui ſæpe in carcere fuerit. Quas enim Græci latomias, Latini lautumias, ut Varro, Plautus, alij appellarunt. Ita carcer quidam Romæ uocabatur, quòd in eo lapidicinæ aliquando fuiſſent. Cic. in orat. in Piſon. Cum altero Catilinæ lautumario. Lautumariũ Catilinæ uocat unum è ſceleratis illis Catilinæ aſſectatoribus & gregalibus, qui ſæpe coloni carceris fuiſſent. Sic Turnebus legit: quum in excuſis, Paternario, edatur.

Lax] Fraus eſt, inquit Feſtus: unde Lacire. Vtrũq; obſoletum.

Laxamentum, Laxè, Laxatus] Vide Laxus.

Laxus] χαῦνος, σὺριγκτος, Adiectiuum, à lato deducitur, & ſignificat latum, & ſpacij maioris. Virg. 3. Georg. 34,

Ac primùm laxos tenui de uimine circlos
Ceruici ſubnecte. Columella lib. 1. cap. 3. 8, Nec dubiũ, quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm anguſtus eximiè.

Paludes laxæ. Lucan. lib. 2. 15.

Laxus Mollis, remiſſus, languidus, diſſolutus. Virg. 1. Aen. 14.

Et premere, & laxus ſciret dare iuſſus habenas. Vnde, Laxi rudentes: hoc eſt, languidi, ſemiconſumpti.

Amictus laxus. Ouid. 3. de Arte, 54.

Arcus laxus. Virg. 11. Aeneid. 175. Ouid. 2. de Rem. am. 62.

Calceus laxus hæret in pede. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 7.

Laxa domus, pro ampla & ſpacioſa. Plin. in Paneg. 82.

Funes laxi, Non contenti. Virg. 8. Aeneid. 142.

Ianua laxa. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 10.

Sinu laxo ferre aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 35.

Tunica laxa. Ouid. epiſt. 15. 50.

Laxiſſimæ habenæ amicitiæ. Cic. de Amicit. 42.

Opes laxæ. Martial. lib. 2. 30.

Laxum tempus, Laxa dies. Plin. epiſt. 74. e. Cic. ad Att. lib. 6. 111. 28, Proculus in l. quum ſtipulatus. ff. de uerb. oblig. Quũ ipſe arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederint: id eſt, quum diem protulerim.

¶Laxè, Aduerbium (χάυνως) Cic. pro Domo ſua, 88. Habitare laxè & magnificè uoluit, duasq; & magnas & nobiles domos coniungere.

Anguſtè & Laxè, contraria. Varro 2. de Re ruſt. cap. 10. 8.

Laxè diſtare. Plin. lib. 13. cap. 4. 6.

Laxiſſimè uagari ſeu ferri. Plin. lib. 2. cap. 16. 4.

¶Laxum, Aduerbium, pro Latè. Martialis,

—& adhuc ſuperet centies tibi laxum.

¶Laxo, laxas, (σὺριγνω, αὐϊημι, χαυνόω) laxare, Laxum facere, dilatare. Cic. ad Att. lib. 4. 8. 6. 5, Vt forum laxaremus, & uſq; ad atrium libertatis explicaremus.

Arua laxant ſinus. Virg. 2. Georg. 67.

Laxare, Aperire, liberare. Virg. 2. Aeneid. 52,

Laxat clauſtra Simon.

Laxari à uinculis. Cic. de Senect. 7.

Adſtringere & laxare, contraria. Cic. Attico, lib. 6. 113. 2.

Laxare animũ à laboribus, Conquieſcere. Liu. 2. bel. Mace. 13.

Laxat annona Liu. 6. bell. Pun. 107, Vt uidetur, laxat accipi pro laxata eſt.

Quies laxauerat artus. Virg. 5. Aeneid. 172.

Catenas laxare. Lucan. lib. 10. 12.

Corpora laxantur rugis. Ouid. 3. de Arte, 15.

Laxare curas ſomno. Virg. 9. Aeneid. 46.

Curas laxare in ocia. Claud. De magnete, 4. 5.

Ferrum laxatur ad uſus innumeros. Stat. 1. Achil. 86.

Frenos laxat populis furentibus. Lucan. lib. 7. 25.

Humus die laxatur. Ouid. epiſt. 2. 25.

Iras laxare. Stat. 6. Thebaid. 166.

Membra laxare quiete. Virg. 5. Aeneid. 168.

Munera Bacchi laxarunt duram mentem. Silius lib. 11. 58.

Laxare ſeſe ab anguſtijs in latitudinem Plin. lib. 21. cap. 5. 1.

Laxare ſeſe moleſtijs. Luceius ad Ciceronem, lib. 5. 14. 6.

Tempus laxare, id eſt, extendere, producere. Sene. Medea, 7. 9.

Vincula laxare. Stat. 1. Theb. 27.

¶Laxatus, pen. prod. (χαυνωθεὶς, σὺριγκτος) Participium, ſiue Nomen ex participio. Plin. lib. 19. cap. 1. 10, Maceratas in dicio eſt membrana laxatior.

Laxatus curis. Cic. 1. Tuſc. 70.

Dolore laxata fœmina. Stat. 5. Thebaid. 122.

Aer denſatus, & laxatus. Quintil. lib. 5. cap. 9. 10.

Claſsis laxata. Lucan. lib. 3. 109.

Laxatæ cuſtodiæ, id eſt, remiſſæ. Liu. 1. bell. Pun.

Pugnæ laxatæ. Liu. lib. 1. bell. Pun.

Ordines laxati. Tacit. lib. 19. Laxati ordines abrumpuntur.

Laxata nocte lucida nitent clauſtra. Silius lib. 13. 111.

¶Laxitas, pen. cor. laxitatis (χάυνωσις, σὺριγκτις) Dilatatio, relaxatio. Cic. 1. Offic. 194, Sic in domo clari hominis, in quã & hoſpites multi recipiendi ſunt, & admittenda hominum cuiuſq; modi multitudo adhibenda eſt cura laxitatis.

Laxitas domus, Amplitudo & uacuitas quædam. Cic. pro Domo ſua, 89.

Laxitas uiarum. Colum. lib. 4. cap. 18. 2.

¶Laxamentum, laxamenti (χάυνωμα) Plin. in Panegy. 136, An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebant, quum feriarum laxamenta curarum, uitiorum contentione ſupplerent?

Laxamentum & ueniam non habent leges, ſi modum exceſſeris. Liuius 2. ab Vrbe, 13.

Dare legi laxamentum. Cic. pro Cluentio, 71, Non modò cauſe, ſed ne legi quidem quicquam per Tribunos plebis laxamenti datum.

L E

Lea] leæ (λέαινα) quæ & leæna dicitur, eſt fœmina leonis Lucret. lib. 5. 265,

Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu.

Seua lea. Ouid. 4. Metam. 21.

Lea] braſſicæ genus, quam Græci λείαν appellant, hoc eſt læuem, à foliorum læuitate. Plin. lib. 10. cap. 9, Alteram leam, latis ſolijs è caule exeuntibus.

Leæ] Inſula eſt iuxta Cyrenaicam Aphricæ regionem. Apud Plinium legitur Lea.

¶Leæna, leænæ, λέαινα, Virg. 2. eclog. 13,

Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam. Plin. li. 8. ca. 16. 4, Is ergo tradit, leænã primo fœtu párere quinque catulos, ac per annos ſingulos, uno minus ab uno ſterileſcere.

Getulæ leænæ. Horat. 3. Carm. ode 20. 1.

Leæna] ſcortum Athenienſe, cuius memorabilis mẽtio apud Plinium lib. 34. cap. 8.

Leãder] λέανδρος, uel Leãdrus, uiri propriũ, Herus puellæ amaſiæ, ex Abydo urbe. de his Muſæ 9. Ouid. 3. Triſt. ele. 10. 9,

*Si tibi tale fret. n quondam Leandre fuisset,*
*Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.*
*Vide Ouidij epistol. 17. & 18.*

¶ Leandrius, λεανδρίος, Adiect. denominatiuum: ut Hellespontius Leandrius, in quo Leander perijt. Silius li. 8. 124.

Learchus] λέαρχος, Athamantis & Inus filius, quem pater furore arreptus occîdit. Ouid. 6. Fast. 97.

Inous Learchus. Valer. lib. 1. Argon. 57.

¶ Learcheus, pen. prod. Adiect. (λεαρχεῖος) Ouid. 6. Fast. 99.

*Mœsta Learcheus mater tumulauerat umbras.*

Lebadia] λεβαδία, urbs Bœotiæ est, ubi Orchomenus & Cephysus amnes, arundinis tibialis fertilitate nobiles.

Lebedus] pen cor. (λέβιδος) ciuitas, quæ à Colophone centum & uiginti stadijs distat. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, qui ludos & certamina Libero patri quotannis celebrabant. Horat. 1. epist. 11. 2,

*An lebedum laudas odio maris, atque uiarum? &c.*

Lebes] lebetis, pen. prod. masc. g (λέβης) Vas æneum, in quo quid igni applicamus ut ebulliat, ut docet Porphyrius super nonum Iliados Homeri. Ouid. epist. 3. 7,

*Viginti fuluos operoso ex ære lebetes.*

Curui lebetes. Ouid. 12 Metam. 49.

Dodonæi lebetes. Vide Dodone.

Gemini ex ære lebetes. Virg. 5. Aeneid. 54.

Lebynthos] λέβυνθος, insula una ex Cycladibus. Ouid. 8. Met. 45,

*Dextra Lebynthos erat, fœcundaq; melle Calydna.*

Lecanomanticus] pen. cor. (λεκανομαντικὸς) Qui diuinat per pelues. Strabo lib. 6. Geographiæ.

Lechæum] alterius maris portum appellari tradit Liu. in bello Mac. Græci λέχαιον portus ipsos uocăt. Stat. 2. Sylu. 2. 7.

*Culmen ab Inoo fert semita tecta Lechæo.*

Lecte] Vide Lego, legis.

Lectica] Lecticarius. Vide Lectus, lecti.

Lectio] & Lectus, Particip. Vide Lego, legis.

Lectus] lecti, m. g. (κλίνη, λέκτρον, κλιντὴρ) locus super quo quiescimus. Dictus, ut ait Varro, quòd lectis herbis & frondibus stramenta facerent. Vel, ut Festus putat, ab alliciendo, quòd fatigatos ad quiescendum alliciat. Vel à Græcis, qui λέκτρον lectum dicunt. Plin. lib. 14 cap. 22. 2, Iam uerò alios lectum expectare non posse.

Iura socialia lecti. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 9.

Succuba nostri lecti. Ouid. epist. 6. 31.

Archiaci lecti. Vide Archias.

Communes. Vide Communis.

Dapsilis. Vide Daps.

Eburni. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 21.

Furtiui fœdera lecti. Tibul. lib. eleg. 5. 2.

Genialis. Horat. 1. epist. 1. 18.

Iugalis. Virg. 4. Aeneid 99.

Liber. Vide Liber, liberi.

Obscœnus. Ouid. 10. Metam. 92.

Quassus ab imposito corpore. Ouid. epist. 11. 16.

Temerati fœdera lecti. Ouid. epist. 5. 21.

Vacuus. Ouid. 10. Metam. 87.

Viduo discedere lecto. Ouid. epist. 1. 17.

Comminxit lectum potus. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 18.

Alienum lectum concutere. Iuuen. Satyr. 6. 3.

Cubare in lecto. Vide Cubo.

Decidere de lecto. Vide Decido.

Imponere corpus lecto. Quintil. lib. 6. cap. 1. 24.

Incumbere lecto. Ouid. 11. Metam. 132.

Est in lecto. Cic. ad Pætum, lib. 9. 23. 1.

Temerare lectum alicuius. Ouid. 1. de Arte, 49.

Lecto teneri, Decŭbere, iacere, et morbo uexari. Ci. 7. Ver. 14.

Lectus, pro loco super quo sedebant antiqui ad mensam: unde triclinium dictum. Cic. 4. Verr. 132, Iam non quæro unde cccc. amphoras mellis habueris, unde tantam Meliten sem uestem, unde quinquaginta triclimiorum lectos, unde tot candelabra, &c.

Imi lecti derisor, hoc est, eius qui in loco infimo discumbit. Horat. lib. 1. epist. 19.

*– & imi Derisor lecti. Simile est huic, Imi subsellij uir.*

Lectus cubicularis, à Cicerone dicitur in lib. 2. de Diuin. 199. ad differentiam triclinaris lecti. Vide Cubile.

Desiderato acquiescimus lecto. Catul. ad Sirmionẽ, epig. 29. 2,

¶ Lectum, neutri gen. Idem quod lectus. Vlpian. in l. librorum, in fine. ff. de leg. 3. Legatum lectum continet & fulcra.

¶ Lectulus, lectuli, penult. corr. masc. gener. (κλινίδιον) Cic. pro L. Muræna, Strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & exposuit uasa Samia. Idem Attico, lib. 14. 309. 3, A` ducenda autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quicquam iucundius.

Castus lectulus. Catull. Argon. 59. 18.

Membra lectulo iacebant. Catul. ad Licinium, 47. 3.

¶ Lectisternium, lectisternij (κλινοστρώμιον) propriè Iouis epulum dicebatur. In Capitolio enim stratis tribus lectis coniuium apponebatur tribus dijs, Ioui, Iunoni & Mineruæ. Iupiter, id est, Iouis simulacrum, statuebatur in lectulo recubans, Iuno & Minerua in sellis considebant Sed appositis epulis non ipsi dij, sed septem epulones celebrabant. De inuentione lectisterniorum lege Liuium lib. 5. ab Vrbe, 63. Item lib. 7. Vide & Valer. Max. lib. 2. cap. 1. De nuptijs.

¶ Lectisterniator, penult. prod. lectisterniatoris (κλινοστρότης) Qui lectum sternit. Plaut. 4. 29,

*Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito.*

¶ Lectica, lecticæ, pen. prod. (φορεῖον, κράββατος) Cathedra & sedes, qua ferebantur diuites & potentes: in qua puluinar & lectulus stratus erat. Græcè hexaphorum: quòd à sex seruis portaretur. Cic. ad Quin. fratr. lib. 2. 8. 5, Eo die cœnaui apud Craßipedem, cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum. Plin. lib. 17. cap. 14. 1, In mollibus arborum lecticis. Hîc paruum lectum significat.

Gestamen lecticæ. Tacit. lib. 2.

Lucubratoria lectica. Vide Lucubro.

Gestare aliquem lectica. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.

Inditur lecticæ. Tacit. lib. 12, Ibi monente Præfecto festis uocibus exceptus inditur lecticæ.

¶ Lecticula, pen. cor. Diminutiuũ (κραββάτιον) Sueton. in Augusto, cap. 78, A` cœna se in lecticulam lucubratoriam recipiebat. Cic. Mario, lib. 7. 1. 19, Vt nostras uillas obire, & mecum simul lecticula concursare possis.

¶ Lecticarius, lecticarij, masc. gener. (κλινοφόρος) Qui lecticam deferebat. Sulpitius ad Cic. lib. 4. 12. 8, Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus erã, meisq; lecticarijs in urbem eum referre.

¶ Lecticariola, pen. cor. Mart. lib. 12. 59,

*Ancillariolum tua te uocat uxor, & ipsa*
*Lecticariola est: estis Alauda pares.* Hoc est, Tu rem habes cum ancillis, ipsa cum lecticarijs.

Lecythus] lecythi, pen. corr. (λήκυθος) Ampulla olearia.

¶ Lecythus, aliud significat apud Cic. ad Atticum, lib. 1. epistola 11, Totum, inquit, hunc locum, quem in Aristocratia ego uariè meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas λυκύθους) ualde grauiter pertexuit. Pingere, id est, ad modum exornare, quum incendijs urbem, ciuitatem cæde, mea uigilantia, meaq; uirtute dico esse liberatam. Nam ut pictores ἐν τῶν λυκύθων, quæ sunt ampullæ pi-

Digitized by Google

*là pigmentorum, ſumunt quæ ad colorandum apta nouêre: ſic orationem ſuam Cicero quum uolebat eloquentiæ uelu-ti colorib. illuſtrare, ad illa loca, de flamma, de ferro, quaſi ad ſuas λιπύθυς confugiebat. Hũc Ciceronis locum uidetur non ſatis intellexiſſe author lexici Græci. Plin. iunior lib. 1. epiſt. 2. ad Arrianum, Tentaui enim imitari Demoſthenem ſemper tuum, nuper meum, duntaxat figuris orationis. Paulò pòſt, Non tamen omnino Marci noſtri λιπύθυς fugimus, quoties paulum itinere decedere non intempeſtiuis amœnitatibus ſubmonebamur. M. Ciceronem intelligit. Λιπύθυς uerò interpretãtur locos cõmunes, quibus oratio quaſi picturata redditur, additis topographijs, hologijs, chroſterijſmis, alijſq; figuris, quæ florentem efficiunt dictionem, & quaſi colorem addunt rebus. Egreßiones & excurſus uocat Cicero lib. 4. cap. 3. Alij etiam digreßiones.*

Leda] *λήδα, uxor Tyndari regis Laconiæ, cum qua Iupiter in forma Cygni dicitur congreſſus. Illa autem ex eo congreſſu oua duo enixa eſt, ut fabulantur poetæ. Ex uno nati ſunt Pollux & Helena immortales: ex altero Caſtor & Clytemneſtra mortales. Horat. de Arte, 30,*

*Nec bellum gemino Troianum orditur ab ouo.* Hinc

¶*Ledæus* (λητάϊος) Adiectiuum.

*Dij Ledæi, Caſtor & Pollux. Ouid. 1. Faſt. 141.*

*Fratres Ledæi. Ouid. ad Liuiam, 57.*

¶*Ledarij* (λητάριον) *atq; etiam Ledus*, λῆτος, *& Lecoium*, λήδιον, *Tunica æſtiua, ut multis placet, communis uirorum & mulierum. Polluci lib. 7. cap. 13.*

Legalis] *Vide* Lex.

Legarium] *Vide* Lego, *legis.*

Legatarius, Legator, Legatus] *Vide* Lego, *legas.*

Legerda] *Vrbs eſt Armeniæ maioris in Antena regione, non longè ab Euphrate fluuio. Ptolem. lib. 5.*

Legibilis] *Vide* Lego.

Legifer] *Vide* Lex.

Legio] *legionis, f. g.* (λιγεών, τάγμα, τίλος) *A' legendo, id eſt, eligendo dicitur, quod leguntur milites in delectu, ut ait Varro lib. 4. de Ling. Lat. Diuiditurq; legio in decem cohortes: Cohors in quinquaginta manipulos: Manipulus in uigintiquinq; milites pro unoquoque manipulo. Cic. 1. Tuſcul. 161, Quum legiones ſcribat Cato ſæpe alacres in eum locum profectas. Liu. 7. bell. Maced. Vide Vegetium de Re militari, lib. 2. cap. 2. & ſequentibus.*

*Acies legionum. Tacit. lib. 3.*

*Contubernium legionum. Tacit. lib. 1.*

*Attenuatæ prælijs legiones. Vide* Attenuo.

*Completa legio per manipulos. Silius lib. 8. 93.*

*Conferta maniplis legio. Silius lib. 7. 79.*

*Tranſmotæ legiones. Tacit. lib. 13.*

*Validæ legiones. Lucret. lib. 5. 247.*

*Curare legiones. Tacit. lib. 5.*

*Decernere legiones in Siciliam. Vide* Decerno.

*Decimare legiones. Vide* Decimo *in* Decem.

*Diſſociant legionem à legione. Tacit. lib. 1.*

*Dare alicui legiones. Liu. 1. bel. Pun.*

*Dare legiones in diſcrimen. Tacit. lib. 2.*

*Longa legio cohortes explicuit. Virg. 2. Georg. 56.*

*Magnis legionibus imperitare. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 1.*

*Inſtruere legiones. Vide* Inſtruo.

*Locare legionem. Tacit. lib. 20.*

*Legio parebat Tribuno. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 10,*

*Quod mihi pareret legio Romana Tribuno.*

*Præeſſe legionibus. Liu. de bell. Punico.*

*Pugnare legione. Quintil. lib. 2. cap. 13. 3.*

*Supplere legiones. Liu. 9. bell. Pun.*

¶*Legiuncula, legiunculæ, pen. cor.* (λιγιώνιον) *Diminut. Parua legio. Liu. 5. bel. Maced. 190, Videritis uix duarum planè plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.*

¶*Legionarius, Adiect.* (λιγιωνάριος) *Quod eſt legionis, uel, quod ad legionem pertinet. Aſinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 32. 14, Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi. Plin. epiſt. 199, Centurio legionarius.*

*Legionarij. Cæſ. 1. bel. Ciu. 285. & 2. bel. Gall. 327. Item, lib. 6. 124.*

*Legionarij milites. Cæſ. 5. bel. Gall. 73. & lib. 1. 17. 179.*

*Legionariæ cohortes. Liu. 4. bel. Maced. 108. & lib. 10. 218.*

Legio] *ſecunda Auguſta* (λιγίων δευτέρα σεβαστὴ) *Britanniæ urbs, ut ſcribit Ptolem. lib. 2. Vulgò Leskerd.*

Legirupa, Legislator, Legitimus] *Vide* Lex.

Legiuncula] *Vide* Legio.

Lego] *legas* (διαπρεσβεύω, ἐπικηρυκεύομαι, πρεσβεύομαι) *legare, In legationem mittere, ſiue Legatum mittere. Cic. Attico, lib. 4. 71. 9, Ego me à Põpeio legari ita ſum paſſus, ut nulla re impedirer: quod niſi uellẽ, mihi eſſet integrũ, etc.*

*Legare ad. Cic. 5. Verr. 94, Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium.*

*Legare in. Saluſt. in Iugurtha, Legantur tamen in Africa maiores natu, nobiles amplis honoribus uſi.*

*Famulũ legare aliquò. Catul. de Coma Berenicis, epig. 61. 12.*

*Legare alicui. Plaut. Amphit. 4. 51.*

*Legare, Legatum ſibi facere. Cic. Aulo Cecinnæ, lib. 6. 6. 24, Caßium ſibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. Idem ad Atticum, lib. 15. 326. 6, Dolabella me ſibi legauit ad 1111. Non. April. Id eſt, legatum accepit.*

*Legare negocium alicui, Committere. Plaut. Caſin. 3. 10.*

*Legare fortunæ, pro Aßignare. Liu. 8. bel. Pun. 228.*

*Legare* (διατίθεσθαι, λογατεύειν) *aliquid alicui, Teſtamento aliquid alicui relinquere. Cic. ad Octauium, 15, Qui tanquam in dotali matrimonio Remp. teſtamento legatam ſibi obtineret. Sic pro Cecinna, 9, Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legat.*

*Legare ab aliquo. Vide* Ab.

*Argentum autem omne legauit. Quintil. lib. 5. cap. 14. 21.*

¶*Legatus, legati, pen. prod. maſc. g.* (πρεσβευτὴς, πρεσβὺς, πρέσβυς) *Qui refert mandata alterius. Virg. 11. Aene. 46,*

*Legati reſpõſa ferunt. Cic. pro L. Flacco, 77, Primum magnam partem eiuſdem prouinciæ, quæ pro huius pericu lis, legatos, laudatoresq; miſit.*

*Legatus in decem. Cic. Attico, lib. 13. Spurium Munium putaram in decem legatis fuiſſe. Ibidem, Non dubito quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atq; hoc etiam accepi, non ſolitos maiores noſtros legare in decem, qui eſſent Imperatorum neceſſarij. Paulò pòſt, Illum, fratri in primis eius legatis fuiſſe. id eſt, in ijs quos primum eduxit. Proficiſcentibus enim ad bellum, legati dabantur: poſtea, quũ quid proſperè geſtum eſſet, decem inſuper legati decernebãtur. Fuit igitur Sp. Mumius, in primis fratris legatis, in decẽ nõ fuit.*

*Mittere legatos cum authoritate. Vide* Mitto.

*Miſſi legati de magnis rebus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 6.*

*Mittere legatum de aliqua re. hoc eſt, Mittere aliquem, qui de aliqua re cum alio, noſtro nomine tractet. Cic. 2. de Orat. 85. Liu. 2. ab Vrbe, 79, Legatos de pace mittunt.*

*Venire legatum. Cic. de claris Orat. 172.*

*Decernere legatum, Eligere, cõſtituere. Cic. ad Lent. lib. 1. 1. 8.*

*Obijt legatus Aegyptum & Syriam. Cic. in Somn. Scip.*

*Legati, nuncij pacis & belli, curatores, interpretes bellici conſilij, authores, miniſtri muneris prouincialis. Ex Ciceronе in Vatinium, 27. Vide 3. Verr. 60.*



Digitized by Google

Legatus (αὐτοκράτωρ, ὕπαρχος) Cæsar lib. 2. bell. Ciuil. Neq; se ignorare quod sit officiũ legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum, pro uicario, id est, locum tenente intelligendum: quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore aut Consule, cedere eum oportet. Budæus.

¶ Legatio, Verbale (ἐξοδία, πρεσβεία, πρέσβευμα) Cic. 9. Philip. 256, Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monimenta extare uoluerunt: ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius.

Irritus legationis rediit. Tacit. lib. 20.

Orba legatio. Cic. 9. Philip. 257. Vide Orbus.

Pacificatoria legatio. Vide Pax.

Accipere legationem, Suscipere onus legationis obeundæ. Cic. pro Flacco, 35.

Agere legationem. Vide Ago.

Decernere legationem contra aliquem. Vide Decerno.

Legationem dare. Cic. de lege Agraria, 4.

Fungi legationibus. Quintil. lib. 3. cap. 2. 4.

Gerere legationem, Fungi legatione, & legatum esse. Quintilianus lib. 7. cap. 5.

Legationem mittere ad aliquem, pro Mittere legatos. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Obire legationem. Vide Obeo.

Renunciare legationem. Cic. Philip. 9.

Esse in legatione. Quintil. lib. 7. cap. 2, Qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. hoc est, Legatus creatus erat, necdum tamen legationem absoluerat:

Libera legatio. Budæus, Legationes liberæ olim ornamẽti tantum causa ab Senatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magistratus à principibus honestamenti causa concedũtur, tituloq; tenus obeuntur & geruntur. Hæ autem ab ijs Senatoribus impetrabantur, quibus negocia futura erãt in prouincijs: ut qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere uolebãt in prouincijs, legatorum personis acceptis commendabiliores controuersias haberent, atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII. Tabul. id uetitũ erat, his uerbis: Rei suæ ergò nequis legatus esto. Quæ uerba Cic. enarrat lib. 3. de Legib. 26. Idem contra Rullum, Legatos nostros homines authoritate tenui, qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt: tamen exteræ nationes ferre uix possunt. graue est enim nomen imperij, atque id etiam in leui persona pertimescitur: propterea quòd uestro, non suo nomine quum hinc egressi sunt, abutuntur. Idem ad Att. lib. 15. 326. 6, Habent (ut opinor) liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi potest. Bella est autẽ huius iuris quinquennij licentia. Quibus uerbis coniicio interdũ quinquennales dari solere legationes. Nomen autem liberæ legationis inde ortum uidetur, quòd introire in urbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus liceret, quod eodem loco ostenditur, quem attigi iam, lib. 15. ad Attic. Hactenus Budæus. D. Brutus M. Bruto, lib. 11. 1. 3.

Votiua legatio, Quæ uoti prætextu suscipitur. Cic. ad Att. lib. 15. 326. 6, Scribas ad me uelim, simulq; cogites quid agendum nobis sit super legatione uotiua, &c.

¶ Legatiuum, legatiui, pen. prod. (πρεσβεῖον) Id quod datur legato impensæ nomine. Arcadius in l. munerum. de mun. & hon. Legati quoq; qui ad sacrarium principis mittuntur, quia uiaticum (quod legatiuũ dicitur) interdum solent accipere. Vlpia. l. 2. ff. de legationibus, His qui non gratuitam legationem susceperunt, legatiuum ex forma restituitur. Sic legit Budæus. Alij legunt, legatitium.

¶ Legatum, legati, pen. prod. (λεγάτον) Modestinus in l. legatum. ff. de legat. 2, Legatum, est donatio quædam testamento relicta. Et legati appellatione, fideicommissum, & mortis causa donatio continentur.

Legatum, est quod legis modo, id est, imperatiuè, testamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicommissa uocantur. Legamus autem quatuor modis: per uindicationẽ, per damnationẽ, per sinendi modo, & præceptionem. de quibus Vlpianus titulo 24. eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani.

Petere legatum ex testamento. Quintil. lib. 4. cap. 14. 21.

¶ Legatarius, λεγατσυόμενος, cui ex testamento aliquid legatum est. Iustimianus Instit. de legatis. §. sed si rem, Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatum.

Testator & Legatarius opponuntur. Pomponius in l. si ex toto. ff. de leg. & fideicommiß.

Legataria Prouincia, Quæ alicui delegata est. Cic. ad Att. lib. 15. 325. 7.

¶ Legator, pen. prod. legatoris (λεγατσυτὴς) Qui aliquid legat. Suet. in Tiberio, cap. 31, Iterum eo censente ut Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem uiæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata uoluntas legatoris esset.

Lego] legis, legi, lectum (ἀναγινώσκω) legere, Propriè colligere. Virg. 3. eclog. 19,

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.

Mala legere. Virg. eclog. 11.

Mala lecta ex arbore. Virg. 3. eclog. 14.

Poma legit ab arboribus. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7.

Nautta legit humida uela. Virg. 1. Georg. 75.

Legere uenas, dixit Celsus, & idem Colligere uenas: Colligendæ, inquit, uenæ, uinciendæq;, & sub nodis præcidẽdæ sunt.

Halitum alicuius ore legere: id est, ore excipere. Virg. 4. Aeneid. 137.

Legere sermonem alterius, per translationem dictum, pro Attentius audire & accipere. Plaut. Pseud. 6. 21.

Legere spolia. Liu. 5 ab Vrbe, 163.

Legere uestigia. Ouid. 3. Metam. 2,

Subsequitur, pressoq; legit uestigia gressu.

Legere, Oculis scripta percurrere: quoniam literæ oculis legi, id est, colligi uideantur. Cic. Mario, lib. 7. 1. 9, Dummodo is tibi quiduis potius, quàm orationes meas legerit.

Oculis mutis legere uerba alicuius. Ouid. epist. 17. 1.

Legere per se. Cic. in Topic. 2. Eos libros per te ipse legeres.

Commodè legere. Plin. epist. 114. b.

Intentè legere. Plin. epist 190. a.

Malè, uel malignè legere. Plin. epist. 211. Idem epist. 215.

Iudicio candido legere aliquid. Ouid. 2. Trist. 16.

Remißius legere. Plin. epist. 45. c.

Legi apud Clitomachum, quum Carneades, &c. Cic. 4. Academ. 247.

A' posteritate legi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 6.

Scripta legere secum. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 4.

Verba legenda. Ouid 3. Trist. eleg. 10. 15.

Legere oram Italiæ. Liu. 5. bel. Maced. 96, Ipse compositis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens Ariminum peruenit. Virg. 3. Aeneid. 59, Littoraq; Epiri legimus. Idẽ 3. Aen. 26,

—— & crebris legimus freta concita terris. Vbi Seruius, Legimus, præterimus. Tractus sermo à nautis, quòd finem legendo, id est, colligendo, aspera loca prætereunt.

Legere, Eligere. Plin. de Viris illustrib. 36, Nam quum temerè seruos manumitterent: dum in curiam legerent, consensu seruorum oppressi, quum multa indigna paterentur, clàm Roma auxilium petierunt.

Tempus legere. Ouid. 1. de Arte, 72.



Digitized by Google

*Tempus idoneum legere.* Ouid. 9. Metam. 123.
*Legere in demortui locum.* Liu. 3. bell. Pun. 106.
*Legere in Senatum.* Cic. pro Cluen. 104.
*Legere Senatum.* Liu. 10. bel. Maced. 207.
*Legere milites.* Cic. ad Att. lib. 8. 161. 3.
*Legere, Furari.* Virg. 10. Aeneid. 16,

*Quid ſoceros legere, & gremijs abducere pactas? Seruius.*

¶ *Lectus*, λικτὸς, *participium, ſiue nomen ex participio: hoc eſt, Selectus, ex aliorum numero ſeparatus.*
*Lectiſſimus adoleſcens.* Cic. 5. Verr. 51. item, 1. Verr. 16.
*Vir lectiſſimus.* Cic. pro Flacco, 1.
*Lectiſſimi uiri atq; ornatiſſimi.* Cic. 3. Verr. 10.
*Iuuenes lecti.* Virg. 5. Aeneid. 146.
*Iuuenum lectiſſimus.* Stat. 5. Sylu. 1. 50.
*Lectiſſima fœmina.* Cic. ad Atticum, lib. 10. 198. 1.
*Virgines lectæ.* Horat. in Carmine ſeculari, 2.
*Corpora lectiſſima.* Virg. 9. Aeneid. 55.
*Sententiæ & uerba lectiſſima.* Cic. in Orat. 132.
*Oſſa è uulneribus lecta.* Quint. lib. 6. cap. 24, *Et ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladium, & lecta è uulneribus oſſa & ueſtes ſanguine perfuſas.*
¶ *Lectio, Verbale* (ἀνάγνωσις) *ut Lectio literarũ.* Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 2, *Quotus enim quiſq; eſt, qui epiſtolam paulo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuerit?*
*Tedium lectionis.* Quintil. lib. 2. cap. 12. 4.
*Virilis lectio, & cum ſuauitate quadam grauis.* Quintil. lib. 2. cap. 8. 2.
*Accelerare lectionem.* Quintil. lib. 1. cap. 22.
*Continuare lectionem.* Idem lib. 1. cap. 1. 22.
*Formare lectione.* Idem lib. 1. cap. 11. 7.
*Lectio, Electio.* Liu. *Et eam lectionem nemo ratam habuerat.*
*Lectio lapidum, Collectio.* Colum. lib. 2. cap. 2. 9.
¶ *Legibilis, & hoc legibile*, pen. corr. Adiect. *Quod legi poteſt.* Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de his quæ in teſtamen. deler. *Sufficit autem ſi legibilia ſunt inconſultò deleta.*
¶ *Lectus, lectus, lectui* (λιπλογὴ) *pro Delectu.* Tacit. lib. 20, *Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caratatium, Tribocorum, lectu auctas, uetérano pedite atq; equite firmauit.*
¶ *Lector, Verbale* (ἀναγνώστης) *Qui libros uel epiſtolas legit.* Cic. 2. de Orat. 123, *Quum enim Brutus duos lectores excitaſſet, & alteri de colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam dediſſet, &c.* Martial. lib. 5. 16.

—*tu cauſa es lector amice mihi.*

*Placidus lector.* Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 2.
¶ *Lectito, lectitas*, pen. corr. (ἀναγινώσκομαι) *lectitare, Frequentatiuum.* Cic. 1. de Orat. 48, *Aut ſiquis pari fuerit ingenio, pluraq; quàm hic & audierit, & lectitarit, & ſcripſerit, paulũ huic aliqd poterit addere.* Idẽ de clar. Orat. 42.
*Lectitare, pro* Identidem colligere. Valer. lib. 8. cap. 8, *Conchulas & calculos in litore lectitaſſe.*
¶ *Legulus, leguli*, pen. corr. *Qui uuas aut oleas colligit*, teſte Varrone lib. 5. de ling. Lat. Cato cap. 144. *Legulos quot opus erit, præbeto.*
¶ *Legumen*, pen. prod. *leguminis* (ὄσπριον) Varro lib. 1. de Reruſt. cap. 23. 2, de cicere, *Hoc enim quoq; legumen, & cætera quæ uelluntur è terra, neq; ſubſecantur, ſuccum tollunt: quæ quòd ita leguntur, legumina dicta.* Virg. lib. 1. Geor. 15,

*Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.* Cic. 2. de Nat. deor. 133.

¶ *Legarium, legarij* (χόρτος) Idem. Varro lib. 1. de Reruſt. cap. 32, *Serendum uitiam, lentem, cicerulam, eruilum, cæteraq; quæ alij legumina, alij (ut Gallicani quidam) legaria appellant: utraq; dicta à legendo, quòd ea non ſecantur, ſed uellendo leguntur.*

Leguleius] *Vide* Lex.
Legulus, Legumen] *Vide* Lego, *legis.*
Leitus] *unus ex quinq; Bœotorum ducibus, qui ad Troiam profecti ſunt, teſte Homero lib. 2 Iliad.*
Lelannonius] *ſinus Britannus apud Ptolem. lib. 2. cap. 3. Lemannonius tamen legitur in antiquo exemplari.*
Lelaps] *huius Lelapis*, pen. cor. *nomen canis Acteonis apud Ouidium 3. Metam. 43.*

— *& trux cum Lelape Theron.*

Leleges] *ſiue Lelegæ*, pen. corr. (λέλεγες) *populi errabundi, qui quondam Theſſaliam & diuerſa alia loca tenuerunt. Alij tradũt, Cares & Leleges eſſe cõterminos. Scribit Plin. lib. 5. cap. 29. 8, Miletum Ioniæ caput, Lelegeidem fuiſſe nominatã. Euſtathius docet Leleges dictos, quaſi* λελεγμένους, *id eſt, collectos: eo quòd prius errarent, & gens collectitia eſſet. Alij Leleges à Lelege duce appellatos aſſerunt. Virg. 8. Aeneid. 145,*

*Hic Lelegas, Caraſq; ſagittiferoſq; Gelonos Finxerat.*

*Vbi Seruius, Lelegas, Theſſalos.*
*Armiferi Leleges.* Ouid. 9. Metam. 130.
*Lelegeides Nymphæ.* Ouid. 9. Metam. 131.
Lema] λῆμα, *Græcis dicitur lachryma, ſed congelata.* Plin. lib. 23. cap. 1. 36, *Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi, uel ſi lemæ in oculis erunt.* Hermolaus. *Vide* Cælium.
Lemanus] pen. prod. (λιμνὴ) *lacus eſt Galliæ, quem influit Rhodanus. Hunc hodie Geneuenſem & Lauſanenſem uocant.* Lucan. lib. 1. 80,

*Deſeruêre cauo tentoria fixa Lemano.*

Lembus] *lembi, maſ. g.* (λέμβος) *nauicula breuis, & uelociſſima.* Liu. 8. bel. Pun. 40, *Inde quinqueremibus ſeptem & lembis uiginti amplius, quos, ut adiungeret Carthaginienſium claſſi, miſerat in Corinthium ſinum, profectus ad Erytas Aetolorum. Idem, Nullam ipſe nauem, præterquam duos lembos, qui non plus quàm ſedecim remis agerentur, haberet.*

*Remigijs ſubigere lembum.* Virg. 1. Georg. 41.
¶ *Lembunculus, lembunculi*, pen. corr. *maſc. g. Diminutiuum* (λεμβίδιον) Tacit. lib. 14. *Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum uectam. hoc eſt, occurſu nauicularum.*
Lemma] *lemmatis*, pen. corr. *neut. gen.* (λῆμμα) *Sumptio, Argumentum.* Martial. lib. 2,

*Lemmata ſi quæris cur ſint aſcripta, docebo:*
*Vt ſi malueris, lemmata ſola legas.* Idem alibi,
*Viuida componis epigrammata, mortua ponis*
*Lemmata.* Cic. 2. de Diuin. 162, *Sed demum tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici: ſed nos Latinè loqui malumus, &c. Hodie adhuc aſſumptiones ſiue aſſumpta uocamus.*

Lemniſcus] *Syracuſanum uerbum eſt, quo ſtricta anguſtaq; tænia ſignificatur.* Auſonius,

*Et quæ iamdudum tibi palma poetica floret,*
*Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret,*

Lemniſci] *lemniſcorum, maſ. gen.* (λημνίσκοι) *Faſciolæ coloriæ, ex coronis dependentes, propterea dicuntur, quòd antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Hæc Feſtus. Plaut. Pſeud. 22. 16,*

*Vnguenta, atq; odores, lemniſcos, corollas dari dapſiles.* Plin. lib. 21. cap. 3. 1, *Craſſus diues, primus argento auroq; fólia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoq; & lemniſci, quos adijci ipſarum coronarum honos erat propter Hetruſcas, quib. iungi, niſi aurei nõ debebant.*

¶ Lemniſcatus, pen.prod. (λημνισκώτ&) Adiect. ut, Palma lemniſcata. Cic. pro S. Roſcio Amer. 61.

Lemnos] λῆμν&, Inſula, quæ et Hypſipyla dicitur, ab Hypſipyla Thoantis filia, quæ in ea regnauit: Hæc eſt in Aegæo mari, ab Oriente Troiam, ab Occaſu Athon ſpectans, à Borea Thraciam: ab Auſtro, ſed longo tractu, Cretæ oppoſita eſt. In ea colebatur Vulcanus deus ignis. Vnde & Lemnius ardor dicitur à poetis. A Lemno, teterrima quæq; facinora apud Græcos lemnia dicuntur. Et Lemnia terra, exiccandi uim habens, in eaq; caprinus ſanguis miſcetur, & idcirco rubrica appellatur.

Aequorea Lemnos. Valer. 2. Argon. 26.

Cadens lemnus. Claud. de Gigantomachia, 17.

Vulcania Lemnos Valer. 4. Argon. 87.

¶ Lemnius, Adiect. (λήμνι&) Quod eſt ex Lemno: ut Turba Lemnia. Ouid. in Ibin, 80.

Saxa Lemnia. Ouid. 5. Triſt. eleg. 1. 13.

¶ Lemniacus, penult. corr. (λημνικὸς) Aliud adiect. ut Stirps Lemniaca. Ouid. 2. Metam. 152. Intelligit Erichthonium.

Antra Lemniaca. Stat. 3. Sylu. 1. 27.

Catenæ Lemniacæ. Stat. 3. Thebaid. 55.

Lemonia] tribus. Vide Tribus.

Lemonium] Herba. Plin. lib. 25. cap. 9. 6. Lemonium ſuccum lacteum mittit concreſcentem gummi modo humidis locis. Quidam uoluerunt eandem eſſe ex deſcriptione Dioſcoridis, cum ueratro nigro.

Lemures] Lemurũ, pen. corr. maſc. gen. (λημοῦρες) Laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginẽ et beſtiarũ, inquit Nonius. Varro de uita P. Rom. lib. 1, Quibus temporibus in ſaeris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe Lemures domo extra ianuam eijcere.

Nigri Leumres. Perſ. Satyr. 5. 19.

Nocturni Leumres. Horat. 2. epiſt. 2. 42.

¶ Lemuria, Lemuriorum (λημούρια) Feſtum Lemuribus ſacrum.

Lemuria feſta, quaſi Remuria dicta ſunt. Romulus enim Remuria defuncto fratri Remo inſtituit, quæ poſtea Lemuria, unius literæ mutatione dicebantur: ut, ait Ouid. 5. Faſt.

Lena] Vide Leno.

Lenæus] λήναι&, ſcribitur cum diphthongo, quo nomine dictus eſt Bacchus, ἀπὸ τῦ ληνῦ, quod lacum ſignificat: hoc eſt, uas in quo uuæ exprimuntur. Virg. lib. 2. Georg. 1,

Huc pater ô Lenæe, tuis hîc omnia plena
Muneribus.

Dona Lenæa, hoc eſt, Bacchica: Vinum. Stat. 4. Sylu. 6. 17.

Honorem Lenæum libat. Virg. 4. Aeneid. 42. id eſt, uinum.

Latices Lenæi. Virg. 3. Georg. 102.

Lenis] & hoc lene (ἤπι&, πρᾶος, λειὸς) Quidam à lento dictum exiſtimant: nam lentum propriè ſignificat tenerum & facilè flexuoſum. Lene autem dicitur, quod tactu nullam aſperitatem habet.

Lene & Aſperum, contraria. Cic. 2. de Finib. 63.

Aura lenis. Ouid. 2. de Rem. amor. 83.

Leniſſimus Auſter, & mitis. Cic. ad Att. lib. 7. 122. 1.

Lenes cibi & Acres, apud Celſum opponuntur, lib. 2. cap. 21.

Flabra lenia. Virg. 3. Georg. 40.

Merum lene. Horat. 3. Carm. ode 29. 1.

Spiritus lenis. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 12.

Tormentum lene. Horat. 3. Carm ode 21. 3.

Venenum lene, Quòd dulcem quodammodo & uix ſenſibilem mortem inducat. Cic. ad Att. lib. 2. 36. 2.

Ventus lenis. Virg. 6. Aeneid. 42.

Volatus lenis. Ouid. 12. Metam. 107.

Lene uinum, Delicatum, non uehemens, aut aſperum, neque lingnam aut cerebrum feriens. Terent. Heaut. 3. 1. 50. Celſ. lib. 2. cap. 18.

Lenis ſonus, Placidus. Cic. 2. de Orat. 31.

Lenis, transfertur ad animũ, & pro miti modeſtoq; accipitur. Plaut. Epid. 11. 34,

Habe animum lenem, & tranquillum face. Terent. Heaut. 3. 1. 29,

Si te tam leni & uicto eſſe animo oſtenderis.

Carmina lenia. Lucret. lib. 5. 277.

Conſilium lene. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.

Dominus non lenis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 19.

Leniſſimus homo & natura, & conſuetudine, & diſciplina. Cic. 3. Verr. 56.

Ira lenior. Ouid. 2. Triſt. 26.

¶ Leniter, pen. corr. (ἠπίως) Aduerb. Moderatè, ſuauiter.

Leniter arridere. Cic. 1. de Finib. 40.

Leniter diſputare. Cic. 4. Acad. 22.

Leniter agere: hoc eſt, Modeſtè. Liu. 7. bel. Pun. 52.

Ire leniter. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 2.

Placidè leniterq; procedere. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 274.

Suſpenſis leniter alis. Liu. 1. ab Vrbe, 154.

Leniter pungit eos animi dolor. Cic. 3. Tuſc. 104.

Leniter aut minaciter tentare. Plaut. Sticho, 18. 2.

Leniter illuſtrans nox. Plin. lib. 2. cap. 18. 2.

Manipulatim leniter cõponitur amomũ. Plin. lib. 12. cap. 13. 2.

¶ Lenè, Aduerbium (πρᾴως) Idem. Martialis,

Tepida natabis lene Congedi uada.

Aura aſpirans lenius. Catul. ad Mallium, epigr. 63. 13.

¶ Lenitas, pen. corr. lenitatis (ἠπιότης) Suauitas, Plin. lib. 26. cap. 8. 7, Differentia intelligitur lenitate guſtus.

Lenitas, Manſuetudo, facilitas, modeſtia. Cic. in Partit. Lenitas eſt iuſtitia in moderatione animaduertendi.

Inepta lenitas patris. Vide Ineptus.

¶ Lenitudo, pen. prod. lenitudinis, f. g. (πρᾳότης) Clementia, ſuauitas. Cic. 5. Tuſc. 67, Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Idem 6. Verr. 120, Nimia in iſtum non lenitudine, ſed etiam liberalitate oppugnarer.

¶ Lenimentum, ἀνίασις, Quod aliquid lenit & dulcorat. Plin. lib. 25. cap. 5. 21, Nuper inuenêre diſſectis rapbanis inſerere elleborum, rurſuſq; cõprimere rapbanos, ut tranſeat uis, atq; eo lenimento dare.

¶ Lenimen, pen. prod. lenimiuis, n. g. (πάλαισις) Idem. Ouid. 11. Metam. 91, ——addidit illis

Hoc quoq; lenimen, quo ſolo flexit amantem.

¶ Lenio, lenis, leniui & lenij, lenitum, pen. prod. (ἤπιά&, πραΰνω, μαλάσσω) lenire, Polire, Læuigare. Colu. lib. 5. cap. 11. 3. Quum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam lenito. Sic legit Calepinus. Exemplaria autem quotquot uidimus, leuato legunt, ut & paulo pòſt.

Lenire, Placare, mitigare, flectere. Saluſt. In tali tempore tanta uis hominis magis leniunda, quàm exagitãda uidebatur.

Lenire, Imminuere, leuare, adiuuare. Terent. Heaut. 1. 1. 75,

——pro ſe quiſq; ſedulò
Faciebat, quò illam mihi lenirent miſeriam.

Lenitur ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 89.

Lenire animos concordia. Cic. 1. de Finib. 71.

Animum dictis. Virg. 6. Aeneid. 94.

Clamorem. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.

Curas ſomno. Virg. 4. Aeneid. 106.

Deſiderium, Conſolari. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 13.

Dolentem lenire ſolando. Virg. 4. Aeneid. 79.

Dolorem leniuit morte. Silius lib. 17. 96.

Dolores lenire requie. Ouid. 13. Metam. 94.

Moras lenire. Ouid. epiſt. 18. 42.



Digitized by Google

Noctem lenire. Propert. lib. 4. eleg. 9. 1.
Numina leniri possunt. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 6.
Pauorem hospitij leniuit. Silius lib. 8. 16.
Remedia aspera molli manu et leui lenire. Quint. lib. 2. ca. 49.
Panis leniet stomachum. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 4.
Superos lenire rogando. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 1.
Tempestates. Plin. lib. 18. cap. 29. 8.
Tempus lenit odium. Ouid. in Ibm, 9.
Tigres & leones lenire. Horat. de Arte, 80.
Timorem lenire. Virg. Aeneid. 91.
Lenibo, etiam facit in futuro. Propert. lib. 3. eleg. 21. 7,
Lenibunt tacito uulnera nostra sinu.

Leno] lenonis (μαστροπὸς, μαστροφὸς, πορνοβοσκὸς, προαγωγὸς) Communis generis, quamuis habeat fœmininum lena, ut ait Priscianus: quo nomine significatur is qui scortorum productor est, etiam inuitarum personarum, qui legibus uindicatur. Dictus uel ab illiciendo, quòd adolescentulos alliciat: uel à leniendo, quòd leniendo animos adolescentum corrumpat. Terent. Adelph. 2. 1. 34,
Leno ego sum, fateor, pernicies cõmunis adolescentium,
Periurus, pestis, &c.
Anarus leno. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 5.
Leno insidiosus. Horat. 2. epist. 1. 35.

¶ Lena, lenæ (μαστροφὸς) Lenas appellat Vlpianus De ritu nupt. l. palàm. quæ mulieres quæstuarias prostituũt. Lenam accipimus & eã, quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet: siqua cauponam exercens, in ea quæstuaria corpora habet (ut multæ assolent sub prætextu instrumenti cauponarij prostitutas mulieres habere) dicendum, hanc quoque lenæ appellationem contineri. Vide Leno.

¶ Lenullus, lenulli, penult. corr. Diminut. (μαστρύλιον) Parum leno. Plaut. Pœnulo,
Ita ut occœpi dicere lenulle, de illa pugna.

¶ Lenunculus, lenunculi, pen. cor. (μαστροκάριον) Aliud diminutiuum. Plaut. Pœnulo, 19. 8,
Sic deriserem ære militari tetigero lenunculum.

Lenunculus, Nauigium piscatorum. Salust. libro 1. Hist. Indicit fortè per noctem lenunculo piscandum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 186, Horum fuga nauium onerariarũ magistros incitabat. Pauci lenunculi ad officiũ imperiumq; conueniebant.

¶ Lenonius, Adiect. (μαστρώνιος) Quod ad lenonẽ pertinet. Plaut. Rud. 31. 30,
— ne ut leno postules
Te hìc fide lenonia uti.

¶ Lenocinium, lenocinij (μαστροπεία) Vlpian. in l. palàm. ff. de ritu nupt. Lenocinium facere non minus est, quàm corporis quæstum exercere. Cic. 5. Verr. 5, Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium uidere? Vlpian. de ijs qui notantur infamia. l. athletas, Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in libris hunc quæstum exercet.

Lenocinium, Exquisitior elegãtia. Sueton. in Augusto, Omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incuriosus. Cic. 2. de Nat. deor. 220, Perspicuum est enim quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Lenocinium, Delimentum, allectamentum, illecebra, blanda assimulatio. Cic. pro Sest. 121, Et se uitiorum illecebris & cupiditatum lenocinijs dediderunt. Quint. lib. 4. cap. 2, Caret enim cæteris lenocinijs expositio: & nisi commendetur hac uenustate, iaceat necesse est.

¶ Lenocinor, pen. cor. lenocinaris (μαστροπεύω, προαγωγεύω) lenocinari, Lenocinium facere.

¶ Lenocinari, per translationem, pro Blandiri, siue Allicere, quemadmodum lenones facere solent. Cic. 1. Verr. 26, Tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto cõtendet quàm potest. Budæus.

Lenocinari, Gratiam conciliare. Plin. lib. 2. epist. 9. c, Potest tamen fieri, ut quanquam in his difficultatibus, libro isti nouitas lenocinetur. id est, gratiam conciliet. Quint. lib. 5. cap. 2. Budæus.

Lenobates] pen. cor. Vuæ calcator.

Lens] lendis, f. g. (κόνις) A' lædo deductum uerbum. Est capitis animalculum, quod deinde in pediculum conuertitur. Plin. lib. 28. cap. 11. 3, Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib. 29. cap. 6. 5.

Lens] lentis, fœn. gen. (φακὸς) Genus leguminis: à lenis nomen factum, quòd qui ea uescuntur, lenes ac moderati fiũt. Plin. lib. 15. cap. 12. Inuenio apud ueteres authores, æquanimitatem fieri uescentibus lente. Virg. 1. Georg. 46,
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Lentim, pro lentem, frequens apud Catonem: ut, cap. 35, Lentim in rudeto & rubricoso loco, qui herbosus nõ siet, serito.

¶ Lenticula, lenticulæ, pen. cor. Diminutiuum (φάκιον) Vtitur Plinius lib. 35. cap. 11. 3, Folia sunt lenticulæ similia. Idem lib. 18. cap. 12. 5.

Lenticula, pro legumine, similis quidem lenti est, sed diuersa. Quòd si Theodoro Gazæ credimus, phacen Græci uocant. Nam lentem, non phacen, sed phacon dicunt. Hermolaus.

Lenticula quoq; à Plinio & cæteris uocatur lens cocta. de qua prouerbium illud fertur, τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον: hoc est, Vnguentum in lenticula: cuius meminit in Epistolis ad Atticũ Cicero, in mentione Lentuli: & M. Varro, & Gellius, Athenæus quoq; in Cœnis. Ex Hermolao. Tradit Ruellius lib. 2. cap. 40, hoc prouerbium in eos iactari solitum, qui nullo rerum discrimine quas agunt aut dicũt, pari nixu cũcta moliuntur: quos, ut apud Senecam & Gellium, infrunitos appellamus, Græcè cacozelos & apirocalos.

Lenticulæ, Maculæ in corpore sunt, quæ lentigines dici solent. Celsus lib. 6. cap. 5. Lenticulas tollunt galbanum & nitrũ.

Lenticula, Vasis genus est: à figura lentis dictum, ut ait Plinius, cuius etiã meminit Celsus: uideturq; id esse, quod discos appellatur Dioscoridi. Vnde & Lenticularis forma, L. Apuleio in Floridis. Hæc Hermolaus. Quidam hoc nomen à liniendo deducunt, aiuntq; esse uas olearium, ex quo reges et sacerdotes linebantur.

Lenticula. Plinius lib. 37. cap. 12. 4, Nunc communiter ad omnium gemmarum obseruationem pertinentia dicemus, opiniones secuti authorum. Cauæ aut extuberantes, uiliores uidentur æqualibus. Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ uocatur lenticula, postea clypeidos & rotunda, angulosis minima gratia.

Lentẽ, Lentesco] Vide Lentus.

Lentigo] pen. prod. lentiginis, f. g. (φάκη) Macula subrusa, et interdum in facie ad lentis similitudinem. Plin. lib. 20. cap. 20. 9, de atriplice. Nec nisi mutata sæpe aqua coquendum, stomacho contrariũ esse, lentigines & papulas gignere. Idẽ li. 20. ca. 6. 10, Lepras, lichenas, lentigines exulcerat.

Lentiscus] lentisci, f. g. (χοῖνος) Arbor, quæ mastichen gũmi modo sudat, & est trifera. Columella lib. 5. cap. 10. 6, In imum scrobem lentisci taleam inuerso cacumine demittito. Martial. lib. 6. 74,
Foditq; tonsis ora laxa lentiscis. Cic. de Diuinat. Ex antiquo poeta,
Iam uerò semper uiridis, semperq; grauata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu:
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Lentiſcum dictam putauerim, quòd liquore quodam lenteſcat: nam & reſinam ubiq; ſudat. Lentiſci fructum Hippocrates ſchinida, & arborem ſchinon nominauit. Ruellius libro 1. capite 20.

Lentiſcum mandit. Adagium eſt, ut ait Hermolaus, aduerſus eos qui nimio ſe comendi ſtudio ſuperfluunt, quaſi dentibus exterendis & fricandis tantùm incubent præ deſidia. Nam ex lentiſco dentiſcalpium, uel poeta Martialis commendat hoc diſticho, libro 14. 22,

Lentiſcum melius: ſed ſi tibi frondea cuſpis
Deſuerit, dentes pinna leuare poteſt.

Quo in loco lentiſcum generis eſt neutri, quia pro arboris ligno ſumitur.

¶ Lentiſcinus, pen. corr. Adiectiuum (χοινινὸς) Ex lentiſco factum. Plin. lib. 23. cap. 2. 7, Tunc addito lentiſcino oleo.

¶ Lentiſciferus, pen. cor. Adiectiuum (χοινοφόρος) Ferens lentiſcos: ut, Linternum lentiſciferum. Ouid. 15. Metam. 143.

Lentitia, Lentitudo, Lento lentas, Lētor lentoris, Lentulus Adiectiuum] Vide Lentus.

Lentulus] pen. cor. (λεντλος) Ciuis Romanus, cuius extant multæ epiſtolæ ad Ciceronem.

Lentulus, cognomẽ fuit Corneliorum, inde illis inditum, quòd lentem optimè ſererent. Id quod Plin. tradit lib. 18. cap. 3, Cognomina etiam, inquit, prima inde: Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerat: Piſones, à piſendo. Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quiſq; aliquod optimè genus ſereret. Hinc denominatiuum.

¶ Lentulitas, pen. corr. (λεντλότης) Cicero ad Appium, lib. 3. 7. 13, Vllam Appietatem aut Lentulitatem ualere apud me plus, quàm ornamenta uirtutis exiſtimas? Vide Appietas in Appius.

Lentus] Adiectiuum (γλίχρος, καμπὸς) Tener & flexibilis. Plaut. Aſina. II 29,

Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores ulmeis affectos lentis. Virg. 5. eclog. 4,
Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ.

Brachia lenta. Horat. Epod. 15. 2.
Haſtile lentum. Ouid. epiſt. 4. 18.
Radix lenta. Ouid. 11. Metam. 16.
Rami lenti. Virg. 4. Georg. 112.
Lenta uincula eſcaria: id eſt, tenacia. Plaut. Men. 3. 18.
Lentus in frangendo calamus. Plin. lib. 12. cap. 22. 3.
Lentus, Facilis. Lucilius Satyrarum lib. 11, Lucius Cotta ſenex Craſſi pater, huius Paneti magnus, trico fuit nummarius, ſoluere nulli lentus. Nonius.

Lentus (βραδὺς) Tardus. Cic. de Rep. lib. 5. 5, Marcellus ut taceret pugnax maximus, & conſideratus & lentus. Valerius Max. lib. 1. cap. 2, Lento enim gradu ad uindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemq; ſupplicij grauitate compenſat. Quintil. lib. 9. cap. 4, Particulæ graues, acres, lentæ, celeres, remiſſæ.

Lentus cœpti terra cunctaris libera. Silius lib. 3. 36.
In ira lentus. Ouid. epiſt. 16. 50.
Cupido lentus. Horat. 4. Carm. ode 13. 2.
Ignibus lentis macerari. Horat. 1. Carm. ode 13. 2.
Ira lenta. Ouid. epiſt. 3. 5.
Lenta mora. Martial. lib. 1. 23.
Paßibus lentis peragere iter. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 2.
Lentior pugna. Liu. 10. bel. Pun. 83.
Spes lenta. Ouid. epiſt. 2. 2.
Lentus, Securus & ocioſus. Virg. 3. eclog. 1,

Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in umbra
Formoſam, &c.

Lentus ſpatiare ſub umbra. Ouid. 1. de Arte, 14.
Lentus, Frigidus. Virg. 1. Georg.

— noctis lentus non deficit humor.

Tellus lenta gelu. Propert. lib. 4. eleg. 3. 8.
Lentus color. Plin. lib. 12. cap. 25. 10, Color in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus.
Lentus ignis è palmis: hoc eſt, moderatus, non uſqueadeò calens. Plin. lib. 13. cap. 4. 11.
Lentus tepor, Remiſſus. Plin. lib. 12. cap. 19. 10.
Carbonibus lentis urere aliquem. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 10.
Amor lentus me torret. Horat. 3. Carm. ode 19. 6.
Lenta uiuacitas, Tenax & longa. Plin. lib. 8. cap. 27. 4.
Virgis ſalicis lentior. Ouid. 13. Metam. 171.

¶ Lentulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum. Cic. ad Attic. lib. 10. 203. 3, An exiſtimas illum in iſto genere lentulum aut reſtrictum? nemo eſt minus.

¶ Lentè, Aduerb. (βραδέως) Tardè & cunctanter. Plin. epiſt. 13. 4, Ac tum quoque lentè, cunctanterq; ueniunt.
Aſellus lentè gradiens. Ouid. 11. Metam. 36.
Lentè ferre, Patienter ferre. Cic. 2. de Orat. 102.
Lentè ferre iniurias, Leniter & placidè. Cic. in Hortenſio.
Lentè agere: hoc eſt, remiſsè & ſegniter. Liuius 1. ab Vrbe, 42.
Lentè ac faſtidiosè probare aliquem. Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 3.
Lentiſsimè mandere. Colum. lib. 2. cap. 15. 3.
Lentius diſputare. Cic. in Parad. 10.
Lentè naſci, hoc eſt, Tardè. Plin. lib. 12. cap. 14. 9.

¶ Lentitia, lentitiæ (καμπότης) Flexibilitas & mollitia. Plin. libro 16. cap. 37. 2, Aliæ uirgas ſequacis ad uincturas lentitiæ.

¶ Lentitudo, penult. prod. lentitudinis (βραδυτὴς) Tarditas. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 58, Nam illud non ſolùm eſt grauitatis, ſed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tuſc. 66, Eamq; quam lenitatem nos dicimus, uitioſo lentitudinis nomine appellant.

Lentitudo exitus uel mortis. Tacit. lib. 16. Idem lib. 15.

¶ Lentor, lentoris, maſc. gen. (γλιχρότης) Humor tenax & glutinoſus, inquit Budæus. Plin. lib. 9. cap. 51. 3, de piſcium generatione, Quæ durioris teſtæ ſunt, ut murices, purpuræ, ſaliuario lentore. Colum. lib. 5. cap. 6. 5, Vt aliquem tamen ſuccum & lentorem habeat, imijciemus areis. Plin. lib. 13. cap. 5. 2, Fert & folliculos emittentes quædam animalia ſeu culices, lentoremq; reſinoſum.

¶ Lento, lentas (καμπτω) lentare. Virg. 3. Aeneid. 77,

Antè & Trimacria, lentandus remus in unda. Seruius, Lentandus: aut lentè tibi nauigandum eſt. nam totam Siciliam circuit. Aut flectendus. unde Lentum uimen dicimus, id eſt, flexibile.

Arcus lentare. Stat. 1. Achil. 88. hoc eſt, flectere.

¶ Lenteo, lentes, lentui, lentere, Eſſe lentum, molle ac tenerum. Lucilius, Lentet opus, dixit.

¶ Lenteſco, lenteſcis (γλιχραίνομαι) lenteſcere, Lentum, ſeu tenerum ac molle fieri, uel glutinoſum & tenax. Virgil. 2. Georg. 50,

Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. Seruius, Lenteſcit, cohæret. Colum. lib. 11. cap. 2. 70. Quæ ſinatura minus lenta eſt, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in ſtercore obruenda eſt ut lenteſcat. Idem lib. 2. cap. 11. 9. Budæus.

Lenteſcere dente. Plin. lib. 12. cap. 16. 3.
Curæ lenteſcunt tempore. Ouid. 2. de Arte, 72.

Lenulus, Lenunculus] Vide Leno.

Leo] les, leui (ἀλείφω) lere. Nunc in uſu non eſt. Compoſita autem eius uſurpantur: ut Deleo, Releo.

Leui, præteritum. Horat. 1. Carm. ode 20. 1,

Græca, quod ego ipſe teſta Conditum leui. Vbi Porphyrio,

Digitized by Google

phyrio, leuisse se gypso utiq; uult intelligi. Huic contrarium est Terentianum illud,

Releui dolia atq; omnes serias. quod significat, aperui, & quasi regypsaui.

Leo] Byzantius, auditor Platonis, sophista nobilis, Philippo contra Byzantium uenienti occurrens, Dic age, inquit, Philippe, quæ te causa trahit oppugnatum nostra mœnia? At ille, Amor, inquit, tuæ patriæ, qua uti potiar, ueni. Leo excipiens, respondit, Atqui instrumẽto musico, nõ bellico amantibus opus est. Hæc ex Philostrato. Suidas uerò de eodẽ ait, quòd Philippus quum Leonem in expugnatione Byzantij præter cæteros aduersantem haberet, epistolas ad Byzantios scripsit calumniæ plenas, ut si uoluisset tantum dare pecuniæ Leoni, quantum petebat, iamdudum urbe fuisset potitus. ciues hoc accepto, domum eius circunstetêre: ille sibi metuens, laqueo uitam finiuit. Hæc Suidas.

Leo] leonis, masc. gen. (λέων, λεος) Notum animal. Vide Plinium lib. 8. cap. 16. Huius fœmina dicitur leæna.

Genus acre leonum. Ouid. 4. Fast. 43.

Triste leonum seminium. Lucret. lib. 3 149.

Vis uiolenta leonum. Lucret. lib. 3. 60.

Asper leo. Horat. 3. Carm. ode 2. 3.

Auidus. Quid. epist. 9. 8.

Cesius. Catull. de Acme. 42. 2.

Flauus. Horat. Epod. 16. 7.

Frendens Silius lib. 10. 5.

Fuluus leo, Virg. 2. Aeneid. 145.

Hirsutus. Ouid. epist. 9. 23.

Horridus. Senec. Herc. Oeth. 12. 11.

Innoxius. Vide Innoxius.

Insanus. Horat. 1. Carm. ode 16. 3.

Iracundus. Ouid. 15. Metam. 18.

Iubatus. Senec. Thyest. 8. 22. Vide Iuba.

Magnanimus. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 7.

Magnus. Virg. eclog. 4. 5.

Rapidus. Horat. de Arte, 80.

Semus. Lucret. lib. 3. 62.

Sanguineus. Valer. 3. Argonaut. 119.

Toruus. Claud. 2. in Eut. 61.

Trux. Valer. 8. Argon. 92.

Validus. Lucret. lib. 5. 197.

Violentus. Ouidius 2. Metam. 17.

Leo marinus ex cancrorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. 7.

Leo signum cæleste. Plin. lib. 17. cap. 24. 1.

Stella uesani leonis. Horat. 3. Carm. ode 29. 4.

Aestuius leo. Claud. 1. in Ruff. 74.

¶ Leoninus, pen. prod. Adiect. (λεόντειος) Quod ad leonem pertinet: ut,

Adeps leoninus. Plin. lib. 24. cap. 17. 9. Et Leonina species, Varro 2. de Re rust. cap. 9. 4.

Leochares] pen. corr. Sculptor eximius, qui authore Plin. lib. 36. cap. 5. unus fuit eorum qui cælauêre Mausoleum.

Leonides] pen. corr. Nobilis Sparta, deinde Lacedæmoniorum rex, qui aduersus Xerxen penè incredibilia egit. Hic commilitonibus dicebat, Pergite animo forti, hodie apud inferos fortè cœnabimus. Cecidit ad Thermopylas, quum illas angustias custodiret. Fuit & alius Leonides, Alexandri pædagogus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 7.

Leontice] leontices, pen. cor. f. g. Herba. Plin. lib. 25. cap. 11. 3, Cacalia, siue leontice uocatur: semen margaritis minutis simile, dependentis inter folia grandia, in mõtibus ferè. Hæc (inquit Ruell. lib. 2. cap. 141) officinis dicitur carui agreste.

Leontios] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 11. 5, Sunt & à leonis pelle & pantheræ nominatæ, leontios, pardalios.

Leontopetalon] pen. cor. (λεοντοπέταλον) Herbæ genus, pedi leonis folia similia habentis, quam eandem esse cũ consiliginе Plinij, nonnulli putant ex descriptione Dioscoridis. Plin. lib. 27. cap. 11. 3, Leontopetalon, alij rhapeion uocãt, folio brassicæ, caule semipedali, alæ multæ, semẽ in cacumine in siliqs ciceris modo, radix rapo similis, grãdis, nigra.

Leontophonon] pen. cor. (λεοντόφονον) Exiguus uermis esse dicitur, nec alibi nascens quàm ubi leo gignitur: quo gustato, statim expirat leo. Plin. lib. 8. cap. 38.

Leontopodion] λεοντοπόδιον, Plin. lib. 26. cap. 8. 10, Herba hæc amatoria est, quam ferè eandem esse cum camo, refert Barbarus in Dioscoridem. Vide Ruell. lib. 3. cap. 130.

Leopardus] leopardi (λεοπάρδαλις) Animal ex leone & panthera natum, uel ex pardo & lœna: nigris maculis leoninam pellem distinguentibus, & iubis caret. Vide Plinium libro 8. cap. 16.

Leosthenes] pen. corr. Nomen uiri, qui quum sponsus esset, & Lamiacum bellum concitasset, interfectus est. Ob cuius amorem sponsa, Demotionis Areopagitarum principis filia, se interfecit: sicut Hieronymus contra Iouinianum testatur. Suidas ait, bello contra Macedones lapide percussum in caput improuisè, in prælio cecidisse.

Lepadusa] siue Lopadusa, pen. prod. Insula Siciliæ, à patellis ostreorum genere dicta, quasi patellaria.

Lepidium] lepidij, n g. (λεπίδιον, ἰβηρὶς) Herba. Colum. li. 12. cap. 8, Sunt qui satiui, uel etiã syluestris lepidij herbam quum collegerunt, in umbra siccent. Plin. lib. 19. cap. 8. 33, Peregrinum fuit & lepidium. Seritur à Fauonio. Deinde quũ fruticauit, iuxta terra præciditur. Tunc runcatur, stercoraturq;. Hæc herba hodie in Italia non reperitur, ut ait Matthiolus.

Lepidotes] dis, pen. prod. f. g. Gemma quæ squamas piscium imitatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Lepidus] pen. cor. Adiectiuum (σωμύλος, χαρίεις) in quo lepõris est plurimum, inquit Donatus. & tam de homin. quàm de oratione & alijs dicitur rebus. Plaut. Milit. 10. 65,

At quidem illuc ætatis qui sit, non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnes res. Terent. Eun. 3. 3. 25,
O capitulum lepidissimum.

Nimium lepidus. Vide post Nimis.

Cantio lepida & suauis. Plaut. Sticho, 1. 19.

Cardo lepidus. Plaut. Curc. 2. 94.

Causa lepida. Plaut. Trinum. 11. 58.

Coniux lepidissima. Catull. de Gallo, epigram. 73.

Dictum lepidum. Horat. de Arte, 56.

Dies lepidus. Plaut. Aul. 28. 4.

Facinus lepidum. Plaut. Pœn. 14. 79.

Fama lepida. Plaut. Trinum. 6. 96.

Forma lepida & liberalis. Plaut. Epid. 2. 41.

Libellus lepidus. Catul. ad Cornelium, epigr. 1.

Literæ lepidæ. Plaut. Pseudolo, 3. 25.

Locus lepidus. Plaut. Bacchid. 1. 51.

Mores lepidi. Plaut. Mostel. 4. 12.

Nuncium lepidum. Plaut. Sticho, 5. 2.

Lepidi & deliciati pueri. Cic. 2. in Catil. 42.

Tabellis lepidis, lepida conscriptis manu. Plaut. Pseud. 3. 26.

Versus lepidi. Catul. ad Flauium, epigr. 6. 4.

Vnguentum lepidum. Plaut. Casin. 6. 12.

Lepida memoratu. Plaut. Bacch. 1. 28.

Lepida & concinna, citò satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum: ampla & pulchra diu placere possunt. Author ad Heren. lib. 4. 181.

Lepidus, Politus, inquit Donatus: ut λεπὶς lamina.

Lepidum, pro Lepidè. Plaut. Pœn. 14. 39, Lepidum eloquere,

¶ Lepidè,

¶Lepidè, penult. corr. Aduerbiũ (χαριεντως) Cum gratia. Cicero ad Atticum, libro 2.18.2, Nunc fit lepidè illa ἰηχνοις radiorum.

Lepidè hercle adiuuas: hoc est, eleganter & ad tempus. Plaut. Persa, 14.5.

Lepidè efficiam mea hera officium. Plaut. Truc. 16.1.

Ego hoc effectum lepidè tibi tradam, tace. Plaut. Curc. 8.15.

Lepidè intelligere. Plaut. Trucul. 14.9.

Lepidè stratus lectus. Plaut. Pœn. 9.84.

Lepidè hercle animum tentaui tuum. Plaut. Aulul. 31.18.

Lepidè memoras. Plaut. Bacchid. 1.35.

Lepidè uolo molliculas escas. Plaut. Casin. 11.55.

Vin' tu lepidè facere? P Y. loquere. Plaut. Milit. 13.31.

Lepidè referre gratiam. Plaut. Trucul. 4.13.

¶Lepidulè, pen. cor. (ὑποσωμυλῶς) Aduerbium diminutiuũ. Plaut. Pseud. 7.115. Eam circunducam lepidulè.

Lepis] dis, pen. cor. f. g. Squama æris. Scribon. Largus.

Lepistæ] Vasa quædam antiquis usitata. Varro de Vit. pop. Rom. lib. 1, Lepistæ etiam nunc Sabinorum finis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut æneæ. Ex Nonio.

Lepontij] Germaniæ populi, Alpium Rheticarum (montem sancti Gotthardi uocant) incolæ, apud quos oritur Rhenus fluuius: ut testatur Cæsar. bel. Gall. lib. 4. Plin. lib. 3. cap. 20. 2, Lepõtios ac Salassos Thauriscæ gẽtis idem Cato arbitratur. Cæteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præustis intra sinus Alpium niue membris. Hactenus ille. Lepontij quidem Rhetos habent ab Ortu, Insubres ad Meridiem, Salaßios Seduno sq; ad Occasum, Heluetios ad Septentrionem. De his longè plura Glarianus in Cæsarem.

Lepor] lepôris, pen. prod. m. gen. (χάρις, χαριεντισμὸς, τύμπανον) Quod & Lepos lepôris dicitur, quemadmodum honos. Est uenustas, & uoluptatis cuiusdam amœnitas, quæ potißimùm uerbis fit. Plautus Casina, 6.3,

Nec pote quicquam commemorari quod plus salis,
Plusq; lepôris habeat hodie. Plinius lib. 17. cap. 1. 4,
Crassus faceto lepôre solers.

Lepos quidam, facetiæq;, & eruditio libro digna. Cicero 1. de Oratore, 10.

Facetiarum & urbanitatis orationis, non scurrilis lepos. Cic. de claris Orat. 74.

Sermonis lepor. Cic. pro Flac.

Lepor dicendi admirabilis: hoc est, ornatus, concinnitas, elegantia. Cic. 4. Acad. 33.

Non infaceto lepôre. Vide Infacetus.

Disertus lepôrum ac facetiarum. Catul. in Asiniũ, epigr. 12.2.

Magnus in iocando lepos erat in homine. Cic. 1. de Orat. 14.

Lepôre ac uenustate affluens. Cic. 7. Ver. 111.

Lepôrem quendam & salem est cõsecutus. Cic. 2. de Orat. 55.

Nitidus & leuis lepor. Lucret. lib. 5. 253.

Vario distincta lepôre omnia. Lucret. lib. 5. 276.

Aeternum dare lepôrem dictis. Lucret. lib. 1. 6.

Verborum lepôres illigantur in eo genere. Vide Illigo.

Perfusa lepôre omnia corrident. Lucret. lib. 4. 17.

Medio de fonte lepôrũ surgit amari aliquid. Lucret. li. 4. 228.

Leporinus, Leporarium] Vide Lepus.

Lepra] lepræ (λέπρα) Morbus qui alio nomine dicitur elephantia, siue elephantiasis. Et duplex est: una, quæ incurabilis est, quam malam scabiem Horatius in Arte poet. nominat. Alia, quæ potest curari. Plinius lib. 24, Lacryma uitium ueluti gemma, lepras & lichenas & psoras nitro antè præparatas sanat.

Leprium] Plinio, oppidum in Achaia prope Alpheum amnem. Dictum à lepra, qua curabantur ibi, quodam se flumine mergentes. Hinc Lepriatæ, populi. Est & aliud Leprium in Arcadia, ut testis est Cic. lib. 6. ad Attic. Vetus tamen exemplar hîc legit, Lepreum.

Leptenacra] pen. corr. Promontorium gracile. Solinus, A promontorio Indiæ, quod alij Leptenacrum, alij Drepanum nocitauerunt. Vide suprà in Drepanum.

Leptis] λέπτις, Africæ minoris, quæ Zeugitana prouincia dicitur, duarum urbium nomen est. Est enim Leptis duplex: Minor, quæ Sarrana cognominatur, à Sarranis Phœniciæ. Silius lib. 3. 52,

Tabraca tum Tyrium uulgus, Sarranaq; Leptis. Salustius, Deæ sunt Syrtes, inter quas Leptis unde Leptitani. Altera trans Syrtim minorem sita, iuxta Oeam oppidum, Magnæ cognomen habet: illam Neapolim dici existimant. Hæc Vadianus Melæ enarrator.

Lepus] leporis, pen. cor. m. g. (λαγὼς, λαγὼς, πῶϋ) Animal uulgò notum. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 12, Lucias Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes esset. Ego arbitror à Græco uocabulo antiquo, quòd eum Aeoles Bœotij λέπορεμ, appellabant. Plautus Capt. 4.81,

I modò, uenare leporem, nunc itym tenes. Vide Gellium libro 1. cap. 18.

Auriti lepores. Virg. 1. Georg. 62.

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos. Horat. 2. Serm. Satyr. 4.9.

Exagitatus lepus. Ouid. 3. de Arte, 132.

Pauidum captare leporem. Horat. Epod. 2.7.

Proni lepores. Ouid. 1. de Remed. amor. 41.

Solicitus lepus. Ouid. Fast. 75.

Venari leporem canibus. Virg. 3. Georg. 82.

Lepus à posteriore parte, hoc est, à lumbis & clunibus pulpamentum de se præbet, eáq; corporis parte lautißimus est. Horat. 2. Serm. Saty. 4.9.

Fœcũdi leporis sapiens sectabitur armos. Terent. Eun. 3.1.36,

Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Quod in te habes, hoc quæris in altero. Et est προσωπ. ἀλληγορία. Vide Donat. in Eunuch.

Lepus, Piscis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. 7.

¶Lepusculus, pen. cor. Diminut. (λαγωίδιον) Cic. 6. Ver. 42, Si minus eiusmodi quippiam uenari potuerant, illa quidem certè pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c. Sic 1. de Nat. deor. 121. Var. 3. de Re rust. cap. 3. 5. Et Colum. in Præfat. lib. 9. 1.

¶Leporinus, pen. prod. Adiectiuum (λαγῶϑ) Quod ex lepore est: ut Leporinus cinis. Plin. lib. 28. cap. 11. 4.

Leporinum lac. Varro 2. de Re rust. cap. 11. 4.

¶Leporarium, leporarij (λαγωτροφεῖον) Varro de Re rust. lib. 3. cap. 3. 1, Leporaria te accipere uolo, non ea quæ tritaui nostri dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia septa affixa uillæ quæ sunt, & inclusa habent animalia quæ pascuntur. Ibidem, cap. 12. Vide Gellium lib. 2. cap. 20.

Lerne] uel Lerna (λόρνη) Argiui & Mycenæi agri locus est, super quem fuit Argos oppidum. Vnde

¶Lernæus, Adiect. (λόρναϑ) ut Palus Lernæa, ubi fuit hydra quinquaginta capitum, ab Hercule interfecta. Sunt qui scribant, Lernam regiunculam esse Arcadiæ, à Lerno rege cognominatam.

Pestis Lernæa. Lucret. lib. 5. 6.

Venena Lernæa. Ouid. epist. 9. 23.

¶Lerniferus, pen. cor. Adiectiuum (λόρνοφόρϑ) ut Venenum Lerniferum. Ouid. epist. 9. 29.

Leros] Insula est in Icario mari, Straboni lib. 4.

Lertosa] teste Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ urbs: Straboni Dertosa: Hodie Tortosa dicitur.

Lesbos

Lesbos] λέσβος, Insula in Aegæo, Aeolicarum urbium metropolis, & uniuersæ Troadis imperium obtinuit. Vrbes in ea fuêre memoratu dignæ, Mitylene, & ab ea nũc insula uocatur, & Pyrrha in Occidentali litore sita. Fuit & Eressos, & Antissa cum portu, & Methimna.

¶Lesbius, pen.corr Adiectiuum. (λέσβιος) & Lesboum pen. prod. Horat. 1. Carm. ode 1. 7,

Lesboum refugit tendere barbiton.

Plectrum Lesbium. Horat. 1. Carm. ode 26. 3.

Vina Lesbia. Horat. Epod. 9. 7.

¶Lesbis, huius Lesbidis, pen.cor. (λεσβίς) Patronymicum, f. g. à loco. Ouid. epist. 3. 7.

—forma præstante puellæ
Lesbides, euersa, &c. Idem epist. 21. 40,
Lesbides æquoreæ, nupturæ, nuptáq; proles:
Lesbides Aeolia nomina dicta lyra.

Lessus] huius lessus (ὁ λοφυρμὸς) Lugubris eiulatio. Plaut. Trucull. 26. 18,

Thetis quoq; etiam lamentando lessum fecit filio. Cic. 2. de Legib. 93, Mulier genas ne carpito, neue lessum funeris ergô habeto. His enim uerbis significatur, lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

Lestorum] siue Piratarum regio, in India authore Ptolemæo lib. 7. cap. 2. Hodie regnum Pego dicitur. Huius incolæ syluestres esse dicuntur & in specubus habitare. Ferunt in eis esse coruos albos, & psittacos.

Lestrygones] pen. corr. (λαιστρυγόνες) Populi in extremo Italiæ, quos Vlysses apud Alcinoũ narrat humana carne uesci, ut Cyclopas. Et Homerus scribit Lestrygones, socios Vlyßis uerubus trãsfixos, atq; igni assos comedisse. Plin. lib. 3. cap. 5. 23, Caieta portus, oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, ut existimarunt, antiqua Lestrygonum sedes. Verùm ita appellati fuêre, quia latrones erãt in eo sinu, ἀπὸ τῆς λῃστείας, quod est latrocinium. Horum rex Amiphates fuisse scribitur. Græci per æ diphthongon scribunt in prima.

Incultos adiit Lestrygonas. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 12.

¶Lestrygonius, Adiectiuum (λαιστρυγόνιος) ut Amphora Lestrygonia. Horatius 3. Carm. ode 16. 7.

Rupes Lestrygoniæ. Silius lib. 7. 56.

Lethalis] Vide Lethum.

Lethargus] lethargi, m. g. (λήθαργος) Est marcor & inexpugnabilis penè somni necessitas, inquit Celsus lib. 3. ca. 20. cum alienatione mentis. Sipontinus, Lethargus morbus est, quem Latini torporem appellãt. Dicitur autem lethargus, ut quidam putant, ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est, ab obliuione. nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum: à pituita humidiore frigidioreq; posteriores uentriculos cerebri occupante, in quibus est memoria. Plin. lib. 20. cap. 12. 1, Præterea insaniam facere, & lethargos & iocineris uitia.

Vndæ nigræ lethargi. Lucretius lib. 3. 170,

Adde, quòd in nigras lethargi immergitur undas. id est, obliuiones similes ijs, quas facere dicitur aqua lethæa.

Grauis lethargus. Lucret. lib. 3. 95.

Grandi lethargo oppressus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 20.

Pressus graui lethargo. Quintil. lib. 4. cap. 2. 76.

¶Lethargia, Idem (λήθαργος) Plin. lib. 24. cap. 9. 7. Semen instillatur in oleo decoctũ capiti in lethargia & phreneſi.

¶Lethargicus, pen.corr. (ληθαργικὸς) Qui lethargia laborat. Plin. lib. 20. ca. 4. 5. Hydropicis quoq; ex aceto aut sinapi sumpti, & lethargicis.

¶Lethargicus, Adiectiuum (ληθαργικὸς) ut Morbus lethargicus. Plin. lib. 24.

Lethatus] Vide Lethum.

Lethe] λήθη, fluuius, quem apud inferos esse poetæ tradiderunt, cuius latices siquis gustauerit, omnium præteritarum rerum obliuiscitur. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης, id est, ab obliuione nomen habet. Datus est hinc fabulæ locus, quia morientibus omnium rerum obliuio surrepit. Constat autem, hunc amnem in Aphrica circa extremũ Syrtium cornu, Bernicen urbem allabi: sed cum apud omnes fama est ad ea loca inferna mundatione prorumpere. Lucanus lib. 9. 7. 1,

Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis,
Infernis (ut fama) trahens obliuia uenis.

Secura Lethe. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 5.

¶Lethæus, Adiectiuum (λήθαιος) Lucanus lib. 3. 6,

Non me Lethæa coniunx obliuia ripæ
Immemorem fecêre tui.

Amnis lethæus. Verg. 6. Aeneid. 141.

Aquæ Lethææ. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 8.

Fluminis Lethæi unda. Virg. 6. Aeneid. 143.

Ianitor Lethæus. Stat. 3. Sylu. 2. 23.

Papauera Lethæa. Virg. 4. Georg. 109.

Ripæ Lethææ obliuia. Lucan. lib. 36.

Somnus Lethæus. Virg. 1. Georg. 16.

Lethifer] Vide Lethum.

Lethum] lethi (μοῖρα, θάνατος) Mors. Secundum Priscianum à leo fit, quo ueteres usi sunt pro deleo: quoniam mors omnia delet. Quæ opinio si uera est, aspirationem non recipit letum. Apuleius à luo deducit. ideoq; per œ scribi præcepit. Varro & Festus à λήθω, id est, ab obliuione fieri putant, unde & per th, absque diphthongo scribunt. Alij per antiphrasim dictum uolunt, quasi minimè lætum. Liu. 2. ab Vrbe, 172, Adductis deinde legionibus ex agro Romano inuidia rei oppressum periisse tradunt: alij alio letho.

Dolor ac morbus lethi fabricator uterq; Lucret. lib. 3. 96.

Genus miserabile lethi. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 11.

Limen lethi. Lucret. lib. 6. 233.

Vis horrida lethi. Lucret. lib. 3. 35.

Voluntas animosa lethi. Stat. 9. Thebaid. 16.

Sopor consanguineus lethi. Virg. 6. Aeneid. 56.

Crudele lethum. Virg. 12. Aeneid. 128.

Fœlices lethi, pietas quos addidit umbris. Silius lib. 4 80.

Ignobile lethum. Silius lib. 3. 25.

Memorabile lethum. Silius lib. 11. 35.

Nobile lethum. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.

Absumere animam letho. Virg. 3. Aeneid. 131.

Adimere aliquem letho. Horat. 3. Carm. ode 22. 1.

Instanti raptum auehe letho. Silius lib. 17. 78.

Deuitari non potest lethum. Lucret. lib. 3. 219.

Dare aliquem letho. Virg. 5. Aeneid. 162.

Eripere se letho. Virg. 2. Aeneid. 27.

Ferre lethum. Virg. 11. Aeneid. 175.

Letho interire, uel perire. Cic. 1. de Diuin. 99. Idem ad Atticũ, libro 10. 202. 4.

Lumina labuntur letho. Virg. 11. Aeneid. 64.

Offerre caput letho. Lucret. lib. 3. 212.

Ostentant omnia lethum. Catul. Argon. 59. 38.

Párere sibi lethum manu. Virg. 6. Aeneid. 87.

Perire præcipiti letho. Seneca Hippol. 2. 36.

Celeri præuertit tristia letho. Lucan. l. b. 8. 6.

Sternere letho aliquem. Virg. 8. Aeneid. 114.

Volui letho. Virg. 9. Aeneid. 87.

¶Lethalis, & hoc lethale, pen. prod. (θανάσιμος) Mortiferum. Plinius de Viris illust. 7. 4, Priscum Tarquinium grauiquidem, sed non lethali uulnere accepto, petere ut, &c. Plin. lib. 7. cap. 5. 3. lethales q; in ijs abortus.

Ensis lethalis. Ouid. 13. Metam. 79.

Iaculum lethale. Ouid. 5. Metam. 37.



Digitized by Google

Hyems lethalis, Frigus lethale. Ouid. 2. Metam. 166.
Serpens lethalis. Stat. 6. Theb. 8.
Vulnus lethale. Virg. 11. Aeneid. 150.
Minari lethale. Stat. 4. Sylu. 4. 17.

¶ Lethaliter, penult. corr. Aduerbium (θανασίμως) Plin. lib. 11. cap. 37. 74, Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

¶ Lethifer, pen. corr. Adiect. (θανατηφόρος) Quod infert mortem. Colum. lib. 7. cap. 12. 13, Et (ut plurimi pastores affirmant) rabies arcetur, lethifer morbus huic generi. De canib.
Aestus lethifer. Ouidius 7. Metam. 108.
Annus. Virg. 3. Aeneid.
Arcus. Virg. 10. Aeneid. 34.
Cædes. Claud. 5. Paneg. 24.
Anguis. Stat. 5. Theb. 126.
Certamen belli. Catul. Arg. 59. 79.
Dextra. Ouid. 12. Metam. 122.
Ictus. Ouid. 8. Metam. 73.
Locus lethifer. Ouid. 5. Metam. 27.
Sanguine lethifero totus miscebitur orbis. Ouid. 1. Fast. 25.

¶ Lethatus, pen. prod. Adiect. ut, Lethata corpora, Morte mulctata & interempta. Ouid. 3. Metam. de socijs Cadmi interemptis à serpente,

Vt nemus intrauit, lethataq; corpora uidit,
Victoremq; supra spacioſi corporis hostem.

Leuamen, siue Leuamentū, Leuatio] Vide in Leuo Leuis.

Leucacantha] λευκάκανθα, Herba in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata, dentium dolorem sedat. Plin. lib. 22. cap. 16. 1.

Leucachates] atis, pen. prod. m. gen. Gemma quæ alba est. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucadia] pen. cor. (λευκαδία) Insula est contra Ambracium sinum, ut est author Pomponius Mela lib. 2. quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa à continenti, ac reddita uentorum flatu, congeriem arenæ accumulantium. Plinius libro 4. cap. 1. 3.

¶ Leucadius, Adiectiuū (λευκάδιος) ut aqua Leucadia. Ouidius epist. 21. 38.
Deus Leucadius. Ouid. 5. Fast. 126. Et 3. Trist. eleg. 11. 9.
Vnda Leucadia. Ouid. epist. 21. 38.
Vertex Leucadius. Lucan. lib. 5. 128.

Leucæthiopes] penultima correpta, ut ait Plinius libro 5. capite 7. populi sunt, qui primi omnium cum Libyægyptijs in interiore ambitu Africæ ad Meridiem uersus, superq; Getulos interuenientibus desertis habitant. A' quibusdam Leucoæthiopes, & Libyæægyptij scribitur: quod Hermolao non placet.

Leucagus] pen. corr. uir interfectus, excussus curru, apud Virgilium lib. 10. Aeneid. 118,

Excussus curru, moribundus uoluitur aruis. Alij scribunt Lucagus.

Leucanthemis] pen. corr. leucanthemidis, fœ. g. Herba. Plinius lib. 22. cap. 21. 3, Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida uocant, alij leucanthemum, alij eranthemon, quoniā uere floreat: alij chamæmilon, quoniam odore mali habeat: nonnulli melanthemon uocant. Genera eius tria flore, tantùm distant, palmum non excedentia, paruisq; floribus ut rutæ candidis, aut melinis, aut purpureis.

Leucargillion] Plin. lib. 17. cap. 7. 1, Leucargillion uocāt candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur.

Leucas] huius Leucadis, pen. corr. f. g. (λευκάς) Leucadiæ regionis in Acarnania oppidū, ut scribit Pomponius lib. 2. Est quoq; iuxta littus Leucadium, & Leucates promontorium prope Ambraciam. Est etiam Leucas insula, quæ superiorib. annis (ut Strabo author est) littus extitit: quæ insula effecta est. Et lib. eiusdem Strabonis 10. legimus. Corinthij Cherronesi terra angusta effossa, Leucadem in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportata Nerito, qui quondā fuerat isthmus, nunc uerò fretum et euripus est, ponte iugabilis, mutato nomine dixēre Leucadem: sumpto, ut reor, à Leucate uocabulo. Vide Plinium lib. 4. cap. 1. 4.
Aspera Leucas. Lucan. lib. 1. 9.

Leucaspis] cum Aenea in Italiam nauigans, Troia diruta, procella oborta obrutus, teste Virgilio lib. 6. Aeneid. 67.

Leucates] pen. prod. (λευκάτης) Mons seu promontorium in Epiro, mare intrans. Virg. 3. Aeneid. 55,

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis. Dictus Leucates (ut ait Strabo lib. 10.) à petra eiusdem nominis, coloris albi, in pelagus proiecta: in qua est Apollinis fanum.

Nubifer Leucates. Claud. de bello Getico, 38.

Leuce] authore Plin. lib. 5. cap. 39, oppidum est in finibus Ioniæ, quod etiam insula fuit. Est præterea eodem lib. 4. cap. 13. & Mela authoribus, insula Ponti in mari Mediterraneo, Borysthenis ostio obiecta parua admodū, & quòd ibi Achilles sepultus est, Achillea dicta: eadem & Macharon appellata.

Leuce] λεύκη, Vitiliginis species. Vide Alphos.

Leucippus] Philosophus, qui omnia pleno & inani constare dixit: ut est apud Cic. lib. 4. Tuscul. quæst.

Leucoæthiopes] Aethiopum natio. Vide Leucæthiopes.

Leucochrysos] pen. prod. (λευκόχρυσος) Gemma, quæ fit chrysolitho interalbicante. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucogæa] Gemma: Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucogæi] λευκόγαιοι, Plinio lib. 35. cap. 15. colles sunt in Italia, in Neapolitano Campanoq; agro, inter Puteolos & Neapolim, in quibus inuenitur alumen simul & sulphur.

Leucoion] λευκόιον, Plinius de calcantho lib. 34. cap. 12. 9, Sed ex eo candidum colorem sentientem uiolam, leucoion appellant. Sed nequis hallucinetur, sciendum est, leucoij nomine omnia uiolarum genera comprehendi, sed coloris alio addito nomine: unde Leucoia candida dixit Col. lib. 11. Dicuntur & leucoia lutea, purpurea, &c.

Leucoma] pen. prod. leucomatis, n. g. (λεύκωμα) Album dicitur: hoc est, tabula illa in qua iudicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Pyctatium aliàs dicitur, & matrix. Hermolaus. Accipitur & Leucoma pro albo oui, & pro oculorum albugine.

Leucon] λεύκων, rex Ponti, à fratre Oxilocho interfectus, quòd cum eius uxore adulterij & incestus consuetudinem haberet. Ouid. in Ibin, 63.

Leucon agricola, qui fuerit. Vide Alia Leucon, Alius.

Leuconium] leuconij: siue Leuconicum, leuconici (γνάφαλον) Tomentum dicitur. Mart. lib. 11. 22,

Culcitra leuconico quàm uiduata suo. Idē lib. 14. 158,
Accipe leuconicis uellera rasa sagis. Legitur & Lingonicis.

Leuconoe] noes, Nomen Græcum est à mentis candore: quanquam candidam mentem Græci interdum pro mala etiam dicunt: nisi apud Hesychium κάλων pro κάκων legas: quod legendum reor. Turneb.

Leucopetra] pen. corr. (λευκόπετρα) Promontorium. Cic. 1. Philip. 5, Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, uenti detulissent.

Leucophæus] leucophæi (λευκόφαιος) Color natiuus, ex albo &

Digitized by Google

albo & nigro nomen trahens: λευκὸν, album: φαιὸν, medium inter album & nigrum, id est, fuscum, & penè nigrum. Plin. lib. 32. cap. 10. 2, Iecur rubetæ uel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Idem lib. 24. cap. 12. 3, Purpureæ aut leucophææ, & quæ facillimè diluitur. Vitruu. lib. 8. cap. 3. Censet Bayfius eum esse colorem, quem cinerium uocamus.

¶Leucopæatus, siue Leucophæatus, pen. prod. (λευκοφαιωτὸς) Leucophæo colore indutus: cuiusmodi sunt Franciscani, aut quos uulgus Italorum Beretinos uocat. Martialis libro 1. 91,

Amator ille tristium lacernarum,
Et beticatus atq; leucopæatus.

Leucophorum] ri (λευκοφορὸν) Glutinum auri. Plin. lib. 35. 6. & lib. 23. cap. 3.

Leucophthalmos] Gemma, Plin. libro 37. cap. 10, Leucophthalmos rutila aliàs, oculi speciem candidam, nigramq; continet.

Leucolia] λευκωλία, Insula contra Pestanum sinum, in mari Tyrrheno Lucaniæ adiacens, ut Strabo lib. 6. refert: paruũ ad continentem habens cursum.

Leucostictos] Lapis ab albis punctis nomen habens. Plin. libro 36. capite 7. 4, Rubet porphyrites in eãdem Aegypto: ex eo candidius interuenientibus punctis, leucostictos uocatur.

Leucosyrorum] cubitus, Ptolemæo lib. 5. cap. 6, Cappadociæ locus. Hodie Lirus.

Leucothea] penult. corr. (λευκόθεα) Aurora: quasi alba dea. Cic. 1. Tusc. 45. Quid Ino Cadmi filia, nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Sic 3. de Nat. deor. 65.

Leucothoe] pen. corr. (λευκοθόη) Ouidio lib. Met. 4. fuit Orcami Babylonij ex Eurimone filia, quam à Phœbo grauidã factam, pater crudeliter defodit uiuam. Sed Phœbus mutauit eam in arborem thus ferentem.

Leuctra] per c ante t, plurali numero, singulari Leuctrum, & genere fœm. Leuctra (λέυκτρα) Solinus etiam Leuctras uidetur usurpasse. Oppidum est Bœotiæ. De eo Cicero 1. Tuscul. 177. & Off. 89.

¶Leuctricus, pen. cor. Adiect. (λευκτρικὸς) Cicer. 1. Tusc. 177, Priusq; Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. Leuctricam pugnam appellat, in qua Thebani apud Leuctra uicum Bœotiæ, res Lacedæmoniorum gloriamq; attriuerunt. Vide Cel. lib. 5. cap. 8.

Leui] præteritum à Leo, les. Vide suo loco.

Leuiculus] Vide Leuis.

Leuidensa] Vnde leuidensæ munus. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 12. 3, Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaq; eam tibi misi, quam uelim sic legas, ut causam tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti ueteri & amico, munusculum mittere uolui leuidensæ crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Seruius ostendit, Leuidensam uestis esse genus uile, raro, tenuiq; textu. Quondam inter hospitum xenia, uestes in primis erant. Vnde & apud Iuuenalem Satyr. 9. 3, queritur quispiam uestes donari, uillo crasso, colore q; malo,

Et malè percussas textoris pectine Galli. Proinde M. Tullius orationem suam parum elaboratam, atq; expolitam, leuidensæ munus appellat. Eleganter accommodabitur ad munus leuiculum, aut officium uulgare, non admodum ex animo, neq; diligenter præstitum amico cuipiam uulgari. Etas. Leuidensa dici uidetur, quasi leuiter & negligẽter densata, textaq;.

Leuigo] Vide Læuigo, in Læuis.

Leuipes] pen. cor. leuipedis, omnis generis (ὠκύπους) Celer & pedibus leuis. Varr. 3. de re Rust. cap. 12. 5, Lucius Aelius putabat ab eo dictum léporem à celeritudine, quòd leuipes esset.

Leuir] leuiri, pen. corr. m. g. (λαὴρ) Festus, Leuir, est uxoris meæ frater. Nonius, Leuir dicitur frater mariti, quasi leuus uir. Modestinus iurisc. de gradibus affinita l non facile, Viri frater, leuir est: apud Græcos λαὴρ appellatus, ut est apud Homerum relatum. Sic enim Helena ad Hectorem dixit,

λάηρ ἐμοὶ κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης: id est, Leuir mei canis, omnis mali causatricis horridæ.

Leuis] κοῦφος, ἐλαφρὸς, κελαρὸς, & hoc leue, prima breui, Quod sine pondere est. Virg. 10. Aeneid. 34,

Corytiq; leues humeris, & letifer arcus. Sic Leue pondus. Plin. lib. 12. cap. 9. 2, Leue autem dicitur propriè, quod facilius sursum attollitur quàm deorsum tendat.

Leuis armaturæ milites: Vide Arma. Cic. 10. Philipp. 278, Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, &c. hoc est, pedites & expediti milites.

Leuis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur, pro prima argumentorum leuiorum textura. Cic. 2. de Diuin. 38, Sed hæc fuerit nobis tãquam leuis armaturæ, prima orationis excursio: nunc cominus agamus, experiamurq;, si possimus cornua commouere disputationis tuæ.

Animæ leues. Lucret. lib. 3. 85.
Arma leuia. Ouid. ad Pison. 18.
Currus. Ouid. 1. de Arte, 1.
Equus. Valer. 6. Argon. 49.
Leue piper, Quod pondere tale apparet. Plin. lib. 12. cap. 7. 2.
Pondus leue. Ouid. 2. Metam. 33.
Rota. Virg. 1. Aeneid. 31.
Stipula. Virg. 1. Georg. 17.
Folijs leuior. Ouid. epistol. 5. 22.
Leuis homo, Inconstans, & qui facilè opinionem mutat. Plaut. Trinum. 17. 46.
Leuis homo, Vilis & abiectus. Plaut. Menæh. 11. 23,

Quid ais homo leuior quàm pluma? Cic. de Amic. 76, Leuium hominum atq; fallacium, &c. Idem 4. Verr. 20, Iudex nequam & leuis. Et pro Cluent. 60, Leues ac nummarij iudices.

Vulgus leue. Ouid. 12. Metam. 11.
Leuis author, nec satis fidus. Liuius 5. ab Vrbe, 73,
Leuia hæc sunt, quæ & tu pergrauia esse in animum induxti tuum. Terent. Hecyr. 5. 1. 12. id est, inutilia & uana.
Leui brachio aliquid agere: id est, indiligenter. Cicero Attic. libro 4. 85. 9.
Leue mentis acumen discurrit. Vide Acumen.
Causæ leues. Terent. Hecyr. 3. 4. 12,

Olim quidem te causæ impellebant leues. id est, facilè cõmouebaris. Cic. 3. de Finib. 66. qui leuiori de causa.

Colla leuia. Propert. lib. 2. eleg. 3. 3.
Cura leuior. Virg. 3. Georg. 61.
Dolor leuis, Paruus. Cic. 1. de Finib. 63.
Fortuna leuior malorum. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 13.
Fortunam facere leuem. Stat. 1. Thebaid. 36.
Gratia leuis. Plaut. Pœnul. 12. 17.
Iactura leuis. Claud. 2. in Eutrop. 24.
Impensa leuis. Ouid. 2. de Arte, 51.
Insania leuis. Horat. 2. epist. 1. 24.
Iuuentus leuis. Horat. 2. Carm. ode 11. 2.
Labor leuis. Terent. Heaut. 2. 4. 19,

Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuêre, quos cepi, leues.

Labor leuior, minorq;. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 5.
Munus leue. Ouid. 1. Metam. 125.
Nomine leuiori appellare, Minus odioso. Cicero pro Rosc. Amer. 56.
Pœna leuior. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 1.
Pretium leuius. Ouid. 3. de Arte, 35.
Reprehensio leuis. Cic. 4. Acad. 183.
Res leues. Virg. 4. Georg. 1.
Ruina leuis. Horat. 2. Carm. ode 19. 3.
Scriptura leuis. Terent. in Prolog. Phorm. 5,
Qui ita dictitant, quas antea fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura leui.
Sententia leui pueri. Terent. Hecyr. 3. 1. 32.
Seruitutem leuem reddere. Plaut. Capt. 5. 5.
Spes leues. Horat. 1. epist. 5. 2.
Somnus leuis. Virg. 5. Aeneid. 168.
Tactus leuis. Plin. lib. 11. cap. 53. 3.
Verba leuiora solijs. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 9.
Versus leues. Horat. de Arte, 47.
Vina leuia: id est, tenuia. Plin. ait leuissimum uinum celerrimè inueterari.
Vmbra leuis. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 12.
Vomere leui admodum sauciare summam partem terræ: hoc est, leuiter terram arare. Colum. lib. 2. cap. 2. 13.
Vsus leuis amicitiæ: id est, qui non multum prodest. Ouid. 2. de Remed. amor. 39.
Vulnus leue. Ouid. 3. Metam. 18.
Habere aliquid in leui. Tacit. lib. 19.
¶ Leuiculus, leuiculi, pen. corr. (ὑπόκορ.) Adiectiuum diminutiuum. Cic. 5. Tusc. 145, Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat.
¶ Leuitas, pen. corr. leuitatis (λαφότης, ἐλαφρία) Dere quæ sine pondere est, dicitur. Plin. lib. 12. cap. 12. 2, Syncerum quidem leuitate deprehenditur.
Volueri leuitate ferri. Lucret. lib. 4. 41.
Leuitas, Inconstantia, uilitas. Cicero 4. Academ. 215, Vt omittam leuitatem temerè assentientium, &c. Plinius libro 11. cap. 23. 2, Nec puduit has uestes usurpare etiam uiros, leuitatem propter æstiuam.
Vana leuitas incertæ mentis. Silius lib. 16. 30.
Constans in leuitate fortunæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 4.
Conuincere leuitatis. Vide Conuinco.
Culpanda leuitas. Ouid. 2. de Arte, 86.
¶ Leuiter, pen. corr. Aduerbium (κούφως, ῥίμφα) Sine pondere.
Leuiter agnoscere. Cic. 2. de Fin. 58.
Leuiter aspersus laudibus. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 20.
Leuiter attingere studia, pro Paruo tempore literis operam dare, & quasi à limine salutare ipsa studia. Sueton. de claris Grammaticis, 9.
Leuiter aliquid tangere. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Leuiter dicere. Cicer. 3. in Catil. 62, Tamen, ut leuissimè dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset.
Dissidere leuiter. Cic. Attic. lib. 1. 8. 5.
Dolere leuiter. Ouid. 10. Metam. 27.
Leuiter eminere. Cic. 2. de Nat. deor. 15. id est, paululum.
Leuiter eruditus homo, id est, mediocriter. Cic. 2. de Orat. 14.
Leuiter ferre, hoc est, facilè & patienter. Cicero de Prouinc. Consul. 39.
Leuiter fundata fides. Liu. 2. ab Vrbe, 33.
Leuiter inflexum, hoc est, Parum incuruum uel paululum. Cicero 1. de Diuinat. 58.
Leuissimè læsus. Plin. epist. 116. lib. 6.
Timidè, nec leuiter aliquid ligurire. Cic. 5. Verr. 153.
Leuiter ornatus. Cic. in Orat. 11.
Leuiter saucius. Cicero de Inuent.
Leuiter aliquid tangere. Cicer. pro Rosc. Amerino, 51. hoc est, obiter, & quod dicitur, in transcursu.
Leuiter bene uelle alicui. Plaut. Pœn. 5. 9.
Leuius pro Minus, Aduerbium quantitatis: ut illud,
Nam leuius lædit quicquid præuidimus antè. Sic apud Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 4,
—— quanto constantior idem
In uitijs, tanto leuius miser.
Dolere leuius. Ouid. in Ibin, 52.
¶ Leuisidus, pen. corr. Adiectiuum (λαφόπιθ) Qui leui fide est. Plautus Persa, 6. 63,
Omnes sunt lenæ leuidæ. Plautina dictio est.
¶ Leuisomnus, Adiectiu. (λαφόϋπν) Quod leui somno est: elegans canum epitheton, qui leui somno premuntur. Lucretius lib. 5. 173,
Et leuisomna canum fido cum pectore cordat.
¶ Leuo, leuas (ἄφω, ἀείρω) leuare, In altum tollere, ueluti leue quiddam.
Membra leuare cubito. Ouid. epist. 20. 4.
Palmas leuauit ad cælum. Stat. 11. Thebaid. 112.
Manum leuare. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.
Leuare se de. Ouid. 2. Metam. 43.
—— de cespite uirgo
Se leuat.
Leuare in sublime. Plin. lib. 2. cap. 16. 7.
Leuare, Auferre. Virg. 2. Aeneid. 30,
—— atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus. Cicero 1. Tusculan. 192, Emittiq; nos è custodia, & leuari uinculis arbitremur.
Leuare (λαφίζειν) aliquem onere, & Leuare alicui onus, Exonerare. Virg. eclog. 9. 12,
—— ego hoc te fasce leuabo. Cicer. ad Appium, lib. 3. 12. 8, Leua me igitur hoc onere.
Leuari à pœna. Plin. lib. 28. cap. 4. 4.
Auxilio leuare aliquem. Virg. 2. Aeneid. 91.
Leuare ægritudine. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175. 2. Sic, Leuare cruciatu, Idem 4. de Finib. 51.
Amicitias leuare remissione usus. Cic. de Amic. 65, Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ: & (ut Catonem dicere audiui) dissuendæ magis quàm discindendæ. Id est, sensim leuius colendæ, inquit Budæus.
Angorem leuare. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 2.
Animum leuare exercitatione, Recreare. Cic. de Senec. 32.
Leuare atrocitatem alicuius rei. Cic. pro Quintio, 30.
Leuare suam authoritatem inconstantia: id est, Minuere. Cic. 4. Academ. 125.
Annonam leuare, & Populum leuare, frumento suppeditato in caritate annonæ: hoc est, populo annonæ penuria laboranti subuenire. Liu. 6. bel. Pun. 206. Cic. pro Corn. Balbo, 23.
Calamitatem innocentium leuare. Cic. pro Rosc. Amerino, 4.
Leuare cladem authore. Ouid. 2. Metam. 54,
—— liceat perituræ uiribus ignis,
Igne perire tuo, clademq; authore leuare. Verba sunt Terræ ad Iouem.
Corpus leuare tempore festo, est recreare. Horat. 2. epist. 1. 29.
Cruciatum leuare. Cic. 7. Verr. 93, Vt leuandi cruciatus sui gratia lictori pecunia daretur.
Leuare aliquem cura. Cicero ad Atticum lib. 5. 91. 5.
Curas & sitim leuare uino. Ouid. 12. Metam. 32.
Cura leuanda uerbis. Ouid. 5. Fast. 48.
Dentes leuare penna. Martial. lib. 14. 22. hoc est, purgare.
Dolorem leuare alicuius. Cic. ad Brutum, 9. 1.
Facinus leuare alicuius. Liuius 4. ab Vrbe, 74. hoc est, excusare & mi-

Digitized by Google

re, & minus graue facere.
Famem leuare fronde & cespitibus. Ouid. epist. 14. 20.
Fœnore leuari. Liu. 6. ab Vrbe, 65.
Ictum serpentis leuare. Plin. lib. 7. cap. 2. 4.
Iniuriam leuare. Cæs. 1. bel. Ciuil. 36.
Inopiam leuare. Cæsar 3. bel. Ciuil. 193.
Inuidia leuari. Cic. ad Attic. lib. 15. 322. 3.
Laborem alicui leuare. Virgil. 1. Aeneid. 7. Seruius id est, leuem facere.
Laborum, uel labore leuare aliquem. Plaut. Rud. 6. 22,
Vt me omnium iam laborum leuas?
Cicero 2. de Oratore, 190, Adiungam etiam de memoria, ut labore Crassum leuem.
Membra leuare quiete, Reficere. Ouid. 1. de Remed. amor. 42.
Metum alicui, uel Aliquem metu leuare. Cic. 2. Tusc. 100. Liu. 2. ab Vrbe, 92.
Morbum alicui leuare, pro Aegritudinem animi auferre. Plautus Milit. 18. 56.
Nemus leuandum fronde. Virg. 2. Georg. 80.
Obsidione leuari. Virg. 10. Aeneid. 5.
Opinione sinistra aliquem leuare. Cic. de Amic. 63, Qui hac opinione non modò uerbis, sed etiam opere leuandi sunt. id est, deducendi ab ea opinione quæ eis grauis est. Budæus.
Ora arida leuare aqua. Ouid. 1. de Remed. amor. 46.
Partu leuare aliquam dicitur Lucina. Ouid. 9. Met. 140.
Pauperi item alicui leuare, pro Subuenire. Plautus Epid. 11. 28.
Plagam leuare, uel infectas partes de arbore: hoc est, auferre tenuissimas partes quæ post incisuram remanserunt, ne insitioni noceant. Colum. lib. 5. cap. 11. 11, Tum arborem fici detrunca, plagamq; leua. Ibidem, cap. 9. 2. Sed fortè in his locis legendum, læuare: ut idem sit quod læuigare, hoc est, plagam læuem facere, nequid extet, asperúmue emineat.
Promissa multa fidem leuant. Horat. 2. epistol. 2. 2, hoc est, imminuunt. Multa promittentibus non habetur fides.
Liberare, siue Leuare se ære alieno. Cic. Attico, lib. 6. 113. 7.
Se e infamia leuare. Cic. 5. Verr. 119.
Sitim leuare de fonte. Ouid. 15. Metam. 65.
Sumptum leuare. Terent. Heaut. 4. 4. 24.
Leuari superstitione. Cic. 1. de Fin. 97.
Suspicionem leuare, & à se remouere. Cic. 5. Verr. 116.
Leuare tributum alicuius agri, Redditus illius capere. Vlpian. in l. forma. §. si uerò. ff. de censibus.
Viam sermone leuare. Virg. 8. Aeneid. 62. hoc est, Minus molestum, & magis iucundum iter facere.
Vitium leuare. Ouid. epist. 16. 10.
Leuare uitijs atq; erroribus. Cic. 4. de Fin. 107.
¶ Leuatus, penult. product. Participium (ἀειρθείς) Liuius 1. bel. Punic. 231, Et mox aqua leuata uento quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosæ grandinis deiecit.
Leuata in nubes nebula. Liu. 7. bel. Maced. 167.
¶ Leuatio, Verbale (κούφισις) Consolatio, siue quod alleuationem uocant. Cic. ad Atticum, lib. 12. 243. 4, Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij debiti. Sic, Leuatio ægritudinis. Cic. 1. Tuscul. 195.
Leuatio uitiorum. Cic. 4. de Finib. 108.
¶ Leuamen, pen. prod. leuaminis (κούφισμα) Quod leuat & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit, siue consolatio. Cic. ad Attic. lib. 12. 241. 6, Quod si esset aliquod leuamen, id esset in te uno. Martial. lib. 6. 68,
Hic tibi curarum socius, blandumq; leuamen.
Omnis curæ casusq; leuamen. Virg. 3. Aeneid. 142.
Mite leuamen. Ouid. epist. 3. 13.

¶ Leuamentum, Idem, (κούφισμα) Cic. 5. de Fin. 96, Nos autem non solùm beatæ uitæ istam oblectationem uidemus, sed etiã leuamentum miseriarum. Plin. lib. 8. epist. Studia unicum doloris leuamentum.
Malorum leuamenta. Tacit. lib. 4.
Vxorium leuamentum. Tacit. lib. 3.
Modicum in præsens leuamentum fuêre. Tacit lib. 3.
Præstare leuamentum. Plin. lib. 30. cap. 3. 4.
Leuamento esse, Leuare, & subleuare, aut exonerare. Cicer. ad Attic. lib. 12. 257. 1.
Leuor, Leuus] Vide Læuus.
Leuphana] λευφανα, Germaniæ urbs apud Ptolemæum. Vulgò Hanofer.
Leutychides] pen. corr. (λευτυχίδης) Vir Lacedæmonius, inimicus Demarathi: post cuius fugam constitutus fuit Spartanorum rex, ut scribit Herodot. lib. 6.
Lex] legis, f. g. (νόμος, προθεσμία) Cic. 1. de Legibus, 26, Lex est ratio summa, insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetq; contraria. Eadem ratio quum est in hominis mente confirmata & confecta, lex est. Itaq; arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea uis sit ut rectè facere iubeat, uetet delinquere: eamq; rem illi Græco putant nomine suum cuiq; tribuendo appellatam, ego nostro à legendo. Nam ut illi æquitatis, sic nos delectus uim in lege ponimus: & proprium tamen utrumq; legis est. Quod si ita rectè dicitur (ut mihi plerunq; uideri solet) à lege ducendum est iuris exordium. Ea est enim naturæ uis, ea mens ratioq; prudentis, ea iuris atq; iniuriæ regula. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra uersatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit: & appellare eam legẽ, quæ scripto sancit quod uult, aut iubendo, aut uetando, ut uulgus, appellare.
Legum ferendarum morem describit Cicero in Oratione prò Flacco, 12.
Author legis atq; adiutor. Vide Adiuuo.
Auxilium legum. Tacitus libro 1.
Constitutor legis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 32.
Latores legum. Quintil. lib. 3. cap. 2. 3.
Necessitudo legis. Tacit. 4.
Nexus legis. Tacit. lib. 3.
Peritus iuris, legumq;. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 2.
Sanctor legum. Tacitus libro 3.
Tutela legum. Ouidius 2. Trist. 47.
Lege populi aliquid poscere. Plaut. Trinum. 17. 22.
Lex maiestatis. Cornel. Tacit. lib. 2.
Leges Curiatæ. Vide Curiatus. Sic, leges Centuriatæ. Vide Centuria.
Lex Iulia iubet persequi ab ijs qui, &c. Cic. pro Rab. Posth. 5.
Lex Iulia, quâ ciuitas est socijs & Latinis data. Cicero pro Cornelio Balbo, 15.
Lex Licinia, ne quis ipse sibi curationem ferret. Cicero pro Domo sua, 41.
Lex Licinia, quæ est de sodalitijs. Cic. pro Plancio, 29.
Lex Maria pontes fecit angustos. Cic. 3. de Legibus, 55.
Lex Papyria uetat ædes iniussu plebis consecrari. Cic. pro Domo sua, 98.
Lege Pompeia cautum est. Plin. epist. 300.
Amissæ pereunt leges. Lucan. lib. 3. 24.
Arctæ leges additæ. Vide Arceo.
Aspera lex. Quintil. lib. 4. cap. 3. 6.
Barbarica lex. Vide Barbarus.
Colonicæ leges. Vide Colonus.
Decemuirales leges. Vide Decemuir.
Durissimæ leges. Quint. lib. 1. cap. 10. 14.
Iudiciaria lex. Vide Iudico.

Malignæ leges. Ouid. 10. Metam. 65.
Mollior lex. Cic. 3. Ver 17. Vide Mollis.
Mortales leges. Vide Morior.
Publica lex hominum. Pers. Satyr. 5. 10.
Rubræ leges. Iuuenal. Satyr. 14.
— causas age, perlege rubras
Maiorum leges. id est, miniatas. Nam capita legum notari solent minio. Vnde & Rubricæ dictæ.
Sacratæ leges. Vide Sacratus in Sacer.
Sanctæ leges. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 17.
Secundißimæ leges. Liu. 8. ab Vrbe, 65.
Seuera lex. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 13.
Socia lex, quæ omnes ex æquo alligat. Ouid. epist. 4. 13.
In socias leges ultima gentis eo.
Theatralis lex. Quintil. libro 3. cap. 6. & 4.
Vanæ leges sine moribus. Horat. 3. Carm. ode 24. 7.
Vetus lex. Quintil. lib. 1. cap. 5. 17.
Viduatæ iudice leges. Claud. 8. Paneg. 24.
Liber à legibus. Vide Liber.
E lege. Quintil lib. 5. cap. 10. 76, Quòd accusatores eorum, qui erant & ipsi ambitus damnati, è lege sint post hanc uictoriam restituti.
Legibus & præmia proposita sunt uirtutibus, & supplicia uitijs. hoc est, per leges. Cicero 1. de Orat. 128.
Abdicare legem. Vide Abdico.
Abrogare lege, legi, & legem. Vide Abrogo.
Abuti legibus ad quæstum. Vide Abutor.
Accipere legem, & leges. Vide Accipio.
Accipere aliquid contra leges. Vide Accipio.
Adæquare aliquem legibus. Tacit. lib. 12.
Administrare leges. Vide Administro.
Agere lege. Terentius Phorm. 5. 8. 91,
— una iniuria est
Tecum. D. lege agito ergo. Lege agere dixit, pro Bonorum possessionem secundum tabulas petere, uel Ex testamento agere. Cic. 4. Verr. 26, Quis unquam isto Prætore Chelidone inuita lege agere potuit? id est, iure legibus constituto certare. Ex Budæo.
Agere lege, pro Vinctos uirgis cædere, & deinde securi ferire, exequendo scilicet sententiam, quam iudex tulit. Liuius de Campanis loquens, Decad. 3. lib. 6, Fuluius acceptas literas, neq; resolutas, quum in gremio reposuisset, præconi imperauit, ut lictorem lege agere iuberet. id est, ut ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exequeretur. Valerius lib. 3. cap. 8. Ex Budæo.
Agere lege, Actionem & querelam inofficiosi intendere. Cic. 1. de Orat. 81, Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in XII. Tab. permiserat: quod quum impetrasset, causa caderet. Budæus.
Spretarum legum reus agitur. Ouid. 15. Metam. 8.
Magnis agitant sub leuibus æuum. Virg. 4. Georg. 31.
Ascribere in legem, uel in legibus. Vide Ascribo.
Assuescere legibus Vide Assuesco.
Astringi legibus. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 15.
Cedere legibus. Vide Cedo.
Coactus legibus. Vide Cogo.
Coæquare leges. Vide Coæquo.
Coangustare legem. Vide Coangusto.
Committere contra legem. Vide Committo.
Comparent leges. Vide Compareo.
Componere & sancire leges. Cic. 2. de Legib. 19.
Comprobare legem. Vide Comprobo.
Condemnare lege aliquem. Cic. 2. Philip. 70.
Condere legem. Cic. 2. de leg.
Conscribere legem. Vide Conscribo.
Conserere leges. Vide Consero.
Constituere legem. Cic. 2. de lege Agrar. 63.
Denuntiare lege. Quintil. lib. 5. cap. 7. 6.
Dare leges. Virg. 1. Aeneid. 103,
Iura dabat, legesq; uiris.
Mos & lex maculosum edomuit nefas. Hor. 4. Carm. ode 5. 5.
Egredi leges. Tacit. lib. 3.
In leges ire. Stat. 1. Sylu. 1. 6.
Intra legem epulari. Vide Intra.
Euertere & perfringere leges. Cic. 1. in Catil. 13.
Legem ferre, Autorem legis esse. Cicero post Reditum in Senat. 9.
Fixit leges precio, atq; refixit. Virg. 6. Aeneid. 125. Cic. ad Atticum, lib. 14. 308. 2.
Florent sub Cæsare leges. Ouid. 2. Fast. 29.
Fundare urbes legibus. Quint. in Procem. lib. 1. 9.
Imponere legem alicui. Virg. 1. Georg. 12. Vide Impono.
Imponere leges populo. Vide Impono.
Imponere leges populo per uim & contra auspicia. Cicero 6. Philipp. 206.
Incidere leges. Vide Incido. pen. prod.
Incidere leges ligno. Horat. de Arte, 81.
Leges incidebantur antiquitus in æs, uel etiam in marmore, quò perpetuæ essent: & in Capitolio uel loco aliquo publico figebantur, ut omnibus apertæ essent. Cic. 3. Philip. 145, Falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit.
Indicere leges. Propert. lib. 4. eleg. 9. 11.
Interpretari legem, & æquitate explicare. Vide Interpretor.
Inurere leges. Vide Inuro.
Irrogare leges. Vide Irrogo.
Iubere legem. Cic. pro Corn. Balbo, 30.
Iurare in leges alterius. Vide Iuro.
Labefactare leges ac iura. Vide Labes.
Manet lex. Vide Maneo.
Obtrectare legi. Vide Obtrecto.
Perfringere leges. Vide Perfringo.
Permissum est lege. Vide Permitto.
Perrumpere leges. Cic. 3. Offic. 47.
Medias perrumpere milite leges. Lucan. lib. 1. 66.
Ponere leges. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 21.
Leges suas ciuitatibus reddere. Cic. in Verrem.
Validas æui rescindere leges. Lucret. lib. 5. 12.
Rogare leges. Lucret. lib. 6. 1.
Ruptis legibus arma ferunt urbes. Virg. 1. Georg. 102.
Sancire leges. Cic. de Amic. 38.
Scribere leges. Cicer. pro Domo sua, 38, Hanc legem Clodius scripsit.
Aurum lex sequitur. Propert. lib. 13. eleg. 13. 11.
Leges bello siluere coactæ. Lucan. lib. 1. 57.
Legibus soluere, id est, quod nunc dispensare uocamus. Liu. 10. ab Vrbe condita. Cicero 11. Philipp. 297, Ille homo summo ingenio, summa potentia, qui ex ædilitate Consulatum petit, soluatur legibus, quæ nunquam leges eum non tenent. Verba sunt ironica, significantia hominem perditißimum & exlegem. Budæus.
Solutus lege. Lucret. lib. 3. 140.
Aenigmata legum soluere. Iuuenal. Satyr. 8. 5.
Teneri legibus. Lucret. lib. 2. 144.
Implicatum legibus teneri. Vide Implico.
Timendæ leges in pace. Lucan. lib. 2. 51.
Iniquas leges tolerare. Claud. 7. Paneg. 53.
Lege uendere, ut Lege agere: id est, legitimè. Plaut. Non potes tu lege

tu lege uendere. id est, quia mancipio non accepta est, ideò lege uendi non potest.
Vetita legibus alea. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.
Vti legibus. Lucret. lib. 5. 192.
Legem & conditionem instituere. Cic. pro Murena, 55. Plaut. Asina. 13. 2.
Agedum, istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum
Inter me & amicam, & lænam, leges pellege.
Vincula legum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 71.
Certa lex temporum. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.
Compositæ leges. Virg. 12. Aeneid. 63,
——ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges.
Metricæ leges. Vide Metrum.
Alligari lege. Quintil. lib. 4. cap. 5. 3. Vide Alligo.
Conscribere leges. Quintil. lib. 2. cap. 5. 1.
Dicere legem sibi ipsi. Ouid. 13. Metam. 15.
Firmatas pacis dissoluere leges. Claud. 1. de raptu Proserp. 13.
Facere legem. Quintil. lib. 2. cap. 5. 2.
Imponere sibi leges. Vide Impono.
Indicere sibi legem innocentiæ. Vide Indico.
Seruare certam legem temporum. Quintil. lib. 1. cap. 12. 3.
Vltra legem tendere opus. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 1.
Fatali lege tenemur. Ouid. 10. Metam. 41. Ibidem, 3. 62.
Tradere se sub leges pacis. Virg. 4. Aeneid. 124.
Natura se uertet in nouas leges. Senec. Thebaid. 1. 17.
Lege hac, Hoc iure, hac conditione: uel, hoc pacto. Terentius Andr. 1. 2. 29.
Verberibus cæsum te in pistrinũ Daue dedã, usq; ad necẽ,
Ea lege atq; omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. Idem Eunuch. 1. 2. 22,
Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem.
Lex, Norma, regula, typus, forma. Cicer. 3. de Orat. 105, Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cùm exercitatione, tum stylo, qui & alia & hoc maximè ornat ac limat, formanda nobis oratio est. Idem in Oratore, 115.
¶Legislator, pen. prod. legisl: toris (νομοθέτης, νομοποιὸς) qui etiam legumlator dicitur, & separatim lator legum uel legis. Denominatiuum, Qui legem fert. Liuius 4. bel. Maced. 122, Noster legumlator non in paucorum manu Rempub. esse uoluit. Cic. 4. in Catil. 82. Latorem legis Semproniæ, iussu populi pœnas Reip. dependisse.
¶Legifer, pen. cor. Adiectiuum (νομοφόρ&Θ) Idem. Virgilius 4. Aeneid. 12,
Legiferæ Cereri.
Legifer (νομοθέτης) legislator. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 9,
Optauit Minos similes sibi legifer annos.
¶Legirupa, legirupæ, m. g. (νομοκλόπος&Θ) Qui legem rumpit & uiolat. Plautus Pseud. 15. 19.
¶Legirupio, legirupionis (νομοκλόπος) Idem Plautus Rud. 18. 4.
¶Leguleius, leguleij (νομικὸς&Θ) Qui legum studia sectatur. Cicero 1. de Orat. 121, Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.
¶Legitimus, pen. cor. Adiect. (νόμιμ&Θ, ἔννομ&Θ, νόσι&Θ) Æquum, iustum, conueniens & secundum legem.
Ætas legitima ad petendum consulatum. Liu. 5. bel. Pun. 9.
Amor legitimus, Coniugalis. Ouid. epist. 13. 6.
Coniux legitima. Ouid. 10. Metam. 87.
Dies legitimus comitijs habendis. Cicero 4. Ver. 90.
Legitimi dies dicebantur, quas nunc dilationes ordinarias dicimus: qui legitimi erant accusatori ad accusandum, & defensori ad respondendum. Budæus.
Faces legitimæ. Lucan. libro 2. 72.
Finis legitimus. Ouid. 1. de Arte, 57.
Fœdere legitimo iunctus Amor. Ouid. 2. Trist. 107.
Legitimas horas accipit Cicero pro diebus legis. Vide Hora.
Impedimentum legitimum. Cic. pro lege Agr. 36.
Ius legitimum. Cic. 1. Offic. 93.
Nuptiæ legitimæ. Cic. 1. de Inuent. 3.
Poema legitimum. Horat. 2. epist. 2. 22.
Potestas legitima. Cicero 1. Tusc. 117.
Iusta & legitima potestas. Cic. 3. de Nat. deor. 123.
Quæstiones legitimæ. Quint. lib. 3. cap. 8 3.
Viri legitimi: id est, coniuges non adulteri. Ouid. epist. 5. 16.
Vox legitima. Ouid. 3. de Arte, 59.
Vxor legitima. Martial. lib. 5. 126.
¶Legitimè, pen. corr. Aduerbium, Cicer. 1. Offic. 23, Iustè & legitimè imperanti.
Nubere legitimè. Iuuen. Satyr. 10. 34.
¶Legalis, & hoc legale, pen. prod. (νομικὸς) Quod ad legem pertinet. Quintil. lib. 3. cap. 10, Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus, in priuata maximè consilia.
Homines legales. Firmicus lib. 5. cap. 7, Docti, sapientes, legales, & qui optimo legum ac iudiciorum discursu omnia pertractent.
Legale genus quæstionum. Quint. lib. 3. cap. 5.
Legales quæstiones. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Lexipyretus] λεξιπύρετ&Θ, fœm. genere pronunciatur rectius, quàm Lexipyreta. Vtitur ea uoce Plinius semel opere toto. utuntur & Græci, medicinas ita nominantes, quæ febres finiunt, ἀπὸ τῦ λήγειν τὸς πυρετὸς. Hæc Barbarus in Plinium. Plin. lib. 20. cap. 18, Ego tamen damnauerim collyrijs addi: multoq; magis quas uocant Lexipyretas, quasq; pepticas, & cæliacas. Vbi Cornarius legendum censet, lexopyretos, adiectiuum communis generis. λύγω, cesso, finio: πυρετὸς, febris.
Lexis] huius lexeos (λέξις) dictio. Cic. 3. de Orat. 94,
Quàm lepidè lexes compositæ ut tesserulæ omnes,
Arte pauimento atq; emblemate uermiculato. Ex poeta. Idem in Orat. 83.
Lexicum] lexici (λεξικὸν) neutr. gen. Vocabularium, Dictionarium.
Lexubij] λεξόβιοι, Ptolemæo lib. 2. cap. 8, Lexobij alijs, Gallia urbs. Vulgò Lisieux.

L I

Libadium] herbæ genus, quæ nostris uulgò Centaurion minus appellatur. Plin. lib. 25. cap. 6.
Libamen, Libamentum, Libatio] Vide Libo, libas.
Libanius] λιβάνι&Θ, sophista Antiochenus, floruit temporibus Iuliani Apostatæ. Is est qui argumenta in omnes orationes Demosthenis edidit.
Libanochres] Gemma, quæ thuris similitudine ostendit, sed succum mellis. Plin. lib. 37. cap. 10. Quo loco legitur à quibusdam, Libanochros.
Libanotis] pen. prod. (λιβανωτὶς) quia per ω scribitur, huius libanotidis, pen. cor. f. g. Herba odorem thuris reddens, quæ à nostris rosmarinum dicitur. Plin. lib. 19 cap. 12.
Libanotus] pen. corr. Ventus flans inter Liba, id est, Africũ & Notum. Plin. lib. 2. cap. 47. 3.
Libanus] pen. cor. (λίβανο&Θ) Mons inter Arabes & Phœnices, excelsas arbores habens. Ex eo Orontes fluuius oritur.
Libanus etiam arbor est quæ thus producit, tam mascul. quàm fœminin. gener. Vnde pro thure accipitur, quod & Libanum dicitur.
Libanicus, thureus.
Libarnum] λίβαρνο&, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Libarna Plin.

urbs Liguriæ. Hodie Lauanium, Lauaniæ comitatus.

Libella] Vide Libra.

Libellus] Vide Liber.

Libens, Libenter, Libentia] Vide Libet.

Libentina] pen. prod. Dea Venus, seu Proserpina. Vide Cic. 2. de Nat. deor. 87.

Liber] prima prod. (βάκχος, διόνυσος) dicitur Bacchus. Multos autem fuisse Liberos siue Bacchos, Diodorus scribit. Celebratior uerò qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotijs natũ: qui Liber appellatus est à liberando. nam libertatis deus est: siue quòd Bœotiæ urbes liberas fecerit: ipse enim pro Bœotiæ libertate pugnauit. uel quia uinum curas soluat, & mentem ab illis liberet, & audaciorem in omnes conatus faciat: ut notum est ex Horatij carmine 1. epist. 15. 5,

Ad mare quum ueni, generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, &c. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Seneca libro de Tranquillitate uitæ. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens quò lubet prolabitur. Augustinus docet Liberum uocari, quòd mares in coeundo, per eius beneficium, emissis seminibus, liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. Vide Cicer. 2. de Nat. deor. 89.

Liber pater. Horat. 2. epist. 1. 1.

Iocosi munera Liberi. Horat. 4. Carm. ode 15. 6.

Modici transilire munera Liberi. Hor. 1. Carm. ode 18. 2.

Ornatus uiridi tempora pampino Liber. Horatius 4. Carmin. ode 8. 7.

Interdum Liber ponitur pro ipso uino: sed tantùm apud poetas, teste Quint. lib. 8. cap. 6. Terent. Eunuch. 4. 5. 6.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

¶ Liber dicitur Sol, quia liberè per aerem uagatur. Virgilius 1. Georg. 1,

— uos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres.

¶ Liberalia, liberaliorum, pluralis num. neut. gen. (διονύσια) Dies Libero sacer, quo togæ pueris dabantur, XVI. cal. Aprilis. Ouid. 3. Fast. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. 1. Liberalibus literas accepi tuas.

Liber] prima prod. libera, liberum, penult. corr. (ἐλεύθερος) Qui nullius habito respectu, quod sentit, dicit & facit.

Libera uti lingua. Plaut. Cistel. 3. 9.

Libero corde fabulari. Plaut. Epid. 3. 43.

Homo liber. Quintil. lib. 6. cap. 3. 22.

Liber, qui nulli subiectus est: cuius relatiuum est Serum. Plaut. Menæh. 22. 39,

Mea quidem hercle causa liber esto, atq; abito quò uoles.

Statu liber. Vide Status, in Sto.

Liber, Qui curis omnibus ac negotijs solutus est. Martial. lib. 1. ad Cherilum,

Liber homo es nimium, dicis mihi Cherile semper. hoc est, nimium liberè loqueris.

In te qui dicit Cherile, liber homo est. hoc est, uacuus negocijs, & quid agat non habens.

Liber ad scribendum. Cic. 1. de Nat. deor. 169.

Truculentior, atq; plus æquo liber. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 11.

Liberæ ædes, Quibus quis uti potest tanquam suis. Plautus Milit. 10. 83.

Liberum arbitrium, Animi uoluntas ac sententia libera. Liuius 7. bel. Maced. 25. Idem 4. ab Vrbe, 184.

Bilis libera inæstuat præcordijs. Horat. Epod. 11. 4. (scul. 81.

Cælum liberum, Quod omnibus æquè commune est. Cic. 1. Tus.

Cælo liberiore frui. Ouid. 15. Metam. 61.

Campus liber. Liuius 1. bel. Maced. 155. Ouid. 4. Fast. 59.

Consuetudo peccandi libera. Cic. 5. Verr. 153.

Libero cursu ferunt equitem in hostem equi concitati. Liuius 4. bell. Maced. 146.

Dies liber. Seneca Thyeste, 1. 13.

Egressus liber. Tacit. lib. 4.

Equus liber habenis. Virg. 3. Georg. 39.

Exitus patet liber. Lucret. lib. 4. 80.

Fama libera. Propert. lib. 4. eleg. 12. 15.

Fides nulla parte libera. Ouid. epist. 19. 8.

Indignatio liberrima. Horat. Epod. 4. 2.

Iocus liberior. Ouid. 4. Fast. 190.

Iter liberum. Horat. in Carm. seculari, 9.

Iurisdictio libera. Tranquillus in Caligula. Budæus.

Lectulus liber. Cic. ad Attic. lib. 14. 309. 3.

Legatio libera. Vide Lego, legas.

Lingua libera. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 5.

Literæ liberæ, Quæ liberius atq; audacius loquuntur. Cicer. ad Atticum, lib. 1. 8. 3.

Locus liber. Plaut. Casin. 13. 5.

Loca ab arbitris libera. Vide Abditus in Abdo.

Mandata libera, Quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Liu. 7. bel. Maced. Budæus.

Ocia libera. Ouid. 2. de Arte, 146.

Tempus liberum, quod & uacuum dicimus. Cicer. 1. de Fin. 51,

Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quumq; nihil impedit, quominus, &c.

Libera toga, togam significat uirilem: qua sumpta, adolescentes excedebant è magisterio pædagogorum, & tutoris authoritate, & suæ libertati permittebantur. Propertius,

Matris & ante deos libera sumpta toga est.

Eam etiam uestem Liberalib. induere solebant pueri in Liberi honorem, uel liberæ uitæ significationem: atq; eo die prodibant cultu tironum, sumpta toga pura, id est, uirili. de quo Ouid. in Fastis.

Verba libera edere. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 6.

Via libera facta luxuriæ. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.

Vina libera. Horat. de Arte, 18.

Vitæ lieriosis iter. Ouid. 3. Fast. 156.

Vox libera. Liuius lib. 5. Decad. 4.

Agri liberi atq; immunes. Cic. 4. Verr. 120.

Libera prædia meliore iure sunt, quàm serua. Cicero 3. pro lege Agrar. 6.

Liber à delictis, Nulli delicto obnoxius. Cic. 1. pro lege Agraria, 17, Omnes qui se incolumes uolent, sequentur authoritatem Consulis soluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cautì in periculis, non timidi in contentionibus.

Liber ab irrisione, Qui propterea irrideri non potest. Cic. 4. Academ. 222.

Liber à legibus, Qui non subditur legibus. Plautus Trinum. 14. 24.

Liber à metu insidiarum campus. Liu. 9. bel. Maced. 122.

Libera à prædonibus prouincia. Cic. pro lege Manil. 22.

Aliquando subauditur præpositio: ut, Liber omni cura animus: id est, à cura. Cic. 1. de Fin. 76.

Liber omni metu. Liu. 7. ab Vrbe, 161.

Liber pauore. Plin. lib. 10. cap. 33. 10. Alij legunt, in pauore.

Liber religione animus. Liu. 2. ab Vrbe, 154.

Liber terrore animus. Cic. 5. de Fin. 150.

Liber est harum rerum, cum genitiuo, pro liberali. Plautus Amphitr. 3. 105.

Laborum liber rusticus. Horat. de Arte, 43.

Liberum est mihi: hoc est, licet, possum, & in arbitrio meo constitutum est. Plin. epist. 8. 6.

Permittere

Permittere liberum aliquid. Vide Permitto.
Relinquere liberum alicui. Quint. lib. 1. cap. 4. 17.
Liber, Quod eminet & extat. Varro Eumenid. Iterum tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. Nonius.
Liber, Magnus, seu ualidus. Ouid. epist. 2. 22,
Perfruor infœlix liberiore malo. Vnde Campus liberior dicitur, id est, maior ad dicendum ratio.
¶ Liberè, peo. corr. Aduerbium (ἐλευθέρως, ἐκπεφευγότως) Solutè, sine alicuius obstaculo. Plaut. Bacch. 23. 14.
—— annón uides Vt solæ liberè grassentur?
Educari, liberè, hoc est, Ingenuè, & quemadmodum liberos pueros decet. Terent. And. 5. 4. 8.
Dare consilium liberè. Cic. de Amic. 41.
Defendere liberè. Cic. 1. de Fin. 34.
Nimis liberè fugere imperia alicuius. Catul. de Berecynthia, 58. 16.
Dicere liberè. Cic. 2. de Fin. 49, Sed hæc quidem liberius ab eo dicuntur, & sæpius.
Ledere liberè. Cic. 7. Verr. 88.
Loqui liberè. Plaut. Trucul. 5. 2.
Viuere liberè, id est, suo modo uiuere, neq; subijci alterius uoluntati. Terent. And. 1. 1. 25.
Tutò & liberè. Cæsar 1. bel. Ciuil. 4.
Liberius. Virg. 1. Georg. 26,
—— ipsáq; tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
¶ Libertas, libertatis (ἐλευθερία, ἄδεια) opponitur Seruituti. Cicero in Parad. 42, Quæ enim libertas? potestas uiuendi ut uelis.
Libertas (ut ait Florentinus iurisc. de statu hominũ. l. libertas) est naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet: nisi si quid ui aut iure prohibetur.
Libertas trifariam contingebat. Cic. in Topic. 6, Si neq; censu, neq; testamento, neq; uindicta liber factus est, non est liber. De quo uide Boethium.
Castigata libertas. Stat. 19. Thebaid. 138.
Maturior libertas. Vide Maturus.
Ociosa libertas. Vide Ocium.
Potior metallis libertas. Hor. 1. epist. 10. 8.
Precaria libertas. Liu. lib. 9. Decad. 4.
Abdicare se libertate. Vide Abdico.
Non modò Consulatu, sed etiam libertate se abdicare. Cicero 3. Philip. 131.
Libertatem adimere & amittere. Cicero pro Domo sua, 18. Ibidem, 601.
Asserere libertatem Reip. Quint. lib. 6. cap. 5. 6.
Capessere libertatem. Vide Capesso.
Coalescit libertas. Tacit. lib. 20.
Concedere libertatem. Vide Concedo.
Confirmare aliquem libertati. Vide Confirmo.
Deturbare libertatem. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 12.
Dare libertatem alicui: hoc est, liberum facere. Cicero pro Plancio, 12, Tabella quæ dat eam libertatem, ut quod uelint faciant.
Donari libertate. Cic. pro Corn. Balb. 18, Seruos deniq;, quorũ uis & conditio infima est, bene de Rep. meritos persæpe libertate, id est, ciuitate publicè donari uidebamus. Quo in loco Cicero uidetur libertatẽ interpretari ciuitatem. Sed hoc ait, quia ciuium Romanorum seruitum ciues fiebant, quum libertate à Prætore publicè donabantur.
Habere libertatem. Cic. pro Sestio, 59.
Inculcare atq; tradere libertatem. Vide Inculco.
Largiri libertatem. Cic. 3. de Legib. 55.
Moriens libertas. Tacit. lib. 2.
Obruere libertatem bello. Stat. 4. Sylu. 6. 14.
Cœptatam libertatem omittere. Tacit. lib. 20.
Perdere libertatem. Cic. pro Rab. Posthumo.
Præcidere libertatem. Cic. Verr. 5.
Recipere libertatem. Cic. ad Brut. 19. 12.
Retinere libertatem. Cic. ad Att. lib. 15. 327. 3.
Tenere libertatem suam. Cic. 1. de Orat. 155.
Intercluſam tenere libertatem alicuius. Vide Intercludo.
Tueri libertatem. Lucan. lib. 2. 57.
Vindicare in libertatem. Cic. 2. de Orat. 79. Idem 1. de Natur. deor. 77, Soluti, & in libertatem uindicati.
Libertas & licentia, in malum, pro Effræni quadam animi libidine. Cic. 4. Academ. 58, Verear ne maiorem largiar ei qui contradicturus est, libertatem ac licentiam. Idem pro Flacco, 12, Hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. de Græcia.
Libertas furtiua. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 3.
Libertas loquendi. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 22. 1.
Maxima libertas data est nobis. Ouid. epist. 16. 31.
Multa cum libertate notare aliquem. Horatius 1. Sermon. Satyra, 4. 1.
Affectatores libertatis. Quint. lib. 6. cap. 2. 14.
Testamentorum libertas. Quint. lib. 3. cap. 6. 61.
¶ Liberalis, penult. prod. Adiectiuum (ἐλευθέριος, ἀδέκαστος, σύμβολος) Beneficus, munificus: cui contrarium est Parcus.
Largus, beneficus, liberalis. Cic. pro Deiotaro, 18.
Regium, liberale, munificum. Cic. 2. de Orat. 17.
Largum & liberale uiaticum. Cic. pro Flacco, 11.
Liberalis & auidus, contraria. Cic. pro Q. Roscio, 12.
Epulæ liberales. Tacit. lib. 15.
Maximè liberalißimus. Vide Magnus.
Liberale iudicium, & causa liberalis, quum quis aliquem uindicat in libertatem. Quint. libro 6. capite 4. de risu, Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fœdißimus esset, eum contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. Pœnul. 16. 4,
—— si frugi esse uis,
Eas liberali iam asseres causa, manu. Vide Assero.
Liberale coniugium id est, honestum & magnum. Terentius And. 3. 3. 30.
Liberalis uxor. Terent. Phorm. 1. 3. 16,
Vt ne addam, quòd sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es. Vbi Donatus, Ingenuam, liberalem: hoc natalium, illud morum est.
Liberalis facies. Terent. Eunuch. 3. 2. 20.
Liberalis forma, Elegans. Plaut. Milit. 13. 20,
Lepida & liberali forma est. Terent. And. 1. 1. 96,
—— & quia erat forma præter cæteras Honesta ac liberali.
Liberale ingenium. Terent. Adelph. 4. 5. 50.
Liberales ioci, Libero quodam animo pronunciati. Plin. in Paneg. 80.
Liberales artes dicuntur, quæ ingenio coluntur, & propterea dignæ sunt liberis hominibus. Plin. lib. 14, Pessum iêre uitæ precia: omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium ceciderẽ, ac seruitute sola profici cœptum. Cic. 1. de Oratore, ingenuas appellat.
Liberalis doctrina. Cic. 5. de Fin. 12.
Liberalis eruditio & doctrina. Cic. 2. Tusc. 49.
Minus liberale responsum; hoc est, illiberale. Cic. ad Atticum, libro 3. 55. 7.
Studia liberalia. Tacit. lib. 3.
Nõ solũ necessarij, sed etiã liberales sumptus. Cic. 2. Offic. 60.

¶ Liberalitas, penultima correpta (ἐλευθεριότης, ἁπλότης) Cicero 1. Offic. 32, Iusticiæ est coniuncta beneficentia: quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellari licet.

Libidinosa liberalitas. Valer. Max. lib. 8. cap. 2.

Sinistra liberalitas. Catul. in Iulium Cæs. epigram. 27. 4.

Liberalitatem dividere in multos. Senec. de Benefic. libro 2. capite 28.

Liberalitas, pro Bonitate. Terent. Adelph. 1. 32,

— pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quàm metu. Donatus, Pudore, ad filios retuli: liberalitate, ad parentes. Argumentum à coniugatis: Liberalitate regendi sunt, propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem autem bonitatem dicit.

Liberalitas in sorores. Cic. de Amicitia, 10, Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iusticia in omnes?

Liberalitas ingenij. Cic. 1. de Fin. 81.

Liberalitas eleganter fonti comparatur. Plin. lib. 2. epist. 4, ad Caluinam.

¶ Liberaliter, penultima correptâ, Aduerbium (ἐλευθερίως, φιλοτίμως) Largè, abundanter, frugaliter: cui contrarium est Parcè.

Largè & liberaliter. Cic. 5. Verr. 177, Quæ in re Senatus optimè ac benignissimè cum aratorib. egisset, largè liberaliterq; æstimasset, in ea, &c.

Liberaliter aliquem tractare. Cic. 4. Verr. 8.

Ingenuus & liberaliter educatus. Cic. 3. de Fin. 87.

Eruditus liberaliter, Optimis artibus institutus. Cic. 2. Tuscul. 10. Sic, Liberaliter instructus, apud Cæsarem 3. belli Ciuilis, 233.

Genitus liberaliter. Plin. lib. 23. cap. 1. 31, Saluberrimum liberaliter genitis, Campaniæ quodcunq; tenuissimum.

Polluceri liberaliter. Cic. ad Att. li. 5. 100. 3.

Seruire liberaliter. Terent. And. 1. 1. 11. Liu. 1. ab Vrbe, 156, Notitiamq; eam breui apud regem liberaliter, dexteréq; obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura.

Viuere liberaliter Cic. in Parad. 54.

Liberaliter, pro Indulgenter. Salustius, Exercitum quem in Asia ductauerat, luxuriosè, nimisq; liberaliter habuerat. Budæus.

¶ Liberi, pen. corr. (παῖδες, τὰ τέκνα) Filij dicuntur numero ferè plurali, quamuis & in singulari aliquando reperiatur: dicituráq; in plurali etiam de uno filio filiáue. Caius de uerb. signif. l. non est, Non est sine liberis cui uel unus filius, unáue filia est. Hæc enim enunciatio, Habet liberos, semper pro pluratiuo numero profertur. sic & pugillares & codicilli. Scæuola, l. Scæuola. ff. de uerb. & rerum signif. Paulus de grad. affini. l. iurisconsultus, Liberi usq; ad trinepotem: ultra hos, posteriores uocantur. Papin. de uerb. signif. l. cognoscere. Callistratus ibidem, l. liberorum, Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq; qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tab. comprehendit. Cic. 3. Verr. 28, Habitus sis in liberûm loco; sicut mos maiorum ferebat.

Liberi dicti sunt à libertate regendi, ut ait Donatus.

Certi liberi. Vide Certus.

Dulces liberi. Hor. Epod. 2. 8.

Similes patri liberi. Seneca Medea, 1. 5.

Auctus liberis. Tacit. li. 3.

Commendare liberos. Vide Commendo.

Liberos dare. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 14

Imperare liberis. Vide Impero.

Párere liberos. Seneca Theb. 1. 28.

Procreare liberos. Quint. lib. 3. cap. 8. 17.

Suscipere liberos. Cic. in Topicis, 46.

Liberi, de uno tantùm filio dictum. Terent. Hecyr. 2. 1. 15,

Qui illum decrêrunt dignũ, suos cui liberos cõmitterẽt.

Vbi Donatus, Multum sonãter, & accusatorio strepitu nec masculinum nec fœmininum posuit: nec unam, sed liberos. Sic Cicero, En cui tuos liberos cõmittas. quum de uno ageret. Et, Habemus enim liberos omnes. de puella. Hactenus Donatus. Cic. pro Cluent. 23, Fratris autem liberos uita priuauit. de uno tantùm filio loquitur.

¶ Libertus, & liberta (ἀπελεύθερος) Substantiuum, cuius correlatiuum est Patronus, Is est, qui quum esset seruus, factus est liber. Vlpianus eum esse libertum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Plautus Asina. 12. 100,

— magis decorum est,
Libertum potius, quàm patronum onus in uia portare.

Modestinus, Libertis libertabusq; meis, libertum libertæ testatoris non contineri.

Assignare libertum. Vide Assigno.

Liberta. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 20,

— at hunc liberta secuti
Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.

¶ Libertinus, pen. prod. Adiectiuum (ἀπελευθερικὸς) dicitur qui ex iusta seruitute manumissus est: & habet correlatiuum Ingenuus. Cicero ad Atticum, lib. 1. 16. 16, An libertinis atq; etiam seruis seruiemus?

Patre libertino natus. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 2.

Libertinus, Qui ex liberto creatus est. Sueton. in Claud. cap. 24. Ignarus temporibus Apij, & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.

Libertinæ conditionis homo. Modestinus in l. homo liber. ff. de stat. hom.

Libertina. Hor. Epod. 14. 3,

— me libertina, neq; uno
Contenta Phryne macerat. Plaut. Mil. 10. 188.

¶ Libertinitas, pen. corr. in l iuxta. C. de liberali causa, Siue de libertinitate, siue de ingenuitate quæstio moueatur. Masurius Sabinus in l. 2. ff. si libertus ingen. esse dic. Qui ex libertinitate ingenuitati se asserunt.

¶ Libero, liberas, pen. corr. (ἐλευθερόω, ἀπολύτρωσις, ῥύομαι, ὀρύομαι, περιποιέω) lib. rare, Manumittere, Dare libertatem alicui.

Liberare, Absoluere. Cic. Nihil antiquius fuit, quàm ut te à sceleratorum hominum calumnijs liberarem.

Liberatus sum Daue hodie tua opera: hoc est, periculo ereptus. Terent. Andr. 2. 2. 33.

Liberare à creditoribus. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 7.

Liberare se ære alieno, Creditam sibi pecuniam creditori numerare, debita persoluere. Cic. ad Atticum, libro 5. 113. 7, Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ sunt.

Liberare cura. Cic. 7. Verr. 9.

Liberare custodijs corporis. Cic. in Somnio Scip. 10.

Liberata dominatu regio Respub. Cic. 4. Tusc. 2.

Liberare animos errore. Cic. 1. de Fin. 23.

Liberare infamia. Cic. 2. Verr. 27.

Liberare inuidia magna & inueterata. Cic. 2. Offic. 86.

Liberare aliquem metu, Metum alicui adimere. Terent. Andr. 2. 2. 14. Cic. 4. Acad 218, Liberat & me timore.

Liberatis obsidione, abominandoq; exilio, totis castris. hoc est, liberis factis. Plin. li. 22. cap. 4.

Liberare opere magno. Cic. 4. Acad. 218.

Pericu-

Digitized by Google

Periculo liberare. Vide Periculum.
Liberare promissa, pro Abrogare, uel eorũ tollere obligationem, ac facere ne ligent. Cic. 1. Offic.
Suspicione aliquem liberare. Cic. Lentul lib. 1. epist. 2.
Liberare tædio. Plin. lib. 26. cap. 13. 7.
Ensem liberat uagina. Ouid. 6. Metam. 110.
Voto liberare. Vide Votum.
Culpæ aliquem liberare. Liu. lib. 1. Decad. 5.
Liberare fidem suam, Præstare promissum. Cicero pro Flacco, 38, Ipse tamen Fusijs satisfacit absentibus, & fidem suam liberat.
Liberare (inquit Sipontinus) etiam aliquando usurpamus pro eo quod est Addicere. Vnde in licitationibus rem quæ uenalis proposita est, plus offerenti addicere seu liberare dicimur: & non modò qui uendit, sed etiam qui emit, rem ipsam sic uenditam, liberare dicitur. Hinc liberationis uocabulum. Paulus iurisc. in l. liberationis. ff. de uerb. & rerum significat. affirmat eandem uim habere, quam solutionis. & contrà, solutionis uerbum ad omnem liberationem pertinet: ut uult idem Paulus in l. solutionis. ff. de solutionibus.
¶ Liberator, penult. prod. (ῥήτωρ) Verbale, Qui aliquem liberat. Brutus Cic. lib. 16. 3, Non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Cicer. ad Attic. libro 14. 308. 3, Quid censes, quum Romam puer uenerit, ubi nostri liberatores tuti esse non possunt?
¶ Liberatio, Aliud uerbale, Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 52, Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare Censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negocij, & liberationem molestiæ.
Malorum liberatio. Quint. li. 5. cap. 10. 24.
Liber] libri, priore corr. (φλοιὸς) Substantiuũ, Pars corticis interior, quæ ligno adhæret. Colum. lib. 5. cap. 10, Ita librum arboris inolescere finito. Virg. 10. eclog. 14,

Nec si cum moriens alta liberaret in ulmo. Idem 2. Georgic. 16,

——huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoq; docent inolescere libro.

Liber (βίβλος, τεῦχος, λόγος, σύστοιχος) In quo scribimus: quia ante usum chartæ, de libris & corticibus arborum uoluminа compaginabantur. Cicero ad Atticum, lib. 9. 180. 4, Demetrij librum De concordia tibi remisi.
Liber, ipsum opus integrum. Cic. Attico, lib. 4. 82. 2, De libris oratorijs factum est à me diligenter, diu multumq; in manibus fuerunt, describas licet. Plinius epistol. 20. c, Postea recisa ac purgata, in unum librum, grandem quidem, unum tamen coartasse.
Liber, pro certa parte operis: ut Virgilij Aeneis in duodecim libros distincta est.
Liber etiam dicitur oratio. Cic. ad Attic. li. 2. epist. 1, libros appellat, quas paulo antè orationes uocârat. Quin & Verrinas actiones, & orationes in Catilinam ipse libros uocat.
Liber grandi uolumine. Gell. li. 14. cap. 6.
Liber & uolumen. Quint. lib. 9. cap. 4. circa finem.
Copia bona librorum. Hor. 1. epist. 19. 23.
Carminum libri. Hor. Epod. 17. 1.
Liber de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore. Cic. 2. de Diuin. 3.
Bonus liber. Vide Bonus.
Chronici libri. Vide Chronica.
Laborati libri. Vide Labor.
Lintei libri. Vide Linteum.
Longi libri. Vide Longus.
Musteus liber. Vide Mustum.
Nobiles libri undiq; coempti. Hor. 1. Carm. ode 29. 3.
Libri tres subtiles & diligentes. Plinius epistol. 100. a. libro 5.
Venosus liber. Pers. Satyr. 1. 8. Vide Venosus in Vena.
Verax aperit præcordia liber. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 18.
Colligere librum. Vide Colligo.
Comparare libros in aliquid. Quintilianus in Procem. libro 1. 7.
Componere librum. Vide Compono.
Conficere librum. Vide Conficio.
Conijcere in librum. Vide Conijcio.
Arcana credere libris. Hor. 2. Serm. Sat. 1. 7.
Edere libros de re aliqua. Quint. lib. 6. cap. 3. 3.
Librum edidit, non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat, &c. hoc est, librum conscripsit, in quo contendit non esse, &c. Sueton. in Iulio Cæsare.
Emittere librum de re aliqua. Quintilianus in Procem. libro 6. 3.
Excipere librum. Quint. in Procem. lib. 1. 7.
Nos autem in libris habemus, non modò, &c. Cicero ad Atticum.
Inchoare libros & conficere. Vide Inchoo.
Incidere in libros alicuius. Vide Incido.
Inscribere quicquam in libro. Vide Inscribo.
Inscribere libros nomine alicuius. Quintilianus libro 3. capite 5. 10.
Insenescere libris. Hor. 2. epist. 2. 17.
Peruolutare libros. Cic. ad Att. li. 5. 99. 2.
Fasciculum librorum portare. Hor. 1. epist. 13. 3.
Scribere in libro. Cic. 1. de Orat. 47.
Voluere libros. Claud. de nupt. Honorij, 47.
Voluendi sunt libri Catonis. Cic. de clar. Orat. 165.
Vulgare librum. Quint. in Procem. lib. 1. 7.
Liber, pro Inuĕtario, ut uulgò dicitur, uel Regiſtro. Cic. 5. Ver. 142, Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatiũ in literarum allatarum libris, Romæ in literarum missarum apud magistrum Tullium familiarem tuum inueni. Budæus.
¶ Libellus, libelli, masc. gener. Diminutiuum (βιβλίου, γράμματίου, δέλτος, σύντις) Cic. Planco, in epist. ad Atticum, libro 16. 341. 2, Atticus libellum composuit: eum mihi dedit, ut darem Cæsari.
Argutus libellus. Vide Arguo.
Aureolus. Vide Aurum.
Doctus. Martial. li. 10. 19.
Famosus libellus. Vide Famosus in Fama.
Macer. Vide Macer.
Lepidus nouus libellus. Catul. ad Cornel. epigram. 1. 2.
Sacri libelli. Iuuenal. Satyr. 13. 2.
Tristes libelli. Propert. lib. 1. eleg. 9. 3.
Dedicare libellos. Vide Dedico.
Dare libellos de re aliqua. Quint. lib. 1. cap. 7. 17.
Innotescere libellis alicuius. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 2.
Proferre libellos. Tacit. lib. 2.
Libellus, dicitur quem uulgus supplicationem appellat. Sueton. in Augusto, cap. 53, Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quòd sic libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. Libellum uocauit schedulam supplicem, qua postulata populares principibus exponere solent Hæc Budæus.
Libellos signare, uel subnotare. Suet. in August. Plinius epistol. 10. c. Budæus.
Libellis supplicibus uacare. Martial.

Idem supplicibus uacat libellis.

A libellis,

A libellis, dicti magistri, qui principi in hoc negocio subseruiunt, nempe ut supplices libellos ministrent. Suet. in Domit. cap. 14, Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Lãpridius in Alexandro, Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent.

Libellos agere. Triphonius in l. rescriptum. ff. de distractione pignorum, Rescriptum est ab imperatore, libellos agente Papiniano. id est, libellis apud imperatorem præfecto. Bud.

Libellus, pro Commentario, quam Memoriam uulgò uocant. Quintil. lib. 12. cap. 8, Pessimæ uerò consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator qui confugit ad patronum, aut alij ex genere aduocatorum. Budæus. Cic. 1. Philip. 14.

Libellus memorialis, Scriptum, memoriæ causa paratum. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 56, Epistolæ quoq; eius ad Senatũ extant, quas primùm uidetur ad paginas & formã memorialis libelli conuertisse.

Libellus, Quam citationem uocant. Plaut. Curc. 46,

Vbi tu es qui me libello Venerio citasti? ecce me: sisto: ades contrà.

Libelli, pro Literis uel etiam punctis & articulis quos uocamus. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 11. 2, Nec de Planco quidem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti. Cic. 4. Verr. 132, Recita mihi quæso hunc primùm libellum, deinde illum alterum libellum Canuleij.

Libellos proponere in locis celeberrimis. Cicer. pro Quintio, 28. Ibidem, 42, Ergo affuit, non passus est, libellos deiecit Sext. Alphenus.

Libellus, Epistola est assertoria, quam uulgò Certificationem uocamus, ut quas tributorum & uectigalium immunes ad publicanos destinare solent, ne pro uectura res suas aduehentes importantésue inhibeant. Paulus in l. si publicanus. de publicanis, Significet, inquit, id libello manu sua subscripto, eumq; ad publicanum mittat. Budæus.

Libellus, Genus mensuræ, Cato cap. 15, Parietes uillæ si locet in pedes centum, id est, pedes denos quoquouersum, habeat libellum in pedes quinos, & perticã unam pedum III. CIX.

Libellaticus] penultima correpta. Qui metu suppliciorũ eò pertrahebantur, ut idolis etiam sacra facerent. Sacrificati dicebantur, ijdemq; Thurificati. Qui non incendissent quidem thura idolis, sed tamen per libellos tantùm nomina dedissent, Libellatici uocabantur. Cyprianus lib. 4. epist. 2, ad Antonianum, Nec tu existimes, frater charissime, sicut quibusdam uidetur, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere. Vide ibidem plura. Ex Erasmo in Cyprianum.

¶ Libellio, libellionis, m. g. (γραμματεύς) à ueterib. dicebatur, quem Tabellionem uocamus. Varro, Tum ad me ferunt quòd libellionem esse sciebant.

Libellio, Minutorum librorum uenditor, qui & Librariolus dici potest. Tales autem non in taberna aut pila, sed in capsa totam suorum libellorum suppellectilem facilè urbem circitantes gerunt. Stat. 4. Sylu. 9. 5,

De capsa miseri libellionis, &c.

¶ Librarius, librarij, m. g. (βιβλιογράφος) Qui libros transcribit. Cic. pro leg. Agrar. Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur: concurrunt iussu meo plures uno tempore librarij, descriptam legem ad me afferunt. Librarios possumus appellare eos, quos nunc impressores uocamus: qui suis typis librum unum, in uaria transfundunt exemplaria: quiq; uno die tantum excudunt, quantum mille librarij possent scribere.

Scriptor librarius. Hor. de Arte, 72.

Mendosus librarius. Vide Menda.

Scrinia librariorum. Catul. ad Caluum, epigr. 14. 4.

Librarius & scriptor. Liu. 8. bel. Maced. in L. Scipione malim equidem librarij mendum, quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atq; argenti.

¶ Librariolus, pen. corr. Dimin. (βιβλιογραφύλλιον) pro seruulo à manu. Cic. Att. lib. 4. 73. 3, Etiam uellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. Et 1. ad Legib. 10, Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

¶ Librarius, Adiectiuum (γραφικὸς) Quod ad libros pertinet. Plinius libro 35, capite 6. 13, Omne autem atramentum sole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admisto.

¶ Librarium, librarij, neut. gen. pro tablino usurpasse uidetur. Cic. in Orat. pro Milone, 25, Exhibe quæso Sex. Clodi, exhibe librarium illud legum uestrarum, quod te aiunt eripuisse è domo. Quidam librarium pro libris positum dicũt, ut sit continens pro contento.

¶ Libraria (βιβλιοθήκη) Locus in quo reponuntur libri, Græcè bibliotheca. Gellius li. 5. cap. 4, Apud Sigillaria, fortè in libraria, ego & Iulius Paulus poeta, uir memoria nostra doctissimus consederamus.

Libraria taberna. Cic. 2. Philipp. 44.

¶ Librarius, à Libra. Vide Libra.

Libet] libuit uel libitum est (ἀρέσκει) Impersonale uerbum, Idem quod Placet. A labendo, ut Varro inquit: quòd quæ placent, in mentem prolabantur. Cic. 2. de Orat. 10, Si tibi id minus libebit, non te urgebo, neq; committam.

Non libet mihi deplorare uitam, quod multi fecerunt. Cicer. de Senectut. 76. Et ad Att. li. 2. 33. 4, De Rep. non libet plura scribere.

Insanire libet tibi. Virg. 3. eclog. 8.

Libêret. Cic. 1 de Nat. deor. 125, Vt mihi quidem admirari libêret, in homine esse Romano, &c.

Libêre, Velle, placere. Cic. ad Attic. lib. 14. 317. 4, Cui facilè persuasi, mihi id quod rogaret, ne liceret quidem, non modò non libêre.

Libet, personaliter positum. Cic. 2. de Fin. 8, Aut quod esset natura appetendum, aut quod prodesset, aut quod iuuaret, aut quod libêret. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 20, Cætera item quæ cuiq; libuissent.

Libitum est. Terent. Adelph. 5. 1. 4,

Prodeambulare huc libitum est. Cic. 2. de Orator. 189, De quo genere libitum est mihi paulo plura quàm ostenderam dicere.

Ad libitum. Vide Ad præpositionem.

¶ Libens, libentis (ἄσμενος) Volens, facilis. Cic. ad Silium, li. 13. 66. 3, Consecutus es, ut libentissimis Græcis nutu quod uelis consequare.

Libente illo. Cicer. pro Lege Agrar. 55, Quam ego dignitatem etsi libente illo, tamen absente illo per uos consecutus sum.

Libente me. Cic. ad Attic. li. 10. 195. 9.

Libenti animo, & libentibus animis aliquid facere: hoc est, libenter, & æquo animo. Cic. pro Cluent. 3, Eamq; animis uestris aut libentibus aut æquis remittatis. Liu. 9. bel. Pun. 41, Vt modicas iniurias non æquo modò animo pati, sed propè libenti uideri possent.

Libentissimis omnibus: hoc est, æquissimis, & non repugnantibus. Cic. ad Att. lib. 4. 71. 7.

¶ Libens, pro libenter, authore Donato. Terent. And. 2. 1. 39, Fugin' hinc? B. ego uerò ac lubens.

Morior libens. Ouid. 14. Metam. 145.

¶ Libentia, libentiæ (ἡδυπάθεια) Voluptas, gratia. Gell. libro 15. cap. 2,

Digitized by Google

15.cap.2,Cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ sint.id est, complacentiæ, uoluptates, quasi libidines quædam decentes.

¶ Libenter, Aduerbium (ἀσμένως, ἡδέως) Aequo animo. Cic. 2.de Legib.1,Illo loco libentissimè soleo uti.

Libenter uiuere & cœnare.Terent.Eunuch.5.9.44,

Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas. Vbi Donatus, Libenter uiuis, id est, bonorum ciborum edax es.Cato cap.156.1,Si uoles in conuiuio multum bibere,cœnareq; libenter,ante cœnam esto crudam, quantum uoles ex aceto.De Brassica loquitur.

Libentius.Hor.2 epist.1.53,

Ducit enim citius, memini q; libentius illud
Quod quis deridet,quàm quod probat,& ueneratur.

¶ Libido,pen.prod.libidinis,fœm.gen. (ἐπιθυμία, λαγνεία) est(authore Donato) quælibet uoluntas temerè suscepta.Cic. 4.Tusc.21,Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem ratione aduersa incitata est uehementius,ea libido est,uel cupiditas effrænata, quæ in omnibus stultis inuenitur.Plaut.Epid.2.85,

Nequam homo es Epidice,cui libido,est malè loqui.

Terent.Heaut.2.1.4,

Ex sua libidine moderantur,quæ nunc est, non quæ olim fuit. Cic.de Prouinc.Consul.7,Lateant libidines eius illæ tenebricosæ,quas fronte & supercilio,non pudore & temperantia contegebat.

Libido,pro nimia Veneris appetentia: ut,

Fœdus ac maculosus auaritia & libidine.Tacit.lib.17.

Minister libidinum.Vide Ministro.

Damnosa libido.Hor.2.epist.1.22.

Dira.Lucret.lib.4.211.Pers.Satyr.3.4.

Fœminea.Ouid.1.de Arte,69.

Furiosa.Ouid.1.de Arte,56.

Inextinctæ libidinis homo.Ouid.1.Fast.83.

Intoleranda libido.Vide Intolerabilis.

Importunissimæ libidines.Vide Importunus.

Masculæ libidinis fœmina.Hor.Epod.5.9.

Potens libido.Senec.Octau.7.12.

Seua libido habendi.Ouid.ad Pisonem,44.

Tetra.Hor.1.Serm.Satyr.2.7.

Vetita.Ouid.9.Metam.116.

Vitiosa.Hor.1.epist.1.17.

Libidine,non ratione rem aliquam agere. Cic.pro Quintio,8.

Amittere libidinem.Vide Amitto.

Commeant libidines.Vide Commeo.

Constringi libidinibus.Vide Constringo.

Contegere libidines.Vide Contego.

Dedere se libidinibus.Vide Dedo.

Innata libido extimulat hunc.Ouid.6.Metam.92.

Facere delicias & libidines in uno.Catull.de Acme.epigramma.42.5.

Libido plerosq; inuasit.Vide Inuado.

Libidini obsistere.Vide Obsisto.

Libido occlusa contumelijs.Vide Occlúdo.

Ebrietas geminata libidine regnat.Ouidius 12.Metam.45.

Assiduis libidinibus rumpere membra. Propertius libro 2.eleg.17.5.

Libido,Voluntas hominis incerti ac leuis.Terent.Phor.4.5.4,

At matura,dum libido eadem hæc manet. Donatus.

Ad nostrum arbitrium,libidinemq; aduersariorum minas eludamus.Cic.2.Verr.19.Sic,2.de Fin.29,Nam & ipsa declinatio ad libidinem fingitur.

Libido in bonam partem accepta.Sallustius in Catil. Magisq; in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis & conuiuijs libidinem habebant. Idem ad Cæsarem, Quòd si tibi bona libido fuerit patriæ,& parentibus gratificandi, &c.

¶ Libidinosus,pen.prod. Adiectiuum (ἀσελγής, ἀκόλαστος) ἀφροδισιαστικός) Qui in libidinem propensus est.Cic.de Senect.26,Libidinosa etenim & intemperans adolescentia, effœtum corpus tradit senectuti.

Caper libidinosus.Hor.Epod.10.5.

Libidinosa uoluptas.Cic.1.de Fin.90.

Libidinosæ dapes,Curiosæ & exquisitæ. Columella in Præfat. lib.10.2.

Eloquentia libidinosa.Quint.lib.5.cap.12.25.

Libidinosæ sententiæ. Cic. pro Domo sua, 3 id est, quæ pro libidine cuiusq; feruntur.

Libidinosus,Pronus ad uenerem,siue appetentissimus ueneris. Plin.libro 11.cap.39.3,Libidinosiores hominum quoq; hirtos colligens.

¶ Libidinosè,pen.prod.Aduerb.(ἀκολάστως) Appetenter.Sallust.Post ubi paulatim licentia creuit,iuxta bonos & malos libidinosè interficere.

Libidinosè aliquid facere.Cic.1.Ver.21, Vt quæ ille libidinosè, quæ nefariè,quæ crudeliter fecerit.

Libidinosè & crudeliter.Liu.3.ab Vrbe,149.

¶ Libidinor,pen.corr.libidinaris (ἀκολαστάινω) Sueton.in Nerone,cap.28.ad finem, Olim etiam quoties lectica cum matre ueheretur,libidinatum incestè,ac maculis uestis proditum affirmant.

Libethrus] pen.prod.(λίβηθρον) apud Licophrontem poetam,uidetur esse mons Macedoniæ,habens ad radicem Pimpleam fontem.Vnde Musæ dicuntur Libethrides.Strabo scribit Libethrum esse locum Thraciæ, ex quo nonnulli qui in Bœotiæ partem migrassent, ubi Parnassus,eodem nomine Libethrum dicarunt.

Libidinosus,Libido] Vide Libet.

Libitina] Libitinæ,pen.prod.Dea est,quam alij Proserpinam,alij Venerem dicunt: in cuius templo uendebantur & locabantur ea quæ ad sepulturam pertinent, ut docet Plutarchus in Problematis. A libendo Libitina dicta, ut ait Varro.

Libitina,Ipsa exequiarum expensa.Liu 10.bel.Maced. 80. In urbe tanta fuit pestilentia, ut tunc uix libitina sufficeret.ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria.uel, operæ libitinariorum,ut uult Budæus.

Libitina,Ipsa sepeliendi ars, seu uendendi ea quæ ad sepulturam pertinent.Valerius Max.lib.5.cap.2, Qui tunc libitinam exercebant.Hor.1.Serm.Satyr.6.3,

Autumnusq; grauis libitinæ quæstus acerbæ.

Libitina,pro Morte,seu pro lecto,in quo mortui ferebantur: quoniam in æde Libitinæ parabantur necessaria ad funebrē apparatum.Hor.3.Carm.ode 3.2,

— multaq; pars mei
Vitabit libitinam.

¶ Libitinarius,libitinarij (νεκροθάπτης) Qui libitinæ præest,& actionem libitinariam exercet, quæstui inseruiens: & qui necessaria funeribus uenditat: seu qui conducit funera,aut qui curam sepeliendorum cadauerum habet. Vlpianus in l. quicunq; ff.de institoria actione,Si libitinarius (quem Græci νεκροθάπτην uocant)seruum polinctorem habuerit,isq; mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionē. Ex quibus uerbis patet,libitinarium esse curatorem funeris. Seneca de Benef.6.

Libo] libas (λείβω,σπένδω) libare,Est leuiter degustare,& quasi

quasi primis labris attingere. Dictum, ut quidam putant, à labijs, quasi labiare. Virg. 4. Georg. 11,

Purpureosq; metunt flores, & flumina libant.

Amnem libauit quadrupes. Virg. 5. eclog. 6.

Cibum libare digitis. Ouid. 1. de Arte, 116.

Cibi libati ore alicuius. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 7.

Dapes libare. Virg. 5. Aeneid. 19.

Laticum libauit honorem. Virg. 1. Aen. 150.

Merum libatum. Propert. lib. 3. eleg. 17. 8.

Libata gustu potio traditur Britannico. Tacit. id est, gustu explorata.

Libare, per metaphoram, Leuiter tangere significat. Virgil. 1. Aeneid. 52,

Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur.

Virginitas libata. Ouid. epist. 2. 23.

Libare, Sacrificare. Virg. lib. 7. Aen. 27,

Nunc pateras libate Ioui. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 3, Pomum libatum. Liu. 9. bel. Maced. 180, Vbi libare dijs dapes, ubi bene precari mos esset, &c. Gell. lib. 2. cap. 7, Solenni die Ioui epulum libaretur. Sic, Cic. 2. de Leg. 32.

Duo ritè mero libens carchesia Baccho. Virg. 5. Aen. 16.

Pateris altaria libant. Virg. 12. Aen. 35.

Thura libare dijs. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 8.

Libatæ uires: id est, attenuatæ. Liu. lib. 1. bell. Pun.

Viam libare deo. Tib. lib. 1. eleg. 10. 5.

Lachrymas libare alicui defuncto. Ouidius 1. de Ponto, eleg. 10. 9.

Libare, Excerpere legendo authores, & quod sibi utile est transumere. Cic. 5. Tusc. 119, Sed à te impetrarim libenter, ut nisi molestum sit, quoniam nulla uincula te impediunt ullius certæ disciplinæ, libasq; ex omnibus, quodcunq; te maximè specie ueritatis mouet. Idem 1. de Orat. 110. Plin. lib. 7. cap. 37. 1. Variarum artium scientia innummerabiles enituêre, quos tamen attingi par sit florem hominum libantibus, id est, præcipuos referentibus.

Excerpere & libare. Cic. 2. de Inuent. 124.

¶ Libatus, penultima producta, Participium (ἀφῃρεθείς) Quasi acceptus, siue excerptus. Cic. 2. de Diuinat. 39, Naturale quod animus arriperet, aut exciperet, extrinsecis ex diuinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

¶ Libamen, penultima producta libaminis (ἀφαρμαγή, ἀποσπάσμα) Libamentum, libamenti: & Libatio, libationis, pro eodem sumuntur: significantq; quicquid in sacris libatur. A Libero patre, qui primus Ioui libauit. Ouidius 3. Fastorum, 147,

Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Cic. 2. de Leg. 47, Quod tempus sacrificiorum libamenta seruentur, sortitusq; pecorum.

Ignibus imponit sacris libamina prima. Virgilius 6. Aeneidos, 50.

Pingui tumulat libamine flammam. Valerius libro 1. Argonaut. 42.

Libamenta ferre ad aras. Stat. 3. Sylu. 1. 33.

Libamina famæ. Ouid. epist. 4. 6.

¶ Libatio, Verbale (σπονδή) Sacrificatio, uel ea degustatio quæ sacrificijs fieri solebat. Cic. de Arusp. respon. 19, Te appello Lentule, tui sacerdotij sunt tensæ, curricula, præcensio, ludi, libationes, epulæq; ludorum publicorum.

¶ Libum, libi, n. g. (πλακοῦς) Genus dulciarij cibi ex farre, & melle, & oleo: sic dictum, quòd libandi causa fiat. Virg. 7. Aen. 22,

— & adorea liba per herbam
Subijciunt epulis. Vel à uerbo Græco λείβω. Vel à Libero patre. Ouidius 3. Fastor. 147,

Liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Cato cap. 75, Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario. Vbi bene trieueris, farinæ siligineæ libram: aut si uoles tenerius esse, selibram simulaginis solum eodem indito, permiscetoq; cum caseo bene, ouum unum addito, & una permiscето bene. Inde panem facito, folia subdito, in foco calido sub testa ea coquito leniter.

Annua liba. Ouid. 1. Fastor.

Calenti libo infusa mella. Ouid. 3. Fast. 153.

Grandia liba facere. Ouid. 4. Fast. 157.

Rustica liba. Ouid. 3. Fast. 134.

Tosta liba. Ouid. 6. Fast. 97.

Plena domus libis uenalibus. Iuuen. Satyr. 3. 19.

Libus] libi, masc. gen. Nigid. de dijs, Deinde surgat, faciat libos quatuor, & intra libos duos à dextra, & duos deuexos. Nonius.

¶ Libarius, Qui liba uendit. Seneca epist. 57, Iam libarij uarias exclamationes, &c.

Libora] λιβόρα, olim Elbora, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs. Talabrica hodie. Vulgò Taleuera.

Libra] libræ (λίτρα, ταλμὸς, ζυγὸς) Quæ & as, & mina seu mna, & pondo dicitur, duodecim constat uncijs.

Vna libra farris. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 14.

Implere libram. Vide Impleo.

Libra, instrumentum quo res ponderantur, lancem unam utrinq; habens. Alio nomine bilancem uocant. Cic. 5. Tusc. 72, Quo loco quam uim habeat libra illa Critolai, quæ quũ in alteram lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendêre illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. Plin. epist. 186, Iam illa, quanta probitas in ore, quanta in sermone cunctatio, quàm pari libra grauitas, comitasq;.

Anceps libra. Pers. Satyr. 4. 2.

Libra non solùm pondus, sed etiam mensura, quæ & ipsa duodecim uncijs mensuralibus constat. Galenus lib. 1. de compositione medicamentorũ per genera, Appellatur enim à Romanis librale pondus solidorum corporum, nomine simili libralis liquidorum mẽsuræ: quæ pernulta in tota urbe est, ex cornea materia constans. Idem lib. 6. eiusdem operis, Idcirco medicos in libris de medicamentis accuratius oportebat scribere, qualésnam uncias uel libras medicinarum liquidarum præciperent injici, mensuralésne, an ponderales. Ex quibus locis clarissimè intelligitur, libram duplicem Romanis fuisse, mensuralem & ponderalem. Quòd si ponderalem indicamus, discriminis faciendi causa adijciendum est pondo: si mensuralem, mensura. Quale est illud ipsius Galeni, libro 1. eiusdem operis, ubi scribit, constare album emplastrũ ex argenti spumæ & ceruse singulorum libra pondo, olei uerò duabus libris mensura. De hac libra mensurandi uidetur intelligendus locus ille Suetonij in Cæsare Dictatore, capite 38, Populo præter frumenti denos modios ac totidem olei libras, tricenos quoq; nummos quos pollicitus olim erat, uiritim dimisit. Apparet enim ex Galeni uerbis supràcitatis, oleum cornibus libralibus uendi consueuisse, hoc est, libram unam mensuralem capientibus. Verùm eiusmodi cornua non solùm fuisse librę unius, sed aliqua duarum etiam librarum, ex Horatio intelligimus, libro 2. Sermonum, Satyra, 2. 12,

— cornu ipse bilibri Caulibus instillat. hoc est, duarum librarum mensuralium capaci. Sic Plautus Bilibrem aquidem, duarum librarum capacem, dixisse uidetur in Milite, 11. 38. Porrò libram mensuralem in duodecim uncias mensu-

Digitized by Google

mensurales diuidi, abundè testatur Galenus eiusmodi operis lib.3.his uerbis, Est autem apud ipsos (de Romanis loquitur) mensura, qua oleum metiuntur, intersecta lineis diuidentibus totam in duodecim partes. Atq; mẽsura integra, uocatur ab ipsis libra: duodecima uerò pars eius, uncia. Quantum autem pendeat libra mensuralis, potest utcunq; colligi ex ipso Galeno, qui lib. 6. de compositione medicamentorum per genera, sic ait, Ego sanè olei libram Romæ nuncupatam, quam per intersecta cornua metiuntur, appẽdi aliquando, cupiens scire quantum ponderis haberet. inueni uerò duodecim uncias mensurales, decem ponderalib. æquales. Ex quibus uerbis apparet, libram & unciam mensuralem non è ponderalibus, ut una alteri respondeat, constitutas, quemadmodum hodie à Pharmacopolis magno errore constituuntur.

Libra, Signum cœleste. Plin.lib.18.ca.25.12, Alterumq; æquinoctium Libræ.

Libra Phœbeos tenet æqua currus. Senec. Herc. furent. 10. 3.

Pendula cælestes libra mouebat aquas. Ouidius 4. Fast. 78.

Libra die somniq; pares ubi fecerit horas. Virgilius 1. Georgic. 42.

Libra, instrumentum fabrile. Colu.lib.8.cap.1. 72, Sin autem locus ubi uiuarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes nouem defodiatur piscina.

Libra, pro libramento. Plin. lib. 16. cap.36. 4, Contra flatus quoq; peruicax libra Bononiensibus calamis.

¶ Libella, libellæ, Diminutiuum (λύγασμα) Nummulus argenteus, qui & as dicitur. Cic. 4. Verr. 17, Et quis Volcatio, si sua sponte uenisset, unam libellam dedisset? Libellã pro asse posuit: ex eo dictam quòd libra æris ualebat, id est, asse. Quum autem minimam pecuniolam significare uolebant, assem & libellam dicebant. Idem pro Rosc. Comœdo, 6. de pœna plus petentium loquens, Si peteret sestert. IↃↃↃ dari: hic, nisi planum facit sestert. IↃↃↃ ad libellam sibi deberi, causam perdit: id est, si minimo quidem nummo minus debitum fuit, ex formula plus petitionis causa cadit. Plaut. Capt. 16. 25,

At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

Libella argenti ideo dicitur, quòd nummulus erat argenteus. Hæc ex Budæo. Cicer. ad Attic. lib. 7. 122. 4, Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio. Sub. hæredem. hoc est, te omniũ bonorum hæredem. nam libræ nomine significatur omnis hæreditas. Teruncio, quarta pars est libræ: ergo & quarta pars bonorum. Scriptum itaq; erat in testamento, ut Atticus, hæres ex libra, quartam deinde partem Ciceroni attribueret. Vide Adag. Erasmi.

Libella, erat moneta argentea, atq; decima pars denarij: ut alia libella, decima pars sestertij. Author Georgius Agricola ex Volusio Metiano.

Libella, Fabrile est instrumentum. Plinius lib. 36. cap. 22. 14; Structuram ad normam & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet. Colum. lib. 3. capit. 13. 11. Deinde transuersæ quæ est in latere uirgulæ, fabrilem libellam supposuimus. Lucret. lib. 4. 105.

¶ Libralis, & hoc librale, penult. prod. (λιτραῖος) Quod est unius libræ. Vegetius scribit, manu sola oẽs milites meditatos libralia saxa: qui usus paratior credebatur, quia nõ desiderabat fundam. Plin. lib. 19. cap. 2. 7, Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere.

Librales offæ, Vel unius libræ pondere & mẽsura: uel quæ lingula librantur, & demittuntur in os bouis. Columella libro 6. capite 2. 5.

Pira libralia. Plinius libro 15. capit. 11. ad finem, Nec non & quædam è piris libraria appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

¶ Libratior Comparatiuum. Liuius libro decimo belli Punici, 42, Grauior ac pondere ipso libratior supernè ex onerarijs ictus erat.

¶ Libramen, penult. prod. libraminis, penult. correpta, Ipsa uis eiaculandi & uibrandi. Liuius libro 2. Decad. 5, Huic spiculo ad libramen parmæ tres, ut sagittis solent, circundabantur.

¶ Librarius, Adiect. (λιτραῖος) Quod ad libram pertinet: ut libraria frusta. Col. lib. ultimo cap. 53. 4, Caro in libraria frusta conciditur.

¶ Librile, librilis, penul. prod. n.g. (ταθμῶχος) Scapus libræ, inquit Festus.

¶ Libripens, pen. cor. libripendis, masc. gen. à pendendo, secundum Priscianum, Dicit ue militum stipẽdiorum, hoc est stipis ponderandæ pensator. Qua cõsuetudine in his emptionibus quæ mancipij sunt, etiã nunc libra interponitur. Hæc Plin. lib. 33. cap. 3. 5. Boetius in comment. 3.

¶ Libro, libras (ταθμίζω, ταθμεύομαι, ταλαντεύω, ἀραιόω) librare, Ponderare, trutinare, æstimare, & examinare. Apuleius. Omnia prius quàm aliquid statuas, librãda sunt.

Metum librare. Stat. 9. Thebaid. 34.

Librare, Graue facere. Plin. lib. 11. cap. 10. 4, Apes si cooriatur procella, apprehensi ponduſculo lapilli se librant. Virg. 4. Georg. 40. de apibus.

Cursum librare in aere, de auibus dicitur. Ouidius 2. Amor. eleg. 6. 3.

Librare, Aequaliter diuidere. Col. lib. 10. 4,

Et paribus Titan orbem librauerat horis.

Libratum ponderibus. Cic. 5. Tusc. 99, Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat, &c.

Librare tela, Magna ui conijcere & iaculari. Virg. lib. 9. Aeneid. 84, —hoc acrior idem

Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Librare malleum. Ouid. 2. Metam. 62.

Librat sese ex alto, inquit Plinius de aquila.

Corpus librauit in alas. Ouid. 8. Metam. 41.

¶ Librator, pen. prod. libratoris, masc. gen. (ταθμητὴς) Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. Vulgò nunc libellator dicitur. Plin. epist. 258, Superest ut tu libratorem uel architectum, si tibi uidebitur, mittas, qui diligenter exploret, sit'ne lacus altior mari. Idem epist. 282.

Libratores, Qui lapides in bello emittebant. Tacit. lib. 13, Libratoribus, funditoribusq; attributus locus, unde eminus glandes torquerent: ne qua pars subsidium laborantibus ferret. Idem lib. 2.

¶ Libramentum, libramenti (ταθμησις) Aequamentum. Columell. lib. 1. cap. 5. 3, Nam eiusmodi positio medium temperatumq; libramentum uentorum hyemalium & æstiuorum tenet. Plin. epist. 95. b, An nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exanimatum est, suscitat & elicit fontem, &c.

Libramenta tormentorum, Habenæ & lora seu funes, quibus librabantur seu uibrabantur tormenta. Tacit. lib. 19.

Libramenta plumbi, Massæ plumbeæ in arietes coniectæ & uibratæ. Liuius lib. 8. Decad. 4.

¶ Librilla, aliàs libella, instrumenta bellica, authore Festo, saxa scilicet ad brachij crassitudinem in modum flagellorum loris reuincta, quòd librari manu, id est, ponderari uideantur.

Libraria, Librarius] Vide Liber & Libra.

Librile, Librilla, Libripens, Libro, Libras] Vide Libra.

Libs] Libis (λίψ) Ventus. Plin. lib. 18. cap. 34. 5, Ex aduerso Aquilonis ab occasu Brumali Africus flabit, quem Græci Lis

ci Liba uocant. Sic, lib. 2. cap. 47. 2.

Libum] libi. Vide Libo, libas.

Liburnia] siue Lyburnia (λιβυρνία, λιβυρνοὶ) Regio inter Illyriam & Dalmatiam, seu (ut quidam aiunt) pars Dalmatiæ, in qua sunt Salonæ urbs insignis, cuius populi Liburni uocitati sunt, de quibus Lucanus lib. 4. 107,

Pugnacesq; mari Graia cum classe Liburnos.

¶ Liburnus, λιβυρναῖος, Qui est ex Liburnia. Item, qui priuatim quoscunq; in iudicium uocabant, iussu magistratuum (quod uilissimorum hominum officium erat) dicebantur Liburni: quòd ferè è Liburnia essent. Iuuen. Satyr. 4. 8. Martial. lib. 1. ad Licianum, de Hispaniæ locis,

Procul horridus Liburnus, & querulus cliens.

Regna Liburnorum. Virg. 1. Aen. 50.

¶ Liburnus, Adiectiuum (λιβυρνικὸς) ut Terra Liburna. Lucanus lib. 8. 8.

Liburnum] liburni: & liburna, liburnæ: & Liburnica, liburnicæ (λιβυρὶς) Genus nauis bellicæ uelocissimæ, à Liburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus uelocibus usi, Ioniũ mare, insulasq; prædabantur. Qua ex causa Romani naues leuitate celeritateq; præstantes, appellauêre liburnicas, ut refert Appianus. Horat. in Epodis, ode 1. 1,

Ibis liburnis inter alta nauium

Amice propugnacula. Lucan. lib. 3. 107,

Ordine conĩctæ gemino creuisse liburnæ. Plin. epist. 102. b, Iubet liburnicam aptari: mihi, si uenire unà uellem, facit copiam.

¶ Liburnus, Adiect. (λιβυρνικὸς) ut Rostra Liburna. Propert. lib. 3. eleg. 11. 9.

Liburnus] Portus Tuscorum, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie Liuorno.

Libya] Libyæ: & Libye, Libyes (λιβύη) Africa: quòd inde Libs uentus flare soleat: seu quòd pluuia indigeat propter nimiam siccitatẽ, ἀπὸ τοῦ λείπειν. uel à Libya Epaphi filia, Iouis filij. Est etiam hoc nomine fluuius in Mauritania.

Agri soli Libyæ. Virg. 3. Georg. 50. Soli, deserti.

Sitientes Libyes calidæ arenæ. Lucan. lib. 1. 75.

Aestiferæ Libyes squalentia arua. Lucan. lib. 1. 42.

Deserta Libyæ. Virg. 1. Aen. 78.

Littus arenosum Libyæ. Virg. 4. Aen. 52.

Vastitas Libyæ. Cic. 1. de Nat. deorum, 141.

¶ Libys homo: & Libyssa mulier (λίβυς) ex Libya orti. Vnde

¶ Libyssinus, pen. prod. Adiect. & Libystis, Libystidis, pe. cor. f. gen. (λιβυστῖνος, λιβυστὶς) Patronymicum à loco. Virgil. lib. 8. Aeneid. 74,

——& pelle Libystidis ursæ.

Martianus, Graui ac Libyssino calore exustus.

Montes Libyssini. Catul. de Rusa, epigram. 55. 2.

Arena Libyssa. Catul. ad Lesbiam, epigram. 7. 1.

¶ Libyx autem, Libycis facit: à quo genitiuo fit.

¶ Libycus, Adiectiuum, pen. cor. (λίβυκὸς) unde Libycum mare. Libycus campus, dictus quòd in eo primùm fruges ex Libya allatæ sunt. Vnde & Ceres ab Argis Libyssa uocata est, ut ait Festus.

Gentes Libycæ. Virg. 4. Aen. 64.

Terræ Libycæ. Virg. 4. Aen. 54.

Vrbs Libyca. Virg. 4. Aen. 70.

Libycis] cidis, Vrbs Iudææ, ab Orientali parte Iordanis, quã Herodes extruxit.

Libystinus] pen. prod. Dictus est Apollo, ab his qui Pachynum Siciliæ promontorium incolebant: eo quòd immissa Libycis, hoc est, hostibus Carthaginensibus peste, penè cuncti subita morte interierint.

Licenter, Licentia, Licentiosus] Vide Licet.

Libyssa] λίβυσσα, Bithyniæ urbs, Ptolemæo lib. 5. cap. 1. Vulgo Polmen. Bithyniæ φρέαρ uocat Stephanus. Nota est Annibalis interitu.

Lica] Licæ (λίχας) Nomen uiri, qui Herculem secutus est, authore Festo. Vulgò scribi solet Lychas. Hunc fabulãtur Poetæ uersum fuisse in scopulum, dum ab Hercule furente præcipitatur in mare. Vide Ouidium 9. Metam.

Licambes] Licambis (λικάμβης) Ciuis fuit Lacedæmonius, quem Archilochus ita iambico metro insectatus est, ob denegatam filiam Neobolem, ut se suspenderit, contumeliã impatiens. Sed rectius Lycambes scribitur per y psilon.

¶ Lycambeus, pen. prod. Adiectiuum (λυκάμβας) Ouidius in Ibin, 11,

Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Liceo] lices, licui (πλειστηριάζω) cuius supinum est ab impersonali licitum est, passiuam habet significationem, & significat Precio augeri, quum fit auctio. Plaut. Men. 24. 90,

Vænibunt serui, suppellex, fundi, ædes, omnia

Vænibunt, quiqui licebunt præsenti pecunia. Martial. lib. 6. 66, Paruo quum precio diu liceret. Cicero ad Atticum libro 12. 243. 4, de Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoq; audieram, & ut opinor, heri ad te scripseram.

Liceor] liceris, pen. prod. licitus sum (αὐτωνῆμαι) liceri. Valla Liceor, uidetur carere præterito, tamen quasi præteritũ habeat, formatà se frequentatiuum (sed eiusdem tamen significationis) Licitor. Vnde sunt participia, licitans, & licitaturus. Vtriusq; igitur uerbi significatio est, Precium deferre in auctione facienda, hoc est, in uenditione quæ publicè fit. Hactenus Valla. Plaut. Stich. 7. 68,

Iocos ridiculos uendo, agitè licemini. Cic. 5. Verr. 65, Herbitenses quum uiderent, si ad Aeschrionem preium rediisset, se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt usque eo, quoad efficere posse arbitrabantur. Persi. Sat. 5. 19,

Et centum Græcos curto centusse licetur. Absolutè aliquando ponitur: aliquando accusatiuo iungitur, adiecto precio uel in ablatiuo, uel in genitiuo. Vlpian. Si res eius uenierit, & existat qui plus liceatur, &c.

Liceri contra aliquem. Cic. 3. Offic. 81, Non licitatorem uenditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Licitor, pen. cor. licitaris (πλειστηριάζομαι) licitari, Frequentatiuum à liceor. Curtius li. 4, Et quum habeatis arma, licitamini hostium capita.

Licitari, Congredi, pugnare. Ennius, Pars ludicrè saxa iactant, inter se licitantur. Cæcilius Hymnide, quæ narrare inepti & scitras seruentis, quin machæra licitari aduersum eum cœpisti sciens. Nonius.

Licitari dicuntur (inquit Festus) in pugnando, siue mercando contendentes.

¶ Licitans, penult. corrept. Particip. (αὐτωνούμενος) Qui licitatur. Caius in l. locatio. ff. de Publicanis, Locatio uectigalium, quæ calore licitantis ultra modum solitæ condictionis inflatur, ita demum admittenda est, si fideiussores idoneos & cautionem is qui licitatione uicit, offerre paratus sit.

Licitatio, uerbale (αὐτώνησις) Auctio. Cic. ad Attic. lib. 11. 223. 5. Genus enim conditionis eiusmodi fuit, in quo nõ solet esse cõtrouersia: cum ea pars quæ uidetur esse minor, licitatione expleri posset.

Licitationem facere. Cic. 4. Verr. 92. Exquisitis palàm precijs & licitationibus factis, describebat Censores binos in singulas ciuitates Timarchides.

Licitator] penultima producta (αὐτωνητὴς, πλειστῆρος) Verbale masc. Qui precium auget. Cic. 3. Offic. 81, Nõ licitatorem

Digitized by Google

citatorẽ uẽditor, nec qui cõtra se liceatur, emptor opponet.
Licitatorem apponere. Cic. ad Marium, lib. 7. 2. 2, Nũc quum tuum precium noui, licitatorem potius apponam, &c. Alia exemplaria habent, in licitatorem potius ponam.
Licet] licebat, licuit (ἔξεστι, ἐνδέχεται) licere, Impersonale, Fas esse, & licitũ. Cicer. 5. Tusc. 78, Id enim licere dicimus, quod cuiq; conceditur.
Peccare nemini licet. Cic. 1. Tusc. 78.
Licet tibi esse bonum uirum. Quint. lib. 4. cap. 4, Procuratorem tibi esse non licuit. Quidam legunt procuratori, in dativo. Cic. pro Corn. Balbo, 21, Si ciui Romano licet esse Gaditanum.
Licebit tibi esse bono uiro. Cicer. 1. Tusc. 51, Licuit enim esse ocioso Themistocli, licuit Epaminundæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 4,
Eia quid statis? nolunt. atq; licet esse beatis. Brutus ad Ciceron. 16. 5, Sed quis supplicat, ut optimè meritis de Rep. liceat esse saluis?
Licet, Responsio permittentis uel concedentis. Plaut. Rud. 2 6: 8, Rogato ut relinquat alias res, & huc ueniat. T. licet.
Licet mihi discere de te: pro Possum. Terent. Eun. 2. 2. 31. Cic. 7. Verr. 141, Sed non idem mihi licet quod ijs, qui nobili genere nati sunt.
Licet me id scire quid sit? Plaut. Pseud. 3. 14.
Liceat. Terent. Heaut. 5. 2. 28,
Modò liceat uiuere, est spes.
Liceat dicere. Plaut. Rud. 4. 51, Mea quidem hercle causa saluos sis licet.
Si per te licet: id est, si permisseris: uel, si potero, à te non impeditus. Plaut. Asin. 1. 12. Terent. in Prolog. Heaut. 36,
——date potestatem mihi
Statariam agere, ut liceat per silentium. id est, quod ego posim uobis tacentibus. Idem Hecyr.
Per me exquirere licet. Vulgus barbarorum dicit, Ego sum cẽtentus quod tu, &c. Cic. 2. Philip. 35, Petis ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere.
Licet, absolutè: pro Poteris facere. Cato de Re rust. Et si uoles insuper uinum Coum mistum bibere, licebit bibas. Cic. lib. 1. Offic. 143, Licet ora ipsa cernere iratorum. Idem 4. Acad. 104, Hic pugnes licet, non repugnabo.
Impunè licere. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 1.
¶ Licet (ἔστω) Aduerbium concedentis, quemadmodum Esto. Virgil. 6. Aeneid. 80,
——licet ingens ianitor antro.
Aeternum latrans exangues terreat umbras.
Licet (κἂν, καίτοι) pro Quamuis, aduersatiua particula est, fere sequente Tamen! Cic. de Arusp. resp. 17, Quam uolumus licet, P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, &c. Virgil. 6. Aen. 161,
Fixerit æripedem ceruam licet.
¶ Licitus, pen. cor. Adiect. ut Negociatio licita. Vlpian. in l. 2. ff. de iure patron.
¶ Licitũ est (ἀφεῖται) Idem quod licet. Terent. Hecyr. 5. 3. 39, Ego dum licitũ est, usa sum benigno & lepido & comi. Virgil. 10. Aeneid. 21,
Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est: nec uestra capit discordia finem. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 12, Expectassem Brundusij, si esset licitũ per nautas.
Licitæ acies. Vide Acies.
¶ Licitò, pen. cor. Aduerbium. Solinus cap. 16, Aedes numinis præterquam nudus uestigia nullus licitò ingreditur.
¶ Liciturum, pen. prod. (διαπραξόμενον) Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 9, Quod nihilo magis & liciturum esset plebeio Remp. per-



dere, quàm similibus eius me COS. latritijs esset licitum.
¶ Licentia, licentiæ (ἐξουσία, ῥᾳστώνη, ἄδεια) In uerbis semper in malam partem accipitur, scilicet pro temeritate loquendi quæ uelis. In factis in malum accipitur, nonnunquam in bonum. Est autem licentia, Impunita facultas loquendi, uel agendi quæcunq; placeat. Hæc ex Valla lib. 4. Terent. Adelph. 3. 4. 6,
——uerum nimia illæc licentia
Profectò euadet in aliquod magnũ malum. Idem Heaut. 3. 1. 64, Nam deteriores omnes sumus licentia.
Licentia & libertas uiuendi. Cic. 5. Ver. 3.
Pœna abfuit, & licentia consecuta est. Cic. 5. Ver. 152.
Licentia ad maledicendum. Cic. pro Fonteio, 25.
Licentia temporum. Plin. epist. 47. b.
Constricta licentia nullo nodo. Claud. de nupt. Honorij, 16.
Effræna. Claud. de bello Get. 74.
Effusa. Tacit. lib. 4. hoc est, immodica.
Festa. Quintil. lib. 6. cap. 3. 10, Quin illæ ipsæ, quæ dicta sunt, ac uocantur, quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus, &c.
Fœcunda licentia uatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 11, 9.
Immensa licentia ponti. Ouid. 1. Metam. 63.
Indomita. Horat. 3. Carm. ode 24. 6.
Lasciua. Horat. 1. Carm. ode 19. 1.
Nocturna licentia. Ouid. 5. Fast. 54.
Licentiam dare pecunias eripiendi. Cic. 5. Ver. 189.
Dare infinitam licentiam iudici. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7.
Ferri licentia. Lucan. lib. 1. 2,
Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri?
Vaganti fræna licentia iniecit. Horat. 4. Carm. ode 15. 3.
Notare licentiam uerbi. Quint. lib. 4. cap. 1. 42.
Permittere licentiam. Vide Permitto.
Licentiam luxuriæ pollicetur. Cic. 2. de Fin. 112.
Prodere licentiam mentiendi. Quint. lib. 4. cap. 2. 64.
Transcendet hæc licentia in prouincias. Tacit. lib. 17.
Licentia, simpliciter pro potestate, siue permißione. Tacit. lib. 14, Statuerent ut uellent, data & absoluendi licentia. Paulò post, Mox licentia habendi obliuionem attulit.
Licentia, in bonam partem. Cic. 3. Offic. 26, Nobis aũt nostra Academia magnam licentiam dat. Ibidem, 1. 206, Nec quem quam eo errore duci oportet, ut siquid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemq; ciuilem fecerint, locutine sint, idem sibi arbitretur licere: magnis enim illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. Budæus.
¶ Licentior, & hoc licentius (ἐξουσιαστικώτερος) Cicer. 3. de Orat. 102, Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Idem in Orat. 85, Quid uerò licentius, quàm quòd hominũ etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora?
Licentior accusatio. Valerius lib. 9. de Damasippo.
Licentior epistola, In qua liberè scribimus quicquid uolumus, Plinius epist.
Licentior uita, pro dissoluta. Valer. lib. 9. cap. 1.
¶ Licentiosus, penul. prod. Adiectiuum (ἐξουσιαστικός) Tacitus, Ex moribus imperatoris miles intactus aut licẽtiosus. Quintilian. lib. 1. cap. 6. 15, Nam ebor dicere, non minus est licentiosum, quàm si sulphuri & gutturi subijcerent o mediam in genitiuo.
¶ Licenter, Aduerb. (ἀδεῶς) Per licentiam. Cic. in Orat. 42, Solutum quiddam sit, nec uagnum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter uideatur errare. Liu. 6. bel. Pun. 48, Idem tã licenter atq; otiosè facere Flacco indignum uisum est.
Audacter & licenter ede. Catul. in Camerium, epigr. 51. 4.
Dicere licentius. Quint. lib. 1. cap. 2. 7.
Errare licentius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 6.



Digitized by Google

Lichen] huius lichenis, m.g. uel Lichene, lichenes, pen. prod. f.g. (λειχήν) Morbi genus, quod Latini mentagram uocant, quòd à mento inciptat. Plin. lib. 26. cap. 1. 2, Grauissimum ex his lichenas appellauêre Græco nomine Latinè, quoniam à mẽto ferè oriebatur, ioculari primùm lasciuia (ut est procax natura multorum in alienis miserijs) mox & usurpato uocabulo mentagram, occupantem in multis totos utiq; uultus, oculis tantùm immunibus, descendentem uerò & in collapectusq; ac manus, fœdo cutis furfure. Mart. lib. 11. 92,

Non ulcus acre, pustulæue lucentes,
Nec triste mentum, sordidiue lichenes.

Videntur λειχῆνες appellati, nõ quòd linctura salinæ humanæ curentur, ut quidam opinati sunt, sed quod lambendo proserpant: uelut etiam lichen herba in petris solet. λείχω, idem ualet quod lingo, lambo.

Lichenas oris præstantissimè uincit glutinum factum è genitalibus uitulorum.

Lichenes equorum. Dioscor. lib. 2. ca. 38. ex uersione Ruellij. Meminit & Plin. lib. 28. cap. 11.

Lichen, Herba. Plin. lib. 26. cap. 4. 5, Lichen uerò herba his omnibus præfertur, inde nomine inuento. Nascitur in saxosis, folio uno ad radicem lato, caule uno paruo longis foliis dependentibus.

Licium] & Licia, liciorum (μίτος, ῥάμμα) Fila sunt, quibus in telis textrices implicant stamina: significat etiam stamen ipsum. unde trilicem dicimus uestem, quæ tribus licijs constat. Plin. lib. 8. cap. 48. 6, Plurimis uerò licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. Virg. 8. eclog. 15,

Terna tibi hæc primũ triplici diuersa colore Licia circũdo.

Dira sororum licia. Stat. 1. Achil. 105. (do.

Cantata licia. Ouid. 2. Fast. 115.

Licitator, Licitor] Vide Liceo.

Lictor] lictoris (ῥαβδοῦχος, ῥαβδοφόρος, ἀξιμος) Qui carnificis officio fungebatur, minister Consulis, Procõsulis, Præsidis, & Prætoris. Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantùm, portãtes uirgarum fasciculos cum securibus ligatos, magistratibusq; præibant: ac quoties iussi erant, fasciculos soluentes, primò uirgis cædebant reum, mox securi feriebant. Plaut. Asin. 11. 29,

Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores ulmeis affectos lentis uirgis. Liu. Missíq; lictores ad sumendum supplicium, nudatos uirgis cædũt, securiq; feriunt. Cic. ad Attic. lib. 7. 12 9. 1, Subitò consilium cepi, ut antè quàm liceret, exirem: ne qui conspectus fieret, aut sermo lictoribus, præsertim laureatis. Idem ad Qu. frat. lib. 1. 1. 19, Sit lictor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor, maioraq; præferãt fasces illi ac secures dignitatis insignia, quàm potestatis.

Consularis lictor. Horat. 2. Carm. ode 16. 2.

Laureati lictores. Vide Laurus.

Paludati lictores. Vide Paludatus in Paludamentum.

Lictor unde dicatur, docet Gell. lib. 12. cap. 3. his uerbis, Valgius (inquit) Rufus in secundo librorũ, quos inscripsit De rebus per epistolam quæsitis, lictorem dicit à ligando appellatum esse: quòd quũ magistratus populi Romani uirgis quẽpiam uerberari iussissent, crura eius & manus ligari uinciríq; à uiatore solita sint: isq; qui ex collegio uiatorum officium ligandi haberet, lictor sit appellatus. Vtiturq; ad eam rem testimonio M. Tullij, uerbaq; eius refert ex Oratione, quæ dicta est pro C. Rabirio, 8, 1 lictor, inquit, colliga manu. Hæc ita Valgius, & nos sanè cũ illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, lictorem uel à lino, uel à licio dictum scripsit. Licio enim transuerso, quod linium appellatur, qui magistratib. inquit, præministrabant, cincti erant. Plutarchus in Problem. Ro. 67, Cur lictores dicti sunt? An quòd petulantes colligabant? Hi enim lora in sinu gestantes, Romulum sequebantur. An c interpositum est, cũ ante fine c litores dicerentur, quasi publici quidam ministri? Nam quod λῆτον nostris etiam tẽporib. publicũ est, multis Græcorum legib. scriptum esse, neminem latere puto.

Lictor etiam inter sacrorum ministros censebatur. Pompeius Festus li. 6, Flaminius lictor est, qui flamini diali sacrorũ causa præstò est. Ouid. lib. 2. Fast.

¶ Lictorius, Adiect. (ῥαβδικός) Quod ad lictorem pertinet. Plin. lib. 7. cap. 30. 3, Fasces lictorios ianuæ submisit is, cui se Oriens Occidensq; submiserat.

Lien] lienis, mas. g. uel lienis, huius lienis, pen. prod. (σπλὴν) dicitur unum ex uisceribus internis. Plaut. Curc. 5. 29,

Lien diruptus est. p. ambula: id lieni optimũ est. Idem Merc. 4. 14.

Perij, seditionem facit lien, occupat præcordia. Celsus lib. 3, Si iecur aut lienis est affectus. Idẽ li. 2, Quos lienis malè habet.

Lienis bubulus, apud Celsum lib. 4. cap. 9.

Lienis magnitudine intemperantiam risus fieri affirmant physici. Persius Sat. 1. 2.

Intumescit quandoq; lien, ut cingere hominem uideatur. Cato cap. 157.

Lienis torquet. Cel. lib. 5. cap. 18.

¶ Lienosus, pen. prod. Adiect. (σπληνικός) Qui liene laborat, quoties excrementi plus in lienem diuertit, quàm calor eius uisceris posit conficere. Aristot. lib. 3. De partibus animalium. Plin. lib. 7. cap. 2. 11, de Pyrrho refert, cuius dextri pedis pollex lienosis medebatur.

Lienosum cor: id est, lienis naturam habens, ut turgeat sicut liẽ. Plaut. Casin. 9. 61. Fortassẽ legendũ, ludiosum: id est, subsultans more ludionũ, ac in corpore emicans, ut illi in theatro.

¶ Lienicus, pen. cor. (σπληνώδης) Idem quod lienosus. Plin. lib. 29. cap. 3. 5, Hæc & illita lienicis.

¶ Lienteria, lienteriæ (λειωτηρία) Intestinorum leuitas, inquit Festus. Celsus lib. 2. cap. 1, Fit etiam leuitas intestinorũ, quæ λειωτηρία uocatur. Vnde Lienterici Plinio, aluimi, qui hoc morbo uexantur. Dicitur autem propriè Lienteria, aluifluxus, qui à melancholicis excrementis à liene per intestina descendentibus uenit.

Ligamen] Vide Ligo.

Ligarius] Quidam Romanus: pro quo habuit Orationem apud Cæsarem Cicero.

¶ Ligarianus, pen. prod. Adiect. (λιγαριανὸς) Cic. Atti. lib. 13. 27 6. 1, Ligarianam, ut uideo, præclarè authoritas tua commendauit. Subintelligit Orationẽ, quã pro Ligario habuit.

Ligellum] Vide Ligo, ligas.

Liger] ligeri, pen. corr. Viri proprium. Virg. lib. 10. Aeneid.

Dicta uolant Ligeri, sed non & Troius heros
Dicta parat contrà.

Liger] Ligeris, pen. cor. (λίγηρ) Galliæ fluuius, qui & Ligeris in nominatiuo dicitur. Vnde & Ligerim in accusatiuo lectum est. Hic delatus in Oceanum influit, maximi cursus, & pari cum Garumna interuallo à Pyrene distat, & duobus stadiorum milibus utriusq; nauigatio est. Cæsar lib. 7, Liger ex niuibus creuerat. Idem, Paulò pòst magnis itineribus ad Ligerim peruenit. Vulgò Loire.

Lignum] ligni (ξύλον, δόρυ, κάλον, ἐπίπον, κῶλον) A' legendo, inquit Varro: quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum uterentur. Plin. lib. 12. cap. 11. 2, Constat arboribus fructus radice, frutice, cortice, succo, ligno, &c.

Ligna & sarmẽta. Cic. 3. Verr. 48, Cædere ianuã saxis, instare ferro, ligna & sarmẽta circũdare, ignẽ subijcere cœperũt.

Aridum compone lignum. Horat. 3. Carm. ode 17. 3.

Arida

Digitized by Google

Arida ligna explicare in flammas. Lucret. lib. 2. 177.
Attrita inter se ligna. Vide Attero.
Dedicatum lignum. Cic. 2. de Legib. 72.
Durum. Virg. 9. Aen. 108.
Dolatum. Iuuen. Satyr. 12. 6.
Fissum. Virg. 9. Aeneid. 83.
Fissile. Virg. 1. Georg. 29.
Inutile. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 1.
Lunatum. Vide Luna.
Neruis alienis mobile lignum. Vide Mobilis.
Odoratum. Virg. 2. Georg. 24.
Osseum. Vide Os.
Ignem ex uiridibus lignis atq; humidis facere. Cic. 3. Verr. 30.
Accendere lignum. Vide Accendo.
Conficere ligna ad fornacem. Vide Conficio.
Reponere ligna super foco. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.
¶ Ligneus, Adiectiuum (ξύλινος) Quod ex ligno est. Plaut. Pœn. 20. 28.

—tantisper quidem Vt sis apud me lignea in custodia.

Idem Rud. 7. 7, Ligneus equus. Cicer. 6. Verr. 6, Signum ligneum. Liu. 3. bell. Pun. 172, Lignea turris.
Deus ligneus. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 4.
Materiam ligneam flamma uri posse necesse est. Cicer. 2. de Inuent. 247. de necessitudine.
Ponticulus ligneus. Cic. 5. Tusc. 83.
Simulacra lignea. Ouid. 10. Metam. 138.
Soleas ligneas in pedes inducere. Cic. 2. de Inuent. 232.
¶ Ligneolus, pen. cor. (ξυλίδιον) Adiectiuum diminu. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 3. 25. 2, Hanc scripsi ante lucem, ad lychnum ligneolum. Fortasse legendum, lineolum.
¶ Lignarius, Adiect. Quod ad lignũ ptinet: ut Faber lignarius.
Lignarius, Qui lignatũ it. Liu. 5. bel. Macæd. 162, Et ijdem porticũ extra portam Trigeminam, inter lignarios fecerunt.
¶ Lignosus, pen. prod. Adiect. (ξυλώδης) Id est, instar ligni durum, inquit Sipontinus. Plin. lib. 12. cap. 7. 5. Arbor radice lata lignosaq;.
¶ Lignor, lignaris (ξυλίζομαι) lignari, Deponens, Ad ferenda ligna ire. Plaut. Capt. 11. 126,

Ite istinc, efferte lora. c. num lignatum mittimur. Liu. 5. belli Punici, 186, Et deinde assiduè dies noctesq; infestus aderat, ut non uagus tantùm procul à castris lignatum pabulatumq; progressos exciperet, sed ipsis obequitaret castris.

¶ Lignatio, uerbale (ξυλισμὸς) Lignorum defectio, uel deportatio. Cæsar 5. bell. Gall. 144, Vt nõnulli milites, qui lignationis munitionisq; causa in syluas discessissent, &c.
Lignatio, Aliter. Col. lib. 1. cap. 5. 1, Sit autẽ uel intra uillam, uel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumq; uicinum, id est, locus unde ligna accipi possint.
¶ Lignator, pen. produ. (ξυλεύς) Aliud uerbale, Miles qui lignatur. Liu. 10. ab Vrbe 118. Cæsar. 5. bell. Gall. 96. Subitoq; oppressit lignatoribus, magna manus, &c.
Ligo] ligas, ligare (δέω, ἐπιδέω, καταδέω, δεσμόω, περιδέω) Vincire, constringere. Quidam à lino deducunt, quasi lino ago: quòd omnia lino ligentur. Plin. lib. 11. cap. 46. 2, Talus autem rectus est in articulo pedis, uentre eminens concauo in uertebra ligatus. Cic. 4. in Cat. 85, Filium eius impuberẽ ligatum à Prætore missum, &c.
In catenas aliqua ligare. Quint. lib. 5. cap. 14. 25.
Guttura ligauit laqueo. Ouid. 6. Metam. 27.
Vulnera ligare. Ouid. 7. Metam. 173.
Legibus ligare aliquem. Stat. 4. Sylu. 3. 15.
Pacta ligare. Propert. lib. 4. eleg. 4. 17.
¶ Ligatus, pen. prod. Participium (δεσμώτης) ut Comas ligatas auro substringere. Lucan. lib. 3. 57.

Crines ligatos impedit uitta. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 14.
¶ Ligamen, pen. prod. ligaminis (δεσμὸς) Quo quid ligatur. Col. lib. 11. cap. 2. 70, Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad uitium ligamina præparari.
Nocturna ligamina mitræ. Propert. lib. 2. eleg. 30. 3.
¶ Ligellum, ligelli (καλύβη) Breue domicilium, & tugurioli. Plaut. Aul. 9. 22,

De suo ligello fumus si quà exit foras. Nonius.

Ligo] ligonis, masc. gen. (σκινλλα, μάκιλλα) Rusticum instrumentum. sic dictum, quòd radicibus quæ sub terra sunt, ligetur. Lucan. lib. 1. 34,

Vomereq; antiquos curionum passa ligones. Plin. lib. 18. cap. 6. 10, Adduxit graues ligones, uomeres ponderosos.

Incurui ligones. Stat. 3. Thebaid. 118.
Duris ligonibus exhauriebat humum. Horat. Epod. 5. 6.
Iactati pulsarunt arua ligones. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 7.
Longis purgare ligonibus arua. Ouid. 1. de Ponto eleg. 9. 12.
Ligula] Vide Lingua.
Liguria] λιγυστικὴ, Italiæ regio, maiore ex parte montosa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tusciam attingens. Cuius caput est Genua. A' qua Ligustica ora, & mare Ligusticum. Dicta Liguria, à Ligysto Phaethontis filio, conuersione y in u.
¶ Ligur, Liguris, pen. cor. (λίγυς) nomen gentile. Probus declinat hic & hæc Ligur, & hic & hæc & hoc Ligus, pro incola Liguriæ.
Assuetus malo Ligur. Virgil. 2. Georg. 34.
Fœmina Ligus. Tacitus lib. 18.
Tonsus Ligur. Lucan. lib. 1. 88.
Vanus Ligus. Virg. 11. Aeneid. 143.
¶ Ligusticus, Adiect. pen. cor. (λυγιστικὸς) Nomẽ possessiuum. Iuuenalis Satyr. 3. 25,

Nam si procubuit qui saxa Ligustica portat.

Ligusticum, sluc ut Bocatius. Ligustinum mare, est maris Tusci pars, à Liguria prouincia cui adiacet, denominatũ. Hoc (ut refert Solinus) corallium procreat, quod fulminibus resistit.
Ligurio] liguris, penult. produ. liguriui uel ligurij, liguritum, (λιχνεύω, λιχμάομαι, λειβόνομαι) ligurire, Multa auidè consumere, & suauiora edulia carpere. Liguriunt muscæ, inquit Varro de ling. Latin. Terent. Eunuch. 5. 4. 14, Quæ cum amatore suo quum cœnant, liguriunt. Vbi Donatus, Liguriunt, ἀπὸ τοῦ λιγυρῶς, quod secundum Græcos suaue intelligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter & more senum multo fastidio suauiora quæq; degustat.
Ius tepidum liguriæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 16.
Furto liguriare: id est, cibum furto ablatum. Horat. 2. Sermon. Satyr. 4. 16.
Ligurire lucra, per translationem dixit. Cic. 5. Verr. 153. pro sensim depeculari, ut ait Budæus.
Ligurire rem aliquam, &c. id est, appetere. Cic. ad Brutum, libro 11. 21. 9.
¶ Liguritio, Verbale (λιχνεῖα) Auiditas, immoderata appetentia. Cic. 4. Tusc. 39, Aegrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicatia, liguritio, uinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.
Ligus, Ligusticus] Vide Liguria.
Ligusticum] ligustici, pen. cor. (λιγυστικὸν) Herbæ hortensis genus. Plin. lib. 19. cap. 8. 32, Ligusticum syluestre est. In Liguriæ suæ montibus seritur. Vbiq; suauius satiuum, sed sine uiribus. Panacem aliqui uocant. Crateuas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat: cæteri ferè conizoides, culinaginem. Dictum autem ligusticum à Ligu-

ria: alij Libyſticum à Libya uocatum putant. Pharmacopole uocant leuiſticum.

**Liguſtrum** ] liguſtri, n.g. (κύπρος) Eadem arbor eſt (inquit Plin. lib. 24. cap. 10. 1.) quæ in Oriente cypros. Suos in Europa uſus habet. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia ubiq; ueteri ulceri, cum ſalis mica, & oris ulcerationib. proſunt. Virg. 2. eclog. 4,

Alba liguſtra cadunt. Sed hîc liguſtra uocat, liguſtri flores, quos conſtat eſſe candidiſſimos.

Martial. lib. 1. 186. ad Procillum,

Toto candidior puella cygno,
Argento, niue, lilio, liguſtro. Vulgus noſtrum troenam uocat.

Niueum liguſtrum. Ouid. 13. Metam. 169.

Liguſtrum, Genus herbæ, per ſepes & macerias ſerpens. Colũ. lib. 10. 25,

—& nigro permiſta liguſtro Balſama. Quo in loco ſi fortè liguſtrum arbuſculam intelligit Columella, reſpexit ad eius ſemen ſeu baccas, quas paſſim uidemus nigerrimas.

**Ligyes** ] populi ſunt Aſiæ, qui cum Xerxe, teſte Herodoto li. hiſt. 4. contra Græcos militarunt.

**Ligyſtus** ] teſte Fabio pictore, Phaethõtis fuit filius, à quo Liguria cognominata eſt. Vide Liguria.

**Lilium** ] lilij (λείριον) herbæ hortenſis genus, de qua apud Plinium lib. 21. cap. 5.

Alba lilia. Virg. 4. Georg. 27.

Breue lilium. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.

Candida lilia. Virg. 6. Aen. 142.

Canentia lilia. Ouid. 12. Metam. 83,

Grandia lilia. Virg. eclog. 10. 5.

Infringere lilia. Ouid. 10. Metam. 39.

¶ **Liliaceus**, adiect. (κρίνεος) Vnde oleum liliaceum, Palladio lib. 6. cap. 14.

¶ **Lirinus** lirina, lirinũ, pẽ. cor. (λείριος) Quod eſt lilij: ut, Lirinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 5. 1.

¶ **Lilietum**, lilieti, pen. prod. (κρινῶν) Locus in quo liliorum copia eſt. Palladius, Lilieta, canneta ponenda ſunt. Idem lib. 3. cap. 21, Noua lilieta formabunt.

**Lilybæum** ] λιλύβαιον, Siciliæ promontoriũ eſt, quod Africam reſpicit. ſunt enim Siciliæ tria promontoria, ut docet Pomponius lib. 2.

¶ **Lilybeius**, Adiect. (λιλυβήϊος) Virg. 3. Aeneid. 142,

Et uada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.

**Lilybætanus** ] pen. prod. Aliud Adiect. Cic. Ver. 6. A Liſone uerò Lilybætano primo homine, apud quem diuerſatus es, Apollinis ſignum certè eſſe non oportuit.

**Lima** ] lima (ῥίνη ξυλή) Inſtrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud expolitur terendo. Quint. lib. 10. cap. 3, Opus poliat lima.

Lima, per translationem. ut,

Vltima lima deſuit meis ſcriptis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 6. 6.

Intendere limam alicuius. Plin. iun. lib. 1. epiſt. 2. ad Arrianum.

Mordet librum lima cenſoria. Mart. lib. 5, epigram. ad Seuerũ.

Perſequi ſcriptum aliquod lima: pro Limare, emendare, caſtigare. Plin. iun. lib. 1. epiſt. 8. ad Saturninum.

Vti lima mordacius. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 4.

Liber raſus limo. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 4.

¶ **Limo**, limas (ῥινέω, περιῥάω) limare. Plin. lib. 18. cap. 1. 31. Atq; quum in arbores exacuunt, limentq; cornua elephanti.

Scalpere atq; limare gemmas. Plin. lib. 36. cap. 7. 1.

Limare per translationem, pro Expolire, & redundantiã circuncidere, ut ait Budæus. Cic. 1. de Orat. 57, Neq; hæc ita dico, ut ars aliquid limare non poſſit.

Ornare ac limare. Cic. 3. de Orat. 105.

Politius limare aliquod opus. Cicero 1. Acade. 4. id eſt, ornatius facere.

Ratio limat aliquid. Quint. lib. 2. cap. 4. 6.

Tenui cura limari. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 8.

Limatur ueritas ipſa in diſputatione. Cic. 2. Offic. 49, Alia eſt illa, quum ueritas ipſa limatur in diſputatione: ſubtilitas alia, quum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Id eſt, cum craſſo modo diſputamus, non ſubtilitate philoſophica. Budæus.

Limare caput cum altero: id eſt, coniungere, inquit Nonius. Plaut. Pœn. 4. 69.

Limare commoda alicuius, Attenuare, Imminuere. Horat. 1. epiſt. 14. 8,

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat. Budæus.

¶ **Limatus**, pen. prod. (ῥῑνωμός) Particip. ſiue nomen ex participio. Cic. 2. de Nat. deor. 107, Nec uerò hoc in te uno conuenit moribus domeſticis ac noſtrorum hominum urbanitate limato, ſed, &c. id eſt, polito, inquit Budæus.

Limatus & emunctus Quint. lib. 12. cap. 10.

Terſus ac limatus. Quint. lib. 12. cap. 10.

Limatus oratione. Cic. 1. de Orat. 88.

Limatior. Horat. 1. Serm. Sat. 10. 13.

—fuerit Lucilius (inquam) Comis & urbanus, fuerit limatior idem Quàm rudis.

¶ **Limatulus**, pen. cor. (ὑπερῥινωμός) Adiect. diminut. à limatus. Cic. Volumnio, lib. 5. 34. 5, Opus eſt huc limatulo & polito tuo iudicio. id eſt, terſo & ſubtili.

¶ **Limatura**, limaturæ, pen. prod. (ῥίνωμα) Puluiſculus limando detractus.

¶ **Limatus**, ῥίνητος, Nomen ex participio. Cic. de claris Orat. 17, Nihil enucleatè, quo fieri poſſit aliquid limatius.

**Limax** ] limacis, pen. prod. maſc. gen. (ῥινητικὸς) Qui exquirit ut aliquid auferat. Plaut. Bacchid. Limaces uiri, quòd alterant & conſumant. Nonius.

¶ **Limax**, limacis, pen. prod. maſc. & f. g. (κοχλίας) Teſtudo, & cochlea terreſtris. Col. lib. 10. 31,

Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe. Feſtus, Limaces cochleæ à limo appellatæ. Plin. lib. 29. cap. 6. 7, Limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum, &c.

**Limbus** ] πράσπιδιον, pars ueſtis extrema, quæ inſita dicitur. Horat. 1. Serm. Sat. 2. 6,

Quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſtis. Virg. 2. Aeneid. 124,

—limbo effulgens, & Gorgone ſæua. Idem 4. Aen. 28,

Sidoniam picto chlamydẽ circundata limbo. Vbi Seruius, Limbus, eſt faſcia quæ ambit extremitatem ueſtium, ſecundum antiquum ritum.

Aureus limbus obibat chlamydem. Ouid. 5. Metam. 11.

Vltima pars telæ tenui circundata limbo. Ouid. 6. Met. 26.

Limbum XII ſignorum appellat Varro Zodiacum, teſte Budæo.

¶ **Limbolarius**, limbolarij (πρασπιδιστής) Qui limbum ueſtib. prætexit. Plaut. Aul. 19. 47,

——textores limbolarij, arcularij Ducuntur, datur es.

**Limen** ] liminis, pen. cor. n. g. (ὅδος, πάθμιος) Dicitur quod ex tranſuerſo in ianua eſt à limo, id eſt, obliquo, quòd ingredientibus exeuntibuſq; tranſuerſum ſit, ut eſt apud Donatũ & Feſtum. Terentius Hecyra, 3. 3. 18, Iam ut limen exirem, ad genua accidit.

Limen etiam ſuperiorem partem oſtij ſignificat. Iuuenalis Satyr. 6. 23.

——pendentia liquit
Vela domus, & adhuc uirides in limine ramos. Cato

utrunq;

Digitized by Google

utrunq; complectitur, quum inquit cap. 14. 1. Tigna omnia quæ opus sunt, limina, postes, &c.

Limen superum & inferum dixit Næuius, Exime limen superum quod mihi misero sæpe confregit caput, inferũ quoq; ubi ego omneis defregi digitos.

Limen superum inferumq; discedentes salutabant. Plaut. Limen superum, inferumq; salue, simul autem uale.

Astrictum limen, Clausum. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 10.

Auratum limen. Senec. Herc. Oeth. 5. 5.

Crudelia limina. Virg. 3. Aeneid. 124.

Dulcia limina. Virg. 2. Georg. 103.

Leta limina. Virg. 1. Aeneid. 144.

Marmoreum limen. Horat. 1. epist. 19. 15.

Perfractum limen. Senec. Troad. 7. 4.

Prosperum limen. Stat. 4. Sylu. 3. 20.

Religiosa deorum limina. Virg. 2. Aeneid. 74.

Reuulsum tellure limen. Ouid. 12. Metam. 57.

Crudeles rigido cum limine postes. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 15.

Superba ciuium potentiorum limina. Horat. Epod. 2. 2.

Tritum limen. Catul. ad Mallium, epigr. 63. 15.

Adire limina alicuius. Virg. 6. Aeneid. 23.

Circunuolitare potentiorum limina. Vide Circunuolito.

Ferrea limina compescere. Lucan. lib. 1. 13.

Exturbatus limine templi. Silius lib. 11. 21.

Insistere limen. Virg. 6. Aen. 113. Vide Insisto.

Interiora domus irrumpit limina. Virg. 4. Aeneid. 129.

Dura limina perrumpit bipenni. Virg. 2. Aeneid. 96.

Pulsare limina. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 8.

Scandere limina turris. Stat. 12. Thebaid. 3.

Sedere in limine. Virg. 4. Aeneid. 95.

Transire limen cautius. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 1.

Limen, pro ingressu aliquando ponitur. Virg. 2. Aeneid. 91, Limen erat, cæcæq; fores, & peruius usus.

Plin. lib. 3. in Præf. 5.

Limen cubiculi. Cic. pro Cluentio, 11.

Ostium limenq; carceris. Cic. 5. Tusc. 20.

Obsessa tenere limina portarum. Virg. Aeneid. 161.

Limen, interior pars domus. Virg. 2 Georg. 110. — penetrant aulas & limina regum. Vbi Seruius, Profitentur satellitium: Limina autem ait interiorem familiaritatem.

Limen, Locus in quo statur. Virg. 5. Aeneid. 64, —signoq; repentè Corripiunt spacia audito': limenq; relinquunt.

Ad limina seruus, pro atriensi, apud Apuleium lib. 2, de Asino. Et apud Virgilium lib. 9. Aeneid. 129. — fiduq; ad limina custos. id est, edituus, ait Seruius. Vide Ad Budæus.

Limen, pro amicitia, teste Seruio, enarrante illud de Turno libro 7. Aeneid. 116. — de limine pelli. Iuuen. Satyr. 3. 13, Limine submoueor, perierunt tempora longi Seruitij. id est, repellor ab amicitia.

Limina imperij. Lethi limina. Lucret. lib. 6. 243.

A' limine disciplinas salutare. Vide A', uel Ab.

Limen] limenis (λιμήν) Græcè, Latinè portum significat. A' quo

¶ Limenarcha, limenarchæ, masc. gen. (λιμενάρχης) Qui locis maritimis præest, unde proiectus est ad exteras nationes. Dictio merè Græca: λιμὴν enim, Latinè portus dicitur. In Pandectis, De seruis fugitiuis, l. limenarchæ. Hos Aristot. lib. 6. Polit. circa finẽ, limenophylacas uocat, quasi portuũ custodes. Budæus.

Limes] limitis, pen. corr. masc. gen. (λῶμα, ὁδός, ἀτραπὸς) Transuersa uia dicitur. Virg. 9. Aeneid. 65. — & lato te limite ducam. Col. lib. 1. Semitas, nouosq; limites in agro fieri non patiatur. A' limo deducit Siponti-nus. Festus, Limites in agris nunc termini, nunc uiæ transuersæ sunt.

Accliuus limes. Ouid. 2. Metam. 4. Vide Accliuis.

Arctior limes. Stat. Thebaid. 5.

Attritus limes aquarum. Ouid. epist. 17. 27.

Curuus. Senec. Thyest. 9. 11.

Directus. Stat. 2. Sylu. 2. 17.

Longo limite sulcus. Virg. 2. Aeneid. 140.

Obliquus. Senec. Oedipo, 4. 15.

Scopulosus. Stat. 1. Thebaid. 66.

Sectus in obliquum. Ouid. 2. Metam. 26.

Spatiosus. Ouid. 15. Metam. 170.

Tenuis limes lõga subnubilus umbra. Ouid. 2. de Rem. am. 41.

Recto grassari limite. Ouid. 2. Trist. 95.

Curuo limite descendere. Ouid. 14. Metam. 166.

Incidere rectum limitem. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11.

Partiri limite campum. Virg. 1. Georg. 26.

Rescindere limites. Stat. 4. Sylu. 3. 9.

Limites duo maximi in agris, cardo & decumanus. De quibus Plin. lib. 22. cap. 33. 1. Vbi limitem non pro termino intelligere oportet. Sed pro forma agri. Budæus. Vide Cardo & Decumanus in Decem.

Limites in urbe sunt, ut semitæ, uiæ transuersæ, Liuio, ut lib. 1. bell. Maced. 90, Intra portam, extraq; latæ sunt uiæ: ut & oppidani dirigere aciẽ à foro ad portam possent: & extrà limes mille fermè passus in Academiæ gymnasiũ ferẽs, pediti equitiq; hostium liberum spacium præberet. Budæus.

Limes laxus benignitatis, per translationem. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 14, Quare siquis existimat nos quum ista præcepimus, benignitatis fines introrsus referre, & illi minus laxum limitem aperire, &c.

¶ Limito, limitas, pen. corr. limitare: & Limitor, limitaris (ὁδεύω) limitari, id est, Partiri, diuidere, siue distinguere. Plin. lib. 17. ca. 22. 2, Vineas limitari decumano oportet XVIII. Pedum latitudinis ad contrarios uehiculorũ transitus, &c.

Limitatus ager, In centurias dimensus, inquit Festus.

Limitare de. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 8. 31, Etsi de tua prolixa beneficaq; natura limitabit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporũ. Vbi, limitabit, legendũ uidetur Budæo: et ita in uetustioribus codicib. legitur.

¶ Limitatio, Verbale (ὁδισμὸς) Colum. lib. 3, cap. 12. 1, Non intempestiuè commemorabimus Iulij Græcini cõscripta, uelut formulam ad quam posita est limitatio terræ uinealis.

¶ Limitaneus, Adiect. (ὁδιτὴς) ut Limitanei milites, Qui in limitibus regni constituuntur in præsidio, ob incursus inimicorum uicinorum. Iurisconsul. in l. ult. de fundis limitrophis, Agros limitaneos uniuersos cum paludibus, omniq; iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere uacuos ipsi curare pro suo compendio, atq; arare consueuerunt, &c. Fundi limitanei, id est, limiti deputati.

Limeum] Herba appellatur à Gallis, qua sagittas in uenatu tingunt medicamento, quod Venenum ceruarium uocant. Hæc Plin. lib. 27. cap. 11.

Limia] Fluuius Hispaniæ, apud Melam lib. 3. Linia hodie dicitur, teste Oliuario.

Liminium] liminij. Cicer. in Top. 18, Quum ipsius postliminij uis quæritur, & uerbum ipsum notatur, in quo Seruius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi post, & liminium: illud productionem esse uerbi uult, &c.

Limiosaleum] λιμιοσάλιον, Ptolemæo libro 2. cap. 11.



Digitized by Google

Vrbs Germaniæ, vulgò Gnisna.

Limito] limitas. Vide Limes.

Limni] Insula iuxta Orientalem plagã Hyberniæ, quæ deserta est, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 2. Silimnus dicta Plinio.

Limo, limas] Vide Lima.

Limonia] niæ, Alterũ genus anemones. Plin. lib. 21. cap. 11.

Limoniates] Gemma eadem uidetur quæ smaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Limonium] Frutex est nunquam cubitali altior, cristisq; foliorum ac radice nigra, sed dulci. Recipit eum in cibis Oriens. Ex Plin. lib. 22. cap. 22. Vide Lemonium.

Limonum] λίμωνον, Pictonum oppidum in Gallia, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vulgò Limon.

Limosus] Vide Limus, substantiuum.

Limpidus] pen. corr. Adiect. (διαφανὴς) Clarus, purus, lucens. Colum. lib. 12. cap. 28. 3, Postea quum de doliis aut de seriis diffundere uoles, uere florente rosa defæcatum quàm limpidissimum in uasa bene picata & pura transferto.

Lacus limpidi. Catul. ad Sirmionem Peninsulam, epig. 29. 3.

Vocem limpidam ac canoram facit sandaracha. Plin. lib. 34. cap. ult. 12.

¶ Limpitudo, pen. prod. limpitudinis (τὸ διαφανὲς) Plin. Libro 32. cap. 11. 12. Stant uelut fullo crure longo in arena defixæ hiantesq; qua limpitudo est, pedali non minus spacio.

Limuici] λιμβίκοι, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Galliæ populi, alio nomine Lemouices. Vulgò Limosin.

Limus] limi, Vestis genus. Virg. lib. 12. Aeneid. 24,

Velati limo, & uerbena tempora cincti. Vbi Seruius post longam de limo interpretationem, sic dicit, Caper tamen & Iginus hoc loco dicunt, lectionem esse corruptam: nam Virgilium ita reliquisse confirmant, Velati limo. Limus autem, est uestis qua ab umbilico usq; ad pedes teguntur pudenda poparum. Hæc autem uestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam: unde & nomen accepit. nam limum, obliquum dicimus.

Limus] m. g. (ἄσις, ἰλὺς, πηλὸς) Lutum est, seu cœnum illud mollius, quod ex aquarũ putredine relinqui solet. Plin. lib. 11. cap. 37. 33, Labra herbas eructibus, limumq; lata ut suum generi.

Grauis ueteri cratere limus adhæsit. Horatius 2. Serm. Satyr. 4. 16.

Informis limus. Virg. 6. Aeneid. 84.

Niger limus. Virg. 4. Georg. 96.

Durescit limus igni. Virg. 8. eclog. 16.

Obducere plagam limo. Vide Obduco.

Læui rimosa cubilia limo unge. Virg. 4. Geor. 9.

¶ Limosus, pen. product. Adiectiuum (ἰλύοεις, πηλώδης) Limo plenus, & cœnosus. Plin. lib. 16. cap. 36. 2, Vbi limosiore callo induruit.

Limosa aqua. Colum. lib. 5. cap. 9. 11.

Flumina limosa. Ouid. 1. Metam. 128.

Humus limosa. Ouid. 1. de Remed. amor. 29.

Iuncus limosus. Virg. 1. eclog. 10.

Lacus limosus. Virg. 2. Aeneid. 27.

Limosa radix. Plin. lib. 27. cap. 5. 3.

Vlua limosa. Lucan. lib. 2. 14.

Limus] Adiectiuum (πλάγιος) Quod & limis dicitur. Festus, Limis, obliquus, id est, transuersus: unde & limina. Terentius Eunuch. 3. 5. 53,

—ego limis aspecto

Sic per flabellum clanculũ. Vbi Donatus, Limis, si nominatiuus singularis est, trãsuersus significat: si septimus plu

ralis, deest oculis. Nam limis, est transuersus: unde limen dicitur quoq;, quòd ingredientibus exeuntibusq; transuersum sit. Quum igitur dissimulant homines se uidere quod uident, & non recta facie, sed transuersa intuentur: limes dicuntur aspicere.

Limis oculis aspicere uel intueri: hoc est, toruè & obliquè: quod ferocitatis & iræ indiciũ esse solet. Plaut. Milit. 18. 2.

Ocellis limis subridere. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 7.

¶ Limulus, pen. corr. (ὑποπλάγιος) Adiectiuum diminutiuũ. Plaut. Bacchid. 23. 9,

Viden' limulis ut obsecro intuentur.

Linamentum] Vide Linum.

Lindos] Vrbs est Rhodi insulæ. In Rhodo, inquit Pomponius, tres quondam erant urbes, Lindos, Camiros, Ialysos.

Lindum] λίνδον, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Vrbs est Britanniæ insulæ: alio nomine Lincolina & Lindecolinum. Vulgò Lincolon.

Linea] lineæ (γραμμὴ, πέρας) A lino, linis, Est filum illud quo fabri materiarij utuntur ad signandam materiã: quòd ex lino fiat. Et quoniã ab hac, si rubrica uel alio colore intincta fuerit, figura designatur lõga sine latitudine atq; altitudine: ea quoq; figura, linea uocatur.

Perpendiculo & linea uti. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 4.

Circumcurrens linea. Quintil. lib. 1. cap. 10. 30.

Extremæ lineæ. Quint. lib. 1. cap. 10. 30.

Longinqua linea. Vide Longus.

Designare aliquid uelut primis lineis. Quint. lib. 4. cap. 2. 84.

Ducere lineam. Vide Duco.

Ducere primas lineas. Quintil. lib. 2. cap. 6. 1.

Ferri suo deorsum pondere ad lineam. hunc naturalem esse omnium corporum motum dicit Epicurus apud Ciceronem lib. 1. de Finib. 28.

A linea incipere. Vide A.

Rectis lineis in cœlestem locum subuolet ignea. Cic. 1. Tusc. 63.

Transire lineas. Cic. in Parad. 24.

Linea, Gradus agnationis. Paulus in l. stemmata. ff. de grad. & affin. & nom. Stemmata cognationũ directo limite in duas lineas separantur.

Linea, filum omne dicitur ex lino, & quicunq; tenuis funiculus. Columella, Ligato pede longa linea gallina custoditur.

Linea, qua capiuntur pisces, & cui hamus deligatur. Plin. lib. 9. cap. 43, At uulpes marinæ, simili in periculo glutiunt amplius usq; ad infima lineæ, quæ facilè prærodant. Martialis lib. 5. 114,

Tremulaq; captum linea trahit piscem.

Lineam mittere, apud Plautum in Mostell. 15. 22.

Non ego ita extemplò meum ostendã sensum: mittã lineã:
Dissimulabo me horum quicquã scire. Nõnulli à captatoribus piscium dictum uolunt, in quos linea mittitur. Alij per metaphoram à pictoribus deducunt, qui ubi pingere aliquid uolunt, lineam prius umbræ cuidam similem mittũt, per quã ipsi picturã dirigant: sed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi potest de picturæ futuræ forma.

Lineæ geometricæ uocãtur eæ quæ non colore, sed animo imaginantur.

Linea etiam geometris dicitur, quæ est in superficie. nam superficies lineis constat: ut punctum, quod est principium in geometria.

Vltima linea rerum mors est. Horat. 1. epist. 17. 16.

Linea margaritarum. Scæuola in l. medico. §. ult. ff. de auro, argento, mundo, &c. Idem in l. lineam. ff. ad legem Falcid. Lineam margaritarum triginta quinq; legauit.

Vti in linea pertusis margaritis. Vlp. in l. si seruus ser. §. si quum. ff. ad legẽ Aquil. Si quum maritus uxori margaritas extricatas

extricatas dedisset in usum, ea inuito uel insçio uiro perfo-
rasset, ut pertusis in linea uteretur, &c.

Linea propriè appellatur lõgitudo, latitudinis prorsus expers: cuius quidem extremitates sunt duo puncta. Est igitur linea recta, ab uno puncto ad alium breuissima extensio, in extremitates suas eam recipiens. Euclid. 1. Element.

¶ Lineo, lineas (ὑπογράφω) lineare, Lineas ducere, lineis rem aliquam figurare & deformare. Plaut. Milit. 12. 42.

Bene lineatam si semel carinam collocauit.

Cato cap. 14. 2, Et quæ opus sunt domui, præstabit, & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitq; materiam solam duntaxat.

¶ Linearis, & hoc lineare, pen. prod. (γραμμικὸς) Quod ad lineã pertinet. Vnde linearis pictura uocata est, quæ lineas circum umbram hominis deductas habet: cuius author Phidocles putatur, teste Plinio lib. 35. cap. 3. 5.

Probationes lineares. Quintil. lib. 1. cap. 10. 36.

Linearis ratio. Quintil. lib. 1. cap. 10. 28.

¶ Lineamentum, lineamenti (ὑπογραφὴ) Ipsa extremitas, & quasi linea quædam corporis, per quam hominis forma dignoscitur: à lineari pictura tracta, in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. Iustinus lib. 1. Lineamentorũ equalitas matri & filio persimilis.

Lineamenta & formæ deorum. Cic. 1. de Nat. deor. 101.

Lineamẽta, in geometria: hoc est, linearum productiones. Cic. de Orat. 92, In geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines, &c.

Lineamenta animi. Cic. 3. de Fin. 114.

Lineatio] lineationis, Verbale. Firmicus lib. 1. cap. ult. Vnde enim sese singuli propria corporis lineatione cognoscunt, &c. id est, lineamentis.

Lineus] Vide Linum.

¶ Lineatus, penult. prod. Participium. Vide Mitra in sequentibus.

Lingo] lingis, linxi, linctum (λείχω, μύσσω) lingere, Aliquid lingua molliter tangere. Plaut. Cast.

Mel mihi uideor lingere.

Lingere rursus dicimur, quũ aliquid in ore tenentes, guttatim defluere in stomachum sinimus. Plin. lib. 37. cap. 10. 41. sed lingentium calculos frangit, pellitq;. Idem lib. 31. cap. 9. 8. Datusq; lingendus, & oculis iumentorum inspuitur.

¶ Linctus, huius linctus (λεῖγμα) Plin. lib. 31. cap. 9. 7, Multi tussim ueterem linctu salis discussêre.

Lingones] penult. corr. (λίγγονες, λοῖνοι) Inter Celtas populi finitimi Heduis, Sequanis ac Tullensibus, qui dicebantur Leuci: nomen retinent. Ciuitas est episcopalis in prouincia Lugdunensi, ac Francorum regno sita, Langres. Cæsar 1. bell. Gall. 168.

Pugnaces Lingones. Lucan. lib. 1. 80.

¶ Lingonus, lingoni, penult. cor. (λίγγονος) Idem. Martial. libro 8. 69.

Lingonus à recta, Flaminiaq; recens.

¶ Lingonicus, pen. corr. (λιγγονικὸς) Claud. 3. Paneg. 19.

Lingua] linguæ (γλῶσσα) Notæ significationis. Dicta à lingendo uel ligando, quòd lingat cibum. nam cibos ui sua cõglobat ac deprimit, in uentremq; transmittit. Seu quòd ipsa, dentium septis quasi muro uallata ac ligata sit.

Raræ perplexa foramina linguæ. Lucret. lib. 4. 125.

Radix ultima linguæ. Ouid. 6. Metam. 112.

Humor linguæ deficit. Ouid. 9. Metam. 114.

Aspera lingua premit fauces. Virg. 3. Georg. 103.

Aspera lingua nimia siccitate. Vide Asper.

Bisulca lingua. Ouid. 9. Metam. 13.

Fissa lingua in duas partes. Ouid. 4. Metam. 118.

Frigida lingua. Virg. 4. Georg. 105.

Multifidas linguas uibrans draco. Valerius libro 1. Argonaut. 13.

Nigra lingua subest. Virg. 3. Georg. 78.

Suppressa lingua palato. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 5.

Tribus linguis præsignis draco. Ouid. 7. Metam. 30.

Linguis micat ore trisulcis. Virg. 3. Georg. 89.

Vibrantes linguæ. Virgil. 2. Aeneid. 43.

Comprehensam forcipe linguam abstulit. Ouid. 6. Metam. 112.

Coruscare linguis dicuntur serpentes. Ouid. 4. Metam. 99.

Excidere uel auellere linguam. Cic. 3. de Oratore 3.

Resecta lingua ense. Ouid. in Ibin, 89.

Thesaurus in lingua stultis situs. Plaut. Pœn. 9. 12.

Lingua loqui. Vide Loquor.

Commercia linguæ: id est, colloquia. Ouid. Trist. eleg. 11. 2.

Facundia linguæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 6.

Tela linguæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 8.

Lingua astricta mercede. Vide Astringo.

Blæsa lingua. Ouid. 3. de Arte, 59.

Lingua celeri & exercitata sunt oratores quidam. Cicero 1. de Orat. 41.

Dives lingua. Horat. 2. epist. 2. 25.

Elegans. Catull. in amicam Formiani, epigr. 40. 2.

Exanimis. Ouid. 11. Metam. 11.

Facunda. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.

Falsæ periuria linguæ. Ouid. 7. epist. 13.

Gratia ficta linguæ. Ouid. 12. epist. 3.

Garrula lingua. Tibull. lib. 4. eleg. 12. 4.

Magicæ potentia linguæ. Ouid. 7. Metam. 66.

Modesta lingua. Ouid. epist. 18. 13.

Nocens lingua. Propert. lib. 2. eleg. 29. 3.

Lingua nulla est, qua negẽ quicquid roges. Plaut. Capt. 16. 15.

Patruæ uerbera linguæ. Horat. 3. Carm. ode 12. 1. Vide Patruus.

Pia lingua. Ouid. epist. 21. 14.

Pictæ tectoria linguæ. Persius Satyr. 5. 3.

Procax lingua. Silius lib. 8. 49.

Professoria lingua. Tacit. lib. 13.

Prompta lingua ad rigidos sonos. Ouid. 4. Fast. 62.

Sacrilega lingua. Ouid. 1. de Remed. Amor. 74.

Secretior lingua. Quintil. lib. 1. cap. 1. 25.

Subdola lingua. Ouid. 1. de Arte, 120.

Lingua trepidans. Catull. de Berecynthia, 58. 6.

Vanæ mendacia linguæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 5.

Venalis lingua. Lucan. lib. 1. 55.

Acuere linguam causis. Horat. 1. epist. 3. 5.

Vsum linguæ auferre alicui. Ouid. 14. Metam. 20.

Continere linguam: Vide Contineo.

Deerat lingua palato: id est, non poteram loqui. Ouidius 21. epist. 23.

Delirat lingua. Lucret. lib. 3. 92.

Templa linguæ. Lucret. lib. 4. 126,

Humida linguai circum sudantia templa. hoc est, partes linguæ sudantes.

Vsum linguæ deperdere. Ouid. 5. Metam. 113.

Linguã diuertere ad mores alicuius, pro Reprehendere. Plaut. Pœnulo, 16. 24.

Eripere linguam alicui. Ouid. 2. Fast. 122.

Fauere linguis. Vide Faueo.

Feruet lingua mero. Ouid. 2. Fast. 147.

Stolidæ conuicia fundere linguæ. Ouid. 13. Metam. 62.

Fac habeant linguam ædes tuæ. A. quid ita? S. quum uerniam innocent. Plaut. Casin. 12. 13.

Crimen habere linguæ. Ouid. 1. Fast. 89.

Inutilis hæsit lingua. Ouid. 4. epist. 2.



Digitized by Google

Lingua hæsitare. Cic. 1. de Orat. 57. Vide Absonus.
Infringitur lingua. Lucret. lib. 3. 32.
Properante lingua legere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 2.
Titubante lingua loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 5.
Linguam alicui occludere. Vide Occludo.
Lingua gladiorum aciem præstringens. Plaut. Trucul. 10. 11.
Riget lingua. Ouid. 1. de Arte, 104.
Rapta silet altera lingua. Ouid. 6. Metam. 127.
Linguam esse in quæstu. Quintil. in Proœm. lib. 1. 10.
Tardescit lingua. Lucret. lib. 3. 97.
Non tenere linguam nimio mero. Ouid. 2. Trist. 89.
Tenere linguam in ore clauso. Catul. in Camerium, epig. 51. 4.
Titubat lingua. Ouid. 1. de Arte, 120.
Torpet lingua. Catul. ad Lesbiam, epigr. 48. 2.
Torpuerat gelido lingua retenta metu. Ouid. epist. 11. 17.
Libera uti lingua. Vide Liber adiectiuum.
Lingua, pro Oblocutione. Cic. ad Varronem, lib. 9. 2. 4, Tibi autem idem consilij do, quod mihimetipsi, ut uitemus oculos hominum, si linguas minus facilè possimus.
Lingua, pro Differentia sermonum. Vnde Linguas scire, apud Plaut. Pœn. 2. 112. Plin. lib. 12. cap. 1. 8, Est Gortynæ in insula Creta iuxtà fontem platanus una, insignis utriusq; linguæ monumentis. Cic. 5. Tusculan. 163, In his linguis quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus.
Linguam Græcam Latina copiosiorem esse dicit Cicero 2. Tusc. 60.
Gentes uariæ linguis. Virg. 8. Aeneid. 145.
Agmina dissona lingua. Silius lib. 16. 4.
Sermo lingua concinnus utraq;. Horat. 1. Serm. Satyr. 18. 5.
Egestas linguæ. Lucret. lib. 1. 28.
Doctus sermonis utriusq; linguæ. Horat. 3. Carm. ode 8. 1.
Duas linguas edisce re. Ouid. 2. de Arte, 25. Intelligit Romanã & Græcam.
Lingua Latina. Vide Latium.
Facere potentiorem linguam Latinam. Quintilianus libro 1. cap. 5. 37.
Latinam linguam non modò non inopem, ut uulgò putant, sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam, sentit Cicero 1. de Finibus, 15.
Tueri linguam. Quintil. lib. 1. cap. 1. 11.
¶ Lingua, herba quæ nascitur circa fontes. Plin. libro 24. cap. 19. 1.
Linguarium] *linguarij. n. g.* Linguæ uelut theca & repositorium. Seneca, Ecce, inquit, ut deleat tibi, ut postea consideratius loquaris: quod dicere solemus, linguarium dabo. Linguarium, id est, linguarum thecam & repositorium, in quo se dicit linguam conditurum, ne temerè promittat. Natum est hoc uerbum è ioculari uulgi sermone, quo & nos plerunq; iocantes utimur.
¶ Lingula, siue ligula, pen. corr. Diminutiuum (γλωσσάριον, ὑπογλωττὶς) Festus, Lingula per diminutionẽ linguæ dicta: aliàs à similitudine linguæ exertæ, ut in calceis: aliàs insertæ, id est, intra dentes coercitæ, ut in tibijs.
Lingulâ & ligula obseruo à doctis indifferenter scribi.
Ligulâ calceorum. Martial. lib. 2. 29,

Non extrema sedet lunata ligula planta. Vbi propter primæ syllabæ productionem, alij legunt lingula. Iuuenal. Satyr. 5 3,

—& ligulas dimittere solicitus, nè
Tota salutatrix iam turbà peregerit orbem.

Lingula edolata. Colum. lib. 8. cap. 11, Stabulum autem carere debet uligine: cuius in solo per ordinem figuntur breues paxilli: eorumq; partes summæ lingulas edolatas habent, quæ transuersis foratis perticis inducantur.
Ligula, instrumentum cauum & oblongum, in speciem linguæ factum: quale est illud quo utuntur aromatarij, ad extrahendas è uasis unguenta. Plin. lib. 21. cap. 14. 6, Cera punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florẽ, id est, candidissima quæq;, transfunduntq; in uas, quod extinguum frigidæ habeat. Ex quibus uerbis palàm est, Ligulam esse uas ad hauriendum idoneum: proinde non (ut malè putauit Sipontinus) planum. Nomẽ habere putatur à similitudine linguæ, ad palatũ retractæ, atq; ita cauæ, quæ sanè cochlearis est forma. Colum. lib. 6. cap. 2. Martial. lib. 14. 124. 125, de ligula argentea,

Quamuis mè ligulam dicant equitesq; patresq;,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Ligulam uocat Columella, instrumentum ad purgandam è uase spumã. lib. 9. cap. 16. 11, Deinde (inquit) ubi liquatum mel in subiectum alueum defluxerit, transfertur in uasa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta sint, dum musteus fructus destruescat: isq; sæpius ligulâ purgandus est.
Ligula, mensuræ genus, quæ & cochlear dicitur. Est autẽ quarta pars cyathi. Quatuor enim ligulæ complent cyathum. Vide Georgium Agricolam lib. 1. Plin. lib. 20. cap. 5. 6, Item opisthotonicis & iocinorum uitijs, & torminibus & strangurijs, duarum aut trium ligularum mensura. Idem lib. 20. cap. 5. 6. Calum. lib. 12. cap. 21. 2.
Lingulam uocitauêre etiam ueteres gladiolum oblongum, in speciem linguæ factum. Testis Gellius lib. 10. cap. 25.
Lingula, siue lingua, pro promontorio oblongo. Plin. lib. 37, Inde in altum lingua mille passuum excurrens. Cæs. 3. bell. Gall. 394, Erant eiusmodi ferè situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis, promontorijsq;, neq; pedibus aditum haberent, &c. Budæus.
¶ Linguax, linguacis, pen. prod. om. ge. (γλώσσαργος, λάλος) Verbosus, multum loquens, dicax. Gell. lib. 1. cap. 15, Hoc genus homines in uerbà prouectos, locutulcios, & blateroues, & linguaces dixerunt.
¶ Lingulaca, lingulacæ, pen. prod. (γλωσσώδης) Mulier blateratrix & multiloqua. Plaut. Casina, 11. 61,

Vin' lingulacam? s. quid opus est, quando uxor domi est?
Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet.

Lingulaca, Genus piscis, uel mulier auguratrix, inquit Festus. Hermolaus, Quem Plautus atq; Varro lingulacã nominant, aut solea est, aut ei non absimilis.
Lingulaca, quæ & lingua, Herba circa fontes nascens. Plinius lib. 25. cap. 11. 1.
¶ Lingulatus, pen. prod. Adiectiuum (γλωσσοειδὴς) ut Linguatus tubulus: cui opponitur Elinguis. Dicuntur autem lingulati tubuli ex parte altera, ut alius in alium inire conueniréq; possint, ueluti linguæ schema præferẽtes. Ex Vitruuio, lib. 8. cap. ult.
Linio] *linis, liniui, linitum, pen. prod.* (ἐπαλείφω) linire, Vngere, uel fricare, aut aliquid leuiter digito aut aliquo instrumento alicui rei superinducere, & molliter ac tenuiter imprimere, non autem crassè. Colum. lib. 6. cap. 30, Tepenti adipe uel uino liniuntur. Ibidem, cap. 17. 4, Quicquid uitio si est murere, atq; ita liquida pice cum oleo liniré.
Ora linit luto. Ouid. 3. Fast. 152.
Liniuntur cæde sagittæ. Propert. lib. 3. eleg. 12. 3.
Linio] *linias.* Vide Linea.
Lino] *linis, lini, liui, uel leui, litum* (ἀπαλείφω, ὑπογράφω) linere, Est crassè aliquid aliquo instrumento superinducere. Liu. 1. bell. Pun. 31, Id sicut in pilo quadratum stuppa circunligabant, linebantq; pice. Martial. lib. 1. 145,

Nec

Nec quæ Callaico limuntur auro.

*Auro sublimia tecta limuntur.* Ouid. *de medicamine faciei,* 2.

*Ora linere uenenis: id est, fucare faciem.* Ouidius 1. *de Remed. amoris,* 71.

*Linere spiramenta,* Obturare. Virg. *lib.* 4. *Georg.* 8.

*Linisti.* Quintil. *in* Declam. Cæci, Et nequid sceleri impio deesset, *mariti tui cruore parietem linisti.*

*Liui.* Columella *lib.* 12. *cap.* 50, Multi quum semel noua dolia, uel seriæ crassa gummi liuerunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt.

*Leui.* Columella, Si rectè leueris, *in dolium quinquagenarum pedum quatuor satis erit.*

*Linere,* Infignire, *&* quasi liniẽdo *&* poliendo exornare. Cic. *ad Qu. frat. lib.* 2. 13. 2, Lucretij poemata (*ut scribis*) lita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. id est, insignita, *&* quasi fucata. Ex uetusto exẽplari legitur non ita.

*Carmina linenda cedro.* Horat. *de Arte,* 67.

¶ *Litus, lita, litum* (ἀπαλφθεὶς) Maculatus, inspersus. Virgil. 4. *Georg.* 20,

Ardentes auro, *&* paribus lita corpora guttis.

¶ *Litura, lituræ, pen. prod.* (ἀπαλφὴ) Superinductio *&* complanatio, deletio: fit, quũ superinducto atramento, alioúe liquore, scripturam uel picturam destruimus. Cicer. 3. Verr. 65, Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. Ouid. epist. 3. 1,

Quascunq; ofspicies, lachrymæ fecêre, lituras. Martial. *lib.* 4. 10,

Non possunt nostros multæ Faustina liturę
Emendare iocos: una litura potest.

*Cæcæ liturę.* Ouid. epist. 11. 1.

*Multa litura coercuit carmen.* Horat. *de Arte,* 60.

*Contemplari liturας codicis.* Vide Contemplor.

*Facta litura admonitu tuo.* Ouid. 2. *de Ponto, eleg.* 4. 4.

*Suffusas liturας habet littera.* Ouid. 3. Trist. *eleg.* 1. 3.

*Litura, pro* Linitione, *uel* Linimento. Colum. *lib.* 4. *cap.* 24. 5, Solem etiam *&* pluuias arcet eiusmodi litura.

Litus] *huius litus,* Verbale. Plin. *lib.* 33. *ca.* 6, Vsus eius ad collyria, *&* litu ad muliebrium cicatricum fœditates tollẽdas.

Linostrophon] *pen. corr.* Herba, quæ aliàs *marrubium* dicitur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 22, Marrubium pleriq; inter primas herbas commendauere: quod Græci prasion uocant, alij linostrophon. Vulgò nomen retinet.

Linozostis] Herba, quæ aliàs Mercurialis dicitur, teste Plinio *lib.* 25. *cap.* 5.

Linquo] *linquis, liqui, lictum,* secundum Priscianũ (λείπω) *linquere,* idẽ quod Relinquere, *&* deserere. Virg. eclog. 1. 1,

—*&* dulcia linquimus arua.

Cicero pro Plancio, 20, Minturnenses coloni quidem, *&c.* quòd C. Marium, linquentem terram eam quam seruauerat, lachrymis, uotisq; omnibus prosequuti sunt, æterna in laude uersantur.

*Hospitium linquere.* Virg. 3. Aeneid. 13.

*Laborem longum linquere.* Virg. 3. Aeneid. 32.

*Mensas linquere.* Catul. *in* Carm. nup. 57.

*Animas linquebant.* Virg. 3. Aeneid. 28.

*Lumina uitalia linquere.* Cicero 1. de Diuin. 34. Ex quodam poeta.

*Promissa linquere.* Catull. Argon. 59. 12.

*Linquẽtem animum reuocare.* Curtius, Quem ut inijcere corpori suo manus sensit (credo ultimi dedecoris indignitate commotus) linquentem reuocauit animum, *&* nudũ hostis latus subiecto mucrone hausit. Budæus. Vide Animus.

*Linqui animo.* Sueton. Extremo tempore repentè animo linqui solebat. Budæus.

¶ *Linquendus* (λειπτέος) Ouid. 13. Metam. 15,

—utq; reliquit
Sic linquendus erat.

Linteārius, Linteatus, Linteo, Linteolum] Vide Linteum.

Linter] *lintris, m. g. & frequentius fœm.* (σκάφη) Nauicula è caua arbore facta. Cæs. 7. bell. Gall. 235, Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Liu. 1. bell. Pun. 96, Itaq; ingens coacta uis nauium est, lintriumq; temerè ad uicinalem usum paratarum. Cic. de clar. Orat. 114.

*Exiguus linter.* Tibull. *lib.* 2. *eleg.* 5. 7.

*Cauat arbore lintres.* Virg. 1. Georg. 53.

*Conuehere lintribus aliquid in.* Cic. pro Milone, 55.

*In liquida nat tibi linter aqua.* Tibull. *lib.* 1. *eleg.* 5. 15.

*Transuecti amnem lintribus.* Claud. 1. Panegy. 41.

*Seruabit plenis in lintribus uuas.* Tibullus libro 1. elegia 5. 5.

¶ *Lintrarius,* Qui lintri præest, apud Vlpi. *l.* 1. §. *de exercitoribus. ff. nautæ, caupones, stabularij, ut recepta restituant.*

Linternum] λέντερνον, Campaniæ uicus, ubi Scipio Africanus inuidiæ cedens obijt, ac sepultus est.

*Lentiscifērum Linternum.* Ouid. 15. Metam. 143.

*Paluștre Linternum.* Silius *lib.* 8. 106.

¶ *Linternus,* Adiectiuum (λέντερνος) ut, Palus Linterna. Silius *lib.* 7. 56.

Linternus] λάντερνος, Bocatio Campaniæ fluuius est, haud longè à Vulturno fluuio *&* oppido.

Linteum] *lintei, neu. gene.* (ὀθόνιον, σινδὼν, προσώνη) à Lino fit, Pannus lineus, *&* sudarium, et quo in balneis utimur, *&* alijs negocijs ad extergendum. Marti. *lib.* 14. 56,

Non tã sæpe teret lintea fullo tibi. Cic. pro Rab. Posth. 24, Auditæ uisæq; merces fallaces quidem *&* fucosæ, chartis *&* linteis *&* uitro delatæ.

*Conuersa domum dare lintea,* Renauigare domum. Horatius Epod. 16. 6.

*Tepefacere linteum.* Celsus *lib.* 3. *cap.* 6.

*Lintea,* Quæ sunt idonea ad spectantium umbracula. Vndè legimus, Cæsarem totum forum linteis adumbrasse.

*Lintea,* Vela quibus utuntur nautæ. Virg. 3. Aeneid. 138.

—certum est dare lintea retrò.

*Caua lintea.* Valer. 4. Argon. 17. Vide Cauus.

*Orba lintea uentis.* Ouid. 13. Metam. 39.

*Linteatos uocare possumus sacerdotes linteis indutos.* Senecà de Vita beata, Quum linteatus senex Iurum *&* medio lucernam die proferens, conclamat iratum esse aliquem deorum, concurritis.

¶ *Linteārius,* Adiect. ut negociatio linteāria. Vlpia. in *l.* procuratoris. §. si plures. *ff. de trib. act.* Duas negociationes exercebat, puta sagariam *&* linteariam.

¶ *Linteolum, penu. corr.* Diminutiuum (προσώνιον) Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. 7, Distillationem narium discutit tusum, in linteolo olfactum. Plaud. Epid. 5. 47,

Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium.

Colum. *lib.* 6. *cap.* 16. 1, Præfractis tornibus linteola sale atq; aceto *&* oleo imbuta superponuntur.

¶ *Linteus,* Adiect. (ὀθόνιος) ut Lintea uestis, Lino compacta *&* contexta. Cic. 7. Verr. 114.

*Linteæ candidæ tunicæ.* Liu. 9. *ab Vrbe,* 209.

*Lintei libri,* Qui lino fiebant, siue qui in linteis uice chartæ erant scripti: cuiusmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liu. 4. *ab Vrbe,* 37, Licinius Macer author est, *&* in fœdere Ardeatino, *&* in linteis libris ad Monetæ inuentos: Ibidem, 60:

Plin.

Digitized by Google

Plin.lib.13.cap.11.53, In plumbeis linteisq; uoluminib. scriptitatum constat.

¶ Linteatus, τροβωπιλωτὸς, Linteo indutus. Liu. 10. ab Vrbe, 191, Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.

¶ Linteo, linteonis (ὀθονοποιὸς) Qui texit linteamina pro conficiendis uestibus, ut docet Seruius lib. 7. Aeneid. Plau. Aulul. 19.40,

Aut manulearij, aut myrobecharij,
Propolæ, linteones, calceolarij.

Linum] lini (λίνου) ἀπὸ τοῦ λινέω, antiquo uerbo, quod est Teneo: quia lino omnia tenentur. Plin.lib.10.cap.33.4, Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens.

Seges lini urit campum. Virg.1.Georg.16.

Lini semen. Plin.lib.34.cap.12.11.

Carpere linum. Vide Carpo.

Traijcere duo lina acu. Celsus lib.7.cap.21.

Linum, pro filo. Celsus lib.7.cap.14, A quibusdam tumor ad imum acu traiectatur, duo lina ducentes: deinde utriusq; lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur. Sic sæpe alibi. Aliquando tamen filum pro lino dicit.

Linum crudum. Celsus lib.7.cap.4.

Linum, pro fune nautico. Ouid.3.Fast.118,

Dumq; parant torto subducere carbasa lino.

Linum, pro uerriculo. Virg.1.Georg.29,

— pelagoq; alius trahit humida lina.

Lina pluraliter, pro cassibus quibus feræ capiuntur. Ouidius 3.Metamorph.30,

Lina madent, comites, ferrumq; cruore ferarum.

Ibidem, 31,

Sistite opus præsens, nodosaq; tollite lina.

¶ Lineus, Adiect. (λίνεος, λίνος, λινοῦς) Quod ex lino factum est. Plin. libro 12.cap.6.2, Sed unde lineas uestes faciunt, &c.

Vincula linea. Virg.5.Aeneid.102.

¶ Liniger, penult. corr. Adiectiuū (λινοφόρος) Ouid.1.Metam.150,

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

Isidis sacerdotes intelligit, uestibus lineis indui solitos. Idem 2.Amor.eleg.2.5 Isis linigera.

Grex liniger. Iuuenal.Satyr.6.54.

¶ Linamentum, linamenti (μοχλὸς) Filum quod ex lino uoluendo trahitur, inquit Perottus. Plin. Delphini adipe linamenta accensa excitant uuluæ strangulatu oppressas. Budæus, Linamētum Celsus semper accipit pro penicillo quod uulneri imponitur ex linteolo uel spongia uel lana. Hactenus Budæus. Colum.lib.6.cap.11.

Linamentum demittendum. Cels.lib.8.cap.9.

Superdare linamenta. Cels.lib.7.cap.25.

Linus] λίνος, Thebanus poeta antiquissimus, Apollinis filius, inquit Seruius apud Virgil.ecloga 6.14,

Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor. Hermodotus uerò Platonicus lib. 1. Disciplinarum, dicit hunc Mercurij ex Musa Vraniæ filium, & Thebis genitum. Occubuit in Eubœa, sagitta ab Apolline transfixus.

Lipara] Liparæ, pen.corr. (λιπάρα) Vna ex Aeolijs insulis. Aeoliæ autem dictæ sunt, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat, ut scribit Plinius. Sunt porrò VII: Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, Euonymos. Plinius, Solinus, Strabo.

¶ Lipare, Lipares, pen.corr. Idem (λιπάρα) Claud.5.Panegy. 40.

Ignifluisq; gemit Lipare fumosa cauernis.

Liparensis] Adiectiuum. Cic. Verrina 5. Emit agri Liparensis miseri atq; ieiuni decumas. Sic ibidem frequenter.

Lipara] liparæ (λιπαραὶ) Liparæ, inquit Hermolaus, medicamenta pinguia sunt, & ut Celsus ait, lenia. Plin. lib. 33. cap. 6.10. Addunt & in medicamenta quæ uocant liparas, ad excrescentia ulcerum, &c. Celsus libro 5. Cap. 19. Lenia quoque quædam emplastra sunt, quas λιπαρὰς ferè Græci nominant.

Liparis] Genus lacertorum, teste Plin.lib. 32. cap 11.

Liparis etiam, siue Liparæ, Gemmæ nomē est, quæ suffita ōes bestias euocat, teste Plin. lib. 37. cap. 10.

Liparis] λίπαρις, Plin. lib. 5. cap. 27. Celiciæ fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ. quoniam scribit Vitruuius lib. 8. cap. 3. natantes in hoc flumine, aut se lauantes, non aliter ungi ab ipsa aqua, quàm si oleo aut adipe lauarentur.

Lippus] lippa, lippum (λιμίας) Qui oculos habet lachrymantes, quum putredo ab his defluit. Plaut. Mil.15.15.

—ubi matrem esse aiebat soror?
Cubare in naui lippā, atq; oculis turgidis nauclerus dixit.

Plin. epist. 141. Quas satis acribus oculis, quanquā adhuc lippis, pinguissimas uidi. Horat. 1. Serm.Saty. 3. 5.

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum?

Omnibus & lippis notum & tonsoribus. Horat 1. Serm. Saty. 7. 1. Vide Adagia Erasmi.

Lippa lacuna. Martial. lib. 8.53. In luscum furem.

Lippa ficus, dicta uel quòd succus foliorum eius lacteus lippis prodest: uel quòd dū folia & ramuli truncantur, succum lachrymosum emittant. Martia. lib. 7.19.

¶ Lippitudo] pen. prod. lippitudinis (λόμη, γλήμη) Ipse morbus. Plin.lib.16.cap.37.7. Flos eius contra lippitudinem illinitur. Cicer. ad Atticum, lib. 7.132.2, Sed dictaui propter lippitudinem.

Subire lippitudines. Celsus lib. 2. cap. 1.

Perodiosa lippitudo. Vide Perodiosus.

¶ Lippio, lippis, lippiui, lippitū, pen.prod. (λημάω, γλημάω) lippire, Lippum fieri. hoc est, Marcorem in oculis contrahere. Plin. lib. 28. Oculorum uitia fieri negant, nec lippire eos. qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. ad Att. lib. 7.133.1. Quum leuiter lippirē, has li-

Lippiunt fauces, dixit Plautus Curcul. 7.29, (teras dedi.

¶ Lippitur, pen.prod. Impersonale λημᾶται, Plin.lib.38.cap. 8.6. Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & croci uncia.

Liquamen, Liqueo, Liquesco, Liquefio, &c. Vide Liquo, liquas.

Liquentia] λικοντία, Fluuius Venetiæ post Taruisinum agrum.

Liquet, impersonale, Liquidus, &c. Vide post Liquor, liqueris

Liquor] priore producta, liqueris, penultima correpta Deponens (τήκομαι) liqui, Dissolui. Virgil.1.Georg.9.

Vere nouo gelidus canis quum montibus humor
Liquitur. id est, paulatim defluit, inquit Seruius.

Liquuntur amnes. Virg. 2. Georg. 38.

Aetas liquitur. Lucret. lib. 2.22.7.

Liquentes campi, pro mari, apud Virg. lib. 6. Aeneid. 145.

Mella liquentia. Virg. 1. Aeneid. 88.

Vina liquentia. Virg. 5. Aeneid. 48.

¶ Liquidus, Adiectiuum, penultima correp. (ὑγρὸς, ῥευτὸς) Molle & fluxum propriè dicitur. Plautus Milite,

Liquidius, cultiusq; quàm uentus est Fauonius.

Hæc Nonius. Lucret. lib. 4.253.

Liquidus uenter. Mart. lib. 13.116. hoc est, fluidus & laxus.

Liquidus, Purus. Virg. 4. Georg. 21,

Dulcia

Digitized by Google

Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem. Id est, defæcata, & sine sordibus, inquit Seruius non quæ fluunt: nã mala sunt. Cic. pro Cecinna, 57, Quicquid inde haurias, purum, liquidumq; te haurire sentias. Virgil. 6. eclog. 7.
Et liquidi simul ignis. hoc est, ætherei. Idẽ 2. Georg. 40,
Non liquidi gregibus fontes, sine Pestilentia. Seruius.
Aer liquidus. Virg. 1. Georg. 31.
Aestas liquida. Virg. 4. Georg. 12.
Aether liquidus. Virg. 7. Aeneid. 13.
Liquare aluum. Cels. lib. 4. cap. 4.
Amnis liquidissimus. Ouid. 6. Metam. 80.
Aquæ liquidæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 2.
Auræ liquidæ. Lucret. lib. 5. 43.
Carmen liquidum citharæ. Lucret. lib. 4. 198.
Cælum liquidum. Ouid. 1. Metam. 5.
Colores liquidi. Horat. 4. Carm. ode 8. 2.
Fontes liquidi. Virg. 2. eclog. 12.
Humor liquidus aquarum. Lucret. lib. 1. 71.
Iter liquidum, Iter per aquam. Propert. lib. 3. eleg. 21. 3.
Lumen liquidum. Lucret. lib. 5. 57.
Nubes liquidæ. Virg. 5. Aeneid. 105.
Odor liquidus. Virg. 2. Georg. 83.
Plumbum liquidum. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.
Querela liquida cygnorum. Lucret. lib. 4. 111.
Somni liquidi potentia. Valer. 4. Argon. 4.
Sorores liquidæ. Ouid. 1. Metam. 242. Sic uocat Nymphas amnium.
Liquidissima tempestas cæli. Lucret. lib. 4. 35.
Voces liquidæ auium. Lucret. lib. 5. 277. Virg. 1. Georg. 82.
Liquidus animus & tranquillus. Plaut. Epid. 13. 36.
Mente liquida uidere aliquid. Catul. de Berecynthia, 58. 10.
Liquida uoluptas & libera. Cic. 1. de Finib. 89.
Liquidum auspicium, Optimum. Plaut. Pseud. 11. 72. Vide Auspicium.
¶ Liquidum, Substantiuè (ὑγρὸν) pro aqua. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 11,
Vt tibi si sit opus liquidi non amplius urna
Vel cyatho.
Ad liquidum explorata ueritas. Vide Ad.
Liquidò] pen. corr. Aduerb. (καθαρῶς) Purè & manifestè, inquit Donatus. Terent. Andr. 4. 4. 8,
Quia si fortè opus sit ad herum iurandum mihi
Non apposuisse, ut liquidò posim. Cicer. ad Catonẽ, lib. 1. 5. 6. 2, Gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse quod liquidò ueritati dares.
Liquidò discere aliquid ab aliquo. Liu. 9. bell. Maced. 192.
Liquidò dicere: hoc est, apertè. Cic. 5. Verr. 116.
¶ Liquidè, penult. corr. liquidius, liquidissimè, Idem (σαφῶς) Cicero ad Plancum, libro 10. 10. 1. Liquidius de toto sensu tuo iudicaui.
¶ Liquor, priore correpta, liquoris, masc. gen. (ὑγρασία) Ipse humor liquidus. Plinius lib. 10. cap. 52. 2, Piscium oua ex liquore mollia.
Aquæ effusæ liquor declarat ei admistum esse calorem. Cicer. 1. de Nat. deor. 38.
Blandus liquor amaracini floris. Lucret. lib. 2. 170.
Dulcis, flauusq; liquor mellis. Lucret. lib. 1. 192.
Fluidus liquor. Virg. 3. Georg. 97.
Gelidos haurire liquores. Ouid. 6. Metam. 70.
Leuem fundunt oculi liquorem. Seneca Oedip. 12. 9.
Niueus liquor. Vide Nix.
Liquor oleaceus. Vide Olea.
Perlucidi amnium liquores. Cic. 2. de Nat. deor. 142.
Perspicuus liquor. Ouid. 4. Metam. 60.
Vitigeni liquoris latex. Lucret. lib. 5. 3.
¶ Liqueo, liques, licui (ὑγραίνομαι, μέλδομαι, τήκομαι) liquêre, siue Liquesco, liquescis, liquescere, Liquidum & fluidum fieri, molliscere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 11,
Sic mea perpetuis liquescant pectora curis. Virgil. 8. Aeneid. 90, Vulnificusq; chalybs uasta fornace liquescit. Vbi Seruius, Liquescit, propriè dixit: nam ferrum non soluitur, sed mollescit.
Cera liquescit igni. Virg. 8. eclog. 16.
Silex fornace liquescit. Stat. 3. Sylu. 1. 25.
Mens liquescit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 14.
Liquescere uoluptate, & fluere mollitia: hoc est, mollem esse, & uoluptati deditum. Cic. 2. Tusc. 91.
Liquescere, eleganter pro colari & dilabi: quòd quæ liquida sunt, sic diffluere solent. Vitruuius lib. 8. de aquis.
¶ Liquescens, Participium (τηκόμενος) Liu. 1. bell. Pun. 234, Per nudam infra glaciẽ, fluentemq; labem liquescentis niuis ingrediebatur.
¶ Liquo, liquas, liquaui (μέλδω, τήκω) liquare, Liquidum facere, quũ scilicet aurum uel plumbum dissoluitur. Lucan. lib, 7. 32, —ereptaq; tela liquauit. Plin. lib. 15. cap. 62, Vt fratres & amurca liquentur. Cic. 2. Tusc. 45,
Ex quo liquatæ solis ardore excidunt
Guttæ. Ex Aeschylo.
Mella liquata expressis fauis. Ouid. 4. Fast. 30.
Liquare aluum. Celsus. lib. 4. ca. 4, Liquanda aluus, interdum etiam ducenda. Quo ex loco intelligendum est, liquidam aluum appellari, quæ fluida est & libera, neq; astricta: ducta autẽ aluus, quæ liberius fluit quàm natura patiatur, & multum soluta est.
Vina liquare. Horat. Vina, inquit, liques. Vbi Turnebus, Id ex antecedente consequens significat: id est, uinum bibas, & tibi indulgeas: ex antiquorum consuetudine, qui uinum ut defæcarent, & liquidius redderent, minusq; nocens, fractis uelut uiribus, antequam biberent, colo transmittebant. Tertullianus, Conquirito altilium enormem saginam, defæcato senectutem uini. Hæc ille.
¶ Liquamen, pen. prod. liquaminis (τῆγμα) Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in usum coquinarium seruata ad condiendos cibos. De alijs etiam dici potest, quæ non comeduntur, ut est apud Colum. lib. 7. cap. 4. Succus excocti lupini, ueterisq; uini fæx, & amurca, pari mensura miscentur, eoq; liquamine tonsa ouis imbuitur.
¶ Liquefio, pen. prod. liquefis, penultima indifferente (ἐκτήκομαι, χέομαι) liquefieri, Idem quod liquescere.
¶ Liquefacio, liquefacis, pen. corr. (ἐκτήκω, χέω) liquefacere. Virg. 1. Georg. 95,
Flammarumq; globos, liquefactoq; uoluere saxa. id est, igne soluta: Seruius. Cicer. in Catil. 63, Et statuæ ueterũ hominum deiectæ, & legum æra liquefacta.
¶ Liquefaciens, Participium (ἐκτήκων) Catull. in Gellii, epigr. 85. 1, Omentum in flamma pingue liquefaciens.
¶ Liquefactus, Aliud Participiũ (τετηγμένος) ut Aqua liquefacta. Cic. 2. de Nat. deorum, 38.
Coagula liquefacta lacte. Ouid. 4. Fast. 109.
Glacies liquefacta Noto. Claud. de crystallo, 24. 2.
Medullæ tabe liquefactæ. Ouid. 9. Metam. 35.
Membra liquefacta. Silius lib. 1. 36.
Saxa liquefacta. Virg. 1. Georg. 95.
Viscera liquefacta. Virg. 4. Georg. 111.
Vnda liquefacta. Ouid. 3. Metam. 98.
¶ Liquet, Impersonale (δοκεῖ, φανερόν ἐστι, ἀναμφίβολόν ἐστι) constat, manifestum, & certum est. Quoniam, quæ



Digitized by Google

quæ reſoluuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. Terent. Eunuch. 2. 3 39,

Idam liquet mihi deierare his menſibus, &c. Cicero 4. Acad. 167, Si habes quod liqueat, neque reſpondes, ſuperbis.

Liquet inter nos, Compertum habemus & certum. Cicer. 1. de Nat. deorum, 100.

Non liquere de cauſa, dicebant ueteres, quando probationes et argumenta non ſatis erant idonea ad dijudicandam cauſam. Cic. pro A. Cluent. 60, Deinde homines ſapientes ex uetere illa diſciplina iudiciorum, qui neq; abſoluere hominem nocentiſſimum poſſent, neq; eum de quo eſſet orta ſuſpicio, pecunia oppugnatũ, re illa incognita primò condemnare uellent: non liquere dixerunt. Ibidem, 85. Budæus. Paulus in l. Pomponius. ff. de re iudic. Pomponius lib. 38. ad Edictũ ſcribit, Si uni, &c. Vlpianus de arbitris, in l. idem Pomponius. Proinde ſi fortè urgeatur à Prætore ad ſententiam, æquiſſimum erit, ſi iuret ſibi de cauſa nõdum liquere, ſpacium ei ad pronunciandum dari.

Lira] lirę, priore producta. Columella lib. 11. cap. 3, Eſt autẽ lira, ſimilis ei porcæ quam in ſationibus campeſtribus ruſtici jãciunt, ut uliginem uitent. Idem lib. 2. ca. 4, Liras autem ruſtici uocant eaſdem porcas, quum ſic aratum eſt, ut inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedẽ frumentis præbeat.

¶ Liro, liras, lirare, Liram facere, Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 29. 2, Tertiò, quum arant iacto ſemine, boues litare dicuntur: id eſt, quum rabellis additis ad uomerem, ſimul & ſatũ frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, quo pluuia lis aqua delabatur. Colum. lib. 11. cap. 2. 38.

¶ Liratim, pen. prod. Aduerbium, Per liras. Colum. lib. 11. cap. 3, Habet enim uitis allium plures cohærentes ſpicas: eaq; quum ſint diuiſæ, liratim ſeri debent, ut in pulumis poſitæ, minus infeſtentur hyemis aquis.

Lirimiris] λειμιγὶς, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, uulgò Mulheim.

Lirinus] Vide Lilium.

Liris] λέγις, Fluuius Campaniæ, Minturnas præterfluens: qui & Glanicus. Vulgò Garilianus. De hoc Ptolemæus libro 3. cap. 1.

In Lirem præcipitat Fibrenus. Cic. 2. de Legib. 11.

Lis] litis, fœm. gen. (ἐρις, ἄιτος) A' limite dicta eſt, quod primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.

Iurgium & Lis hanc habent diſtantiam: quòd iurgium leuior res eſt. Marcus Tul. de Repub. lib. 4, Admiror nec rerum ſolum, ſed uerborum etiam elegantiam. Si iurgant, inquit, bonorum, concertatio, non lis: inimicorum, iurgium dicitur. Et in ſequẽti, Iurgare igitur lex putat inter ſe uicinos, non litigare. Nonius.

Iudex de lite iocoſa. Ouid. in Ibin, 53.

Cupidus litium & rixæ. Horat. 3. Carm. ode 14. 6.

Creare & ſerere lites. Vide Creo.

Exorta lis. Stat. 2. Achil. 68.

Dirimere litem. Ouid. 1. Metam. 5.

Litis nomen, ut uult Vlpianus in l. litis. ff. de uerb. & rer. ſignific. actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit.

Litis conteſtatio eſt hincinde apud iudicem negocij principalis facta narratio, inquiunt Iuriſconſulti. Cic. Attico, lib. 16. 339. 3, Poſſumus enim, ut ſponſores appellentur, procuratorem introducere: neq; enim illi litem conteſtabuntur. quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari. Lis conteſtata dici poteſt iudicio iam conſtituto, hoc eſt, dijudicatis ac diſceptatis præſcriptionibus litis auſpicatũ morantibus. Vide Conteſtari litem.

Inſtrumentum litis à Quintiliano dicitur, quod nos productionem uocamus. Quint. lib. 12. cap. 8, Ideoq; opus eſt intueri omne litis inſtrumentum: quod uidere non eſt ſatis: perlegẽdum erit. Nam frequentiſſimè aut non ſunt quæ promuntiabantur, aut minus, &c.

Forum orbum litibus. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.

Medullæ litium. Quint. lib. 2. cap. 1. 8.

Hæreditariæ lites. Quint. lib. 3. cap. 10. 3.

Noſtra omnis lis eſt. Vide Noſter.

Pecuniaria lis. Quint. lib. 6. cap. 1. 37.

Accipere litem. Vide Accipio.

Aeſtimare litem. Cic. pro Cluent. 91. Vide Aeſtimo.

Agere litem aduerſus aliquem. Quint. lib. 6. cap. 1. 37.

Amittere litem. Vide Amitto.

Auferre litem. Vide Aufero.

Lite cecidiſſe dicitur (inquit Feſtus) qui eius rei de qua agebat, cauſam amiſit. Cic. & Plautus, Litem perdere, dixerũt.

Coire in lites. Vide Coeo.

Componere lites inter aliquos. Virg. 3. eclog. 22.

Concire lites. Vide Concio.

Conferre lites, Rixari. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 11.

Conſtituere ſummã totius litis in re aliqua. Vide Conſtituo.

Conteſtari litem. Vide Conteſtor.

Contrahere lites. Vide Contraho.

Dijudicat lis. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.

Diſcernere litem aruis. Virg. 12. Aeneid. 180.

Litem dare ſecũdum tabulas alicuius. Cic. pro Roſc. Comœd. 2.

Litem ſuam facere dicitur iudex, quum dolo in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere uidetur, ſi euidẽs arguatur eius gratia, uel inimicitia, uel etiam ſordes: ut ueram æſtimationem litis præſtare cogatur. Vlpianus in l. ſi filiusfamiliãs. ff. de iudicijs.

Ire in litem. Ouid. 6. Faſt. 18.

Facere litem. Quint. lib. 3. cap. 11. 16.

Litem ſuam facere, Litis cauſam ſuſcipere & tanquam ſuã defendere. Cicer. lib. 2. de Oratore, 168, Quid? ſiquæ uitia aut incommoda ſunt in aliquo iudice uno, aut pluribus, ea tu in aduerſarijs exprobrando, non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum eſt? quid? ſi quum pro altero dicas, litem tuam facias: aut læſus efferare iracundia, cauſam relinquas, nihilne noceas? Id eſt, ſi ita agas, ut non alienam cauſam, ſed tuam agere uidearis. Gell. lib. 9. Budæus.

Generare litem. Quint. lib. 7. cap. 4. 5.

Litem habere cum aliquo. Cic. 4. Acad. 174.

Atris litibus implicitus. Horat. de Arte, 86.

Nouas incidere lites. Virg. 9. Aeneid. 2.

Litem capitis in aliquem inferre. Cic. pro Cluent. 91.

Inſtruere litem. Vide Inſtruo.

Intendere litem alicui. Cicero libro 1. de Oratore, 122. Vide Intendo.

Iurare in litem. Vide Iuro.

Periculo litium ſe liberare. Cic. 3. Verr. 68.

Iniqua lite morari aliquem. Horat. 2. epiſt. 2. 4.

Litem perdere. Cic. 1. de Orat. 8.

Litem lite reſoluere. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 21.

Magnæ ſecantur iudice lites. Horat. 1. epiſt. 17. 9.

Adhuc ſub iudice lis eſt. Horat. 1. de Arte, 16.

Suſcipere litem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 48.

Arbitrium litis traijcere in aliquem. Ouid. 12. Metam. 126.

Litem in rem ſuam uertere dicitur iudex, Rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi: quod eſt, quum iudex ita cum litigatorib. agit, ut ei iure ſuo cedant. Liu. lib. 3. ab Vrbe cond. circa finem, Orare ne peſſimũ facinus peiore exemplo admitterent iudices, litem in ſuam rem uertendo. Budæus.

Litem,

*Litem*, pro Discrepantia & confusione quarumcunq; rerum, etiam inanimatarum, posuit Ouid. 1. Metam. 5.

Hanc deus, & litem melior natura diremit. De Chao.

¶ *Litigo, litigas*, pen. corr. (ἐρίζω, ἀμφισβητῶ, διαφέρομαι) litigare, Quasi litè agere, disceptare, contendere. Plaut. Rud. 24. 16, Qua de re nunc litigatis inter uos? Cic. 3. Philip. 368, Hic tum C. fratre putat se litigare.

¶ *Litigium, litigij* (ἔρισμα) Plaut. Casin. 13. 31,

Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos. Plin. lib. 37. cap. 10. 39, Siderites ferro similis, & litigio illata discordias facit.

¶ *Litigiosus*, pen. prod. Adiect. (ἐριστικὸς) Qui frequens in litibus uersatur, uel qui quauis de causa litem facit. Cicer. 1. de Orat. 133, Vereris ne tua domus talis & uiri & ciuis si à litigiosis hominibus non colatur, à cæteris deseratur? Idem pro Murena, 23, Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat.

*Litigiosa* disputatio. Cic. 5. de Finib. 133.

*Dominus litigiosus*. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 57.

*Fora litigiosa*, Plena litibus. Ouid. 4. Fast. 38.

*Ager litigiosus*, De quo litigatur. Ouid. 2. Fast. 132.

*Litigiosa iuris ignoratio*, potius quàm scientia. Cic. 1. de Leg. 26.

¶ *Litigator*, pen. prod. *litigatoris*, Verbale (ἐριστὴς) Qui litigat: cuius fœmininum est Litigatrix. Cic. pro Domo sua, 89, Emit domum litigatoribus defatigatis, propè dimidio carius quàm æstimabat.

Rusticus illiteratusq; litigator. Quint. lib. 2. cap. 21. 1.

Lissus] Λισσὸς, Ptolemæo, Dalmatiæ urbs: hodie Alexium.

Lisus] Fluuius est Thraciæ. Ad hunc quum uenisset Xerxes, rex Persarum, cum exercitu, non sufficiens ad potum defecit. Vnde ait Iuuenalis Satyr. 10,

—epotaq; flumina Medo
Prandente.

Litatio] Vide Lito.

Litera] *literæ*, pen. corr. (γράμμα) in singulari & plurali, significat elementum, ut a, b. Cic. pro P. Sylla, 34. Literæ posteritatis causa repertæ sunt. Idem 3. de Orat. 26, Vt totam literam tollas, & e plenissimum dicas.

*Caducæ literæ*. Vide Caducus.

*Immutatis literis*. Vide Immuto.

*Literæ maximæ*. Cic. 4. Ver. 110.

*Literæ minutæ, et maximæ, cõtraria*. Vide diminut. Literula.

*Preformatæ literæ*. Quint. lib. 5. cap. 14. 24.

*Litera salutaris*. Vide Salutaris in Salus.

*Affigere literas alicui*. Quint. lib. 1. 19.

*Dicere literam*. Quint. lib. 1. cap. 4. 11. Vt pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet.

*Imprimere literam humi*. Vide Imprimo.

*Inspirare alicui literæ*. Vide Inspiro.

*Intexere literas uestibus*. Vide Intexo.

*Ordinare literas syllabarum*. Vide Ordino in Ordo.

*Litera, dicitur quasi legitera, eo quòd legenti præbeat iter*. Vel quòd in legendo iteretur, ut ait Seruius. Vel à lituris, quòd scripta deleri possit: quia in ceratis tabulis plerunque antiqui scribere solebant, & inde delebãt. Vel à lino, linis, quòd in scribendo illinitur, id est, leniter inducitur atramentum.

*Literam longam facere*, pro Laqueo uitam finire, quòd laqueus similitudinem literæ habeat: uel potius, quia suspensi corpus rectum, & pedes porrecti, speciem habent L literæ. Plautus Aulul. 4. 38,

Trium literarum homo: id est, Fur. Plaut. Aulul. 9. 46,

—tu trium literarum homo
Vituperas me? A. etiam fur trifurcifer.

*Ad literam, idem quod ad uerbum, & quod barbari literaliter dicunt*. Quint. lib. 9. cap. 1. Vide Ad.

*Litera, Scriptura*. Cicero 3. Verr. 64, Quũ ad H—SXXD quinquies redisse constaret, ut Romam redijt, nullam literã pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. id est schedulam, nullam scripsit qua testaretur & agnoscere se accepisse pecunias, uina, & similia.

*Literis mandare*, pro Scribere. Plin. lib. 9. cap. 8. 5. Cic. 4. Acad. 5, Itaq; ut literis consignamus, quæ monumentis mandare uolumus. Vide Mando.

*Commendare literis*. Vide Commendo.

*Consignare literis*. Vide Consigno.

*Tradere aliquid literis*. Quint. in Procem. lib. 1. 3.

*Literæ, literarum*, pluraliter tantùm, pro Epistolis accipitur. Cicer. Attico, libro 13, Hodie tuas literas expectabamus matutinas.

*Literæ de Britannia*. Cic. Qu. frat. lib. 2. 16. 13.

*Litera in singulari*, pro Epistola, apud poetas quãdoq; legitur. Ouid. 3. epist. 1,

Quam legis, ab rapta Briseide littera uenit.

*Littera arcana*. Ouid. 9. Metam. 104.

*Deducta mero littera*. Ouid. 16. epist. 18.

*Infelix littera, Quæ infaustum aliquid nunciat*. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 1.

*Lecta littera*. Ouid 20. epist. 48.

*Nuncia littera*. Ouid. 6. epist. 2.

*Scripta littera*. Ouid. epist. 5. 6.

*Tristis littera*. Ouid. 1. de Arte, 97.

*Litera, pro scribentis manu*. Cic. Attico, libro 7. 122. 3, Nam Alexidis animum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ, manum non amabam: quòd indicabat te non ualere.

*Litera, pro paucis uerbis, uel epistolio*. Cic. ad Atticum, lib. 13. 290. 5, Neq; inde uenit, ut mallem, neq; diu obfuit, neque ullam literam ad me.

*Nullam literam scripsi*: pro nihil scripsi. Cicer. pro Archia, 13. & 2. de Orat. 43, De frangendis cupiditatibus, confirmandis hominũ moribus, literam eorũ libris nulla inueniretur.

*Accuratæ literæ*. Vide Accuro.

*Ardentes literæ*. Vide Ardeo.

*Atroces literæ*, Vide Atrox.

*Compositissimæ literæ*. Vide Compono.

*Contumeliosæ in aliquem literæ*. Vide Contumelia.

*Crebræ literæ*. Vide Creber.

*Inconstantes literæ*. Vide Inconstans.

*Laureatæ literæ*. Liu. lib. 5. Decad. 5.

*Lepidæ literæ*. Vide Lepidus.

*Liberiores literæ*. Vide Liber.

*Properæ literæ*. Tacit. lib. 1.

*Mutum à literis tempus*. Vide Mutus.

*Accire properis literis*. Vide Accio.

*Accipere literas*. Vide Accipio.

*Accommodare literas ad rem aliquã*. Vide Accommodo.

*Affluunt literæ*. Vide Affluo.

*Afferre literas*. Vide Affero.

*Aperire literas*. Vide Aperio.

*Appellare literis quempiam*. Vide Appello.

*Assequi literas*. Vide Assequor.

*Cantant literæ*. Vide Canto.

*Castigare literis*. Vide Castigo.

*Cognoscere ex literis*. Vide Cognosco.

*Colloqui per literas*. Vide Colloquor.

*Commeant literæ*. Vide Commeo.

*Committere literas*. Vide Committo.

*Componere literas*. Vide Compono.

Deferre literas alicui & ad aliquem. Vide Defero.
Auidè expectare literas amici. Vide Auidus.
Intercipere literas. Vide Intercipio.
Mittere literas. Vide Mitto.
Mittere obuiam literas. Vide Mitto.
Monere literis. Vide Moneo.
Obsignare literas. Vide Obsigno.
Perferre literas. Vide Perfero.
Literæ publicæ, quæ barbari Registra uocant. Cic. 3. Verr. 63. In literas publicas retulerunt.
Corrumpere literas. Vide Corrumpo.
Literæ, pro Edicto & mandato magistratus. Cic. 7. Verr. 45, Cedo mihi eiusdem Prætoris literas, & rerum decretarum, & frumenti imperati. Budæus.
Flammauêre insuper allatæ à Vespasiano literæ. Tacit. lib. 20.
Literæ, Authoritates scriptæ. Cic. 3. Verr. 10, Quo in negocio industrium meam celeritas reditionis, diligentiam multitudo literarum, & testium declarauit.
Condere literas in ærario. Vide Condo.
Perscrutari literas. Vide Perscrutor.
Manifestas literas quæro. Vide Manifestus.
Literæ, instrumenta, documenta, monumenta. Cic. pro Quintio, 20, In Galliam ad te ipsum uenit, in agrum communem: eò deniq;, ubi non modò res erat, sed ratio quoq; omnis, & omnes literæ. Literas uocat, societatis rationes, & scripturã seu perscriptiones & tabulas. Budæus.
Literæ, pro Scientijs & disciplinis, quæ literarum monumentis continentur. Cicer. Luceio, lib. 5. 15. 6, Quod enim esse poterat mihi profugium spoliato & forensibus, & domesticis ornamentis, atque solatijs? literæ credo, quibus utor assiduè.
Literæ & studia. Cic. ad Att. lib. 4. 85. 14.
Nullis literis uir. Vide Nullus.
Infœlices literæ. Quintil. in proœm. lib. 6. 4.
Literæ interiores. Cic. Volumnio, lib. 7. 34. 5.
Literæ recondutæ. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 11.
Vulgares, & Interiores, siue reconditæ literæ, contraria. Cic. de claris Orat. 144.
Abdere se literis. Vide Abdo.
Alienus à literis. Vide Alienus in Alius.
Assidere literis. Vide Assideo.
Literas attingere: id est, Tractare, & uersari in studijs literarũ. Cic. ad Tironem, lib. 16. 14. 2.
Attingere leuiter literas. Vide Attingo.
Deditus literis à pueritia. Vide Dedo.
Eruditus literis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 27.
Imbutus leuiter literis. Quint. lib. 1. cap. 2. 12.
Initiatus literis. Vide Initium.
Instituere aliquem literis. Quint. lib. 1. cap. 1. 11.
Inuoluere se literis. Vide Inuoluo.
Perdiscere literas. Vide Perdisco.
Versari in studio literarum. Cic. de Arusp. resp. 16.
Literæ, Scripta. Cic. ad Atticum, De Crasso qui mihi eam laudem eo minus deberet, quòd meis omnibus literis in Pompeiana laude esset perstrictus.
Mea manu literæ. Vide Meus.
¶Literula, literulæ, pen. corr. Diminutiuũ (γραμμάτιον, γραμματίδιον) Cic. 6. Verr. 83, Signum Apollinis pulcherrimũ, cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. Idem ad Tironem, lib. 16. 13. 3, Accepi tuam epistolam uacillantibus literulis.
Literulæ, Epistolium. Cicer. ad Attic. lib. 12. 232. 1, Verbale die postquam à te discesseram, hoc literularum exaraui.
Literulæ, pro studijs. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 12. 3, Literulæ meæ meæ siue nostræ tui desiderio oblanguerunt.
Græcis literulis imbutus. Horat. 2. epist. 2. 2.
¶Literatus, pen. prod. Adiect. (παιδευτὸς) Literis ornatus, eruditus, doctus. Cic. 3. Verr. Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Plautus Rud. 12. 20.
Nam hæc literata est, ab se cantat cuia sit. Cic. de Nat. deorum, 29.
Viri literati, ac studijs, doctrinisq; dediti. Cic. pro Corn. Balb. 1.
Literatus & disertus fuit. Cic. de clar. Orat. 4.
Literatus, cui aliquid superscriptum & insculptum est. Plaut. Rud. 2. 4. 114, In eo ensiculo literarum quid est?
Idem Pœn. 1. 4. 14,
Haud secus tu uideas literatas ibi epulas,
Pice signatas, nomine insunt cubitum longis literis.
Literarũ ocium. Cicer. 5. Tuscul. 149. id est, in quo literis damus operam.
¶Literatè, pen. prod. Aduerbium (παιδευτῶς) Doctè, eruditè, eleganter. Cic. in Pisonem, 48, Quas rationes si cognôris, intelliges nemini plus quàm mihi literas profuisse: ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, ut scriba, &c. Idem de claris Orat. 55, Iisdemq; temporibus L. Furius Pilus perbene Latinè loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri.
¶Literarius, Adiectiuum (γραμματικὸς) Quod ad literas pertinet: unde Ludus literarius. Plin. lib. 9. ca. 8. 4, Ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, & c. id est, in schola. Quint. lib. 1. cap. 4. 20.
¶Literosus, aliud Adiectiuum, Idem quod Literatus. Cæs. Hemina Annal. lib. 4, Homo merè literosus. Nonius.
¶Literator, pen. prod. literatoris (γραμματιστὴς) Qui literas nouit uel docet.
Literator. Suetonius de claris Grammat. cap. 4. b, Nam apud maiores, ait Orbilius, quum familia alicuius uenalis produceretur, non temerè quem non literarum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse: quasi non perfectum literis, sed imbutum.
Literator Sylla. Catul. ad Caluum, epigr. 14. 2.
¶Literatura, literaturæ, pen. prod. (γραμματεία) Ars quæ de literis tractat. Cic. in Partit. 15, Nihil sanè præter memoriã quæ est germana literaturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis. Quint. lib. 2. cap. 14. 3.
Literatura, Literarum cognitio & scientia. Cicer. 2. Philip. 111, Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. de Cæsare.
Lithargyrium] siue lithargyros, pen. corr. (λιθάργυρος) Argenti scoria, in duriciem lapideam compacta: cuius usus est in medicinis, appellantq; pharmacopolæ lithargyron argenti corruptè: ad differẽtiam scoriæ uel spumæ aureæ, quã lithargyron auri nominant. Plin. lib. 26. cap. 9. 7.
Lithocolla] lithocollæ, Glutinum quo lapides coniunguntur, fit enim ex lapide pario, aut marmore, cum taurino glutino. Dioscorides lib. 5.
Lithospermum] λιθόσπερμον, Herba, de qua sic Plinius lib. 27. cap. 11. 4, Vulgus nostrum hanc herbam milium Solis appellat.
Lithostrotos] m. g. & hoc lithostrotum, pen. prod. (λιθόστρωτος) dictio composita ex λίθος lapis, & στρωτὸς, stratus: est locus lapidibus stratus. Lithostrota ex paruulis crustis constabant, quibus solum pauimenti incrustabatur. Varro 3. de Re rust. cap. 1, Quum enim uillam haberes opere tectorio & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam: parum putasses esse, ni tuis quoq; literis exornati parietes essent. Ibidem, cap. 2. 3, Nuncubi hîc uides citrum, aut aurum? num minium, aut armenium? num quod emblema,

Digitized by Google

*emblema, aut litho ſtrotum? Plin. lib. 36. 25. 1.*

Liticen] *Vide* Lituus.

Litigator, Litigioſus, Litigo, Litigiū] *Vide* Lis, *litis.*

Lito] *litas (θύω, καλλιερέω, καθιερεύω, ἱλάσκομαι) litare: & Litor, litaris, litari,* Deponens, *Sacrificio facto deos placare, uotumq; impetrare. Plin. de Viris illuſt. 4. a, Et dum Numam Pompilium ſacrificijs imitatur, Ioui Elicio litare nõ potuit, fulmine ictus cum regia conflagrauit. Cic. 2. de Diuin. 56, Quid quum pluribus dijs immolatur, quì tandem euenit ut litetur alijs, alijs non litetur?*

Inter *Litare & Sacrificare, hoc intereſt, ut ait* Nonius. *Sacrificare, eſt Veniam petere: Litare, eſt Propitiare, & uotum impetrare. Virg. 4. Aeneid. 10,*

*Tu modò poſce deos ueniam, ſacrisq; litatis, Indulge hoſpitio. Seruius, Dijs litatis debuit dicere. Nõ enim ſacra, ſed Deo ſacris litamus, id eſt placamus. Ergo nouè dixit.*

*Paſtor litabat exta ouis. Propert. lib. 4. eleg. 1. 5.*

*Litare uictimas, apud Tranquillum: id eſt, Victimis cæſis litare: ut ait Budæus.*

*Litare, pro Satisfacere. Plin. in Paneg. de ſtatuis, Ergo iſtæ quidem æreæ & paucæ manent, manebuntq;: illæ autem aureæ & innumerabiles, ſtrage & ruina publico gaudio litauerunt. Budæus.*

¶ Litata, *ἱέρεια, ſacra. Virg. 4. Aeneid. 10.*

¶ Litatò, *ἱερέως, eo modo dictum, quo* Auſpicatò. *Liu. 5. ab Vrbe, 169, Non deorum ſaltem, ſi non hominum memores, nec auſpicatò, nec litatò inſtruunt aciem diductã in cornua.*

¶ Litandum *(καλλιερητέον) Virgil. 2. Aeneid. 24.*

*Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum*
*Argolica.*

¶ Litatio, Verbale *(καλλιέρησις) Liuius 7. bel. Pun. 134, Per dies aliquot hoſtiæ maiores ſine litatione cæſæ: diuq; nõ impetrata pax deûm.*

Litura] *Vide* Lino, *linis.*

Litus] *litoris, pen. corr. neut. gen. (αἰγιαλὸς, ἠιών, ἀκτὴ, θίν, ῥηγμὶν) Terra quæ ab aqua tangitur. Dictum, quòd alluitur, uel quòd aqua ad id allidat, uel quòd id aqua elidat: pro prieq; de mari dicitur. Sueton. in Nerone, cap. 27, Diſpoſitæ per litora & ripas diuerſoriæ tabernæ. In carmine ſolet duplici tt ſcribi.*

*Litus, inquit Celſus Iuriſconſultus, l. litus. ff. de uerb. & rerum ſignific. Eſt quouſque maximus fluctus à mari peruenit: idque M. Tullium aiunt, quum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe.*

*Litus, de fluminibus etiam dicitur. Virg. in Diris, 11,*

*Littora quæ dulcis auras diffunditis agris. Quum de Mincio loqueretur. Idem 7. Aeneid. 160. Idẽ 8. Aeneid. 17.*

*Litus, Terra mari uicina: inquit Seruius. Virg. 4. Aeneid. 43,*

*—cui littus arandum. Plinius lib. 9. cap. 57. 2, Caſernasq; faciat ſibi in terra, atq; in ijs uiuat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore.*

*Litus & Ripa, pro eodem accipi uidentur apud Columellam, lib. 1. cap. 5, Villa ſemper mare rectè conſpicit, quum pulſatur, ac fluctu reſpergitur, nunquam ex ripa, ſed paulum ſummota à litore.*

*Littus albicans, pro mari poſitum. Catul. de Berecynt. epigr. 58. 18.*

*Aprica litora. Vide* Apricus.

*Arenoſum littus Libyæ. Virg. 4. Aeneid. 52.*

*Bibulum littus. Ouid. epiſt. 16. 28.*

*Breue litus & incertum. Tacit. lib. 14. Et lib. 5. Breuia litorum nudantur.*

*Curuum. Virg. 3. Aeneid. 4. Vide* Curuus.

*Denſum. Ouid. 2. Metam. 114.*

*Deſerta littora. Virg. 3. Aeneid. 25.*

*Dira littora. Virg. 7. Aeneid. 5.*

*Flauum littus. Ouid. 15. Metamorph. 145. Flauum uocat, propter arenam.*

*Fluctifragum littus. Lucret. lib. 1. 61.*

*Fruticoſa littora calcare. Ouid. epiſt. 2. 25.*

*Incluſa littora. Virg. 5. Aeneid. 30.*

*Littoris incurui bibulam lauit æquor arenã. Lucret. lib. 2. 76.*

*Inhoſpitale littus. Vide* Inhoſpitus.

*Inhoſpita littora. Lucan. lib. 1. 75.*

*Iniquum littus. Horat. 2. Carm. ode 10. 1.*

*Innocuum littus. Virg. 7. Aeneid. 4.*

*Iuncoſa littora. Ouid. 7. Metam. 47.*

*Lætiſſima littora myrtetis. Virg. 2. Georg. 24.*

*Lata littora. Ouid. epiſt. 2. 25.*

*Nuda littora. Senec. Agamem. 6. 9.*

*Percuſſa fluctu littora. Virg. 5. eclog. 17.*

*Porrecta littora. Ouid. epiſt. 10. 19.*

*Procurua littora. Virg. 5. Aeneid. 159.*

*Raucum littus. Stat. lib. 5. Theb. 59.*

*Scelerata littora. Ouid. 13. Metam. 127.*

*Siccum littus. Virg. 3. Aeneid. 27.*

*Sinuoſa littora blando anfractu. Valer. lib. 2. Argon. 90.*

*Spumoſa littora. Catul. Argon. 59. 24.*

*Vdum littus. Horat. 1. Carm. ode 32. 2.*

*Applicare puppim littori. Senec. Herc. fur. 9. 31.*

*Arare littora. Vide* Aro.

*Contingere littus. Lucan. lib. 8. 7.*

*Anguſto littore diductas urbes interluit pontus. Virgil. lib. 3. Aeneid. 84.*

*Fluctus feriunt littora. Virg. 2. eclog. 8.*

*Nudare littora. Vide.* Nudus.

*Petere littora curſu. Virg. 1. Aeneid. 33.*

*Radere littus. Virg. 7. Aeneid. 2.*

*Clauum torquere ad littora. Virg. 5. Aeneid. 36.*

*Tunditur littus unda. Catul. ad Furium, epig. 11. 1.*

*Diſcretum eſſe regionibus littoribusq;. Quint. lib. 5. ca. 10. 15.*

¶ Litoreus, Adiectiuum *(αἰγιαλῖτης) Quod eſt litoris, & ad litus pertinet.*

*Arena littorea. Ouid. 15. Metam. 145.*

*Arx littorea. Stat. 2. Achill. 6.*

*Littoreæ aues. Virg. 12. Aeneid. 50. Seruius, paluſtres.*

*Cancer littoreus. Ouid. 10. Metam. 26.*

*Littorea domus, quæ in littore, aut iuxta littus conſtructa eſt. Martial. lib. 10. 58.*

*Ilex littorea. Virg. 3. Aeneid. 78.*

*Myrtus littorea. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7.*

¶ Litoralis, *& hoc litorale, pen. prod. (ἀκταῖος) Idem: ut,*

*Dij littorales. Catul. de Phaſellõ, epig. 4. 5.*

*Litoralis piſcis, In litore uiuens. Plin. lib. 9. cap. 17. 5, Nec litoralibus gratia.*

¶ Litoroſus, pen. prod. Adiectiuum *(αἰγιαλώδης) Plin. lib. 37. cap. 10. 12, Calais ſapphirum imitatur, caudidior, & litoroſus mari ſimilis. hoc eſt, eũ aquæ marinæ colorem referens, qui eſt circa litus.*

Lituus, *litui, m. g. (λίτυος) Gellius lib. 5. cap. 8, Lituus eſt uirga breuis, in parte qua robuſtior eſt, incurua, qua augures uſuntur. Cic. 1. de Diuin. 57, Quid lituus iſte noſter (quod clariſſimum eſt inſigne auguratus) unde uobis eſt traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus (id eſt incuruum, & leniter à ſummo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur, ſimilitudine, nomẽ inuenit) quum ſitus eſſet incuria Saliorum quæ eſt in Palatio, eáq; deflagraſſet, inuentus eſt integer.*



Digitized by Google

teger. Liu. 1. ab Vrbe,76.

Lituus, Genus esse buccinæ incuruæ, scribit Festus, unde nox gracilior exiret. Virg. 6. Aeneid. 34,

Et lituuo pugnas insignis obibat & hasta.

Stridor lituum clangorq; tubarum. Luc. lib. 1. 48.

Acuti litus. Stat. 6. Theb. 46,

Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Terribiles litui. Claud. 8. Paneg. 36.

Iam lituus pugnæ signa daturus erat. Ouid. 3. Fast. 44.

Lituo pugnas obibat. Virg. 6. Aeneid. 34.

Pati lituos. Virg. 3. Georg. 37.

Sonus tubæ permistus litui. Horat. 1. Carm. ode 1. 5.

Strepunt litui. Horat. 2. Carm. ode. 1. 4.

Liticen] luticinis, eâdem forma qua tibicen: à lituo, quòd eo canat, dictũ esse, & ab antiquis usurpatum probat Nonius. quem uide.

Liueo, Liuesco, Liuidus] Vide Liuor.

Liuius] λιούϛ, historicus Patauinus. De hoc Hieronymus ad Paulinum, Ad Titum Liuium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hispaniæ Galliarumq; finibus quosdã uenisse nobiles legimus. Et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Hunc Caius princeps tanquam uerbosum insectabatur. Pollio uerò, tanquam Patauinitatem redolentem. Quintiliano magnopere laudatur: eumq; Herodoto comparat, in concionibus præsertim, suadetq; pueris edisscendum, ut Ciceronis imitatorem. Fuit & alius Liuius Andronicus, Liuij Salinatoris libertus, cuius filios erudijt, ab eodemq; ob ingenium libertate donatus. Author Eusebius. Primus Romæ fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio & M. Tuditano Coss. anno ante natiuitatem Ennij. De eodem scripsit Cicero de claris Orat. 36. Horat. 2. epist. 1. 13,

Non equidem insector, delendaq; carmina Liui
Esse reor.

Liuor] liuoris, mascul. gen. (πελίωμα, σμῶδιξ) Vestigium & nota, quæ fit ex aliqua percussione aut contusione, siue ulcere. Plin. lib. 20. cap. 22. 5, Illinitur & liuoribus sugillatisq; cum melle.

Tumidi liuores. Iuuen. Satyr. 16. 2.

Pressos in artus uenit liuor. Ouid. 10. Metam. 52.

Tumore aut liuore decoloratum corpus mortui si sit, significat eum ueneno necatum. Author ad Heren. lib. 2. 39.

Liuor, Colorem nigriorem significat. Varro, Paulatim liuor in candorem uertitur, & omnis macies è corpore abscedit.

Niger liuor. Ouid. in fragmento 6.

Abit de corpore liuor. Ouid. 2. Trist. 91.

Liuorem contrahere, Nigrescere. Colum. lib. 12. cap. 47. 3.

Liuor, pro inuidia. Lucan. lib. 1. 59,

Liuor edax tibi cuncta negat gentesq; subactas.

Malignitas, & liuor. Tacit. in uita Agricolæ.

Acerbus liuor. Claud. 3. de raptu Proserp. 58.

Edax liuor. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.

Liuor subcruentus. Celsus lib. 5. cap. 18.

Maleuolentia & liuore impediuntur ne quid faciant. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10. 2. Vide Impedio.

—ledere nuuos Liuor, & inuiso carpere dente solet.
Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 15. (15. 8.

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit. Ouid. 1. Amor. eleg.

¶ Liuidus, pen. corr. Adiectiuum (πελιδνὸς, πέλιος) Qui ex percussu carnem nigram habet, fluxione cruoris ad eum locum qui percussus est. Plinius, Tapsiæ succus sigillatis ac liuidis prodest.

Factaq; lasciuis liuida colla notis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 20.

Ora liuida facta digitis. Ouid. epist. 19. 17.

Liuidus. Niger. Virg. 6. Aeneid. 143, —illæ remis uada liuida uerrunt. Seruius. Plin. lib. 16. cap. 15. 2, Cortice liuido.

Brachia liuida armis. Horat. 1. Carm. ode 8. 2.

Racemi liuidi. Horat. 2. Carm. ode 5. 3.

Vorago paludis liuidissima. Catul. ad Coloniam, epig. 17. 3.

Liuidus, Inuidus: quòd qui inuidia laborant, exedentes se dolore, hunc colorem contrahunt. Mart. lib. 1. 125,

Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Inuidus, maleuolus, liuidus. Cic. 4. Tuscul. 42, Ergo inuidi, & maleuoli, liuidi, & timidi, & misericordes, quia proclines ad eas perturbationes, non quia semper feruntur.

Liuidus & mordax. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 19.

Dens liuidus. Horat. Epod. 5. 10.

Obliuiones liuidæ. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.

Turba liuida. Ouid. 1. Fast. 15.

¶ Liuidulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum (ὑποπελιδνὸς) Iuuen. Sat. 11. 11,

Ponebant igitur Tusco farrata catino
Omnia tunc: quibus inuideas, si liuidulus sis.

¶ Liueo, liues (πελιδνόω, πελιδνόομαι) liuere, Atrum esse. Plin. lib. 20. cap. 43. 1, Quidam eodem nomine appellant pustulas liuentes, ac noctibus infestantes.

Libellis impressis liuere. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 9.

Liuent rubigine dentes. Ouid. 2. Metam. 156.

Brachia liuentia. Ouid. 6. Metam. 56.

Crura liuentia compedibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 10.

Genæ liuentes. Stat. 5. Syl. 5. 3.

Planctu liuentes atra lacertos. Lucan. lib. 2. 8.

Nebula liuens. Silius lib. 6. 57.

Pectora liuentia tundunt. Ouid 8. Metam. 108.

Pruna nigro liuentia succo. Ouid. 13. Metam. 175.

Racemi liuentes. Propert. lib. 4. eleg. 2. 3.

Terga liuentia equorum. Silius lib. 7. 138.

Liuere, Inuidere. Pompeius, Malignus homo fortunis aliorũ semper liuens. Mart. lib. 10. 55, Liuet Carinus, rũpitur, &c.

Fata liuentia. Stat. 5. Syl. 1. 22. Magis usitatũ est, Inuida fata.

¶ Liuesco, liuescis (πελιδνόομαι) liuescere, Liuidum fieri & inuidere. Claud. lib. 3. de rap. Proserp. 6,

Haud equidem inuideo: nec enim liuescere fas est,
Vel nocuisse deos.

Digiti liuescunt in pedibus. Lucret. lib. 3. 107.

Lix] licis, fœm. gen. (κόνις) Cinis. Varro apud Plin. lib. 36. cap. 27. 2. Lex cinis est fici. Vel,

Lex, Aqua cineri immista.

¶ Lixiuium, lixiuij, siue Lixiuia, lixiuiæ (κονία) Aqua, in qua lauandi gratia decoctus est cinis. Colum. lib. 12. cap. 16. 3, Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo quod cremauerũt, cinere lixiuium faciant. Legitur lixiuium fœminino genere. sequitur enim, Deinde in lixiuiæ sextarios, &c. Idem lib. 12. cap. 16. 2, In olla noua fictili ampla præparatam lixiuium cineris sarmenti calefieri conuenit, &c.

Lixiuus] Adiectiuum. Scribon. Largus, Hoc teritur ex cinere lixiua. Sic ibidem frequenter.

Lixiuum uinũ (πρόπεπος οἶνος) dicitur à Colum. lib. 12. cap. 41. quod Plinius Protropum uocat. Vide Protropum.

¶ Lixiuius, Adiectiuũ: ut Lixiuius cinis. Plin. lib. 14. cap. 20. 7.

Lixa] lixæ (σκευοφόρος) pluraliter, Lixæ, lixarum, m. gen. sunt (ut scribit Pompeius) qui exercitum sequũtur, quæstus gratiæ dicti, quòd extra ordinẽ sint militiæ, eisq; liceat quod libuerit. Alij eos à Lixa appellatos credunt, quòd & Hercules secutus sit. Quidam à liguriendo quæstum. At Marcellus, Lixam, inquit, aquam ueteres esse dixerunt. unde & lixæ dicti, qui militibus aquã ad castra uel tentoria solent ferre. Perottus lixas affirmat appellatos à cinere. Liu. 9. bel. Maced.

Digitized by Google

*Mac. 3, Itaq; nõ lixa sequebatur, nõ iumentorũ longus ordo agmen extendebat. Idẽ 3. bel. Pun. 71, Impedimenta subsequi iußit, calones, lixasq;, & inualidos milites uallum ferre.*

*Vulgus lixarum. Silius lib. 5. 7.*

¶ *Lixus, lixa, lixum (ἐφθὸς) Quod est coctum cinere olle suppositio.*

¶ *Lixo, lixas (ἐψάω) lixare, Lixum facere.*

¶ *Lixabundus, σπανοφορώδης, Qui exiguæ mercedis gratia uilißimis sese obsequijs immiscet. Plaut.*

*Qui famam tuam lixabundus & nomen fœdas.*

Lixus] λιξὸς, *colonia à Claudio Cæsare facta in Mauritania, uel fabulosißimè ab antiquis narrata. Ibi regia Antei, certamenq; cum Hercule, & Hesperidum horti. Affunditur autẽ huic æstuarium è mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Verba sunt Plinij libro 5. cap. 1. Est & Lixus, amnis in eadem ora, cuius meminit ibidem Plinius, & Pomponius Mela in fine sui operis.*

L O

Loba] *lobæ (ἀ καλυμμὼν λοβὸς) quid sit, interpretatur Plinius lib. 18. cap. 7, Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineũ culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis: lobas uocant, omnium frugum fertilißimum.*

Lobus] *lobi, masc. gen. infima pars auricula, quam Latini uocant infimam auriculam, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, id est, à capiendo. hanc enim prehendimus, quum aliquem admonemus, ἐπιλαμβάνω. Est aũt Labe, ansa uel prehensio. Siquidem est in aure imã memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Author Plinius lib. 11. cap. 45. In ius quippe rapturi, aduersarium testes faciebant. Porrò sic faciebant, ut contingentes imam auriculam, dicerent, Esto memor. Nec licebat hoc, ni futurus testis annuisset: ideo ita interrogabantur, Licet attestari? Vide in* Attestor. *Dicitur etiam Lobus, pars auris inferior: nam summa siue extrema omnia, Lobi possunt dici. Hinc iecoris λοβοὶ, pro partibus inferioribus, aut superioribus, quæ & Fibræ uocantur. Ciceris item aut fabæ usu, Lobum dicimus. nam cortex omnis intra quem latet semen, Lobus dicitur. Milij panniculus, Plin. appellat Lobum. Ex Budæo & Cælio. Galenus cap. 7. lib. 4. De compos. pharmac. secundum locos, λοβοὺς uocat, quos ἔννυχας, id est, ungues Dioscorides appellat. Sunt autem candidæ foliorum partes: quibus detractis, rosæ dicuntur exungues.*

Locarium, Locarius, Locatio, Locator] *Vide* Loco, *locas, in* Locus.

Locellus] *Vide* Loculus, *in* Locus.

Locito, Loco, *locas*] *Vide* Locus.

Locritum] λοκρίτου, *authore Ptolemæo, urbs Germaniæ, hodie* Trutonia. *Vulgò* Forchem.

Locris] *Locridos, pen. cor.* (λοκρῶν) *Regio est proxima Phocidi: dicuntur & Locri, eius regionis populi. Locri item, urbs insignis in Brutijs, à Locris Aiacis Oilei socijs, Euanthe duce, condita, qui paulo post conditam Crotonem & Syracusas, in Italiam profecti sunt è sinu Crissæo, qui in Corinthiaco est. Virg. lib. 3. Aeneid. 80,*

*Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri. Notandum uerò, Epicnemidios fuisse dictos, antè quàm Italiam petierint, mox Epizephyrios: ut notant Vadianus & Seruius. Alij sunt Locri in Græcia, cognominati Ozolæ, à malo odore. Alij Opontij, Bœotijs finitimi, qui & Epicnemidij dicti sunt.*

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples] *Vide* Locus.

Locus] *loci, m. g.* (τόπος, χῶρος, βῶμος, χωρίον) *Pluraliter hi loci, uel hæc loca, locorum, in diuersa significatione, Quicquid aliquid continet: siue, ut ait Varro de ling. Lat. ubi quic quam consistit. Plaut. Cistel. 10. 8,*

*—ubi ea sit, nescio:*

*Nisi, ut opinor, loca hæc circiter excidit mihi. Virg. 8. Aeneid. 10,*

*Hic locus urbis erit. Cic. in Partit. 21. In locis autem & & illa naturalia, maritimi an remoti à mari, plani an montuosi, læues an asperi, salubres an pestilentes, opaci an apricis & illa fortuita, culti an inculti, celebres an deserti, coædificati an usti, obscuri an rerum gestarum uestigijs nobilitati, consecrati an profani.*

*Loca & locos, Gellius pro eodem ponit lib. 6. cap. 6, Nam quoniam non ipsæ tantùm aues quæ prosperius præuolant, sed etiam loci quos capiunt, quòd idonei fœlicesq; sunt, præpetes appellantur: iccirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat.*

*Locos porrò præpetes, & Augures appellãt. Virg. 1. Aen. 74.*

*Deuenêre locos, ubi nunc ingentia cernis Mœnia.*

*Ad id locorum. Vide* Ad præpositionem.

*Alienus loci, Qui peregrinus est in loco aliquo. Ouid. 1. Fast. 80.*

*Cultus locorum. Stat. 2. Syl. 2. 9.*

*Cultus, habitusq; locorum. Virg. 1. Georg. 11.*

*Facies locorum. Tacit. lib. 14.*

*Forma locorum. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 12.*

*Fraus loci. Virg. 9. Aeneid. 80.*

*Ignarus loci. Virg. 2. Aeneid. 77.*

*Ingenium loci. Stat. 2. Sylu. 2. 9.*

*Opaca locorum. Virg. 2. Aeneid. 45.*

*Positus locorum, id est, situs locorum. Stat. 5. Syl. 3. 48.*

*Regio certa loci. Lucret. lib. 2. 53.*

*Species, cultusq; locorum. Stat. 2. Sylu. 2. 9.*

*Vbicunq; locorum uiuitis. Horat. 1. epist. 3. 7.*

*Abdita loca. Vide* Abditum *in* Abdo.

*Aestiuus locus. Vide* Aestas.

*Affluens studijs locus. Vide* Affluo.

*Locus amœnus, ab arbitris remotus. Cic. Ver. 64.*

*Loca amicta niue. Catull. de Berecyn. epig. 58. 14.*

*Appositus. Vide* Appono.

*Apricus. Vide* Apricus.

*Aptus locus equis. Horat. 1. epist. 7. 9.*

*Arbustiuus locus. Vide* Arbustum.

*Aspera loca. Ouid. 1. Metam. 103. Vide* Aspet.

*Bacchata loca. Vide* Bacchor.

*Bellicosißimus locus. Vide* Bellum.

*Bellus locus. Vide* Bellus.

*Calculosa loca. Vide* Calculus.

*Capitalis locus. Vide* Capitalis *in* Caput.

*Cliuosus locus. Vide* Cliuus.

*Circuniecta loca urbi. Vide* Circunfício.

*Commodior locus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 8.*

*Conclusus locus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 16.*

*Culta loca. Lucret. lib. 1. 42.*

*Decliuis & præceps locus. Vide* Decliuis.

*Deformes loci uisu ac memoria. Tacit. lib. 1.*

*Deserta pastorum loca. Lucret. lib. 5. 279.*

*Dira furiarum loca. Senec. Herc. fur. 15. 17.*

*Loca editiora. Cæsar. 1. bell. Ciuil. 29.*

*Effera loca Ponti. Valer. 4. Argon. 64.*

*Finitimi loci. Ouid. epist. 7. 24.*

*Fœta loca furentibus Austris. Virg. 1. Aeneid. 11.*

*Inanis locus. Vide* Inanis.

*Infamis locus. Ouid. epist. 17. 29. Idem in Ibin, 73.*

*Intumescens locus. Vide* Intumeo.

*Letantia loca aquarum. Lucret. lib. 3. 69.*

Læti loci. Virg. 6. Aeneid. 128.
Lapidosa loca. Vide Lapis.
Latebrosus locus. Vide Lateo.
Lepidus locus. Vide Lepidus.
Lethifer locus. Ouid. 5. Metam. 27.
Liber locus. Vide Liber, liberi.
Medius mundi locus. Vide Medius.
Mœsti loci. Tacit. lib. 1.
Montosus locus. Vide Mons.
Munitissimus habendi Senatus locus. Vide Munio.
Natalis locus. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 8.
Nebulosus locus. Vide Nebula.
Nemorosus locus. Ouid. epist. 15. 11.
Notus locus prodigio. Ouid. 6. Metam. 65.
Obnubila loca. Vide Obnubilus.
Obsita uirgultis loca. &, Obsita tenebris loca. Vide Obsero.
Occultissimus locus. Plin. lib. 34. cap. 6. 2. Vide Occultus.
Opacus locus. Vide Opacus.
Locus opacus & frigidus in sylua. Cic. 3. de Orat. 11.
Loca opaca & syluis redimita. Catul. de Berecynth. epigr. 58. 1.
Crebro salicto oppletus locus. Vide Creber.
Opulenta loca. Seneca Herc. fur. 5. 5.
Palustris locus. Vide Palustris in Palus.
Perbonus locus. Vide Perbonus.
Peruia loca equo. Ouid. 8. Metam. 76.
Plena metus loca. Ouid. 4. Metam. 23.
Plena timoris loca. Ouid. 10. Metam. 6.
Præcipites loci. Lucret. lib. 4. 104.
Priuati ac publici loci. Tacit. lib. 11.
Sacer locus. Pers. Satyr. 1. 12.
Saluber locus. Claud. 7. Paneg. 65.
Secreta loca petere. Horat. de Arte, 61.
Silentia loca. Virg. 6. Aeneid. 53. Intelligit regna inferorum.
Non steriles loci. Senec. Herc. Oeth. 2. 6.
Surda loca, in quibus nullus auditur strepitus, aut nulla uox. Senec. Hercul. fur. 7. 11. Sic, Cæca uocantur loca, quæ tenebricosa sunt.
Viridis locus Eurotæ: id est, prata Eurotæ. Stat. Syl. 5. 8.
Vitiatus locus. Celsus lib. 5. cap. 26, Si nihilo magis malũ consti tit, uri id quod est inter integrum ac uitiatum locum, debet.
Abducere in aliquem locum. Vide Abduco.
Adducere in locum. Vide Adduco.
Ambire locum. Ouid. 5. Metam. 125.
Capere locum. Virg. 5. Aeneid. 37. Vide Capio.
Locus opportunè captus ad eam rem. Cic. pro Sex. Rosc. 41.
Celebrare locum conuentu. Vide Celebro.
Cedere loco. Vide Cedo.
Sententia mutata loco cedit. Virg. 9. Aeneid. 45.
Circunscribere locum alicui. Vide Circunscribo.
Committere se in locum. Vide Committo.
Compellere in unum locum præcipitem. Vide Compello.
Camporum loca cursu complent. Lucret. lib. 2. 65.
Confluere in unum locum. Vide Cofluo.
Congregare unum in locum. Vide Congrego.
Conquiescere in loco. Vide Conquiesco.
Conuenire in locum. Vide Conuenio.
Conuestire locum dicitur hedera. Vide Conuestio.
Decedere loco. Tacit. lib. 3.
Deferre in aliquem locum. Vide Defero.
Demouere aliquid locis. Tacit. lib. 11.
Destinare locum uulneri. Senec. Theb. 1. 32.
Displicet iste locus. Horat. 1. epist. 20. 10.
Ignotis errare locis. Ouid. 4. Metam. 59.
Nouos locos explorare. Virg. 1. Aeneid. 62.
Nefastis locis imposuêre delubra. Stat. 1. Theb. 55.
Inaugurare locum. Vide Inauguro.
Incolere locum aliquem. Vide Incolo.
Incumbere loco. Ouid. 2. Metam. 68.
Incurrere in loca. Vide Incurro.
Insidere locum insidijs. Vide Insideo.
Instruere locum. Vide Instruo.
Intendere locum sertis. Vide Intendo.
Legunt loca sorte. Virg. 5. Aeneid. 27.
Migrare in locum. Vide Migro.
Moliri locum. Virg. 7. Aeneid. 32. Vide Molior.
Mutare locum. Vide Muto.
Mutare locum in melius. Lucan. lib. 6. 12.
Mutare se loco. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 13.
Noui locum ubi sit. Vide Nosco.
Obsidere locũ: &, Locus obsessus corporibus. Vide Obsideo.
Optare locum, pro Eligere. Vide Opto.
Ordinare locum uitibus. Vide Ordino in Ordo.
Parare locum. Vide Paro.
Penetrare locos. Lucret. lib. 4. 251.
Pererrare omnem locum. Virg. 5. Aeneid. 89.
Possidere locum. Lucret. lib. 1. 196.
Celeberrima per loca uadit. Horat. 1. epist. 18. 6.
Vexare locum aliquem. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 4.
Ex loco inferiore agere. Cic. 3. de Orat. 13, Nam siue de cœli na tura loquitur, siue de terræ, siue de diuina ui, siue de humana, siue ex inferiore loco, siue ex æquo, siue ex superiore. De inferiore loco, est ad Iudices: de superiore, pro Rostris: ex æquo, est in Senatu. Idem 6. Verr. 44. & 77. Budæus.
Priore loco causam dicere, Est antè defendere quàm quis sit ac cusatus. Cic. pro Quintio, 17. Budæus.
Posteriore loco causam dicere, id est, defensorẽ esse, & pro reo dicere. Cic. Quoniam maiores ita constituerunt, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret.
Nullo loco deesse, pro Nunquam. Cic. ad Tironem, lib. 17. 6. 8. Vide Nullus.
Secundo loco, pro Præterea. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 2, Facilè secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum. In eum locum res redijt: id est, in eum statum. Plaut. Bacchid. 13. 24. Terent. Adelph. 3. 2. 46,
Peiore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est.
Loco meliore, id est, statu & fortuna. Cic. ad Brutum, 3. 1, Nostræ res meliore loco uidebantur. Sic Virg. 2. Aeneid. 65,
Quo res summa loco Panthus? Budæus. Vide Melior in Bonus.
Eodem loco stare. Liu. 1. bell. Pun. Budæus.
Res in eum locum uenerat, uel deducta est, ut nisi, &c. Cic. ad Brutum. Et ad Tironem, lib. 16. 11. 2, In eum locum res dedu cta est, ut nisi quis Deus, uel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus.
Deduxit rem in eum locum. Cic. Attico, lib. 2. 9. 32.
Incidi in eum locum. Vide Incido.
Quo loco sit res: pro Quomodo se habeat. Cic. ad Atticum. lib. 3. 66. 4.
Vt meliore simus loco, ne optandum quidem est. Cic. de Arusp. respons. 56.
Eò loci res erat, & causa nostra, ut, &c. Cic. pro Sestio, 57.
Perbono loco res est. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 7.
Difficili loco est res. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 27. 5.
In loco digno res posita: id est, dignè. Cic. 7. Verr. 20, Rectè col locata, & iudicio populi digno in loco posita esse uideatur.
Locus, pro æstimatione, & amore, gratiaq;. Cic. 2. Philip. 30, Quem locum apud ipsum Cæsarem, post eius ex Africa redi tum obtinuisti quo numero fuisti? Budæus.

Obscurè

Digitized by Google

Obscurè positus loco: id est, non celebri & claro. Seneca Thyest. 4.12.
Summus locus. Iuuenal. Satyr. 10.11.
Facere locum muneribus. Ouid. 2. Amor. eleg. 13.6.
Peruenire in locum alicuius. Cic. de Petitione Consul. 3. Prodest quorum in locum ac numerum peruenire uelis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari.
Tenere principem locum, & authoritatem: hoc est, Esse in magno precio & authoritate. Cicero pro Domo sua, 114, & pro Plancio.
Dare & cedere locum. Cic. 2. de Nat. deor. 119.
Dare locum alicui oratori: pro Admittere, & recipere. Cic. 1. de Oratore, 58.
Tenere locum oratorum. Cic. de claris Orat. 71.
Mouere aliquem loco. Vide Moueo.
Esse eodem loco apud patronum quo alius. Cicero Seruio, libro 13. 24. 3.
Eodem loco habere. Cæsar.
Ipsi in hostium numero, locoq; ducemini. Cic. 7. Verr. 97.
Ponere aliquid loco, uel in loco maledicti, & contumeliæ. Cic. in Pisonem 24, Túne etiam immanissimum ac fœdissimum monstrum ausus es, meum discessum illum, testem sceleris & crudelitatis tuæ, in maledicti & contumeliæ loco ponere?
Habere aliquem loco uetustissimorum familiarium. Pollio Cic. lib. 10. 31. 6.
Eo loco habet honestatem, ut sine ea, &c. Cic. 2. de Finib. 83.
Criminis loco putant, quòd uiuam Cic. Mario, lib. 7. 3. 18, Qui uoluptatem nullo loco numerat: hoc est, nihili facit. Cic. 2. de Fin. 144. Vide Numero.
Fratris loco diligere: hoc est, tanquam fratrem. Terent. And. 1. 5. 57. Idem Heaut. 1. 1. 52,
Amicam ut habeas propè iam in uxoris loco? Valla, Loco patris, loco fratris, loco filij te habeo, non ita accipitur, quòd ubi illi antea erant, ibi tu nunc apud me sis: sed quòd in ea charitate qua illi aut fuerunt, aut sunt, aut essent, aut esse debent: ut Chrysis Pamphilo apud Terentium loquitur, Si te in germani fratris dilexi loco. Cic. 1. Verr. 33, Prætorem Quæstori suo, parentis loco esse oportere. Hactenus Valla lib. 3.
In loco fratris amare. Vide In præpositionem.
Te mihi fratris loco esse duco. Metellus Ciceroni, lib. 5. 3. 2.
Loco uoluptatis mihi est, loco turpitudinis, loco honoris: id est, uoluptuosum, turpe, honorificum. Hæc Valla lib. 3.
In beneficij loco alteri deferre aliquid. Cic. 4. Verr. 19.
In locum damus, ubi aliud erat, aliud successit: & requirit hæc sententia tale aliquod uerbum, quale est apud Quintilianũ. Nam quomodo pugnam ineuntibus, tot simul metus laborum, dolorum, postremò mortis ipsius exciderint, nisi in eorum locũ, ictus & fortitudo & honesti præsens imago successerit? Hæc Valla lib. 3. Brutus Ciceroni, 13. 2, Succedere in patris locum.
Cooptari in locum alterius. Vide Coopto.
Mulier quæ in concubinæ locum duceretur. Cic. 1. de Orat. 90.
In locum alterius inaugurari. Vide Inauguro.
In locum alterius Consulatum petere. Vide In præpositionem.
Mittere aliquem in locum alterius. Vide Mitto.
Succedere in locum lachrymarum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 19.
Reponere in loco aliquo. Cic. 2. de Orat. 108, Si placuerit, uos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis.
Assignare potissimum locum. Quintil. lib. 4. cap. 3. 9.
Attribuere locum. Vide Attribuo.
Fungi primo loco. Quintil. lib. 3. cap. 6. 6.
Obtinere locũ primũ ac potentissimũ. Quintil. lib 6. cap. 5. 4.
In poetis, non Homero soli locus est (ut de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum uel secundis, uel etiam infra secundos. Cic. in Orat. 3.
Tribuere locum alicui. Quintil. lib. 3. cap. 3. 2.
Si in istoc siem loco: id est, si meum esset negocium, si mea res ageretur. Plaut. Bacchid. 20. 124.
Locus, Distributio temporum, quæ cuiq; in spectaculum uenturo tribuuntur ab ædilibus. Vnde motus loco dicitur, qui suas horas non obtinuerit inter præcedentes & sequentes, inquit Budæus. Et Cicero loco motus est, quum urbe pulsus est. Terent. in Prolog. Adelph. 37,
Per tumultũ noster grex motus est loco. Hæc ex Budæo.
Constitutus à iudicibus loco. Vide Constituo.
Loco aliquid quærere: hoc est, ad tempus, & quando res expostulat. Cic. in Partit. 6.
Non loco reddere: id est, non opportunè. Cicero ad Brutum, libro 11. 16. 2.
Loco dicere. Cic. 3. de Legib. 58, Huic iussa tria sunt: ut adsit: nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est. ut loco dicat: id est rogatus. ut modo: ne sit infinitus. Vide Dico.
Certo loco dicere. Vide Certus.
In loco, Opportunè. Terent. Heaut. 3. 2. 26. —in loco
Ego uerò laudo. Budæus, interdum, uel nonnunquam, aut opportunè interpretatur. Vide In.
Dulce est desipere in loco. Horat. 4. Carm. ode 12. 6.
Locum dare aliquid faciendi, id est, tempus uel spacium. Teren. And. 1. 4. 6,
—dij date facultatem obsecro
Huic pariundi, atq; illi in alijs potius peccandi locum. Plaut. Capt. 5. 20.
Veritas locum ubi consistat, reperire non poterit. Cicero pro Quint. 3.
Locus in. Cic. pro Planc. 67, Si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso aut nocenti.
Locus inter. Cic. 4. in Catil. 93, Erit profectò inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ.
Locus ignoscendi apud hommem constantẽ. Cic. pro Mur. 58.
Bonitati locus non est, uel honestæ morti: hoc est, Nullo est in precio bonitas. Cic. 3. de Fin. 102. Idem pro Quint. 28.
Dare locum rationi, Cedere rationi, & ratione uti. Cicero pro Quint. 31.
Nihil loci segnitiæ. Terent. And. 1. 3. 1.
Locus precì non est relictus: hoc est, precibus amplius flecti non potest. Terent. Andr. 3. 4. 22.
Locus differendi. Cic. 1. de Fin. 57.
Non erit locus faciendæ medicinæ. Cic. pro Quintio, 5.
Locus gaudendi. Cic. ad Atticum, lib. 9. 17 5. 8.
Locus negligentiæ in aliquo. Liu. 4. bell. Pun. 32.
Respirandi non est locus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 11.
Nulli improbo locus est ad Rempub. uiolandam. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 49.
Patet fugæ locus. Vide Pateo.
Nullum habeo instituendi aut docendi locum. Cic. in Orat. 80, id est, nullam temporis partem.
Locus obiurgandi, Occasio. Terent. And. 1. 1. 127.
Locum defendendi dare, Occasionem. Cic. pro Quint. 4.
Nonnihil loci dare alicui secus existimandi. Cic. Appio, libro 3. 6. 17.
In tam speciosa ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Cic. pro Flacco, 53.
Dare locum dubitationi. Cic. pro Corn. Balbo, 11.
Locum prætermittere. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 24. 1, Ego nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modò Laudandi tui, sed ne ornandi quidem.
Habere locum. Quintil. lib. 3. cap. 5. 2.



Digitized by Google

Aperire locum ſuſpicioni. Vide Aperio.
Locus, Genus aliquando dicitur. Saluſtius, Natus haud obſcuro loco.
Ortus loco equeſtri. Vide Orior.
Ignobili loco natus. Vide Ignobilis.
De ſummo loco adoleſcens. Vide De præpoſitionem.
Infimo loco natus. Vide Inferus.
Loco ſummo natus. Liu. 1. ab Vrbe, 152.
Locus, pro eo quod paſſum ſcripturæ barbari dicunt. Terent. in Prologo Adelph. 9,
—qui lenoni eripuit
Meretricem in prima fabula: eum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos. Cic. 2. de Legib. 40, Et hunc locum ſatis in ijs libris quos legiſtis, expreſſit Scipio.
Locus pro materia quadam, & tractatu diſputationeq;. Cic. in Verrem, Noui locum, uideo ubi ſe iactaturus ſit Hortenſius. Turnebus.
Loci, locorum, Sedes argumentorum ſunt, quæ intra ſe continent argumenta, & ex quibus ipſa argumenta petenda ſunt. Cic. in Orat. 26, Idemq; locos (ſic enim appellat, quaſi argumentorum notas) tradidit. Ibidem, 39, Itaq; hunc locum longè & latè patentem, philoſophi ſolent in officijs tractare. Idem in Topicis, Locus eſt argumenti ſedes.
Penetralia loci. Quintil. lib. 6. cap. 2. 21.
Frequens locus. Quintil. lib. 7. cap. 3. 35.
Latius fuſus eſt locus hic. Quintil. lib. 6. cap. 5. 9.
Grauior locus. Quintil. in Proœm. lib. 4. 3.
Huberes loci. Quintil. lib. 5. cap. 13. 34.
Lætus atq; plauſibilis locus. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.
Repetiti loci ex intima quæſtionum naturaliũ ſubtilitate. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.
Speciоſi loci. Quintil. lib. 7. cap. 2. 28.
Verboſißimi loci. Quintil. lib. 2. cap. 4. 23.
Concludere locum in aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 2. 1.
Conſtituere locum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 69.
Dimouere animum loco. Quintil. lib. 7. cap. 4. 13.
Ediſcere locos electos. Quintil. lib. 2. cap. 7. 2.
Excutere locos argumentorum. Quintil. lib. 4. cap. 10. 14.
Exercere locum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 22.
Inſtare loco. Quintil. lib. 7. cap. 3. 30.
Loci communes. Cic. de Oratore, Loci communes qui de uniuerſa re tractari ſolent, ut, &c. Idem in Orat. 69, Tamen in communibus locis maximè excellet: qui communes appellati, eo quòd uidentur multarum idem eſſe cauſarum, ſed propriè ſingularum eſſe debebunt. De Auxeſi.
Conijcere in communes locos. Quintil. lib. 5. cap. 1. 6.
Tradere locos communes. Quintil. lib. 5. cap. 1. 6.
Loci, pluraliter tantùm, Vterus mulieris, quem matricem etiam uocant. Varro in Origin. Sic loci muliebres in quibus naſcendi initia conſiſtunt. Plinius lib. 11. cap. 37. 77, Fœminis eadem omnia, præter ueſicæ iunctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus uuluam.
Loci, de equa etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27, Quòd ſi admiſſarius iners in Venerem eſt, odore perfricatur deterſis ſpongia fœminæ locis, & admota equi naribus.
Loca de pauonibus. Colum. lib. 8. cap. 11. 7, Sæpiusq; digitis loca fœminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt oua.
¶Loculus, loci: li, pen. corr. Diminutiuum (τοπίδιον) Paruus locus. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 17. Hortenſius familiaris noſter quum piſcinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita ſæpe cum eo ad uillam uiui. Ex uetuſto codice legitur, ædificatas ad Baulos. Plaut. Milite, 11. 37,
Sed in cella paululum erat loculi lubrici.
¶Loculoſus, pen. prod. Adiect. (τοπιώδης) Multis loculis plenus. Plin. lib. 15. cap. 22. 3, Sola differentia generũ in putamine duro fragiliue. & tenui ac craſſo, loculoſo & ſimplici.
¶Loculus, βαλλάντιον, γλωσσόκομον, Sacculus in quo pecunia ſeruatur. Frequentius in plurali legitur. ut Loculi eburnei. Martial. lib. 14. 12.
Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet: argentum uilia ligna ferant.
Apud Valerium pro marſupio ponitur, lib. 7. teſte Budæo. Sic Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. 15, Quendam deprehenſum teſſerulas conijcientem in loculum. Iuuenal. Satyr. 13. 14.
—gemmaq; princeps
Sardonycus, loculis quæ cuſtoditur eburnis.
Condi loculis. Ouid. 2. Amor. eleg. 15. 4.
Nummum demittere in loculos. Horat. 2. epiſt. 1. 36.
Gramina loculis depromit eburnis. Ouid. 6. Faſt. 150.
Loculus & ſacculus. Mart. lib. 5. 40.
Stimulorum loculi. Plaut. Caſin. 11. 11,
At candidatus cedit hic maſtigia,
Stimulorum loculi. id eſt, ut in loculis ſeruatur pecunia, ita hic meretur ut in ipſo ſtimuli recondantur, quo uexetur magis.
¶Loculus, Feretrum in quo mortui includuntur. Plin. lib. 7. cap. 2. 11, Hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumq; loculo in templo.
¶Locellus, Diminutiuum (βαλλαντίδιον) Martial. lib. 14. 13,
Siquid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli,
Munus erit: nihil eſt, ipſe locellus erit.
¶Loculatus, pen. prod. Adiectiuum (σανιδωτὸς) Quod habet diuerſos locos. Varro 3. de Re ruſt. cap. 17. 4, Nam ut Pauſias, & cæteri pictores eiuſdem generis, loculatas magnas habent arculas, ubi diuerſi colores ſint, certas: ſic hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habeant piſces. Vetus exemplar habet, ubi diſcolores ſint ceræ.
¶Loculamentum, loculamenti (σανὶς) Locus diſtinctus, ſiue capſula, in qua aues & ſimilia nidificare ſeu habitare ſolent: & à loculis deduci uidetur. Colum. lib. 8. cap. 8. 3, Vel ſi non ita competit, paxillis adactis tabulæ ſupponuntur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel fictilia columbaria recipiant. Idem lib. 9. cap. 12.
Loculamentum, pro Conceptaculo, ſiue theca. Vitruuius libro 10. Idem, inq; eam tympani theca (ſiue id loculamentum eſt) fiat foramen. Budæus.
Loculamenta appellantur etiam loculi, libris digerendis compoſiti in bibliotheca. Seneca de Tranquill. uitæ, Apud deſidioſißimos uidebis quicquid orationum hiſtoriarumq; eſt, & tecto tenus extructa loculamenta.
¶Locuples, pen. corr. locupletis, pen. prod. (πολυπέμμων, πολυκτήμων, σῦπος &) Omnis generis, ſecundum Priſcianum: ablatiuo locuplete uel locupleti. Dicitur à lata humo, hoc eſt, locorũ plenus: qui pleraq; loca, id eſt, qui multas poſſeſſiones habet. Feſtus, Locupletes, locorũ multorum domini. Quintil. lib. 5. cap. 10. 39, Præterea finimus aut ui, ſicut ſuperiora: aut ἐτυμολογίᾳ, ut aßiduum ab aſſe dando, & locupletem à locorum, pecunioſum à pecorum copia. De finitione, ſeu fine. Cic. de Senec. 52, Semper enim boni, aßiduiq; domini referta cella uinaria, olearia, & penaria: uillaq; tota locuples eſt, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 21,
Locuplete in domo.
Locuples & Tenuis aut egens, contraria. Cic. 4. Verr. 96. Sic pro Plancio, 70, Egentes in locupletes, perditi in bonos, ſerui in dominos armabantur.

Paupe-

Digitized by Google

Pauperes & locupletes, contraria. Horat. 1. epist. 1. 5.
Parum locuples. Horat. 2. Carm. ode 18. 7.
Tu me fecisti locupletem. Horat. 1. epist. 7. 3.
Annus locuples frugibus. Horat. 2. epist. 1. 28.
Locuples ac referta prouincia. Cic. 5. Verr. 39.
Homo domi suæ cum primis locuples. Cic. 4. Verr. 47.
Locuples copijs ciuitas. Cic. 5. Verr. 145.
Copiosa planè & locuples mulier. Cic. 1. Verr. 30.
Locuples copijs rei familiaris, & pecuniosus. Cic. pro Rosc. Comœd. 26.
Domus locuples. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 21.
Locuples oratio, Diues uerborum & abundans. Cicero 3. de Orator. 102.
Oratione locuples Lysias, rebus ipsis ieiunior. Cicero 5. de Finib. 23.
Locuples & speciosa uelt esse eloquentia. Quintil. lib. 5. cap. 14. 23.
Locupletior Latina lingua quàm Græca. Cic. 1. de Fin. 16.
Locuples, Largè instructus & copiosus, metaphoricõs. Cic. 1. de Nat. deor. 155, Locupletior igitur hominum natura ad beatè uiuendum est, quàm deorum: quòd pluribus generibus fruitur uoluptatum.
Locuples, Firmus certusq; ad rem quamlibet. Vnde locupletem authorem dicimus, locupletem testem, locupletem tabellarium. Possumus etiam locupletem testem interpretari bonum & magnæ authoritatis, quem ipse Cicero grauissimum etiam uocat. Testes ex censu & facultatibus spectantur, quòd homines tenues & egentes facilè precio ad falsum dicendum adducantur. Vnde testes idonei, locupletes testes dicebantur.
Locuples author. Cic. 2. de Diuinat. 179, Iam Pythagoras & Plato, locupletissimi authores, quo in somnis certiora uidea mus, præparatos, &c.
Locuples testis. Cicero 3. Offic. 12, Accedit eodem testis locuples Posidonius: qui etiam scribit in quadam epistola, &c. ibidem, 143.
Locuples tabellarius, pro Fideli, certo & idoneo, cui rectè literas committere possis. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 24. 13.
Locuples ad augendum facultatem dicendi. Quint. lib. 10. cap. 1. de Varrone.
Locupletior. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 23.
¶Locupleto, locupletas, pen. prod. (πλουτίζω) locupletare, Locis & possessionibus quempiam ditare. Quamuis etiam ad omnia, sicut Dito, capi possit: ut quum quis opibus, rebusq; etiam incorporeis ditatur. Colum. lib. 3, Vt antè perpensum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familiæ uinearum cultus. Cic. 5. Verr. 162, Ob hasce res, quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono. Idem 1. Offic. 67.
Locupletatus mancipijs, argento, ueste. Cic. 7. Verr. 64.
Locupletare fortunis. Cic. 2. pro lege Agrar. 70.
Locupletare eloquentiam. Cic. de claris Orat. 186.
Locupletata uoluptas perfectione uitæ: id est, aucta. Cicero 1. de Finibus, 65.
¶Loco, locas, (ἵστω, ἱνδίδωμι, μισθόω, ἀπομισθόω) locare, Quasi in loco ponere, constituere. Virg. 1. Aeneid. 87,
—hìc alta theatri Fundamenta locant. Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 4, Castraq; ad Cybistra locaui.
Ordine locare aliquid. Virg. 5. Aeneid. 21.
Ante aciem aliquem locare. Tacit. in lib. de Germanis.
Locatus à parte muri. Plin. lib. 7. cap. 38. 1.
Locare agrum fodiendum: id est, dare agrum fodiendum, pacta mercede. Plaut. Amph. 14. 42. Sic, Locare sternendum locum, Cic. ad Att. lib. 14. 313. 2.
Agros locare, Dare alicui colendos, mercede constituta. Plinius epist. 150. Cic. Verr. 5, Xenonis Menonis nobilissimi hominis uxoris fundus erat colono locatus.
Arcem locare, & urbem condere. Lucret. lib. 5. 223.
Argentũ locare: id est, insumere in mercatura exercenda. Plaut. Mostel. 4. 145,
Nec quicquam argenti locaui tam diu usquã æquè bene.
Argentum fœnori locare: pro Fœnori dare. Plaut. Mostel. 8. 1.
Beneficium apud gratos locare. Liu. 7. ab Vrbe, 89.
Malè locata beneficia. Vide Malus.
Loces me castrandum, Des me castrandum. Plaut. Aulul. 7. 73. Idem Capt. 13. 49,
Qui locant cædundos agnos, & duplum agninã danunt.
Pro cornibus equites locare. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.
Faciendum locare. Sulpitius ad Cic. lib. 4. 12. 10, Vt ijdem Athenienses in eodem loco monimentum ei marmoreum faciundum locarent. Sic, Liu. 4. bel. Maced. 195. hoc est, cõmittere & curare.
Filiam locare: hoc est, nuptum tradere. Terent. Phorm. 4. 3. 41,
—quæso, quid si filiam
Suam unicam locaret? Idem Phorm. 5. 1. 25,
Vt potui uirginem nuptum locaui huic adolescenti.
Locare in loculentam familiam. Plaut. Cistel. 7. 19.
Fundamenta in stabili loco locare. Plin. lib. 36. cap. 14. 2.
Fundamenta theatri locant. Virg. 1. Aeneid. 87.
Funus locare. Cic. 7. Verr. 93.
In arca locare. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 2.
Locari in dominatu. Cic. 4. de Fin. 64.
In matrimonium locare. Quint. lib. 10. cap. 1.
In parte regni locare aliquem. Virg. 4. Aeneid. 75.
Locatus in præsidio à pop. Rom. Cic. 1. de Fin. 17.
In certa regione locata anima Lucret. lib. 3. 122.
In sede locare aliquem. Virg. 2. Aeneid. 105.
Insidias alicui locare. Plautus Rud. 12. 16. hoc est, struere & ponere.
Non inutiliter interim ex quæstionibus in exordio locabuntur. Quint. lib. 4. cap. 1. 18.
Legionem locare. Tacit. lib. 20, Capuæ legio tertia hyemandi causa locatur.
Noctes locare. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 6.
Operam suam locare alicui, Aliquid faciendum suscipere. Gellius lib. 3. cap. 3.
Locasti optimè operam. Plaut. Amph. 4. 12 4.
Operam ad artes nugatorias locare. Plaut. Trinum. 13. 2.
Locasti te ad. Plaut. Rud. 13. 51,
Quid si aliquò ad ludos me pro manduca locem?
Opus aliquod locare alicui. Plaut. Asin. 9. 37.
Locatur opus id quod ex mea pecunia reficiatur. Cicero 3. Verr. 100.
Locare ornamenta: id est, tradere Plaut. Curcul. 9. 3.
Sedes & templa locarunt in cælo. Lucret. lib. 5. 234.
Locare uigiles nocturnos: id est, constituere. Plautus Amphitr. 4. 107.
Locetis ita uirtutem. Cic. de Amicit. 86.
Vitam in tranquillo locare. Lucret. lib. 5. 3.
Vrbem Pataui, sedesq; locauit Teucrorum. Virgil. 1. Aen. 51.
Locare, pro Conducere. Varro in præfat. libro 2. de Re rustica.
¶Locito, locitas, pen. corr. (ἀπομισθόω) locitare frequentatiuũ formatum à supino, a in i mutata. Terent. Adelph. 5. 8. 27,
—agelli hìc sub urbe est paululum, quod locitas foràs.
ocarium] locarij. Vide Locarius.
Locarius] locarij, Martialis libro 5, de Hermete gladiatore nobilissimo, Hermes diuitiæ locariorum. Locarij (ait Domitius) dicuntur illi, qui locant foros ad spectandum: ut dicat Hermetem esse diuitius locariorum, quòd multi confluerent ad eum spectandum, conductis locis à locatoribus. Vel

ribus. Vel locarios dicit eos, qui ad ludos instruendos instrumenta locare solent. Vel locariorum diuitiæ, quia diligebatur ab ijs qui ludis delectabantur. Hactenus ille. Varro tamen de lingua Latina lib. 4, Locarium, inquit, quod datur in stabulo & taberna, ubi consistant. Ex quo Varronis loco Cælius lib. 4. cap. 23, locum Martialis putat liquidò explicari: in quo fluctuat Domitij sententia.

¶Locator, pen. prod. (ὁ ἀποµισθῶν) Verbale. Budæus, Quanquam locator sit plerunq; qui precium accipit, & conductor qui dat: ut sit locator dominus conductor inquilinus: tamen nonnunquam uiceuersa euenit, ut locator precium det, conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52. 4, Romæ quoq; Corfidium materteræ suæ maritum funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

¶Locatio, ἀποµίσθωσις, Aliud uerbale, quod idem significat ac Conductio, tam eius qui precium dat, quàm eius qui id accipit. Cic. 3. Verr. 107, Hic istius scelerata locatione, nefario q; latrocinio, bonis patrijs fortunisq; omnibus spoliatus uenit in iudicium. Idem ad Atticum, lib. 4. 72. 2, Disturbata porticus Catuli, quæ ex S. C. Coss. locatione reficiebatur, & & ad tectum penè peruenerat.

Inducere locationem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 12. hoc est, minuere locationis precium.

Ludificari locationem. Vide Ludus.

Locusta] locustæ (ἀκρὶς) animal ex insectorum genere. Vide Plinium lib. 11. cap. 29.

Locutio, Locutor] Vide Loquor.

Lodix] lodicis, pen. prod. fœm. gen. (ἐπίβλημα) Operimentum lecti. Iuuen. Satyr. 6. 20. & Satyr. 7. 7,

Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda
Attonitæ, currus, & equos, faciesq; deorum Aspicere.

¶Lodicula, lodiculæ, pen. corr. (ἐπιβληµάτιον) Diminutiuum. Sueton. in Augusto, cap. 83, Ita ut in extremis spacijs subsultim decurreret, sesterio, uel lodicula inuolutus.

Lœdoria] lœdoriæ (λοιδορία) Conuicium, maledictum, opprobrium, sales conuicioси: Macrob. lib. 7. Satur. cap. 3, Præter categoriam quæ est φόγος, & præter διαβολὴν quæ delatio est, sunt alia duo apud Græcos nomina, Lœdoria & Scomma: quibus nec uocabula Latinè reperio, nisi fortè dicas Lœdoriam exploratione esse ad directam contumeliam. Scomma enim penè dixerim morsum figuratum: quia sæpe fraude uel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligas. Est autem Lœdoria huiusmodi: Oblitusne es, quum salsamenta uendebas? Vide plura ibidem.

Logeum] pen. prod. (λογεῖον) Pulpitum significat. Testis Vitruuius, lib. 5. cap. 8.

Logos] λόγος, apud Græcos modò sermonem, uerbum, orationem significat: modò rationem, modum, supputationẽ. Nonnunquam & pro libro usurpatur. A' uerbo λέγω, quod est dico, siue colligo.

Logos, pro dicto ridiculo & contemnendo sumitur. Cic. pro Gallio, Ego te certò scio omnes logos, qui ludi dicti sunt, animaduertisse. Hæc Nonius. Terent. Phorm. 3. 2. 8,

Fœneratum istud beneficium tibi pulchrè dices. D. logi.

¶Logarium, Ratiuncula. Vlpianus in l. qui penum. §. ult. ff. de pen. leg. Sed & chartas ad Ratiunculam, uel ad λογάριον, paratas contineri.

¶Logodædalus, logodædali, pen. cor. (λογοδαίδαλος) Sermonis artifex. Cic. in Orat. 22, Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multosq; alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

¶Logice, logices: siue Logica, logicæ, pen. corr. (λογικὴ) Latinè rationalis. nam Græci λογικὸν, rationale dicunt. Cicer. 1. de Fin. 32, Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste uester, ut mihi quidẽ uidetur, planè inermis ac nudus est. Ibidem, Totaq; est logice, quam rationem disserendi uoco.

¶Logica, logicorum, n. gen. (λογικὰ) Cic. 4. Tusc. 50, Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici: quæ logica appellant, quia differuntur subtilius.

¶Logistoricum, pen. corr. (λογιστόρηµον) Liber sermonum & dictorum insignium narrationem continens. Gellius lib. 4. cap. 19, Varro in Logistorico scripsit. A' logo & historia dictum uideri potest.

Loligo] pen. prod. loligĭnis, fœm. gen. (τευθὶς) Genus piscis, dictum est quasi uoligo, ut ait Varro de ling. Lat. Plinius lib. 32. cap. 15. 7, Sunt, inquit: lacertorum genera, loligo uolitans, locustæ, lucernæ, &c. Idem lib. 32. cap. 2. 5, Trebius Niger loliginẽs euolare ex aqua tradit, tanta multitudine, ut nauigia demergãt. Hic piscis caput inter pedes & uentrem habet, quem uulgò calamariũ uocant, à thecæ calamariæ similitudine. Habet enim oßicula duo quasi cultrum & calamũ, & cruorẽ nigrum atramenti modo, quum externè albus sit.

Loligo, pro Liuore hominis atri, id est, maleuoli. Horatius 1. Serm. Satyr. 4. 21,

—hic nigræ succus loliginis, hæc est
Aerugo mera. Porphyrio.

Lolligo in carmine gemino ll scribi debere, testantur nonnulli: quum longa sit prima, & à uolo uolas deriuetur, habente primam correptam, ut est in præscripto loco Horatij.

¶Loliguncula, loliguncułæ, penul. corr. (τευθίδιον) Diminutiuum. Plautus Casina, 11. 57,

Emitto sepiolas lepidas, logigunculas ordeias.

Lolium] lolij (ἄρακα) Herbæ genus segetibus inimicum, quod Gallis yuræa ab inebriando dicitur. Græcè appellatur zizania. Plinius lib. 18. cap. 17, Nam lolium & tribulos, & carduos, lappasq;, nõ minus quàm rubos, inter frugum morbos potius quàm inter ipsius terræ pestem numerauerim. Virg. 1. Georg. 31,

Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Lolio uictitare dicuntur, qui uisu sunt imbecillo. nocet enim oculis lolium, propter uapores acreis, quos in cerebrum attollit. Plaut. Milit. 6. 50,

Mirum est lolio uictitare te, tam uirili tritico. Ouidius 1. Fast. 138,

Et careant lolijs oculis uitiantibus agri.

¶Loliarius, Adiectiuum (ἀρακικὸς) Ad lolium pertinens. Colum. lib. 8. cap. 5. 12, Cribro uitiario, uel etiam loliario, qui iam fuerit in usu, pulli superponantur.

Lomentum] lomenti (λέωµα) Farina fabacea qua ad eruganda corpora usa est antiquitas. Martial. lib. 3. 39,

Lomento rugas uteri quod condere tentas. Lomentum, Græci λέωµα uocant, quod tritum propriè significat, ut ait Hermolaus. Plin. lib. 33, Subtilißimum genus lomenti, quod quidam tritum uocant, quinis aßibus æstimatum.

Lonchitis] penul. prod. (λογχῖτις) Eadem herba est quæ xiphion aut phasganion, quanquam cuspidi similis semine: habet enim folia porri. Plin. lib. 25. cap. 11. 4, Appellamus etiã plantaginis speciem oblongam à lanceæ similitudine uulgò lonchitim, uel lanceolatam.

Londinium] Λονδίνιον, Ptolemæo, alijs Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. Vulgò London, Londino.

Longæuus] Vide Longus.

Longanon] pen. prod. (ἀπευθυσµένον) uel, ut alij scribunt, Longauo, Rectum intestinum dicitur, quod iuxta anum est, & excrementa emittit: sic dictum, quia in longum protenditur, & non est ita orbibus implicitum, sicut intestinum tenue

tenue. Apitius, Longanones porcinos ex rure Tarentino farsos cunctos concisos in cinere pullorum.

Longus] Adiectiuum (μακρὸς, μακὺς) Porrectus. Virg. 9. Aeneid. 46.

Stant longis innixi hastis & scuta tenentes.

Longior sum quàm tu. Plaut. Trinum. 13. 56.

Longum sesqui pede, latum pede. Plin. lib. 35.

Longus pedes septem. Plin. lib. 6. cap. ult. In hoc cæli circumplexu æquinoctij die media, umbilicus, quem gnomonem uocant, septem pedes longus, umbram nõ amplius quatuor pedes longam reddit.

Longi pedum quatuor. Colum. libro 2. capit. 11. In morem horti areas latas pedum denûm, longas pedum quinquagenûm facito.

Non ita longus. Vide Non.

Absentia longa & continua. Tacit. lib. 3.

Actus longa. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 27.

Aeuum longum. Horat. de Arte, 70.

Agmen longum pascitur per ualles. Virg. 1. Aeneid. 38.

Aluus longa. Virg. 3. Georg. 86.

Ambages longæ. Virg. 1. Aeneid. 70,

Longus amor: id est, diuturnus. Virg. 3. Aeneid. 98.

Anni longi. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.

Bellum longum. Virg. 2. Aeneid. 22.

Certamen longum. Horat. 1. epist. 10. 7.

Circuitus longus. Virg. 3. Aeneid. 83.

Crines longi. Virg. 7. Aeneid. 15.

Cursus longus. Virg. 3. Aeneid. 86.

Dies longa. Plaut. Epid. 11. 17. id est, longum tempus.

Dies longi. Celsus lib. 1. cap. 2, Longis diebus meridiari potius ante cibum utile est.

Experimenta longa & magna. Plin. epist. 110. 4.

Fabula non longa. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 19.

Facies longa. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 3.

Feriæ longæ. Horat. 4. Carm. ode 5. 8.

Fletus longos ciebat. Virg. 3. Aeneid. 69.

Fluctus longi. Virg. 3. Georg. 40.

Hastæ longæ. Virg. 9. Aeneid. 46.

Interuallum longum. Virg. 5. Aeneid. 64.

Iter longum. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 19.

Latus longum. Virg. 3. Georg. 11.

Libri longi, Prolixi & fusi. Plaut. Persa, 10. 67.

Militia longa. Horat. 2. Carm. ode 7. 4.

Mora longa. Ouid. 1. Metam. 44.

Mora non longior plena hora. Ouid. 10. Metam. 146.

Nauis longa. Liu. 7. bel. Pun. 129.

Negocia longa. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.

Nox longa, diesq; longa. Horat. 1. epist. 1. 4.

Obliuia longa. Virg. 6. Aeneid. 43.

Opulentia longa. Tacit. lib. 14.

Opus longum. Horat. de Arte, 73.

Ordo longus. Virg. 1. Aeneid. 80.

Pes longus. Horat. 1 Serm. Satyr. 2. 19.

Piper longum. Plin. lib. 12. capit. 7. 5.

Potentia longa. Ouid. 2. Metam. 84.

Secessus longus. Virg. 1. Aeneid. 33.

Senectus longa. Horat. 2. Carm. ode 16. 6.

Series longissima rerum. Virg. 1. Aeneid. 131.

Sermo longus. Virg. 1. Aeneid. 45.

Seruitium longum. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 20.

Spacium longius æquo. Lucret. lib. 4. 114.

Spacium longius anno. Ouid. epist. 17. 5.

Longum, diutinumq; supplicium. Plaut. Milit. 9. 29.

Tempus longum. Virg. 2. Georg. 10.

Tractus longi flammarum. Virg. 1. Georg. 74.

Versus longi. Cicero 2. de Legib. 105, Ne plus quatuor heroicis uersibus, quos longos appellat Ennius.

Via longa. Martial. lib. 1. 33.

Vmbræ longæ. Plin. lib. 12. cap. 1. 6.

Longus, pro Pernicioso. Virg. 1. Aeneid. 151,

Infœlix Dido, longumq; bibebat amorem.

Nimium longi sumus in rebus apertissimis. Cic. 2. de Fin. 136.

Longior esse nolo. Cicer. 1. de Nat. deor. 141, Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longior.

Longum est. Terent. Phorm. 3. 2. 10,

Experire, non est longum. id est, non multi temporis.

Idem And. 5. 6. 13,

Memini: atq; adeò longum est, nos illum expectare dum exeat. id est, diutius expectandum nobis esset. Cicero 4. Acad. 209, Longum est explicare.

Longum est, & non necessarium commemorare quæ apud, etc. Cic. 6. Verr. 119.

Longum est licere quàm improbè fecerit. Cic. 3. Verr. 111.

Longum est refellere, & superuacaneum. Plinius libro 7. capit. 43. 6.

Longum est si. Terent. Heaut. 2. 3. 94,

——longum est Clitipho,

Si tibi narrem quam ob rem id faciam.

Ne longum faciam: id est, Vt breuiter dicam. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 28.

Longum & obscurum. Cic. 4. Verr. 138.

Nihil mihi longius quàm. Cic. pro Rab. Posthum. 22, Nec mihi longius quicquam est Iudices, quàm uidere hominum uultus de Alexandrinis loquens. id est, nihil molestius, aut nihil desideratius. Idem ad Matium, libro 11. 27. 2, Quem quũ obiurgarem; quòd parum ualetudini parceret, tum ille nihil sibi longius fuisse quàm ut me uideret.

Longius abesse, & de tempore dicitur. Cæsar 3. bel. Gal. Neq; longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clàm ex castris exercitum educat.

In longum ducere. Virg. 9. eclog.

In longum durare. Vide Duro, duras, in Durus.

Sufficere in longum. Tacit. libro 20, Ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quæ aduersus necessitates in longum sufficissent.

In longum esse. Tacit. lib. 11.

In longum trahere. Vide In.

¶ Longùm, Aduerbiũ, Lõgo tempore. Virg. 10. Aeneid. 148,

——non me, quicunq; es, inulto,

Victor, nec longum lætabere.

Vale longum. Virg. 3. eclog. 16.

Sis memor ô longumq; uale. Claud. 2. de raptu Pros. 47.

¶ Longè, Aduerbium (μακρὰν, πόρρω, ἐκτὸς, ἐκτοπόθεν, ἀποπρολὺ, τῆλε) pro longitudine tam temporis quàm loci.

Longè lateq; diffusum aut dispersum. Cicero 2. de Fin. 182.

Longè à mari rus est. Terent. Eunuch. 3. 3. 13. Cicero pro lege Manil. 22, Longè à domo bellare. Idem 7. Verr. 51. Qui locus est non longè à Syracusis. Sic, 1. de Legib. 4. Non longè ab ædibus. Liu. 1. ab Vrbe, 219. Principibus longè ab domo excitis.

Longè abieram. Terent. Eunuch. 4. 2. 5.

Ne longè abesse, per translationem. Cicero lib. 2. de Finibus, 153. Vide Abeo.

Abest longè. Ouid. 8. Metam. 164.

Longè hinc abest. Plaut. Rud. 7. 6.

Longè gentium abest: idem quod maximè longè. Cicero Attico, lib. 6. 114. 1.

Longè à me abest. Plaut. Curcul. 3.22. Cic. ad Titium, libro 13. 59.2, Sentiatq; meam sibi amicitiam, etiam quum longissimè absim, prodesse in primis apud te. Sub. à te.
Abesse longè, procul, &c. Vide Absum.
Arcere aliquem longè. Virg. 1. Aeneid. 7.
Arcet longè summotos. Virg. 6. Aencid. 64.
Discedere longè. Ouid. epist. 21.22.
Distare longè. Lucret. lib. 2.89.
Longè à pædagogo efferre pedem. Plaut. Bach. 8.19.
Longè fugere. Plaut. Mostel. 6.42.
Longè stimulum habes: hoc est, longè uel in longũ protensum. Plaut. Trucul. 17.75.
Longè usq; illic habito. Plaut. Rud 23.89.
Longè alicui obuiam procedere. Cic. 4. Verr. 45.
Longè prospicere futuros casus. Cic. de Amicit. 38.
Resonantia longè littora. Virg. 1. Georg. 72.
Longè esse. Plin. in Paneg. 41. Expectatum est, prouisumq;, nequis æger, nequis occupatus, nequis deniq; longè fuisset, etc.
Longè hinc est in saltum uestrum. Cic. pro Quintio, 53.
Longè est mihi. Mart. lib. 1. 82.
Longè, pro Multo, aliquando accipitur: tuncq; comparatiuo iungitur, aliquando pro Valde, & tunc superlatiuo: nonunquam hominibus, uerbis, & aduerbijs, ut uides in subiectis exemplis. Vide Vallam lib. 1.
Comparatiuo. Virgilius 9. Aeneid. 111,
At pedibus longè melior Lycus.
Longè, longeq; beatior cunctis illa est. Ouid. 4. Metam. 65.
Superlatiuo. Cic. 1. de Orat. 25, Principi longè omnium in dicendo grauissimo & eloquentissimo Platoni.
Longè doctissimus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 1.
Longè pulcherrimus panis. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 18.
Longè, longeq; plurimum. Cicero 2. de Finib. 109. Alteri plurimum se, & longè longeq; plurimum tribuere honestati, sed tamen, &c.
Postiuis Excellens & Præstabilis iunctum aliquando reperitur. Apul. de deo Socratis, Chalcas autem longè præstabilis hariolus. Idem in Florid. Longè ante cæteros excellens.
Longè cæteris artibus antecedit illud studium: hoc est, præstat & excellentius est. Cic. 1. Acad. 6.
Longè aliter. Cicero pro Domo sua, 33, Longè aliter atq; à me dicta erant, detulerunt.
Longè aliter euenit. Liuius 2. bel. Pun. 204. Idem 2. ab Vrbe, 200, Res aliter longè euenit.
Longè antè uidere futura. Cicero 3. Tusc. 51.
Longè ante alias specie ac pulchritudine insignis. Liuius 1. ab Vrbe, 39.
Longè secus. Cic. de Amicit. 29.
Longè alius. Salustius, Longè mihi alia mens est, Patres Conscripti.
Longè dispar. Cicero pro Fonteio, 32, O fortunam longè disparem M. Fontei, si deligere, &c.
Longè dissimilis succus. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 6.
Longè princeps: id est, excellentior cæteris. Cicero Brut. libro 13. 14. 1, L. Castronius Petus longè princeps municipij Lucẽsis, est honestus, grauis, plenus officij. Liu. 1. ab Vrbe, 218, Ius longè princeps Latini nominis erat.
Longè primus, quemadmodum Facilè primus, hoc est, excellentior. Cic. 4. Verr. 37, Longè primus ciuitatis est Epicrates. Liu. bell. Pun. libro 3. 152, Qui tum authoritate atq; opibus longè primus erat.
Longè primum. Cicero de claris Orat. 27, Coruncanum, quòd ex Pontificum commentarijs longè plurimum ingenio ualuisse uideatur.
Longè plurimos captiuos ante currum duxit. Liu. 1. ab Vrbe.
Longè antecellere cæteris. Cic. 6. Verr. 105.
Longè anteire. Plaut. Bacchid. 12. 3.
Longè anteponere. Cic. 5. Tusc. 18.
Longè dissentire. Cicero de Amicit. 30, Ab his qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longè dissentimus. id est, nullo pacto cum eis sentimus.
Longè errat. Terent. Adelph. 1. 1. 40.
Longè præcedere. Quint. lib. 10. cap. 1.
Præstare longè. Lucret. lib. 5. 237.
Longè multumq; præstat aut superat. Cic. 5. de Fin. 72.
Longè remotus ab ambitione. Plin. epist. 110. 4.
Longè, lateq; remotus à uulgo. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 4.
¶ Longius, Comparatiuum (κορίωτερον, ἀνωτέρω) De loco & tempore dicitur. Plautus Cistel. 7. 38, Anecta est, inquit, peregrè hinc habitatum lõgius. Idem Trinum. 10. 94.
Longius abesse. Terent. Heaut. 5. 2. 31.
Longius abire. Terent. Eunuch. 4. 3. 20.
Longius currere. Cic. 2. de Fin. 76.
Curare longius. Tacitus lib. 19, Exploratores, ut mos est, longius curabant.
Longius discedere à naturæ constantia. Cic. 4. Tusc. 19.
Ire longius. Lucret. lib. 4. 42.
Procedunt longius iræ. Virg. 5. Aeneid. 93.
Recedunt longius à stabulis. Virg. 4. Georg. 39.
Prouehi longius. Quintil. in Proœm. lib. 4. 3.
Longius in amicitia prouectus. Cic. de Amicit. 32.
Longissimè, Superlatiuus, De loco & tempore etiam dicitur. Liu. 1. ab Vrbe, 77, Signum, contra quod longissimè conspectum oculi ferebant, animo finiuit, &c.
Longissimè ab Occasu patet. Plin. Pars nostra terrarũ, de qua memoro, ambiente, ut dictum est, Oceano uelut innatans, longissimè ab Ortu & Occasu patet.
Longissimè abest à uero. Cic. 4. Acad. 69.
Longissimè memini. Plaut. Menæch. 24. 54.
Longissimè disiuncta comprehendere. Cic. in Pisonem, 1.
Longissimè, pro Longum est. Plaut. Sticho, 9. 24,
—quàm dudum in portum huc uenisti?
P. Longissimè.
Longissimè abhorret mea ratio uoluntasq; ab hoc facto. Cicero 4. Verr. 7.
¶ Longulè, penul. corr. (ὑπομακρὰν) Aduerbium diminutiuum à Longè. Plaut. Rud. 7. 6.
——illicò nos hic imus
Haud longulè ex hoc loco. Idem Menæch. 2. 62.
¶ Longulus, penul. cor. Adiectiuum (ὑπομακρὸς) Cicero ad Atticum, libro 16. 337. 3, Itaq; eo die mansi Aquini: longulum sanè iter, & uia inepta.
¶ Longiusculus, penul. corr. (ὑπομακρότερος) Adiectiuum diminutiuum à comparatiuo longius. Cicero pro Archia, 19, Quòd epigrammata in eum fecisset tantummodo alternis uersibus longiusculis.
¶ Longipes, penul. cor. longipedis, om. gen. (μακρόπους) Plin. libro 30. cap. 4. 4, Bupresti animal est rarum in ita ia, sesamillimum scarabeo longipedi. Id est, longos pedes habenti.
¶ Longæuus, Adiectiuum (μακρόων, Λυκαιὸς, μακρόβιος) Quod est longi æui. Virg. 6 Aeneid. 153,
Quem tibi longæuo seruum Lauinia coniunx
Educet syluis.
Caput longæuum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 11.
Capilli longæui. Martial. 14. 27.
Nutrix longæua. Ouid. epist. 1. 21.
Parens longæuus. Virg. 3. Aeneid. 34.
Senecta longæua. Propert. lib. 2. eleg. 14. 10.
Senes longæui. Virg. 5. Aeneid. 143.

Vetustus

Vetustas longæua. Martial. libro 1. 5.

Longæuitas] longæuitatis, Macrob. libro Saturn. capit. 5, Nam non minus edacitatis habent quàm de longæuitate eorum opinio fabulatur. De coruis & cornicibus loquitur.

¶ Longitudo, penul. prod. (μῆκος μακρότης) longitudinis, Denominatiuum, Notam habet significationem. Plin. libro 11. cap. 25. 2, Intelligi autem gracilitate & longitudine.

Longitudo itineris. Cic. 9. Philipp. 257.

Longitudo, De tempore etiam dicitur. Terent. Heaut. 5. 2. 10, Vbi te uidi animo esse omisso, & suauia in præsentia Quæ essent, prima habere, neq; consulere in lõgitudinẽ, Cepi rationẽ, ut neq; egeres, neq; ut hæc posses perdere.

Longitudo noctis. Cic. 7. Verr. 21.

Longitudo orationis, cui Breuitas opponitur. Cic. in Partit.

Immodica longitudo. Quint. lib. 4. cap. 1. 43.

¶ Longinquus, Adiectiuum (ἀπότης, ἄπωθεν) Remotum, distans. Cicero de Senect. 77, Existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.

Aeuum longinquum. Lucret. lib. 2. 14.

Arua longinqua. Horat. 1. epist. 8. 2.

Bellum longinquum. Catul. Argon. 59. 69.

Longinquis bellis obruti. Plin. lib. 7. cap. 54. 1.

Fornax longinqua, pro longa. Plin. lib. 9. cap. 38. 2.

Itinera longinqua acturi Sarmatæ, &c. Plinius libro 8. capit. 42.

Linea longinqua, pro longa. Plin. lib. 9. cap. 17. 1.

Longinquos respicit montes: id est, remotos. Plinius epist. 17. libro 2.

Morbus longinquus, Diuturnus. Liu. 1. ab Vrbe, 136.

Orbis longinquus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 6.

Spes non longinqua. Stat. 2. Sylu. 1. 11.

Sermo longinquus: cui Breuis opponitur. Plautus Milite, 14. 29.

Vetustas longinqua. Virg. 3. Aeneid. 83.

Vita longinqua. Plaut. Milit. 10. 135.

Ex longinquo uenire. Plin. lib. 10. cap. 42. 2.

E longinquo multa annunciare. Plin. lib. 7. cap. 52. 2.

Longinquum amanti istuc: hoc est, diuturnum nimis & fastidiosum. Plaut. Merc. 22. 55.

Longinquum loqui: hoc est, diutius. Plaut. Merc. 12. 23.

Longinqui, Qui longè habitant. Cic. Marcel. lib. 15. 7. 1, Non dubito quin præsentes censeant: nos quidem longinqui, & à te ipso missi in ultimas gentes.

¶ Longinquitas, penul. corr. longinquitatis, Ipsa distantia locorum. Cicero ad Cælium, libro 2. 8. 2, Propter longinquitatem & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur.

Longinquitas nauigandi. Plin. lib. 31. cap. 6. 6.

Nimia longinquitate locorum commoueri. Cicero pro lege Manilia, 16.

Longinquitas ætatis. Terentius. Hecyr. 4. 2. 20. id est, diuturnitas.

Longinquitas temporis. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 115. Cicero 2. de Fin. 141. Qui autem uoluptate uitam effici beatam putabit, quî sibi is conueniet, si negabit uoluptatem crescere longinquitate? Idem 5. Tusc. 165.

¶ Longiter, pro longè, Aduerbium antiquum. Lucil. lib. 3,

Non (ut opinor) id à lecto iam longiter acti. Ex Nonio. Vsus est & Lucret. lib. 5.

¶ Longisco, longiscis (μακρύνομαι) longiscere, Longum fieri, uel frangere. Ennius lib. 17,

—neq; corpora firma Longiscunt quicquam. Idem, Cum sola est eadem faciunt longiscere longè. Nonius.

¶ Longurio, longurionis (ἐπιμηκὴς) Id est, longus. Varro Triphalo, Ego nihil narro, adeò hic ita curat qui ante me est, nescio qui longurio. Antiquum.

¶ Longurius, longurij (κάμαξ) Pertica longior, quæ sepibus hortorum uel etiam bellicis traijci solebat ad eas confirmandas. Varro de Re rust. lib. 2. capit. 7. 9, Itaq; in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia ac fenestras, & inter singulas à præsepibus interijcere longurios qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Cæsar 7. bel. Gall. 339, A castris longurios, musculos, falces, reliquaq; quæ eruptionis causa parauerat, profert. Ibidem, lib. 4. 526, Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac longurijs, cratibusq; consternebantur.

Lopas] lopadis, penul. corr. f. g. (λοπάς) Genus conchæ marinæ. Plaut. Rud. 8. 7,

——habemus echinos, lopadas,
Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam.

Loquor] loqueris, penul. corr. (λαλέω, αὐδάω, μυθέω, φθέγγομαι) loqui, Deponens. Varr. libro 5. de lingua Latina, Loqui ab loco dictum: quòd qui primo dicitur fari, & uocabula, & reliqua uerba dicit antè, quàm sito quisq; loco ea dicere potest. Et paulo pòst, Igitur is loquitur, qui suo loco quodq; uerbum sciens ponit.

Loqui, aliquando Dicere significat. Cicero Papyrio Pæto, lib. 9. 22. 10, Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus. Plautus Menæch. 8. 47,

——quas mulieres
Quos tu parasitos loqueres?

Accuratius loqui. Quint. lib. 3. cap. 2. 2.

Loqui ad uoluntatem, Dicere quod libet. Cicero in Parad. 49, Loquitur ad uoluntatem: quicquid denunciatum sit, facit: adsentatur, assidet, muneratur. Idem de Amicitia, 76.

Loqui ad uoluptatem: hoc est, Voluptatem suo sermone auditẽtibus afferre. Cic. pro Quintio, 62. Legitur in emendatioribus codicibus, uoluntatem.

Loqui apertè. Terent. And. 1. 2. 31,

Ita apertè ipsam rem modò loquutus, nihil circuitione usus es.

Loqui aliquid. Cic. 3. de Fin. 14.

Loqui apud aliquem turpiter. Cic. 2. de Fin. 119.

Sit mihi fas audita loqui. Virg. 6. Aeneid. 54.

Mitte loqui cætera. Horat. Epod. 13. 2.

Citra reprehensionem loqui. Quintilian. libro 1. capit. 5. 40.

Commodè loqui. Vide Commodus.

Commodum loqui. Plaut. Trinum. 17. 13. Vide Ordior.

Comprehensè loqui. Vide Comprehendo.

Confidenter loqui. Plaut. Amphit. 8. 206.

Confusè loqui. Vide Confundo.

Conuenienter loqui. Vide Conuenio.

Loqui cum aliquo de re aliqua. Cicero Lentulo, libro 1. 8. 14.

Loqui cum aliquo uehementer. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 11. 7,

Loqui cum grauitate. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 6.

Loqui de. Cicero ad Atticum, libro 10. 195. 14, De ea re nos inter nos locutos.

De magnis rebus loqui. Lucret. lib. 4. 205.

Loqui deliramenta. Plaut. Amph. 8. 62.

Dulce loqui. Horat. 1. epist. 7. 6.

Minus efficaciter loqui. Quint. lib. 5. cap. 13. 20.

Emendatè loqui. Quint. lib. 1. cap. 5. 1.

Loqui ex nauibus. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 59.

Facta, infecta loqui. Stat. 3. Theb. 86.

Falsa loqui. Ouid. 7. Metam. 125.

Loqui familiariter cum aliquo. Plaut. Aulul. 6. 15.

Ficta loqui. Ouid. 1. Metam. 155.

Loqui porrectiore fronte: hoc est, audacter. Plautus Casin. 6. 3.

Furtim loqui aliquid. Ouid. epist. 16. 53.



Digitized by Google

Haud ignota loquor. Virg. 2. Aeneid. 19.
Impensius loqui. Senec. de Benefic. lib. 2. capit. 24.
Impunè loqui. Vide in dictione Abditum in Abdo.
Loqui in eandem sententiam: hoc est, eiusdem esse sententiæ. Cæsar 1. bel. Ciuil. Cicero 3. Verr. 47, Hæc quum omnes sentirent, & quum in eam rationem pro suo quisq; sensu ac dolore loqueretur, omnes, &c.
Inconstanter loqui. Vide Inconstans.
Inductum & quasi deuium loqui. Vide Induco.
Loqui inter se. Cic. ad Attic. lib. 5. 88. 7. Vide Inter.
Lapides loqueris. Plautus Aulul. 6. 26. Et apud Martial. libro 5. 42,
Theatra loqueris, & gradus, & edicta.
Latinè loqui. Cic. 6. Verr. 2.
Latinè, & Grammaticè loqui, differunt. Quintilius libro 1. capit. 6. 17.
Lautè loqui. Plaut. Milit. 14. 11,
Quia enim loquitur lautè, & minimè sordidè.
Loqui lepidè Plaut. Milit. 10. 21.
Liberè loqui. Vide Liber.
Loqui lingua. Plaut. Truc. 5. 15,
Consu'tare, bene loqui lingua.
Longinquum loqui. Vide Longus.
Magnificè loqui. Vide Magnus.
Magnificè magna loqui. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 3.
Magnum loqui, nitiq; cothurno. Horat. de Arte, 57.
Malè loqui absenti: id est, detrahere absenti. Terentius Phorm. 2. 3. 25. Vide Malus.
Malè loqui mandata. Horat. de Arte, 22.
Loqui maturè & grauiter. Plin. epist. 87. 2.
Simulata mente loqui. Virg. 4. Aeneid. 21.
Mirabiliter de te loquuntur & sentiunt. Cicero Figul. libro 4. 13. 16.
Mollius de peccatis suis loqui. Quintil. libro 4. capit. 2. 50.
Monstra ac portenta loqui. Lucret. lib. 4. 119.
Non est quod multa loquamur. Horat. 2. epist. 1. 6.
Loquere mihi nomen tuum: hoc est, dic, effer. Plautus Menæch. 2. 4. 7.
Optata loqui. Vide Opto.
Ore rotundo. Horat. de Arte, 66.
Omnes simul uno ore loquuntur. Ouid. 12. Metam. 49.
Loqui ore duarum & uiginti gentium. Plinius de Viris illustribus, 76.
Ore muto nititur loqui. Ouid. 2. Fast. 123.
Ocioſè loqui. Vide Ocium.
Paucula loqui. Terent. Heaut. 4. 6. 24.
Planè & diſertè loqui. Plaut. Amph. 7. 22.
Prælia loqui. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.
Loqui pro aliquo. Cælius ad Cic. lib. 8. 6. 11.
Pro re pauca loquar. Virg. 4. Aeneid. 68.
Loqui rem aliquam pro De aliqua re. Senec. epist. 91. Virg. eclog. 6. 15,
Quid loquar aut Scyllam Niſi, &c.
Secretò loqui cum aliquo. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 14.
Secum loqui. Cic. pro Quintio, 30.
Securius inter cœnam loqui de aliquo. Quint. lib. 6. capit. 3. 7.
Submiſſè loqui. Quint. lib. 6. cap. 5. 5.
Superba loqui. Propert. lib. 1. eleg. 10. 5.
Verba fortia loqui. Ouid. ad Liuiam, 2.
Verba loquor ſocianda chordis. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Vitioſè loqui. Quint. lib. 1. cap. 6. 5.
Voce ſupplice loqui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 2.
Orſa loqui uates. Virg. 6. Aeneid. 25.
Loqui & dicere. Cicero in Bruto, Scipio collega meus mihi ſanè bene & loqui uidetur, & dicere. Hic docet, loqui & dicere, non idem eſſe. Nam diſputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum eſt: Oratorum autem, dicendi & ornandi. Cicero in Orat. de Rhetorica & Dialectica uerba faciēs: Vt hoc uidelicet differant inter ſe, quòd hæc ratio dicendi latior ſit, illa loquendi contractior. Senſus eſt, Ratio dicendi, quæ Rhetorica eſt, latè copioſeq; diſſerit, ratio uerò loquendi ſeu diſputandi, breuiter contracteq; rem agit. hæc autem eſt Dialectica. Paulò antè dixerat. Aliud uidetur oratio eſſe, aliud diſputatio: nec idem loqui eſſe, quod dicere: attamen utrunq; in diſſerendo. Diſputandi & loquendi ratio, Dialecticorum ſit: Oratorum autem, dicendi & ornandi. Senſus eſt: Loqui eſt, quomodocunq; uerba facere: Dicere uerò, politè & ornatè. Sed tamen utrunq;, ſiue quis oratione utatur, ſiue diſputatione: ſiue loquatur, ſiue dicat: in diſſerendo uerſatur, Eſt. n. diſſerere, uerbum commune, tam ad Rhetores quàm ad Dialecticos pertinens. Nam Dialectica, ratio diſſerendi Latinè uocatur: & qui dicendo ualent, diſerti appellantur.
Loquer, pro Loqui. Cicero ad Atticum, libro 12. 249. 1, Publia ad me ſcripſit, matrem ſuam cum Publilio loquier, ad me cum illo uenturam, & ſe unà, ſi ego paterer. Vetuſtus codex habet, loqueretur.
Loquuntur hoc palàm. Cicero 5. Verr. 111.
Loquuntur uulgò ſuppoſitum, etc. hoc eſt, uulgò circunferunt. Cicero 7. Verr. 63, Quum uulgò loquerentur ſuppoſitum in eius locum, quem pro illo probare uelles, &c.
Loquuntur annales, loquuntur hiſtoriæ: hoc eſt, referunt, commemorant. Cic. pro Domo ſua, 67. Idem 4. Acad. 11.
Loquitur res ipſa: hoc eſt, apertiſſima eſt, & ſermone non egei. Cicero ad Attic. lib. 3. 41. 2.
Concluſio ipſa loquitur, nihil percipi poſſe. Cic. 4. Acad. 182.
Loquitur fama. Mart. lib. 1. 1.
Digiti cum uoce locuti. Tibul. 3. eleg. 4. 9.
Hæc quidem mera ſcelera loquuntur. Cicero ad Atticum, libro 9. 184. 6.
¶ Loquendi, loquendo, loquendum (τὸ φθέγγεσθαι) ut,
Complexus, ſeriesq; loquendi. Quint. lib. 1. cap. 5. 3.
Finem dedit ore loquendi. Virg. 6. Aeneid. 16.
Forma loquendi. Quint. lib. 1. cap. 6. 10.
Lex, & obſeruatio loquendi. Quint. lib. 1. cap. 6. 11.
Ratio loquendi. Quint. lib. 4. cap. 2. 83.
Studium immane loquendi. Ouid. 5. Metam. 136.
Vices loquendi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 7.
Vires loquendi habere. Ouid. 2. Faſt. 160.
Valet loquendo. Ouid. 13. Metam. 3.
Conſumere tempora loquendo. Ouid. 5. Triſt. eleg. 14. 6.
¶ Loquendus, Participium (μυθησομένος) Mart. libro 5. 26,
Quem chartis famaq; damus, populiſq; loquendum.
¶ Loquens, Participium (φθεγγόμενος) Cicero 3. de Legib. 3,
Vereq; dici poteſt, magiſtratum, legem eſſe loquentem: legē autem, mutum magiſtratum.
Omnia magna loquens. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 3.
Perpauca loquens Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 4.
Verba uiolenta loquens. Ouid. 3. Metam. 144.
Voce furiua loquens. Catul. ad Ianuam, epig. 62. 9.
Inducere aliquem loquentem. Vide Induco.
Chordæ loquentes. Lucret. lib. 4. 198.
Supercilio penè loquente ſigna dare. Ouid. epiſt. 16. 17.
Verba ſupercilijs ſine uoce loquentia dicam. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 4.
¶ Loquentia, loquentiæ (λαλίαι) in compoſitione duntaxat uſurpatur: ut Breuiloquentia, multiloquentia, blandiloquentia, & ſiqua alia ſunt huiuſmodi. Quānis Valerius Probus,

Gram-

Digitized by Google

Grammaticus illustris, illud Salustianum sic legendum, & sic ab eo relictum affirmare solitus sit, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. quod loquentia nouatori uerborum Salustio maximè congrueret, eloquentia cum insipientia minimè conueniret. Hæc Sipont. ex Gell. lib. 1. cap. 15.

¶ Locutus, siue loquutus. pē. prod. Participiū (φθεγξάμενος) ut, Dicenda, tacenda locutus. Horat. 1. epist. 7. 15.

Mirificè sperabat se esse locutum. Catul. de Ario, epig. 79. 1.

Furtim lingua titubante locutus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 5.

Sic ore locuta est. Virg. 1. Aeneid. 125.

Blando ore locutus. Valer. 8. Argon. 8.

Demissa uoce locuta est. Virg. 3. Aeneid. 64.

Tristi uoce locutus. Ouid. 7. Metam. 105.

¶ Locutio, siue Loquutio, Verbale (φράσις) Sermo, siue uerbum. Cicer. 1. Off. 203, Ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione. Idem de claris Orat. 139, Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamentum oratoris uidet locutionem emendatam & Latinam.

Locutio procax. Catul. in Epithalam. Iuliæ, 56. 26.

Recta locutio. Quint. lib. 1. cap. 6. 13.

¶ Locutor, siue loquutor, penul. prod. (λάλος) Qui nimium loquitur. Gel. libro 1. capit. 15, Qui sunt leues & futiles & importuni loquutores.

¶ Locutuleius, locutuleij (ἀδολεσχάλωσος) Linguax, lingua prodigus & infrænis. Gell. libro 1. capit. 15, Neq; minus insigniter ueteres quoq; nostri hoc genus homines in uerba prouectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

¶ Loquitor, penul. corr. loquitaris (καταλαλέω) loquitari, Frequentatiuum deponens. Plaut. Bacch. 18. 5,

Eho tu loquitatiúsne es gnato meo malè
Per sermonem, quia mihi id aurum reddidit?

¶ Loquax, λάλος, πολυλόγος, loquacior, loquacissimus, Verbosus, garrulus. Cic. in Parad. 51, Adolescentibus paulo loquacioribus est seruiendum.

Loquax & Mutus, contraria. Cic. 2. de Orat. 87.

Nutu manibusq; loquax. Claud. 8. Paneg. 62.

Auis loquax. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 2.

Loquax epistola, Verbosior & longior. Cicero ad Attic. libro 4. 83. 2.

Rana loquax. Ouid. 9. Metam. 28.

Lymphæ loquaces. Horat. 3. Carm. ode 13. 3.

Nutus loquaces. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 5.

Oculi loquaces. Tibul. 2. eleg. 7. 9.

Ranæ loquaces. Virg. 3. Georg. 87.

Loquax senectus. Cic. de Senect. 50.

Vultus loquax. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 4.

¶ Loquaculus, & loquacula, penul. corr. (λαλίσκος) Lucret. lib. 4. 235, At flagrans, odiosa, loquacula.

¶ Loquacitas, penul. corr. (ἀδολεσχία, ἀδολογία) Stulta & inanis copia loquendi. Cic. ad Attic. lib. 7. 132. 6, Loquacitati ignoscas, quæ & me leuat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas. Idem 1. de Orat. 52, Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine usu, neq; ex scholis cantilenam requirunt.

Conterrere loquacitatem uultu. Vide Conterreo.

Inhibere loquacitatem immodicam. Plin. lib. 28. cap. 8. 30.

¶ Loquaciter, penul. corr. Aduerbium (πολυλόγως) Cic. pro Murena, 23, Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat.

Scribetur tibi forma loquaciter. Horat. 1. epist. 17. 1.

¶ Loquela, penul. prod. Idem (λέξις, λαλία) Cicer. 4. de Finib. 112, Ex ea difficultate illæ fallaces loquelæ, ut ait Accius, malitiæ natæ sunt. Quædā exemplaria legunt, fallaci loquētiæ.

Blanda atq; infracta loquela. Lucret. lib. 5. 47.

Commodare loquelam. Vide Commodo.

Suaues ex ore loquelas fundere. Lucret. lib. 1. 8.

Verbosa gaudet Venus loquela. Catul. in Camerium, epig. 51. 5.

Lora] uel Lura, uter est. Ausonius, Sociisq; eius opes aliquas in lora esse existimantes. Quo uerbo quidā offensi, in scorto, subijciunt: sed hanc dictionem retinendam esse, Turnebus probat.

Lora] lorę, priore correpta (ἀσκιτέμιον) quid significet, declarat Varro de Re rust. lib. 1. cap. 54. 2, Quum desijt sub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rursus premunt: & rursus, quum expressum, circunciſum appellant: ac seorsum, quod expressum est, seruāt: quod resipit ferrū, expressi acinorum folliculi in dolia conijciuntur, eoq; aqua additur: ea uocatur lora, quod lota acina, ac pro uino operarijs datur hyeme. Col. lib. 12. cap. 40. Plin. lib. 14. capit. 10, Non possunt iura dici uina, quæ Græci deuteria appellant: Cato & nos loram, maceratis aquæ uinaceis. Sed tamē inter uina operaria numerātur. Tria eorum genera: de quibus ibidem sigillatim.

Lorea à Catone uocatur, lib. de Re rust. cap. 25. Indidem si uoles, lauito paululum, & lorea erit familiæ, quod bibat.

Loramentum, Loreus] Vide Lorum.

Lorica] loricæ, penul. prod. (θώραξ, χιτών) A loro, dicitur munimentum corporis, quale in imperatorum antiquissimis statuis uidemus. In uniuersum dicitur cuiuscunq; rei tutela, & protectio, & munimentum, ut ait Budæus. Liu. 5. ab Vrbe 173, Multosq; imperitos nandi, aut inualidos graues loricis, alijsq; tegminibus hausere gurgites. Cicero pro Mur. 49, Descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum uirorum, & cum illa lata insigniq; lorica, non quæ me tegeret.

Aeneæ loricæ & galeæ. Cic. 6. Verr. 87.

Conserta hamis lorica. Virg. 3. Aeneid. 94.

Rigens ex ære lorica. Virg. 8. Aeneid. 125.

Auro triplex lorica. Virg 5. Aeneid. 52.

Cum lorica ambulare. Cic. pro Flacco, 32.

Celare loricas opere Corinthio. Vide Opus.

Auro squallentem, albóq; orichalco circundat humeris loricā Virg. 12. Aeneid. 18.

Lorica, Pars est murorum & structurarum. Vitruu. lib. 2. cap. 8. de lateritijs parietibus, Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut uentis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, nō patietur lorica testacea lædi laterem, sed proiectura coronarum reijciet extra perpendiculum stillas. Loricam appellat coronarum proiecturam, quæ fit in parietibus eiuscemodi. Curtius lib. 9, Loricam appellat structurā fastigiatam, quæ aquam pluuiam utrinq; dispellit extra perpendiculum, ueluti suggrundulis prominentibus. Capistratæ huiuscemodi structuræ à structoribus nostris appellantur. In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium è marmore tuso cum calce & arena. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Itaq; si necessitas coegerit, ut minimè uitiosa fiant, sic erit faciendum, quum coaxatū fuerit, insuper altera coaxatio trāsuersa sternatur: clauisq; fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. Deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur. Varro lib. 1. de Re rust. capit. 57. 1, Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Budæus. Cæsar 5. bel. Gal. 149, Turres contabulantur: pinnæ loricæq; ex cratibus attexuntur.

¶ Loricula, loriculæ, penul. corr. (χιτώνιον) Diminutiuum.

Lorica siue Loricula, in re militari significat munimentū, quod obsessores urbium construunt: nam ultra iactum teli fossam faciunt: eamq; uallo sudibus, & turriculis instruunt: ut ea-

rumpentib.è ciuitate poßint obsistere. Author est Vegetius lib.4.Cæsar.8.bel. Gal.36. Hæc imperat uallo XII. pedum muniri, coronisq; pro hac ratione eius altitudinis inædificari, fossam dup'icem, pedum quinûm denûm lateribus directis deprimi, turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum pontibus traiectis, constratisq; coniungi, quorum frontes uiminea loricula munirentur, ut hostis à duplici propugnatorum ordine depelleretur.

¶ Lorico, loricas, penul.prod. (πλακόω) loricare, Loricam induere. Plin.lib.8.cap.24,1. de ichneumone, Mergit se limo sæpius, siccatq; sole. Mox ubi p'uribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit.

Loricata statua (σταλαθῶν ἀγαλμα) Liu.3.bel.Pun.93, Statua eius indicio fuit Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, uelato capite, &c.

Loricati mi ites. Liuius 5.bel. Mac.182, Partim loricatos, quos cataphractos uocant, partim sagittis ex equo utentes.

Loripes] penul.corr. loripedis, penul.corr. com.gen. (ἱμαντόπους) Qui pedem in modum lori tortum habet. Iuuenalis Satyr.2.3,

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Plautus Pœnul.7.7,

Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes, tardißimos.

Prætextatum rapuit Nero loripedem. Iuuen. Satyr.10.31.

Lorum] lori, priore producta (ἱμὰς, ἱμάντος, βοὸς, ὁ ντὸρ) Græca dictio, λῶρον, Latinè corrigia dicitur.

Lorum, Retinaculum iumentorum, & habenæ.

Abrupta lora. Ouid.2.Metam.62.

Fluitantia lora. Ouid.2.de Arte,87.

Rubra lora. Catull.ad Varum, epigram.19.2.

Vndantia lora. Virgil.5.Aeneid.30.

Concute lora per admissas iubas. Ouidius 2. Amor. eleg. 16.10.

Corripe lora manu. Ouid.2.Metam.29.

Dant lora proni. Virg.3.Georg.22.

Tenens lora. Virg.1.Aeneid.97.

Lorum, Quodcunq; ligamentum dici potest. Gell.lib. 5.capit. 14, Postea, inquit, uidebamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum. Cic.de Arusp.resp.20, Puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit, aut tensam aut lorum omisit.

Solutis ire loris. Ouid.1.de Arte, 9.

Lorum, Corrigiæ qua noxij cædebantur. Donatus, Lora apud ueteres laura dicebantur, à laura triumphorum, sub qua mos erat captiuos uinciri, duciq; per pompam. Ideo autem ut conditionis reminiscantur, loris cæduntur. Terent. Adel.2.1.28,

Nam si molestus pergis esse, iam intrò arripiêre, atque ibi Vsq; ad necem operiêre loris. s. loris liber?

Cædere loris. Cic.8.Philip.250. & 13.164. Vide Cædo.

Vri loris. Horat.1.epist.17.10.

Senfit lora restrictus lacertis. Horat.3.Carm.ode 5.8.

Lora, dicuntur corrigiæ, quibus lecti & sellæ instruuntur, super quas tomenta uel culcitræ imponuntur. Martial. libro 2.57.

Recensq; sella linteisq; lorisq;.

¶ Lorarius, lorarij (ἱμαντὸς) Dicebatur, qui in scenicis fabulis parebat ijs qui ludis erant præfecti: & uel uinciebat, uel cædebat quos iussus erat uincire uel cædere. Tortores quoque lorarios uocatos legimus. Gell.libro 10.capit.3, Itaque ij sequebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarij.

¶ Loramentum, loramenti (ἱμὰς) Ligamentum. Iustinus lib. 11, Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, uiolentius oraculo rex usus, gladio loramenta cædit. De nodo Gordij loquitur.

Loratus, pen.prod. Adiectiuum. Virgil.in Moreto,

Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos. id est, loris iuncta.

¶ Loreus, Adiectiuum (ἱμαντινὸς) Plin.lib.18.cap.31.8, Antiqui funibus uittisq; loreis ea detrahebant, & uectibus. Cato cap.33, Loreus funis.

Loreum latus. Vide in Latus.

Lotium] lotij, priore breui (ὄρθ) à nomine Lotio, Lotionis dicitur, Vrina: à diluendis corporibus sic dicta. Sueton.in Vespasiano, cap.23. Reprehẽdẽti filio Tito, quòd & urinæ uectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur. At illo negante, Atqui, inquit, è lotio est.

Lotium utique primam habere breuem docet Valla lib. 1. cap. 2. idq; contra primitiui naturam. Videtur tamen Catullus produxisse in hoc scazonte ad Egnatium,

Hoc te amplius bibisse prædicet loti. Loti pro Lotij. Sic enim multi legendum putant, non totum.

Lotium difficil'im transibit. Cato capit.122.

Lotium suillum. Cato cap. 7.2.

Lotiolentè] Aduerbiũ, dictũ ueluti lutulentè, à lotio. Titinius Lotiolentè flocci flet, & circulator. Nonius. Antiquũ.

Lotometra] λωτομήτρα, Genus panis. Plinius libro 22. capit.21.5.

Lotophagi] penul.corr. Populi in Africa apud Syrtes, loto arbore uictitantes. Vide Lotos.

Lotura, & Lorus] Adiectiuum. Vide Lauo.

Lotos] uel Lotus, f.g. (λωτὸς) Arboris nomen, de qua Plinius libro 13. capit. 17.1, Eadem Africa quà uergit ad nos, insignẽ arborem lotum gignit, quam uocant celtin, & ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam. Præcipua est circa Syrtes atq; Nasamonas. Magnitudo quæ piro: quanquam nepos Cornelius breuem tradat. Incisuræ folio crebriores, alioquin ilicis uiderentur. Differentiæ plures, eæq; maximè fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ, color croci, sed ante maturitatem alius atq; alius, sicut in uuis. Nascitur dẽsus in ramis myrti modo, non ut in Italia ceras. Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti, terræq; dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. &c. Ligno colos niger. Ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capulos breuesq; alios usus excogitant.

Lotos etiã fructũ loti arboris significat. Ouid. 4. de Põ. eleg.10,

Nec degustanti lotos amara fuit.

Lotos, Herba. Plin. lib. 13. capit.17, Est autem eodem nomen & herba, & in Aegypto caulis in palustrium genere. Recedentibus enim aquis Nili riguis, prouenit similis fabæ caule fõlijsq; densa congerie stipatis, breuioribus tantum, gracilioribusq;: cui fructus in capite papaueri similis incisuris, omniq; alio modo. Intus grana ceu milium, &c.

Lotos] & Lotis, Lotidis & Lotus (λωτὸς) proprium nomen nymphæ Neptuni filiæ, quæ Priapum fugiens, in arborem sui nominis uersa est. Ouid.lib.10.Metam.20,

Amnicolæq; simul salices & aquatica Lotos. Ab hac,

Lotophagi] λωτοφάγοι, populi Africæ Minoris. Plinius libro 5, Lotophagorum oram citra Borion in intimo sinu Syrtis maioris statuit: Ptolemæus inter duas Syrtes Ortum uersus, ad Cyniphen fluuium. Herodotus libro 4. ad minorem Syrtim ferè, & Gindanes illos, quorum uxores adeò se Venere iactant, locat. Horum nullus Meliæ conuenit; trans Borion oram eorum statuenti. Strabo certè libro ultimo, ad minorem Syrtim & insulam eius insignem, cui nomen est

Meninx

Meninx, Lotophagos habitasse, argumentum esse ait monimenta quædam, & Vlyßis aram, & loton arborem suauissimi fructus, à qua his nomen datum est in ea copiosam. Quam Plinius quoque ab Eratosthene Lotophagiten dictam esse ait. Hospitales Lotophagos, & appulsis mites fuisse constat, atq; inde tanta eorũ laus. Nam, ut Strabo ex Eratosthene retulit, in his litoribus communis Barbarorũ mos hospites pellendi. Silius libro 3, Nimis hospitam dixit, quòd uescentes, eius dulcedine adeò capiantur, ut terram non nisi inuiti deserant. Hinc illa Odysseæ libro 9, Homeri de sociis Vlyßis fabula.

Lotus] Nympha fuit, quam quum amatam Priapus persequeretur illa fugiens, & deorum auxilium implorans, illorum miseratione conuersa est in arborem sui nominis. Vide Lotos.

Loxa] (λώξας) Ptolemæo libro 2. capit. 3. fluuius Britanniæ Vulgò Fyrth. L V

Lua] Dea quædam apud ueteres fuit, à luendo expiandoq; nomen sortita, quæ præerat lustrationibus & lustris. Liu. lib. 18, Armorum uis magna tum inter cæsa corpora hostium, tum in castris inuenta est. Ea Luæ matri dare se consul dixit. Annotauit Turnebus.

Lubet] lubuit (ἀρέσκει) per u scripsere ueteres: quod tamen nunc per i scribimus. Vide Libet.

Plautus Persa, 10.48, —— si meo si liceat modo,
Sapienter potius faciam quàm stultè. s. lubet
Lubere per me tibi P. licere intelligo:
Verùm lubere haud liceat, si lubeat mihi. Idem Amphit. 3.223. Cic. de Senect. Idipsum tamẽ ut lubebit: quoniã, Magis lubet. Vide Magis. (&c.

¶ Lubens, lubentis, om gen. (ἄσμενος) Plaut. Cistel. 2.10,
—— ædepol factum id est. Lubenti animo, fietq;
Libente me facies. Plaut. Sticho, 8.20.

Lubentes sunt malo mulieri. Plautus Cistel. 10.14, id est, delectant eos malum inferre, siue nocere mulieri alicui.

¶ Lubens, pro Lubenter (ἄσμενος) Plautus Amphitr. 5.15. Terent. Heaut. 4.5.15.

Facium boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens. Idem Plaut. Amphitr, 5.5.6,
Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim.

¶ Lubenter, Aduerbium (ἡδέως, ἀσμενως) id est, lubenti animo. Plaut. Rud. 22.14, Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro & cum malo quiescunt.

Magis lubenter. Vide Magis.

Nimium lubenter. Vide post Nimis.

Lubentius. Plaut. Capt. 4.10,
Omnes profectò liberi libentius
Sumus quàm seruimus.

Lubentia] Vide Libet.

¶ Lubido, pen. prod. lubidinis, f.g. (λαγνεία) Vide Libido. Plaut. Trinum. 13.20, —lubido est
Obseruare qui agat: ei rei operam dabo.
Idem Persa, 6.7, —audacter tibi
Si lubido est perdere.

¶ Lubidinitas, pro lubidine, teste Nonio. Laberius Colace, Lubidinitate labitur.

Lubricus] penul. corr. Adiectiuum (ὀλισθηρός, ὀλόλισθος, γλισχρός, γλοιώδης) Lubricus locus est, in quo nequeas insistere, nec ingredi, quales sunt herbæ perfusæ sanguine: ut apud Virgilium de Niso, & Homerum de Aiace Oilei: aut aliter humectatæ: marmora læuigata, lapidesq; uel humore conspersi, terra glaciata, aqua gelata, pauimenta, cæteraq; huiusmodi, lubrica dicuntur. Hactenus Valla libro 4. Cic. 4. Acad. 1635 Tum paucis additis uenit ad Soritas, lubricum sanè, & periculosum locum.

Semita lubrica canenti cliuo. Silius lib. 3.105.

Terra lubrica. Tibull. lib. 2. eleg. 3.11.

Via lubrica tota. Propert. lib. 4. eleg. 4.10.

Lubricus anguis, Labilis, & qui facilè effluit, si comprehendatur manibus. Virgil. 5. Aeneid. 17.

Amnis lubricus. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.17.

Conchilia lubrica. Horat. 2. Serm. Satyr. 4.6.

Oculi dicti sunt lubrici eo modo, quo à quibusdam pes lubricus, pro eo quod est, in lubrico: Ita oculi quasi in lubrico positi sunt, ut uix queant consistere. Quale est quum dicimus, Spargo humum floribus: pro eo quod est, Spargo humi flores: & Sterno lectum pallio: pro eo quod est, Sterno pallio lecto. Hæc Valla lib. 4. Cicer. 2. de Nat. deor. 213, Sed lubricos oculos fecit & mobiles.

Lubrica terga. Virgil. 2. Aeneid. 95. Seruius, Lubricum dicitur & quod labitur dum tenetur, ut pisces, serpens: & locus in quo labimur: ut,
Et sese opposuit Salio per lubrica surgens.

Ora lubrica tabo. Stat. 9. Thebaid. 15.

Lubricam adolescentiam, inquit Valla, per translationem uocamus: in qua qui sunt, uelut in glacie facilè labuntur. Cicer. pro Cælio, 32, Et interdum multas uias adolescentiæ lubricas ostendit, quib. illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione uix posset.

Vultus nimium lubricus aspici. Horat. 1. Carm. ode 19.2.

Lubricus, Fallax, mobilis. Virgil. 11. Aeneid. 144,
Nequicquam patriæ tentasti lubricus artes. Seruius.

Obseruatio lubrica. Quintil. lib. 1. cap. 5.4.

Spes lubrica. Stat. 1. Achill. 111.

Vmbra lubrica. Ouid. 5. Fast. 95. (194.

Lubricus assensus, inconstans, non tutus, fragilis. Cic. 4. Acad.

Lubricus locus, per translationem, pro Difficili & incerto. Cicero 1. Officior. 94.

¶ Lubricum, lubrici, penul. corr. Substantiuum, (ὀλισθος) ut Lubricum itinerum. Tacit. lib. 18.

Paludum lubricum. Tacit. lib. 1.

Angusta & lubrica uiarum. Tacit. lib. 19.

Adolescentiæ lubricum. Tacit. lib. 14. Vide Adoleo.

Aetatis lubricum. Plinius epistol. 3. lib. 3. ad Hispullam.

Lubricum linguæ. Modestinus in l. famosi. ff. ad legem Iul. maiest. Nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerint, & an sanè mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est.

¶ Lubricè, pen. corr, Aduerbium (ὀλισθηρῶς) Dubiè, periculosè, Cic. 2. Philip. 71, Et lubricè uersatus in bello est. Ex uetusto codice legitur, Reliquorum factorum eius in bello P. L. difficilis sanè est reprehẽsio & lubrica, uersatus est in bello.

¶ Lubrico, lubricas, penul. corr. (ὀλισθηρὸν ποιῶ) Lubricare, Lubricum reddere. Iuuen. Satyr. 11.18,
Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

¶ Lubricatus, Arnob. libro 1. aduersus gentes, Lubricatus lapis & ex oliui unguine ordinatus.

Luca] λῦκα, Ciuitas Tusciæ: à qua Lucenses dicuntur, qui in ea habitant, uel qui ea orti sunt. Dicta à Lucumone Hetruscorum rege. De hac Strabo lib. 5.

Luca] Lucæ. Bos luca, dicitur elephas (ἐλέφας) Plinius libro 8. ca. 6.1, Elephãtes Italia primùm uidit Pyrrhi regis bello, & boues lucas appellauit, in Lucanis uisos. Næuius, Atque prius pariet locusta lucam bouem. Ideo dicti boues, quòd nostri maximã quadrupedẽ, quam haberẽt, uocarent bouẽ.

Lucani] penul. prod. (λευκανοὶ) Populi inter Calabros & A-



Digitized by Google

pulos siti, & à Samnitibus orti, duce Lucio, ut scribit Plin. libro 3. capit. 5. Eorum regio Lucania, quæ nunc Principatus dicitur. In ea est Pestum oppidum, & Elea urbs, Lucaniæ & Petiliæ metropolis.

Violenta Lucania. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 8.

¶ Lucanus, penul. prod. Adiectiuum (λευκανὸς) ut, Aper Lucanus. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 2.

Iuga Lucana. Silius lib. 8. 114.

Mare Lucanus. Stat. 3. Sylu. 2. 17.

Pascua Lucana. Horat. Epod. 1. 6.

Lucanica] Lucanicæ, penul. corr. (ἀλλᾶς) Genus farciminis, porcinis carnibus infarctum, à Lucanis populis primùm inuenta. Martial. libro 13. 35,

Filia Picenæ uenio lucanica porcæ. Idem lib. 1. 152.

Lucanus] λευκανὸς, Cordubensis patria, poeta egregius, Senecæ uiri grauissimi, & tragœdiarum scriptoris nepos Vide Seneca.

Lucar, ut ait Festus, appellatur æs quod ex lucis captatur. Alij lucar erogationem dicunt, quæ in lucis fiebat. Et Lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

¶ Lucaria, lucariorum (λευκέλια κελεύμενα) Festa quæ in luco Romani colebant, qui per magnus erat inter uiam Salariam & Tyberim, pro eo quòd uicti à Gallis fugientes è prælio ibi sese occultauerint. Festus.

Lucellum] Vide Lucrum.

Lucens] Vide Lux.

Lucentia] Citerioris Hispaniæ urbs, & Romanorũ quondã colonia, ut scribit Pomponius Mela lib. 2. Nunc uulgo Lugent, teste Oliuario.

Lucentum] λύκεντον, Hispaniæ Terraconensis oppidum, à superiore diuersum, quod Ptolemæus lib. 2. cap. 6. statuit super Carthaginem, Occasum uersus. Vulgò Susana.

Luceo] Vide Lux.

Luceres] penul. corr. (λευκρύηνοι) tertia pars fuêre populi Rom. temporib. Romuli regis. Seruius, Cõstat, primò tres partes fuisse populi Rom. unam Tatientium, à Tito Tatiõ duce Sabinorum iã amico post fœdera: alteram Rammetũ, à Romulo: tertiã Lucerũ, quorum, secundũ Liuium, & nomen & causa in occulto sunt. Varro tamen dicit, Romulum dimicantẽ contra Titum Tatium à Lucumonibus, id est, Tuscis auxilia postulasse. Ergo à Lucumone Luceres dicti sunt. Vide Seruiũ in illud Virgilij 5. Aeneid. 111,

Tres equitũ numero turmæ, terniq; uagãtur Ductores, &c.

¶ Luceres, prima modò producta, modò correpta. Propert. libro 4. eleg. 1. 7,

Hinc Titiens, Ramnesq; uiri, Luceresq; coloni. Ouid. 3. Fast. 27,

Quinetiam partes totidem Tatiensibus ille,
Quosq; uocant Ramnes, Lucẽribusq; dedit.

Luceria] λευκέρια, est Dauniorum colonia in Apulia, teste Plinio libro 3. capit. 11. Strabo quoq; idem docet libro 6. dicitq; fuisse Luceriæ nobile fanum Mineruæ.

Arx Luceriæ. Lucan. lib. 2. 95.

Nobilis Luceria. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.

Lucerius] Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo cõtra Tatiũ.

Lucerna, Lucesco] Vide Lux.

Lucetius] dictus est Iupiter, à luce quam præstare hominibus putabatur. sic Iuno Lucetia, quòd lucis causa sit.

Luci, Aduerbium, Lucifer, Lucifuga] Vide Lux.

Lucilius] λεύκιλος, Nomẽ poetæ, à luce deductum. Hic Satyrarum primus inter Latinos promeruit laudem, & apud Neapolim anno ætatis suæ quadragesimo sexto defunctus, publico funere elatus fuit. De Lucilio meminit Horatius 1. Serm. Satyr. 4. & 10. 1.

Saplens Lucilius. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 4.

Lucina] penul. prod. dicta est Iuno, quæ partui præest, quòd partum ferat in lucem. Sunt qui à luco deducunt, qui Romæ Iunoni sacer est in Exquilijs. Plinius libro 16. capit. 44. 1. Ouid. 2. Fast. 90,

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus:
Aut quia principium tu dea lucis habes. Cicero 2. de Natur. deor. 99.

Macrob. libro 7. Saturn. capit. ult. Lucina, quæ Luna est, à parientibus inuocatur: quia proprium eius munus est, distendere rimas corporis, & meatib. uiam dare: quod accelerando partui est salutare.

Lucina, Ilithyia, Genialis, Idem. Horat. in Carm. secul. 3.

Casta faue Lucina. Virg. 4. eclog. 3.

Pignora Lucina bina fauente dedi. Ouid. epist. 6. 25.

Experta labores Lucinæ. Virg. 4. Georg. 68.

Pati Lucinam, Párere. Virg. 3. Georg. 12.

Parce precor grauidis facilis Lucina puellis. Oui. 2. Fastor. 91.

Lucinia] lucinæ. Vide Luscinia.

Lucius] λεύκιος, Prænomen eius qui primus apud Romanos ita uocatus fuit. Multi autem fuerunt, ut Lucius Portius Consul, Lucius Piso, Lucius Cæsar, & alij. A luce hoc nomen ducitur: & à Lucius, Lucilius. Lucius (ait Pompeius Festus) prænomen est eius, qui oriente luce natus est. Varro de lingua Latina libro 5. Lucij, qui prima luce nascuntur.

L. Ostius] tempore bellorum ciuilium patrem suum proscriptum, quem Triumuiri ad supplicium perquirebant, latentem prodidit, ut eius bona acciperet. Author Plutarchus in Romulo.

Lucomones] quidam homines ob insaniam dicti, quòd loca ad quæ uenissent, infesta facerent. Festus.

Lucomedi] penul. prod. à duce suo Lucomo dicti: qui postea Lucerenses dicti sunt. Festus. Alijs Lucumedi, à Lucumone uocantur. Vide Lucumo.

Lucrenses] Vide Lucéres.

Lucretia] λευκρητία, Nobilis Romana, Sp. Lucretij filia, quã Sex. Tarquinius, Tarquinij Superbi Romanorum regis filius stuprauit. Quod ipsa quum patri & uiro Collatino indicasset, gladio se occidit, fecitq; ut populus scelus ulciscere tur, & reges exigeret. Claud. de Lucretia, epigram. 22. 31,

Et grauis incumbens casto lucretia ferro, &c.

Hanc historiam scribit Liuius lib. 1. circa finem: & Ouid. lib. 2. Fast. Seneca Octau. 6. 6.

Lucretilis] penul. cor. (λευκρήτιος) Mons est in Sabinis, de quo Horat. 1. Carm. ode 17. 1.

Velox amœnum sæpe Lucretilem Muta Lyceo Faunus.

Lucretius] λευκρήτιος, poeta Terentio, Varrone, & M. Tullio paulo antiquior, scripsit de Rerum natura libros sex. Perijt ætate integra, quum paucos annos supra quadraginta impleuisset. Eusebius tradit, eum tanto furore percitum fuisse, assumpto amatorio poculo, ut propria manu se interfecerit. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 5,

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit una dies.

Lucrinum] penul. prod. Dauniorum est oppidum in Apulia, ut scribit Strabo lib. 6. & Pomponius lib. 2.

Lucrinus] & Auernus (λευκρῖνος ἡ λίμνη) lacus uterq; in Baiano sinu est. At Lucrinus populi Romani cura piscosus factus, uectigalibus operam pensantibus. Vide Seruium apud Virgilium 2. Georg.

An memorem portus, Lucrinoq; addita claustra, &c.

¶ Lucrinus, penul. prod. Adiectiuum (λευκρῖνος) ut aqua Lucrina. Propert lib. 1. eleg. 11. 2.

Lacus Lucrinus. Horat. 2. Carm. ode 15. 1.

Lucrum]

Digitized by Google

Lucrum] lucri (κέρδος, χρηματισμὸς, ἐμπολὴ, ὄργασία) Quæstus. Terent. Heaut. 4.4.25,

Nè ille haud scit hoc paulum lucri quantum ei
Damni apportet.

Lucrum & quæstus. Cic. 5. Tuscul. 13.
Cupido lucri. Quid. 3. de Arte, 75.
Scabies & contagia lucri. Horat. 1. epist. 12. 3.
Studium lucri. Horat. 4. Carm. ode 12. 5.
Bonum lucrum. Vide Bonus.
Dulce. Ouid. 1. Fast. 39.
Perenne lucrum. Vide Perennis.
Pudenda lucra. Ouid. 3. de Arte, 89.
Sordidum lucrum. Quintil. lib. 1. capit. 12. 12.
Abrumpere lucrum. Vlpia. in l. j. quarum rerum actio datur. Neq; enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum ex re patroni non fecerit. Lucrum abruptum dicit, quasi præceps, & præter spem abactum, ait Budeus. Legitur & abreptum, & obruptum.
Afficere lucro. Vide Afficio.
Apponere lucro. Horat. 1. Carm. ode 9. 3.
In lucro deputare. Terentius Phorm. 2. 1. 21.
Dare lucrum, uel addere. Cic. 5. Verr. 59.
Facere lucrum ex uectigalibus publicis. Cicero 5. Verr. 73.
Ligurire lucra. Vide Ligurio.
Ponere in lucro aliquid. Cicero pro Flacco, 31.
Reuocare ad lucrum. Cic. 3. Philipp. 145.
In lucro esse. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 14.
Lucro est. Plautus Milit. 10. 80. Cicero 13. Philipp. 377, Quibus utri nostrûm ceciderint, lucro futurum est.
Lucri est, Prodest. Terent. Phorm. 1. 2. 11,

Vbi quid mihi lucri est te fallere?

¶ Lucrosus, penul. prod. Adiectiuum (κερδῶος) Plenum lucro. Plinius libro 18. capit. 31. 11, Id pereæquè lucrosissimum. Idem libro 37. capit. 12. 5, Neque est ulla fraus uitæ lucrosior.
Eloquentia lucrosa, & sanguinans. Tacitus de Oratoribus.
Pœna est lucrosa poetæ. Ouid. 2. Trist. 101.
Voluptas lucrosa. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 7.
¶ Lucellum, lucelli, Diminutiuum (κερδύφιον) Cicero 5. Verr. 60, Age, quid tum? si Apronio delicijs Prætoris lucelli aliquid iussi sunt dare, putate Apronio datum: si Apronianum lucellum, ac non Prætoria præda uobis uidebitur.
Dulce lucellum. Horat. 1. epist. 19. 22.
¶ Lucratiuus, penul. prod. Adiectiuum. Iulianus in l. omnes D. de action. & obligatio. Omnes debitores, qui speciem ex causa lucratiua debent, liberantur, quum ea species ex causa lucratiua ad creditorem peruenisset.
Acquisitio lucratiua. Vlpianus in leg. apud Celsum. §. auctoris. D. de doli mali except.
¶ Lucrificabilis, & hoc lucrificabile, pen. corr. (κερδαλέος) Plaut. Persa, 19. 2, Nè hic tibi dies illuxit lucrificabilis. id est, lucrum afferens. Antiquum.
¶ Lucrifuga, lucrifugæ, penul. correp. (φυγοκερδὴς) Qui lucrum fugit. Plaut. Pseud. 20. 36,

—Venus mihi hæc
Bona dat, quũ hos huc adijcit lucrifugã, dãni sui cupidos.

¶ Lucror, lucraris, lucrari, Deponens (κερδαίνω, χρηματίζομαι) Lucrum facere. Cicero 7. Verr. 50, Precio certo missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari.
Moram fati lucrari. Stat. 9. Th. baid. 156.
¶ Lucratus, nomen ab Africa domita (χρηματισάμενος) Horatius 4. Carm. 8. 4. de Scipione intelligit, qui Africanus dictus fuit.
Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Horatius de Arte, 44.
¶ Lucrifacio, lucrifacis, penul. corr. lucrifeci, lucrifactum (κερδαίνω) lucrifacere. Idem. Martialis libro 8. 11,

Emit lucernas millibus decem Bassus,
Tyrias coloris optimi lucrifecit.

Lucrifacere nomen. Varro 3. de Re rust. capit. 4. 1, Atque adeò non dissimulabo, quod uolo de ornithone primùm, quod lucrifecerunt hoc nomen turdi.
Lucrifacere iniuriam. Plinius libro 7. capit. 39. 2. id est, iniuriam impunè committere, & pœnam non luere. Budæus.
¶ Lucrifactus, Participium (κεκερδανμένος) Cicero 5. Verr. 149, Iam uerò ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam uidetis.
¶ Lucrifio, κεκερδάνθαι, Cicero 5. Verr. 91, Quid si ostendo in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum?
Luctatius] Catulus (λεπτὸς & λέπτολος) Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduersum Pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus & alijs oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliam & Africam depressit, finemq; bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, ut Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis intra Italiam Africamq; decederent, Hispania circa Iberum fluuium abstinerent.
Luctor] luctaris (παλαίω, διαπαλαίω) luctari, A luo, luis deriuatum: significat Conari, niti: quia in huiusmodi conatu membra soluuntur, inquit Sipontinus. Propriè luctari dicuntur, qui se inuicem complectentes, alter alterum in terram deijcere nituntur. Liuius 7. ab Vrbe, 185, An æquum esse dedititios suos illa fertilitate atque amœnitate perfrui, se militando fessos in pestilenti atq; arido circa urbem solo luctari, aut in urbe insidentem labem crescentis in dies fœnoris pati?
Luctantur inter sese. Plin. lib. 17. cap. 12. 6.
Luctari cum aliquo. Cic. 1. de Orat. 37.
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena. Virgilius 6. Aeneid. 129.
Luctari complexu. Plin lib. 9. cap. 30. 2.
Equo luctari. Silius lib. 4. 48.
Molimine magno luctari. Ouid. 6. Metam. 139.
Remis ad opem luctare ferendam. Ouidus 4. Tristum, eleg. 5, 4.
Morti luctari. Silius lib. 10. 59. Morti, Cum morte.
Circa omnia momenta luctari. Quintilian. libro 5. capite 13. 40.
¶ Luctandum in turba. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 6.
¶ Lucto, luctas, apud antiquos. Ennius lib. 9, Viri à ualidis uiribus luctant. Terent. Hecyr. 5. 3. 32,

Dicitq; se illi annulum sese dum luctat, detraxisse.

¶ Luctans, Participium (παλαίων) ut Iuuenci luctãtes. Virg. 2. Georg. 72.
Anima luctans. Virg. 4. Aeneid. 139. hoc est, egredi conans.
Lumina luctantia composuit somnus. Silius lib. 7. 41.
Oscula luctantia carpit. Ouid. 4. Metam. 72.
Luctantes uenti. Virgil. 1. Aeneid. 12. Seruius, Luctantes, elaborantes egredi.
Viri luctantes. Propert. lib. 3. eleg. 14. 1.
¶ Luctitor, penul. corr. Frequentatiuum. Vnde Priscianus inquit apud uetustissimos, Luctitor pro Luctito inueniri.
¶ Luctator, pen. prod. luctatoris, Verbale (παλαιστὴς) Plaut. Pseud. 22. 5,

Luctator dolosus est. Ouid. in Ibin, 79,
Vt iacet Aonia luctator ab hoste fusus.

¶ Luct

¶ Luctatio, Aliud Verbale (παάλαισμα) Cicer. de Fato, 18, Vigila Chryſippe, ne tuam cauſam, in qua tibi cum Diodoro Valente dialectico magna luctatio eſt, deſeras, Hîc per translationem dictum. Liu. 1. bell. Pun. 124, Tetra ibi luctatio erat, ut à lubrica glacie non recipiente ueſtigiũ, &c. Sine aduerſario nulla luctatio eſt. Cic. de Fato, 46.

¶ Luctatus, huius luctatus, penul. prod. (διαπάλαισμα) Idem. Plin. libro 32. capit. 2. 1. Quem luctatum eius ſi fortè alius ſcarus extrinſecus uideat, apprehenſa mordicus cauda adiuuare nixus erumpentis. Sic lib. 8. cap. 12. 1, Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus.

¶ Luctamen, penul. prod. luctaminis, n. g. (διαπάλη) Idem. Virgil. 8. Aeneid. 7.

—Remo ut luctamen abeſſet.

Miſerum luctamen. Valer. 2. Argonaut. 47.

¶ Lucta, ſiue Luctatio (πάλη) Vnus ex quinq; ludis antiquorum, quo alius alium proſternere in terram nititur.

Luctus, Luctuoſus] Vide Lugeo.

Lucubro] lucubras, penul. cor. (νυκτογραφέω, λυχνοβίω) lucubrare, Aliquid nocte ad lucernam componere. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 252, Sed nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. De Lucretia. Cicero in Parad. 5, Accipies igitur hoc paruum opuſculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lucubrata nox, Quam lucubrando tranſegimus. Martial. libro 4. 45.

¶ Lucubratio, lucubrationis (νυκτογραφία) Colum. libro 11. capit. 2. 9, Item ad lucubrationem ueſpertinam palos decem, uel ridicas quinq; conficere, totidemq; per anteluca nam lucubrationem. Cicero 1. de Nat. deor. 130, Nam iſta quæ uos dicitis, ſunt tota commentitia, uix digna lucubratione anicularum.

Ad lucubrationem conficere aliquid. Colum. libro 11. capite 2. 70.

Per lucubrationem ferramenta acuere. Colum. libro 11. capit. 2. 71.

¶ Lucubratoriam lecticulam (νυκτογραφικὸν φορείδιον) Tranquillus appellat in Auguſto, cap. 78. in qua lucubrare ſolebat Auguſtus.

Luculentus] Vide Lux.

Lucullus] λούκολλος, Cognomen fuit Liciniorum. Hoc cognomen geſſit P. Licinius Lucullus, qui Lucullorum facilè fuit clariſſimus. Hic quæſtor in Aſiam profectus eſt, & ibi per multos annos admirabili cum laude prouinciæ præfuit. deinde factus Prætor, eò rediens, eam iuſtiſſimè rexit. Aduerſus Mithridatem miſſus, collegam ſuum Cottam Chalcedone obſeſſum liberauit. Cyzicon obſidione ſoluit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumq; regno ſuo Ponto expulit: quem rurſum cum Tigrane rege Armeniæ ſubueniẽte, magna fœlicitate ſuperauit. Hic (ut refert Athenæus) quum Romam poſt expeditionem Ponticam rediiſſet, ad uitam ſumptuoſam & elegantem ſe coniecit. tantas enim opes ſibi parauerat, ut ædibus & Prætorijs extruẽdis, hortis & cœnationibus amœniſſimis, incredibilíq; ſumptu paratis, & bibliotheca inſigni utriuſq; linguæ libris referta, atq; omnib. obuia & patenti, opes bello quæſitas conterere non potuerit: quum interim quotidiano epularum apparatu in prouerbium penè uenerit. Meminit huius Dio lib. 35. Velleius lib. 2. Flor. lib. 3. cap. 5. Eutrop. libro 6. Plutar. in uita Appia, in Mithridaticis.

¶ Luculleus, Adiectiuum (λουκούλλειος) Plinius libro 36. capit. 6. 6, Poſt hunc Lepidum fermè quadriennio, L. Lucullus Conſul fuit, qui nomen (ut apparet ex re) Luculleo marmori dedit, admodũ delectatus illo, primusq; Romam inuexit.

Lucumo] penul. corr. (λουκυμών) Proprium uiri nomen, à quo lucumones appellati. Varro, Dimicantem Romulum contra T. Tatium à Lucumonibus, id eſt, Tuſcis auxilia petiſſe.

Lucumo, pro ſtulto & furioſo. Auſon. ad Theonem,

Anticyramq; bibas Samij lucumonis acumen. Nam inſani ſe purgabant elleboro. Hæc uox à Pompeio etiam obſeruata eſt, ait enim, Lucumones quidã homines ob inſaniã dicti, quòd loca, ad quæ uenirent, infeſta facerent.

Lucuns] Edulij genus quoddam, ueteribus uſitatum. Varro apud Nonium,

Ac nulla ambroſia ac nectar, non alia ſardæ,
Panis pemma lucuns, cibus qui puriſſimus multo eſt,

Lucunculus] Diminutiuum à Lucuns, edulij quoque, ſiue potius panificij ſciti genus. Apuleius, Hic panes cruſtula, lucunculos, hamos, lacertudos, plura ſcitamenta mellita. Afranius,

Piſtori cur non, cur non ſcriblitario,
Vt mittat fratris filio lucunculos? ex Turnebo.

Lucus] luci. m. g. (ἄλσος, λοχμή, τέμενος) Nemus arboribus denſum. Dictus lucus per antiphraſim, eo quòd non luceat: quoniam quum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus, & ſine luce erat. Valla, Lucus nequaquam cæduus eſt: quin potius manu confitus religioſuſq;, atq; uel alicui deo, uel alicuius hominis cineribus conſecratus. Ideoq; aut circa delubra numinum, aut circa ſepulchra uirorum poſitus eſt. Hactenus Valla libro 4. Cicero pro Milone, 64, Vos enim Albani tumuli, atq; luci, uos inquam imploro atq; obteſtor. Et 1. de Diuin. 163, Lucus Veſtæ. Virg. 1. Aeneid. 89,

Lucus in urbe fuit media lætiſſimus umbra. Vbi Seruius, Vbicunque Virgilius Lucum ponit, ſequitur etiam cõſecratio. Idem 6. Aeneid. 135,

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.
Dicuntur enim heroum animæ lucos tenere.
Lucus autem dicitur, quòd non luceat: non quòd ſint ibi lumina, cauſa religionis, ut quidam uolunt. Meminit Quintilianus lib. 1. cap. 6.

Sẽnium uenerabile lucorum. Stat. 1. Sylu. 3. 8.
Alti luci. Virg. 8. eclog. 18.
Caligans nigra formidine lucus. Virgil. 4. Georg. 94.
Deſertis ceſſant ſacraria lucis. Propert. lib. 3. eleg. 13. 10.
Inacceſſi luci. Virg. 7. Aeneid. 3.
Ingens lucus. Virg. 7. Aeneid. 126.
Pios errare per lucos Horat. 3. Carm. ode 4. 2.
Prænubilus lucus denſa arbore. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 1.
Sacri luci. Virgil. 5. Aeneid. 152.
Sacrati. Virgil. 7. Aeneid. 156.
Sancti. Ouid. 15. Metam. 159.
Silentes. Virgil. 1. Georg. 96.
Sonantes. Virg. 10. eclog. 12.
Steriles. Stat. 2. Thebaid. 3.
Viridis lucus. Virgilius 7. Aeneid. 160. & Stat. 5. Theb. 31.

Lucus] Auguſti (λοῦκος αὐγούστου) Ptolemæo libro 2. capite 6. alio nomine Oluca, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs: Lugo uulgò. Olucenſe epiſcopium, Aras Sextianas, Plinius: Auguſti turrim Mela nominat. Lucus Feroniæ, Tuſcorum colonia, authore Ptolem. lib. 3. cap. 1. Bientina hodie. Lucus item Feroniæ, promontorium eſt Hetruriæ, eidem Ptolemæo. uulgò Petra ſancta.

Vmbroſi luci. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.

Lucuus] Adiectiuum antiquum, authore Nonio. Varro παραπλῆ, libro 2,

Ac nulla Ambroſia, ac nectar, non alia, ſardæ

Panis pem-

Panis pemma lucum cibus, qui purissimus multò est. Vide Nonium

Ludia, Ludibrium, Ludicrus, Ludifico, Ludius, Ludo] Vide Ludus.

Ludus] ludi, masc. g. (παιδιὰ, παίγνιον, παίγμα, παιδεία) Dicitur in facta, locus in uerbo: ait Valla. ut Ludus pilæ, uel tesserarum uel talorum. Cic. 3. de Orat. 33.

Campestris ludus. Vide Campus.

Consimilis ludus. Vide Consimilis.

Tempestiuum pueris concedere ludum. Horat. 2. epist. 2. 29.

Dare alicui operam ludo. Plautus Rud. 11. 13, Ocium tibi erit, tum tibi operam ludo & deliciæ dabo. Id est, tecum ludam, & delicias faciam.

Ducere noctem ludo. Virg. 3. Georg. 76.

Gaudens ludis. Horat. 1. epist. 7. 12.

Ludus genuit trepidum certamen, & iram. Horatius 1. epist. 20. 10.

Incidere ludum. Horat. 1. epist. 14. 7. Hoc est, abrumpere, desinere ludere.

Inani ludo prohibere animos. Virg. 4. Geor. 21. Vide Inanis.

Ludus, in singulari, de priuatis, & de exercitatione gymnastica dicitur, quum multorum consentius ab uno eruditur præceptore. Asconius,

Omnem scholam ludum dixêre Romani.

Ludus, διδασκαλεῖον, pro loco sumitur in quo quis exercetur docetur̃e. Sic dicimus Ludum palæstræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum musicum, ludum literarium.

Ludus gladiatorius, Schola in qua gladiatoriæ arti dabatur opera. Sueton. in Cæsare, Formam qua ludum gladiatorium erat ædificaturus, considerauit. Ludos tamen gladiatorios (inquit Valla) frequentius, quàm ludum dicimus, quando unum pluráue paria, gladiatorum ad spectaculum pugnatura producuntur.

Ludus grammatices. Cic. 3. de Orat. 56, Hoc in ludo non præcipitur: faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Et statim pòst, Hæc est in ludo causarum ferè formula. De Grammatices ludo.

Ludus literarum. Plinius libro 9. capit. 8, de delphinis, Puerũ, ex Baiano Puteolos itantem in ludum literarum. Liuius 6. ab Vrbe, 118.

Publicus ludus urbis. Horat. 4. Carm. ode 2. 9.

Antiquus ludus. Horat. 1. epist. 1. 1.

Longo ludo satiatus. Horat. 1. Carm. ode 2. 8.

Ludus literarius, Schola, in qua pueri literis dant operam. Quintil. libro 1. capit. 4. 20, Literarij penè isti sunt ludi, & triuialis scientiæ. Vide Litera.

Ludus discendi, non lusionis. Cicero ad Quintum frat. libro 3. 20. 8.

Ludus & pueritiæ disciplina. Cic. pro leg. Manil. 19.

Ludum aperire, pro Ludimagistrum agere. Cicero ad Petum, libro 9. 18. 2.

Ludus est, illa perdiscere. Cicer. 1. de Fin. 41. & 2. de Orat. 39, Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, lusus est homini non hebeti.

Ludus, pro ioco accipitur quandoq; Terent. Eunuch. 2. 3. 8,

——qui si occœperit amare, ludum, iocumq;
Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit.

Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 6,

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Iocans ludus. Lucret. lib. 4. 118.

Seria uertere ludo. Horat. de Arte poetica, 46.

Adhibere ludos. Vide Adhibeo.

Ludos reddere alicui. Terent. And. 3. 1. 21.

Facere ludos. Lucret. lib. 4. 169 Terent. Phorm. 5. 8. 52,

——ob tunc is gratiã ludos facit.

Ludos aliquem facere, pro Irridere. Plaut. Capt. 11. 49,

Vt scelestus, Aegio nunc is tè ludos facit. Idem Bacchid. 22. 14.

Noui iam ludum. Plaut. Amphit. 15. 52. Vide Nosco.

Operam ludos facere, Perdere operam. Plaut. Rud. 21. 9.

Dare ludum amori: id est, Indulgere amori. Horatius 3. Carm. ode 12. 1.

Ludus & iocus, prorè abiecta, ac parui precij, quæ meritò cõtemni, ac ludibrio haberi possit. Catul. epigr. de Acme,

Iocum me putat esse mœcha turpis. Cicero pro Flacco, cum fidem authoritatemq; eriperet testimonijs Græcorum, usus collatione Romanorum hominum, Num inquit, illos idem putatis? quibus iusiurandum, iocus est: testimonium, ludus: existimatio uestra, tenebræ. Liu. Decad. 3. li. 8. in orat. Fabij Max. aduersus P. Scipionẽ, res ipsius gestas in Hispania conterentis atq; eleuantis, Næ tibi P. Corneli, cum ex alto Africam conspexeris, ludia & iocus fuisse Hispaniæ tuæ uidebuntur.

Ludo, Ablatiuus, Per ludum. Virgil. 5. Aeneid. 135.

Quæ ludo indutus belli simulacra ciebat. Seruius.

Ludus, Cantilena. Virgil. 7. eclog. 4,

Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Seruius.

Casti ludi. Claud. 3. de raptu Proserpinæ, 42.

Ludi, in plurali, Spectacula publica significant. Cic. in Verrẽ, Inter binos ludos.

Apollinares ludi. Cicero in Verr.

Cereales ludi. Vide Ceres.

Celebres ludi. Ouid. 1. de Arte, 20.

Viles ludi. Horat. 2. Sermo. Satyr. 10. 15.

Apparare ludos magnificentissimos. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 3. 24. 7.

Celebrare dies festos ludorum. Cic. pro Archia.

Committere ludos, idem quod Celebrare. Cicero ad Quintũ fratrem, lib. 3. 20.

Condecorare ludos. Vide Condecoro.

Edere ludos. Tacit. lib. 1.

Facere ludos, pro Edere. Plin. lib. 7. cap. 48.

Facere ludos Apollini. Cic. de claris Oratorib. 38.

Instituere ludos. Quintil. lib. 3. cap. 8. 19.

Instituit sacros celebri certamine ludos. Ouid. 1. Metam. 90.

¶ Lusus, huius lusus (μέλημα θεοῦ, παίγμα) Ad uoluptatem pertinet, inquit Valla, sine ulla arte: & puerorum propriè dicitur. Quintil. libro 1. capit. 4, Nec me offenderit lusus in pueris: est & hoc signum alacritatis.

Anni lusibus apti. Ouid. epist. 21. 5.

Virgineis exercent lusibus undæ
Naides æquoreæ. Ouid. 14. Metam. 111.

Lusus etiam pro ioco accipitur, opponiturq; Serio. Plinius iunior Aristoni, Quos, quantosq; authores sequar, facilè imperrari posse confido, ut errare me, sed cum illis sinant, quorum non seria modò, uerùm lusus etiam exprimere laudabile est.

Lusus & iotus. Martial. lib. 2. 4.

Carentes grauitate lusus. Ouid. 1. de Ponto, eleg 10. 2.

Inepti lusus. Ouidius 2. Trist. 45. Sic uocat sua poemata.

Dare uenustissimos lusus. Quint. lib. 5. cap. 13. 36.

Lusus aleæ. Sueton. in Caligula, cap. 41.

¶ Lusio, lusionis, s. g. Idem (παιγνία) Cicerò 5. de Finibus, 993 Infantes lusionibus uel laborioſis delectantur. Idem de Senect. 53, Sibi igitur habeant alij arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, sibi natationes, & cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. De uoluptate senili (inquit Valla) locutus est, non de spe lucri: cuius spei causa pleriq; ludunt.

Lusio pilæ,

Digitized by Google

Luſio pilæ. Cic. 1. de Orat. 37.

¶ Ludius, ludij, m. g. (ὑποκριτὴς) Hiſtrio. Cic. de Aruſp. reſpon. 20, Quum ille ſeruorum & ludiorum multitudini, &c. Ouid. 1. de Arte, 23,

Ludius æquatam ter pede pulſat humum. Legitur & Lydius.

Ludij, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus, adoleſcentes erant, tuniculas induti inſignes, galeati, & enſiferi, peltatiq; , qui omnibus circenſibus & theatralibus pompis in uerſum incedebant, ipſius uelut pompæ duces Saliſ ſimiles: ludij ex eo uocati, quòd à Lydis id genus ludicri inuentum uideretur. Siqui igitur eorum eſſent grandiuſculi, & iam ueſticipes, uellebantur, glabriq; reddebantur. Plautus,

Glabrionem reddes quàm uolſus ludius eſt. Vide & Nonium.

¶ Ludio, ludionis, m. g. Idem (ὑποκριτὴς) Liu. 7. ab Vrbe, 6, Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes. Idem 9. bel. Maced. 23, Et conuiualia ludionum oblectamẽta addita epulis.

¶ Ludia, ludiæ (ὑποκριτὶς) Mulier artes ludicras exercens, aut uxor uel amica ludij. Hinc Iuuenal. Satyr. 6, Hippiam, quæ relicto marito gladiatorem in Aegyptum ſecuta eſt, uocat Ludiam,

Quæ tamen exarſit formæ quã capta iuuenta eſt
Hippiaſ quid uidit, propter quod Ludia dici
Suſtinuit. Mart. lib. 5. 25,

Hermes cura, labor q; ludiarum. Martianus Capella, Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem uidimus ſemicinctam.

¶ Ludimagiſter, γραμματιστὴς, Qui præeſt ludo literario. Cicero 1. de Nat. deorum, 98, Sed quum agellus eum non ſatis aleret, ut opinor, ludimagiſter fuit. Apud eundem in Diuinatione legitur, Magiſter ludi neſcio quis. Magiſtri ludi, inquit Aſconius, dicuntur, qui primas literas docent. Valer. Max. libro 7. capit. ult. Magiſter ludi factus ex tyranno. De Dionyſio loquitur.

¶ Ludibundus, ludibundi, Adiectiuum (παίζω) Dicitur ludens. Cicero 5. Verr. 132, Quia multos per ſe & per alios multa ludibundos, libidinoſe apud Verrem effec: iſſe uidit. Idem 3. de Oratore, 121, Tum ad te ludibunda doctè & delicatè detulit.

¶ Ludo, ludis, luſi, luſum (παίζω, πιτνέω, κυβεύω) ludere, Plin. epiſt. 111. a, Vt parcè cuſtoditéq; ludebat.

Exultim ludit uelut equo trima. Horat. 3. Carm. ode 11. 2.

Ludere, cum accuſatiuo. Sueton. in Auguſto, cap. 71, Aliquando ut uincat, ludit aſſiduè aleam.

Ludere ludum. Terent. Eunuch. 3. 5. 38.

—& quia conſimilem luſerat
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi.

Inſolentem ludum ludere. Horat. 3. Carm. ode 29. 10.

Ludere operam, Perdere operam, Fruſtra laborare. Plaut. Pſeudolo, 5. 134,

In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Ludere operam in re aliqua. Terent. Phorm. 2. 2. 18,

Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur. Vbi Donatus, Luditur opera: exercetur, an illuditur, id eſt fruſtratur?

Ludere ocium. Martial. lib. 3. 25.

Ludere par impar Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 50.

Ludunt mea uerba: pro Inaniter iactantur, meaſſum uolant, & tanquam ludibria ſunt. Propert. lib. 2. eleg. 34. 5.

Ludere, cum ablatiuo. Terent. Adelph. 4. 7. 21,

Ita uita eſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris: Cicero de Fato, 50. & 2. Philipp. 70.

Ludere pila. Cic. 5. Tuſc. 84.

Ludere ludo. Plaut. Moſtel. 16. 36.

Artes quibus alea luditur. Ouid. 2. Triſt. 94.

Luditur alea pernox. Iuuenal. Satyr. 8. 1.

Ludere in numerũ, Saltare ad modum rhythmi & cantilenæ, ut ait Seruius. Virgil. 6. eclog. 6.

In chori ſpeciem ludere. Ouid. 3. Metam. 137.

Ludendo ſæpe paratur amor. Ouid. 3. de Arte, 74.

Agni ſatlati ludunt. Lucret. lib. 2. 65.

Pecus omne ludit campo. Horat. 3. Carm. ode 18. 2.

Ludit piſcis in aqua. Terent. Adelph. 3. 3. 23,

Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulliſper: id eſt, moueri, ut interpretatur Seruius. Sic Virg. 8. Aeneid. 127,

—geminos huic hubera circum
Ludere pendentes pueros.

Ludere, Iocari, & irridere, ſiue ſcurriliter & leuiter loqui, uel deludere alterum, ſiue eludere, ut ait Valla. Terentium And. 4. 5. 48.

Hic ille eſt, non te credas Dauum ludere. Cicer. 3. de Nat. deor. 3, Quum uerò deos nihil agere, nihil curare cõfirmat, membriſq; humanis eſſe præditos, ſed eorum membrorum uſum nullum habere, ludere uidetur.

Arbitrio ludat amica ſuo. Ouid. 1. de Remed. amor. 76.

Ludere ſanguine hominis in conuiuio. Liu. 9. bel. Maced. 181.

Ludere, decipere. Virg. 1. Aeneid. 72.

—uana ſpe luſit amantem. Cic. 1. Tuſc. 133, In utroq; eandẽ habuit fortuna poteſtatem, ſed luſa in altero eſt.

Aciem oculorum ludere. Vide Acies.

Pater luditur arte. Ouid. 3. de Arte, 67.

Ludere dolis aliquẽ, Dolo circũuenire. Terent. Eunu. 2. 3. 94.

Imaginibus falſis ludere aliquem. Virg. 1. Aeneid. 83.

Ludere, Canere, Pulſare. Gellius, Is optimè ludere à magiſtro eius didicerat.

Ludere, Verſibus ſcribere, ſed non niſi in opuſculis ferè, qualia ſunt epigramata: & huiuſmodi opuſcula, luſus dicuntur, Virgil. 1. eclog. 2,

Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. Idem 4. Georg. 113,

Carmina qui luſi paſtorum. Horat. 1. Carm. ode 32. 1.
Poſcimus ſi quid uacui ſub umbra Luſimus tecum.

Leta & iuuenilia luſi. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 2.

Muſa tua luſit. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 6.

Modis bucolicis luſerat. Ouid. 2. Triſt. 108. de Virgilio.

Verſu ludere. Virg. 6. eclog. 1.

Verſus ludens. Ouid. ad Piſonem, 23.

¶ Luſum, luſu (ὁ παίζω) Supina, ut Luſum ire. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 10,

Luſum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliuſq;.

¶ Ludens Participium (παίζω) ut

Pueri ludentes. Horat. 1. epiſt. 1. 12.

¶ Luſus, Participium (παίχθεὶς) Deceptus. Cicero 2. de Fin. 3, Sed & illum quem nominaui, & cæteros Sophiſtas, ut è Platone intelligi poteſt, luſos uidemus à Socrate.

Luſus equis nunc eſt, leuibus nunc luditur armis. Ouid. 3. Triſtium, eleg. 12. 4.

¶ Luſito, luſitas, penul. corr. (παίζομαι) luſitare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 19. 6,

Nam ubi illò adueni, quaſi patritijs pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut cothurnices dantur quibuſcum luſitent.

¶ Luſor, luſoris (παίκτης, ψευστὴς) Qui ludit, aut decipit. Plaut. Amphit. 8. 60,

Quid

Digitized by Google

Quid enim censes, te ut deludam contrà lusorem meum.

Lusor amorum. Ouidius 4. Tristium, eleg. 9. 1. id est, scriptor.

¶ Lusorius, Adiectiuum (παιγνιῶδης) Quod ad ludum spectat: ut Tabula lusoria, qua tesseris luditur. Plinius libro 17. capite 56. 15, Lusoriam pilam Pythus inuenit. Idem libro 37. capite 2. 1, Transtulit alueum cum tesseris lusorium è gemmis duabus.

Lusoria fulmina, pro Innoxijs, apud Senec. 2. Natu. quæst. 2.

Lusorium nomen, pro Ficto & ementito. Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 8.

Lusoria quæstio, Vel quæ ludo fit, uel de ludo tractat. Plinius lib. 7. cap. 53. 2.

Lusorium spectaculum, Inane & ridiculum. Seneca epistol. 81.

¶ Ludifico, ludificas, penultima correpta (παιγνιάζω) ludificare, Adiectiuum: & Ludificor ludificaris, Deponens, Deridere, per iocum & ludum fallere. Terentius Eunucho, 4. 4. 50,

Tu me hic etiam nebulo ludificabere? Plau. Amph. 7. 27,

—— Iam Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus.

Ludificor, Passiuum Lucret. lib. 43,

Vt puerorum ætas improuida ludificetur. Plautus Capt. 8. 30,

Nunc redeo inde, quum me tibi uideo ludificarier. Cic. pro Rosc. Amer. 33, Quid enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspicioſè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens uideatur.

Impunè aliquem ludificari. Tacit. lib. 3.

Ludificari locationem. Liu. 9. bel. Maced. 184.

Ludificari mala alicuius: id est, quasi per ludibrium uexare. Plin. iunior epist. 20. lib. 7. ad Cornelium Tacitum.

¶ Ludificans, penultima correpta. Participium (παιγνιάζων) Silius lib. 7. 43,

—— ficci stimulabant sanguinis enses
Ludificante ducem Fabio.

¶ Ludificatus, penultima producta, Participiũ (παιγνιάσας) Silius lib. 7. 30,

—— leuibus flexo per deuia gyris Ludificatus equo.

Ludificatus est patrem aurum: hoc est, Per fallaciam aurum abstulit. Plaut. Bacchid. 9. 28.

¶ Ludificatus, Passiuũ (παιγνιχθείς) Salust. in Iugurtha, Ludificati incerto prælio.

¶ Ludificatio, Verbale (παίγνιξις) Cic. pro Sestio, 61, Sed tamen actum nihil nisi de me, quum omni mora, ludificationc calumnia, Senatus authoritas impediretur. Liuius 2. bel. Pun. 81.

¶ Ludificabilis, & hoc ludificabile, pen. corr. (παιγνιωτὸς) Ludificabiles ludi. Plaut. Casin. 18. 3.

¶ Ludibrium, ludibrij (ἐμπαιγμὸς, χλεύη) Res uana & deridenda. Virg. 6. Aen. 15,

— foliis tantùm ne nomina manda,
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.

Cic. in Parad. 9, Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona.

Fœdissima ludibria. Quint. lib. 1. cap. 6. 21.

Obnoxius ludibrijs. Vide Obnoxius.

Proculcare, ac ludibrio sibi habere aliquid. Lucret. lib. 5. 248.

Haberi ludibrio, Derideri. Terent. Hecyra, 4. 1. 11.

Ludibrio esse alicui, Falli uel irrideri ab aliquo. Cic. ad Brutũ, epist. 2. 2, Nec pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperiũ pop. Rom. Sic, 7. Verr. 78, Ludibrio esse uobis gloriam.

Vertere in ludibria. Tacit. lib. 12.

Ludibrio læsum iri. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 1.

¶ Ludibrioſus, penultima producta, Adiectiuum. Firmic. lib. 1. cap. 3, Platonem cum illis animi uirtutibus uendidit fatũ, & illam diuini animi disciplinam tyrannicis crudelitatibus, ac ludibrioſis Dionysij potestatibus tradidit.

¶ Ludicrum, ludicri, pen. corr. Substantiuum (παίγνιον) Non modò ludos histrionicos & scenicos significat, sed quodcũque opus lusorium & ioculare. Liu. 1. ab Vrbe, 17, Et quum is crescente in dies grege iuuenum, seria ac iocos celebraret: iam tum Palatino monte Lupercal hoc fuisse Ludicrum ferunt, & à Palanteo urbe Arcadia Palanteum, deinde Palatinum montem appellarunt. Ibidem, 161, Ludicrum fiunt equi pugilesq;, ex Hetruria maximè acciti.

Celebrare ludicrum. Liu. 7. bell. Pun.

¶ Ludicrus, uel Ludicer, ludicra, ludicrum, penultima correpta (παιγνιώδης) Iocularius, lusorius, leuis. Virgilius 12. Aen. 153,

— nec enim leuia, aut ludicra petuntur Præmia.

Ars ludicra. Colum. in Præf. lib. 1, Sine ludicris artibus. Quint. lib. 3. cap. 6. 14.

Artem facere ludicram. Plaut. Aul. 23. 3,

Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram. id est, subsilire.

Certamen ludicrum. Seneca Agamem. 13. 4.

Res ludicra. Hor. 2. epist. 1. 136.

Ludicra subtilitas. Gell. lib. 6. cap. 13.

Ludicræ tibiæ, Quibus luditur. Plin. lib. 16. cap. 36. 13.

In prouerbij ludicrum uertere. Plin. lib. 3. cap. 11. 8.

Luentinum] Λουέντινον, Britanniæ insulæ urbs, Ptolemæo teste, lib. 2. cap. 3. Vulgò Prouuesland.

Lues] luis, f. g. (λοιμὸς) Valla, Lues & pestis hoc differunt, quo genus & species. Nam quũ in urbe aut in agro febris, aliúdue genus morbi sæuit, siue solos homines, siue sola pecora, siue utrosq; corripiens, lues dicitur. Interdum etiam si arbores & sata. Pestis uerò aut citò occidit, aut citò abit ab eo quem inuasit: quæ eadem dicitur pestilentia. Nonnunquã tamen pro lue ponitur: atq; ad animi uitium sæpe transfertur. Hactenus Valla lib. 4 Cic. de Aruſp. resp. 21, Vt eos ludos hæc lues impura pollueret.

Lues à lauando dicta, ut nonnullis placet. Festus, Lues est diluens usq; ad nihil. Tractum à Græco λύειν.

Morbi lues. Claud. de bello Gildon. 8.

Demissa cælo lues. Stat. 11. Theb. 55.

Dira lues. Ouid. 7. Metam. 106.

Grauem populis luem sparsura pestis. Senec. Thyeste, 1. 18.

Miseranda lues uenit arboribus satisq;. Virgilius 3. Aeneidos, 28.

Pessimam luem abolere ferro. Senec. Medea, 4. 1, Luem uocat Medeam.

Violenta lues. Valer. 5. Argon. 4.

Lugdunum] Lugduni, pen. pro. (λύγδουνον) ciuitas Galliæ apud Aquitaniam, quam Plancus, quum Galliam comatam regeret, traditur condidisse. In ea fluuij Araris & Rhodanus. Hæc una cum tota regione, Senecæ temporibus fatali igne exusta est. Vide Strab. lib. 4.

Lugdunum dictum, quòd in monte olim situm erat, tanquam Lucij mons: quum ipsam urbem à L. Munatio Planco condi tam fuisse, multi censeant. Antiquis enim Gallis Dunũ collẽ significabat, & hodie etiam quibusdam in Gallia locis, aggerem denotat. Turnebus.

Lugeo] luges, luxi, luctum (πενθέω, πωνύω, γοάω, μύρομαι, ὀλύρομαι, ὀλοφύρομαι) lugere, In luctu esse. A Luo deriuari dicit Sipõtinus: quòd luctus, uita hominis soluat. Cic. 3. Tusc. 18, Quid qui non putant ingendum uiris e

Luxêre matres Iliæ. Horat. Epod. 17.3.
Fratrem lugebat ademptum. Ouid. 11. Metam. 55.
Lugere Remp. Casum & fortunam Reip. condolere. Cicero ad Curium, lib. 7. 29. 5.
Lugere uitam hominum. Cic. 1. Tusc. 130.
Luxi. Ouid. 11. Metam. 10,
— positis de frondibus arbos
Tonsa comas luxit. De Orpheo.
Luxti, pro Luxisti. Catul. de coma Berenicis, epigr. 61. 5,
At tu non ortum luxti deserta cubile, &c.
Vita lugenda. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 8.
¶ Lugetur, Impersonale (κωκύεται) Catul. in Egnat. 37. 1,
— seu pij ad rogum filij
Lugetur, orba quum flet unicum mater.
¶ Lugens, Participium (κωκύων) ut, Solator lugentium. Stat. 5. Sylu. 5. 8.
¶ Luctus, huius luctus (κωκυτὸς, γόος, πενθὸς, ὀδυρμὸς, ὀδοφυρμὸς) Valla, Luctus est dolor, qui exterius proditur multu ipso, atq; aspectu. Sæpe ipse habitus multus, atque uestis, luctus est. Vnde secundo bello Punico, post cladē illam Cannensem censuerunt P. C. ne fœminæ ultra triginta dies in luctu essent: non uidelicet ne in dolore (non enim imperare dolori possumus) sed in illo lugubri habitu. Hactenus Valla lib. 4. Cic. 4. Tusc. 29. Luctus ægritudo ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo.
Squalor & luctus. Cic. pro Plancio, 17.
Fessa luctuq; uiaq;. Ouid. 14. Metam. 85. de Canente Nympha.
Alter luctus. Seneca Herc. fur. 9. 16.
Coaceruati luctus. Ouid. 8. Metam. 98.
Crudelis ubiq; luctus. Virg. 2. Aen. 74.
Grauis. Seneca Octau. 2. 3.
Ingens. Virg. 6. Aen. 174.
Miser. Valer. 3. Argon. 149.
Impudens. Vide Impudens.
Leuior. Ouid. 1. Metam. 132.
Tristis. Cic. pro Plancio, 60.
Abstergere luctum. Cic. 3. Tusc. 73. Vide Abstergo.
Absumi luctu inerti. Vide Absumo.
Accensa luctu phalanx. Virg. 12. Aen. 56.
Afficere luctu. Cic. in Piso. 5.
Attenuare luctum alicuius. Ouid. ad Liuiam, 69.
Auertam luctas, & tristia damna uetabo. Stat. 3. Sylu. 1. 35.
Cepit ciuitatem luctus. Vide Capio.
Dare animum in luctus. Ouid. 2. Metam. 76.
Excidit omnis luctus. Ouid. 8. Metam. 90.
Extendere luctus in æuum æternum. Ouidius 1. Metamorphos. 133.
Externare aliquem assiduis luctibus. Catull. Argon. 59. 14. Vide Externo.
Incidere in maximos luctus. Cic. 1. Offic. 47.
Inserere cogitationem aliquam luctibus. Quintilianus in Proœm. lib. 6. 12.
Minuere luctus. Ouid. 15. Metam. 128.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu. Virg. 1. Aeneid. 60.
Mordent luctus, lachrymæq;. Seneca Troade, 11. 1.
Luctum operire, Mœrorem & tristitiam dissimulare, & celare. Plin. epist. 16. lib. 3.
Permouere luctu, Quint. lib. 2. cap. 10. 6.
Præcipitare luctus. Lucan. lib. 5. 159. hoc est, ante tempus accelerare suos luctus.
Miser, luctu præditus. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Renouatq; luctus & metus miseræ mihi. Senec. Octau. 4. 5. Ibidem, 5. 10, Renouare luctus parcè cum fletu pios.
Amari luctus renouantur admonitu. Ouidius 14. Metamorphos. 93.
Satia meo tua pectora luctu. Ouid. 6. Metam. 57.
Acerbo luctu succensus. Valer. 3. Argon. 118.
Esse in maximis luctibus. Cic. 3. Offic. 127.
Aeterno tabescere luctu. Lucret. lib. 3. 187.
Muliebrem tollite luctum. Hor. Epod. 16. 8.
Vanescit luctus. Catul. Argon. 59. 40.
Vocare in luctum: hoc est, dolorem & mœrorem excitare. Cic. ad Att. lib. 3. 47. 4.
Luctus, lucti, apud antiquos declinabatur. Actius, Cesso hinc ire, & rapere lucti uestem in lecto coniugis?
¶ Luctificus, penultima correpta, Adiectiuū (πενθικὸς, γοερὸς) Cic. 2. Tusc. 45,
Luctifica clades nostro infixa est corpori. Ex Aeschylo.
Clangores luctifici. Stat. 10. Theb. 110.
Iubar luctificum. Valer. lib. 3. Argon. 59.
Luctificus Titan. Lucan. lib. 7. 1.
Verba luctifica. Seneca Theb. 1. 27.
¶ Luctifer, pen. corr. Adiect. (πρυθοφόρος) Qui luctum fert uel nunciat. Seneca Herc. furen. 6. 14,
Hic multur, illic luctifer bubo gemit.
Fax luctifera. Seneca Medea, 10. 21.
¶ Luctisonus, pen. corr. Adiect. (γοερὸς) Ouid. 1. Metamorph. 147, de Io mutata in uaccam,
Et gemitu, & lachrymis, & luctisono mugitu
Cum Ioue uisa queri est, finemq; orare malorum.
¶ Luctuosus, pen. prod. Adiect. (γοώδης, θρηνώδης) Luctu plenum. Cic. ad Att. 3. 60. 3, Non deseram, neq; optimi atq; unici fratris miseris ac luctuosas preces, nec, &c. Sic, 2. de Diuin. 119, Luctuosa res.
Luctuosum bellum. Salust. Virorum more pugnantes, cruentam atq; luctuosam uictoriam hostibus relinquatis.
Hesperia luctuosa. Hor. 3. Carm. ode 6. 2. Id est, Italia.
Luctuosum, Quod luctum affert. Cic. pro lege Agraria, 54, Quā me hercle ego præconi huic ipsam luctuosam, & acerbam prædicationem futuram puto. Idem 7. Verr. 93.
¶ Lugubris, et hoc lugubre, pen. corr. (γοερὸς, πρυθόεις, πενθικὸς) Quod ad luctum pertinet.
Carmen & rebus, & uerbis, modis lugubre. Cicero 3. Tusculan. 79.
Cantus lugubres. Hor. 1. Carm. ode 24. 1.
Lugubris eiulatio. Cic. 2. de Legib. 94.
Lugubris hedera. Plin. lib. 16. cap. 35. 1.
Lugubris lamentatio, fletusq;. Cic. 1. Tusc. 48.
Lugubris ornatus. Cic. 3. Verr. 39. Terent. Heaut. 2, 3. 45,
Mediocriter uestitam uestē lugubri.
Pectora lugubria. Ouid. 10. epist. 29.
O rem lugubrem, itaque intercludor dolore. Cicero Attic. libro 8. 152. 2.
Lugubres sordes. Cic. ad Quirites, post reditum, 6.
Vagitus lugubris. Lucret. lib. 5. 46.
Verbum lugubre, Quod luctum præ se fert. Cicero 5. Verrin. 107.
Voce lugubri liquidam tollunt querelam. Lucretius lib. 4. 111. De cygnis.
Lugubria, Quæ ad luctum pertinent, substantiuè interdum accipitur: ut apud Ouid. 11. Metam. 134,
Surge age, da lachrymas, lugubriaq; induc, nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.
Amicta coniux lugubribus. Seneca Herc. fur. 9. 2.
Lugubria, pro habitu mœrentium. Seneca de Consolatione ad Martiam, Nosti quasdā, quæ amissis filijs impositā lugubria nunquam exuerunt.

¶ Lu-

Digitized by Google

¶ Lugubrè, pen.corr. (κενθητῶς) Aduerbium, quod & Lugubriter dicitur. Plaut. Cistel. 2.37,
— nam si hæc non nubat, lugubrè
Fame familia pereat.

Lugidunum] penultima producta (λυγίδουνον) Ptolemæo libro 2. capite 11, Germaniæ urbs. Hodie Glogauia, Vulgò Glogauu.

Luma] lumæ, Genus spinæ, ut ait Perottus ex Hermolao, quæ in pratis nascitur, & locis uliginosis: sic dicta, quòd agricolæ eam è terra luunt, id est, soluunt.

¶ Lumeta, Loca lumis plena.

Lumariæ falces, Quibus lumeta purgantur, hoc est, lumæ secantur: ut ait Varro de ling. Latina. Luma enim genus spinæ.

Lumbricus] lumbrici, penultima producta, mascul. gener. (ἀσπαγεὶς) Vermis è terra nascens: à lubricitate, ut opinor, dictus. Plaut. Aul. 2.4.1,
Foràs lumbrice, qui sub terra erepsisti modò:
Qui modò nusquam comparebas, nunc quum compares, peris. Colum. lib. 7. cap. 9, Terram rimentur, effodiantq; lumbricos. De suibus loquitur. Plin. lib. 27. cap. 13. 12.

Lumbrici teretes maximè exercent pueros. Celsus libro 4. capite 17.

Lumbrici multiplices. Cels. lib. 4. cap. 17.

Lumbrici, etiam uermes dicuntur, qui in uentre hominis, aut etiam aliorum animalium nascuntur. Colum. lib. 6. cap. 25, Solent autem nocere lumbrici, qui ferè nascuntur cruditatibus. Idem lib. 6. cap. 30.

Lumbricorum alij sunt teretes, alij lati. Vide Celsum, libro 4. cap. 17.

Lumbus] lumbi, m. g. (ψοῖαι, ὀσφῦς) Pars corporis, quinque inferiores spinæ uertebras complectens, qua libido designantur: sunt enim circa renes. Plin. lib. 20. cap. 2. 1, Lumborum uerò dolori, semine sole siccato, dein, &c. Plautus Epid. 1. 5. 2,
Plaudite, ualete, lumbos extollite, atq; exurgite. Vulgus nostrum generaliori uocabulo renes uocat, quòd circa sedem renum sint.

Excussi lumbi. Propert. lib. 2. eleg. 17. 6.

Incurui lumbi. Ouid. 8. Metam. 163.

Lumborum tenus condi. Cic. in Arato. 10.

Dolare lumbos alicuius fuste. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 5.

Infringere lumbos. Hor. Epod. 11. 5,
— & heu Limina dura, quibus lumbos, & infregi latus.

Ducros qui nequeunt mouere lumbos. Catul. ad Aurelium, epigram. 16. 3.

Lumbus etiam de brutis dicitur. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 22,
— nunc mihi curto
Ire licet mulo, uel si lubet, usq; Tarentum:
Mantica cui lumbos onere ulceret, atq; eques armos.

Lumbus ficedulæ. Mart. lib. 13. 5,
Cærea quæ patulo lucet ficedula lumbo.

Lumbus leporis, apud Plinium: Galli rablum uocant.

¶ Lumbolus, pen.corr. Diminutiuum (ψοιάδιον) Plin. libro 28. cap. 11. 7, Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis, atque contritis, & impositis, tollitur.

¶ Lumbifragium, lumbifragij (ψοιάγιον) Plautus Amphit. 4. 300,
Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.
hoc est, ictus circa lumbos: fictum uerbum Plauto. hoc est, Frangam tibi lumbos.

¶ Lumbago, pen.prod. lumbaginis, f.g. (ψοιῶν, ἀδδύνημα) Vitium & debilitas lumborum, ut inquit Festus.

Lumen] luminis, pen.corr. (φάος, φῶς, φέγγος, λαὸς) Notæ significationis: dictum quasi lucimen.

Lumen à luce Seruius distinguit, 2. Aeneid. quòd in lumine sit splendor, sed cum fumo: in luce solus splendor.

Arrecta lumina. Virg. 2. Aen. 35.

Breue lumen candelæ. Iuuen. Satyr. 3. 28.

Flagrantia lumina flammis. Lucret. lib. 4. 92.

Fuluum lumen. Virg. 7. Aen. 16.

Fumea lumina tædis. Virg. 6. Aen. 119.

Hyberni luminis ignes. Virg. 1. Georg. 59.

Multifida lumina. Stat. 3. Theb. 29.

Nocturna lumina. Virg. 7. Aen. 3.

Extinctum recens nocturnum lumen. Lucret. lib. 6. 159.

Tæda. Virg. 9. Aen. 15.

Vigilantia lumina: id est, semper ardentia. Ouid. 17. epist. 7.

Accendere lumen. Vide Accendo.

Admouere lumen. Plin. lib. 10. cap. 75. 2.

Collucere luminibus. Vide Colluceo.

Exilit lumen, si lapidem percutiat lapis. Lucret. lib. 6. 33.

Ignes fundunt lumina. Virg. 2. Georg. 87,

Lustrare uestigia lumine. Virg. 2. Aen. 151.

Stertuit lumen: id est, crepitauit: quod futuri successus dat præsagia. Ouid. 18. epist. 31.

Lumen, pro luce ac die. Cic. pro Rab. Posth. 18, Si te secundo lumine hìc offerendo moriere. Virg. 6. Aen. 72,
— uix lumine quarto
Prospexit Italiam: id est, die quarto.

Clarissima mundi lumina Liber & Ceres. Virg. 1. Georg. 2. id est, Sol & Luna.

Sparsa micant stellarum lumina cælo. Sil. lib. 15. 134.

Cassus lumine aer. Lucret. lib. 4. 94.

Diurnum lumen, Lux diei. Lucret. lib. 4. 93.

Iucundum cæli lumen. Virg. 5. Aen. 73.

Læuum lumen. Vide Læua.

Lurida lumina præbebat terris Sol. Ouidius 15. Metamorphos. 158.

Manifestum lumen, pro claro, aut nimbo, cuius maius est lumen, ut inquit Seruius. Virg. 4. Aeneid. 16.

Orientia lumina Solis. Virg. 8. Aeneid. 14.

Primo cum lumine Solis. Virg. 7. Aeneid. 26.

Purpureum lumen, Pulcher nitor. Virg. 1. Aen. 120.

Rubrum lumen. Claud. lib. 2. de raptu Proserp. 46.

Serenum lumen Solis. Lucret. lib. 2. 30.

Solare lumen. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 8.

Splendida lumina Solis. Lucret. lib. 2. 22.

Stellantia lumina. Valer. 2. Argon. 100.

Tremulum lumen. Virg. 7. Aen. 2.

Vaga lumina noctis, Sydera. Stat. 3. Thebaid. 13.

Sera rubens accendit lumina Vesper. Virgilius 1. Georgicorum, 51.

Dare lumina terris, dicitur Sol. Ouid. 2. Metam. 30.

Inferre mortale lumen in clarissimum solem. Quintilianus libro 5. cap. 12. 7.

Solis lumina peruulgant cælum. Lucret. lib. 4. 42. id est, uulgò seu passim percurrunt.

Mundo præbebat lumina Titan. Ouid. 1. Metam. 2.

Luna obscura premit lumen. Virg. 4. Aen. 16.

Priuatus lumine aer. Lucret. lib. 4. 74.

Terra spoliatur lumine. Lucret. lib. 4. 76.

Purpureo lumine campos uestit æther. Virgilius 6. Aeneidos, 129.

Spirabile lumen cæli: id est, uitale. Virg. 3. Aen. 120.

Vitæ lumina attingere. Virg. 6. Aen. 166.

Cassus lumine, Mortuus. Virg. 2. Aen. 17.

In oras luminis exoriri. Lucret. lib. 1. 5. ad Venerem.

Dulcia linquebant lamentis lumina uitæ. Lucret. lib. 5. 198.
Inuisa relinquam lumina: id est, moriar. Virgilius 12. Aeneidos, 13.
Lumen pro oculo aliquando ponitur, quòd oculorum beneficio lumen conspiciamus. Quintil. in Proœm. lib. 6, Prior alterum ex duobus eruit lumen. Sed hìc metaphoricè loquutus est. Alterum enim è duobus filijs mortuum intelligit. Idem lib. 9. cap. 3, Siquis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur. Plin. lib. 11. cap. 37. 26, Ab ijsdem qui altero lumine orbi nascerentur, coclites uocantur.
Oculorum lumina. Lucret. lib. 4. 166.
Acies luminum. Seneca Herc. fur. 9. 7.
Orbis inanis luminis. Ouid. 14. Metam. 39.
Orbus luminis: id est, cæcus. Ouid. in Ibin, 32. Idem 14. Metamorph. 38.
Caui recessus luminum, & inanes sinus. Seneca Oedip. 12. 11. de Oedipo, qui oculos ipse sibi eruerat.
Frons læta parum, & deiecto lumina uultu. Virgilius 6. Aeneidos, 173.
Adoperta lumina somno. Ouid. 1. Metam. 144.
Apertum oculorum lumen. Lucret. lib. 4. 230.
Ardentia lumina. Virg. 2. Aen. 81.
Lumina cærula Germani. Iuuen. Satyr. 13. 17.
Caua lumina. Ouid. 8. Metam. 17. de Fame.
Crudelia lumina. Ouid. 14. Metam. 146.
Distenta lumina. Lucan. lib. 6. 19.
Diurnum lumen, Lumen diei. Ouid. 4. Fast. 90.
Effossum lumen. Virg. 3. Aen. 133.
Expertia somno oculorum lumina. Lucret. lib. 6. 238.
Ferrea lumina. Stat. 2. Theb. 6. de Cerbero.
Glauca lumina. Claud. 5. Paneg. 42.
Humida lumina. Ouid. 9. Met. 108. id est, lachrymantia.
Lachrymantia lumina. Ouid. 13. Metam. 27.
Languida lumina. Catul. Argon. 59. 44.
Morientia lumina. Ouid. 9. Metam. 79.
Spectantia lumina. Ouid. 6. Metam. 14.
Acuere lumina. Vide Acuo.
Adimere lumen alicui. Virgilius 3. Aeneidos 132. Vide Adimo.
Oculi ardentes glauco lumine. Virg. 4. Georg. 91.
Vix attollens lumina. Virg. 5. Aen. 170.
Obliquo lumine cernere aliquem. Ouid. 2. Metam. 158.
Circunfert lumina campo. Silius lib. 17. 105.
In æternam clauduntur lumina noctem. Virgilius 10. Aeneidos, 150.
Claudere alicui lumina. Vide Claudo.
Luctantia lumina composuit somnus. Silius lib. 7. 41.
Natantia lumina condit somnus. Virg. 4. Georg. 10.
Condere lumina alicuius digitis. Ouid. 10. epist. 24.
Digitos in lumina condere. Ouid. 13. Metam. 114.
Orbem luminis corrumpere. Lucret. lib. 3. 84.
Declinare lumina somno. Virg. 4. Aen. 37.
Defigere lumina aliquò. Virg. 1. Aen. 46.
Mœsto defixus lumina uultu. Virg. 6. Aen. 32.
Demittere lumina. Ouid. 15. epist. 46.
Detorquet lumen ab illa. Ouid. 6. Metam. 103.
Domare lumina somno. Stat. 2. Theb. 7.
Eruere lumen. Quint. in Proœm. lib. 6. 6.
Noxia lumina facere. Ouid. 2. Trist. 21.
Fallere lumina. Ouid. 4. Metam. 36.
Flectere lumina. Ouid. 5. Metam. 47.
Dirigere. Virg. 4. Aen. 74.
Iactare lumina in aliquem. Ouid. 3. epist. 3.
Labuntur frigida letho lumina. Virg. 11. Aen. 164.
Occidit lumen: hoc est, uidendi facultas, seu uirtus uisiua, ut loquuntur. Lucret. lib. 3. 85.
Tacitis luminibus pererrare aliquem. Virgilius 4. Aeneidos, 73.
Fulmen perstringit lumina obliqua flamma: id est, oculos offuscat coruscatione. Lucan. lib. 1. 31.
Recipere lumen. Celsus lib. 6. cap. 6.
Resignat lumina morte. Vide Resigno.
Tecto simulatur lumine somnus. Ouid. 20. epist. 40. id est, clausis oculis.
Inexpleto lumine spectare aliquid. Ouid. 3. Metam. 88.
Toruo lumine spectare aliquem. Ouid. 9. Metam. 6.
Flammea subduxi medicato lumina somno. Ouidius 12. epistol. 22.
Fessa lumina furtim subit sopor. Ouid. 18. epist. 12.
Suffecta lumina letho. Valer. 1. Argon. 165.
Suffundit lumina rore: id est, flet. Ouid. 10. Metam. 71.
Somno tegere lumina. Virg. 4. Georg. 83.
Immota tenere lumina. Virg. 4. Aen. 66.
Tergere lumina manu. Catull. de coma Berenicis, epigramma. 61. 6.
Rorantia lumina tersit. Stat. 2. Sylu. 2. 21.
Flammantia lumina torquens. Virgilius 3. Georgicorum, 87. de Serpente.
Lassaq; uersantes supremo lumina motu. Ouidius 7. Metamorphos. 118.
Placido lumine uidere aliquem. Hor. 4. Carm. ode 3. 1.
Lumen, pro expositione. Cicero ad Trebat. libro 7. 20. 4, Qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen lumenq; desiderant: hoc est, interpretationem. Ex uetusto codice legitur, unumq;.
Clara lumina præpandere menti alicuius. Lucret. libro 1. 29.
Lumen, scientiam.
Adhibere lumen. Vide Adhibeo.
Clarum lumen extollere è tenebris. Lucretius libro 3. 1. Scientiam.
Lumen, pro fenestra. Cic. de Optim. gen. orat. Sed earum omnium rerum, ut ædificiorum, memoria fundamentum est, lumen actio. Vulgò tamen parum attendunt, lumen eo loco fenestras significare, quibus in ædes lumen admittitur: cum tamen in hac significatione, non rarò à scriptoribus usurpetur: ut à Catone cap. 14. apud quem etiam luminaria foriculas fenestrarum significant, & specularia. Vide locum.
Luminibus obstruere, uerbum antiquum iuris. Cic. pro Domo sua, 88, A. Q. Scio contẽdit, ut Q. Posthumius sibi domum uenderet. Quum ille id negaret, primò se luminibus eius esse obstructurum minabatur.
Obstruere alicuius luminibus, per metaphoram usus est Cicero de clar. Orat. 33, Nam ut horum concisis sententijs, interdum etiam non satis apertis cùm breuitate, tum nimio acumine officit Theopompus elatione, atq; altitudine orationis suæ (quod idem Lysiæ Demosthenes) sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altum oratio. De Philisto & Thucydide. Qui locus Ciceronis corruptè impressus est. Quemadmodum enim, inquit, claritati antiqui nominis Thucydidis, tanquam luminibus, Theopõpus officit historicus grandiloquentia styli, tanquam altitudine ædificij, & Demosthenes orator Lysiæ: sic fuisciorem illum splendorem orationis Catonianæ recentiores oratores sublimiore ac florido dicendi genere quasi præumbrantes obscurauerunt. Budæus.
Minuere lumina. Paulus. ff. de seruit. urban. prædi. l. 3.
Officere luminibus. Caius. ff. de seruit. urb. prædi. l. 1.

Obscu-

Digitized by Google

Obſcurare lumina ædium. Marcellus. ff. de ſeruit. urb. præd. l. Scaurus.

Recludere lumen. Marcellus. ff. de ſeruit. urb. præd. l. Scaurus.

Nocere lumini. Vlp. ff. de ſeruit. urb. præd. l. inter ſeruitutes.

Impedire lumen. Vlp. ff. de ſeruit. urb. præd. l. ſi arborem.

Deuoluitur lumen in ædes. Vlpianus. ff. de ſeruit. urb. præd. l. ſi arborem.

Immittere lumen. Paulus. ff. de ſeruit. urb. præd. l. eos qui.

Lumina præferre mẽti alicuius dicitur Deus. Id ſignificat, quod uulgò inſpirare aliquem dicimus. Cic. Antequam iret in exilium, 5, Vos uos obteſtor dij immortales, qui meæ menti lumina prætuliſtis, quum conſenſum extinxi coniurationis, arcemq; urbis ab incendio & flamma liberaui.

Lumina ciuitatis, pro inſignibus uiris, & claris, quos dicimus. Cic. 3. in Catil. 68.

Claret lumen. Vide Clareo.

Lumen conuentus: cui opponitur, Tenebræ & ſolitudo. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.

Lumen animi. Colum. in Præf. lib. 1. 20.

Præcipuum eloquentiæ lumen. Quint. lib. 3. cap. 1. 14.

Lumen probitatis proſpicere in aliquo: hoc eſt, Maximã probitatem. Cic. de Amic. 27.

Lumen uirtutis, Clara & magna uirtus. Cicero ad Caſſium, libro 12. ſ. 8.

Lumina in pictura, Vmbræ, & alia. Plinius libro 35. capite 5. 1, Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, & inuenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna uice ſeſe excitante: deinde adiectus eſt ſplendor alius hic, quàm lumen: quem quia inter hoc & umbram eſſet, appellauerunt tonon. Budæus.

Lumina orationis ſunt ſententiæ, præcipuè quæ in clauſulis ponuntur: translatum uocabulum à pictura. Græci uocant ſchemata. Cicero de claris Orator. 142, Itaque quum ad hanc uerborum Latinorum elegantiam adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum uidetur tanquam tabulas pene pictas collocare in bono lumine. Ex Budæo. Vide Quint. lib. 9. cap. 1.

¶ Lumino, luminas, penultima correpta (φωτίζω) luminare, Idem quod Illuminare. Martianus Capell. lib. 1, Quos ſtillantibus oculis interſtinctus crebri uibratus ignium luminabant. Budæus. Vide Interſtinguo.

¶ Luminoſus, pen. prod. Adiect. (φεγγώδης) Significat clarum, inquit Nonius. Cic. in Orat. 69, Tum ſunt maximè luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ.

¶ Luminare, luminaris, penultima producta, neut. g. (φωστὴρ) Lumen.

Luminaria, metaphoricè. Cic. 2. Philip. 65, In te autem M. Antoni id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, quod in hoſtem togatum decerni eſt ſolitum, more maiorum. id eſt, Tot egregijs uiris extinctis, inquit Budæus.

Luna] lunæ (σελήνη, μήνη, μεννυχία) Dicta à lucendo, quòd noctu lucet. Cic. in Somn. Scip. 13, Erant autem eæ ſtellæ, quas nunquam ex hoc loco uidimus, & eæ magnitudines omnium, quas eſſe nunquam ſuſpicati ſumus: ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris luce lucebat aliena. De Luna. Idem 2. de Natur. deor. 99, Luna à lucendo nominata.

Luna modò curuata in cornua, modò æquâ portione diuiſa, modò ſinuata in orbem, maculoſa, eademq; ſubitò prænitens, immenſa orbe pleno, ac repentè nulla. Plin. lib. 2. cap. 19. 2.

Lunæ phæſes ſeu permutationes ſunt ſeptem: de quibus uide Firmicum in Præfatione libri quarti, Martianum Capellam lib. 8. Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 7.

Luna infra terram. Colum. lib. 11. cap. 3. de Allio loquens, Seruabimus ut luna infra terram ſit.

Luna ſupra terram, & ſub terra. Plin. lib. 18. cap. 32. 3, Seminaria quum luna ſupra terram ſit, fieri: calcari muſta, quum luna ſub terra.

Cælum ſiue luna. Plin. lib. 14. cap. 21, Ipſa quoq; defruta ac ſapas, cum ſit cælum ſine luna: hoc eſt, in ſideris eius coitu, neq; alio die coqui iubent.

Coitus lunæ. Plin. lib. 16. cap. 39. 3. Vide Silens luna. Idem libro 2. cap. 13. 1, Defectus ducentis uiginti duobus menſibus redire in ſuos orbes certum eſt, ſoliſq; defectum non niſi nouiſſima primáue fieri luna, quod uocant coitum.

Concurſus lunæ & ſolis, pro Coitu. Celſus lib. 1. cap. 4.

Defectus lunæ. Plin. lib. 2. cap. 13. 1.

Globus lunai. Lucret. lib. 5. 14. Virg. 6. Aen. 145.

Labores lunæ. Virg. 2. Georg. 96.

Meatus ſolis lunæq; Lucret. lib. 1. 26.

Numen lunæ. Plin. lib. 18. cap. 32. 1. & 5.

Lunæ orbis. Plin. lib. 2. cap. 9. 1. Vide Orbis.

Status lunæ. Plin. lib. 18. cap. 29. 11.

Vultus purpureus lunæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.

Alta luna. Virg. 9. Aen. 81.

Aquilonia luna. Plin. lib. 2. cap. 97. 4. Vide Aquilo.

Aurea luna. Ouid. 10. Metam. 89.

Bicornis luna, regina ſiderum. Hor. in Carm. ſecul. 7.

Candida luna. Virg. 7. Aen. 2.

Caua luna. Plin. lib. 8. cap. 54. 1.

Celeres lunæ. Hor. 4. Carm. ode 7. 3.

Decreſcens luna. Plin. lib. 17. cap. 9. ad finem.

Dimidia luna. Vide Intermenſtrua luna.

Dimidiata luna. Plin. lib. 18. cap. 32. 3.

Diuidua luna. Plin. lib. 2. cap. 18. 3.

Errans luna. Quint. lib. 1. cap. 10. 11.

Extrema luna. Varr. de re Ruſt. lib. 1. cap. 37. 1, Dies lunares quoq; obſeruandi, qui quodam modo bipartiti. Quod à noua luna creſcit ad plenam, & inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quod ueniat ad intermenſtruum: è quo die dicitur luna eſſe extrema, & prima.

Globoſa luna, an plana, an acuta. Quint. lib. 7. cap. 3. 5.

Intermenſtrua luna. Plinius libro 18. cap. 32. 1, Stercus niſi decreſcente luna ne tangito. Maximè intermenſtrua diuidiaq; ſtercorato.

Intermeſtris luna. Plin. lib. 18. cap. 39. 6.

Menſtrua luna. Virg. 1. Georg. 71.

Minor luna. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 7. id eſt, imminuta.

Naſcentes lunæ. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 6.

Noctiuaga luna. Stat. 3. Syl. 5. 21.

Nouæ pergunt interire lunæ. Hor. 2. Carm. ode 18. 4.

Nouiſſima luna. Vide Coitus lunæ. Plin. lib. 2. cap. 97. ſ. Vide Nouus.

Pernox luna. Plin. lib. 2. cap. 9. 2.

Plena luna, & Noua luna. Cæſ. 4. bel. Gal. 570. Plin. lib. 18. capite 32. 2. Vide Nouus.

Radiantis imago lunæ. Virg. 8. Aen. 5.

Redeuntis cornua lunæ: id eſt, renaſcentis. Ouidius 10. Metamorphoſ. 95.

Roſcida luna. Virg. 3. Georg. 68.

Sanguinea luna. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 5.

Secunda luna. Plin. lib. 28. cap. 16. 7.

Sera luna. Plin. lib. 2. cap. 9. 2.

Sicca luna. Plin. lib. 17. cap. 9. ad finem.

Sitiens luna. Plin. lib. 17. cap. 9. 8. Ibidem, cap. 14. 12. Luna ſitiente, hoc eſt, ſicca.

Surgens luna. Tacit. lib. 19.

Tacitæ per amica ſilentia lunæ. Virg. 2. Aen. 51.
Turbida luna. Claud. de bello Gildon. 99.
Luna uicesima, pro uicesimo die post nouam lunam. Plin. libro 2. cap. 97. 8.
Luna agit ſub terra. Plin. lib. 18. cap. 32. 4. & 5.
Canere lunam errantem. Quint. lib. 1. cap. 10. 11.
Luna reuertentes quum primùm colligit ignes. Virgil. 1. Georgicorum, 86.
Creſcens luna. Varro de re Ruſt. lib. 1. cap. 37, Lunam & crescentem, & contrà ſenescentem.
Cornua lunæ ſe complent lumine. Virg. 3. Aen. 129. id eſt, b tertium eſt menſis.
Cælo deducere lunam. Virg. 8. eclog. 14.
Deducere lunam è curru. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 5.
Creſcit luna, Plin. lib. 9. cap. 14. 1.
Deripere lunam cælo. Hor. Epod. 5. 10.
Cornua euaneſcunt lunæ. Ouid. 2. Metam. 24.
Decreſcens luna. Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 37.
Cælo fulgebat luna ſereno. Hor. Epod. 15. 1.
Deficiens luna. Plin. lib. 2. cap. 9. 2.
Deficit luna. Plin. lib. 2. cap. 13. 3.
Plena per inſertas fundit ſe luna fenestras. Virg. 3. Aen. 31.
Imminente luna: id eſt, ſub uesperum. Hor. 1. Carm. ode 4. 1.
Luna implet orbem cornibus quater iunctis. Ouidius 2. Metamorphoſ. 48.
Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit. Ouidius epiſtol. 2. 1.
Lucet luce aliena luna. Vide Lux.
Operatur noctes luna. Vide Operor.
Minuitur luna. Plin. lib. 2. cap. 14. 1.
Vaga luna deorum protulit os. Hor. 1. Serm. Satyr. 8. 5.
Obſcura luna premit lumen. Virg. 4. Aen. 16.
Rubet luna. Hor. 2. Carm. ode 11. 2.
Nox tenebat lunam in nimbo. Virg. 3. Aen. 118.
Seneſcens luna. Vide Creſcens luna. Vide etiam Plinium libro 2. cap. 9. 1.
Cælum ſine luna. Plin. lib. 14. cap. 21. 4.
Silens luna. Plinius lib. 16. cap. 39. 3, Lunam uocat ſilentem, quando non lucet.
¶ Lunula, atq; anellus aureolus (σελήνιον ἢ δακτυλίδιον χρύσεον) quod uulgus noſtrum Virgam auream uocat, quæ digito imponitur. Plaut. Epid. 13. 33,
Lunulam atq; anellum aureolam in digito?
¶ Lunaris, & hoc lunare, pen. prod. (σεληναῖος) Quod ad lunam pertinet. Cic. in Somnio Scip. 18, Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto & excitato mouetur ſono: grauiſſimos autem hic lunaris & infimus.
Lunaris annus, Qui menſe uno ſuum efficit curſum.
Currus lunares. Ouid. 15. Metam. 158.
Equi lunares. Ouid. 5. Faſt. 4.
Globus lunaris. Claud. lib. 2. de raptu Proſerp. 60.
Iubar lunare. Claud. 1. in Ruff. 30.
Lampas lunaris. Stat. 10. Thebaid. 56.
Orbitas lunaris. Vide Orbis.
Lunare ſidus. Seneca de Prouidentia.
Lunaris ratio. Plin. lib. 18. cap. 39. 3.
¶ Lunatici, dicuntur, in quos luna agit, & ut Apuleius ait, qui curſum lunæ patiuntur: quales ſunt potißimùm, qui comitiali morbo laborant, aut inſania, alióue morbi genere quopiam certis lunæ temporibus grauantur & agitantur. Vnde Paulus mancipium furioſum, aut lunaticum redhibendum cenſuit: in l. bouem. §. aliquando. ff. de Aedilit. edicto.

¶ Luno, lunas (καμπυλιάζω) lunare, In modum lunæ, quando in cornua curuatur, flectere. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 6,
Lunauitq; genu ſinuoſum fortiter arcum. id eſt, intendit.
¶ Lunatus, penul. prod. (καμψός) Participium, ſiue Nomen ex participio, Curuatus: ut Ferramentum lunatum. Columel. lib. 12. cap. 54. r.
Aequora lunata placido receſſu. Stat. 2. Syl. 2. 3.
Cauda lunata delphinorum. Senec. Oedip. 5. 13.
Claßis lunata. Lucan. lib. 3. 107. Vide Claſsis.
Lunatis obliquatur cornibus mare Caſpium. Plinius libro 6. cap. 13. 6.
Flexus lunati. Sil. lib. 4. 6. 4.
Frons lunata uituli. Claud. 1. de rapt. Proſerp. 26.
Lunata iuba. Mart. lib. 8. 49,
Aurea lunatæ quum ſtetit unda iubæ.
Iuuenci nondum lunati fronte. Stat. 6. Theb. 54.
Lignum oſſeum lunatumq;. Plin. lib. 13. cap. 4. 11.
Peltæ lunatæ. Virg. 1. Aen. 99.
Luna] λοῦνα, Ligurum oppidum, portu nobile. Enim, Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues.
Lunæ] montis promontorium (σελήνης ὄρος ἄκρον) Ptolemæo, libro 2. capite 5, Luſitaniæ locus. Vulgò Ponte de Luna.
Lunarium] Promontorium (λουνάριον ἄκρον) Ptolem. libro 2. capite 6, Alio nomine, Mons Iouis, Scalæ Annibalis, nunc Mumi.
Lunenſis] λουνήσιος, Caſeus ſic dictus ab oppido Hetruriæ, nomine Luna. Plinius lib. 11. cap. 42. 1, Lunenſem magnitudine conſpicuum è miſto Hetruriæ atq; Liguriæ confinio mittunt. Mart. lib. 13. 30,
Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine Lunæ,
Præſtabit pueris prandia mille tuis.
Luo] luis, lui (λύω, λύσω, τίνω, ἀποτίνω) luere, Perſoluere. Liuius. Vt tandem debito ſupplicio ſcelus lueret: id eſt, ſolueret, ſeu purgaret. A lauando quidam ductum uolunt, alij à Græco λύω, λύσις, λύει. Cic. ad Attic. lib. 12. 2. 36. 1, Quomodo hæc lues? ſi mihi librum miſeris? id eſt, Expurgabis hoc peccatum.
Luere æs alienum, pro Soluere. Curtius lib. 10. Vide Æs.
Delicta alicuius luere. Hor. 3. Carm. ode 6. 1.
Facta luere. Stat. 1. Theb. 52.
Luere libidinem alicuius ſanguine innocentium: hoc eſt, Abluere & expurgare. Cic. 3. Verr. 53.
Luere maculas ſanguine: hoc eſt, Abſtergere & eluere. Cicer. 7. Verr. 94. Alij legunt, eluere.
Luere peccata, Delictorum ſupplicium ferre. Liu. 8. bel. Maced. 213. Virg. 10. Aen. 7.
Periculum luere. Liu. lib. 10. ab Vrbe.
Luere pœnas, quod & Dare pœnas dicitur, pro Ferre ſupplicium. Cic. Attico, lib. 3. 49. 3, Itaque mei peccati tuo pœnas: quanquam tuæ me literæ ſuſtentant.
Pœnam luere. Tacit. lib. 5.
Oblatũ ſtuprũ uolũtaria morte luit Lucretia. Cic. 5. de Fin. 114.
Luere ſupplicia, Suſtinere, pati. Iuſtinus lib. 1, Quicunq; capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt.
Luere capite, Capite puniri. Liu. 9. ab Vrbe, 23.
Luitur. Lucan. lib. 2. 63,
—— hac cæde luatur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.
Luere, Precium redemptionis redemptori offerre, inquit Budæus. Vlpian. in l. qui ſtatus. ff. de re militari, Qui ſtatum controuerſiam patiuntur, licet reuera liberi ſunt, non debent per id tempus militiæ dare, &c. ſed nec qui ab hoſtibus redempti ſunt prius, quàm ſe luant.

¶ Lu

¶Luto, lutas, lutare, Idē quod luere. Varro (ἐπανωμᾶι) Habes qui, & cuius rei causa fecerim hecatombē, in quo ego (ut puto) quoniam est luere, soluere, lutaui. Nonius. Antiquum.

¶Luitio, luitionis, Verbale (λύσις) Vlpian. de captiuis & postliminio reuersis. l. si patre, Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatē offerat, dicendū est suum ei posse hæredem existere.

Luela, luelæ, Idem. Lucret. lib. 3.

Sed metus in uita pœnarum pro malefactis
Est insignibus insignis, sceleriscq; luela (binus.
Carcer, & circumdatus, carcer sceleris expiatio & pœna. Lam

¶Luiturus, pen. prod. Participium (τίσων) ut, Luitura pœnas puppis. Claud. 4. Paneg. 28.

¶Luendus, Particip. (λυτέων) Ouid. 2. Trist. 22.

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Lupa, Lupanar, Luparius, Lupatum] Vide Lupus.

Lupercal] λυπερκάλιον λύκαιον, Locus sub monte Palatino Romæ. Seruius, Sub monte Palatino est quædam spelunca, in qua de capro luebatur, id est, sacrificabatur: unde & Lupercal dictum nonnulli putant. Alij, quòd illic lupa Remum & Romulum nutrierit. Alij (quod est uerisimilius) locum esse hunc sacratum Pani deo Arcadiæ: cui etiam mons Lyceus in Arcadia est consecratus. Et dictus est Lycæus, quòd lupos non sinat in oues sœuire. Ideo & Euander deo gentis suæ sacrauit locum, & nominauit Lupercal, quòd præsidio ipsius nominis lupi à pecudibus arcerentur. Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij 8. Aeneid. 69,

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal.

Parrhasio dictū Panos de more Lycæi. Ouid. 2. Fast. 85.

Vel dicitur à luendo, quòd ibi per caprum luebatur, hoc est, sacrificabatur: ut sit dictio ex tribus orationis partibus composita, quasi luere per caprum. Ex Seruio. Vide Quintilianum lib. 1. cap. 5. 42.

Lupercalia] λυπερκάλια λύκαια, Celebritas erat Romæ, in honorē Panos: & Luperci, qui hæc sacra faciebant. Seruius, Quū in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorū subitò à latronibus rapta sunt. Illi proiectis uestib. persecuti sunt latrones: quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permansit ut nudi Lupercalia celebrarent. Hæc Seruius, explicans illud Virgilij 8. Aeneid. 131,

Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos. De Lupercalibus Plutarchus scribit in Romulo & Cæsare. Fiebant autē mense Februario. Græci λυκαῖα uocant. Cic. 2. Philipp. 89. Et ad Quint. fratrem, lib. 2. 15. 5, Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis.

¶Luperci, dicti sunt, quasi ex illorum mysteriorum semine exorti, siue (ut Varro putat) quòd Lupercalibus in Lupercali sacra facerent nudi in honorem Panos. Cicer. 2. Philipp. 89, Insectatur M. Antonium, quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se lupercum exhibuerit. Nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatem, & uerberabant prægnantium manus mulierum, ut facilioris essent partus, zona ex corio capri. Ouidius 5. Fastor. 21,

Semicaper coleris succinctis Faune Lupercis. Plinius lib. 34. cap. 5. 1, Lupercorum habitu.

Lupfurdum] λύπφορδον, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Hodie Mysna, uulgò Meissen.

Lupia] λοπτία, Germaniæ fluuius Pomponio lib. 3, Coniectura est, eū esse quē hodie Neccharū uocāt, qui haud longè à Danubij fontibus ortus, per Vuirtembergensem ducatum lapsus, moxq; in Occasum uersus Rhenum seorsum illabitur, Strabo longè secus quàm Pomponius, Lupiam in Visurgim deferri ait, ut Lupiæ nominis, non Neccharus, sed is amnis quem hodie Fuldā uocant, intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla uariant scriptores) lib. Augustæ historiæ, 2, Lupiam uocat amnem, non in Rhenum, sed in Oceanum elapsum.

Lupiæ] Lupiarū, Vrbs Calabriæ, apud Melā lib. 2. cap. 4. Hodie uulgò dicitur Lezo, ut scribit Oliuarius in Melam.

Lupinum] lupini (θέρμος) & frequentius masculino genere. Lupinus, pen. prod. Genus leguminis, omnium amarissimum. Plin. lib. 18. cap. 14, Lupino est usus proximus, quum sit & homini & quadrupedum generi ungulas habenti cōmunis. Remedium eius, ne metentes fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur. Nec ullius quæ seruntur, naturæ assensu terræ mirabilior est. Primum omnium cum sole quotidie circūagitur, horasq; agricolis etiam nubilo demonstrat. Tum præterea floret. Terram amat, terraq; operiri non uult. Et unum hoc seritur non arata, ubi fuerit maximè sabulosa & sicca, atq; etiam arenosa. Coli utiq; non uult. Tellurem adeò amat, ut quamuis frutetoso solo coniectum inter folia, uepresq;, ad terram tamen radice perueniat. Pinguescere hoc satu arua, uimeasq; diximus. Itaq; non adeò eget fimo, ut optimi uicem repræsentet. Horat. 1. epist. 7. 5,

Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Vide Adagia Erasmi.

Pallentes lupini. Ouid. de medicamine faciei, 14.
Tristis lupini fragiles calami. Virg. 1. Georg. 15.

¶Lupinus, Adiectiuum à lupus. Vide suo loco.

Lupus] lupi (λύκος) Notum animal: Græcè λύκος dicitur.

Barba lupi. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 9.
Genus acre luporum. Virg. 3. Georg. 53.
Incursus luporum. Virg. 3. Georg. 82.
Acres lupi. Horat. Epod. 12. 5.
Asper lupus. Ouid. 11. Metam. 81.
Auidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 16.
Auius. Virg. 11. Aeneid. 163.
Canus. Ouid. 7. Metam. 111.
Ceruarius lupus. Vide Ceruus.
Cruentus. Stat. 5. Thebaid. 34.
Frementes lupi circum stabula. Ouid. 5. Metam. 126.
Fuluus lupus. Ouid. 11. Metam. 155.
Infestus pecori lupus. Horat. Epod. 15. 2. Ouid. 2. Fast. 160.
Insatiabiles lupi. Ouid in Ibin, 35.
Montani. Ouid. epist. 11. 18.
Proceri lupi. Horat. 2. Serm. Satyr. 2.
Rapaces. Horat. Epod. 16. 4.
Superbi. Valer. 3. Argon. 128.
Vehemens lupus. Hor. 2. epist. 2. 6.
Vlulantes lupi. Virg. 1. Georg. 97.
Triste lupus stabulis. Virg. 3. eclog. 16.
Acuunt agni lupos balatibus. Vide Acuō.
Pleno lupus insidiatus ouili. Virg. 9. Aenēid. 12.
Dente lupus, cornu taurus petit. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 11.
Lupus est homo homini, nō homo, quum qualis sit, non nouit. Plaut. Asin. 9. 99. Hoc puerbio monemur, nequid fidamus homini ignoto, sed pinde atq; à lupo cauendum. Ex Erasmo.
Ouem lupo commisisti. Terent. Eunuch. 5. 1. 16. Concinnè utemur hoc prouerbio, quoties ei seruiendum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 3. Philipp. 143, Etenim in concione dixerat se custodem futurum urbis, usq; ad calendas Maias, ad urbem exercitum habiturum. O præclarum custodem ouium, ut aiunt, lupum. Custósne urbis, an direptor & uexator esset Antonius? Ex Erasmo.

Lupo agnū eripere. Plaut. Pœnul. 11. 31, Vtemur hoc prouerbio, ubi

bio, ubi quis frustrà conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim uidetur, sperare futurum, ut lupus agnum semel arreptum amittat. Ex Erasmo.

Lupus in fabula, uel sermone. Terent. Adelph. 4.1.21. Dicitur hoc adagium, quum fortè fortunà in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat. Cicer. Attico, libro 13.288.2, De Varrone loquebamur. Lupus in fabula: uenit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset. Plaut. Sticho, 9.71. Ex Erasmo.

Lupum auribus tenere. Terent. Phorm. 3.2.21. Dicitur in eos, qui eiusmodi negocio inuoluuntur, quod neque relinquere sit integrum, neq; tolerari possit. Suetonius in Tiberio, cap. 25. Ex Erasmo.

Lupi te uidere priores. Virg. 9. eclog. 10. In raucum dicitur, & cui uox repentè sit adempta. Festiuius dicetur in eos, qui metu alicuius obtitescunt, alioqui ferroces. Seruius admonet physicos authores dixisse, inesse eam uim lupis, ut si quem hominem priores uiderint, ei uocem adimant. Plin. lib. 8. cap. 22, Sed in Italia quoq; creditur luporum uisus esse noxius: uocemq; homini quem priores conteplentur, adimere ad præsens. Ex Erasmo.

¶Lupus (λάβραξ) Piscis. Plin. lib. 32. cap. 2, Minus in prouidendo lupus solertiæ habet, sed magnum robur in pœnitendo. nam ut hæserit in hamo, tumultuoso discursu laxat uulnera, donec excidant insidiæ. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, à candore, mollitiaq; carnis. Martial. lib. 13. 89,

Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui.

Aequoreo dulces cum sale pastus aquas. Horat. 2. Serm. Satyr. 2.7, Proceri lupi.

¶Lupi, Fræni asperrimi, à lupinis dentibus dicti, quia inæquales sunt: siue quià duritiam habent lupinorum dentium similem, & propterea morsus eorum asperrimus. Dicuntur & Lupata. Vide suo loco. His frænis utebantur Galli. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.7,

Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

¶Lupus, Instrumentum aduncum, quo uasa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahũtur: harpax Græco uocabulo, & harpago nominatur. Liuius 8. bel. Pun. 13, In alios lupi supernè ferrei iniecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraberentur.

¶Lupus, salictarius (βρύον) Ruellius. Herba, cuius meminit Plinius lib. 21. cap. 15.1, Officinis uulgò Lupulus uocatur, Gallis huopelon uel hubelon. Caulib. aculeatis longissimisq; reptat in uepribus & salictis, foliis uitis albæ. Hoc frugibus admisto, Germani suam condiunt ceruisiam.

¶Lupus, Aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 24.1, Luporum nomine minimi non texunt.

¶Lupa, lupæ (λύκαινα) Plin. de Viris illust. 1, Parulos in Tyberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. ad uagitum lupa accurrit, eosq; huberibus suis aluit. Plin. lib. 8. cap. 17.

Inhumana lupa. Propert. lib. 4. eleg. 4.11.

Rapidæ tradis ouile lupæ. Ouid. 3. de Arte, 2.

Raua lupa. Horat. 3. Carm. ode 27.1.

¶Lupa, pro meretrice. Plaut. Epid. 9.23,

Deuortunt mores uirgini longè, ac lupæ.

¶Lupanar, pen. prod. lupanaris, pen. prod. n. gen. (πορνεῖον, καμαιτυπεῖον) Locus in quo diuersantur meretrices. Quintil. lib. 7. cap. 4, An deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit, quæritur. Iuuen. Satyr. 6.13,

Intrauit calidum ueteri centone lupanar.

Oblitum lupanar. Catul. de Acme, epig. 39.5.

¶Lupanarium, lupanarij, Idem (καπηλεῖον) Vlpianus de petitione hæreditatis, Licet à lupanario præcepte sint: nam & in multorum honestorum uirorum prædijs lupanaria exercentur.

¶Lupor, luparis (πορνεύω) lupari, Scortari, meretricari. Accius, Qui cum meretrice per uias habitu nostro lupantur. Antiquum.

¶Lupatus, Adiectiuum: ut, Frena lupata. Horat. 1. Carminum,

Gallica nec lupatis temperet ora frenis. Frena autem lupata, frena sunt lupos habentia, & duriora, asperioráq; ut currus falcati dicuntur, qui falces habent: secures dolobratæ, quæ habent dolabram, &c. Turnebus.

¶Lupatum, lupati, pen. prod. (χαλινὸς) Idem quod Lupus, pro fræno asperrimo. Virg. 3. Georg. 42,

— pressiq; negabant
Verbera dura pati, & duris parère lupatis. Dicta lupata, ut ait Seruius, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt. Vnde & eorum morsus uehementer obest.

Frena lupata. Horat. 1. Carm. ode 8.2.

Dura lupata. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.3.

¶Lupatus, m. gen. dixit Solinus cap. 57. equum ouaturus insiluit: isq; adeò spreuit lupatos, ut de industria cernuatus ruina & se & equitem pariter affligeret.

¶Lupinus, pen. prod. Adiectiuum (λύκιος) Quod pertinet ad lupum. Plin. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Cic. in Catil. 4. Quem mauratum in Capitolio parum atq; lactentem huberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.

Galea lupina. Propert. lib. 4. eleg. 11.4.

Lura] luræ, Osculei, siue utris ab antiquis dicta est. Festus.

Lurco] lurconis (λίμβος) Gulosus, & bonorum suorum consumptor: à lura, inquit Festus. Plaut. Persa, 12.16.

Perenniserue, lurco edax, furax, fugax. Lucil.

Edite lurcones, comedones, uiuite uentres. Suet. de claris Grammat. cap. 15, Lastaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemq; appellans, & uita, scriptisq; monstrosum.

¶Lurco, lurcas, lurcare: & Lurcor, lurcaris, Deponens (λιμβέομαι) Cum auiditate cibum consumere. Pomponius Syris, Lardum lurcabat lubens. Lucilius Satyr. 2.

Luridus] pen. corr. Adiectiuum (ωλιδὸς) Quod est supra modum pallidum, quasi loridum, & loro percussum, liuidumq; factum. Plaut. Capt. 11.64,

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Horat. 3. Carm. ode 4.15,

Mœretq; partus fulmine luridum Missos ad Orcum.

Aconita lurida. Ouid. 1. Metam. 30. Vide Aconitum.

Luridus color. Plin. lib. 18. cap. 10.8.

Dentes luridi. Horat. 4. Carm. ode 13.2.

Luridæ fœtæ. Varro 2. de re Rust. cap. 10.7.

Horror luridus. Ouid. 14. Metam. 39.

Lumina lurida. Ouid. 15. Metam. 158.

Mors lurida. Silius lib. 13.113.

Pallor luridus. Ouid. 4. Metam. 54.

Pelle lurida amicta ossa. Hor. Epod. 17.5.

Luridus sol, Pallidus & nubilus. Plin. epist. 106. e. lib. 6.

Sulfura lurida. Ouid. 14. Metam. 158.

¶Luror, luroris, mascul. gener. (ωλίωμα) Pallor. Lucretius libro 4.63,

— quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt simulacris obuia rerum.

Luscinia] luscinie (ἀηδὼν) Auis, dicta quòd lugens canat. Plin. lib. 10. cap. 29, Luscinijs diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna mirabitur aue. Primùm, tanta uox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus.

*ſpiritus. Deinde in una, perfecta muſicæ ſcientia modulatus edutur ſonus: & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuſcatur ex inopinato: interdum & ſecum ipſe murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uiſum eſt uibrans, ſummus, medius, imus. Græci Philomelam uocant.* Mart. lib. 14. 80,

*Flet philomela nefas inceſti Tereos: & quæ*
*Muta puella fuit, garrula fertur auis.* Horat. 2. Sermon. Satyr. 3. 49,

*Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas.*

¶ *Luſciniola, pen. corr. Diminut.* (ἀηδόνιον) Plaut. Bacch. 1. 4,

*Pol ego quoq; metuo, luſciniolæ ne defuat cantio.*

Luſcioſus] *qui & luſcitioſus, penult. prod.* (μύωψ, νυκτάλωψ) *Luſcioſi ſunt, ut quidam exiſtimant, quos Græci nyctilopas appellant, qui & mane & veſperi exiliter admodum uident, nec ferè niſi interdiu. Feſtus, Luſcitioſi ſunt qui parùm uident propter uitium oculorum, quiq; plus veſperi uident, quàm meridie. Nonius, Luſcioſi ad lucernam non uident: & myopes minus uidentes uocantur à Græcis. Plin. lib. 29 Fimum quoq; gallinaceorum duntaxat rubrum luſcioſis illinendum monſtrant.* Plaut. Milit. 6. 51,

*— uerbero, ædepol tu quidem*
*Cæcus, non luſcioſus.*

¶ *Luſcitio, luſcitionis, Vitiũ uiſus, quod Græci* νυκταλωπίαν, *uel* νυκτάλωπαν, *dicunt. Vlpianus in l. idem filius. §. item. ff. de Aedil. edicto, Idem, ubi homo neq; matutino tempore uidet, neq; veſpertino: quod genus Græci* νυκτάλωπας, *uocant. Luſcitionem quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet. Quidam nuſcitionem, quidam eluſcationem hic legunt. Hinc Luſcioſus, qui & luſcitioſus & nuſcitioſus, ut ait Budæus.*

Luſcus] *luſci* (ἑτερόφθαλμος) *Qui altero captus eſt oculo. Perſius Satyr. 1. ad finem,*

*— qui poſſit dicere luſce.* Cic. 2. de Orat. 136, *Cœnabo, inquit, apud te huic luſco familiari meo C. Sextio: uni enim locum uideo.* Martial. lib. 8. 53.

*Dux luſcus.* Iuuen. Satyr. 10. 16. *Intelligit Annibalem.*

¶ *Luſca, luſcæ* (ἑτερόφθαλμος) Martial. lib. 1. 171,

*Oculo Philænis ſemper altero plorat:*
*Quo fiat iſtud quæris modo luſca eſt.*

Luſio] *Vide* Ludo.

Luſitania] λουσιτανία, *Pars ulterioris Hiſpaniæ, quam nunc Portugalliam appellant. Scribit Plin. lib. 3. cap. 1, Luſum Liberi patris ac Lyſam cum eo debacchantem nomen dediſſe Luſitaniæ. Hæc Oceano Occidentali alluitur, in qua eſt ciuitas Emerita, & Portugalliæ regnum, Luſitanum litus pollet gemma ceraunio. quod Indicis præferunt: aduerſus uim fulgurum creditur opitulari. Strabo lib. 3. Tagi regio ad Aquilonem ſpectans, Luſitania eſt, inter Hiſpanos gens amplißima, & annis plurimis Romanorum armis oppugnata. Et paulo pòſt, Luſitanos inſidioſos, ſcrutatores, uelòces, agiles, uerſatiles eſſe, fama eſt. Scutum duûm pedum ad latitudinem geſtant, curuum, ad anteriora proſpectans, loris dependens, cui neq; fibula, neq; anſa ulla eſt. Gladiolum aut pugio lateri adhæret: plurimi lineos thoraces habent. Vide plura ibidem.*

Luſito, Luſor] *Vide* Ludo.

Luſius, Cocatio, *ſiue, ut quidam, Lyſius, Arcadiæ fluuius, quem penes eſt ſepulchrum Aeſculapij, Aſippi, & Arſinoæ filiij qui primus alui purgationem, atque dentis auulſionem adinueniſſe dicitur.*

Luſpiæ] λουσπία, *Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Calabriæ urbs: Lupia Plinio. Vulgò, Leccio Lezo.*

Luſtrum] *luſtri* (φωλεὸς, κατάλυσις, χέρα) *Ferarum habitaculum in ſyluis. A luto: quòd ſit lutoſa lacuna. Virgilius 2. Georg. 95,*

*Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum.*

*Deſerta ferarum luſtra.* Virg. 3. Aeneid 130.

*Deuia luſtra.* Ouid. 3. Metam. 30.

*Inuia luſtra.* Virg. 4. Aeneid. 30.

*Tetrica luſtra.* Stat. 9. Theb. 123.

*Luſtrum, Popinæ & lupanaria, ac meretricum diuerticula. Seruius, Lupanaria luſtra dicimus, ubi habitant lupæ, id eſt, meretrices: dictæ ab obſcœnitate, & odoris ſimilitudine. Plautus Aſin. 16. 84,*

*Te cuculum uxor ex luſtris rapit.* Cicer. 2. Phil. 33, *Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, uino luſtriſq; confectus.* Idem pro Cælio, 45, *in qua luſtra, libidines, &c.*

*Mala luſtra.* Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14.

*Iacère in luſtra.* Vide Iaceo.

*Perire luſtris.* Lucret. lib. 4. 229.

*Luſtrum, quinquennale ſpacium ſignificat, authore Feſto: in quot annos prædia locari olim ſolebant, ut nunc inter ternos, id eſt, nouenos. Luſtrum enim à luendo dictum eſt, id eſt ſoluendo, ut Varroni placuit: ideo quòd quinto quòq; anno uectigalia, tributaq; exigebantur. Plinius iunior, Nam priore luſtro, quinquam poſt magnas remißiones reliqua creuerunt. Luſtrum à Latinis uocatur, quod Olympias apud Græcos dicitur, id eſt, quinquennium: ita tamen, ut quadriennio exacto, quinto quoq; anno ineunte, luſtrum peractum eſſe intelligatur. Plinius Iunculus lib. 2. cap. 47. 14, Omnium quidem (ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redire eaſdem uices quadriennio exacto Eudoxus putat, nõ uentorum modò, uerùm & reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri, ut ſemper intercalari anno, Caniculæ ortu. Vlpian. in l. ſi quis nec cauſam. ff. de rebus creditis, Nã etſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit: cõdici eos conſtat. Tacitus ſecundum luſtrum appellat, ut ſecundam Olympiadem: de ludicro quinquennali loquens, Romæ inſtituto. Hæc Budæus. Cic. ad Attic. lib. 6. 113 8, Populi autẽ nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerant, etiam ſuperioris luſtri reddiderunt.*

*Veniet luſtris labentibus ætas.* Virg 1. Aeneid. 58.

*Luſtrum, Purgatio urbis, quæ in ſacrificijs fiebat. Liu. lib. 2. Omnes centuriæ & equites in campum Martium conuocati, ſue, oue, tauro, cæſis immolarunt, quod luſtrum eſt dictum: ſicq; à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri.*

¶ *Luſtro, luſtras* (ἁγνίω, ἀποκαθαίρω) *luſtrare, Expiare ſignificat.* Virg. 5. eclog. 15, *— & cum ſolennia uota.*

*Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros.* Idem 3. Aeneid. 56,

*Luſtramurq; Ioui, uictiſq; incendimus aras.* Seruius, *Aut luſtramur, id eſt, purgamur, ut Ioui ſacra faciamus: aut certè luſtramur Ioui, id eſt, expiamur.*

*Viros luſtrare.* Virg. 6. Aeneid. 46.

*Luſtrare urbem.* Plin. lib. 10. cap. 13.

¶ *Luſtror, Paſſiuum* (ἁγνίομαι) Ouid. 13. Metam. 201,

*— ego luſtror ab illis,*
*Et purgante neſas nouies mihi carmine dicto,*
*Pectora fluminibus, iubeor ſupponere centum.*

*Magico luſtrabere ritu.* Ouid 10. Metam. 80.

*Luſtrare* (περιόδου, περιόρχεσθαι, περιβαίνειν, περίειμι δόμεν) *Circuire, ambire, aut etiam peragrare. Virgilius 8. Aeneid. 31,*

*— totum luſtrabat lumine corpus.* Cic. 5. de Finib. 149, *Aegyptum luſtrauit.* Sit. 4. Tuſc. 67.

Aequora

Aequora lustrare. Virg. 3. Aeneid. 76.
Arua lustrare, Pererrare. Virg. 4. Georg. 104.
Oculis lustrare campos. Lucan. lib. 7. 161.
Limina aliena lustrare. Ouid. in Ibin, 23.
Muros equo lustrat. Virg. 9. Aeneid. 12.
Sol flammis opera omnia lustrat. Virg. 4. Aeneid. 122.
Lustrare lampade. Virg. 4. Aeneid. 2,
Postera, Phœbea lustrabat lampade terras. Vbi Seruius, Aut illustrabat: aut reuera lustrabat, id est purgabat. nam nox quodammodo polluit mundum.
Lustrare uestigia alicuius. Virg. 2. eclog. 3.
Lustrare exercitum, Recognoscere, & recensere exercitum. Cæsar 8. bell. Gall. 184. Cic. 1. de Diuinat. 130, Qui exercitu lustrato quum Aretium uersus castra mouisset, & contra Annibalem legiones duceret, &c.
Lustrare animo, pro Considerare, reputare. Cic. 1. Off. 82, Idem 2. de Fin. 181, Sed lustremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur.
Pericula incerta lustrare. Virg. 9. Aeneid. 20.
¶ Lustror, lustraris, lustrari, Deponens, In lustris & lupanaribus uersari. Plaut. Pseud. 20. 5,
—nam qui liberos esse ilicò
Se arbitrantur, ex conspectu heri sui si sese abdiderunt,
Luxuriantur, lustrantur, comedunt. Idem Casina, 6. 31,
—unde is nihili ubi fuisti? ubi
Lustratus, ubi bibisti?
¶ Lustratus, pen. prod. Participium (ἁγνισθείς) Expiatus.
Corpus lustratum diuino odore. Ouid. 14. Metam. 121.
Lustratum atq; purgatum Capitolium. Liu. 3. ab Vrbe, 79.
Lustratus purificatione religionis. Martial. lib. 8. 1, Memimerit non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debere.
¶ Lustralis, & hoc lustrale, pen. prod. (καθάρσιος) Quod ad lustrum, hoc est, sacrificium pertinet. Liu. lib. 1, Castra castris iungere iubet: sacrificium lustrale in diem posterum parat.
Aqua lustralis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 15.
Lustralia exta, ueteres dixerunt præpinguia: eo quòd lustralis, id est, quinquennalis bos dicitur esse perfectæ ætatis.
Vota lustralia. Valer. 3. Argon. 83.
Solenne lustrale exercitus. Tacit. lib. 10.
¶ Lustrificus, pen. corr. Adiectiuum, Idem (καθαρτήριος) ut,
Cantus lustrificus. Valer. 3. Argon. 90.
¶ Lustricus, pen. corr. Adiectiuum (ἁγνιστικὸς) unde Lustrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus: quia ijs infantes lustrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Festus. Macrobius lib. 1. Saturn. Lustricus dies olim appellabatur, quo pueri lustrabantur, & nomen accipiebant. Tranquillus in Claudio Cæsare, Eiusdem futuræ infœlicitatis signum euidens die lustrico extitit. Qui eos lustrant, uocantur lustratores: & si fœminæ sunt, lustratrices. Qui uerò lustrantur, lustrati nominantur.
¶ Lustratio, Verbale (περιπορεία) Circuitio, peragratio. Cic. 2. Philipp. 70, In eodem uerò Tribunatu quum Cæsar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset, quæ fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum? Sic, 5. Tusc. 115.
Lustratio (ἁγνισμα) Sacrificium expiationis. Colum. lib. 2. cap. 22. 5, Hoc loco certum habeo quosdam, quum solennia festorum percensuerim, desideraturos lustrationum cæterorumq; sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum.
¶ Lustramen, penult. prod. Idem (περιοδεία) Valer. 6. Argonaut. 102.
Semineces q; duces inter sua tela, suosq;
Inter equos, sæuam miseo lustramine uersant
Congeriem.
Lustramentum] lustramenti, Purgatio facta per ueneficii, aut sacrificium, aut incantationem. Martianus in l. eiusdem. D. ad legem Iuliam de sicar. Pigmentarij, inquit, sicui temerè cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas, buprestim, mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa dederint: pœna teneantur huius legis.
Lusus] Vide Ludo.
Lutamentum, Lutarius] Vide Lutum.
Lutesco] Vide Lutum.
Lutetia] λουκοτεκία, Galliæ urbs maxima & nobilissima, magnitudine & frequentia certat cum maximis Europæ urbibus. Græci λουκοτικίαν nominant, ab albedine parietum, ut quidam contendunt. Lutetia Parisiorum dicta est à Cæsare, lib. 6. bel. Gall. 9.
Luteus] priore producta (κροκώδης, μέλιτος) Adiectiuum: ut, Luteus color, qui est dilutior rutilus, qualis est color auri: unde luteus dictus uidetur, quasi dilutus. Quidam à luto, priore longa, adiectiuum esse existimant. Plin. lib. 21. cap. 8, Lutei uideo honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Quidam à luce deducunt. Vide Lutum priore longa.
Luteus frutex, Purpurea uiola. Colum. lib. 9. cap. 13. 6.
Membrana lutea. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 2.
Palla lutea. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 10.
Pallor luteus. Horat. Epod. 10. 4.
Papauer luteum. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 39.
Pellis lutea. Persius Satyr. 3.
Sulfura lutea. Ouid. 15. Metam. 71.
Vela lutea, rufaq;, & ferrugined. Lucret. lib. 4. 15.
Luteæ uiolæ, apud Plinium lib. 21. cap. 6.
Vulcanus luteus, pro igni, siue flamma. Iuuen. Satyr. 10.
Lutea, Herba. Plin. lib. 33. cap. 5. 2, Vt planè intelligatur nihil aliud chrysocolla quàm uena putris. Natiua duritia maximè distat: luteam uocant. Et tamen illa quoq; herba, quam luteã appellant, tingitur. Natura est quæ limo, lanæue, ad succum bibendum.
Luteum oui, pro uitello. Plin. lib. 10. cap. 53, In ouo certa est gutta, ea salit, palpitatq;. Ipsum animal ex albo liquore oui corporatur. Cibus eius in luteo est. De pullis. Sic libro 23. capite 7. 3.
¶ Luteus priore correpta, à luto. Vide Lutum priore corr.
¶ Luteolus, pen. corr. Diminut. adiect. (ὑπομέλιτος) Colum. lib. 9. cap. 4. 4, At in hortensi lira consita nitent candida lilia, nec his sordidiora, leucoia, tum punicæ roseæ, luteolæq; & sarranæ uiolæ.
Caltha luteola. Virg. 2. eclog. 10.
Luto] lutas. Vide Lutum, priore correpta.
Lutra] lutræ (ὑδροκύων) Animal amphibium, hoc est, tum in aqua, tum etiam in terra degens, castori simile, nisi cauda differret: dictum quòd se frequenter in aquis lutet, id est, dilnat. Plin. lib. 8. cap. 30, Cauda piscium ijs: cætera species lutræ. Vtrunq; aquaticum: utriq; mollior pluma pilus. Idem libro 32. capite 11. 3.
Lutum] luti, priore correpta (πηλὸς) Terra humore soluta, inquit Festus: à λύμα. Iuuen. Satyr. 6. 2,
Compositiq; luto nullos habuere parentes.
Amica luto fus. Horat. 1. epist. 2. 6.
Recenti luto spargere iumenta. Iuuen. Satyr. 7.
Vdum & molle lutum. Persius Satyr. 3. 3.
Imbre lutoq; aspersus. Horat. 2. epist. 11. 3.
Pocula composuit de facili luto. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 8.
Concinnare lutum. Vide Concinno.

Demersus

Digitized by Google

Demersus in luto. Cic. 4. Verr. 138.

Fictus ex argilla & luto homulus. Cicero in Pisonem, 46.

Volutatus in luto totius corporis uestigijs Verres. Cicero 6. Verrin. 47.

In medio luto esse. Plaut. Pseud. 15.27. id est, implicari negocio, aut in periculo esse.

In eodem luto hæsitare id est, sic implicari cuipiam negocio, ut se quisquam nequeat extricare. Terent. Phorm. 5. 2. 15. A' uiatoribus translatum, qui simulatq; in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rursum ut hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuò est infigendus. Ex Erasmo. Vide Hæreo.

Lutum per translationem uocat lenonem Plaut. in Persa, 12.10,

Possum te facere ut argentum accipias, lutum.

Lutum & sordes. Cic. in Pisonem, 49.

Lutum paleatum. Vide Paleatus, in Palea.

Lutus, masculini generis apud antiquos, referēte Nonio. Claud. Annalium lib. 4, Pluuia, imbri lutus erat multus.

¶Luteus, prima correpta, Adiectiuum (πηλινὸς) Ex luto factum: ut Luteus paries, Vasa lutea. Cic. 6. Verr. 28, Tum illos cœpisse Prætori dicere, putasse se id quod audissent, alicuius precij scyphos esse Pamphili, luteum negocium esse, nō dignum quod in suo argento Verres haberet.

Caput luteum Rheni. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 8.

Luteus homo, Contemptus, nulliusq; precij. Plaut. Pœn. 14. 4.

Lutea meretrix. Plaut. Trucul. 18. 1.

Negocium luteum. Cic. 6. Verr. 28.

Opus luteum. Ouid. 1. Fast. 32.

Luteus panis. Plaut. Menæh. 20. 19.

¶Lutosus, pen prod. Adiect. (πηλώδης) Luto plenum. Plinius lib. 18. cap. 19. 2, Lutosam terram ne tangito. Colum. lib. 2. cap. 4. 3, Obseruabimus, ne lutosus ager tractetur.

Lutosa rapa, Quorum radix luto est infecta. Columella libro 12. cap. 54. 1.

¶Lutensis, & hoc lutense, Luto nutritum. Plin. lib. 9. cap. 37. 1, Purpuræ nomine alio pelagiæ uocantur. Earum genera plura, pabulo ut solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga utilissimum.

¶Luto, lutas (πηλόω) lutare, Luto inficere, siue oblinere. Cato de re Rust. cap. 92, Eo granarium totum oblimito crasso luto, postea conspergito amurca bene omne quod lutaueris.

Lutare, Maculare. Martial. lib. 14. 55,

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos:
Hac poteris madidas condere pelle comas.

¶Lutesco, lutescis (πηλῶμαι) lutescere, Lutum fieri, & in luteam duritiem concrescere. Ennius,

Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit. Colum. lib. 8. cap. 17. 8.

¶Lutamentum, lutamenti (πήλωμα) Opus luto óblitum, ut ait Budæus. Cato de re Rust. cap. 128, Ita neq; aspergo nocebit, neq; mures caua facient, neq; herba nascetur, neq; lutamenta scindent se.

¶Lutulentus, Adiectiuum (τρυγώδης) Plenum luto. Plautus Bacchid. 6. 17,

Vt eum ex lutulento cœno properè hinc eliciat foras. Colum. lib. de Arboribus, cap. 12, Lutulentam terram neq; arare, neq; fodere oportet.

Lutulentus sus. Cic. in Salust. 1, Itaq; nihil aliud studet, nisi ut lutulentus sus cum quouis uolutari. Sic idem in Pisonem, 20, At ne tum quidem emersisti lutulente Cæso ex miserrimis naturæ tuæ sordibus. Et in Oratione pro Rosc. Comœdo, 12, Lutulenta persona.

Amnis lutulentus. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 19.

Palma lutulenta. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 17.

Fluit lutulentus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 3. de Lucilio.

¶Lutarius, Adiect. (πηλαῖος) Quod in luto degit. Plin. lib. 32. cap. 4. 1, Sunt ergo testudinum genera terrestres, marinæ, lutariæ, quæ in dulci aqua uiuunt.

Lutarius mullus, Piscis Plinio, lib. 9. cap. 17. 5.

Lutum] luti, priore longa, herbam esse crediderim, quam Plinius lib. 33. cap. 5, herbam luteam uocat, & qua chrysocollam tingi ait. Sunt qui luthum cum aspiratione, nomen esse putent coloris apud Græcos. Virg. 4 eclog. 9,

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit uellera lutho. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 11. Ab hoc luto adiectiuum est Luteus, quod colorem luti refert. & Luteolus, diminutiuum: de quibus suprà.

Lux] lucis, fœm. gen. (φῶτ, φχός, λυχ, λύκη) Propriè significat claritatem siue splendorem.

Egens lucis aer. Ouid. 1. Metam. 4.

Egenus lucis Tartarus. Lucret. lib. 3. 206.

Diei lux. Lucret. lib. 4. 17.

Coruſca lux. Silius lib. 13. 129.

Diurna lux. Lucret. lib. 6. 171.

Larga lux. Vide Largus.

Maligna lux. Vide Malus.

Præclara lux. Lucret. lib. 2. 207.

Publica lux mundi Phœbus. Ouid. 2. Metam. 7.

Pura lux. Virg. 2. Aeneid. 118.

Rosea lux. Stat. 3. Sylu. 1. 27.

Siderea lux. Ouid. 3. Metam. 34.

Vaga lux. Valer. 3. Argon. 112.

Admittere lucem in thalamos totis fenestris. Ouidius 3. de Arte, 16.

Albescit primùm lux. Virg. 4. Aeneid. 117.

Conuestit omnia perfundens sua luce Sol. Lucret. lib. 2. 30.

Multa cum luce cucurrit stella. Virg. 2. Aeneid. 139.

Claram dispergere lumine lucem. Claud. 1. de raptu Proserp. 2.

Dant clara incendia lucem erranti. Virg. 2. Aeneid. 114.

Tristem lucem funde per auras. Senec. Medea, 10. 11.

Tenebræ & lux alterno tempore gignuntur. Lucr. lib. 5. 196.

Haurire lucem. Virg. 2. Georg. 68.

Oborta lux. Vide Oborior.

Purpurea luce refulsit humus. Ouid. 6. Fast. 51.

Subducta lux repentè. Silius lib. 8. 126.

Subducta luce cælum fretumq; miscet. Senec. Agamemn. 6. 17.

Luce clarius. Cicer. 4. Verr. 135, Erit uobis luce clarius iudices, quum eos ipsos produxero qui dederunt.

Luces, in plurali. Cic. in Arato, 12,

Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco. Pro stellis.

Lux, pro die. Gell. lib. 2. cap. 29, Alia luce orta auis in pastum profecta est. Martial. lib. 8. 20,

Quum facias uersus nulla non luce ducentos.

Luce uicesima, pro Vicesimo die. Plin. lib. 2. cap. 9. 3. Cicer. pro Milone, 75, Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij, & opinor ultrà, &c.

Multis antè lucibus: id est, multis diebus antè. Ouidius 2. de Ponto, 1. 5.

Acerba lux. Senec. Herc. Oetheo, 11. 1.

Breuis lux. Catul. ad Lesbiam, epig. 5. 1.

Exacta lux, exactus dies. Stat. 2. Syl. 2. 10.

Festæ luces. Horat. 4. Carm. ode 6. 9.

Hesterna lux. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 1.

Hodierna lux. Ouid. epist. 9. 34.

Honorata lux. Claud. 3. Paneg. 16.

Ignaua lux. Iuuen. Satyr. 14. 11. de Mose,

Sed pater

Sed pater in causa, cui septima quæq; fuit lux
Ignaua, & partem uitæ non attigit ullam. Sabbathum intelligit.

Lux longior toto anno. Virg. 7. eclog. 9.
Natalis lux. Ouid. in Ibin, 44.
Oriens lux. Catul. Argon. 59. 75.
Patens lux. Ouid. 2. de Arte, 125.
Peracta lux. Ouid. epist. 20, 17.
Profestæ luces & sacræ. Horat. 4. Carm. ode 15. 5.
Prona lux in astra: id est, dies uergens ad noctem, in qua lucent astra. Senec. Agamem. 6. 14.
Renata lux. Seneca Herc. furen. 2. 1.
Sacra lux. Stat. 1. Achill. 58.
Serena lux. Virg. 5. Aeneid. 21.
Ab ortu lucis ad umbram. Hor. 2. epist. 2. 37.
Viridans lux fluuij. Vide Viridans in Viridis.
Nox lucem tenebris abstulit. Lucan. lib. 8. 12.
Nox condit alma lucem. Seneca Medea, 11. 6.
Pars optima lucis data est mensæ. Ouid. 7. Metam. 135.
Dormire in lucem. Horat. 1. epist. 197.
Perditur lux: id est, amittitur dies sine commodo. Horatius 2. Serm. Satyr. 6. 12.
Inimica lux propinquat. Virg. 9. Aeneid. 72.
Aurora reducet lucem. Ouid. 3. Metam. 30.
Luce lucebit. Plautina locutio in Curcul. 4. 2.
Luce & palàm. Cic. in Pisonem, 17, Etenim illa iam omitto, quũ seruorum delectus haberetur in fòro, arma in templo Castoris luce & palàm comportarentur. Idem 3. Offic. 125, Luce palàm in fòro saltet.
Luce incursare in hostem. Liuius 8. ab Vrbe, 194.
Luce clara. Plaut. Aulul. 30, 18.
Multa luce reuecti hostes. Tacit. lib. 21.
Luce sinit pasci: id est, interdiu. Ouid. 1. Metam. 127.
Lux, ἀπὸ τῆς λύκης dicta est: λύκην enim ueteres Græci appellabant primam lucem, quæ præcedit solis exortum: quod & summum mane dicitur.
Luce prima. Terent. Adelph. 5. 3. 55.

Cæterùm rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Donatus legit, Cum primo lucu, dicens, Cum primo lucu ueteres dicebant, lucum pro luce, pro sole ponentes. Ergo cum primo lucu, quum primùm Sol cœperit lucescere. Liu. 1. ab Vrbe, 192, Vt omnes ciues Romani, equites, peditesq; in suis quisq; centurijs in campo Martio prima luce adessent.

Prima luce. Sabinus antè quàm hostilia cœptarent, &c. Tacitus libro 21.
A' prima luce. Cæsar 1. bell. Ciuil. 308, Idem postero die à prima luce faciunt.
Leniter illustrans lux. Vide Lenis.
In lucem bibere, cœnare. Vide In præpositionem.
Ad lucem pugnare. Vide Ad præpositionem.
Ante lucem. Vide Antepræpositionem.
Obscurum cœptæ lucis. Tacit. lib. 20.
Cœpta luce, missæ in latera regiones. Tacit. lib. 1. Idem lib. 15.
Dubiæ lucis crepuscula. Ouid. 11. Metam. 120.
Seram pepulere crepuscula lucem. Ouid. 15. Metam. 131.
Aestiua lux. Virg. 4. Georg. 11.
Brumalis lux, Tempus hybernum. Ouid. 1. Trist. eleg. 10, 8.
Indiscreta lux. Vide Indiscretus.
Lux, pro Vita. Cicer. 2. Tusc. 14, Etsi enim mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse uitæ: tamen obijciebatur interdum animo metus quidam, & dolor cogitanti, fore aliquando finem huius lucis, & amissionem omnium uitæ commodorum.
Lucis rudimentum. Plinius libro 7. in Præfat. 3.
Cupiditas lucis. Quint. libro 3. capite 8. 31.
Animus contemptor lucis. Virg. 9. Aeneid. 42.
Abrumpere inuisam lucem. Vide Abrumpo.
Inuisæ lucis mora abrumpere ense. Senec. Troad. 10. 16.
Aspicere lucem. Vide Aspicio.
Carere luce. Vide Careo.
Corpora luce carentum: id est, mortuorum. Virg. 4. Georg. 51.
Dilecta magis luce. Virg. 4. Aeneid. 7.
Lucis usuram dare alicui, Sinere eum uiuere. Cic. 7. Verr. 61.
In lucem editi gnati. Senec. Oedip. 12. 5.
Communi luce frui. Claud. 2. de raptu Proserp. 53.
Optata luce frui. Virg. 4. Aeneid. 124.
Orbare se luce. Cic. 3. Tusc. 45.
Piget lucis, Tædet uitæ. Virg. 5. Aeneid. 136.
Relinquere lucem. Virg. 4. Aeneid. 91.
Lux mea, Blandimentum. Cicer. Terent. lib. 14. 2. 6, Hem mea lux, meum desiderium.
Lux, pro oculis. Stat. 11. Theb. 117,

—— & effossæ squalent uestigia lucis.

Adempta lux. Vide Adimo.
Ademptæ lucis damnum: id est, cæcitas. Ouid. 14. Metam. 40.
Lux, pro Publico: quoniam omnes in luce degunt. Cicer. de Senect. 11, Nec uerò ille in luce modò, atq; in oculis ciuium magnas, sed intus domiq; præstantior.
Forensis lux. Cic. de clar. Oratorib. 15.
Lux doctrinarum altera Cicero. Plin. lib. 17. cap. 5. 4.
Lux pro nitore: ut, Viridi cum luce smaragdi. Lucr. lib. 4. 227.
Ahena luce coruscus. Virg. 2. Aeneid. 94.
Lucus] masculino genere dixerunt ueteres, teste Donato, pro lux, siue luce. Vnde apud Plautum & Terentium sæpius legitur luci, in ablatiuo.
Cum lucu simul abij hinc mane. Plaut. Merc. 5. 31.
Cum primo lucu. Plaut. Cistell. 5. 49. Sic, apud Terentium Adelph. 5. 3. 56, Cum primo lucu, ut legit Donatus. Vide paulo à t', Luce prima.
¶ Luci, Aduerbium (μιᾷ ἡμέρᾳ) Id est die, siue mane. Plautus Casin. 19. 7,

Sed properate istum atq; istam actutum emittere.

Tandem ut ueniamus luci. Cic. 12. Philipp. 337, Quis enim audeat luci, quis in militari uia, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi.
¶ Luculentus, Adiect. Plenum luce, splendens, perspicuum, ornatum, elegans, pulchrum. A' luce enim dicitur, testibus Festo & Nonio. Significat aliquando magnum, teste Valla.
Ambulacrum luculentum. Plaut. Mostell. 10. 33. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 10. 3, Camino luculento utendum.
Author luculentus. Cic. ad Atticum, lib. 10. 204. 3.
Conditio luculenta, Optima, uel opima. Plaut. Milit. 13. 6.
Dies luculentus. Plaut. Epid. 8. 5.
Diuitiæ luculentæ. Plaut. Rud. 30. 32.
Facinus luculentum, Insigne. Plaut. Menæh. 4. 30.
Familia luculenta. Plaut. Cistel. 7. 19.
Fœmina luculenta atq; festiua. Plaut. Milit. 13. 12.
Forma luculenta. Terent. Heaut. 3. 2. 12.
Hæreditas luculenta atq; magna. Plaut. Truc. 7. 16.
Homo luculentus. Plaut. Capt. 6. 76.
Materia luculenta. Plin. epist. 112. a, Recitabat κατασκεύασμα, eruditam sanè, luculentamq; materiam.
Oratio luculenta, Aperta, uel etiam optima. Salust.
Plaga luculenta. Cic. 7. Philipp. 228. id est, magna.
Scriptor luculentus, Probatus, optimus. Cic. Att. lib. 7. 135. 4.
¶ Luculentè, Aduerbium (λιαφανῶς) Clarè, splendidè.
Dicere luculentè. Cic. 1. de Diuin. 213.
Scribere luculentè, Apertè. Cic. de claris Orat. 37.

Vendere

Digitized by Google

Vendere luculentè. Plaut. Merc. 7. 83.

¶ Luculenter, Aduerbium, Idem. Cic. 3. Off. 79. Hoc quidem sanè luculenter, ut ab homine perito definiendi. Idem 2. de Finib. 25. Quum Græcè, ut uideor, luculenter sciam.

¶ Luculentitas, pen. corr. (ἡ διαφανὲς) antiquè dictū. Cæcilius Hymnide, Vide luculētitatē eius & magnificētiā. Laberius Tucca, Dominus noster tua luculētitate captus. Nonius.

¶ Luceo, luces (φαίνω, στιλπνόω, σαφέω, ἀκτινόω) lucere: & sæpius Lucet, impersonaliter, Splēdere, lucem emittere. Cic. pro Ros. Amer. 59. Occisus est à cœna rediens: nōdum lucebat, quum Amerie scitum est. Sic 7. Verr. 74. Lucebat iam ferè.

Lucere facem alicui, pro Ante faciem lucem ferre: id est, alicui præferre lumen. Plaut. Casin. 3. 28. Idem Curcul. 2. 9.

Tute tibi puer es, lautus, luces cereum.

Lucere luce aliena, dicitur luna, quòd à sole lumen suum mutuetur. Cic. in Somnio Scip. 13.

Focus lucet igne. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 2.

Oculi lucent. Ouid. 1. Metam. 49.

Lucent officia alicuius. Cic. Attico, lib. 3. 55. 6.

¶ Lucęsit, ὑμέραγίνεται, lucescere, Lucem fieri. Liu. 4. ab Vrbe, 120. Et iam lucescebat, omniaq; sub oculis erant. Terent. Heaut. 3. 1. 1.

Lucescit: hoc iam cesso pultare ostium Vicini?

¶ Lucens, Participium (φαεινὸς) Splendens, conspicuus. Virgil. 6. Aeneid. 145.

Lucentemq; globum lunæ.

Faces lucentes. Ouid. 3. Fast. 54.

Lympha lucens. Ouid. 4. Metam. 60.

Marmora lucentia. Stat. 1. Syl. 3. 8.

Tunicæ lucentes auro. Stat. 9. Theb. 139.

¶ Lucidus, penul. corr. Adiectiuum (φωτεινὸς) Clarum, perspicuum, ut: Lucida nox. Plin. lib. 2. cap. 79. 1.

Candens lucidus aer. Lucret lib. 4. 64.

Domus lucidior. Ouid. 1. Fast. 19.

Gemma lucida. Ouid epist. 21. 15.

Ordo lucidus. Horat. de Arte, 9.

Saxa lucida. Stat. 3. Syl. 3. 40.

Sedes lucidæ, Sedes deorum. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.

Sidera lucida. Horat. 1. Carm. ode 3. 1.

Oculi fugentes lucidum. Horat. 2. Carm. ode 12. 3.

¶ Lucifer, pen. corr. luciferi, m. g. (φωσφόρος) Stella Veneris, quum antegraditur Solem: quum uerò subsequitur, appellatur Hesperus: teste Cic. lib. 2. de Nat. deor. 77. Ibidem, 99. Lucifera Diana dicitur.

Sidus Luciferi. Virg. 2. Georg. 65.

Nitens Lucifer. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 19.

Obscurus Lucifer illa nocte fuit. Ouid. 11. Metam. 115.

Renouatus Lucifer. Silius lib. 7. 129.

Vndecimus Lucifer stellarum coegerat agmen. Ouid. 11. Metam.

Ducit diem Lucifer. Virg. 2. Aeneid. 161. (tā. 20.

Clarus Lucifer albo exit equo. Ouid. 15. Metam. 38.

Vigil Lucifer exit aquis Eois. Ouid. 6. Fast. 93.

Tertius auroram pulsabat Lucifer. Stat. 12. Theb. 10.

Retegēs diē, noctisq; fugans tēpora Lucifer. Ouid. 8. Metā. 1.

Luciferi. Ouid. 3. Fast. 176.

¶ Luciferus, pen. corr. Adiectiuum (φωταγωγὸς) ut

Diana Lucifera. Valer. 7. Argon. 37.

Equi luciferi. Ouid. epist. 11. 10.

Pueri luciferi. Ouid. 3. Fast. 155.

¶ Lucifugus, pen. corr. Adiectiuum, Qui fugit lucem. Cicer. 1. de Fin. 91. Ecce autē alij minuti & anguſti, aut omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, ad ledici, monstrosi.

Blattæ lucifugæ. Virg. 4. Georg. 49.

¶ Lucerna, lucernæ (λύχνος) Notum instrumentum. Cic. 4. Acad. 141; Itaq; Timagoras Epicureus negat sibi unquam quum oculum torsisset, duas ex lucerna formulas esse uisas.

Cubicularis lucerna. Vide Cubile.

Matutinæ lucernæ. Iuuen. Satyr. 12. 10.

Lucerna simplex, hoc est, unā tantùm partē exporrectā habēs, & uno ellychnio contenta, quæ cubicularia dicitur: de qua Mart. lib. 14. 38. aut dimyxos, ad duo ellychnia ferenda: aut trimyxos, ad tria: aut polymyxos, ad plura. Idē lib. 14.

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, (41.
Totáq; geram myxos, una lucerna uocor.

Vigiles lucernæ. Horat. 3. Carm. ode 8. 3.

Viuæ lucernæ. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.

Lucerna eadem scripsi. Cic. ad Atticum, lib. 8. 146. 8. id est, eodem tempore. Idem lib. 7. 127. 9. Facerem diutius, nisi me lucerna defecisset.

Luxo] luxas (διαφθρόω) luxare, à Luo, luis: significat Soluere, suo loco mouere. Plin. lib. 17. cap. 24. 11. Aut circunsisor iniurioso ictu nerberauit. Vel etiam subarator imprudens luxauit radices.

¶ Luxata, ἐξάρθρήματα, ἐκμικτα, dicuntur, inquit Festus, locis suis mota & soluta. Plin. lib. 17. cap. 28. 7. Cōtrà luxata membra iungenda harundinum fissuræ. Cato cap. 157. 4. Et luxatum siquod est, bis die calida foueto.

Luxus] huius luxus, masc. gen. (πολυτέλεια) Superfluitas, & nimia profusio: sumptuosior cibi, uestitus, & aliarum rerū cura. Cic. 5. Verr. 51. Nisi fortè existimatis, eum in uino ac luxu non risisse, qui, &c. Terent. Adelph. 4. 7. 42.

Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus.

Dissuasor honesti luxus. Claud. 3. de raptu Proserp. 6.

Populator opum luxus. Claud. 1. in Ruffin. 7.

Famosus luxus Tarenti. Claud. 8. Paneg. 32.

Pudendus luxus. Tacit. lib. 3.

Regali luxu splendida domus. Virg. 1. Aeneid. 129.

Regifico luxu paratæ epulæ. Virg. 6. Aeneid. 121.

Pocula ducere multo luxu. Propert. lib. 2. eleg. 10. 5.

Effusus in luxum. Tacit. lib. 20.

Explicare suos luxus. Lucan. lib. 10. 22.

Fouere hyemem luxu. Virg. 4. Aeneid. 39.

Solutus luxu. Quint. lib. 3. cap. 8. 19.

¶ Luxuria, luxuriæ, Idem (λαγνεία, ἀσωτία) Cic. lib. 1. Offic. 149. Intelligimus quàm sit turpe, defluere luxuria, delicatè ac molliter uiuere. Idē pro L. Murena 69. Odit pop. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.

Luxuria (inquit Festus) morum est solutio.

Instrumēta luxuriæ. Ouid. 5. Fast. 56. Intelligit aurū & argētū.

Conuicia luxuriæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. 20.

Pestis blanda, luxuria. Senec. Octau. 7. 11.

Misera luxuria. Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.

Solers luxuria. Pers. Satyr. 5. 15.

Cepit præfectos luxuria. Vide Capio.

Circunscribere luxuriam utilitate. Vide Circunscribo.

Via facta est luxuriæ. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.

Indulgere luxuriæ. Vide Indulgeo.

Luxuria foliorum. Virg. 1. Georg. 39.

Luxuria humoris. Plin. lib. 9. cap. 2. 1.

¶ Luxuries, luxuriei, fœm. gen. Idem (ἀσωτία) Cicer. pro Cælio, 21. Et pro Rosc. Amer. 45. In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est.

Perferre luxuriem alicuius. Vide Perfero.

Prædulce malum luxuries. Claud. 2. Paneg. 27.

Luxuries segetum, quam Plin. lib. 18. cap. 17. 10. inter uitia frugum ponit: id est, redundantia germinis: nempe quando

seminis abundantia ipsas segetes suffocat. Cic. 2. de Or. 54, Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset preßior in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa hubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. id est, scribendi frequentia, & assidua meditatione reprimenda illa naturalis hubertas, quæ interdum redundat. Virg. 1. Georg. 23.

¶ Luxuriosus, pen. prod. Adiectiuum (πωμικὸς, ἕως ὁ) In re familiari solutus, inquit Festus. Cic. 2. de Fin. 35, Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia uoluptatum, liberarent eos deorũ & mortis & doloris metu, &c.

Luxuriosus in. Cic. pro lege Agr. 54, Vt in suis rebus, ita in Rep. luxuriosus nepos, qui prius syluas uẽdat, quàm uineas.

Amor luxuriosus. Ouid. 2. de Remed. amor. 70.

Cultus luxuriosus, Delicatus et mollis: Quint. lib. 8. in Procem.

Frumenta luxuriosa, Quæ confertim & copiosè nimis prouenium, ita ut immitti in ea soleant oues ad depascendum. Cic. in Orat. 45.

Lætitia luxuriosa, Nimia, & profusior quàm par est. Liuius 2. ab Vrbe, 90.

Pabula luxuriosa, Quæ maximam herbarum copiam adferũt. Plin. lib. 17. cap. 4. 3.

Seges luxuriosa. Ouid. 1. Fast. 138.

Vitis luxuriosa. Colum. lib. 5. cap. 6. 29. Plericq; uitem ualidam & luxuriosam falsò crediderunt feraciorem fieri.

Luxuriosior. Plin. lib. 17. cap. 3. 3, Alterum genus luxuriosius.

¶ Luxuriosè, pen. prod. Aduer. (ἀσώτως) ut Luxuriosè uiuere: hoc est, Molliter & delicatè. Cic. pro Celio, 9.

¶ Luxurio, luxurias, luxuriare: uel Luxurior, luxuriaris (πωμαίζω, ἀσωτεύω, καταφυσιάω, ἀσωτόω) luxuriari, Deponens: utrunq; significat Superabundare, profundere, & lasciuire. Liu. 1. ab Vrbe, 79, Postis externorum periculorũ curis ne luxuriarent ocio animi, quos metus hostium, disciplinaq; militaris continuerat. Plaut. Pseud. 20. 5,

Luxuriantur, lustrantur, comedunt.

Delicijs luxuriare. Ouid. epist. 15. 38.

Luxuriat liber umbilicis. Mart. lib. 3. 2.

Luxuriari uarijs colorum picturis. Plin. lib. 16. cap. 25. 2.

Luxuriant animi rebus plerunq; secũdis. Ouid. 2. de Arte, 88.

Animi luxuriant iuuenilibus annis. Ouid. 5. Fast. 55.

Mens luxuriat. Ouid. 1. de Arte, 73.

Membra luxuriant. Ouid. 7. Metam. 59.

Pecus luxuriat in pratis. Ouid. 1. Fast. 32.

Luxuriantur arbores, quum abundantius ramos emittunt, siue producunt. Col. de Arb. cap. 11, Cacumina uirgarum ne luxurientur demutilato.

Ager assidua luxuriabat aqua. Ouid. 4. Fast. 129.

Humus luxuriat. Ouid. epist. 1. 11.

¶ Luxurians, Participium (καταφυσιάων) ut,

Compescere luxuriantia. Horat. 2. epist. 2. 25.

¶ Luxuriatus, pen. prod. Aliud partic. (καταφυσιάσας) Ouidius 5. Trist. eleg. 1. 9,

Non tamen, ut lusit, rursus mea littera ludet:
Sit semel illa meo luxuriata ioco.

Fames luxuriata multo sanguine. Stat. 2. Thebaid. 136.

## L Y

Lyæus] λυαῖος, dicitur Bacchus, ut grammaticis placet, παρὰ τὸ λύειν, id est, soluere, quòd curas soluat, atq; discutiat.

Pater Lyæus. Virg. 4. Aeneid. 12.

Annosus Lyæus. Vinum uetus. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 4.

Pubescentem Lyæum: id est, uuas matureſcentes, dixit Statius 2. Sylu. 2.

Corniger Lyæus. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.

Vda Lyæo tempora. Horat. 1. Carm. ode 7. 5.

Dulci Lyæo curam soluere. Horat. Epod. 9. 8.

Largi flumina Lyæi. Stat. 1. Sylu. 6. 19.

Iocoso Lyæo cõsiliũ arcanũ retegere. Horat. 3. Car. ode 21. 4.

Succus Lyæi. Sil. lib. 7. 34.

¶ Lyæus Adiect. (λυαῖος) pro Lyeius, figuratè: ut, Latex Lyæus, id est, uinum. Vir. 1. Aeneid. 139.

Lycæus] Vide Lyceus.

Lycambes] λυκάμβης, uir Thebanus, quem Archilochus poeta iambis ad suspendium adegit: de quo uide in dictione Archilochus.

Infidus Lycambes. Horat. Epod. 6. 3. Idem de Lycambe, lib. 1. epist. 20. 25.

¶ Lycambeus, pen. prod. adiect. (λυκάμβειος) Ouid. in Ibin, 11. —in te mihi liber iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Lycaon] pen. prod. huius Lycaonis, pen. corr. (λυκάων) Titani ac Terræ filius, Arcadiæ rex, qui, ut in fabulis fertur, à Ioue in lupum conuersus fuit, quòd Iouem hospitem necare moliretur. Seruius enarrans locum Virgilij 1. Georg. 28, Nauita tum stellis numeros, &c. Vide Ouid. 1. Metam.

Notus feritate Lycaon. Ouid. 1. Metam. 40.

Aræ fontes Lycaonis. Stat. 11. Thebaid. 26.

¶ Lycaonius, pen. corr. Adiect. (λυκαόνιος) ut,

Axis Lycaonius, Septentrionalis. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 1.

Astra Lycaonia. Claud. 8. Paneg. 60.

Calisto Lycaonia. Catull. de coma Berenicis, epigr. 61. 14.

Mensæ Lycaoniæ fœda conuiuia. Ouid. 1. Metam. 34.

¶ Lycaonus, pen. corr. Adiect. (λυκάονος) Idem quod Lycaonius. Ouid. 2. Fast. 35,

Cui dea, Virgineos periura Lycaona cœtus
Desere.

Lycaones] λυκάονες, populi sunt Asiæ, Phrygibus & Gallogrecis, quos Gallatas nominari antè scripsimus, uicini. Author Pomp. Mela lib. 1. Sunt & Lycaones, ut ait Solinus, lupi ceruice iubati, & tot modis uarij, ut nullum eis abesse colorem dicant. Plin. lib. 8. cap. 34, in Indis lycaones esse scribit. Pomponius libro 3. de Aethiopia scribens, Sunt & sæuißimæ feræ omni colore uarij lycaones, & quales accepimus sphingas.

¶ Lycaonia (λυκαονία) Ipsa Asiæ regio, à qua Lycaones, quæ medium quodammodo locum & arcem occupat. Sunt qui scribant Lycaoniam esse partem Arcadiæ cognominatam.

Lycaste] Primi filia fuit pulchritudine insignis adeò, ut captus ex ea Polydamas Antenoris & Theano sororis Hecubæ filius, illã ex cõcubina susceptã sumeret in uxorẽ. Boccatius. ¶ Fuit & alia Lycaste, quæ ob pulchritudinem Venus uocabatur.

Lycastos] Vrbs Cretæ, sic à luporũ multitudine dicta, quæ ibi esse creditur. Huius meminit Pomponius Mela, lib. 2. Strabo item lib. 10.

Lyces] Idem qui & Lycus. Valer. 4. Argon. ait.

Quas Tanais, flauusq; Lyces, Hypanisq; Nomasq;
Addat opes. Vide Lycus.

Lyceum] lycei, pen. prod. uel lyceum: nam λύκειον, per a scribitur: Fuit Athenis schola Aristotelis. Vnde Peripateticorũ nomẽ effulsit. Cic. 1. Acad. 25, Qui erãt cũ Aristotel. Peripatetici dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lycio.

Lyceum, fuit etiam gymnasium Ciceronis in Tusculano, à nomine scholæ Aristotelicæ, de quo lib. 1. de Diuin. 14.

Lyceus] pen. prod. (λύκειος) Mons Arcadiæ, qui Pani deo sacer est, & ubi templum bicornis Fauni. A quo Lycea, ludicra illi sacrata, Lupercalia dicta. Ouid. lib. 2. Fast. 85,

Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Dictus Lyceus ἀπὸ τῶν λύκων, id est, à lupis, quibus propter frequentiam pecudum abundabat.

Amnes

Digitized by Google

Lunes Lycei. Virg. 3. Georg. 1.
Saltus Lycei. Virg. 1. Georg. 4.
Collis Lycæus. Ouid. 1. Metam. 140.
Colli arbusta Lycei. Ouid. 2. Metam. 143.
Gelidum Lycæum. Virg. 10. eclog.
Viridis Lyceus. Virg. 4. Georg. 108.

¶ Lycæus, pen. prod. Adiect. (λύκαιος) ut,
Nemus lycæum. Ouid. 8. Metam. 64.

Lychas] λύχας, nomen famuli Herculis, cui Deianira uestē imbutam cruore Nessi, ad maritum perferendum dedit. Ille uerò quum uestis ardore & ueneno consumeretur, furore actus Lycham in mare Euboicum ex Oetha monte deiecit, qui illic in scopulum mutatus fuisse dicitur. Fabulam uide apud Ouid. lib. 9. Metam. 43.

Lychnis] lychnidis, penult. corr. (λύχνις) Herbæ genus, Dioscorid.

Lychnites] lychnitis, pen. prod. m. g. (λυχνίτης) Lapidis genus, de quo Plin. lib. 36. cap. 5. 3.

Lychnitis] huius lychnitidis, f. g. (λυχνῖτις) Herbæ species: de qua Plin. lib. 25. cap. 10. 2.

Lychnus] lychni, mas. g. (λύχνος) Latinè lucerna dicitur. Varro, Lucerna à luce dicta est: aut ab eo quod uocant Græci λύχνον. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 23. 2, Hanc scripsi ante lucem, ad lychnum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant, quum esses Sami, curasse faciendū. Legitur & lychnuchum. Idem pro Cælio, 54, Lux deniq; longè alia est Solis & lychnorum.

Pendentes lychni. Lucret. lib. 5. 60.

Incensi lychni depēdent aureis laquearibus. Virg. 1. Aen. 148.

¶ Lychnius, non autem Lychnus dicendum ostendit Seruius: quum primam corripi dicat: quod fieri non posset, nisi post n sequeretur i, & trisyllabum fieret. Virg. 1. Aen. 147,
Dependent lychni laquearibus aureis.

¶ Lychnuchos, pen. prod. (λυχνοῦχος) dicitur quicquid lucernam sustinet. Plinius libro 34. cap. 3. 5, Placuere & lychnuchi pensiles in delubris aut arborum modo mala ferentium lucentes.

Lycia] λυκία, minoris Asiæ regio inter Pamphyliam & Cariā sita, cognominata est à Lyco rege Pandionis filio, atq; ut ferunt, infestata olim Chimeræ ignibus. Pōpon. lib. 1, Lycia propè tota Tauro monte premitur, eius iugis bona pars clausa. Lycios autē primum Termilas dictos Herodotus lib. 7. scribit. Vide Herodotum in septimo, De Lyciorū laudibus legito Strabonem, lib. 14. Lycia hodie Briquia dicitur. Ptolemæus lib. 5. cap. 3.

Vrbes Lyciæ. Ouid. 4. Metam. 60.
Dumeta Lyciæ. Horat. 3. Carm. ode 5. 13.
Fertilis agris Lycia. Ouid. 6. Metam. 64.
Hyberna Lycia. Virg. 4. Aeneid. 29.

¶ Lycius, Adiectiuum (λύκιος) ut, Caternæ Lyciæ. Horat. 1. Carm. ode 8. 3.

Deus Lycius, Apollo. Propert. lib. 3. eleg. 1. 8.
Montes Lycij. Stat. 1. Syl. 2. 45.
Pharetra Lycia. Virg. 7. Aeneid. 164.

Lycidas] pen. corr. Centauri nomen & pastoris apud Virgilium. Lycida, Vocatiuus. Virg. 7. ecloga.
Sæpius at sime Lycida formose reuisas.

¶ Lycidas, Nomen etiā pueri apud Horatium, 1. Carm. ode 4,
Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus
Nunc omnis.

Lycimnius, Frater Astiochiæ, auunculus Tlepolemi, à quo & & ipse interemptus est. Homerus.

Lycinia] amica Horatij, de qua ipse lib. 2. Carm. ode 12. 3,
Me dulcis domine Musa Lyciniæ, &c.

Lycisca] nomen canis, Diminutiuum à λύκος, quod lupum significat, appellata sic quòd uel ex lupo nata sit, uel similis sit lupo. Virg. 3. eclog. 4,
—multum latrante Lycisca. Ouid. 3. Metam. 44,
Et Thous, & Cyprio uelox cum fratre Lycisca.

Lycisscus] pueri nomen apud Horatium. Epod. 11. 5,
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lycisci me tenet.

Lycium] λύκιον, medicamentum ex radice rhamni syluestris factum. Plin. lib. 24. cap. 14. 3.

Lycomedes, pen. prod. (λυκομήδης) Creontis fuit filius, teste Homero Iliad. 9.

Lycon] ex Troade, Stratonis discipulus, è Theophrasti schola: huius in dicendo suauitatem nomen maximè demōstrat, quòd addita litera G, Glycon sit cognominatus. Habitu fuit mollis & delicatus. Quatuor huius nominis memorātur, Primus Pythagoricus, secundus hic, tertius uersificator, quartus epigrammaton poeta. Diogenes Laertius.

Lycophron] pen. corr. huius Lycophronis, pen. corr. (λυκόφρων) Chalcidonius ex Euboea, filius Soclis, adoptatus uerò à Luco Rhegino, grammaticus, & Tragœdiarum scriptor. Estq; unus ex septē qui Pleias uocati sunt. Stat. 5. Syl. 3. 32,
Carmina Battiadæ, latebraseq; Lycophronis atri. Atrum uocat quasi obscurum, uel quia in omnibus scriptis obscurior fuit: uel certè ad Alexandram alludit, de qua dixit Suidas. Ouidius eum sagittis interfectum esse innuit, quum inquit in Ibin, 107,
Vtq; cothurnatum perijsse Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.

Lycophthalmos] Gēma quatuor est colorū, ex rutilo & sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illi per omnia similis. Plin. lib. 37. cap. 11.

Lycopolis] pen. corr. (λυκόπολις) urbs Aegypti, sic à lupis cognominata. Diod. Sicul. lib. 2.

Lycopsis] herba (λυκῶψις) Vide Plin. lib. 27. cap. 11. 4.

Lycoris] pen. prod. (λυκωρεύς) meretrix fuit alio nomine Cytheris dicta, à Cornelio Gallo poeta adamata. De qua Virgilius sæpe in Gallo. Vide itē multa in dictiōe Cornelius.

Lycormas] λυκόρμας, fluuius est qui è Boiensibus inter Ophientes gentem Aetholicam oritur, uocatus postea Euenus, ab Eueno qui se in eum præcipitauit. De quo Strabo lib. 7. Ouid. 2. Metam. 49,
Arsuruq; iterum Xanthus, flauusq; Lycormas.

Centaureus Lycormas. Stat. 4. Thebaid. 168.

Lycos] Genus aranei, Plinio lib. 30. cap. 6.

Lyctoma] Vrbs Cretæ, ut notat Tortelius.

Lyctus] Vrbs Cretæ, à Lyctio filio Lycaonis appellata. Quæ dā Lyrtū uocāt, eo quòd in loco alto posita sit. Quod enim surſum & sublime est, Lyttum uocant. Hæc Stephanus.

¶ Lyctius, Adiectiuum (λύκτιος) ut, Lyctius Idomeneus. Id est, Cretensis. Virg.

Lycurgus] λυκοῦργος, λυκόουργος, Lacedæmonum rex, qui fuit philosophus, & Lacedæmonijs leges sanctissimas cōdidit: astrictis ciuibus iuramento, quòd tam diu eas inuiolatè obseruarent, donec ipse rediret: è patria nunquam reditturus emigrauit. De quo Valerius, Iustinus, Aristoteles, & Plutarchus multa.

Lycurgus durissimarum Lacedæmonijs legum author musices disciplinam probauit. Quint. lib. 1. cap. 10. 14. Lycurgus item rex Nemeæ regionis Hypsiphilen regis Thoantis filiā nato suo nutricem adhibuit. Author Statius 5. Theb. id. 31.
Lycurgus prætereà rex Thraciæ fuit, qui ut habet fabula,

dum contemnens Liberum, eius amputat uites, crura sua incidit. Re uera autem abstemius fuit: quos constat acrioris esse naturæ: quod etiã de Demosthene dictum est. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij 3. Aeneid. 3,

Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo.

Latißima regna Lycurgi. Ouid. Epist. 2. 23.
Thracis exitium Lycurgi. Horat. 2. Carm. ode 19. 4.
Bipenniser Lycurgus. Ouid. 4. Metam. 5. de Baccho.
Vesanus Lycurgus. Propert. lib. 3. eleg. 17. 5.

¶ Lycurgeus, Adiect. (λυκόεργος) Cic. ad Attic. lib. 1. 8. 6, Nosmetipsi, qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie demitigamur. Vbi interpres, Lycurgei, id est, optimates, legum assectæ & propugnatores, qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus seuerißimum interpretatur.

Lycus] nomen propriũ uiri, quo nomine multi uocati sunt. Vnus, Troianus, de quo Virgilius 1. Aeneid. 46, Fata Lyci. Alter Thebanus ignobilis exul, qui absente Hercule reuersus, Creontem regem occidit, & regnum tenuit. Item, alius Thebanus rex, maritus Antiopæ. Alius Pãdionis filius, qui à se Lyciam nominauit. Alius Lycaon, in lupũ à Ioue conuersus est. Fuit & alius Lycus, Priami filius. Itẽ, unus ex centauris. Fuit item Lycus, medicus Neapolitanus, cuius meminit Plin. lib. 20. cap. 20.

Lycus, puer quidam fuit ab Alcæo dilectus. Horatius 1. Carm. ode 32. 3.

Lycus (λύκος) Armeniæ fluuius. Strab. lib. 11.

Lyda] λύδα, Antomachi poetæ uxor fuit, quam egregiè animo charam habuit: quæ quũ mortua esset, elegiam qua mœrorẽ solaretur sibi fecit, nomine Lyden, ubi enumeratis Heroicis calamitatibus et infortunijs, malis alienis ægritudinẽ sibi minuit. Huius meminit Plutarchus in libro, De consolatione. Propertius,

Nec tantum Clario Lyde dilecta poetæ, &c.

Lydda] λύδδα, Palæstinæ ludææ urbs, Ptolemæo lib. 5. cap. 16. Alio nomine Diospolis. Hodie Rama.

Lydia] λυδία, Asiæ regio Aeolis & Ionijs uicina, nota est Crœsi fortuna & rebus gestis, tum etiam Pactoli fluuij fama aurum trahentis. Vide Strabonem, & Pomponium lib. 1. in summa Asiæ descriptione.

Ingens Lydia. Virg. 4. Georg. 42.
Lydia tota fremit. Ouid. 6. Metam. 30.

¶ Lydus (λυδὸς) Qui est ex Lydia. Lydi (authore Herodoto lib. 2.) primi aurum argentumq; percusserunt, primiq; caupones institoresq; fuerunt.

Lydorumq; manum, collectos armat agrestes. Virg. 9. Aen. 3.

¶ Lydus, Adiect. (λυδὸς) Ouid. 2. Fast. 72,

Ridet amatorem Lyda puella suum. Intelligit Iolen.

¶ Lydius, Aliud adiect. (λύδιος) ut, Aurifer amnis Lydius. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 6. Intelligit Pactolum.

Lydia] amica Horatij, cuius in Odis sæpe meminit.

Lydius] λύδιος, Theophrastus lib. de Natura lapidũ. Ait lapidem quendam esse, qui Lydius seu Heraclius dicatur, qui attritu aurũ atq; argentum cuiusmodi sit arguat. Hunc quidam magnetem putant, uelut Herculanum; qui ferrum ad sese trahit: unde nomẽ etiam additum fiderite. Sed ex Theophrasti uerbis satis liquet basanon significari, quem Latini uocant indicẽ, in quẽ Battus ille pastor apud Ouid. 2. Metã. 142. transfiguratus est, manente nimirum etiamnum in lapide prodendi studio: nec Heraclium uocatum ab Hercule, sed ab Heraclea Lydiæ ciuitate. Plin. lib. 33. cap. 8. 3. Auri argentiq; mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri nisi in flumine Tmolo, ut author est Theophrastus: nunc uerò passim, quem alij Heraclium, alij Lydium uocant. Sunt autẽ modici, quatuor unciãs longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, quum è uena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, uel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione nõ fallente. Vicem autem prouerbij habet in eos qui uehementer acri, exactoq; iudicio sunt. Erasmus.

Lydus] Herculis filius ex Iole. Alter filius Athys, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nã quũ propter terræ sterilitatem fratres simul ferre nõ posset, Tyrrhenus sorte iacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiã ueniens eam tenuit partem, quæ ad mare inferum uersa est, et à se Tyrrheniã nominauit. Lydus uerò remanens, Meoniam de suo nomine uocauit.

Lygdamum] Plinio lib. 5. cap. 30, oppidi nomen est.

Lygdamus] nomen est uiri proprium. Perottus.

Lymira] Lyciæ flumen est, & eodem nomine ciuitas, inquit Pomponius lib. 1, in descriptione Lyciæ.

Lympha] νᾶμα Aqua dicitur Latinis, Græcis uerò ῥύμη. Mutauerunt autem Latini ῥ in λ. Col. lib. 10. 14,

Doctaq; Parthenope Sebethide rosida lympha.

Fluuialis lympha. Virg. 4. Aeneid. 127.
Fugax lympha trepidat obliquo riuo. Horat. 2. Carm. ode 3. 3.
Gelida lympha. Ouid. de Medicamine faciei, 20.
Leuis lympha. Horat. Epod. 16. 10.
Liquidæ lymphæ. Ouid. 3. Metam. 91.
Loquices lymphæ saxis desiliunt. Horat. 3. Carm. ode 13. 4.
Lucentis lymphæ stagnum. Ouid. 4. Metam. 60.
Manentes lymphæ. Horat. Epod. 2. 6.
Puteales lymphæ. Lucret. lib. 6. 236.
Sobrio lympha mista mero. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 10.
Vulnera lymphis abluere. Virg. 4. Aeneid. 137.
Dare lymphas manibus. Virg. 1. Aeneid. 141.
Copia lymphæ finit sitim. Horat. 2. epist. 2. 30.
Hausit de gurgite lymphas. Virg. 9. Aeneid. 5.
Ora manusq; tua lauimus Feronia lympha. Hor. 1. Ser. Sa. 5. 5.
Restinguere pocula lympha. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.
Vulnera siccare lymphis. Virg. 10. Aeneid. 168.

Lymphor, lymphoris, Antiquum, Idẽ quod lympha. Lucilius, Impermistum lymphorem. Nonius.

¶ Lymphaticus, pen. corr. (νυμφόληπτος) Furiosus, insaniẽs, qui uitium ex aquæ conspectu contraxit, uel ex imagine ui sa in aqua. Plin. lib. 25. scribit helleborum mederi melancholicis, insanientibus, & lymphaticis, elephantiæ, & tetano. Festus, Vulgò memoriæ proditum est, quicunq; speciem quandam è fonte, id est, effigiem nymphæ uiderint, furendi non feciße finem, quos Græci νυμφολήπτους, uocant, Latini lymphaticos appellant.

¶ Lymphati nummi. Plaut. Pœnulo, A G. Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici. M. Deserto ad me, saxo aliquem constiterit lymphaticum.

Lymphatica somnia. Plin. lib. 26. cap. 8. 10.
Lymphaticus pauor. Liu. 10. ab Vrbe, 138.

¶ Lympho, lymphas, lymphare, Perturbare, & in furorem impellere. Valer. 3. Argon. 10, Rupta quies: Deus incipiẽ lymphauerat urbem.

¶ Lymphans, Participium. Stat. 10. Thebaid. 31,

Ecce recens, superis animum lymphantibus, horror
Thiodamanta subit.

¶ Lymphor, lympharis (μαίνεσθαι) lymphari, Insanire, desipere. Plin. lib. 34. cap. 17. 7, Hac herba epota, lymphari homines obseruatis miraculis Curtius, Quippe lymphari, trepidare cœperũt, omnia pectora occulto metu percurrente.

¶ Lymphatus, pen. prod. Adiect. (νυμφόληπτος) Idem quod lymphaticus, Insanus. Liu. 7. ab Vrbe, Et tunc quidem uelut

lym-phati

lymphati & attoniti munimentis ſuis trepido agmine inciderunt. Cic. 1. de Diuin. 136.

Furor lymphatus. Senec. Medea, 6. 2.

Metu lymphato trepidare. Lucan. lib. 7. 38.

Mente lymphata furebant. Catul. Argon. 59. 51.

Ore lymphato furens. Senec. Troad. 1. 7.

Pectora lymphata. Ouid. 11. Metam. 2.

Vrbs lymphata incertis horroribus. Stat. 10. Thebaid. 111.

¶ Lymphationes nocturnæ (νυμφολαψίαι νυκτερινὰι) Plin. lib. 34. cap. 15. 2, Nanq; circumſcribi circulo, terúe circunlato mucrone, & adultis & infantibus prodeſt contra noxia medicamenta: & præfixiſſe in limine, è ſepulchro euulſos clauos, aduerſus nocturnas lymphationes.

¶ Lymphatus, huius lymphatus, uerbale. Plin. lib. 37. cap. 10. Aliam eodem nomine argentei coloris, contra lymphatum habendam.

Lyncéſtus] λύγκηστος, aqua, quæ uocatur acidula, uini modo temulentos facit. Plin. lib. 2. cap. 103. 9. Hinc

¶ Lyncéſtius, Adiect. (λυγκήστιος) Ouid. 15. Metã. 66. quum de Clitorio amne dixiſſet, ſubiungit,

Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis,
Quem quicunq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat quàm ſi mera uina bibiſſet.

Lynceus] Adiect. Vide Lynx.

Lynceus] λυγκεύς, diſyllabum, huius Lyncei uel Lynceos, pen. corr. Nomen propriũ eius, qui fuit unus ex Argonautis, acutiſſima oculorum acie præditus: qui dicebatur uidere ultra parietẽ, &, ut hiſtorici tradunt, conſpexit nouiſſimã Lunam, primamq; eodẽ die in ſigno Arietis quod paucis mortalium contigit uidiſſe. Vnde Valer. 1. Argon. 95,

—ſolus tranſibit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit, ſolitumq; exeuntem à Carthagine claſſem Punicã, numerũq; nauium ex Lybicana ſpecula manifeſtiſſimè notare. Solinus refert fuiſſe Stabonẽ. Pindarus & Apollonius in Argon. referũt illum per abietem fratrẽ ſuum à Caſtore occidi uidiſſe, cuius necẽ deſcribit quibus contradicit Ouid. 5. Faſt. 142,

Pectora traiectus Lynceo Caſtor ab enſe, &c. Prouerbium uide apud Eraſmum, Lynceo perſpicacior. Horat. 1. epiſt. 1. 6,

Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Lynceus & Idas, Apharei filij fuerunt, unde Aphareidas illos uocat Apollonius 1. Argon. & Ouid. 8. Metam. 61,

Et duo Theſtiadæ & proles Aphareia Lynceus.

¶ Lynceus, pen. prod. Adiect. (λύγκειος) Vide exemplum Ouidij in Lynceus diſyllabum.

Lyncurium] lyncurij (λυγγούριον) Gemma quæ è lyncis urina coacta eſt. Plin. lib. 8. cap. 38. 2, Lyncum humor ita redditus ubi gignuntur, glaciatur areſcitúe in gemmas carbunculi ſimiles, & igneo colore fulgentes, lincurium uocatas, atq; ob id ſuccino à pleriſq; ita generari prodito. Nouere hoc ſciuntq; lynces: & inuidentes, urinam terra operiunt. Ouid. 15. Metam. 83.

Lyncus] λύγκος, inquit Seruius, rex Scythiæ fuit, qui miſſum à Cerere Triptolemon, ut hominibus frumenta monſtraret, ſuſceptum hoſpitio, ut ſe in gloria tanta migraret, interimere cogitauit, ob quã rem irata Ceres eum conuertit in lyncẽ feram tauarij coloris, ut ipſe uariæ mentis exiſtiterat.

Lyndus] Homero teſte, ciuitas in Rhodo inſula, in qua auctore Lactantio, Herculis ſacra ſiebant, quorum à cæteris longè diuerſus eſt ritus. Siquidem non σὺν μούσαις, ut Græci appellãt, ſed maledictis & execratione celebratur: eáq; pro uiolatis habent, ſi quando inter ſolennes ritus, uel imprudentia licuit excideritbonum uerbum.

Lynter] Vide Linter.

Lynx] lyncis, m. uel f. g. (λυγκεύς) Animal eſt ex ceruariorum genere, uario colore, & maculoſo tergore, & acutiſſimo uiſu præditum. Virg. 1. Aeneid. 66,

—maculoſæ tegmine lyncis. Plin. lib. 28. cap. 8. 33, Peregrinæ ſunt & lynces quæ clariſſimè omnium quadrupedũ cernunt.

Variæ lynces Bacchi. Virg. 3. Georg. 53. Varias dicit, quas alibi maculoſas dixerat. Sunt autem in tutela Bacchi.

Timidos agitare lyncas. Horat. 2. Carm. ode 13. 8.

Imbelles lynces ſectari. Stat. 2. Achill. 82.

Fugaces Lyncas cohibere arcu. Horat 4. Carm. ode 6. 7.

¶ Lynceus, pen. corr. Adiectiuum (λύγκειος) Quod pertinet ad lyncem.

Lynceis oculis contemplari, Eſt intenſiſſimè conſpicere. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.

Lynceus, Qui acutiſſimè uidet, quiq; eſt maximè perſpicax. Cic. ad Varronem, lib. 9. 2. 6, Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?

Lyra] lyræ. f. g. (λύρα) inſtrumentum muſicum, ἀπὸ τοῦ λύειν, canere.

Lyram formam eſſe teſtudinis docet Plin. lib. 9. cap. 10. 4.

Canor lyræ. Ouid. epiſt. 15. 37.

Aſſumpta lyra canorus. Ouid. 3. de Arte, 29.

Fidicen lyræ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6.

Solers lyræ Muſa. Horat. de Arte, 82.

Aurata lyra. Ouid. 8. Metam. 3.

Canoræ lyræ. Claud. 3. de rapt. Proſ. 52.

Curuæ lyræ parens Mercurius. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.

Diſtincta lyra gemmis. Ouid. 11. Metam. 34.

Eburna lyra. Horat. 2. Carm. ode 11. 5.

Garrula lyra. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 8.

Imbellis. Horat. 1. Carm. ode 6. 2.

Inuicta. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 15.

Iocoſa lyra. Horat. 3. Carm. ode 3. 14.

Mollis lyra Stat. 10. Thebaid. 174.

Tacita lyra, Quæ non pulſatur. Horat. 3. Carm. ode 19. 4.

Laudes alicuius canere lyra. Ouid. 3. de Arte, 10.

Increpare lyram digitis. Ouid. epiſt. 3. 24.

Inſtitui lyra. Quint. lib. 1. cap. 10. 13. Vide Inſtituo.

Mouere lyram. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 4.

Inauratæ lyræ fila mouet pollice. Ouid. 2. de Arte, 99.

Pellere lyram. Ouid. ad Piſonem, 34.

Percutere lyram. Ouid. 3. eleg 11. 8. Significat ſonare lyra.

Pulſare lyram. Vide Pulſo.

Pulſa manu lyra. Ouid. 10. Metam. 41.

Mendaci lyra ſonari. Horat. Epod. 17. 8.

Sonante miſtum tibijs carmen lyra. Horat. Epod. 9. 1.

Lyra, Signum cæleſte. Var. 2. de Reruſt. cap. 5, Hoc ſecundum aſtri ortum facio, quod Græci uocant lyram, fidem noſtri. Ouid. 2. Faſt. 15. Col. lib. 10. 8, Sidereoq; polo cedet Lyra merſa profundo.

¶ Lyricus, pen. corr. Adiect (λυρικὸς) Quod ad lyram pertinet. Hinc poetæ lyrici dicti, quòd ad lyrã ſua carmina cantabant: ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta uirorũ, ac tanaro donabantur.

Modi lyrici. Ouid. epiſt 21. 1.

Vates lyrici. Horat. 1. Carm. ode 1. 7.

Lyrica pro carminibus lyricis, dixit Plin. iun. lib. 3. epi. 1, Scribit enim & utraq; lingua lyrica doctiſſima.

¶ Lyricen, pen. corr. lyricinis, pen. corr. ma. g. (λυρῳδὸς) Qui lyra canit.

¶ Lyriſtes, lyriſtis, Idem (λυριστὴς) Sidonius, Alceo potior lyriſtes

ristes ipso. Plin. iunior ad Genitorem, lib. 9, Quàm multi quum lector aut lyristes aut comœdus indoctus est, calceos poscunt?

Lyrceus] penul. prod. (λυρκεὺς) fons est ex quo Inachus fluuius oritur ad Cynuriam montem Arcadiæ. Author Strabo lib. 8. Stat. 4. Thebaid. 142,

Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus.

¶ Lyrceus, pen. prod. Adiect. (λύρκειος) Ouid. 1. Metam. in fabula Ius mutatæ in uaccam,

—iam pascua Lernæ,
Consitaq; arboribus Lyrcea reliquerat arua.

¶ Lyrceius, Aliud adiectiuum (λυρκήϊος) Valer. Flac. libro 4. Argon. 71,

— Lyrceia tellus.

Lyris] λύρις, fluuius Campaniæ est, interfluens urbem Minturnensium. Horat. 1. Carm. ode 31. 2,

—non aurum, aut ebur Indicum:
Non rura, quæ lyris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis. Virg.
—& umbrosæ Lyris per regna
Maricæ. Acron.

Lyrnessus] λυρνισσὸς, urbs Troica, una ex undecim quæ in Troade sunt. Lyrnessos, ciuitas est Phrygiæ, unde fuit Briseis. Seruius in illud Virgilij lib. 10. Aeneid. 26,

Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnesius Agmon.

¶ Lyrnesis (λυρνισὶς) Patronymicum, f. g. Ouid. pro gentili posuit, 4. Trist. eleg. 1. 3,

Fertur & abducta Lyrnesside tristis Achilles. Id est, Briseide, quæ ex Lyrnesso erat.

Mœnia Lyrnesia. Ouid. 12. Metam. 22.

Lysander] λύσανδρος, dux Lacedæmoniorum inuictissimus, cuius ductus Athenienses cum duce Conone illam nauali pugna cladem acceperunt. Ex quo Athenæ semidirutæ, impositumq; iugum triginta tyrannorum fuit. Victus denique Lysander à Canone ipso terrestri pugna, & interfectus, ubi Pausanias eius collega in exercitu suspectus in exilium profectus est. Emicuit enim Lysander tempore Pausaniæ & Agesilai Lacedæmoniorũ. Lysander & rebus gestis & animi magnitudine Syllæ ex nostris comparatur Plutarcho in Parallelis.

Lysanias] Orator Græcus. Alter, uir in Arcadia, qui Lycaonem regno expulit.

Lysiades] pen. corr. Athenienſis, Phædri philosophi filius. De quo Cicero Philippic. 5.

Lysias] λυσίας, Syracusanus genere, Cephali filius, unus è decem oratoribus, natus Athenis quò pater se transtulerat. Puer Thurion coloniam migrauit, rediit annos natus quadraginta septẽ, interq; principes oratores habitus. De quo sic Cic. in Bruto, 17.

Lysicrates] penult. correp. uir quidam, qui capillos iam canos nigro tingebat, quo iuuenis etiam dum uideretur.

Lysidicus] λυσιδικὸς, apud Cicero in Philipp. qui iura omnia dissoluit. Hodie dici potest controuersiarum diremptor.

Lysimachia] penult. corrept. authore Strabone libro 10. Vrbs Aetoliæ humi prostrata, & ipsa ad lacum adiacens, quæ prius quidem Hydra, hoc uerò tempore Lysimachia nominatur. Verum Iustino, urbs est Hellesponti quæ terræ motu corruit x x i i. anno postquam à Lysimacho rege uno ex principibus Alexandri fuerat condita. Sed postmodum reædificata, causa fuit multarum cladum.

Lysimachus] penult. corr. (λυσίμαχος) Agathoclis filius, è successoribus Alexandri Magni Pergamo præfuit, ubi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedonie loco natus, uirtute illustrior fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò, ut Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in uinculis habitum, de uirtute differentem sepius audiuerit, poculumq; ei, ac remedium miseriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni obiecisse dicitur: sed ille uiribus fretus, rem posteris prodendam fecit, manum quippe amiculo conuolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimauit: quo facto uehementius postea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Vide Trogum lib. 15. Lysimachum natione Acarnan, Alexandri pædagogus secundus post Leonidem obtinuit, nullo urbanitatis genere præditus, nisi quòd se phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum uerò, Peleum nuncupabat. Author Plutarchus in Alexandro Magno.

Lysipe] Vna fuit ex filiabus Proeti Argiuorum regis, quæ in uaccas commutatæ fuerunt.

Lysippus] λύσιππος, Sicyonius, nobilis sculptor, à quo tantum Alexander se fingi passus est. Cic. in epist. lib. 5. 12. 23. Propert. lib. 3. eleg. 9. 2,

Gloria Lysippo est animosa effingere signa. De Lysippo & Alexandro. Horat. 2. epist. 1. 49. Multa habet Plin. lib. 34. cap. 7. ubi & sexcenta decem opera ab illo facta tradit. Meminit equi cuiusdam Statius 1. Syluar. 1. 14. quem à Lysippo Alexandro Magno donatum esse inquit.

Lysippus item, poeta comicus, cuius fabulas enumerat Athenæus.

Lysis] huius lysis, & lysios (λύσις) id est, solutio. Cic. 3. Tuscul. 103, Ex quo ipsam ægritudinem & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. Alij habent λύπην.

Lysis in architectura, hiatus est ianuarum: id est, solutio continui parietis. Vitru. lib. 6. cap. 10.

Lysistratus] penult. correp. Sicyonius, Lysippi statuarij frater, primus statuas è gypso finxit, creuitq; res in tantum, ut nulla signa statuæue sine argilla fierent. Plinius libro 35. cap. 12.

Lysius] Arcadiæ fluuius, ad cuius radices est Aesculapij tumulus. Vide Lysius.

Lyso] Quidam Ciceronis hospes, ut ipse scribit epist. libro 16. 6.

Lytæ] λύται, de quibus mentio fit in edicto Iustiniani quo iuris authoritas confirmatur, solutores interpretandi sunt, uidelicet qui iam tantos progressus habent in iure, ut de eo respondere propè possint, & quæstiones soluere. Atque ij erant qui responsis prudentum operam dabant & quæstionibus. Lyti, id est, soluti quibusdam dicuntur, sed malè. Turnebus.

Lytta] λύσσα, Vermiculus est in lingua canum, quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.

Lyus] λύος, Fluuius est minoris Asiæ in Pontum defluens.



Digitized by Google

## M

Consonans, liquida transit per derivationes in n, sequentibus d, uel t, uel c, uel q: ut, Tantùm, tantundem: Idem, identidem: eorum, eorundem: num, nuncubi, nunquis, nunquam circumquaque, tanquam, nanq;, quenque quanque, quicunque. Similiter am, præpositio, sequentibus, f, uel c, uel q, mutat m in n: ut, Anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. Nonnunquam & in b transit, cum è scamno scabellum dicimus.

M, litera mugiens. Quint. lib. 12. cap. 10, Quid, quòd plerisq; notis illa quasi mugiente litera cludimus M, qua nullum Græcè uerbum cadit?

M, putat Prisciamus mille significarè, quia eius nominis prima sit litera: quàm rectè, ipse uiderit. Veteres certè pro quingentis hac uetebantur figura IↃ Vnde (cõtra Prisciani sententiam, qui de origine D, nescio quid ridiculè commiscitur) facta est D, negligentia simul & ignorantia describẽtium, dum antiquas notas elementa esse putãt. Pro quingentis, inquam, scribebant IↃ, pro mille CIↃ: unde fluxit M, errorem creante similitudine, quòd M quandoq; ita scribitur ↀ, ut minimum discrepare uideatur à CIↃ. In antiquis autem libris & alias figuras pro mille usurpatas licet animaduertere, ut ↀ ↀ CD, quas peperit minus accurata librariorũ festinatio, id agentium, ut CIↃ uno calami ductu perficerẽt. Etiam ↀ & C|Ↄ pro mille reperias: quæ deriuatæ sunt ab CD, corruptæ scilicet à corrupta. C præterea quum præponitur his figuris D & M, detrahit centũ, & omnino de insequenti nota præcedens minor nota tantũ demit, quantum ipsa significat: ut IV, ualet quatuor: VL, quadraginta quinq;: XC, nonaginta, & huiusmodi. Vide infrà in Numerus. Meminit & huius literæ lib. 9. cap. 4.

Ma] accentu circumflexo (mã) Mulier fuit una ex his quæ Rheam sequebantur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educã dũq; interrogata à Iunone, cuius esset infans, ἄρεος, hoc est Martis, respondit, unde factum est ut Bacchus apud Carus Masarẽs fuerit appellatus. Ipsa quoq; Rhea Ma appellata fuit: cui Lydi tantum immolabant, unde Lydiæ urbs Mastaura fuit appellata. Vide Stepha. in dictione Mastaura.

Macæ] μάκαι, populi sunt Arabiæ fœlicis, carminis oppositi, eo in tractu nardum & myrrham ferentis, ut est author Pomponius Mela, lib. 3.

Macareç] μακαρέα, urbs Arcadiæ, à Macario Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beatã uocari tradit. Gentile est Macareatos, μακαρεάτης, eodem Stephano teste.

Macareus] pen. cor. (μακρεύς) filius Aeoli, qui Canacen sororem suam uitiauit. Ouid. lib. 2. Trist. 77,

Nobilis est Canace fratris amore sui.

Macaria] Herculis filia, se pro incolumitate publica deuouit inferis, ad expiandum scelus, ut scribunt Cælius & Eras. in Prouerb. Meminit Plato in Hippia, & Plutar. in Pelopi.

Μακάρων νῆσοι] Id est, beatorum insulæ, Asiatico litori oppositæ, & ad promontorium Tauri montis expositæ, quas quidam dici sic putauere, siue quòd fortunati admodũ cæli soliq; sint, siue quòd eas suo, suorumq; regno Macar occupauerat. Verba sunt Pomponij Melæ, lib. 2.

Maccus] macci, Et plurali. Macci, maccorum. Macci dicuntur stolidi, & fatui, idq; de nomine mulieris cuiusdam stupidæ & bardæ. Apuleius, Si cum hac una Rufi fallacia contendantur, macci prorsus & buccones uidebuntur. Nonium etiam in Macco citatum inuenimus, qui titulus fabulæ est. Ex Turnebo.

Macednon] μακεδνὸν, Pindi montis Thessaliæ regiuncula, Herodoto lib. 1.

Macedo] pen. cor. (μακεδὼν) Macedonis, pẽ. cor. filius Osiridis filij Iouis, à qua Macedoniam quidam dictam uolunt.

Macedo, Philosophus, de quo Gell. lib. 13. Is pro foribus omniũ templorum scribi debere censebat uersum hunc, Ego odi homines ignaua opera, & philosophia sententia. Vide Gelliũ lib. 13. cap. 8.

Macedo, Qui est ex Macedonia. Vide Macedonia.

¶ Macedonia, μακεδονία, regio à Macedone Osiridis Iouis filio dicta est. Habet Macedonia ab Oriente Thracium limitem, ab Occasu Ionium pelagus, à Meridie Epiro terminatur, à Septentrione habet Dalmatiæ partem. Vide Plinium lib. 4. cap. 10.

Macedonia dicta est, ut ait Stephanus de Vrbibus, ab Macedonia filia Iouis & Thyiæ filiæ Deucalionis.

¶ Macedo, pen. corr. (μακεδὼν) Qui Macedoniam habitat. Lucan. lib. 6,

Quum tibi sacrato Macedo seruetur in antro.

Vir Macedo. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Alexander Macedo. Cic. 5. Tusc. 198.

Fines Macedum. Lucan. lib. 10. 6. hoc est, Macedonum.

¶ Macedonius, Adiectiuum (μακεδόνιος) Ouidius 12. Metamorphos. 94,

Qui clypeo, gladioq;, Macedoniaq; fariſſa
Conſpicuus. Vbi necessitate metri coactus, propter tot syllabas breues secundam produxit.

¶ Macedonicus, pen. corr. (μακεδονικὸς) Adiectiuum possessiuum à Macedonia: unde Mare Macedonicum, quod est Aegæi pars, & incipit à Pallene monte, qui Thraciæ finem facit. Extenditur usq; Megaram, quò Isthmos interpositus, misceri Aegæum Ionio non permittit, cuius litora à ciuitatibus nomen accipiunt.

Macella] μακέλλα, Genus teli est, quod uno tantum cædit mucrone, sicut dicella dicitur, quod bifariam. Cælius Rhodig. ex Theone lib. 11. cap. 16.

Macellum] macelli (ὀψοπώλιον) Locus quò uænalia omnia, quæ ad uictum humanum pertinebant, contrahebantur. Plaut. Aulul. 13. 3,

Venio ad macellum: rogito pisces, indicant
Caros. Cic. de Diuin. 88, Si Epicuri de uoluptate liberosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Idem 5. Verr. 123, Sedentem in faucibus macelli.

Macellum, Varro in libris Rerum humanarum, Numerius Equitius, Cupes & Aomanius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, & ædes ubi habitabant dirutæ: eq̃ea pecunia scalæ deum penatium ædificatæ sunt. Vbi habitabant, locus erat ubi uenirent ea quæ uescendi causa in urbem erant allata. Itaq; ab altero macellum, ab altero forum cupedinis appellatum est. Hæc ex Donati commentarijs in Eunuchũ. Idem Varro lib. 4. de lingua Latina.

Pernicies, & tempestas, barathrumq; macelli. Horatius 1. epist. 16. 2.

¶ Macellarius (ὀψοπώλης) Qui in macello non solùm carnes, sed omnia obsoniorum genera, quinetiam panem & frumẽtum uendit. Sueton. in Cæsare, Ea quæ ad epulum pertinebant, quamuis macellarijs oblocata, etiam domesticatim apparabat.

¶ Macellarius, Adiectiuũ: ut, Macellaria taberna. Valer. lib. 3. capite 4.

¶ Macellota, macellotæ, fœm.gen. ab Ionibus hortorum ostiũ dicitur, testæ Varrone, lib.4. de lingua Lat.

Macer] macra, macrũ (ἰσχνὸς) Exilem extenuatumq; significat, quem medici gracilem uocant, cuiusmodi sunt bilioſi ferè omnes. Virg.3.eclog.20,

Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo.

Idem lib.3.cap.10.3, Mediæ sunt macerrimæ. Sipontinus à Græco deduci putat. Græci enim μακρὸν longum dicunt, quæ autem tenuia sunt, longiora uidentur.

Agello macro pauper. Horat.1.Serm.Satyr.6.15.

Boues macræ. Propert.lib.4.eleg.1.5.

Pinguißima, uel macerrima humus. Col.lib.2.cap.9.3.

Libellus macer. Mart.lib.2.6.

Exile & macrum solum. Cic.pro lege Agrar.69.

Taurus macer. Virg.3.eclog.20.

Vitris macrior. Col.lib.4.cap.24.8.

Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti. Horatius 1. epist.7.7.

¶ Macellus (ἰσχνίδιον) Adiectiuum diminutiuum, pro macilento. Liu.lib.6, Si nosti, non magnus homo est, nasutus, macellus. Nonius.

¶ Macilentus, Adiect. idem (λειπόκρεως) Festus, Macilenti, macie attenuati Plaut.Capt.11.115,

Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? A. dicam tibi, Macilẽto ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.

¶ Matror, macroris, siue Macor, absq; r post c (ἰσχνότης) Ipsa macies. Pacuuius Peribœa, Corpusq; meũ tali mœrore, errore, macrore senet.

¶ Macritudo, pen.prod. f.g. Idem (ἰσχνότης) Plaut. Capt. 4. 32, Ossa, atq; pellis sum misera macritudine.

¶ Macies, maciei, f.g. Idem (ἰσχνότης, ῥθίσις) Colũ.lib.6.cap. 14.1, Est etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur, inde tußis & macies.

Adducit cutem macies. Ouid.3.Metam.80.

Concidimus macie. Ouid.epist.20.43.

Suprema acie confecta uiri forma. Virg.3.Aen.118.

Horrida uultum Deformat macies. Virg.4.Georg.51.

Minari maciem, & infirmitatem. Quint.lib.2.cap.4.5.

De sua solicitudine macieq; narrare. Cic.Attic.lib.55.1.

Turpis macies decentes occupat malas. Horatius 3. Carm. ode 27.11.

Aeuo & macie senescere. Lucret.lib.1.66.

Tenuare aliquem macie. Virg.3.Georg.26.

¶ Maceo, maces, macui (λιπαίνομαι) macere, Macrum esse. Plaut.Aulul 20.28,

Qui ossa atq; pellis totus est, ita cura macet.

¶ Macesco, macescis, macui (ἰσχναίνομαι, σωτήκομαι, ἰντήκομαι) macescere: Macrum fieri. Plaut.Capt.4.31,

—ego qui tuo mœrore maceror,

Macesco, consenesco, & tabesco miser. Varro 3. de Re rust.cap.16.16, Tum enim propter laborem asperantur & macescunt.

¶ Macio, macias (ἰσχναίνω) maciare, Macrum facere. A quo Emacio.

¶ Macreo, macres, macrui: siue,

¶ Macresco, macrescis (ἰσχναίνομαι) macrescere, Macrũ fieri. Varro 2. de Re rust.cap.5.13, Algor enim eas, & fames macrescere cogit.

Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Horat.1.epist.12.

¶ Macero, maceras, pẽ.cor. (ἰντήκω, ἀποτρύω) macerare, Attenuare, conterere, & ad corpus tunc refertur. Liu. 6. bell. Punic. 66, Alterum annum circunuallatos inclusosq; nos fame macerant.

Macerare se, ad animum translatum, Est nimia cura, studio, uel solicitudine seipsum conficere & attenuare. Terent. Andr. 4.2.2, Tu modo anime mi noli te macerare. Ibidem, 5.3. 15, Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?

Inuidia macerat nos. Lucret.lib.3.15.

Macerare, Mollificare, ut fit quum quippiam tam diu in aqua tenetur, donec tenerum & molle fiat. Terent. Adel.3.3.27,

——falsamenta hæc Stephanio

Fac macerentur probè. Col.lib.2.cap.9.8, Hoc medicamine una nocte semina macerata iaciuntur.

Macerare braßicam in aquam. Cato cap.156.4.

Macerare, Proluere, perluere, madefacere. Plinius de Poppea, lib.11.cap.41.3. de lacte asinino, Balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat. Vitru. item iubet calcem coctam diu macerari antequàm fabri ea utantur. Budæus.

¶ Maceror, maceraris, macerari, Paßiuum. Hora.lib.1.Carm. ode 13, —quam lentis

Penitus macerer ignibus. Id est, tabescam, liquescam, consumar. Lambinus.

Malè maceror. Vide Malus.

¶ Maceratus, pen. prod. Participium, Mollis & tener factus. Plautus Pœnul.8.21,

Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.

¶ Maceratio, Verbale. Vitruuius lib.7.cap.2.

¶ Macerescо, macerescis, macerescere, Maceratum fieri, Antiquum. Cato de Re rust. cap. 99, Frumento curgulio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito: palearum paulum addito, finito macerescant bene.

¶ Macro, macras, macrare. Vnde Emacrare. Vide loco suo.

Maceria] maceriæ, uel maceries, macerici, f.g. (τεῖχος) Paries, siue murus uel congeries lapidum in unum compactorum sine cæmento aut alio genere ferruminis, quo uineæ claudi solent. Terent. Adelph. 5.7.10,

Atq; hanc in horto maceriam iube dirui

Quantum potest. Col.lib. 8. cap 15.1, Ea toto macerie opere tectorio leuigatur extra intráq;. Cic. Tironi, lib.16. 18.4, Helico nequißimus H S M dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

¶ Maceries, maceriei (ἰντηξις) pro macritudine, siue macerationе. Afranius Excepto, Si ille hoc nunc sentis facere illi satis, uis quanta illius mors sit, maceries tibi. Nonius.

Macero] maceras. Vide Macer.

Machæra] machæræ. Græcè (μάχαιρα) Latinè sica, gladius, culter. Plaut.Curcul.8.53,

Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Iuuenalis Satyra 7.1,

——ames nomen, uictumq; machæræ. Liuius 7. ab Vrbe, 105, Læuo humero machæra propè traiecto cesserat parumper ex acie. Ex uetusto codice legendum, matari.

¶ Machæropios (μαχαιροποιὸς) Faber gladiorum. Quo nomine dictus est Demosthenis pater, ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam multisq; artificij seruis instructam habebat.

¶ Machærophorus, machærophori, pẽ.cor. (μαχαιροφόρος) Siccarius gladium ferens. Cicero ad Quintũ fratrem, libro 2. epist.8.3, Machærophoris centum sequentibus miros risus nos edere.

Machæriones] apud Spartanos dicti sunt Anticratis posteri, quòd is machæra, id est, gladio Epaminundam in bello strenuè confecisset. Meminit Cælius lib.13.cap.7.

Machærus] untis (μαχαιρῶν Stephano) Arx Iudææ, fecũdũ olim ab Hierosolymis dignitatis locũ obtinẽs. Pli.li.5.ca.16.

Machæronion] μαχαιρώνιον, Dioscor.lib.4. herba est, quæ Xyphion quoq; dicitur, & gladiolus seu pugio: quoniam gladij speciẽ ſo.ijs præbeat, radice (Theophrasto tradẽte)

dulci, ubi excoquatur: proinde trita farinæ admiscebatur. Vide Cel. lib. 13. cap. 7. ad finem.

Machaon] pen. cor. huius Machaonis, pen. corr. (μαχάων) fuit teste Homero lib. Iliad. 2. filius Aesculapij. Is ob præstantiam medicinæ artis cum alijs heroibus Græcorum ad Troiam è Creta conuocatus fuit. A quo

¶ Machaonius (μαχαόνιος) Ouid. lib. 1. de Pōto, eleg. 4. 1, Machaoniæ artes. Idem 2. de Remed. amoris, 30,

Ille Machaonia uix ope sanus erit.

Succo Machaonio sæua coierunt uulnera. Stat. 1. Syl. 4. 23.

Machara] Cyprus antea dicta. Perottus.

Machimos] μάχιμος, Ciuitas est extra hunc orbem, teste Aeliano, cuius incolæ pugnaces sunt, armatiq; nascūtur, ac bellum assiduè gerunt, collimit aneos plurimum euertendo: quippe gentium multarum esse compotem unam modò ciuitatem. In ea censeri hominum myriadas ducentis haud paucioribus, quos non absumpserint bella, morbis planè conficiūtur. Sed perrarum id est. Intereūt uerò in prælijs saxis percussi, aut lignis: nam ferri ictum non admiserint. Auro argētoq; abundant eatenus, ut sit ibi aurum uilius quàm apud nos ferrum. Hæc & plura Celius ex Aeliano lib. 17. cap. 35.

Machina] machinæ, pen. corr. (μηχανὴ, κίνησις) Conatus, machinatio, excogitatio, inuentum.

Mundi machina. Lucret. lib. 5. 20.

Machina dicitur, ut ait Vlpianus, ubi non tam materiæ ratio, quàm manus, atq; ingenij dicitur.

Machina, Instrumentum quo moles aliqua facilè quocunq; uolueris, impelli potest. Plin. lib. 19. cap. 2. 4, Quanto sit in usu omnibus terris nauium, armamentis, machinis ædificationum.

Machinas bellicas uocamus opera fabrilia, quibus in bello utimur.

Belli machina. Virg. 2. Aen. 31.

Ingens machina. Horat. 2. epist. 2. 15.

Arietaria machina. Vide Aries.

Machinæ murales. Vide Murus.

Admouere machinam. Vide Admoueo.

Apponere machinam. Vide Appono.

Fabricata machina. Virg. 2. Aen. 10.

Audere machinas. Tacit. lib. 20.

Machinæ per translationem, Consilia, quibus decipere hostē conamur. Plaut. Bacchid. 4. 54,

Aliquam machinabor machinam.

Dolus & machina. Cic. 3. de Nat. deor. 103,

Quid ergo isti doli, quid machinæ, quid præstigiæq;, Num sine ratione esse potuerunt? Ex poeta.

Adhibere machinas. Cic. ad Brutū, 1. 85, Ad reliquos hic quoque labor mihi accesserit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.

¶ Machinalis, & hoc machinale, penult. prod. (μηχανικὸς) Quod ad machinas spectat: ut, Machinalis scientia. Plin. libro 7. cap. 37. 3.

¶ Machinor, pen. cor. machinaris (μηχανάομαι, ἐπινοέω, τεχνάομαι, ἐπιτεχνάομαι) machinari, Imaginari, cogitare, inuenire per dolum. Cicer. 2. Verr. 10, Quum interea aliud quiddam iamdiu machinetur. Liu. 1. ab Vrbe, 222, Consestim Turno necem machinatur.

Machinari dicitur à μηχανάομαι, quod est inuenio. Vnde μηχάνημα, Inuentum & molimen dicitur.

Machinari pestem aliquam in omnes. Cic. in Catil. 1.

Machinari, etiam in bonam partem accipitur, pro inuenire ratione. Cic. 2. de Nat. deor. 192, Nam primum aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa machinata natura est. De bestijs. Idem de Vniuersit. 10.

¶ Machinamentum (μηχάνημα, τέχνασμα) pro Machina. Liu. 4. bel. Pun. 154, Turres contabulatas, machinamentaq; alia quatiendis muris portabant.

Oppugnationum machinamenta & astus. Tacit. lib. 12.

Suspensum & nutans machinamentum. Tacit. lib. 20.

Promouere scalas & machinamenta. Tacit. lib. 15.

¶ Machinator Verbale (μηχανοποιὸς) ut, Machinator bellicorum instrumentorum: hoc est, qui bellicas machinas inuenit uel conficit. Liu. 4. bel. Pun. 152.

Machinator belli. Liu. 1. ab Vrbe, 123.

Improbissimus machinator omnium scelerum, hoc est, inuentor & author. Cic. in Catil. 52.

Doli machinator. Tacit. lib. 1.

Architectus & machinator omnium. Cicero pro Rosc. Amer. 78.

¶ Machinatio, Aliud uerbale (μηχάνησις, παλάμη, ἐπιτέχνησις) Cic. 2. de Orat. 40, Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum lætitiam est contorquendus. Id est, inuentione & astutia. Col. lib. 6. cap. 2. 8.

Machinatio, pro Machina. Cæsar 2. bel. Gal. 338, Primus irridere ex muro, atq; increpitare uocibus, quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Liu. 4. bel. Maced. 136, Nunc impensa quoq; magna eget in opera, in machinationes & tormenta, quib. tanta urbs oppugnanda est. Idem 7. bel. Maced. 20.

¶ Machinosus, pen. prod. Adiect. (μηχανώδης) unde Nauigium machinosum, apud Suetonium in Nerone, cap. 34. Paulò antè nauem solutilem appellarat.

¶ Machinarius, Adiect. ut Asinus machinarius. Aphricanus in l. quū quæreretur. §. ult. ff. de leg. & fideicommiss. 3.

Mensor machinarius. Vlpian. in L. uel cuius. ff. si mensor. fal. mod. &c. Etsi mensor machinarius fefellerit.

Machlyæ] μάχλυες, Herodoto, Populi Africæ supra Nasamones, quos Androgynos esse tradit Calliphanes, utriusq; naturæ uicib. inter se coeuntes. His Aristoteles tradit dextrā mammam esse uirilem, lænam muliebrem. Vide Plinium libro 6. cap. 2.

Machlis] Fera est Scandinauiæ insulæ peculiaris, alcæ similis, sed nullo suffragiū flexu. Vnde dormitura non cubat; sed arbori se acclinans somnum capit: quæ à uenatoribus arbē succisa, quum semel ceciderit, erigere se non potest, eaq; fōla ratione capitur: aliàs miræ uelocitatis. Labrum ei superius prægrande: ob id retrogreditur in pascendo, ne in prora tendens inuoluatur. Vide Plinium lib. 8. cap. 15.

Macidos] Vrbs Thraciæ, quam Ptolomæus Madi nominat degenere uocabulo. Vide Vadianum in Melam lib. 3. in descriptione Thraciæ.

Macidatus] liquoris infusione madens. Apul. lib. 8, Ille spongijs macidatis tumores comprimere.

Macies, Macilentus, Macio, Macias] Vide Macer.

Macir] Plinio, alijs Macer (μακὲρ Dioscoridi) Cortex est subrufus & magnæ radicis, qui ex India aduehitur, detractus ex arbore sui nominis.

Macistus] μάκιστος, Stephano, oppidum est Triphyliæ, hoc est Elidis, quod Caucones inhabitarunt: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. Plin. lib. 4. cap. 6, Macistum enumerat inter Arcadiæ ciuitates.

Macomaca uilla] μακομάκωμα κώμη, apud Ptol. lib. 4. cap. 3. urbs Syrtis magnæ, uulgò Mesorota.

Macra] μάκρα, fluuius Liguriā separans ab Hetruria, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5, Est & insulæ nomē Cercinite sinu, ut scribit idem Plin. lib. 4. cap. 13, Ptolē. Marcalla dicitur.

Macreo, Macro Matras] Vide Macer.

Macris]

Macris] Insula. Vide Abantis.

Macrobij] Meroeni (μακρόβιοι) supra Aegyptum populi: dicti quòd ipsorum uitæ spacium nostram etatem dimidio exuperet. Meroenos autem intra Cancri tropicũ, & aquatorem esse Ptolemæus autor est. Vide Pomponium lib. 3. in descriptione Aethiopiæ.

Macrobius] μακρόβιος, nomen uiri propriũ. Latinè longæuus dicitur. Nam μακρὸς longus, & βίος uita dicitur.

Macrochera] penul prod. (μακροχείρα) Tunica manicata. Lampridius, Macrocheras ex purpura ad usum suum reuocauit.

Macrochir] μακρόχειρ, cognomen fuit Artaxerxis Assyriorum regis, ideò illi impositum, quod alteram manum haberet longiorem. Latini Longimanum uertunt.

Macrocollum] μακρόκολλον. Plin. lib. 13. cap. 12. 5, Ad hoc transmittens literas liturę, metum afferebat aduersis, & aliàs indecoro usu pertranslucida. Igitur & secundo corio statumina facta sunt è primo subtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, & cubitalis & macrocollis. Vbi Hermolaus, Macrocolla sunt eo nomine maiores & lõgiores chartæ, quas modò regias (ut arbitror) uocamus. Nã & Catullus regiam chartam uocat. Hactenus Hermolaus, quĩ macrocollum uidetur deriuare à κόλλον, quod membrum significat, quasi longa membrana: itaq; simplici l, scribi deberet. Alij à κόλλα deducunt. Cic. ad Attic. lib. 16. 333. 2, Sed tamen συνταγμα misi ad te retractatius: & quidem archetypum ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Hunc tu tralatum in macrocollum, lege in arcano conuiuis tuis. Id est, in chartam nouam transcriptum, inquit Budæus.

Macron tichos] μακρὸν τεῖχος, oppidum est Thraciæ, nõ procul ab Isthmo Cherronesi, ita dictum à lõgo muro, quẽ Miltiades à Propontide ad Melanem sinum duxit, Cherronesum à reliqua excludẽs Thracia. Author Pli. lib. 4. ca. 11.

Macrones] Populi sunt in Ponto, quos ab Eubœa colonos illuc adductos memorant, unde & nomen, quoniam Eubœa quandoq; Macris sit nuncupata, quod Dionysius Chalcidẽsis significat. Alij uerò dici Macrones putant, quia apud eos plures inueniantur macrocephali, id est, capitis iusto longioris, ut apud Persas grypos inuenias plerosq;, id est, adũci nasi. Plin. lib. 6. cap. 10.

Macror] Vide Macer.

Mactea] macteæ, Cibi genus. Sueton. in Caligula, cap. 38, Et multis uenenatas macteas misit. Sed fortè legendum est Mattyas. Vide Mattya.

¶ Macteolus, Diminut. Arnobius, Fruſtilla hæc paruula pro suauibus macteolis sumunt.

Macticus, pen. cor. Qui habet magnas malas, & os patẽs, quasi malacticus. Festus.

Macto] mactas (φονεύω, θύω, σφάττω) mactare, Interficere. Virg. 4. Aeneid. 12,

—mactant lectas de more bidentes. Vbi Seruius, Mactant uerbum sacrorum, κατὰ συνήθειαν dictum, ut adolere. Cic. in Pisonem, 11, Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto uobis ducibus mactatus essem.

Caprum mactare. Ouid. 2. Fast. 89.

Honores mactauit meritos. Virgil. 3. Aeneid. 24.

Iuuencos mactare. Virgil. 5. Aen. 21.

Victima mactata. Senec. Octau. 4. 10.

Mactare aliquem ultioni & gloriæ. Tacit. lib. 1.

Mactare Orco, In Orcum demittere & præcipitare. Liuius 9. ab Vrbe, 211.

Mactare supplicio, uel morte. Cic. in Catil. 20. Idem de Aruspicum resp. 39.

Mactare supplicio aliquo ius ciuitatis, per translationem pro Violare. Cic. 6. Verr. 23.

Macto, dictum est quasi magis aucto, id est, Augeo. Nam priusquàm uictimam immolarent, thus ac uinum super eam fundebant. Vnde mactum esse taurum dicebant, thure uel uino cumulatam hostiam, & magis auctam. Hæc ex Seruio.

Mactare, pro Augere usurparunt ueteres. Cic. de Republica, Ferunt laudibus, mactant honoribus. Nonius.

Mactare, per translationem, pro Malo afficere, seu malè tractare ponitur: ut docet Nonius.

Mactare infortunio. Plaut. Curcul. 11. 5,

Non pol nunc ego te mediocri macto infortunio:
Sed eopse illo, quo mactare soleo cui nihil debeo.

Mactare malo & damno. Plaut. Aulul. 19. 63. Cic. pro M. Cælio, Post te continuo fecit idẽ in duobus prodigijs Reip. Clodius: quo etiam maiore malo es mactandus.

Mactari cupis magna re mala. Plaut. Mostel. 2. 58.

Mactare, Præcipitare. Accius Antenoridis, Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naues urã, aut castra mactabo in mare. Nonius.

Mactare, Honorare. Plautus, Tamen honestè mactatum reducam domum. Accius Didascalicõn, lib. 1, Sapientiæq; inuictæ gratia atque bonoris pater, honestè rem mactauit aurea. Nonius.

¶ Mactatus, Participium (τεθυμένος) ut, Hostia mactata. Horat. 1. Carm. ode 19. 4,

Caper Bacchi mactatus ad aras. Ouid. 15. Metam. 23.

¶ Mactandus, Aliud participium (θυτέος) ut, Mactanda uirgo est Thessali busto ducis. Senec. Troad. 4. 32.

¶ Mactatus, huius mactatus, m. g. pen. prod. (θύσις) Verbale. Lucret. lib. 20, nubendi tempore in ipso
Hostia considerat mactatu mœsta parentis. De Iphianassa.

¶ Mactator, pen. prod. Aliud uerbale (φονεύς) Senec. Troad. 10. 29, Perge mactator senum.

¶ Mactabilis, & hoc mactabile, Quod mactare potest. Lucretius lib. 6,

At quum membra hominis percepit feruida febris:
Tum fit odor uini plagæ mactabilis instar. Alij legũt manabilis sed corruptè.

¶ Mactus, Adiect. Id est, magis auctus, ut ait Festus. Genitiuo & ablatiuo iungitur, & ut plurimum in uocatiuo utimur: ut, Macte uirtutis & uirtute: id est, magis aucte, cumulateq;. Dictio est quæ laudet simul & adhortetur puerum, quem probitate crescere uideat. Cato cap. 134. 1, Iane pater te hac strue commouenda bonas preces te precor, uti sies uolens propitius mihi, liberisq; meis, domo, familiæq; meæ mactus hoc ferto.

Macte animi uir, hoc est sagaci, & magno animo præditus. Mart. lib. 12. 7.

¶ Macte uirtute, siue Macte uirtute esto. Cicero, Macte uir uirtute esto. Lucilius, Macte inquam uirtute, simulq; bis uersibus esto. Cic. Attic. lib. 12. 236. 3, Macte uirtute. Mart. lib. 4. 13, Macte esto tedis ô hymenæe tuis.

Macte bonis animi. Stat. 1. Sylu. 22.

Macte hac grauitatis gloria. Plin. in Paneg. 75. Ibidem, 146, Macte uterque ingenti in Rem merito, cui hoc tantum boni contuliſtis.

Macte amare: id est, maximè. Plaut. Milit. 4. 22.

Macte ingenio este tali interpretes. Plinius libro secundo, capite 12. 3.

Macte, absolutum. Cic. Attic. lib. 11. 330. 8, Seruilos aũt dicere eum & agripetas electos à Butbrotijs. Macte. Sed amabo te, perscribe mihi totum negocium.

Mactra] κάρδοπος est, ut Gellius ait, arca panaria. Mactram lingua uernacula Hucham appellat, in qua & panis & con-

Digitized by Google

& conſperſio reconditur. A' uerbo Græco μάσσω dicta, quòd ſubigere, conſpergere, pinſere, commollireq; ſignificaret. Budæus.

Macula] maculæ, pen. cor. (λυγρὸς, αἰσχρὸς, μῶμος) Labes, ſiue ſordes. Et à macie deducit Sipontinus: quoniam, inquit, macies animal decolorat, de fœdum facit. Plin. Fullones eas maculas è ueſtibus tollunt.

Lucentes maculæ. Stat. 1. Sylu. 5. 8.

Pullis maculis inſuſcare uellera. Virg. 3. Georg. 78.

Macula, Nota ſeu ſignum. unde genitiuæ notæ in corpore, maculæ dicuntur. Plaut. Capt. 11. 64,

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?

Plin. lib. 13. ca. 15. 6, Maculæ ue diſcolores. Virg. 9. Aen. 10,

—maculis quem Thracius albis Portat equus.

Nigræ maculæ ſub aduerſo pectore. Ouid. in fragmento, 9.

Squalentes maculæ auro. Virg. 4. Georg. 19.

Inſignis bos maculis. Virg. 3. Georg. 12.

Albis maculis bicolor equus. Virg. 5. Aen. 114.

Fugare maculas ore. Ouid. de medicamine faciei, 16.

Increſcunt maculæ ac uerrucæ. Vide Increſco.

Macula, Infamia. Cic. Cuius ut adoleſcentiæ maculas ignominiasq; præteream. Terent. Adelph. 5. 8. 32,

——uitium commune omnium eſt,
Quòd nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. hanc maculam nos decet Effugere.

Labes & macula. Cic. pro Corn. Balbo, 11.

Afficere macula. Cic. pro Roſc. Comœd. 67.

Aſpergere maculis. Vide Aſpergo.

Concipere maculam. Vide Concipio.

Delenda eſt uobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. Cic. pro lege Manilia, 4.

Eluere maculam. Cic. pro Seſtio, 53.

Imprimere maculam laudibus. Senec. Herc. Oetheo, 11. 8.

Macula quæ penitus iam inſedit, atq; inueterauit in Populi Romani nomine. Vide Inſideo, & Inuetero.

Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua uita eluere non poſſit. Cic. in Saluſt. Vide Inuro.

Luere maculas ſanguine. Vide Luo.

Suſceptam maculam delere. Cic. pro lege Manilia, 4.

Paucæ maculæ in carmine. Horat. de Arte, 71.

Macula, Foramen retis, ſeu plaga. Cic. 2. Verr. 22. Reticulumq; ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ.

Rete grandi macula. Col. lib. 8. cap. 15. 1. Varro 3. de Re ruſt. cap. 11. 3, Idq; ſeptum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila poſſit, neue ex ea euolare anas.

Diſtincta maculis retia. Ouid. epiſt. 5. 4.

¶ Maculoſus, pen. prod. Adiect. (αἰσχρὸς, καταφρονητὸς) Sordidum & immundum ſignificat. Plautus, Sordida ac maculoſa facie. Cic. 2. Philip. 81, Auctionis uerò miſerabilis aſpectus, ueſtis Pompeij non multa, eaq; maculoſa.

Maculoſus, Varius, ac notis ſiue maculis conſperſus. Virgil. 1. Aeneid. 66,

Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis.

Plin. lib. 35. cap. 6. 2, Glebis ſuus colos, extrà maculoſus.

Maculoſa cutis. Plin. lib. 26. cap. 1. 7.

Fulgor maculoſus ſquamam incendebat auro. Virg. 5. Aen. 18.

Litera maculoſa ſuffuſas habet lituras. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 3.

Maculoſa myrrha. Mart. lib. 10. 80.

Notis grandibus maculoſus. Virg. 3. Georg. 86.

Vellere maculoſo uelat corpus. Ouid. 3. Metam. 40.

Maculoſus homo, per translationem, pro Immundo & impuro. Cic. Attic. lib. 1. 11. 5.

Auaritia, & libidine ſordus, & maculoſus. Tacit. lib. 17.

Dedecore maculoſus. Tacit. lib. 19.

Nefas maculoſum. Horat. 4. Carm. ode 5. 5.

¶ Maculo, maculas, pen. corr. (αἰσχύνω) maculare, Deturpare, fœdare. Plaut. Capt. 11. 64,

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?

Plin. epiſt. 117. a. lib. 6, Nupta hæc Tribuno militum honores petituro, & ſuam & mariti dignitatem, Centurionis adhuc more maculauerat.

Terram tabo maculant. Virg. 3. Aeneid. 6.

Ferrum maculauit ſanguine. Ouid. 7. Metam. 64.

Nomen alicuius maculare crimine. Virg. 10. Aen. 171.

Scelere, dedecore, &c. maculare. Cic. de Aruſp. reſp. 24, Quominus caſtiſſimos uiros omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. Idem pro Milone, 65.

Maculare partus ſuos parricidio. Liu. 1. ab Vrbe, 54.

Sanguine maculans ſola terræ. Cat. de Beren. epig. 58. 2.

Metus pœnarum maculat præmia uitæ. Lucret. 5. 232.

¶ Maculatio, maculationis, Verbale. Firmicus lib. 1. cap. 3. Ignatius ille uir, & omni infamia maculationeq; pollutus. Item, lib. 3. cap. 15, Matrem ignobilem, uel aliqua infamiæ ſuæ maculatione pollutam.

Madaroſis] μαδαρώσις, Latinè glabritas, medicis affectio eſt, ubi ex palpebris defluunt pili, quod ex ſucci prauitate procedit. De hac Celſus, Galenus, & alij, ut refert Cæl. lib. 19. cap. 1.

Madaura] μαδαύρα, Ciuitas in cõfinio Getuſæ ſita, & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurenſis eſt uocatus.

Madeo] mades, madui (κάθυγρος εἰμὶ) madere, Madidum eſſe, & humore aliquo conſperſum. Plin. lib. 8. cap. 25. 7. Tergora ad ſcuta galeasq; penetrabilis, præterquàm ſi humore madeat.

Enſis cruore maduit. Ouid. 13. Metam. 78.

Genæ madent imbre triſti. Catul. ad Mallium, epigr. 63. 12.

Humus madebit cœleſti rore ſparſa. Ouid. 1. Faſt. 63.

Natabant pauimenta uino, madebãt parietes. Cic. 2. Phil. 103.

Pocula madeant generoſo Baccho. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 1.

Madet uindemia nimbis continuis. Mart. lib. 1. 52.

Madent membra uino. Plaut. Truc. 18. 2.

Madere uino, Ebrium eſſe. Mart. lib. 11. 16.

Mero madere, Idem. Tibull. lib. 2. eleg. 2. 2.

Mens madet. Lucret. lib. 3. 97.

Madere metu: hoc eſt, præ timore ſudore aſperſum eſſe. Plaut. Moſtell. 6. 47.

Sermonibus Socratis madet. Horat. 3. Carm. ode 21. 2, Madet, id eſt, refertus & plenus, & quaſi ebrius eſt præceptis Socraticis. Hoc enim magis placet quàm quod Acron ait, madet, id eſt, fluit.

Fercula madent diuitijs. Propert. lib. 4. 16.

¶ Madens, particip. (κάθυγρος ὤν) Humore aliquo conſperſus. Cic. Poſt red. in Sen. 11, Primum proceſſit: qua authoritate uir? uini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo. id eſt, unguento illita & uncta.

Enſe madens: id eſt, cruore madens hauſto ab enſe. Statius 3. Thebaid. 46.

Oculis madens, Flens. Stat. 5. Sylu. 3. 12.

Os fletu madens. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. 3.

Madens ſanguine ueſtis, apud Quintilian lib. 6. cap. 2. de prætexta Cæſaris interfecti.

¶ Madeſco, madeſcis (καθυγραίνομαι, διϊδρόομαι) madeſcere, Habet ſignificationem paſſiuam innatam calore intrinſecus ſumpto, ut propriè madeſcere ſit, quum quis febri uel labore ſeu potione præpotentis uini æſtuat, aut aliter ſudorem emittit. Sipon. Madeſcere, Infici, humeſcere uel humectari. Colum. lib. 11. cap. 3. 19, Hæc enim res efficit, ut in

coctura

coctura celerius madescat, & uiridẽ colorem sine nitro conseruet. De brassica transferenda loquitur.

Madescere, etiam extrinsecus dicitur. Claudianus 3. de raptu Proserp. 63,

——largis tunc imbribus ora madescunt.

Tellus madescit nubibus. Ouid. 1. Metam. 14.

¶ Madefacio, madefacis, pen. cor. madefeci, madefactum (καθυγράινω, διαίνω) madefacere, Inficere, & humore aspergere. Cic. 1. de Diuinat. 119, Vaticinatum, madefactum iri minus xxx. diebus, Græciam sanguine.

Virides madefecerat herbas. Virg. 5. Aeneid. 66.

Madefacere terram. Col. lib. 2. cap. 4. 1.

¶ Madefio, pen. prod. madefis, pen. indif. (διαίνομαι) madefieri, Extrinsecus aqua, alióue liquore aspergi. Suet. in Cæsar. Cum decidisset in mare, per ducentos passus euasit ad proximam nauem elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierẽt.

Cæde madefieri. Ouid. 15. Metam. 165.

Sepulchra madefient cæde. Catul. Argon. 59. 74.

Tyrio madefactus tempora nardo. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 7.

Plumæ madefactæ sanguine. Ouid. 6. Metam. 106.

Terra madefacta cruore. Ouid. 8. Metam. 81.

¶ Madidus, pen. cor. Adiect. (ὑγρὸς, νότυγρος, λίυγρος) Alio quo liquore respersus. Cui opponitur Siccus. Pli. lib. 13. cap. 24. 4, Hyeme uerò quòd maruit, madidum.

Alis madidis euolat Notus. Ouid. 1. Metam. 53.

Barba madida. Ouid. 1. Metam. 69.

Capilli madidi myrrha. Ouid. 5. Metam. 11.

Genæ madidæ. Ouid. 1. de Arte, 133.

Palus madida. Ouid. 1. de Arte, 112.

Vestis madida. Virg. 5. Aen. 36.

Madidus, pro ebrio ponitur aliquando, quemadmodum prius Madere uino positum est. Plaut. Amphit. 12. 18, Faciam ut sit madidus sobrius. Id est, Efficiam, ut uideatur ebrius, quũ nihil biberit.

Madida uestis cocco. Mart. lib. 5. 24.

Madidus pro imbuto. Mart.

Siquis Cecropiæ madidus Latiæq; Mineruæ Artibus.

¶ Madido, madidas. pen. cor. (ὑγραίνω) madidare, Madidum facere. Claud. 2. de rapt. Proserp. 18,

—ille nouo madidantes nectare pennas
Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

¶ Madifico, madificas pen. cor. (λιυγραίνω) madificare, Idem. Plin. lib. 28. cap. 7. 6, Et si contra epiphoras feruentes oculorum anguli subinde madificentur, efficacius si cibo uinoq; se pridiè ea abstinuerit. Vetus codex habet madefiant & rectius.

¶ Mador, madoris, masc. gen. (ὑγρασία) Infusio ipsa, Humiditas. Salust. lib. 4. Hist. Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur.

Madon] Vitis alba aliàs dicitur, teste Plinio, lib. 23. cap. 1. Huius sarmenta longis & exilib. internodijs geniculata scãdunt. Folia habet pampinosa, ad similitudinem hederæ. Author idem Plin. ubi suprà.

Madulsa] madulsæ, m. g. (μέθυσος) Ebrius, quia madidus satis uino sit. Plaut. Pseud. 22. 6. Apud Festum Maduſa, sine l, legitur, his uerbis, Maduſa, Ebrius, à Græco μάδλων deductum: uel quia madidus sit uino.

Mæander] μαίανδρος, cum diphthongo, qui & Mæãdrus. fluuius Phrygiæ siue Mæoniæ, ita sinuosis flexibus, ut sæpe credatur ad fontem reuerti. Per Phrygiam currit, Lydiamq; disterminat à Caria. Vnde Ouid. lib. 8. Metam. 33. eum Phrygium appellat. Plin. lib. 5. cap. 29. 8, Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, &c. Apamenam primùm peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac deinde Bargyleticos quinquepos: postremò Cariam placidus, omnesq; eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari.

Vagus Mæander incerta unda ludit. Senec. Herc. fur. 9. 14.

Mæandri. Erasmus, Quum res agitur non simpliciter: sed uafris & obliquis consilijs. Mæandros dicimus methaphora sumpta à fluuio Mæandro, qui sinuolus ac flexuosus labitur unde & nomen habere uidetur, quasi oberret, quærens hominum consortia. Cic. in Pisonem, 41, Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexiones q; quæsisti?

Mæandri more: hoc est, Flexuosè & tortuosè. Columel. lib. 8. cap. 17. 10.

Mæander, Picturæ genus, inquit Erasmus, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi solet. Virg. 5. Aen. 51,

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura, Mæandro duplici Meliboea cucurrit. Vbi Seruius, Mæandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit, Erat in chlamyde, flexuosa, & in se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Festus neutro genere dicit, Mæandrum, inquit, genus picturæ, dictum est à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.

Mæandratus, mæandrata, mæandratũ, Adiect. antiquum. Varro, Mihi facies mæandrata, & uermiculata atq; etiam adeò ingens (alij cingens) orbem terræ. Ex Nonio.

Mæatę] ut Dion scribit in Seuero, Britanniæ populi sunt, qui montes incolunt asperos, & aquis indigos, & campestria, deserta ac palustria, sine ciuitatib. agrorum cultu, fructibus tantùm & pabulo uictitantes. Piscitium ne gustant quidẽ: agunt in tentorijs nudi, sine calceis, currib. in bello utuntur, equis paruis, sed præuelocib. Famẽ, frigus, miseriam omnẽ ferunt cõstantissimè. In paludes coniecti perseuerãt dies multos, capite nudo prominẽte ex aquis. Cibum parant, quo fabæ mensura nascentes famem non sentiunt, neq; item sitim. Leporem, gallinã, anserem in mensam admisisse, maximum nefas: alere tamen ista nõ abnuebant, sed animi tantũ gratia.

Mædi] Μαῦδοι, Populi sunt supra Macedoniam siti, Triballis & Dardanis uicini: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongũ in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi.

Mædia] Vide Media.

Mæna] mænæ (μαινὶς) Piscis marinus. Plin. lib. 31. cap. 7. 10. Cic. 2. de Finib. 145, Qui enim uoluptatem ipsam contemnunt, his licet dicere se acipenserem mænæ non anteponere. Hunc piscem Veneti uulgo mænelam appellant, ni fallor: nobis autem ignotus est. Vide Mena.

Mænades] pen. corr. (μαίναδες) mulieres illæ dicebantur quæ Bacchi sacra capillis sparsis cursitantes hinc inde, celebrabant, sic παρὰ τὸ μαίνεσθαι, id est, insanire, & furere dictæ: quare à nobis furiosæ seu insanæ dici possunt. De quibus Iuuenalis Satyr. 6. 32. Vide Mænas.

Ausoniæ Mænades. Ouid. 6. Fast. 101.

Mænala] pen. cor. (μαίναλον) intellectu singulare, uoce autem plurale, inquit Priscianus. At Diomedes docet in singulari esse gen. masc. in plurali neutri. Mons Arcadiæ altissimus, ut author est. Plin. lib. 4. & amœnissimus ad Argos, ut scribit Liu. lib. 3. belli Macedonici: & refertus pinis. Virgil. 8. eclog. 5,

Mænalus, argutumq; nemus, pinosq; loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores.

Frondens Mænalus. Stat. 9. Thebaid. 128.

Piniser

Digitized by Google

Pinifer Mænalus. Virg. 10. eclog. 3.
Mænala. Virg. 1. Georg. 4,
——tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ô Tegææ fauens. Stephanus quoq; montem genere neutro Mænalum uocat: τὸ μαίναλον, figular. numer. idq; contra Priscianum.
Horrenda latebris ferarum Mænala. Ouid. 1. Metamorph. 44. Lucan. lib. 3. 336. Est & nomen Arcadiæ à Mænalo Lycaonis filio. Stephanus.
¶ Mænalius, Adiectiuum (μαινάλιος) Quod est ex Mænalo. Vnde Bacchus dictus est Mænalius, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, quod est Furere, insanire. Siue à Mænalo Lycaonis filio. Et Aper Mænalius, quem Hercules Euristeo detulit. Et Versus Mænalius, id est, Arcadicus. Virgil. 8. eclog. 5. Mænala sine diphthongo scribit Seruius, quum inquit, Mænala mons Arcadiæ dictus ἀπὸ τῶν μήλων, hoc est, ab ouibus, quibus plenus est.
Deus Mænalius, Faunus. Ouid. 4. Fast. 103.
Feræ Mænaliæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 3.
Nemus Mænalium. Stat. 9. Thebaid. 144.
Sinus Mænalij. Ouid. 5. Metam. 122.
Syluæ Mænaliæ. Ouid. 2. de Arte, 39.
¶ Mænalis, Mænalidos, pen. corr. (μαίναλις) Patronymicum fœm. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 2, Cumq; truci Borea, Mænalis ursa uidet. Positum est pro adiectiuo, id est, ursa Mænalia, & intelligit Arcton.
Mænaria] Insula est in mari Ligustico, ita dicta à Mænis piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulæ huius Plin. lib. 3. cap. 6.
Mænas] Mænadis, pen. corr. (μαινάς) Furiosa siue insana dicitur, ab μαίνομαι, quod est furere. Mænades quæ fuerint, uide Mænades.
Mænis] μαινὶς, Piscis est notissimus: Theodoro dicitur alec. Hunc Hecate antiqui immolabant, quòd sit quibusdam maniæ, id est, furoris causa, ut ijs qui dicuntur σιληνοσφάκται. Antiphanes certè mænidas uocat Hecates cibum. Vide Rhodig. lib. 20. cap. 6.
Mænius] μαίνιος, Cos. Rom. anno ab Vrbe cõdita CCCCXXX. deuictis nauali prælio priscis Latinis ac Antiatibus, eorum rostra nauium erata in foro posuit, appellariq; fori Rostra cœpit. Author Liu. lib. 8. ab Vrbe, 66. & 77. Vide Plin. lib. 34. cap. 5.
Mænius] Decoctor item quidam fuit & luxuriosus, qui amplissimo consumpto patrimonio, & domo uendita, columnam tãtùm exceperat, unde spectaret gladiatores, quæ propterea Mæniana dicta est. Huius memini Horat. lib. 1. epist. Porrò huius Mænij nobilitata est multorum scriptorum literis luxuria: ab eoq; Mæniana dicta esse putantur. Quidam scribunt per e, Vide Menianus.
Mænoles] penult. corrept. (μαινόλης) dictus est Dionysius, quod Latinè totum furentem significat, cui Bacchæ orgia celebrant.
Et crudas carnes comedentes sacro furore initiantur.
Mænomenon] mel (μαινόμενον μέλι) Genus est mellis uenenati, quod in Ponto ex rhododendri flore contrahitur: ita dictum ab insania quam gignit. Plin. lib. 21. cap. 13.
Mæonia] μαιονία, Lydia est, regio minoris Asiæ. Vnde Mæones, populi. Hæc uocatur regio exusta. Nam (ut scribit Strabo) cinerulenta est in superficie & tota arboribus caret præter uitem. Dionysius scribit hanc regionẽ esse sub altissima Tmoli montis rupe sitã, ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc
¶ Mæonius, Adiectiuum (μαιόνιος) ut, Bacchus Mæonius. Virgil. 4. Georg. 76.
Puellæ Mæoniæ. Ouid. epist. 9. 15.
Ripæ Mæoniæ. Ouid. 2. Metam. 51.
Senex Mæonius, Homerus. Stat. 2. Sylu. 24.
Homerus Mæonius. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.
Mæonius, absolutè, dictus est Homerus. Martialis,
Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.
Carmen Mœonium, Homericum. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.
Carmine Mæonio consurgere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 7. Id est Homerico.
Chartis Mæonijs condere aliquid. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 12. 6.
¶ Mæonidæ, Mæonidarum, Lydij. Virg. 11. Aeneid. 152.
¶ Mæonides, penul. corr. (μαιονίδης) per excellentiam dicitur Homerus, unde & Mæonium carmen, & Chartæ Mæoniæ pro Homericis accipiuntur. Martial. lib. 5. 10,
Et sua riserunt secula Mæoniden.
¶ Mæonis, fœm. gen. (μαίονις) Ouid. 6. Metam. 21, Mæonis ejusdem designat imaginem tauri Europam. Arachnem intelligit puellam Lydiæ. Idem 5. Metam. 54,
Fœliceśq; uocat pariter studioq;, locoq; Mæonidas. Id est, Musas.
Mæotæ] penult. product. (μαιῶται) Scythiæ populi, à quibus Mæotidi paludi nomen est inditum. Plin. lib. 4. cap. 12, A Buge super Mæotin Sauromatæ, & Essedones. At per oram ad Tanaim usq; Mæotæ à quibus lacus nomen accepit.
Mæotis] pen. prod. Mæotidis uel Mæotidos, pen. cor. (μαιῶτις) Palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium, frigore congeliscens, ut ait Seruius. Cic. 5. Tusc. 71. & 2. de lege Agrar. 57.
Solida Mæotis. Stat. 12. Thebaid. 106. Id est, gelu concreta.
¶ Mæotis, Mæotidis, Patronymicum fœm. (μαιῶτις) Ouid. epist. 23. 2, Qui modò peltiferas fudit Mæotidas armis. Intelligit Amazones. Patronymicum est pro adiectiuo.
Ara Mæotis, hoc est, Mæotica. Iuuen. Satyr. 15. Aram intelligit Dianæ Tauricæ, cui hospites immolabantur.
Hyems Mæotis. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 1. Vbi primam licenter corripuit poeta.
¶ Mæoticus, pen. corr. Adiect. (μαιωτικὸς) Virg. 3. Georg. 70,
At non qua Scythiæ gentes, Mæoticaq; unda.
Mæotica tellus, Scythica: cuius palus est Mæotis, inquit Seruius. Virg. 6. Aeneid. 160.
Mæra] μαίρα, Canis quidam dictus est Orionis, ut poetæ narrant: propriè tamen eo nomine capra significatur λευκομέλαινα, id est, ex albo nigricãs. Author Cælius lib. 17. cap. 28.
Mæreo, Mæror, Mæstitia] Vide Mœreo.
Mæson] Mæsonis, Fuit comicus hypocrites, patria Megarensis, qui personam excogitauit primus, quam de eius nomine Mæsona item uocant: quod Byzantius Aristophanes prodit in commentatione de personis, ab eo inuentam scribens serui personam, nec non coqui. Scommata quoque, quibus id genus homines præcipuè scoptici mordacesq; utuntur, Mæsonica uocantur. Ac ne quid omittam, Mæsona item dixere ueteres, urbanum & eligantem coquum. Peregrinum uerò et inurbanum tettiga, id est, cicadam. Ex Cælio lib. 6. cap. 17.
Magalia] magaliorum (μῆμαι) Vici dicuntur: quamuis magaria secundum Seruium dici debere uideatur, cuius prima producatur. Virg. 1. Aeneid. 85,
Miratur molem Aeneas, magalia quondam. Idem lib. 4. Aeneid. 52.
Magas, magadis, pen. corr. siue Magadium, Instrumentum musicum tabula quadrata constans, leuiter conuexa, intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiam ea pars lyræ in quam plectrum illiditur: id est, ubi percussio fit chordarum manu dextra. Iugum uerò dicitur ubi sinistra manu chordæ premuntur. Budæus.

Magdalis, magdalidis, pen. corrept. fœm. gen. Scribonius Largus, Dum desint feruere, emplastrum manibus subigetur: & redactum in rotundas ampliores, quas magdalias dicunt, reponetur.

Magdolus] μαγδωλὸς, Aegypti oppidum apud Stephanũ: cuius incolæ dicuntur Magdolitæ.

Magia] μαγία, Illyrici oppidũ est. Stephano, cuius incolæ Magiæ dicuntur & Magiani. ¶ Est & Magia fontis nomen in agro Syracusano, apud eundem.

Magia, Magicus] Vide Magus.

Magigophori] pen. corr. (μαγαδιφόροι) qui agonothetas in certaminibus comitabantur. Arcadius, de muneribus & honoribus. l. munerum.

Maginor, magimaris, Quasi tardè conor, & ungor, inquit Festus.

Magiriscium] magiriscij, neutri generis. Plin. lib. 33. cap. 12. 6, Fecit idem & coquos magiriscia appellatos, parunlis potorijs, sed è quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam opportuna iniuriæ subtilitas erat. Palàm est diminutiuum esse. μάγειρος enim coquus dicitur, μαγειρεῖον, coquina.

Magis] magidis, fœm. gen pen. corr. (μάγις) Budæus, Pollux lib. 7, Magis inquit, & mactra uas in quo farinæ subigũtur: Et lib. 10, Quæ autem tripodibus imponuntur, & trapezæ, id est mensæ, & magides appellantur. Sic hodie uocitari potest orbiculatum instrumentum, quo panifices & dulciarij pistores, quos pastillarios dicimus, subigendis farinis opificij sui utuntur, Rondellum appellant. De magide, Paulus in l. seruus. ff. de condict. indebiti.

Magis, Genus lancis eiusdem formæ. Plin. lib. 33. cap. 11, Feneſtel la tradit tympana se inuene appellata stateras, & lãces quas antiqui magidas appellauerant. Platellam nostri uocant. Budæus.

Magida, magidæ, declinat Varro, aitq; Magidam à magnitudine dici. Vide lib. 4. de ling. Latin.

Magis] μᾶλλον, Sipontinus, Magis aduerbium est, & significat plus: deduciturq; à magnus, quod grãdẽ significat. Plaut. Curcul. 8. 6, Si magis me instabunt, ad Prætorem sufferam.

Accipiunt magis ad cõtumeliã omnia. Terent. Adelph. 4. 3. 15.

Magis credo. Cic. de Amicitia, 8.

Magis diceres. Cic. de Amicitia, 25, Tu magis id diceres Fanni, si nuper, &c.

Magis dicas, si scias quod ego scio. Hoc est, Maiora dices. Plautus Pseud. 14. 44.

Dabimus etiam magis. Plaut. Persa, 23. 69.

Etsi magis est quod gratuler tibi, quàm quod te rogem, tamen etiam rogo, ut si quæ, &c. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 14.

Magis loqui. Plaut. Casina, 4. 31.

Magis lubet. Plaut. Persa, 16. 110.

Magis metuo. Plaut. Milite, 22. 44.

Magis noris. Terent. Heaut. 5. 1. 16, Magis, si magis noris, putes ita rem esse.

Annos natus magis quadraginta. Cic. pro Rosc. Amer. 22.

Optandum magis quàm sperandum. Vide Opto.

Magis profecta à natura. Cic. de Amicitia, 26. Sed antiquior & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa.

Magis scibo antiquè, pro magis sciam. Plaut. Trucul. 10. 67.

Magis uellem, pro Mallem. Terent. Eunuch. 5. 7. 1.

Magis uereor. Terent. Heaut. 1. 2. 23.

Magis uidi. Plaut. Merc. 15. 24.

Magis maiores. Plaut. Pœnul. 2. 82,

Argentum, nisi qui dederit, nugas egerit:
Verùm qui dederit, magis maiores egerit.

Magis, cum positiuo, implet uicem comparatiui cum casu. Ouid. 2. Metam. non procul à fine,

Cornua parua quidem, sed quæ contendere posses
Facta manu, puraq; magis pellucida gemma.

Magis anxius. Ouid. 1. Metam. 37.

Magis apta tibi dona. Horat. 1. epist. 7. 9.

Charus magis uita. Virg. 5. Aeneid. 145.

Magis deformis. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Nihil magis elegans. Terent. Eunucho, 5. 4. 13.

Magis indubitatus, Certior. Stat. 2. Achill. 5.

Magis molestus. Terent. Eunuch. 3. 1. 24.

Magis seuerus. Terent. Eunuch. 2. 1. 21.

Magis similis. Plaut. Amphit. 7. 53.

Magis uerum, pro Verius. Terent. And. 4. 2. 15. Non Apollinis magis uerum atq; hoc responsum est.

Magis uirilis. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Magis apertè. Terent. Adelph. 4. 5. 30.

Nihil magis dulce. Plaut. Persa, 22. 15.

Magis dulcius. Plaut. Stucho, 14. 21,

Nimium lepidè in mentem uenit, potius in subsellio
Cynice accipiemur, quàm in lecticis. S A. imò enim hic magis est dulcius.

Magis humanum. Terent. Hecyra, 4. 1. 39, Donatus, nota pro Humanius, Terentiano more.

Magis impensè cupere. Terent. Adelph. 1. 9. 36.

Magis lubenter. Plaut. Mostel. 4. 1.

Magis mirum. Plaut. Amphit. 7. 38.

Magis ex usu, pro Vtilior, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 5. 9. 47, Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex usu tuo Nemo est.

Magis ex sese. Terent. Andr. 5. 4. 51, Quis habet aliud magis ex sese, & maius.

Magis quàm. Cicero de Amicitia, 13, Vereor ne inuidi magis, quàm amici sint.

Magis id adeò. Terent. And. 1. 1. 135. Cic. 2. de Orat. 8, Magis adeò id facilitate, quàm alia ulla culpa mea contigit.

Mage, pro Magis, apud Plautum Trucul. 18. 32, Quem ecastor mage amo, quàm dudum. Apud Terentium etiam legitur, authore Donato.

Mage pollens aer. Lucret. lib. 4. 65.

Magis ac magis, repetitum: hoc est, Frequentius. Plaut. Mostel. 9. 10. Quo magis ac magis ego cogito cum meo animo, etc.

Suet. in Vitell. cap. 11, Magis deinde ac magis.

Magis & magis de Græcia cogito. Idem. Cicero ad Atticum, lib. 14. 316. 4.

Magis atq; magis claresçunt sonitus. Virg. 2. Aeneid. 60.

Magis, magisq; Cic. Fil. ad Tironem, lib. 16. 21. 4, Enitar ut in dies magis magisq; hæc nascens de me duplicetur opinio.

Magis magis. Catull. Argon. 59. 55, Pòst uento crescente, magis magis increbrescunt. Potest & legi, Pòst uento crescente magis, magis increbrescunt.

Magis ædilis fieri non potuisset. Cic. pro Plancio, 49.

Magis sit. Cicer. in Parad. 26, Nihil huc addi potest quo magis uirtus sit.

Nisi fortè magis erit parricida siquis Consularem patrẽ, quàm siquis humilem necauerit. Cic. pro Milone, 13.

Nihil magis. Cicer. Lentulo, lib. 1. 9. 86, Quumq; Pompeius ita contendisset, ut nihil unquam magis.

Nihilo magis. Vide Nihilum.

Multo magis. Cic. Tironi, lib. 16. 19. 1, Expecto tuas literas de ipsis rebus, teipsum multo magis.

Hoc magis quòd, &c. Cicero pro Flacc. 54. Idem 2. pro lege Agrar. 95.

Eo magis uel quàm, &c. Cicer. 5. Verr. 1, Atq; eo magis, si, &c. Ibidem, 65. Et eo magis quòd, &c.

¶ Maximè,

Digitized by Google

¶Maximè, Superlatiuum (μάλιστα) pro Summè, uel Admodum, Maximè adolescens. Plaut. Milite, 10.192.
Maximè cognata. Terent. Phorm, 2.1.65.
Maximè cupiens illius est. Plaut, Amphit. 3.132.
Maximè dignus. Terent. Eunuch. 5.2.27.
Maximè in culpa esse. Cic. 7. Verr. 16.
Maximè libet. Cic. Lentulo, lib. 18.7.
Maximè liberalissimus. Cic. Attic. lib. 12.252.10.
Maximè naturalis. Cic. de Amicitia, 68.
Maximè necessarius. Cic. 1. Acad. 49.
Maximè pessima corpora. Colum. lib. 9. cap. 3.2.
Maximè potentes. Terent. Adelph. 3.4.56.
Maximè utile. Terent. And. 5.1.16.
Maximè indigere. Cic. 1. Offic. 74.
Maximè memini. Plaut. Menæch. 24.60, Qui maximè omnium nobilium Græcis literis studuit. Id est, magis quàm alij omnes. Cicer. in Bruto.
Maximè equidem uellem ut, &c. Cic. 8. Philipp. 254.
Maximè, Præcipuè. Cic. pro Domo sua, 37, Intuemini paulisper animis iuuentutem, & eos maximè, &c. Idem Lentulo, lib. 1.9.23, Quod ego quum audissem ex alijs, maximè ex meo fratre cognoui.
Maximè, responsio concedentis, uel annuentis, pro Sanè, uel certè. Terent. And. 4.6.23, Duc me ad eam: quando huc ueni, ut uideam. M. maximè. Idem Eunuch. 1.2.109, Facilli adducantur. P. maximè.
Maximè quòd, pro Potissimum. Cic. ad Attic. lib. 9.191.5, Ego tuis consilijs usus sum, maximeq; quòd & grauitatem in cõgressu nostro tenui quam debui, & ad urbem, &c.
Maximè scilicet. Ci. in Orat. 65, Cognoscat etiam rerum gestarum, maximè scilicet nostræ ciuitatis.
Et maximè. Cic. ad Atticum, lib. 7.131.4, Scribe aliquid, & maximè si, &c.
Et id maximè fieri temporibus hybernis. Cicero 2. de Natur. deor. 37.
Vel maximè. Cic. in Partit. 62, Quæ quidem uel maximè suspicionem mouent.
Magister] magistri (διδάσκαλος, καθηγητής) Propriè dicitur artium præceptor, authore Festo. Terent. Andr. 1.1.27,
——nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? Paulus de uerb. signif. l. quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent: hi magistri appellantur, quinetiam & ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistros appellari à monendo uel monstrando.
Declamandi magister. Quintil. lib. 2. cap. 1.3.
Dicendi magister. Quintil. lib. 2. cap. 8.4.
Artis magister. Quintil. lib. 2. cap. 2.1.
Eloquentiæ magistrum se polliceri. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Magister uici. Vide Vicus.
Barbati magistri. Iuuen. Satyr. 14.2. Persius Satyr. 4.1,
—barbatum hoc crede magistrum Dicere.
Graijs Elice seruanda magistris. Hoc est nautis, seu nauiũ magistris & rectoribus. Valer. 1. Argon. 4.
Aridus magister. Quint. lib. 2. cap. 4.6.
Capere magistrum. Vide Capio.
Exuere magistrum. Tacit. lib. 14.
Indocto magistro regimen linquere. Senec. Medea, 8.8.
Timido pudet seruire magistro. Stat. 2. Achill. 38.
Magistri (inquit Festus) non solùm doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, uirorum, collegiorum, equitum dicuntur qui omnes ij magis cæteris possunt.
Ferre se magistrum alicuius rei. Tacit. lib. 20.
Magister ludi, qui & Ludimagister uno uerbo dicitur. Cicer. 1. Verr. 25, Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex diuersis orationibus compositum dedit, uerbo uno discesseris. Apud Martialem lib. 5.135, Magister clamosus.
Magister morum, id est, censor. Cicero ad Appium, libro tertio, 13.7.
Magistrum nauis accipere debemus eum cui totius nauis administratio mandata est. Hæc Vlpianus de exercitoria actione, l. 1. Liu. 9. bel. Punic. 129, Vt ex omnibus nauibus gubernatores & magistri nauium, & bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. Horat. 3. Carm. ode 6.7, Seu nauis Hispaniæ magister.
Magister equitum. Varr. 4. de ling. Latina, Magister equitum dicebatur, quòd summa potestas huius in equites & accensos, ut est summa populi Dictatoris à quo is quoq; Magister populi est appellatus. Pomponius in lege 2. §. populo deinde auctor. ff. de Origine iuris, Et his Dictatoribus Magistri equitum iungebantur, sic quo modo Regibus Tribuni Celerum: quod officium ferè tale erat, quale hodie Præfectorum Prætorio: magistratus tamen habebantur legitimi. Iuuenal. Satyr. 8.2.
Quis fructus generis, tabula iactare capaci
Fumosos equitum cum dictatore magistros?
Magister populi, Dictator. Cic. 3. de Finib. 113, Rectius Magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla, qui trium pestiferorum uitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Sic, 3. de Legib. 15. ex lege XII. Tabularum.
Magister scripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorum prouentus scribendi munus habet. Cic. 5. Verr. 142, Mi sit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum esset Magister scripturæ & sex publicanorum.
Magister, Idem qui pædagogus Græcè. Terent. Phorm. 1.2.22,
Abeuntes ambo hinc tum senes me filijs
Relinquunt quasi magistrum.
Doctissimum, & incomparabilem magistrum domi habeat. Quint. lib. 1. cap. 2.9.
Sæuus magister. Horat. 1. epist. 19.3.
Magister ad rem aliquam. Terent. And. 1.2.20.
Magister pecoris, Pastor. Varro de re Rustica, lib. 2. cap. 10.2, Contrà, percontare ad suum quenq; gregem, esse omnes sub uno magistro pecoris, eum esse maiorem natu, potius quàm alios, & peritiorem, quàm reliquos. Cic. 7. Verr. 14, Nomen at iste ferunm, quem magistrum pecoris esse diceret.
Fingit equum tenera docilem ceruice magister. Horatius 1. epistol. 2.13.
Magistri dicuntur, qui bona sub hasta uendunt. Quintil. lib. 6. cap. 4, Peruenit res usq; ad ænigma, quale est Ciceronis in Pletorium Fonteij accusatorem, cuius matrem dixit, dum uiueret, ludum: postquam mortua esset, Magistros habuisse. Vide Cælium, lib. 11. cap. 5. Cic. in epist. ad Atticum, lib. 1. 1. 7, Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant Magistrum fore, si bona uænirent, L. Pontius. Et lib. 6. 111. 26.
Magister olim dicebatur uenditor patrimonij eius, qui soluendo non esset, quia illis bonis uendundis ab omnibus creditoribus autoritate Prætoris præponebatur, ut dixit Iustinianus titulo de succes.
¶Magistra, magistræ. Cic. de Finib. 107, Magistra ac duce natura. Idem pro Rosc. Amerino, 45.
Magistrâ ei ludo. Terent. Hecyra, 2.1.7.
Aetas magistra. Ouid. epist. 5.20.
Magistræ artes. Ouid. epist. 21.17.

Certißima loquendi magiſtra, conſuetudo. Quintilianus libro 1. cap. 6. 2.

Roma magiſtra luxuriæ. Propert. lib. 3. eleg. 12. 4.

¶ Magiſterium, magiſterij (διδασκαλεῖον, ἐπιστάτευμα) Magiſtri dignitas ſeu officium. Plautus Moſtel. 2. 2. 2, Virtute id factū tua, & magiſterio tuo, Suetonius in Auguſto, cap. 2. Actus municipalibus magiſterijs contentus, abundante patrimonio tranquilliſſimè ſenuit. Cicero de Senec. 43, Me uerò, & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſenſus qui maxime maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. Columel. lib. 11. cap. 1. 7, Potiſſimum autem eſt in eo magiſterio ſcire & æſtimare, quale officium ſit cuiq; imponendum. Plinius lib. 8. cap. 40. 7.

Vana magiſteria. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 17.

¶ Magiſtro, magiſtras (διδάσκω) magiſtrare, Moderari, gubernare, authore Feſto.

¶ Magiſtratus, huius magiſtratus, pen. prod. (ἀρχή) Significat, ut ait Feſtus, eum qui in poteſtate aliqua eſt conſtitutus, ut eſt Conſul, Proconſul, Prætor, Proprætor, & alij qui ciuitates & prouincias regunt. Cicero 1. Offic. 174, Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereq; eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, & fidei ſuæ commiſſa memineriſſe. Vide apud eundem 3. de Legib. 2.

Nuda à magiſtratibus Reſpub. Vide Nudus.

Maior magiſtratus. Vide aMgnus.

Mutus magiſtratus. Vide Mutus.

Patricius magiſtratus. Vide Pater.

Magiſtratus (ἀρχή) Ipſa poteſtas, ſeu officium. Cicero, Nam iſthum in urbe magiſtratum gerebat. Idem de Amicitia, 56, Vbi eos inueniemus, qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes, amicitiæ non anteponant, &c.

Abdicare magiſtratum. Vide Abdico.

Abdicare ſe magiſtratu. Vide Abdico.

Abire magiſtratu. Liu. 3. ab Vrbe. Cic. Metello, lib. 5. 2. 17, Atq; abeuntem magiſtratu concionis habendæ poteſtate priuauit. Id eſt, deponentem magiſtratum. Idem in Piſonem.

Abiens magiſtratu. Vide Abeo.

Abolere magiſtratum, pro Abrogare. Liu. 3. ab Vrbe, 157.

Abrogare magiſtratum. Vide Abrogo.

Accelerare magiſtratum. Vide Accelero.

Accipere magiſtratum loco prædæ. Cic. in Saluſtium, 11.

Capere magiſtratum. Vide Capio.

Magiſtratum continuare. Liu. 7. bel. Pun.

Creare magiſtratum. Lucret. lib. 5. 230. Vide Creo.

Dare magiſtratum. Cic. 2. de lege Agrar. 38.

Eiurare magiſtratum. Tacit. 12.

Gerere magiſtratum. Cic. pro Plancio, 6.

Habere magiſtratum. Cic. 7. Verr. 120.

Magiſtratum imminuere dicebant ueteres, quod nunc Derogare iuribus, & prærogatiuis officij dicunt. Cicer. 3. Verr. 59. Cur imminuiſti ius legationis? Quo in loco Aſconius, Qui poteſtatem, inquit, ſuam in adminiſtrando non defenderit, imminuti magiſtratus ueluti maieſtatis læſæ reus eſt. Liuius libro 4.

Inire magiſtratum. Vide Ineo.

Legere magiſtratus. Virg. 1. Aeneid. 86.

Mandare magiſtratum. Cic. pro Murena. Vide Mando.

Obrepere ad magiſtratum. Vide Obrepo.

Occipere magiſtratum. Tacit. lib. 2.

Petere magiſtratus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 19.

Venire in magiſtratum. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 11, Nam quòd huc properent in magiſtratum uenire, aut exercitum mittere, cauſam non habent.

Magma] magmatis, pen. corr. neut. gen. (μάγμα) Paſtillorum maſſa facta ex unguentorum fæcibus. Plin. lib. 13. cap. 2. 2, Siccis odoribus conſtant quæ diapaſmata uocantur. Nam fæcem unguenti magma appellant.

Magma croci. Quod quaſi recrementum eſt eius. Celſus libro 5. capite 18.

Magmentum] ut ait Feſtus, ueteres dixerunt quaſi magis augmentatum. Alij Magmentum dicunt, quaſi maius augmentum, & auxilium: quoniam augebant numerum hi qui accedebant alienigenæ ut adiumenta eſſent.

Magmentum, à Magis: quod ad religionum magis pertinet. Varr. de ling. Lat. lib. 4.

¶ Magmentarius, magmentaria, magmentarium. Vt, Magmentaria fana. Arnob. lib. aduerſ. gent. Itaq; propter hoc magmentaria fana conſtituta ſunt certis locis, quo id imponeretur. Sic reſtituit Turuebus, quum alij mentarea legant, nullo ſanè ſenſu. Sunt autem magmentaria fana, uſta ſacra, quibus magmenta & exta ſacra impoſita aræ inferebantur. Vetus lexicon, Magmentarium, ἐφ' ᾧ τὰ σπλάγχνα ἀναθήματα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. Itaq; libentiſſimè magmentaria uaſa legerem.

Magna Græcia] μεγάλη ἑλλάς, dicta eſt ea pars Italiæ, quæ à Tarento uſq; ad Cumas eſt. uel (ut Plinius lib. 3. cap. 10. 1. ait) à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum uſq; protenditur. Sic dicta, quòd multæ magnæq; ciuitates in ea fuerint à Græcis conditæ, ut ait Feſtus. Vide Iuſtinum lib. 20. Virgil. 3. Aeneid. 80, Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs. A quibuſdam tota Italia dicta eſt maior Græcia. Ouid. 4. Faſt. 13, Itala nam tellus Græcia maior erat.

Magnanimitas] Vide Magnus.

Magnarius] μεγαλέμπορος, apud Apuleium pro magno negociatore ponitur, à negociorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnes] magnetis, pen. prod. maſc. gen. (μαγνῆτις) Genus lapidis ad ſe ferrum attrahentis. Plin. lib. 36. cap. 16. 1, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur, nanq; à magnete lapide, domitrixq; illa rerum omnium materia ad mane neſcio quid currit: atque ut propius uenit, aſſiſtit, teneturq; & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuentore, ut author eſt Nicander, in Ida repertus. Nanq; & paſſim inuenitur, ut in Hiſpania quoq;. Inuenisſe autem fertur clauis crepidarum, & baculi cuſpide herentibus, quum armenta paſceret. Hæc Plinius. Lucret. lib. 7. 182,

Quem magneta uocant patrio de nomine Graij.
Magnetum quia ſit patrijs in finibus ortus.

¶ Magneticus, penultima corr. Adiectiuum (μαγνητικός) Claudian. de Magnete, 4,

Venerem magnetica gemma figurat.

Allicit & trahit ferrum magnes lapis. Cicero 1. de Diuinat. 144.

Magnes] Athenienſis Comicus antiquæ comœdiæ, tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem, uicit duabus. Magnes item, alter Smyrnæus, puer, præ ceteris mortalibus formoſus: poetica inſuper & muſica ornatus, corona inſignis aureà, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat multis dilectus, præſertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum huiuſmodi peroſi, capta occaſione comam eius incideruntueſtem, ornatumq; omnem lacerauerunt. Quare perturbatus Gyges, in Magneſios bellum mouit: quibus tandè ſuperatis reuertens, Sardibus panægyricum celebrauit magnificentiſſimum. Suidas.

Magneſia] μαγνησία, Macedoniæ regio, Theſſaliæ annexa. Abeſt ab Epheſo (ſicuti Plin. libro 5. ſcribit) ſedecim millia paſſuum.

Digitized by Google

passum. A' qua

¶ Magnetes, pen. prod. (μάγνητες) qui & Magnesij populi uocati sunt. Lucanus lib. 6. 76, Et Magnetes equis Mineæ gens cognita remis. Est & Magnesia urbs in Asia, apud quam Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecit, autore Stephano.

¶ Magnesis, pen. prod. Magnesidos, fœm. gen. (μάγνησις) Quæ ex Magnesia est. Ouid. epist. 12. 2,

Cur unquam Colchi Magnesida uidimus Argo?

Magnesia] μάγνησσα, Hippolyte, Acasti regis Magnesiæ cõiunx fuit, cuius meminit Horat. 3. Carm. ode 74.

Magnetes] magnetum (μάγνητες) apud Macedones, erant, qui apud nos Senatores dicuntur, siue principes & capita urbis. Vnde & summum magistratum uocant magnetarchẽ teste Liuio lib. 5. bel. Maced. 128.

Magnus] Adiectiuum (μέγας, μεγαλεῖος, ἀμέγαρτος, κυπάδης, μεγανέτης) Grandem significat, cuius comparatiũ est maior, Superlatiuum maximus.

Achilles magnus. Vide Achilles.

Acernus magnus. Virg. 1. Georg. 32.

Adiutor magnus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 10. Vide Adiuuo.

Traducere auditores in magnã admirationẽ. Vide Admiror.

Aedibus ex magnis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 3.

Aequor magnum. Virgilius 4. Georg. 78. Agmen. Virgil. 1. Georg. 77.

Amator mulierum magnus. Plaut. Menech. 7. 43.

Amore magno dilectus. Virg. 1. Aeneid. 70.

Maiorem ad res gerendas animum facit cura. Cicero 1. de Finibus, 21.

Bellum magnum. Virg. 2. Aeneid. 39.

Maior pede calceus. Horat. 1. epist. 10. 9.

Caput magnum. Plaut. Pseud. 20. 110.

Caterua magna. Virg. 1. Aeneid. 101.

Causa maxima doloris. Propert. lib. 1. eleg. 15. 7.

Magnum certamen. Virg. 7. eclog. 4.

Clamor magnus. Virg. 3. Georg. 75.

Cœna magna. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 21.

Cogitatio magna. Tacit. lib. 15.

Concursu accedere magno. Virg. 1. Aeneid. 103.

Corpus magnũ crassa farragine. Vir. 3. Geor. 41.

Cura maxima. Virg. 4. Georg. 71.

Dedecus magnum. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 11.

Dij magni. Virg. 3. Aeneid. 3.

Documentũ magnũ. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 23.

Dos magna. Horat. 3. Carm. ode 24. 5.

Duces magni. Horat. 2. Carm. ode 1. 5.

Eques magnus. Horat. Epod. 4. 3.

Exitium magnum. Virg. 2. Aeneid. 38.

Fas magnum. Horat. Epod. 5. 19.

Fastidia magna. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.

Fortuna magna. Horat. 3. Carm. ode 27. 15.

Gratia maior debetur illi. Hor. 1. Ser. Sat. 6. 18.

Grex magnus. Vide Grex.

Honos maior. Ouid. 13. Metam. 20.

Ignis magnus. Plaut. Capt. 13. 75.

Ingenium magnum. Cic. 4. Acad. 1.

Interualla magna. Lucret. lib. 2. 20.

Ira magna. Virg. 5. Aeneid. 142.

Iræ magnæ. Terent. And. 3. 3. 22.

Labor magnus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 12.

Letitia maxima. Catull. ad Mulum, epigr. 78. 1.

Laus magna. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 20.

Licentia maior. Horat. de Arte, 43.

Lingua magna, Magniloqua, superba. Hor. 4. Carm. ode 6. 1.

Lites magnæ. Horat. 1. epist. 17. 9.

Lues magna. Virg. 4. Georg. 91.

Mens maior humana. Silius lib. 7. 1.

In maiorem modum eum tibi commendo. Cicer. ad Quint. frat. lib. 2. 15. 8, Magnum in omnia momentum Syphax afferebat res Africæ erat opulentissimas eius terræ rex, &c. Liu. 8. bell. Pun. 91.

Motus magnus. Virg. 4. Georg. 14.

Murmur magnum. Virg. 1. Aeneid. 12.

Naufragia magna. Lucret. lib. 2. 112.

Numerus frumenti magnus. Cic. 4. Verr. 127.

Numina magna loci. Virg. 3. Aeneid. 140.

Onus maius nostris uirib. Oui. 4. Trist. ele. 9. 8.

Opes magnæ. Horat. 3. Carm. ode 16. 6.

Opprobrium magnum. Hor. 3. Carm. ode 24. 9.

Magnũ opus in manibus habeo. Cic. 1. Acad. 4.

Ore magno sonare. Virg. 3. Georg. 79.

Magna pars Arabiæ. Plin. lib. 12. cap. 14. 4.

Pectus magnum. Virg. 4. Aeneid. 90.

Pondus magnum. Plin. lib. 12. cap. 19. 8.

Pondus magnum auri. Virg. 3. Aeneid. 10.

Populus magnus. Plaut. Trucul. 3. 40.

Populo in magno coorta seditio. Virg. 1. Aen. 31.

Haud magni pretij. Plaut. Sticho, 4. 81.

Prudentia maior rerum. Virg. 1. Georg. 84.

Pueri magni, Nobiles & magnorum uirorum filij. Horatius 2. Serm. Satyr. 6. 13.

Res magnæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 6.

Risus magnus, iocusq;. Hor. 1. Serm. Satyr. 8. 10.

Ritus magnus. Plin. lib. 11. cap. 37. 26.

Rumor magnus. Plin. epist. 190. d. lib. 9.

Magnum signum. Terent. And. 2. 2. 29.

Spiritus & incessus maior corpore. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 62.

Stridor magnus. Virg. 1. Georg. 82.

Terrorem magnum inferre alicui. Horatius 3. Carminum, ode 4. 10.

Turba maxima. Virg. 6. Aeneid. 123.

Ventus magnus. Plaut. Milite, 9. 33.

Vir maximus spectatus. Cic. de Amicitia, 8.

Vires maiores. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.

Vis magna. Virg. 1. Georg. 34.

Vitium magnum. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 14.

Magna uoce confiteri. Cic. pro Cecina, 67.

Magnus animo, maior imperio sui. Plinius libro 35. capite 10. 21.

Stabili & firmo & magno animo uir. Cic. 3. de Finib. 44.

Bello maior. Virg. 1. Aeneid. 110.

Maximus ille armis, maximus ille toga. Ouid. ad Liu. 3.

Vir maximus factis. Ouid. 14. Metam. 22.

Magis maior. Vide Magis.

Multo maximus. Vide Multus.

Principum maximus. Horat. 4. Carm. ode 14. 2.

Magnorum maximè regum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27.

Inter omnes maximus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 12.

Maior, ad annos relatum, pro longiori æuo. Terent. Eunuch 4. 3. 21. Verùm ea si uiuit, annos nata est sedecim:

Non maior. Mart. lib. 9. 31,

——— maior erat mensibus illa tribus.

Magno natu. Liu. 3. ab Vrbe, 306, Consurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Ibidem, lib. 2. 35.

Maior natu. Cic. 1. Tuscul. 6, Anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plaut. & Næuius.

Audiui ex maioribus natu hoc idem fuisse. Cic. 1. Offic. 154.

Maior est natu, consulemus. Liu. 1. ab Vrbe, 143.

*Maximus natu ex ijs.* Liu.1.*bell.*Pun.70.
*Natu maxima* Pyrgo.Virg.5.*Aeneid.*129.
*Magnum est quicquid queritat.* Plaut.*Merc.*17.17.
*Magnum facere, id est, magnum aliquid præstare.* Horat.1.*Serm.Satyr.*10.4.
*Narras magnum, nix credibile.* Horat.1.*Serm.Satyr.*9.11.
*Peccare magna.* Tacit.*lib.*11.
*Magnum est efficere ut quis intelligat quid sit illud uerum & simplex bonum.* Cic.1.*Acad.*10, Hoc est, *magni laboris, uel magnæ utilitatis.*
*Magnum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori.* Cic. de Amicitia, 61.
*Maius.* Plaut.*Trucul.*19.16,
Quanquam parum est. M. *ad omne maius istuc positum parum est.*
*Quod maius est.* Cic.de Amicitia, 28.
*Concipere maiora animo.* Ouid.15.*Metam.*1.
*Viribus maiora audere.* Virg.10.*Aeneid.*163.
*Maxima parte, & magna ex parte, pro ferè.* Plin.*epist.*256. *lib.*10.Cic.1.*Tusc.*1, *Aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c.*
*Magnam partem occupatus.* Cic.4.*Tusc.*15.
*Magno, absolutè positum, pro Magno precio.* Plin. *in Paneg.* 60, *Magno æstimabatur.* Idem *lib.*2.*epist.*6, *Magno constat.* Cic.5.*Verr.*59, *Qui ut ais, magno uendidisti.*
*Mercari aliquid magno.* Virg.2.*Aeneid.*21.
*Maximo precio.* Plin.*lib.*12.*cap.*12.1.
*Magni item absolutè, pro eodem.* Cic.*Cassio, lib.*15.15. 11, *Magni erunt mihi literæ tuæ.* Id est, *habebo eas in precio.*
*Magnum pro Valde.* Plaut. *Mostell.*7.57, Atq; *ille exclamat derepente maximum.* Idem *Milite*, 11.10, *Nam eo magnum clamat, tetigit calicem.*
*Maior morbus*, Qui & *comitialis dicitur.* Celsus *libro* 3. *capite* 23.1.
¶ *Maiores* (πρόγονοι) *intelligi possunt quicunq; aui, abaui, proaui, attaui, tritaui, & ante hos in infinitum.* Cic.*in Sal.* 3, *Ego meis maioribus uirtute mea præluxi: ut, si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ.* Cæsar 4.*bell.Gal.*4 86, *Quòd Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita, quicunq; bellum, &c.* Horatius 1.*Serm. Satyr.* 5.11, —*ab his maioribus orti*
Ad pugnam uenere. *Videtur* Horatius *intelligere eos maiores nostros uocari, non quicunq; ætate nos anteceſſerunt, ſed tantùm, qui in honore aliquo & dignitate fuerunt. Nam & hoc loco manifesta ironia est: & infrà paulo Satyra,* 6.2. *apertius indicat quum inquit, quosdam etiam nullis maioribus ortos esse: id est, obscuro genere natos, & nouos homines.*
*Optimus maximus, non solùm de Deo dicitur, ſed de fundo, agro, domo, & alijs.* Celsus *in l. quum uenderes. ff. de contrahenda emptione*, Quum *uenderes fundum, non dixisti, ut optimus maximusq; est: uerum est quod Quinto Mutio placebat, non liberum, ſed qualis esset fundum præstari oportere.* Paulus *de legatis* 3. *l. si mihi*, Vti *optimi maximiq; sunt.*
*Maximus Pontifex dicebatur, quòd maximus rerum quæ ad ſacra, & religiones pertinent, iudex sit, uindexq; contumaciæ priuatorum, magistratuumq;. Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium uenit. Item minimus qui nouissimus.* Festus.
*Maximæ dignationis Flamen dialis est inter quindecim Flamines: & quum ceteri discrimina maiestatis ſuæ habeant, minimi habetur Pomonalis, quòd Pomona leuissimo fructu agrorum præsidet, id est, pomis.* Festus.
*Maiores Flamines appellabantur patritij generis: Minores plebei.* Festus.
*Maximus curio, Cuius authoritate curiæ, omnesq; curiones reguntur.* Festus.
*Maximi annales appellabantur non magnitudine, ſed quòd eos Pontifex maximus conſecrasset.* Festus.
*Maiorem consulem* L. *Cæsar putabat dici, uel eum penes quem Fasces sunt, uel eum qui prior creatus sit. Prætorem autem maiorem, urbanum: Minores, cæteros. Maximum Prætorem dici putant alij eum qui maximi imperij sit: alij qui ætatis maximæ pro collegio: qui augurum decretum est, quòd in salutis augurio Prætores maiores & minores appellantur, nõ ad ætatem, ſed ad uim imperij pertinere.* Festus.
*Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sidera erratia expletis proprijs curſibus ſibimet concordant.* Cic. 2.*de Nat.deorum*, 74.
*Maximam hostiam ouili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore.* Festus.
*Magnum ſocerum appellat uir uxoris ſuæ auum. Magnam ſocrum uir uxoris ſuæ auiam appellat.* Festus.
*Maior ſocer, Vxoris meæ proauus. Maior ſocrus, Vxoris meæ proauia.* Festus.
*Maior patruus, Aui & auiæ patruus. Maior amita, Aui & auiæ amita.* Festus.
*Maior auunculus, Aui & auiæ auunculus.* Festus.
*Maior magiſtratus Conſul dicitur.* Festus.
¶ *Maiuſculus, pen.corr. Diminutiuum, Tam ad corpus, quàm ad ætatem refertur.* Plin.*lib.*26.*cap.*6.2, *Folia sunt maiuſcula, quàm ederæ. De tuſsilagine ſeu bechio herba.* Terent.*Eunucho*, 3.3.21, *Thais, ego quàm ſum, maiuſcula est.* Cic. *De labellæ, libro* 9. 10. 5, *In aliqua maiuſcula cura negocioũ uersari.*
¶ *Magnanimus, penult. corrept. Adiectiuum* (μεγαλόψυχος, σύψυχος, μεγαλήτωρ) Quimagno animo est. Cicero 4. *Tuſcul.* 99, *Conſtantem enim uolumus quendam ſedatum, grauem humana omnia prementem, illum esse quem magnanimum & fortem uirum dicimus. Talis autem nec mœrens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens esse quiſquam potest.* Idem 1.*Officior.*91. *Itaque uiros fortes & magnanimos, eoſdem bonos & ſimplices, ueritatis amicos, minimeq; fallaces esse uolumus.*
*Achilles magnanimus.* Vide Achilles.
*Duces magnanimi.* Virg. 4. *Georg.*1.
*Equi magnanimi.* Virg.3.*Aeneid.*141.
*Gentes magnanimæ.* Virg.10.*Aeneid.*28.
*Heroes magnanimi.* Virgilius 4.*Georg.*96. Ouidius 12. *Metamorph.*46.
*Leo magnanimus.* Ouid.3.*Triſt.eleg.*5.7.
¶ *Magnanimitas, pen.corr.* (σύψυχία, μεγαλοψυχία) *Sublimitas, & præstantia animi.* Cicero 1.*Offic.*213, *Nam quum omnis honestas manet à partibus quatuor, quarum una ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c.*
¶ *Magnificus, penult.corr. Adiectiuum* (μεγαλοπρεπὴς, μεγαλεῖος, μεγαλήγορος) Qui *in magnis pro dignitate ſumptus facit, quiq; circa publicam magnificentiam impensas facit honorificas, ueluti in ludis, in rebus dijs ſacrificatis, in ædificijs, in epulo publico: non autem qui in ſeipſum ſumptuosus est.* Terent.*Heaut.*2.1.15, *Mea est potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.* Liu.1.*ab Vrbe*, 43, *Inde exercitu uictore reducto, ipſe cum factis uir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, &c.*
*Aedes magnifica.* Ouid.6.*Fast.*128.

Magnificus

*Magnificus apparatus*, Hoc est, *sumptuosus & lautus*. Cicero 1. Offic. 38.

*Magnifica & præclara eius defensio ostenditur*. Cicero 7. Verr. 1.

*Magnifica domus*. Plin. lib. 17. cap. 1. 2.

*Splendor magnificus*. Lucret. lib. 4. 207.

*Succus magnificus in usu, medicamentis*. Plinius libro 19. capite 3. 2.

*Triumphi magnifici*. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 7.

*Magnifica uerba*. Terent. Eunuch. 4. 6. 3.

*Vsq; adeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica uerba*. Id est, iactantiæ & ostentationis plena.

*Vrbes magnificæ*. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 5.

*Magnificum abundè est uoluisse*. Plin. in Præf. 11.

*Dicere aliquid magnificum*. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 2.

*Magnificus*, Nonnunquam in malam partem sumitur. Vnde illud Cornelij Nepotis de Attico in eius uita: *Quòd splendidus fuerit, non magnificus*.

*Magnificissima dicebant antiqui pro magnificentissima*. Re enim uera magnificens dici non potest, unde magnificentissima uidetur deduci. Festus.

*Magnificentior & magnificentissimus*. Cicero 2. de Fin. 179, *Ad altiora quædam & magnificentiora mihi crede Tora quate nati sumus*.

*Magnificentissimum Senatusconsultum, hoc est, amplissimum & nobilissimum*. Cic. 1. de Diuin. 106.

*Magnificentissima ædilitas*. Cic. 6. Verr. 5.

¶ *Magnificentia, magnificentiæ* (μεγαλοπρέπεια, μεγαλότης, μεγαλουργία) Est, *inquit* Cic. 2. de Inuentione, 242, *rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio atq; administratio*. Terent. Phorm. 5. 8. 37,

*I hinc in malam rem cum istac magnificentia,*
*Fugitiue*. Cic. pro L. Muræna, 37, *Noli ludorum huius elegantiam, & scenæ magnificentiam ualde contemnere*.

*Adhibere magnificentiam*. Vide Adhibeo.

*Astruere aliquid magnificentiæ*. Vide Astruo.

*Magnificentia uerborum, hoc est, apparatus*. Cic. de Amic. 20. Idem 4. de Finib. 98, *Nec hoc ille non uidit, sed uerborum magnificentia est & gloria delectatus*.

¶ *Magnificè*, penultima correpta, Aduerbium (μεγαλοπρεπῶς, μεγαλείως, μεγαλωστί) *Lautè, honorificè*. Terent. Heaut. 3. 2. 45,

*Et ne ego te (si usus ueniat) magnificè, Chreme*
*Tractare possim*.

*Magnificè aliquem accipere*, Honorificè. Plaut. Pseud. 4. 33.

*Magnificè compellare aliquem*. Plaut. Pseud. 11. 11.

*Magnificè dicere, Laudabiliter, cum excellentia quadam*. Terent. Adelph. 2. 3. 4.

*Magnificè se efferre, Multum, mirum in modum*. Terent. Heaut. 4. 3. 31.

*Magnificè incedere*. Liu. 2. ab Vrbe, 27.

*Magnificè ire aduorsum*. Plaut. Casina, 17. 4.

*Magnificè loqui*. Brutus ad Ciceronem, 16. 3.

*Magnificè magna loqui*. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 3.

*Magnificè animoséq; uiuere*. Cic. 1. Offic. 131.

*Magnificè utilis*. Plin. lib. 23. cap. 7. 6.

*Magnificius*, Cato pro *magnificentius dixisset non frustra: nam positiuus eius magnificè est*. Festus.

¶ *Magnifico, magnificas*, penult. corr. (μεγαλυγορέω, μεγαλεύω) *magnificare*, Extollere, Exaltare. Plin. lib. 17. capite 9. 2, M. Varro *principatum dat turdorum fimo ex auiariis. Quod etiam pabulo boum suum q; magnificat: neq; alio cibo celerius pinguescere assueuerat*. Plaut. Menæch. 9. 14, *Te unum ex omnibus Venus uoluit me magnificare*.

¶ *Magniloquus*, penul. correp. (μεγαλορρήμων, τερατικὸς) *Qui magna loquitur*. Mart. lib. 2. 43,

*Candide κεῖνα φίλων hæc sunt tua Candide παῦτα*
*Quæ tu magniloquus nocte diéq; sonas*.

*Homerus magniloquus*. Stat. 5. Syl. 3. 12.

*Flatus magniloqui*. Stat. 3. Theb. 39.

*Ore magniloquo tumidus*. Ouid. 8 Metam. 80.

¶ *Magniloquentia, magniloquentiæ* (μεγαλορρημοσύνη) Cic. in Orator. 111, *Quod ille dactylus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior*.

*Homeri magniloquentiæ*. Cic. Cæsari, lib. 12. 16. 5.

¶ *Magnipendo, magnipendis* (πολλοῦ ποιοῦμαι) *magni pendere, In magna æstimatione habere*. Plautus Pseud. 4. 85, *Sed, scio, tu haud oleum magnipendis, uino te deuincis*. Terent. Adelph. 5. 4. 25, *Ego quoq; à meis me amari, & magnipendi postulo*.

¶ *Magnitas*, penult. correp. (μεγαλότης) pro Magnitudine apud antiquos, Accius Vacces, *Nanque sat frugi, neque dici potest pro magnitudine*.

¶ *Maximitas*, pen. corr. *maximitatis*, f. g. (μεγιστότης) Magnitudo. Lucret. lib. 2. 101,

*Ne quædam cogas immani maximitate*
*Esse supra, quod iam docui non posse probari*.

¶ *Magnitudo*, penult. prod. Amplitudo (μέγεθος, ὄγκος, μεγαλεῖον) *sublimitas*.

*Magnitudo solis*. Cic. 4. Acad. 228.

*Ampla magnitudo*. Vide Amplus.

*Inhabilis magnitudinis nauis*. Vide Inhabilis.

*Inaudita magnitudo*. Vide Inaudio.

*Iusta magnitudo*. Vide Iustus.

*Capere magnitudinem*. Vide Capio.

*Cogere in magnitudinem*. Vide Cogo.

*Complere magnitudinem alicuius rei*. Plinius libro 1. 6. capite 7. 1.

*Excedere in nimiam magnitudinem*. Cels. lib. 2. cap. 21.

*Implere magnitudinem suam anno*. Vide Impleo.

*Magnitudo æris alieni*. Cic. pro Rosc. Amer. 23.

*Magnitudo periculi, pro grauitate*. Cic. pro Quintio, 3.

*Magnitudo animi, pro Excellentia, & præstantia*. Cic. 4. de Finibus, 32.

*Magnitudo Pompeij*. Plin. lib. 18. cap. 6. 4.

*Adhibere magnitudinem animi*. Vide Adhibeo.

*Conspicuus magnitudine*. Vide Conspicio.

¶ *Magnopere*, penult. corr. Aduerbium (λίαν, μεγάλως) *Valde, Vehementer*. Terent. Heaut. 4. 1. 13,

*Meministine me esse grauidam, & mihi te magnopere*
*Interminatum, Si puellam parerem, nolle tollis*

*Magnopere errare*. Lucret. lib. 3. 22. Idem lib. 2. 36,

——*sed in omnibus rebus*
*Magnopere, à uera lapsi ratione uidentur*.

*Magno opere, separatim etiam aliquando legas*. Plaut. Casin. 9. 6. Terent. Eunuch. 3. 26, —*Thais maximo*
*Te orabat opere, ut cras redires*.

*Magnopere censeo tibi Romam properandum*. Hoc est, operæ pretium esse. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. 7.

*Nemo magnopere emicabat*. Liu. 1. ab Vrbe, 69.

*Magnopere prouidendum*. Cic. pro Fonteio, 20.

*Magnopere facere*. Cic. 7. Verr. 84.

*Non magnopere laboro, Quod uulgus barbarorum dicit, Nō multum curo*. Cic. pro Rosc. Comœdo, 25.

*Non magnopere miror*. Cic. 4. Academ. 115. Et lib. 1. 12, *Nihil enim magnopere meorum miror*.

*Non magnopere quærere*. Cic. 6. Verr. 1.



Digitized by Google

Nihil dicendum magnopere uidetur. Cicero pro Roſcio Amerino,74.

Non magnopere uiſus phœnix in toto orbe. Plinius libro 10. capite 2.1.

¶ Maximopere,pen. corr. (σφοδρότατα) Superlatiui gradus aduerbium,Idem quod Vehementiſſimè. Cicer. Appio Pulchro,lib.3.2.3, A te maximopere pro noſtra ſumma coniunctione,tuáq; ſingulari humanitate etiã atq; etiam quæſo & peto,ut quibuſcunq;,&c.

Magnus portus] μέγας λιμήν,apud Ptolemæum libro 2.cap.3,Britanniæ locus.Vulgò Portiſmont,uel portus Hamonis,ubi ciuitas Sonthampton.

Mago] μάγων,Magones plures fuerunt, ſed maxime clarus fuit ille,qui cum CXX.nauibus bello Tarentino auxilio uenit Romanis,ut Liuius & Trogus referunt.

Mago] Authoris nomen,cuius meminit Plinius libro 17. capite 10.5.& libro 18. capite 3, Mago alter fuit Annibalis frater, qui cauſa uictoriæ apud Trebiam fuit, ſed apud Locros à Manlio clauſus,ab Annibale liberatus eſt. Liuius libro 30.ſcribit Magonem Annibalis fratrem in agro Inſubrium uulneratum, cum in Africam per legatos reuocatus nauigaret,apud Corſicam obiiſſe.Mago alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hiſpania,Romamq; per Lælium mittitur. Mago item quidam fuit Afer,qui de re Ruſtica ſcripſit, de quo Columella libro 1.capite 1,ſic ait: Veruntamen Carthaginenſem Magonem ruſticationis parentem ueneremur. Nam huius octo & uiginti memorabilia illa uolumina ex Senatuſconſulto in Latinum ſermonem conuerſa ſunt. Huic Magonis meminit & Seruius quem Virgilium in Georgicis ſcribit imitatum.Meminit & huius Varro 1.de re Ruſtic. capite 1. Mago denique oppidum eſt in minoribus Balearibus, ut ſcribit Pomponius in fine libri 2.

Magudaris] ſiue magydaris,pen.corr. (μαγύδαρις) Priſcianus lib. 7.cap.de accuſatiuo,Magudaris, inquit,ſignificat frugis,id eſt, cauli genus, qui naſcitur ex ea parte cuius radix ſiluij auellitur.uel,ut alij uolunt, ſiliginem. Hactenus Priſcianus.Hanc,caulam laſerpitij quidam exiſtimãt.Plaut. Rud,16.19,Seu tibi confidis ſore multam magudarim. Colum.lib.6.cap.17.6.

Magus] magi,m.g.(μάγος) Dictio Perſica, qua apud eos ſapiens ſignificatur.eos enim Perſæ magos uocãt,quos Græci philoſophos, Latini ſapientes,Galli druydas, Aegyptij prophetas,ſiue ſacerdotes.Cic.2.de Leg.42, Patrum delubra eſſe in urbibus cenſeo:nec ſequor magos Perſarum,quibus authoribus Xerxes inflammaſſe templa Græciæ dicitur.Idem 1.de Diuin.149.

Magus,ex officio incantator dici poteſt.

Artes magorum.Ouid.7.Metam.39.

Portenta magorum.Cic.1.de Nat.deor.61.

Sapientum & doctorum genus magorum habebatur in Perſis. Cicero 1.de Diuinatione, 84. Horatius 1. Carmin. ode 27.5.

¶ Magia,pen.prod.(μαγεία)quia per ei diphthongum ſcribitur,duplex eſt. Altera infamis, ac immundorum ſpirituum commercijs inauſpicata. Altera non ferè aliud eſt,quàm naturalis philoſophiæ apex.Priorem illam Græci Goetiã uocant,incantationibus & carminibus nefariæ curioſitatis arte compoſitis concinnatam, cuius ſtudioſos uulgò damnabiles & maleficos appellant.De qua concinnantur libri,quos improbatæ lectionis appellat Iureconſultus Vlpianus, protinusq; eſſe corrumpendos ſtatuit. Quæ uerò propriè magia nuncupatur,perfecta creditur & ſumma ſcientiæ potentias:quando Perſarum lingua eſt magus nõ ferè alius,quàm diuinorum interpres & cultor. Goetiam omnium placita legum exterminant,execranturq;.Magiam feſto plauſu ſapientiſſimus quiſq; excipit,ueneratur & colit,ut quæ altior ſit ſanctiorq; philoſophia. Vide multo plura apud Celium, lib.9.cap.23.

¶ Magice, magices, penultima correpta (μαγική) Ars ipſa incantandi, quam quidam magiam uocant. Plinius libro 30. capite 1.8, Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.

¶ Magicus,pen.corr.Adiectiuum (μαγικός)Quod ad magum uel etiam magicen pertinet:ut,Magica ars.Plinius,libro 11. capite 37.17.

Artes magicæ.Virg.4.Aen.99.

De magica arte,Vide Plinium lib.30.cap.1.& 2.

Auxilia magica.Tib.lib.1.eleg.8.5.

Magicum carmen.Cic.1.de Orat.127.

Linguæ magicæ potentia.Ouid.7.Metam.66.

Os magicum.Ouid.14.Metam.12.

Magica portenta.Plin.lib.25.cap.3.6.

Ritu magico luſtrari.Ouid.10.Metam.80.

Sacra magica.Virg.8.eclog.13.

Soni magici.Ouid.2.de Arte,21.

Terrores.Horat.2.epiſt.2.42.

Magydaris] Vide Magudaris.

Maia] μαῖα,Atlantis filia, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit.Significat & obſtetricem, ut author eſt Suidas in Socratis uita.Eſt & dea, Fauni filia, cui in mellario naſe non mel,ſed uinum ſacrificabant.

Almæ filius Maiæ,Mercurius.Hor.1.Carm.ode 2.9.

Genitus Maia,Mercurius.Virg.1.Aen.61.

Natus Maia,Mercurius.Hor.2.Serm.Satyr.6.1.

Maia,pro ſtella una ex Pleiadibus.Virg.1.Georg.54.

Maiales] penultima producta (μαῖαι) Porci caſtrati dicti ſunt antiquis.Varro 2.de re Ruſtic.capite 4.19, Caſtrantur uerres commodiſſimè anniculi, utique ne minores quàm ſemeſtres: quo facto nomen mutant, atq; è uerribus dicuntur maiales.

Maieſtas] maieſtatis,f.g.(μεγαλειότης) A magnitudine dicta eſt,authore Feſto.Eſt autem decus, amplitudo & dignitas uel populi,uel Senatus, uel magiſtratus, uel principis, aut imperatoris, aut priuati cuiuſdam magni uiri:aut alterius etiam inanimatæ rei.Horatius 2. epiſtol. 1. 52. ad Auguſtum,

——ſed neq; paruum Carmen maieſtas recipit tua.

Maieſtas,populi dicebatur: Authoritas autem,Senatus. Populus enim ſciſcere ſolebat & iubere:Senatus cenſere, & author eſſe.Cic.3.Philipp.132,Tantus autem eſt conſenſus municipiorum, coloniarumq; prouinciæ Galliæ,ut omnes ad authoritatem huius ordinis, maieſtatemq; Populi Rom.defendendam conſpirâſſe uideantur.Quint.lib.7.cap. 4. Legitur & Maieſtas Senatus:ut apud Plinium epiſt.159.

Actio maieſtatis.Quint.lib.5.cap.10.28.

Imperij maieſtas.Hor.4.Carm.ode 15.3.

Acris maieſtas.Claud.5.Panegyr.25.

Rectoris maieſtas.Silius lib.15.82.

Regia maieſtas.Claud.de nuptijs Honorij,40.

Sancta maieſtas.Ouid.3.de Arte,82.

Verenda maieſtas.Ouid.4.Metam.8.

Accerſere maieſtatis.Vide Accerſo.

Conſeruare maieſtatem,Idem ſignificat quod Retinere maieſtatem.Cic.pro Rabirio perduellionis reo, 13, Fit Senatuſconſ. ut C. Marius, L. Valerius Conſules,adhiberent Trib.pleb. & Prætores,quos eis uideretur:operamq; darent, ut imperium Populi Roma.maieſtasq; cõſeruaretur. Idẽ pro Corn. Balbo,

Balbo, 28. de Gaditanorum fœdere loquens, Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: Maiestatem populi Rom. comiter conseruent, &c. Hoc est, obsequium, obseruantiamq; liberis non indignam nec indecoram imperio Romano, populoq; benigne exhibeant: & ut comiter obsequiosum se ille populus Populo Rom. præbeat: curetq; ut imperium semper penes Romanos sit. Ex Budæo.

Constituere maiestatem. Significat lapsam aut labentem confirmare dignitatis venerationem, atque amplitudinis existimationem, ut in illo loco concionis Saluſtianæ, Maiores nostri parandi iuris, & maiestatis constituendæ gratia, per secessionem armati bis 5. Auentinum montem occupauere. Budæus.

Damnatus maiestatis. Vide Damno.

Imminuere maiestatem, uel minuere. Cic. 2. de Oratore, 89. Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus Populi Romani tradidit. Ibidem, 59. Mihi ipsi cum Sulpitio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleraq; enim de ijs, quæ ab isto obijciebantur, quum confiterer, tamen ab illo maiestatem imminutam negabã. Quod Cicero minuere maiestatem uocat, etas sequens ledere appellauit. Ex Budæo.

Ledere maiestatem. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 16, Notauit & quendam, quòd comes regis in prouincia fuisset: referens maiorum temporibus Rabirio Posthumo Ptolemæũ Alexandriam crediti seruandi causa secuto, crimen maiestatis apud iudices motum. Ex quibus uerbis apparet, maiestatem Populi Rom. læsam maiores ob id existimasse, quòd ciuis Rom. assectam se regi & comitem præbere non dubitasset contra morem maiorum, ut creditam pecuniam reciperet. Budæus.

Læsæ maiestatis reus. Vide Lædo.

Soluere maiestatem. Liu. lib. 2. belli Punici, Horũ opportunus aduentus Consules imperij potentes fecit, quum ambitio alterius suam primam apud eos prava indulgentia maiestatem soluisset. Budæus.

Retinere maiestatem, id est, quod nũc uulgus Seruare authoritatem uocat. Cic. in Orat. 55, Ius omne retinendæ maiestatis Rabirij causa cõtinebatur. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Budæus.

Venerari maiestatem naturæ deorum. Quintilianus libro 3. capite 7. 5.

Maiestas diuinæ solertiæ. Cic. 4. Acad. 216.

Maiestas nominis: hoc est, magnitudo & dignitas. Martialis libro 8. 1.

Maiestas alicuius loci: hoc est, præstantia & excellentia. Liu. 1. ab Vrbe, 230.

Maiestas in oratione, Hoc est, grauitas. Cic. de Amic. 78.

Afferre orationi maiestatem aliquam. Quintilianus libro 1. capite 6. 25.

Maiores] Vide Magnus.

Maius] μαῖος, μεταγειτνιών, mensis à maioribus dictus est, quia (inquit Macrobius Saturnal. libro 1. capite 12) maioribus consecratus erat, quorum consilio Respub. gerebatur. Ouid. 5. Fast. 15,

Hinc sua maiores tribuere uocabula Maio. Sunt qui Maium à maiestate dea denominatum uelint, quòd flamen Vulcanalis Calendis Maijs huic deæ rem diuinam facit. Alij à Maia Mercurij matre, propterea hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificare soliti erant.

Mensis Maius. Cic. 2. Philip. 100.

Mala] malæ, fœm. gen. (μᾶλον, παρειὰ, σιαγὼν) Faciei pars est, dicta quod rotunda, mali speciem præ se ferat. Plinius libro 11. capite 37. 31, Infra oculos malæ, homini tantùm, quas prisci genas uocabant, x 11. Tabularum interdicto radi à fœminis eas uetantes. Pudoris hæc sedes: ibi maximè ostenditur rubor. Cicer. malem à maxillis per contractionem siue decurtationem dici ait, in Oratore, 86. Plautus Merc. 12. 55, Subnigris oculis, oblongis malis, pansum aliquantulum.

Pars utraq; malarum. Lucret. lib. 1. 18.

Audaces malæ. Virg. 7. Aen. 23.

Dissutæ malæ. Persius Satyr. 3. 6.

Horribilis mala leonis. Hor. 2. Carm. ode 19. 5.

Crepitant duro sub uulnere malæ. Virg. 5. Aen. 88.

Flaueſcere malæ dicuntur, quum primùm barbæ lanugo crescere occipit. Ouid. 6. Metam. 144.

Absumere mensas ambesas malis. Virg. 3. Aen. 52.

Mandare malis. Cic. 3. de Orat. 120.

Signarat teneras dubia lanugine malas. Ouidius 13. Metamorphos. 162.

Luuentas molli ueſtit lanugine malas. Lucret. lib. 5. 178.

Malabathrum] Vide Malobathrum.

Malaca] Beticæ Hispaniæ oppidum, ut scribit Pompon. lib. 2. Nomen retinet, teste Oliuario.

Malachra] quam alio nomine Maldacon uocant, arbor est in Bactriana regione, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici gummi genus exudans, quod Bdellium uocant. Plin. lib. 12. cap. 9.

Malache] malaches, pen. corr. fœ. ge. (μαλάχη) Maluæ species. Plin. lib. 20. cap. 21. 1.

Malacia] Ciuitas quam Philoctetes, quum ob Paridis necem in morbum fœmineum incidisset, eoq; nomine erubesceret, deserta patria condidit, & ex re Malaciam dixit. Vide Cælium lib. 6. cap. 1.

Malacion] μαλάκιον, Genus quoddam ornamenti muliebris, Polluci libro 7. cap. 3. Idem quoq; lib. 5. cap. 16, inter colli ornamenta numerat. Huius meminit Næuius poeta apud Nonium Marcellum.

Malacus] pen. corr. Adiect. (μαλακὸς) Mollis. Plaut. Bacch. 5. 120, Hîc nostra agetur ætas in malacum modum. Id est, molliter. Idem Trucul. 11. 48, Mœchum malacum amas. Sic Milite, 10. 93,

Eme mi uir linam, unde tibi pallium
Malacum, & calidum, conficiantur tunicæ mihi hybernæ bonæ, Ne algeam hac hyeme.

¶ Malacia, malaciæ (μαλακία) Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt & languent, neq; ulla aura commouentur. Cæsar 3. bel. Gall. 411, Ac conuersi in eam partẽ nauibus, quò uentus ferebat, tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit, ut se loco mouere non possent.

Malacia, est in grauidis ille languor & mollities dissoluit, & cuncta fastidientis stomachi. Plinius libro 23. capite 6. 5, Malicorium expetitur grauidarum malaciæ, quoniam gustatu moueat infantem. Sic, libro 28. capite 7. 2. Malacia stomachi.

¶ Malacisso, malacissas (μαλακίζω) malacissare, Mollire, subigere. Plaut. Bacchid. 1. 31,

ab, nimium ferus es. P. mihi sum. B. malacissandus es.

¶ Malasso, malassas, Mollio, subigo maturo, commalasso, quod est mitigo, maturefacio. Varr. In dolore adiaphoron esse, quod philosophia commalassaret eam partem quæ concuti cupiditatibus solet.

Malacostracon] μαλακόστρακον, Græci uocant quod mollem habet testam: unde Malacostracos pisces uocamus, qui testam quidem habent, sed tamen molliorem, ut in cancrorum genere est reuidere.

Mala-

Malagma] *malagmatis, pen. corr. n. g.* (μάλαγμα) Fomentum, *ad rem duram emolliendam superpositum: Malagmata enim contusa, & super cutem imposita, abundè mollificant, à* μαλάσσω, *mollio, his molliuntur apostemata, & matura fiunt. Colum. lib. 7. Cuminum conteritur, eiq; adijcitur exiguum picis liquidæ & axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. Plin. lib. 22. cap. 24. 10, Non fecit terata, malagmata, emplastra, &c.*

Expeditum malagma. *Celsus lib. 5. cap. 14.*

Malasso] *Vide* Malacus.

Malce] *malces. Cælius libro 25. capite 5, In frigoris autem ratione sciendum, in lingua conceptum frigus, sed & in pedibus quandoque & manibus, nuncupari malcen. quanquã eo nomine intelligere Demetrius maluerit, ex frigoris ui solutionem inortam. Malcion certè dici nouimus debile ac frigidum: unde in historia legimus haustum ab Mithridate pharmacum imbecille, ac malcion, quod serius uim ostendit. Sunt qui malcen, pro narce accipiant, id est, torpedine. Omnino est malce, mollities ex rigore, ac motus difficultas.*

Malchus] μάλχος, *Historicus, scripsit historiam à Constantino usq; ad Athanasium. Suidas.*

Malè] *Aduerbium. Vide* Malus, *Adiectiuum.*

Malea] *penultima interdum breui, interdum producta* (μάλεια καὶ μάλεα) Promontorium est Laconicæ prouinciæ, *quod, teste Seruio, per quinquaginta milliaria in mare protenditur, ubi unda adeò sæua est, ut persequi nauigantes appareat. Virg. 5. Aen. 39,*

Ionioq; mari, maleæq; sequacibus undis. *Id est, persecutricibus. Lucan. lib. 6. 12,*

Et ratibus longè flexus donare Maleæ. *Nomen à Maleo Argiuorum rege inditum est: & loci periculo locus adagio datus, Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere: quo in omni præsente periculo significando utimur. Plutarchus certè in uita Arati Maleam uentris æstibusq; atrocem esse testis est.*

Curua Malea. *Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 5.*

Raucæ circumtonat ira Maleæ. *Stat. 7. Theb. 4.*

Sæua Malea. *Propert. lib. 3. eleg. 19. 2.*

Spumantis Maleæ formidatum caput. *Stat. 2. Theb. 7.*

Nautæ etiam hodie uocant Capo Melio.

Maledico, Maledictum, Malefacio] *Vide* Malus, *Adiectiuum.*

Maleuentum] Campani urbs, *quam nunc, teste Perotto, boni ominis causa* Beneuentum *dicimus. Vide Plinium libro 3. capite 10.*

Maleuolentia] *Vide* Malus, *Adiectiuum.*

Maleus] *ut refert Plin. lib. 2. cap. 73, in Indiæ gente Oretum mons est, iuxta quem umbræ æstate in Austrum, hyeme in Septentrionem iaciuntur.*

Maliaca] *penult. corr.* (μαλίακα) Hispaniæ Tarraconensis urbs, *Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vulgò Malgrado.*

Malicorium] *malicorij* (σίδιον) *Putamen mali granati, inquit Hermolaus. Plin. lib. 24. cap. 11. 6, Cuius aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Idem lib. 23. cap. 6. 7, Vulgus coria maximè perficere illo nouit, ob id malicorium appellant medici. De malo Punico.*

Maliea] Vrbs Thessaliæ: *à qua populi Malieei, & mare uicinum Maliacum. Vide Strab. lib. 13.*

Malignò, Malignus] *Vide* Malus, *Adiectiuum.*

Malimnus, *Siciliæ mons Theocrito dictus quòd malis, hoc est, pomis sit refertus.*

Malitia] *Vide* Malus. *Adiectiuum.*

Malleus] *mallei, masc. gen.* (σφῦρα ῥαιστής) Fabrile instrumentum *dictum quod res duras mollit, quasi molliens. Plautus Menæch. 9. 46,*

——quam tu nunc mihi nauem narras? Men. ligneam,
Sæpe tritã, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. Varr. de re Rustic. lib. 1. cap. 22, Corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli.

¶ Malleolus, pen. corr. Diminut. (μόσχευμα) *teste Colum. lib. 3. cap. 6. dicitur nouus palmes uitis innatus prioris anni flagello, sic dictus ab ipsius mallei similitudine: quòd in ea parte quæ deciditur ex ueteresarmento, prominus, utrinque malleoli speciem præbet, & plantationi apta est. Vel quod (ut Plin. ait lib. 17. cap. 21) solebat capistrum utrinq; à duro suculus seri. Cic. de Senect. 48, Malleoli plantæ, sarmenta, uites, traduces, propagines, nónne ita afficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent? Idem pro Milone, 48, Domus in cliuo Capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum.*

¶ Malleolus, *Genus sagittæ, ut opinor capitatæ, unde ei nomen, in cuius capite includebatur ignis, qui turres ligneas urbem oppugnantes incenderet. Veg. lib. 4. cap. 18, Quod si oppidani exire non audeant, maiores ballistas, malleolos, uel phalaricas cum incendio destinant: ut perruptis corijs, uel centonibus, intrinsecus flamma condatur. Malleoli uelut sagittæ sunt, & ubi adhæserint, quia ardentes sunt, uniuersa conflagrant.*

¶ Malleolaris, *& hoc malleolare, pen. prod.* (μοσχευματικὸς) A Malleolus *fit. Columella de Arboribus, cap. 3. 3, Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse conuenit.*

¶ Malleator, *pen. prod. huius malleatoris* (σφυρωτὴς) Mart. *lib. 12. 53,*

Illinc paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fiusse uerberat saxum.

¶ Malleatus, *pen. prod. Adiectiuum* (σφυρωτὸς) Quod malleo factum est. Vlpianus in l. liberorum appellatione. ff. de leg. tertio, Sed perscripti libri nondum malleati, uel ornati continebũtur. Colum. lib. 12. cap. 19. 3, Isq; qui præerit huic decoquendo, cola iuncea uel spartea, ex crudo, id est, non malleato sparto præparata habeat.

Mallophoros] μαλλοφόρος, *Cereris est cognomentum in Megaride, quod ab ijs uidetur impositum, qui mortalium primi oues conuulsire cœperint. Siquidem lanam dicunt Græci* μαλλὸν, *ex quo & Idam* μαλλωτὶν *uocarunt, uelut* πολυπρόβατον, *id est, ouibus abundantem. Author Cæl. lib. 25. cap. 1.*

Mallos] μάλλος, Vrbs Ciliciæ. *Stephanus. Lucan. lib. 3. 46, Mallos, & extremæ resonant naualibus Aegæ. Hodie uulgò Malo.*

Mallus] μάλλος, *Mons est in ea parte Indiæ, quæ est intra Gangem, à quo uicini populi Malli appellantur. Author Plin. lib. 6. cap. 17.*

Malluuium] *malluuij, neut. gen.* (χειρόνιπτρον) Vas in quo lauantur manus. *Vide Baysium.*

Malo] *mauis, mauult* (προαιρέομαι) Pluraliter, *malumus, pen. cor. maultis, malunt. Præterito imperfecto, malebam, &c. Præterito perfecto, malui, &c. Præterito plusquamperfecto, malueram, &c. Futuro, malem, males, males, &c. Quintilian. lib. 1, Qui Græcam figura sequi malet. Cicer. 5. Verr. 57, Quid ergo? in singulos H. S. quinquagenis millibus damnari mauultis?*

Imperatiuo caret.

Optatiuo, *mallem, &c. Præterito perfecto, & plus quàm perfecto, maluissem. Futuro, malim.*

Coniunctiuo, *malim. Præterito imperfecto, mallem. Præterito perfecto,*

perfecto, maluerim. Præterito plus quàm perfecto, maluissem. Futuro, maluero.

Infinitiuo, malle. Præterito perfecto, & plus quàm perfecto, maluisse. Cæteris caret.

Malo, significat magis uolo. Cic. in Orat. 86, Malle pro magis uelle.

Mauellem, mauolo, mauelim dixit Plaut. in Amph. 6. 14, Experiri istuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Idem Asin. 15. 8, Amari mauolo mi gnate me abs te. Et Aulul. 25. 1, Mortuum ego me mauelim letho malo.

Malobathrum] malobathri, pen. corr. (μαλοβάθρου) Arbor. Plin. lib. 13. cap. 26. 2, Dat & malobathron Syria arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta, fertiliore eiusdem Aegypto, laudatius tamen ex India uenit. Hor. 2. Carm. ode 7. 2,

——— coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos. Ex malobathrinis enim foliis antiqui unguentum siue oleum componebant ad tingendos siue etiam odore aspergendos mulierum capillos, atq; hoc ideo foliatum appellabant.

Maloion] μαλοῖον, A quibusdam appellata est herba, quam Dioscorides Lychnidem coronariam appellat.

Maltha] maltha, fœm. gener. Plinius libro 36. capite 24. 1, Maltha è calce fit recenti: gleba uino restinguitur: mox tunditur cum adipe suillo & ficu, duplici linamento: quæ res omnium tenacissima, & durissima lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur antè. Idem libro 2. capite 104, In Comagenes urbe Samosata stagnum est, emittens limum (malthan uocant) flagrantem. Quum quid attigit solidi, adhæret. Præterea tactus sequitur fugientes. Sic descendere muros oppugnante Lucullo: flagrabatq; miles armis suis. Aquis etiam accenditur: Terra tantum restingui docuere experimenta. Ex quibus uerbis apparet duplicem esse malthan: naturalem, & factitiam. Maltha etiam ueteribus dicebatur mollis, teste Nonio. Lucilius, Insanum, quem maltham & fœminam dici iubet. Sanè Malthacia Græcis, mollities dicitur Latinis: & Malthacus, mollis, effœminatus. Proinde malthan interpretantur ceram mollitiam, qua utuntur ad tabularum ferruminationem, aut quidpiam simile uim habens conglutinandi, ferruminandiq;.

¶ Maltho, malthas, malthaui, malthatum, malthare, Maltha ferruminare. Vide primum Plinij exemplum, paulo antè citatum.

Malua] Aphricæ, fluuius, Cæsariensem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teste Ptolemæo, lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 2. Malusnam appellat.

Malua] maluæ (μαλάχη) Herba quæ antiquis in delicijs acetariorum erat, quam quidam à molliendo dictam putant, quasi moluam, quod uentrem molliat. Vide Plinium lib. 20. cap. 21. Martialis,

Vtere lactucis, & mollibus utere maluis. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 6, A beta & malua deceptus sum.

Læues maluæ. Hor. 1. Carm. ode 31. 4.

Salubres maluæ graui corpori. Hor. Epod. 2. 12.

Virides maluæ. Ouid. 4. Fast. 140.

¶ Maluaceus, Adiect. (μαλαχώδες) Quod ad maluã pertinet, siue ad maluæ similitudinem factum. Plin. lib. 2. 1. cap. 4, Alia funditur è caule maluaceo.

¶ Maluaceus substantiuum. Scribit enim in capite De diminutiuis Priscianus, quædam esse diminutiua quæ genere discrepant à sua origine, ut beta, malua, hic betaceus, maluaceus: hoc est, paruula beta, paruula malua, ut interpretatur Turnebus. De hoc uide plura in dictione Betaceus suo loco.

Maluaticum uinum, & Maluasium, quod modò dicitur, ex Creta, sunt qui à ueteribus dici passum opinentur. Author Cæl. lib. 13. cap. 11. Vide Monobasites.

Malum] terræ, herba: cuius sunt genera quator, quæ recensentur à Plin. lib. 25. cap. 8. 15.

Malus] mali, f. g. (μηλέα) priore producta, Arbor. Tractum nomen à Græcis, qui malum μῆλον dicunt.

Malum, Mali fructus. Virg. 3. eclog. 13,
Malo me Galathea petit lasciua puella.

Fœlicis mali aurea imago. Ouid. epist. 19. 47.

Aurea mala. Virg. 3. eclog. 14.

Cana mala tenera lanugine. Virg. 2. eclog. 11.

Roscida mala. Virg. 8. eclog. 8.

Pelusiana mala. Vide Pelusium.

Redolentia mala in patulis canistris. Ouid. 8. Metam. 136.

Citreum. Martial. lib. 13. 37.

Punicum. Colum. lib. 5. cap. 10. 10.

Granatum. Plin. lib. 26. cap. 8. 7.

Orbiculatum. Plin. lib. 15. cap. 14. 4. Vide Orbis.

Persicum. Plin. lib. 15. cap. 14. 27, Sunt plura alia genera apud ipsum Plinium, & Columellam, lib. 5. cap. 10. 13. & Varronem de re Rust. lib. 1. cap. 59. 1.

¶ Malinus, Adiectiuum (μηλινὸς) Quod est ex malo arbore factum. Colum. lib. 7. cap. 8. 6, Est etiam non ingrati saporis muria perduratus, atq; ita malini ligni uel culmi fumo coloratus. De caseo. Aliqui legunt maligni.

Malus] mali, m. g. priore prod. (ἱστός) Arbor nauis. Lucret. lib. 2. 112, Antennas, proram, malos, tonsasq; natantes. Plautus Trinummo, 12. 18, Fregere malum, ruere antennas, scindere uela. Cic. de Senect. 16, Vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos scandant, alij per foros currant.

Vellifer malus. Valer. 1. Argon. 26. Lucan. lib. 1. 99.

Sanctus malus celeri Africo. Hor. 1. Carm. ode 14. 1.

Rigido pendentia lintea malo. Ouid. epist. 5. 11.

Erigere malum. Virg. 5. Aen. 98.

Malus] Adiectiuum, priore correpta (κακὸς, φαῦλος, πονηρὸς, δεινὸς) Quod est Bono contrarium.

Homo minimè malus Cesellius. Gell. lib. 3. cap. 16. Cicer. 3. Offic. 50, Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed non satis acuti.

Fortuna malorum leuior. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 15.

Pœnas exercere malorum, Castigare malos. Virgilius 6. Aeneidos, 109.

Mala ætas. Plaut. Aulul. 4. 4,
Atq; ut te dignam, mala malam ætatem exigas.

Ager malus. Virg. 2. Georg. 49.

Ambitio mala. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 16.

Carmina mala condere. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 17.

Consuetudo mala. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 8.

Contagia mala. Virg. 1. eclog. 10.

Dapes malæ. Hor. Epod. 3. 2.

De dolo malo iudicium. Vide Dolus.

Error malus. Virg. 8. eclog. 8.

Facinus malum. Plaut. Pseud. 11. 56.

Fama mala. Terent Phorm. 1. 3. 17.

Forma mala mulier, Illiberali, indecenti. Plautus Mercat. 7. 72.

Gaudia mala. Virg. 6. Aen. 56.

Homo malus. Plaut. Menæh. 14. 66.

Lingua mala. Virg. 7. eclog. 6.

Manus mala. Plaut. Amphit. 7. 47.

Merx mala. Plaut. Persa, 6. 59.

Opera mala. Plaut. Asin. 12. 144.

Pondus malum. Plaut. Amphit. 4. 158.

Pudor

Pudor malus. Horat. 1. epist. 17. 5.
Puella mala. Propert. lib. 4. eleg. 4. 4.
Re mala magna mactari. Vide Macto.
Scabies mala. Hor. de Arte, 92.
Tempora mala. Mart. lib. 12. 7,
Temporibusq; malis ausus es esse bonus.
Verba mala. Plaut. Trinum. 4. 24.
Versus malus. Cic. in Pisonem, 57.
Malum, substantiuè positum. Cic. ad Attic. libro 13. 28 2. 8, Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem: tibi enim placebit, quàm non fuit malum scribi.
Malum, Damnum, incommodum, detrimentum, labor: ut, Malum præsentarium. Plaut. Pœnul. 11. 48.
Assuetumq; malo Ligurem. Virg. 2. Georg. 34.
Damnum aut malum dare. Terent. And. 1. 1. 116.
Malum, pro Iniuria & contumelia, uerberibusq;. Cic. 5. Verr. 51, Tu nisi malo coactus rectè facere nescis? Ibidem, 46, Nam ui, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Budæus.
Intolerabilibus malis comes est angor. Lucret. lib. 6. 233.
Fessus malis. Ouid. 9. Metam. 59.
Causa & cibus mali. Ouid. 1. de Remed. Amor. 28. quod facit et nutrit malum.
Causa, crimen, caputq; malorum. Virg. 12. Aen. 120.
Copia magna mali. Lucret. lib. 6. 167.
Euitatio, liberatio, imminutio, conuersio malorum. Quint. lib. 5. cap. 10. 24.
Domitor malorum somnus. Senec. Herc. fur. 12. 3.
Irritamenta malorum opes. Ouid. 1. Metam. 29.
Labes mali. Virg. 2. Aen. 20.
Moles mali. Lucret. lib. 3. 215.
Præsaga mali mens. Virg. 10. Aen. 169.
Requies nulla mali. Lucret. lib. 6. 237.
Solamen mali. Virg. 3. Aen. 133.
Terminus malorum. Lucret. lib. 3. 207.
Timor malorum. Quint. lib. 3. cap. 8. 27.
Deforme malum. Ouid. 3. de Arte, 75.
Dura mala. Hor. 2. Carm. ode 13. 6.
Exitiale malum ambitus. Silius lib. 8. 51.
Fatale malum. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 12.
Fœnebre. Tacit. lib. 5.
Funestum. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 6.
Gliscens. Silius lib. 7. 71.
Furiale. Senec. Thyeste, 19.
Grande. Horat. 2. Serm. Satyra, 1. 10.
Grauius malum. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 12.
Immedicabile malum cancer. Ouid. 2. Metam. 166.
Insitum in natura malum. Vide Insero, Inseui.
Insperatum, nec opinatum malum. Cic. 3. Tusc. 49.
Iocularium malum. Vide Iocus.
Intestinum malum. Vide Intestinus.
Iucundum malum. Ouidius 2. de Remed. amor. 28. Sic uocat amorem.
Mediocre malum. Vide Mediocris.
Mortale malum. Ouid. 7. Metam. 106.
Malum nascens & inueteratum. Cic. 5. Philip. 18 6.
Natiuum malum. Vide Nascor.
Perpetuum malum. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 1.
Prædulce malum luxuries. Claud. 2. Paneg. 27.
Publica mala. Tacit. lib. 14.
Abstrahere à malis, à bonis. Vide Abstraho.
Accedit aliud malum. Vide Accedo.
Accidit malum. Cic. de Amic. 9.
Accipere mala ex scholis. Quint. lib. 1. cap. 2. 7.
Accipere malum. Vide Accipio.
Adijcere multum mali. Vide Adijcio.
Afferre mala in scholas. Quint. lib. 1. cap. 2. 7.
Affligi malo. Quint. in Proœm. lib. 6. 5.
Apportare malum. Vide Apporto.
Auocare à contuendis malis. Vide Auoco.
Cauere malum. Cic. 1. de Orat. 128.
Densorum turba malorum circunstat me. Ouidius 5. Trist. eleg. 7. 9.
Cœnare malum. Vide Cœno.
Comparare malum. Vide Comparo.
Conficere malum. Vide Conficio.
Conijcere se in malum. Vide Conijcio.
Conuertere malum aliquod ad salutem. Vide Conuerto.
Eripere aliquem malis. Virg. 6. Aen. 73.
Euadere malum in perpetuum. Celsus lib. 4. cap. ult.
Esse in malis. Celsus lib. 3. cap. 15.
Euellere malum radicitus. Lucret. lib. 3. 63.
Maximum exortum est malum. Senec. Octau. 7. 11.
Veterum malorum supplicia expendunt. Virgilius 6. Aeneidos, 148.
Facere malum. Cic. ad Att. lib. 5. 108. 17.
Grauescentibus in dies publicis malis. Tacit. lib. 14.
Habere malum, pro Pati. Cic. ad Att. lib. 7. 122. 5.
Impendent te mala. Vide Impendeo.
Impertire aliquem malis. Vide Impertio.
Incaluit uis illa mali. Ouid. 9. Metam. 33.
Incidere in malum. Vide Incido. pen. corrept.
Inferre mala. Vide Infero.
Ingerere mala in aliquem. Vide Ingero.
Ingraueſcit in dies malum. Vide Ingrauo.
Insultare malis, rebusq; ægrescere lætis. Stat. 2. Theb. 4.
Inuasit hoc malum in Rempub. Vide Inuado.
Inuehere mala. Vide Inueho.
Inuigilare malis. Ouid. 4. Fast. 106.
Interuenit cogitationibus auitum malum. Vide Interuenio.
Dignum malo ab uniuersis iudicari. Cic. 5. Verr. 79.
Lenire malum. Celsus lib. 6. cap. 6. de Euelpidis collyrio.
Leuare malum in arte Apollinea. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 2.
Mactare malo & damno. Vide Macto.
Manat infinitum malum. Vide Mano.
Manabat illud malum urbanum. Vide Mano.
Mendicare malum. Vide Mendicus.
Metuere Reipublicæ malum ab aliquo. Vide Metuo.
Miscere malum. Vide Misceo.
Nanciſci malum. Vide Nanciſcor.
Nascitur malum. Vide Nascor.
Obliuiſci malorum. Hor. Epod. 2. 8.
Ingentibus malis obstare. Senec. Theb. 1. 39.
Onerare aliquem malis. Virg. 4. Aen. 110.
Malis onerari. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 1.
Finem malorum orare. Ouid. 1. Metam. 148.
Párere malum alicui. Tibull. lib. 4. eleg. 12. 4.
Premi malis. Quint. lib. 7. cap. 3. 30.
Relegare mala omnia ad crimen fortunæ. Quintilian. in Proœm. lib. 6. 12.
Resistere malo. Ouid. 1. Metam. 59.
Sanant uina malum. Propert. lib. 3. eleg. 17. 2.
Satiari malis. Stat. 2. Sylua. 1. 3.
Sedare, uel potius tollere malum. Ci. 2. Philip. 62.
Quum serperet in urbe infinitum malum. Cic. 1. Philip. 3.
Aliquid mali subest. Celsus lib. 1. cap. 26.
Subire malum. Cic. ad Att. lib. 7. 128. 9.
Tentari malo. Celsus lib. 5. cap. 28.

Transire

Digitized by Google

Transire multa malorũ, Superare multa mala. Lucr. lib. 5. 46.
Vertere malo. Tacit. lib. 5.
Vitare malum. Lucret. lib. 5. 169.
¶ Malùm, Interiectio irascentis. Terent. Eunuch. 4. 7. 10,
Vbi alijs 's. qui, malum, alijs solus Samnio seruat domum.
Vbi Donatus, Malùm per ἀγόμενον, suauiter infertur. Plaut. Epid.
Quæ, malùm, hæc imprudentia est? Et non interponitur malùm nisi oculis conuersis ad eum, qui id quod reprehendimus, dixerit. Terent. Phorm. 4. 5. 11,
Quid tua, malùm, id refert? Donatus, Malùm interiectio est. Idem alio loco, Malùm, Aduerbium interpositæ indignationis. Terent. Phorm. 5. 8. 55,
Quid uos, malùm, ergo me sic ludificamini? Plinius lib. 7. cap. 55. 3, Quæ, malùm, ista dementia est, iterari uitã mortes? Vbi Hermolaus, Hic loquendi mos per interrogationem & honestus & usitatus Plinio, Ciceroniq;, Cic. 4. Verr. 29, Quæ (malùm) ista fuit amentia?
¶ Malè, Aduerbium (κακῶς) uarijs uerbis iungitur.
Malè animo est. Teren. Adelph. 4. 5. 21.
Donatus, Animo malè fieri dicitur, quum ictu alicuius mœroris perculsus animus, non sustinet corpus, sequiturq; ruina membrorum.
Nimis malè. Vide Nimis.
Malè concordes. Lucan. lib. 1. 18.
Malè fidum. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 3.
Malè fida carmina. Ouid. in Ibin, 17.
Statio malè fida carinis. Virg. 2. Aen. 5.
Malè gratus. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 5.
Malè moratus, Malis moribus præditus. Plaut. Sticho, 3. 52.
Malè oculatus. Suet. de claris Rhetor. 4.
Malè pinguis arena. Virg. 1. Georg. 21.
Malè sanus. Cic. ad Att. lib. 9. 188. 6.
Malè sani poetæ. Horat. 1. epist. 20. 1.
Malè sana cicatrix. Ouid. 2. de Remed. amor. 46.
Malè salsus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 13. Vide Sãlsus.
Malè sarta gratia. Horat. 1. epist. 3. 7.
Malè sedulus. Ouid. 3. de Arte, 139.
Malè sobrius. Ouid. 6. Fast. 157.
¶ Malesuadus, pen. prod. (κακοπειθῶν) Adiectiuum, Qui malè suadet. Plaut. Mostel. 4. 56,
Illa hanc corrumpit mulierem malesuada uulgi lena.
Amor malesuadus sceptri. Stat. 11. Thebaid. 131.
Fames malesuada. Virg. 6. Aen. 56.
Malè accipere aliquem uerbis, pro Iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando, uerbis. Cic. 4. Verr. 39. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 12, Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando malè acceptus.
Malè acceptus inopia omnium rerum. Brutus Ciceroni, libro 11. 13. 3.
Malè animatus erga principem. Sueton. in Vitel. cap. 7.
Malè audire, Infamari, inquit Valla, crimina nostra audientes. Cuius contrarium est, Malè dico. Terent. Phorm. 2. 3. 12. Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Cic. Attico, libro 6. 111. 5, Nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putant bene audire uelle, ut ille malè audiat. Idem 2. de Orat. 168.
Malè cadere: id est, malè succedere, siue accidere alicui quod nõ sperabat. Cæsar in Comment.
Malè cogitare de aliquo: id est, maleuolo in aliquem animo esse. Ad alterum enim refertur, inquit Valla: significatq; perniciem, non errorem. Celius, Et ipse facilè animaduerterem malè eum de me cogitare. Cicero de Senect. 17, At Senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quomodò Carthagini malè iam



du cogitanti bellum inferatur.
Malè conciliatus. Terent. Eunuch. 4. 4. 2,
Fugitiuè prodi, malè conciliate. Vbi Donatus, Malè, magno significat: ut Plautus Amphit. 4. 134,
Hæc nox sita est, exercendo scorto conducto malè. Ergo malè conciliate, magno empte significat. nam omnis contentio, conciliatio nominatur. Plaut. Pseud. 4. 1,
Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti & malè cõciliati.
Malè conditum ius. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 14.
Malè consulere in aliquem. Terent. Heaut. 3. 1. 28.
Malè credere. Plaut. Pœn. 14. 67. id est, tutum non fuerit tibi credere. Idem Curcul. 15. 1.
Malè defendere aliquem. Virg. 1. Georg. 90.
Malè describere. Terent. in prologo Eunuchi, 7,
Qui bene uertendo, & eas describendo malè, ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.
Malè dicere. Terent. And. 4. 5. 15,
Malè dicis. D. unde est: dic clarè. Donatus, Malè dicis, cũ contemptu loqueris, conuicium facis. Apparet ergo, malè dicis, lentius esse dictum: quum subiungit, Dic clarè. Rursum Donatus, Malè dicis, Nouè Malè dicis, pro commination posuit, quum pro conuicio soleat poni: nisi fortè quia contumeliæ genus est comminatio. Hactenus Donatus. Vt plurimum coniunctim scribitur.
Malè docere. Terent. Heaut. 4. 1. 40,
Malè docet te mea facilitas multa. id est, causa est tibi ut malè agas: Arripis inde ansam malè faciendi.
Malè facere. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 1.
Malè fauere alicui. Ouid. epist. 2. 21.
Malè feriati. Horat. 4. Carm. ode 6. 3. Vide Feriæ.
Malè formidare, pro multum & ualde timere. Plaut. Amphit. 4. 150.
Malè gesta res. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 8.
Malè habet me hæc res, id est, illud me molestat, angit, uexat, solicitat. Terent. And. 2. 6. 5,
Præter spem euenit sentio: hoc malè habet uirum. Idem Hecyra, 4. 2. 30,
Nam hæc res non minus me malè habet, quàm te gnate mi. Idem Eunuch. 4. 2. 6,
—malè uerò me habens,
Vbi ad ipsum ueni diuerticulum, constiti.
Malè locata beneficia. Cic. 2. Offic. 90. Ex Ennio.
Malè loqui alicui. Plaut. Capt. 11. 34. Terent. Phorm. 2. 3. 25,
Pergin' hero absenti malè loqui impurissime? Donatus, Malè loqui, pro Malè dicere.
Malè maceror. Plaut. Cistel. 2. 50. id est, Vehementer, Valde.
Malè mereri de aliquo, pro Nocere alicui, & illi incommodare. Plautus Asin. 4. 3,
Bene merenti mala es, malè merenti bona es? Cic. 1. de Finibus 11, Malè credo mererer de meis ciuibus.
Malè mereri de se. Cic. 5. de Fin. 50, Quare quotiescunq; dicetur malè de se quis mereri, sibiq; esse inimicus, atq; hostis, uitam deniq; fugere, &c.
Malè metuo eum: id est, Valde illum timeo. Plaut. Pseud. 12. 18. Idem Curcul. 15. 6,
Pessume metui ne mihi hodie apud Prætorem solueret. Terent. Hecyra, 3. 2. 2,
Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.
Malè multari, Malè tractari, affici & puniri. Cic. 6. Verr. 84.
Malè nati uersus. Horat. 2. epist. 1. 47.
Malè nupta, Malè collocata. Plaut. Casina. 4. 5.
Malè odi: id est, ualde. Cic. ad Att. 14. lib. 299. 3.
Malè olere. Cic. 4. Tusc. 84.
Malè precari alicui, maledicere alicui. Plaut. Merc. 5. 11.



Digitized by Google

Malè promeritus. Plaut. Trinum. 17. 48.
Malè quæsitæ opes. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 13.
Malè seruare fidem. Plaut. Trinum. 14. 39.
Malè suadere. Plaut. Curcul. 10. 22.
Malè sit Antonio: siquidem Butbrotijs molestus est. Cic. ad Atticum, lib. 15. 328. 4. hoc est, malè illi uertat fortuna. est enim imprecantis.
At uobis malè sit malæ tenebræ. Catull. de passere, epigram. 3. 3.
Malè esse alicui. Catull. ad Cornificium, epigram. 36. 1,
Malè est Cornifici tuo Catullo,
Malè est, mehercule, & laboriosè.
Malè timeo: id est, ualde. Vide Nimis. Terent. Heaut. 4. 1. 56,
—Vt præter spem euenit, quàm timui malè.
Malè timere alicui, Valde timere, nequid mali alicui accidat. Terent. Heaut. 3. 2. 20.
Malè uertat: Malè optantis uel imprecantis quid alicui, locutio est. Terent. Adelphis, 2. 1. 36,
Minis uiginti tu illam emisti, quæ res tibi uertat malè. Vbi Donatus, Adijcit contumeliam, quasi & hoc multum sit inimicum. sæpe aũt malè cedit quod bonum putatur: & hoc est malè uertisse. ut ille gladius qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti: de quo Virg. 4. Aeneid. 1. 30.
—ensemq; reclusit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus. Hactenus Donatus.
Malè uestitus. Cic. in Pisonem, 48.
Malè uiuere: id est, pauperrimè, & in egestate, uel anxiè & solicitè. Plaut. Rud. 6. 2. Idem Trinum. 13. 152,
Ega abeo, malè uiue, & uale.
¶ Maledico, maledicis, pen. prod. maledixi, maledictum (κακηγορέω, κακολογέω, κακοστομέω, βλασφημέω) maledicere, Maledictis afficere, conijcere maledicta in aliquem. Terent. Eunuch. 4. 7. 29,
Caue sis, nescis cui maledicas nũc uiro. Quint. lib. 2. ca. 13.
Liberius maledicere. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 8.
Verbo maledicere alicui. Plautus Asin. 13. 56,
Nec ulli uerbo maledicat.
¶ Maledicus, pen. corr. (κακόλογος, βλάσφημος, κακόλοιδος, κακορρήμων) maledicentior, maledicentißimus, Obtrectator, mordax. Plaut. Merc. 4. 31,
At ego pol maledicentiorem, quàm te, noui neminem. Cic. 2. de Finib. 91, Lucifugi, maledici, monstrosi.
Maledicentißima ciuitas. Cic. pro Flacco, 5. & 53.
Maledicus conuiciator. Cic. pro Murena, 11.
Maledicus in omnes. Quint. lib. 4. cap. 1.
¶ Maledicentia, κακηγορία, Obtrectatio, conuicium. Gell. lib. 3. cap. 3, Ob assiduam maledicentiam & probra in principes ciuitatis de Græcorum poetarum more dicta.
¶ Maledictum, κακολόγημα, Conuicium, Probrum, Contumelia. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 7. 3, Quum omnia maledicta, uersus deniq; etiam obscœnißimi in Clodium & Clodiam dicerentur.
Refutatio maledictorum. Quint. lib. 4. cap. 3. 10.
Vocis insanæ maledicta. Propert. lib. 3. eleg. 8. 1.
Commune maledictum. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 16.
Superuacua maledicta. Quint. lib. 7. cap. 3. 28.
Vana maledicta. Quintil. lib. 7. cap. 3. 28.
Abstinere maledicto, & maledictis. Vide Abstineo.
Addere maledicta culpæ. Ouid. 5. Metam. 134.
Arripere maledictum ex triuio. Vide Arripio.
Vocibus, maledictisq; celebrare aliquid. Cic. pro Cælio, 4.
Certare maledictis. Vide Certo.
Conferre omnia maledicta in aliquem. Cic. ad Att. lib. 11. 216. 3.
Congerere maledicta. Quint. lib. 7. cap. 3. 29.
Conijcere maledicta in uitam alicuius. Cic. pro Plancio, 25.
Effugere maledictum. Cic. pro Flacco, 5.
Figere omnes maledictis. Cic. 1. de Nat. deor. 129.
Insectari aliquem maledictis. Vide Insector.
In maledicto obijcere aliquid alteri. Cic. in Vatinium, 4.
In maledicti uel criminis loco aliquid alicui obijcere. Cic. pro Cluentio, 49.
Nihil in hisce rebus loci est maledicto, quòd omnia luto occupauit. Cic. pro Murena, 11.
Maledicti & contumeliæ loco ponere aliquid. Cic. in Pisonem, 24. Vide Locus.
Vexare aliquem probris & maledictis. Cic. pro Flacco, 38.
¶ Maledicè, pen. corr. Aduerb. (κακολόγως) Contumeliosè. Cic. 1. Offic. 188, Quod maximè tum solet euenire, quum studiosè de absentibus detrahendi causa aut perridiculum, aut seuerè, maledicè, contumelioseq; dicitur.
¶ Maledictio, Verbale (κακολογία) Cic. pro Cælio, 4, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.
¶ Malefacio, κακίνω, κακεργέω: Vide malè facio, paulo antè. Quidam enim separatim scribunt. Terent. Adelph. 2. 1. 10,
Neq; tu uerbis unquam solues quod mihi re malefecerit.
¶ Malefactum, malefacti (κακούργημα) Cic. 2. Offic. 90, Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Ex Ennio.
Insignia malefacta. Lucret. lib. 3. 206.
¶ Maleficus, pen. corr. Adiect. (κακοῦργος, κακοτέχνος, κακόποιος, κακοπραίγμων) Qui damnum infert, qui nocet alteri. Cic. 7. Veru. 112, In externorum hominum & maleficorum, sceleratorumq; custodiis, in prædonum, hostiumq; tu tantum numerum ciuium Romanorum includere ausus es?
Maleficum frondibus animal capra. Plin. lib. 12. cap. 17. 2. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 3, Animal maleficum.
Malefica uis. Plin. lib. 31. cap. 2. 14.
Vita malefica. Tacit. lib. 4.
¶ Maleficium, maleficij, (κακούργημα, κακοτεχνία) Damnum, iniuria, facinus. Budæus, Maleficiũ dicitur, quicquid improbè admissum est. Vlpian. in L. 1. ff. si familia furtum fecisse dicatur, Vtilißimum id edictum Prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum. Cic. pro Rosc. Amer. 62, Vt si dißimulare omnes cuperent, se scire ad quem maleficium pertineret.
Maleficium & scelus. Cic. 2. Offic. 56.
Abest ab illo maleficium. Vide Absum.
Admittere maleficium. Vide Admitto.
Committere maleficium, & Admittere maleficium. Cicero pro Rosc. Amer. 38.
Conuictus maleficij. Vide Conuinco.
Implicari maleficio. Vide Implico.
Pasci maleficio. Vide Pasco.
Temperare ab iniuria & maleficio. Cæsar.
Exercitus trãsit sine maleficio: id est, innoxius, nihil damni adferens. Cæsar 1. belli Ciuil.
Maleficentia, Idem (κακουργία) Plin. lib. 9. cap. 9. 1. Cæs. belli Gall. lib. 1, Sibi esse in animo iter facere per prouinciam sine ulla maleficentia.
¶ Maleficiosè, pen. prod. Aduerb. (κακοπραγῶς) Cic. pro Cecin. 14, Quum hoc nouæ litis genus tam maleficiosè intenderet, etc. Alia exẽplaria habent, maleficiosè: alia, malitiosè.
¶ Maletractatio, maletractationis, pen. prod. unico uocabulo ab Arnobio dicitur, quam Rhetores actionem malæ tractationis, duobus scilicet uerbis proferunt. Sic enim scribit lib. aduers. gent. Et tolerari forsitan hæc maletractatio posset. Item alio loco, Immunes tamen à deorum maletractatione nec sic estis. Annotauit Turneb.
¶ Maleuolus, pen. corr. Adiect. (κακόνους, δύσνους) Inuidus: malus

Digitized by Google

lum cuiquã exoptans. Cic. ad Brutum, 15.11, Atq; illo die cognoui paulò plures in Senatu maleuolos esse quàm gratos.

¶ Maleuolens, pen. corr. maleuolentis (κακονοῶν) Idem quod maleuolus. Plaut. Viuo maleuolente genio natus.

¶ Maleuolentia, κακόνοια, λύπνοια, Est uoluptas ex malo alterius, sine emolumẽto suo: ut ait Cic. 4. Tusc. 31. Idem ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 65, Qui inquã illorum erit ueritus iudicium, obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Occurrere maleuolentiæ hominum. Vide Occurro.

¶ Malignus, Adiectiuũ (κακότροπος, κακόδυμος) Qui difficultatem sui ostendit, inquit Donatus: hoc est, qui asper, difficilis, inuidus, auarus est. Terent. Hecyra, 1. 2. 84,

Maligna multò, & magis procax facta ilicò est. Plin. Homo malignus & inuidus.

Fama maligna alicui. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 26.

Mente maligna facere aliquid. Catull. ad Malliũ, epigram. 63. 6.

Incertum ac fragile nimirum est hoc naturæ munus, quicquid datur nobis: malignum uerò & breue. Plin. lib. 7. cap. 50. 2.

Oculi maligni. Virg. 5. Aeneid. 131.

Vulgus malignum. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.

Malignus, Parcus. Quint. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. Budæus.

Malignus ager, Agricolis illiberalis, & minus ferax, inquit Nonius. Vnde etiam maligni montes. Virg. 2. Georg. 36, Maligna terra. Plin. epist. 4. f. lib. 2.

Aditus maligni, apud Virgilium 11. Aeneid. 105. id est, angusti & ardui.

Maligna lux, Subobscura. Virg. 6. Aen. 54.

¶ Malignitas, pen. corr. malignitatis (κακοήθεια, κακοθυμία, κακότης) Malus genius, peruersa & deprauata uoluntas. Plautus Capt. 8. 5,

Nam hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens:
Ita malignitate oneranit omnes mortales mihi. Plin. lib. 25. cap. 8. 11, Notata est autem hæc animalis huius malignitas in alia herba maior. Liu. 2. ab Vrbe, 179, Accensaq; ea cupiditas est malignitate Patrum.

Malignitas, Parcitas. Liu. Malignitas conferendi ex priuato.

¶ Malignè, Aduerbium (κακοηθῶς) Peruersè, & quod malitiosè Cicero dicit. Liu. 3. ab Vrbe, 267, Malignè Senatus in unum diem supplicationes, C O S S. nomine decreuit.

Bene facta malignè detrectare. Ouid. 13. Metam. 54.

Malignè diuisus ager. Liu. 8. ab Vrbe, 64.

Laudare aliquem malignè. Horat. 2. epist. 1. 42.

Malignè uirens. Plin. lib. 34. cap. 11. 9. hoc est, deprauatè, non optimè.

¶ Malitia, malitiæ (κακὴ, κακία, ῥᾳδιουργία) Erasmus, Malitia peruersitatem sonat, quũ quis data opera malè agit. Cic. 4. Tusc. 52, Huius igitur uirtutis contraria est uitiositas: sic enim malo quàm malitiam appellare eam, quã Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiusdam uitij nomen est, uitiositas omniũ. Idem 3. Offi. 93, Nec uerò in prædijs solùm ius ciuile ductũ à natura, malitiã, fraudemq; uindicat: sed etiã in mancipiorũ uenditione uenditoris fraus omnis excluditur.

Leuis malitia. Senec. epist. 47.

Malitia mala. Plaut. Aulul. 7. 38.

Audere aliquid malitia. Quint. lib. 3. cap. 8. 30.

Certare malitia. Vide Certo.

Malitia cæli, Inclementia. Plin. Quod modò cæli, modò terræ, malitia facit. Varro, Id sæpe accidit malitia soli.

¶ Malitiosus, pen. prod. Adiectiuũ (κακότροπος) Versutus, callidus, astutus, fallax. Cic. 3. Offi. 74, Hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis nõ uidet? certè nõ aperti, nõ simplicis, non ingenui, nõ iusti, non uiri boni: uersuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uafri.

Malitiosa iuris interpretatio. Cic. 1. Offic. 49.

¶ Malitiosè, pen. pro. Aduerb. (κακοτέχνως) Callidè & dolosè. Cic. 2. Verr. 21, Malitiosè necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere.

Facere malitiosè in eligendo. Cic. in Orat. 110.

Dolosè aut malitiosè. Cic. 3. Offic. 80.

Malitiosè atq; consultò aliquid facere. Cic. 4. Verr. 119.

Malitiosius gerere rem mandatam. Cic. pro Rosc. Amer. 65.

¶ Peior, & hoc peius (κακίων) Comparatiuum à malus. Cic. 8. Philipp. 253, Turpis aũt fuga mortis, omni est morte peior.

Peiore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est. Terent. Adelph. 3. 2. 46,

—Scythico quid frigore peius? Ouidius 1. de Ponto, elegia 4. 8.

In peius ruere. Virg. 1. Georg. 40.

¶ Peius, Aduerb. (κάκιον) pro Magis, & multo magis ac uehementius. Cic. 11. Philip. 298, Cum hæc ueteranus Capho, quo neminem ueterani peius oderunt.

Spe peius. Horat. 1. epist. 6. 3.

¶ Peßimus, pen. cor (κάκιστος) Superlatiuum à malus. Plin. lib. 11. cap. 37. 62, Est autem iecur nihil aliud quàm purgamentum peßimi sanguinis.

Omnium peßimus poeta. Catul. ad Marcum Tull. Cic. 46. 1.

Monimenta peßima scelerum. Ouid. Amor. eleg. 7. 7.

Sors peßima rerum. Ouid. 14. Metam. 98.

¶ Peßimum, peßimi, pen. corr. n. g. Substantiuum, Maximum malum. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 13, Nunc contra uillam urbanam quammaximã ac politißimã habeant, dant operã: ac cũ Metelli ac Luculli uillis peßimo publico ædificatis certãt. Liu. Decad. 1. lib. 2, Neq; ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ Superbo exacto meruit, peßimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine priorum Regum alicui regnum extorsißet.

¶ Peßimè, Aduerb. (κάκιστα) Cic. 5. Verr. 99. Intelliget secum actum esse peßimè.

Sentire peßimè de Republica. Cic. 14. Philip. 397.

¶ Peßumum. Plaut. Rud. 10. 62,

Nunc eam cum naui scilicet abijsse peßumum in altum.

Mamaus] μάμαος, Fluuius Peloponnesi, in tractu Triphyliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Author Strabo, lib. 8.

Mamblia] Oppidum Aethiopiæ, ab ea parte qua Africam spectat. Author Plin. cap. 20. lib. 4.

Mamercus] Prænomen Aemyliorum. Mamercorum meminit Cic. de clar. Orat. & 2. Offic.

Mamerius] Præsul fuit Viennensis, qui, teste Ptolemæo Lucensi, anno 454. supplicationes primus instituit: quas rogationes nostri uocabant, ob frequentes terræmotus, quibus ea regio infestabatur. Volaterranus.

Mamers] ἄρης, lingua Oscorum, dictus est Mars, detractione syllabæ.

Mamertini] pen. prod. (μαμερτῖνοι) populi Campani. Hi quum Messanam colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini potius quàm Messanenses sunt uocati. Et quum ager eorum uini feracißimus sit, Mamertinum uinum, non Messanense appellatum est. Martial. lib. 13. 117,

Amphora Nestoreæ tibi Mamertina senecta,
Si detur, quoduis nomen habere potest. Dicti à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmonijs subuersa fuit, quòd Messenij quinquaginta uirgines Lacedæmones uiolare tentassent, & non consentientibus eas occidissent.

De Mamertinis & Mamertina ciuitate, Cic. 4. Verr. 9. Item Plin. lib. 14. cap. 6.

Mamertes] μαμέρτης, Corinthius, filios fratris sui Sisaponis libidine

nis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisapo factum resciit, eum membratim discerpsit: ut est author Ouidius in Ibin, 110,

Tranca geras sæuo multilatis partibus ense,
Qualia Mamertis membra fuisse ferunt. Legitur & Mycerni.

Mammiaces] μαμμιάκης, Genus monilis, quod collo suspenditur, dotibus maximè proprium. De hoc Pollux libro 5. cap. 16.

Mamillana] Fici genus est, à mamillarum similitudine ita dictum: cuius meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

Mamma] mammæ (μαζὸς, πτθίον, μαστὸς) notæ significationis. Iuuenalis Satyr. 1. 3,

—& nuda teneat uenabula mīma. Terent. Adel. 5. 9. 18,
—& quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc. Cic. 3. de Finib. 29,

Alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatū, ut cauda pauoni, plumæ uersicolores columbis, uiris mammæ atq; barba.

Exerta mamma. Virg. 1. Aeneid. 100.

Preßis manabunt flumina mammis. Virg. 3. Georg. 62.

Putres mammæ. Horat. Epod. 8. 2.

Mammas habent capræ. Plin. lib. 11. cap. 40. 1.

Balenæ utilitq; mammis nutriunt fœtus. Plin. lib. 11. cap. 40. ad finem.

Vrsæ mammas quaternas gerunt. Plin. lib. 11. cap. 40. 3.

Emacrescunt mammæ. Celsus lib. 2. cap. 9.

Descendit mamma: cui opponitur, Sterilescit ac resilit. Plin. lib. 11. cap. 49. 2, Primis genitis in quoq; partu sues primas præbent: eæ sunt faucibus proximæ: suam quisq; nouit in fœtu quo genitus est ordine, eaq; alitur, nec alia: detracto illa alumno suo sterilescit ilicò, ac resilit. uno uerò ex omni turba relicto, sola munifex, quæ genito fuerat attributa, descendit. Resilit, id est, Introrsum retrahitur.

Mammæ porci. Martial. lib. 2. 37.

Mamma, pro Matre uel nutrice. Plaut. Mostell. 5. 5,

—Ecquid tibi uideor mammam
Adire? Cato, Qui cibum ac potionem buas & papas docent: & patrem tatam, & matrem mammā. Mart. lib. 1. 95,

Mammas atq; tatas habet Afra.

Mamma, Græca dictio, id est auia, patris seu matris mater.

Mamma, in furculis arborum, Parua illa extuberantia corticis, è qui prosiliunt & enascuntur rami. Plinius libro 17. cap. 16. 1, de illo inserendi genere loquens, quam emplastrationem uocant.

¶ Mamilla, mamillæ, Diminut. (πτθίλιον, θήλη) Iuuenal. Satyr. 6. 40,

Illa loqui recta facie, strictisq; mamillis.

Mamillæ pensiles in capris. Var. lib. 2. de Re rust. cap. 3. 2, Duo enim genera earum, sub rostra duas ut mamillas pensiles habeant. Alia exemplaria habent, mammulas.

¶ Mammula, mammulæ, pen. corr. Diminut. Celsus lib. 7. cap. 26. 2, Fœmina breuius urimæ similiter & rectius iter habet: quod mammulæ simile, inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget.

¶ Mammosus, pen. prod. Adiect. (πτθιώδης) Quod habet magnas mammas. Martial. lib. 14. 149,

Mammosas metuo: teneræ me trade puellæ.

Mammosa pyra, apud Plinium lib. 15. cap. 15. 2, Pomponiana cognomine mammosa, liceriana, seueriana, &c.

Mammosus panus. Plin. lib. 18. cap. 7. 5, Sūt & panico genera: Mammoso è pano, paruis racemato paniculis & cacumine gemino.

Mammosum thus. Plin. lib. 12. cap. 14. 9. id est, fœminino: ad differentiam thuris masculi.

¶ Mammatus, ta, tum (μαστοειδὴς) Quod mammarum similitudinem refert: unde tegulæ mammatæ dictæ sunt, quæ balneis adhibentur & aquæductibus.

¶ Mammeatus, pen. prod. (πτθιωτὴς) Adiect. Idē. Plaut. Pœnul. Cuius amicam mammeatam uidimus.

¶ Mamillare, mamillaris, pen. prod. n. g. Velum siue fascia, qua mulieres mammas tegunt: de quo epigramma apud Martialem lib. 14. 71,

Taurino poteras pectus constringere tergo:
Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Mammacuthus] Vir quidam fuit sola illustris fatuitate, sicut & quidam Melitides. Vnde apud Aristophanem, κεχόνται μαμμακύθοι, id est, hiantes mammacuthi, Hinc factum opinor, inquit Cæl. lib. 17. cap. 4. Vt homines id genus quandoq; Mammaluchos dicamus.

¶ Mammeæ, Lampridio tradente, dietæ dictæ sunt, quas Alexander Romanus Imperator in palatio struxit, quasq;, inquit, imperitum uulgus hodie ad mammam uocat. Fuit in Baiano item cum stagno palatium, Mammeæ nomine. Meminit Cæl. lib. 12. cap. 18.

Mammona] πλοῦτος, pen. prod. pronunciandum: quia uideo paßim per ω scribi. Chaldæorum lingua diuitiæ & opes nuncupantur.

Mammona neq; Græca uox est, nec Hebraica, sed Syriaca, ut ostendit diuus Hieronymus: idem apud eos significans, quod apud Græcos πλοῦτος, quem poetæ deum faciunt. Est enim uox singularis numeri, & generis masculini. Diuus Augustinus indicat, linguam Pœnorum affinitatem habere cum Hebræorum lingua: id quod alicubi fatetur & Hieronymus. porrò Pœnorum lingua Mammon uocari lucrum. Erasmus in Matthæum.

Mamurius] μαμούριος, faber quidam fuit apud Oscos natus, tempore Numæ. Hic ancilia, pluraq; deorum signa exære composuit. Vide Ouidiū 3. Fastorū. Propert. lib. 4. eleg. 2. 13,

At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ.

Quo in loco secunda syllaba producitur, quæ apud Ouidium corripitur.

Mamurra] μαμμύρρα, Formijs natus. Eques Romanus, ut tradit Cornelius Nepos.

Vrbs Mamurrarum. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 8. id est, Formiæ.

Manæthus] μανέθως, Aegyptius fuit, ex Diospoli urbe ortus, qui de physiologia & de astrologia iudiciaria carmen reliquit. Fuit & alter hoc nomine Mendesius, sacerdos apud Agyptios. Vtriusq; meminit Suidas.

Manalis] lapis. Vide Mano, manas.

Manceps] mancipis, pen. corr. m. g. (ὁργάναθος) Est (inquit Festus) quisquis à populo aliquid emit, conducitue, quia manu sublata significat authorem se emptionis esse. Conductor alias Latinè dicitur, aut redemptor. Paulus in l. qui fideiussor. ff. locati, Qui fideiussor extitit apud mancipem pro colono publicorum prædiorū. id est, publicano. Cic. 3. Verr. 99, Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe quē ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. Hic manceps pro redemptore sartorum tectorum accipitur. Pædianus, Mancipes erant publicanorū principes, Romani homines, qui decumas quæstus sui causa redimebāt, aut publica pascua: quorum ratio, scriptura dicebatur. Hi enim exigenda à socijs suo periculo redimebant, & populo repræsentabant, prospicientes cōmodis suis. Cic. 1. Verr. 18, Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. Idem 5. Verr. 148. Budæus.

Manceps pro emptore & sectore. Cicero pro Rosc. Amer. 12, Hominis studiosißimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. Budæus.

Manceps,

*Manceps*, pro negociatore & coemptore & propola. Plinius libro 33. cap. 4, Aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Budæus.

*Manceps* metaphoricῶς usus est Plin. epist. 38, Sequuntur auditores actoribus similes, conducti & redempti mancipes.

Conuenitur à conductis & redemptis in media Basilica. Mancipes (inquit) id est, ij qui causidicos in causis agendis, conducta ad hoc corona uulgi plaudentis, laudandos redemerunt. Budæus.

*Manceps*, pro mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plaut.

Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam. Antea autem dixerat,

Egón' ab lenone mancipio aliquid accipiam, quibus sui nihil est? Budæus.

¶ Mancipo, mācipas, pen. cor. (χειρόω, αὐθεντιάζομαι, ἢ αὐθεντιάζω) mācipare, Quasi manu capere. Plin. epist. 138, Agrῦ ex meis actori publico mācipaui. Plaut. Curcu. 10. 10.

Mancipare pro Vendere, quandoq; accipitur. Cic. 2. Philipp. Tum iste uenditum atq; mancipatum Tribunatum, consilijs nostris opposuit. Mancipatῦ emphaticῶς dixit, plus quàm uenditῦ. Plin. epist. 138, Nam pro quingentis millibus nummùm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarumq; promiseram, agrum ex meis longè pluris actori publico mancipaui, eundemq; uectigali imposito recepi. Plinius mancipare, non pro uendere posuit, sed pro alienare. Budæus.

Vsus quædam mancipat. Horat. 2. epist. 2. 32.

¶ Mancipatus, pen. prod. (αὐθεντιαδεὶς) Particip. Deuinctus, astrictus. Cic. de Senec. 33, Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usq; ad ultimum spiritum dominatur in suos.

¶ Mancipatus huius mancipatus, pen. prod. (αὐθεντιασμὸς) mancipatui. Plin. lib. 9. cap. 35. 20. de unione, Et hoc tamen æternæ propè possessionis est, sequitur hæredem, in mancipatum uenit & prædium aliquod. id est, solennitates eæ adhibentur, quæ solent in ijs rebus, quæ sunt mancipi. Budæus.

¶ Mancipatio, mancipationis (αὐθεντιάσις) Est (inquit Boëthius in Comment. 3.) imaginaria quædam uenditio: quod ipsum ius, proprium est Romanorῦ ciuium. ea res ita agitur, Adhibitis non minus quàm quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui libripens dicitur: is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isq; mihi emptus est hoc ære, eneaq; libra. Deinde ære percutit libram, idq; æs dat ei à quo mancipium accipit, quasi precij loco. Budæus.

¶ Mancipium, mancipij: uel mancupium, mancupij (αὐθεντιασμὸς, δορυάλωτος) Homo in bello captus & seruituti subiectus. Varro, Mancipium dicitur, quòd manu capiatur. Cic. 3. Offic. 88, Eæ Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Sic Plinius lib. 28. cap. 2. 4, Mancipia fugitiua retinere.

Locuples mancipijs. Horat. 1. epist. 6. 8.

Negociatores mancipiorum. Quint. lib. 5. cap. 12. 13.

Amicum mancipiῦ domino, & frugi. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2.

Conciliatum mancipium. Vide Concilio.

Fieri mancipium alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 8.

*Mancipium*, Dominij comparatio, possidendiq; ius, atq; etiam dominium & mancipatio. Cic. 1. de Orat. 87, Quum enim Marius Cratidianas ædes Asiaticas uendidisset, neq; seruire quandam earum ædium partem in mancipij lege dixisset, defendebamus quicquid fuisset incõmodi in mancipio: id si uenditor scisset, neq; declarasset, præstare debere. Budæus.

*Mancipio dare*, Est rem ita dare, ut euictionē præstaturos nos spondeamus. Et mancipio accipere, Ea lege emere. Plautus Curcul. 10. 8,

Memini & mancipio ubi dabo. c v. egóne ab lenone quicquam Mancupio accipiam, quibus sui nihil est, nisi una lingua? Idem Persa, 15. 59. Hæc Budæus.

Cic. ad Attic. lib. 13. 297. 2, Vestorius ad me scripsit, ut iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Heterio cuidam fundum Brunianum.

Accipere mancipio. Vide Accipio.

Mancupio accipere. Plaut. Trinum. 8. 15.

*Mancipio dare*, pro Tradere in ius proprietatis. Seneca epist. 73, Fortuna nihil dat mancipio. Huc pertinet etiam exemplum Lucretij, lib. 3. 197,

Vitáq; mancipio nulli datur, omnibus usu. id est, nulli ita datur, ut propriam ac perpetuam habeat.

Sui mancipij esse, Nullius dominio subiectum esse. Brutus ad Ciceronem, An ut esset sui iuris ac mancipij Respublica? nisi fortè non de seruitute, &c.

¶ Mancipi, siue mancupi, indeclinabile, & in singulari, & in plurali. Alij figuratè dici uolunt in dandi casu.

Mancupi emptio. Plin. lib. 33. cap. 34, Quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in ijs emptionibus quæ mancipij sunt etiam nunc libra interponitur.

Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt, prædia in Italico solo tam rustica, qualis est fundus: quàm urbana, qualis domus, item iura prædiorum rusticorum: uelut uia, iter, actus, & aquæductus. item serui & quadrupedes, quæ dorso collóue domantur: uelut boues, muli, equi, asini. Cæteræ res nec mācipi sunt. Elephanti & cameli quamuis collo dorsóue domentur, nec mancipi sunt: quoniam bestiarῦ numero sunt. Hæc Vlpianus tit. 19. eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani.

Mancipi res dicῦntur omnes quæ ab alienari possunt, id est, quæ à nostro dominio, ad alterius transire possunt. Cic. pro Murena, 3, Quòd si in rebus repetendis quæ mancipi sunt, ijs periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Budæus.

Mancupi ædes poscere. Plaut. Mostel. 15. 42.

Mancinus] μαύκινος, consul fuit Romanus, qui quòd ignominiosam cum hostibus pacem erat pactus, ad liberandos religione Romanos, hostibus fuit deditus.

Mancus] Adiect. (αὐάπυρος) Propriè significat eum qui sine manu est, quasi manu carens. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 15, Quintus Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis. Ouid. 3. Fast. 166.

Officijs mancus. Horat. 2. epist. 2. 5.

Mancus ad res manimatas transfertur, pro debili.

Manca cognitio. Cic. 1. Offic. 215, Etenim cognitio, contemplatioq; naturæ, manca quomodo, atq; inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.

Fortuna manca. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 18.

Manca ac debilis Prætura. Cic. pro Milone, 18.

Manca uirtus sine accessione. Cic. 3. de Finib. 47.

Mandanes] pen. prod. (μανδάνη) Astyagis filia, quæ ei uisa est per quietem tantum urinæ facere, ut omnem ipsius urbem oppleret, atq; uniuersam Asiam inundaret. Hæc Cambysi nupsit, ex quo genuit Cyrum. Herodotus lib. 1.

Mandanes] Gymnosophista fuit insignis apud Indos: quem quum Alexander ad Iouis filij epulum uocari iussisset, constantissimè ferunt respondisse, nec illum Iouis filium esse, nec se eius minas pertimescere: & multa alia, quæ uide apud Strabonem lib. 15.

Mandatum] Vide Mando, mandat.

Mandela] pen. prod. (μανδάλα) Pagus est in Sabinis, ut authores sunt Acron & Porphyrion. Horat. 1. epist. 19. 21,

—gelidus Digentia riuus
Quem Mandela bibit rogosus frigore pagus.

Mandibula] Vide Mando, mandis.

Mando] mandis (οὐτίλλομαι, ἐπιτέλλω, ἐντέλλω, ἐντίθημι) mandare, A manu danda declinatum constat, quòd in dandis accipiendisq; mandatis manus sibi inuicem dare mos erat. Est autem mandare, alicui personæ gerendum aliquid exequendumq; committere: ut ait Valla lib. 5. Plaut. Persa,

Iam hic credo aderit, accersi illum mandaui. Terent. Adelph. 3. 3. 18.
Huic mandes, siquid rectè curatum uelis.

Ex fama mandare. Tacit. lib. 4.

Mandare in ultimas terras, Mittere. Cic. pro Sylla, 42, Eum familiarissimum suum dimittere ab se, & mandare in ultimas terras?

Extremas preces P. Quirino propinquo suo ad principem mandat. Tacit. lib. 2.

Mandari infra mortuos. Cic. pro Quintio, 28.

Aeternitati mandare. Plin. in Paneg. 126.

Animis mandare ea quæ adulta fructus uberrimos ferant. Cic. 2. Tusc. 20.

Animis & mentibus mandare, quemadmodum & Mandare posteritati dicitur: hoc est, Memoriæ committere. Cic. in Catil. 19. Percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis uestris mentibusq; mandate.

Semina mandare arenæ. Ouid. epist. 5. 23.

Fidei alicuius pecuniã aliquam mandare Plaut. Trinum. 4. 67.

Committere & mandare alicui bona sua. Terent. And. 1. 5. 62.

Carmina mandare fõlijs. Virg. 6. Aen. 15.

Se fugæ mandare, Fugere. Cæs. 5. bell. Gal. 70.

Mandare uitam suam fugæ & solitudini. Cic. in Catil. 15.

Humo mandare aliquem, pro Inhumare. Virg. 9. Aeneid. 43.

Sic apud Ciceronem lib. 3. Tusc. 111. ex Homero,

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos.

Immortalitati, Aeternum ut sit curare. Cic. pro Domo sua, 60.

Literis Latinis Græco sermone tractata. Cic. 1. de Fin. 1.

Literis suas cogitationes mandare. Cic. 1. Tusc. 10.

Literis & memoriæ. Cic. 12. Philip.

Memoriæ mandatum est, Proditum, & memoriæ relictum, Gellius, Memoriæ mandatum, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. id est, scriptum est.

Memoriæ mãdare aliquid, In memoria figere, & reminisci. Cic. de Amic. 3, Eius disputationis sententias memoriæ mandaui.

Monumentis mandare, Posteritati relinquere, & antiquitati committere. Cic. 4. Acad. 5.

Monumentis annalium mandare. Cic. pro Sestio, 88, Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.

Scriptis mandare, Scriptũ posteritati relinquere. Cic. 2. Offi. 4.

Ordea mandauimus sulcis. Virg. 5. eclog. 7.

Terræ semina, pro Seminare. Col. lib. 1. cap. 7. 6.

Versibus, Versibus conscribere. Cic. pro Archia, 15.

Vinculis, In uincula conijcere. Cic. in Catil. 82.

Causam mandare alicui: id est, cõmittere. Ouid. 13. Metam. 40.

Curam mandare, Committere, uel relinquere. Plinius epistol. 3. b.

Honores mandare alicui, pro Tribuere. Cic. 6. Verr. 73. Desinat queri, pop. Rom. hominibus nouis atq; industrijs libenter honores mãdare, semperq; mandasse. Liu. 4. bel. Pun. 32.

Laqueum mandare alicui. Iuuen. Satyr. 10. 6.

Lethum mandare alicui. Senec. Herc. Oeth. 10. 25.

Mandare magistratum, Decernere. Cic. 3. de Legib. 48.

Mandare officium. Plin. epist. 110. a. lib. 6, Aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium, postquam par Cornuto datum uideo.

Opus miserum mandat socijs. Stat. 9. Thebaid. 34.

Salutem mandare alicui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 3.

¶ Mandans, Part. (οὐτιλλόμενος) Ouid. epist. 15. 64,

Vtere mandantis simplicitate uiri.

¶ Mandatus, pen. prod. Aliud. Partic. (οὐτιταμένος) Cic. pro Ros. Amer. 65, In priuatis rebus si quis rem mandatam non modò malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi causa, uerumetiam negligentius, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant: itaq; mandati constitutum est iudicũ, non minus turpe quàm furti, &c.

Arma mandata nepotibus. Sil. lib. 1. 4.

Castra mandata prosequi. Stat. 3. Syl. 2. 25.

Mandata & commissa imperia. Cic. pro lege Manil. 33.

¶ Mandatum, pen. prod. Substant. (οὐτάλμα, οὐτάλη, ἐντολή) ut in Mandatus participio. Sal. C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit, cum mandatis eiusmodi.

Mãdata accipere ad aliquẽ. Quint. lib. 3. ca. 10. Vide Accipio.

Mandata addere. Plin. lib. 8. cap. 40. 8.

Admitti ad mandata. Vide Admitto.

Agere mandata. Vide Ago.

Bibere mandata. Vide Bibo.

Conficere mandata. Vide Conficio

Curare mandata. Vide Curo.

Mandata digerere, persequi. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15. 6. 7, Facies scilicet ut mea mandata digeras, persequare conficias.

Dare mandata. Ouid. epist. 13. 2.

Dare mandata alicui ad aliquẽ. Cic. Appio, lib. 3. 1. 7, Omnib. ei de reb. quas agi, quas curari à me uoles, mandata des uelim.

Dare mandata alicui de magnis rebus. Cic. 6. Philip. 208.

Excipere mandata. Tacit. in uita Agricolæ.

Exequi mandata alicuius. Ouid. 14. Metam. 121.

Exhaurire mandata pro Exequi & absoluere. Cic. ad Atticum lib. 5. 88. 6.

Facere mandata. Quint. lib. 4. cap. 4.

Fallere mandata alicuius: id est, non exequi mandata, uerim simulare se executum esse. Ouid. 9. Metam. 140.

Ferre mandata per auras. Virg. 4. Aencid. 54.

Fungi mandatis. Tacit. lib. 13.

Gerere mandata. Stat. 5. Syl. 2. 12.

Habere mandata ab aliquo. Cic. 2. Philip. 90.

Suprema mandata loqui. Seneca Medea, 7. 25.

Malè loqui mandata. Horat. de Arte, 22.

Mandata & legatos mittere. Cic. 4. Verr. 117.

Negligere mãdata alicuius. Ouid. epist. 15. 61. Vide Negligo.

Peragere mandata. Ouid. 7. Metam. 102.

Perferre mandata ad aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 25.

Referte mandata mea regi. Virg. 7. Aeneid. 54.

Causam mãdati mei suscipe legatus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 9.

Tenere mandata constanti mente. Catull. Argon. 59. 4. 2.

Tenere mandatum memori mente. Lucret. lib. 2. 118.

Cum mandatis uenire. Cic. 4. Verr. 111.

¶ Mandatus, huius mãdatus, Quarta declinatione apud iurisconsultos legitur, præsertim tit. Mandati. Paulus, Mandatu meo in diem fideiussoris. Caius, Si mandatu meo Titio crediderit. Iulianus, Mandatu creditorum. Sic sæpius.

¶ Mandator, pen. prod. Verbale (οὐτάλτης) Budæus, Mandatores sunt impulsores delatorum, interq; delatores numerantur. Tranq. in Vesp. Inter aduersa temporum & delatores, mandatoresq; erant.

Mandator cædis. Paulus in l. & si certus. ff. ad senatusc. Syllanianum, Et si certus sit percussor, tamẽ habenda est quæstio, ut cædis mandator inueniatur. Budæus.

Delationis mandator. Callistratus in l. ex quibusdam. §. diuus

Pius,

Digitized by Google

Pius. ff. de iure fisci, Diuus Pius Cælio Maximo rescripsit: constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac nisi edidisset ut in uincula deduceretur, eò pertinere, non ut delator pœna subduceretur, si mandatorẽ haberet: sed ut mandator quoq; perinde, atq; si ipse detulisset, puniretur.

Mandatores, similes sunt fideiussoribus: nisi quòd præcedunt rei principalis obligationem. Modestinus. ff. de fideiuß. & mandator. l. si fideiussores, Idem respondit, Si in solidum condemnatus est unus ex mandatoribus, quum iudicati conueniri cœperit, posse eum desiderare, ut aduersus eos qui idem manduerunt, actiones sibi mandentur. Budæus.

Mando] mandis, mandi, mansum (μασάομαι, φλάω) mandere, Dentibus cibum conficere. A manu & dando, existimant deductum: quòd manu cibus ori admoueatur. Martial. lib. 13. 65. de perdice,

Ponitur Ausonijs auis hæc rarißima mensis,
Hanc in lautorũ mandere sæpe soles. Cic. 1. de Nat. deor. 182, Alia fugunt, alia carpunt, alia uorant, alia mandunt.

Lentißimè mandere. Vide Lentus.

Arcus suos mandere. Seneca Thyeste, 8. 32.

Ferrum mandere admorsu. Silius libro 16. 72, Ferrum, lupatos. de equo loquitur.

Stat sonipes, ac fræna ferox spumãtia mandit. Virg. 4. Aen. 27.

Vulnera mandere sæuo dente. Ouid. 15. Metam. 19.

¶ Mandi, Paßiuum. Cic. 2. de Natura deor. 201, Dentibus autem in ore constructis manditur, atq; ab his extenuatur, & molitur cibus.

Morsu leonis mandi. Lucret. lib. 4. 205.

Cibum mandendo exprimimus. Lucret. lib. 4. 125.

¶ Mansito, Frequentatium. Plaut. in Amphitr.

—mutatos Atticos in Arcadia homines,
Et sæuas belluas mansitasse, &c.

¶ Mansito, à uerbo Maneo. Vide Maneo.

¶ Mando, mandonis, m. g. (φάγος) Edax. Lucilius, Atq; omnes mandonum gulæ. Varr. Bimargo, Magna ut tremiscat Roma, & magnæ mandonum gulæ. Nonius.

¶ Manduco, manducas, pen. prod. (μασῶμαι) manducare, Idem quod mandere, & ore uel dentibus conficere. Suet. in August. Cæsar. cap. 76, Qui in balneo demum post horam primam noctis duas bucceas manducaui prius, quàm ungi inciperem.

¶ Manducor, caris, Deponens apud antiquos: Lucil. lib. 14. (ut Nonius citat) Quum illud quid faciat, quòd manducatur in ore.

Manduco, manduconis, siue manducus (ἀδηφάγος) Edax, Pomponius Pictoribus, Magnus Camillus manducus canterius. Plaut. Rud. 13. 51,

Quid si aliquò ad ludos me pro manduco locem? Alij legunt, manduca. Festus manduce legit. Vide paulo pòst.

¶ Manducum, manduci, n. g. Obsonium apud ueteres dicebatur. Varr. de ling. Lat. lib. 6, Vnde manducari, à quo in Atellanis obsonium uocant manducum.

¶ Mansus, Particip. (μεμασημένος) Quint. lib. 10. cap. 1, Cibos mansos ac propè liquefactos demittimus. Cic. 2. de Orat. 88, Atq; omni minimè mansa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inserant.

Mandibula] pen. corr. In qua siti sunt dentes: quæ & Maxilla dicitur. Sipõtinus. Macrob. lib. 7. Satur. cap. 4, Deorsum trahit cibaria confecta mandibulis. Idem in Somnium Scip. lib. 1. cap. 6, Post septem uerò menses, dentes incipiunt mandibulis emergere.

¶ Manduces, μανδύη, inquit Festus, Effigies in pompa antiquorum, inter cæteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat, magnis malis, ac latè debiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens: de qua Plaut. ait in Rudente, 13. 51,

Quid si aliquo ad ludos me pro manduce locem?

Exemplaria, manduca legunt, in prima declinatione.

Mandonius] μανδόνιος, Dux Hispanus. Hic & Indibilis partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispania iuuit. Deinde Scipione ægrotante, seditionem agitauêre, in Romanosq; insurgere cœperunt. Quos quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, ueteris officij memor, tantum castigatos uerbis dimisit. Liuius lib. 29.

Mandra] mandræ (μάνδρα) Spelunca, cubile, & receptaculum pecorum ac pecudum. Iuuenalis Satyr. 3. 23.

—& stantis cõuicia mãdræ Eripiunt somnũ Druso. Probus scribit, mandram esse uici ostium, uel flexum uel arectum: aut breue & uile ædificium, quod angustet latitudinẽ uici: uel ingens uehiculum, quo trabes portantur μάνδρον Græcè dicitur. Mart. lib. 5. 23,

Vixq; datur longas mulorum uincere mandras. Vide Archimandrita.

Mandragora] pen. corr. (μανδραγόρας) Herba. Plin. lib 25. cap. 13. 4, Mandragoram alij circeium uocant. Duo eius genera: candidus, qui & mas: niger, quæ fœmina existimatur, angustioribus fòlijs quàm lactucæ, hirsutis & caulibus, radicibus binis ternisue rufulis, intus albis, carnosis teneris q;, penè cubitalibus. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine, & ijs semen ceu pirorum. Colum. libro 10. non procul ab initio,

Quamuis semihominis uesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores, mœstumq; cicutam.

¶ Mandragoram bibisse, Prouerbiò doctè ac eleganter ij uidentur posse dici alia, qui uelut aspide icti somniculosa, nimis desides sunt, atq; ita quodammodo à sensu dissiti abiunctiq;, ut excitari non queant. Vsus est Demosthenes 4. Philipp. et Lucian. in Timone. Ratio uerò prouerbij est, quoniã is fructus est somni conciliator, ut tradit Plinius.

Mandrò] Fuit nauicularius quispiam, qui aspirante fortuna, eandem factus est Imperator, unde etiam factus adagio locus in eos, qui præter meritum ad opes euecti, pristinæ conditionis non ineminerint.

Manduco] manducas, et Mãducus. Vide Mando, mandis.

Mandya] mandyæ (μανδύη) Vestis est Phœnolæ similis, cuius memmit in Iphigenia Rhinton. Dion in Tiberio, Facta in conuentu quodam pluuia, inquit, φασὶ μανδύᾳ, ἱματίῳ, ac in reliquum, uestem aliã capere ausus est nemo. Eiusdem meminit in Domitiano quoq;: Quum, inquit, per naumachiam implueret uehementius, mandyas subinde mutabat, alium uerò neminẽ permisit. Mandyam sunt, qui etiã loricium nuncupent, id est, λωρίκιον, quod penulæ genus fòret, quas se ut lorica munirent: Latini mantellum dicunt. Vide plura apud Cæl. lib. 16. cap. 10.

Mane] Aduerbium (πρωΐ, πρωΐα, ἑωθίν) Diei pars prima. Manum, clarum ueteres dicebant, teste Nonio, Seruius, Manum antiqui bonum dicebant unde & mane dicitur, quid enim melius? Terent. Heaut. 1. 1. 15,

Nunquam tam mane egredior, neq; tam uesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer. Cic. Curioni, lib. 7. 31. 4, Qui usq; à calend. Ianuar. esset, quæ erant futuræ mane postridie.

Mane, inquit Varro, diei principium, quòd tum manat dies ab Oriente: nisi potius, quòd bonum antiqui dicebant manum, ad cuiusmodi religionem Græci quoq;, cum lumen affertur, solent dicere, φῶ ἀγαθόν. Vide lib. 5. de ling. Lat.

Mane, magis & minus esse non potest: ante & post, potest. Vide Varro. lib. 8 de ling. Lat.

Mane uigilare. Horat. 2. epist. 1. 21.
Mane piger stertis. Pers. Satyr. 5. 14.
Mane & mani dixerunt ueteres, quemadmodum Here & heri, propter cognationem literarũ E & I, authore Donato. Seruius mani ablatiuũ esse dicit à mane, adducens Plauti exemplum, A' mani usq; ad uesperam.
Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum diem. Cic. Attico, lib. 13. 267. 1.
Bene mane hæc scripsi. Cic. ad Attic. lib. 4. 79. 3.
Mane totum dormire. Martial. lib. 1. 46.
Mane diei. Hirtius de bello Afric. lib. 5.
Clarum mane. Persius Satyr. 3. 1,
—iam clarum mane fenestras
Intrat, & angustas extendit lumine rimas.
A' mane. Vide A'.
Obscurum mane. Colum. lib. 7. cap. 12. 3.
Vel post nonam, uel postero mane. Colum. lib. 9. cap. 15. 9.
Multo mane. Vide Multus.
Nimis mane. Vide Nimis.
Maneo] manes, mansi, mansum (μένω, μιμνάζω, ἀνλίζομαι, διατρίβω) manere, Loco insistere, inquit Nonius, siue, ut ait Sipontinus, Continere se, & firmum stare. Virgil. libro 10. Aeneid. 155,
—manet imperterritus ille
Hostem magnanimum opperiens. Terent. Eunuch. 3. 5. 31,
In interiore parte ut maneam solus cũ sola. adnuo. Vbi Donatus, Maneam, Remaneam, perseueremq; in loco.
Paulisper manere. Vide Paulisper.
Diem unum manere. Propert. lib. 2. eleg. 10. 4.
Domi manere. Catull. ad Ipsitillam, epig. 30. 2.
Manere ad exercitum: hoc est, iuxta exercitum. Liuius 2. ab Vrbe, 123.
Manere ad urbem. Liu. 10. bell. Pun. 121. Ex uetusto codice legitur, remorari.
Maneas apud me cum tuis. Cicero ad Atticum, lib. 4. 87. 6. Terent. Eunuch. 3. 3. 28,
—at apud nos hic mane Dum redeat ipsa.
Mane, mane: Habet singularem uim in se reuocantis. Terent. Phorm. 1. 4. 40.
Ah, quid agis? quò abis Antipho? mane, Mane inquam.
Mane, Gaudentis aliquando, non autẽ operiri iubentis, inquit Donatus. Terent. Adel. 2. 3. 11,
Sed quidnám foris crepuit? s. mane, ipsa exit foras. Idem Heaut. 3. 3. 52,
Mane, mane, quid est quod tam à nobis grauiter crepuêre fores?
Manere ut, pro Expectare. Plaut. Stich. 3. 1,
Qui manet ut moneatur semper seruus homo officiũ suũ,
Nec uoluntate id facere meminit, seruus is habitu haud probus est.
Manere aliquem, Expectare. Plaut. Menæh. 22. 46,
Hic me mane. Terent. Phorm. 3. 1. 16,
Mansurus patruum pater est dum huc adueniat.
Manet te bonum. Plaut. Mostel. 2. 47. Virg. 12. Aeneid. 13.
Quite cunq; manent istũ certamine casus. id est, instant, imminent, & futuri sunt. Cic. 2. Philip. 37, Cuius quidem te fatum, sicuti C. Curionem, manet.
Maneat nostros ea cura nepotes. Virg. 3. Aeneid. 101.
Gloria te manet. Virg. 1. Geg. 34.
Nox una manet omnes. Horat. 1. Carm. ode 28. 3.
Manet periculũ. Liu. 4. bel. Pun. 104, Periculumq; ingens manet, nisi communi concordiæ consulitis.
Pœna te manet. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 16.
Manet tibi. Virg. 9. Aeneid. 61,
Hæc eadem, matriq; tuæ, genericq; manebunt.
Non manebat ætas uirginis meam negligentiã. Terent. Phorm. 4. 1. 4. id est, uirgo nubilis non poterat me expectare diutius immorantem: quòd retardarem nuptias eius.
Constantius & firmius in perspicuis manere. Vide Consto.
Manente tamen in speciem amicitia. Tacit. lib. 20.
Manere perpetuò in amicitia. Cic. 4. Verr. 2.
Immota manet arbor. Virg. 2. Georg. 59.
Amor mansit, nec solutum est coniugale fœdus. Ouid. 11. Metamorph. 149.
Manet beneficium in ea. Cic. ad Acilium, lib. 13. 37. 3, Eidem Dolabellæ, me audiente Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega uererentur, beneficium suum in eo manere.
Causæ manent. Cic. ad Attic. lib. 12. 247. 1, Sed erant causæ cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum, &, ut nunc est, mansuræ uidẽtur. hoc est, duraturæ.
Mansit Syluijs postea omnibus cognomen, qui Albæ regnauerunt. Liu. 1. ab Vrbe, 12.
In conditione manere. Cic. ad Attic. lib. 7. 134. 3.
Conditio manet. Cicer. Curioni, lib. 2. 6. 10, Eaq; mihi conditio maneat, qua profectus sum.
Contentio manet mihi cum illo. Cic. ad Attic. lib. 14. 311. 4.
Dolor manet. Cic. 2. de Finib. 148.
Fama manet. Plin. epist. 180.
Fortuna manet stabili fundamento. Lucret. lib. 5. 226.
In cursu suo manet fortuna. Ouid. epist. 21. 12.
Intra fortunam suam manere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 6.
Mansit unicus gnatus domi: hoc est, remansit. Terent. Heaut. 3. 2. 29.
Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebũt. Virg. 5. ecl. 6.
Manent ingenia senibus, modò permaneat studiũ, & industria. Cic. de Senect. 19.
Manent ij qui bonis tuis perfruantur. Plin. in Paneg. 61.
Induciæ manent. Cæsar 3. bel. Ciuil. 65.
Lex manet: cui opponitur Abrogata. Cic. de Prouin. Cõsul. 38.
Memoria rerum Rom. manet. Cic. 2. Offic. 62.
Mos manet. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 4.
In numero manere. Quint. lib. 1. cap. 4. 8. Kappa apud Græcos, nunc tantùm in numero manet.
In officio manere, quod & Stare in officio dicitur: hoc est, Munus suum diligenter exequi. Cic. Attico, lib. 1. 1. 12.
In fide & in officio manere. Liu. 8. bel. Pun. 123.
Parietes urbis stant & manent. Cic. 2. Offic. 41.
Pax mansit. Liu. 1. ab Vrbe, 114, Nec diu pax Albana mansit.
Promissis manere: Idem quod Stare promissis. Virg. 2. Aen. 32,
Tu modò promissis maneas, seruataq; serues
Troia fidem.
Sententia manet, Perstat. Cic. ad Attic. lib. 8. 166. 5.
In sententia uel proposito manere, quod & Stare dicitur. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 4, Sed uelim maneat Damasippus in sententia. Sueton. de claris Grammat. 24, Nihilominus in proposito mansit.
In sententia philosophorum manere: Sequi eorum sententiam. Cic. 1. de Diuin. 9.
Societas manet inter nos. Cic. Cornificio, lib. 12. 27. 2.
In statione manere. Lucret. lib. 4. 78.
Suo statu manere, uel eodem statu: pro, In suo uel eodem statu. Cic. ad Attic. lib. 5. 96. 3. Liu. 1. bel. Maced. 112.
Suspicio manet. Cic. pro Quintio, 18.
Verba maneant in animo. Senec. Medea, 7. 25.
Vita manet. Virg. 5. Aen. 145.
In uita manere: cui Excedere è uita, opponitur. Cic. 3. de Finibus, 92.



Digitized by Google

Voluntas manet. Cic. pro Quint. 55.
Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile: hoc est, Sit ita, esto, fac sit. Cicero 3. Offic. 65. Et pro Rab. Posthum. 15, Quamobrem illud maneat, & fixum sit, quod neq; moueri, neq; mutari potest.
Manedum, Cohibendi particula. Plaut. Asin. 16. 27, Nihil ecastor est quod facere mauelim. PA. Manedum.
Maneri, Impersonale. Cic. Attic. lib. 10, Sed ad primum reuertor: quid putes faciendum, occultene aliquò propius uenien dum, an mare transeundum: nam hic maneri diutius non po test. Eidē, lib. 8. 147. 13, Id si est, in Italia fortasse manebitur.
Mansum ] Supinum à Maneo. Terent. Heauton. 1. 2, Quid tu tecum? CH. Dicam: utut erat, mansum tamen oportuit: id est, manendum erat, non discedendum.
¶Mansurus, pen. prod. Partic. (διαμένων) ut, Amor mansu rus. Ouid. 2. de Arte, 49.
Carmen mansurum, Immortale. Stat. 4. Syl. 2. 1.
Decus mansurum per secula. Sil. lib. 17. 127.
Fama mansura in secula. Lucan. lib. 8. 15.
Monimenta mansura per æuum. Ouid. 5. Metam. 46.
Opus mansurum post mea fata. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4
Vrbs mansura. Virg. 3. Aeneid. 18.
¶Manendus, da, dum, Gerundiū: ut, Aetas manenda, id est, per duranda. Lucret. lib. 3,
Temporis æterni quoniam non unius horæ
Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis Aetas post mētem, quæ restat cunq;, manenda. Sensus est: In quo sta tu temporis æterni, omnem ætatē, quæcunq; post mortē restat, necessariò permanebūt & perdurabūt homines. Lambinus.
¶Mansio, Verbale (μονὴ, διαμονὴ) cui contrarium est Decessio. Terent. Phorm. 5. 9. 23,
Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?
Mansio & Decessio, contraria. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 4. 16.
Mansio in uita: cui contrarium est Excessus è uita. Cicer. 3. de Finib. 92.
Mansio, Hospitium. Suet. in Tit. Vesp. cap. 10, Deinde ad pri mam statim mansionem febrim nactus, quum inde lectica transferretur, &c.
Mansio (inquit Sipōtinus) iter est unius diei. Plin. lib. 12. cap. 14, Gebanitarū caput Thomna est: abest à Gaza nostri li toris Iudææ oppido M. D. XXXVII. millia passuum: quod diuiditur in mansiones camelorum sexaginta duas.
¶Mansito, mansitas, pen. corr. (διαμένω) mansitare, Frequen tatiuum. Tacit. lib. 13, Quippe mansitasse unà coniuncebatur. Idem lib. 14.
Mansito, à uerbo Mando, mandis. Vide Mando, mandis.
Manes ] manium, niambus, pluraliter tantùm. Acron, Dij ma nes, di: boni, à manū, quod est bonum. Antiqui animū à cor pore separabant: manem deum nuncupabant. Apuleius de dæmonio Socratis, Manes animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore nostro Genij dicuntur: corpori renuntian tes, Lemures: quum domos incursionibus infestarent, Laruæ appellabantur. Contrà, si bonæ fuerint, Lares familiares. Seruius per antiphrasin ait Manes esse deos inferos, quia non sint boni. Idē dicit alibi esse animas corporibus exutas, quæ nondū in alia corpora migrauerint. Festus, Manes dij ab auguribus uocabantur, quod per omnia manare crede bant, eosq; deos superos atq; inferos dicebant. Cic. 2. de Le gib. 37, Deorum manium iura sancta sunto.
Manes. Virg. 6 Aeneid. 149, Quisque suos patimur manes.
Seruius, Manes, supplicia quæ sunt apud manes.
Di manes. Horatius Epod. 5. 20.
Diui manes Lucret. lib. 6. 153.
Imi manes. Virg. 4. Aeneid. 78.
Profundi manes. Virg. 1. Georg. 49.
Semidei manes. Lucan. lib. 9. 2.
Sacrati manes. Sil. lib. 15. 88.
Sepulti manes. Virg 4. Aeneid. 7.
Stigij manes. Ouid. 13. Metam. 94. Ibidem, 5. 24.
Elicere manes ex fossis. Horat. 1. Serm. Satyr. 8, 6.
Nocturnos ciere manes. Virg. 4. Aeneid. 98.
Charos urna confundite manes. Stat. 3. Theb. 34.
Lædere manes alicuius. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 14.
Manes ] μάνης, Hæresiarcha, genere Persa, uita & mori bus barbarus, tam acer ingenio, ut ex nominis argumento insanire uideretur: sub Aureliano principe Romani è Persi de uenit. Ab hoc Manichæorum hæresis & nomen & onū habet. Hunc deniq; Manetem ad ultimum rex Persarum uir uum cute direpta necauit, quòd filium eius quem reiectis alijs medicis curare pollicebatur, interfecerit. Ex Suida & Eusebio.
Manens ] Manentis Alter item Hæresiarcha, à quo dogma il lud nefarium, quo Euchetæ hæretici utebantur, in Syria fuit propagatum. Vide Cæl. lib. 2. cap. 16.
Manes ] Fluuius est, siue potius torrens, Locrorum Epicne midiorum, Thronion præterfluens: interdum tam exiguus, ut transeuntis uix tingat pedes: interdum tam latus, ut in bi na diffundatur iugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strabonem, lib. 9.
Manesium ] Phrygiæ oppidum, à diuite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Stephanus.
Manethus ] Vide paulo antè Manæthus.
Manethusa ] Vrbs Cretæ insulæ, apud Pomponium Me lam, lib. 2.
Mango ] Mangonis, com. g. (μαγγανευτὴς) Dicti sunt man gones, quasi manu agones: erant enim magistri formæ pue rorum, & mentiendi coloris artem probè callentes. Solebāt enim pueros puellasq;, quo facilius uendi possent, artificia quodam componere, atq; colorem fuco ementiri, ut uendi biliores essent. Quintilianus lib. 2. cap. 15. 17. Martialis,
Millia pro puero centum me mango poposcit. Suetonius in Domitiano, cap. 7, Castrari mares uetuit: spadonum, qui residui apud mangones erant, precia moderatus est.
Mangones, Aliarum etiam rerum dicuntur, qui merces poliunt atq; interpollant, ut pluris uendant. Plin. lib. 37. cap. 13. 2, Decussi fragmenti paulum, quod in lanina ferrea teratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarū. Idem lib. 7. cap. 12. 6.
¶Mangonizo ] mangonizas, pen. prod. (μαγγανεύω) Man gonizare, Ornare, & quasi componere rē aliquam ad alli ciendos emptores. Plin. lib. 32. cap. 10. 20, Ita pueros man gonizauit Salpe obstetrix. Idem lib. 23. cap. 1. 14.
¶Mangonizata ] μαγγανευθεῖσα, etiam oratio dici potest, for ma item & domus, & reliqua: ut lenocinijs & fuco potius quàm ueritate allectent. Hæc Hermolaus. Mangonizantur etiam panni siue linei, siue lanei. Equos præterea mangoni zatos uenire uidemus. Plinius lib. 9. cap. 54. 1, Vt qui pri mus pensiles inuenit balineas, ita mangonizatas ullas subin de mandendo.
¶Mangonicus, pen. corr. Adiect. (μαγγανευτικὸς) Quod ad mangonem pertinet. Plin. libro 21. cap. 26. 1. Suetonius, Necessariosq; ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa descendit.
¶Mangonium, mangonij (μαγγανεία) Artificium quod ad res facilius uendendas adhibetur. Plinius libro 10. cap. 50. 2, Dedēre & Parthi cocis suos mores, nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pecto re tantùm

re tantum gallinarum laudatis.

**Mania** ] *maniæ, Vrbs Parthorum ab Oriente hyberno. Plin. lib. 6. cap. 25.*

**Maniæ** ] *maniarum (μορμολύκεια) Festus, Maniæ, turpes, deformesq; personæ. Manias Aelius Stilo dici ait ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alij maniolas appellant. Manias autem, quas nutrices mimitentur pueris, esse laruas, id est Manes, quos deos deasq; putabant, quosq; ab inferis ad superos emanare credebant. Sunt qui Maniam laruarum deam, auiamq; putent.*

**Mania**, *Insania etiam dicitur: Græcum enim est uocabulum. Cic. 3. Tusc. 18, Græci autem maniam unde appellent, non facilè dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius quàm illi: hanc enim insaniam, quæ iunctæ stultitiæ patet latius, à furore disiungimus.*

**Maniæ** ] *Deæ. Celius lib. 17. cap. 4, In Arcadia porrò pergẽti & ciuitate quam μιγάλιν uocant, Messenicam uersus, dearum occurrit templum, quas et regionem templo circũiectam, manias nuncupant. Eas eruditi Eumenidas interpretantur. Hæc ille.*

**Manica** ] *pen. corr. (χείρισμα, χειρὶς) A manu deriuatur. Vestis pars, qua manus teguntur. Virg. 9. Aeneid. 124,*

*Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*

**Manicæ** (χειρόσιλαι) *Manuum uincula. Virg. 2. Aeneid. 30.*

*—manicas atq; arcta leuari. Vincla iubet Priamus.*

*Cic. 11. Philipp. 309, Solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere.*

*Truces manicæ. Valer. 2. Argon. 93.*

*Occupare aliquem manicis. Virg. 4. Georg. 88.*

*In manicis & compedib. tenere aliquem. Horat. 1. epist. 17. 16.*

**Manicæ**, *Thecæ sunt ferreæ, quibus brachia & manus contra hostium iniurias muniuntur. Iuuen. Satyr. 6. 26,*

*Baltheus, & manicæ, cristæ, cruriscq; sinistri*
*Dimidium tegmen.*

**Manicæ**, *Quibus aduersum uim frigoris manus muniuntur, quas Græci chirothecas uocant. Plin. iun. ad Macrum, libro 3. epist. 5. Cuius manus hyeme manicis muniebantur: ut ne cæli quidem asperitas ullum studij tempus eriperet.*

¶ **Manicatus**, *pen. prod. Adiect. (χειριδωτὸς) Quod habet manicas, at Manicata tunica. Cic. in Catil. 4. 2, Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos uidetis, manicatis & talaribus tunicis, uelas amictos, non togis. Colum. lib. 11. cap. 1. 18. Quæ utraq; prohibentur optimè pellibus manicatis & sagatis cucullis.*

*Probrosè nominat Cicero manicatas tunicas, quasi hominum effœminatorum. Vide Gellium.*

**Manicon** ] *μανικὸν, Sthryæni herbæ species est, quam si quis drachmæ pondere sumpserit, uariæ species ac lætitia plenæ animo obseruantur: quod pondus duplicatum, mentis excessum triduo affert, triplicatum mortem. Alio nomine Dorycnion appellatur, eo quòd cuspides in prælijs eo tingerentur. Vide Plin. lib. 21. cap. 31, Ea putatur esse, quæ hodie in officinis Solatrum mortale appellatur.*

**Manicula** ] *Transuersa est regula in stiua aratri: sic dicta, quòd manu bubulci tenetur: qui qua, est temo inter boues. Varr. de ling. Lat. lib. 4. Turnebus autem hunc locum sic legit, Et in ea transuersa regula, manibula, quòd manu bubulci tenetur: qui quasi temo est inter boues: bura à bubus, alij à curuo curuum appellant. Aliter interpungitur in Varronis codicibus: sed hæc lectio mihi fit uerisimilior.*

**Manichæi** ] *Hæretici fuêre, à Persa quodam appellatione ducta, ut suprà scripsimus: qui duas introducebant naturas, & substantias duas, bonam unam, alterum mali causam. De his pluribus Cæl. lib. 1. cap. 14. & lib. 18. cap. 18.*

**Manifestus** ] *Adiect. (δῆλος, ἔκδηλος, κατάδηλος, σαφὴς, φανερὸς, καταφανὴς) Clarus & apertus, quasi ad manus foris stans. Cic. 4. Verr. 131, Manifestis in rebus homines iam teneri uidebitis.*

*Amator manifestus. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 8.*

*Manifesta cædes. Liu. 1. ab Vrbe, 28.*

*Causa manifesta. Propert. lib. 3. eleg. 13. 1.*

*Culpa manifesta. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 11.*

*Deus manifestior. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 13.*

*Fides manifesta. Virg. 2. Aeneid. 62.*

*Manifestum furtum. Cic. 4. Verr. 34.*

*Ira manifesta numinis. Ouid. 6. Metam. 63.*

*Libido manifesta. Ouid. 9. Metam. 97.*

*Manifestas literas queris. Cic. 5. Verr. 123.*

*Pietas manifesta. Ouid. 2. de Arte, 65.*

*Signa manifesta dare. Ouid. 5. Metam. 94.*

*Vestigia manifesta rotæ. Ouid. 2. Metam. 27.*

*Manifestum facere. Plin. epist. 318.*

*Manifestum habere. Salust. in Catil.*

*Negare manifesta. Ouid. epist. 4. 23.*

*Manifesta res est. Plaut. Mostel. 8. 7.*

*Testatæ & manifestæ res. Cic. 2. Ver. 29.*

*Manifestus mendacij aut sceleris, Cuius scelus aut mendacium omnibus palam est. Plaut. Truc. 4. 29. Salust. in iugurt.*

*Vanitatis, flagitij, ambitionis manifestus, et similes locutiones, quibus quidem frequenter utitur Tacitus: ut, lib. 4, Ne tamẽ offensionis, ut metus manifestus foret.*

*Manifestus delicti. Corn. Tacit. lib. 2.*

¶ **Manifestè**, *Aduerb. (σάφα, σαφῶς, φανερῶς, σὺν αἰτίᾳ, κατάδηλον, ἀποφασκόντως) Palàm perspicuè, clarè, non obscurè. Cic. 3. in Catil. 51, Vt, quod erat difficillimum, quodq; ego semper optabam à dijs immortalibus, tota res non solùm à me, sed etiam à Senatu, & à uobis manifestè deprehenderetur.*

*Apparere manifestius. Virg. 8. Aneid. 4.*

¶ **Manifestò**, *Aduerb. (ἀμφαδὸν) Idem Cicero pro Cluentio, 13, Quum manifestò uenenum deprehẽdisset, &c. Idem 3. in Catil. 62.*

*Manifestò uerberari: id est, palàm. Plaut. Asin. 11. 23. Cicer. 5. Verr. 116, Teneo in medijs uectigalibus pop. Rom. in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifestò auertentem rẽ frumentariam omnem.*

*Manifestò compertum atq; deprehensum facinus. Cicero pro Cluentio, 32.*

¶ **Manifestarius**, *Adiectiuum (ἀναπόδεικτος, χειρόβακτος, σύνοπτος) Idem quod manifestus. Quod uulgò notorium dicitur.*

*Manifestaria res est. Plaut. Mil. 1. 33.*

*Manifestarius fur. Plaut. Aul. 18. 10.*

*Manifestarium aliquem tenere. Plaut. Trinum. 13. 47.*

**Manilius** ] *Octauius, à quo Manilij fluxêre. Is Tusculanorum dux, & Tarquinij gener, ad quem ille post fugam se recepit, eiusq; auxilio Romanis intulit bella. Liuius lib. 1.*

**Maniolæ** ] *Insulæ ex aduerso Indiæ, extra Gangem, in quibus tradunt nauigia quæ clauos ferreos habent, detineri, nec ulterius progredi sinunt, nequando lapis Herculeus, qui circa ipsis gignitur, illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi, Maniolæ dicti: ut scribit Ptolem. lib. 7.*

**Manipulus** ] *pen. corr. (χειρόβολον, ἄμαλλα) A manu fit: & propriè significat fasciculum, quem manu quis apprehẽdit metendo. Plinius lib. 18. cap. 28. 4. Colum. lib. 11. cap. 2, Bonus operarius prati iugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos unus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum.*

Filicum

Digitized by Google

Filicum manipli, pro Manipuli. Virg.3.Georg.60.

Manipulus (λόχος) Exigua militum manus, quæ unum ſequitur ſignum. Erat enim pars centuriæ: ita dicta, quòd Romulo adhuc paupere, Romanus exercitus manipulos fœni haſtis alligatos, pro ſignis gerebat. Et in legione quidem erant XXX manipuli. Vnde Manipularis, Qui fert uexillum. Ouid.3.Faſt.24,

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos:

Vnde Maniplaris nomina miles habet. Vegetius lib. 2. ſcribit, Manipulum uocari contubernium decem tantummodo militum, ſub uno papilione degentium: ab eo dictum, quòd coniunctis manib. dimicarent. Terent. Eunuch. 4.7.6,

Cedò alios, ubi centurio eſt Sanga, & manipulus furum? id eſt, militum. Cæſar 6.bell.Gall.122, Si contmere ad ſigna manipulos uellet. Ibidem, lib. 2.32.

Armatos manipulos ad ſigna conuocat. Lucan.lib.1.61.

Proſtrati manipli. Sil.lib.17.122.

Diſiectiq; duces, deſolatiq; manipli. Virg.11.Aeneid.174.

¶ Manipularis, & hoc manipulare, penult. prod. (λοχίτης) Quod ad manipulũ pertinet, quodq; de manipulo eſt. Plaut. Moſtell.4.155,

Conueniunt manipulares, eccos prædam participes petunt. Idem Milit.11.3,

Eripiam ego hodie concubinam militi, ſi centuriati bene ſunt manipulares mei. Cicer. ad Attic. lib. 9.18 1.2, Et me una hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, uel potius ruentem Pompeium, tanquam unus manipularis ſecutus ſim. Cæſ.7.bell.Gal.192.

Manipulares iudices. Cic.1.Phil.15.

¶ Manipularius, Adiect. ut Habitus manipularius, apud Suet. in Caligula, cap.9.

¶ Manipulatim, pen. prod. Adũerb. (λοχηδὸν) Per manipulos. Plaut. Pſeud.4.48,

—manipulatim mihi

Munigeruli facite ante ædes iam hîc adſint. Liu. ab Vrb. lib. 8.37, Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtèa manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe.

Manis] Fuit rex Phrygiæ uetuſtiſſimus, bonitate & potentia perinſignis, cuius de nomine Phryges etiam nunc illuſtria admirandaq; omnia Manica nuncupant. A' quibuſdã Maſdes uocatur. Author Cæl. lib. 23. cap. 6.

Manius] μάνιος, Prænomen, dictum eſt ab eo quòd mane quis initio natus ſit: ut Lucius, qui luce. Feſtus.

Manius] Martius, Aedilis plebis primum frumentum populo in modios aſſibus donauit, ut ſcribit Plin. lib. 18. cap. 3.

Manliana] pen. prod. (μανλιανά) Vrbs Luſitaniæ Ptolemæo. Vulgò Mons maior. Manliana item, Tuſcorum urbs, Ptolemæo authore. Hodie Mallianum.

Manlius] μάνλιος, Mathematicus, apici auratam pilam addidit, cuius uertice umbra colligeretur in ſemetipſam, alia atq; alia incrementa iaculantẽ apice, ratione, ut ferunt, à capite hominis intellecta. Plin. lib. 36. cap. 10.

Manlius item Capitolinus, ob defenſum Capitolium dictus. De quo Plin. lib. 7. cap. 28.

T. Manlius Torquatus, cognomento Imperioſus, quòd ſæuiſſimi exempli author inſignem crudelitatis titulum occupaturus fuerit, Atq; inde imperia Manliana dicta. Vide Gellium lib. 9. cap. 13.

Manna] manna (μάννα, ἀπὸ μάννα) Ros melleus matutinus, ſiue quod mel roſcidum Galenus appellat, ſiue etiam quod mel aerium Virgilius. Cælius, illud hac parte obiter lectius attigero, Syriacum rorem à Celſo in medicina capi pro eo, quòd nomine peregrino uocatur etiam manna. Dioſcorides in Libano probari manna tradit, candore præcipuo. Sciendum tamen, in thure quoq; agnoſci manna à Plinio, lib. 29. cap. 6. 12. quoniam ſic eliſas intelligit micas. Hactenus Celſus lib. 13. cap. 56. Galenus lib. 3. de Alimentis, colligi ait in Libano monte Liburniæ.

Mannulus] mannuli, pen. corr. m. g. Equus puſillus. Mart. lib. 12. 25, Nuſquam eſt mulio, mannuli tacebunt. Plin. epiſt. 67. a, Habebat puer mannulos multos & iunctos & ſolutos: habebat canes maiores minoresq;. Dicti ſunt autem mannuli, ſiue, ut eſt apud Horatium 3 Carm. ode 27. 2, Manni, quòd manſuetudine manum ſequantur, ut ibi inquit Acron. Horat. Epod. ode 4. 3, Et Appiam mannis terit.

Mannus] Vide Mannulus.

Detonſi manni. Propert. lib. 4. eleg. 8. 3.

Impoſitus mannis. Horat. 1. epiſt. 7. 16.

Currit agens mannos ad uillam. Lucret. lib. 3. 216.

¶ Mannus, dicitur etiam colli ornamentum: unde mannophori Græcis nũcupantur maniacia habentes, id eſt, aurea peritrachelia. Hæc Cæl. lib. 23. cap. 5. Dicitur quibuſdam Manos, ſiue Monos. Vide Pollucem lib. 5. cap. 16.

Mannus] μάννος, Filius fuit Teutonis dei, à quo Alemanni dici gloriantur.

Mano] manas (βρύω, ἀποβρύω, ἀποῤῥέω) manare, Propriè dicitur, quũ aliquid ex integro, ſed nõ ſatis ſolido per minutiſſimas partes ſtillat. Tractũ à Græcis, qui μανὸν rarũ et ſine denſitate appellant. Feſtus manare à mane deducit, & de ſole propriè dici uult, quum orientes radij ſplendorẽ iactare incipiunt. Frequentius tamen ad aquam & ad humores refertur.

Manare per translationẽ, Defluere, Deſcendere ſignificat. Res autem quæ manat, quandoq; in nominatiuo ponitur, quandoq; in accuſatiuo, quandoq; in ablatiuo.

Sudor ad imos manabat talos. Horat. 1. Serm. Satyr. 93. 5.

Aqua manat de flumine. Ouid. 2. de Remed. amor. 45.

Guttæ ſanguineæ manant de uulnere. Ouid. 2. Metam. 72.

Manat è fontibus. Cic. 1. Tuſc. 11.

Ingenium meũ manat paupere uena. Ouid. 2. de Pont. eleg. 5. 5.

Mella caua manant ex ilice. Horat. Epod. 16. 10.

Lachrymæ manauêre genis. Sili. lib. 7. 143. Liu. 4. bell. Macedon. 186.

Sanguis manat palato. Ouid. 3. Metam. 17.

Manat ſudor corpore. Virg. 3. Aeneid. 35.

Vnda manat fontibus. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.

Manat cruore culter. Liu. 1. ab Vrb. 258.

Manat ſudore. Cic. lib. 1. de Diuin. 127.

Manat picem hæc arbor. Plin. lib. 14. cap. 20. 1.

Manare, Diſpergi, diſſeminari, ſerpere, percrebeſcere. Cicer. 2. Tuſc. 111, Latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto maiorem locum, quàm de uno dolore occupabit.

Manat conſilium. Liu. 7. ab Vrb. 187.

Manat fama & rumor. Cic. 14. Philipp. 394. Liuius ab Vrbe, lib. 2. 213. Manat tota urbe rumor: Fabios ad cælum laudibus ferunt.

Manat malum. Cic. ad Caſſium, lib. 12. 1. 1, Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie.

¶ Manans, Particip. [ῥύμη) ut aqua manans de niue. Ouid. 1. de Pon. eleg. 1. 14.

Lymphæ manantes. Horat. Epod. 2. 6.

Manantia ulcera, Plinius identidem pro iis qui ſerpunt, accipit, ut lib. 23. cap. 3. Budæus.

Manantia capitis ulcera, Græcè (ἄχωρες) ex Pauli Aeginetæ lib. 2. deſcriptione, fiunt in ipſa capitis cute, tenuiſſimis foraminibus cutẽ perforantia, ex quibus glutinoſa fluit ſanies. Notum mali genus, & pueris in primis familiare.

¶ Manalis, Adiectiuum, ut Manalis fons, Ex quo aqua perpetuò manat.

¶ Manalem

¶ Manalem lapidem putabant esse ostium Orci, per quod animæ inferorum ad superos manarent, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam uocabant petram quandam quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis: quã quum propter nimiam siccitatem in urbem pertraherent, sequebatur statim pluuia: eumq; quòd aquas manaret, manalem lapidem dixere. Festus.

¶ Manabilis, & hoc manabile, Adiectiuum: ut, Frigus manabile. Lucret. lib. 1,

. Nam neq; conlidi sine inani posse uidetur
Quicquam, &c.
Nec capere humorem, nec item manabile frigus.

Manabile, inquit Lambinus, id est, quod facilè in partes intimas penetrat.

Manobarbulus] Teli genus, simile plumbeæ pilæ, quo utentes milites ipsi manobarbuli dicti sunt. Hic postea à Maximiano Cæsare, quòd se fortiter in Illyrico gessissent, Iouiniani & Herculani dicti sunt. Sipõtinus putat esse uocabulum peregrinum.

Manon] μανὸν, Spongiæ genus, minus spissum & mollius: ἀπὸ τῆς μανότητος, hoc est, à raritate appellatum. Plin. lib. 9. cap. 45, Spongiarũ tria genera accepimus: spissum, præduru, & asperum, Tragos id uocant: minus spissum & mollius, manon: tenue densumq;, ex quo penicilli, Achilleum.

Mansisterna] Aquæ urna, id est, urcius. Plaut. Bacchid.
Effer mansisternam cum aqua foras.

Mansio] Vide Maneo.

Mansito] Vide Mando, Mandis: & Maneo.

Manstutor] Vide Manus.

Mansuetus] pen. prod. Adiect. (πρᾶος, ἥμερος, ἐπιεικὴς, τιθασὸς) Mitis, quasi manu assuetus: quòd omnia quæ sunt natura fera, manuũ præmulsione miteſcant. Festus, Mansuetus, neq; misericordia mœstus, neq; crudelitate sæuus, sed modestè temperatus. Terent. Andr. 1. 87.
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij.
Mansuetiq; animi officia.

Mansuetus & Ferus, cõtraria. Cic. 1. de Inuent. 4, Deinde propter rationem atq; orationem studiosus audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.

Amor mansuetus. Propert. lib. 1. eleg. 9. 3.

Mansuetæ bestiæ, Placidæ & cicures dicuntur.

Beneficus, salutaris, & mansuetus ciuis. Cic. pro Milone, 15.

Ira mansuetior. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 5.

Littora mansueta. Propert. lib. 1. eleg. 16. 6.

Manus mansuetæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 6.

Pectus mansuetum. Ouid. in Ibin, 6.

In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus. Cic. 2. de Orat. 111.

Facere mansuetum, uel reddere. Plautus Asin. 10. 1. Cicero 1. de Inuent. 4.

¶ Mansuetè, pen. prod. Aduerbium (πρᾴως) Cic. pro Marcello, 5, At uerò quum aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, &c.

¶ Mansuetudo, pen. prod. (πρᾳότης, ἐπιείκεια, ἡμερότης) Cic. 7. Verrin. 90, Illam clementiam, mansuetudinemq; nostri imperij, in tantam crudelitatem inhumanitatemq; esse conuersam?

Lenitatis & mansuetudinis genus orationis, cui opponitur Vehemens & atrox. Cic. 2. de Orat. 110.

¶ Mansuefacio, mansuefacis, pen. cor. mãsuefeci (πρᾳΰνω, ἡμερόω, τιθασόω) mansuefacere, Mansuetum reddere. Plin. lib. 11. cap. 37. 44, Quæ causa etiam mansuefacta, ubi ad nimium sanguinem peruenit sæuiat, muitat ad rabiem.

Mansuefacere plebem. Liu. 3. ab Vrbe, 62.

Mansuefacti & exculti. Cic. 1. Tusc. 97.

Domitus & mansuefactus: de inanimatis. Plin. lib. 34. cap. 9.

Mansuefactum Cæsar, Multaq; erant intra eum locum mansuefacta, quibus interim iumenta pascerentur: id est, ut ipse dicit, inter munitiones sata. Budæus.

¶ Mansuefio, pen. prod. mansuefis, pen. indiff. (πρᾳΰνομαι) mãsuefieri. Cæsar 6. bell. Gall. 99, Sed assuescere ad homines et mansuefieri, ne paruuli quidem excepti possunt.

¶ Mansues, etis, Antiqui dicebant, pro mãsueto. Plaut. Asinar.
Reddam ego te ex fera fame mansuetem. Accius Meleagro, Nunc me matrem mansues misericordia capsit.

¶ Mansuem (τιθασὸν) pro Mansueto posuerunt ueteres. Fest. ex Varrone.

¶ Mansuetarius, mansuetarij (πρᾳϋντικὸς) Qui feras mansuefacit. Vnde etiam Ferarum mansuetarius dicitur. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos, quos edoctos per mansuetarios, subitò ad secundam mensam iubebat accumbere. Firmicus lib. 8, Septentrione oriente nati erunt mãsuetarij ferarum.

¶ Mansuesco, mansuescis, mansuesui, pen. prod. (τιθασόομαι) mansuescere, Mansuetum fieri, miteſcere. Colum. lib. 7, Non per hæc blandimenta triduo ferè mansuescunt.

Corda nescia mansuescere precibus. Virg. 4. Georg. 94.

Feræ mansueuêre clauso carcere. Lucan. lib. 4. 49.

Fructus mansuescunt terra. Lucret. lib. 5. 275.

Tellus mansuescit arando. Virg. 2. Georg. 48.

Pace subita mansuescere. Stat. 11. Theb. 95.

Mansuescere, pro Mãsuefacere, posuit Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, Sic ex animalibus, quum propter eandem utilitatem quæ possent syluestria deprehenderent, ac concluderent, & mansuescerent. Fortasse legendum, mansuefacerent.

Mansus] Vide Mando, mandis.

Mantalus] μάνταλος, Phrygiæ oppidum, ita dictum à Mantalo conditore Gentile Mantalenus. Stephanus.

Mantelia] de quibus Arnobius aduersus gentes, lib. 2, quædam sunt mulierum ornamenta: quæ, quoniam in desuetudinem abierunt, ideo ignorantur.

Mantelum] Manteli, pen. prod. (χειρόμακτρον) & Mantelium, mantelij, apud Varr. & Mantile, mantilis: composita dictio ex manus & tela, à manibus tergendis. Est enim linteolum, quo manus tergere solemus. Ouid. 4. Fast.
Dixerat, à dextra uillis mantile solutis, &c.

Mantelum, uel Mantele, huius mantelis, pen. prod. Genus pennulæ. Plin. lib. 7. cap. 2. 3, Cutibusq; hominum cũ capillo, pro mantelibus utuntur, Hermolaus, Antiqua lectio pro mantelibus, aut pro mantelis: ita enim penulæ genus appellatur Plauto, quam Græci mandian quoq; uocant, quo se ut lorica muniunt. Etiamsi mantelia & mantilia pro mappis, quasi à manibus tergendis sumuntur.

Mantelum mendacijs. Plaut. Capt. 10. 5.
Nec mendacijs subdolis mihi usquam mantelum est meis. id est, tegmen.

Mantes] mantis (μάντις) Vates Latinè dicitur. Cic. 1. de Diuin. 156, Nam & Athenienses omnibus semper publicis consilijs diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes uocant, adhibuerunt.

¶ Manteum, mantei, pen. prod. (μαντεῖον) Locus oraculis dicatus. Cicero 2. de Finib. 38, Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de manteo promant. Vetus codex legit, narthecio. Plin. lib. 5. cap. 29. 2, ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

¶ Mantice, mantices, pen. corr. Ars ipsa diuinandi. Cicer. 1. de Natura deorum, 77, Sequitur μαντικὴ uestra, quæ Latinè diuinatio dicitur, qua, &c.

Manda]

Mantía] *mantiæ, pen. prod. (μαντεία) quia per e diphthongum ſcribitur, Latinè dicitur diuinatio, uaticinium.*

Mantica] *manticæ, pen. cor. (βαλλάντιον) Nummorum receptaculum, quòd manu geratur.*

¶ *Mantica, πήρα, Perula uiatoria, authore Porphyrio.* Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 22,

*Ire licet mulo, uel, ſi libet, uſq; Tarentum,*
*Mantica cui lumbos onere ulceret, atq; eques armos.*

*Non uidemus manticæ, quod in tergo eſt: Prouerbium.* Catull. *ad Varum, 19. 5. Id eſt, Non uidemus noſtra ipſorum uitia, quum aliena curioſis oculis perſpiciamus. Prouerbium natum ex apologo quopiam Aeſopico, qui fertur huiuſmodi Finxit, Aeſopus, ſingulos mortales binas habere manticas: hoc eſt, peras: alteram ante pectus, alteram à ſcapulis tergoq; propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena uitia immittimus: in poſteriorem noſtra.* Perſius Satyr. 4. 3,

*Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo,*
*Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.* Horat. 2. Sat. 3. 60.

*Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.* Eraſmus.

¶ *Manticula, pen. cor. Diminut. (πηρίδιον)* Feſtus, *Manticularum uſus pauperibus in nummis recondendis etiam noſtro ſeculo fuit.*

¶ *Manticularia, dicuntur ea, quæ in frequenti uſu habentur, et quaſi manu tractantur. Frequens enim ad manus tergendas uſus fuit mantelorum, unde hæc trahitur ſimilitudo.* Feſtus.

¶ *Manticularius, manticularij (βαλλαντιοτόμοι)* Dicitur *fur, qui inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit & euacuat, ablata pecunia.*

¶ *Manticulor, pen. corr. manticularis (κλέπτω) manticulari,* Eſt (*author Feſto*) *furandi gratia manticulas attrectare. Inde pro Doloſè aliquid agere, uſi ſunt quidam eo uerbo.* Pacuuius, *Ad manticulandum aſtu aggreditur.* Plaut. Capt. 13. 127, *Nam hercle niſi manticulatus probè hæc fuiſti.*

Mantichora] *μαντιχώρας, Beſtia in India, quæ triplicem dentium ordinem, et hominis faciem unà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectãs.* Plin. lib. 8. ca. 21. *De mantichora ſic ſcribit* Aelianus, *Apud Indos, inquit, naſcitur immenſo robore animal, cui Indorum lingua Mantichora nomen eſt, magnitudine maximi leonis, colore rubrum, canis modo uilloſum, facie cãdem propè quæ hominis, dentium triplici utrinq; ordine acutiſſimorum, caninis maiorum, auribus hominis ſimilibus, niſi quòd hæ & grandiores & uilloſiores ſunt: oculis cæſijs, & ijs non diſſimilibus hominis, pedibus & unguibus iiſdem, qui leonis. Summa cauda illi Scorpionis modo terreni, aculeo plus quàm cubitali armata, reliquum caudæ utrinq; aculeis cuſpidatum eſt: quos tanquam tela, ſiquis inſequatur, eminus eiaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur: quocirca complures homines interficit: nec ſingulos duntaxat homines inuadit, ſed plures collecta, ſolùm interimit. Ideo Indicè Mantichora appellatur, quòd beſtia ſit hominum conficientiſſima, ex rebus quas gerit, nomen trahens. Vide plura apud Aelianum, loco iam citato.*

Mantile] *mãtilis, pen. prod. n. g. (χειρόμακτρον, μαντέλη)* Idem *quod mantelum.* Virg. 4. Georg. 76,

*— tonſiſq; ferunt mantilia uillis,* Seruius *dicit maiores mappas, uillos habuiſſe.* Plin. lib. 7. cap. 2. 4, *Cutibuſq; cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Quo in loco quidam legunt corruptè, monilibus. Ex uetuſto codice legitur, mantelibus.*

Mantinea] *μαντίνεια, Arcadiæ urbs, quam Epaminondas ſuperatis ſecunda pugna Lacedæmonijs illuſtrem reddidit, in qua & ipſe diem obijt. Hæc Strabo lib. 8.*

¶ *Mantinea item, urbs quæ poſtea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Perſæ patri curator regni fuit. Sed poſtea Adriani Imperatoris iuſſu, rurſus Mantinea fuit appellata.*

Mantis] *Diuinus uel uates. Vide* Mantes.

Mantis] *μάντις, Locuſtæ genus, quæ in ſtipulis naſcitur, uirens colore, corpore prælongo, pedibus item priorib. prælongis, quos & agitat aſſiduè. Ariſtarchus in commentario Lycurgi, locuſtam hanc ſcribit, ſi quod inſpexerit animal, protinus illi quidpiam producere malè ande, inquit, μάντις dicitur, ἐπιβλαβὲς γάρ τι καὶ πικρὸν ὁρῶσα, hoc eſt, mantis uocatur, quæ noxij moleſtiq; aſpectus eſt. Vel dicitur mantis, quia locuſtis aduentantibus, præſagium ſit ingruentis penuriæ.*

Mantiſſa] *ἐπίμετρον, Additamentum dicitur lingua Tuſca, quod põderi adijcitur, & quod ſine ullo uſu eſt.* Lucil. *Mantiſſa obſonium uincit.* Feſtus.

Manto] *mantas, mantare (μίμνω)* Veteres, *pro Manere uſurparunt, teſte* Nonio. Plaut. Pſeud. 5. 50,

*At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modò.* Idem Pœn. 4. 42, *—nos herus*
*Apud ædem Veneris mantat.*

Manto] *huius* Mantus *(μαντώ)* Fuit Tireſiæ uatis Thebani filia, quæ poſt Thebanorum clades ſeruitutem prima ſeruiuit ſub Creonte, poſtea ſub Theſeo: quæ poſt patris interitum ad diuerſa loca diffugiens, primum in Aſiam uenit, ubi Clarij Apollinis templum condidit. Sed quum interim ex Tyberino Tuſco Rege Ocnus ei natus eſſet, qui & Bianor deinde cognominatus fuit, & ad oppidum ipſum Tuſci quoq;, & Veneti confluerent: circundedit Ocnus oppidum muris, & in aliam formam redegit. Quin à matre Mãtuam appellauit,* Virg. lib. 10. Aen. 40.

Mantua] *μάντυα, Vrbs clariſſima. Vide* Manto. *Poetarum clariſſimo illuſtriſſimoq; principe* Virgilio Marone *gloriatur Mantua: cuius fœlix ingenium tam omnes efferre debent, quàm imitari nulli poſſunt.*

*Mantua Muſarum domus.* Sil. lib. 8. 118.

*Diues auis* Mantua. Virg. 10. Aneid. 41.

¶ *Mantuanus, pen. prod. Adiect. (μαντυανὸς) unde Mantuanus Homerus, & Mantuanus Virgilius dictus eſt.*

*Fama Mantuana.* Stat. 4. Syl. 7. 6.

Manualis, Manuarius, Manubiæ, Manubrium, Manulentus, Manumiſſio, Manuprecium] *Vide* Manus.

Manum] *ἄλφιτον, dicitur clarum. Vnde etiam mane, poſt tenebras noctis diei pars prima.* Nonius.

¶ *Manum antiqui bonum dicebant.* Varr. lib. 5. de ling. Lat.

Manus] *huius manus, f. g. (χείρ, παλάμη, πούς, μάρπη) Notæ ſignificationis. Dicta manus, à manando, quòd ex brachijs manat, uel quòd ex ea digiti manant.*

*Vulgi manus.* Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 15.

*Aegra manus.* Ouid. epiſt. 20. 50.

*Amica manus.* Ouid. epiſt. 10. 25.

*Armiferæ manus.* Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 3.

*Artifices manus.* Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 11.

*Audaces manus ad omne facinus.* Seneca Herc. furen. 4. 9.

*Auidæ manus.* Horat. 4. Carm. ode 7. 4.

*Candida manus.* Stat. 3. Syl. 4. 12.

*Carnifices manus.* Sil. lib. 1. 35.

*Nunquam caſſa manus.* Stat. 9. Theb. 154.

*Cauæ manus.* Virg. 12. Aeneid. 17.

*Certa manus.* Quint. lib. 4. cap. 5. 11. *Vide* Certus.

*Compreſſa in pugnum manus.* Quint. lib. 2. cap. 20. 6.

*Explicita manus.* Quint. lib. 2. cap. 20. 6.

Fatalis manus. Virg. 12. Aeneid. 47.
Ferox manus. Seneca Herc. Oeth. 4. 28.
Fida manus, & fideles socij. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 13.
Fœmineæ manus. Ouid. epist. 8. 2.
Formosa manus. Ouid. epist. 17. 4.
Ad unum modum formatæ manus. Quint. lib. 2. cap. 13. 6.
Formidatæ manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 13.
Fulmineæ manus. Statius 6. Theb. 150.
Furibunda manus. Senec. Troad. 2. 6.
Horrida ferro manus. Senec. Herc. Oeth. 13. 6.
Ignauæ manus. Lucan. lib. 9. 6.
Illigatæ post tergum manus. Vide Illigo.
Impia manus. Horat. Epod, 3. 1.
Incerta manus. Quintil. lib. 4. cap. 5. 11.
Incontinentes manus. Horat. 1. Carm. ode 17. 6.
Indoctæ, rusticæue manus. Quint. lib. 1. cap. 11. 9.
Inermes manus. Virg. 1. Aeneid. 99.
Iners manus. Ouid. de Arte, 142.
Ingens manus. Virg. 5. Aeneid. 98.
Insinuatis manibus. Vide Insinuo.
Inualidæ manus. Lucan. lib. 5. 55.
Languida facta manus in gremio iacet. Ouid. epist. 9. 28.
Lanifica manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 5.
Lepida manus. Vide Lepidus.
Magna manus. Virg. 5. Aeneid 49.
Medica manus. Virg. 12. Aeneid. 81.
Ministræ manus. Lucret. lib. 4. 167.
Mollis manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 5.
Mollis & leuis manus. Quint. lib. 2. cap. 4. 9.
Nexæ manus ex ordine. Ouid. 8. Metam. 151.
Manus niuea. Catull. de Berecynthia, epigr. 58. 2.
Nuda manus. Iuuenalis Satyr. 15. 6.
Manus oculatæ. Plaut. Asinar. 5. 55. Oculatas manus dixit Plautus, quæ promissa uelint exhiberi re, nõ oratione promitti. Nam oculos habere, quibus uideant exhibita: aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Erasmus.
Parca manus. Horat. 3. Car. ode 16. 9.
Pestifera manus. Ouid. 4. Metam. 99.
Pigra manus. Ouid. epist. 20. 32.
Plena manu: hoc est, Ampliter, copiosè, prolixè, minimeq; malignè. Cic. Attico, lib. 2. 40. 2, At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit? Ex Erasmo.
Manus plenæ mensura sorbentur ad firmandas fauces. Plinius lib. 20. cap. 22. 4.
Potentes manus. Horat. in Carmine secul. 11.
Præstricta manus uinclis. Senec. Troad. 6. 31.
Marmora deformata prima manu. Quintil. lib. 5. cap. 11. 24.
Primæ & secundæ manus. Quintil. lib. 5. cap. 13. Nascuntur ex ijs, quæ contradictioni opposuimus, aliæ contradictiones: eunq; interim longius, ut gladiatorum manus, quæ secũdæ uocantur. Fiunt & tertiæ, si prima ad euocandum aduersarij ictum prolata erit: & quartæ, si geminata captatio est, ut bis etiam cauere, bis repetere oportuerit. Hermolaus dicit secundas & tertias manus uocari posse, quando sessis recentes succedunt: sed tamen potius ictus significari uidentur, ut ipse alibi nono. Nãq; ut in armorum certamine, & aduersos ictus, & rectas & simplices manus, tum uidere, tum etiã cauere & propulsare facilè est: auersæ, tectæq;, minus sunt obseruabiles. Budæus.
Prophana manus. Ouid. 2. Metam. 152.
Proteruæ manus. Ouid. 12. Metam. 47.
Puræ manus. Horat. Epod. 17. 11.
Retortæ manus. Horat. 2. Epist. 1. 39.
Rigida manus. Ouid. Epod. 14. Metam. 130.
Rotatæ manus. Stat. 6. Thebaid. 158.
Sacrilega manus. Horat. 2. Carm. ode 13. 1.
Sinistra manus. Catull. in Asinium, epigr. 12. 1.
Strictæ manus in fata alicuius. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 3.
Sublatæ manus ad cælum. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 20.
Summissæ manus. Ouid. epist. 16. 16.
Supplex manus. Ouid. 11. Metam. 56.
Tacita manus. Valer. 6. Argon. 53.
Torpens manus. Lucan. lib. 2. 16.
Tremulæ manus. Ouid. 10. Metam. 83.
Truculenta manus. Senec. Herc. fur. 4. 10.
Valida manus. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 15.
Varæ manus. Ouid. 8. Metam. 7. Vide Varus.
Velatæ manus. Plaut. Amphit. 4. 103. Vide Oro.
Vesana manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 1.
Victrix manus mille laborum. Ouid. epist. 9. 15.
Virginea manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 5.
Vnca manus. Stat. 1. Thebaid. 86.
Abrumpere manibus. Ouid. 2. Metam. 72.
Aequis manibus abscedere. Tacit. lib. 1. Vide Abscedo.
Abscissa manus lacerto. Lucan. lib. 3. 123.
Abstinere manus ab alienis, uel Abstinere manus in iudicio. Vide Abstineo.
Abstineo me manum. Vide Abstineo figuratè dictum.
Abstinere manum alieno. Vide Abstineo.
Addere manus in uincula. Vide Addo.
Adducere rem ad mucrones & manus. Tacit. in uita Agricolæ.
Adhibere manum. Quintil. lib. 7. cap. 1. 2. Vide Adhibeo.
Medicas adhibere manus ad uulnera. Virg. 3. Georg. 91.
Adhibere manus genibus. Ouid. 9. Metam. 44.
Infirmas adiuuat ira manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 14.
Admouere manum. Vide Admoueo.
Admouere manum alicui. Catull. ad Aurelium, epigr. 16. 4.
Afferre manus, Interficere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 5. Vide Affero.
Inassueta manu egere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 60.
Amittere è manibus. Vide Amitto.
Amputat ense manus. Lucan. lib. 6. 36.
Appetere manus. Vide Appeto.
Apponere manum ad os. Vide Appono.
Apprehendere manu. Vide Apprehendo.
Armare manus. Virg. 9. Aeneid. 24.
Procacem armare manum. Senec. Agamemn. 3. 21.
Manibus supinis arripere beneficium. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 15.
Inter manus arripere aliquem, Est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Plaut. Mostel.
Asserere manu & manum. Vide Assero.
A lenone manu asserere. Vide A uel Ab præpositiones.
Inter manus auferre è conuiuio. Vide Inter. Cic. 7. Verr. 24.
Manu alicuius cadere Ouid. 5. Metam. 22.
Capere manu & in manum. Vide Capio.
Tremente manu tela capio. Ouid. epist. 14. 9.
Manu capere: id est, bello quærere. Salust. Pop. Roma. quasciũque urbes & agros manu ceperat, regi donat. Budæus.
Pugnam manu capessit. Tacit. lib. 12.
Captatus tactum manus. Ouid. epist. 20. 40,
—Captantem tactus eijcioq; id est, Remoueo manum cupientem me tangere.
Carpere pomum manu. Virg. 6. Aeneid. 30.
Vncis manibus carpendæ frondes. Virg. 2. Georg. 73.
Cedo manum. Vide Cedo.
Cohibere manus. Vide Cohibeo.



Digitized by Google

Collidere manus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.
Commaculare manus sanguine. Virg. 8. eclog. 10.
Componere manus manibus. Vide Compono.
Facili manu componere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 32.
Comprimere manus. Vide Comprimo.
Conferre manus. Vide Confero.
Conferre manum, Certare cum aliquo. Virg. 9. Aeneid. 9.
Conferre manu certamina pugnæ. Lucret. lib. 4. 170.
Confligere manu. Vide Confligo.
Oppida manu congesta. Virg. 2. Georg. 32.
Conferere manum cum hostibus. Vide Confero.
Conferere manus comminus. Liu. 7. bel. Pun. 109.
Ex iure manu consertum. Vide Ex præpositionem.
Constrictas in se conseruere manus. Ouid. epist. 12. 20.
Continere manus. Vide Contineo.
Continere manum alicuius. Ouid. 1. Fast. 101.
Vix continet manus ab ore misero. Ouid. epist. 11. 16.
Cruentis manibus contingere aliquid. Virg. 2. Aeneid. 34.
Decertare manu. Vide Decerto.
Dedere manus, figura prouerbiali significat, Victum se fateri. Lucret. lib. 2. 209.
Defendere se manu. Vide Defendo.
Deficiunt ad cœpta manus. Ouid. 8. Metam. 99.
Manibus his denumerani. Plaut. Epid. 8. 17.
Docta manu distinguere crimen. Senec. Troad. 10. 5.
Diuellere montes manibus. Lucret. lib. 1. 41.
Dare manum. Quintil. lib. 2. cap. 3. 6. Vide Do.
Placidam dare manum. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 1.
Victas dare manus. Ouid. epist. 4. 3.
In manum dare: Vide In præpositionem.
Datos in manum milites, cerni effigiem, &c. Tacit. lib. 4.
Seua manu dare fata miseris. Senec. Troad. 10. 25.
Concussa manu dare signum alicui. Ouid. 11. Metam. 94.
Manu docere, Apertè. Cic. 1. de Nat. deor. 69.
Ducere aliquem manu. Virg. 3. Aeneid. 74.
Emittere manum. Vide Emitto.
Eruere manu syluas. Virg. 4. Georg. 66.
Euadere manus alicuius. Virg. 9. Aeneid. 112.
Sceleſtas hostium euita manus. Senec. Agamemn. 11. 1.
Teneræ exercent manus puellæ. Propert. lib. 3. eleg 3. 7.
Manibus prælium facere, Idem quod Conferere manus. Saluſt. in Iugurthâ.
Ferre manus. Virg. 3. Aeneid. 98.
Ferre manum in prælia. Virg. 5. Aeneid. 81.
Manum ferre contrà. Vide Fero.
Manu fingere, Est arte, curaq; formare. Metaphora sumpta ab ijs, qui è cera siue argilla fingunt imagines. Senec. in epist. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 10. Erasmus.
Manibus demissis fugere. Plaut. Epid. 10. 16.
Glomerare manum bello. Virg. 2. Aeneid. 63.
Pollutas habere manus. Ouid. epist. 8. 23.
Habere ad manum. Quintil. lib. 12. cap. 5. 1. Vide Ad præpositionem.
Manum habet in Aetolis, mentem uerò in Clopidis. Scomma est, quod in sortis extremæ hominem, semperq; in petendo paratum, ac nihil nisi rapinas meditantem, optimè iaci queat. Ioci autem gratia, ex uerbi Græci notione consurgit. ἁπτεῖν enim petere est, & Aetolorum gens quædam: quod facit ambiguum. Rursus κλοπὴ furtum indicat. Vrbanitas uerò inde elicitur, quia Clopidæ in Leontide recensebantur tribu. Dum ergo signari loca uidentur, mores impostoris ac nefarij hominis scitius occultiusue reteguntur. Vsus est Aristophanes in comœdia, cui titulus Equites.
Manum habere sub pallio. Quintil. lib. 12. cap. 10, Quapropter mihi falli multum uidentur, qui solos esse Atticos credunt, tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes. Hactenus Fabius. Sumptum est à gestu Rhetorum. Nam qui languent, manum occultant sub pallio: qui commoti sunt, proferunt: & agitatione manus, brachijq; pronunciabantur ea, quæ contentionis plusculum haberent. Erasmus.
Iactare manus. Quintil. lib. 6. cap. 3. 37.
Peruulgata & in manibus iactata. Cic. pro Muræna, 24.
Illidere manus. Vide Illido.
Immiscere manus manibus. Virg. 5. Aeneid. 86.
Imponere manum. Vide Impono.
Imponere manum studijs. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 17.
Imponere summam manum alicui operi. Vide Impono.
Vltima manus imposita est cœpto. Ouid. 8. Metam. 40.
Summam in eloquentia manum imponere. Quintilianus in Procem. lib. 1. 4.
Vnctis manibus tremor incidit. Horat. 1. epist. 17. 5.
Incidere in manus. Cic. de clar. Orat. 69.
Incidere in manus hostis. Vide Incido. pen. corr.
Inferre manus alicui. Vide Infero.
Manum injcere. Vide Injcio.
Injce non timidas in tua iura manus. Ouid. epist. 8. 4.
Injcere manus alicui. Ouid. 1. de Arte, 24.
Inserere manum tunicis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 3.
Intenderat Seiano manus. Tacit. lib. 4.
Intentare manus in aliquem. Vide Intendo.
Intentare manus alicui. Tacit. lib. 3. Vide Intendo.
Interfici manu. Quintil. lib. 5. cap. 11. 8.
Iungere manus. Stat. 5. Sylu. 3. 56.
Inuoluere manum caudis serpentum. Ouid. epist. 9. 18.
Manus laua, ænigmaticè in eum dicitur, qui aut furto, aut homicidio, aut alio quouis turpi facinore, suas ipse manus polluit. Inde iocus ille Sextij apud Cic. lib. 2. de Orat. Manus laua, & cœna. Depeculatorem significabat & furem, qui sordidis & turpibus furtis esset ditatus. Furum enim manus inquinatas esse dicebant, ut de fure balneario Catullus inquit epigr. 31. in Vibennios. Græci quoq; eum dicunt manibus puris non esse, qui cædem perpetrauit. Herodot. lib. 1. de Adrasto, qui fratrem suum imprudens occiderat, ob idq; ad Crœsum regem expiandus uenerat. Aduenit, inquit, Sardis quidam calamitate præditus, manibusq; non puris, &c.
Miscere manus. Tacit. lib. 2.
Mittere manus ad rem aliquam: id est, sumere in usum aliquem. Vlpian. in l. at si quis. §. sed etsi. ff. de relig. & sumpt. funer. Sed etsi res legatæ sint à testatore, de cuius funere agitur, nec sit unde funeretur: ad eas quoque manum mittere oportet.
Manu salutem mittunt milites. Plaut. Pseud. 15. 47.
Sanguinea manu mouere bella. Ouid. epist. 13. 13.
Forti manu obire. Seneca Herc. Oeth. 10. 24.
Malum manu obiectum. Vide Malus.
De manibus rem omittere. Liuius, Hæc agentibus quum interuenisset nuncius Rhodiorum classis, omissa de manibus res est. Id est, urbs iam capi cœpta. Budæus.
Onerare ambas manus acutis iaculis. Virg. 10. Aeneid. 174.
Párere sibi lethum manu. Virg. 6. Aeneid. 87.
Perire manibus hominum. Virg. 3. Aeneid. 122.
Perire manu aliena. Quintil. lib. 5. cap. 9. 7.
Immunda manu perungere tota ora. Ouid. 3. de Arte, 151.
Insana manu plangere pectora. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 12.
Porrigere manus. Catul. in Epithalamio Iuliæ, 56. 44.
Extentas porrigere manus. Ouid. 3. Fast. 175.

Manus multas poscit hoc opus: hoc est, Multi est laboris. Plinius epist. 158.

Prærigent manus. Tacit. lib. 13.

Premere aliquid manu. Lucret. lib. 4. 125.

Pulsare aliquem utraq; manu. Virg. 5. Aeneid. 92.

Auaris manibus rapi. Ouid. 2. Amor. eleg 6. 8.

Regere manum alicuius manu superimposita. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.

Manus remittere in aleæ ludo, Est collusori iactum condonare, quem sua quisque manu damnosum iecit. Sueton. in Augusto, cap. 71.

Vix retinere manum. Ouid. 6 Metam. 7. Subauditur ab ictu.

Satiare manus sanguine. Lucan lib. 5. 49.

Structa manibus mœnia. Virg. 5. Aeneid. 163.

Manum ferulæ subducere, Est literas discere, & præceptorum opera uti. Nam antiquitus literatores, discipulorum manus ferula cædebant. Vnde manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo literario uersari, neq; tam pueri docendi, sed utcunq; docti sunt. Iuuenal. Satyr. 1. 2,

E nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ Ex Erasmo.

Subuoluere saxa manibus. Virg. 1. Aeneid. 86.

Succedere sub manus, Est aliquid bene, & ad optatũ contingere. Plaut Milite, 11. 58.

Manus alicuius esse. Cic. 4. Verr. 17, Comites illi tui delecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus erant tuæ. id est, tibi fauebant, te iuuabant. Per eos quod uolebas, transigebas.

Ad manum esse. Vide Ad.

In manu, & In manibus esse. Vide In manibus & In manus dare. Cic. 4. Tusc. 112. Et 1. Acad. 4 Liu. 7. ab Vrbe, 173.

In manibus esse, uel habere. Vide In.

In manibus terræ. Subaudi, sunt. Virg 2. Georg. 9. hoc est, in facili & in promptu est terrarum descriptio. Seruius.

In manibus uestris quantus sit Cæsar habetis. Lucan. lib. 7. 51. hoc est, in uestra potestate.

Esse in manibus laudatio, oratio, aut liber dicitur, qui editus est, & legitur. Cic. de Senect. 11. & de Amicit. 78. Vide In. Horat. 2. epist. 1. 11.

In manu mea est. Vide In.

Inter manus aliquid esse dicitur, per translationem: pro, In potestate esse. Virg.

Ante oculos, interq; manus sunt omnia uestra.

Plus illi est in manu; id est, ditior est. Habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid possident, & diuites sunt. Plautus Asin 3. 74.

In manus sumere Quintil. lib. 10. cap. 1. Cic. 3. de Orat 9.

Immunis aram si tetigit manus. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.

Tendere manus, Petentis auxilium, uel misericordiam implorantis signum. Cæsar in Comment. Hedui manus tendere, deditionem significare. Virg. 6. Aeneid. 63,

Tendebantq; manus ripæ ulterioris amore. Cic. 4. in Catil. 99, Supplex manus tendit patria communis.

Supinas manus ad cælum tendere. Virg. 3. Aeneid. 36.

Tendit ad uestra genua supplices manus. Quintil. li 6. ca. 1. 32.

Languenti manu tenere aliquid. Ouid. 12. Metam. 64.

Correptum manibus tenere. Virg. 4. Georg. 81.

Tollere manus, Modus loquendi, signum lætitiæ significans. Cicero Cæsari, lib. 7. 5. 6, Sustulimus manus & ego & Balbus, & tanta fuit opportunitas.

Manu longa, & manu breui tradere. Iabolenus in l. pecuniã. lib. Pandect. 46. tit. de solutionibus, Pecuniam quam mihi debes, aut aliam rem, si in meo conspectu ponere te iubeam, efficitur ut & tu statim liberaris, & mea esse incipiat. Nam tunc quòd à nullo corporaliter eius rei possessio detineretur, adquisita mihi & quodammodo manu longa tradita existimanda est. Vlpian. in tit. de iure dotium. l licet soleat, Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa: si quidem nuptiæ insequutæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, ut uelut mulieri totum donatum: tunc enim credendum est, breui manu acceptum à muliere, & marito datum. Quæ si deflectus, plus habebunt ueneris: ueluti qui promissis agit, ac spem tantùm ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, non statim etiam tollere. Contrà, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Veneri affem ostendunt elephanto, nec audent corrigere. Erasmus.

Venire ad manum. Quintil. lib. 2. cap 11. 5. Vide Ad.

Res ad manus atque ad pugnam ueniebant. Cic. 7. Verr. 23. Et pro Cluentio, 107. Vide Ad.

Venire in manus. Salustius in Iugurtha, Existimamus Iugurtham ob suos tutandos in manus uenire.

Versantur inter manus libri, aut scripta. Cælius ad Ciceronem, lib 8. 3. 9. Pomponius de origine iuris. l. necessarium. §. post hos Q Mutius, Deniq; nec uersantur omnino scripta eorum inter manus hominum.

Manum non uerterim, Prouerbialis hyperbole, pro eo quod est, Nihil omnino laboro, aut mea nihil refert. Nihil enim facilius, quàm manum uertere. Extat præter alios apud Apulcium in Apologia magiæ: Quid de me, inquit, Mezentium sentiat, manum non uerterim. Item, Cic. lib. 5. de Fin Nemanum quidem uersuros fuisse. Erasmus.

Manus uetant prius quàm penes sese habeant, quicquam credere. Plaut. Trucul. 19 8. id est, nihil credam te daturum, nisi prius numeraueris.

Vibrant tela manus Lucan. lib. 7. 17.

Vincire manus post terga. Virg. 11. Aeneid. 17.

Manu uindicare. Salust.

Ad manum. Vide Ad præpositionem.

A manu seruus, & à manibus. Vide A uel Ab.

Ad manum seruus. Vide Ad.

De manu in manum. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5. 10.

De manibus aliquid amittere: pro E manibus. Cic. 5. Verr. 26.

Manum de tabula. Cic. ad Gallum, lib. 7. 26. 2, Heus tu, manũ de tabula: magister adest citius quàm putaramus. Videtur hac prouerbiali figura Cic. admonuisse, ut desisteret à scribendis dictetijs. Alludum autem apparet ad Appellis nobilissimi pictoris dictum: qui quum Protogenis opus immensi laboris, ac curæ supra modum anxiæ, miraretur, ait omnia sibi cũ illo paria esse, aut illi meliora, sed uno se præstare, quòd manũ ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Hæc Plin. lib. 35. cap. 10. Proinde siquando admonebimus, ut recedat aliquis ab opere, negocioúe quod in manibus habet, iubebimus illum manum de tabula tollere. Ex Erasmo.

Per manus, quod Cicero De manu in manum dicit. Cæsar in Comment. Per manus tractus seruatur.

Per manus tradita disciplina uel historia dicitur, quæ non monumentis literarum, sed uerbo tantùm traditur, & à maioribus ad posteros sine literis trãsmittitur. Liu. 5. ab Vrbe con. Etiam si nobis cum Vrbe simul positæ traditæq; per manus religiones nullæ essent. Quintil lib. 12. cap. 4.

Præ manu pecuniam aliquam dare, Quod uulgò dicunt Ante omnia, uel Ante manum dare. Terent. Adelph. 5. 9. 4.

Præ manibus, pro In manibus, uel Inter manus. Plaut Bacchid.

Reddidi patri omne aurũ quod mihi fuit præ manibus.

Sub manu, Idem est quod Ferè esse ad latus, expeditum, promptum

ptum in usum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 4, Adiuxi hæc, in loco eligendo flumen oppositū ut haberem, in quo mora transitus esset. Vocentij sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. id est, in promptu & in proximo, inquit Budæus.

Manibus pedibusq;, Extremum conatum significãtes dicimus. Terent. And. 1. 1. 134. Donatus, Prouerbialiter, id est, omnibus membris. Ibidem, 4. 2. 52,

Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.

Manus iniectio. Vlpian. in l. sed si. ff. de in ius uocando, At si uenditor, qui manus iniectionem excepit, ipse prostituit.

Manupreciū. Cic. 3. Verr. 104, Lapis aliquis cædendus & apportandus fuit machina sua. nam illò non saxum, non materies aduecta est: tantum operis in ista locatione fuit, quantū paucæ opere fabrorū mercedis tulerunt, & manupreciū, machimæ. Manuprecium appellare uidetur mercedē, non quæ datur pro materia, sed quæ artis nomine debetur architecto. Catus de uerb. significatione, l. mulieris, Quoniam in manuprecio plus est quàm in re. Detorqueri poterit in eos, qui institutione formant ad uirtutem, aut corrumpunt discipulos. Hæc Erasmus. Quædam exemplaria legũt, manus precium, ut sint duæ dictiones. Manus, id est, artis.

Manus plenæ mensura sorbentur ad firmandas fauces. Plinius lib. 20. cap. 22. 4.

Manus precium ualidius. Plin. lib. 33. cap. 11. 8, Nec copia tantum argenti fuerat uitæ, sed ualidius penè manus precium. Nonnulli scribunt Maniprecium. Plin. lib. 34. cap. 7. 5, Solitum enim ex maniprecio cuiusq; signi denarios seponere aureos singulos.

Pro manus precio aliquid dare. Alphenus in l. qui insulam. §. qui ædem. ff. locati, Qui ædem faciendam locauerat, in lege dixerat, Quo ad opus lapidis erit, pro lapide & manus precio dominus redemptori in pedes singulos septẽ dabit.

Manus in ludo dicitur id, quod sibi tollit qui proiecit Venerẽ. Augustus apud Suetoniũ, cap. 71, Ego perdidi uiginti millia nummûm meo nomine: sed quũ effusè in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerunq;. Nam si quas manus remisi cuiq;, exegissem, aut retinuissem quod cuique donaui, uicissem uel l. millia.

Manus, Instrumentum et telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus captæ tenentur.

Ferrea manus. Lucan. lib. 3. 126. Intelligit harpagonem.

Manus, Multitudo, uel exercitus. Virg. 6. Aeneid. 232,

Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.

Agrestes manus. Virg. 11. Aeneid. 137.

Ardens iuuenum manus. Virg. 6. Aeneid. 1.

Multa manus poetarum. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 29.

Parata prælio manus. Tacit. lib. 2.

Paruula manus. Vide Paruus.

Valida manus. Tacit. lib. 2.

Orare pacem manu. Virg. 10. Aeneid. 16.

¶ Manumittere (ἀπολυθέρουν) seruum, siue diuisim, siue coniunctim legas, Dare ei libertatẽ. Nã quãdiu quis in seruitute est, manui, hoc est potestati subditus est. Plaut. Aulul. 31. 9,

Igitur orabo ut manu me mittat. Cic. ad Atticum, lib. 2. 33. 5, De Statio manumisso, &c.

¶ Manumissio, Verbale (ἀπολυθέρωσις) Cicer. pro Cælio, 55, Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio. Manumissio, inquit Vlpian. l. 4. ff. de iust. & iur. à iure gentium originem sumpsit: utpote quum iure naturali omnes homines liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita. Sed posteaquam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis.

¶ Manufactus, unica dictione, aut duabus, opponitur Naturali. Celsus, Naturales, uel manufactæ natationes. Cicero 3. de Finib. 112.

Manufacta piscina. Varro 3. de Re rust. cap. 11. 1. Sic Cicero 2. Offic. 18, Portus manufactos.

¶ Manus, Proboscis elephanti. Hanc, manũ Latini uocãt, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu utatur elephãtus. Curtius lib. 4. Plin. lib. 8. cap. 10. 2, Mandunt ore, spirant & bibunt, odoranturq;, haud impropriè appellata manu. De elephantis.

Manus, pro Scriptura. Quintil. lib. 1. cap. De orthographia, Caussa, Cassus, Cic. & Virgil. scripserunt: sic manus eorum docent. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 1, Occupationum mearum uel hoc signum erit, quòd epistola librarij manu est.

Mea manu literæ. Vide Meus.

Manus, pro scripto chirographo, uel autographo Cic. ad Atticum, lib. 11. 210. 4, Quibus tibi uidebitur, uelim des literas nomine meo: nosti familiares, signum requirent, aut manum: dices ijs me propter custodias ea uitasse. Budæus.

¶ Manstutor, manstutoris, Qui manu tuetur & tenet, quiq; possidet. Plaut. Trucul.

Video eccum qui manstutorem meum adoptauit bonis.

¶ Manuatus est, pro Furatus est, usurpat Laberius in Mimis. Et in Fullone, Furem, Manuarium appellat. Sed hæc obsoleta. Vide Gellium lib. 16. cap. 7.

¶ Mantiola, mantiolæ, diminutiuum (μαχριδιον) Parua manus. Nzuius, Mantiolis tene illis.

¶ Manualis, et hoc manuale, pen. prod. (χαιρᾶος) Plin. lib. 24. cap. 15. 2, Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scapis eius in tribus heminis aquæ decoctis usque ad tertias.

Pecten manualis. Plin. lib. 18. cap. 30. 2.

Manualis fasciculus lini. Plin. lib. 19. cap. 1. 8. hoc est, qui manum implet.

Manualia saxa, quæ manu commodè tolli & proijci possunt. Tacit. lib. 4..

¶ Manuarius, Adiectiuum, Quod ad manum pertinet. Gellius, Hoc ære, quasi manuario collecto, cœnula parabatur.

¶ Manubiæ, manubiarum (λάφυρα, σκῦλα) pluraliter tantùm legitur. Præda ex hostibus capta. Asconius scribit, manubias prædas imperatorum, pro portione de hostibus capta. Spolia quoq; quæsita de hoste nobili per deditionem, manubias ueteres dicebant, de quibus quod uellent facerẽt. Cic. 5. Verr. 161, Qua ex præda aut manubijs, hæc abs te donatio constituta est? Nonius Marcellus, Manubias (inquit) à præda hoc distare ueteres existimauerũt, ut sit præda, corpora ipsa rerum quæ capiuntur: Manubiæ uerò, pecuniæ ex præda uendita redactæ. Cic. 1. pro Lege agra. 7, Quod ad quenque peruenit, peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Idem sentit Gellius lib. 13. cap. 23. Festus, Manubiæ Iouis tres esse dicuntur: quarum unæ sunt minimæ, quæ moneant, placidæq; sint. Alteræ, quæ maiores sunt, ac ueniant cum fragore, discutiantq; aut diuellant quæ à Ioue sint, & consilio deorum mitti existimẽtur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne ueniant: & quanquã nullum sine igne fulgur sit, hæ propriam differentiam habeãt, quòd aut adurant, aut fuligine deformẽt, aut accendãt, quæ statum mutent deorum consilio superiorum.

¶ Manubiæ, pro spolijs. Cic. 5 Verr. 8, Nónne perspicuum est, Verrem esse qui uestras uillas suis manubijs ornet? id est, signis & supellectili, quæ depræd atus est. Budæus.

Manubias facere, Prædari. Cic. 3. Verr. 109.

¶ Manubialis, et hoc manubiale, pen. prod. (σκυλευτικὸς)

Quod ad manubias pertinet: ut Manubialis pecunia, Quæ ex uenditione manubiarũ contracta est. Suet. in Aug. ca. 30.

¶ Manubiarius, Adiect. (λαφύρων, μέτοχος) Manubiarum particeps. Plaut. Trucul. 18. 26,

Amicus mihi esto manubiarius. id est, qui manubias & exuuias affert, & spolia. Turneb.

¶ Manubrium, manubrij (κώπη, λάβη) Capulum cuiuscunque rei significat. Plin. lib. 16. cap. 43. 4, Hyginus manubria rusticis caprinea, iligna, cerrea.

Trulla excauata cum manubrio aureo. Cic. 6. Verr. 54.

Ossea manubria cultellorum. Iuuenal. Satyr. 11. 14.

¶ Manubriolum, pen. corr. Diminutiuum (κωπίδιον) Celsus lib. 7. cap. 7. de ungue oculorum, Lini duo capita apprehendere: & per ea erecto ungue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulũ ueniat.

¶ Manuleatus, pen. prod. Adiectiuum (χειριδωτὸς) ut Homo manuleatus, Tunica indutus manicata. Et Manuleatam tunicam dicimus, Manicas prolixiores habentẽ. Plaut. Pseud. 11. 48. Sueton. in Calig. cap. 52.

Manuleatus, metaphoricè, pro delicato. Seneca epist. 33, Apud me uerò Epicurus est & fortis: quanquàm manuleatus sit.

¶ Manulearius, χειριδωτοποιὸς, Qui uestimẽta manicata conficiebat. Plaut. Aulul. 19. 39,

Flammearij, uiolarij, carmarij,
Aut manulearij, aut myrobrecharij.

Mapalia] mapallorũ (μαπάλια) Punica lingua agrestes casæ dicũtur. Festus, Mapalia, casæ Pœnicæ appellãtur: in quibus, quia nihil est secreti, solet solutè uiuentibus obijci id uocabulum. Cato lib. 4. Originum, Mapalia uocantur ubi habitãtur: ea quasi cohortes rotundæ sunt. Plin. lib. 5. cap. 3. 1, Numidæ uerò Nomades, à permutandis pabulis, mapalia sua. hoc est, domus palustreis circũferẽtes. Martial. lib. 8. 49. Pallidus attonitos ad plena mapalia pastor.

Mapalia, per metaphoram. Seneca, Ego P. C. interrogare uobis permiseram: uos mera mapalia fecistis. id est, uos dissoluti fuistis, & à disciplina receßistis, inconditéq; & perturbatè omnia egistis. Hæc Turnebus.

Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magalia, Afrorum casæ. sed magalia, ma producit: mapalia uerò corripit. Virgil. 3. Georg. 68.

—& raris habitata mapalia tectis.

Dispersa mapalia. Silius lib. 17. 18.

Vacua mapalia. Lucan. lib. 2. 18.

Mapeta] μάπητα, Sarmatiæ in Asia urbs, Ptolemæo. Vulgò Copa.

Mappa] mappæ (μαπτέλη) Qua recumbentes inter scyphos & epulas utebantur, & pro se quisq; afferebat. Martial. lib. 12. 29,

At tulerat mappam nemo, dum furta timentur. Idem lib. 10. 87.

Et uani triplices, breuesq; mappæ,

Candidæ mappæ. Stat. 1. Sylu. 6. 7.

Luridæ. Stat. 4. Sylu. 9. 5.

Sordidæ mappa. Horat. 1. epist. 5. 5.

Variata mappa. Martial. lib. 1. 152.

Compescere risum mappa. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 13.

Mappam (inquit Quintilianus lib. 1. cap. 9.) usitatum Circo nomen Pœni sibi uendicant. Vbi interpres, Cur mappam usitatum Circo nomen Fabius dicit? an quòd in ludis Circensibus mappa à Prætore uictori aurigæ ueteri instituto mitti solebat? Martial. lib. 12. 29,

Cretatam Prætor quum uellet mittere mappam,
Prætori mappã surripit Hermogenes. Iuuẽ. Saty. 12. 20,
Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. Mappa, inquit Budæus, Circensium committendorum signum erat. Sueton. in Nerone, cap. 22.

Maras] apud Beroen Syriæ ciuitatem ditißimus, humanus & officiosius in omnes tum ciues, tum hospites, ut scribit Erasmus. Vide Suidam.

Marasmus] μαρασμὸς. Idem quod tabes, hoc est, totius corporis, uel partis alicuius siccitas, quæ accidere solet, humore natiuo ui caloris absumpto. Hinc febris marasmodes, à medicis appellatur hecticæ species, quæ contingit ex febri ardente adeò propagata, ut humorem totius corporis absumat. Vide Galenum de Differ. febr. lib. 1. cap. 10.]

Marassus] uipera dicta, à Marsorum populis sumpto nomine: quia id genus maximè consectarẽtur Marsi, circumferentq;. Vide Cæl. lib. 6. cap. 16.

Marathesium] μαραθήσιον, Ephesiorum oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur Marathesij. Stephan.

Marathonia] Oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cuius incolæ dicuntur Marathonistæ. Stephanus.

Marathon] pen. corr. (μαραθὼν) Campus Atticæ, seu ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia. Et morte Icarii regis interfecti insignis: & Miltiadis gloria, qui centum millia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit. Author Strabo lib. 9. Ouid. 7. Metam. 87.

¶ Marathonius, Adiectiuum (μαραθώνιος) unde Taurus Marathonius dictus est, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Cicero 4. Tusc. 77. & Plutarchus in Theseo.

Virgo Marathonia, Erigone. Stat. 5. Sylu. 3. 15. id est, Attica, à Marathonio campo Atticæ.

Marathos] μαράθος, Vrbs est Phœniciæ apud Melam, lib. 1. cap. 12. Hæc hodie uocatur Margath, ut scribit Olinarius in Melam.

Marathrum] pen. corr. (μάραθρον) Herba, quam Latini fœniculum uocant. Plin. lib. 20. cap. 10. 3.

¶ Marathrites, pen. prod. (μαραθρίτης) uinum, eo modo dictum, quo Aromatites, nempe quod Marathrum infusum habet: ualetq; ad uisus imbecillitatem adiuuandum. Columella lib. 22. cap. 35.

Marathus] marathi, pen. corr. (μάραθος) Herba, cuius meminit Ouidius de medicamine faciei, his uerbis,

Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis.

Marathusa] μαραθοῦσα, Insula quædam, à copia fœniculi sic dicta, quæ & Giazomenia dicitur. Fuit oppidum Plinio lib. 4. cap. 12.

Marcella] Nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderetne se nupsisse, Ita ualde, respondit, ut amplius nolim.

Marcellus] μάρκελλος, nomen uiri clarißimi Romani proprium, cuius gesta & à Plutarcho, & ab alijs scripta sunt. Hic Gallorum ducem, singulari certamine fudit, spolia egit, Annibalem uinci docuit, Syracusas per tres annos expugnauit, quinquies Consul. Insidijs Annibalis deceptus, magnificè sepultus fuit. Horat. 1 Cárm. ode 12. 10,

Crescit occulto uelut arbor æuo Fama Marcelli.

Ferox Marcellus. Claud. 1. in Eutrop. 92.

Loquax Marcellus. Lucan. lib. 1. 64.

¶ Marcellea, Festa quædam instituta Syracusis, in hominem Marcelli, quòd is Siciliam optimè rexisset. Horũ meminit. Cic. 4. Verr. & Cæl. lib. 18. cap. 12.

¶ Marcellus, ut Plutarchus tradit, est Bellicosus, id est, ἀρειος, hoc est, Martius. Futo autem Marcellum dictum esse quasi Martellum, id est, parvum Martem. Eo plebeia gens Claudia cognomine usa est. Annotauit Sigonius.

Marceo] marces, marcui (σήπομαι) marcere, Putrere. Martial. lib. 5. 129,

Marcens

*Marcentes tibi porrigentur uuæ.*

*Marcere uino, &c.* Torpore, inertia & ignauia teneri, inquit Budæus. unde etiam *Luxuria marcere dicimur.* Liu. 3. bel. Pun. 208.

*Epulis marcere.* Claud. de bello Get. 74.

*Marcet animus.* Celsus lib. 2. cap. 2.

*Corpus marcet annis.* Lucret. lib. 3. 193.

*Sylua marcet comis* Stat. 5. Sylu. 5. 6.

*Venæ marcent.* Lucan. lib. 4. 67.

*Vir marcet ab annis.* Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 9.

*Marcere*, absolutè, pro, Aetate confectum esse. Lucret. lib. 3,

Omnia per fructus uitat præmia marces.

¶ *Marcens*, Particip. (σαπόμενος) Plin. lib. 9. cap. 45. 1, Aliàs *marcenti* similis, & iactari se passa fluctu algæ uice.

*Arma marcentia.* Silius libro 15. 147. id est, hominis marcentis.

*Colla marcentia.* Stat. 2. Thebaid. 127.

*Guttura marcentia.* Ouid. 7. Metam. 63.

*Pocula marcentia.* Stat. 4. Sylu. 6. 12.

*Potorem marcentem recreare.* Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 12.

*Visu marcente.* Senec. Agamem. 8. 2.

¶ *Marcesco, marcescis, marcui* (ἀποσήπω, κατασήπομαι, καταπύθομαι) *marcescere*, Putrescere. Plin. lib. 10. cap. 48. 2, Corpus occisæ statim *marcescit.*

*Marcescere desidia & ocio*, Languescere. Liu. 8. bel. Pun. 184. Idem 3. bel. Maced. 105.

*Vino nimio marcescere.* Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.

*Ocia marcescunt per inertes somnos.* Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 13.

*Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere.* Sueton. in Calig, id est, languescente, inquit Budæus.

¶ *Marcidus*, pen. corr. Adiect. (σαπρὸς, σαθρός, ἰωλός) Putidus, siue languescens. Plin. lib. 11. cap. 37. 15, Fessis equis *aures marcidæ.*

*Marcidus somno & hesterna cœna redundans.* Plinius in Paneg. 107.

*Ocia marcida luxu.* Claud. 6. Paneg. 8.

*Vina marcida.* Stat. 1. Sylu. 6. 7.

¶ *Marcor, marcoris*, m. g. (σαπρότης, σαπιδὼν) Putredo, uel languor, & consumptio, quæ & tabes dicitur. Celsus de Lethargo, lib. 3. 20. 1, In hoc *marcor*, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas.

*Turpis marcor.* Stat. 10. Thebaid. 53.

Marcipor] penult. corr. *marciporis*, pen. corr. m. g. (μαρκιπαῦς) Marci puer, hoc est famulus, inquit Festus. Sic Publipor, Lucipor, & huiusmodi. Plin. lib. 33. cap. 1. 21, Singuli *Marcipores*, Luciporesue dominorum gentiles, omnem uictum in promiscuo habebant. Quibus uerbis significat Plinius, priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare *Marcipores* & Lucipores, quasi Marci pueri uel Lucij uocabantur, quasi ministri & assectæ, ut Græci παίδας uocant seruos: quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Quintil. lib. 1. cap. 4. 20, In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino, unde *Marcipores*, Publipores. Bud.

Marcius Sabinus] A' quo Marcia gens Romæ traxit originem, Numam ad regnum suscipiendum hortatus, cum eo Romam migrauit. In Senatum lectus, à Numa, primus Pont. Max. creatus est. Plutarchus in Numa. Liuius Dionysius.

Marcomani] pen. corr. (μαρκόμανοι) Germaniæ populi. Stat. 3. Sylu. 3. 34,

Quæ modò *Marcomanos* post horrida bella, uagosq;
Sauromatas. Vide Strabonem lib. 7. qui eos uocat *Marcomanos.*

Marculus] pen. corr. (μάντυς) nomen instrumenti, quo fabri ærarij uti solent. Plin. lib. 7. cap. 56. 5, Tegulas inuenit Cynira Agriopæ filius, & metalla æris: utrũq; in insula Cypro: item forcipem, *marculum*, uectem, incudem. Martial. lib. 12. 53.

Marcus] prænomen. *Marcum* uerò dictum uolunt, quasi Mascum, quòd primus qui fuit eo prænomine, planè masculus esset. Alij à *marra*, quasi *Marricum*, deducunt, quòd à rebus rusticis Romani sæpe nomina capiebant. Alij *Marcum* putant eum esse dictum, qui Martio mense natus esset. nec eos mouet, quòd *Marcus*, non Martius, scribatur: quando Frontinus contrà, *Martiam* aquam à *Marco* deducit.

*Marci municipem utdes?* Aenigmaticè dixit Seneca in Apolocynthosi. Existimo autem significari, Claudium Cæsarem non uerum germanũq; Romanũ esse, sed inquilinum, quales erant municipes Ciceronis, quos tamen contendebat ueros esse Romanos, quum municipibus diceret duas esse patrias, unam loci, alteram iuris. Claudius uerò non Romæ, sed Lugduni natus fuerat. Hæc Turnèbus.

Mardi] Asiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 5, ad Heracleum Colchidis, Achæos, Mardos & Cercetas nominat: quanquam & apud Persas Mardi sunt, alij tamen ab his.

Mardonius] Persa, quem quum Xerxes apud Salaminem uictus cum exercitu reliquisset, ut reliquias belli foueret, ab Arimneste Spartiata saxo obrutus est. Author Plutarchus in Aristide.

Mare] *maris*, neut. gen (θάλασσα, ἅλς, ὑγρή) Notum uocabulum.

*Accessus maris.* Vide Accedo.

*Aequor maris.* Virg. 2. Aeneid. 156.

*Aestus maris.* Vide Aestus.

*Aspera maris.* Tacit. lib. 4.

*Iniusti cærula forma maris.* Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 9.

*Proxima maris.* Tacit lib. 3.

*Rabies cæliq; mariq;*, hoc est, Intempestas. Virg. 5. Aen. 161.

*Via tuta maris.* Ouid. 11. Metam. 150.

*Restagnantis maris unda.* Ouid. 11. Metam. 73.

*Acclinata terris maria.* Stat. 5. Sylu. 4. 2.

*Adueniens mare.* Vide Aduenio.

*Altum mare.* Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 1.

*Ardua maria.* Valer. 8. Argon. 71.

*Aspera maria.* Virg. 6. Aeneid. 70.

*Auarum mare.* Horat. 3. Carm. ode 29. 13.

*Commune omnibus mare.* Vide Communis.

*Effusum latè mare.* Horat. 1. epist. 11. 6.

*Ferum mare.* Catul. de Berecynth. epig. 58. 8.

*Fluctuosum mare.* Plaut. Rudente.

*Humida maria.* Virg. 5. Aeneid. 119.

*Immensum mare.* Cic. 1. Tuscul. 116.

*Importuosum mare.* Tacit lib. 12.

*Inclinata maria.* Stat. 4. Thebaid. 13.

*Indomitum mare.* Tibul. lib. 2. eleg. 3. 10.

*Infectum uenenis mare.* Vide Inficio.

*Mare inferum*: id est, Tyrrhenum, uel Tuscum: *Mare superum*: id est, Adriaticum, uel Ionium. Cicero ad Atticum, libro 9. 173. 1.

*Infusa terræ maria.* Vide Infundo.

*Ingens mare.* Ouid. 3. Metam. 90.

*Iratum mare* Horat. Epod. 2. 2.

*Lacessitum mare.* Vide Lacesso.

*Magnum mare* Lucret. lib. 2. 1. 2.

*Mediterraneum mare.* Vide Medius.

*Mare medium.* Virg. 4. eclog. 10.

*Procellosum mare.* Senec. Medea, 6. 7.



Digitized by Google

Profundum mare & immensum. Cic. pro Plancio, 12.
Purpureum mare. Virg. 4. Georg. 75.
Purpureum mare uidetur Fauonio nascente. Cic. 4. Acad. 188.
Refluum mare Oceani. Ouid. 7. Metam. 54.
Refugum. Stat. 12. Thebaid. 127.
Saeuum. Senec. Octau. 6. 17.
Solicitum. Virg. 4. Geor. 53.
Tranquillum. Stat. 4 Sylu. 3. 9.
Tumidum. Virg. 8. Aeneid. 135.
Tumultuosum. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.
Turgidum. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.
Vastum. Senec. Oedip. 14. 4.
Veliuolum. Virg. 1. Aeneid. 46.
Ventosum. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.
Adornare mare. Vide Adorno.
Aduehere per mare. Vide Adueho.
Mare agitari & turbari ui uentorum. Cic. pro Cluentio, 109.
Agitatur mare uentis. Ouid. epist. 2. 7.
Ambulare maris. Vide Ambulo.
Ardet uentis mare. Florus lib. 4. cap. 2. id est, uehementissimè agitatur.
Collucet mare à sole. Vide Colluceo.
Confundere mare cælo. Iuuenal. Satyr. 7. 29.
Conglobatur mare. Vide Conglobo.
Contrahitur mare. Ouid. 2. Metam. 52.
Turbo conuoluit mare. Senec. Agamemn. 6. 18.
Tuto mari decurrere. Ouid. 9. Metam. 119.
Placata maria dant uenti. Virg. 3. Aeneid. 14.
Placidum per mare facere iter. Ouid. epist. 18. 19.
Incerto mari ferri. Horat. Epod. 9. 7.
Infestum mare habere. Vide Infestus.
Atrum hyemat mare. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 4.
Planum iacet mare. Iuuenal. Satyr. 12. 7.
Venti incubuêre mari. Virg. 1. Aeneid. 18.
Ingredi mare pedibus. Vide Ingredior.
Inuehi per mare. Vide Inueho.
Mergit se in mari. Vide Mergo.
Mare cælo miscere, Est omnia turbare, nihilq; non facere. Iuuenal. Satyr. 6. 29. Virg. 5. Aeneid. 159.
Mollit mare. Vide Mollis.
Mouere omnes terras, omnia maria. Vide Moueo.
Nauigare mare. Vide Nauis.
Peragrare pedibus maria. Vide Peragro.
Per mare pergere. Vide Pergo.
Nauigabile præbere mare. Vide Nauis.
Læua maris præteruectus. Tacit. lib. 18.
Coortum mare sæuiebat. Lucret. lib. 5. 201.
Scindere mare nauigijs. Ouid. 2. de Arte, 135.
Secare mare. Horat. 1. Carm. ode 1. 3.
Turbatum mare sistere Ouid. 7. Metam. 31.
Placidum uentis stat mare. Virg. 2. eclog. 6.
Tremulum fit mare tenui quum stringitur aura. Ouid. epist. 11. 15.
Subsidit mare. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 15.
Sulcare maria. Virg. 10. Aeneid. 40.
Vastissimum mare transire. Cic. in Pisonem, 45. Horatius de Arte, 70.
Transilire mare. Pers. Satyr. 5. 15.
Alta maria tumescunt. Virg. 2. Georg. 96.
Insanum tumuit mare. Senec. Medea, 10. 6.
Placatum uolitant per mare nauitæ. Horat. 4. Carm. ode 5. 4.
Venti uelluunt mare. Virg. 3. Aeneid. 40.
Mare, aliquando pro quacunq; grandiori aqua usurpatur.
Mare magnum, per excellentiam Mediterraneum mare à Latinis appellatur. Cicero ex antiquo poeta,

Iamq; mari magno classis cita texitur.

Plin. lib. 9, Intrant, è magno mari pontũ uerno tempore gregatim. Isidorus, Mare magnũ est, quod ab Occasu ex Oceano fluit, & in Meridiem uergit, deinde ad Septentrionem tendit: quod inde magnum appellatur, quia cætera maris in comparatione eius minora sunt. Hæc ille. Græci quoq; ἀκαδίαν ex magnitudine uocant.
Mare acerrimum, meretrix. Plaut. Asin. 4. 9.
Mare, terra, cælum, di uestram fidem, satin' ego oculis planè uideo? Plautus Trinum. 14. 61. Exclamatio est perturbati & perterriti animi.
Mari terraq; quærere: id est, ubiq;. Plaut. Pœnul. 2. 105. Sic Cic. lib. 5. Epist. 9. ad finem, Terra mariq; conquirere.
Mare, pro fluuio. Virgilius,

Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare proruptum.

Idem à Nicandro factum est, qui in Theriacis scribit, τλὺ ἀπὸ θρηϊκίη νομέες ποτιμοῖο φόβητος, ἰὴν πόντον καλέουσιν. Turnebus.
Mare, Vas capacissimum ab Solomone in templo dicatum, in sanctis literis appellatur, teste Rhodigino lib. 30. cap. 20.
¶ Marinus, pen. prod. (ἁλιος, πιλάγιος, ἐπιθαλάσσιος, ἐφαλος, ἁλίτροφος, ἁλιγενὴς) Quod mare incolit, uel quod ex mari est, inquit Valla: ut, Pisces marinus, Cic. 2. de Nat. deor. 61, Marini humores. Plin. lib. 10. cap. 69. 2, In marinis ostreis. Idem lib. 14. cap. 16. 3, Marina aqua.
Conchæ marinæ. Ouid. 15. Metam. 53.
Di marini. Ouid. 13. Metam. 204.
Fremitus marinus. Virg. 2. Georg. 32.
Latex marinus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 4.
Monstra marina. Virg. 7. Aeneid. 156.
Volucres marinæ. Ouid. epist. 10. 25.
¶ Maritimus, pen. corr. (παραθαλάσσιος, παράλιος) Quod mare accolit, uel quod ad mare est, uel quod ad mare fit, ut ait Valla: ut, Ora maritima, Gens maritima, Bellum maritimum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 31. 9.
Maritimus, & Remotus à mari, contraria. Cic. in Partit. 21
Maritimæ Alpes. Plin. lib. 8. cap. 39. 2. Et apud Cæsarem 3. bel. Ciuil. 17, Maritima oppida.
Homines maritimi. Cic. 7. Verr. 55, Tamẽ homines maritimos non planè reformidat.
Maritimis moribus mecum experitur, &c. Plaut. Cist. 5. 11. id est, Periculum de me facit eiusmodi, cuiusmodi quum mare iactatur uarijs fluctibus.
Maritimum prælium. Gel. lib. 5. cap. 6.
Vita maritima. Plaut. Bacchid. 5. 107.
Maritimus, Quod maris est. Plaut. Rud. Fluctus maritimos. Cicer. 5. Tuscul. 57, Quòd multas naues in omnem oram maritimam dimisisset, &c. Idem 2. de Natura deorum, 198, Æstus maritimi.
¶ Mare rubrum (θάλασσα ἐρυθρὰ) inquit Pomponius, dicitur, siue quia eius coloris est: siue quia ibi Erythras regnauit, ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant, procellosum, asperũ, mare profundum, & magnorum animalium magis, quàm cætera capax. Vide Pomponij enarratorem Vadianum. Hebræi uocant mare Suph, hoc est, procellosum, uel cariosum, seu fruticosum: contenduntq; pro rubro sic fuisse Latinè uertendum.
Marea] μάρεια, Lacus est, Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis auctus: portum habens altero, qui ad mare est, multo utiliorem. Alio nomine dicitur Mareotis, ut testatur Strab. lib. 17. Stephano item Marea oppidum est, Mareotidi lacui adiacens.

Mareo-

Digitized by Google

Mareotis] pen.prod. Mareotidis (μαρεώτης) Lacus in Aegypto Straboni. Plin. lib. 14. cap. 3. etiam asserit, Mareotida partem Libyæ Aegypto conterminam appellari, & Mareotas populos in ea habitantes. Et Mareotis pars Epiri, in qua uinum optimum nascitur: unde Mareotides uites dictæ sunt. Virg. 2. Georg. 19,

Sunt Thasiæ uites, sunt & Mareotides albæ.

¶ Mareoticus, pen. corr. Adiectiuum (μαρεωτικὸς) ut Vites Mareoticæ. Columel. lib. 3. cap. 2. 14. Vina Mareotica. Stat. 3. Sylu. 2. 5.

Mareoticum, absolutè, pro uino quod ad Mareotidem Aegypti paludem nascitur. Horat. 1. Carm. ode 37,

Mentemq; lymphatam Mareotico. Athen. libro 1. Δειπνοσοφ. scribit, uinum Mareoticum esse Alexandrinum, à Marea, fonte, qui in Alexandria est, & ab urbe ei fonti uicina eiusdem nominis, appellatum: eamq; urbem fuisse olim maximam, nunc esse uicum: paucis uerbis post, à Marone quodam, uno ex his qui cum Baccho militarunt esse dictam.

Marga] margæ (μάργα) Genus terræ in modum cretæ albæ, qua utuntur ad agros stercorandos. Plin. lib. 17. cap. 6.

Margarides] μαργαρίδες, Palmæ sunt, à margaritis nomen trahentes, quoniam & breues, & candidæ, & rotundæ sunt, acinis quàm balanis similiores. Plin. lib. 13 cap. 4.

Margarita] margaritæ, pen. prod. (μαργαρίτης) Vnio aliàs dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35. 2, Principium ergò, culmenq; omnium rerum precij margaritæ tenent. Ibidem 8, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, in tantũ ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde nomen unionum Romanæ scilicet imposuêre deliciæ. Plura. Ibidem, Cic. 6. Verr. 1, Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse.

Ornatus margaritarum insignis. Cic. in Orat. 43.

¶ Margaritum, margariti, pen. prod. n. g. (μαργαρίτης) Idem. Tacitus de uita Iulij Agricolæ, Ferè Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, sed suffusca & liuentia.

¶ Margaritarius, margaritarij, Negociator margaritarum. Apud Firmicum lib. 4. cap. 6.

¶ Margaritifer, pen. corr. Adiect. (μαργαριτοφόρος) Ferens margaritas. Plin. lib. 32. cap. 11. 5, Concharum genera, inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

Margiana] pen. prod. (μαργιανὴ) regio Asiæ Marioris, inclytæ apricitatis, ut ait Solinus, ambitu stadiorũ mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines, in qua Antiochus Antiochiam extruxit, ut libro 10. & 11 scribit Strabo.

Margo] marginis, pen. corr. com gen (πρόσωπον, λῶμα) Folij extremitas, inquit Sipontinus. Margo, cuiuslibet rei etiã extremitas dicitur, ut ripa agri non culti. Ouid. 1. Metam. 3.

Longo margine dixit. Iuuenal. Satyr. 1. 1,

——plena iam margine libri.

Extremo in margine rasa litera. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5.

Margo conchæ. Plin. lib. 9. cap. 33. 2.

Margines testudinis. Plin. lib. 9. cap. 10. 3.

Lapidei margines fluminis. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 8.

Gramineus margo fontis. Ouid. 3 Metam. 33.

Ripæ margo. Ouid. 3. Metam. 147.

Terrarum margo. Ouid. 1. Metam. 3.

Margines imperij. Plin. lib. 12 cap. 20. 1.

Contineri margimibus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 20.

¶ Margino, marginas, marginare. Liu lib 1. Decad. 5, Censores uias sternendas silice in urbe, glarea extra urbẽ substernendas marginandasq; primi omnium locauerunt.

¶ Marginatus, pen. prod. Adiect. (λῶμα ἔχων) ut, Marginata tabula, Quæ margine habet lætissimũ. Plin. lib. 35. ca. 12. 5.

Margopolis] Titulus erat Satyræ Varronis, insaniam ex professo ciuitatis in comitijs & magistratibus ferentis, & honorum studio & ambitione luxuq; & ingluuiæ perditæ & insanæ, acerrimè notans. Ex ea citantur nonnulla in quibusdam authoribus. Annotauit Turneb.

Margus] μάργος, Asiæ fluuius, quem Ptolemæus lib. 6. cap. 10. duobus montibus Seraphijs descendere tradit, & per Massegetes, qui Margiani uicini sunt, ac Dorbicas in Oxũ amnem deferri.

Maria] μαρίαμ, Fœminimum est à nomine Marius, & accentum in antepenultima habet: nam penultimam habet correptam, Claudianus de Nuptijs Honorij. 3,

Præparat & pulchros Maria, sed luce minores
Eligit ornatus. Pro deipara uirgine uult Valla Mariam nominatiuo casu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in ultima. Sanè apud Lucam cap. 1. ubi legimus Et nomen uirginis, Maria: Græci codices habẽt Mariam, uoce & accentu Hebræo, ut annotauit Erasmus. Inuenitur nihilo secius & Mariæ in genitiuo, sed tunc Latina dictio à nominatiuo Maria. Hebræi Mariam dicunt, duabus uticq; syllabis, ut Exodi cap. 15. de Aaronis sorore prophetissa. Nos 1 consonantem uertimus in uocalem.

Mariaba] μαριάβα, Metropolis Sabæorũ est. Strab. lib. 16, Hos sequuntur, Sabæi, quorum metropolis est Mariaba.

Mariandini] pen. prod. siue Mariandyni (μαριανδυνοὶ) Bithyniæ populi iuxta Pontum. Valer. 4. Argon. 35,

Et Mariandynûm patrias penetrauit ad urbes.

Mariandynum] regio sita in Asia, Bithyniæ conterminа, ubi Hercules Cerberum canem tricipitem deuicit, quem ferunt uirus euomuisse, eamq; regionem infecisse.

Marianus] pen. prod. Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Hispaniæ Bæticæ mons, ut ego Sierra Morena: saltus Castulonensis.

Marica] Adiectiuum à Mario. Vide Marius.

Marica] pen prod. (μαρίκη) dea est litoris Minturnensium Horat. 3. Carm. ode 17. 2,

Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & imnantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lyrim. Virg. 7 Aneid. 10,
Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus.

Maridunum] μαρίδουνον, Britanniæ insulæ urbs, ut scribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3. uulgò Caermarden.

Marila] marilæ, Languidus ignis dicitur: item puluis, ac carbonum tenuissima. Vnde illud, Faber fumo oppletus & marila. Cælius lib. 26. cap. 16.

Marinus] Adiectiuum. Vide Mare.

Marionis] μαριωνὶς, Germaniæ ciuitas Ptolemæo, lib. 2. cap. 11. Vulgò Lunenbur. Marionis, altera Germaniæ ciuitas, Ptolemæo authore lib. 2. cap. 11 Vulgò Sberin.

Maris] Fluuius Agarthyrsorum in Istrũ fluens. Herod. lib. 4.

¶ Maris, maridis, m. g. mensura est sex capiens cotylas, siue heminas sex. Vide Cæl. lib 26. cap. 16.

arisca] mariscæ (σῦκον ἄνισον) Ficus insipida dicitur. Plin. lib. 15. cap 18. 4, Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. Claud. 5. Pan 51,

——flauaq; tenens querceta mariscæ Lyris.

Mariscas, quidam dicunt esse ficus, quæ præ pinguedine aperiuntur, semenq; ostentant. Colum. lib. 10. 40,

Purpureaq; chelidoniæ, uilesq; mariscæ. Mart. li 11. 19,
Non boletus hiare, non mariscæ
Ridere, aut uiolæ patere possunt.

¶ Mariscæ (σῦκον) Genus morbi, ad similitudinem fici. Iuuen. Satyr. 2. 2, Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.

Mari-

Mariſcum] *mariſci, n.g. uel mariſcus, maſc.g.* Genus iunci. *Plin. lib.21. cap.18.1.*

Maritimus] *Vide* Mare.

Maritus] *mariti, pen.prod.maſc.gen.* (ἀνὴρ, ἀκοίτης, γαμέτης, πόσις) Vxoris uir. *Plaut. Caſin.25.5,* Quid agis marite, mi uir, *&c.*

*Maritus de gallinaceo. Colum. lib. 8. cap. 5,* Rarior eſt in his auibus maritis bonitas.

*Maritum eſſe,& Nubere, correlatiua. Cic.1.de Inuent.68.*

Ignara puella mariti, Virgo. *Horat.2.epiſt.1.27.*

Sororis maritus. *Cic. pro Rab. perduel. reo,5.*

Iura uiolata mariti. *Ouid.2.de Arte,77.*

Durus maritus. *Ouid.epiſt.4.29.*

Iuuenis maritus. *Horat.3.Carm.ode 11.8.*

Nouus maritus. *Plaut. Caſina,18.3.* Vide Nouus.

Captare maritos. *Catul. in Epital. Iuliæ,56.12.*

Somno maritorum inſidiari. *Cic.1.in Catil.19.*

Maritum eſſe. *Plaut. Caſina, 6.12. Plinius epiſt.144.4,* Intra, quartum & uiceſimum annum maritus: & ſi deus admiſiſſet, pater.

Olentis uxores mariti: id eſt, capræ. *Horat.1.Carm.ode 17.2.*

Maritæ, mulieres nuptæ. *Ouid. in Epiſt. Medeæ,*

Forſitan & ſtultæ dum te iactare maritæ
Quæris. Id eſt, uxori. *Horat.Epod.8.3,*
Nec ſit marita quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.

Caſtæ maritæ. *Ouid.2.Faſt.28.*

Maritæ etiamnum arbores dicuntur, ad quas uites aut alia id genus applicantur: quaſq; ſuis clauiculis complectuntur. *Plin. lib.14. cap.1. Colum. lib.11.cap.2.24,* Vel ſi quæ in agris aut uepribus ſingulares arbores maritæ à putatoribus relictæ ſunt. *Quintil.lib.8.cap.3.*

Maritum oliuetum. *Colum.lib.3.cap.11.3.*

Maritæ domus. *Liu. 7. bell.Pun.174,* Vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesq;. Id eſt, per domos maritorum adulterium committebat cũ maritis uxoribus.

Faces maritæ. *Ouid.epiſt.11.21.*

Fides marita. *Propert.lib.4.eleg.3.3.*

Fœdus maritũ. *Ouid.3.de Ponto,eleg.1.15.* Hoc eſt, maritale.

Marita pecunia. *Plaut. Epid.* Pulchra ædepol dos pecunia eſt. P. quæ quidem ædepol eſt non marita. Quaſi dicat, Fateor pecuniam eſſe pulchram dotem: ſed eam pecuniã quæ non ſit uxori coniuncta: id eſt, dummodo extra matrimonium habeatur.

¶Marito, maritas, pen.prod. (συνοικίζω) maritare, Locare in matrimonium. *Suet. in Auguſto Veſp.cap.14,* Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritauit, dotauitq; etiam, & inſtruxit. Idem, Maritandum principem cunctos ſuadere. *Tacit.lib.12.*

Maritare, de arboribus etiam dicitur, & uitibus. *Colum. lib.4. cap.22,* Qui poſſint uel ſua maritare ſtatumina: uel ſi qua ſunt uidua, in propinquo propaginibus ueſtire. Idem *lib.5. cap.6,* Si teneram ulmum maritaueris, nouam ſuffiret: ſi uetuſtam uitem applicueris, coniugem necabit. *Plin. lib.13. cap.4.7.de palmis.*

Populos maritare. *Horat.Epod.2.2.* Arbores intelligit.

Maritare etiam dicuntur canes. *Varr.2.de Re ruſt. cap.9.9,* Tu enim dicũtur catulire, id eſt, oſtendere ſe uelle maritari.

Maritari, Prægnãtem fieri. *Solinus cap.36,* In proximis Vlyſſiponis equæ laſciuiunt mira fœcunditate. Nam ſpirante Fauonio uento concipiunt, & ſitientes uiros auratam ſpiritu maritantur.

¶Maritalis, & hoc maritale, pen.prod. (γαμετικὸς) Colum. *lib.12. in Procem.1,* Maritale coniugium.

Capiſtrum maritale. *Iuuen. Satyr.6.5.*

Veſtis maritalis. *Ouid.2.de Arte,52.*

Marius] μάριος, qui ſepties apud Romanos Conſul fuit. Hunc Arpinatẽ fuiſſe aiunt, humili loco natum, nouum hominem, aratorem, qui in uilla Ciuernate (ut ait Plutarchus) uitã diu uixit ruſticã planè & agreſtem, procul ab urbanis munditijs. Hic per ordinẽ primis honoribus functus, legatus, Metello in Numidia criminando Conſulatum adepus, Iugurthã captũ ante currũ egit, in proximũ annũ Conſul ultro factus. Cimbros in Gallia apud aquas Sextias, Teutonas in Italia uicit, deq; his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit: inuentus & in carcerẽ coniectus, immiſſum percuſſorem Gallum, uultus authoritate deterruit: acceptaq; nauicula in Africam traiecit, ubi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæſis inimicis, ſeptimo Conſulatu (ut quidã ferunt) uoluntaria morte deceſſit. Hic quum in cruribus uarices haberet, præbuit uaricoſum crus medico ſecandũ. Et dum ſecaretur, neq; ſuſpirans, neq; ſupercilia cõtrahens, pertulit ſectionẽ, fixisq; oculis ſpectauit cruciabilem curationem. Quumq; medicus alterũ cruſecare uellet, minimè aſſenſum præbuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam eſſe non arbitror. Habuit filium Marium nomine: qui quum eſſet uiginti ſeptem annorum, Conſulatum inuaſit, quem honorem mater tam immaturum fleuit. Hic patri ſæuitia ſimilis, Curiam armatus obſedit, & inimicos trucidauit, tandem ſe iugulandum præbuit.

Marij multi fuerunt, de quibus *Virg.2.Georg.34,*

—— Volſcoſq; uerutos
Extulit: hæc Decios, Marios, Magnoſq; Camillos. Vide Volaterranum.

¶Marianus, pẽ.prod. Adiect. (μαριανὸς) *Cic.3 de lege Agrar. 5,* Quid ergo ait Marianus Trib. plcb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? *Propert. lib. 3. eleg. 3. 9,* Marianum ſignum.

Mariani muli. *Vide* Mulus.

¶Mariani colonia, Corſicæ inſulæ ciuitas ita dicta à C. Mario ſepties conſule, qui eò coloniam deduxit. Author *Plin. libro 3.cap.6.*

¶Marianæ foſſæ, Narbonenſis prouinciæ oppidum eſt, quod hodie Aquas mortuas uocant: ita dictum à uicina foſſa à C. Mario ad mare uſq; ducta. *Vide Ptolem.lib.2.cap.10. Plin. lib.3.cap.4.& Strab.lib.4.*

Marium] teſte Stephano, urbs fuit Cypri, quæ mutato nomine poſtea Arſinoe eſt uocata. Catullus maſculinè protulit his uerbis,

Quæ ſanctum Idalium Marioſq; apertos. In Arſinoe autem Veneris erat templum & lucus. Sed & *Plin. lib.5. cap.31,* Marium cum Idalio coniungit. Quòd autem Arſinoem à Mario ſeparat, à Stephano non diſcrepat. Nam, ut Strabo narrat, duplex eſt Arſinoe in Cypro.

Marmarica] pen.cor. (μαρμαρικὴ) regio Aegypto & Libyæ uicina, authore Ptolemæo *lib.4.cap.5.* Hodie Barcha.

Populi Marmarici. *Silius lib.3.139.*

Marmaridæ] pen.corr. (μαρμαρίδαι) teſte Plinio, populi ſunt Africæ, Aegypto contermini, qui & uſq; ad maiores Syrtes protenduntur. Solino populi ſunt ſupra Garamantes contra noxium uirus incredibili corporis firmitate munniti: Pſylli dicti, quia nimio calore ſolis nudi incedunt. Vide Pſylli.

Phalanx Marmaridum. *Silius lib.5.37.*

Marmaridæ Pſylli. *Lucan. lib.9.179.*

Marmaridæ medicum uulgus. *Silius lib.3.60.*

Marmaritis] pen.prod. (μαρμαρῖτις) marmaritidis, fœm. gen.

Digitized by Google

gen. Herba, de qua Plin. lib. 24. cap. 17, Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ nascentem, Persico latere. Quæ de causa & marmaritin uocari. Magos utiq; ea uti, quum uelint deos euocare.

Marmax] *marmacis* (μάρμαξ) Vnus fuit ex procis Hippodamiæ, omniumq; primus ab Oenomao necatus, cuius equas tradunt uocatas Partheniam & Eripham, quas quum item iugulasset Oenomaus, iußit sepeliri: A' Parthenia uerò impositum fluuio nomen. Refert Cæl. lib. 21. cap. 22.

Marmessus] *Mars est, Romanorum lingua, ait Lycophronis interpres. Barbarus autem hic, inquit, haud contentus aliis, etiam Romanè scribit. Nam Romani & bellaces Marmessus dicunt: sicuti memorant* Diodorus uel Dion. Hæc ille.

Marmor] *marmoris, pen. cor. neut. gen.* (μάρμαρος) Genus lapidis, cuius diuersæ sunt species. Vide Plinium.

Nitor *marmorum.* Vide Niteo.

*Templum de marmore.* Virg. 4. Aeneid. 92.

*Candens marmor.* Lucret. lib. 2. 153.

*Deformata marmora prima manu.* Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.

*Incisa notis marmora.* Horat. 4. Carm. ode 8. 3.

*Læue marmor.* Virg. 7. eclog. 7.

*Mygdonium marmor.* Ouid. epist. 21. 29.

*Numidicum marmor.* Vide Numidia.

*Parium marmor mallem rude* Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.

*Solido de marmore templa.* Virg. 6. Aeneid. 14.

*Non in omni marmore necesse est inesse* Praxitelia capita. Cicero 2. de Diuin. 71.

*Expolire marmor.* Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.

*Incidere in marmor.* Vide Incido, pen. prod.

*In lento luctantur marmore tonsæ.* Virg. 7. Aneid. 6.

*Nobilitatus marmore* Praxiteles. Vide Nobilis.

*Simulacrum è marmore.* Cic. pro Domo sua, 86.

*Secare marmora.* Horat. 2. Carm. ode 18. 4.

*Pario marmore purius splendens.* Horat. 1. Carm. ode 19. 2.

*Infidum remis impellere marmor: id est, æquor.* Virg. 1. Georgic. 51.

¶ *Marmoreus,* Adiect. (μαρμαρεινὸς) Quod ex marmore est. Plin. lib. 31. cap. 2 9, Varro author est, Titium quendam Prætura functum, marmorei signi faciem habuisse propter id uitium.

*Æquor marmoreum.* Virg. 6. Aeneid. 146.

*Candor marmoreus.* Lucret. lib. 2 153.

*Ceruix marmorea.* Virg. 4. Georg. 103.

*Collum marmoreum.* Ouid. 4. Fast. 27.

*Columnæ marmoreæ.* Cic. pro Domo sua, 49.

*Domus marmorea.* Tibul. lib. 3. eleg. 2. 5.

*Gelu marmoreum.* Ouid. 4. Fast. 185.

*Opus marmoreum.* Ouid. 4. Metam. 135.

*Palmæ marmoreæ.* Ouid. 3. Metam. 97.

*Pauimenta marmorea.* Cic. 2. de Legib. 2.

*Pedes marmorei.* Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 3.

*Pollex marmoreus.* Ouid. 13. Metam. 161.

*Signum marmoreum.* Cic. 6. Verr. 1.

*Sola marmorea.* Cic. in Parad. 62.

*Tecta marmorea.* Cic. in Parad. 14.

*Tumulus marmoreus.* Ouid. 14. Metam. 88.

¶ *Marmoratus, pen. prod. Adiect.* (μαρμαρωτὸς) Quod superficiem tantum ex marmore habet. Varro 1. de Re rust. cap. 57. 1, Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Stat. 4. Sylu. 3. 10,

—pariterq; sebenarat
Ingenti plaga marmorata dorso.

¶ *Marmoratum, pen. prod. substantiuè dixit* Varro lib. 3. de Re rust. cap. 7. 3. pro eo quod est ex marmore, luto & calce factum, intrinsecus quasi leuißimo marmorato, toti parietes ac cameræ oblinuntur: & Plinius lib. 36. cap. 23. 3, Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat.

*Marmoratæ laudes, dicuntur quando in alicuius honorem decernuntur statuæ marmoreæ, uel quid aliud simile.* Cic. pro Archia, 16.

¶ *Marmoratio, marmorationis, fœm. gen.* (μαρμάρωσις) Ex marmore cõstructio. Apul. lib. 3. Flor. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio, nec proscenæ contabulatio, &c.

¶ *Marmoroſus, pen. prod.* (μαρμαρώδης) Aliud adiectiuum, Quod marmoream formam uel duritiem habet. Plin. lib. 35. cap. 6. 9, Fit & Romæ cremato ſile marmoroſo & restincto aceto.

¶ *Marmorarius,* Qui marmora uel secat uel polit. Seneca epistol. 89, Non enim adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, nõ magis quàm statuarios, marmorarios, aut cæteros luxuriæ ministros.

Marnas] Iupiter dictus, et hoc nomine Gazæ cultus fuit, quæ uox Cretensibus indicat uirginem. Hieronymus, Gazæ Marnas luget inclusus. Meminit idem author in enarrationibus in Esaiam.

¶ *Maro,* μάρων, ut quidam uolunt, opifex figulus: siue ut plures, magi cuiusdã mercenarius: pater P. Virgilij, cui etiamnum Maronis manet cognomen.

*Aliſoni Maronis carmina.* Iuuenal. Satyr. 11. 18.

*Toruus Maro.* Stat. 5. Sylu. 3. 13.

¶ *Maro item optimus uinitor fuit, comes expeditionum Osiridis, quem ætate prouectum, ut Diodorus scribit, in Thracia reliquit, Maroneæq; conditor urbis fuit. De hoc forsan intelligi poßit illud Propertij,*

Flumina sopito quæq; Marone cadunt.

Maroneus] pen prod. (μαρώνεος) Adiectiuum à Marone. Stat. 4. Sylu. 4. 11, Maroneum templum.

Maronea] μαρώνεα, Ciconum urbs uino laudata: cuius memmit Homerus. Hinc Maroneus adiectiuum: ut, Maroneus Bacchus, id est, uinum ex Maronea urbe. Tibul. ad Messalam, lib. 4. 12.

Marpeſus] pen. prod. (μάρπησσα) mons est in Paro insula, à quo Marpesiam cautem, id est, lapidem Parium, dixit Virgilius 6. Aeneid. 95. Seruius.

Marphadates] *fuit Cappadociæ regulus, ad quem quum filius Catonis Vticensis diuertisset, uxorem eius quam Psychen appellabat, corrupit: unde exist iocus Porcius, et Marphadates φίλοι δύο, ψυχὴ μία: id est, amici duo, anima una. Itẽ generosus & illustris Cato βασιλικὴν ψυχὴν ἔχει: erat enim rex Marphadates. Refert Plutarchus inuita Catonis, & post eum Cælius lib. 24. cap. 9.*

Marpiſſa] μαρπίσσα, *fuit teste Homero lib. 9. Iliad filia Euenı, & speciosa inter paucas nympha: quæ cùm raperetur ab Apolline, eius uir Idas arcu, sagittisq; sumptis, Apollinem inuadere nõ dubitauit. Quam, postquam rapta est, parentes Halcyonem cognominauerunt: quòd mater eam domi deflebat sortita luctuosum ac flebile Halcyonis fatum.*

Marra] Instrumentum ferreum ad excidendas herbas. Columella lib. 10. 7,

Tu penitus marris eradere uiscera matris
Ne dubita. Iuuen. Satyr. 3. 31,
Ne marræ & sarcula desint. Plin. lib. 18. cap. 16. 8.

Marrhes] μάρρης, *fuit Aegypti rex, qui cornicem impendiò miltem ac prorsum habuit cicurem, educationis solertiore*

cura

cura eò proiectam insuefactamq; ut pterophori cursorisq; uice fungeretur. Quo enim concupisset alter, ceu rationis planè compos, epistolas deferebat, commonita noscens callidè, quà transuolandum, quóue dirigendus impetus, ac ubi sidendum foret interquiescendúmue. Quamobrem obsequio miti adeò, ac nullius stipendij indigo & utcunque parato, quum obijsset, digna à rege habita est, quæ sepulcro statuaq; honoraret: ut, propagandæ in æuum longius facti tã inopinabilis, rarenterq; auditi. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 28. ex Græcorum monumentis.

Marrubij] Populi fuerunt Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, sic dicti uel à rege Marrubio, uel quòd circa mare habitent. Virg. 7. Aeneid.

Quin & Marrubia uenit de gente sacerdos.

Marrubium] marrubij (πράσιον) Plin. lib. 20. cap. 22. Marrubium plerique inter primas herbas commendauere, quod Græci prasion uocant, alij linostrophon, nonnulli philopeda aut philochares, notius quàm ut indicandum sit. Huius folia semenq; contrita prosunt contra serpentes, pectorum & lateris dolores, tussim ueterem.

Marrucini] pen. prod. (μαρουκινοὶ) populi quorum meminit Strabo lib. 5. Plin. lib. 15. cap. 19. 4, Græcis simplici r scribitur.

Domus Marrucina. Silius lib. 17. 92.

Gens Marrucina. Silius lib. 15. 112.

Mars] ἄρης, σύνδικος, deus belli: dictus quòd maribus in bello præsit, siue quòd à Sabinis acceptus est, apud quos Mamers uocatur: à poetis Mauors, quòd magna uertat, per epenthesim dicitur.

Arma horrentia Martis. Virg. 1. Aeneid. 1.

Opus graue Martis. Virg. 8. Aeneid. 104.

Belliger Mars. Seneca Hippol. 6. 15.

Dubius medijs Mars errat in armis. Virg. 2. Georg. 57.

Duri Martis arma. Virg. 10. eclog. 9.

Indomitus Mars. Virg. 2. Aeneid. 88.

Noster Mars. Virgilius,

Sin nostrum annuerit nobis uictoria Martem.

Mars illorum esse uidetur, quibus fauet, qui uictoriam obtinet: ut econtrario non uidetur esse illorum, quibus aduersatur, quiq; uincuntur. Sensus igitur est huius carminis, Si Mars nobis fauerit, uictoriamq; dederit. Monuit Turnebus.

Toruus Mars. Horat. 1. Carm. ode 28. 4.

¶ Mars, pro ipso bello. Quintil. lib. 8. cap. 6. Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo.

Amantes Martis Iberi. Silius lib. 16. 22.

Rigidi certamina Martis. Ouid. Metam. 4.

Anceps Mars. Liu. lib. 1. Decad. 3.

Aperti copia Martis Nulla fuit. Ouid. 13. Metam. 42.

Cæco Marte resistunt. Virgil. 2. Aeneid. 67.

Cruentus Mars. Horat. 2. Carm. ode 14. 3.

Ferox Mars. Ouid. 13. Metam. 3.

Impius Mars. Virg. 1. Georg. 103.

Incertus Mars. Tacit. lib. 20.

Sanguineus Mars. Ouid. 1. de Remed. amor. 31.

Accendere Martem cantu. Virg. 6. Aeneid. 33.

Acuere Martem. Vide Acuo.

Marte suo cadere. Ouid. 3. Metam. 25.

Inuadunt Martem clypeis, atque ære sonoro. Virgil. 12. Aeneid. 143.

Insano Marte petere urbem. Claud. de bello Get. 102.

Collato Marte, & eminus pugnare. Vide Eminus.

Nouum Martem tentare. Silius lib. 15. 70.

Mars communis. Hoc dicto incertum ac uarium belli euentum notabant ueteres. Cic. 11. Philipp. Sed ut concedam incertos exitus esse belli, Martem communẽ: tamen pro libertate, uitæ periculo decernendum. Idem 3. de Orat. 92.

Nostro Marte rem aliquam peragere dicimur, quoties nostro ipsi ingenio, proprijsq; uiribus, aut etiam nostro periculo eam rem peragimus. Cic. 3. Offic. 43, Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed ut dicitur, nostro Marte. Idem 5. Verr. 8. Ex Erasmo.

Adminiculis alterius, & Suo Marte aliquid explere, cõtraria. Cic. 3. Offic. 44.

Forensis Mars, Eloquentia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 6.

Stella Martis quatuor & uiginti mensibus, sex diebus minus, lustrat orbem. Cic. 2. de Nat. deor. 76.

Rapax Mars. Propert. lib. 4. eleg. 1. 17. De stella Martis.

¶ Martius, Adiect. (ἀρεῖος, ἄρειος) Ad Martem pertinens: ut Martia auis, Marti dicata. Ouid. 3. Fast. 8.

Bella Martia. Ouid. 3. Fast. 47.

Calendæ Martiæ. Cic. Attico, lib. 8. 147. 5.

Martius campus. Liu. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tyberim erat consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Cic. pro Rab. perd. reo, 7.

Canor Martius rauci æris. Virg. 4. Georg. 15.

Castra Martia. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 14.

Certamen Martium. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.

Horror Martius. Claud. 2. de raptu Proserp. 30.

Legio Martia. Cic. 4. Philipp. 155, Quid legio Martia, quæ mihi uidetur diuinitus ab eo deo traxisse nomen, à quo pop. Romanum generatum accepimus, &c.

¶ Martius mensis (μάρτιος σειρροφοριὼν) dictus est primus mensis anni: quoniam Romulus primum anni mensem genitori suo dicauit. Ouid. 3. Fast. 15. Plin. lib. 11. cap. 3-5, Differantur in Martium mensem callosæ.

Miles Martius. Ouid. 14. Metam. 160.

Vulnera Martia. Virg. 7. Aeneid. 37.

¶ Marticola, pen. prod. (ἀρεωκέλης) Qui Martem colit. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 5,

Nec patria est habitata tibi, sed ad usq; niuosum
Strymona uenisti, Marticolamq; Geten.

¶ Martigenus, pen. corr. Adiectiuum (ἀρεογενὴς) Plautus Amphit. 15. 15,

Martigenã ille aggressus belluam magnus
Europæ quæstor, anguineo
Repente hoste s peperit seminio.

¶ Martigena, penul. corr. (ἀρεογενὴς) Qui ex Marte natus. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 8,

In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliodesq; Remus.

Quirinus Martigena. Ouid. 1. Fast. 40.

¶ Martianus, pen. prod. Adiect. (μαρτιανὸς) ut, Fœdus Martianum, omni Marte sanctius. Cic. pro Corn. B. lib. 31.

¶ Martialis, et hoc Martiale, pen. prod. (ἀρείος, μαρτιάλιος) Qui natus est sub Marte stella: uel qui Marti seruit. Cic. pro A. Cluantio, 32, Martiales quidam Larmi appellantur ministri publici Martis, atq; ei deo ueterib. institutis religionibusq; Larmatium consecrati.

Flamen Martialis. Cic. de Arusp. resp. 10.

Lupi Martiales. Horat. 1. Carm. ode 17. 2.

Marsi] Populi in Scythia, & ait Herodotus lib. 4.

Marsi] μαρσοὶ, populi in Italia ultra Picenum, Samnites uersus, à Marso Circe filio, à quo originem duxerant, dicti: cuius populi Marsi sunt uocati, non longè ab Vrbe. Cicer. pro Domo sua, 89, Qui in Marsis natus est, etc. Plin. lib. 7, cap. 2. 6. & in Proœmio lib. 25.

Marsus] Circes filius, à quo Marsi, quibus ui quadam genitali datum est, ut serpentium uirulentorum domitores sint: & incan-

Digitized by Google

& incantationibus, herbarumq; succis faciant medelarum miracula. Refert Gell. lib. 16. cap. 11.

¶ Marsus, Adiect. (μαρσικὸς) ut, Nenia Marsa. Horatius Epod. 17. 6.

Cantus Marsi. Ouid. de Medicamine faciei, 8.

Nines Marsæ. Stat. 1. Sylu. 5. 6.

Voces Marsæ. Hor. Epod. 5. 17.

¶ Marsicus, pen. corr. Adiect. (μαρσικὸς) ut, bellum Marsicũ. Cic. 2. de lege Agrar. 89.

Marsica uina, & Marsica cepa. Colum. lib. 12. capite 10. 1. Et lib. 2. cap. 9. 6, Marsicæ fabæ. Nam Maßica sunt è Maßicis montibus.

Marsia] siue Marsias (μαρσύας) fluuius Apameam præterfluens: cuius meminit Claudianus 2. in Eutropium, 54.

Marspiter] pen. corr. (ἄρης πατὴρ) Martis pater: sicut Diespiter, diei pater: teste Gellio lib. 5. cap. 12.

Marsupium] marsupij (μαρσύπιον) Sacculus nummarius: hoc est, in quo nummi reconduntur. Plaut. Epid. 5. 3.

— acutum cultrum habeo,
Qui seni exenterem marsupium.

Varro de re Rust. lib. 3. cap. 17. 2, Magis ad oculos pertinent, quàm ad uesicam: & potius marsupium domini exinaniunt, quàm replent.

Numatum marsupium. Vide Nomus.

Inspicere marsupium. Vide Inspicio.

Marsyas] Peleus historicus, nutritus unà cum Alexandro magno. Scripsit res Macedonicas libris decem, à primo rege usque ad Alexandrum. De rebus Atticis libros duodecim. Marsyas Philippeus item historicus. Marsyas, Tabenus, qui scripsit de Tranquillitate libros 12. Fabula libris septem, & quædam alia de patria sua. Author Suidas.

Marsyas] Marsyæ, Phryx tibicen, qui tibijs à Minerua primùm inuentis, deinde abiectis, cum Apolline certauit, à quo uictus & excoriatus est. Ouid. lib. 6. Fast. 242, Est & Marsyas, Phrygiæ fluuius, ab huius nomine dictus, quòd nymbarum lachrymis Marsyam deflentium creuisset: ut est apud Ouidium.

Martes] huius martis, fœm. gen. Animal notum è genere mustellino, cuius pellis magno habetur in precio. Mart. lib. 10. epigr. 37. ad Maternum,

Venator capta Marte superbus adest.

Martia] Martiæ, fœmini generis, Aqua urbis Romæ. Plinius lib. 31. cap. 3. 11, Clarißima aquarum omnium toto orbe, frigoris salubritatisq; palma, præconio urbis, Martia est, inter reliqua deum munere Vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Auftia, fons autem ipse Piconia. Oritur in uliginis montibus Pelignorum, transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox specu mersa, in Tyburtina se aperit IX. M. pass. fornicibus structis producta. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Martius, unus è regibus, postea Q. Martius Rex in prætura, rursusq; restituit Marcus Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab octauo lapidis diuerticulo II. M. passuum Prænestina uia. Iuxtà est Herculaneus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Horum amnium comparatione differentia supradicta deprehenditur, quum quantum Virgo tactu, tantũ præstet Martia haustu.

Martia] Catonis filia minor. Quæ quum quærerentur ab ea, cur post amissum maritum denuò non nuberet. Respondit, non se inuenire uirum qui se magis uellet, quàm sua. Quo dicto, ostendit diuitias magis in uxoribus eligi solere, quàm pudicitiam.

Martialis, Martianus, Martius, Adiectiuum.] Vide Mars.

Valerius Martialis] οὐαλλέριος μαρτιάλιος, in Hispania Bilbili, nobili Celtiberiæ oppido natus est, patre Frontone, matre Flacilla. Venit ad urbem Romam studiorum gratia, tenuiq; suppellectile contentus, in literis duntaxat uersatus est. Huius meminit & Plinius iunior ad Cornelium Priscum, libro 3. epistol. 21, adscribens uersus aliquot ipsius Martialis.

Martiobarbuli] Lasciuia militari appellati sunt milites, qui plumbatas gerebant, quæ & ipsæ etiam nomine Martiobarbuli uocatæ per ludum & iocum uidentur esse, quòd quum pisces in delicijs essent, in quibus numerantur barbi & barbuli, plumbatæ, quasi non conuiuij, sed Martis barbi essent & cibi, ioculariter Martiobarbuli dici potuerint. Vegetius, Plumbatarum quoq; exercitatio, quas Martiobarbulos uocant, est tradenda iunioribus, &c.

Martion] Smyrnæus medicus, teste Plinio libro 28. capite 3, Qui de simplicibus affectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas sputo tradit: item rubetas, aliasq; ranas.

Martius] μάρτιος, nomen eius uiri, qui Ancus cognominatus est, quartus Romanorum rex, equitate & religione auo similis. Latinos bello domuit, Auentinum & Martium montes urbi addidit, noua mœnia oppido circundedit, syluas ad usum nauium publicauit, salinarum uectigal instituit, carcerem primus ædificauit, Ostiam coloniam maritimis commeatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit.

Martulus] à Plinio pro malleo usurpatur. Caper Grammaticus, Martulus, inquit, à Marte, non marculus. In omnibus tamen codicibus legitur marculus, in Plinio.

Martyr] martyris, penultima correpta, com. gen. (μάρτυς) Latinè testis dicitur. Qua factum est, ut qui sanguinis sui pignore Christo diuinitatis testimonium dederunt, Martyres uocentur.

Marulus] Tribunus plebis cum Flauio, coronas Cæsaris Dictatoris statuis detraxit: eosq; qui primi Cæsarem regẽ salutauerant, in uincula duci iußit. Quamobrem Cæsar Marullum magistratu priuauit. Author Plutarchus in Cæsare. Marullus item poeta mimographus sub Antonino principe, apud Spartianum. Pomponius item Marullus grammaticus Romæ profitebatur, sermonis Latini exactor molestißimus: quum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Actio Capitone, & esse illud Latinum, & si non esset, futurum certè: Iam inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, uerbis non potes. Suet. de clar. Rhet. 22.

Maron] μάρον, Dioriscoridi, herba est surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliosq; multò candidoribus, quæ circa Magnesiam & Tralleis copiosa gignitur. Plinius quoq; lib. 12. cap. 24. in Aegypto marum nasci tradit, sed peius quàm Lydium, maioribus foliis, ac uarijs.

Mas] maris, m. g. (ἄρρην, ἔννευχος, ἐνόρχης) Cui contrarium est Fœmina. Cic. 1. de Nat. deor. 192, Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt.

Admittere marem. Vide Admitto.

Intromittere mares in fœminas. Vide Intromitto.

Mutari in marem. Vide Muto.

Párere marem. Ouid. 9. Metam. 136.

Permittere maribus fœminas. Vide Permitto.

Vitellus mas. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 3.

Animi mares. Hor. de Arte, 81.

¶ Masculus, masculi, penult. corrept. masculini generis (ἀρσενικὸν) Diminutiuum, inquit Festus. Plautus Cistel. 10. 40,

Bona fœmina, & malus masculus hic te uolunt.

¶ *Maſculus, Adiectiuum* (ἀρσενικὸς, ἄῤῥην) *pro Forti & uehementi aliquando accipitur, ut multi Nonius. Varro, Si non plus teſticulorũ offenderis quàm in caſtrato pecore in Apulia, uincor non eſſe maſculum ad rem. Apud Horatium 1. epiſt. 20. 6, legitur Maſcula Sappho, pro uirili.*

*Maſcula bilis. Perſius Satyr. 5. 15.*

*Proles maſcula. Hor. 3. Carm. ode 6. 8.*

*Maſculum thus. Plin. lib. 12. cap. 14. 8, de thure, Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, maſculum uocamus, quum aliàs non ferè mas uocetur, ubi non ſit fœmina. Maſculum aliqui putant à ſpecie teſtium dictum. Ouid. de medicamine faciei, 19. Virg. 8. eclog. 13.*

¶ *Maſculinus, pen. prod. Adiectiuum* (ἀῤῥενικὸς) *Quod maſculum eſt: ut, Rapum maſculinum & fœmininum. Plinius lib. 18. cap. 13.*

*Maſculina & fœmmina uocabula dici melius eſt, ſecundum Græcorum quoq; conſuetudinem, inquit Feſtus.*

¶ *Maſculinè, penultima producta, Chariſius libro 1, Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis deſtinatum, aut quum commercium ſignificamus. Maſculinè autem, tabulata nauium, & ſemper pluraliter: quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit: & Lucilius negociorum fórum maſculinè extulerit libro 3, Forus olim ornatus lucernis. Paulò pòſt, Cælum quum ſit neutrum, etiam maſculinè ueteres dixerunt. Iterum, Vulgus inuenitur & maſculinè elatum.*

¶ *Maſculeſco, maſculeſcis* (ἀῤῥενοῦμαι) *maſculeſcere, Maſculum fieri. Plinius libro 18. capite 13. de rapis & napis loquens, Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili.*

¶ *Maſculetum, penultima producta* (μασκύλη, τὸν παλόμωνον) *Locus in quo plantæ uinearum maſculæ conſitæ ſunt. Plantæ autem maſculæ ſunt, quæ non ſubiguntur, ut palmites alios emittant, ſed altius creſcunt, & in altum attolli dimittuntur. Plinius libro 17. cap. 22. 14, de uinearum putatione, Nec ueterem placet palmitem in longum, & ad quartum uſq; pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos uocant, ut faciant quæ maſculeta appellant.*

Maſalia] *μασαλίαι, Cretæ fluuius, Ptolemæo, libro libro 3. cap. 17. Hodie Meſauo.*

Maſaris] *μάσαρις, Bacchi cognomen apud Caras, de cuius origine ſic fabulantur: In comitatu Rheæ, cui Iupiter Bacchum alendum commiſerat, mulierem fuiſſe, cui nomen erat Mâ: quam quum Iuno rogaſſet, cuius is eſſet puer, ἄρα Θ, hoc eſt, Martis, illa reſpondit. Qua uoce à uulgo excepta, Bacchus deinceps Maſaris dictus eſt, quaſi τὸν μᾶς ἄρην.*

Maſdes] Vide Mauis.

Maſdorani] *Aſiæ populi, iuxta Parthiam, & Carmaniam deſertam incolentes. Horum meminit Ptolemæus, libro 6. capite 17.*

Maſdoranus] *Mons Aſiæ, qui Parthiam ad Orientem ab Aſia dirimit. Ptolem. lib. 6. cap. 5.*

Maſiniſſa] *μασανάσσης, Numidarum rex, in Africa primùm populi Roma. hoſtis capitalis fuit: deinde amiciſſimus effectus, uſq; ad finem uitæ perſeuerauit. De quo multa Liu. 7. belli Punic. Suidas habet Maſaniſſa. Ouidius 6. Faſtorum, 154.*

*— ſuperat Maſaniſſa Sypbacem.*

*Maſiniſſa annos nonaginta natus, quum iter ingreſſus erat, in equum omnino non aſcendebat: quum equo, ex equo nõ deſcendebat: nullo imbre, nullo frigore adducebatur ut capite operto eſſet: ſumma erat in eo corporis ſiccitas: itaq; exequebatur omnia regis officia & munera. Cicero de Senectute, 30.*

Maſpetum] *pen. corr.* (μάσπετον) *Folium laſerpitij. Plin. lib. 19. cap. 3, In ea laſerpitium gigni ſolitum, rem ferum ac contumacem: & ſi coleretur, in deſerta fugientem: radice multa, craſſa; caule ferulaceo, haud ſimili craßitudine. Huius folia maſpetum uocabant, apio maximè ſimilia. Vide Laſer.*

Maſſa] *maſſæ* (μᾶζα, φύραμα, πλακοῦς) *Græcis μᾶζα, farina omnis ad pinſendum macerata, & aqua ſubacta, quam peſtam uocant.*

*Maſſa etiam ſignificat, quicquid denſum ſpiſſumue eſt, ad ſimilitudinem farinæ ſubactæ, ut Maſſa auri, Maſſa ferri, hoc eſt, pila, & ueluti moles. Columel. libro 12. capite 5, Quidam ferri maſſas exurunt, ita ut ignis ſpeciem habeant. Virgil. & Georg. 34.*

*Ac ueluti lentis Cyclopes fulmina maſſis, &c.*

*Maſſam piſcis urbe reportat. Virgilius 1. Georgicor. 55, de agricola.*

*Ardentis maſſa fuligo. Iuuen. Satyr. 10. 13.*

*Lactis maſſa coacti. Ouid. 8. Metam. 134.*

*Dura maſſa & pondus iners. Ouid. 3. de Arte, 44.*

*Nubila maſſa. Vide* Nubes.

¶ *Maſſula, pen. corr. Diminutiuum* (μαζίδιον) *Colum. lib. 12. cap. 38, Poſthæc complures ex ea maſſulæ fiunt, & ita per latera ſeriæ in muſtum demittuntur, ne altera offa ſuper alteram perueniat.*

¶ *Maſſo, maſſas, maſſare, in maſſam redigere, Conglobare, condenſare. Lucret. lib. 1. 134,*

*Quòd ſi fortè nulla credunt ratione poteſſe*
*Ignes in cœtus ſtringi, maſſareq; corpus.*

Maſſa] *μάσσα, Libyæ fluuius. Ptolemæo: hodie Maſſatat.*

Maſſæſylia] *μασσαισυλία, ſiue, ut apud Stephanum & Strabonẽ legitur, μασσαισυλία, unico σ, Africæ regio, à Mauris Muluchа fluuio (quẽ Strabo Molochat appellat) dirẽpta. Vide Strabon. lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 2. Huius regionis populi Maſſeſyli uocati fuerunt, quos Plin. teſtatur ſua ætate extinctos fuiſſe.*

Maſſagetæ] *pen. corr.* (μασσαγέται) *nobiles populi Scythiæ Aſiaticæ, Orientem uerſus, trans Araxem: quorum ſtudium eſt, in ſagittandi peritiam incumbere: inſeſtiſſimi ſunt hoſpitibus, neque cum uicinis populis ullam ſeruare diutius amicitiam poſſunt, neq; fidem. frumenti ac uini uſum prorſus ignorant: bibunt enim lac, cum equorum admiſto ſanguine: ut Dionyſius ſcribit, item Herodotus lib. 3. & Strabo l b. 11.*

*Maſſegetes, numero ſingulari dicitur. Claudianus 1. in Ruffinum, 63,*

*Eſt qui cornipedes in poculo uulnerat audax*
*Maſſagetes. Maſſagetæ Solem pro deo uenerantur: quibus optimum genus mortis uidetur, ſi ſenio confecti in fruſta ſcindantur, & cum ouillis carnibus edantur promiſcuè: eos qui morbo moriuntur, ut impios abijciunt, & dignos qui à feris deuorentur, ut ait Strabo lib. 2.*

Maſſaris] *Vua eſt, quæ ex uite ſyluęſtri cum flore in Africa decerpitur, medicinæ tantùm & odoramentis idonea. Vide Plin. lib. 12. cap. ult. & in Procem. lib. 23.*

Maſsia] *μασσία, Stephano, Oppidum Hiſpaniæ ulterioris, non procul à Tarteſſo, circa quod lateres fiebant ex terra pumicoſa, qui ſiccati non mergebantur in aqua. Vide Plin. lib. 35. cap. 14.*

Maſsica] *Regio Beticæ, Tarteſijs appoſita. Hanc Vitruuius Maxiam appellat.*

Maſsicus] *pen. corr.* (μασσικὸς) *Mons Campaniæ, optimi uini ferax. Docet Seruius, Maſſicus in plurali facere Maſſica. Virg. 7. Aeneid. 145,*

*— uertunt*

Digitized by Google

—— uertunt fœlicia Baccho Maßica. Silius, libro 7.53,

Maßicus uniſeris addebat nomina glebis.

Radices Maßici. Cic. 2. de lege Agraria, 68.

Vniſer Maßicus. Stat. 4. Sylu. 3. 13.

¶ Maßicus, Adiect. (μασικὸς) ut, Munera Maßica Bacchi. Virg. 3. Georg. 206.

Humor Maßicus Bacchi. Virg. 2. Georg. 29.

Vina Maßica. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 11.

¶ Maßicum, maßici, pen. corr. (μασικὸν) Subſtantiuum, dicitur ipſum uinum ex Maßico proueniens. Horatius 1. Carmim. ode 1. 4,

Eſt qui nec ueteris pocula Maßici, &c.

Obliuioſum Maßicum. Horat. 2. Carmin. ode 7. 5, quòd faciat obliuiſci curarum.

Maſsilia] μασσαλία, ſecunda ſyllaba correpta, Galliæ Narbonenſis urbs, aliquando fama rerum geſtarum, abundantia opum uiriumq; & doctrinarum gloria florentißima, quæ à Cicerone lib. 2. Offic. 39, multis uerbis laudatur: tum etiam in oratione pro Flacco, 50, De huius origine Iuſtinus lib. 43. multa. A Phocenſibus Aſiaticis conditam eſſe conſtat, qui rectius à Phocæa illa ſua Phocenſes dicerētur, teſte Herodoto. Ammianus lib. 15, A Phocide (inquit) Aſiaticus populus, Harpali inclementiam uitans Cyri regis præfecti, Italiam nauigio petit: cuius pars in Lucania Veliam, aliam condidit in Viennenſi Maßiliam. Quæ uerba ex libro decimo noctium Atticarum Gellij mutatus eſt. De urbis huius ueteribus inſtitutis multa libro ſecundo Valerius. Inclytā fuiſſe clariſſimo gymnaſio, in Agricolæ uita Tacitus teſtatur. Lege Strabonem lib. 4. Maßilia uulgò hodie Marſeille. Lucanus lib. 3. 82.

Mores Maßilienſes. Plaut. Caſin. tanquam optimos & probatißimos dixit. Hæc uini optimi ferax fuit: unde Martialis lib. 11. 123,

Fumea Maßiliæ ponere uina potes. A Maßilia fiunt.

¶ Maßilienſis, μασσαλιώτης, Maßilitanus, Maßilioticus, Adiectiua: unde Maßilienſes uiri, Maßilitana uina, & Maßilioticum oſtium.

Maſſurius] legum interpres, Eques Romanus, tempore Tiberij Iuriſconſultus non incelebris.

Maſſyla] pen. prod. (μασσύλοι) inquit Seruius, mediterranea eſt pars Mauritaniæ: unde haud longè ſunt horti Heſperidum, & mons Atlas. Virg. 4. Aen. 97,

Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos, &c.

¶ Maſſyli, μασσύλοι, eius regionis populi, de quibus Virg. 4. Aen. 27,

Maßyliq; ruunt equites, &c. Hæc gens neq; ephippijs utitur, nec frænis, ſed ſola uirga contenta eſt, qua agitet equos, & moderetur.

¶ Maſſylus, pen. prod. Adiectiuum (μασσύλος) ut, Arua Maſſyla. Silius lib. 17. 13.

Oppida Maſſyla. Claud. 4. Paneg. 76.

Robora Maſſyla. Stat. 3. Sylu. 3. 19.

¶ Maſſylius, ſecūda producta, Adiectiuum (μασσύλιος) Idem. Lucan. lib. 4. 138,

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo
Ora leui flectit frænorum neſcia uirga.

¶ Maſſylæus, Aliud adiectiuum (μασσύλαιος) Martialis, libro 9. 24,

Maſſylæum uirga gubernat equum.

Maſtaura] μάσταυρα, Lydiæ ciuitas: ita dicta, quòd in eā Rheæ, Bacchi nutrici (quæ Mâ Lydis appellatur) taurus ſoleat immolari. Huius incolæ dicti ſunt Mauſtaurenſes, & Maſtauritæ Stephano: quorum meminit Plinius libro 5. capite 29.

Maſtax] maſtacis (μάστυξ) Locuſtarum genus, quæ rodunt ſata, quas quidam bruchos appellant, & attacos, uti eſt apud Nicandrum. Alij tamen ſunt, qui uniuerſum locuſtas dici maſtacas uelint, idq; in Ambracia in primis. Author Cæl. lib. 3. cap. 25.

Maſtiche] maſtiches, pen. corr. f. g. (μαστίχη) uel, ut alij Maſtice, ſine h aſpiratione: Lacryma eſt, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat. Plin. lib. 12. cap. 17. 1, Sed maſtiche quoq; gemina eſt: quoniam & in Aſia Græciaq; reperitur herba radice folia emittens. Et paulo pòſt, Laudatiſſima autem Chia, candida, cuius precium in libras x x, nigræ uerò x 11. Chia è lentiſco traditur gigni, gummi modo.

Maſtigia] Vide Maſtix.

Maſtix] maſtigis, pen. prod. m. g. (μάστιξ) Flagellum, ſcutica. A uerbo Græco μαστιόω, ſiue μαστίω, flagello. Vnde Homero maſtix dictus eſt Zoilus ille, qui contra Iliadem & Odyſſeam Homeri ſcripſit.

¶ Maſtigophorus, Maſtigophori, penultima correpta (μαστιγοφόρος) Qui agonothetas in ſacris certaminibus comitabatur. Maſtigophori, id eſt, flagelliferi, erāt lictores agonothetarum, ad ſubmouendam turbam, & cohibendas ſeditiones. Ex Budæo.

¶ Maſtigia, maſtigiæ, ſecunda producta, maſc. gener. (μαστιγίας) Verbero, ſiue qui uerberibus dignus eſt. Plaut. Amphit. 14. 18,

Ita ego te certò cruce & cruciatu mactabo, exi foras Maſtigia. Ibidem, 15. 36.

¶ Maſtygeus, maſtigei (μαστιγοῦς) Idem. Apud Plautum in Trinummo, 13. 118. legitur,

Aggrediundus eſt hic homo maſtigeus.

Maſtos] herba. Plin. lib. 26. cap. 15, non procul à fine, Quæ uerò maſtos uocatur, inquit, indita, pilos mammarum è partu naſcentium auſert, & tineas in facie, aliáq; cutis uitia emendat.

Maſtruca] maſtrucæ, penult. prod. (μαστροῦκα) Veſtis qua Sardi utuntur. Cic. pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum maſtruca mutauit.

¶ Maſtrucatus, penultima producta, Adiectiuum (μαστρουκωτὸς) Qui maſtruca utitur. Plautus Maſtrucatus & plenus puluere. Cic. de Prouincijs Conſularibus, 12, Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis à Proprætore una cohorte auxiliaria geſta.

Maſturbator] maſturbatoris, Qui thalaßionem indicit manibus libidinoſis; fitq; ſine fœmina maritus. Vtitur Martialis.

Maſtus] maſti (μαστὸς) Latinè mamma dicitur: & propriè animalium eſt. Hinc Tubuli mammati ſeu mammæ in balneis & fontibus intelliguntur: quas Vitruuius lib. 7. maſtos Græca uoce nominauit, Athenis, inquit, ex huiuſmodi locis & fontibus maſti uſq; ad portum Pireæum ducti ſunt ſalientes. Et Varro libro de re Ruſticā, papillas conuertit.

Mataris] Genus teli. Liu. Decad. 1. lib. 7, Conſul læuo humero matari propè traiecto ceſſerat parum per ex acie.

Mataurus] μάταυρος, Siciliæ oppidum, Locrorum opus: cuius incolæ dicuntur Mataurini. Stephanus.

Mataxa] mataxæ, uidetur eſſe reſtis ſeu funiculi ſpecies. Iſidorus Etymolog. lib. 19. cap. 4. cui titulus eſt, De funibus: Catapirates, linea cum maſſa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucilius, Hanc catapiratem puer eodem deferet unctum, Plumbi pauxillum rudus liniq; mataxam. Deſcriptio eſt bolidis, id eſt, inſtrumenti quo maris altitudo

tentatur. Idem libro eodem, cap. 29. cui titulus, De instrumentis ueſtium: Mataxa, quaſi metaxa, à circuitu ſcilicet filorum, nam meta circuitus dicitur, uel quòd transferatur. Sed hìc ea uidetur ſignificari, quam Aquitam madaiſſam, Itali mataſſam uocant: quam ſcilicet fœminæ uertendo rhombo machinula perficiunt. Vitruuius pro funiculo uſurpauit lib. 7. cap. 3, Sin autem, ait, arundinis Græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur, & mataxæ, & tomicæ ad iuſtam longitudinem una craſſitudine alligationibus temperentur, dum ne plus inter duos nodos alligationib. binos pedes diſtent. Quem locum Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 11, ſub finem uidetur non intellexiſſe, cuius hæc ſunt uerba: Sericũ Græci metaxam uocant. Vitruuius tamen lib. 7, De paludibus, inquit, Tenues colligantur metaxæ. Atqui non hoc dicit Vitruuius, ſed tenues arundines paluſtres tum adhibendas eſſe, quum Græcæ non ſuppeditabunt: metaxas uerò, tomicaſq; temperandas, ac ad aſſeres religandas. μέτ ξα Græcis dicitur ſericum. ſed nihil ad Vitruuium.

Matella, Matellio] Vide Matula.

Mateola] mateolæ, penultima correpta, Genus eſt farculi. Cato de re Ruſtica, capite 46, Quum taleam demittes, pede taleam opprimito: ſi parum deſcendit, malleolo, aut mateola adigito.

Mater] matris, f. g. (μητὴρ) nomen notum. Cic. pro A. Cluentio, 8, Nam Saßia mater huius Habiti (mater enim à me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio, & crudelitate eſt) mater inquam appellabitur: neq; unquam illa ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat.

Ad matrem. Vide Ad præpoſitionem.

Fœliciſſima matrum. Ouid. 6. Metam. 31.

Turba matrum. Virg. 7. Aen. 163.

Mater crudelis. Virg. 8. eclog. 8.

Orbæ matres. Vide Orbus.

Orbata mater. Lucret. lib. 2. 72.

Carentes matre priuigni. Hor. 3. Carm. ode 24. 4.

Natus humana matre. Vide Naſcor.

Mater, inquit Nonius, quæ quoduis animal partu edit. Virgil. lib. 4. Georg. 64. Mater Cirene mater.

Fœta mater. Stat. 9. Theb. 24. uaccam intelligit.

Excretos prohibent à matribus hœdos. Virg. 3. Georg. 80.

Mater mellis apis. Varr. 2. de re Ruſt. cap. 5. 4.

Mater, Diuinitatis nomen plerunq; eſt: ut Lua mater, mater Matuta. Eſt & dignitatis: ut,

— Caſtæ ducebant ſacra per urbem,
Pilentis matres in mollibus.

Significari enim puto ſenatorias, nobiles, patricias mulieres, quæ ſacerdotes erant. Et apud Lucretium,

Namq; ibi conceſſum caueai ſubter & omnem
Scenai ſpeciem patrum matrumq; deorum Inſciunt.

Hìc patres & matres coniunxit, & à cauea cuneisq; populi ſeparauit: Orcheſtram ſignificans, unde ſpectabant ſenatores & ſenatorum uxores. Ex Turnebo.

Mater, nutricem aliquando ſignificat, Nonio interprete. Plaut. Menæb. 2. 18. Virg. lib. 8. Aen. 127,

— geminos huic hubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrẽ. De Lupa, Romuli & Remi nutrice.

Mater, ad arbores translatum. Plin. lib. 12. cap. 5. 2, Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant, ſyluoſa multitudine, uaſto matris corpore.

Luxuries, auaritiæ mater. Cic. 2. de Orat. 92.

Sapientia, omnium bonarum rerum mater. Cic. 2. de Leg. 87.

¶ Matercula, pen. corr. (μητέδιον) Diminutiuum. Cic. pro Flacco, 70, Nunc deniq; matercule ſuæ feſtinus filius anicule minimè ſuſpicioſe purgat ſe per epiſtolam.

¶ Maternus, Adiectiuum (μητρικὸς, μητρῶος) Quod eſt matris, ut Maternus paternusq; ſanguis. Cic. pro Roſc. Amerin. 40. Et pro Cluentio, 8, Nomen amantius indulgentiusq; maternum. Ouid. 3. Metam. 62,

— maternaq; tempora complet.

Auus maternus. Virg. 4. Aen. 52,

Materno ueniens ab auo Cyllenia proles. Intelligit Atlantem, auum Mercurij. Maia enim Mercurij mater, filia fuit Atlantis. Liu. 7. bel. Pun. 115.

Vbera materna. Stat. 1. Theb. 24.

Maternus animus. Terent. Heaut. 4. 1. 24.

Mens materna. Ouid. 8. Metam. 100.

Res maternæ atq; paternæ abſumptæ. Hor. 1. epiſt. 16. 1.

¶ Materfamiliâs, οἰκοδεσπότης, genitiuo matrisfamiliâs, cuius genitiui eſt familiâs, ad imitationem Græcorum, qui fœminorum in a purum deſinentium, genitiuos in as mittunt. Dicimus tamen & materfamiliæ, & materfamiliarũ. Eſt autem materfamiliâs (ut docet Gellius lib. 18. capite 6) ea ſola, quæ in mariti manu mancipioq; eſt, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioq; eſſet: quoniam non in matrimonium tantùm, ſed in familiam quoq; mariti, & in ſui heredis locum ueniſſet. Feſtus, Materfamiliæ non antè dicebatur, quàm uir eius pater familiæ dictus eſſet. nec poſſunt hoc nomine plures in una familia, præter unã appellari. Vlpianus de uerb. ſignif. l. pronunciatum, Matremfamiliâs accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè uixit. matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores diſcernunt atq; ſeparant. proinde nihil intererit, nupta ſit, an uidua: ingenua ſit, an libertina. nam neq; nuptiæ, neq; natales faciunt matresfamiliarum, ſed boni mores. Alia exemplaria legunt, matresfamiliâs. Idem de liberis exhibendis, l. deinde, Quum audis matremfamiliâs, accipe notæ authoritatis fœminam.

Petulanter facimus, ſi matremfamiliâs, ſecus quàm matronarũ ſanctitas poſtulat, nominamus. Cic. pro Cælio, 23.

Species & forma uxoris eſt materfamiliâs: genus eſt enim uxor. Cic. in Topic. 7.

Materfamiliâs, pro Vxore. Liu. 4. bel Macedon. Et quum tibi uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti, matremfamiliâs tuam purpureum amiculum habere non ſines?

Iuſta materfamiliâs, & Pellex, contraria. Liuius 9. bel. Maced. Vide Iuſtus.

Materfamiliâs quoq; dicitur, quæ eſt ſui iuris, & emancipata. Vlp. in l. poſt mortem ff. de adopt. & emancip.

¶ Mater, matuta (λευκοθέα) Aurora dicitur, quam antiqui, teſte Feſto, ob bonitatem ita appellabant.

¶ Matermatrima, pen cor. dicitur, quæ quum mater ſit, habet adhuc matrem uiuentem. Feſtus.

¶ Matrona, matronæ, pen. prod. (οἰκοδέσποινα, γυνὴ) dicitur (inquit Gellius lib. 18. cap. 6) quæ in matrimonium cum uiro conuenit, quoad in eo matrimonio manet, etiamſi ſibi liberi nondum nati ſint. dictaq; eſt à matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo. Vnde ipſum quoq; matrimonium dicitur. Cic. 2. de Finib. 18, Tanquam meretricem in matronarum cœtum. Liu. 9. bel. Pun. 70, Matronæ primores ciuitatis. Ouid. 6. Faſt. 7,

Si torus in precio eſt, dicor matrona tonantis. Verba ſunt Iunonis quæ uxor eſt Iouis.

Matrona pudicior. Ouid. in Ibin, 71.

Partus matronarum. Cic. 3. de Nat. deor. 63.

Sanctitas matronarum. Cic. pro Cælio, 23.

Conſtuprare matronas. Vide Conſtupro.

Matrona meretrici diſpar. Hor. 1. epiſt. 19. 1.

Opulentæ optimates matronæ. Cic. Trebatio, lib. 7. 6. 3.

Pollens

Digitized by Google

Pollens matrona. Ouid. 5. Metam. 102.

¶ Matronalis, & hoc matronale, pen. prod. Adiect. (γυναικεῖος) Quod matronæ est. Plin. epist. III. 4, Nondum annos quatuordecim impleuerat, & iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat. Sic apud. Liu. 4. bel. Maced. 28, Matronale decus. Et apud Colum. lib. 12. in Proœm. 6, Matronalis labor.

Matronales genæ. Ouid. 2. Fast. 166. de Lucretia,

¶ Matralia, ματρωνάλια, Festa erant matronarum, à quibus excludebantur famulæ. Vide Ouidium lib. 6. Fast. 95,

Ite bonæ matres, uestrum matralia festum,
Flauaq; Thebanæ reddite liba deæ. Celebrantur. III. non. Iunij.

¶ Matrimonium, matrimonij (ἐπιγαμία, συζυγία) Maris & fœminæ coniugatio. Cic. 5. Verr. 143, Vectius tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio.

Cupitor matrimonij. Tacit. lib. 12.

Dignitas matrimonij. Cic. pro Cluentio, 26.

Ius matrimonij castum & legitimum. Cic. pro Cluent. 139.

Iustum matrimonium. Quint. lib. 5. cap. 11. 25.

Stabile & certum matrimonium. Cic. 2. Philip. 61.

Violata matrimonia. Quint. lib. 5. cap. 11. 7.

Abire ex matrimonio. Vide Abeo.

Accipere aliquem in matrimonium. Tacit. lib. 12.

Amare in matrimonium. Vide Amo.

Collocare aliquem in matrimonium. Cicero de Diuinatione, 167.

Ducere in matrimonium aliquam. Cicero pro Cluentio, 18. & 98.

Exturbare aliquam matrimonio. Tacit. lib. 11. De Massalinæ adulterio cum C. Silio loquitur.

Iuncta matrimonio puella. Vide Iungo.

Coniungere secum aliquam in matrimonio. Curt. lib. 6.

Iungere secum aliquam matrimonio. Curtius lib. 5.

Locare aliquam in stabili & certo matrimonio. Cicero 2. Philipp. 61.

Tenere aliquam matrimonio. Tacit. lib. 15.

¶ Matertera, materteræ, penultima correpta (μητρομασιγνήτη) Matris soror, quasi mater altera, inquit Festus. Plautus Curc. 14. 4,

Pater istum meus gestauit. PL. at pol mea matertera.

Cic. 2. de Orat. 2. Pers. Satyr. 2. 4,

Ecce auid, aut metuens diuûm matertera, cunis
Exemit puerum.

Matrimonialis] & hoc matrimoniale. Firmicus lib. 7. capite 17, Aut sine tabulis matrimonialibus coibunt.

¶ Matruelis, huius matruelis, penultima producta (ἀνεψιός) Ex matris fratre natus. In l. 1. ad legem Pompeiam de parricidijs.

¶ Matresco, matrescis (μητριάω) matrescere, Matri similem fieri. Pacuuius Duloreste, Vtinam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulcisci queam. Nonius.

¶ Matrimus, matrimi. pen. corr. Cuius mater adhuc uiuit, ut ait Festus. Cic. de Arusp. resp. 20, An si ludus constitit, aut tibicen repentè conticuit, aut puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit, &c. Liu. 7. bel. Maced. 12, Decemi ingenui, decem uirgines, patrimi omnes, matrimiq; ad id sacrificium adhibiti.

¶ Matrix, matricis, pen. prod. fœm. g. Fœmina quæ fœtus gratia tenetur. Columella, Sint ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus. Varr. 2. de re Rust. cap. 5. 11, Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices septuaginta duas: unum anniculum, alterum bimum.

Matrix arbor. Suet. in Augusto cap. 94, Matricem arborem dicit, ex qua stolones succreuerunt. Matricem autem arboris appellat Theophrastus, quod in medio ligni uel caudicis, tertium è caule continetur: quæ à nonnullis cor, ab alijs medulla dicitur.

¶ Matricem (μήτρα) medici accipiunt pro utriculo, qui in fœminis iunctus est ueficæ, & ad progenerandum aptus est. Plin. lib. 27. cap. 10, Matricem autem & stomachũ decocta in uino sanat.

¶ Matricida, matricidæ, pen. prod. (μητροκτόνος) Qui matrem occidit. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 5, Quem scribis certissimum matricidam.

¶ Matricidium (μητροφονία) Actus ipse. Cicer. 1. de Inuent. 26, Oreste si accusetur matricidij, &c.

Matera] materæ, Iaculum lingua Gallorum, ut scribit Strabo. ἃ ματιρὶς πάλτη τις ἐστίν. Hoc uerbo usus est Cæsar in Commentarijs lib. 1, ut legit Turnebus. Cæterùm uideri potest nomen Gallicum, quo sagittam capitatam hodie appellamus matellatam, Vnmatras, per diminutionem inde ortum. Alij legunt Mazaras. Vide suo loco.

Materæ] materarum, Deæ. Cæl. lib. 21. cap. 6, Hinc lectum est, inquit, esse in Sicilia urbem, cui nomen Aegion, antiquissimam quidem, & dearum religione celeberrimam, quæ Materæ nuncupentur, quarum simulacris tum Meriones, tum Vlysses hastas affixerint, inscriptis etiamnum dicantium nominibus.

Materia] materiæ (ὕλη, ὑπόθεσις) uel Materiës, materiei, f. g. Est qua aliquid fit: ut Materia libri, membrana et atramentum. Quintilianus libro 7. capite 1, Opera extruentibus satis non est saxa & materiam, & cætera ædificanti congerere utilia, nisi disponendis eis collocandiq; artificium manus exhibeatur.

Rudis materia, id est, primum chaos. Lucan. lib. 2. 2.

Decoquunt anni materiam. Vide Decoquo.

Materies non suppetit. Plaut. Epid. 2. 35.

Materia libri, siue etiam materies (nam utrunq; rectè dixeris) hypothesis ipsa, & argumentum quod uocant. Horat. de Arte, 8,

Sumite materiam uestris, qui scribitis, æquam
Viribus.

Cic. 2. de Orat. 31, Quandoquidem in ea uersatur orator, atq; ea est ei subiecta materies, omnia, &c. Quint. libro 10. cap. 1, Id ego sanè, quoniam ad præsentem materiam nihil attinet, iniudicatum relinquo.

Nitor materiæ. Quint. lib. 3. cap. 8. 42.

Abundantior, atq; ultrà quàm oportebat fusa materia. Quint. lib. 2. cap. 4. 5.

Compositæ materiæ ad ostentationem. Quintilianus, libro 3. cap. 7. 3.

Deliberatiuæ materiæ. Quint. lib. 2. cap. 1. 2.

Fœlix materia in carmina. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 4.

Materiæ gracili sufficit ingenium. Ouid. 2. de Pont. eleg. 5. 6.

Vberior materia. Quint. lib. 3. cap. 11. 17.

Ingens materia ad dicendum. Quint. lib. 2. cap. 4. 14.

Iocosa materia. Ouid. 1. de Remed. amor. 78.

Luculenta materia. Vide Luculentus.

Mortales materiæ. Tacit. lib. 12.

Multiplex, uariaq; materia. Quint. lib. 2. cap. 4. 15.

Performata materia. Vide Performo.

Plurima ad fugiendum, credendumq; materies. Tacit. lib. 17.

Aperiens se latius materia. Quint. in Proœm. lib. 1. 3.

Crescit mihi materies scribendi. Vide Cresco.

Destinata materia ad scribendum. Quintilianus, libro 5. capite 10. 8.

Detrahere materiem sceleri. Tacit. lib. 12.

Dicere materias fictas. Quint. lib. 2. cap. 4. 29.

Dictare materias quas imitetur puer. Quint. lib. 2. cap. 4. 9.
Dare materiam exordio. Quint. lib. 4. 1. 8.
Præformatam materiam dare secundum cuiusq; uires. Quint. lib. 2. cap. 6. 3.
Dare alicui respondendi materiam. Quint. lib. 6. cap. 3. 56.
Duplicat materiam. Quint. lib. 2. cap. 4. 16. de comparationis exercitatione.
Fingere materias ueritati quàm simillimas. Quintilianus libro 2. cap. 10. 3.
Expatientur, & gaudeant materia. Quint. lib. 2. cap. 10. 4.
Præbuit iuueni materiem adipiscendi fauoris. Tacitus.
Vita materiem præbet malis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 10.
Præbere materiam suo damno. Ouid. 2. Metam. 43.
Amori materiam quærere. Ouid. 1. de Arte, 10.
Relinquere materiem Drusi fratris gloriæ. Tacit. lib. 2.
Scribere de integro materiam retractatam. Quintilianus libro 2. cap. 4. 10.
Suggerere materiam. Quint. lib. 5. cap. 7. 6.
Opus superat materiam. Ouid. 2. Metam. 1.
Trahere materiam à re aliqua. Quint. lib. 4. cap. 1. 38.
Superans materia. Celsus lib. 3. cap. 4, Minui ergo tantùm materiam superantem oportet, quæ naturaliter digeritur, ubi nihil noui accedit.
Materia benefaciendi. Plinius in Paneg. 61, Delibasse quædam, seu potius demonstrasse contentus, largam, ac propè intactam benefaciendi materiam filio reseruauit. Idem epistol. 159. c, Liberalitatis materia gratissima.
Mali materia. Hor. 3. Carm. ode 24. 10.
Ea uetustissima militaribus odijs materies. Tacit. lib. 1.
Materia campusq; tuis laudibus prosternitur. Vide Prosterno.
Materiæ etiam appellatione, ligna etiam comprehenduntur: quod Græci ὕλην, & syluam & materiam uocent. Liuius, Multam materiam ceciderat miles. Cato de re Rust. cap. 17, Robur, materies item pro ridica, ubi solstitiũ fuerit ad brumam, semper tempestiua est. Cætera materies quæ semẽ habet, quum maturum semen habet, tum tẽpestiua est. Cic. pro Milone, 55, Repentè lyntribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atq; arma conuexit.
Incorrupta contra omnia uitia materia. Vide Incorruptus.
Materiem pro ligno quod est inter corticem, accipit Colum. lib. 5. cap. 11. dicens, Cuneum ferreum uel osseum inter corticem & materiem considerate demittito, ne lædas, aut rumpas corticem.
Materia, Palmes qui de nouello nascitur, & in tenero alligatus dependet. Colum. lib. 5. cap. 6.
¶ Materies, de equis etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27, Equinum pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies, quæ circo sacrisq; certaminibus equos præbet.
¶ Materiarius, materiarij (ὑλοτόμος) Faber lignarius, uel qui materiam præstat. Plaut. Milite, 12. 46,
Adsunt fabri, architectiq; eã quidẽ ad rẽ haud imperiti.
A. Si nõ nos materiarius remoratur, quod quidẽ opus est,
Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.
¶ Materiarius, Adiect. (ὑλοτομικὸς) ut, Materiarius faber, Lignarius: & Materiaria fabrica, Lignaria. Plinius libro 7. capite 56. 8.
Materiaria incrustatio, est quod uulgò lambritium uocant. Budæus.
¶ Materiari (ὑλίσασθαι) ea forma dictum, qua Lignari: idemq; significat, teste Sipontino. Cæsar 7. bel. Gall. 288, Erat eo tempore & materiari & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.
¶ Materiatus, pen. prod. Adiect. (οὐλωτός) Cic. 3. Offic. 70, Malè materiatæ ædes. id est, compositæ ex malo materie, ut ex lignis non cæsis tempestiuè.
¶ Materiatio, & materiatura, pen. prod. (οὐλωσις) apud Vitruuium legitur lib. 4. cap. 2, In ædificijs omnibus insuper collocatur materiatio uarijs uocabulis nommata. Paulò pòst, E quibus rebus, & à materiatura fabrili in lapideis et marmoreis ædium sacrarum ædificationibus, &c.
Materis] huius materis, fœmin. gener. Teli genus post lanceam longius. Sisenna historiarum lib. 3, Gallia materibus, Sueui lancibus configunt. Nonius.
Maternus, Matertera] Vide Mater.
Mathesis] huius mathesis, penultima producta, f. g. uel Mathema, pen. prod. mathematis, pen. correp. Græcè μάθησις, μαθήσεως, καὶ μάθημα, μαθήματος, Latinè disciplina dicitur. Ad disciplinam spectant geometria, musica, arithmetica, astrologia. Et hæ mathematicæ scientiæ, disciplinæ dicuntur: eo quòd discantur planè, & per demonstrationem quandam percipiantur. Aliàs Mathematici uocantur genethliaci, astrologiq;, & qui Chaldæi uocantur. Cic. 1. de Orat. 6, Quis ignorat, ij qui mathematici uocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recondita in arte, & multiplici, subtiliq; uersentur? Gell. lib. 1. cap. 9. de ordine disciplinæ Pythagoricæ, Tum uerba facere, & quærere, quæq; audissent, scribere, & quæ ipsi opinarentur, exponere potestas erat: ij dicebantur in eo tempore μαθηματικοὶ, scilicet ab ijs artibus quas iam discere atq; meditari incœperant: quoniam geometriam, & gnomonicam, musicam, cæteraq; item disciplinas altiores, μαθήματα ueteres Græci appellabant. uulgus autem quos gentilitio uocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit.
Nota mathematicis genesis tua. Iuuen. Satyr. 14. 25.
Mathios] Herba, quam quum serpentes comederunt, senũ deponunt ætatis. Hæc Lactantius in lib. 4. Theb.
Matho] Apher quidam, qui supplicium formidans, quòd multa seditiosè fecisset, primo Punico bello finito, sic in Carthaginenses inuectus est, ut qui aliter consulturus surgeret, non expectato orationis principio, coniectis lapidibus eum interficerent: quo pacto multi non solùm duces, uerumetiam priuati homines sunt cæsi. Meminit huius historiæ Cælius lib. 29. cap. 2.
Matinus] pen. prod. (ματῖνος) Mons est Calabriæ, authore Porphyrio. Lucan. lib. 9. 37,
—— & calidi lucent Buxeta Matini.
¶ Matinus, Adiect. (ματῖνος) ut, Apis Matina. Hor. 4. Carm. ode 2. 6.
Cacumina Matina. Hor. Epod. 16. 6.
Matiolichus] ματιόλειχος, ut Cælio uidetur, qui parum comedit, aut qui in minimis astutum se præstat. Quanquam & Matiolichus dici ualet, qui ex mensuris lucrum uenatur. Nam est mensuræ genus mation, & λείχω lambo. Hinc & forsan Eusebio cuidam apud Marcellinum Matiocobæ factum cognomentum. Vide lect. Antiq. lib. 26. cap. 21.
Matralia] Vide Mater.
Matreas] ματρέας, Alexandrinus quidam, qui Romanis Græcisq; admirationi fuit, quòd diceret, feram à se nutriri, quæ ipsa semet uoraret: ut uel nunc anxiè scrutentur multi, τὸ ματρὸς ἐνέρου τί ἐστι, id est, quænam sit Matreæ fera. Matreæ meminit Plin. lib. 16. hist. Naturalis, huius an alterius, haud statuo nunc, Marcus (inquit) Varro author est, uitem fuisse Smyrnæ apud Matream triferam. Huius multæ sunt ambiguitates, quibus ludebat, ut refert Cæl. Rhodig. libro 11. cap. 13.
Matresco] Vide Mater.
Matricaria] Vide Amaracus, & Parthenium.

Matricida]

Digitized by Google

Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix] Vide Mater.

Matrona, Matronalis] Vide Mater.

Matrona] penult. corr. (μάτρονα) fluuius Galliæ, ortus in finibus Lingonum, & Celtas à Belgis separans: cuius multa describuntur apud Cæsarem. Vulgò Marne. Ausonius in Mosella.

Matroum] μάτρῶον, apud Smyrnam celebrat Strabo lib. 14. Interpres eo nomine matronarum accipit locum. Cælius Matris deûm templum dici mauult. Scribit Plutarchus, Lycurgum rhetorem ubi iam è uita demigrandum aduertit, in matroum ac buleuterium ferri se iussisse, ut eorum quæ in republica gessisset, pœnas daret, si quid foret delictum. Matroum etiam pro loco Athenis accepit Libanius, ubi concionaretur Demosthenes. Vide Cæl. lib. 9. cap. 7. & libro 18. capite 17.

Matta] matte (ψίαθος, φορμὸς) Storia uel teges, in quibus stuppa, uel fœnum, uel lanæ rudiores, aut aliud aliquid simile infertum est: fiuntq; interdum è canabe, aut scirpo. Ouid. 6. Fast. 136,

At dominus, Discedite, ait: plaustroq; morantes
Sustulit, in plaustro scirpea matta fuit.

Mattea] Vide Mattya.

Mattiaca] pilæ, Saponis erat quoddam uile genus, quo ad ruffindos crines mulieres utebantur. Martialis lib. 14. in apophoretis,

Si mutare paras longæuos cana capillos:
Accipe mattiacas (quo, tibi calua?) pilas. Dictæ sunt autem Mattiacæ pilæ, à Mattiaco Germaniæ oppido: de quo Plin. lib. 31. cap. 2.

Mattici] ματτύα, cognominantur homines malarum magnarum, at oribus latè patentibus. Festus.

Mattya] Mattyæ (ματτύη) primæ declinationis: ut ait Georgius Merula, dicitur quodcunq; precioſum edulium. At Calderinus dicit, Mattea cum e secunda uocali, neutrum plurale, condimentum esse carnium unctum: unde Matteolicus, id est Gulosius. Cælius uerò lib. 9. cap. 12, Mazam, inquit, putat ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex lacte: unde mox paulo nata & Mattya est: dictaq; eo nomine precosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Hinc illud Martialis lib. 13. 92. sunt qui ita legant,

Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes mattya prima lepus. Verba autem Athenæi, quæ à Cælio allegata sunt, lib. 14. leguntur: ubi & inuentum à Thessalis hoc esse inquit. Ceterum lib. 4. inter ἐπαίκλα seu τραγήματα numerat, & significatione idem esse inquit. Sunt aut ἐπαίκλα, quæ post cœnam apponi solent: Latini bellaria uocant, & secundas mensas, nonnunquã etiam peregrina uoce, tragemata. Suet. in Caligula, cap. 38. uidetur macteas appellasse. nisi fortè mendosus sit locus.

Matula] matulæ, pen. corr. (ἀμίς) Vas aquarium, siue ad aquam tenendam. Plaut. Mostell. 6. 38,

Iam hercle ego uos pro matula habebo, nisi matulã datis.

Matulam pro meticuloso, uanoq;, accipere uidetur Plautus in Persa, 15. 67,

Nunquam ego te iam esse matulam credidi:
Quid metuis?

¶ Matella, matellæ, f. g. (ἀμίδιον) Diminutiuum à matula, Est aquarium uas, inquit Nonius. Varro Endymionibus, Diuitũ aphocaschias ad communem reuocat matellam.

Matella, Vas in quod urinam reddimus. Martialis, lib. 10. 11. in Calliodorum,

Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es.

¶ Matellio, matellionis, m. g. (σκάφιον) Diminutiuum à matula, inquit Festus: & Varro de Lingua Lat. Idem de uitis Patrum, Postularet truelleum, matellionem, pelum. Cic. in Parad. 48, Si L. Mummius aliquem istorum uideret matellionẽ Corinthium cupidissimè tractantem, &c.

Maturus] pen. prod. Adiect. (ὡραῖος, ὡριμος, πέπων, πεπαίος, πυραῖος) Propriè de frugibus dicitur, quod neque crudum, neq; mite, neq; caducum, neq; nimium coctum, sed in tempore temperatum prouenit: ut Poma matura. Cic. de Senec. 65, Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, ui aduelluntur: si matura & cocta, decidunt.

Arbutus fiunt matura. Lucret. lib. 5 188.

Albescit messis maturis aristis. Ouid. 5. Fast. 72.

Fœtus maturos edere. Ouid. de Nuce, 19.

Fruges maturæ. Virg. eclog. 3. 16.

Vuæ maturæ uinitor. Virg. 10. eclog. 8.

Maturus æui, per translationem, pro Sene quandoq; accipitur. Virg. 5. Aeneid. 15,

——æui maturus Aceſtes.

Animi maturus. Virg. 9. Aeneid. 50.

Animo maturus & æuo. Ouid. 8. Metam. 124.

Annis maturis. Tacit. lib. 1. Ouid. 14 Met. 123.

Militiæ maturus. Liuius lib. 2. Decad. 5.

Hic sponsæ maturus, illa marito. Stat. 3. Sylu. 1. 36.

Ad arma maturus. Sil. lib. 16. 132.

Maturus cibo. Plin. lib. 12. cap. 27. 1.

Consilium maturum. Claud. de bell. Get. 24.

Dies matura. Lucret. lib. 4. 208. id est, tempus maturum.

Facultas maturior dicendi. Cic. 1. de Orat. 47.

Viro matura filia. Virg. 7. Aeneid. 11.

Funeri maturo propior. Hor. 3. Carm. ode 15. 1.

Gloria matura. Liu. 2. ab Vrbe, 32.

Homo maturus & mitis. Cic. de clar. Orator.

Iudicium maturum. Cic. pro Cecinna, 5.

Libertas matura. Liu. 1. ab Vrbe, 201.

Onus maturum auferre utero. Ouid. 2. Fast. 91.

Probitas maturior æuo. Stat. 2. Syl. 1. 8.

Partus maturus. Horat in Carmine secul. 3.

Puer maturus alicui rei faciendæ. Quint. lib. 2. cap. 1. 5.

Reditus maturus. Horat. 4. Carm. ode 5. 1.

Tempus maturum. Cic. ad Atticum, lib. 15. 323. 8, Non recuso id quid. m. sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. Sic de Senec. 69, Maturũ tempus mortis.

Tempus maturum uino. Celsus lib. 4. cap. 11. hoc est, ut ægroto detur uinum bibendum.

Tempore maturo adepta coniugium. Catull. in Carmin. nupt. 57. 12.

Venter maturus. Ouid. 11. Metam. 63.

Matura uiro uirgo. Gell. lib. 12. cap. 7. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.

Virginitas matura toris. Stat. 1. Achill. 59.

Maturior. Horat. 3. ode 17. 2,

Ah te meæ si partem animæ rapit
Maturior uis.

Maturum, significat aliquando Festinum & repentinum. Cicer. 7. Verr. 115, Vt etiam illa uox & illa imploratio, Ciuis Romanus sum: quæ sæpe multis in ultimis terris opem inter Barbaros & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & supplicium maturius ferret.

Maturum malum. Plaut. Pseud. 5. 6.

Celsus, Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit.

Maturum papauer ad excipiendum lachrymam. Celsus libro 5. cap. 25.

Maturum facere, pro Citò expedire. Gell. lib. 3. cap. 7.

¶ Maturißimus, pen. corr. Superlatiuum (ὡριμότατος) Col. lib. 4. cap. 29. 4, Fœcundos & quàm maturißimos furculos uiti detraxerit. Idem libro 11. capite 3, Semina quàm maturißima.

¶ Maturrimus, pen. corr. Aliud superlatiuum. Tacit. lib. 12, Robur ætatis quàm maturrimum precari.

¶ Maturitas, pen. corr. f. g. (ὡριότης, ὥριμα) Tempus maturũ. Cicer. 2. de Natur. deor. 178, Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoq; luna illuminata grauiditates & partus afferat, maturitatesq; gignendi. Idem 1. Tusculan. 106, Maturitas frugum. Cæsar 3. bell. Ciuil. 199, Maturitas frumentorum.

Ingenium celeriter maturitatem assecutum. Cicero 2. de Oratore, 49.

Festinata maturitas ŏccidit celerius. Quint. in Prœm. lib. 6. 9.

Inchoata maturitas. Vide Inchoo.

Maturitas animaduertendi. Cic. Dolabel. lib. 9. 14. 17.

Maturitas ætatis. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 14. Idem ad Leptam, lib. 6. 18. 7, Etsi abest maturitas ætatis: iam tamen personare aures eius huiusmodi uocibus non est inutile.

Prima dicendi maturitas. Cic. de claris Orat. 83.

Maturitas orationis. Cicero de claris Orator. 4, Quumq; ipsa oratio iam nostra canesceret, haberetq; suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.

Maturitas sceleris. Cic. 1. in Catil. 22.

Maturitas senectutis. Cic. de Senec. 30, Vt enim infirmitas est puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas, naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.

Maturitas uirtutis. Cic. pro Cælio, 60.

Nondum est maturitas illud faciendi: id est, nondum est tempus maturum. Cic. ad Att. lib. 1. 15. 7, Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est.

Assequi maturitatem. Vide Assequor.

Capere maturitatem. Vide Capio.

¶ Maturè, pen. prod. Aduerb. (ὡρίως, κατὰ καιρὸν, ἐπιτηδείως) Tempestiuè, siue ad tempus. Terent. Eunuch. 2. 1. 2,

Facita ut iussi: deducantur ilicò. P. faciam. PH. at diligẽter. P. Fiet. PH. at maturè. P. fiet. Ibidem, 5. 4. 11,

Quomodo adolescentulus meretricum ingenia & mores posset noscere?

Maturè, ut quum cognorit, perpetuò oderit. Vbi Donatus, Mature, Citò, & ante tempus. Cic. pro A. Cecinna, 9, Sed hunc fructum maturè fortuna ademit: nam breui tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est.

Maturè facere oculis. Plaut. Milit. 13. 43,

Vidén tu illam oculis maturè facere, atq; aucupium auribus? id est, ut festinat audire. Cic. 6. Verr. 86.

Quæ si fuit fine mora, matureq; decreta facilius, &c. Cicero 5. Philipp. 203.

Maturè mittere. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 12.

Redeat maturè, repetatq; relicta. Horat. 1. epist. 7. 20.

Venit ipse maturè. Cic. 3. Offic. 78.

Maturè extollere aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus. Cic. 1. in Catil. 20.

Maturius, Comparatiuum. Cic. 4. Acad. 19, Quò quidem & maturius uenimus, quòd erat constitutum, &c. Idem 4. Verrin. 28.

¶ Maturißimè, pen. corr. (ὡριώτατα) Superlatiuum: cui Tardißimè opponitur. Dicitur etiam Maturrimè, per contractionem, quemadmodum Celerrimè. Cicer. pro Cecin. 5, Nã ut quæq; res est turpißima, sic maximè & maturißimè iudicanda est: at ea in qua existimationis periculum est tardißimè iudicatur. Cæsar 1. bel. Gall. 137, Quibus rebus quàm maturrimè occurrendum putabat.

¶ Maturo, maturas, pen. prod. (σπεύδω, πέσσω) maturare, Accelerare, ita ut adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus contrarijs fit maturitas, ut neq; aliquid citius, neq; serius fiat. Terent. Heaut. 3. 1. 87,

Quod sensisti illos me incipere fallere,
Id ut maturent facere. Salustius, Antonius Catilinam cũ exercitu persequi maturet. Liu. lib. 10.

Maturare oua. Plin. lib. 9. 57. 3.

Maturare pomum. Plin. lib. 16. cap. 25. 9, Floret prima omnũ amygdala mense Ianuario, Martio uerò pomum maturat.

Dicimus (ut ex præcedentibus, & sequentibus exemplis est manifestum) Maturare, absolutè, & Maturare rem aliquam. Cic. ad Brutum, 10. 1, Quod ut faceres, idq; maturares, magnopere desiderabat Resp.

Annus in apricis maturat collibus uuas. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 4.

Maturat arbor. Plin. lib. 16. cap. 25. 8, Serotino quædam germinatu florent, maturantq; celeriter, sicuti morus. Ibidem, cap. 27. 3.

Maturare & properare. Virg. 1. Georg. 53.

Maturare cœpta, Maturè absoluere. Liu. 4. bel. Pun. 56.

Fugam maturare. Virg. 1. Aen. 29.

Maturare alicui mortem. Cic. pro Cluent. 136.

Maturare mortem. Cels. lib. 7. cap. 26, In uesica uerò non tutò uel hi conquiruntur, uel attrahuntur: quoniam ubi illam contulnerarunt, ex distentione neruorum mortem maturant.

Maturare proficisci, & Maturare facere funus. Liuius 2. ab Vrbe, 162. Idem 3. ab Vrbe, 180,

Maturatum est ab eo. Liu. 2. ab Vrbe, 91.

Maturare, Perficere. Quint. in epist. ad Triphonem, Nam ipse eos nondum opinabar satis maturauisse: Quidam legunt, Maturuisse: idq; rectius, nempe à uerbo Matureſco.

¶ Maturatus, penult. prod. Participium (πέπανται, πεπανόμενος) Maturum factum. Cic. de Senect. 48, Primò est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit.

Maturatum negocium, Acceleratum, aut perfectum. Et apud Plinium, Maturata concoctio, Perfecta.

Maturato, ablatiuus iunctus cum hac dictione opus: ut Maturato est opus. hoc est, celeritate & maturitate. Liu. 4. bell. Punic. 107. Idem 1. ab Vrbe, 255, Vt cum singulis fidelibus amicis ueniant: ita facto, maturatoq; opus esse, rem atrocem incidisse.

¶ Maturatè, pen. prod. Aduerb. (ἐπειγομένως) Festinanter. Liu. 2. bell. Maced. 58, Iußis cæteris, quantum maximè possent maturatè sequi.

Maturatè properare. Plaut. Pseud. 20. 50.

¶ Maturatio, Verbale (ἐπείξις) Author ad Herennium, lib. 3. 93, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dißimulationes, maturationes, mentiones, & cæteras res.

¶ Matureſco, matureſcis, maturui (πεπαίω, ὑποπεπαίω) matureſcere, Maturum fieri, A matureo deriuatur. Plin. lib. 11. cap. 11, Quum mella cœperunt matureſcere, abigunt fucos. Col. lib. 4. Cæsar 6. bell. Gall. 102, Ipse, quum matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus.

Lucus maturuit pleno anno. Ouid. 11. Metam. 39.

Annis nubilibus maturuit puella. Ouid. 14. Metam. 67.

Partus matureſcunt septem nonnunquam, aut, ut plerunq;, nouem lunæ curſibus. Cic. 2. de Nat. deor. 100.

Libros nondum opinabar satis maturuisse. Quint. in epistola ad Tryphonem.

Vites matureſcunt. Plin. lib. 16. cap. 25. 8.

In semen

In ſemen matureſcere. Plin. lib. 18. cap. 16. 6.

¶ Matureſcens, Participium (ωριμάζων) Plin. lib. 21. cap. 3. 2, Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt, alijs cadentibus, alijs matureſcentibus, alijs ſubnaſcentibus.

¶ Maturor, maturaris (ωριάνομαι) Paſſiuum, eiuſdem ſignificationis cum matureſco. Plin. lib. 15. cap. 18. 3, Contrà nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia.

Matuta] matutæ, pen. prod. (λευκοθέα) Aurora à noſtris dicitur, quæ à Græcis λευκοθέα. Cic. 1. Tuſc. 44, Quid Ino Cadmi filia? nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? Dicta eſt, quòd matutino tempori præſit. Seruius, Ino in Matutam uerſa eſt, quæ Græcè dicitur Leucothea. Vide Ino.

¶ Matutinus, pen prod. Adiect. (ωρωϊνὸς, ἑωθινὸς) ut Tempus matutinum, pro mane. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 2, Itaq; quum bene completa domus eſt tempore matutino, quum, &c.

Alites matutini. Propert. lib 1. eleg. 15. 10. id eſt, Galli.

Dies matutini. Plin. lib. 8. cap. 32. ad finem.

Matutinæ horæ: apud Plinium.

Matutini paſtus. Plin. lib. 12. cap. 17. 4.

Pruina matutina. Propert. lib. 2. eleg. 10. 9.

Radijs iuga ſubdita matutinis. Ouid. 1. Metam. 136.

Tempora matutina. Ouid. 3. Metam. 118.

Matutinæ umbræ. Plin. lib. 16. cap. 13. 2.

Matutinis omnibus, pro quolibet mane. Plin. lib. 10. cap. 43. 1.

¶ Matutino, pro Mane: et ſubauditur tempore. Plin. lib. 7. cap. 53. 2, Nullis euidentibus cauſis obiêre, dum calciantur matutino duo Cæſares.

Matutinus homo. Virgil. 8. Aeneid. 93,

Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat. Vbi Seruius, Rẽ temporis, ad perſonam tranſtulit.

¶ Matutinum, matutini, pen. prod. Manè. Quintilian. lib. 12. cap. 8, Pridie ad ſe uenire, litigatorem, aut eodem matutino iubent.

Mauelim, Mauellem, Mauolo] Vide Malo, mauis.

Maumet] ſiue Magmed. (utroq; enim modo dicitur) is qui magnam Orientis partem religione peruerſa implicuit, uti proditum eſt: morbo comitiali fuit obnoxius. Id quum animaduertiſſet uxor, & eo nomine plurimũ indignaretur, ac rogaret ſubinde quid eſſet: Deſine (inquit) mirari, morbus abeſt: ſed quum aduẽtantis numinis uim pati nequeam, mente collabor, ac ſtupent membra. Communis eſt hæc prophetarum affectio: quorum me eſſe unum, ſcias uelim. Hac fraude delinita mulier, quem odiſſe cœperat euentus atrocitate, commenti uerſutia, ut diuinum ſuſpicere uirum coacta eſt. quæ illuc deniq; prorupit fraus, ut illum moriens ex aſſe hæredem inſtitueret. Quæ res potentiæ, quam mox adeptus eſt ampliſſimam, exordia præbuiſſe narratur. Cælius.

Mauors] ἄρης, (inquit Seruius) per epentheſim Mars dicitur: ut Nauita, pro Nauta: Induperator, pro imperator. Ouid. 3. Faſt. 35,

Sic ego: ſic poſita dixit mihi caſide Mauors. Dictus eſt porrò Mauors, quòd magna uerteret. Author Cicero 2. de Natur. deorum, 97.

Fortiſſimus Mauors. Ouid. 2. de Arte, 118.

Furibundus Mauors. Senec. Thyeſte, 7. 3.

Inclytus Mauors. Virg. 12. Aen. 36.

Rigidus Mauors. Stat. 5. Syl. 2. 7.

Seuus Mauors. Sil. lib. 7. 142.

Sanguineus Mauors. Virg. 12. Aeneid. 67.

¶ Mauortius, Adiectiuum (ἀρεῖος) ut Cuſpis Mauortia. Stat. 9. Thebaid. 158.

Aetas Mauortia. Claud. de bel. Get. 7.

Facta Mauortia. Sil. lib. 1. 11.

Mœnia Mauortia. Virg. 1. Aeneid. 56.

Terra Mauortia. Virg. 3. Aeneid. 3.

Mauritania] μαυρεῖτανία, μαυρουσία, Africæ regio extrema, uerſus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antheus gigas regnaſſe dicitur, ab Hercule uictus. Eſt autem duplex, Cæſarienſis à Cæſarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictaq; eſt Mauritania, à μαῦρος, quod eſt nigrum: quòd nigros habeat colonos. Gignit ſimias, dracones, ſtruthiones, & elephantes.

Rex Mauritaniæ. Cic. pro Sylla, 42.

Mauri] μαῦροι, μαυρούσιοι, Populi qui Mauritaniam regionẽ incolunt. Eos fuiſſe Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca peruenifſe, multi crediderunt, ut Strabo lib. uli. ſcribit. Saluſt. certè in Iugurthino, Mauros & Numidas, reliquoſq; qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Perſas, & Phœnices fuiſſe indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem rebus contra Iugurtham geſtis innotuerunt. Vide Strabonem libro ultimo.

Incocti corpora Mauri. Sil. lib. 17. 128.

Leues Mauri. Claud. 6 Paneg. 11.

Occidui Mauri. Lucan. lib 3. 59.

Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis. Sil. lib. 7. 137.

¶ Maurus, Adiectiuum (μαῦρος) pro Mauritanus, ſiue Mauritanicus, ut

Vnda Maura. Horat. 2. Carm. ode 6. 1. id eſt, Mauritanica.

Mauricè] Aduerbium à Mauro. Gell. lib. 2. cap. 25.

¶ Mauruſius, Adiect. (μαυρούσιος) Idem: ut, Arundo Mauruſia, Silius libro 10. 80. id eſt, Mauricum telum, ab hoſte Mauro immiſſum.

Præda Mauruſia. Silius lib. 16. 111.

Tellus Mauruſia. Claud. 3. Paneg. 56.

Mauruſiacus] Adiectiuum, idem quod Mauruſius. Martial. lib. 12. epig. 67,

Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti
Et Mauruſiaci pondera rara citri.

Mauſolus] pen. prod. (μαυσώλος) dictio triſyllaba fuit, inquit Gellius, ut Marcus Cicero ait, rex terræ Cariæ: ut quidam Græcarum hiſtoriarum ſcriptores dicunt, prouinciæ Græcæ Præfectus, quem σατράπην Græci uocant. Is Mauſolus ubi fato perfunctus eſt, & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico ſepultus eſt, Artemiſia luctu atq; deſiderio mariti flagrans, oſſa, cineremq; eius miſta odoribus, contuſaq; in pulueris faciem, aquæ indidit, ebibitq;: multaq; alia uiolenti amoris indicia fecifſe dicitur. Molita quoq; eſt ingenti impetu operis, conſeruandæ mariti memoriæ cauſa, ſepulchrum illud memoratiſſimum, dignatumq; memorari inter ſeptem omnium terrarum ſpectacula. Hactenus Gel. lib. 10 cap. 18. De Mauſoleo lege Plin. lib. 36. cap. 5. & Herodotum lib. 7. Martialis lib. 10. 63,

Marmora parua quidem, ſed non ceſſura uiator
Mauſoli ſaxis, Pyramidemq; lege.

¶ Mauſoleum, penult. prod. (μαυσώλειον) tetraſyllabum, non Mauſolum. Propert. lib. 3. eleg. 2. 5,

Nec Mauſolei dives fortuna ſepulchri. Hoc ſepulchrum attollitur in altitudinem uigintiquinq; cubitis, cingitur columnis triginta & ſex. Ab hoc ſepulchro, omnia precioſa ſepulchra, ex nomine eius mauſolea dicuntur. Vnde Sueton. in Auguſto, cap. 100 ſepulchrum Cæſarum appellauit Mauſoleum, quod extruxit Auguſtus. Idem in Caligula, Duobus foru'is ſubuectos mauſoleo intulit,

Mauſoli] Dicti ſunt Cares, Aſiæ populi, à Mauſolo rege, Artemiſiæ uiro. Steph.

Mauſos] μαυσὸς, Agri Corinthi uicus eſt Steph. no.

Maxiſcs]

Maxies] μάξιες, Africæ populi, à Troianis (ut ipsi gloriãtur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistrã radunt, & corpus minio tingunt. Author Herod. lib. 4.

Maxilla] maxillæ (τῶν γναθικῶν) Diminutiuum à mala, ut putauit Priscianus. Verùm Mala à maxilla fit, per detrectationem literæ mediæ, authore Cicerone in Orator. 86.

Maxilla, In qua fixi sunt dentes: quamuis etiã de parte exteriore quandoq; dicatur, quæ barbam emittit. Pers. Satyr. 4. 4,

Tu, quum maxillis balanatum gausape pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?

Ordo maxillarum. Plin. lib. 11. cap. 37. 34. Vide Ordo.

Thesaurus maxillarum. Vide Thesaurus.

¶ Maxillaris, & hoc maxillare, pen. prod. (τῶν γναθικῶν, γόμφιος) Quod ad maxillam pertinet: ut, Dens maxillaris, qui & Molaris dicitur. Plin. lib. 32, Maxillaresq; ita sanari dentes præcipuè putant.

Maximè] pen. corr. Aduerbium superlatiui gradus à Magis. Vide Magis.

Maximinus] de cuius uita & gestis historici permulti, tantæ uoracitatis, & bibendi adeò auidus fuisse memoratur, ut sæpe illum opera diurna uini amphoram capitolinam persiccasse scribat Cordus, & carnis uorasse libras quadraginta, uel sexaginta quoq;. Meminit Cæl. lib. 27. cap. eodem.

Maximopere, Maximus] Vide Magnus.

Maxyes] Vide Maxies.

Maza] μάζα, quæ & massa dicitur, solet ex farina, oleo & aqua confici, aut etiam ex lacte, secundum Suidam. Vide dictionaria Græca.

Mazaca] penult. corr. (μάζακα) ciuitas est Cappadociæ, teste Plin. lib. 2. cap. 208. 3, sub monte Argeo, quæ nunc Cæsarea. Inde Mazacæ populi, eidem, lib. 6. cap. 7. Eusebius in Chronicis, Tiberius Archilao pulso, & Cappadocia in prouinciæ formam redacta, nominauit Cæsaream. Hinc

¶ Mazacenius, & Mazaces, Mazacis (μαζακηνὸς) Sueton. in Nerone, Turba Mazacum.

Mazæum] μαζαῖον, Bithyniæ oppidum, teste Stephano in dictione ἀμαζόνων.

Mazæi] μαζαῖοι, Pãoniæ populi sunt, apud Strabonem lib. 7.

Mazares] μαζάρης, Ex Medorum satrapis fuit, qui Prienenses in Cyri ditionem redegit. Vide Herod. lib. 1.

Mazara] pen. cor. Genus teli, quo antiqui in bello utebantur. Cæsar 1. bell. Gall. 102, Et nonnulli inter carros rotasq;, mazaras ac tragulas subijciebant, nostrosq; uulnerabant. Liuius 7. ab Vrbe cond. 105. Vbi quidam legunt, machæra: alij, matari.

Mazax] μάζαξ, Africæ populus, qui in torquendis missilibus non est inferior Medis. Beroaldus in illud Lucani lib. 4. 137,

——æquaturusq; sagittas
Medorum, tremulum quum torsit missile Mazax.

Mazeras] Fluuius in ora maris Hyrcani. Vide Plinium libro 6. capite 16.

Mazeres] Cyri regis miles apud Herodotum.

Mazonomum] pen. corr. (μαζόνομον) Græca dictio, qua lanx grãdior significatur, ut ait Acron, quo cibi feruntur in conuiuia. Horat. 2. Serm. Satyr. ult. 18,

Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis. Var. 3. de re Rust. cap. 4. 2, Vt in eodẽ tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicatè cœnitaret, & alios uideret in mazonomo positos coctos, alios uolitare circa fenestras captos.

M E

Me] Accusatiuus (ἐμέ) ab Ego, mei.

Me, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui: ut Ennius, quum ait libro 2,

Siquid me fuerit humanitus, ut teneatis, &c.

Meapte] Ablatiuus, cum syllabica adiectione: Mea propriè siue Mea ipsius. Terent. Heaut. 4. 3. 8,

Ita me di ament, ut ego nunc non tam meapte causa
Lætor, quàm illius.

Meabilis, Meatus] Vide Meo, meas.

Mearus] Fluuius est Hispaniæ in ore Asturum, ut est apud Pomp. Melam lib. 3.

Mecaphroditon] μηκαφρόδιτον, Species est papaueris, spumeum habens semen: unde etiam à Dioscoride μήκων ἀφρόδης, hoc est, spumeam papauer appellatur.

Mecastor] Iurandi aduerbium. Festus, Mecastor & Mehercules, iusiurandum erat: quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules: ut subaudiatur, iuuet. Terent. Hecyra, 1. 2. 8,

—ô salue Parmeno.
S Y. Salue mecastor Parmeno. Vbi Donatus, Olim salutantes addebant iusiurandum, ut hoc sedulò facere uiderentur. ME, aut adiectio est, & abundat: aut positum est pro mè syllaba, ut Græci μὰ τὸν ἀπόλλωνα dicunt.

¶ Mecastor, Iusiurandum erat fœminarum proprium, sicut uiri per Herculem deierabant. Aedepol autem, quod est per Pollucem iurare, uiro & fœminæ commune est. Rationem uide apud Gellium lib. 21. cap. 6.

Mechanicus] mechanici, pen. corr. (μηχανικὸς) Faber, opifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus fiunt. ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionem significat. Sueton. in Vesp. Augusto, cap. 18, Mechanico quoq; grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicẽti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

¶ Mechanicus, Adiectiuum (μηχανικὸς) ut, Ars mechanica, id est fabrilis.

Mecœnas] μηκοινάτης, Equestris ordinis Hetruriæ regibus ortus, Horatio & Propertio authoribus. Propertius lib. 3. ad Mecœnatem,

Mecœnas Eques Hetrusco de sanguine regum
Intra fortunam qui cupis esse tuam. Horat. lib. 1. Carm. ode 1. 1,

Mecœnas atauis edite regibus. Aretini suum faciunt. Amicum insuper Cæsaris Augusti uel præcipuum, & poetarum ea tempestate amantissimum, omnes fatentur. Delicatũ præterea, non solùm cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: quare eum Augustus Malacinum uocabat, exagitabatq; frequenter ut Cacozelum, teste Tranquillo in Augusto, cap. 86.

Teneri Mecœnates. Iuuenal. Satyr. 12. 4.

Mecone] μηκώνη, Ciuitas in Sicyone, in qua honores distribuerunt dij, quod significat Hesiodus, quum ait,

ἠὲ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι μηκώνῃ.

Sed & Callimachus Meconem appellat μακάρων ἕδρην, id est, beatorum sedem. Meminit huius Cæl. lib. 12. cap. 12. Vide & Strabon. lib. 8.

Meconis] pen. prod. huius meconidis, pen. corr. f. g. Lactucæ atræ genus, à similitudine quadam ad meconium, id est, papaueris succum. μήκων enim papauer Græcis dicitur. Plin. lib. 19. cap. 8, Est etiamnum alia distincta atræ, quæ meconis uocatur, à copia lactis soporiferi: quanquam omnes somnũ parere creduntur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus earum fuit, & ideo lactucæ nomen adeptæ. Idem libro 20. capite 7. sub finem, Et amara lactens q;, quam meconidem uocauimus.

Meconites] μηκωνίτης, Gemma est, papaueris similitudinẽ exprimens: de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Mecum] μετ' ἐμοῦ, Id est, cum me. Cicer. in Orat. 86, Ex eo est mecum, & tecum: non, cum me, & cum te: ut esset simile illis, uo-

*illis, uobiscum atq; nobiscum.* Plaut. Cistel. 8.15,

—— nihil mecum tibi:

*Mortuus tibi sum: hanc ut habeo, certũ est non amittere.*

*Indignabar mecum.* Virg. 2. Aeneid. 19.

*Mecum simul.* Cicero ad Atticum, lib. 3. 48. 6, *Atq; utinam iam antè uidisses, neq; totum animum tuum mœrori mecum simul dedisses.*

*Mecum unà.* Terent. Hecyr. 1. 2. 56,

*Vt colloqui mecum unà possit.*

*Mecum unà simul.* Terent. Heaut. 5. 1. 34.

*Mecum facit: id est, mecum sentit. Insulsè dicitur, facit pro me.* Cic. pro A. Cecinna, 58, *Nam uerba ipsa sponsionis facerent mecum, si uellem diligenter attendere.* Horat. 2. epist. 1. 14,

*Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.* Vide Facio.

*Mecum sentit,* Idem. Terent. And. 2. 1. 26.

*Mecum, Intra me, uel apud me.* Terent. Hecyra, 1. 2. 32,

— *haud propterea te rogo*
*Vt hoc proferam: sed ut tacita mecum gaudeam.*

**Mecyberna**] Macedoniæ oppidum: & Mecybernus sinus, eidem oppido adiacens. Vide Plin. lib. 4. cap. 10.

**Meddix**] ...ũmi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius;

*Summus ibi capitur Meddix, Occiditur alter.*

**Medea**] pen. prod. (μήδεια) filia Aeetæ regis Colchorum, ex Idyia coniuge, ut uult Cicer. 3. de Natur. deor. 65. Quæ Iasonem ex Thessalia cum Argonautis profectum amauit. Cui quum iurasset ille, eam se nunquam relicturum, adiumento fuit, ut uellus aureum acquireret, & draconem occideret. Quum igitur cum Iasone clàm abiret, & pater eam persequeretur, ut illum retardaret, fratrem suum paruulum, nomine Aegialem uel Absyrtum, quem secum habebat, occidit, & eius corpus membratim discerpsit. Vide Cic. pro lege Manil. 15, *Quum iam multis annis cum Iasone uixisset in Græcia, & aliquot filios ex illo suscepisset, Iason eam repudiauit, & Glaucam, siue Creusam, ut alij uocant, Creontis regis filiam duxit. Medea repudiata filios Iasonis occidit: & regiam incendens, Glaucam & Creontem exussit: Iason uerò seipsum interfecit. Postea Medea facta est uxor Aegei, regis Atheniensis. Deinde in Asiam refugit, ubi ex rege Medũ filium suscepit, à quo Media prouincia appellata est.* Vide Iustinum lib. 42. *Fuit autem Medea uenefica, & incantatrix insignis. Vocatur etiam Aeetias, à nomine patris: & Colchis, à regione patria.* Vide Ouidiũ libro 7. Metam. & eundem epist. 12.

*Barbaræ Medeæ uenena.* Horat. Epod. 5. 14.

**Medeis**] pen. prod. Medeidis, pen. cor. *Patronymicum, f. gen. pro possessiuo.* Ouid. 2. de Arte amandi, 21,

*Non facient ut uincat amor, Medeides herbæ, &c.*

**Medela**] *Vide* Medeor.

**Medeon**] μηδεών, *Duorum uicorum nomen est apud Strab. lib. 9. quorum alterum in Phocide collocat, ad sinum Crissæum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.*

**Mederga**] πρὸς ἐμὲ, *pro Erga me: interpositum est d, propter hiatum uocalium.* Plaut. Epid. 9. 9,

— *quasi quid filius meus*
*Deliquisset mederga.*

**Medeor**] *mederis, pen. prod.* (ἀκέω, ἰάομαι, ἀλέξω, φαρμακεύομαι) *mederi,* Deponens: A' medius deducit Sipontinus, *quòd medijs quibusdam, hoc est, temperatis rebus hoc fieri oporteat. Est autem mederi, Remedium afferre.* Plin. libro 12. cap. 3. 1, *Malus Assyria, quam alij uocant medicam, uenenis medetur.*

*Mederi, cum accusatiuo.* Terent. Phorm.

*Quas, quum res aduersæ sint, minus mederi possis.*

*Mederi contra serpentium ictus.* Plin. lib. 9. cap. 31. 3.

*Mederi uitijs & erroribus.* Plin. epist. 109. b. lib. 4. Idem in Paneggyr. 75.

*Mederi uulneribus, per translationem.* Cic. pro Quintio, 4.

*Mederi alicui.* Cic. ad Tironem, lib. 16. 10. 4.

*Mederi rei alicui.* Cic. ad Cæsium, lib. 12. 10. 10.

*Mederi & conseruare.* Cic. 6. Verr. 102.

*Amori mederi.* Ouid. 9. Metam. 131.

*Mederi inopiæ.* Cæsar 5. belli Gal. 91.

*Labori alicuius mederi.* Ouid 7. Metam. 170.

*Mederi Reipub: pro Opem ferre.* Cic. pro Sestio, 24.

*Timori alicuius mederi.* Ouid. 9. Metam. 156.

*Medendi, medendo, medendum.* Virg. 12. Aen. 10.

— *exuperat magis, ægrescitq; medendo.* *Vbi Seruius, Medendo, dum ei medetur: nam gerundi modus est à passiua significatione.*

*Ars medendi.* Ouid. 2. de Arte, 147.

*Vtilis medendi radix.* Ouid. epist. 9. 30.

*Vnicè mederi.* Plin. lib 24. cap. 11. 4.

¶ *Medens, Participium* (ἀκέων) *ut Artes medentum.* Ouidius 15. Metam. 126.

*Verba medentia.* Stat. 2. Sylu. 1. 1.

*Medendæ ualetudini nullam diuinam humanamq; opem non adhibuit.* Sueton. in Tito, cap. 8.

¶ *Medela, medelæ, pen. prod.* (φάρμακον) Iulius Firmicus lib. 4. cap. 2, *Tales decernit ægritudines, quibus curãdi gratia, medela cauteriorum aduſtionibus cõferatur.* Gellius lib. 17. cap. 16, *Ipsum autem regem assiduo talium medelarum usu à clandestinis epularum insidijs cauisse.* De Mithridate loquitur, & eius antidoto Idem lib. 20. cap. 1, *Non enim profectò ignorat legum opportunitates & medelas, pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proq; uitiorum, quibus medendum est, seruoribus, mutari atq; flecti.* Quintil. Declamatione, 13, *Nobis habere medelam non licebat, nobis licebat habere uenena?*

**Medelæ**] *animorum & corporum.* Gell. lib. 4. cap. 13, *Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum, mentibusq;, & propterea quoq; uicijs aut medelis animorum & corporũ.*

*Facere medelam.* Gellius lib. 12. cap. 5, *Quum Taurus & medicos accersisset, collocutusq; de facienda medela esset,* &c.

**Medi, edi**] *Vide* Mediusfidius.

**Media**] *Mediæ, prima syllaba producta* (μηδία) *regio in Asia: à Medo, Medeæ & Aegei Atheniensium regis filio sic nominata, ut Solinus refert: à qua Medi populi dicti sunt. Hos tamen Iosephus Antiquitatum lib. 1. cap. 11. scribit à Madeo Iapheth filio dictos fuisse. Hæc regio, ut Ptolemæus ait, à Septentrione Hyrcano mari terminatur, ab Occasu maiori Armenia & Assyria, à Meridie Perside, ab Oriente Hyrcania ac Parthia, quæ montibus excluditur. Sunt qui Mediam in duas partes diuidant, quarum alteram Maiorem uocauêre, alteram Anthropathiam.*

¶ *Medus; Adiect.* (μῆδος) *Qui est ex Media.*

*Horribilis Medus.* Horat. 1. Carm. ode 29. 1.

*Braccati Medi.* Persius Satyr. 3. 6.

*Decori pharetra Medi.* Horat. 2. Carm. ode 16. 2.

¶ *Medica, medicæ, pen. corr.* (μηδική) Herba equorum pabulo quamoptima. Seruius scribit, medicam à Medis in Græciam translatam, quo tẽpore eam innaserũt. Colum. lib. 2. cap. 11, *Pabulorum genera complura, &c. Sed ex ijs quæ placent, eximia est herba medica: quòd quũ seritur, decẽ annis durat: quòd per annum, deinde rectè quater, interdum etiam sexies*

*demetitur;*

Digitized by Google

demetitur: quòd ægrum stercorat: quòd omne emaciatũ armentum ex ea pingueſcit: quòd ægrotanti pecori remedium eſt: quòd iugerum eius toto anno tribus equis abundè ſufficit. De eadem Cato de re Ruſt. cap. 42. Et Varro 1. de Re ruſt. cap. 42. Virg. 1. Georg. 43,

—tunc te quoq; medica putres
Accipiunt ſulci, & milio uenit annua cura.

Arbor medica. Plin. lib. 12. cap. 3. 1, Malus Aſſyria, quam alij nò cant medicam, uenenis medetur. Virg. 2. Georg. 26,

Media fert triſtes ſuccos, &c.

Dicta eſt medica, à Media regione, ut dictum eſt, non à medendo. Dicimus enim Medus, Medius & Medicus, authore Stephano.

Mediaſtinus] Vide Medius.

Medica] herba. Vide Media.

Medico] medicas, penult. corrept. (φαρμακόω) medicare, Mederi. Virg. lib. 1. Georg. 39,

Semina uidi equidem multos medicare ſerentes. Plin. lib. 16. cap. 27. 4, Ficus ſola ex omnium arborum fœtu maturitatis cauſa medicatur.

Capillos medicare: Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 1.

¶ Medicor, pen. corr. medicaris (ἰατρεύω) medicari, Deponẽs, uſitatius quàm Medico.

Dativo aliquando iungitur. Terent. Andr. 5. 4. 42,

Quum ego poßim in hac re medicari mihi: Virgilius 2. Georg. 27,

——ſenibus medicantur anhelis.

Accuſativo. Plaut. Moſtel. 6. 39. Virg. 7. Aen. 152,

Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Eualuit. Vbi Seruius, Medicor illam rem, & illi rei.

Auferre dolorem medicando. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 1.

¶ Medicatus, pen. prod. Adiect. (φαρμακευθεὶς) Quod medicamentis admiſtis confectum eſt, ut Medicatæ ficus. Plinius lib. 23. cap. 7. 5.

Medicatæ fruges. Virg. 6. Aen. 84.

Papauera medicata. Silius lib. 10. 71.

Medicata pocula. Martial. lib. 9. 99.

Res medicatiſſima. Plin. lib. 28. cap. 7. 9.

Medicatus ſapor, uel odor. Plin. epiſt. 173. b. et lib. 25. cap. 8. 17.

Somnus medicatus. Ouid. epiſt. 12. 22.

Medicata ſuffitione uina. Col. lib. 1. cap. 6. 13.

Tela medicata ueneno. Silius lib. 7. 92.

¶ Medicatio, Verbale (φαρμακεία) Colum. lib. 2. cap. 10. 13, Poteſt tamen etiam citra iſtam medicationem cinere miſta commodè ſeruari.

¶ Medicus, medici, pen. corr. (ἰατρὸς, ἰατροῦ, ἀνίστης, ἰατρεῖον) Notæ ſignificationis. Cic. pro Cluentio, 44, Iam hoc quoq; propè iniquiſſimè comparatum eſt, quòd in morbis corporis, ut quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atq; optimus quæritur in periculis capitis: ut quæq; cauſa difficillima eſt, ita deterrimus, obſcuriſſimusq; patronus adhibetur.

Cura ſolers medicorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 7.

Celer atq; fidelis medicus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 30.

Fidi medici. Horat. 1. epiſt. 8. 2.

Medicus ſecurus. Celſus lib. 2. cap. 6.

Medicum adhibere. Cic. de Fato, 46.

Conuocare medicos. Catull. de Acme, epigram. 39. 3.

Miniſtrare iuſſa medicorum. Ouid. epiſt. 19. 27.

¶ Medicus, Adiectiuum (ἰατρικὸς) Quod eſt medici. Virgilius 3. Georg. 91,

Dum medicas adhibere manus ad uulnera paſtor
Abnegat.

Ope medica iuuare aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 2.

Ars medica. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 3.

Vſus medicus. Plin. lib. 22. cap. 8. 2. Ibidem, cap. ult. ad finem Et frugum quidem hæc ſunt in uſu medico.

¶ Medicina, medicinæ, penult. prod. (ἰατρικὴ, ἰατρία, φάρμακον, φαρμακεία, ἄνιστις) Cic. 5. de Finib. 28, Quoniã ut medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio, ſic uiuendi ars eſt prudentia.

Adulatio medicinæ. Quint. lib. 2. cap. 15. 17.

Requies & medicina curæ. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 24.

Somnus publica medicina curæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 9.

Furoris medicina. Virg. 10. eclog. 12.

Mali medicina. Propert. lib. 1. eleg. 5. 6.

Imbecillis medicina. Vide Imbecillis.

Medicina deducta ab experimentis. Celſus in Proœm. lib. 1.

Medicinam adhibere Reip. Cic. pro Seſt. 119.

Admittere medicinam. Vide Admitto.

Afferre medicinam. Cic. 2. in Catil. 37.

Efficere medicinam. Cic. ad Att. lib. 1. 13. 4.

Facere medicinam. Cic. Terent. lib. 14. 7. 2, Ita ſum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinã feciſſe uideatur. Idẽ pro Quintio 5, Medicinam facere morbo. Plaut. Ciſtel. 2. 65.

Facilitare medicinam. Quintil. lib. 7. cap. 3. 22.

Fungi munere medicinæ. Ouid. 2. de Remed. amor. 80.

Parare medicinam. Ouid. 1. de Remed. amor. 19.

Vulnera poſcunt medicinam. Sil. lib. 11. 33.

Vates medicinæ. Plin. lib. 1. cap. 37. 85, Deſcriptus ab Herophilo medicinæ uate.

Temeraria medicina. Celſus lib. 3. cap. 9, Neq; ideo tamen non eſt temeraria iſta medicina: quia plures, ſi protinus à principijs excepit, interemit. Id eſt, contra artem, ſine conſilio et prudentia tentata. Temeritas & ratio, contraria.

Excolere medicinam. Celſus in Proœmio, lib. 7.

Trunca medicina, & debilis, ſine naturæ rerum cognitione. Celſus in præfatione lib. 1.

Reperire medicinam incommodis. Cic. 1. Verr. 39.

Sera medicina ſtruitur dolori. Stat. 5. Syl. 1. 4.

Temporibus medicina uiget. Ouid. 1. de Remed. amor. 27.

Medicinam, inquit Nonius, dicimus & uenenum: tractum à Græcis, qui uenenum φάρμακον appellant. Accius Phœnicis, Sterilem eſſe illius opera medicinam autumans.

¶ Medicinæ, medicinarum (ἰατρεῖα) Medicorum taberna, uicus thurarius, taberna aromataria, ubi pharmacopolæ obuerſantur, & pharmaca uenduntur, hoc nomen in album Latinitatis acceptum eſt, & eo utitur Macrobius, ἰατρεῖον, Græcè medicinam, hoc eſt, medicorum officinam ſignificat.

Plaut. Amphit. 13. 5,

In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras.

¶ Medicinalis, & hoc medicinale, penult. product. (ἰατρικὸς) Quod ad medicinam pertinet: ut, Herba medicinalis. Plin. lib. 32. cap. 10. 9. Celſus, Vix ulla perpetua præcepta ars medicinalis recipit.

Medicinalis digitus dictus eſt minimo proximus, ut ait Macrobius: quoniam arteria quædam à corde nata, pergit uſq; ad quartum digitum manus ſiniſtræ. Ob quam cauſam nouus nuptus huic digito tanquam cordis uicario, ſuæ ſponſæ imponit annulum.

¶ Medicabilis, & hoc medicabile, pen. corr. (ἰατὸς, ἰάσιμος) Cui medicina adhiberi poteſt. Ouid. 1. Metam. 106,

Hei mihi quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.

Cura medicabilis nulla arte. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 5.

Medicabilis, pro Medicinalis aliquando ponitur. Col. lib. 7. cap. 10. 7, Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus inteſtini tumorem compeſcit. (le, ut ait Feſtus.

¶ Medibilis, & hoc medibile (ἀνιστὸς) Idem quod medicabi-

Medicamen-

Digitized by Google

¶ Medicamen, pen. prod. medicaminis (ἄκεσμα) Idem quod Medicina. Plin. auuncul. lib. 7. cap. 16. 1, Inunctis medicamine oculis.

Fortia medicamina. Ouid. 2. de Arte, 98.

Triſte medicamen. Ouid. 6. Metam. 28.

Vinolenta medicamina. Cic. in Piſonem, 9, Et quum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam imbaſiſſes, excuſatione te uti uaſetudinis: quòd diceres uinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari: hoc eſt, uino imbutis.

Medicamen, pro ſucco purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38. 9, Centenas atq; quinquagenas medicaminis libras æquari, &c. Medicamentum, pro eodem, Ibidem, cap. 40. 1.

¶ Medicamentum, medicamenti (φάρμακον, ἄκεσμα) Quo homines & cætera animalia curantur. Cicero ſecundo de Natura deorum, 199, Medicamẽtorum ſalutarium pleniſſimæ terræ.

Medicamentum, Venenum etiam ſignificat, ut Græcè φάρμακον, author Nonius. Medicamentum præſentaneum. Plin. lib. 28. cap. 13. 5.

Opitulantur medicamenta. Celſus lib 5. in Proœm.

Vinci medicamentis. Celſus lib. 5. cap. 28.

Medicamenta doloris. Cic. 2. de Finib. 38.

¶ Medicamentarius, Subſtantiuũ (φαρμακοτρίβης) Qui medetur, uel medicamenta conficit. Plin. lib. 19. cap. 6. 10, Setiui duo genera: herbaceum folio inciſuris eius eundẽtibus, quo utuntur medicamentarij.

¶ Medicamentarius, Adiect. (φαρμακευτικὸς) Quod ad medicamentum pertinet. Plin. lib. 7. cap. 56. 6, Herbarium & medicamentariam. Scilicet artem.

¶ Medicamento'us, penul. prod. (φαρμακώδης) Aliud adiect. Quod remedium adfert, & medicamenti uice eſt. Cato cap. 15. 2, Et primùm ſcito de omnibus braſſicis, nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior.

Medídies] medidiei, non dicitur, ſed meridies (μεσημβρία) Cic. in Orat. 89, Ipſum meridiem, cur non medidiem? credo quòd erat inſuauius.

Medietas] Vide Medius.

Medimnus] & Medimnum, medimni (μέδιμνος) Genus menſuræ, quã minam dicimus. Lingua enim uernacula primùm mimnum, per ſyncopẽ, poſtea mimnam pro medimno poſuit. Lucilius Satyr. lib. 15,

Præterquam in precio primus ſemiſſe, ſecundus
Numo, tertius iam plures quàm totus medimnus. Budæus author eſt, medimnum ſenos modios capere. Cicer. 5. Verr. 92, In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici ſeritur perpetua atq; æquabili ſatione: ager efficit, cum octauo bene ut agatur: uerùm ut omnes dij adiuuent, cum decimo: quod ſiquando accidit, tum fit ut tantum decumæ ſit, quantum ſeueris: hoc eſt, ut quot iugera ſunt ſata, totidem medimna decumæ debeantur. Idem ibidem plura.

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus] Vide Medius.

Mediolanium] ſiue Mediolanũ (μεδιολάνιον) Ptolemæo, Britanniæ urbs: uulgò Mancheſter. Item Mediolanium eidem, Germaniæ urbs. Hodie Monaſterium, uulgò Munſter. Mediolanum aliud, Santonum urbs, authore eodem. Vulgò Saintes ut ſcribit Strabo lib. 4. ad Oceanum uergẽs, inter Aquitanias maximas ex parte arenoſa & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus ſterilis.

Mediolanum] pen. prod. (μεδιόλανα, μεδιολάνιον) Vrbs eſt Ciſalpinæ Galliæ: de qua Strabo lib. 5, Inſubres hac etiã ætate ſunt, qui Mediolanum metropolim habuêre. ea quidem pridẽ uicus erat: omnes enim uicatim habitabant: hac uerò tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas eſt, quòdam modo Alpibus finitima. Vide Plin. lib. 3. cap. 17.

Mediolanum Inſubres Galli ædificarunt, ex nomine relicti ab eis Mediolani, quod Ptolemæus inter Cenomanos ponit. Hactenus Volaterranus. Liuius autem Decad. 1. lib. 5. ſic, Galli, inquit, per Taurinos ſaltuſq; Iuliæ Alpis tranſcenderunt: fuſiſq; acie Tuſcis haud procul Ticino flumine, quũ, in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent, cognominem Inſubribus pago Heduorum: ibi omen ſequentes loci, condidêre urbem, Mediolanum appellarunt. Hactenus Liuius. Auſonius in urbium catalogo,

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæq; domus: facunda uirorum
Ingenia, &c.

¶ Mediolanenſis & hoc Mediolanenſe (μεδιολάνιος) Quĩ ex Mediolano eſt, ſiue Mediolanum habitat. Cicero in Piſon. 49.

Mediolũ] μεδιόλον, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ urbs. Vulgò Medina cæli.

Mediomatrices] μεδιομάτριξες, populi ſunt inter Belgas, Leucis & Eburonibus uicini: Meteníes ſcilicet, & his uicini Lotharingiæ populi. Plin. & Strab. Mediomatricos uocant. Vulgò Metz en Lorraine.

Medion] μηδίων, Herba eſt Mediæ peculiaris (unde & nomen accepit) in locis umbroſis petroſiſq; naſcens. Romani Trifolium odoratum uocant. Vide Dioſcoridem libro 4. capite 20.

Medioxumi] dij. Vide Mediocris in Medius.

Medipontus] mediponti, inſtrumentum funariũ, apud Catonem de Re ruſtic. cap. 3. 3. Funes loreos primos, uectes ſenos, fibulas duodenas, medipontos primos loreos, trochleas græcanicas binas. Idem cap. 12. Alio loco apud eundem legitur & medipontus: ſed corruptè.

Meditor] pen. cor. meditaris (μελετάω, φροντίζω, σκέπτομαι) meditari, Quaſi medio animo uerſari. propriè enim eſt Cogitare, & ut ait Seruius, Mente pertractare. Terentius Phorm. 2. 1. 12,

Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt maximè,
tum maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam æruminam ferant. Cic. Curioni, lib. 2. 4. 5, Tu tamen ea parã, meditare, cogita, quæ, &c. Idem 2. Offic. 202, Vt ſiquis quum cauſam ſit acturus, in itinere aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur, aut ſiquid aliud attentius cogitet, non reprehendatur.

Meditari malè nugis. Plaut. Pſeud. 20. 99.

Amorem meditari. Virg. 4. Aen. 34.

Arma meditari. Propert. lib. 3. eleg. 4. 1.

Meditari exilium. Cic. ad Att. lib. 14. 317. 2.

Meditari fugam. Col. lib. 9. cap. 8. 3. de ceruis.

Inſidias aut dolum meditari alicui. Virg. 5. eclog. 12.

Meditari pœnam in fratrem. Cic. 4. Tuſc. 125.

Meditari ad. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2. 3, Aut ne ad id meditere, imparatum te offendam.

Meditari aduerſus aliquem cauſam ſuam. Cicero ad Attic. libro 5. 110. 18.

Meditari de. Cic. ad Lent. lib. 1. 8. 9, Hec ego ad te ob eam cauſam maximè ſcribo, ut iam te tua quoq; ratione meditere.

Meditari quomodo. Cic. ad Att. lib. 9. 190. 1.

Meditari regnare. Cic. 2. Phil. 121.

Meditari ſe, Eſt ſe exercere. Plautus Sticho, 5. 31. Virgilius 6. eclog. 2,

Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. id eſt, carmen ruſticum ſcribam, inquit Seruius.

Dicitur meditor, à Græco. Seruius, Quod Græci μελετῶ dicũt,

per

per antiſtichum meditor dixerunt Latini. L enim & D, interdum ſibi inuicem cedunt: unde & ſella pro ſeda dicitur, à ſedendo.

¶ Meditans, pen.cor. Particip. (μελετῶν) ut, Ictum obliquum meditans. Horat.3.Carm.ode 22.2.

Longam & continuam abſentiam paulatim meditans. Taci. lib.3.

¶ Meditatus, penult. product. Particip. (μελετήσας) Terent. Andr.2.4.3,

Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.

Plinius in Panegyr. 5, Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoque meditati teneamus, &c. Meditati: id eſt, præparata oratione. Paratus & meditatus. Cic. pro Quintio, 21.

¶ Meditatus (μεμελετημένος) in paſſiua ſignificatione reperitur. Terent. Phormione, 2.1.18,

Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda. Cicer. 1. Offic. 40, Leuiora enim ſunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

Verba meditata componere. Ouid. 9. Metam. 105.

¶ Meditatè, Aduerb. (μεμελετημένως) Plaut. Bacch. II. 16,

Næ tu illorum mores perquàm meditatè tenes.

Quaſi dicat, Probè calles illorum mores, tu illos ad unguem noſti, ex longa meditatione & uſu, ſiue experientia.

¶ Meditatio, Verbale (μελέτη, μελέτημα) Cic. 2. Tuſc. 71, Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo ualet.

Commentatio & meditatio. Cic. 2. de Orat. 65.

Meditatio atq; exercitatio. Cic. 2. de Diuinat. 144.

Dicendi meditatio. Quint. lib. 2. cap. 10. 2.

Stulta eſt meditatio futuri mali. Cic. 3. Tuſc. 37.

Verſari meditatione. Cic. pro Cluentio, 66.

¶ Meditamentum (φρόντισμα) Idem. Tacit. lib. 15, Nomina ſummæ curæ, & medicamenta. Idem lib. 20, Et cæteris belli meditamentis militem firmabant.

¶ Meditatiuum, pen. prod. (μελετητικός) Dictio ficta à Grammaticis, qui Meditatiuum uerbum appellant, quòd ſenſum quendam meditandi uideatur habere. Vide Priſcianum & Vallam.

Mediterraneus, Meditullium] Vide Medius.

Meditina] pen. prod. Medicamentorum dea, Feſto.

Meditrinalia] orum, Sacra deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Feſtus, Latinis populis, quo die quis primùm guſtaret muſtũ, dicere ominis gratia, Vetus nouum uinum bibo: ueteri nouo morbo medeor. A quibus uerbis etiam meditrinæ deæ nomen cœptum, eiuſq; ſacra Meditrinalia dicta ſunt. Varro de lingua Lat. lib. 5. Meditrinalia, dies dictus à medendo: quòd, ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat, hoc die ſolitum uinum nouum & uetus libari, & deguſtari medicamẽti cauſa: quod facere ſolent etiam nunc multi, quum dicant, Nouum uetus uinum bibo: nouo ueteri morbo medeor.

Medius] Fuit quidam ex Alexandri adulatoribus, ac uelut hexarchus, & ſophiſtes coryphæus in optimum quenque. Hic alios hortabatur, calumnias in quenuis audacter cõflarent. Nam etiamſi, inquit, ualnus perſanârit, in quem morſum infixeris, nihilominus cicatricoſus conuiſetur locus. Cæterùm ne lingua noſtra ſit gladius acutus, dum ſale multo hunc illumq; defricamus, meminerimus. Author Cæl. lib. 15. cap. 25.

Medius] Adiect. (μέσος, μέσατος, μεσαίτατος, μεσαίχμιος) Quod menſuratum æqualiter diſtat ab extremis. A Græco deduci putat Sipontinus, quod eſt μέσον.

Medium dicitur etiam, quicquid inter duo extrema eſt, etiam ſi non æqualiter diſtet. Virgilius,

Iam medium tenuêre rates. Terent. in Prolog. Phorm. 17,

Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.

Medium inter. Cicero 8. Philipp. 236, Quum inter bellum & pacem medium nihil ſit, neceſſe eſt tumultum, ſi belli nõ ſit, pacis eſſe.

Medius æſtus. Virgil. 1. Georg. 60,

At rubicunda Ceres medio ſuccidit æſtu. id eſt, per diem, quando æſtus eſt. Seruius.

Media mulieris ætas. Plaut. Aulul. 6.32. Et paulo pòſt, 35,

Poſt mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domũ, &c. id eſt, mediæ ætatis uxorem.

Medius amicus, qui duorum hoſtium amicus, eorum cõtentionibus & odijs ſe non miſcet. Liu. lib. 5. bel. Maced.

Medius annus, Plin. in Pan. 100. Dies, Col. lib. 7. cap. 3. 7. Nox, Cæſar 5. bel. Gal. 32. Sic apud Liuium lib. 7. bel. Pun. 259. Medium diei.

Per medias rapit ira cædes. Horat. 3. Carm. ode 2. 3.

Dies medius, Meridies. Virg. 3. Georg. 61.

In medios dormire dies. Horat. 1 epiſt. 2. 6.

Medius digitus. Plin. lib. 11. cap. 43. 2.

In foro medio, uel per medium forum. Cic. pro Domo ſua, 39. Idem ad Quint. frat. lib. 2. 7. 9.

Frigoribus medijs. Virg. 10. eclog. 13.

Medium ingenium erat in Anco. Liu. 1. ab Vrbe, 140.

Medius mundi locus. Cic. 1. Tuſc. 63.

In medio mundo terra ſita eſt. Cic. 1. Tuſc. 62.

In media nimborum nocte. Virg. 1. Georg. 66.

Plus media parte. Ouid. 3. Metam. 9.

In media potione exclamauit mulier. Cic. pro Cluent. 22.

Sermonem medium abrumpere. Virg. 4. Aeneid. 77.

Sonus medius. Plin. lib. 10. cap. 29. 6, Modulatus editur ſonus. Et paulo pòſt, Summus, medius, imus.

Medium tempus. Plin. epiſt. 111 cap. Idem lib. 3. epiſt. 5.

Medio tempore, pro Interea. Sueton. in Cæſare.

In uoce media reſiſtit. Virg. 4. Aen. 16.

Pacis & belli medius. Horat. 2. Carm. ode 19. 6.

Mediam locauit. Virg. 1. Aen. 141. hoc eſt, In medio.

Medium arripere: hoc eſt, Per medium corpus. Terentius Adelph. 3. 2. 18,

Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem.

Mediam mulierem complectitur. Terent. And. 1. 1. 106.

Medium reſponſum, Dubium. Liu. 9. bel. Maced. 163.

Medius & ambiguus ſermo. Plin. epiſt. 190. 5.

Media uocabula dicuntur, quæ in bonam & in malam partem accipi poſſunt. Qualia ſunt tempeſtas, ualetudo, facinus, dolus, gratia, induſtria, periculum, uenenum, contagium. Et apud ueteres, honor: quo ſignificabatur iniuria.

Mediæ artes. Quint. lib. 2. cap. 21. 1.

Medium tenere. Plin. epiſt. 74. c.

Curſum medium tenere. Cic. in Vatinium.

Medius, Importunus, incongruus. Virg. 1. Aen. 138,

Ne qua ſcire dolos, mediúsue occurrere poſſit.

Interiectus ac medius, uel Interiectus medius. Cicero 4. Academ. 31, Iis ipſis alia interiecta & media numerabat. Idem de Opt. gener. orator. 142, Alios eis interiectos & tanquam medios putet. Et 10. Philipp. 276, Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, uitijs cum utroque certabat.

Medius, Manifeſtus. Virg. 2. Aen. 76,

—ſenſu medios delapſus in hoſtes. Seruius, manifeſtos. ut idem Virg. 2. Aen. 107,

—qui arte

—quanquam in media iam morte tenetur.

Afferre in medium. Cic. 1. Offic. 34, Et communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum: id est, in commune usum. Vide Affero.

In medium consulere, pro In commune. Virg. 11. Aen. 67.

E medio discedere: pro secedere & occultari. Suet. in Cæsare, in principio. Budæus.

E medio excedere, pro Mori. Terent. Phorm.

Pellere è medio. Cic. 3. Offic. 47.

Ponere in medio, Idem quod afferre in medium. Cicero 1. de Natura deorum, 20. Ponam in medio sententias Philosophorum.

Proferre aliquid in medium, Idem. Cic. 2. Verr. 18. Idem Senatui, lib. 15. 2. 16, Sed tamen illud tempus, eam rem nunquã in medium propter periculi metum protulisse.

Quærere in medium. Virgilius 1. Georg. 26. id est, in commune. Seruius.

Recede de medio, per alium transigam. Cicero pro Sextio Rosc. 66.

Relinquere in medio. Cicero pro Cælio, 37, Mulierem nullam nominabo: tantùm in medio relinquam, siqua, &c. id est, controuersum relinquam, nihil statuam, uel constituam. Budæus. Vide In.

In medio esse, uel situm aut positum esse: quibus cõtrarium est, obscurum. Cic. 4. Verr. 72, Tabulæ sunt in medio. idem, 1 de Oratore, 7, Dicendi autem omnis ratio in medio posita. Et 5. Tusc. 134.

In medio sit. Suet. Sed quod discrepat, in medio sit. id est, sit pro incomperto. Bud.

Sumere de medio. Cic. pro Domo sua, 106.

De medio tollere, pro Occidere. Cicero pro Roscio Amerino, 12.

Venire in medium, & Procedere in medium. Cic. 4. Verr. 126. Et 2. de Inuent. 153. Item 1. de Finib. 21, Prima ueniat in medium Epicuri ratio.

Vocare in medium. Cic. pro Cluent. 61.

Medio campi, medio montium, medio diei, & similes locutiones. Tacit. lib. 1. Idem libro 13, Medio temporis contradicere liceret.

Medio tempore, pro Interea. Sueton. in Cæsare.

Medius, pro Mediocri. Liu. lib. 6. ab Vrbe, Apparebatq; nec ueri iudicij mediam gratiam, nec falsi offensionem fore.

Medius, secundum Priscianum, in libello De duodecim carminibus, à modo dicitur, hoc est, à mensura: unde & modius: & differentiæ causa, medius mutauit o in e. Vel dicitur à Græco μέσος, ut dictum est.

Medie] aduerbio, frequenter utitur Firmicus libro 2. capite 28.

¶ Medialis, huius medialis, pen. prod. neut. gẽ: Solinus cap. 65, Lignũ omne atq; mediale, eadem firmè & facie & nitore, qui est in lapide gagate. hoc est, omnes bebeni partes, tam exteræ quàm mediæ seu medullaceæ, similes sunt gagati lapidi. Idem cap. 33.

¶ Medietas, pen. cor. medietatis (μεσότης, μέσον) Cic. de Vniuersitate, 30, Vt in singulis essent bina media, uix enim audeo dicere medietates: quas Græci μεσότητας appellãt: sed quasi ita dixerim, intelligatur: erit enim planius. Paulus iurisconsultus in l. antiqui. ff. si pars hæreditatis pet. Prudentissimi iuris authores medietatem quãdam secuti sunt: ut quod fieri non rarò admodum posset, intuerentur.

Mediocris] & hoc mediocre, pen. corr. (μέτριος, μετρίως) Quasi medii ordinem tenens.

Actor mediocris causarum Horat. 2. de Arte, 75.

Ars mediocris. Cic. 1. de Orat. 4.

Cura non mediocris. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 19.

Infortunium mediocre: Plaut. Curcul. 11. 5.

Ingenium mediocre. Cic. 2. de Orat. 63.

Initium mediocre. Sueton. de claris Grammat. 1.

Iracundia mediocri iratus. Plaut. Curcul. 11. 1.

Malum mediocre. Cic. 3. Tusc. 38.

Orator mediocris. Cic. de claris Oratoribus.

Pœnæ mediocres. Plaut. Bacch. 8. 21.

Spacium mediocre. Plin. lib. 7. cap. 38 1.

Sponsalia mediocria. Plin. lib. 9. cap. 35. 13.

Statura mediocris. Plaut. Rud. 9. 9.

Status mediocris. Cic. ad Qu frat. lib. 1. 1. 61.

Non mediocre telum ad res gerendas fama. Cic. de Amic. 55.

Vita mediocria. Horat. 1. Serm. 4. 28.

¶ Mediocritas, penul. corr. (μετριότης) Medium dicitur, ut ait Nonius. Cicero 4. Academ. 244, Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem uolebant esse quendam modum. Colum. libro 4, Mediocritas in electione loci maximè probatur: quoniam in confinio boni malíq; posita est.

Mediocritas ingenij. Cic. 2. Philip. 29.

Minus superba mediocritas præceptoris ad suscipiendas elementorum molestias. Quint. lib. 2. cap. 3. 2.

¶ Mediocriter, penul. corr. Aduerb. (μετρίως) Medio quodam modo: hoc est, Prudenter & moderatè. Cic. 1. de Finib. 10, Quid Theophrastus, mediocriter ne delectat, quum tractat locos ab Aristotele antè tractatos?

Nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Cic. 2. Tusc. 11.

Etiam mediocriter à me tibi commendatus. Cicero ad Sulpit. libro 13. 29. 1.

Non mediocriter ferre. Cic. 5. Verr. 79. Idem pro Quint. 41, Tamen esset non mediocriter conquerendum.

Mediocriter doctus. Plin. epist. 10. b. Cic. 2. Tusc. 11.

Haud mediocriter. Plaut. Merc. 5. 13.

Mediocriter facere. Terent. Andr. 1. 1. 32.

Mediocriter uestita uestis lugubris. Terent. Heaut. 2. 3. 45.

¶ Medioximus, uel medioxumus, pen. corr. Adiectiuum (ἀπὸ μέσου) Mediocris, siue medius. Vnde Medioxumi dij uocantur potestatis mediæ. Seruius in librum 8. Aeneid. dicit, Herculem communem deum utriusq; naturæ, medium & inter mortalitatem & inter diuinitatem. Sunt numina aliqua tantùm terrestria, aliqua tantùm cœlestia, aliqua media, quos medioxumos Apuleius uocat. Plaut. Cistel. 5. 36,

At ita me di deæq;, superi, inferi, & medioxumi, &c.

Medioxuma uxor. Plaut. Cistel. 7. 68.

Medioximè] aduerbium, Medio modo. Varr. Modio, Quid aliud est quod Delphica canat columna literis suis, ἄγαν μέσως. uiduam uos facere addit mortalem modum medioximè, ut quondam patres nostri loquebantur. Ex Nonio.

Mediusfidius] ἀπὸ τοῦ Διὸς ὅρκου (inquit Festus) compositũ uidetur, & significare Iouis filium, id est, Herculem: quòd Iouem Græcè Σοῦν Διὸς, & nos Iouem ac fidium, id est, pro filio: quòd sæpe antea pro L litera, D utebantur. Quidam existimant, iusiurandum esse per diui fidem: quidam per diurni temporis, id est, diei fidem. Hæc Festus. Alij sic, Mediusfidius, hoc est, per deum Fidium. nam Fidius deus est, qui fidei præest. Plaut. Asin. 3. 8,

Per dium Fidium quæris iurato mihi. Cicer. pro Rosc. Amer. 57, Quæ ita aperta & manifesta sunt, ut mediusfidius, uadices inuitus ea dicam.

¶ Medi edi, pro Mediusfidius. Titinnius, An quia pol edepol fabulare, medi edi. Verba sunt adolescentis qui in fœminam degenerârat: proindeq; hoc iusiurandum non audebant eloqui, quum religio esset mulieribus illud proferre. Et quũ uulgus

uulgus hæc uerba imminueret & deprauaret, pro mediis, medi dicẽs, facit quoq; eũ dicere p medi edi. Annot. Turneb.

¶ Medianus, pen. prod. Adiect. (μεσίτης) Quod in medio est. Vnde medianas columnas Vitruuius dixit, ut ab angularib. quæ crassiores sunt, distingueret. Vide Vitruuiũ lib. 3. cap. 1. & cap. 2. & ult.

¶ Mediastinus, mediastini, pẽ. prod. (μεσαύλιος) Qui in medio lauãtium stat in balneis, inquit Priscianus. Nonius mediastinos pro balneatoribus, itemq; pro ministris & curatoribus ædium accipit, qui in medio stent, ut omnibus ministrent. Sed uilissima quæq; mancipia, in agro maximè, mediastinos eos accipere debemus, qui abiectissima quæq; inter seruos officia obeunt: cuiusmodi sunt hodie in principũ domibus, cognomine lignearij, bacularij: quorum una illa functio est, ut omnibus pareant, nec ullius imperium detrectent, in medio semper & propatulo ad nutus omnes excubent. Cic. 2. in Cat. 28, Itaq; ego illum exercitũ, &c. magno pere contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, ex decoctoribus, &c. Alia exemplaria habent, mediaculis: alia, mendiculis. Colum. lib. 1. cap. 9. 3, Mediastinus qualiscũq; status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Ex Hermolao. Vlpian. in l. 1. §. cæterum. ff. nautæ, caupones, stabularij, Qui mediastini operã fungitur, non continetur, ut purpurarij, atriarij, & focarij, & his similes.

Mediastinum appellant medici, membranas in uentre hominis medio, quæ sunt ueluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos ueluti uentriculos.

¶ Mediastuticus, pen. cor. (μεσιαστύτικος) Liu. Decad. 3. libro 6, Mediastuticus (qui summus magistratus apud Campanos est) eo anno Seppius Lesius erat. Sic eãdem Decade, libro 4.

¶ Mediterraneum, Adiectiuum (μεσογαῖος, μισόγειος) Quod est à mari remotum, quasi in media terra. Quint. lib. 5. capite 10, Montanus an planus, maritimus an mediterraneus. Cic. 1. de Natur. deor. 121, Ita fit, ut mediterranei mare esse non credant.

¶ Mediterraneum, mediterranei, substant. neut. gen. cui opponitur Ora, seu Littus. Plin. lib. 3. cap. 1. Celeberrima inter Bætim fluuium & Oceani oram in mediterraneo Segeda. hoc est, in medio regionis, procul q; ab ora littorali. Rursus eod. cap. paulò pòst.

¶ Mediterreus, Adiect. Festus, Mediterream melius quàm mediterraneam Sisenna dici putat.

¶ Meditullium, meditullij (μεσογαῖον) Non medium terræ dicitur, inquit Festus: sed procul à mari, quasi meditellium, ab eo quod est tellus. Cicero in Topicis, 18, dicit tullium in hoc uerbo extenstionem esse uocabuli, nihil significantẽ.

Meditrinalia] μεδιτρινάλια, meditrinaliorum (inquit Festus) dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere omnis gratia, Vetus nouum uinum bibo, ueteri nouo morbo medeor. A' quibus uerbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum, eiusq; sacra meditrinalia dicta sunt. Hæc Festus. Varro de Lingua Latina libro 5. Meditrinalia dies dictus est à medendo, quòd ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat, hoc die solitum uinum nouum & uetus libari & degustari, medicamenti causa.

Medoacus] Portus (μεδόακος λιμήν) Plin. lib. 3. cap. 5. Inde Meduacus, Venetorum fluuius, qui nunc uulgò Brenta dicitur. Nam ostia Padi Plin. libro 3. capite 16. describens, ait, Proximum portum facit Brundulum, sicut Edronem Meduaci duo & fossa Clodia. Strab. lib. 5. scribit, Meduacum uocari & portum & fluuium. Ibid. supra Venetos Carnorum & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plinium in initio primi uoluminis.

Medon] μέδων, Notus fuit Oilei, ex matre Rhena, teste Homero lib. 2. Iliad.

¶ Medon, unus procorum Penelopes. Ouidius 1. epist.

¶ Medon, Vnus ex nautis qui à Baccho in delphines mutati fuerunt. Ouid. 3. Metam.

Meduana] Fluuij nomen in Gallia, quam Belgicam uocãt. Lucan. ut refert Turnebus,

——uer ultra
Instabiles Turones circunsita castra coercent,
In ripis Meduana tuis marcere perosus, &c. Nomen hodie quoq; retinet.

Medulla] medullæ (μυελὸς, ἐγκέφαλος) Dicta quòd in ossibus media sit. Plin. lib. 11. cap. 37. 82, Et medulla ex eodem uidetur esse inuenta rubens, & senecta albescens. Plaut. Sticho, 6. 16,

At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit.

In uisceribus medullisq; condidit omne bonum Metrodorus. Cic. 5. Tusc. 41.

Albæ medullæ. Ouid. 14. Metam. 42.

Liquefactæ medullæ cæca tabe. Quid. 9. Metam. 35.

Mellis medulla (μέλιτος μυελὸς) De re maiorem in modum suaui dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tullium de claris Orat. 29, M. Cornelium Cetbegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimũ est, id natura uidetur intimè recondidisse. Vnde & illa pessim obuia, It medullis, &, Medullitùs amare, non dißident à simulacro prouerbiali. Erasmus.

Mollibus ardet ignis in medullis. Catull. de Acme, epigrammat. 42. 4.

Est molli flamma medullas. Virg. 4. Aen. 14.

Fouet igne medullas amor. Ouid. 4. epist. 3.

Hærere medullis alicuius. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 5.

In popul. Romani medullis ac uisceribus hærere. Cicero 1. Philipp. 26.

Includere aliquid medullis. Cic. Att. lib. 15. 3 23. 8.

Inclusa sunt mihi in medullis. Vide Includo.

Insidet in medullis feruor. Cic. 4. Tusc. 36.

Labitur totus furor in medullas. Senec. Hippol. 3. 2.

Auidis medullis subdita flamma. Virg. 3. Georg. 55.

Litium medullæ. Quint. lib. 2. cap. 1. 8, Et in mediis litium medullis uersantur.

¶ Medullitùs, pen. cor. Aduerb. (ἐκ μυελοῦ) Ex intimo affectu, uel intimè. Plaut. Mostel. 4. 8. 5,

Vt uideas eam medullitùs me amare. Idem Truculent. 8. 61.

¶ Medullula, pen. cor. Diminut. (μυελλάριον) Catull. ad Thallũ, epigram. 22. 1,

Vel anseris medullula, uel inula mollicella.

Medullia] μεδύλλια Stephano, Latij oppidum fuit, Albanorum opus: cuius meminit. Plin. lib. 3. cap. 5.

Medullina] penultima producta, Virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris uiolata: ut stupri authorem agnosceret, digito eius annulum detraxit. Vbi ex pignore patrem esse cõperit, eundem ad aram gladio confodit. Author Plutarch. in Parallelis.

Medus] Medi, Proprium fluuij nomen in Media: quod ex Strabone cognoscere licet libro 15. ubi commemorat, quos fluuios traiecerit Alexander Magnus, quum Persidem peragraret, ferroq; uastaret. De hoc intelligendus locus est Horatius 2. Carm. ode 9, ubi ait, Medumq; flumen gentibus additum, &c. non de Araxe aut Tigri, aut Euphrate, ut alij arbitrantur. Neq; uerò est quòd quisquam miretur. Horat. ita locutum

locutum esse, Medum flumen, si Medus proprium fluuij nomen est. Nam sic reperies pluribus locis locutum, ut lib. 4. ode 5. & 2. ode 6. & in epist. ad Pison. Lambinus.

Medus] Vide Media.

Medusa] pen. prod. (μέδουσα) Fuit filia Phorci ex Cetho coniuge, quæ unà cum duabus sororibus, Euryale & Stenone, Gorgadas insulas in Oceano Aethiopica tenuisse feruntur. Eius capilli in angues à Minerua immutati sunt: & qui illã aspiciebãt, in lapides uertebantur. Quam Perseus peremit: ex cuius cruore natus est Pegasus. De hac Suidas, & alij Græci. Vide in dictione Gorgones & Pegasus. Meminit & Ouid. lib. 4. Metam.

Torua Medusa. Ouid. 2. de Arte, 62.

¶ Medusæus, Adiect. (μεδουσαῖος) ut,

Os Medusæum. Ouid. 5. Metam. 5.

Equus Medusæus. Ouid. 5. Fast. 2. id est, Pegasus.

¶ Medusa, à quibusdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam siue Lanceolam, Dioscorides λογχῖτιν appellauit. Habet hæc herba florem inuerso pileolo similem, qui theatralis larvæ, & histrionicæ personæ, formam refert: ex cuius medio, quasi ex aperto & hiante ore, se profert quædam quasi lingua candido colore. Ob quã causam & Medusam appellarunt, à Gorgonis abscisi capitis similitudine. Vide Marcum Varron. in Dioscorid.

Mega] μέγα, id est magnum, promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus. Vulgò One, siue Oue.

Megabocchus] iuuenis quidam fuit, socius filij Crassi, & ætate pari, qui sibi bello Parthico manus attulit: eum Plutarchus μεγαβακχὸν appellat, in Crassi uita. Meminit Cic. in epist. ad Atticum: quamuis alij de Pompeio dictum putent. Vide Pompeius in Pompeij.

Megabyzi] siue Megalobyzi (μεγαλόβυζοι) dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat: unde & pro imbellibus ac mollibus poni consueuerunt, quales sunt spadones. Quint. lib. 5. cap. 12.

¶ Megabyzi, dicuntur Appiano lib. 5. bell. Ciuil. & Plinio ita scribẽti, Ephesi uerò est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulchrum. Nec enim hic ut proprium nomen accipiẽdum uidetur, sed ut appellatio omnium sacerdotum Dianæ cõmunis. Annotauit Turnebus. Duces quoq; regis Persici, Megabyzi appellantur, inquit Cælius lib. 7. cap. 6.

Megæra] μέγαιρα, Vna est è tribus Furijs. De qua Virg. 12. Aeneid. 170,

Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas & Tartaream nox intempesta Megæram
Vno eodemq; tuilt partu. Et alibi.
——furiali à sede Megæra.

Improba Megæra. Claud. 1. in Ruffin. 15.

Torua Megæra. Claud. 3. de raptu Proserp. 78.

Megalartus] Ceres dicta & culta est. Cælius lib. 9. cap. 16. Apud Bœotiæ Scolum præstantes fieri panes consuetos accepimus: unde & Cereris Megalarti & Megalomazi statua erecta colebatur. Consimiliter uerò apud Messapios in Iapigia, ubi etiam fuisse rex Artos dicitur: sed & festa, nomine Megalartia, de panis magnitudine appellatione ducta. Hæc ille.

Megalensis] Vide Megalesia.

Megalesia] Megalesiorum, n. g. plur. nu. (μεγαλήσια) & Ludi Megalenses. Liu. M. Iunius Brutus eidem Magnæ matris deũm in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedicationem factos Megalesia appellauit. Cicer. de Arusp. resp. 21, Nam quid ego de illis ludis loquar? quos in palatio nostri maiores ante templum, in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrariq; uoluerunt. Quintil. lib. 1. cap. 5. 33, Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici uitiosa non possunt, ut tragœdia Thyestes, & ludi Floralia, ac Megalesia.

Megalium] μεγαλεῖον, Vnguentum, à magnificentia sic appellatum, eo quòd excusserit Telinum, ante se cãtatißimum: alij à Megaleo inuentore Siculo, siue Athenienſi dictum malunt. Vide Dioſc. lib. 1. cap. 6. & Hermolaum in Plinium.

Megalopolis] μεγάλη πόλις, Arcadiæ urbs, post Leuctricum bellum condita, quæ dimidia sui parte Orestia uocabatur, ab Orestis aduentu. Ex hoc oppido originem traxerunt Cercidas, præstantißimus legislator, Miliambon poeta, Aenesias Peripateticus Theophrasti discipulus, Acesodorus, qui de urbibus scripsit, & Polybius historicus. Megalopolis item Asiæ oppidum fuit, postea Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluuios situm, quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icariã corruptè legamus, pro Caria. Tertia eiusdem nominis ciuitatis in Iberia collocatur ab eodem Stephano.

¶ Megalopolitæ (μεγαλοπολῖται) Megalopolis incolæ. Stephanus.

Meganira] Celei uxor fuit, ac Triptolemi mater, ut Græca prodidit historia: cuius sacellum erat nõ longè à puteo Bœotiæ, qui alio nomine Anthion dicebatur. Meminit Cælius libro 24. cap. 17.

Megara] pẽ. cor. (μέγαρα) Vrbs iuxta Isthmũ Corinthiacũ, media inter Peloponnesum, Atticam & Bœotiam: dicta à Megareo Apollinis filio. Huius meminit. Cic. lib. 4. Epistolarum. Patria fuit Euclidis geometræ. Fuit & Megara, Creontis regis filia, & uxor Herculis, quã furens interemit, ut scribit Senec. in Hercule furente. Quo etiam nomine dictus est mons in Sicilia, ubi apes multæ: licet & Megara, Megarorum legatur.

¶ Megarus, pen. cor. Adiect. (μέγαρος) ut, Sinus Megari. Virgil. 3. Aen. 137.

¶ Megaricus, pen. cor. (μεγαρικὸς) Possessiuum. Cic. 4. Acad. 233, Qui quum Zenonis esset, uides quantum ab eo dissenserit: & quàm nõ multum à Platone Megarici, quorum fuit nobis disciplina. Et paulo pòst plura.

¶ Megareus, Megarei trisyllabum (μεγαρεύς) Idem. Cic. 4. Acad. 234. Pòst Euclides Socratis discipulus Megareus, à quo ijdem illi Megarici dicti, &c.

¶ Megareius, Adiect. quadrisyllabum (μεγαρήϊος) ut Heros Megareius, apud Ouid. 10. Metam. 131.

Megarensis] Adiect. Ex Megara. Gellius lib. 6. cap. 10, Decreto Athenienses cauerant, ut qui Megaris ciuis esset, si intulisse Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium, &c.

Megaris] Megaridis (μεγαρίς) regio est in Achaia, à qua Bulbi Megarici, quos celebrat Cato. Colum. lib. 10,

Iam Megaris ueniant genitalia semina bulbi. Vide Plin. lib. 4. cap. 7.

¶ Megaris, Vrbs Siciliæ, apud Melam lib. 2. cap. 7. Nunc dicitur Agosta, teste Oliuario.

Meges] Vnus fuit ex Græcorum principibus, qui ad Troiam profecti sunt.

Megistanes] penult. product. (μεγιστᾶνες) dicuntur proceres, primatesq;. Nam μέγιστος, Latinè dicitur magnus. Cor. Tacit. Simul consilio terrorem adducere, & Megistanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit sedibus.

Suet. in Calig. cap. 5.

Mehercule] penultima correpta (μὰ τὸν Ἡρακλέα) Aduerbium iurandi, Per Herculem. Cicero Attico, libro 10. 205, 1, Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi: semper secum aliquid afferunt literæ tuæ. Idem 5. Ver. 25.

¶ Mehercules, Idem (μὰ τὸν Ἡρακλῆ) Festus, Mecastor & Mehercules, iusiurandum erat: quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules: ut subaudiatur, iuuet. Cic. 6. Verr. 27, Verè mehercules hoc Iudices dicam. Idem in Oratore, 89, Impetratum est, inquit, à consuetudine, ut peccare suauitatis causa liceret, & pomeridianas quadrigas, quàm postmeridianas libentius dixerim: & mehercule, quàm mehercules.

Mei] uel mis (ἐμοῦ) genitiuus ab Ego. Vide suo loco.

Meio] meis, minxi, mictum (ὀρέω, ὀμιχέω) meiere, Vrinam emittere. Diomedes præteritū meij esse dicit, sed in usu minxi. Persius Sat. 7. 12,

——sacer est pueri, locus, extra Mijte. Martial. libro 3. 36,

Minxisti currente semel Paulime carina,
Meiere uis iterum, iam Palmurus eris.

Mictum, Supinum. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 8.

—atq; in me ueniat mictum atq; cacatum
Iulius, & fragilis Pedatia.

Mula meiens. Catul. de Aemylio, epigr. 92. 2.

¶ Micturio, micturis, pen. corr, micturire, Desideratiuum uerbum à Meio. Iuuenal. Satyr. 6,

Noctibus hic ponunt lecticas: micturiunt hìc. Pro primitiuo Meio uidetur hic positum.

Mel] mellis, n. g. (μέλι) Notæ significationis. Vide Plin. lib. 11. cap. 14. 1. Cic. 3. de Finib. 53, Mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum alijs, dulce esse sentitur.

Mel, à Græco μέλι fit. Plaut. Trucul. 4. 72,

—in melle sunt linguæ sitæ nostræ atq; orationes:
Corda in felle sunt sita, atq; acerbo aceto.

Dulcior melle. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 6.

Aerij mellis cælestia dona. Virg. 4. Georg. 1.

Attica mella, de fauis. Ouid. de Medicamine faciei, 17.

Constructa mella. Virg. 4. Georg. 43.

Dulcia mella. Virg. 4. Georg. 21.

Flaua mella. Ouid. 1. Metam. 23.

Flagrantia mella thymo redolent. Virg. 4. Georg. 34.

Humida mella. Virg. 4. Aeneid. 97.

Liquata mella expressis fauis. Ouid. 4. Fast. 30.

Liquentia mella stipant apes. Virg. 1. Aen. 88.

Liuentia mella ueneno. Valer. 1. Argon. 13.

Pressa puris mella condit amphoris. Horat. Epod. 2. 3.

Purissima mella. Virg. 4. Georg. 33.

Redolentia mella flore thymi. Ouid. 15. Metam. 16.

Reperta à Baccho mella. Ouid. 3. Fast. 148.

Roscida mella. Virg. 4. eclog. 7.

Spumantia mella cogere pressis fauis. Virgilius quarto Georgic. 28.

Tenacia mella figunt. Virg. 4. Georg. 12.

Generandi gloria mellis. Virg. 4. Georg. 41.

Poetica mella. Horat. 1. epist. 20. 9.

Musæum dulce mel. Lucret. lib. 4. 5.

Mel, pro eloquentia, seu dicendi suauitate. Ouid. ad Pisonem,

Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.

Mel meum, Blandientis uox: quemadmodum est, Meum suauiū. Plaut. Curcul. 4. 8.

¶ Melliculum, melliculi, pen. cor. (μελίτιον) Dimin. blanditiis. Plaut. Casina, 21. 15,

Meum corculum, melliculum, uerculum. Idem Curcul. 2. 11.

¶ Mellillus, mellilla, mellillum (μελιτίδιον) Diminut. alterum, similiter blandientis. Plaut. Casina, 3. 45,

Mea uita, mea mellilla, mea festiuitas.

¶ Mellarius, Adiect. Quod ad mel pertinet. Plin. lib. 21. cap. 14. 4, Vasa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt: hæc etiam apiaria dicuntur.

¶ Mellarius, Substant. (μελιτουργὸς) Qui mellis opus exercet. Varro libro 3. de Re rust. cap. 16. 13, Ad extrema, qua mellarij fauum eximere possint, opercula imponunt alueis.

¶ Mellarium, Substant. (μελιτών) Vbi apes nutriuntur. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 26. 9, Mellitonas ita facere oportet, quos alij melitrophia appellant: eandem rem quidam mellaria.

¶ Meliturgus, meliturgi (μελιτουργὸς) Idem quod Mellarius, qui mellaria exercet. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 2, Mutila, ut cætera fecit historicūs, quæ sequi meliturgi soleant, demonstrabit.

¶ Mellatio, mellationis (μελιτοτρύγησις) Mellis uindemia, quum mel eximitur. Plin. lib. 11. cap. 16. 2, Hæc ergo mellatio fine uindemiæ & Vergiliarum occasu. Idem lib. 11. cap. 15. 12, Aestiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet.

¶ Melleus, Adiectiuum (μελίσιος) Quod ex melle est, uel mellis quantitatem refert ipso gustu: ut, Melleus sapor, apud Plinium libro 15. capite 14. Et libro 11. capite 16. 7, Fex statim mellei coloris. Et lib. 21. cap. 14. 5, Melleus odor.

Melleus, aliquando pro Dulci accipitur: ut, Vox mellea.

¶ Mellitus, pen. prod. Adiectiuum (μελιτωτὸς) Quod est melle conditum. Plin. lib. 36. cap. 19, Mellitites succum remittit dulcē, mellitūq; tusus. Varro 3. de Re rustica cap. 16. 17, Et faui melliti intus ponendi à faucibus longè. Porrò mellita uocantur, cibaria dulciora, melle cōdita, quum luxuria nōdum saccharum materiam ganeæ fecisset. Antiquitùs enim saccharum ad medicinæ duntaxat usum adhibebatur: cuius hac tempestate tam frequens usus est ad gulæ condimenta.

Bellaria mellita. Vide Bellaria.

Placentæ mellitæ. Horat. 1. epist. 10. 3.

Mellitus puer, pro Suaui & iucundo. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 2. Catul. ad Iuuencium, epig. 45. 1,

Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

¶ Mellifluus, Adiectiuum (μελίῤῥυτος) Ex quo fluit mel, uel fluere uidetur: hoc est, Dulce, iucundum: ut, Melliflua oratio.

¶ Mellifer, pen. corr. Adiect. (μελιτοφόρος) Ouid. 10. Metam. Mellifræ apes.

¶ Mellifico, mellificas, penult. corr. (μελιτοποιέω) mellificare, Mel facere. Plin. lib. 11. cap. 18, Alitum quæ in arboribus mellificant.

¶ Mellificus, penult. corrept. Adiectiuum (μελιτοποιὸς) Quod mel facit. Colum. lib. 9, Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant.

Mellificium] mellificij (μελιτουργία) Mellis artificium. Varro de Re rustica, libro tertio, capite 16, Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Col. lib. 9. cap. 12, Apes magis mellificijs, quàm fœtibus student.

Melli-

Digitized by Google

Melligenus] penult. corrept. Adiect. (μελιτογενὴς) Quod est eiusdem generis cum melle. Plinius libro 16. cap. 7. 2, Ferț & aliam inutilem pilulam cum capillo, uerno tamen tempore melligeni succi. hoc est, eiusdem succi, cuius est mel ipsum.

¶ Mellina, mellinæ, fœm. gen. Potio est confecta adiecto melle. Plaut. Epidico,

Nisi si in uidulo, aut in mellina attulisti. id est, nisi si in scortea eum habes mantica, aut in œnophoro, uel lagena mellinæ. ex Turnebo.

Melæna] μελαῖνα Insula est, quæ alio nomine Corcyra appellatur. Stat. 12. Theb. 124,

Icarij, Celeiq; domus, uirideſq; Melænæ.

Melamphyllum] melamphylli (μελάμφυλλον) Species acanthi herbæ, à foliorum nigredine sic dicta, quasi melanophyllum. Plin. lib. 22. cap. 22.

Melampodium] melampodij (μελαμπόδιον) Genus nigri hellebori, à Melampode uate dictũ. Plin. lib. 25. cap. 5. 9.

Melampus] Melampodis, pen. corr. (μελάμπους) fuit, teste Homero lib. Odyssææ 15. filius Amythaonis ex patria Argo. Stat. lib. 3. Thebaid. 91, —Amythaone cretus,

Ium senior, sed mente uirens Phœboq; Melampus

Assocĭat. Dicitur etiam fuisse medicus illustris, & filias Prœti sanauisse helleboro. Virgilius 3. Georg. 110,

Quæsitæq; nocent artes: cessere magistri

Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.

Melampus, nomen canis apud Ouid. 3. Metam. 41. Dicti sic. παρὰ τὸ μέλανας ἴσχειν τοὺς πόδας, quòd nigros habeat pedes. Ouid. 3. Metam. 42,

—primusq; Melampus Ichnobatesq; sagax latratu signa dederunt.

Melampygus] Lapis in Thermopylarum monte, legitur apud Herodotum historia 7. ubi desiuit Anopæa uia, qua grassantes Persæ Pylus occuparunt; Epialte duce.

Melampygus] a, um. Vide Passalus.

Melancholia] melancholiæ (μελαγχολίας) Latinè dicitur atra bilis, quæ sæpe in furorem agit homines. Cic. 3. Tuscul. 18, Græci uolunt illi quidem, sed parum ualent uerbo, quẽ nos furorem, μελαγχολίαν ipsi uocant: quasi uerò atra bili solùm mens, ac non sæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur.

¶ Melancholicus, penult. corr. Adiectiuum (μελαγχολικὸς) Qui atra bile plurimum abundat. Cic. 1. Tusc. 126, Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse. Idem 1. de Diuin. 139.

Melanchlæni] μελάγχλαινοι, Scythiæ populi, à nigris uestibus quas ferunt, ita nominati Stephano.

Melancoryphus] melancoryphi, penult. corr. (μελανόκορυφος) Auis quæ & ficedula dicitur: sed ficedula nomen habet, potissimùm Autumno, ab edendis ficis. alijs temporibus melancoryphus, quòd κορυφὴν μέλαν, hoc est uerticem nigrum habeat, Latinè atricapillam dicere possumus: mutat enim formã et colorẽ. Plin. lib. 37. ca. 8. 6.

Melandryum] μελάνδρυον, Genus herbæ. Plin. lib. 26. cap. 7. 7. Martial. lib. 3. 35,

Teq; iuuant gerres, & pelle melandrya cana.

Melanes] uel Nigri montes (μέλανες ὄρη) iuxta deserta Arabiæ. Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ: Sur desertũ Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

Melania] melaniæ, pen. corr. fœminini generis, Idem quod Nigritia seu nigredo. Plin. lib. 24. cap. 8. 1, Et lentiginem et carcinomata, melanias quoque ueteres addito melle emendant. Meminit etiam Hermolaus.

Melaneus] penult. corr. trisyllabum, Nomen canis apud Ouid. 3. Metamorphoseos,

Harpalos & Melaneus, hirsutaq; corpore Lachne.

Melanteria] riæ. Scribonius Largus, Melanteria, quæ creta sutoria dicitur, qua ligulæ calceolorum demigrantur. De la pierre noire.

Melanthia] teste Aristarcho in 10. Odyss. Homeri, filia fuit Deucalionis ex Pyrrha.

Melanthium] melanthij (μελάνθιον) Herba, quæ uulgò Nigella appellatur, à seminis nigredine: unde etiam Græcis melaspermon appellatum est. Plinius lib. 20. cap. 17. 7, Gith ex Græcis alij melanthion, alij melaspermon uocant: optimum quàm excitatissimi odoris, & quàm nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum.

Melanthius] Nomen uiri: qui quum Gorgiæ inimicus esset, dixit, Hic nobis de concordia præcepit, qui tres in una domo concordare non potuit.

Melanthius item, Nomen est uiri Troiani, quem Eurypilus in bello Troiano interemit, ut scribit Homerus. Alius eiusdem nominis pastor est apud Theocritum. Alius item pictor fuit, cura pingendi præcipuus. Author Quintil. lib. 12. cap. 10.

Melanthus] Vnus eorum quos in Delphines mutauit Bacchus. Ouid. 3. Metamorph.

Melanurus] melanuri, pen. prod. (μελάνουρος) Piscis sic dictus, quòd nigricantem caudam habeat, & inter saxatiles numeratur. Ennius,

Melanurum, turdum, merulam, timbramq; marinam.

Vbi primam produxit, penultimam corripuit: quum tamen Græcè scribatur μελανοῦρος. Proinde rectius Lippius in 3. Oppianici,

Haud facili parua melanurus fallitur arte. Plinius lib. 32. cap. 2. 7. Vide Cælium libro 25. cap. ultimo.

Melapium] melapij (μηλοσίλιον) Malum maius est appijs. Plinius libro 15. cap. 14. 4. Cætera è causis traxêre nomen: germanitatis cohærentia, & gemella, nunquam singula in fœtu, coloris serica, cognationis melapia. Neque enim accipiendum est melappia (sic enim ferè in omnibus exemplaribus legitur) cognationis nomen à gente uel familia Appiorum accepisse, sed à cognatione; quam ea ipsa mala cum pyris habent. πυρὸς enim pyrum est Græcis, μῆλον malum siue pomum. Quod autem Plinius ipse non aliter quàm melapia scripserit; & ut dico acceperit, ex eo manifestum est, quòd paulo antè Appianorum malorum mentionem fecit, quæ ex Appio è claudia gente sunt cognominata, & melapiorum nomen non ex gente, sed ex causa cognationis tractum esse ait.

Melas] μέλας, Multorum fluuiorũ nomen est. Nam unũ esse in Mygdonia ostendere uidetur Ouid. 2. Metam. 50,

Mygdoniusq; Melas. Alium in Sicilia describit Ouidius lib. 4. Fast. Sacratumq; Melam pascua læta boum.

Melas] melanos, masc. g. Vitiliginis species. Vide Alphos.

Melę] μέλη, Nominatiuus plur. Græcus, à μέλος, idẽ quod carmina & modulationes. Lucret. lib. 2. 83, —æquè

Ac musæa mele per chordas, organici quæ

Nobilibus digitis expergefacta figurant.

Cyngra mele. Lucret. lib. 2. 102.

Meleager] uel Meleagrus, penul. corr. (μελέαγρος) Tydei frater fuit, Oenei filius, qui quum aprũ Calydonium interfecisset, eiusq; pellem & caput Atalantæ amicæ suæ donauisset, Thestiadæ eius auunculi utrunq; illi ademerunt. Quæ

re cognita, ille eos interfecit. Althæa Meleagri mater ob fratrum suorum cædem filio irata, eum execrata est, eiq; interitum exoptauit. Quum Calydon postea à Curetibus oppugnaretur, neq; iam Calydonij impetum hostium sustinerent, Meleager neque patris, neque matris iam placatæ rogatu opem ferre patriæ voluit. Flexus tandem, & victus Cleopatræ uxoris precibus, hostes à mœnibus Calydonis propulsauit. Althæa autem odio renouato, facem ei à Parcis donatam, inflammauit. Vide Homerum lib. 1. Iliad. & Ouid. lib. 8. Metamorph.

Meleagræa] Calydon urbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit. Sipontinus.

Meleagrides] penult. correp. (μελεάγριδες) Gallinæ Africæ. Plin. libro 10. cap. 26, Simili modo pugnant meleagrides in Bœotica Africæ: hoc est, gallinarũ genus gibberum, uarijs sparsum plumis, quæ nouissimæ sunt peregrinarum auium, in mensas receptæ propter ingratum uirus. Verùm Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Colum. lib. 8. cap. 2. 2.

Meleſigenes] pen. corr. Nomẽ proprium fuit Homeri poetæ, qui propter cæcitatem Homerus est appellatus: ut suprà scripsimus.

Melia] μελία, A' Græcis dicitur arbor, quam Latini fraxinum uocant. Vide Ruell. lib. 1. cap. 82. Est & Melia Cariæ oppidum, apud Hecatæum. lib. 1. Genealog.

Melia terra] μελίαγῆ, Terræ genus est Eretriæ cinereæ non dissimile, quod digitis confricatum stridorem reddit trito pumici similem. Vires habet in medicina easdem ferè cum alumine, paulò tamen ignauiores. Pictoribus etiam usui est, ad diuturniorem colorum firmitatem. Plinius Melinum uocat, nomine deducto à melo, insula una Sporadum, unde aduehi solet.

Melibœa] μελίβοια, Vrbs est litoralis Magnesiæ, propinqua Thessaliæ, ut testis est Herodotus lib. 6. Fuit etiã patria Philoctetæ, dicente Lucano lib. 6. 71,

—precioq; nefandæ
Lampados, Herculeis fortis Melibœa pharetris.

Fulgens Melibœa purpura. Lucret. lib. 2. 101.

¶ Melibœus, Adiect. Vnde Purpura Mœlibœa, hoc est, Melibœensis, ait Seruius.

Meliceris] pen. prod. meliceridis, f. g. uel Meliceria, meliceriæ (μελιηρὶς) à cera & melle nomen accepit. Tuberculũ mellis crassitudine in cubitis & genibus: interdum quoque alijs partibus, & in ore ipso, et in capite: quod ita nominatur, quia humor in eo melli similis includitur, nec pressum remittitur, ut id quod gangilion siue ganglion appellant in eadem parte, sed molle cedensq;. Plin. lib. 20. cap. 21. 11, Radice meliceridas & lepras curant. Idem lib. 21. cap. 20. 13, Et contra meliceridas efficax. Sunt qui scribunt, melliceris. Vide Celsum lib. 5.

Melicerta] μελικέρτης, Filius Athamantis & Inus: cum quo mater, quum uideret Athamanta, regem Thebarum maritum furentem, in mare se præcipitem dedit: & postquam in numina sunt cõmutati, Græcè Leucothea & Palæmon sunt appellati: Latinè Portunus, & mater Matuta. Author Seruius apud Virgilium 1. Georg. 88.

Votaq; seruati soluent in littore nautæ,
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Fabulam describit Ouid. 6. Fast. 99.

Melichros] penult. corrept. Lapis modò niger, modò flauus, à mellis colore uocatus. Plinius libro 37. capite 11.

Melichrysis] penult. prod. Gemma, quæ ex India mittitur, quasi per aurum sincero melle translucens. Plin. libro 37. cap. 9.

Melicus] penult. corr. (μελικὸς) Adiect. à μέλος, Idem quod Musicus. Vnde poetæ lyrici, melici dicti sunt. Ausonius,

Tu melicos, lyricosq; modos. Cicero de Opt. genere Orator. 141, Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam ac dithyrambici, &c.

Melicum] ab imperito uulgo dicitur gallinarum genus, quod medicum dici debet, teste Columella libro 8. cap. 2. his uerbis. Præcipuè Tanagricum genus & Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum & medicum, quod ab imperito uulgo litera mutata melicum appellatur: nobis nostrum uernaculum maximè placet.

Meligene] penult. corrept. Ptolemæo libro 2. capite 17, Melytusa Polybio dicitur, quàm nos Melitem insulam uocamus, ad mare Adriaticum, ante Dalmatiam sita.

Meligunis] μελιγουνὶς, Insula est Siciliæ adiacens, una ex Aeolijs, quæ notiore nomine Lipara dicitur. Plinius libro 3. cap. 9.

Melilotos] penult. prod. fœm. gen. (μελίλωτος) Herba quam Columella Sertulam Campanam appellat, quòd in Serta urbe Campaniæ frequentissima sit. Plinius lib. 21. cap. 11. 3, Melilotos ubique nascitur. Laudatissima tamen in Attica.

Melimeli] melimelis, pen. corr. n. g. (μελομέλι) Sapor mali Cydonij ita conditi, ut melli quiddã simile referre uideatur. Colum. lib. 12. cap. 45. 2.

Melimelum] melimeli, penult. prod. (μελίμηλον) Dicitur pomum musteum, siue dulce, quasi mel pomum. nam μέλι Græcis dicitur mel, & μῆλον malũ, quòd mellis saporem habeat. Plinius musteum à celeritate nascendi denominatum dicit, lib. 15. cap. 14. 4. Mustea, à celeritate mitescendi: quæ nunc melimela dicuntur, à sapore melleo. Orbiculata à figura orbis in rotunditatem circumacti. Martial. libro 7. 24,

Infanti melimela dato, fatuasq; marisca. Plinius lib. 23. cap. 6. 4.

Melimela rubere. Horat. 2. Serm. Satyr. 81,

Post hæc me docuit melimela rubere minorem
Ad Lunam delecta.

Melinum] melini, Apiastrum uocat Varro de Re rustica, lib. 3. cap. 16, his uerbis, Et ortum habuisse, ac reliquum thymo & cythiso obscuisse & apiastro: quod alij melipbyllon, alij melissophyllon, quidam melinum appellant.

Melinum] μήλινον ἔλαιον, Oleum ex flore malorum. Plin. lib. 23. cap. 6. 3, Fit & oleum ex his, quod melinum uocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo utilissima, quæ ex Sicilia ueniunt.

Melinum, Vnguentum. Plin. lib. 13. cap. 1. 4, Postea eodem loco prælatum est melinum, Cyprinum in Cypro.

Melinum, Coloris candidissimi species. Plin. lib. 35. cap. 6, Melinum candidum & ipsum est, optimum in Melo insula. in Samo quoq; nascitur: sed eo non utuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plautus Mostel. 4. 106. Quidam uolunt esse colorem medium inter album & fuscum, qui dicitur giluus.

¶ Melina, melinæ, ὑδρὸς χέος, Genus uestis apud Plautum in Epidico, 2. 21,

—ubi ergo est? nisi si in uidulo,

Aut

*Aut si in melina attuliſti. Eſt item genus tibiæ acutiſſimi ſoni: ut Feſtus ait.*

**Melior, Meliuſculus, Melioreſco, Melioro]** *Vide* Bonus.

**Meliphyllon]** μελίφυλλον, *Nomen herbæ. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 16, Reliquum thymo & cythiſo obſeuiſſe, & apiaſtro, quod alij μελίφυλλον, alij μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. Virg. 4. Georgic. 13.*

*Trita meliphylla, & cerynthe ignobile gramen.* *Vide* Meliſſophyllum.

**Melipontus]** *Adiectiuum, ut Melipontus funis. Cato cap. 68. Vbi legitur & medipontus. Vide ſuo loco.*

**Melis]** *huius melis, f. g. (μέλις) Animal quod & taxo, ſiue taxus dicitur, quòd ſit mellis auidiſſimũ, & aluearibus ſemper infeſtum, in cauernis uiuens, aſperum, mordaxq; magnitudine uulpis, colore felis: ex cuius pelle pharetras & canum collaria obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38. 2. Varro 3. de Re ruſt. cap. 12. 3, Alterúmne felis, aut melis, aliáue quæ beſtia intrare poſſit.*

**Meliſſa]** *Vide* Meliſſus.

**Meliſſophyllum]** *meliſſophylli (μελισσόφυλλον) Plin. lib. 20. cap. 11. 4. Apiaſtrũ Hyginus quidẽ meliſſophyllon appellat: ſed in confeſſa damnatione eſt uenenatum in Sardinia. Virgilius per ſyncopam dixit, 4. Georgic. 13.*

*Trita meliphylla.*

**Meliſſus]** μέλισσος, *Fuit rex Cretenſis antiquiſſimus, qui, ut ſcribit Lactantius Inſtitutionum lib. 1. primus dijs ſacrificauit, habuitq; filias Amaltheam & Meliſſam, quæ Iouem puerum caprino lacte ac melle aluerunt, unde Meliſſa apes dicta fuit: & Amalthea capræ eiuſdem nomẽ accepit. Colum. lib. 9. cap. 2. 2, Nec ſanè ruſtico dignum eſt ſciſcitari, ſuitne mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa, quã Iupiter in apẽ conuertit. Vnde & apes Græcis μέλιτται dicuntur. Fuit itẽ Meliſſus grammaticus muneri datus Mecœnati, ac manumiſſus ab eo. Author Tranquillus. Meliſſus præterea Samius, Parmenidis auditor, Philoſophus ciuibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit, Rempublicam adminiſtrauit, cloßiq; in bello præfuit, ut refert Apollodorus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6,*

*Et tua cum ſocco Muſa Meliſſe leuis. Fuit & alter Meliſſus, Helius nomine, ſummi quidem loci inter Grammaticos ſui temporis, Romæ, ſed maiore in litteris iactantia quã opera. Meminit Gellius lib. 18. cap. 6.*

**Melite]** *Melites, ſiue Melita, Melitæ, pen. corr. (μελίτη) Inſula inter Italiam Epirumq; poſita, & (ut ſcribit Strabo) ante Pachynum ſita. Cic. 6. Verr. 91, Melita inſula ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoq; diſiuncta: in qua eodem nomine oppidum. Vnde Melitæi canes, paruuli, olim in delitijs fœminarum. De hac Ouid. 3. Faſtorum, 114, Fertilis eſt Melite. Eſt & urbs hoc nomine Carthaginienſium colonia. Diodorus refert in Melita inſula pretioſam tenuitate ac mollitie telã fieri. Cic. 4. Verr. 127, Veſtem Melitenſem nominauit.*

¶ *Melitæus, & Melitenſis, Adiect. (μελιταῖος) ut, Canes Melitæi & Melitenſes. Plin. lib. 30. cap. 5. 6, Melitenſem roſam commendat Cic. 7. Verr. 22.*

*Catuli Melitæi. Plin. lib. 3. cap. ult.*

**Melites]** *Gemma eſt mali coloris, ut inquit Plin. lib. 31. cap. 11.*

**Melitites]** *pen. prod. Plin. lib. 36. cap. 19, Melitites lapis ſuccum remittit dulcem, mellitumq; tuſus.*

¶ *Melitites, melituis, pen. prod. m. g. (μελιτίτης) Potio ex muſto & melle facta, authore Plinio, lib. 22. cap. 24. 8.*

**Melitton]** *melittonis, pen. prod. m. g. (μελιττῶν) Vbi apes nutriuntur. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 16, μελιττῶνας ita facere oportet: quos alij μελιττοτρόφια appellant, eandẽ rem quidam mellaria.*

**Melitturgus]** *Vide* Mel.

**Melium]** *μήλιον, herba eſt in aquis naſcens, & locis uliginoſis, ſemen habens lini ſemini non diſſimile, aliquanto tamen maius & firmius, & præ lęuore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioſcorid. lib. 3.*

**Melius]** *Comparatiuum à Bene, & Meliuſcule. Vide* Bene, *in* Bonus.

**Melizandrus]** *Mileſius, Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit, ut eſt author Aelianus de uaria hiſtoria.*

**Mella]** *μέλλα, Fluuius Galliæ eſt, iuxta quem Amello herba frequens naſcitur. Seruius Blondus in Italia illuſtrata, Brixiam, inquit præterlabitur fluuius Mella. Quod etiam teſtatur Catull. in epigr. ad Ianuam his uerbis,*

*Flauus quam molli percurrit flumine Mella,*
*Brixia Veronæ mater amata meæ.*

*Flumina curua Mellæ. Virg. 4. Georg. 56.*

¶ *Mella, mellæ, f. g. Aqua è melle ſic fieri ſolita, uel potius è ceris quibus adhuc nonnihil mellis adhæreſcebat. Quum ſecundarium mel de fauis erat exceptum, ceræ ſtatim minutè reſoluebantur ac rumpebantur, & aqua fontana uel cæleſti macerabantur. Expreſſa deinde aqua colabatur, & in uas plumbeum defuſa decoquebatur, omniſq; ſpurcitia cum ſpumis eximebatur. quæ decocta, quum tã craſſa eſſet quàm defrutum, refrigebatur: & bene picatis lagenis condebatur. Hac mella quidam pro aqua mulſa utebantur, nonnulli etiam pro defruto in condituras oliuarum. Author Columella lib. 12. cap. 11. Erat igitur mella uelut ablutio cerarum aliquid mellis adhuc habentium, aqua uerò mulſa ex optimo melle fiebat, ut idem author ſcribit capite proximo.*

**Mellaria]** *Vrbs Hiſpaniæ Beticæ, patria Pomponij Melæ, ut ipſe teſtatur lib. 2. cap. 6. ſub finem. Oliuarius dicit Mellariam hodie non extare.*

**Mellarium, Mellarius, & Mellatio]** *Vide* Mel.

**Melliceris]** *Vide* Meliceris: *nam unicol ſcribi debet.*

**Mellificatio, Mellificor, Mellifico, Mellitus]** *Vide* Mel.

**Melligo]** *pen. prod. melliginis, f. g. (μέλιγμα) Succus è lacrymis arborum, ſiue florum, quem apes deuorant, quemq; poſtea ad alueos regreſſæ euomunt, operandoq; componũt. Plin. lib. 11. cap. 6. 2.*

*Melligo etiam, pro quocunque ſucco floreſcentis fructus adhuc, atque immaturi. Plin. lib. 12. cap. 27. 4, In prima lanugine demetitur uua, eiuſq; melligo. Reliquum corpus ſole coquitur.*

**Mellonia]** *uel Melona, Mellis dea à Romanis putabatur.*

**Melo]** *Fluuius, qui & Nilus & Gehon appellatus eſt. Auſonius in ænigmate.*

**Meloboſis]** *penult. correp. Nympha eſt: ſic dicta ab ouibus paſcendis, teſte Heſiodo in Theogonia.*

**Melocabus]** μηλόκαβος, *Germaniæ urbs apud Ptolæmeũ lib. 2. cap. 11. Vulgò Choburgk.*

**Melocarpus]** μηλόκαρπος, *Herba eſt quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſcorid. libro 3. capite 4.*

**Melodes, Melodia]** *Vide* Melos.

**Meloeſſa]** *Inſula ex Syrenis una, non tam à pomorum, quàm à pecoris abundantia dicta. Vide Plinium libro 3. cap. 10.*

**Melomeli]** μηλόμελι, *à Colum. lib. 12. cap. 45. 3. uocatur, quũ mala maturiſſima, integra, ſine macula in lagena in mel-*

*le ſub-*

le submergũtur. Sed rectius legitur melimeli. Vide suo loco.

Melones] dicũtur à Palladio genus peponis, quod alijs melopepo appellatur, quasi pepocydonius, uel cotoneus, quòd mali sydonij figuram habeat. dicitur enim ἀπὸ τοῦ μήλου: hoc est à pomo uel malo, quod absolutè Græcis malum cotoneum significat.

Melopepones] μηλοπέπονες, Fructus sunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, sed humi rotundantur, & odorem iucundissimum habent, ubi maturuere. Palladius Melones uocat. Vide Ruell. lib. 1.

Melos] n. g. (μέλος) indeclinabile, Cantus suauitas, uel dulcis modulatio. Pers. in Prolog. 3, Cãtare credas Pegaseũ melos. Sic Calepinus. Græci autem, quorum hæc est dictio, τὸ μέλος, τοῦ μέλεος, τῷ μέλει, τῷ μέλη. Lactãtius Firmianus declinationem Latinam formauit, Hoc melos, huius meli, &c. apud quẽ ablatiuus melo, in carmine de Christi resurrectione, legitur, Fitq; repercusso dulcior aula melo. Melos, inquit Budæus, ad flexum uocis pertinet, constat enim canore ac sonis: rhythmus uerò modulatione, pertinet enim ad corporis gestum & collocationem uerborum, ut docet Quintil. lib. 1. Instit. de musica loquens.

Longum melos. Horat. 3. Carm. ode 4. 1.

Mele] μέλη, Nominatiuus plur. Græcus à μέλος, idem quod carmina & modulationes. Lucretius lib. 2. —æquè
Ac musæa mele per chordas, organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Cygnea mele. Lucret. lib. 2.

¶ Melodia, melodiæ (μελῳδία) Dulcis cantus, siue melleus.

¶ Melodes, pen. prod. (μελῴδης) Qui dulcia carmina cantat, Sidonius, Proculus melodes insonare pulsibus.

Melicus] pen. corr. (μελικὸς) Adiectiuum, à μέλος, idem quod musicus. Vnde poetæ lyrici, melici dicti sunt. Ausonius,
Tu melicos lyricosq; modos. Cicero de Optimo genere Orat. Poematis enim tragici, comici, epici, melici, etiam ac dithyrambici, &c.

Melos] Insula inter Cycladas Pomponio numeratur, lib. 2. Nunc uulgò Mil. alijs Milo.

Melota] Melotæ, pen. prod. f. g. Pellis ouilla: sed non tam pellem ouis significat, quàm exuuium, hoc est, pellem corpori detractam unà cum lana. Erastus in epist. ad Hebræos, capite 11. De Melota uide Gesnerum, pag. 279.

Melothrum] μέλωθρον, Herba est, quæ alio nomine ἄμπελος λευκὴ, hoc est, uitis alba appellatur. De hac Dioscorid. lib. 4.

Melpomene] pen. corr. (μελπομένη) una Musarum, Vide in dictione Musæ. Horat. 1. Carm. ode 24. 1,
—præcipe lugubres
Cantiũs Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit. μέλπω idem significat quod Canto, celebro.

Membliarus] μεμβλίαρος, Insula est maris Aegei, una Sporadum, non procul à Thera & Anaphe. Plinius libro 4. cap. 12.

Membrum] membri (κῶλον, μέλος, ἄρθρον, γύον) Sponti-nus, Artus à membris ita distinguuntur, quòd artus dicimus ossa cum neruis & uenis: membra autem propriè uocamus carnem artus tegentem. Vnde membrana, superior membri pars, hoc est, pellis ipsa appellabatur. Silius libro 2. 94,
—& uenis malè iuncta trementibus ossa
Extant consumptis uisu deformia membris. Quædam exemplaria legunt, neruis.

Membrum, etiam pro singulis corporis partibus ponitur. Cicero 3. de Finibus, 29. Iam membrorum, id est, partium corporis alia uidentur propter eorum usum à natura esse donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatũ, ut cauda pauoni.

Iners membris. Vide Iners.

Artus magni membrorum. Virg. 5. Aeneid. 85.

Flexus membrorum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 17.

Grauitas membrorum. Lucret. lib. 3. 97.

Abalienata membra. Vide Abalieno.

Accommoda bellis membra. Stat. 4. Syl. 4. 13.

Aegra membra. Ouid. epist. 20. 38.

Aualsa membra. Virg. 9. Aeneid. 99.

Cæsa membra. Ouid. 6. Metam. 82.

Candida membra. Ouid. 2. Metam. 122.

Curua membra. Ouid. 3. Metam. 56.

Debilia membra. Silius lib. 10. 79.

Direpta membra manibus. Ouid. 3. Metam. 147.

Discerpta membra gruis. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18.

Dissecta membra laceri corporis. Senec. Hippol. 12. 20.

Exanguia membra. Silius lib. 7. 137.

Exilia membra. Ouid. 5. Metam. 87.

Fessa membra diurnis ministerijs. Ouid. 4. Metam. 43.

Hispida membra. Iuuenalis Satyr. 2. 2.

Immania membra. Ouid. 12. Metam. 102.

Implicita membra. Lucan. lib. 3. 138.

Liquefacta membra. Silius lib. 1. 36.

Muliebribus membris puer. Lucretius libro 4. 212. Id est, puer tener.

Procera membra. Silius lib. 16. 71.

Rigentia membra fugiente uita. Lucan. lib. 2. 5.

Saucia membra. Ouid. 2. Metam. 131.

Squalida membra. Lucret. lib. 5. 191.

Tenera membra. Lucret. lib. 4. 222.

Truncata membra. Claud. de bello Get. 53.

Turpia membra udo fimo. Virg. 5. Aeneid. 72.

Valida ac iuuenalia membra. Iuuenalis Satyr. 11. 1.

Velocia membra. Silius lib. 17. 109.

Vieta membra. Horat. Epod. 12. 2.

Viuida membra. Silius lib. 7. 13.

Lassata membra abluere. Ouid. 6. Metam. 71.

Abscindere membra. Lucret. lib. 3. 29.

Languida membra cadunt. Ouid. epist. 20. 32.

Captus membris. Vide Capio.

Componere membra. Vide Compono.

Defessa componere membra. Virg. 4. Georg. 88.

Correpunt membra pauore. Lucret. lib. 5. 245.

Viua membra dilaniat. Ouid. 6. Metam. 129.

Dissoluuntur membra, fluuntq; . Lucretius libro 4. 186. de somno.

Diuidi à membris suis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 8.

Curata membra dare sopori. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 17.

Placidam membris dat cura quietem. Virgilius 4. Aeneidos 1.

Durare membra in duro opere. Lucret. lib. 5. 273.

Erigere membra cubili. Silius lib. 7. 58.

Pauor membra excutit. Senec. Thyeste, 1. 1.

Expressus membris infans. Quintil. lib. 2. cap. 4 5.

Irrigare quietem per membra. Virg. 1. Aeneid. 140.

Languescunt membra. Lucret. lib. 4. 194.

Laxare membra quiete. Virg. 5. Aeneid. 168.

Leuare membra baculo. Ouid. 8. Metam. 140.

Luxuriant membra. Ouid. 7. Metam. 59.

Membra madent uino. Vide Madeo.



Digitized by Google

*Mollia membra mouere.* Lucret. lib. 4. 298.
*Inaruata membra posuere solo.* Ouid. 6. Metam. 4.
*Horror membra quatit.* Virg. 3. Aeneid. 6.
*Genitalia membra recidere.* Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 1.
*Soluuntur frigore membra.* Virg. 12. Aeneid. 191.
*Soluta languore membra.* Ouid. 11. Metam. 123.
*Valens membris.* Virg. 5. Aeneid. 87.
*Lues tabida uenit membris.* Virg. 3. Aeneid. 28.
*Vigor habilis uenit membris.* Virg. 4. Georg. 84.
¶ *Dicuntur & membra in statuis: ut,*
*Fundere membra statuæ.* Quintil. lib. 2. cap. 1. 9.
*Membrum, in oratione, Est (inquit Valla) sensus numeris con clusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens* Vide authorem ad Herenn. lib. 4. 173. Cicer. in Orat. 122, *Quum Græci κόμματα & κῶλα nominent, nos non rectè incisa & membra dicamus.* Idem 1. Verr. 24, *Quid quam accusationis tuæ membra diuidere cœperit, et in digitis suis singulas partes causæ constituere?*
*Membrum dormitorium dixit* Plin. lib. 2. epist. 17, *Adhæret dormitorium membrũ transitu interiacente. Id est, pars domus, quieti corporum dicata.* Plin. lib. 5, *Dormitorium cubiculum uocat. Quin & partem domus* Columella cũ Apuleio *membrum nominãt.* Et Vlpianus de manumissionibus, *Quæri, inquit, potest, si fabris duobus uel pictoribus templum, uel membrum depictum esset.*
¶ *Membrosus*, pen. prod. Vnde comparatiuum
*Membrosior, id est, mentulatior.*
¶ *Membratim*, pen. prod. Aduerb. (κατὰ κῶλα, μιλιστὶ) Per singula membra. Plin. lib. 9. cap. 15. 4. *Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine commendantur.*
*Mẽbratim tractare aliquid.* Plin. lib. 11. cap. 37. 1. Cic. in Partit. 67, *Narratio autẽ accusatoris erit, quasi membratim gesti negocij suspiciosa explicatio.*
*Generatim & Mebratim, contraria.* Plin. lib. 25. cap. 11. 1.
*Sensum uitalem membratim deperdere.* Lucret. lib. 3. 107.
*Incisè & membratim dicere.* Cic. in Orat. 123.
*Membratim & cæsim.* Quintil. lib. 9. cap. 4.
¶ *Membrana*, pen. prod. (ὑμὴν) Pellis quæ artus tegit, ut superius dictum est. Cic. 2. de Nat. deor. 213, *Quæ primum oculos membranis tenuissimis uestiuit & sepsit.* Plin. libro 9. cap. 29. 4.
*Squamea membrana chelydri.* Ouid. 7. Metam. 55.
*Mẽbranas mittunt uituli de corpore summo.* Lucret. lib. 4. 12.
*Membrana ligni.* Plin. lib. 16. cap. 14. 1. de tilia, *Inter corticẽ & lignum tenues tunicas multiplici membrana.*
*Violare membranam.* Celsus lib. 8. cap. 3.
*Membrana*, Charta pergamena, *è pellibus animantium concinnata.* Plin. lib. 13. cap. 11. 4, *Mox æmulatione circa bibliothecas rerum* Ptolemæi & Eumenis, *supprimente chartas* Ptolemæo, *idem* Varro *membranas* Pergami *tradidit repertas.* Quintil. lib. 10. cap. 3. Martial. lib. 1. 33,

Hos eme quos arctat breuibus membrana tabellis. Horat. de Arte, 79,

*Membranis intus positis delere licebit*
*Quod non ediderís.*

*Bicolor membrana.* Persius Satyr. 3. 1.
*Consecare in tenues membranas.* Vide Conseco.
*Directa plumbo membrana.* Catul. ad Varum, epigr. 19. 2.
*Lutea mẽbrana niueũ inuoluat libellũ.* Tibull. libro 3. eleg. 1. 2.
*Membrana pro* Superficie, figura, & simulacro aliquo rerũ: *ut, Membrana fumi, coloris, &c.* Lucret. lib. 4. 18,

*At contrà, tenuis summi membrana coloris*
*Quũ iacitur, nihil est qd'eã discerpere possit, &c.* Ibid. 10.

¶ *Membranula*, pen. corr. Diminutiuum (ὑμένιον) Cicero ad Atticum, lib. 4. 73. 2, *Iisq; imperes, ut sumant membranulã ex qua indices fiant.*
¶ *Membranaceus*, Adiect. (ὑμενώδης) *Quod similitudinem membranæ habet.* Plin. libro 16. cap. 31. 1, *Quibusdam cortex membranaceus, ut uiti.* Idem libro 10. capit. 61. 1, *Volucrum animal parit uespertilio tantum, cui & membranaceæ pinnæ uni.*
¶ *Membraneus*, Aliud adiect. (ὑμενώδης) *Quod ex membranis est.* Vlpianus de legat. 3. l. librorum appellatione. *Quod si in codicibus sint membraneis, uel chartaceis, uel etiam eboreis.*
¶ *Membrari*, (μιλεῖσθαι) Per membra formari: quo uerbo utitur Censorinus.
¶ *Membratura, membraturæ*, pen. prod. (μιλοτεσία) Membrorum compositio.
Meme] Accusatiuus geminatus, maioris uehementiæ gratia, ab Ego primitiuo. Virg. 9. Aeneid. 86,

Meme, adsum qui feci, in me conuertite ferrum
O' Rutuli. Vbi Seruius, *Meme, subaudi, interficite: & est interrupta elocutio dolore turbati.* Idem 12. Aeneid. 53,

— *meme duce ferrum* Corripite ô Rutuli, *&c.*

Memecylos] μιμέκυλος, Species est arbuti. Plin. lib. 15. cap. 24, *de unedone loquens, Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci Comaron, & Memecylon, ex quo apparet totidem esse genera apud nos.* Vide Dioscoridem lib. 1.
Memet] Pronomen compositum, pro Meipsum. Plaut. Capt. 7. 69. *Nec me secus unquam ei facturum quicquam, quàm memet mihi.* Idẽ Cistel. 10. 26, *Sed nunc ego memet moror.*
Memini] penul. corr. (μέμνημαι, ἀνάμέμνημαι) Verbũ defectiuum *in præterito tantum coniugatur, & temporibus à præterito formatis, præter hæc habet etiam in imperatiuo, memento, mementote*, penul. prod.
Memini, A' Meno antiquo uerbo fit, quo ueteres usi sunt pro Recordor, & in mentẽ reuoco. Quamuis sit præteritũ hoc uerbum, *in præsenti tamen ferè semper accipitur, teste* Valla in Raudensem. Plaut. Persa, 5. 8.

—*potin' ne moneas? memini & scio,*
*Et calleo, & commemini.* Terent. And. 5. 5. 13,

*Facturum quæ uoles scio esse omnia.* P. *memini.* Cicero pro Quintio, 32, *Memini uetus est, de scurra multò facilius diuitem quàm patremfamiliãs fieri posse.*
*Bene memini.* Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 14.
*Maximè memini.* Vide Magis.
*Libentius meminit illud.* Horat. 2. epist. 1. 53.
*Longissimè memini.* Vide Longus.
*Memoriter meminit.* Vide Memor.
*Animus meminisse horret.* Virg. 2. Aeneid. 3.
*Doloris pars est meminisse.* Ouid. 9. Metam. 59.
*Meminero*, pen. corr. Plaut. Asin. 3. 105,

*Ibi siquid opus fuerit.* L. *meminero.*

*Memineris unde sit oriundus.* Plaut. Aulul. 20. 6.
*Meministi quantum.* Cic. de Amicitia, 2, *Meministi enim profectò, ut opinor, Attice, &c. quanta esset hominum uel admiratio uel querela.*
*Memini cõprimere.* Plaut. Epid. 11. 13. Terent. And. 2. 5. 18,

*Ego illam uidi uirginẽ, forma bona memini uidere.* Vbi Donatus, *Memini uidere, aut memor sum me uidisse: aut, memini me uidere: hoc est, Intelligo, scio: aut, Memini quòd uiderim. Memini uidere, pro uidisse.* Cic. 6. Verr. 129, *Hoc me memini dicere.* Idem 1. de Legib. 18, *Iuri studere, te memini.* Virg. 9. eclog. 10,

*Cantando puerum memini me condere soles.* Valla in Rauden-

Digitized by Google

Raudenſem, Hic (inquit) uerſus magis licentiam poeticam oſtendit, qua ego non uterer duntaxat in proſa. Dicerem enim ſic, Memini me puerum condidiſſe, ſeu condere ſolitum eſſe dies cantando. Hactenus Valla: cuius ſententiæ refragantur exempla ex Cicerone producta.

Memini permultos ſe. Cic. Attico, lib. 1. 6. 6. Idē pro Roſc. Amer. 72, Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam.

Memineris meminiſſe. Plaut. Capt. 5. 54.

Meminiſſe & commemorare. Cic. pro Pompeio, 33.

Memineris de. Cic. pro Sylla, 32, Ne qui poſſet tantum aut de Reipub. aut de alicuius periculo meminiſſe, quantum uellet.

Memini dici. Terent. Eun. 4. 7. 31,

Fiant ut huius loci, dieiq; meiq; ſemper memineris.

Cic. Tito, lib. 13. 76. 2, Quare uelim mihi ignoſcas ſi illius uoluntati obtemperans, minus uidebor meminiſſe conſtantiæ tuæ.

Meminit officium ſuū. Plaut. Caſina, 5. 43. Plin. lib. 8. cap. 40. de canibus, Itinera quāuis longa meminere. Terent. Phorm. 2. 3. 40, Si meminiſti quod olim dictum eſt, ſubijce. Cic. 4. Acad. 10, Ea ſæpe audiendo facilè cognouit, quæ uel ſemel audita meminiſſe potuiſſent.

Numeros memini, ſi uerba tenerem. Virg. 9. eclog. 8.

Meminerunt omnia amantes. Ouid. epiſt. 21. 9.

Memini Cinnā, uidi Syllā, modò Cæſarem. Cic. 5. Philip. 175.

Memini diſputata ab eo. Cic. de Amicitia, 4.

Memini, pro eo quod eſt Mentionem facio: recuſat accuſatiuū, poſtulatq; genitiuum, uel ablatiuum cum præpoſitione de: ut Quintil. lib. 11. cap. 2, Neq; omnino huius rei meminit uſquam poeta ipſe. Et iterum, De quibus multi memineruṁ. Hæc Valla lib. 3.

¶ Memor, memoris, pen. corr. (μνήμων) omnis generis, ſecundum Priſcianum, à Memini fit. Virg. 9. Aeneid. 90,

Nulla dies unquam memori uos eximet æuo. Terent. And. 1. 5. 46,

Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe ut memor eſſes ſui Virg. 4. Aeneid. 108,

Et bene apud mem res ueteris ſtat gratia facti.

Admiſti memor. Ouid. 1. Metam 77.

Venturæ hyemis memores apes. Virg. 4 Georg. 32.

Facere aliquem memorem ſui. Virg 6. Aeneid. 133.

Viue memor quàm ſis æui breuis. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.

Memor & gratus. Cic. 4. Verr. 124.

Memor, Cuius nos memores ſumus. Virg. 1. Aeneid 2,

— ſeuæ memorē Iunonis ob iram. Horat. 1. Carm. ode 13. 3, — ſiue puer furens

Impreſſit memorem dente labris notam. Hoc eſt, tam uehementem, ut non facilè excidat memoria.

Aure memori uocem condidit. Ouid. epiſt. 19. 20.

Cura memor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 2.

Ira memori te uindicat. Ouid. epiſt. 20 2.

Mens memor. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 7.

¶ Memoria, memoriæ (μνήμη, μνημοσύνη, μνεῖα, μνῆσις) Eſt (inquit author ad Herēnium) firma animi rerum & uerborum diſpoſitionis perceptio. Cic. 2. de Inuent. 240, Memoria eſt per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Terent. And. 5. 4. 41,

Nunquid meminiſtis? C R. id quæro. P. egóne huius memoriam patiar meæ

Voluptati obſtare, quū ego poſſim in hac re medicari mi

Memoria & recordatio. Cic. de claris Orator. 5. (his

Ad memoriam. Vide Ad Præpoſitionem.

Inſigne ad memoriam. Vide Inſignis.

In memoriam ſempiternam. Vide In præpoſitionem.

Annulium memoria. Tacit. lib. 4.

Memoria patrum. Cic. pro Fonteio, 12, Quod perſæpe & noſtra, & patrum memoria ſapientiſſimi iudices, de clariſſimis noſtræ ciuitatis uiris dubitandum non putauerunt.

Memoria rerum. Aſinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 326, Et quidem quum ageretur, fleuit memoria rerum geſtarum commotus.

Poſt hominum memoriam. Cic. ad Plancum, lib. 10. 16. 1, Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere uidi.

Ex omni memoria ætatum, temporum, ciuitatum. Cic. 1. de Oratore, 9.

Omnis memoriæ facilè princeps. Cic. poſt reditum in Senatu, 4, Cn. Pompeius omnium gentium, ſeculorum omnium, omnis memoriæ facilè princeps. Idem 3. Offic. 7.

Omni memoria, uel in omni memoria: pro in omni tempore. Cic. de Aruſp. reſp. 33.

Inauditum in omni memoria. Vide Inaudio.

Multi etiam ſuperiore memoria ciues Romani, &c. Cicer. pro Corn. Balbo, 21.

Vſq; ad hanc memoriam, hoc eſt, Vſq; ad hoc tempus. Liu. 2. ab Vrbe, 175.

Vt mea memoria eſt. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 3. Id eſt, quantum poſſum meminiſci.

Mea memoria, Memoria tua: hoc eſt, quantum meminiſſe poſſumus. Cic. pro Seſtio, 28, Nec uerò huic tātæ multitudini, quanta meæ memoria nunquam ullo in iudicio fuit, deero. Idem pro Rabirio perduel. reo, 19, Cauſam enim ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua. Ablatiuus eſt.

Alta memoria. Vide Altus.

Bona memoria. Vide Bonus.

Egregia memoria. Tacit. lib. 4.

Exoleta memoria. Liu. lib. 7. Decad. 4.

Immortalis memoria. Vide Immortalis.

Læta memoria. Tacit. lib. 3.

Ab recenti memoria perfidiæ, aliquanto minore cū miſericordia auditi ſunt Carthaginenſiū legati. Liu. 3. Decad. lib. 10. Id eſt, ob recentis perfidiæ memoriam.

Sācta memoria. Tacit. li. 20, Quippe Sorani ſancta memoria.

Memoria ſempiterna. Cic. de Amicitia, 14.

Tenaciſſima memoria. Quintil. lib. 1. cap. 1. 14.

Et uetere memoria. Tacit. lib. 3.

Abijcere memoriam doloris. Vide Abijcio.

Abit memoria. Vide Abeo.

Accipere memoria. Vide Accipio.

Adæquare memoriam. Vide Adæquo.

Adhibere memoriam. Vide Adhibeo.

Adimere memoriam. Vide Adimo.

Afferre memoriam. Vide Affero.

Memoriæ affigere. Quintil. lib 10. cap. 1.

Agitare memoriam. Quintil. lib. 1. cap. 8. 10.

Amittere memoriam. Vide Amitto.

Amplecti memoriam. Vide Amplector.

Augere memoriam. Vide Augeo.

Celebrare memoriam nominis alicuius. Vide Celebro.

Circumferri auorum memoria. Vide Circunfero.

Colere memoriam. Vide Colo.

Commendo memoriæ. Vide Commendo.

Cōplecti memoria. Cic. 2. de Diuin. 216. Vide Complector.

Comprehendere memoria. Vide Comprehendo.

Conſecrare nominis memoriam. Vide Conſecro.

Conſignata literis memoria. Vide Conſigno.

Memoria continere. Quintil. lib. 9 cap. 4.

Animo percipere, & memoria cuſtodire. Cicero 1. de Orator. 63.

Cuſtodiri

Digitized by Google

Custodiri hominum memoria. Vide Custodio.
Memoria alicuius dare operam. Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. 1. 3.
Memoria falli. Plin. lib. 10. cap. 42. 3.
Firmare memoriam. Quintil. lib. 2. cap. 4. 11.
Vetus memoria firmauit. Tacit. lib. 5.
Fugiet memoriam iudicis. Quint. lib. 4. cap. 5. 3.
In memoria habere, Meminisse. Terent. And. 1. 1. 13. Vbi Donatus, In memoria habeo, Plus est quàm si dixisset Scio: nam quæ scimus, possumus obliuisci: quæ uerò memoriæ mandamus, nunquam amittimus.
Implorare memoriam alicuius. Vide Imploro.
Incurrere in memoriam cõmunium miseriarũ. Vide Incurro.
Inducere aliquem in memoriam rei alicuius. Vide Induco.
Inferre memoriam sempiternam in domũ suam. Vide Infero.
Infixa mentibus memoria Consulatus amici. Vide Infigo.
Inhæret oculis memoria imaginis. Vide Inhæreo.
Insidere memoriæ. Vide Insido.
Insidet in memoria. Cic. 2. de Orat. 66. Vide Insideo.
Intercidit memoria. Vide Intercido.
Labat memoria. Vide Labo, labas.
Memoriæ mandare. Cic. de Amicitia, 3. Vide Mando.
Manet memoria. Vide Maneo.
Memoria memini facilè. Plaut. Capt. 7. 33.
Moritur memoria. Vide Morior.
Obruere memoriam. Vide Obruo.
Occidit memoria. Vide Occido.
Perdere memoriam. Vide Perdo.
Memoriæ prodere sermonem alicuius. Cic. lib. 3. de Orator. 9.
Memoria proditum. Cic. 1. de Orat. 89.
Prodere memoriam alicuius rei posteris. Cælius Ciceroni, libro 8. 3. 8.
Memoriæ proditum est. Cic. de Amicitia, 37, Tum etiam cum ijs, & inter se coniunctißimos fuisse M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ proditum est.
Memoriam alicuius sibi proponere atq; imaginem. Cic. de Amicitia, 85.
In memoriam redire & regredi. Vide In præpositionem.
Referre memoriam alicuius. Cic. pro Sylla, 18.
In memoriam redijt Quintius, quo die, &c. Cic. pro Quintio, 39. Et de Inuent. 110, Ita in memoriam redibit auditor.
In memoriam redite quæso quæ libido ißius fuerit. Cicero 3. Verr. 84.
In memoriam redigere, & Reuocare animos ad memoriam, siue Reducere in memoriam. Terent. Phorm. 2. 3. 36. Cic. pro Flacco, 47. Et 1. de Inuen. 110.
Reficiẽda memoria breui repetitione rerũ. Quintil. in Procem. libro 4. 5.
Acrem sui memoriam relinquunt. Tacit. lib. 15.
Memoriam generis inter mortuum renouare. Cic. pro L. Murena, 14.
Repetere memoria. Quintil. lib. 1. cap. 6. 6.
Repetere memoria euentus aliorum, siue uetera. Cic. 1. de Orat. 1. Idem Titio, lib. 5. 16. 4.
Antecedentem memoriam sequuntur. Quintil. lib. 1. cap. 1. 19.
Meliore memoria esse. Vide Melior in Bonus.
In memoria esse alicui. Cic. pro Sylla, 27.
Memoria est. Plaut. Trucul. 5. 10. Id est, memini.
Subeat tibi memoria nostri. Senec. Medea, 7. 26.
Memoria tenere, siue retinere, Apud Ciceronem pro Roscio Amer. 19. Et 3. in Catil. 63. Idem Philipp. lib. 13. 75. 1, Etsi non dubito pro tua in me obseruantia, proq; nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas.
Tenere, siue retinere memoriã alicuius. Cic. 3. de Finib. 13. Et 2. de Orat. 5, Deberi hoc à me tantis hominum ingenijs putaui, ut cùm etiam nunc uiuam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem si possem.
Traditum est memoriæ. Cic. in Parad. 27.
Memoria tradidit. Colum. lib. 8. cap. 13. 1.
Turbari memoria. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.
Venerari memoriam alicuius. Tacit. in uita Agricolæ.
Memoriã alicuius usurpare cũ charitate. Cic. de Amicitia, 28.
¶ Memoriæ, memoriarum, in plurali. Gel. Noct. Attic. lib. 10. cap. 12, Nam & pleriq; nobilium Græcorum, & Phauorinus philosophus memoriarum ueterum exequentißimus, affirmatißimè scripserunt, &c.
¶ Memoria, pro Vetustate, antiquum. Paccu. Chryse, Perq; nostrã egregiã unanimitatẽ, quam memoria deiugat. Nonius.
¶ Memoriola, pen. corr. Dimin. (μνημίδιον) Cic. ad Attic. lib. 12. 232. 3, Sed quod scribis igniculum matutinum γηροτηκώτερον, est memoriola uacillare.
¶ Memorialis, & hoc memoriale, pen. prod. Adiectiuum.
Memorialis liber, Enchiridion ad iuuandam memoriam. Suetonius in Cæsare, cap. 56, Epistolæ quoq; extant ad Senatũ, quas uidetur primùm ad paginas & formam memorialis libri conuertisse.
¶ Memoriter, pen. corr. Aduerbium (ἀπὸ στόματος, ἀπὸ μνήμης, μνημονικῶς) Quod Barbari dicunt Mente tenus. Cic. 4. Acad. 114, Si te, inquit, Luculli oratio flexit: quæ est habita memoriter, accuratè, copiosè.
Memoriter cognoscere: hoc est, Optimè, & mente memori tenere. Terent. Eunuch. 5. 3. 6.
Memoriter colligere. Cic. 1. de Fin. 53.
Memoriter memorat. Plaut. Amphit. 4. 263.
Memoriter meminit. Plaut. Capt. 5. 56.
Memoriter narrare. Cic. de Amicitia, 1. Terẽt. Phorm. 2. 3. 47, —primus esses memoriter.
Progeniem uestram usq; ab uno atq; auo proferens.
Memoriter respondere. Cic. in Vatinium, 7.
Memoriter exponere aliquid. Cic. 4. de Fin. 1, Næ tu inquã, Cato ità exposuisti tã multa memoriter, tam obscura dilucidè.
Memoriter me uocat. Plaut. Asin. 11. 38.
¶ Memorabilis, & hoc memorabile, pen. corr. (μνημόσυνος, ἀξιομνήμων) Quod est dignum memoria. Terent. And. 4. 1. 1, Hoccine credibile est, aut memorabile, &c. idem Heaut. 2. 3. 73, Heus tu, non fit sine periculo facinus magnũ & memorabile. Cic. de Amicitia. 4, Sic quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C. Lælij & P. Scipionis familiaritatem. Virg. 4. Aeneid. 19,
—magnum & memorabile numen,
Vna dolo diuûm si fœmina uicta duorum est.
Memorabile ingenium. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.
Memorabili causa, sed euentu misero. Plin. lib. 7. cap. 43. 6.
Lethum memorabile. Silius lib. 11. 35.
Munus memorabile. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 12.
Nomen memorabile. Virg. 2. Aeneid. 117.
Gloriosa & memorabilis uirtus. Cic. 3. de Fin. 18.
¶ Memoro, memoras, pen. cor. (μνημονεύω, ἀπομνημονεύω, ἱστορέω, λέγω) memorare, In memoriam reducere. Plautus Pœnul. 16. 100.
Patris atq; matris memini. P. memorandum mihi,
Si noui fortè, aut si sunt cognati mihi.
Memorare, Commemorare, narrare. Cic. de Legib. Nam quid Accium memorem? Ibidem, lib. 2. 97, Honoratorum uirorum laudes in concione memorentur.
De re aliqua memorare. Tacit. lib. 11.
Ordine memorare. Vide Ordo.
Bella memorare. Propert. lib. 2. eleg. 1. 5.
Memorant, pro Aiunt, ferunt. Liu. lib. 1, Herculémq; in ea loca



Digitized by Google

Geryone interempto boues mira ſpecie abegiſſe memorant.
Memorare memoriter. Vide Memoriter in Memini.
Verbum eſt uerum quod memoratur: hoc eſt, quod dicitur, uel circunferiur. Plaut. Trucul. 18. 30. Cic. 6. Verr. 95, Enna autem, ubi ea quæ dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo atq; edito.
Memorare, Dicere, Efferre, Pronuntiare. Plaut. Trin. 13. 38,
Agedum nomen tuum primam memora mihi. Virgil. 1. Aeneid. 3, Muſa mihi cauſas memora. Ibidē, Sic memorat: id Lepidè memoras. Vide Lepidus. (eſt, ait.
¶ Memoror, penult. corr. memoraris (ἀπομνημονεύομαι) Paſſiuum. Plaut. Amphit. 6. 14, Experiri iſtuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Saluſt. Incredibile memoratu eſt, quàm facilè coaluerint. Id eſt, dictu.
¶ Memorandus (ἀπομνημονευτέος) Ouid. 13. Metam. 3,
Nec memoranda tamen uobis mea facta Pelaſgi
Eſſe reor: uidiſtis enim.
Poſt nullos memorandus: id eſt, omnium primus memorandus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 1.
Longum memorandus. Stat. 1. Sylu. 3. 3.
Iuuenis memorandus. Virg. 10. Aeneid. 159.
Inuenta memoranda. Virg. 4. Georg. 57.
Hoc memorandum contigit urbi. Lucan. lib. 3. 78.
Nomen memorandum condere. Silius lib. 4. 8.
¶ Memorator, pen. prod. Verbale (ἀπομνημονευτής) Propert. lib. 3. eleg. 1. 7,
Nec non ille tui caſus memorator Homerus.
¶ Memoratus, huius memoratus, Aliud uerbale, penult. prod. (ἀπομνημόνευσις) Idem quod Memoria. Gellius lib. 11. cap. 4, Eos uerſus non minus frequenti aſſiduoq; memoratu dignos ſcio, quàm philoſophorum de officijs decreta.
Memmius] μέμμιος, Cuius Romanus, qui de ambitu poſtulatus fuit à Q. Curtio, teſte Cicerone ad Q. fratrem lib. 3. 18. 4, à quo Memmiorum familia.
Memmiorum familia nomen habere putatur à Mneſteo Troiano Aeneæ comite. Virgilius Aeneid. 5,
Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtim,
Mox Italus Mneſtheus genus à quo nomine Memmi.
Mox Italus, ſubaudi, futurus. Ipſe enim familiam Memmiorū conſtituit. Nobiles autem fuiſſe familias à Troianis Iuuen. oſtendit, Sat. 1, —iubet à præcone uocari Ipſos Troiugenas: A quo nomine, ſcilicet Mneſthei, ducāt Memmij genus. Seru.
Memmius, Ad quem ſcribit Lucretius, Caius prænomine dicitur, L. Memmij filius, qui à deuicta Achaia cognomen accepit, & urbem Corinthum diruit, ſignis ac tabulis ſpoliauit. Hæc ex Petro Crinito. Lucretius etiam Memmiadam uocat.
Memnon] Memnonis, pen. corr. (μέμνων) Filius Titoni & Auroræ, qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab Achille occiſus fuit. Ad cuius ſepulchrum, quod eſt prope Ilium, quotannis ex Aethiopia uolant aues, quas uocāt Memnonias. Lege Strabonem lib. 15. ubi agitur de ſepultura eius. Ouid. 13. Metam. 117.
Niger Memnon. Virg. 1. Aeneid. 99. Memnon dux Aethiopum fuit, non Aethiops, & à Suſis Perſarum, & Choaſpo flumine oriundus: illas gentes ſub imperio habens, ut ait Suidas.
¶ Memnonius, Adiectiuū (μεμνόνιος) ut, Color Memnonius, Niger. Ouid 3. de Ponto, eleg. 3. 20.
Domus Memnonæ. Propert. lib. 1. eleg. 6. 1.
Regna Memnonia. Lucanus libro. 3. 57. Intelligit Parthos & Babylonios.
¶ Memnonides (μεμνονίδες) aues ex cineribus Memnonis. Ouid. lib. 13. Metam. 132. (mini.
Memor, Memoria, Memoriter, Memoro] Vide Me-
Memphis] μέμφις, Aegypti urbs, quam Ogdous rex Aegypti condidit, ambitus ſtadiorum centum & quinquaginta, urbem omnium Aegypti præclariſſimam opportunitori totius eius oræ loco, ubi Nilus in plures ſciſſus partes efficit formam Δ, quo fit, ut tanquam in Nili clauſtro poſita aditū præbeat, prohibeatq; ad ſuperiora loca nauigantibus: & ad cohibendam aquarum inundationem uerſus Notum aggeres ingentes oppoſuit: & à partibus cæteris undiq; effoſſus eſt lacus ingens ac profundus, qui urbem efficit munitiſſimā. Vnde & poſteri reges ferè omnes relictis Thebis, eā ſibi regiā delegerunt, ut ſcribit Diodorus Siculus lib. 2. Hodie Alcayrum uulgò uocant. de hac etiam Martialis lib. 1. 1,
Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis, Memphis, Ptolemæo, lib. 4. cap. 5. in finibus Arabiæ ciuitas, quæ Noph et & Migdol Hebræis, hodie Meſſer.
Carens Sythonia niue Memphis. Horat. 3. Carm. ode 26. 2.
¶ Memphi, populi Memphim habitantes. Vide Taphnis.
¶ Memphitis, pen. prod. Memphitidis (μεμφῖτις) Patronymicum fœm. gen. Iuuenal. Satyr. 15. 13,
—ánne aliam terra Memphitide ſicca
Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?
¶ Memphites, pen. prod. (μεμφίτης) Patronymicum maſc. poniur loco adiectiui.
Bos Memphites. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 6.
¶ Memphiticus, pen. corr. Adiectiuum (μεμφιτικὸς) Martialis, Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus. Ouid. 1. de Arte, 16. Neu fugæ Niligenę Memphitica ſacra iuuencæ.
Enſis Memphiticus. Lucan. lib. 10. 1.
Mempricus] Rex Britanniæ, qui fratrem Malym exuit uita, ut eo mortuo regnaret. Author Volaterranus.
Mena] apud Romanos fuit dea, quæ menſtruis fluoribus præeſſe putabatur. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam breuis, qui hyeme candidus, æſtate nigrior ſit: de quo in dictione ſequenti.
Mena] μαινὶς, piſcis quidam breuis, qui hyeme candidus, æſtate nigrior fit. Cic. 2. de Finib. 146, Qui uoluptatem contemnunt, eis licet dicere, ſe acipenſorem menæ non antepone re. Vide Mæna, & Plin. lib. 31. cap. 7.
Menæchmi] μαιάχμαι, Apud Plautū comœdia, in qua Menæchmus introducitur. Legitur & Menæhmi, ſine c.
¶ Menæchmus, Philoſophus Platonicus, Proconneſius, ſcripſit libros tres in libros Platonis de Republica. Menæchmus ītē Sicyonicus hiſtoricus, ſcripſit hiſtoriam Alexandri Magni. Memnit utriuſq; Suidas.
Menalippe] μενάλιππη, fuit Antiopes Amazonum reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello quod contra Amazones geſſit. Satyr. 8. 23,
Syrma uel Antigones, ſeu perſonam Menalippes.
Menalippides] μενάλιππίδης, pen. corr. Poeta Melius genere, ſcripſit Dithyrambicorum plures libros, & poemata epica, & epigrammata, & eligos. Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poeta ſcripſit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuusq; eſt apud Perdiccam regem Macedoniæ. Suidas.
Menalippus] μενάλιππος, Tydei fuit interfector, cui caput ante obitum corroſit Tydeus ex rabie, qui apud Statiū, 8. Thebaid. 144. ita uociferatur,
—caput ô caput, ô mihi ſi quis
Adportet Menalippe tuum. Fuit & alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in uenatu fertur peremiſſe: obq; id fratricidium exulaſſe.
Menander] μένανδρος, Athenienſis comicus nouæ comœdiæ, ſtrabus fuit, mente acutus amore in mulieres inſanus: ſcripſit fabulas LXXX. & epiſtolam unam ad Ptolemæum regem, aliaq; nonnulla ſoluta oratione. Hæc Suidas. Vide
Quintilianum,

Digitized by Google

Quintilianum, libro 10. cap. 1.
Facundus Menander. Stat. 2. 22.
Fabula uacũdi nulla est sine amore Menãdri. Ouid. 2. Trist. 74.
Menandrus, & Menander, utroq; modo dicitur. Propert. lib. 3. eleg. 21. 6, Librorumq; tuos doctæ Menandre sales.
¶ Menandreus, pen. prod. Adiectiuũ (μενανδρειος) Propert. lib. 2. eleg. 6. 1,
Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta.
Menapij] μενάπιοι, Populi Galliæ inter Belgas, Treueris, Condrusis, Arduennæ syluæ, Rhenoq; finitimi.
Menaria] Insula est Plinio libro 3. cap. 5. contra Magonem: sic dicta à piscium multitudine, qui Menæ dicuntur.
Menas] Sex. Pompeij libertus ditissimus fuit, qui quum nemini apud Romanos gestare aureum annulum, præter Senatores & Equites, esset permissum, ab Augusto id iuis impetrauit, ut scribit Dion. Meminit & Cælius lib. 6. cap. 12.
Menda] mendæ: & Mendum, mendi (πλαῦσμα) Error, siue erratum, ponitur etiam pro uitio corporis. Cic. Attic. lib. 2. 22. 6, Castricianum mendum nos corrigemus. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28 1. 2, Tantum librariorum menda tolluntur.
Facies menda caret. Ouid. 3. de Arte, 53.
Continere mendam. Vide Continco.
Eximere mendas de corpore. Ouid. 2. de Arte, 131.
Nocte latent mendæ. Ouid. 1. de Arte, 59.
In toto nusquam corpore menda fuit. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 4.
¶ Mendosus, penult. prod. Adiectiuum (πλαισμώδης) plenum mendis & erratis: ut, Exemplar mendosum, apud Plinũ in Mendosior historia. Cic. de claris Orat. 31. (epistolis.
Mendosum est deesse aliquam partem & superare, &c. Cic. 2. de Orat. 46. Id est, uitiosum, inquit Budæus.
Mendosus librarius. Cic. 4. Verr. 137.
Mendosus & mendax. Horat. 1. epist. 17. 8.
Facies mendosa. Ouid. 12. Metam. 80.
Natura mendosa, Vitiosa. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14. Budæus.
Mores mendosi. Ouid. 2. Amor eleg. 4. 1.
Mendosè, pen. prod. Aduerbiũ, Incorrectè, inemendatè. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 21. 8, De Latinis uerò quò me uertam nescio, ita mendosè & scribuntur & uæneunt. Idem 1. de Inuen. 13.
Mendosè colligis, inquit Persius Satyr. 5. 9. Id est, uitiosè.
Reddere mendosè causas. Lucret. lib. 4. 103.
Mendacium] mendacij (ψεῦδος, ψευδομυθία, ψευδολογία) Orationis uanitas.
Linguæ blandæ mendacia. Ouid. epist. 21. 11.
Callidum mendacium. Vide Callidus.
Non est infacetum mendacium. Vide Infacetus.
Magna mendacia. Stat. 4. Sylu. 6. 9.
Magnum & impudens mendacium. Cic. pro Cluentio, 134.
Prodigiosa mendacia. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 4.
Accommodare mendacium. Vide Accommodo.
Componere mendacia. Vide Compono.
Conflare mendacium. Vide Conflo.
Dicere mendacium alicui. Cic. de Petitione Consul. 31.
Mendacium dicere & Mentiri, quemadmodum distent, P. Nigidius (inquit Nonius) bonarum artium præclarissimus, manifestissimè separauit, Qui mentitur, ipse non falsus, alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur, quantum in se est. Vir bonus præstare debet ut non mẽtiatur: prudens, ne mendaciũ dicat: alterum iudicet in homine, alterum non.
Eluditur mendacium mendacio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 55.
Facere mendacium. Quintil. lib. 5. cap. 4. 1.
Improbi hominis est, mendacio fallere. Cic. pro Muræna, 58.
Perducere aliquem ad mendacium. Vide Perduco.
¶ Mendaciunculum, mendaciunculi, pen. corr. Diminutiuum (ψευδύλλιον) Cic. 2. de Orat. 133, Quod tamen est mendaculunculis aspergendum. Quidam hic legunt mendaciolis.
Aspergere mendaciunculis. Vide Aspergo.
¶ Mendax, mendacis, pen. prod. om. gen. (ψεύστης, ψεύδης) Propriè qui per errorem frequenter dicit mendacium. Cic. pro Roscio Comœdo, 17, At quid interest inter periurum & mendacem? qui mentiri solet peierare consueuit. Plautus Menæh. 8. 58, —ædepol haud mendacia Tua uerba.
Fui mendax mihi: id est, Falsò mihi persuasi. Ouid. epist. 2. 3.
Splendidè mendax. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Mẽdax huius rei est: id est, de hac re mẽtitur. Plaut. Asin. 16. 5.
Damnum mendax. Ouid. 1. de Arte, 87.
Fama mendax. Propert. lib. 4. eleg. 2. 4.
Forma mendax. Ouid. 3. Metam. 88.
Fundus mendax, Qui plus promittit, quàm præstat. Horat. 3. Carm. ode 1. 6.
Nuntius mendax. Claud. de bello Get. 74.
Os mendax. Ouid. 9. Metam. 65.
Sominus mendax. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 3.
Speculum mendax. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 8.
Vir mendax. Virg. 8. Aeneid. 129.
¶ Mendacior, Comparatiuum. Horat. 2. epist. 1. 23, Inuenior Parthis mendacior. Ex eo sunt Parthi mendaces, quòd fugientes & tergo uerso simulent se pugnare nolle, quẽ tamen fugiendo maximè pugnent. Alij, Parthos omnium hominum esse mendacissimos. Et rei argumẽto esse, quòd apud eos mendacium acerrimis pœnis uindicatur, ut narrat Herodotus. lib. 1. Et quidem ita Muretus hunc locum explicat: sed priorem sequitur Lambinus.
¶ Mendaciloquus, pen. corr. Adiectiuum (ψευδολόγος) Qui mendacium loquitur. Plaut. Trinum. 4. 120,
—nihil est profectò stultius,
Neq; stolidius, neq; mendaciloquius, neq; argutũ magis.
¶ Mendaciter, Aduerbium. Arnobius libro 5, aduersus gentes.
Mende] uel Mendis, Ciuitas est in Thracia, ut est apud Apollodorum: unde Mendeum uinum. Sunt & in Sicilia prope Palicos Mendæ. Vide Rhodig. lib. 18. cap. 37.
Mendesium] μενδήσιον, Vnguentum dictum à Mendoso Aegypti urbe, uel à loco ubi Mendes, quod Aegyptijs caprũ significat, colebatur, Hermolao teste. Est autem Mendes hircus, itemq; Pan deus, Aegyptia uoce ac lingua uocatus, quẽ hirci effigie Mendesij uenerabantur, ut etiam ipsi inde appellationem inuenerint. Vide Herodotum in Euterpe.
Mendicula] penult. corr. Vestis genus. Plaut. Epid. 5. 40, Quid erat indutus? an regillam induculam, an mendiculam?
Mendicus] pen. prod. Adiectiuum (πτωχὸς, ἀπάτης, προσαίτης) Inops, & pauper. Festus, Mendicum dici Verrius putat à mente eius quam fefellerit fortuna: uel quòd precetur quenq; ut uitæ suæ medeatur cibo, uel quòd manu indicet. Varro 4. de lingua Latin. Mendicus à minus: cui quĩ opus est, minus nullo est. Plaut. Bacchid. 9. 16,
Mendicum malim mendicando uiuere. Cic. 5. de Finibus, 144, Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quamuis sit sapiens.
Iulius Bassus apud Senecã, lib. 6. Controuers. uocat pueros mendicos, eius cui mendicabant, meritorios, quia ille ex stipibus collectis comessabatur.
Mendicum, dici putant uelum quod in prora ponitur. Festus.
Mendicum instrumentum & exiguum, per translationem: hoc est, infirmum & imbecillum. Cic. 3. de Oratore, 51.
¶ Mendicissimus] pen. corr. (πτωχότατος) Forma superlatiui prolatum à Cicerone, pro Muræna, 56, Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos si mendicissimi diuites.
¶ Mendiculus, pen. corr. Diminutiuum (πτωχάριον) Cic. in Catil. 28, Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria,



Digitized by Google

ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

¶ Mendico, mendicas, penult. prod. πτωχεύω, ἐπαιτέω, προσαιτέω) mendicare, Vitæ alimenta oſtiatim poſtulare. Iuuen. Stat. 6. 55. Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.

Mẽdicare ſibi malũ, p metaphorã dixit Plaut. Amphit. 14. 12.

Mendicarier, pro Mendicare, apud Plautum in Vidularia, Malim moriri meos quàm mendicarier. Nonius.

¶ Mendicans, penult. prod. Participium (πτωχεύων) Plautus Capt. 6. 73, —ubi minimè honeſtũ eſt mendicantẽ uiuere.

¶ Mendicatus, pen. prod. (πτωχευθεὶς) Aliud participium: ut, Cibo mendicato paſci. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 3.

¶ Mendicitas, penul. corr. mendicitatis (πτωχεία) Cicero pro Sex. Roſcio, 52, In hac enim cauſa quum uiderent illos amplißimã materiã poßidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe.

Offerre mendicitatem. Vide Offero.

Conſors mendicitatis. Vide Conſors.

¶ Mendicatio, Verbale. Seneca epiſtol. 102, Quid ſibi uult tam fœda uitæ mendicatio?

Mendicimonium, mendicimonij (προσαίτησις) pro eodem accepit Laberius, teſte Nonio.

¶ Mendicabulum, mendicabuli. pen. corr. (ἐπαίτησις) antiquum, pro Mendicatione. Plaut. Aulul. 24. 3, Nam iſtos reges cæteros memorare nolo hominũ mẽdicabula. Nonius.

Mendoſus, Mendum ] Vide Menda.

Menecheus] oraculo edito largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem. Author Cic. 1. Tuſcul. quæſt.

Menecina] Vrbs in Oenotria, à qua.

Menecinei, & Meneceni populi. Stephanus de Vrbibus.

Menecrates] pen. cor. (μενεκράτης) Syracuſanus medicus, nullam dicitur accepiſſe mercedem medendo. Curabat in primis ſacrum morbum, tantũm hac mercede contentus, ut libe rati ſe ipſius eſſe ſeruos fatercẽtur: ſe uerò Iouem appellabat. Alter Menecrates comicus poeta fuit, ut ſcribit Suidas. De ſuperiore ſcribit Aelianus de Varia hiſtoria.

Menedemus] pen. prod. (μενέδημος) nobilis inter Socraticos philoſophos, Phædri diſcipulus, pauperis architecti filius, oriundus ex Eretria ciuitate: à quo philoſophi Eretriaci dicti ſunt, teſte Cicerone 4. Acad. 234.

Menedemus alter Rhodius, Ariſtotelis auditor ac diſcipulus præcipui nominis, de quo uide Gellium lib. 13. cap. 5.

Menelæetus] Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, uiribus præcipua, colore nigricãs, quæ ſola fœtus ſuos alit, frequenſq; uerſatur in montibus. Vide Plin. 10. cap. 3.

Menelaus] pen. prod. (μενέλεως) filius Atrei, frater Agamemnonis, rex Spartæ ciuitatis, & maritus Helenæ, quam rapuit ei Paris.

Menelaum ipſum, dulcem illum quidẽ tradit Homerus, ſed pauca dicentem. Cic. de claris Orat. 24.

Meneleus] pen. corr. triſyllabum, Vnus ex Centauris. Eſt & unus è canibus Actæonis apud Ouid. 3. Metamorphoſeos, Harpalos, & Meneleus, hirſutaq; corpore Lachne. Alij legunt Menaleus, per primam uocalem in ſecunda ſyllaba.

Menenia gens ] Romæ fuit, ex qua Agrippa Menenius C. F. Lanatus COS. cum P. Poſtumio ANN. CCL. Caßiodorus. De Sabinis triumphauit. Legatus ad plebem in ſacrum montem ANN. CCLX. Mortuus eſt Caßio, Cominio iterum COS. ANN. CCLX. Eius funus publica impenſa elatum. Dionyſius lib. 5. & 6. Liu. lib. 2.

Menephron] pen. corr. (μενέφρων) uiri proprium, qui cũ matre concubuit, authore Ouidio, lib. 7. Metam.

Menes] teſte Herodoto, primus omnium hominũ in Aegypto regnauit, ſub quo tota Aegyptus præter Thebaicam plagã paluſtris fuit.

Meniana] nõ à mœnibus dicta, ſed à Menio quodam, qui primus id genus ædificij inuenit extenſis tignis ultra columnas, quo ſuperiora ampliarentur: uulgò nunc quoq; meniana, ſiue podioli dicũtur. Suet. in Caligula, cap. 18, Pauci ex proximis menianis ſpectabant. Hermolaus, Meniana Græcè orthas uocant, ſi Honorio & Theodoſio principibus credendum in mentione de priuatis ædificijs. De origine menianorum, & de columna Menia, ad quam ſerui & fures alligabantur. Cic. pro Seſtio, 108. Pædianus, Feſtus. Vide Columna menia, in Columna.

Meninx] μένιγξ, Inſula eſt, teſte Plin. lib. 5. ca. 7, Circa Africã clariſſima, longitudine x x x v. mill. paſſ. latitudine x x v, ab Eratoſthene Lotophagitis appellata. Vulgò Gelues.

Menippus] Phœnix, Philoſophus Cynicus, nihil memoriæ dignũ edidit: porrò ipſe, libriq; eius ridendi. Cumq; habendi cupidiſſimus eſſet, bonis amißis laqueo uitã finiuit. Author Diogenes Laertius. Menippus poeta comicus fuit, authore Suida. Menippus itẽ alius Stratonicenſis, in tota Aſia diſertißimus, præceptor Ciceronis, ut ipſe in Bruto teſtatur, Poſt à me, inquit, Aſia tota peragrata eſt, cũ ſummis quidẽ oratoribus, quibuſcum exercebar ipſis lubẽtibus: quorũ Princeps erat Menippus Stratonicenſis, meo iudicio tota Aſia illis tẽporibus diſertißimus: & ſi nihil habere moleſtiarum, nec ineptiarum Atticorum eſt, Hic Orator in illis numerari rectè poteſt. Hactenus Cicero. Alium præterea eius nominis Macrobius adducit Menippum, quem Philoſophum & ſeruum fuiſſe tradit, ſcripſiſſeq; libros, quos in Satyris M. Varro imitatur, quas Menippeas nominauit: alij uerò Cynicas. Vide ipſum Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

Menis] Vide Mena piſcis.

Menius] μένιος, Lycaonis filius, qui quum, patre in lupum uerſo, & domo conflagrante, Iouem deteſtaretur, ab eodem fulmine percuſſus eſt. Ouid. in Ibin, 96. (cia.

Menlaria] Ptolemæo lib. 4. ca. 6, Hiſpaniæ urbs, Vulgò Mar

Menoba] μηνόβα, Vrbs eſt Hiſpaniæ apud Melam lib. 2. ca. 6. Oliuarius dicit eã nunc uocari uulgò Velezmalaga.

Menodotus] μηνόδοτος, Medicus inſignis ætate Serapionis, cuius meminit Galen. in Therapeut.

Menœceus] Iuuenis Thebanus, filius Creontis, qui pro patriæ ſalute ſanguinem ſuum, atq; adeò uitam ipſam ſponte profudit. Vide Statium 10. Thebaid.

Menœtes] μηνοίτης, Nomen unius ex ſocijs Aeneæ, qui gubernator fuit nauis cui nomen erat Centauro. Virg. 5. Aen.

Rectorem nauis compellat uoce Menœtem.

Menœtius] μηνοίτιος, filius Actoris, pater Patrocli. Vnde & Patroclum Menœtialem uocant Poetæ. Ouid. epiſt. 3. 5, Ipſe Menœtiades tunc quum tradebar, in aurem, &c. Propert. lib. 2. eleg. 1. 8.

Menoles] pen. corr. dictus eſt Dionyſius, quod Latinè totum furentem ſignificat, cui Bacchæ Orgia celebrabant, & crudas carnes comedentes, ſacro furore initiabãtur, Euan Euan conclamantes. Quæ uox adſpirata, ſecundum exquiſitam Hebræorum linguam fœminei ſexus ſerpentem ſignificat. Scribitur & cum ę diphthongo Menoles.

Menophilus] pen. corr. (μενοφιλὸς) Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio uictus filiam ſeruandam dedit in arce quadã: quam quũ Manlius Priſcus obſediſſet, defenſoresq; deditionẽ parare Menophilus ſentiret, gladiũ in uiſcera ſua compegit, ueritus ne captiua puella raperetur & uiolaretur. Author Ammianus Marcell. lib. 16. Eſt & alius Menophilus apud Martialem, lib. 7.

Menoſgada] μηνοσγάδα, Germaniæ urbs apud Ptolemæũ. Hodie Egra, Eger.

Mens] mentis, fœm. gen. (νόος, νοῦς, φρὴν) Quaſi eminens: eſt enim altior animi pars, qua etiam diuina percipimus. Lactantius

Digitized by Google

*ctantius lib. 7, Primùm non idem eſt mens & anima, aliud eſt enim quo uiuimus, aliud quo cogitamus. nam dormientiũ mens, non anima ſopitur: & in furioſis mens extinguitur, anima manet. Cicer. 2. Offic. 147, Hominis autem mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit, uidendiq; & audiendi delectatione ducitur.*

*Mens animi. Plaut. Ciſtel. 5. 6,*

*Nullam mentem animi habeo.*

*Mens, Voluntas, ſententia, & quam uulgus intentionem uocat. Virgil. 1. Aeneid. 62,*

*—in primis regina quietum*
*Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam* Terent. *And. 1. 1. 137, Mala mens, malus animus.*

*Vna mens omnibus. Virg. 4. Georg. 43.*

*Hac mente: id eſt, eo animo. Cic. 1. de Orat. 88, Ego autem defenderem hac eum mente fuiſſe, &c.*

*Mens pro memoria. Cic. in Brut. de Curione, Tum Brutus admirans, Tantámne fuiſſe obliuionẽ, inquit, in ſcripto præſertim, ut ne legens quidẽ unquam ſenſerit quantã flagitij cõmiſiſſet? Paulò pòſt, Iam qui hac parte animi, quæ cuſtos eſt cæterarũ ingenij partiũ, tam debilis eſſet, ut ne in ſcripto quidẽ meminiſſet, quid paulò antè poſuiſſet, huic minimè mirũ eſt, ex tempore dicenti ſolitã effluere mentẽ. Id eſt, memoriã.*

*Mens, pro Conſilio. Virg. 1. Aeneid. 137,*

*Qua facere id poßis, noſtram nunc accipe mentem. Seruius. Vide* Accipio.

*Mens & cogitatio. Cic. 7. Verr. 28.*

*Mens & ſententia. Cic. pro Murena, 1.*

*Mens & uoluntas. Cic. de Aruſp. reſp. 37.*

*In querelis mens. Vide* In.

*Anxius mentem. Stat. 12. Thebaid. 39.*

*Agitatio mentis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.*

*Alienatio mentis. Plin. lib. 21. cap. 21. 4.*

*Mentis compos, Idẽ quod ſanæ montis, uel ſuæ mentis. Cic. in Pi*

*Diſcordia mentis. Ouid. 10. Metam. 88.* *(ſonẽ, 37.*

*Exul mentis. Ouid. 9. Metam. 82.*

*Facies mentis. Ouid. 5. Metam. 114.*

*Ferox mentis. Ouid. 8. Metam. 124.*

*Gaudia mala mentis. Virg. 6. Aeneid. 56.*

*Mentis inops. Ouid. 2. Metam. 40.*

*Integer mentis. Vide* Integer.

*Parentes mentium. Quintil. lib. 2. cap. 9. 1.*

*Non potens mentis. Seneca Thyeſte, 7. 1.*

*Præſagia mentis. Ouid. 6. Metam. 102.*

*Quæſtio mentis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 29.*

*Ruina mentis. Ouid. epiſt. 12. 7.*

*Sacraria mentis. Stat. 3. Thebaid. 50,*

*Arcem hanc æternam, mentisq; ſacraria noſtræ* Teſtor.
*Verba ſunt Iouis.*

*Templa mentis. Lucret. lib. 5. 21. Hoc eſt, ſecreta mentis & interioris animi, qui res à ſenſibus cognitas iudicat & diſcernit.*

*Tumultus mentis. Horat. 2. Carm. ode 16. 2.*

*Vitium mentis. Ouid. 4. Metam. 40.*

*Abderitica mens: id eſt, ſtupida. Vide* Abderita, Abderitæ.

*Adultera mens. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 1.*

*Aegra mens. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 4.*

*Altæ mentis capax animal. Ouid. 1. Metam. 16.*

*Antiqua mens. Ouid. 2. Metam. 97.*

*Arida mens eſt. Valer. 7. Argon. 50.*

*Armata mens dolis. Silius lib. 1. 38.*

*Arrectæ mentes, ſtupefactáq; corda. Virg. 5. Aeneid. 129.*

*Auerſa deæ mens: id eſt, non fauens nobis. Virg. 2. Aeneid. 34.*

*Auguſta mens. Ouid. 15. Metam. 29.*

*Auida mens bellis. Luc. lib. 6. 6.*

*Bona mens. Perſius Satyr. 2. 1.*

*Bonæ mentis iuuenes. Quintil. lib. 2. cap. 12. 8.*

*Cæca futuri mens hominum. Stat. 5. Theb. 144. Lucan. lib. 2, 3.*

*Captiua mens. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 6.*

*Circunflua mens luxu. Claud. 5. Paneg. 8.*

*Commota mens. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 56.*

*Commotus mente. Plin. lib. 23. cap. 1. 12.*

*Confuſa mens. Virg. 2. Aeneid. 48.*

*Conſcelerata mens. Vide* Conſcelero.

*Conſcia mens. Vide* Conſcius.

*Conſcia ſibi mens facti. Lucret. lib. 3. 207.*

*Conſcia ſibi mens recti. Virg. 1. Aeneid. 122.*

*Crudelior ipſo mens pelago. Ouid. 11. Metam. 41.*

*Cupida mens. Ouid. epiſt. 6. 15.*

*Dira mens. Virg. 2. Aeneid. 104.*

*Diuinæ mentis pars. Virg. 4. Georg. 44.*

*Erecta mens circa ſtudia. Quintil. lib. 1. cap. 3. 6.*

*Facilis mens ad peiora. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.*

*Firmata mens. Ouid. 1. de Remed. amor. 49.*

*Fluxa ſenio mens. Tacit. lib. 5.*

*Fortis mens. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 2.*

*Fragilis mens. Stat. 10. Thebaid. 32.*

*Ventoſa ceruorum frigida mens eſt. Lucret. lib. 3. 61.*

*Furiata mente iuuenis. Virg. 2. Aeneid. 82.*

*Furtiua mens. Ouid. epiſt. 16. 53.*

*Generoſa mens. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. 7.*

*Honeſta mens. Senec. Thebaid. 1. 20.*

*Humanæ mentes. Ouid. 1. Metam. 12.*

*Ignara mens culpæ. Stat. 4. Sylu. 2. 19.*

*Ignea mens. Silius lib. 3. 28.*

*Illuberalis mens. Quintil. lib. 1. cap. 3. 8.*

*Impenetrabilis iræ mens. Silius lib. 7. 113.*

*Impia mens. Senec. Octau. 5. 1.*

*Impigræ experientia mentis. Lucret. lib. 5. 292.*

*Impoſta mens cunctis. Stat. 1. Thebaid. 46.*

*Incertæ diſcordia mentis. Ouid. 9. Metam. 127.*

*Infirma mens. Ouid. epiſt. 18. 2.*

*Infixa in imagines mens. Vide* Infigo.

*Inſana mens. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 4.*

*Integra mens. Horat. 1. Carm. ode 31. 4.*

*Intenta malis mens. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1. 1.*

*Interrita mens lethi. Ouid. 10. Metam. 122.*

*Inuicta mens. Silius lib. 4. 39.*

*Læua mens. Virg. 1. eclog. 4.*

*Lapſæ ſpes & mentes. Silius lib. 10. 62.*

*Liberæ mentes. Quintil. lib. 5. cap. 11. 29.*

*Lymphata mens. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.*

*Maculatæ crimine mentes. Silius lib. 11. 40.*

*Magna mens. Virg. 6. Aeneid. 3.*

*Melior mens. Vide melior, in* Bonus.

*O miseras hominum mentes. Lucret. lib. 2. 3.* *(ode 4. 5*

*Nutrita mens et indoles ſub fauſtis penetralib. Horat. 4. Carm.*

*Pernicioſiſſima mẽs, multisq; malo futura. Quint. lib. 5. ca. 9. 8.*

*Perturbata animi mens in mœrore. Lucret. lib. 6. 238.*

*Pia mens. Ouid. 8. Metam. 155.*

*Placida & alta mens Quintil. in Proœm. lib. 6. 7.*

*Præmollitæ mentes. Quintil. lib. 6. cap. 5. 7.*

*Præſaga mali mens. Virg. 10. Aeneid. 169.*

*Præſcia mens. Sil. lib. 16. 18.*

*Priſtina mens. Ouid. 3. Metam. 4.*

*Profunda mens. Claud. de bello Get. 18.*

*Profuſa mens, Liberalis. Stat. 3. Sylu. 1. 9.*

*Mente prædonis res hæreditarias apprehendere. Vlp. in l. ſed etſi. §. de eo. ff. de petit. hæreditatis.*



Digitized by Google

Prona mens in ferrum. Lucan. lib. 1. 92. In ferrum, in cædes.
Prouida mens. Ouid. 7. Metam. 145.
Releuata mens ab hac cura. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 3.
Rudis mens. Quint. lib. 1. cap. 11. 2.
Sacra mens. Ouid. 6. Fast. 2, Impetus hic sacræ semina mentis
Sagax mens. Lucret. lib. 1. 208. (habet.
Sanæ mentis compos. Ouid. 8. Metam. 8.
Segnis ad artem mens. Claud. 1. in Eutrop. 16.
Seuera mens. Claud. 2. Paneg. 15.
Sobria mens. Claud. 1. in Eutrop. 46.
Solida mens, Constans. Horat. 3. Carm. ode 3. 1.
Stolidæ præcordia mentis. Ouid. 11. Metam. 30.
Syncera mens. Claud. 7. Paneg. 46.
Temperata mens. Horat. 2. Carm. ode 3. 1.
Teneræ mentes. Quint. lib. 2. cap. 4. 4.
Tristis mens. Ouid. epist. 12. 30.
Turbata mens. Virg. 11. Aen. 1.
Vacuæ mentes. Virg. 3. Georg. 1.
Accendere mentes in prælia. Sil. lib. 4. 34. Vide Accendo.
Benignam mentem accipere in aliquem. Virg. 1. Aen. 62.
Addere mentibus. Vide Addo.
Addere ardorem mentibus. Virg. 9. Aen. 37.
Surdæ menti adhibent solatia. Ouid. 9. Metam. 131.
Adijcere mentē dictis, Auscultare diligēter. Ouid. 14. Met. 64.
Deorum mente ac ratione mundum administrari. Cic. 1. de Natur. deor. 7.
Faciles aduertite mentes. Ouid. 1. de Arte, 54.
Aduerte huc mentem. Vide Aduerto.
Mente, siue in mente agitare. Vide Agito.
Agitare aliquid mente. Ouid. 1. Fast. 19.
Agitat mihi mens. Virg. 9. Aen. 39.
Agitatur furijs mens uecors. Ouid: in Ibin, 69.
Succensas mentes agit libido. Senec. Hippol. 4. 37.
Miseræ turbine mentis agor. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 6.
Alienari mente. Vide Alieno.
Alere mollius teneras mentes more nutricū. Quint. lib. 2. cap.
Aperire mentem. Ouid. 1. Fast. 89. de auibus. (4. 4.
Appellere mentem ad philosophiam. Vide Appello.
Captis ardebant mentibus. Ouid. 4. Metam. 13. Captis amore.
Aequis mentibus audire. Virg. 9. Aeneid. 48.
Augurat mens. Virg. 7. Aen. 55.
Morbo mentis aliquo calere. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 16.
Mente captus, dicitur (authore Festo) quum mens hominum potestate abijt.
Capere mente. Vide Capio.
Bona mente carere. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 2.
Celeri circunspice mente. Ouid. 1. de Remed. amor. 18.
Circunspicere mentibus. Vide Circunspicio.
Coire mente. Quint. lib. 5. cap. 11. 25.
Colligere mentem. Ouid. 14. Metam. 70.
Commoueri mente. Vide Commoueo.
Belligeram somno componere mentem. Sil. lib. 3. 33.
Comprehendere aliquid mente. Cic. 3. de Nat. deor. 27.
Concidere mente. Vide Concido pen. cor.
Concipere mentem. Vide Concipio.
Concidere aliquid mente. Tacit. lib. 2.
Concussa metu mente uirago. Virg. 12. Aen. 94.
Conquassatur mens, animæq; potestas. Lucret. lib. 3. 121.
Consentire mente una. Vide Consentio.
Consistere mente. Vide Consisto.
Consistit mens, Quiescit. Virg. 1. Aen. 130.
Caligine mentis cæca consitus. Catull. Argon. 59. 42.
Conspicere mente aliquem. Vide Conspicio.
Dubius constringere mentes, Coercere. Lucan. lib. 5. 52.
Conuertere mentem aliò. Lucret. lib. 4. 114.
Conuertere mentes hominum oratione. Vide Conuerto.
Molem mentis corruere. Lucret. lib. 3. 165.
Crescit & senescit mens. Lucret. 3. 91.
Dare mentē. Cic. pro Milone, Hīc dij immortales mentē dederunt illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias. Suprà dixerat, mentē iniecit: Ea, inquit, uis igitur ipsa, quæ sæpe incredibiles huic urbi felicitates atq; opes attulit, quæ illā pernicię extinxit ac sustulit, huic primùm mentē iniecit, ut ui irritare, ferroq; lacessere fortissimū uirū auderet. Significat autem mentē dare, uel injicere, excitare desiderium in pectore alicuius, subitoq; ad aliquid gerendū impellere. Virg. 3. Georg. de furore equarum agens, Et mentē Venus ipsa dedit. Liu. Decad. 1. lib. 6, ubi Manlium plebis animos contra Patres inflāmantem inducit: Dij prohibeant hæc: sed nunquam propter me de cælo descendent. uobis dent mentem oportet ut prohibeatis, sicut mihi dederunt armato togatoq;, ut nos à barbaris hostibus, à superbis defenderem ciuibus.
Deditæ mentes cum oculis. Vide Dedo.
Deducere mentes. Pers. Satyr. 5. 4.
A' mente & consilio. Vide Deduco.
Tota mente deficere. Ouid. 9. Metam. 128.
Duram deflectere mentem. Lucan. lib. 3. 61.
Demittere mentem, Desperare. Virg. 12. Aen. 122. Seruius.
Error mentis demptus. Horat. 2. epist. 2. 28. (362.
Mentē, mentumq; in gremijs mimarū deponere. Cic. 13. Philip.
Memori mente deprehendere aliquid. Lucret. lib. 3. 176.
Paratam mentem uerba destituunt. Lucan. lib. 5. 147.
Diuidere mentem. Catul. in carmine Nuptiali, 57. 3,
Nos aliò mentes, aliò diuisimus aures.
Dubiæ menti spem dedit. Virg. 4. Aen. 11.
Perculsa mente dederunt lachrymas. Virg. 9. Aen. 59.
Dominatur in æquas mentes Venus. Lucan. lib. 5. 145.
Durat mentem. Tacit. lib. 3.
Iracunda mens in ira efferuescit. Lucret. lib. 3. 60.
Exacuere mentem ad uaria conamina. Sil. lib. 7. 29.
Ignis acrior mentem excoquit. Senec. Herc. fur. 1. 22.
Explorant mentes deorum. Sil. lib. 5. 12.
Spes anxia mentem extrahit. Stat. 1. Thebaid. 65.
Exuere mentem. Virg. 4. Aen. 64.
Facere aliquid bona mente. Quint. lib. 5. cap. 10. 36.
Composita mente ferre aliquid. Ouid. 3. de Arte, 114.
Iniqua mente ferre aliquid. Ouid. 8. Metam. 128.
Placida mente ferre aliquid. Ouid. 13. Metam. 43.
Duram flectere mentem. Ouid. 9. Metam. 122.
Flectere consilium mentis crudelis. Catul. Argon. 58. 28.
Fodere mentes stimulo inuidiæ. Sil. lib. 7. 103.
Formandam quàm optimis institutis mentem infantium indicat. Quint. lib. 1. cap. 1. 12. de Chrysippo.
Teneræ mentes asperioribus formandæ studijs. Horat. 3. Carm. ode 24. 11. (27.
Mens fugit admonitu, frigusq; perambulat artus. Ouid. epist. 9.
Certa mente aliquid gerere: id est, obfirmata mente. Ouidius epistol. 17. 8.
Sollicitam gerere mentem formidine. Lucret. lib. 3. 213.
Tumores magnos mente gerere, Superbire. Lucan. lib. 10. 20.
Habitat mentes deus. Stat. 12. Thebaid. 99.
Hærere mentibus. Horat. 2. epist. 1. 11.
Dij illum in eam mentem impulerunt, Dij illi mentem dederūt, Dij illi mentem iniecerunt, ut conaretur, &c. Cic. pro Milone, 64. & 68.
Incidit mihi in mentem hæc res. Vide Incido pen. corr.
Incitatus mente. Vide Incito. (duo.
Induit in mentes animosq; hominū apologa Aesopus. Vide Inficere

*Inficere mentem.* Quint. lib. 1. cap. 11. 1.
*Mens intelligentiaq; noſtra infixa in eius imagines, &c.* Cic. 1. de Nat. deor. 70.
*Infixa mentibus memoria alicuius.* Vide Infigo.
*Inhæreſcunt penitus in mentibus.* Vide Inhæreo.
*Injcere mentem alicui.* Vide Injicio.
*Innectere mentem alicuius.* Senec. Hippol. 4. 12. *implicare.*
*Inſertare mentem cælo, Cæleſtia inueſtigare animo.* Stat. 3. Thebaid. 110.
*Inſidere in mente.* Vide Inſideo.
*Inſiſtere mente & animo in rem aliquam.* Vide Inſiſto.
*Furor inſtigat mentes.* Senec. Thyeſt. 1. 6.
*Intrare in mentem iudicis dicitur quippiam.* Vide Intro.
*Introſpice in mentem tuam ipſe.* Vide Introſpicio.
*Labat mens.* Celſus lib. 4 cap. 19. Vide Labo, *labas.*
*Labi mente.* Vide Labor, *laberis.*
*Munera Bacchi duram laxarunt mentem.* Silius lib. 11. 58.
*Simulata mente loqui.* Virg. 4. Aeneid. 21.
*Madet mens.* Lucret. lib. 3. 97.
*Mandare animis & mentibus.* Vide Mando, *mandas.*
*Mens mihi non manet certa ſede.* Horat. 1. Carm. ode 13. 1.
*Immota manet mens.* Virg. Aeneid. 90.
*Manet alta mente repoſtum.* Virg. 1. Aeneid. 6.
*Mulcere mentes.* Ouid. 10. Metam. 61.
*Mutare mentem.* Vide Muto.
*Mutat inſania mentem.* Virg. 4. Aeneid. 119.
*Rigida mente negare aliquid.* Ouid. epiſt. 3. 20.
*Oblimare mentem.* Claud. 3. de raptu Proſerp. 6.
*Mentem obtundere.* Vide Obtundo.
*Pacificare mentem* Senec. Agamemn. 3. 24.
*Peragrare omnia mente, animoq;* Lucret. lib. 1. 15.
*Perculſa mentem formidine mater.* Virg. 4. Georg. 72.
*Mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes.* Tacit. lib. 1.
*Pietas mentem percutit.* Stat. 11. Thebaid. 121.
*Obſtinata mente perſert.* Catull. ad Seipſum, epigr. 8. 3.
*Firma permanet mens.* Ouid. epiſt. 15. 34.
*Permotus mente.* Vide Permoueo.
*Tota mente petere.* Virg. 4. Aeneid. 20.
*Præcipitat mentem furor, iraq;* Virg. 2. Aeneid. 64.
*Alta mente præditus homo.* Vide Altus.
*Tacita mente malè precari alicui.* Ouid. 1. de Arte, 121.
*Preſſus mentem formidine.* Virg. 3. Aeneid. 10.
*Læta mente receptum munus.* Ouid. 2. Amor. eleg. 15. 1.
*Superas recludere mentes, Conſilia aperire deorũ.* Sil. lib. 1. 4.
*Redit mens.* Ouid. 9. Metam. 117.
*Anxijs mentibus ſpem reducit Lyæus.* Horat. 3. Carm. ode 21. 3.
*Relaxare mentem.* Seneca Hippol. 4. 18.
*Inoblita mente repetere aliquid.* Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 8.
*Reponere mentem alicui, Reddere animũ.* Valer. 7. Argon. 50.
*Reuincire mentem amore.* Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 7.
*Sanatur mens.* Lucret. lib. 3. 103.
*Satiare teneras mentes ueluti quodam iucundioris diſciplinæ cibo, lacteq;* Quintil. lib 2. cap. 4. 4.
*Scrutari mentes deũm in fibris.* Ouid. 15. Metam. 28.
*Seneſcit mens.* Lucret. lib. 4. 91.
*Seuocare mentem ab oculis.* Cic. 3. de Nat. deor. 27.
*Stetit in dubio mens.* Lucan. lib. 7. 50.
*Subijt mentem ea res.* Virg. 10. Aeneid. 165.
*Labefacta mens ſuccubuit.* Senec. Troad. 10. 18.
*Suæ mentis eſſe.* Cic. in Piſonem, 39.
*In mente, & in mentem eſt mihi.* Vide In præpoſitionem.
*Eſt mens mihi id eſt, placet mihi, Volo.* Ouid. epiſt. 2. 27.
*Non eadem eſt mens.* Horatius de Arte, 1. Id eſt, *non idem nunc placet.*
*Teneraſcit mens in tenero corpore.* Lucret. lib. 3. 154.
*Tepeſcunt mentes.* Lucan. lib. 4. 58.
*Terrent etiam nunc nubila mentem.* Ouid. 1. Metam. 72.
*Trepidat mens metu.* Horat. 2. Carm. ode 19. 1.
*Turbatus uulnere mentis.* Virg. 12. Aeneid. 32.
*Hæc ueniunt in mentem, Harum rerum memini.* Cic. 2. de Nat. deor. 243. Virg. 4. Aeneid. 8,

Nec uenit in mentem quorum conſederis aruis? Id eſt, *non cogitas.*

*Venit in mentem illius rei.* Cic. Mario, lib. 7. 3. 1.
*Venit in mentem de hac re.* Cic. de Petitione Conſulatus, 35.
*Venit in mentẽ ut portorium uini inſtituerẽ.* Cic. pro Fonteio, 8.
*Venit in mentem facere, dicere, &c.* 1. Cic. de Orat. 123.
*Videre aliquid mente.* Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 2.
*Liquida mente uidere.* Catull. de Berecynth. epigr. 58. 10.
*Mens animi uigilat.* Lucret. lib. 4. *Hæc duo ſæpe coniunctè ponuntur à ſcriptoribus. Ariſtoteles autem huiuſmodi* ἀναλογίαν, *id eſt, comparationem ſeu poportionem proponit tum in lib. 1. de moribus ad Nicomachum, tum Topicorum primo,* ὡς σὺ σώματι ὄψις, ἕτω νοῦς σὺ ψυχῇ. *Id eſt, ut in corpore aſpectus, ſic mens in animo. Lambinus.*
*Virens mente.* Stat. 3. Thebaid. 91.
*Mens mea facientis.* Pomponius in l. ſi iur. ff. de Legat. & fidei comm. 3, *Videndum eſt, an mens mea hæc fuerit facientis poſtea teſtamentum.*

¶ Mentio, mentionis, fœm. gen. (μνήμη) A ſupino Mentum, quòd à Meno uerbo antiquo deducitur, teſte Valla libro 3. quod Recordor, & in mentem reuoco ſignificabat.

*Agitare mentionem.* Vide Agito, *in* Ago.
*Facere mentionem, Commemorare.* Cic. de Senec. 58, *Lyſandrum Lacedæmonium (cuius modò mentionem feci) dicere aiunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſsimum domicilium ſenectutis.*
*Facere mentionẽ neceſſariã alicuius rei.* Quint. lib. 2. cap. 2. 2.
*Facere mentionem de pecunia, &c.* Cic. pro Quintio, 21.
*Habere mentionem.* Quintil. lib. 4. cap 2. 13.
*Incidere in mentionem.* Cic. 1. Verr. 27.
*Incidit mentio de Philippo.* Vide Incido *pen. corr.*
*Inferre mentionem.* Vide Infero.
*Iniecta mentio de aliquo.* Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 19.
*Intermittere mentionem.* Cic. Attico, lib. 5. 96. 4.
*Mouere mentionem rei cuiuſpiam.* Vide Moueo.
*Opprimere mentionem aliquam.* Vide Opprimo.
*In mentione terræ dicetur: hoc eſt, dum mentionem terræ facimus.* Plin. lib. 2. cap. 8. 3.

¶ Mentior, mentiris, pen prod. (ψεύδομαι, ψευδόμυθέω, ψευδολογέω, ἀλίτομαι) *mentiri, Deponens, notum uerbum* Terent. Heaut. 3. 2. 38,

Non eſt mentiri meum. *id eſt, non conſueui mentiri, ſiue ſolitus ſum.*

*Mentiebatur ad milites.* Gell. lib. 15. cap. 22.
*Palàm mentiri.* Vide Palàm.
*Niſi mentior.* Vide Niſi.
*Aduerſus aliquem mentiri.* Plaut. Aulul. 23. 9.
*In aliquem mentiri.* Cic. in Saluſt. 1.
*Alicui mentiri.* Plaut. Amphit. 5. 6.
*Mentiri de.* Cic. 2. de Orat. 102, *De me autem cauſa nulla eſt, cur apud homines prudentiſsimos atq; amiciſsimos mentiar.*
*De annis ætatis ſuæ multum mentiri.* Quint. lib. 6. cap. 3. 50.
*Mentiri ſe eſſe aliquem, Fingere & ſimulare.* Plin. de Viris illuſt. 62. Martial. lib. 1. 86,

Mentiturq; utrum prodigioſa Venus

*Amorem mentiri.* Ouid. epiſt. 20. 37.
*Cauſam fugæ mentitur.* Ouid. 11. Metam. 57.



Digitized by Google

Colorem fuco mentiri. Quint. lib. 2. cap. 15, 18. Plinius lib. 37. cap. 8, Inficitur, candoremq; mentitur.
Lana mentitur uarios colores. Virg. 4. eclog. 9.
Color ille chrysocolam mentitur. Plin. lib. 35. cap. 6. 18.
Dolorem capitis mentita puella. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 3.
Fidem mentiri. Claud. 5. Paneg. 22.
Verum robur imani sagina mentiri. Quint. lib. 2. cap. 15. 18.
Sexum muliebri motu mentiri. Colum. in Præfat. libri 1. 14.
Vitam uanitas mentitur sibi. Plin. lib. 7. cap. 55. 1.
Mentiri, pro Falsò scribere. Plin. lib. 12. cap. 15. 2, Necnon fuere qui è thure arbore utrunq; nasci mentirentur.
¶ Mentibor, pen. prod. (ψεύσομαι) Plaut. Mil. 5. 99. & 3. 35, Et assentandum est quicquid hic mentibitur.
¶ Mentitus, pen. prod. Part. (ἐψευσμένος) Cic. 4. Acad. 153. Ne tu qui idē me facturum paulò antè dixeris, uideare mētitus.
Os mentitum. Ouid. 6. Fast. 86.
Mentita & falsa plenaq; erroris. Cic. 2. de Nat. deor. 80.
Fama mentita. Ouid. 10. Metam. 6.
Figuris mentitis celare se. Ouid. 5. Metam. 66.
¶ Mentiturus, pen. prod. (ψευσόμενος) Aliud participium. Ouid. in Ibin, 14,
Non mentituro quilibet ore legat.
Vox mentitura. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 4.
¶ Mentitio, mentitionis, Verbale. Author ad Heren. lib. 3. non ita procul ab initio, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dißimulationes, maturationes, mentitiones, & cæteras res, &c.
Mensa ] mensæ (τράπεζα, θύρα) Super quam edere solemus: dicta, inquit Varro, quasi mesa, quod inter duos poneretur. Virg. 1. Aeneid. 143,
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt pocula.
Acerna mensa. Ouid. 12. Metam. 51.
Argenteæ mensæ in delubris. Cic. 3. de Nat. deor. 121.
Citrea & acerna mēsa. Mart. lib. 14. 94. et 95. Cic. 6. Verr. 32.
Conscripta uino mensa. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 4.
Curionales mensæ. Vide Curia.
Delphicæ è marmore mensæ. Cic. 6. Verr. 115.
Gemmiferæ mensæ. Claud. 5. Paneg. 53.
Pantherinæ mensæ. Vide Pantherinus, in Panther.
Polluta mensa cruore. Sil. lib. 7. 37.
Supina mensa. Propert. lib. 4. eleg. 9. 4.
Tripes mensa. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 3.
Astare mensæ domini. Vide Asto.
Consistere ad mensam. Cic. 5. Tusc. 86.
Discumbere mensis. Stat. 4. Sylu. 2. 7.
Esse in honore mensarum. Plin. lib. 10. cap. 49. 1.
Extruere mensas conquisitißimis cibis. Cic. 5. Tusc. 87.
Instruere mensas. Virg. 3. Aen. 47. Ouid. 8. Metam. 115.
Onerare epulis mensas. Virg. 4. Georg. 76.
Opulentare mensam pretiosis dapibus. Vide Opulento.
Reponere uina mensis. Virg. 7. Aeneid. 27.
Mensa, Prandiū, uel Cœna quādoq; dicitur. Iuuen. Satyr. 1. 14,
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis unà comedunt patrimonia mensa.
Reuerentia mensæ. Iuuen. Satyr. 2. 12.
Omnium mensarum assecla. Cic. in Salust. 13.
Mensa sine arte. Martial. lib. 10. 47.
Angusta mensa. Senec. Thyeste, 5. 10,
Tutusq; mensa capitur angusta cibus. Id est tenui, non sumptuosa.
Apposita mensa. Ouid. epist. 16. 15.
Apta mensa ioco. Ouid. 1. de Arte, 120.
Breuis mensa. Horat. de Arte, 41.
Cara mensa, Quæ magno constat. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 8.
Diuites mensæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 18.
Nitentes mensæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 1.
Opimæ mensæ inconsuetus miles. Sil. lib. 11. 57.
Pingues mensæ. Catul. in Carmine nupt. 57. 1.
Plena mensa. Virg. 11. Aen. 148.
Regales mensæ. Virg. 1. Aeneid. 139.
Secundæ mensæ: id est, secundi cibi, uel epulæ. Virg. 2. Geor. 21. Cic. Attic. lib. 14. 304. 3,
Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa.
Tenuis mensa. Horat. 2. Carm. ode 16. 3.
Apponere mensam. Vide Appono.
Auferre mensam. Vide Aufero.
Communicare aliquem mensa. Vide Communico.
Perpetuis considere mensis. Virg. 7. Aen. 36.
Relicta mensa discedit conuiua. Ouid. 1. de Arte, 121.
Lucis pars optima mensæ est data. Ouid. 7. Metam. 135.
Verecunda laxamus seria mensa. Pers. Satyr. 5. 5.
Pingues linquere mensas. Catull. in Carm. nuptiali, 57. 1.
De mensa mittere: id est, de ijs quæ mensæ apposita erant. Cic. Attico, lib. 5. 88. 5.
Percurrere mensas. Vide Percurro.
Mensam remouere. Virg. 1. Aen. 44.
Repellit mēsas ingenti clamore. Ouid. 6. Metam. 132. de Tereo.
Mensam tolli iubet. Cic. in Pisonem, 55.
Mensa etiam discus & quadra dicitur. Virg. 7. Aen. 25. & 23.
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Id est, panitias mensas, inquit Seruius, epularum sustentaculum.
Mensa, Tabula qua argentarij utuntur. Cic. pro Flacco, 35, Si Prætor dedit, ut scriptum est, à Quæstore numerauit, Quæstor à mensa publica, mensa aut ex uectigali, aut ex tributo.
Mensa, Particula quædam in balistæ fabrica, de qua sic Vitruuius, Regulæ quæ in mensa, longitudo foraminū octo. Quid autem sit mensa, declarat Turnebus his uerbis, Mensa interior est, & media inter duas hinc & inde scutulas, constatq; regulis diapegmatis, & tabula, inter regulas & diapegmata collocata: estq; in summo & imo capitulo, & peritreta. Ctesibius uel Hero, καλεῖται δὲ τὸ πῆγμα τὸ συγκείμενον ἐκ τε τῶν κανόνων, καὶ τῶν διαπηγμάτων καὶ τοῦ σανίδος, τράπεζα. Hactenus ille.
¶ Mensula, pen. corr. Diminut. (τραπέζιον) Plaut. Mostel. 4. 150, Cedò aquam manibus puer, appone hic mensulam.
¶ Mensarius, (τραπεζίτης, θυωρεῖτης) qui & Collybista. Habebant autem, inquit Budæus, nummularij siue mensarij aut mensularij & argentarij causam publicam, & ratione acceptī expensiq; faciebant: & tam pecuniariā permutationem, quam maiorem negociationem exercebant: quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuito. Aliàs Latinè Argentarius dicitur: à Græcis Trapezita. Cic. pro Flacco, 34, Cum ciuitate mihi res est acerrima & conficientißima literarum in qua nummus moueri nullus potest sine quinq; Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensarijs, qui apud illos à populo creantur. Liu. 7. ab Vrbe, 94, Solutionem æris alieni in publicam curam uerterunt: quinq; uiris creatis, quos Mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.
¶ Mensarius, Adiectiuum: ut, Triumuiri mensarij. Vide Triumuir.
Mensio ] mensionis, Vide Metior.
Mensis ] huius mensis (μηνὸς, μεὶς) à Metior deducitur, quasi res numero dierum mensa. Cic. 2. de Nat. deor. 100, Qui quia mensa spacia conficiunt, menses nominantur. De cursibus Lunæ. Macrobius à Græco μήν, id est, à luna trahit. nam lunæ curriculo mensis conficitur. Terent. Adelph. 3. 4. 29, Compressu, grauida facta est, mensis hic decimus est.

Plaut.

Digitized by Google

Plaut. Perſa, 16.79, Nunquam hercle hunc menſem uertentem credo ſeruibit tibi.

Menſis, à Lunæ motu dictus, dum ab ſole profecta, rurſus redit ad eum Luna, quòd Græcè olim dicta μλίνη: unde illorum μλίνις, &c. Varro de Ling. Latina, lib. 5.

Primis à menſibus. Virg. 1. Georg. 13.

Aprilis menſis marinæ Veneris. Horat. 4. Carm. ode 11. 3.

Auguſtus menſis. Vide Auguſtus.

Biſſeni menſes. Stat. 3. Syl. 1. 4.

Brevis menſis. Horat. 2. epiſt. 1. 9.

De menſe Decembri. Vide De præpoſitionem.

Gelidi menſes, Tempora hyemis. Claud. 3. de raptu Proſ. 45.

Incerti menſes ſunt veris & autumni. Nam & hyemis certum eſt frigus, & æſtatis certus eſt calor: veris verò & autumni nũc frigus, nunc calor eſt. Seruius in illud Virg. 1. Georgicorũ, Præſertim incertis ſi menſibus annus abundans Exit.

Intercalaris menſis. Vide Intercalo.

Pauci menſes. Vide Paucus.

Opportunus, & Rectus menſis. Plin. lib. 10. cap. 63. 7.

Sextilis menſis, Auguſtus. Horat. 1. epiſt. 11. 4.

Tardi menſes. Virg. 1. Georg. 7.

Totus ex ordine menſis. Virg. 3. Georg. 69.

Voluendi menſes, Volubiles. Virg. 1. Aeneid. 55. Seruius.

Menſis abit. Terent. Adel. 4. 5. 557, Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem. Vbi Donatus, Quaſi dicat, te ceſſante, decẽ menſes ceſſere. Et abire dicitur quod paulatim nos deſerit.

Abeſſe tres menſes. Vide Abſum.

Agitur menſis. Vide Ago.

Exactis menſibus grauidæ errant. Virg. 3. Georg. 28.

Occupare primos menſes. Vide Occupo.

Incipiunt magni procedere menſes. Virg. 4. eclog. 3.

Pronos uoluit menſes Luna. Horat. 4. Carm. ode 6. 8.

Menſes, in plurali, pro Menſtruis mulierum. Plin. lib. 21. cap. 21. 5, Prodeſt & orthopnoicis & anhelationi, mulierumq; menſibus retardatis.

Menſis etiam in ſingulari idem ſignificat. Plin. lib. 17. cap. 28. 6, Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas à muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Idem libro 28. cap. 4. 11.

Commorantes menſes trahit lens. Plin. lib. 22. cap. 25. 26.

Menſes fœminarum trahere dicitur maſtiche condrilli. Plin. lib. 22. cap. 22. 23.

Menſes mulierum abundant, uel ſubſidũt. Plin. lib. 22. cap. 8. 2.

Abundantia menſium. Plin. lib. 23. cap. 7. 22.

Monſtrifici menſes. Plin. lib. 28. cap. 7. 7.

Euocare menſes. Plin. lib. 26. cap. ultimo, 10.

¶ Menſtruus, Adiect. (μλνιαῖος, ἐπιμλίνος, ἰμμλνος) Quod eſt unius menſis. Cic. 1. de Nat. deor. 120, Huius hanc luſtrationem eiuſdem incenſa radijs menſtruo ſpatio luna cõplet.

Menſtrua aduerſaria. Cic. pro Roſc. Comœd. 3.

Cibaria menſtrua. Cic. 5. Verr. 60. & 186.

Curſus menſtruus Dianæ. Catull. in Carmine ſecul. 32. 4.

Curſus menſtrui, Menſtrua muliebria. Plin. lib. 11. cap. 39. 4.

Luna menſtrua. Virg. 1. Georg. 71.

Opus menſtruum. Cic. 2. de Legib. 72.

Thura menſtrua reddere Lari: id eſt, ſingulis menſibus. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 7.

Vita menſtrua. Cic. 4. de Finib. 49.

Vſura menſtrua. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 7.

Menſtruum, pro alimento in ſingulos menſes legato: ut Annuũ, quod in ſingulos annos. Vlpianus in l. qui bonis. ff. de ceſſione bonorum, Si quid miſericordiæ cauſa ei fuerit relictum, puta Menſtruum uel annuum, alimentorum nomine. Idem in l. ex annuo. de don. inter uir. & uxor.

¶ Menſtruum, menſtrui, n. g. numero ſingulari. Plinius lib. 28. cap. 7. 8, Quocunq; autem alio menſtruo, ſi nudatæ ſegetem ambiant, erucas ac uermiculos ſcarabeoſq; ac noxia alia decidere.

Menſtruũ, menſtrui, Cibus & uelut annona unius menſis. Liu. Decad. 5. lib. 4. 6, Prætore dimiſſo, Conſul menſtruum iuſſo milite ſecum ferre, profectus, &c.

¶ Menſtrua, menſtruorum, ſubſtantiuum. plur. num. n. g. (τὰ μλνα) Mulierum profluuium eſt, quod illis unoquoq; menſe accidere ſolet. Vide Plinium lib. 7. cap. 15. Columel. libro 11. cap. 3. 31, Eiuſdem frutex pluribus annis permanet innoxius, niſi ſi mulier quæ in menſtruis eſt, contigerit eum, & ob hoc exaruerit.

Menſtrua bene reſpondentia. Celſus lib. 6. cap. 6.

¶ Menſtrualis, & hoc menſtruale, pen. prod. (τὰ μλνιαῖος, κατὰ μλνιαῖος) Quod ſingulis menſibus fit. Plaut. Capt. 8. 23, Qui ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier.

Menſtruale animal mulier, quæ menſtrua patitur. Plinius libro 7. cap. 15.

Menſor, Menſura] Vide Metior.

Menſula] Vide Menſa.

Menta] mentæ, Herba quæ à Græcis ἡδύοσμος dicitur, hoc eſt, ſuaueolens. Menta autem appellata, quòd ſuo odore mentem feriat. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 11, Volo mentam puſillam ita appellare, ut rutulam. Plinius lib. 20. cap. 14. 3, Mentæ ipſius odor animum excitat, & ſapor auiditatem in cibis. Eſt & menta aquatica, quæ à Dioſcoride ciſſimbrium dicitur. Vide Minta.

Olentes mentæ. Ouid. 10. Metam. 146.

Mentagra] mentagræ, pen. corr. (λειχὴν) Morbus dictus à mento. Plin. lib. 26. cap. 1, Grauiſſimum ex his lichenas appellauere, Græco nomine: Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, ioculari primùm laſciuia (ut eſt procax natura multorum in alienis miſerijs) mox & uſurpato uocabulo mentagram, occupantem in multis totos utiq; uultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem uerò & in colla pectuſq; ac manus fœdo cutis ſurſure.

Mentaſtrum] mentaſtri (ἡδύοσμος ἄγριος) Menta ſyluestris. Plin. lib. 20. cap. 14. 1, Mentaſtrum ſyluestris menta eſt, differens ſpecie foliorum quaſi figura ocimi, pulegij colore. Propter quod quidam ſyluestre pulegium uocant.

Mentaſtrum ſyluestre. Colum. lib. 11. cap. 3. 30.

Mentercoſa] μὴτρόπολις, Hiſpaniæ urbs Ptolemæo: uulgò Petraſa de la ſierra.

Mentigo] pen. prod. mentiginis, f. g. (λειχὴν) Genus morbi, quod pecudes inuadere ſolet. Colum. lib. 7. cap. 5 17.

Mentio] mentionis, fœm. gen. & Mentior, mentiris. Vide Mens.

Mentiſa] μὴτισα, Hiſpaniæ urbs Ptolemæo: alio nomine Mentesa: uulgò Iaen.

Mentoas] Fluuius olim dicebatur, quem nunc (Euſtathio in Dionyſium teſte) Iſtrum ſiue Danubium appellamus.

Mentor] huius Mentoris, pen. corr. (μὴτωρ) fuit in uaſis cælandis mirus artifex, de quo Plin. lib. 12. Et lib. 33. cap. 12. Iuuen. Satyr. 8. 11,

—raræ ſine Mentore menſæ.

¶ Mentoreus, pen. corr. Adiectiuum (μὴτόρειος) Propert. lib. 1. eleg. 3. 1, Leſbia Mentoreo uina bibas opere.

Mentores] pen. corr. (μὴτορες, Stephano) populi fuerunt in Illyrico, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

Mentula] mentulæ pen. corr. f. g. Membrum uirile.

Mentum] menti (γνάθος, αὐτοῤῥώμη) Ab eminendo dicitur, quòd à gula emineat. Plaut. lib. 11. cap. 37. 33, Mentum uulli præter hominem, nec malæ. Cic. 1. Tuſcul. 16. Mento ſimam

Digitized by Google

*mam aquam attingens, siti enectus Tantalus.*
*Canicies inculta mento iacet. Virg. 6. Aeneid. 60.*
*Incana mentia. Virg. 3. Georg. 63. Idem 6. Aeneid. 162.*
*Intorquere mentum.* Vide Intorqueo.
*A' mento palearia pendent. Virg. 3. Georg. 11.*
*Nutanti mento percutere pectus. Ouid. 11. Metam. 124, Gestus est eorum qui sedentes, uel cubito caput innixi dormiunt.*
**Menus**] *Germaniæ fluuius est, in quo sylurum aiunt piscem equos innantes deorsum trahere. Bocatius.*
**Menuthias**] *Μενουθίας, insula Australis Ptolemæo lib. 5. cap. 9. ad Aethiopiam: hodie Madagascar, siue insulam S. Georgij nominant, licet accolæ sint Mahumedistæ.*
**Menuthis**] *μενουθὶς, Vicus Aegypti, non procul à Canopo: cuius incolæ Menuthitæ uocantur. Steph.*
**Meo**] *meas (διαβαίνω, πορεύομαι, μεταῤῥέω) meare, Vltro citroq; ire: item Exire, manare, hoc est, Fluere. Plin. lib. 10. cap. 38. 3, Aues non in eadem natura meare uidentur.*
*Anima means in membra diuersa. Lucan. lib. 3. 127.*
*Mobilitas meandi per magnum inane. Lucret. lib. 2. 13.*
¶ *Meatus, huius meatus, pen. prod. (πορεία) Plin. lib. 10. cap. 38. 1, Aues solæ uario meatu feruntur & in terra & in aëre. Hoc est, uaria incedendi aut uolandi ratione.*
*Bifido meatu diuisus Rhenus. Claud. de bel. Get. 67.*
*Meatus etiã dicuntur πόροι, in corpore. Plin. lib. 20. cap. 21. 7. Succus maluæ decoctæ, poros, hoc est, meatus, suaues facit. Nostra exemplaria habent, Succus decoctæ, pori meatus suaues facit.*
*Meatus siderum: hoc est, cursus & motus astrorum. Plin. lib. 2. cap. 8. 4.*
*Cæli meatus. Virg. 6. Aeneid. 170.*
*Solis cursus, Lunæq; meatus. Lucret. lib. 5. 16.*
*Solis, Lunæq; meatus. Lucret. lib. 1. 26.*
¶ *Meaculum, aculi, pen. corr. Idem. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Meácula uenarum.*
¶ *Meabilis, & hoc meabile, pen. corr. (διαβατὸς) Plin. lib. 2. cap. 5, Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoq; consertum. Id est, qui facilè per omnia meat & fluit.*
*Meabilis transitus. Plin. lib. 6. cap. 1. 3.*
**Meonia, Meonis, Meonides**] *Vide in* Mæonia.
**Meotis**] *Vide* Mæotis.
**Mephitis**] *huius mephitis, pen. prod. fœm. g. (μεφῖτις) Propriè est terræ putor qui de aquis nascitur sulphuratis: & est in nemoribus grauior ex densitate syluarum. Alij Mephitin Deum uolunt Leucotheæ connexũ, sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alij Mephitin Iunonẽ uolũt, quã aerem esse constat. Nouimus aũt putorẽ non nisi ex putore aeris nasci: sicut etiã bonum odorẽ de aere incorrupto: ut sit Mephitis dea odoris grauissimi, id est, graueolentis. Virgil. 7. Aen. 17,*

*—nemorum quæ maxima sacro*
*Fonte sonat: sæuamq; exhalat opaca mephitin. Seruius.*

*Vide* Amsanctus. *Pers. Satyr. 3. 10,*

*—atq; albo uentre leuatur*
*Gutture sulphureas lentè exhalante mephites. Id est, odorem deterrimum seu halitur graues & olentes.*

¶ *Mephiticus, a, um, (μυδαλιῶδ) apud Sidonium Apollinem pro fœtulento.*
**Mera**] *μέρα, Proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. lib. 8. Mera item Prœti & Antiæ filia fuit, quæ quũ uenationi dedita Dianam per nemora sequeretur, à Ioue uisa & dilecta est, qui sumpta Dianæ figura, cum ea concubuit. Tandem in canem mutata est. Ouid. 7. Metamorph.*
**Meraclum**] *per contractionem à Meraculum. Plaut. Casina,*

*Nisi hæc meraclo se uspiam percusso flore Libyco.*

**Meracus**] *pen. prod. Adiect. (ἄκρατ) Solum & purum.*

*Vnde Vinum meracum dicimus quod merũ est, nulla aqua admista. Hinc etiam Meracius bibere dicuntur, qui minus aquæ uino miscent. Celsus lib. 2. Horat. 2. epist. 2. 28,*

*Expulit helleboro bilem, morbumq; meraco. Cic. 3. de Nat. deor. 112, Vt si medicus sciat eum ægrotum cui iussisset uinum sumere, meracius sumpturum statimq; periturum: magna sit in culpa.*

*Anticyras sorbere meracas. Pers. Satyr. 4. 2.*
¶ *Meraculus, pen. cor. Diminut. Plin. lib. 20. cap. 19. 5, Opium ex uino meraculo, si protinus detur, scorpionũ ictib. resistit.*
**Mercatio, Mercator, Mercatura**] *Vide* Mercor.
**Mercedula, Mercenarius**] *Vide* Merces.
**Merces**] *mercedis, pen. prod. f. g. (μισθὸς, θητεία) Præmium quod datur pro labore seu stipendio. A' merendo, & ere dicta, ut, Var. lib. 4. de ling. Lat. author est. Iuuen. Satyr. 7. 16,*

*Scire uolunt omnes, mercedem soluere nemo.*

*Dulcis labor mercede. Ouid. 6. Fast. 1. 33.*
*Pactiones mercedum. Cic. in Parad. 58.*
*Dilata merces officijs. Claud. 8. Paneg. 51.*
*Duplices mercedes. Quintil. lib. 2. cap. 3. 3.*
*Geminata merces. Ouid. 2. Metam. 141.*
*Pacta merces. Horat. 3. Carm. ode 3. 5.*
*Virtus sibimet pulcherrima merces. Silius lib. 13. 134.*
*Accersere mercede.* Vide Accerso.
*Bibere mercede. Horat. 1. Carm. ode 27. 3.*
*Caret mercede uirtus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 7.*
*Conducere mercede.* Vide Conduco.
*Diurna mercede conductum pauit. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 7.*
*Exigere duplices mercedes ab aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 3. 3.*
*Militare mercede.* Vide Miles.
*Operis mercedem negare. Ouid. 11. Metam. 43.*
*Paciscí mercede cum, &c.* Vide Pacisco.
*Paruas mercedes sequi. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 18.*
*Merces, pro Pensione & reditu annuo. Cic. 2. de Finib. 136, Videsne igitur, si amicitiam suã charitate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari. Budæus.*
*Merces, pro Precio & damno. Cic. 3. Tuscul. 21, Nam istuc nihil dolore, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. Et ad Lentulum, lib. 1. 9. 9, Tamen in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quàm ego maximo dolore cognoram. Budæus.*
*Alta merces discriminis. Silius lib. 17. 79.*
¶ *Mercedula, mercedulæ, pen. corr. Diminutiuum (μισθάριον) Cicero 1. de Orat. 98, Itaq; ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudicijs oratoribus.*
*Constituere mercedulas prædiorum.* Vide Constituo.
¶ *Mercenarius, Adiect. (μισθαρνῶδ, μίσθιος, μισθωτὸς, μισθωτικὸς, θὴς) Qui mercedis gratia operam suam alicui præstat. Marcellus in l. respiciendum. ff. de pœnis, Domestica furta uocantur, quæ serui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij, apud quos degunt, surripiunt. Cic. 1. Offic. 64, Est autem infima conditio & fortuna seruorum: quibus & malè præcipiunt, qui ita iubent uti ut mercenarijs operam exigendam, iusta præbenda.*
*Mercenarius & Gratuitus, contraria. Cic. pro Fonteio, 19.*
*Vincula mercenaria. Horat. 1. epist. 7. 14.*
*Mercenarij testes. Cic. Pulchro, lib. 3. 11. 11.*
*Mercenarij Prætoris decretum. Cic. 7. Verr. 43.*
*Mercenarium proœmium. Cic. 3. Verr. 77.*
**Mercimonium**] *Vide* Merx.
**Mercor**] *mercaris, mercatus sum (ἐμπορεύομαι, ἀντιπαραλλάττω*

Digitized by Google

πωλέομαι) mercari, Deponens, à Mereo, significat modò Emere, modò emendi aut uendendi causa mercaturam exercere. Terent. Heaut. 1, 1, 2, Inde adeò quòd agrum in proximo hîc mercatus es.

Mercari ad certam summam. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 2.

Mercari à, uel de. Cic. 1. Offic. 209, Sordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim uendant. Idem pro L. Flacco, 36, Fundum Cymæum Romæ mercatus est de pupillo Meculonio.

Mercari alicui. Terent. Eunuch. 3. 5. 20. Erat quidã eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi.

Amicam quanti mercatur muneribus. Propert. lib. 2. eleg. 17. 3.

Delitias mercatus sum, Stat. 5. Sylu. 5. 14.

Equos mercari Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.

Mercari magistratum pretio. Cic. 4. Verr. 85.

Libra & ære mercari aliquid. Horat. 2. epist. 2. 32.

Magno mercari aliquid. Virg. 2. Aeneid. 21.

Mercari præsenti pecunia. Plaut. Capt. 6. 8.

Pretio mercari aliquid. Horat. 3. Carm. ode 19. 2.

Mercatur minore pretio. Gel. lib. 1. cap. 19.

Mercari sestertijs sexcentis. Colum. lib. 3. cap. 3. 12.

Mercari Græca fide. Plaut. Asin. 5. 49. Plautus Græcam fidem dixit, ubi non uerbis, neq; stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent.

Largus mercandi. Silius lib. 15. 98.

¶ Mercans, mercantis (ἐμπορεύομαι) Qui mercatur. Colum. lib. 7. cap. 6. 6, Quæ uidentur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cætera mercantibus traduntur.

¶ Mercatus, pen. prod. (ἐμπορευθείς) Participium passiuum pro Emptus. Plin. lib. 37, cap. 2. 15, H-S. CLM. trullam unã non ante multos annos mercatã à matrefamilias nec diuite.

Cultus mercatus. Propert. lib. 1. eleg. 2. 1.

¶ Mercatus, huius mercatus, pen. prod. (ἐμπόρευμα) Plautus Asin. 8. 18,

Asinos uendidit Pelleo mercatori mercatu.

Mercatus (ἐμπόριον) Locus in quo res uenduntur. Plaut. Persa, 7. 8, Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Terentius Adelph. 2. 2. 23,

Nisi eò ad mercatum ueniam, damnum maximum est. Vbi Donatus, Mercatus, locum, tempusq; significat.

Frequens mercatus. Liu. 1. ab Vrb. 131.

Instituere mercatum. Cic. 3. Philip. 145.

Concelebrare mercatum. Vide Concelebro.

Indicere mercatum. Cic. 4. Verr. 92.

¶ Mercatus, mercati. Nonius, Mercatis pro mercãtibus. Sallust. Histor. lib. 5, Cæteri negocia sequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum, & pars suæ commeatibus mercatis.

¶ Mercatio, Verbale (ἐμπόρευσις) Gellius lib. 3. cap. 3, Pecunia omni in mercationibus perdita.

¶ Mercator, pen. prod. mercatoris, (ἔμπορος) Aliud uerbale. Horat. epist. 1. 9,

Impiger extremos curris mercator ad Indos. Cic. in Orat. 137, Neq; me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi uænalitij, mercatores q; superarunt.

Sacci mercator olentis. Iuuen. Satyr. 14. 274.

Diues mercator. Horat. 1. Carm. ode 31. 3.

Incinctus tunica mercator. Ouid. 5. Fast. 135.

Vagus mercator. Horat. de Arte, 24.

¶ Mercatura, mercaturæ, penult. prod. (ἐμπορία) Cic. 1. Offic. 210, Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa undiq; apportans, multisq; sine uanitate impertiens, non est admodum uituperanda. Idem de lege Agrar. Hanc uerò emendi & uendendi quæstuosissimã ac turpissimam mercaturam. Idem 3. Offic. 8, Ad quos quum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est.

Abire Tarentum ad mercaturam. Vide Abeo.

Auertere se in mercaturam. Vide Auerto.

Mercaturam facere. Cic. 7. Verr. 57.

¶ Mercaturæ, in plurali. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 22,

Auersus mercaturis. Subaudi emat.

¶ Mercalis, & hoc mercàle, pen. prod. Quasi uendibilis. Colum. lib. 7. cap. 6, Ex his singula capita, quæ uidentur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cætera mercalibus traduntur. Ita legit & interpretatur Calepinus. Nostra autem exemplaria legunt, mercantibus.

Mercurialis] huius mercurialis, pen. prod. f. g. (λανίδωτις) Herba. Plinius lib. 25. cap. 5. 1, Linozostis siue parthenion Mercurij est inuentum, ideo apud Græcos hermupoan multi uocant eam, apud nos omnes merculialem, &c.

Mercurius] ἑρμῆς, ἑρμείας, ῶνος, quasi medius inter homines currens, quòd sermo currat inter homines medius. Ideo Hermes Græcè, quòd sermo, uel interpretatio (quæ utiq; ad sermonem pertinet) ἑρμηνεία dicitur. Vnde & mercibus præest, quia inter uendentes & ementes sermo sit medius. Modò Ligius, modò Argiphontes, modò Ilomius, modò Cyllenius. Quatuor fuisse Mercurios tradunt: unum Iouis & Maiæ filiũ: alterum Cæli: tertiũ Liberi & Proserpinæ: quartum Iouis & Cyllenes, quem fama est ob Argi cædem profugum, literas Aegyptijs ostendisse. Verùm omnes ad Maiæ filium referuntur. Ideo & alas in capite & pedibus ponunt, uolentes signare, uelocem ferri per aera sermonem. Ideo nuntium uolunt dictũ, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est deus facundiæ: nam hominibus loqui præstare dicebatur. Dictus est deus mercatorum, palæstræ, furum, nuntiusq; & interpres deorũ. Lyram inuenit. Hic dictus est Hermes Trimegistus, hoc est, ter maximus: Est præterea unus è septem planetis, cuius corpus cunctorũ siderum minimum, ferè semper sub radijs solaribus: à quibus non recedit longius quam ducentos triginta gradus. Ideo ab Astronomis γήλιος, dicitur, quod est radians. Vnde Solinus & peruulgus fingitur, qa nimis est uicinus Soli præter cæteras stellas. Quinq; aũt Mercurij, Ciceroni 3. de Nat. deor. numerantur.

Mercurius, Deus est omnium gymnasiorum cõmunis, tam eorum quæ animi sunt, quàm eorũ quæ corporis. Hinc est, quòd ab antiquis signum eius gymnasijs apponebatur, ut ex multis Ciceronis, & alijs pleriscp; locis uidere satis licet.

Mercuri facundæ nepos Atlantis. Horat. 1. Carm. ode 10. 1.

Celer Mercurius. Horat. 2. Carm. ode 7. 3.

¶ Mercuriales (ἑρμαῖοι) uidentur esse sodales quidam in honorem Mercurij, uel collegium aliquod. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 11. 2, M. Furium Flaccum, Equitem Romanum, hominem neminem Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt.

Mercuriales uiri, pro Eruditis. Horatius 2. Carm. ode 17. 6.

Merda] σκώρ, σκατός, μίνθος, Α κόπρος, dicitur, quod est pars & edo, comedo. Est enim cibi excrementũ: hoc est, pars eorum quæ comedimus. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 8. 8,

Mentior at si quid merdis caput inquinat albis
Coruorũ atq; in me ueniat mictũ atq; cacatũ Iulius, &c.

Merè] Aduerbium. Vide Merus.

Merenda] merendæ, Dicitur, auhore Nonio, cibus qui post meridiem datur. Plaut. Mostel. 9. 28, Eia mastigia, nunquid ad merendam istic ero? Festus, Merendam antiqui dicebant pro prandio: quod scilicet medio die caperetur.

Mereo] meres, merui, & meritus sum (μισθοφορέω, μισθοδοκέω) & Mereor, mereris, mereri, Deponens, significat, ut ait Donatus, aliquid mercedis pro labore parare uel sumere,

*ſumere, ſeu dignum eſſe. Merere, inquit Valla, mercede operari, laborare, atq; alteri inſeruire. Plautus Trinum. 17.5, Non uideor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror. Terent. And. 1.5.46, Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe ut memor eſſes ſui.*

*Quid mereariſ igitur, ut te dicas in eo magiſtratu omnia uoluptatis cauſa facturum eſſe? Cic. 2. de Finib. 11.8. Id eſt, Quod præmium tantum eſt quo præmio id fateri uelis. Idem 1. de Nat. deor. Quid enim mereas, ut Epicureus eſſe deſinas? Bud.*

*Neq; hodie ut te perdam, meream dẽ diuitias mihi: id eſt, Nolim mihi deorum diuitias dari, & te perdere, ſiue à te diſiungi. Plaut. Menæh. 5.35.*

*Aera merere. Horat. de Arte, 70.*

*Amorem mereri. Horat. 1. Serm. Satyr. 1.18.*

*Coronam primam laude merui. Virg. 5. Aeneid. 71.*

*Decus meruere non minimum. Horat. de Arte, 58,*

*Nouiſſima exempla meritus: hoc eſt, ultimum ſupplicium. Tacit. lib 15.*

*Mereri exitium. Ouid. 2. Metam. 58.*

*Meruit famã apud Græcos Alcibiades. Plin. lib. 14. cap. 22. 6.*

*Fauorem mereri. Quint. lib. 4. cap. 1. 31.*

*Mereri laudem. Cæſar. 1. bel. Gall. 163.*

*Laudem pietate mereri. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 7.*

*Meritus lauream linguæ. Cic. Plin. lib. 7. cap. 30. 7.*

*Magna merens. Stat. 5. Sylu. 1. 23.*

*Necem meruiſſe. Ouid. epiſt. 11. 22.*

*Odium mereri. Quint. lib. 4. cap. 1. 31.*

*Offenſam mereri. Quint. lib. 4. cap. 2.*

*Pœnas meritas dare. Ouid. 4. Faſt. 48.*

*Præmia merere. Cæſar 7. bell. Gall. 137.*

*Stipendia merere. Suet. Prima ſtipendia meruit. Cic. pro Murena, 10. Sic Liu. 3. ab Vrbe, 307.*

*Supplicium meruiſſe. Ouid. 5. Metam. 134.*

*Veniam meruere. Lucan. lib. 4. 25.*

*Meruit illa uirum dote. Plaut. Moſtel. 4. 124.*

*Mereri, de turpi lucro dictum, pro Quæſtum ſordidum facere. Varro Eumenidibus, Primum iſte qui meret ſeſtertios uicenos.*

*Mereri (συφγιτεῖν) de aliquo; Conferre aliquid in aliquem. Plaut. Aul. 7. 45, Nam de te, neq; re, neq; uerbis merui ut faceres quod facis. Id eſt, nunquam in te quicquam commiſi, unde tu hæc faceres mihi. Terent. Heaut. 1. 1. 31,*

*Quæſo quid de te tantum meruiſti? Id eſt, quid in te admiſiſti? Cic. 6. Verr. 73, Talis ille uir fuit, ita de pop. Ro. meritus eſt, ut non uni familiæ, ſed uniuerſæ ciuitati commendatus eſſe debeat. De P. Africano.*

*Bene mereri (ἀγαθοεργεῖν) de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Virg. 4. Aen. 64, Si bene quid de te merui. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 98, Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare.*

*Malè mereri de aliquo, Offendere aliquem, Incommodare alicui. Cic. 1. de Finib. 11, Malè credo mererer de meis ciuibus, ſi ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Vide* Malus.

*Mereri erga aliquem. Plaut. Amphit. 17. 49.*

*Mereri, Præſtare beneficium. Terent. Hecyr. 3. 5. 37,*

*Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt pater*
*Quod nollem: & ſæpe quod uellem meritam ſcio. Vbi*

*Donatus, Mereri bona dicimus, Commereri mala: id eſt, delinquere, peccare. Ergo hic meritam, pro præſtitiſſe dixit. Idem alio loco, Et mereri & promereri, eſt præſtare beneficium. Virg. 6. Aeneid. 133,*

*Quiq; fui memores alios fecere merendo.*

*Mereri, In militia eſt exerceri: proprie tamen ſpe ſtipendij ac præmij, quod dicitur Stipendia facere, inquit Valla lib. 4. Cic. 7. Verr. 126. Idem pro Rab. perduel. reo, 15, Quo tu imperatore Labiene meruiſti. Sueton. in Iulio, cap. 3.*

*Merere, cum ablatiuo. Cicero Pro Roſcio Comed. 17, Nam illa membra merere per ſe non amplius poterant duodecim eris diſciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus ſeſtertijs ccc1ↃↃↃ. Lucanus libro 10.82, Aere merent paruo.*

*Meruit ſub. Liu. 3. Decad. lib. 1. 13, Cum hac indole uirtutum ac uitiorum triennio ſub Haſdrubale imperatore meruit.*

*Merere equo, & Merere equo publico. Plin. lib. 33. cap. 1. 4. Liu. 7. bel. Pun. 65.*

*Merere pedibus. Liu. 4. bel. Pun. 80.*

*Alicui merere. Stat. lib. 4. Thebaid. Lucan. lib. 6. 29,*

*Sceua uiro nomen, caſtrorum in plebe merebat.*

*¶Meritus, pen. corr. (ἄξιος) Particip. ſiue nomen ex participio. Terent. Phorm. 5. 9. 25,*

*Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritã non nego,*
*Sed eam quæ ſit ignoſcenda. Id eſt, non eo inficias, me in hac re deliquiſſe, & aliquid tale commiſiſſe, unde culpari merear. Plin. lib. 7. cap. 30. 8, Primus in toga triumphum, linguæq; lauream merite.*

*Meritos aris imponit honores: id eſt, congruos & conuenientes. Virg. 3. Aen. 24.*

*Honores meritos indicit. Virg. 3. Aen. 53.*

*Grates meritas agere. Ouid. in Ibin, 5.*

*Merita militiæ. Martianus in l. deferre. §. 1. ff. de iure fiſci, Veterani quoq; ſacris cõſtitutionibus delatores eſſe prohibentur, propter honorem utiq; & meritã militiæ.*

*¶Meritus, Paſſiuum. Plinius lib. 7. cap. 28. 6, Quæ cannis corona merita?*

*Morte lacent merita. Ouid. 3. Faſt. 142.*

*¶Meritiſſimus, pen. corr. Adiectiuũ. Plin. lib. 5. epiſt. 15. Quod mihi cognitum eſt non fama, qua alioqui optima & meritiſſima fruitur, ſed longis magniſq; experimentis.*

*¶Meritum, meriti, pen. corr. (ἀγαθοεργία, συφγέτημα) Præſtitum beneficium, Officium. Plancus Ciceroni, Quid enim tibi pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis, præſtare amplius poſſim? Idem ad Attic. lib. 2. 32. 3, Merita in patriam ad annos ſexcentos maiora uiderentur.*

*Memor meriti. Ouid. 5. Triſt. eleg. 10. 1.*

*Tanti meriti non immemor. Virg. 9. Aen. 52.*

*Prædicator meritorum alicuius. Plancus Ciceroni, lib. 10. 7. 2.*

*Præmia grandia meritorum. Horat. 2. epiſt. 2. 8.*

*Immane meritum. Lucan. lib. 9. 210.*

*Vilia merita. Ouid. 13. Metam. 21.*

*Aſſequi alicuius meritum. Vide* Aſſequor.

*Exprobrare meritum alicui. Ouid epiſt. 12. 5.*

*Pro tuis in me meritis faciam, &c. Cic. pro Milone, 77.*

*Illuſtratur magnis in Rempublicam meritis uirtus alicuius. Cic. Planco, lib. 10. 12. 14.*

*Implere aliquem meritis. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 8.*

*Oblitus meritorum. Ouid. 8. Metam. 28.*

*Meritum, in malam partem. Iuſtinus lib. 1. de Aſtyage qui Harpagi filium interfecerat, epulandumq; patri tradiderat: Aſtyages, inquit, meriti in Harpago oblitus, ſummema belli eidem committit, qui exercitum acceptum ſtatim Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis ulciſcitur.*

*Meritum, pro Mercede. Terent. Phorm. 2. 1. 75,*

*Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?*
*Nihil ſuaue meritum eſt. Id eſt, nihil mihi mercedis ſuaue eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram. Suaue meritũ enim, ſuauem mercedem ſignificat. Budæus.*



Digitized by Google

*Meritum meum est: hoc est, meritus sum.* Teren. Heaut. 1.1.4.
*Merito meo.* Vatinius Ciceroni, lib. 5.9.4, *Scis meam fortunã nescio quomodo facilè obtrectatores inuenire non meo quidem mehercules merito.* Terent. Eunuch. 3.2.5,

—ecquid nos amas
De fidicina istac? &c. THA. *Plurimum merito tuo.* Cicero 3. Philipp. 141, *Meritoq; uestro maximas gratias uobis omnes & agere & habere debemus.*

*Pro merito, Ita ut meritus est quis.* Terent. Phor. 2.2.23.
*Ex merito.* Ouid. epist. 5.2,

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est.

¶ *Meritissimum, penul. corr. Substant.* (μέγιστον ὄνειγέτημα) *Hoc est, maximum meritum.* Plaut. Asin. 12.147,

——iube aduenire quæso,
Meritissimo eius quæ uolet faciemus.

¶ *Meritò, penul. cor. Aduerbium* (ἀξίως, εἰκότως, πρὸς ἀξίαν) Dignè dicitur, & Meritissimò in superlatiuo, à Cicerone. Terent. And. 3.2.50, *Si nolit quim eum meritò posim cogere.* Cicero 5. Verr. 135, *Quanquam meritò sum iratus Metello, tamen hæc quæ uera sunt, dicam.* Idem 1. de Orat. 120, *Primùm Scæuolæ te dedisti, quem omnes amare meritissimò pro eius eximia suauitate debemus.*

¶ *Merito, meritas, penul. cor.* (μισθοφορέω) *meritare.* Plin. lib. 7. cap. 39. 1, *Quippe quum iam apud maiores Roscius histrio H-S quinquaginta annua meritasse prodatur, &c.*

¶ *Meritorius,* Adiectiuum (μισθωτικὸς) *ut, Meritorius puer, Qui quæstum facit corpore suo.* Cicero 2. Philipp. 103, *Ingenui pueri cum meritorijs, scorta inter matres familiãs uersabantur.*

*Meritorium cœnaculum, Quod quæstus gratia locatur.* Suet. in Vitellio, capit. 7.
*Meritoria salutatio.* Seneca de breuitate uitæ.
*Meritoria uehicula.* Sueton. in Calig. Capt. 39.
*Taberna meritoria,* Diuersorium atq; hospitium mercenarium, *ubi cuiq; licet introire danti mercedem.*
*Meritorium pro lupanari in quo prostant meretrices.* Firmic. lib. 6. cap. 31, *Si autem ijs Veneris stella accesserit, illustrib. uiris de meritorio detracta mulier coniugali gratia copulatur.* Paulò pòst, *Eritq; in publicis meritorij prostituta.*
*Meritorium, absolutè, quandoq; pro Taberna meritoria.* Iuuen. Satyr. 3. 23, —*nam quæ meritoria somnum Admittunt?* Vlp. in l. *si cuius rei.* §. *item si domus.* ff. de usufruct. & quemad. *Item si domus ususfructus legatus sit, meritoria illic non facere fructuarius non debet, nec per cœnacula diuidere domum.* Et paulò pòst, *Quod autem dicitur meritoria non facturum, accipe quæ uulgò diuersoria, uel fullonica appellantur.*

¶ *Meretrix, penul. corr. meretricis, pen. prod.* (ἑταῖρα, πόρνη, μαχλὰς) A merendo: nam mercede suam exercet militiam, inquit Valla. Terent. in Prologo Eunuchi, 37,

—meretrices malas,
Parasitum edacem. Plaut. Truc. 11.14.
—meretricem ego item esse reor.
Mare ut est, quod des deuorat: nunquam abundat.

*Peregrinæ olim meretrices dicebantur.* Vide Peregrinus.
*Amor turpis meretricis.* Horat. 1. Serm. Satyr. 4.23.
*Artes sacrilegæ meretricum.* Ouid. 1. de Arte, 88.
*Alicariæ meretrices.* Vide Alica.
*Arguta meretrix.* Horat. 1. Serm. Satyr. 10.8.
*Blanda meretrix.* Ouid. 1. Amor. 15.4.
*Commoda meretrix.* Vide Commodus.
*Lutea meretrix.* Vide Lutum.
*Mercabilis meretrix certo ære.* Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 5.
*Mulier nõ solum meretrix, sed etiã procax.* Cic. pro Cælio, 38.

*Auellere se à meretrice.* Vide Auello.
*Amica meretrice insanire.* Horat. 1. Serm. Satyr. 4.10.

¶ *Meretricula, penul. corr.* Diminut. (ἑταιρίδιον) Cic. 5. Ver. 24, A meretricula commendati.

¶ *Meretricius,* Adiect. (ἑταιρικὸς) Quod est meretricis, uel quod ad meretricem pertinet. Terent. And. 5.4.10, *Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?* Idem Eunuch. 5.5.18, *Domus meretricia.* Cic. 5. Verr. 5, *Meretricia disciplina.* Et pro Cælio, 1, *Meretriciæ opes.*
*Amores meretricij.* Cic. pro Cælio, 37.
*Corpora meretricia.* Ouid. 2. Trist. 62.
*Turba meretricia.* Ouid. 5. Fast. 70.

¶ *Meretricium, meretricij* (ἑταιρίτης) Ipsa meretricandi ars. Tranquil. in Calig. *Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico & quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent.*

¶ *Meretriciè,* Aduerb. (ἑταιρικῶς) In modũ meretricis. Plaut. Milit. 11.57,

Quàm dignè ornata incedit, haud meretriciè?

¶ *Meretricor, pen. prod. meretricaris* (ἑταιρέω) *meretricari.* Col. lib. 11. cap. 1. 14, *Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi potestas fiat.*

Merga] *mergæ, Furcula qua acerui frugum fiunt. Dictæ mergæ à mergis uolucribus: quia ut illi se in aquam mergunt dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, ut eleuare possint manipulos.* Hæc Festus. Plinius Pœnul. 16.55,

Palas uendundas sibi ait, & mergas datas.

Vt hortum fodiat, atq; ut frumentum metat. Idẽ Rud. 18,

—si attigeris ostium,
Iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnis probè.

*Mergis pugnis dixit, quasi eis uti uelit pro furculis ad dentes colligendos. Proinde dixit, Tibi messis in ore fiet. subaudi dentium.*

Merges] *mergitis, pen. cor. f. g. Spicarum manipulus, inquit Seruius: à mergendo dictus.* Virg. 2. Georg. 104,

Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentúq; oneret sulcos atq; horrea uincat. Plin. libro 18. cap. 30. 1, *Inter duas mergites spica distringitur.*

Mergo] *mergis, mersi, mersum* (βαπτίζω, βυτάω, ποντίζω) *mergere, Sub aquam ponere.* Plinius epist. 173. c, Idem lacus in flumen egeritur: quod ubi se paulisper oculis dedit, specu mergitur.
*Mergere ponto.* Colum. lib. 10. 6. Plinius libro 9. cap. 36, *Pelago altius mersæ, quàm ut penetrẽt radij.* Idem libro 8. cap. 24. 1, *Mergit se limo sæpius, siccatq; sole.*
*Brachia mersit in aquas.* Ouid. 3. Metam. 86.
*Mergere se in flumen.* Varro 3. de Re rustic. capit. 10. 2. Mart. libro 4. 22,

Mersérat in nitidos se Cleopatra lacus.

*Æquore mergere aliquem.* Virg. 6. Aeneid. 70.
*Vnda mergere aliquem.* Ouid. 10. Metam. 139.
*In undis mergere aliquem.* Ouid. 7. Metam. 70.
*Mergere aliquem in aquam.* Cic. 2. de Nat. deor. 11.
*Sub æquore mergere aliquem.* Virg. 6. Aeneid. 69.
*Mergit se in mari.* Cic. 2. de Nat. deor. 185.
*Mergitur unda delphinus.* Cic. in Arato, 41.
*Mergere cymbas, pro Submergere.* Plinius lib. 9. cap. 44. 1.
*Vnda mergit ratem in ima.* Ouid. 11. Metam. 112.
*Pars maxima classis mergitur.* Lucan. lib. 3. 150.
*Lumina somno mergimus.* Valer. 8. Argon. 14.
*Ferrum mersit uisceribus.* Claud. 1. in Eutrop. 90.
*Mergere ultimis supplicijs, per translationem, pro Obruere.* Plin. lib. 7. cap. 40. 3.
*Mersus secundis rebus.* Liuius 9. ab Vrbe, 93, Et loquimur de



Digitized by Google

Alexandro nondum merſo ſecundis rebus. Id eſt, obruto. Iuuenal. Satyr. 10. 6,

—mergit longa atq; inſignis honorum Pagina.

Malis mergere aliquem. Virg. 6. Aeneid. 103.

Funere mergere aliquem. Virg. 6. Aeneid. 86,

Quos dulcis uitæ exortes, & ab ubere raptos
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

Mergi. Vlpianus in l. quid ergo, de contraria & utili actione tutelæ, Neq; enim in hoc adminiſtrantur tutelæ ut mergantur pupilli. Id eſt, ære alieno obruantur. Budæus.

Merſus furno uel foro, per translationem dixit Plautus Epid. 3. 16, Malim iſtiuſmodi mihi amicos furno merſos quã foro.

¶ Merſus, Nomen ex participio (βαπτιδείς) ut,

Campus merſus cruore. Sil. lib. 1. 11.

Carina merſa. Lucan. lib. 3. 126.

Dolor merſus in corde. Stat. 5. Syl. 1. 41.

Ferrum merſum in robora. Lucan. lib. 3. 87.

Res merſæ caligine. Virg. 6. Aeneid. 54,

Sit mihi fas audita loqui, ſit numine ueſtro
Pandere res alta terra, & caligine merſas.

¶ Merſurus, pẽ prod. Particip. (βαπτίσων) Ouid. in Ibin, 69,

Sic te merſuras adiuuet ignis aquas.

¶ Merſo, merſas (βαπτίζομαι) merſare, Frequen. Sæpe mergere. Col. libro 7. cap. 4. 8, Quarto die, ſi eſt uicinia maris, ad litus deducta merſatur ouis. Virg. 1. Georg. 55,

Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.

Aries merſatur in gurgite. Virg. 3. Georg. 90.

Fluctibus fortunæ merſor. Catull. ad Mallium, epigr. 63. 3.

¶ Merſito, merſitas, pen. corr. merſitare, Frequentatiuum à frequentatiuo Merſo. Solinus capit. 57. ad finem, Quo quis acrior fuerit, ſpeiq; maioris, eo profundius nares merſitat in bibendo. De pullo equino.

¶ Merto, mertas (καταβαπτίζω) mertare, Idem quod Merſare. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præſentem præſens dictis mertare inſtituit. Hæc Nonius. Feſtus, Mertat pro Merſat dicebant.

¶ Mertaret item, merentem faceret. Accius Myrmidonibus: Quod ſicut decuit iſta res mecũ, aut meus mertaret dolor, iandiu inflammari & ardere naues uidiſſent ſuas. Nonius.

Mergulus] merguli (λύχνιον) Dicitur funiculus ille qui in lychno flammam nutrit. Græco uocabulo Ellychnium uocamus.

Mergus] mergi (ἄιθυια) Auis, dicta quòd ſe in aquam cibum captans aſſiduè immergat, ut ait Var. de Ling. Lat. libro 4. quem alij mergonem appellant. Virg. libro 1. Georg. 73,

Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi. Huius auis natura eſt, ut ſæpe mergens aurarum ſigna colligat: & præuidens tempeſtatem futuram, propere medio reuolet ex æquore, & ad litorum tuta cum clamore contendat. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 11,

Siquis nunc mergos ſuaues edixerit aſſos,
Parebit praui docilis Romana iuuentus.

Aprici mergi. Virg. 5. Aeneid. 26.

Mergus prius uitabit aquas. De re incredibili dixit Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 11,

Nam prius incipient turres uitare columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas:
Quàm malè ſe præſtet ueteri Græcinus amico.

Mergus, in uite quid ſit, declarat Columella lib. 4. capit. 15. his uerbis, Mergi genus eſt, ubi ſupra terram iuxta ſuum adminiculum uitis curuatur, atq; ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad uacantẽ palum. tum ex arcu uehementer citat materiem, quæ protinus applicata ſuo pedamento ad iugum euocatur. Idem lib. 5. capit. 5. Vulgus noſtrum, inquit Budæus, marquotas ſotellasq; uocat.

Meribulus] Vide Merus.

Meridies] meridiei (μεσημβρία, ἀέθρον) Medium dies, quaſi medidies. nam ut ait Varro, d antiqui, non r, hoc loco dicebant. Terent. Adel. 5. 3. 62, —præter hæc

Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat. Cicer. in Orat. 89, Ipſum meridiem cur non medidiem? credo quòd erat inſuauius.

Meridies olim fuit Romanis incognitus. Plin. lib. 7. capit. ult. de horarũ obſeruatiõe, Serius etiã hoc Romæ cõtigit. Duodecim tabulis ortus tantum & occaſus nominatur. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, Accenſo conſulum id pronũtiante, quum Curio inter roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet talem ſolem.

Appetit meridies. Vide Appeto.

Inclinat meridies. Horat. 3. Carm. ode 28. 1.

Ad meridiem. Vide Ad præpoſitionem.

In meridiem ſpectat. Vide In præpoſitionem.

¶ Meridianus, pen. prod. Adiect. (μεσημβρινὸς, μεσημβρίσ) Quod ad meridiem ſpectat: ut, Meridianus orbis. Plin. lib. 13. cap. 4. 12. Et lib. 12. cap. 19. 1, Meridianus ſol.

Meridianus, pro Gladiatore. Sueton. in Claud. Cæſ. capit. 34, Beſtiarijs meridianisq; adeò delectabatur, ut etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie demiſſo ad prãdium populo præſideret. Meridianos, uocat gladiatores qui hora meridiana digladiabantur.

Meridiano, pro Meridie: hoc eſt, hora meridiana. Plinius libro 9. capit. 8. 5. & lib. 2. capit. 26. 3, Præter ora populi meridiano tranſcurrit.

¶ Meridio, meridias: uel, Meridior, meridiaris (μεσημερέω) meridiari, Deponens, Cibum meridianum capere. Plaut. Ientando, meridiando, comeſſando, pergræcando uitã ducere. Catull. ad Ipſithillam, epigr. 30. 1,

Amabo mea dulcis Ipſithilla,
Meæ delitiæ, mei lepores,
Iube ad te ueniam meridiatum.

Meridiare (μεσημβριάζειν) Somnum meridianum capere. Sueton. in Calig. capit. 38, Gloriatusq; eſt, expergefactæ ſomno Ceſoniæ, quantum egiſſet, dum ea meridiaret. Corn. Celſus lib. 1. capit. 2, Lõgis diebus meridiari potius ante cibum utile eſt: ſin minus, poſt eum: per hyemem potius totis noctibus conquieſcere.

¶ Meridiatio, meridiationis (μεσημβρίασις) Quies meridiana. Cicero 2. de Diuin. 209, Nunc quidem propter intermiſſionem forenſis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus uti antea non ſoleban.

Meriones] penul. corr. (μηριόνης) Idomenei patruelis, quem Homerus inter Græcorum fortiſſimos numerat, lib. 7. Iliad. auriga ipſius Idomenei. Horat. 1. Carm. ode 6. 3,

—aut puluere Troico
Nigrum Merionem. Ibid. ode 15. 6.

Meris] μόρις, Peltæ, id eſt, iaculi genus eſt, quo antiquitus uſos eſſe Heluetios & Aruernos in bellis tradit Strabo libro Geograph. 4.

Meris] μηρὶς, Herba eſt, quæ alio nomine Tripolium appelletur. De hac Dioſcorides lib. 4.

Meriſmos] μερισμὸς, A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Diſtributionem uocant: quum ſcilicet genus in ſpecies, aut totum in partes diſſecamus, ordine diſcreto: quæ ſententiarum figura diuiſioni ac partitioni affinis eſt. Nam diſpoſitio (quæ utrunq; complectitur) eſt, authore Fabio, utilis rerum ac partium in loco diſtributio. Huc etiã pertinet διάλυσις, id eſt, diſſolutio, quum diſperſa diſtributione diſſipantur: quali Cicero uſus in epiſt. ad Lucceium, 2. Fam. lib.

Digitized by Google

*ram.lib.5, Transferam animum ad ea, quibus secundæ res ornantur aduersæ adiuuantur.*

Merito, *meritas*, Meritorius, Meritum] *Vide* Mereo.

Meritus] *Substantiuum, Mons est Thraciæ, apud Plinium libro 4. capit. 11.*

Mermeros] *Vnus ex centauris. Ouidius Metamorph. 12,*

*Quique pedum nuper certamine uicerat omnes*
*Mermoros, accepto tum uulnere tardior ibat.* μέρμερος, *autem Latinè Curiosus interpretatur, à uerbo* μερμηρίζω, *quod est cogito & consulo.*

Mermessus] μερμησσός, *Vrbs Troadis, Sibyllæ Erythreæ patria, ut Stephano placet, qui etiam ab urbis huius rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamẽ magis credendum existimo, qui lib. 14, Erythræam Sibyllã dictam putat ab Erythris Ioniæ urbe, non procul à Clazomenis sita.*

Mero] μέρων, *dictus est Nero, quòd impendiò uinosior esset. Suet. in Tiberio, capit. 42, In castris tyro, etiam tum, propter nimiam uini auiditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Claudius, pro Nerone Mero uocabatur.*

Merobibus] *Vide* Merum.

Meroe] *Meroes, penul. corr.* (μερόη) *dictio trisyllaba, insulæ Nili metropolis: à qua & tota insula Meroe dicitur. Hanc Cambyses condidit à nomine sororis Meroe. Quum enim Aegyptum omnem occupasset, Meroen secum usq; Aegyptios ducens, processit: quæ cum ibi mortem obijsset, urbi nomen indidit. Forma insulæ scuto persimilis, de qua Lucan. lib. 10. 61,* —*gurgite rupto*
*Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum: præterea fert & lapidum multiplex genus. Distatq; à Syene quinq; millibus stadiorum, ultra quam est ad Torridam zonam. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit Diodorus lib. 1. & 17. Vide Strabonem lib. 17. ubi de Aethiopibus à Romanis uictis mentio est.*

Merope] *penul. corr.* (μερόπη) *Pleias, uxor Sisyphi, de qua infrà in dictione* Pleiades. *Est item insulæ nomen Plinio libro 5. capit. 31. & (ut quidam putant) à Merope terrigena, Triopæ filio dicta.*

Meropes] *Populi extra orbem hunc, quorum ciuitates & multæ sunt & insignes, legibus omnino & uiuendi institutis haud quaquam nobis similes, amplitudine corporis ad nos dupla, uitæ quoq; spatijs mensu compari. Meminit Aelianus de Var. histor.*

Merops] *meropis, penul. corr. m. g.* (μέροψ) *Auis quæ apes comedit. Virg. 4. Georg. 3,*
—*meropes, aliæq; uolucres. Plin. lib. 10. cap. 33.*

Meros] *mons Indiæ, sub cuius radicibus est Nisa ciuitas constituta.*

Mersо] *mersas. Vide* Mergo.

Merto] *mertas. Vide* Mergo.

Merula] *merulæ, penul. corr. f. g.* (κότυφος) *Auis: dicta Festo quòd sola uolet, & solitaria pascatur, quasi mera uolãs. Quint. lib. 1. cap. 10. Cic. 5. de Finib. 75, Deinde suo quæq; appetitu mouetur: serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus uti uidemus boues, &c. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Merula ex nigra russescit, canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitium muta: rostrum quoq; anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Horatius 2. Serm. Satyr. 8. 19,* —*tum pectore adusto*
*Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes.*

*Intentus merulis auceps. Horat. de Arte, 93.*

*Merula, Piscis saxatilis. Plin. 32. cap. 11. 7.*

Merus] *mera, merum* (ἄκρατος) *Idem quod Solum, inquit Nonius, Festus, Merum antiqui dicebant solum: unde & auis merula nomen accepit, quòd soliuaga est, & solitaria pascitur. Vt nunc Merum purum appellamus. Hactenus Festus. Cic. 2. de Orat. 51, Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium: cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt. Alia exemplaria habent innumeri. Plinius libro 33. capite 1. 18, Alia per sese mero auro decorant.*

*Meri bellatores. Plaut. Milit. 2. 4. 84.*

*Clamor merus. Plaut. Mostel. 8. 123.*

*Lac merum. Lucret. lib. 1. 53.*

*Libertas mera. Horat. 1. epist. 19. 2.*

*Monstra mera nũtiarat. Cic. ad Att. li. 4. 76. 1.*

*Mora mera. Plaut. Cap. 7. 36.*

*Nugæ meræ. Cic. ad Att. lib. 6. 114. 8, Quid est igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas M. Scaptium.*

*Rus merum. Plaut. Trucul. 6. 14.*

*Scelera mera loquuntur. Id est, nihil aliud quàm scelera. Cic. ad Attic. lib. 9. 184. 6.*

*Spes mera. Terent. Phorm. 1. 2. 96.*

*Vinum merum. Plaut. Amphit. 4. 276, Eam ego, ut matre fuerat natum, uini eduxi meri. Sub. cirneam.*

*Vina mera bibere. Ouid. 15. Metam. 67.*

*Vires meræ. Ouid. 2. de Arte, 95.*

¶ *Merum* (ἄκρατον) *aliquando sine substantiuo ponitur, pro Mero uino. Plin. lib. 23. cap. 1. 30, Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, nuscum, meconium, argentum uiuum.*

*Multi meri Damalis: id est, ebriosa. Horat. Carm. ode 36. 3.*

*Latex meri. Ouid. 13. Metam. 142.*

*Odium meri. Ouid. 15. Metam. 66.*

*Plena meri pocula. Ouid. 9. Metam. 48.*

*Vis meri. Ouid. 14. Metam. 55.*

*Bimi patera meri. Horat. 1. Carm. ode 19. 3.*

*Diffusum pateris merum. Horat. 4 Carm. ode 5. 7.*

*Dulce merum. Horat. 3. Carm. ode 13. 1.*

*Lene merum. Horat. 3. Carm. ode 29. 1.*

*Pingue merum. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 13.*

*Rubens merum. Sil. lib. 7. 38.*

*Superbum merum. Horat. 2. Carm. ode 14. 6.*

*Certare mero. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.*

*Nocturno certare mero, putere diurno. Horat. 1. epist. 20. 3.*

*Curare genium mero. Horat. 3. Carm. ode 17. 3.*

*Cura diluitur mero. Ouid. 1. de Arte, 48.*

*Implere mero cratera. Virg. 3. Aeneid. 105.*

*Ingurgitare in se merum.* Vide Ingurgito.

*Ponere merum in gemma. Ouid. 8. Metam. 115.*

*Succensi mero ad bellum Lapithæ. Senec. Herc. fur. 9. 33.*

¶ *Merobibus, penul. corr. Adiect.* (ἀκρατοπότης) *Qui merum bibit. Plaut. Curcul. 2. 77.*
*Anus hic recubare solet custos ianitrix.*
*Nomen est lenæ multibiba, atq; merobiba.*

¶ *Meribulus, Qui uinum sine aqua bibit: cuiusmodi homines à Græcis* ἀκρατοπόται, *appellantur: quo ueluti peculiari epitheto apud illos Thraces notati sunt August. Quũ temeti auidior esset, quadam die ab irata ancilla per conuitium appellata est meribula: quæ res tantum ei pudorem iniecit, ut post modum sobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutiuum est à Merobibus.*

¶ *Merè, Aduerb.* (ἀκράτως) *Purè. Plaut. Truc. 2. 16,* —*Interim ille Hamum uorat, si semel amoris poculũ accepit merè.*

Merusium] *Merusij* (μερούσιον) *Siciliæ locus 70 stadijs à Syracusis distans: cuius incolæ Merusij dicti sunt: Author Stephanus.*



Digitized by Google

Merx] *mercis, f.g.* (ἐμπόρευμα) Quod emitur, uenditur ue. Plaut. Cistel. 10.66, Mala merx hera hæc & callida. Cicer. lib. 3. de Rep. Phœnices primi mercaturis & mercibus suis, auaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam.

Emendæ merces. Horat. de Arte, 85.

Esculentæ merces: id est, ea quæ hominum esui accommodata uendunturr. Col. lib. 12. de cucurbitis, At si esculentæ merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ sumptũ serendum erit: quòd prolixior & tenuior fructus eius nascatur. Hoc est, si serere uoles cucurbitas ad esum uendendas.

Fallaces & fucosæ merces. Cic. pro Rab. Posth. 24.

Fœmineæ merces, Quæ ad fœminas pertinent. Ouidius 13. Metamorph. 34.

Improba merx. Vide Improbus.

Mala merx. Vide Malus.

Sordidæ mercis negociator. Quint. lib. 1. cap. 12. 12.

Augere merces. Vide Augeo.

Conuehere merces ex Hispania. Vide Conueho.

Esse in merce. Plin. lib. 12. cap. 25. 5. Hoc est, uenire.

Expedire suas merces, Ostendere & explicare. Ouidius 1. de Arte, 85.

Vænales merces extrudere. Horat. 2. epist. 2. 3.

Gestat mercem sine fucis. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 17.

Mutare merces. Virg. 4. eclog. 8. Vide Muto.

Ostendere mercem. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 21.

Partiri merces. Cic. in Vatinium, 8.

Vendere merces. Ouid. 5. Fast. 134.

¶ Mercimonium, mercimonij, Idem. Plaut. Amphit. 3. 1.

Vt uos in uostris uultis mercimonijs
Emundis uendundisq; me lætum lucris
Afficere. Idem Curcul. 12. 8. Antiquum nomen est.

Mesa] μέσα, teste Vitruuio, sunt partes mediæ ædium, quas idem Latinè mediànas appellari asserit.

Mesa] μέσα, Fluuius notus per Leodiũ fluens, & per Brabãtiam & Geldriam: Ptolem. lib. 2. cap. 9. Mosa dicitur, & coniungit se cum Rheno.

Mesancula] *mesanculæ*, Genus teli usitati apud antiquos, cuius meminit Gellius lib. 10. cap. 26.

Mesapia] μεσαπία, Apulia, à Mesapo rege sic appellata. Strabo lib. 9.

Mesaręum] *mesarei, n. g.* membrana est ex uenis, arterijs, ac neruis contexta, per cuius uasa ex uentriculo in hepar alimenti distributio contingit. Idem etiam Mesenterion appellatur, à situ uidelicet inter uentrem intestinaq; ac ipsum hepar medio, uelut in Anatomicis lib. 6. Galenus tradit. Vasa aũt tum uenarum tum arteriarum Mesaraica ab eadem mẽbrana dicuntur. Hippocrates μεσόκολον appellauit, partis uocabulo pro toto usus. Est enim Mesocolõ propriè ea pars Mesenterij, ex qua intestina crassa dependent. Neque tamen altera pars Mesenterij unde tenuia intestina pendent, nomen aliquod priuatim habet, ut uidelicet μεσεντέριον, uel simili uocabulo appelletur. Totum uerò Mesenterium in unum quoddam spinæ uentriculum, post septum transuersum sub uentrem situm, procedit: indeq; ex ligamento neruoso dependet, uelut Galenus in 4. Comment. in 6. Epidem. Hippoc. doclarat.

Mesaulę] μεσαῦλαι, Aedium itinera dicuntur, quòd inter duas aulas, id est, duo atria sunt interposita. nostri andronas uocant. Vitruuius libro 6. cap. 10. Voyes communes entre deux salles.

Mese] *Meses*, uentus inter Boream & Caeciam. Plin. libro 2. cap. 47.

Mesembria] μεσημβρία, Megarensium colonia, quam antea Menebriam uocabant, ueluti Menapolim, id est, Mentæ ciuitatem. Eius enim ædificator Menas appellabatur. Bria uerò sermone Thracio ciuitas uocatur. Hæc Strabo libro septimo. Nunc uulgò uocatur Messember testis Oliuarius in Melam.

¶ Mesembriaci portus. Ouid. Trist. eleg. 9. 8. Id est, Thracij, μεσημβρία enim urbs est Thraciæ.

Mesenterium] Vide Mesaręum.

Mesia] Prouincia quæ Pannoniæ iungitur, ad Pontum usque cum Danubio decurrens. Sueton. de Tiber. Armeniam à Parthis occupari, Mesiam à Dacis Sarmatisq;, Gallias à Germanis uastari neglexit. Sunt qui hoc nomẽ cum Œ scribant, Mœsia, Mesia item Pomponio lib. 3. palus est.

Mesochorus] *mesochori*, pen. corr. (μεσόχορος) Fistulator, citharista in medio saltationum. Sidonius,

——nullus ibi lyristes,
Coraules, mesochorus, tympanistria, psaltria canit.

Mesocolon] Vide Mesaręum.

Mesolabum] μεσόλαβον, Instrumentum est ab Eratosthene excogitatum ad mediarum linearum inuentionem, quibus solent, mathematici figuras augere, ut duplicare: eas lineas μεσογράφους uocat in Marcello Plutarchus, sic scribens, μεσογράφει τινὰς ἀπὸ καμπύλων γραμμῶν μιᾶς μείζονος. Huius Mesolabi ratio ab Eutocio explicatur. Meminit Vitruuius. Vide Turnebum.

Mesoleucos] μεσόλευκος, est inquit Plin. lib. 37. cap. 10, gẽma, quam mediam candida distinguit linea.

Mesoleucos, Herba. Plinius libro 27. capite 11, Leuce Mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente: quare Mesoleucon quidam uocant.

Mesomedes] pen. prod. (μεσομήδης) Poeta Adriano principi charissimus. Scripsit in laudem Antinoi liberti sui. Author Suidas.

Mesomelas] penul. corr. (μεσόμελας) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Mesomelas nigra uena quemlibet colorem secante per medium.

Meson] authore Festo, persona Comica appellatur aut coci, aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inuentore eius Mesone comœdo, ait Aristophanes grammaticus.

Meson] Astrologus ex his unus qui Athenienſibus adscriptus fuit, nauigaturis in expeditionem Siciliæ, omnia detrectare cupiens, tempestatem futuram prædixit. Quumq; propterea minimè proficeret, simulauit insaniam, atq; hoc modo missionem impetrauit, fœliciusq; hoc illi contigit, quàm Vlyssi, cuius ficta insania à Palamede detecta & accusata fuit. Author Aelianus de Varia histor.

Mesoperticæ] μεσόπερσαι, Genus calceamentorum mulierbrium, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

Mesopotamia] μεσοποταμία, Asiæ regio, inter Tigrim & Euphratem. Vnde nomen sortita, ut est notum cùm ex aliis, tum ex Philostrato lib. 1. de uita Apollonij, & Tacit. lib. 5. Habet ab Oriente Tigrim, ab Occidente Euphratem, à Meridie Babyloniam, ab aquilone Caucasum.

Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi nouos agros inuehit. Cicero secundo, de Natura deorum, 196.

Mesopharum] *mesopharei*. Plinius libro 12. cap. 12, de nardi generibus loquens, Quod minore folio est, Mesopharum appellatur.

Mespilus] *mespili*, penul. correpta f.g. (μέσπιλος) Arbor. Plinius libro 17. capit. 24. 6, Mespilus quoq; in senecta obnoxia ei morbo est.

¶ Mespilum,

Digitized by Google

¶ Meſpilum, meſpili (μέσπιλον) Fructus. Plinius libro 15. cap. 20, Malorum, pyrorumq; generi adnumerantur iure meſpila atq; ſorbà.

Meſſala] penul. prod. (μεσσάλας) dictus eſt Valerius Coruinus, quia Meſſanam in Sicilia uicit, & urbis captæ in ſe trãslato nomine, Meſſana primò, paulatimq; uulgò permutante literas, Meſſalà dictus eſt. Vnde & Meſſalarum familia Romæ florentiſſima, ex qua Meſſala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

Diſertus Meſſala. Horat. de Arte, 75.

Meſſalina] pen. prod. (μεσσαλίνη) nomẽ filiæ Barbati Meſſalæ, conſobrini Claudij imperatoris. Quæ quum aduleſcentula eſſet, ipſi Claudio ſeni nupta fuit, ſummæ libidinis mulier, ita ut innumeris adulterijs ſe ſubmiſerit, & mutata ueſte, lupanaria frequenter adierit. Tandem ab ipſo Claudio ſupplicio affecta eſt, quum C. Silio nupſiſſet.

De Meſſalina, Iuuenal. ſatyr. 6. & 10.

Meſſana] pen. prod. (μεσσήνη) ciuitas eſt Siciliæ, propinquà Peloro monti, ut ſcribit Plin. lib. 3. Clariſſima autem eſt ex Punicis & Atticis bellis, antè Zancle uocata Sil. lib. 14. 39,

Incumbens Meſſana freto, niuibusq; reuulſa. Poſtea quum Mamertini, natio Campana, eò colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini, potius quàm Meſſanenſes ſunt uocati.

Ferox Meſſana. Ouid. 6. Metam. 84.

Meſſapeæ] μεσσαπίαι, Laconici agri locus, in quo Iupiter colebatur, ut ex Theopompi ſententia refert Stephanus.

Meſſapion] μεσσάπιον, Euboeæ inſulæ mons, ita dictus à Meſſapo quodam, qui inde in Italiã coloniam deduxit. Stephanus.

Meſſapus] μέσσαπος, Vnus ex fortiſſimis Italiæ ducibus, qui Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulit. Virgilius 7. Aeneidos,

At Meſſapus equũm domitor Neptunia proles. Quem Virgilij locum exponens Seruius, ideo Neptuni filium creditum ait, quòd mari in Italiam fuerit aduectus.

Meſſapia] Vide Calabria.

Meſſeis] μεσσηίς, Theſſaliæ fons eſt, non procul à Pharſalo oppido, cuius meminerũt Plin. lib. 4. cap. 8. & Strab. lib. 9.

Meſſenia] μεσσηνία, regio Achaiæ duodeuiginti montium, ut ait Plin. lib. 4. cap. 5, In illa regione oppidũ eſt Meſſene.

Mœnia Meſſenia. Ouid 12. Metam. 110. De Meſſenia Siciliæ, ibidem lib. 14. 4,

Littore in Italico Meſſenia mœnia contrà
Scylla mihi uiſa eſt.

Meſsias] Hebraicè, Græcè χριστὸς, Latinè Vnctus dicitur.

Meſsis] huius meßis, f. g. (θέρος) Tempus metendi. Plinius lib. 6. cap. 17, Alia illius cæli facies, alij ſiderum ortus: binæ meſſes in anno, binæ æſtates. Var. de Re ruſt. lib. 1. capit. 50. 1, Meßis proprio nomine dicitur in ijs quæ metuntur, maximè in frumento: & ab eo eſſe uocabulo declinata.

Nemo tam ſine oculis, tam ſine mente uiuit, ut quid ſit ſementis ac meßis, quid arborum putatio ac uitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino neſciat. Cicero 1. de Orat. 129.

Semente prohibita, aut meſſe amiſſa, fructus annuus interit. Cicero 5. Verr. 105.

Meßis (θέρος) Seges iam matura. Virg. 4. Georg. 66,

—atq; interfice meſſes.

Amara meßis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

Frugiferæ meſſes. Ouid. 5. Metam. 132.

Grauidis onerati meßibus agri. Ouid. 8. Metam. 158.

Larga meßis. Ouid. 4. Faſt. 124.

Nudatæ meſſes. Ouid. 3. Faſt. 112.

Satæ meſſes. Virg. 8. eclog. 20.

Peregrina meſſe plenæ carinæ. Lucan. lib. 6. 21.

Meßis triticea. Virg. 1. Georg. 44.

Siccas meſſes coquit inſana Canicula Perſ. Satyr. 3. 1.

Seges eludit meſſem herbis fallacibus. Propert lib. 2. 4.

Spicea meßis inhorruit campis. Virg. 1. Georg. 63. Vide Inhorreo.

Immenſæ ruperunt horrea meſſes. Virg. 1. Georg. 10.

Seruntur meſſes. Virg. 1. Georg. 33.

Surgunt meſſes. Virg. 1. Georg. 33.

Meſſes area quum teret crepantes. Mart. lib. 9. 92.

Veſtiti meßibus agri. Ouid. 4. Faſt. 142.

Meßibus, Ablatiuus, Tempore meßis. Plinius libro 22. capit. 13. 5, Semen colligi meßibus oportet. De urtica. Ibid. capit. 21. 1.

Per meſſes, Idem. Plinius libro 24. capit. 14. 19, Flos mori per meſſes colligitur.

Meßum accuſatiuus, pro Meſſem, apud Plautum in Moſt. 4. 5.

Meßis, per translationem. Cic. in Parad. 59, Qui proſcriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis meſſem recordetur.

Metere meſſem malorum. Vide Meto.

Meſſor] meſſoris. Vide Meto.

Meſuium] μισύιον, Ptolemæo libro 2. capit. 11, Germaniæ urbs: uulgò Mydburg.

Meſuranema, & Meſuranium] Vide Tetartemorion, in Tetara.

Met] ſyllaba, ornatus cauſa ponitur, & aduerbium eſt: ut, Egomet. Iungitur caſibus omnibus pronominum primæ perſonæ, tam ſingularis quàm pluralis numeri, abſq; genitiuo plurali, ut Egomet, memet, noſmet. Secundæ uero perſonæ obliquis tantum caſibus; ut Tuimet, tibimet: nominatiuo non addunt, ne uerbum putetur, Tumet à Tumeo.

Metipſe. Triphonius in l. uſufructuariũ. ff. de uſufruct. Si metipſæ inciderint, dilapſæue fuerint.

Tanquammet. Plaut. Curcul. 14. 29, Phedrome obſecro ſeruà me. PH. tanquammet genium meum.

Meta] metæ (κῶνος) Congeries ſeu ſtrues in acutum tendens. ceu turbo inuerſus, conos à Græcis appellata: quia eſſet poſita in dimenſo ſpatio: uel quia eam metiantur quadrigæ circum currentes. Moris enim erat ſepties metã luſtrare. Propertius lib. 2. eleg. 26. 5,

Aut prius intecto depoſcit præmia curſu,
Septima quàm metam triuerat antè tota. Quum enim iam carceribus emiſſæ ad metam ueniſſent quadrigæ, erat opus ut circum ipſam flecterentur. Virg. 5. Aeneid. 26,

Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metã Conſtituit.

Stringere metas rota. Ouid. Amor. eleg. 2. 3.

Tendere ad metam. Ouid. 15. Metam. 91.

Terenda meta admiſſa rota. Ouid. 1. de Arte, 8.

Meta (τέρμων) per translationem pro agrorum termino ponitur, quem pyramidali forma effigiari mos eſt.

Meta fœni. Plinius libro 28. capit. 28. 5. Col. libro 2. capit. 19. 2, Certè quicquid ad eum modum quo debet, ſiccatum erit, in metas conſtrui conueniet, easq; ipſas in anguſtiſſimos uertices exacui: ſic enim commodiſſimè fœnum defenditur à pluuijs: quæ etiam ſi non ſint, non alienum tamen eſt prædictas metas facere, ut ſi quis humor herbis ineſt, exudet atq; excoquatur in aceruis.

Meta, pro quocunq; termino ac fine. Virg. 1. Aeneid. 57,

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Sic apud Ciceronem 2. de Diuin. 25, Meta noctis.

Meta mortis. Virg. 12. Aeneid. 110, Hic tibi mortis erant metæ.

Nouiſſima meta ſpatij. Senec. Troad. 6. 6.

Mediam cæli meta contigerat nox. Virg. 5. Aeneid. 167.

Optatam curſu contingere metam. Horat. de Arte, 83.
Sol ex æquo meta diſtabat utraq;. Ouid. 3. Metam. 29.
Finem tormentis, metamq; laboribus orat. Sil. lib. 13. 52.
Hæſit ad metas fama eius. Cic. pro Cælio, 59.
Properare ad metam. Ouid. ad Liuiam, 72.
Vitæ metam tangere. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8. 1.
Pylias æui tranſcendere metas, Superare annos Neſtoris, id eſt, trecentos. Stat. 5. Sylu. 3. 51.
Voluptas finita ad metas uenit. Ouidius 2. de Remedio amoris, 44.
Meta, quandoq; accipitur pro inferiore parte molæ: ſicut catillus pro ſuperiore. Vide Catillus, in Catinus.
Meta lactis, dicitur caſeus ad formam metæ factus. Mart. libro 5. 114,
—ſert illæ cæris cana cum ſuis mella,
Metamq; lactis Saßinate de ſylua. Idem alio loco, Metas lactentes, quaſi adhuc lac ſugentes, & nondum in totum coactas.
¶ Metula, penul. corr. (κωνίδιον) Diminut. legitur apud Plinium Iuniorem in epiſtolis.
¶ Metor, metaris (τερματίζω, ὁρίζω, καταμετρέω) metari, Deponens, Metas in agris terminandi gratia diſponere, menſurare locum. Liu. 1. ab Vrbe, Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero: templumq; ijs regionibus quas modò animo metatus ſum, dedico. Plinius libro 7. capit. 37, Dinocrates, metatus Alexandro cõdente in Aegypto Alexandriam. De geometriæ excellentia.
Metari cælum. Ouid. 1. Faſt.
Metari pedibus. Gell. lib. 1. cap. 1.
Metari, Diſponere & parare. Virgilius libro 2. Georgicorum, —ſi pinguis agros metabere campi,
Denſa ſere. Metabere, id eſt eliges. Seruius. Vnde caſtra metari dicimus, pro Caſtra diſponere. Liu. Caſtra prope Tyberim metatus eſt.
¶ Meto, metas, etiam inuenitur (ὁρίζω) Virg. in Culice, Metabat ſe circum loca.
Metata, etiam paßiuè dicitur. Horat. 2. Carm. ode 15,
Nulla decempedis metata priuatis
Opacam porticus excipiebat Arcton.
Agellus metatus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2.
¶ Metatio, Verbale (καταμέτρησις) Diſpoſitio. Columella libro 9. cap. 15, Hæc in quincuncem uinearum metatio expeditißima ratione conficiur.
¶ Metator, pen. prod. metatoris, m. gen. (καταμετρητὴς) Qui arbores in ſeminario uel arbuſto diſponit, & ordine quodã digerit: qui etiam à Cicerone dicitur decempedator. Lucanus libro 1,
Audax Heſperios ueniam metator in agros. Plinius libro 18. capit. 33, Olieti metator.
Metatores in caſtris dicuntur, qui præcedentes locum eligunt caſtris ipſis, authore Vegetio lib. 2. cap. 7. Cic. 14. Philipp. Peritus metator & callidus, decempeda ſua Saxa diuiſerat?
Caſtrorum metator & urbis. Cic. 11. Philip.
Metabaſis] μετάβασις, Latinè Tranſitio: figura qua monemus quid dictum ſit, & proponimus quod ſupereſt: ut Cic. pro Deiotaro, Habetis crimina inſidiarum, nihi enim dixit amplius. Et paulo pòſt ſequitur, Reliqua pars accuſationis duplex fuit.
Metabole] μεταβολή, Quam quidam traiectionem interpretantur: figura eſt, quæ fit contrarijs ita trãs poſitis, ut à priori poſterius oppoſitum proficiſcatur: ut apud Terentium in Andria, Quoniam id fidri quod uis non poteſt, id uelis quòd poßit.
Metabus] Metaponti conditor fuit, quam urbem etiam Barbari Metabum appellabant. Step. μεταπόντιον, inquit, πόλις Ἰταλίας ἢ πρότερον σίρις, ἀπὸ μετάβου τοῦ σισύφου τοῦ αἰόλου, τὸν γὰρ μεταπόντιον οἱ βάρβαροι μέταβον ἐλεγον. Virgillus Camillæ patrem Metabum dicit fuiſſe, eumq; Priuerno pulſum profugiſſe.
Metagonium] μεταγώνιον, Promontorium Aphricam à Numidia diuidens: ita dictum, quòd angulare ſit. Ab hoc promontorio Numidia ipſa Metagonitis dicitur. Authores Plinius libro 5. cap. & Mela lib. 1.
Metalepſis] huius metalepſis, f. g. (μετάληψις) Figura eſt quam modò translatiuam, modò tranſſumptiuam, modò tranſpoſitiuam dicimus: μέτα trans, λῆψις acceptio. Fit autem cum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex his quæ præceſſerunt, denotat, ut apud Virgilium 1. Eclog. 14, Poſt aliquot, mea regna uidens, mirabor ariſtas. Id eſt ſegetes.
Metallum] metalli (μέταλλον) dici poteſt perſcrutatum: à μεταλλάω, quod Perſcrutor ſignificat: quòd metallum intra terræ uenas ſcrutari ſoleamus. Plin. lib. 33. capit. 6. 2, Et ubicunq; una inuenta uena eſt, non procul inuenitur alia: hoc quidem & in omni ferè materia: unde metalla Græci uidentur dixiſſe.
Ignis excoquit uitium metalli. Ouid. 4. 158.
Potior metallis libertas. Horat. 1. epiſt. 10. 8.
Aeris metalla. Virg. 2. Georg. 33.
Argentaria metalla & auraria. Plin. lib. 34. capit. 18. 11.
Aurata metalla. Lucret. lib. 6. 163.
Aurifera metalla. Lucan. lib. 3. 42.
Fũluum metallum. Senec. Agameran. 9. 11.
Fului metalli uaſta congeries. Claud. 2. in Ruffin. 27.
Generoſi uena metalli. Ouid. ad Piſonem, 45.
Incoctum metallum. Claud. 1. de raptu Proſerp. 49.
Inexhauſta metalla. Vide Inexhauſtus.
Inexhauſtis Chalybum metallis generoſa ilua. Virgilius 10, Aeneidos 35,
Niuea metalla. Sil. libro 8. 96. Intelligit marmor.
Metallum miniarium dixit Plin. libro 33. cap. 7. 6. pro fodina. Item, Argentaria metalla, & plumbaria, ibid.
¶ Metallicus, penul. corr. Adiect. (μεταλλικὸς) Quod ad metallum pertinet: ut, Metallica natura. Plin. libro 27. cap. 4. 4, Fuere qui traderent in Iudæa ſuper Ieroſolymam eius naturam metallicam.
¶ Metallicus, Subſt. (μεταλλοῦς) Qui in metallis operatur. Plin. lib. 34. cap. 16. 1, Lauant eas arenas metallici: & quod ſubßdit, coquunt in fornacibus.
¶ Metallifer, penul. corr. Adiect. (μεταλλοφόρος) Stat. 4. Sylu. 4. 5, An ne metallifera repetit mea mœnia Luna?
Terræ metalliferæ. Silius lib. 15. 98.
Metamorphoſis] penul prod. huius metamorphoſeos, f. g. (μεταμόρφωσις) Latinè transformatio, uel transfiguratio dicitur. Quo nomine Ouidius Opus ſuarum transformationum appellari uoluit.
Metaphora] metaphoræ, penul. cor. (μεταφορὰ) Translatio à Cicerone dicitur. Fitq; quũ nomen aut uerbum ex proprio loco in eum transfertur locum, in quo aut proprium deeſt, aut translatum proprio melius eſt: ut,
—ferrumq; armare ueneno. Metaphora duplex eſt. Nam & uenenum armare, & ferrum armare, translatio eſt. Quintil. libro 8. capit. 6, In totum autem metaphora eſt breuior ſimilitudo: eoq; diſtat, quòd illa comparatur rei quam uolumus exprimere: hæc pro re ipſa dicitur.
Metaphyſica] penultima. corrept. metaphyſicorum (μετὰ τὰ

Digitized by Google

τὰ φυσικὰ) tantum pluraliter, supernaturalia dicuntur. Quum tamen uerè, & ex ipsius operis quod conscripsit Aristoteles titulo, μετὰ τὰ φυσικὰ, scribatur. Titulus tamen factus ab interpretibus uidetur, quum ab Aristotele appelletur theologia & philosophia prima.

Metaplasmus] metaplasmi (μεταπλασμὸς) ad uerbum dici potest Transformatio. Est autem translatio quædam recti, solitiq; sermonis in alteram speciem, uel metri, uel ornatus, uel necessitatis gratia. Donatus.

Metapinum] teste Plinio libro 3. capite 4, unum est ex ostijs Rhodani.

Metapontis] idis (μεταπόντις) Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Gaium sita, recentiore nomine Syme appellata, à Syme Ialysi filia. Vide Stephanum in dictione Syme.

Metapontum] μεταπόντιον, Italiæ oppidum in sinu Tarentino à Pylijs, qui Nestore duce è Troia nauigauerunt, conditum: adeò terræ prouentu & agricolatione fœlix, ut ea gratia aurtam ætatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit. Pompon. lib. 2. Ptolemæo Metapontium dicitur: uulgò Pelicor. Plin. lib. 14. capit. 1. 1, Metaponti templum Iunonis uitigineis columnis stetit.

¶ Metapontinus, penul. prod. Adiect. (μεταποντῖνος) Liu. 3. Decad. libro 5, Itaq; Metapontini extemplò metu quo tenebantur liberati ad Annibalem defecere.

Metathesis] huius metathesis, penul. cor. f. g. (μετάθεσις) Latinè transpositio dicitur, quum una litera necessitatis causa ex uno dictionis loco in alienum transponitur: ut, Tymbre pro Tymber, & Euandre pro Euander.

Metatio, Metator] Vide Metor.

Metaurus] μέταυρος, & Metaurum, Vmbriæ fluuius in Fluminiam decurrēs: quæ regio, Gallia dicebatur, ubi Claudius Nero Consul cum Salinatore Asdrubalem interfecit. Nunc Plumba fluuius, teste Oliuario in Melam. Plinius lib. 3. capit. 14. Oliuarius in Melam libro 2. capit. 4. aliud fecit Metaurum, quod dicit uocari Teniana.

Flumen Metaurum. Horat. 4. Carm. ode 4. 8.

Vagus prærupta ualle Metaurus. Claudius quarto Panegyr. 100.

Velox Metaurus. Lucan. lib. 2. 82.

Metaxa] metaxæ (μέταξα) dicitur Latinè sericum. quā uoce usi sunt Arcadius & Honorius lib. 11. Cod. titulo 7, de murilegulis. Martianus quoque. ff. de publican. & uectigal. l. ult. Metaxa, inquit, uestis serica uel subserica. Aetius & Actuarius medici, bombicum uermium uellus, antequam coctionem uel colorem experiatur, id est (ut uulgò dicunt) sericum crudum, cataxam uocant, luxata dictione, prō mataxa siue metaxa. utcunq; cataxam agnouit Ruellius de stirpibus libro 2. cap. 150. in fine. adeò pertinax in illis authoribus menda irrepserat.

Metaxarius, metaxæ siue serici negociator. Iustinianus libro 8. Cod. titulo 14. de pignoribus & hypothecis.

Metelis] μέτηλις, Oppidum Aegypti, non procul ab Alexandria, recentiore nomine Bechis appellatum: à quo uicinus Nomus Metelites dictus est. Stephan.

Metelli] dicuntur in re militari, quasi mercenarij. Accius Annalium 27, Calones, famuliq;, metelliq;, caculæq;. Hæc Sex. Pomp. lib. 11.

Metilli] μέτιλλοι, plebei fuere, ut ait Liu. lib. 19. uerùm clari uictorijs & magistratibus, Cæcilijq; omnes appellati. Quorum primus Cæc. Metellus cæcus & Pōtifex maximus: quam orbitatem contraxit dum sacra ex incendio ædis Vestæ rapuit. Prius enim primo bello Punico, aduersus Pœnos speciosissimum egit triumphum, XIII. ducibus hostium, & CXX. elephantis in eo ductis. Cæc. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus uocatus, Prætor Pseudophilippum & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mumiò tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem, & ideò Consul ægrè factus. De hoc Liu. libro 59. Memorantur alij plures Metelli, ut Balearicus, Vittatus, quem Plinius Diadematum uocat, Metellus præterea Numidicus dictus, quod de Numidiæ rege Iugurtha triumphauit. Cuius meminit Cicero, & item Gellius lib. 1. cap. 6. & lib. 6. cap. 11. Metellus Creticus, à deuicta Creta dictus, cuius meminit Plutarch. in Pompon. Metellus Dalmaticus, à deuictis Dalmatis. Author Pædianus Act. 3. in Verrem.

Pugnax Metellus. Lucan. lib. 3. 23.

Fortes Metelli. Claud. 5. Paneg. 36.

¶ Metellinus (μετέλλινος) penul. prod. Adiectiuum, Quod est Metelli. Cicer. ad Attic. lib. 1. epist. 8. In illam orationem Metellinam addidi quædam. Id est, contra Q. Metellum Nepotem scriptam. Eius orationis meminit Gellius lib. 18. cap. 7. his uerbis, Sicut M. Tullius in oratione quæ inscripta est contra concionem Quin. Metelli. Quintilian. libro 9. cap. 3. de dissolutione, Vt Cicero dicit contra concionem Metelli.

Metempsychosis] μετεμψύχωσις, Latinè reddi potest, Animæ transmigratio, hoc est, transitus animarum ex uno corpore in aliud, quod fuit Pythagoræ dogma.

Meteoros] penultima producta (μετέωρος) Suspensus, sublimis, subleuatus ad aliquam rem. Inde Meteora, Meteororum, Aristotelis opus, in quo de rebus sublimibus tractatur.

Methodus] methodi, pen. corr. f. g. (μέθοδος) breue dicendi compendium uertit Quintilianus, quasi breuem uiam qua quamcelerimè ad peritiam euadimus. Cicero uiam, artem, & rationem uocat. Ex Budæo.

Methodice] pen. corr. Est pars grammatices, rationem loquendi tradens. Quint. lib. 1. capit. 15.

Methone] penul. prod. (μεθώνη) urbs Pelopōnesi, Ptolemæo libro 3. capit. 16. Hodie Modona: uia peregrinantium Hierosolymam à Venetijs.

Methuriades] μεθυριάδης, Stephano, siue (ut apud Plinium legitur) Methurides, Insulæ quatuor sunt in sinu Megarico, non procul à Trœzene. Vide Plinium libro quarto, capite duodecimo.

Methydrium] μεθύδριον, Stephano, Arcadiæ oppidum est, de quo Strabo libro octauo, & Plinius libro quarto, capite sexto.

Methymna] μέθυμνα, ciuitas est in Lesbo insula, optimum habens uinum. Ouid. 1. de Arte amandi, 12,

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

¶ Methymnæus, Adiectiuum (μηθυμναῖος) Virgil. libro 2. Georg. 18, Non eadem arboribus pendet uindemia nostris, Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

Methymnæa Lesbos. Ouid. 11. Metam. 11.

Meri Methymnæi grata saliua. Propertius libro quarto, eleg. 9. 2.

Vua Methymnæa. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 10.

Vates Methymnæus. Stat. 2. Sylu. 2. 12.

¶ Methymnias, Methymniadis, fœmin. gener. (μηθυμνιάς) Ouidius epistol. 21. 3, Nec me Pyrrhiades, Methymniadésue puellæ, &c.

Metia tribus] Vide Tribus.

Meticulosus] Vide Metuo.

Metiochus] μητίοχος, fuit, teste Herodoto lib 6, Miltiadis

Athenienſis ducis filius, qui quum à Phœnicibus caperetur, & Dario Perſarum regi, contra quem pater bellum gerebat, præſentaretur, in nullo prorſus læſus fuit, ſed eum donauit Darius pulcherrimo palatio, multis poſſeßionibus & diuitijs, atq; uxorem Perſicam dedit, ex qua liberos ſuſcepit. Vide Herodotum lib. 6.

Metior] metiris, pen. prod. menſus ſum (μετρέω, διαμετρέω) metiri, Menſurare. A Græco deducitur μέτρον. Cic. 4. Acad. 231, Nec magis affirmabunt ſignum illud (ſi erunt ſex menſi pedum) eſſe, quàm ſolem, quem metiri non poſſunt, pluſquam duodeuiginti partibus maiorem eſſe quàm terram.

Parcè & reſtrictè metiri. Vide Parcus.

Interuallis æqualibus aliquid metiri. Cic. 3. de Orat. 102.

Agrum aliquem metiri. Cic. Pdto, lib. 9. 17. 4.

Frumentum metiri. Cic. 5. Verr. 166. Ibid. 171.

Parcè & paulatim metiri frumentum. Cæſar 7. bel. Gal. 184.

Mundi magnitudinem metiri. Cic. 1. Offic. 216.

Metiri ſtipendium. Curtius lib. 3.

In haſta metiri ſe. Stat. 1. Achill. 9. de Achille.

Annum metiri ſol dicitur. Ouid. 4. Metam. 46.

Aeternitas nulla temporis circunſcriptione metitur. Cicero 1. de Nat. deor. 32.

Oculo metiri aliquid. Horat. 1. Ser. Satyr. 2. 21.

Proſpectu metior æquora. Ouid. epiſt. 10. 6.

Terras metitur oculis. Lucan. lib. 6. 7.

Animo metiri aliquid. Ouid. 2. Metam. 38. de Phaethonte.

Pectus alicuius metiri cuſpide. Stl. 4. 59.

Pedibus metiri aliquid. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 6.

Metiri gradibus, pro Abire. Plautus Pſeud. 17. 11, Quin hinc metimur gradibus militarijs?

Iter curſu metiens. Catull. in Carmine ſecul. 32. 4.

Metiri, Tranſmeare. Lucilius lib. 30, Vir mare metitur, magnũ fluctibus tradidit. Virg. 4. Georg. 78,

Et iuncto bipedum curſu metitur equorum. Nonius.

Aquas metiri carina. Ouid. 9. Metam. 90.

Auribus ſonantia omnia metiri. Cic. in Orat. 133.

Metiri, Aeſtimare. Cic. de Senect. 42, Neq; enim ipſorum conuiuiorum delectationẽ uoluptatibus corporis magis, quàm cœtu amicorum & ſermonibus metiebar.

Metiri ſummum bonum honeſtate, aut ſuis commodis: id eſt, conſtituere in honeſtate. Cic. 2. de Finib. 79. Idem 1. Offic. 9. Idem 1. de Nat. deor. 157, Omnia, quæ ad beatam uitam pertineant, uentre metiri.

Charitatem patriæ non noſtro ſenſu, ſed ſalute ipſius patriæ metiri. Cic, 1. Tuſc 144.

Metiri omnia dignitate, non ambitione. Cicero ad Furnium, libro 10. 25. 7.

Fidelitatem ſua conſcientia metiri. Planc. Ciceroni lib. 10. 4. 4.

Anguſtè tantos metiris honores. Stat. 11. Thebaid. 137.

Modum diuitiarum, ex eo quantum cuiq; ſatis eſt, homines metiuntur. Cic. in Parad. 55.

Metiẽs aliorum in ſe odiũ ſuo in alios odio. Liu. 3. ab Vrb. 224.

Officio metiri omnia. Cic. Att. lib. 8. 160. 4.

Vitijs hominum, non rerum euentu metienda ſunt peccata. Cicero in Parad. 23.

Scientiam clarorum uirorum rerum geſtarum magnitudine metiri. Cic. 1. de Orat. 4.

Suo modulo ac pede metiri ſe. Horat. 1. epiſt. 7. 20.

Studia noſtra naturæ regula metiamur. Cic. 1. Offic. 155.

Facultate ſua, non rei natura uim eloquentiæ metiri. Cicero de Opt. gen. Orator. 146.

Virtutem uerborum magnificentia non metiamur, ſed uitæ ſermonisq; noſtri conſuetudine interpretemur. Cicero de Amic. 20.

Voluptates obſcœnas forma, ætate & figura metiri. Cicero 5. Tuſculan. 134.

¶ Menſus, Particip. (μεμετρημένος) Cato capit. 146. 1, Modio oleario menſum dato unguinis pondo x.

Spatia menſa quia conficiunt curſus lunæ, menſes uocantur. Cicero 2. de Nat. deor. 100.

¶ Menſor, menſoris, Verbale (μετρητὴς) Col. libro 6. cap. 13, Quod ego non agricolæ, ſed menſoris officium eſſe dicebã.

Menſores (inquit Vegetius lib. 2. capit. 7) qui in caſtris ad podiſmũ dimetiuntur loca in quibus milites tentoria figãt: uel hoſpitia in ciuitatibus præſtant. Legitur & metatores.

Maris & terræ menſor. Horat. 1. Carm. ode 2. 8. 1.

¶ Menſio, Aliud uerbale (μέτρησις) Cicero in Orat. 103, Aures enim, uel animus, aurium nuntio naturalem quandam in ſe continet uocum omnium menſionem.

¶ Menſura, menſuræ, pen. prod. (μέτρον) Notæ ſignificationis. Plin. lib. 7. capit. 56, Menſuras & pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes, ut maluit Gellius, inuenit.

Colligere ſolis ac terræ menſuras. Quint. lib. 2. cap. 17. 24.

Roboris menſura implebat ter quinq; ulnas. Ouid. 8. Met. 151.

Breuior menſura capillis. Ouid. 9. Metam. 158.

Agitare menſuram animo. Vide Ago.

Currit menſura. Plin. lib. 6. cap. 33. 4.

Menſura uenit ad digitos. Plinius libro 2. capit. 23. 4. Hoc eſt, computatur.

Menſura uenit in computationem. Plin. lib. 6. cap. 33. 4.

Inire menſuras agrorum. Vide Ineo.

Par menſura. Iuuenalis Satyr. 10. 10.

Parua menſura relictæ partis. Iuuen. Satyr. 14. 10.

Menſuram alicuius rei agere. Plin. lib. 2. cap. 1. 4.

Menſura beneficij. Plin. epiſt. 168.

Nominis menſura. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 1.

Menſura ſic definitur, & exponitur ab ijs, qui de limitibus ſcripſerunt: quorum hæc ſunt uerba, Menſura eſt, quicquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, animoq; finitur. Maiores itaq; orbem in partes, partes in prouincias, prouincias in regiones, regiões in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias; centurias in iugera, iugera in climata: deinde climata in actus, perticas, paſſus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias, & digitos, diuiſerunt.

Metis] μῆτις, teſte Heſiodo in Theogon. nympha quædam una fuit ex filiabus Oceani & Tethyos, ſic dicta à conſulendo.

Metiſcus] Turni auriga: de quod Virgil. 12. Aeneid.

Aurigã Turni media inter lora Metiſcũ Excutit, etc. Sunt qui ſcribendum putent Methyſeus, etymon eius deriuantes à Græco uerbo μεθύσκομαι, quod eſt inebrior.

Metius Carus] delator inſignis fuit, de quo. Plin. 1. epiſt. ad Voconium: & lib. 6. ad Huſpanum.

Metius Geminus, dux Tuſculanorum, ſuperatus à Romanis bello Latino.

Metius item Curtius, Sabinorum dux contra Romulum, ob raptas Sabinas acriter pugnauit.

¶ Metius Suffetius (μέτιος ὑφέτιος) dux Albanorum, quòd contra fœdus ſocietatis in bello Fidenatium animũ ancipitem & infidum geſſerat, iuſſus eſt in concione à Tullo Hoſtilio quadrigis diſcerpi. Liu. lib. 1.

Meto] metas. Vide Metor, metaris, in Metã.

Meto] metis, meſſui, meſſum (κάω, θερίζω) metere, Secare ſignificat, ut ait Seruius: & tã de uua & alijs rebus, quàm de frugibus dicitur. Cæſar 4. bel. Gal. 582, Tũ diſperſos depoſitis armis, in metẽdo occupatos ſubitò adorti. Sic Cic. 3. Tuſ. 101, Tum uita omnibus metenda ut fruges. Ex quod ã poeta.

Aru: me-

Digitized by Google

*Aruis metere.* Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.
*Farra metere.* Ouid. 2. Fast. 104.
*Purpureosq; metunt flores.* Virg. 4. Georg. 11.
*Lilia summa metere uirgam.* Ouid. 2. Fast. 142.
*Pabula falsa metit.* Ouid. epist. 6. 17.
*Agmina metuntur.* Sil. lib. 17. 30.
*Orcus metit grandia cum paruis.* Horat. 2. epist. 2. 36.
*Vt sementem feceris, ita metes* Cic. 2. de Orat. 145.
*Fructum metere ut possis, serere beneficium, est liberale officium.* Cic. Anteq. iret in exil.
*Metere messem malorum.* Plaut. Trinum. 3. 8.
*Mihi istic nec seritur nec metitur.* Plaut. Epid. 5. 81. Id est, Ista res nihil ad me pertinet, ut quæ neq; meo fiat periculo, neq; emolumento. Metaphora notißima est. Etenim qui sementē facit, is suo impendio, suoq; periculo facit: qui metit, cōpendium accipit, & in tuto est. Diuersum est huic quod est apud eundem in Mercatore, 3. 71, *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.* Erasmus.

¶ *Messus*, Participium (θερισθεὶς) ut, *Herbæ messæ falcibus.* Virg. 4. Aeneid. 103.

¶ *Meßio, meßionis*, fœminini generis (θερισμὸς) Ipsa metendi actio.

¶ *Messor*, Messoris (ἀμητὴρ, θερίστης) Qui metit. Cicero 3. de Orator. 26, *Non mihi oratores antiquos, sed messores uideris imitari.*
*Durus messor.* Ouid. 14. Metam. 129.
*Pessi messores.* Virg 2. eclog. 2.
*Inducere messorem aruis.* Virg. 1. Georg. 64.
*Messor scelerum.* Plaut. Capt. 12. 3.

¶ *Messorius*, Adiectiuum (θεριστικὸς) Quod ad messorem pertinet. Cicero pro Sestio, 70, *Messoria se corbe contexit.* Sic; Col. lib. 2. cap. 13. 2, *Messoria opera.*
*Falces messoriæ.* Vlpianus in l. instrumento. ff. de instructo uel instr. legato.

Metœcus] μέτοικος, qui de una ciuitate in aliam migrauit habitandi animo, Latinè aduena dici potest, uel inquilinus. Pompon. in l. pupillus. ff. de uerborum significat. paroecum appellat.

Metonymia] *metonymiæ* (μετωνυμίας) Latinè transnominatio, uel denominatio. Festus, Metonymia est tropus, quum ab eo quod continet, significatur id quod cōtinetur: ut, Ennius quum ait,

Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Aut ab eo quod continetur, id quod continet: ut quum dicitur, Epota amphora uini. Aut à superiore inferior: ut Ennius, Cum magno strepitu Volcanus uentus uegetat rem. Aut ab inferiore superior: ut, Peruasisti animo uinum deus, qui multo est maximus. Cicero in Orator. 50, *Hanc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur uerba pro uerbis, metonymiam Grammatici uocant, quòd nomina transferuntur.*

Metoposcopus] *metoposcopi*, pen. corr. (μετωποσκόπος) Qui frontem conspiderat, id est, diuinat ex facie hominis: quiq; priuatim ex inspectione frontis, quid cuiq; euenturū sit prædicit, μέτωπον frons, σκόπος inspector. Plin. lib. 35. cap. 10. 22, Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit, ut incredibile dictu Appion grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum ad diuinantem (quos metoposcopos uocant) exitus dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ. Suet. in Tit. Vesp. cap. 2, Quo quidem tempore, aiunt metoposcopum à Narciso Claudij liberto adhibitum ut Britannicum inspiceret.

Metor] *metaris.* Vide Meta.

Metopion] μετώπιον, Arbor est in Africa Aethiopiæ subiecta nascens, ex qua ammoniaci lacryma in subiectas arenas destillat. Plinius libro 12. capite 28, Dioscoridi uerò metopion, ferula est in Syria nascens, ex qua galbanum destillat. Est & metopion olei genus ex amaris amygdalis cōfectum, teste Plinio libro 15. cap. 7.

Metra] Erisichthonis cuiusdam Thessali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adolescentes, corporis copiam non assequebantur, nisi equos, boues, ampliß. maq; deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum usus. Porrò Thessali per iocum dicebant Metram Erisichthonis uerti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur: Vnde fluxit prouerbium, Mutabilior Metra Erisichthonis.

Metreta] *metretæ*, penul. prod. (μετρητὴς) Genus nasis quod conficitur ex duobus battis. Budæus, Metreta est congiorum decem, ut author est Dioscorides. Decem autem congij sexaginta sextarios ualent, id est, amphoram & quadrantem. Columell. libro 12. capite 22. 1. Iuuenal. Satyra 3. 24,

—hic tignum capiti incutit, ille metretam.

Metrocomia] μητροκωμίαι, eodem modo dici uidetur quo metropolis, in titulo, Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, libro 11. C. Item, in l. ultima. de exact. tribut. lib. 10. Budæus.

Metrodorus] penul. prod. (μητρόδωρος) Lampsacenus. Epicuri discipulus, fidißimusq; amicus. Strabone, Diogeneq; testibus.

Metrodorus item Athenienſis, Carneadis auditor, ut Cicero de Orat. libro 1. testatur, pictor & philosophus fuit. Metrodorus præterea Sceptius, qui è philosophica uita in ciuilem mutatus est, magna ex parte in suis scriptis oratoriè loquitur & nouo quodam dicendi generi usus est, quo multos deterruit. Strabo libro 13. Huius etiam meminit Cicero, memoriamq; commendat 1. Tuscul. Quæst.

Metropolis] penul. corr. (μητρόπολις) quasi mater ciuitas dicitur. Budæus, Metropolis dicitur urbs, ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ Athenis, & ab urbe Roma, sic enim se habet Metropolis ad coloniam, ut mater ad filium.

¶ *Metropolitanus*, penultima prod. Qui ex metropoli oriundus est.

¶ *Metropolites*, penultima prod. Metropolitanæ ciuitatis Pontifex.

Metrum] *metri* (μέτρου) Mensura Latinè dicitur.
*Metra* dicuntur uersus à Latinis, quoniam mensurantur uersus. Col. libro 3. capit. 10. 18, Exceptis quæ retulimus metris Virgilij.
*Seruire metro* coguntur. Quint. lib. 1. cap. 8. 10.

¶ *Metricus*, penult. corr. Adiectiuum (μετρικὸς) Plinius libro undecimo capite 37. 86, Arteriarum pulsus, in modulos certos, legesq; metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus.

Metuo] *metuis, metui* (δέδοικα) *metuere.* A quodam motu animi dicitur, ut inquit Varro. Et propriè seruorum est. Significat autem Timere & formidare, ac uereri. Cicero de Senect. 33, *Metuebant eum serui, uerebantur liberi, charum omnes habebant.*
*Magis metuo.* Vide Magis.
*Malè metuo.* Vide Malus.
*Metuit loqui.* Ouid. 1. Metam. 150.
*Metuit tangi.* Horat. 3. Carm. ode 11. 2.
*Metuo crimen*: id est, ne detur crimini. Cicero 7. Verr. 62.

Metuo illum. Plaut. Pſeud. 16. 3. Terent. Eunuch. 3. 1. 43, Metuebant omnes iam me.
Metuo illum ne. Terent. Eun. 3. 5. 61,
—nunc metuo fratrem
Ne intus ſit.
Metuo illum de. Plaut. Merc. 9. 22, De lanificio neminem metuo, una ætate quæ ſit.
Metuo tibi, Nequid mali ſcilicet tibi accidat. Plautus Amphitr. 17. 61.
Metuo meo amori moram, Ne remoretur matrimoniũ meum. Plaut. Pœn. 7. 6. Plin. lib. 18. cap. 29. 4, Tria namq; tempora fructibus metuebant.
Metuo illum mihi ne. Plaut. Milit. 14. 6, Eos nũc homines metuo mihi, ne obſint, neue obſtent uſpiam.
Metuo à uel ab. Cic. ad Att. lib. 9. 17 5. 6, Sed quum eadem metuam ab hac parte, &c. Idem ad Sextium, lib. 5. 6. 6, Partim non credunt, & à me inſidias metuunt.
Metuo abs te de uerbis tuis. Plaut. Menæh. 7. 41.
Ab hoſte metui. Ouid. 13. Metam. 23.
Metuo Reip. malum ab eo. Cic. ad Att. lib. 1. 8. 4. Idem 3. Ver. 99, Nullam maiorem pupillo metuunt calamitatem.
Metuo de uita. Cic. Att. lib. 10. 195. 8.
Haud metuo. Terentius Eunuch. 4. 6. 20. Id eſt, non curo, floccifacio.
Metuo ne. Cic. Att. lib. 7. 143. 1, Quum dediſſem ad te literas triſtes, & metuo ne ueras, &c. Idem 4. Verr. 129, Quapropter nihil eſt quod metuas ne quid mecum fingam.
Metuo ne non. Terentius Heaut. 5. 3. 14, Quid? metuis ne non. quum uelis, conuincas illum eſſe tuum?
Metuo ne quando. Terent. Eunuch. 3. 1. 59.
Metuere pro aliquibus. Celſus lib. 3. cap. 11, Item maturius ueſte multa tegendus eſt, admouenda partibus his pro quibus metuimus, ſicca & calida fomentatio.
Metuebam propter uos, ne. Plaut. Rud. 24. 2.
Metuo quid agam, uel quid ſit. Terentius Heauton. 4. 3. 42. Ibid. 4. 1. 7.
Metuo quin. Plaut. Amphit. 17. 54, ——diuinitus
Non metuo quin meæ uxori latæ ſuppetiæ ſint. Id eſt, certò ſcio latas eſſe ſuppetias diuinitus uxori meæ.
Metuo quot patres fuere. Plaut. Trucul. 17. 32.
Metuo ut: id eſt, ne non. Terent. Hecyra, 2. 2. 15,
——te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe,
Si metuis, ſatis ut meæ domi curetur diligenter.
Metuo ut ne pereat. Cicero.
¶ Metuens, metuentis (φοβούμενος) Particip. Terent. And. 3. 4. 6, Idq; adeò metuens uos celaui quod nunc dicam.
Cladem metuens. Ouid. 5. Metam. 72.
Fortunam metuens. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 10.
Superos metuens. Stat. 3. Sylu. 3. 16.
Inopi metuens formica ſenectæ. Virg. 1. Georg. 38.
¶ Metuens (ἀδιάς) Nomen ex participio: ut, Metuens legũ, Metuens iudiciorum. Cic. pro Domo ſua ad Pontif. 55.
Flagelli metuens. Iuuen. Satyr. 5. 16.
Inualidum, metuensq; pericli. Virg. 5. Aeneid. 144.
¶ Metuentior, Comparatiuum. Ouid. 6. Faſt. 52, de Numa,
Regis opus placidi, quo non metuentius ullum, &c. Idem epiſt. 17. 17,
Quid tamen euenit cur ſis metuentior undæ?
Hoſpes metuentior. Sil. lib. 8. 100.
¶ Metuendus, (φοβερὸς) Cicero de Aruſp. reſp. 58, Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur, terræ motus horribilis cum quibuſdam multis metuendiſq; rebus.
Antrum metuendum. Propert. lib. 4. eleg. 10. 2.
Eques metuendus haſta. Horat. 3. Carm. ode 2. 1.
Pericula metuenda. Horat. 2. epiſt. 1. 28.
Vis metuenda. Virg. 4. Georg. 8.
¶ Metutus, penul. prod. Partic. (φοβηθεὶς) Lucret. lib. 5. 230.
Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.
¶ Metus, huius, metus. m. g. (φόβος, Αἰδὼς, Δέημα) Eſt de inſtanti uel futuro periculo, mentis trepidatio, inquit Vlp. Cic. 4. Tuſc. 24, Metus, opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe uideatur. Et tam actiuè quàm paſſiuè ſumitur: nam metus hoſtium rectè dicitur, & quum timent hoſtes, & quum timentur. Rurſum Cic. 4. Tuſc. 103, Aegritudini ſubiimus eſt metus: de quo pauca dicenda ſunt eſt enim metus ut ægritudo præſentis, ſic ille futuri mali: itaq; nonnulli ægritudinis partem quandam metum eſſe dicebant, alij autẽ metum præmoleſtiam appellabant, quòd eſt quaſi dux conſequentis moleſtiæ. Quint. lib. 6. capit. 3, Metum duplicem intelligi uolo, quem patimur, & quem facimus.
Mortalitatis metus. Quint. in Procem. lib. 6. 2.
Metus exiſtimationis uitiorum. Cic. 3. Verr. 66.
Metus fulminis. Quint. in Præom. lib. 6.
Metus de. Cic. ad Attic. lib. 3. 48. 6, Me & meorum malorum memoria & metus de fratre in ſcribendo impedit.
Metus ex corpore. Celſus lib. 4. cap. 24.
Metus in hac re. Celſus lib. 2. cap. 10.
Frigido metu exanguis. Senec. Hippol. 10. 13.
Liber à metu. Vide Liber, liberi.
Liber omni metu. Vide Liber, liberi.
Trepidi, exangues q; metu. Stat. 3. Thebaid. 72.
Vacuus metu. Ouid. 10. Metam. 24.
Dubij inter ſpem & metum. Virg. 1. Aeneid. 45.
Acer metus. Virg. 1. Aeneid. 74. Ibidem, 3. 137.
Acrior metus omni cura. Valer. 1. Argon. 139.
Adiunctus metus. Vide Adiungo.
Ambiguus metus. Tacit. lib. 2.
Audax metus, & pallens fiducia. Stat. 6. Thebaid. 79.
Cæcus metus. Vide Cæcus.
Depoſitus metus. Ouid. 5. Metam. 73.
Humiles metus. Valer. 3. Argon. 79.
Inanis metus. Tacit. lib. 13.
Inſignis metus pœnarum. Lucret. lib. 3. 206.
Pauidi metus. Ouid. 1. Faſt. 4. Vide Pauidus.
Solicitus metus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 3.
Vigiles metus. Sil. lib. 7. 58.
Abolere metus. Stat. 1. Achill. 27.
Abſtergere metum. Vide Abſtergo.
Abſtergere animi metum. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 25.
Aberant pœna metuſq; Ouid. 1. Metam. 19.
Accipere metum. Vide Accipio.
Acuere metum alicui. Virg. 12. Aeneid. 170. Vide Acuo.
Adducere in metum, & Adduci metu. Vide Adduco.
Adducere in metum aliquem. Tacit. lib. 15.
Adhibere metum. Quint. lib. 4. cap. 1. 14.
Adimere metum. Vide Adimo.
Adiungere metum. Vide Adiungo.
Afferre metum alicui, & ſpem oſtendere. C. 4. Verr. 94. Vide Affero.
Afficere metu. Vide Afficio.
Amittere metum. Vide Amitto.
Amouere metum. Quint. lib. 4. cap. 1. 14.
Amoto metu. Terent. And. 1. 2. 10.
Auferre metus. Virg. 12. Aeneid. 64.
Capere metum. Vide Capio.
Captus metu ſubito. Stat. 12. Thebaid. 74.
Repens metus commouit me. Senec. Troad. 6. 4.

Vehemen-

Digitized by Google

Vehementi metu commota mens. Lucret. lib. 3. 31.
Compellere in metum. Vide Compello.
Compressa metu murmura. Stat. 1. Thebaid. 42.
Concipere metum. Vide Concipio.
Concitare metum. Vide Concito.
Concussus mentem metu. Virg. 12. Aeneid. 94.
Conijcere in metum. Vide Conijcio.
Defendere à metu. Cic. pro lege Manil. 9.
Demere metum. Ouid. 2. Metam. 174. Tacit. lib. 18.
Diriguere metu. Ouid. 7. Metam. 23.
Dissoluunt animi magno se angore, metuq;. Lucret. lib. 3. 185.
Excessere metum mea iam bona. Ouid. 6. Metam. 40.
Excutere metum alicui. Ouid. epist. 14. 9.
Excipere metum. Celsus lib. 7. cap. 26, Siquidem ut distensione neruorum periclitatur aliquis, dum uesica eius agitatur: sic alter metus excipitur remotis medicaminibus, ne tantum sanguinis profluat ut occidat,
Somnum excussit metus. Ouid. epist. 10. 3.
Excutere metum corde. Ouid. 3. Metam. 138.
Exoluere metum. Lucan. lib. 5. 52.
Facere metum alicui, pro Inferre. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 6.
Graues facere metus. Senec. Agamem. 4. 5.
Habere metum. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10. 1.
Vanos res habet ista metus. Ouid. epist. 15. 69.
Incidit animis metus tacitus. Vide Incido. pen. corr.
Incutere metum. Cælius Ciceroni, lib. 8. 4. 4.
Inferre metum. Vide Infero.
Ingruit metus. Vide Ingruo.
Injicere metum alicui. Vide Injicio.
Insinuauit metus pectora. Lucret. lib. 6. 15.
Intendunt metum. Tacit. lib. 1.
Intrat metus. Tacit. libro 1. Pauidos, & conscientia uecordes intrat metus.
Lenire metus. Sil. lib. 3. 27.
Leuare metum alicui. Vide Leuis.
Liberare aliquem metu. Quint. lib. 1. cap. 10. 34. Vide Liber.
Letitiæ misti metus. Ouid. epist. 15. 2.
Offerre metum. Vide Offero.
Ostendere metum. Vide Ostendo.
Pallens metu. Ouid. 9. Metam. 23.
Parcere metu. Vide Parco.
Pati metum. Quint. lib. 6. cap. 2. 17.
Pellere metum. Vide Pello.
Pelle fœmineos metus. Senec. Medea, 1. 9.
Permotus metu. Vide Permoueo.
Ponere aliquid in metu, pro Metuere. Cicero ad Attic. libro 14. 319. 3.
Metus & spes diuinationem & auguria repererunt. Vide Amantes sibi somnia fingunt.
Gelido lingua retenta metu. Ouid. epist. 11. 17.
Sedare metum. Senec. Thyest. 8. 11.
Mens semota metu. Lucret. lib. 2. 4.
Solari metum alicuius. Virg. 12. Aeneid. 22.
Soluere metus. Virg. 1. Aeneid. 94.
In metu esse, pro Metuere. Terent. Phorm. 1. 2. 7. Cicero ad Atticum, lib. 3. 49. 4, Mihi etiam unum de malis in metu est fratris miseri negocium.
Sublatus metus. Celsus lib. 4. cap. 5.
Tentari metu. Lucret. lib. 3. 63.
Trepidare metu. Silius lib. 15. 114.
Trepidare metu falso. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 8.
Ingenti trepidare metu. Virg. 6. Aeneid. 99.
Lymphato trepidare metu. Lucan. lib. 7. 38.
Turbari metu monstri. Ouid. 15. Metam. 104.
Inanis metus urget mortales. Lucret. lib. 3. 200.
Metus, pro religione: quoniam ut docet Seruius, ex timore nata est. Virg. 7. Aeneid. 12,
—multosq; metu seruata per annos.
¶ Meticulus, meticuli, penul. corr. Diminutiuum.
¶ Meticulosus, penul. prod. (ἀπὸ μείωσιν) Adiectiuum à meticulus diminutiuo, Timidus. Plaut. Amph. 4. 139, Nullus est hoc meticulosus æquè.
Meum] μέον, Herba est caule foliysq; anisio non absimilis, quæ in Italia nonnisi à medicis seritur, & ijs admodum paucis. Duo genera eius describit Plin. lib. 20. cap. 23. 1.
Meuania] μευανία, ciuitas Vmbriæ, inclyta Propertio Almno. A qua Meuanates populi. Plinius libro 35. capit. 14, In Italia quoq; lateritius murus Aretij & Meuaniæ est. Lucan. lib. 1. 44,
—tauriferis ubi se Meuania campis
Explicat. Vbi commẽtator, Meuania est pars Tusciæ, cuius nominis & insula Hybernis proxima Meuania dicitur.
Meuania, oppidum est in Vmbria ad uiam Flaminiam, iuxta quod labitur clitumnus fluuius, cuius aqua pota cãdidos boues facit. Vide Clitumnus.
Meuius] μεύιος, pessimus poeta, Virgilio & Horatio inimicus. Virg. 3. ecloga, 18,
Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Horat. Epod. 10. 1, Olens Meuius.
Meus] Adiect. Pronomen possessiuum (ἐμὸς) Plaut. Trinum. 6. 47, Nam quod tuum est, meum est: omne meum, est autem tuum. Terent. Heaut. 3. 1. 22,
Meus gnatus? C. sic est. M. uenit? C. certè. M. Clinia
Meus uenit? C. dixi.
Meum, uel Mea est negare. Plaut. Pseud. 7. 7. 68. Cic. ad Attic. lib. 5. 100. 4, Et si intelligis quàm meum sit scire, & curare quid in Rep. fiat.
Mea, mea tu, & huiusmodi. Terent. Adelph. 3. 1. 2,
——modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem Eun. 4. 3. 14, Hau obsecro mea Pythias, quid istucnã mõstri fuit? Mea tu, inquit Donatus, blandimentũ est, sine quo non progreditur colloquiũ fœminarum, & maximè trepidantium.
Cum mei unius salute, ciuitatis salus coniuncta: pro Mea uita Cicero in Vatinium, 6. Sic Budæus. Vetus tamen exemplar legit, mea salute.
Meum non est mentiri, Quod uulgò dicitur, Non est mea natura. Terent. Heaut. 4. 2. 8.
Meum est, pro Meum est inuentum, Excogitaui illud. Terent. Eunuch. 3. 1. 39,
Tuum obsecrõne hoc dictum erat? uetus credidi.
T. Audieras? C. sæpe: & fertur in primis. T. meum est.
Mea est descriptio: id est, Ego ipse descripsi, non alius. Cicero de Senect. 55.
Meus sum: id est, meæ potestatis, mei iuris. Pers. Satyr. 5. 9.
Meus, tuus, aliquando substantiua sunt. Virgilius 4. Aeneid. 96,
——dulcesq; meorum Reliquias. Idem lib. 3. 98,
——cape dona extrema tuorum. Terent. Phorm.
Ego meorum solus sum meus.
Mea quidem sententia, pro Vt ego sentio, Vt opinor. Terent. Adelph. 1. 1. 40.
Meus carnifex. Terentius And. 4. 1. 27. Donatus, Id est, in me carnifex, qui me torserit: ut alibi, Deo irato meo: hoc est, in me irato Deo.
Meo pretio emptus, A me facto, à me statuto, inquit Donatus. Terent. in Prolog. Hecyræ, 55.
De meo. Vide De præpositionem.
De meo nihil addo. Cic. de Arusp. resp. 36.

Mea manu literæ. Cic. ad Att. lib. 5. 101. 1.
Meopte ingenio id repperi. Plaut. Mostel. 3. 52.
Meapte malitia, Meapte causa. Plaut. Trucul. 9. 18. Terentius Heaut. 4. 3. 8,
—ita me di ament, ut ego nunc non tam meapte causa Lætor, quàm illius.
Mezentius] Pater Lausi, deorum contemptor, apud Virg. lib. 7. Aeneidos,
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor diuûm Mezentius, &c. Fuit enim impius in homines, sine deorum respectu, inquit Macrobius.

M I

Mi] μοι, Dandi casus, à genitiuo mis. Virg. 6. Aeneid. 25,
—& mi genus ab Ioue summo. Id est, mihi. Catull. ad Lesb. 48. 1, Ille mi par esse deo uidetur.
Mi uocatiuus, pro Meus. Terent. Adel. 2. 4. 5, O mi Aeschine; ô mi germane. Idē Phor. 2. 1. 42, Mi patrue salue. D. salue. Vbi Donatus, Mi, uim blandimēti habet: nā significat meus.
Mi homo. Terent. Phor. 5. 9. 13. Idem Eun. 1. 2. 15, Ne cruciate obsecro anime mi Phædria. Donatus, Fœminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est.
Miacorus] penul. prod. (μιάκορος) Chalcidis oppidum apud Theopompum libro 25. referente Stephano. A quo fit gentile Miacorius.
Mica] micæ (ψίχιον, ψώμισμα) Puluisculus ille qui in arena, quasi argentum, fulget. A quo & panis, & omnium rerum frustula, quæ tractantibus nobis aliquem rem, inde emicant, micæ appellantur. Colum. libro 6. capit. 30, Thuris mica. Plin. lib. 12. capit. 14. 9, Micas concussu elisas mannam uocamus. Catullus, de Quintia & Lesbia, epigr. 81. 1,
Nulla in tam magno est corpore mica salis. Hoc est, nihil in tā magno corpore est ridiculum. Sic exponit Qu. lib. 6. capit. 4.
Auri micæ. Lucret. lib. 1. 172.
Lucida mica salis. Ouid. 1. Fast. 68.
Saliens mica. Horat. 3. Carm. ode 23. 5.
Salientem micam, salis granum intellige: quòd saliat, quum in ignem missum sit. Prophyr.
¶ Mico, micas, micui (πάλβω) micare, Est subinde & per interualla, ut micæ faciunt, resplendere. Virg. 1. Aeneid. 19,
—crebris micat ignibus æther.
Micare digitis. Lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut repentè porrectis digitis certantium, uterq; numerum diuinet. Per translationem dictum, quòd talis quædam uariatio, dum digitis sortimur, apparet. Huius Cicero mentionem facit lib. 2. de Diuin. 127, Quid enim sors est? idem propemodū, quod micare, quod talos iacere, q. tesseras M. Varro, Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Ex Erasmo.
Qui certissima esset fide, eum antiqui dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur. Cicero 3. Offic. 102. Idem 2. de Finib. 85, Cur iustitia laudatur? aut unde est hoc contritum uetustate prouerbium, quicum in tenebris? Porrò, quicum mices in tenebris, ei liberum est, si uelit, fallere. Proinde dignus quicum in tenebris mices dicitur, qui sit usq; adeò certa fide, ut nec si tutò posit, uelit quempiam mendacio fallere. Ex Erasmo.
Ardor flammæ micat. Lucret. lib. 5. 221.
Micat animus. Liuius.
Ardor micat oculis. Lucret. lib. 3. 59.
Cor timore micat. Ouid. 3. Fast. 8.
Enses triste micant. Stat. 4. Thebaid. 31.
Auribus micat equus. Virg. 3. Georg. 17.
Gemma micat. Virg. 10. Aeneid. 27.
Micant gladij. Liu. 6. ab Vrbe, 56.
Ignis micat oculis. Virg. 12. Aeneid. 21.
Linguis micat ore trisulcis. Virg. 3. Georg. 88.
Nubila micuerunt celeri flamma. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 9.
Oculi micant igne. Ouid. 8. Metam. 57.
Sinus micuere metu. Ouid. epist. 1. 9.
Sidera micuerunt. Ouid. 7. Metam. 44.
Sidus Iulium micat. Horat. 1. Carm. ode 12. 10.
Micant uenæ. Cic. 2. de Nat. deor. 35.
¶ Micans, Participium: ut, Aurum micans. Ouid. 2. Metam. 1.
Aera micantia. Virg. 2. Aeneid. 47.
Cor micans. Ouid. 6. Fast. 68.
Crura micantia. Ouid. 9. Metam. 8.
Labellum micans. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 44.
Membra micantia. Claud. de nup. Honorij, 57.
Sidera micantia. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 42.
Micca] Filia fuit Aristodemi Elliensium tyranni, quæ moribunda Megisthonem rogauit, ne se post mortem turpiter nudatam iacêre pateretur. Meminit Plutarchus libro de claris Mulier. cap. 15.
Michale] penul. corr. (μιχάλη) Fœmina uenefica inter Centauras. Senec. Herc. Oeth. 4. 59,
Hoc docta Michale Thessalas monuit nurus: Vnam inter omnes luna quam sequitur magam Astris relictis.
Micipsa] Numidarum rex, Maßinissæ regis filius, qui Iugurtham Manastabalis fratris filium, unà cum Adherbale & Hyempsale filijs regni participem reliquit. De quo Salustius de bello Iugurthino.
Microcosmus] μικρόκοσμος, Latinè Paruus mūdus dicitur
Micrologia] μικρολογία, à Græcis appellatur anxia cura circa minutula, & sedulitas quouis modo rem augendi. Is quoq; qui rem uilem magni facit, & tenuissimum lucellum undecunque aucupatur, Micrologus appellatur.
Micropsychos] penul. prod. Pusillanimus dicitur, & timidus, (μικρόψυχος) Plin. libro 22. cap. 24. 4, Inuenio apud authores hunc potum bibendum alsiosis: item animi humilis ac præparci, quos illi dixere micropsychos.
Microsphycti] μικροσφύκτοι, Græcis ac medicis dicuntur, quibus pusilli sunt uenarum pulsus, longitudine, altitudine, ac latitudine minima, uti ab Galeno proditum est, surrecta arteria. Vide & Cæl. libro 3. capit. 15.
Mictyris] Paupercula pulmentaria. Lucilius lib. 20, Pulmentaris utentibus aut aliquod genus herbæ, & ius mænarum bene habet se mictyris, hoc est meri. Nonius. Iunius medicus Mictilis emendat.
Micturio] micturis. Vide Meio.
Midas] μίδας, Gordiæ bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctorum penè regum opes pecuniæ abundantia anteceßit. De quo Herodotus & Iustinus lib. 11. multa scripserunt.
Auriculas asini Midas habet, Prouerbium, quod refertur à Diogenião, natum à fabula notißima Midæ regis Phrygiæ: cui Phœbus, quòd stolidè Pana canentē sibi prætulisset, asininas affixit auriculas. Quas quum diu mitra occuluisset, tā dem à tonsore animaduersum est, ac prolatum in uulgus, ut refert Ouid. 11. Metam. 35. Porrò adagium rectè dicetur uel in stolidos, & crassis auribus, pinguiq; iudicio homines. Alij narrant, quū aliquando præteriret asinos huius dei, atq; eos affecissет iniuria, iratū Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuisse, & asininarum instar prominentes, atq; hinc fabulæ iocum ortum esse. Quāquam pluribus placet, hac allegoria signficatum, Midam utpote tyrannum. Corycios ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunq; per omnē regionē uel fierent, uel dicerentur, cognosceret, nimirū illis

*utens auriũ uice. Proinde quũm uulgus admiraretur, ab illo resciri etiam ea, quæ clàm ac procul fierent, occasionem fabulæ dederunt, ut Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quòd nullam aliud animal acrius audiat quàm asinus excepto mure: uel quòd aures habeat omnium longissimas. Pers. Satyr. 1.13,*

*Auriculas asini, quis non habet? Ferunt nonnulli primùm à poeta scriptum fuisse:*

*Auriculas asini Mida rex habet. Deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, quis non habet. Erasmus.*

*Mida etiam dicitur. Claudian. 3. Paneg.*

*Ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro.*

Midas] *μίδας, Vermiculus in fabis nascens, ut ait Theophrastus lib. 4. de plantarum causis.*

Midia] *siue Midea, pen. prod. (μίδεια Stephano) Oppidum fuit in agro Argiuo, ita dictum à Midia Aloei filia, quum antea Persepolis appellaretur. Meminit oppidi huius Homerus lib. 2. Iliados.*

Mieza] *Oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium uocabant, à Mieza Beretis Macedonis filia cognommatum. Plin. lib. 31. cap. 2, Nam Miezæ in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris: at in Corintho, quum decidere, &c.*

Migdilybs] *hoc est mixtus Libys. Plaut. Pœn. Qui huc aduenisti nos captatum migdilybs. Significat hominem mixti generis & bilinguem, id est, διγλωττον & μιγάδα, quales erant Carthaginienses. Virgilius,*

*Quippe domum timet ambiguam, Tyriosq; bilingues.*

*Nam Carthaginienses & lingua Tyriorum & Afrorum utebantur. Duplici autem lingua qui utuntur, infideles & ueteratores improbiq; habentur. Itaq; Hannonem ait bilinguem dicit esse bisulca lingua, quasi proserpentem bestiam. Omnes codices habent magdalia: uerùm sic restituit Turnebus, idq; optima ratione.*

Migro] *migras (ἀποικέω, ἀποικίζω) migrare, Est domicilium mutare, & aliò se ad habitandum conferre, relicta priore habitatione: ut ait Valla lib. 5.*

*Migrare domo. Cic. 4. Verr. 62. Vide* Emigro.

*Migrare ex Vrbe. Terent. Hecyra, 4. 2. 13.*

*Migrare hinc. Plaut. Epid. 8. 7.*

*Migrare nidum. Gellius libro 2. cap. 29. Id est, transportare, aliò migrare.*

*Migrare de, uel ex uita, Mori. Cic. in Somnio Scipionis, 2. Idem 1. de Fmib. 93.*

*Migrare in cælum. Plaut. Amph. 18. 13.*

*Migrare in locum. Lucret lib. 2. 194.*

*Migrare è phano foras. Plaut. Curcul. 5. 1.*

*Migratum est Romam. Liu. 1. ab Vrbe, 47.*

*Migrare communi iure. Cic. 1. de Diuin. 15.*

*Migrat officium. Plaut. Trinum. 10. 14.*

*Migrant dicta. Plaut. Pseud. 7. 55.*

*Voluptas migrauit ab aure. Horat. 2. epist. 1. 38.*

*Omnia migrant. Lucret. lib. 5. 166.*

*Anima migrat in uarias figuras. Ouid. 11. Metam. 35.*

*Migrare in mucronem. Plin lib. 11. cap. 37. 5.*

*Fluuius migrat aduerso meatu. Claud 7. Paneg. 97.*

*Migrasit, pro Migrauerit. Cic. 3. de Legib. 17, Quo quis earũ rerum migrasit, noxiæ pœna par esto.*

*Migratu difficile, apud Liuium libro 10. pro Ad exportandum difficile.*

¶ Migratio, *Verbale (ἀποίκησις) Cic. 1. Tusc. 44, Mortem non interitum esse omnia tollentem atq; delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemq; uitæ. Liu. 5. ab Vrbe, 238, Nunc hæc migratio nobis misera. (nomine:*

Mihi] *ἐμοὶ, ἐμοίγε, Dativus est primæ personæ ab Ego pro*



*Mihi, Ad meam utilitatem, aut damnum. Terẽt. Heaut. 3. 1. 102, hic mihi quanto nunc plus sapit, quàm egomet mihi? Idem Adelph. 2. 2. 36, Si quid peccat Demea, mihi peccat.*

*Mihi, quantum ad iudicium meum pertinet, interprete Donato Terent. Adelph. 5. 6. 5,*

*Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,*
*Cui dominus curæ est.*

*Mihi, A me. Terent. Eun. 3. 5. 2, Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus,*

*Mihi, Circa me. Terent. And. 1. 1. 85, Quid si amasset? quid mihi hic faciet patri? Donatus.*

*Mihi & tibi, aliquando ita ponuntur in oratione, ut neq; ad me, neq; ad te, neq; aliquem referantur, sed tantum festiuitatis gratia. Cicero in Pisonem, 1, Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Idem 4. Verr. 17, Tu mihi ita defendas. Sic alijs locis multis. Terentius Phorm. 5. 9. 21,*

*Qui mihi, ubi ad uxores uentum est, tum fiunt senes.*

*Mihi crede, affirmantis particula, idem quod Certè significans. Cic. in Pisonem, 47, Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum.*

¶ Mihimetipsi (ἐμαυτῷ) *Cic. pro Quintio, 18, Breuitas postulatur quæ mihimetipsi amicissima est.*

¶ Mihipte, *pro Mihijpsi posuit Cato, Festo teste.*

Milax] *μίλαξ, à Galeno appellatur frutex hederæ similis, quẽ similacem uocat Dioscorides. Vterque duas eius facit species, asperam & læuem. Vide infrà in dictione* Smilax.

Miltiades] *pen. corr. (μιλτιάδης) dux clarus Athenienſiũ: qui undecim millibus suorum profligauit sexcenta millia Persarum in campis Marathonijs. Postea tamen damnatus peculatus, in carcerem coniectus obijt.*

Miles] *militis, pen. corr. com gen. (στρατιώτης) Qui militiam exercet. A militia, id est, duritia, quam pro Rep. sustinet, dictus. Aut à multitudine: aut à malo quod arcet. Festus, Militem Aelius à mollitia per antiphrasin dictum putat: eo quòd nihil molle, sed potius asperum quid gerat. Cic. pro lege Manil. 19, Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. Idem pro Corn. Balbo, 37, C. Marius P. Africani discipulus ac miles.*

*In militẽ, in capita, in naues, & similia. Vide* In præpositionẽ.

*Incursio militum in agros hostium. Vide* Incurro.

*Incursus militum. Vide* Incurro.

*Instructio militum. Vide* Instruo.

*Leuis armaturæ milites. Vide* Leuis.

*Acrior miles. Horat. 3. Carm. ode 5. 6.*

*Aerarij milites. Vide* Aes æris.

*Argentati milites. Vide* Argentum.

*Armatus miles. Virg. 2. Aen. 4.*

*Aurati milites. Vide* Aurum.

*Causarij milites. Vide* Causa.

*Dirus miles. Senec. Herc. Oeth. 17. 15.*

*Ferox miles. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.*

*Impius miles. Virg. 1. eclog. 14.*

*Haud incruentus miles. Vide* Incruentus.

*Infandus miles. Lucan. lib. 7. 155.*

*Infestus miles. Senec. Herc. fur. 8. 5.*

*Innumerus miles. Ouid. epist. 15. 74.*

*Inordinati & compositi milites. Vide* Inordinatus.

*Inualidi milites. Vide* Inualeo.

*Iustus miles. Vide* Iustus.

*Legionarij milites. Vide* Legio.

*Maniplaris miles. Ouid. 3. Fast. 24,*

*Pertica suspensos portabat lõga maniplos,*
*Vnde maniplaris nomina miles habet.*

Mercenarij milites. Liu. 4. bel. Pun. 224.
Pharetratus miles. Sil. lib. 7. 128.
Præstantior miles. Ouid. 11. Metam. 106.
Rabido milite perfractæ portæ. Sil. lib. 13. 50.
Vagus miles. Sil. lib. 4. 167.
Auocare milites à signis, à bello. Vide Auoco.
Cogere milites. Vide Cogo.
Colligere milites. Vide Colligo, Colligis.
Deducere ex aliquo loco milites. Vide Deduco.
Aere dirutus miles. Vide Aes, æris.
Excitatur classico miles truci. Horat. Epod. 2. 1.
Fieri militem. Cic. 7. Philipp. 232.
Incitare milites in aliquem. Vide Incito.
Legere milites. Vide Lego, legis.
Obsedit milite campos. Virg. 3. Aeneid. 80.
Ordinare milites. Vide Ordino.
Milites, pro apparitoribus iudicum & magistratuũ. Vlpianus in l. in eadem. ff. ex quibus causis maiores, In eadem causa sunt, & qui à militibus statoribusq; uel à municipalibus ministerijs adseruantur: si probentur rei suæ superesse non potuisse. Hinc Manus militaris. Idem in l. qui restituere. ff. de rei uendicatione, Qui restituere iussus, iudici non paret, cõtendens non posse restituere: si quidam habet rem, manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur.
¶ Miles in fœminino genere. Ouid. epist. 11. 10,
Et rudis ad partus, & noua miles eram.
¶ Militia, militiæ (στρατιὰ) quandoq; belluũ, & quandoq; rem militarem significat. Cicero 3. Offic. 131, Sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere uoluisse. De Vlysse.
Acer militiæ. Tacit. lib. 18. Vide Acer.
Decora militiæ. Liu. 2. ab Vrbe, 96. Vide Ordo.
Facta splendida militiæ. Ouid. epist. 13. 20.
Gnarus militiæ. Tacit. lib. 12.
Impiger militiæ. Tacit. lib. 3.
Labor militiæ. Ouid. 1. Fast. 61.
Maturus militiæ. Liu. lib. 2. Decad. 5.
Piger militiæ, & malus. Horat. 2. epist. 1. 25.
Rudimenta militiæ. Stat. 5. Sylu. 2. 2.
Grauis militia. Horat. 1. Carm. ode 18. 1.
Imaginaria militia. Suet. in Claudio Cæs. cap. 25, Equestres militias ita ordinauit, ut post cohortem, alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipendiáq; instituit, & imaginariæ, militiæ genus, quod uocatur super numerum: quo absentes & titulo tenus fungerentur. Budæus.
Impigra militia. Vide Impiger.
Intenta militia. Tacit. lib. 12.
Longa militia fessum latus. Horat. 2. Carm. ode 7. 4.
Pia militia. Ouid. 7. Metam. 97.
Colere militiam. Ouid. 2. Fast. 102.
Detrectare militiam. Ouid. 13. Metam. 8.
Dare nomen militiæ, Est ad delectum se exhibere. Cicero 7. Philipp. 224. Bud.
Togatæ militiæ exercere munera. Ouid. ad Pisonem, 6.
Seuam militiam ferre. Horat. 1. epist. 19. 11.
Proficisci in militiæ disciplinam. Cic. pro lege Manil. 19.
Præmia militiæ pulueulenta sequi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 1.
Soluebatur militia. Tacit. lib. 1.
Tolerare militiam, & graue Martis opus. Virg. 8. Aen. 104.
Signa militiæ tueri. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 3.
Militia uacare. Quintil. lib. 9. cap. 2, Alio bello petierat ut militia uacaret.
¶ Militiæ, genitiuus aduerbij uice positus, ut Domi. Cic. 3. de Oratore, 74, Idemq; & in Senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi, & militiæ consilium suum fidemq; præstabant. Idemq; 5. Tusc. 77, Quorum uirtus fuerat domi militiæq; cognita.
Militia, Exercitium. Plaut. Persa, 6. 51, At confidentia illa militia militatur magis, quàm pondere.
Militia urbana, est eorum qui in foro uersantur. Cic. pro Murena, 16, Seruius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam solicitudinis ac stomachi secutus est: ius ciuile didicit, multum uigilauit, laborauit, præstò multis fuit.
Veneris militiam pati. Propert. lib. 4. eleg. 1. 28.
¶ Milito, militas, pen. cor. (στρατεύω) militare, Militiam exercere. Stipendia in bello merere. Cic. 1. Offic. 55, Qui in eadem legione militabat.
Militare sub. Plin. in Præf. 23, Militare didicisset sub Annibale. Liu. 3. bel. Pun. 197, Subsignis militat tuis.
Militauit non sine gloria. Horat. 3. Carm. ode 26. 1.
Militare mercede. Curtius.
Catulus militat in syluis. Horat. 1. epist. 2. 14.
¶ Militatur (στρατεύεται) legitur apud Plautũ in Persa, 6. 51, Illa militia militatur magis.
Bellum militatur. Horat. Epod. 1. 5.
¶ Militaris, & hoc militare, penul. pro. Adiect. (στρατιωτικὸς, στρατευματικὸς) Quod ad milites aut militiã pertinet: ut,
Militaris homo. Plaut. Epid. 2. 14.
Ætas militaris. Tacitus libro 2. Id est, robusta, ac apta ad militiam.
Daunia militaris. Horat. 1. Carm ode 22. 3.
Militaris herba. Vide Lactoris.
Militaris industria. Plin. lib. 18. cap. 6. 6.
Manus militares. Senec. Agamemn. 6. 7.
Nauare operam militarem. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Rem militarem discere. Cic. 1. de Orat. 65.
Sepimentum militare. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 14.
Signa militaria, Cic. in Catil. 34.
Timor militaris. Plaut. Pseud. 14. 23.
Via militaris. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 5.
¶ Militarius, Adiectiuum (στρατιωτικὸς) Plautus Pseud. 17. 11, Quin hinc metimur gradibus militarijs? Pro militaribus, antiquè.
¶ Militariter, penul. corr. Aduerbium (στρατιωτικῶς) More militum, uel More militari. Liu. 4. ab Vrbe, 173, Cæterũ militariter grauis, nõ suis uana laudibus, nõ crimine aliẽo leta.
Lautus militariter. Tacit. lib. 18, Militariter lautus, læta omnia & affluentia excepit. Significat Vespasianum nõ fuisse exquisitè, seu urbana elegantia excultum.
Miletia] Vna fuit ex filiabus Scedasi, qui fortuna pauper Leuctra habitabat (uicus is est prope Thespias in Bœotia) quæ unà cum sorore à iuuenibus Spartanis constuprata, ambæ mox interemptæ, in puteum quendam sunt deiectæ. Meminit huius historiæ Plutarchus & Pausanias, qui tamen hanc Molpiam nominat. Vide plura in Scedasus.
Miletopolis] μιλητόπολις, Vrbs in minore Asia, inter Cyzicum & Bithyniam, ad Rhindacum amnem, cuius meminit Strabo lib. 12.
Miletus] μίλητος, Filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ, uel (ut Ouidius habet) Deiones, qui quum Minoa Cretensium regem iam senem regno prinare uellet, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibiq; oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellauit, eiusq; incolas Milesios. Ouid. libro 9. Metam. Alij tamen aliam afferunt nominis rationem, ut est uidere in dictione sequenti. Inde Miletis, miletidis, Patronymicum, id est Byblis, Mileti filia.

Miletus]

Digitized by Google

Miletus] pen.prod.(μίλητος)Vrbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ(authore Herodoto)à Neleo ædificata. Hanc generosa uellera nobilitarunt. Vnde prouerbium manſit, Mileſia ſtragula.Martialis lib.8.28,

Nec Miletus erat uellere digna tuo.Hæc autem Anactoria nominata,ſuper octoginta urbium per cuncta maria genitrix,ubi oraculum fuit antiquitus Brancidarum appellatum,poſtea Apollinis Didymei. Vide Pomponium Melam. lib.1. Alia fuit eiuſdem nominis urbs in Creta,teſte Homero lib.2.Iliados.De Mileto & Mileſijs etiam Cic. meminit, 3.Verr. 61.& 63.

Mileſii] μιλήσιοι,populi dicti ſunt,qui quum prius potentes eſſent,& opulenti,delitijs dediti,& opes & potentiam amiſerunt. Cicer.pro Cluentio,61,Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem,&c.

Mileſia uellera,Lanæ pretioſißimæ dicũtur.Virg.3.Georg.62.

Militaria] Auis ita dicta,quòd milio ueſcatur & pingueſcat. Huius meminit Varr.lib.3.de re Ruſt.cap.5.Miliaria etiam herba eſt,quæ millium necat.Plin.lib.22.cap.25.

Militaris,Militia,Milito,militas] Vide Miles.

Milium] milij(μέλγχρος)Genus frugis.Plin.lib.18.cap.7.6. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectũ eſt,nigrum colore,amplum grano,arundineum culmo: adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus culmis. Lobas uocant,omnium frugum fertiliſſimum. Virgilius 1.Georg. 44,

——tunc te quoq; medica putres
Accipiunt ſulci:& milio uenit annua cura.

Fiſcella milij.Ouid.4.Faſt.150.

Liba de milio.Ouid.4.Faſt.150.

Milium (inquit Feſtus) quidam putant cepiſſe nomen à maximâ numerorum ſumma,quæ eſt mile.

¶Miliarius, Adiect.(μιλιαῖος) Quod ad milium pertinet, uel quod eſt milij.Miliaria auis,quæ milio ueſcitur & pingueſcit.Varro de re Ruſt.lib.3.cap.5.1.

Miliaria herba dicitur,quæ milium necat. Plinius libro 22. capite 25.40.

¶Miliarium,Subſtantiuum.Vlpian.in l.quum aurum.§.ſi cui. ff.de aur.& arg legat.Certè ſi cacabos argenteos habebat, uel miliarium argenteum,uel ſartaginem, uel aliud uas ad coquendum:dubitari poterit,an argento eſcario contineatur,& hæc magis coquinarij inſtrumenti ſunt.

Miliarium,Vas eſt longum & anguſtum ad ſimilitudinem milij.Palladius,Vas inquit,æneum miliario ſimile,id eſt, adultum & anguſtum.Eo ad balnea utebantur. Subdebatur etiã trapeto miliarium,tanquam fulcimentum,& in eo columella ferrea recta ſtabat,qua mola tenebatur: quod miliarium ita temperari accommodariq; oportebat,ut quòd ad latitudinem attinet,inter orbem & miliarium non amplius digitum intereſſet:quòd ſi plus intereſſet,miliarium conſtringebatur,& in arctũ adducebatur eius laxitas.Cato de re Ruſt. Inter orbem & miliarium,unum digitum intereſſe oportet.

Mille] χίλια,χίλιοι,Subſtantiuum,neutri gen.declinatur hoc mille,huius mille.Pluraliter hæc millia,horum millium.

Genitiuo iungitur. Cicero 6. Philipp. 214, Quis unquam in illo Iano inuentus eſt,qui L.Antonio mille nummûm ferret expenſum?

Octo millia nummorum.Horat.2.epiſt.2.1.

Centum millia frumenti.Horatius 1.Serm. Satyr.1.9. ſubauditur modiûm.

Curarum millia.Propert.lib.1.eleg.5.2.

Multis cum millibus ibat.Virg.5 Aeneid.15.

Milli in ablatiuo lectum eſt apud antiquos, teſte Gellio lib.1. capite 16. Lucilius lib. 9, Tum milli nummûm poteſt uno quærere centum.Hoc eſt,quod Græci uocant χιλιάδας.

Mille etiam adiectiuum eſt,& tunc tantum declinatur pluraliter:mille,horum mille,&c.Virg.2.eclog.5,

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Colum. lib. 3.cap.3,Percipere debet in annos ſingulos mille ſeptingentos quadraginta ſeſtertios.

Tercentum mille cadi.Horat.2.Serm.Satyr.3.24.

Mille uſus.Plin.lib.12.cap.1.2.

Mille pro numero infinito.Virg.4.Aeneid.140,

Mille trahens uarios aduerſo ſole colores. De Iride.

¶Milleſimus,pen.corr.(χιλιοστὸς)Adiectiuum.Cicer. de Fato, Quanquam id milleſimo antè anno Apollinis oraculo editum eſſet.

¶Milliarius,Adiectiuum(χιλιαῖος)Mille librarum: unde Apri milliarij,dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum.Varro de re Ruſt.lib.3.cap.2, Et milliariæ oleæ ab olei pondere,apud Plinium libro 17. capite 12.5.

Milliarius grex:hoc eſt,mille capitum.Varro de re Ruſtica,lib. 2.cap.108.

Porticus milliariæ.Suet.in Claud.Cæſare,cap.31.Hoc eſt (ut opinor)mille paſſuum.

¶Milliarium,milliarij:& hoc Milliare, milliaris, pen. prod. (μίλιον)Mille paſſuum ſpacium.Cic.Attic.lib.6.111.1,Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ,quas legi libentiſſimè.Paulus Iuriſconſ.in l.planè.ff.de excuſationibus tutorum,Planè ultra centeſimum milliarium ab Vrbe, filiorũ Collegarum ſuorum tutelam ſuſcipere non coguntur.

¶Milliarium, Columna quædam, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat,in quam omnes Italiæ uiæ terminabantur:quod etiam milliarium aureum dictum eſt. Plin. lib.3.cap.5,Roma diuiditur in regiones 14,compita earum 265.paſſ.eiuſdem ſpacij menſura currente à milliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas,quæ ſunt hodie numero 37.Tacit.lib.17,Otho innixus liberto per Tyberianam domum in Velabrum, inde ad milliarium aureum ſub ædem Saturni pergit.Tranquill.quoque in Othone cap. 6,Præmonitis conſcijs,ut ſe in foro ſub æde Saturni ad Milliarium aureum opperirentur.Plutarch.in uita Galbæ,In forum ibat ad eam partem in qua ſteterat,aurea columella,ad quam omnes Italiæ uiæ terminantur.

¶Milliarij,dicti ſunt quidam hæretici Auguſtino, quos Græci χιλιάστας uocant,propter illud ex ſacra pagina, Vna dies, ut mille anni,& mille anni ut una dies. Meminit Rhodigin. lib.1.cap.14.

¶Millies,Aduerbium(χιλιάκις)Terent.And.5.4.44, Ex ipſa millies audiui.Cicero pro C.Rabirio perdu.reo,9, Sed moreretur prius acerbißima morte millies Gracchus,quàm in eius concione carnifex conſiſteret.

Quinquies millies.Plin.lib.2.cap.23.1.

Millies reuocatum eſt.Cic.pro Seſtio,107.Et 1.Offic.159,Millies oppetere mortem,quàm illa pati maluiſſet.

Millefolia] millefoliæ (ἑκατόμφυλλον) Herbæ genus. Plin. lib.25.cap.5.5,Aliqui & hanc panacen heracleon, alij ſideritim,& apud nos millefoliam uocant,cubitali ſcabo,ramoſus, minutioribus quàm fœniculi foliis ueſtitam ab imo.

Millefolium]μυριόφυλλον,herba quam Græci myriophyllon uocant,caulis teneri,ſimilis fœniculo,plurimis foliis,unde & nomen accepit.Plin.lib.24.cap.16.9.

Millepeda] millepedæ,pen.corr.(ὀνίσκος)ab alijs centipeda aut multipeda dicta,animal eſt è uermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens,tactuq; contrahens ſe,oniſcon Græci uocant,alij tilon.Hæc Plin.lib.29.cap.6.28.

Milliarium,Millies] Vide Mille.

Millum] *uel Millus, milli, Collare canum. Varro. de re Rust. lib. 2. cap. 9, Et ne uulnerentur à bestijs, imponuntur his collaria, quæ uocantur millum: id est, cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis, cui intra capita infuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Aliqua exemplaria habent Mælium. Festus, Millus, collare canum uenaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad populum, Nobis, inquit, Reiq; publicæ præsidio eritis, quasi millus cani.*

Milo] *μίλων, proprium nomen uiri Romani, à quo Milonianus, Adiectiuum: ut, Oratio Miloniana. Vide Dionem in Romanorum historia. Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniensis, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadij spacium supra humeros portasse, totumq; eo die comedisse. Plin. lib. 7. cap. 20. 3, Crotoniata Milonem athletam, quum constitisset, nemo uestigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat. Is, inquit Valerius, tandem suis uiribus nimiũ fidens, quum in sylua uidisset ingentem arborem candice discissam, immissis manibus penitus discindere cupiens, reclusis q; fissuris deficiente conatu se feris lacerandum præbuit.*

*Est & Milo, siue Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines aduersis plantis nascuntur, octonos digitos in singulis pedibus habentes. Plin. lib. 7. cap. 2. 13.*

Milonia] *μιλωνία, Oppidum Samnitium, apud Dionysium libro 16. Antiqu.*

Miltiades] Vide Milciades.

Miluius] Nomen proprium parasiti apud Horat. 2. Ser. 7. 8.

Miluus] *milui: uel Miluius, miluij (ἱκτῖνος) Auis rapacissima. A' molli uolatu, ut quibusdam placet: uel fictitio nomine à uoce quam edit. Terent. Phorm. 2. 2. 16, Non rete accipitri tenditur, neq; miluio. Plin. lib. 10. cap. 10, Milui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notandum in his, rapacissimam, & famelicam semper alitem, nihil esculenti rapere unquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara.*

*Rapidissima uolucris miluius. Ouid. 2. Metam. 144.*

*Miluius, de homine rapaci dicitur, per translationem. Plautus Rud. 2. 4. 80, Vidi petere miluium, etiam quum nihil auferret tamen. Idem Pœnul. 1. 9. 13.*

¶ *Miluius, piscis. Plin lib. 9. cap. 27, Item miluius subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguaq; ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Attollit è mari sesquipedalia ferè cornua, quæ ab his nomen traxit.*

¶ *Miluinus, pen. prod. Adiectiuum (ἱκτινικὸς) Quod ad miluũ pertinet. Plin. lib. 37. cap. 10. 26, Miluinis nigricans ueluti plumis.*

*Miluina mensa. Plaut. Menæh. 5. 30.*

*Miluinus pullus, per translationem. Cicero ad Quintilian. fratrem, libro 1. 2. 10, Quid uerò ad Caium Fabium nescio quẽ (nam eam quoque epistolam T. Catienus circungestat) renuntiare tibi Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere?*

*Miluinus pes, Herbæ nomen, Columellæ lib. 12. cap. 7.*

Milyas] *Herodoto, locus in Asia, cuius populi iam tunc appellabantur Solymi. His postquam imperauit Sarpedõ, Termilæ sunt appellati, tantisper dum Lycus Pandionis filius à fratre Aegeo Athenis pulsus, ad Sarpedonem in Termilas abijsset, factumq; esset, ut temporis progressu ad Lyci nomen Lycij uocarentur.*

Mimalion] *μιμαλίων, adolescens fuit, qui Atalantam puellam Arcadiæ uenatricem amauit. Sunt qui eundem & Meleagrum dictum fuisse putent. Propert. lib. 1. eleg. 1, 2,*

*Mimalion nullos fugiendo Tulle labores,*
*Sæuitiam duræ contudit Iasidos. Ouid. 3. de Arte, 154,*
*Mimalion humeris Atalantæ crura ferebat, &c. Quædam exemplaria legunt Melanion, inter quæ & Aldinum.*

Mimallis] *Plinio libro 4. cap. 12, à Callimacho insula dicitur: quæ ab alijs Melos, à nonnullis Zephyria.*

Mimallones] *penult. corr. siue Mimallonides, (μιμαλλόνες) Bacchæ mulieres: à Mima Ioniæ monte: uel μιμέομαι, quod imitor significat, quòd Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. Ouidius lib. 1. de Arte amandi, 109,*

*Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis, &c.*

¶ *Mimalloneus, pen. corr. Adiectiuum (μιμαλλόνειος) Persius Satyr. 1. 10,*

*Torua Mimalloneis implerunt cornua bõbis. Hæ quoq; Bassarides, & Thyades, & Ogygides uocatæ sunt.*

Mimartis] *Erat intestinum sanguine concinnatum, quod ueteribus præcupedijs habebatur. Author Pollux.*

Mimas] *μίμας, mons est in Minori Asia, ut ostendit Homerus in Hymnis: in quo quum Bacchus mirum in modum à mulieribus celebraretur, dictæ sunt bacchantes Mimallonides. Ouid. 2 Metam. 45,*

*— & Cynthus, & Othrys,*
*Et tandem niuibus Rhodope tacitura, Mimasq;.*

Mimnedus] *pen. prod. (μιμνηδὸς) Oppidum Lydiæ apud Hecataeum in descriptione Asiæ. Stephanus.*

Mimnermus] *μίμνερμος, Ligyrtiadæ filius, elegiarum scriptor. Natus fuit Olympiade, 37. Ideoq; septem sapientibus antiquior est. Quidam tamen eodem tempore uixisse illum dicunt. Vocatus fuit & Ligyastades, propter concinnitatem & dulcedinem. Scripsit libros multos. Suidas. Propert. lib. 1. eleg. 9. 3,*

*Plus in amore ualet Mimnermi uersus Homero.*
*Carmina mansuetus lænia quærit amor.*

Mimesis] *huius mimesis, pen. prod. f. g. (μίμησις) Latinè imitatio morum alienorum dicitur. Est autem figura. Terent. Phorm. 1. 2. 91, — qui mihi*
*Sic oret, Nunc omitte quæso hunc, &c. Vbi Donatus, Mimesis dicitur ubi non uerba modò, uerumetiam gestum uocemq; fingimus alienam.*

Mimus] *mimi (ὑποκριτὴς, μίμος) Effictor Latinè dicitur, qui uel intra, uel extra scenam gesticulationes exercet, imitaturq; dicta factaq;, mores ue bominum, & naturas cum lasciuia: à μιμέομαι, ut Diomedes ait, quod significat imitor. Cicero 7. Verr. 65, Mulieres autem nuptæ nobiles, præter unam mimi Isidori filiam, &c.*

*Mimus, etmologus, qui mores & affectus personarum exprimit. Vide Ethologus.*

*Mimi etiam dicuntur poemata sine reuerentia lasciuiam imitantia. Nam quum & alia poemata idem faciant, solus tamen Laberius poeta quasi quodam priuilegio possedit. Hanc fabularum speciem Latini uocant Planipedem. Ouid. 2. Trist. 103,*

*Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Cic. 11. Philip. 298, Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam.*

*Iocantes obscœna mimi. Ouid. 2. Trist. 99.*

*Mimo subseruire, Est quod uulgò dicimus, Facere contrarium uocem in symphonia: hoc est, Figmentum adiuuare, uel Adiumare fabulantem. Budæus.*

*Mimus, Aliter. Sueton. in Othone, cap. 3. de Othone & Peppea & Nerone, Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Et satis uisum, ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret, qui tamen sic quoq; enotuit. Id est, ridiculum factum, & quasi fabulam risu dignam.*

Translatio

Translatio est ab eo quod mimis, id est, fabulis significabatur, quod interdum ignorabatur à multis, ut fit hodie. Bud.

¶Mima, mimæ (ὑποκρῖτις) Cic. 2. Philipp. 71, Inter quos aperta lectica mima portabatur.

¶Mimula, mimulæ, pen. corr. Diminut. (ὑποκριτίδιον) Gesticulatricem significat. Cic. 2. Philipp. 79, Venisti Brundusiũ in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ.

¶Mimographus, mimographi, penult. corrept. (μιμόγραφος) Lasciui poematis scriptor: ut fuit Philistio, ut Publius, ut Laberius.

¶Mimologus, logi, pen. corr. Firmic. Si Leporem cælestem Venus respexerit, pantomimos facit, aut mimologos.

Mimicus, pen. corr. Adiect. (μιμικὸς) Quod ad mimum pertinet. Cic. in Pisonem, 43, Quum ego Cælimontana porta introisse dixissem, responsione me mimica Exquiliana introisse homo promptissimus lacessiuit. Idem 2. de Orator. 132, Vitandum est oratori utrunque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Mimica & inepta. Plin. epist. 149.

Min] in monosyllabis usus est Ausonius hoc uersu,

Et quod germano mixtum male lætiferum Min? Turnebus interpretatur de minio lethali pharmaco & homines necante, quod in argentarijs metallis reperitur.

Mina] mina (μνᾶ) apud Græcos idem est quod libra, & pondo apud Romanos: hæc centum drachmas continebat, hoc est, centum denarios Romanos, seu quadringentos sestertios. Mina igitur decem aureos coronatos ualuit: & drachmas tres solidos turoneos & semissem, quanti scilicet denarius Romanus æstimatur à doctis, qui de hac re scripserunt, hoc est quaterni nummi. Hæc ex Budæo. Plin. lib. 21. cap. 34. 2, Mna quam nostri minam uocant, pendet drachmas Atticas centum. Plaut. Asin. 8. 16, Argenti uiginti minas, si adesset, accepisset.

Mina, mensuræ genus, qua agri metiuntur. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 10. 1, Actus quadratus, qui & latus est pedes, CXX. & longus totidem: is modius ac mina Latinè appellatur. Ex uetusto exemplari legitur, Is modus acnua, &c.

Mina ouis, à M. Varrone lib. 2. cap. 2. de re Rust. uocatus, quæ uentre non est lanato, sed glabro. Quæ uerò sit origo nominis, quæritur: & à Mimus deduci puto, ut sit quæ minus habet lanæ. Argumento est, quod apud Festum Aelius minam esse dicit uocitatam mamma altera lacte deficientem, uelut mmorem factam. Quod igitur hîc in mamma, illic dicitur in lana eadem uocis utrobiq; potestate. Hæc Turnebus.

Minaciæ] minaciarum (ἀπειλαὶ) à Plauto dicuntur, quas minas dicimus, in Rud. 19. 6,

Minacias ego istas flocci non facio tuas.

¶Minaciter, penult. corr. Aduerbium (ἀπειλητικῶς) Vide Minax, in Minæ.

Minæ] minarum, pluraliter tantum (ἀπειλαί, ἀρραί, ἐπιπλοκαὶ) Comminationes, & metus incussiones per uerba aut signa. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 2, Minæ Clodij contentionesq;, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt.

Verba plena minarum. Horat. de Arte, 22.

Pelagi cælíq; minæ. Virg. 6. Aeneid. 23.

Feroces minæ. Senec. Herc. fur. 11. 2.

Hybernæ minæ, Minæ hyemis. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 10.

Inanes minæ. Horat. Epod. 6. 1.

Infractæ minæ. Silius lib. 7. 25.

Nullæ in fronte minæ. Ouid. 2. Metam. 172. de tauro quodam.

Rapaces fati minæ. Senec. Hippol. 4. 22.

Tristes minæ Senec. Hippol. 4. 11.

Tumidæ minæ. Horat. 4. Carm. ode 3. 2.

Accudere tres minas. Vide Accudo.

Compescere minas. Silius lib. 4. 25.

Compesce diras irarum minas. Senec. Herc. Oeth. 11. 8.

Effundere minas. Lucan. lib. 5. 53.

Inanes exhaurire minas. Stat. 10. Thebaid. 58.

Flectere minas alicuius. Valer. Argon. 45.

Quas gerit ore minas? Stat. 1. Thebaid. 38.

Verba horrebant sæuis minis. Ouid. 2. de Remed. Amor. 54.

Minas iactare, pericula intendere. Cicero pro Quintio, 26.

Impellere minas belli. Lucan. lib. 5. 22. (Vide Iacio.

Clamore ac minis aliquem insequi. Cic. pro Cluentio, 17.

Intendere minas alicui. Tacit. lib. 3.

Rigidas intonare minas. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 10.

Languescunt minæ. Stat. 12. Thebaid. 147.

Negligere minas. Vide Negligo.

Obsistere minis uatum. Lucret. lib. 1. 22.

Inanes minas ponit mare. Lucret. lib. 5. 201.

Di prohibete minas. Virg. 3. Aeneid. 54.

Tollere minas. Virg. 3. Georg. 85.

Vanæ tumuere minæ. Lucan. lib. 2. 114.

Minæ, dicuntur etiam eminentiæ murorum, quas pinnas dicũt, teste Seruio: & à Minor, minaris deriuatur, quod Extare & eminere significat. Virgil. 4. Aeneid. 18,

——pendent opera interrupta, minæq;
Murorum ingentes.

¶Minor, minaris, minatus sum (ἀπειλέω) minari, Propriè est minas incutere. Cic. 2. Verr. 16, Minari denig; diuisoribus ratio non erat.

Bellum minantur hæc armenta. Virg. 3. Aeneid. 108.

Cauda unca minatur scorpius. Ouid. 15. Metam. 75.

Cladem minantur dei. Lucan. lib. 3. 8.

Mortem minatur illi. Cic. 1. Tuscul. 164.

Multa & præclara minari. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 2.

Multa ac Metuenda minari. Ouid. 15. Metam. 5.

Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. Ouid. epist. 10. 19.

Pœnas magnas minari. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 5.

Prælia minari. Ouid. 2. Metam. 172.

Vulnera sæua minari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 5.

Minatur exurere. Plaut. Menæh. 17. 81. Idem Asina. 12. 14,

Qui nunc festinat, atq; ab hac minatur sese abire.

Minatur abiturum se. Terent. Heaut. 3. 1. 80.

Minari, interdum significat Eminere, extare, efferri. Vnde à manendo, id est, eminendo deductum. Virg. 1. Aeneid. 34,

Hinc atq; hinc uastæ rupes, geminiq; minantur
In cælũ scopuli. Ibidem, 2. 126. de orno accisa, ——instãt
Eruere agricolæ certatim, illa usq; minatur. Vbi Seruius,
Minatur, aut eminet: ut, Minæq; murorum: aut mouetur.

¶Minans, Participium (ἀπειλῶν) Ouid. 2. Fast. 168,

Edidit impauidos ore minante sonos.

Gladij triste minantes. Lucan. lib. 1. 65.

Verba minantia. Ouid. 5. Metam. 134.

¶Minatio, Verbale. Cic. 2. de Oratore, 159.

¶Minanter, Aduerbium. Ouid. 3. de Arte, 116,

Multaq; submisse, multa minanter agant.

¶Minito, minitas, pen. corr. (ἀπειλέω μαι) minitare, Frequentatiuum, & Minitor, Deponens, Minis terrere. Plaut. Amph. 15. 57, Quid minitabas te facturum, si istas populissem fores? Neuius Danae, Etiam minitas? mitte ea, quæ tua sunt magis quàm mea.

Minitari malum. Terent. Phorm. 5. 6. 11. Cicer. 6. Philipp. 210, Mortem fratri est minitatus. Idem in Catil. 25, Vobis atque huic urbi ferro flammaq; minitantur.

¶Minitans, pen. corr. Participium (ἀπειλῶν) Cic. 7. Verr. 125, Quem iam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantem, &c.

Minitanti Philippo per literas se omnia, quæ conarentur, prohibiturum, &c. Cic. 5. Tuscul. 60.
Bellum minitantes. Quintil. lib. 3. cap. 8. 13.
Vulnera minitans curuata cuspide scorpius. Ouidius 1. Metamorph. 40.
Murmur minitans. Lucret. lib. 1. 14.
Ora minitantia. Ouid. 12. Metam. 70.
¶ Minitabundus (ἀπειλητικὸς) Id est, minitans: tanquam furiosus, uel furens. Liu. 9. belli Macedon. 172, Etenim tum quoque minitabundus petebat.
¶ Minitabiliter, pen. corr. Aduerbium (ἀπειλητικῶς) pro Minaciter, antiquè. Accius Aeneadis, Calleti uoce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuuius Antiopa, Minitabiliterq; increpare dictis sæuis incipit.
¶ Minax, minacis, pen. prod. om. gen. (ἀπειλητὴς) Qui frequenter minatur. Cic. ad Attic. lib. 9. 182. 1, Sermones minaces. Et Minacia somnia, lib. 2. de Diuin. 198. Item ad Tironem, lib. 16. 10. 5, Minaces literæ, & acerbæ.
Aer minax nubibus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 5.
Animi minaces. Ouid. 6. Metam. 138.
Arcus minaces. Horat. 3. Carm. ode 26. 2.
Boues minaces cornu. Ouid. 11. Metam. 8.
Camœnæ minaces. Horat. 4. Carm. ode 9. 2.
Fluuios tentare minaces. Virg. 3. Georg 16.
Ira minax. Valer. 1. Argon. 145.
Murmur minax cornuũ. Hor. 2. Carm. ode 1. 4.
Oculi in morte minaces. Lucan. lib. 2. 6.
Scopulus minax. Virg. 8. Aeneid. 134.
Serpẽs minax uibrãte lingua. Lucret. lib. 3. 132.
Vincla minacia. Ouid. 1. Metam. 19.
Vnda minax Ponti. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.
Voce minaci terrere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 10. 3.
¶ Minaciter, pen. corr. Aduerbium (ἀπειλητικῶς) Iurgiosè & cum minis. Liu. 2. ab Vrbe, 25, Minaciter fremunt.
Prohibentibus minaciter Decemuiris. Liu. 3. ab Vrbe, 161.
Minaciter terrere. Cic. 1. de Orator. 45.
Minaciter expostulare. Plin. lib. 35. cap. 11. 1.
Torrente rapido minaciter subterfluente. Plinius libro 8. capite 50. 2.
¶ Minacius. Cic. 5. Philipp. 179.
¶ Minæi, populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adiacentes, qui primi commercium thuris fecere, nec præter hos Arabes alij thuris arborem uident. Vnde ab ipsis thus ipsum, Minæum dictum est, teste Plinio libro 12. cap. 14. 2. Et libro 6. capite 28.
Minarrio] minarris, minarrire. Minarriunt palumbes, quũ uocem emittunt. Aelius Spartianus in Antonino Geta, Familiare illi fuit has quæstiones grammaticis proponere, ut dicerent singula animalia quomodo uocem emitterent, uelut agri balant, porcelli grunniunt, palumbes minarriunt, ursi sæuiunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt, easq; de ueteribus approbare.
Minas] unus gigantum cuius meminit Horatius 3. Carm. ode 4. 11, Sed quid Typhoeus, & ualidus Minas, &c.
Minax] Vide Minor, minaris.
Mincius] μίγνυμι, fluuius Italiæ, qui ex Benaco Venetiæ lacu ortus, Vrbem Mantuam circuit, deinde fluit in Padum. Virgil. eclog. 7. 3, Viridis Mincius. A quo Minciades Virg. dictus, Iuuenali,

Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Ingens Mincius. Virg. 3. Georg. 3.
Tardus meatu Mincius. Claud. 4. Paneg. 40.
Mineo] mines, minere (ἐπιτίθεμαι) Idem quod Immineo, cuius est simplex, sed antiquum. Vsus tamen est eo Lucret. lib.

Ad cælumq; magis quantò sunt edita quæq;

(6. ubi inquit,

Inclinata minent in eandem prodita partem.

Sic legit Lambinus: quum alij codices partim minant, partim minãt, partim manent, habeant.
Minerua] πάλλας, ἀθήνη, ἐπιστήμη, ἐργάνη, πολιάς, ἀτρυτώνη, disciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur. Et à minando dicitur, quasi uim minetur. Aut à minuendo, ut inquit Cicer. libro 2. de Nat. deor. 97, Festus, Minerua dicta quòd bene moneat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebãt. Cornificius uerò quòd fingatur pingaturq; minitans armis, eandem dictam putat. Hactenus Festus. Hæc Oggij tẽporibus ad locum, qui Tritonis dicitur (ut scribit Augustinus) uirgimali fertur apparuisse ætate. De hac etiam in dictione Pallas. Hanc filiam Iouis ac uirginem putauerunt, quòd & incorruptibilem aiunt esse natura, & extremum locum uniuersi obtinere contendant. Tritoniam uerò appellatã, quoniam ter in annuo spatio, uere, æstate, hyeme commutatur. γλαυκῶπιν, id est, glauculam uocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod uocabulum ipsum denotat, sed quoniam aer uisum animalibus præbeat. Et cum lanificium, & texturam, & alia multa artificiosa comperisset, celebris Dea appellata est. Et quia omnia eius inuenta ex ui ingenij atq; sapientiæ procedere uidebantur, locus fabulæ datus est, ut crebro Iouis genita dicatur. Quinq; autem Mineruæ Ciceroni 3. de Nat. deor. fuerunt. Prima, quam Apollinis matrẽ suprà diximus. Secunda, orta Nilo, quam Aegyptij Saitæ colunt. Tertia, quam à Ioue generatam suprà diximus. Quarta à Ioue nata, & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricem ferunt. Quinta, Pallantis quæ patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare conantem, cui pinnarum talaria affingunt. Hactenus Cicero.
Mineruæ, ædificiorum, ut Oppianus scribit, inuentrix fuit: & proinde ex ædificijs urbium. Ipsa etiam πολιοῦχος & πολιάς & πρυτάνις cognomento, ut urbium tutela colebatur, quarum & præses est. Virgilius,

— Pallas quas condidit arces
Ipsa colat. Arcium autem meminit Maro, quòd in ea urbium parte ei solebant templa fieri, ut Furnutus & Vitruuius libro primo inquiunt.

Armifera Minerua. Ouid. 6. Fast. 85.
Bellatrix Minerua. Ouid. 8. Metam. 50.
Casta Minerua. Horat. 3. Carm. ode 3. 5.
Flaua Minerua. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 3.
Operum haud ignara Minerua. Virg. 5. Aeneid. 57. Id est, docta artis lanificæ. Loquitur de serua quadam.
Impauida Minerua. Ouid. ad Liuiam, 81.
Inuentrix oleæ Minerua. Virg. 1. Georg. 4.
Innupta Minerua. Virg. 2. Aeneid. 4.
Operosa Minerua. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.
Pugnax Minerua. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 2.
Minerua, Absolutè, Lanificium. Virgil. 8. Aeneid.

Cui tolerare colo uitã tenuiq; Minerua. Ser. pretiũ explicat, quod à Varrone Minerual appellatur. Turneb. cõtrà Lanificiũ significari putat, quod tenue est, nec ualde quæstuosum: ut & alio apud Maronẽ loco de lanificio intelligitur,

— non illa colo calathisq; Mineruæ
Fœmineas assuet manus.

Minerua, pro filo. Arnob. lib. aduers. gent. Pro aquis Neptunũ, Liberum patrem pro uino, Cererem pro pane, Mineruam pro stamine, &c.
Pingui, seu crassa Minerua aliquid agere. Cic. de Amicit. 17, Agamus ergo pingui Minerua, ut aiunt. Dicitur pinguiore

Minerua

Digitized by Google

Minerua fieri, quod inconditius, simpliciusq́; quasiq; indoctius fit: non aut exquisita arte, nec exactißima cura. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 1, Philosophũ describens non exactis illis Stoicorum rationibus atq; argutijs instructum, sed ueluti citra artem, Philosophiam moribus exprimentem: neq; tam disertum, quàm simplicem ac synceram, Rusticus, inquit, a normis, sapiens, crassáq; Minerua. Ex Erasmo.

Sus Mineruam: subaudiendum, docet, aut monet: dici solitum adagium quoties indoctus quispiam aut insulsus eum conatur docere, à quo sit ipse magis docendus. Cic. 1. Acad. 27, Nam etsi non sus Mineruam, ut aiunt, tamen ineptè, quisquis Mineruam docet. Ex Erasmo.

Inuita Minerua, Latinis celebratißimum prouerbium, pro eo quòd est Refragante ingenio, repugnante natura, non fauente cælo. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 1, Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi, non inuita Minerua. Horatius de Arte, 78,

Tu nihil inuita dices faciesue Minerua. Erasmus.

¶ Mineruale, seu Mineruuale, pen. prod. (Διδακτρον) à Minerua deductum nomen: & erat quasi præmium quod dabatur præceptori: cuiusmodi cœna erat, & alia, quæ erant tanquã magisterij merces à scholasticis dari solita ante quinquatria, per quos dies pueri uocabãt. Varr. 3. de re Rust. cap. 2. 14, Quin simul ac promiseris mineruale, incipiam, inquit: id est, cœnam.

Mineruæ] Promontorium Campaniæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgò Capo Minerua, & Cabo de Minerua. Alijs Athenæum dicitur, Latinè Mineruium. Liu. lib. 45, In oppido Mineruio duas portas & muri aliquantum de cælo tactum. Sic exponit Turnebus. Quidam de templo quodam Romæ quod Mineruium dicebatur, ut Dianium, intelligunt. Varr. lib. 4. de ling. Lat. Cerolicnsis quarticeps circa Mineruiũ,

Mineus] μινυς, uir quidam fuit Thebanus, cuius filiæ in uespertiliones mutatæ fuerunt, ut fabulatur Ouidius 4. Metamorphos. eo quòd Bacchi sacra spernerent, nec illum pro deo haberent.

¶ Mineias, & Mineis (μινειας, καὶ μινηις) Patronymica fœminina. Ouid. 1. Metam. 1,

At non Alcithoe Mineias orgia censet
Accipienda dei. Et paulo pòst,
——solæ Mineides intus
Intempestiua turbantes festa Minerua.

Mingo] Vide Meio.

Miniarius, Miniatula] Vide Minium.

Minicia] Via quædam dicta fuit Romæ, de qua uide Lambinum in epist. Hor. lib. 1. in ille loco,

Brundusium Numici melius uia ducat, &c.

Minilus] mons Thessaliæ, qui postea Orchomenus dictus est.

Minimus, & Minimè, & Minimoperè] Vide Minor comparatiuum, in Paruus.

Minio] minias. Vide Minium.

Minio] Minionis, Fluuij nomen, cuius meminit Virg. 10. Aen.

Qui Cærere domo, qui sunt Minionis in aruis.

Ministro] ministras (διακωνέω, λειτουργέω, ὑπηρετέω, ὑπουργέω, βραβεύω, ποιπνύω) ministrare, Seruire, porrigere, præparare, præbere. Plaut. Curc. Tu tabellas consignato, hic ministrabit.

Furor arma ministrat. Virg. 1. Aen. 31.

Fragra ministrant cibos. Senec. Hipp. 4. 32.

Diuitias ministrare alicui. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 19.

Iussa medicorum ministrare. Ouid. epist. 19. 27.

Poculum ministrare. Cic. 1. Tusc. 100.

Timidè gelideque ministrare res omnes. Horatius, de Arte, 35.

Amor ministrat mille uias fallendi. Tib. lib. 4. eleg. 6. 3.

Ministrare uictum. Varro 3. de re Rust. cap. 17. 5.

Vinum uerba ministrat. Hor. 1. epist. 15. 5.

Vires ministrare alicui. Virg. 11. Aen. 15.

¶ Ministrator, pen. prod. ministratoris (ὑπηρέτης) Qui ministrat. Cic. 2. de Orator. 167, Vt quum teipsum Sulpiti obiurgabam, quòd ministratorem peteres, non aduersarium. Sueton. in Vitell. capite 17, Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, quum auriganti Caio ministratorem exhiberet.

¶ Ministratrix, pen. prod. ministratricis, pen. prod. (ὑπηρέτις) Idem quod Ministra. Cic. 1. de Orat. 38, Sed ut omnes comites, atq; ministratrices esse diceres. Ita Nonius. Alia autem exemplaria legunt passim ministras.

¶ Ministratorius, Adiectiuum (ὑπηρετικὸς) Quod ad ministrationem pertinet: ut, Ministratorij urceoli, apud Martialem lib. 14. 110.

Ministratur] Cic. Tironi lib. 16. epist. 14, Acastum retine, quo commodius tibi ministretur.

¶ Minister, ministri: et Ministra, ministræ (διάκονος, λειτουργὸς, ποιπνὸς) Qui, uel quæ seruit & ministrat. Cic. pro Cluentio, 32, Ministri publici Martis, atq; ei deo ueteribus institutis religionibusq; Larinatium consecrati.

Cathedralitius minister. Vide Cathedra.

Segnis minister. Sil. lib. 7. 70.

Succincti ministri. Lucan. lib. 1. 122.

Hortatur celeres clamore ministros. Claud. 1. Ruff. 69.

Taciti sedent ad iussa ministri. Valer. 1. Argon. 138.

Minister libidinis. Cic, de Amic. 33.

Minister in maleficio. Cic. pro Cluent. 47.

Sceleribus ministri. Tacit. lib. 5.

Ministræ uoluptatum, artes. Cic. 1. Offic. 209.

Baculus minister. Ouid. in Ibin, 53.

Manus cædis scelerumq; ministræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 6.

Populus minister. Lucan. lib. 10. 26.

Ministræ & satellites uoluptatum, uirtutes. Cic. 2. de Fini. 63.

¶ Minister, ministra, ministrum, Adiectiuum. Ouid. epist. 20. 23, Lumina propositi facta ministra tui.

¶ Ministerium, ministerij (διακωνία, λειτουργία, ὑπουργία) Ministri opera Plin. epist. 244, Confirmat necessarios esse milites: ex his interim, sicut inueneram in ministerio eius, relinquendos existimaui.

Ministerium pro omni operatione poni consueuit: ut de rege Latino. Virg. 7. Aen. 124, —auersumq; refugit
Fœda ministeria.

Acria ministeria. Tacit. lib. 3.

Diurnis ministerijs fessa membra. Ouid. 4. Metam. 44.

Duris ministerijs fessa corpora. Ouid. 11. Metam. 126.

Imponere ministerium. Vide Impono.

Subire triste ministerium. Virg. 6. Aen. 45.

Tradere ministerium. Cels. lib. 8. cap. 4.

Ministerium annonæ. Vlp. in l. 1. §. est autem. ff. de exercitoria actione, Solent tamen præfecti, propter ministerium annonæ, item prouincijs præsides, &c.

Ministeriũ, pro ipsis ministris. Paulus Iurisc. Vrbica ministeria dicimus etiã quæ extra urbem nobis ministrare cõsueuerũt.

Minitor, & Minitabiliter] Vide Minor, minaris.

Minium] minij (μίλτος) Terra rubra, qua colore rubro aliquid tingimus. Plin. lib. 33. cap. 7, abundè de minio tractat, in quo & hæc, Syncero minio, cocci nitor esse debet. Et paulo pòst, 11, Minium in uoluminum quoq; scriptura usurpatur, clarioresq; literas uel in auro, uel in marmore, etiam in sepulchris facit.

Rubens minium. Tib. lib. 2. eleg. 1. 11.



Digitized by Google

Rubens minio. Virg. 10. eclog. 6.

¶ Miniaria, miniariæ (μιλτωρυχία) Locus in quo foditur minium. Plin. lib. 33. cap. 7. 10, Sisaponensibus autem miniarijs suæ uenæ harena sine argento excoquitur: auri modo probatur.

¶ Miniaceus, Adiectiuum. Quod ex minio est. Vitruu. lib. 7. cap. 4, Cuneis silaceis, seu miniaceis interpositis. Et cap. 5, Silaceorum miniaceorumq; cuneorum inter se uarias distributiones. Rursus cap. 9, At si quis subtilior fuerit, & uoluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere, quum paries, &c.

Miniacus] pen. corr. Adiectiuum (μιλτωτικὸς) Quod ex minio est. Vitruuius lib. 7. Parietes passim expolitione miniaca expoliebantur.

¶ Miniarius, Aliud adiectiuum (μιλτώδης) ut Miniarium metallum. Plin. lib. 33. cap. 7. 6.

¶ Miniatus, penult. prod. & Miniatulus, pen. corr. (μιλτωτὸς) Diminutiuum adiectiuum: ut, Miniatula cera, quam rubram dicimus. Inde Miniatula cera aliquid notare, est Loca corrigenda annotare. Cic. Dolabellæ in Epist. ad Atticũ, libro 15. 328. 4, Vetustus codex habet ne miniata cerula. Idem ad Atticum, libro 16. 336. 1, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

¶ Minio, minias (μιλτόω) miniare, Minio tingere. Plinius, libro 10. capite 42. 2, Psittacem uocat uiridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Vide Minium.

Minius] μίνιος, Fluuius Hispaniæ, à colore pigmenti, quo plurimum exundat. Nunc uulgò dicitur Migno. Oliuarius in Melam.

Mino] minas, minare, Ducere. Festus, Agasones equos agentes. Id est, bene minantes.

Minoa] pen. prod. Vrbs in Armogo insula Cycladum. Est & altera in Sicilia. Item, Megarensium emporium fuit, duodeuiginti stadijs distans ab urbe, quod & Nysea appellatur. Lege Strabon. lib. 9. Vide Minos.

Minois] idis (μινωὶς) Insula est una Cycladum, quæ notiorè nomine Baros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Minor] minaris. Vide Minæ, minarum.

Minor] Comparatiuus à Paruus. Vide Paruus.

Minos] huius Minois, pen. prod. (μίνως) filius fuit Iouis ex Europa, ut poetæ ferè omnes asserunt. Alij uerò nonnulli affirmant non Iouis, sed Xanthi regis Cretensium ex Europa filium fuisse, cui in regno successit. Herodotus lib. 1. dixit cũ fratre Sarpedone de regno Cretæ dissensisse, sed illo fugato regnum obtinuisse. Idem primus Cretensibus leges dedit, ut scribit Aristoteles Polit. lib. 1, Hic quum haberet uxorẽ Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum quòd bouem ligneam fabricasset, sub qua latens cum tauro uxor concubuerat, persecutus in Siciliam peruenit: ubi à Cocali regis filiabus interfectus fuit (ut Aristoteles refert) iuxta Camerinam urbem, & apud inferos iudex animarum factus est. Virg. 6. Aen. 87, Quæsitor Minos urnam mouet. De Minois interitu aliter Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13. Minos cognita Dædali in Siciliam fuga, statuit eũ bello persequi. Præparatis nauibus è Creta profectus in Acragantinã appulit: quæ nunc ab eo Minoa uocatur. Expositis copijs, per nuntiũ à Cocalo tradi sibi Dædalũ ad pœnã popposcit. Cocalus Minoe ad colloquiũ accito, quod postularet se factu rũ pollicitus, domi receptũ quũ in balneis lauaretur, adeò in longũ tẽpus in thermis detinuit, ut nimio æstu suffocaretur. Eius demde corpus Cretẽsibus reddidit, prælata obitus causa, q; in lauacro elapsus aqua calida perisset. Hactenus ille. Gnosius Minos. Senec. Herc. fur. 9. 24.

Legifer Minos. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 9.

Inexorabiles iudices apud inferos Minos & Rhadamanthus. Cic. 1. Tusc. 16.

¶ Minoa, Accusatiuus. Catul. Argon. 59. 17, Magnanimum ad (Minoa uenit.

¶ Minoius, pen. corr. (μινώϊος) Adiectiuum possessiuum quadrisyllabum: ut, Regna Minoia. Virg. 6. Aen. 3.

¶ Minous, pen. prod. (μινῶος) Aliud adiect. Ouid. in Ibim, 103, Si tua contigerit Minoas puppis arenas.

Taurus Minous, Minotaurus. Stat. 1. Achil. 35.

¶ Minois, pen. prod. huius Minoidis, pen. corr. (μινωὶς) Patronymicum fœmin. Ouid. 8. Metam. 39,

Protmus Aegides rapta Minoide Diam
Vela dedit.

Minotaurus] μινώταυρος, dictio est composita ex Minoe & tauro, quasi Minois taurus. Nã, ut scribit Homerus libro 8, Odysseæ, quũ Minos bello contra Athenienses & Megarenses, qui Androgeũ filium interemerant, detineretur, Pasiphae eius uxor à Venere, quæ in Solis sobolẽ irata erat, ad infaustum amorem formosi tauri compellitur, cum quo arte Dædali concubuit, ac grauida facta Minotaurum genuit. Fabulam narrant Catullus in Argon. Ouid. epist. 10. Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13. & Seruius in Virg. 6. Aen. 5,

Hìc crudelis amor tauri suppostáq; furto
Pasiphae. Veritas aũt sic habet. Na Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphae amauit, cum quo in domo Dædali concubuit, & quia geminos peperit, unum de Minoe, & alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur.

Minoum] μίνωον, Oppidum est Cretæ insulæ, à Minoe rege ita appellatum. Recensetur à Plinio lib. 4. cap. 12.

Mintha] μίνθη, mons, ut scribit Strabo lib. 8. dictus à Plutonis pellice, quam Proserpina in herbam monthan mutauit, quam plerique hedyosmon uocant. Huic Plato donum amoris petenti, uirile membrum tradidit, quòd à se Mentulam nominauit. Sic autem Plin. lib. 19. cap. 8. 29, Minthæ nomen suauitas odoris apud Græcos mutauit, quum alioqui Mintha uocaretur, unde ueteres nostri nomen declinauerunt. Ouid. lib. 10. Metam. ad finem,

—— an tibi quondam
Fœmineos artus in olentes uertere minthas
Persephone licuit? Vide Menta.

Minthos] μίνθος, Præter uulgatam significationem, qua apud Græcos stercus humanum significat, etiam floris nomen est, in sterquilinijs enascentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. Vide Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 22.

Minthurnæ] Oppidum Liri fluuio, & Sinuessæ oppido propinquum, in Campaniæ finibus, Hor. lib. 1. epist. ad Torquatum, —— paludres
Inter Minturnas, Sinuessamq; Petrinum. Vide Melam libro 2. cap. 4. Nunc est castellum, uulgò Traiectum uocant. Testis Oliuarius in Melam.

Minuo] minuis, minui, minutũ, pen. prod. (μειόω, ἐλαττόω, ἐλαττονέω, χαλέπτω, συντελίσω) minuere, Minus aliquid reddere, uel extenuare. Ex Græco μειοῦν dictum uideri potest, inquit Festus. Plin. lib. 11. cap. 54. 1, Minuũtur corpora siccis & aridis.

Authoritatem minuere. Cic. 4. Acad. 113. Vide Imminuo.

Aes alienũ minuere, Persoluere debitũ. Plin. lib. 9. epist. 214.

Consilium minuere. Terent. And. 2. 3. 18,

—— nec tu ea causa minueris,
Nec quæ facis, ne is mutet suam sententiam.

Controuersiam minuere. Cic. 4. Acad. 146.

Curas minuere. Hor. 1. Epist. 19. 22.

Curæ minuuntur carmine. Hor. 4. Carm. ode 11. 7.

Dolorem, laborem, &c. Terent. in Prolog. Heaut. 42.

Digitized by Google

*Minui aliquantulum ex febre.Celsus lib.3.cap.*
*Fidem minuere.Tacit.lib.5.*
*Frigora Zephyri minuunt.Ouid.3.Trist.eleg.12.1.*
*Fructum.Terent.Phorm.5.9.24.*
*Furorem.Hor.1.Carm.ode 37.3.*
*Imperium matris.Plaut.Asin.10.6. Vide* Imperium.
*Ingenium longi minuere labores. Ouid.3.de Ponto,eleg.4.3.*
*Iram.Terent.Phorm.2.3.88.*
*Labores alicuius.Ouid.7.Metam.42.*
*Luctus.Ouid.15.Metam.128.*
*Magistratum.Vide* Magistratus.
*Maiestatem.Vide* Maiestas.
*Maiestatem per uim minuere,Id est,uim publicam committere. Cic.1.Philipp.16 Budæus.*
*Malum minuunt gaudia.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.2.*
*Spem.Cæsar 5.bel.Gall.126.*
*Studium minuens labores.Ouid.4.Metam.59.*
*Sumptum.Cic.2.de Legib.37.*
*Suspicionem.Cic.ad Atticum,lib.10.207.4.*
*timorem.Cæsar 1.bel.Ciuil.267.*
*Vires minuuntur amoris.Ouid.5.Metam.75.*
*Minuere,absolutè,pro Decrescere.Cæsar 3.bel.Gall.Quòd rur fus,minuente æstu,naues in uadis afflictarentur.*
¶ *Minutus,pen.prod. Participium (μειοθεὶς) ut, Minuta spes, pro imminuta.Tacit.in uita Agricolæ.*
¶ *Minutus,penultima producta (λιπὸς,ἀραιὸς) Nomen,Breuis,paruus: ut,*
*Minutum argentum.Plaut.Persa,7.4.Varro epistola Latina, Si uenisses Capuam,quòd & pueros minutos uides libĕter, & maiores animaduertere non uis.Cic. 7.Verr.22, Reticulumq; ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis,plenum rosæ.*
*Animus minutus.Cicero 3.de Orat. 93, Abutimur sæpe etiam uerbo,non tam eleganter quàm in transferendo: sed etiam si licentius,tamen interdum non impudenter:ut quum grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus.*
*Corpora minuta.Lucret.lib.3.36.*
*Minutior cura.Quint.lib.8.cap.ultim.*
*Dei minuti.Plaut.Cistel.5.46,*
*Dij me omnes magni,minutiq; & patellarij Faxint.*
*Fruges minutæ,Paruæ,quales sunt frumentum, & id genus,ut à fabis & pisis distinguantur.Vel minutæ,quæ minus in usum ueniunt.Cic.5.Verr.14,L.Octauio,& C.Cottæ Consulibus Senatus permisit,ut uini,olei decumas,& frugum minutarum,&c.*
*Ossa minuta.Lucret.lib.1.171.*
*In partes minutas distrahi.Lucret.lib.1.166.*
*Minutus,quum diminutiuis additur,eleganter ipsam rem attenuat,& minorem facit.Terent.And.2.2.32, Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Cic. in Paradox.3,Minutis interrogatiunculis, quasi pũctis,quod proposuit,efficit.*
*Literæ,uel literulæ minutæ.Plaut.Bacchid.20.66.Cic.6.Verrin.83.*
*Quæstiunculæ minutæ.Sueton.de claris Gram.24.*
*Minutum,Obscurum & scrupulosum interpretatur Nonius, ut à Græcis dicitur λιπομοιρὲς.Cic.1.de Finib.92, Ecce aũt alij minuti & angusti, & omnia semper desperantes,aut malevoli,invidi,difficiles,lucifugi,maledici,monstrosi: alij autem,&c.*
¶ *Minutulus,pen.corr.(ὑπολιπὴς) Diminutiuum à Minutus. Plaut. Pœnulo,2.28,Pueri minutuli.*
¶ *Minutio,Verbale (μείωσις) Gellius lib.16.cap.5,Ve particula tum intensionem significat,tum minutionem. Quint. lib.4.cap.3.*
¶ *Minutè,pen.prod. Aduerbium (λιπῶς) Columel.libro 2, cap.4.5. Vide* Diffindo.
¶ *Minutim,pen.prod.Aduerbium (κατὰ λιπὸν) pro minutè. Columel.lib.4.cap.14.1,Insequitur deinde fossor,qui cerebris bidentibus æqualiter & minutim soli terga cõminuat.*
¶ *Minutatim,& Repentè contraria.Senec.epist.30.*
*Minutatim,pen.prod.(λιπομοιρῶς) Aliud aduerbium, In minutissimas partes.Cato cap.123, De iunipero maceriã crassam concidito minutatim.*
*Minutatim interrogare,pro Particulatim. Cic.4. Acad.164.*
*Minutatim & gradatim aliquid addere, aut demere. Cicero 4.Acad.90.*
*Minutatim,pro Paulatim. Varro 1.de re Rust.cap.20.2, Tũ ita subigendum,ut minutatim assuefaciant, & ut tyronem cum ueterano adiungant: imitando enim facilius domnantur. De bobus.*
*Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Virg.3. Georgicorum,97.*
¶ *Minutia,minutiæ (λιπότατον) Minutissima pars cuiusq; rei.Lactantius de Ira Dei. Seneca epist. 91,Vtriusq; attritu grana franguntur, & sæpius regeruntur, donec in minutiã frequenter trita redigantur.*
¶ *Minutal,pen.prod.minutalis,pen.prod. Genus condimenti ex rebus minutatim concisis,authore Apicio. Fiebat inter cætera marino pisce,liquamine,oleo,uino,porris & coriandro.Iuuen.Satyr.14.13,*

*Hesternum solitus medio seruare minutal*
*Septembri. Mart.lib.11.32,*
*Hinc exit uarium coco minutal.*

Minurizo] *minurizas (μινυρίζω) minurizare,Parua uoce succinere: μινυρίζω enim Cantillo significat, & modulatè concino.Sidonius lib.1.epist.Diluculo autem Philomela inter frutices silentem Prognen inter aceres minurizantem. Alia exemplaria habent minurientem,utiq; à uerbo Minurio,quo usus est Spartianus in Antonio Geta, Agni,inquit, balant,porcelli grunniunt,palumbes minuriunt,leones rugiunt,&c.*
¶ *Minuritio,minuritionis (μινύρισις) Verbale à uerbo Minurio. Festus, Minuritiones appellantur minorum auium cantus.Cic.lib.1.de Oratore, Antè quàm pæanem aut minuritionem citarimus.Sic enim reponit Turnebus, existimans Ciceronem uerba Græca conuertere uoluisse,παιανίζω & μινυρίσεν: ut pæan sit cantio (nam pro pede non censet hîc accipi)quæ clara exultanti contentaq; uoce citatur, id est, canitur:minuritio,cantio quæ tenui,leniore remissioneq;.*
Minus,Minusculum] *Vide Minor.in* Paruus.
Minutia] *μινύα,Vastalis fuit,quæ propter corporis elegantem cultum in suspicionem uenit libidinis,unde & uina defossa est.Liu.lib.8.*
Minutius] Cognomento Augurinus,Tribun plebis,qui Sp. Molium regnũ Romæ affectantem reum peregit. Hic quòd farris pretium trinis nundinis, ad eam utilitatem redegisset,ut asse modius uæniret, tantum à plebe habitum est honoris,ut colluta in capita stipe unciaria,ænea ei statua extra portam trigeminam fuerit collocata. Author Plin.lib.24. cap.5 & lib.18.cap.3.
Minyæ] *μινύαι, fuerunt Thessaliæ populi,qui,teste Orpheo in Argonautica,Iasonem ad Colchos proficiscentem secuti sunt.Vnde aut Ouid.lib.7.Metam.1,*

Iamq; fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant. Lucanus item Thessaliam describens,lib.6.77,

*Minyæ gens cognita remis.*

Minyas]

Digitized by Google

Minyas] μινυὰς, Chryſæ fuit filius, ex Chryſogenia nati & Neptuno. Hic diuitijs creditur cunctos anteiſſe mortales, ac primos hominum theſaurum recondendis pecunijs ſtruxiſſe, à quo nuncupatos ferunt Minyas, quibus interpretarit. Meminit Pauſanias.

Minyeius] Fluuius eſt è Theſſalia ueniens, qui teſte Homero lib. 21. Iliad. oppido Arenæ uicinus, oſtia maris facit.

Mirabilis, Miraculũ, Mirificus, & alia] Vide Miror.

Mirmillones] pen. prod. Erant pugiles ſe ad duellum prouocantes. Nam digladiantium alter retiarius, alter mirmillo appellabatur. Feſtus, Retiario (inquit) pugnanti aduerſus mirmillonem cantatur, Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus armaturæ, Gallicũ eſt: ipſíq; Mirmillones antè Galli appellabantur, ut quorũ galeis piſcis effigies inerat. Quod genus pugnæ inſtitutum eſt à Pittaco, uno ex ſeptem ſapientibus, qui aduerſus Phrinonem dimicaturus, propter controuerſias finitum, quæ erant inter Atticos & Mitylenæos, reti occultè allato, impediuit Phrinonem. Cicero, & gladiatorem | L. Antonium, & mirmillonem ſæpe uocat, 6. Philipp. 210. & 5. 168. Iuuenal. Satyr. 6. 9,

Nobilis Euryalium mirmillonem exprimat infans.

Miro] mironis. Mirones, inquit Cæl. lib. 3. cap. 31, perſonas oribus diſtortas & deformes legimus nuncupari: nam & miracula à miris dicuntur, id eſt, monſtris.

Mirobriga] μιροβρίγα, Ptolemæo, Hiſpaniæ ulterioris urbs in conuentu Cordubenſi. Plin. lib. 3. cap. 1, Mirobricam uocat, per ſecundam conſonantem in ultima ſyllaba.

Miror] miraris, miratus ſum (θαυμάζω, ἄγαμαι) mirari, Eſt de re aliqua tanquam noua obſtupefieri. Virgilius 1. Aeneidos, 92,

Artificumq; manus inter ſe, operumq; laborem Miratur.

Mirari atq; efferre nimium aliquid. Cic. 6. Verr. 110.

Mirari aliquem. Cic. 1. Acad. 67.

Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum. Virg. 1. Aen. 143.

Se ipſe miratur. Catul. ad Varum, epigram. 19. 4.

Magnopere mirari. Vide Magnus.

Stultè mirari aliquid. Hor. 1. epiſt. 1. 10.

Mirari, Cum uoluptate intueri, delectari, accendi, inquit Nonius. Virg. 3. Georg. 10,

Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ.

Mirari, Imitari. Virg. 8. Aen. 102,

— primis & te miretur ab annis. Vbi Seruius, Miretur, imitetur. Lucan. lib. 9. 162,

— miratorique; Catonis. Optima enim ingenia neceſſe eſt ut ea quæ mirantur, imitentur.

Mirari, Nescire: quia (inquit Donatus) admiratio ab ignorantia deſcendit. Terent. And. 4. 5. 11, Miror unde ſit.

Mirantur terram oculi. Plaut. Merc. 7. 31.

Mirari, ad inanimata translatũ. Virg. 2. Geor. 17, — & ingẽs

Exijt ad cælum ramis felicibus arbos:

Miraturq; nouas frondes, & non ſua poma.

Miror, cum genitiuo laudis, uel uituperij. Virg. 11. Aen.

— quibus cælo te laudibus æquem?

Iuſtitiæne prius mirer, belline laborum? Græca metabaſis eſt, quam Græci κατ' ἔλλειψιν, uocant. ſupplendum eſt. ut ſit cauſa laborum, cauſa iuſtitiæ.

Miror non iuſſiſſe me arripi. Terent. Heaut. 5. 2. 48.

Mirari ſe, Eſt ſibi placere, & de ſe magnificè ſentire. Martialis libro 13. 2.

Miror, Abſolutum. Terent. Heaut. 2. 3. 134, Laudabilis. s. uidẽ ſis. CLI. tutemet mirabere.

Miraretur quis, quum cerneret aperto mari ab altera parte, &c. Liu. 4. bel. Maced. 42.

Miror ſi potuit. Cic. de Amic. 49. Id eſt, neſcio an potuerit. Terent. And. 1. 2. 4, Mirabar, hoc ſi ſic abiret.

Miror quòd audierim. Cic. de Senect. 39.

Miror quid ex Peiræo abierit. Terent. Eun. 2. 2. 59.

Miror quapropter hæc curet. Plaut. Amph. 3. 86.

Miror quomodo. Terent. Heaut. 5. 3. 2.

Satis mirari hominis negligentiam non queo. Cicero Attico, lib. 10. 195. 18. Et 1. de Natur. deor. 131, Mirari ſatis non poſſum unde, &c.

¶ Miro, miras (θαυμαίνω) Eiuſdem ſignificationis. Varro Eumenidibus, Hoſpes quid miras? Nonius.

¶ Mirans, Participium (θαυμάζων) Ouid. 5. Metam. 42,

Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.

¶ Miratus, pen. prod. Aliud participium (πεθαυμασμὸς) Hor. 4. Carm. ode 9. 3,

— & aurum ueſtibus illitum Mirata, regalesq; cultus.

¶ Miratio, Verbale (θαυμασμὸς) Cic. 2. de Diuinat. 73, Causarum enim ignoratio in re noua mirationem facit: eadem ignoratio ſi in rebus uſitatis eſt, non miramur.

¶ Miratus, huius miratus, pen. prod. Verbale. Senec. epiſt. 94, Alia deinceps digna miratu.

¶ Mirator, pen. prod. Aliud uerbale (θαυμαστὸς) Mart. libro 10. 87, Mirator ueterum ſenex auorum.

Formæ mirator honeſtæ. Propert. lib. 2. eleg. 14. 2.

Decoris mirator. Ouid. 10. Metam. 117.

Rerum mirator. Ouid. 4. Metam. 129.

¶ Miratrix, pen. prod. Verbale fœminum (θαυμαστὶς) ut, Turba miratrix. Iuuen. Satyr. 4. 7.

Fama miratrix ſenioris æui. Senec. Hipp. 6. 2.

¶ Mirandus, Adiect. (θαυμαστὸς, θαυμάσιος &) Dignũ admiratione. Terent. And. 5. 4. 36, Mirando hoc tanto, tam repentino bono.

Decore magno miranda fœmina. Ouid. epiſt. 24. 8.

Accidit mirandum. Senec. Medea, 12. 2.

Loqui miranda. Sil. lib. 3. 126.

Mirandum uerò eſt, homines quibus odio ſunt noſtræ ſecures, libenter arripere facultatem lædendi. Cic. pro Flacco, 14.

Mirandum in modum gaudeo. Cic. Marcel. lib. 15. 9. 1.

¶ Mirabundus, Adiectiuum (θαμβῶν) Qui miratur. Liuius 5. bell. Pun. 205, Extemplò improuida res pauorem incutit Pœnis: mirabundiq; unde tot hoſtes tam ſubitò exorti, &c. Idem 3. ab Vrbe, 157.

¶ Mirus, Adiectiuum, Miratione dignum (θαυμαστὸς, ἄσμένος &) Plaut. Pſeud. 7. 97, Si abſtuleris, mirum & magnum feceris facinus. Plin. lib. 12. cap. 9. 3, Mira arborum natura. Idem lib. 9. cap. 35. 7, Miræ ad cauendum ſolertiæ.

Facies mira. Lucret. lib. 5. 168.

Mirus apud populum fauor. Tacit. lib. 1.

Honore miro colere aliquem. Virg. 4. Aeneid. 92. Sic idem 7. Aeneid. 12,

Adiungi generum miro properabat amore.

More miro perdere aliquem. Ouid. 13. Metam. 146.

Nouitas mira. Ouid. 15. Metam. 82.

Præcepta mira. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 7.

Mirus in omni reliqua diligentia. Plin. lib. 2. cap. 108. 9.

Mira, apud ueteres pro monſtris atq; horrendis. Plaut. Amph. 17. 65, Mira memoras, nimis formidoloſum prædicaſſe cinus.

Facere quid miri. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 21.

Efficere multa & mira. Lucret. lib. 5. 238.

Mira ſunt niſi. Plaut. Amph. 4. 129.

Mirum: Reſponſio aduerbij cuiuſdam formam habens. Terent. Eun. 3. 1. 13,

— uerum credere omnem exercitum,

Conſi-

Digitized by Google

Consilia. c. mirum.
Magis mirum. Vide Magis.
Minimè mirum est. Cic. 6. Verr. 91.
Mirum cur. Terent. in Prologo Heaut. 1.
Nec mirum. Cic. 4. Acad. 198, Ne illam quidem prætermisisti Luculle reprehensionem Antiochi: nec mirum.
Mirum est quòd. Plin. lib. 12. cap. 4. 2,
Non mirum fecit uxor mea, si hoc ægrè tulit. Terent. Hecyr. 4. 4. 87.
Mirum de illo. Plaut. Amph. 8. 197.
Mirum ni. Terent. And. 3. 4. 19, Age igitur, ubi nunc est ipsus? D. mirum ni domi est.
Mirum est quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus, Plin. lib. 3. cap. 5. 21.
Mirum quin ab auo eius aut proauo acciperem qui sunt mortui. Plaut. Trinum. 13. 12.
Quid istuc tam mirum est si de te exemplum capit? Terent. Andr. 4. 127.
Mira uerò militi quæ placeant. Terentius Eunucho, 2. 2. 57. Vbi Donatus, Mira pro mirum, & est εἰρωνεία, Quid mirũ est, inquit, fœtete loqui eum qui militi placeat?
Mirum quantum illi uero hæc nuntianti fides fuerit. Pro Mirũ est quantum. Liu. lib. 1.
Mirum in modum deludi. Id est, in maiorem modum, quàm infra rationem. Plautus Amph. 1. 7. Plinius libro 17. capite 24. 22,
Tangi odore mirum in modum.
Miris modis. Plaut. Amph. 15. 28.
Nimium miris modis. Vide Nimis.
¶ Mirè, Aduerbium (θαυμαστῶς) pro miro modo, siue Mirabiliter. Terent. Heaut. 5. 1. 25, Sed ille tuus quoque Syrus idem mirè finxit filium. Cicero ad Atticum, Puero municipia mirè fauent.
¶ Mirius, pro Magis mirum apud antiquos. Varro, Nunquid hoc mirius? Nonius.
¶ Mirificus, pen. corr. Adiectiuum (θαυμασικὸς) Quod est mirabile. Cic. de Senec. 8, Quum diu multumq; uixeris, mirificos afferunt fructus. Sic ad Brutum, libro 3. 1, Cæsaris uerò pueri mirifica indoles uirtutis.
Structura carminis mirifica. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 1.
¶ Mirificissimus, penult. corr. (θαυμασικώτατος) Terentius Phorm. 5. 6. 31, Atqui mirificissimum.
¶ Mirificè, pen. corr. Aduerbium (θαυμαστικῶς) pro Mirum in modum. Cic. 1. de Orat. 30, Ac iam tum erat adolescentulus his studijs mirificè deditus. Idem 1. Acad. 48, Quas mirificè Plato erat amplexatus.
Loqui mirificè. Catul. de Ario, epig. 79. 1.
¶ Mirifico, mirificas, pen. corr. (θαυμαστόω) mirificare, Mirabilem facere. Plaut. Amph. Quanquam adeò Thebani ciues modo miro mirificant, probaui.
¶ Mirabilis, & hoc mirabile, pen. corr. (θαυμάσιος, ἐκπλακτικός) Admiratione dignus. Cic. 1. Offic. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facilè quis dixerit hoc exẽplo aut laudabilius, aut præstantius.
Mirabilis illi. Virg.
Mirabile donum. Virg. 1. Aen. 132.
Factum mirabile. Ouid. 4. Metam. 55.
Mirabiles fama effigies. Plin. lib. 7. cap. 3. 2.
Opus mirabile usu. Hor. 2. epist. 2. 19.
Opus mirabile magni. Tib. lib. 4. ad Messalam, 4.
Mirabilem in modum. Cic. ad Attic. lib. 5. 100. 1.
Mirabilis raritate arbor. Plin. Iã in Aethiopiæ fine quinq; earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quàm suauitate mirabiles.
Dictu mirabile. Virg. 1. Aeneid. 89.
¶ Mirabilior, & hoc mirabilius, Comparatiuum. Cic. in Lucullo, siue lib. 4. Academic. Idq; eò fuit mirabilius, quòd ab eo laus imperatoria, &c.
¶ Mirabiliter, pen. corr. Aduerbium (θαυμασίως, ἀγαμένως) Cic. ad Cæsarem, libro 13. 17. 8, Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Idem Bruto, libro 11. 14. 1, Mirabiliter mi Brute lætor, mea consilia measq; sententias à te probari.
¶ Mirabilitas, pen. corr. mirabilitatis: id est, admiratio. Cic. 2. Of. Ergo & hæc animi despicientia mirabilitatem magnam facit. Ex Nonio. Alia exẽplaria passim legũt, admirabilitatẽ.
¶ Miraculum, miraculi, pen. corr. (θαῦμα, ἀκόλουθ) Quicquid admirationem afferre potest. Festus, Miracula quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur. Plin. lib. 10. cap. 52. 1, Generatio auium simplex esse uidetur, cum & ipsa sua habeat miracula.
Ingeniosa miracula facit natura. Vide Ingenium.
Monstri alicuius miracula. Ouid. 7. Metam. 60.
A miraculis cessare. id est, Miraculis uacare seu carere. Plinius lib. 2. cap. 103.
Miracula, pro Monstris, uel horrendis ponebant ueteres. Virg. 4. Georg. 89,
Omnia commutat sese in miracula rerum. Liu. 2. ab Vrbe, 29, Adiscunt miracula huic pugnæ, silentio proximæ noctis ex sylua Arsia ingentem editam uocem.
Miraculo esse. Liu. 5. bel. Pun. 40.
¶ Miracula, miraculæ. Plaut. in Cistellaria,
Diobolares, scenículæ, miraculæ. Miraculæ, inquit Varro, à miris, id est, monstris, à quo Accius ait,
Personas distortus, oribus deformes, mirones.
Mis] μοῦ, Genitiuus antiquus à pronomine Ego. Ennius, Ingens cura mis est concordibus æquiparare.
Misanthropos] pen. prod. (μισάνθρωπος) Latinè osor hominum dicitur. Cic. 4. Tusc. 38, Vt in hominum uniuersum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur, ut inhospitalitas est.
Miscellus] Vir fuit cui redditam ferunt sortem ex adytis: Conditurum eum ciuitatem ubi in seruitute ipsum excepisset pluuia. Id nunquam futurum, coniectatum ab eo est, ob rei absurditatem. Quum tamen in Italiam appulisset, ac maxima euentus fluctuaret incertitudine, assedit illi pellex uberius flens, mœstáq;. Quod conspicatus Miscellus, finem habere oraculum suspicatus, ciuitatem condere adortus est. Ex Cæl. lib. 12. cap. 4.
Misceo] misces, miscui, mistum (μίγνυμι, πιγνάω, κυκάω, φύρω, παλύω, κεράννύω) miscere, Confundere, & sine ratione perturbateq; facere. Virg. 1. Aen. 26,
Interea magno misceri murmure pontum. Plaut. Pseud. 3. 61, Dulce amarumq; una nunc miscens mihi.
Miscere uinum aqua, & Miscere aquam uino. Plin. lib. 7. cap. 56. Vinum aqua misceri Staphilus docuit. Col. lib. 6. cap. 4. Multi largo sale miscent pabula. Idem 7. cap. 5. 17, Cælestis aqua pari mensura lacti miscenda est.
Miscere ad. Colum. lib. 7. cap. 5. 6, Facit autem commodè primùm ea compositio, quam paulo antè demonstrauimus, si ad fœcem & amurcam, succumq; decocti lupini misceas portione æqua detritum album helleborum.
Miscere in aciem. Vide Acies.
Miscere, Dare bibere. Cic. 2. de Fin. 27, Dico ergo in eadem uoluptate eum qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, et eum qui illud sitiens bibat. Ouid. 10. Metam. 32,
Arripit Iliadem qui nunc quoq; pocula miscet:
Inuitáq; Ioui nectar Iunone ministrat.



Digitized by Google

Miſcere aliquem ſuo negocio. Terent. Heaut. 4.5.35.
Omnia miſcere. Cicero ad Octauium, 15, Quibus ille ſeptus omnia miſceret, nulli parceret, ſibi uiueret. Idem pro Roſ. Amerr. 55.
Miſcere abſolutè, pro Miſcere omnia. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 24. 11, Pompeius abeſt: Appius miſcet.
Turbare & miſcere. Cic. 3. de Legib. 29.
Cælum miſcetur magno murmure. Virg. 4. Aeneid. 32.
Miſcere certamina. Liu 2. ab Vrbe, 81.
Canities miſcuerat comas. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 19.
Conſilia cum Veſtino non miſcuerant. Tacit. lib. 15.
Corpus cum matre miſcere. Cic. 1. de Diuin. 108.
Domus miſcetur miſero tumultu Virg. 2. Aen. 98.
Veris miſcens falſa. Senec. Herc. fur. 12. 4.
Græca miſcere uerbis Latinis. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 5.
Incendia miſcere. Virg. 2. Aen. 66.
Miſcere malum. Cic. 3. de Orat. 121.
Miſcere & concitare mala. Cic. 4. in Catil. 78.
Maiors dubias miſcet utrimque manus. Properttus libro 2. eleg. 28. 2.
Maria omnia cælo miſcuit. Virg. 5. Aeneid. 158.
Mœnia diuerſo miſcentur luctu. Virg. 2. Aen. 60.
Commercio miſcere nationes diuerſas. Plin. in Paneg. 47.
Oſcula miſcere blandis uerbis. Ouid. 1. de Arte, 133.
Otia miſcere cum duris uenatibus. Ouid. 4. Metam. 62.
Pacem duello miſcuit. Hor. 3. Carm. ode 5. 8.
Pectora miſcentur uario motu. Virg. 12. Aen. 44.
Populi miſcentur. Virg. 4. Aen 23.
Prælia miſcere. Virg. 2 Georg. 57.
Iniquis imperijs Rempublicam miſcere. Cicero 2. de Leg. Agrar. 89.
Sacra profanis miſcere. Hor. 1. epiſt. 17. 11.
Sortes Fortunæ monitu manu pueri miſceri atque duci. Cic. 2. de Diuin. 129.
Stulti tum miſcere conſilijs Hor. 4. Carm. ode 12. 6.
Triſtia miſcentur lætis. Ouid. 6. Faſt. 93.
Miſcere tumultum in concionem. Liu. 8. ab Vrbe, 161.
Vada miſcentur æſtu arenæ. Virg. 3. Aen. 112.
Vtile dulci miſcuit. Hor. de Arte, 70.
Vtilia honeſtis miſcere. Tacitus in uita Agricolæ.
Miſcuerunt, triſyllabum apud Virg. 2. Georg. 26,
Miſcueruntq; herbas, & non innoxia uerba. Sic, 3. Georg. 57.
¶ Miſcendus (μικτέος) amori pudor. Ouid. epiſt. 4. 2.
¶ Miſtus, uelut alijs placet, Mixtus (μεμιγμένος) Participiũ: Hoc eſt, temperatus. Liu. 3. ab Vrbe, 24, Ea colluuio miſtorum omnis generis animantium, &c.
Miſtus pluribus. Plin. epiſt. 147. e.
Miſtum ex. Cic. pro leg. Manil. 19. Idem 3. Offic. 164, Nec uerò finis bonorum & malorum, qui ſimplex eſſe debet, ex diſſimillimis rebus miſceri & temperari poteſt.
Amor uoluptate & moleſtia miſtus. Cic. de Vniuerſ. 50.
Grauitas modeſtiæ in oratione miſta. Cic. 2. Offic. 69.
Genus miſtum. Virg. 6. Aen.
Varium, miſtum, & turbulentum genus hominum. Cicero 2. in Catil. 41.
Lachrymæ miſtæ riſu. Stat. 2. Syl. 1. 10.
Ploratus miſti uagitibus. Lucret. lib. 2. 117.
Curſitant miſtæ pueris puellæ. Hor. 4. Carm. ode 11. 2.
Miſtus candore rubor. Cic. 1. de Nat. deor. 101.
Tumultu miſto exorta lætitia. Virg. 3. Aen. 20.
Ventus miſtus grandine. Ouid. 4. Faſt. 126.
Verbera miſta cum uerbis. Ouid. epiſt. 10. 8.
¶ Miſtiſſimus, pen. corr. Superlatiuum. Paterculus lib. 2, De L. Piſone hoc omnibus ſentiendum ac prædicandum eſt, eſſe mores eius uigore ac lenitate miſtiſſimos: & uix quenquam reperiri poſſe, qui aut otium ualidius diligat, aut facilius ſufficiat negocio.
¶ Miſtura, pen. prod. (κρᾶσις, μίξις) Moderatura, ut ait Nonius. Varro de uita Pop. Rom. lib. 1, Sed quòd ea & propter talem miſturam immoderatam ex aquis cunctis, quod temperatura moderatur in Romuli uita triplices ciuitates. Col. lib. 7. cap. 5. 17.
Miſtura rerum. Lucret lib. 2. 195.
Generum miſtura. Quint. lib. 6. cap. 3. 43.
Miſtura iocorum. Mart. lib. 8. 1.
¶ Miſcellaneus, Adiectiuum (σύμμικτος) pluraliter miſcellanea, A miſtura diſcreta rerum dici, ſignificare uidetur Gellius lib. ult. cap. 11 quem ait, Quia uariam & miſcellaneam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſtuerunt, eo titulos quoq; ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. Quidam legunt miſcellam. Apuleius in Metamorphoſi. Nec mora cum magna irruptione patefactis ædibus, magiſtratibus eorumq; miniſtris, turbæ miſcellaneæ cuncta completa. Hinc quidam opera ſua, Miſcellanea inſcripſerunt, in quibus uarijs de rebus tractatur. Iuuen. Satyra, 11,
——ſic ueniunt ad miſcellanea ludi.
¶ Miſcellus, Aliud adiectiuum (ἐπίκοινος) Quod miſtum eſt.
Miſcellos ludos Lugduni edidiſſe Caligulam ſcribit Sueton. in Caligula, cap. 20.
Miſcellum genus columbarum uocat. Varro quod nec agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex utroque temperatum, libro 3. capite 7. 2.
Miſcellæ uites, Quæ in omni agro conueniunt, quòd cæteris ubique utiliter miſceantur. Cato de re Ruſt. cap. 6. 4. Varro 1. de re Ruſt. cap. 54. 1, Nam & præcox, & miſcella, quam uocant nigram, multò antè coquitur.
Miſcellas uuas appellat Cato cap. 23. 1, quibus præliganeum uinum fit, quod operarij bibant.
Miſcellus] μίσκιλλος, Crotonis urbis in magna Græcia conditor, de quo uide infrà in dictione Syracuſæ.
Miſcera] μίσκηρα, Oppidum Siciliæ apud Stephanum.
Miſellus] Vide Miſer.
Miſenum] pen. prod. (μισηνὸν) Promontorium eſt prope Cumas, nomen habens à Miſeno tubicine Aeneæ: cuius memimit. Hor. 2. Serm. Satyr. 47,
Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini.
Miſenus] pen. prod. (μισηνὸς) Aeneæ fuit tubicen, qui dicitur filius fuiſſe Aeoli, unde & Aeolides dicitur, quia conſtat ſonum omnem ex uento creari. Seruius in illud Virg. 1. Aeneid. 6. 33,
Miſenum Aeolidem, quo non præſtantior alter
Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.
Miſer] miſera, miſerum, pen. corr. (ἄθλιος, κακκεῖος, ἀλαλητὸς, τάλας, τάλαος, ταλαίφρων, ταλαίπωρος) Calamitoſus,ærumnoſus, infœlix. Terent. Eun. 3. 2. 34,
Apparet ſeruum, hunc eſſe domini pauperis,
Miſeriq;. Cicer. pro Plancio, 64, Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer (natura quidem abhorret à uirtute uerbi) ſed certè exercitus.
Aerumnoſus, infœlix, miſer. Cic. in Parad. 17.
Laborioſos, non miſeros, qui magnos dolores perferunt, ſolemus dicere. Cic. 11. Philipp. 294.
Miſer animi. Plaut. Miſt. 14. 75.
Miſer animo. Plaut. Truc. 11. 35.
Miſer ex animo. Idem Plaut. Sticho, 2. 1.
Miſer ambitionis. Plin. in Paneg. 98.



Digitized by Google

Miser, Aegrotus, nam ægritudo, genus infœlicitatis. Plaut. Miseram esse prædicat buccam, sibi fortasse medicos non esse putat.

Miser, Innocens aliquando dicitur, teste Asconio in Prætura urbana. Cic. pro Milone, 47, Miseros interdum ciues optimè de Rep. meritos. Idem 6. Verr. 73, Defensione miserorum, odio improborum.

Ferre opem miseris. Ouid. in Ibin, 116.

Fortuna finxit me miserum. Virg. 2. Aeneid. 16.

Fieri miserum. Lucret. lib. 3. 178.

Miseris & laborantibus nihil negare. Cic. pro Plancio, 68.

Succurrere miseris. Virg. 1. Aeneid. 127.

Miseram me. Terent. And. 1. 5. 5, Miseram me, quod uerbum audio? Idem Adelph. 3. 1. 4, Miseram me, neminem habeo. Vbi Donatus, Miseram me proprium est mulierū quum loquuntur, aut alijs blandiuntur. Sunt enim interiectiones aliàs dolentis aliàs exclamantis, aut indignantis.

Miser, & Misera, similiter usurpantur. Terent. Hecyra, Perij miser. Idem And. Misera timeo incertum hoc quorsum accidat. Sic idem sæpe alibi. In quibus locis Miser & Misera commodè per aduerbium Miserè declarantur: quasi Miserè perij. Nisi uelis eadem forma dicta esse, ut Miserum, uel miseram me.

Ambitio misera. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6.

Anni miseri. Propert. lib. 3. eleg. 7. 12.

Cædes miserrima oritur. Virg. 2. Aeneid. 83.

Miserum carmen stridenti stipula disperdere. Virg. 3. eclog. 6. ubi Seruius, Miserum, triste, flebile, quale canunt stipulæ.

Corpus miserum. Ouid. 9. Metam. 74.

Cupido misera. Horat. 1. epist. 1. 7.

Diuitiæ miseræ. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 4.

Fames misera. Horat. 1. Carm. ode 21. 3.

Formido misera. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 16.

Fortuna miserrima nostra est. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 15.

Miseræ multumq; iactatæ fortunæ ac perfugium portum futurum hunc locum spero. Cic. pro Cluentio, 4.

Fuga misera. Ouid. 2. de Arte, 15.

Furor miser. Ouid. 3. Metam. 96.

Homines miseri. Lucret. lib. 3. 12.

Lateris miseri dolor. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 6.

Luxuria misera. Propert. lib. 1. eleg. 2. 7.

O miseras hominum mentes! Lucret. lib. 2. 3.

Miserrima miseria. Plaut. Amphit. 7. 32.

Modis miseris distractus. Lucret. lib. 3. 103.

Mors misera. Virg. 10. Aeneid. 166.

Mortales miseri. Virg. 3. Georg. 14.

Opes miseræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 5.

Pax misera. Tacit. lib. 3.

Pectus miserum. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 2.

Plebs misera. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 2.

Ad preces miseras decurrere. Horat. 3. Carm. ode 29. 12.

Querelæ miseræ. Ouid. 2. Metam. 69.

Res miseræ. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 14.

Misera & calamitosa res. Cic. pro Rosc. Amer. 46.

Miserum spectaculum atq; acerbum. Cic. 7. Verr. 78.

Vita misera. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 1.

In uita turpi & misera commorari. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 10.

Vrbes miseræ. Horat. 4. Carm. ode 15. 4.

Miserrimum miseriarum. Cic. ad Atticum, lib. 3. 47. 5.

Miserum. Virg. 6. Aeneid. 5,

—tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum.

Vbi Seruius, Miserum, dolentis interiectio, ac si diceret nefas.



¶ Misellus, Adiectiuum diminut. (ὑποτάλας, ταλαύιος) Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 9. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam & ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. Idem ad Terent. lib. 14. 4. 7. Sed certè quoquomodo res se habebit, illius misellæ & matrimonio & famæ seruiendum est.

Misellum pallium. Plaut. Rud. 13. 66.

Spes misella. Lucret. lib. 4. 221.

¶ Miserè, pen. corr. Aduerbium (ἀθλίως) Infœliciter. Cic. 3. de Finib. 78, Quæ nihil ualerent ad beatè miserèue uiuendū. Idem Quint. fratri, lib. 1. 3. 1, Tua me inuidia, ac non ego te miserè perdidi.

Miserè, Valde, nimis. Terent. Heaut. 1. 2. 16. Eam miserè amat. Idem Eunuch. 1. 1. 23,

Hæc uerba una me hercle falsa lachrumula,
Quā oculos terēdo miserè, uix ui expresserit, Restinguet.

Inuidere miserè. Terent. Eun. 3. 1. 22.

¶ Miseriter, pen. corr. (ταλαιπώρως) p Miserè apud antiquos. Laberius, Mens incorrupta miseriter corrumpitur. Catul. de Berecyntia, 58. 10,

Patriam allocuta est ita uoce mœsta miseriter.

¶ Miseria, miseriæ (ἀθλιότης, ταλαιπωρία) Cic. 2. Tusc. 35. Gentes, nostras flebunt miserias. Ex quodam poeta.

Miserrima miseria. Vide Miser.

Aberrare à miseria. Vide Aberro.

Capere miseriam. Vide Capio.

Commonere miseriarum. Vide Commoneo.

Coopertus miserijs. Vide Cooperio.

Miserijs & calamitatib. alicuius opē ferre. Cic. 2. de Diuin. 130.

Incidere in miseriam. Cic. 2. Philip. 46.

Nasci in miseriam sempiternam. Vide Nascor.

In miserijs esse. Cic. 3. de Fin. 74.

Aerumnæ & miseriæ premunt aliquem. Cic. in. Parad. 21.

¶ Miseritudo, penult. prod. (δειλαιότης) Antiquum uerbum. Actius, Qui infœlix miseritudine factus est aliena. Vide Nonium.

¶ Misereor, misereris, pen. prod. misertus sum uel miseritus sum (ἐλεέω, ἰλιαίρω, οἰκτείρω, ταλανίζω, σπλαγχνίζομαι) misereri, Verbum deponens: & aliquando Misereo, miseres, pen. corr. Est ob alicuius miseriam, dolorem animo concipere. Et genitiuo tantum iungitur. Virg. 2. eclog. 2, Nil nostri miserere. Cic. pro Corn. Bal. 51, Misereminì eius qui nō de suo peccato. Brutus ad Cic. 16. 15, Ac uestri miserebor. Festus, Miseretur is qui miserum subleuat.

Esuriei alicuius misereri. Cælius Cic. lib. 8. 1. 11.

Laborum misereri. Virg. 2. Aeneid. 29.

Miserere inopum sociorum. Iuuen. Satyr. 8. 9.

Supplicum misereri. Cic. 1. de Inuent. 64.

¶ Misereo, antiqui usurpabāt pro Misereor. Ennius in Hecubà, Miserete manus, date ferrum, ut me anima priuem. Nonius.

Misereo, miseres, pro Misereor, eris, apud antiquos usitatum fuisse testantur Festus & Priscianus Lucret. lib. 3. Ipse sui miseret: neq; enim se uindicat hilumo, id est, miseretur.

Miseret, pen. corr. Impersonale, Paßiuum habet affectum: idem est enim miseret me illius, & misereor illius quippe utrunq; significat, Ex illius me miseria angorē suscipere. Teren. Eun. 4. 7. 32. Miseret tui me qui hunc tantum hominē facias inimicum tibi. Cic. pro Ligario, 8. Caue te fratrū pro fratris salute obsecrantium misereat.

Miseret me. Terent. Eunuch. 5. 5. 3, —quid est?

P. Miseret me itaq;, ut ne uiderem, misera huc effugi foras. Fest. Miseret me, eadē forma dicitur qua Piget, pœnitet, (tædet.

Miseret me uicem tuam. Terent. Heaut. 4. 5. 1.

Miseret homines pœnæ. Liu. 2. ab Vrbe, 21.



Digitized by Google

Te nil miſeret tui dulcis amiculi. Catullus ad Alphenum, epiſtol. 28. 1.

Miſertum, uel miſeritum eſt. Plaut. Trinum. 8. 23, Nam nunc eum uidi miſerum, & me eius miſertum eſt. Terent. Phorm. 3. 2. 16, Miſeritum eſt.

¶ Miſereſco, miſereſcis (κατελεέω, κατοικτείρω) miſereſcere, Moueri miſericordia. Virg. 2. Aeneid. 29,

His lachrymis uitam damus, & miſereſcimus ultrò.

Miſereſco, cum genitiuo. Virg. 8. Aeneid. 115,

—Arcadij quæſo miſereſcite regis.

¶ Miſereſcit, Impersonale (κατοικτείρει) Terent. Heaut. 5. 4. 3, Atq; inopis nunc te miſereſcat mei.

¶ Miſericors, pen. corr. miſericordis, o g. (ἐλεήμων, σύμπαλαχνος, οἰκτίρμων) Qui ex alicuius calamitate dolorem animo ſuſcipit. Cic. 4. de Finib. 38, Nec miſericordem iudicem eſſe oportere?

Supplex manſuetus, & miſericors. Author ad Heren. lib. 2. 59.

Mitis & miſericors animus auditoris. Cic. 1. de Inuent. 117.

Honeſtum & miſericors mendacium. Cic. pro Ligario, 9.

Miſericordē ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum teſtis. Cic. pro Cecinna, 19.

¶ Miſericordior, Comparatiuū antiquum. Plaut. in Rud. 7. 16, Miſericordior nulla eſt me fœminarum.

¶ Miſericordia, miſericordiæ (ἔλεος, ἐλεημοσύνη, κατοίκτισις, οἰκτος) Eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis, inquit Cicero, 4. Tuſcul. 28. Cicero pro Ligario, 23, Nulla de uirtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt.

Clemētia & miſericordia ſingulari uir. Cic. Poſt red. in Sen. 15.

Perfugium miſericordiæ. Cic. pro Ligario, 9.

Adducere ad miſericordiam. Vide Adduco.

Adhibere fortunis alicuius miſericordiam. Cic. pro Rab. perduel. reo, 3. Vide Adhibeo.

Adimere miſericordiam. Vide Adimo.

Capere miſericordiam. Vide Capio.

Captare miſericordiam. Cic. 2. Philip. 90.

Commendare miſericordiam iudici. Quint. lib. 5. cap. 11. 29.

Commoueri miſericordia. Vide Commoueo.

Concitare miſericordiam populi. Cic. 1. de Orat. 115.

Confugere in miſericordiam alicuius. Vide Confugio.

Impartiri miſericordiam alicui. Cic. Bruto, 12. 3.

Implorare & expoſcere miſericordiam alicuius. Cic. pro Milone, 70.

Inducere ad miſericordiam. Vide Induco.

Mouere miſericordiam. Vide Moueo.

Prætentanda eſt iudicis miſericordia. Quint. lib. 4. cap. 1. 19.

Requirere & efflagitare aliquorum miſericordiam. Cicero pro Milone, 71.

Ad lenitatem miſericordiamq; mentes reuocare. Cic. 1. de Oratore, 28.

Viuere miſericordia aliena. Cic. pro Roſc. Amer. 85.

¶ Miſeror, pen. corr. miſeraris, miſeratus ſum (οἰκτείρω, τλαυσίζω) miſerari, Verbis, aut lachrymis, aut opere dolorem, quē ex alicuius miſeria, aut etiam ex noſtra concepimus, oſtendere, lamentari, & deflere. Et conſtruitur cum accuſatiuo. Feſtus, Miſeratur is qui conqueritur aliena incommoda. Seruius, Miſeror, & Miſereor unum ſignificant. Cicero pro Murena, 51, Vt non queam ſatis neq; communem omnium noſtrum conditionem, neque huius euentum fortunamq; miſerari.

Contuſoſq; animos, & res miſerabere fractas. Virgilius. 4. Georgic. 48.

Sortem alicuius miſerari. Virg. 12. Aeneid. 49.

Graniter miſerans. Virg. 10. Aeneid. 164.

Miſerata animi, pro animo. Virg. 10. Aeneid. 138.

¶ Miſero, pro Miſeror dicebāt ueteres: ut Accius in Athamante, atqui ita de illis merui, ut iure hæc nunquam miſerent mala.

¶ Miſeratio, miſerationis (οἰκτιρμὸς) Significatio miſericordiæ, qua ex alicuius infœlicitate monemur. Cic. in Orat. 72, Nec uerò miſeratione ſolum mens iudicum permouenda eſt. Idem Luceio, lib. 5. 12. 17, Quem enim noſtrūm ille moriens apud Mantineam Epaminundas non cum quadam miſeratione delectat.

Non ſine lachrymis, non ſine dolore miſeratio. Cicero 2. de Orat. 106.

Commouere miſerationem. Quint. lib. 3. cap. 1. 34.

Diſcutere miſerationem. Quint. lib. 3. cap. 1. 34.

Eximere miſerationem. Liu. lib. 5. Decad. 5.

Odia incitari, & Miſerationem naſci, contraria. Cicero in Partition. 31.

Occupari miſeratione. Quint. lib. 4. cap. 2. 80.

Venit miſeratio aliquando ex eadem cauſa. Quintilianus lib. 3. cap. 1. 19.

¶ Miſerandus, Adiectiuum (οἰκτρὸς) idem quod Miſerabilis. Cic. 2. Tuſc. 36,

Accede, accede nate, aßiſte, miſerandum aſpice
Euiſceratum corpus lacerati patris. Ex Sophocle.

Miſerandus & Irridendus, contraria. Cic. 1. de Orat. 82.

Funus miſerandum. Lucan. lib. 1. 21.

Lues miſeranda. Virg. 3. Aeneid. 28.

Miſerandum in modum milites Pop. Rom. capti, necati, deſerti, diſſipati ſunt. Cic. de Prouin. Conſul. 4.

Oratio tua omnibus miſeranda uiſa eſt. Cic. 2. de Orat. 154.

Sors miſeranda. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3.

Tempeſtas miſeranda. Virg. 3 Georg. 94. Seruius, Miſeranda, peßima ferens rem dignam miſeratione.

¶ Miſerabilis, & hoc miſerabile, pen. corr. (ἐλεινὸς, κλαυσιγελαστικὸς) Miſeratione dignus, per quem alij miſericordia commouentur. Cic. 2. de Fin. 105, Qui nobis miſerabilis uidetur audientibus, illi perpetienti erat uoluntarius.

Aſpectus auctionis miſerabilis. Cic. 2. Phil. 81.

Bellum miſerabile. Ouid. epiſt. 13. 11.

Caſus miſerabilis. Cic. 2. de Fin. 106.

Carmen miſerabile. Virg. 4. Georg. 103.

Corpus miſerabile. Virg. 5. eclog. 5.

Dimicatio miſerabilis. Liu. 1. ab Vrbe. Ibidem, 136, Voces etiam miſerabiles exaudiebantur, mulierum præcipuē.

Excidium miſerabile. Stat. 6. Theb. 20.

Factum miſerabile. Ouid. 9. Metam. 79.

Fatum miſerabile. Ouid. 6. Metam. 18.

Genus miſerabile pœnæ. Ouid. 8. Metam. 158.

Ignorantia miſerabilis. Quint. lib. 6. cap. 1. 36.

Infans miſerabilis. Ouid. epiſt. 7. 27.

Lethum miſerabile. Catul. ad Mallium, epig. 63. 19.

Puer miſerabilis. Ouid. 3. Metam. 99.

Reſpectus miſerabilis. Cic. 1. de Diuin. 119.

Sonus miſerabilis. Cic. 2. de Orat. 104.

Supplicium miſerabile. Stat. 1. Theb. 11.

Vulgus miſerabile. Virg. 2. Aeneid. 160.

Vulnus miſerabile. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6. 3.

Miſerabilis alteri. Ouid. in Ibin, 24.

Viſu miſerabile. Virg. 1. Aeneid. 23.

Miſerabile, pro Miſerabiliter, nomen pro aduerbio. Virg. 12. Aeneid. 68,

—miſerabile cæſis
Hoſtibus inſultans. Seruius.

¶ Miſerabiliter, pen. corr. Aduerbiū (ἐλεεινὰ) Cic. 1. Tuſc. 153, Etſi enim

Etsi enim flemus quum legimus, tamen non miserabiliter uir clarus emoritur.

Laudari miserabiliter. Cic. Attico, lib. 14. 306. 2.

¶ Miseranter, Aliud aduerbium (οἰκτιρμόθως) Gel. lib. 10. cap. 3, Et quid est quod aut ampliter, insigniterq;, aut lachrymose, aut miseranter, aut multa copiosaq; inuidia grauiq;, & penetrabili querimonia dixerit?

Misetus] Miseti, pen. prod. (μισητὸς) Oppidum Macedoniæ apud Stephanum, cuius gentile est Misetus.

Misna] Carthaginiensium nauale dicitur, ut testis est Cælius lib. 18. cap. 38.

Mispila] μίσπιλα, Medorum oppidum, apud Xenophont. lib. 3. exped. Cyri minoris. Gentile est Mispilates.

Missile, Missio, Missus] Vide Mitto.

Mistura, Mistus] Vide Misceo.

Misumenos] μισούμενος, Comœdia erat Menãdri hoc nomine, interpretaturq; inuisus, & quem odêre uulgò. Hac dictione usus est & Martialis in Lemmate, quod tentacula inscribitur, lib. 14,

Non erit in turba quisquam μισούμενος ista: hoc est, tam formosi et amabiles sunt pueri isti Comœdi, tamq; uix ex animo eorum desiderium deponi potest, quòd uehementer penitusq; medullis inhæreat, ut si μισούμενος, id est, persona eius qui inuisus sit, agenda sit, ut usuenire solet in comœdijs, non sit in turba quisquam qui eam agerè possit. Hæc Turnebus, quæ ideo addenda censui, quia nec passim occurrunt, nec aliorum satisfacit interpretatio.

Misy] Plin. lib. 19. cap. 3, Simile est, inquit, & quod in Cyrenaica prouincia uocant misy, præcipuũ suauitate odoris & saporis, sed carnosius. Athenæus autem mison uocant, & odorem carnium habere, non tubere carnosus esse, sicut Plinius scribit. Vtra lectio melior sit, docti iudicent. Est item Misy corpus metallicum, quod in fodinis erarijs supra Chalcitim & Sory inuenitur, colore subflauo in morẽ sulphuris ignem iam experti. Vulgus uitriolum appellat.

Mitella] Vide Mitra.

Mitesco, Mitescis] Vide Mitis.

Mithra] μίθρα, cũ h, à Persis dicitur Sol. Strabo lib. 15, Persæ cælum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram uocant. Stat. lib. 1. Thebaid. 143,

Indignata sequi torquentem cornua Mithram. Vbi Lutatius ait, Sol apud Adiabenios Titan, apud Assyrios Osyris, apud Persas ubi in antro colitur, Mithra uocatur: Ponitur aliquando pro primario sacerdote. Apuleius libro ult. Ipsumq; Mithram illum suum sacerdotẽ præcipuum sacrorum ministrum decernit.

¶ Mithriaca, pen. corr. n. g. plur. num. (μιθριακὰ) Sacra Solis, siue Osyridis sacrificia, de quibus Lampridius in Commodo sic scribit, Sacra mithriaca homicidio uero polluit, quum illi aliquid ad speciem timoris uel dici, uel fingi soleat.

Mithrax] μίθραξ, Gemma est, uarijs coloribus contra Solem refulgens, de qua Plinius lib. 37. cap. 10, Mithrax à Persis accepta est & Rubri maris montibus multicolor, contra solem uariè refulgens.

Mithridates] pen. prod. (μιθριδάτης) Rex Ponti fuit, ui magna & animi & corporis, ut sex iuges equos regeret, duarum & xx. gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis, sociali bello Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit, Græciã insulasq; omnes, excepta Rhodo, occupauit: sed postea à Sylla apud Dardanum fusus, & à Pompeio uictus, tandem à Pharnace filio in turre obsessus uenenum sumpsit. Quumq; id tardius biberet (quia aduersum uenena multis antea medicaminibus corpus firmauerat) immissum percussorẽ Gallum, citò eum authoritate uiltus territum reuocauit, & in cædem suam manum trepidantis adiuuit. Alius etiam Mithridates qui regi Mithridati Bruti epistolas collegit. Mart. lib. 5. 117,

Profecit poto Mithridates sæpe uenenò,
Toxica ne possent sæua nocere sibi.

¶ Mithridaticum, Antidotum (μιθριδατικὸν) Plinius lib. 25. cap. 2. 2, Primò inuenta genera antidoti, ex quibus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis: quoniam uenenо uiuerent. De Mithridate.

Mitigo] mitigas. Vide Mitis.

Mitis] & hoc mite (ἥπιος, ἠπιαίη, ἡμερὸν, ἀγανόφρων) Lenis, clemens, mansuetus: cui Durus opponitur. Cic. in Hortensio, Quid Theopompo acrius, aut Theophrasto mitius inueniri potest?

Mitis & mansuetus, Ferus & immanis, contraria. Cicero 1. de Inuent. 4.

Precanti mitis. Stat. 1. Theb. 38.

Natura mitis & annis. Ouid. epist. 14. 11.

Animo mitior. Horat. 3. Carm. ode 10. 4.

Vultu mitior. Stat. 6. Theb. 59.

Mitior in aliquem. Liu. ab Vrbe, 198.

Alimenta mitia. Ouid. 2. Metam. 58.

Animus semper mitis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 21.

Aura mitior. Ouid. 2. Fast. 30.

Caput mite. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 8.

Consilium mite. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 1.

Di mites hostibus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 10.

Moderata & mitis doctrina: cui opponitur Aspera & Dura. Cic. pro Murena, 55.

Dolorem mitiorem facit patientia. Cic. 2. Tusc. 42.

Exilium mitius. Ouid. 2. Trist. 37.

Mitissimus & lenissimus homo. Cic. 4. in Catil. 82.

Incendia mitia. Ouid. 1. Fast. 82. Vide Incendium.

Ingenium mite. Ouid. 13. Metam. 38.

Ira mitior. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 4.

Lachrymæ mites. Ouid. 6. Metam. 101.

Mores mitissimi, Tractabiles. Colum. lib. 6. cap. 29. 3.

Obitus mitis. Tacit. lib. 3.

Compta & mitis oratio. Cic. de Senect. 26.

Mitiorem in partem interpretari. Cic. pro Mur. 59.

Patrocinium mite. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 1.

Pietas mitis. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 7.

Pœna mitior. Quint. lib. 6. cap. 4. 13.

Solator mitis. Stat. 5. Syl. 5. 8.

Solum mite. Horat. 1. Carm. ode 18. 1.

Spes mitior. Tacit. lib. 15, Deinde oblata mitiore spe, &c.

Succi mites. Ouid. 14. Metam. 138.

Temperies mitis. Claud. 1. de raptu Proserp. 53.

Ventus mitior. Ouid. 13. Metam. 89.

Verba mitissima. Ouid. 2. Metam 164.

Mite & placatum. Cic. Attico, lib. 5. 88. 3.

Nihil mitius. Cic. 4. Acad. 23.

Tristia mutare mitibus. Horat. 1. Carm. ode 16. 6.

Mite stagnum, Tranquillum. Virg. 8. Aeneid. 18. Nonius.

Mitis, Maturus. Virg. 1. eclog. 16,

—sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles. Nonius.

Vindemia mitis. Virg. 2. Georg. 105.

Vuæ mites. Virg. 1. Georg. 90.

¶ Mitè, mitius, mitissimè, Aduerbium (ἠπιαῶς, ἠπιαίτερον, ἠπιαίτατα) Cæsar 7. bel. Gall. 174, Quæ tametsi Cæsar intelligebat, tamen quàm mitissimè potest legatos appellat.

Ferre aliquid mitius. Ouid. 15. Metam. 99.

erire mitius. Ouid.3.de Ponto,eleg.7.6.

¶ Mitesco, mitescis (πεπαίνομαι, πραΰνομαι) mitescere, Mansuescere. Plin.lib 22.cap.25.32, Genua quoq; degrauat: sed ma desectum pluribus diebus mitescit. De equo. Liu.8. bel. Maced.74. Horat. 1. epist.1.8,

Nemo adeò ferus est, ut non mitescere poßit,
Si modò culturæ patientem præbeat aurem.

Mitescere, Tranquillari, inquit Sipont. seu mauis Tranquillum fieri. Apuleius, Conflaccescunt fluctus, mare mitescit.

Freta mitescunt. Ouid. 7.epist.34.

Mitescente hyeme. Liu.3.bel.Pun.87.

Flecti & mitescere. Ouid.14.Metam.140.

Mitescunt discordiæ. Liu.5.ab Vrbe,82.

Ira mitescit. Ouid.2.de Ponto,eleg.7.16.

Secula mitescent positis bellis. Virg.1. Aeneid.59.

Mitescere, Maturescere. Plinius lib. 15.cap. 13.2, Reliquorum prunorum uelocitas citò mitescentium transuolat. Colum. lib.3.cap.1.6.

¶ Mitigo, mitigas, penult.corr. (πεπαίνω, πραΰνω, μειλίσσομαι) mitigare, Placare, quasi mitem facere: ut, Mitigata feritas, apud Plinium, lib.16.cap. 12. Cic.7. Verr.108, Neq; in Parentum luctu atq; lachrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit.

Irasci & Mitigari, contraria. Cic.in Orat.72.

Ex agresti uita exculti ad humanitatem & mitigati sumus. Cic. 2.de Legib.58.

Reconciliare & mitigare sibi aliquem Cic.Lent.lib.1.9.109.

Vsus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Cic.pro Murena,59.

Longinquitas temporis mitigat. Cic.Torquato,lib.6.4.12.

Animum mitigare. Cic.pro Fonteio,22.

Dolorem mitigare. Cic.2.de Fin.153.

Dolores uetustate mitigantur. Cic. Attico,lib.55.3.

Febrem quiete & abstinentia mitigauit. Quint.lib.2.cap.17.7.

Iras mitigare. Ouid.4.Trist.eleg.5.10.

Labores magna cõpensati gloria mitigãtur. Cic.2. de Orat.58.

Populum excitatum in bonos mitigare. Cic.1.de Orat.101.

Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. Cic. Quint.fratri,lib.1.1.32.

Tristitiam mitigat & relaxat risus. Cic.2.de Orat.131.

Agrum syluestrem mitigare flammis & ferro. Horat. 2. epist. 2.38.

Cibum mitigare: id est, coquere. Cic.de Nat.deor.227.

Mitigare, Maturare. Cic.lib.4.de Rep. Quumq; Autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hyeme ad concipiendas relaxarit, à fistula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Nonius.

¶ Mitigatio, Verbale (πράϋνσις) Cicero 3. de Orat. 65, Omnisq; ad omnem animi motum & impulsio, &, si ita res feret, mitigatio.

¶ Mitigatorius, pen.corr. Adiectiuum (πραϋντικός) Quod habet uim mitigandi. Plin.lib.28.cap.6.6, Contra renum & lumborum uesicæq; cruciatus in balnearum solijs pronos urinam reddere, mitigatorium habetur.

¶ Mitifico, mitificas, pen.corr. (πεπαίνω) mitificare, Mitem facere. Plin.lib.8.cap. 7.6, Capti celerrimè mitificantur hordei succo. De elephantis.

Cibum mitificare, Concoquere. Cic.2.de Diuin.84, Depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso & mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos. De gallis.

Mitra] mitræ (μίτρα) Dictio barbara, qua significatur quoddam capitis ornamenti genus, quo primum Mæonij, deinde uerò Aegyptij, Syrij, Phrygij, & Lydij usi sunt. erat enim pileus incuruus: quamuis & pro muliebri corona ad ornatum capitis adolescentularum accipiatur, ex qua pendebant fasciolæ, quæ phylla dicebantur: quoniam foliorum instar penderent. Virg.9.Aeneid.123,

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Ab Italis in Troianos dictũ, per metaphoram. Plin.lib.35. cap. 9, Capita mulierum mitris uersicoloribus operuit. Catul. Argon.79.13,

Non flauo retinens subtilem uertice mitram.

Mitram autem gestasse uiris turpe & molle censebatur. Lucian. ἐκατόρωσε καθειμένος βοστρύχους τῇ μίτρᾳ τύπτει ἀνδρόγυνος. Et Iuno Ioui Bacchi mollitiem obijciens apud eundem ait, μίτρᾳ ἀναδεδεμένος τὴν κόμην. Quin & θηλυμίτρης, per probrum illic uocatur.

Anademata, mitræ. Lucret.lib.4.227.

Mitra Mæonia. Virg.4. Aeneid.43.

Teres mitra. Claud.2.in Eutrop.37.

Picta mitra. Iuuen. Sat.3.7.

A`mitra, à crocota, à muliebribus soleis purpureisq; fasceolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repentè popularis P.Clodius. Cic.de Arusp.resp.40.

¶ Mitella, Diminut. (μιτράριον) Virg. in Copa,

Copa Syrisca caput Graia redimita mitella. Cic.pro Rab. Posth.16, Delitiarũ causa & uoluptatis, nõ modò ciues Romanos, sed & nobiles adolescentes, & quosdã etiã Senatores summo loco natos, non in hortis, sed suburbanis suis, sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella sæpe uidemus. Alia exemplaria habent, mitrella.

Mitella, uno escharpe. Celsus lib.8.cap.10. De bracchij fracti curatione, Deligari autem bracchium debet paulum pollice ad pectus inclinato. Siquidem is maximè bracchij naturalis habitus sit: idq; inuolutum mitella commodißimè excipitur: quæ latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo inijcitur, atq; ita cõmodè brachium ex ceruice suspensum est.

¶ Mitrula, mitrulæ, pen.corr. Diminutiuum. Solinus cap.40, Serpens est penè ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrula lineatus caput. De basilisco.

Mitto] mittis, misi, missum (πέμπω, ἀποστέλλω, ἱημι, ἰάλλω, πιμπάζω, βάλλω) mittere, Notæ significationis. Terent.Eun.3.22, Misit porrò orare ut uenirem serio.

Mitto tibi. Cic. Attico, lib.1.11.25, Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

Mitto ad te. Cic. de Senec.2, Hunc uerò librum de senectute ad te misimus.

Mittere circa regem. Liu.5.bel.Maced.46.

Mittere foras ad cœnam filium. Cic.3.Verr.45.

Mittere aliquem de. Cic. ad Atticum, lib.8.145.2, Ei statim rescripsi, hominemq; certum misi de comitibus meis.

Mittere è uia, uel ex uinere. Cic.ad Atticum, lib.9.188.5. Idem. 5.Verr.130.

Maturè mittere. Vide Maturus.

Paucis diebus mittere. Vide Paucus.

Mittere in acta, pro Redigere. Senec.lib.de Benefic.2.

In fabulas & sermones aliquem mittere. Quint. Declamat.15.

In ora populi mittere. Quint. Declamat.18.

In sermones aliquẽ mittere. Vide paulo antè, In fabulas mittere.

Mittere, pro Transmittere. Cic. in Libello ioculari ut Quintilianus uocat lib.8.cap.ult. Fundum Varro uocat quem poßim mittere funda.

Manus mittere ad res legatas à testatore. Vide Manus.

Mittere se præcipitem ex alto. Vlpian.in l.cum autem. §.capitalem.ff.de ædilitio edicto.

Mittere signum, pro Dare. Cæsar 1.bel.Ciuil.

Mitti in caput, pro Dimitti. Seneca Nat.quæst.lib.4.

Mittere, pro Scribere. Cic. Tironi, lib.16.9.7, Curio misi, ut medico honos haberetur: & tibi daret quod opus esset: me

Mittere

Digitized by Google

cui iussisset curaturum.
Mittere, cum priore supino. Terent. And. 3.2.34,
—missa est ancilla illico
Obstetricẽ accersitũ ad eam & puerũ ut adferret simul.
Misi qui pro uectura solueret. Cic. ad Atticum, lib. 1.1.13.
Auxilium mittere. Ouid. 11. Metam. 78.
In consilium mittere. Est dimittere iudices ad sententiam dicendam ubi orator dixerit, Dixi, authore Asconio. Cicero pro Cluentio, 67. Cur eum quum in consilium iretur, Cluentius & Cannutius abesse patiebantur? & quĩ in consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quærebat? Hactenus Cicero. Si hoc est (inquit) uerum quòd Cluentius & Cannutius iudicium corruperint, quomodo id explicari potest, quòd quum iudices ipsi in consilium mitterent, id est, quum iudicium iam expectare se dicerent, dicendi finem facientes, non requirebant Stalenum unum iudicum, quem constat redemptorem totius corruptionis fuisse: sed facilè patiebantur illum abesse, non autem Oppianicus qui erat Cluentij aduersarius? Plin. in Paneg. ad Traianum, 114, Alij se superstites Reipub. optabant faciebantq; tibi salus tua inuisa est, si non sit cum Reipub. salute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expedit optantibus, omnibusq; annis de te in consilium deos mittis, exigisq; ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es. Quotannis dijs ipsis, inquit, tanquam iudicibus calculum de te permittis, an dignus sis incolumitate. Budæus.
Corpus mittere sepulchro. Stat. 6. Thebaid. 164.
In expeditionem mittere milites. Cæs. 5. bell. Gall. 46.
In fœdera mittere se. Virg. 12. Aeneid. 39.
Ad fortunam mitti. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 31.
Hastam misit in ora. Ouid. 11. Metam. 2.
Sub iugum mittere alicuius exercitum. Cæsar. 1. bel. Gall. 46. Liu. 3. ab Vrbe, 284, Quippe toties fusi fugatiq;, castris exuti, agro multati, sub iugum missi. Vide Iugum.
Legatos ad Senatum. Cic. 1. de Diuin. 162.
Legatos cum authoritate. Cic. ad Atticum, lib. 1.14.2.
Legatos misit, se uenturum. Cic. ad Catonem, lib. 15.4.13.
Orbem totum sub leges mittere. Virg. 4. Aeneid. 46.
Literas mittere. Salust. in Iugurtha, Literas ad Iugurtham mittunt, quam ocyssimè ad prouinciam accedat.
Crebrò alicui literas mittere. Cic. Att. lib. 6.116.1.
Mittere aliquem in locum alterius. Liu. 5. bel. Pun. 226.
Lucem quam à sole accipit, mittit in terras luna. Cic. 2. de Nat. deorum, 148.
Mandata mittere alicui. Propert. lib. 4. eleg. 3.1.
Ad mortem mittere. Cic. 1. Tusc. 155.
In negotium mittere. Cic. pro Rab. Posthumo, 2.
Ad nomen mittere. Quintil. in milite Mariano, Ad nomen mittere filios parentes festinarunt, quamuis asperrimo bello, ut sub te ponere rudimenta militiæ contingeret.
Nuntios ad regem mittere. Cæsar 4. bell. Gall. 517.
Obsides mittere. Cæsar. 4. bell. Gall. 599.
Obuiam mittere. Cic. ad Att. lib. 3.48.1.
Obuiam literas mittere. Cic. ad Att. lib. 6.118.2.
Oratores mittere petitum pacem. Liu. 1. ab Vrbe, 63.
Oratorem ad aliquem de re aliqua mittere. Cic. de claris Oratoribus, 27.
In possessionem mittere. Cic. pro Quintio, 56.
Præcipitem mittere de muro. Hirtius 6. bel. Hispaniensis, 58.
Iacere & mittere ridiculum. Cic. in Orat. 48.
Salutem mittere alicui. Ouid. 5. Trist. eleg. 14.1.
Mittere sanguinem. Id est, quod uulgò dicitur, Extrahere sanguinem uel Græco uocabulo φλεβοτομεῖν. Cic. Att. lib. 6.111. 3. Sic Appius quum ὃς ἀφόρισεν prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit. Corn. Celsus lib. 2, Sanguinem incisa uena mitti nouum non est: sed nullum morbum esse in quo non mittatur, nouum est.
Mittere sanguinem, per translationem. Cic. Attico, lib. 1.11.19, Nam & illud non nobis obest, uideri nostrum testimonium non ualuisse, missus est sanguis inuidiæ sine dolore. Supra enim dixerat, Apud bonos ijdem sumus quos reliquisti. Id est, Antèa nos regnare dicitabamur in iudicijs. Quod autem in iudicio Clodiano Ciceronis testimonium à maiori iudicum parte creditum non erat: ideo dicit inuidiam eius potentiæ esse imminutam sine famæ dispendio, quia notum erat, corruptum illud fuisse iudicium, & nummarios iudices Clodium absoluisse. Budæus.
A saxo mittere se. Ouid. 11. Metam. 69. Id est, præcipitare.
In seruitutem urbes mittere. Liu. 4. bel. Maced. 214.
Subsidium & subsidio mittere. Cæsar 2. bell. Gall. 256. Ibidem libro 7.18.
In suffragium mittere Centurias, Decernendum proponere, & suffragia de aliqua re inire. Liu. 1. bell. Maced. 21.
In plures suspiciones mittere. Quint. lib. 4. cap. 2. 66.
Talos mittere, pro Iacere, siue iactare. Horatius 2. Serm. Satyra, 7.4.
Tempestatem mittere. Plaut. Rud. 3.3.
Vocem mittere, pro emittere. Liu. lib. 5. Decad. 4, Qui uocem liberam mittere aduersus regis legatum auderent.
Mittere uocem contra aliquem. Cic. pro Cluent. 71.
Vocem pro Republica mittere. Cic. pro Sestio, 34.
Vocem mittere de. Cicero pro Flac. 4, Vox de quæstura nulla missa est.
Voces furiales mittere. Cic. de Arusp. resp. 35.
Mittere, pro Emittere, uel producere. Plin. lib. 17. cap. 24. 18, Et cerasus, & tilia, & uitis corticem mittunt, sed nõ uitalem.
Mittere folia. Plin. lib. 12. cap. 13. 1.
Mittere fructum. Plin. lib. 12. cap. 6. 1, Fructum è cortice mittit, admirabilem succi dulcedine. Alij legunt, Fructum cortice emittit.
Mittere radicem Colum. lib. 5. cap. 10. 9.
Mittere, Donare. Virg. 9. eclog. 2, Hos illi, quod nec bene uertat, mittimus hœdos.
Mittere, Desinere, & finire: ut, Mitte lachrymas, Ne fleueris amplius. Terent. Adel. 3.2.37.
Mitte ambages. Plaut. Cistel. 10.92. Liu. 4. bell. Maced. 214, Quin mittimus ambages, inquit P. Sulpitius, &c.
Certamen mittere. Virg. 5. Aeneid. 58.
Curam mittere de pectore. Virg. 6. Aeneid. 17.
Iram mittere. Terent. Hecyr. 5.2.14.
Odium mittere & finire. Liu. 10. bell. Maced. 189.
Mitte leues spes, & certamina diuitiarum. Horatius 1. epistol. 5.2.
Timorem mittere. Virg. 1. Aeneid. 42. Terent. Adelph. 5.3.9, Repressi, redij, mitto maledicta omnia.
Mitte malè loqui. Terent. Andr. 5.3.2.
Cætera mitte loqui. Horat. Epod. 13.2.
Pro nobis mitte precari. Id est, Noli precari pro nobis. Ouid. 3. Metamorph. 123.
Mitto scrutari: hoc est, Desino. Plaut. Aulul. 24.23.
Mitto de. Cicero 4. Verr. 133, Non inquam iam quæro unde hæc habueris, sed quo tibi tantum opus fuerit, id quæro, mitto de melle.
Mitto uitam duram, Id est, Taceo. Terent. Adelph. 5.4.6. Idem Heaut. 5.1.27, Mitto iam osculari atq; amplexari, id nihil puto. Et Andr. 4.5.25, Mitte id quod scio: dic quod rogo. Item, Phor. 2.1.2. Cic. Verr. 5.48, Mitto uincula, mitto carcerem,

cerem, mitto uerbera.
Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates subieris, &c. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 34.
Mitte hanc ire. Plaut. Milit. 22. 20. Terentius Adelph. 5. 2. 5, Quid agis? quò abis? D. mitte me.
Mitte hanc noxiam. Terent. Eunuch. 5. 2. 14.
¶ Missus, Participium (ἐπιτραμμένος) ut, Missus ad Mithridaticum bellum Cic. 4. Acad. 2.
Subsidio missus. Stat. 3. Thebaid. 2.
Sub magna pericula missus. Virg. 9. Aeneid. 97.
Clamor missus ad sydera. Stat. 12. Thebaid. 105.
Corpora missus neci. Ouid. 7. Metam. 124.
Dux missus in bellum. Horat. de Arte, 64.
Legati missi de magnis rebus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 6.
Leo è cauea missus. Author ad Herennium, lib. 4. 210.
Sagitta missa, Emissa. Ouid. 8. Metam. 140.
Sanguis missus è corpore. Lucret. lib. 2. 39,
—nescit uox missa reuerti. Horat. de Arte, 79.
Missæ oraculo uoces. Liu. 4. bel. Maced. 186.
Missum facere, Est deponere, ac etiam à nostro consortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere. Cicero 7. Verr. 49, Deinde alij quæstus instituuntur: ex uno genere nauali uidete quàm multi accipere à ciuitatibus pecunias, ne nautas darent: precio certo missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 7, Colum bas redire solere ad locum licet animaduertere, quod multi in theatro è sinu missas faciunt. Terent. Phorm. 3. 8. 53, Missum te facimus.
Me missum face. Noli uti opera mea, inquit Donatus. Terentius And. 4. 1. 56. Ibidem, 5. 1. 14, Illum hinc ciuem esse aiunt. puer est natus. nos missos face.
Missa facio. Terent. Adel. 5. 9. 34, Missa facio, effundite, emite, facite quod uobis lubet. Id est, Sino quod lubet agere.
Hæc missa facio, illud quæro, is homo, etc. Cic. p Ros. Amer. 45.
Missum facere amorem. Plaut. Merc. 3. 83.
Missam facere uxorem, id est, Repudiare. Suet. in Calig. cap. 25.
Missum facere uadimonium. Cic. pro Quintio, 25.
Misso conuiuio. Liu. 6. bell. Pun. 73.
Misso officio. Cic. Att. lib. 10. 197. 7, Quòd si iam misso officio, periculi ratio habenda est, ab illis est periculum, si peccaro.
Missos facere honores neq; Rempub. attingere. Cic. Pro Sestio.
Missus] huius missus (βολὴ) pro Missione. Liu. 9. ab Vrbe, 103, Et pilum haud paulò quàm hasta uehementius ictu missuq; telum. Cæsar 2. bel. Ciuil. Hunc conspicatæ naues, quæ missu Bruti ad portum excubabant.
Missus, Immissionem ferarum, siue ludorum aut gladiatorum in arenam aliquando significat. Suet. in Domitiano Cæsare cap. 4, In his Circensium die, quo facilius centũ missus pera gerentur, singulos à septenis spatijs ad quina corripuit. Idem in Claudio Cæsare, cap. 21. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus uenatione. Budæus.
Missus, pro Immistione ferculorum. Lampridius scribit Heliogabalum celebrasse tale conuiuium, ut apud amicos singulos singuli missus apparentur, & aliquando omnes missus sola carne phasianorum struxisse. Budæus.
¶ Missio, missionis, Verbale (πέμψις) Cic. Att. lib. 1. 3. 2, De literarum missione sine causa abs te accusor.
Legatorum missio. Cic. 7. Philipp. 218.
Causaria missio. Vide Causa.
Missio, pro Dimissione. Suet. in Cæsare, Missionem continuò efflagitauit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta, quæ immeritis stipendijs ab imperatore indulgetur. Est causaria, quæ propter ualetudines à laboribus militiæ soluitur. unde Caesarij milites dicuntur à Liuio. Est ignominiosa: quum quis propter delictum sacramento soluitur. Cic. 7. Verr. 79. & 86, At ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. Liu. 6. bel. Pun. 4, quibus Senatus missionem, reditumq; in patriam negasset ante belli finem.
Inter missionem dare & exauctorare. Missio nimirũ ijs datur, qui penitus dimittuntur. Exauctorantur, qui soluuntur stipendio, nec tamen dimittuntur, sed habentur sub uexillo, non sub aquila, aut signis legionis: neq; iam legionarij sunt, retinentur tamen, donec emerita soluantur, aut agri assignentur. Cornel. Tacit. lib. 1, Missionem, ait, dari uicena stipendia meritis, exauctorari, qui sena dena fecissent. Annotauit Turneb.
¶ Missito, missitas, pen corr. (πεμπάζομαι) missitare, Frequentatiuum. Liuius 9. ab Vrbe, 243, Ad Aequos inde ueteres hostes, cæterum permultos annos sub specie infidæ pacis quietos, uersa arma Romana, quòd incolumi Hernico nomine missitauerant simul cum ijs Samniti auxilia. Plinius libro 33. cap. 1. 7, Quum & codicillos missitatos epistolarum gratia indicet.
¶ Missiculo, missiculas, pen. corr. missiculare, pro Missitare, ut Pensiculo, pro Pensito. Plaut. Epid. 3. 29,
—empta est ancilla, quòd tutè ad me literas Missiculabat.
¶ Missilis, & hoc missile, pen. corr. (ἀφετός) Quod facilè mittitur.
Missile] Telum omne quod manu in longum mittitur. Vnde & lapides, missilia dicuntur. Virg. 9. Aeneid. 105,
—sed pellere uallo Missilibus certant.
Crinitum missile multa flamma. Stat. 5. Theb 78.
Missiles aculei sunt histrici. Plin. lib. 8. cap. 35.
Missiles lapides. Liu. 1. ab Vrbe, 188.
Res missiles, Qui sparguntur: dicuntur & substantiuè, Missilia, ut paulo pòst. Suet. in Augusto, cap. 98, Iisdem etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, imò exacta iocandi licentia, diripiendiq; pomorum & obsoniorum, rerumq; missilium. De ephebis loquitur.
Pondus missile disci. Propert. lib. 3. eleg. 14. 2.
Missilia saxa, & Missilia tela. Liu. 2. ab Vrbe, 275, & 5. 209. Lucret. lib. 5. 194.
Missilia tormenta. Plin. lib. 8. cap. 23. 2.
Missilia, dicebantur munera, quæ à principibus populo spargebantur, utputa bellaria, linea, odores, unguenta: quod quũ alij temporibus, tum maximè Saturnalibus in theatro fieri solebat. Suet. in Calig. cap. 18, Sparsit & missilia uariarum rerum, & panaria cum obsonio uiritim diuisit. Missilia uariarum rerum, dixit, pro Varias res missiles. Idem in Nerone, cap. 11.
Mitulus] μίτυλος, Piscis, ut reor, ostreacei generis. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 4,
—si dura morabitur alnus,
Mitulus, & uiles pellent obstantia conchæ. Martialis libro 5,
Sumitur inciso mitulus ore mihi.
Quidam mitulos arbitrantur eosdem esse, atq; musculos, quos Græci μύας appellant, quos uidetur satis refellere Athenæus lib. 3. his uerbis, Mitulorum tenuiores sunt quidem regij, & alium mouent, & leues sunt, tum præterea ualde alunt: fluuiales autem sunt dulciores: at musculi mediocriter alunt, mediocriterq; alium & urinam mouent. Sic enim uertit Lambinus, apud quem de mitulis uide plura.
Mitylene] Mitylenes, penul. prod. (μιτυλήνη) & Mitylena Mitylenarum, Vrbs in Lesbo iuxta Methymnam, à cuius nomine nunc tota insula Mitylene appellatur, in qua fuere olim duæ nobilissimæ ciuitates, hæc uidelicet & Methymna.

Hunc

*Hanc eandem insulam pridem Lebsum dictam uolunt ab urbis nomine, quæ in ea potentissima fuit.* Martial. lib. 10. 68,

*Quũ tibi non Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene.*

*Dicta Mitylene, ut* Diodor. lib. 6. *scribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nunc Mitallinum dicitur. De Mitylenis meminit Cicer. pro Rab. Posth.* 16. Horat. 1. Carm. ode 7. 1,

*Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.*

*Pulchra Mitylene.* Horat. 1. epist 11. 4.

**Mixobarbari**] μιξοβάρβαροι, Dicebantur qui ex altero parente Græco, altero barbaro prognati erant: quo nomine dicti fuerunt Medeæ liberi, quos Aegeo peperit.

**Mixtarius** ] *seu Mistarius* (κύαθος) *Vas quo uinum aqua miscemus.* Lucret.

*Vrceus, aut gemina longus mistarius ansa.*

**Mixtus** ] *Vide Mistus, in* Misceo.

M N

**Mna**] *mnæ* (μνᾶ) *Vide* Mina. Plaut. Rud. 30. 27, *Præterea centum mnæ Philippicæ.* Plin. lib. 21. cap. 34. 1, *Mna quam nostri minam uocant, pendet drachmas Atticas centum.*

**Mnas**] *Pirata fuit, qui temporibus Pompeij orã Italiæ prædatoria classe infestabat: ut est author Plutarchus in Antonio.*

**Mnasitheus** ] *Pictor fuit non ignobilis, patria Sicyonius, cuius meminit Plinius lib. 35. cap. 11.*

**Mnason** ] *Elatensium tyrãnus fuit, qui pro duodecim dijs dedit Asclepiodoro pictori in singulos mnas trecenas: idemq; Theomnesto, in singulos heroas mnas centenas.* Plin. lib. 35. cap. 16.

**Mnemonica**] *pen. cor. mnemonicorum* (μνημονικὰ) *Præcepta de memoria. Author ad Herenn. lib. 3. 124, Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id quod dictum est scribere, & recitare quod scripserunt: ita qui mnemonica didicerunt, possunt quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare.*

**Mnemosyne**] *pen. corr.* (μνημοσύνη) *mater nouem Musarum, & interpretatur memoria. Huius meminit Cicero 3. de Natur. deor. 73.*

**Mnemosynon**] *pen. corr.* (μνημόσυνον) *Monumentum siue pignus quod amico in memoriam alicuius rei relinquitur.* Catul. *in Asinium, epigr. 12. 3,*

*Verum est μνεμόσυνον mei sodalis.*

**Mnesarchus**] *Inter principes philosophorum Ciceroni numeratur, Acad. quæst. lib. 4.*

**Mnesimachus** ] μνησίμαχος, *Poeta comicus: cuius fabulæ tres enumerantur à Suida.*

**Mnesitheus**] μνησίθεος, *Medicus Athenensis, cuius meminit Galenus de Arte curatiua ad Glauconem. Mnesitheos quoque à quibusdam uocatur herba, quæ notiore nomine Buphthalmus appellatur. Vide Dioscorid. lib. 3.*

**Mnester**] *Agrippinæ, quæ Neronis iussu interfecta est, libertus. Is Agrippina à satellitibus interempta, ferro se transfixit, incertum charitate in patronã, aut metu exitij.* Cornel. Tac. lib. 14.

**Mnestheus** ] μνηθεύς, *nomen fuit proprium uiri Troiani. De quo Virg. 4. Aeneid. 58, Mnesthea, Sergestumq; uocat, &c. Ibidem, 12. 113, Is ab Assaraco rege originem traxit, ut idem Virgil. author est ibidem, 26, Et genus Assarici Mnestheus.* Nonnunquam uerò causa metri additur e post m. *Menesthæus. Virg. 19. Aeneidos, 28. Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menesthæo. Nec aliter potest stare uersus, ut annotauit Seruius.*

**Mneuis**] μνεῦις, *Suidæ, Bos soli sacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant, in sepulchro eum nutrientes. Strab. lib. 17.*

M O

**Moab**] μώαβ, *Arabiæ ciuitas, quæ et Areopolis nominatur. Quo etiã nomine uocatus est filius Loth, à quo Moabitæ.*

**Mobilis, Mobilitas, Mobiliter**] *Vide* Moueo.

**Moderatè, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Modero, Modestè, Modestia, Modestus**] *Vide* Modus.

**Modialis**] *Vide* Modius.

**Modicè, Modicum, Modificor**] *Vide* Modus.

**Modius**] *modij* (μόδιος) *Mensuræ genus. Colum. lib. 7. cap. 3. de bubus aratorijs loquens, Bubus pro temporibus anni pabula dispensantur. Ianuario mense singulis fresi & aquæ macerati erui quaternos sextarios mistos paleis dare conuenit: uel lupini macerati modios, uel cicerculæ maceratæ semodios. Potest etiam, si prouentus utilitatem facit, semodius fabæ fresæ præberi Nouembri mense, ac Decembri per sementem, quantum appetit bos, tantum præbendum est: plerunq; tamen sufficiunt singulis modij glandis & paleæ ad satietatem datæ uel lupini macerati modij. His exemplis conijcere possumus, modium Romanum non disparem fuisse ei mensuræ quam bœotium nostrates uocant, quum sit diurnus cibus bouis aratoris modius aut semodius, pro uarietate pabuli.* Budæus. *Cicer. de Amic. 60, Verumq; illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.* Cic. 2. Offic. 86, *Ne M. quidem Seio, uidio datum est, quòd in caritate asse modium populo dedit. Cæsar 2. bell. Gallic. Tritici modici cxx. millia polliceri cogit.*

*Mille modij fabæ.* Horat. 1. epist. 17. 11.

*Modius agri, Actus quadratus, qui latus est pedes centum, & longus totidem: mina etiam Latinè dicitur teste Varrone, 1. de Re rust. cap. 10. 1.*

¶ *Modium, neutro genere etiam dicitur.* Plin. lib. 18. cap. 16. 5, *Id præstant in iugera modia uicena.*

¶ *Modiatio, modiationis, pro eodem, in l. quum non frumentũ. C. de usuris, Quum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, ut certa modiatio tritici præstaretur: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarum, &c.*

¶ *Modiolus, modioli, pen. corr.* (ψηφίδιον) *Diminutiuum.*

*Modiolus, Paruum uas quadratũ ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam Vitruuius, Ita quum rota à calcantibus uersabitur, modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerunt.*

*Modiolus etiam, Vas est mensarium potui paratum, ut phiala, ut trulla. Scæuola in l. Seiæ. ff. de auro & arg. leg. Seiæ dulcissimæ poculum aureum, quod elegerit, fidei hæredum committo ut dent. Quæro quum in hæreditate non sint nisi trullæ, scyphi, modioli, phialæ, an Seia de his speciebus eligere possit? Respondi, quum omnia potui parata pocula dicantur, posse eam ex his eligere.* Hæc Budæus. Plaut. Cistel. 6. 7,

—*uix exculpsi ut diceret,*

*Quia ei promisi modiolum uini dare.*

*Modiolus in ballista. Vitruuius in fabrica eiusdem, Constituãtur (inquit) modioli foraminum ij.*

*Modiolus in rota* (πλημνὴ, χοινίκη, χόη) *Cui affixi sunt radij.* Plin. lib. 9. cap. 4. 1.

*Modiolus quale sit instrumentum chirurgicum, uide Celsum lib. 8. cap. 3. Dicitur & seu rateres.*

**Modialis**, *& hoc modiale, pen. prod.* (ψηφιαῖος) *Quod modum continet.* Plautus Capt. 15. 8, *Aulus, calicesq; omnes cõfregit, nisi quæ modiales erant.*

**Modò**] ἀρτίως, *Aduerbium, o finali breui, Tempus significat præsens, uel mos præteritum, uel nondum præteritum, uel statim futurum: ut, Modò id ago, Modò non, Modò id docebam, Modò faciam. De præsenti sequuntur exempla. Te-*



Digitized by Google

rent. Adelph. 3.1.2, Modò dolores mea tu, occipiũt primum. Vbi Donatus, Euidenter hic Modò temporis præsentis aduerbiũ est. Idem Hecyr. 3.5.8. Aduenis modò? PAM. admodũ. Vbi Donatus, Difficilè inuenitur præsentis tẽporis Modò. Atq; ut ostendat esse momentum etiam præsentis temporis, dixit Admodum, quod est minus.

Florent modò nata. Horat. de Arte, 13.

Modò ait, modò negat. Terent. Eunuch. 4.47. Cic. 2. de Diuin. 139, Quod si eorũ ui cælum modò hoc modo, modò illo modo temperatur.

Modò ab nostris Imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monimentis notati, modò ab Senatu agris urbibusq; multati sunt. Cic. pro Fonteio, 2.

Modò egens, repentè diues. Cic. 2. Philip. 76.

Modò unũ, tũ autẽ plures deos dicere. Cic. 1. de Nat. deor. 46.

Modò, pro Nunc. Quintil. in procem. lib. 1, Nunc autem quæ uelut propria philosophiæ asseruntur, paßim tractamus omnes. Quis enim modò de iusto, æquo, ac bono, nõ & uir pessimus loquitur? Hic apertißimè Fabius Nunc & Modò pro eodem usurpauit.

Modò de tempore præterito. Terent. Eunuch. 4.4.36, Quando? DO. hodie. PH. quàm dudum? DO. modò. Donatus, Nota Modò apertè pro præterito tempore dictum esse, id est iam dudum. nam qui uitiauerat urginem non modò, sed longè antè uestem mutauit cum eunucho Phædriæ. Cicer. 5. de Finib. 7, Modò enim fuit Carneades: id est nuper, inquit Budæus.

Modò uno tempore tot uiri clarißimi interierunt. Sulpitius Ciceroni, lib. 4.5.13.

Modò, minus significat quàm Nuper. Cic. 6. Verr. 5, Quid dico nuper? imò uerò modò, ac planè paulò antè uidimus. Bud.

Modò ut, uel Si modò, aut Modò uideam, pro Dummodo. Terent. Phorm. 1.2.9,

—quid istuc est? G. scies: Modò ut tacere posßis. Virg. 4. Aeneid. 22, Si modò quod memoras factũ, fortuna sequatur Cicero 1. de Finib. 43, Probabo, inquit, modò ista sis æquitate qua ostendis.

Modò, pro Tantummodo, ut ait Donatus: siue Solum & duntaxat. Terent. Eunucho, 2.3.16,

—Chærea aliquid inueni
Modò quod ames. Cic. 2. de Orat. 80, Quæ quidẽ omnibus, qui ea mediocriter modò considerarint, studio adhibito & usu pertractata esse possunt. Quint. lib. 2. cap. 16, Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modò uersari rhetoricen putauerunt.

Modò, pro Quidem, uel tamen. Quintil. lib. 6. cap. 3, Si mihi tradita sequi præcepta sufficeret, satisfeceram huic parti, nihil eorum, quæ legi uel didici, quod modò probabile fuit omittendo. Cic. 1. de Diuin. 145, Nemo aliter philosophus sentit, in quo modò esset authoritas.

Paulum modò offendere. Cic. 3. de Orat. 108.

Modò ne. Cic. de Amicit. 54, In quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum est de uia, modò ne summa turpitudo sequatur. Id est, dummodo non sequatur summa Reipub. turpitudo.

Modóne, Interrogatiuum, quemadmodum nónne, & nunquid. Terentius And. 5.3.11, Me miseram. S. modóne id demum sensisti Pamphile?

Modò non, Rei non planè peractæ Aduerbium. Id est, tantum non. Perinde ualet quasi dicas Propemodum. Terent. Phor. 1.2.18, Senem per epistolam pellexit, modò non montes auri pollicens. Donatus.

Modò ut, pro Dummodo. Cic. Tironi, lib. 16. 11. 10, Magna auxilia Afranio & Petreio ducibus habet à tergo: uidetur, si insaniet, posse opprimi, modò ut urbe salua. Et 6. Verr. Concede ut impunè emerit, modò ut bona ratione emerit. 9

Non modò, sed etiam. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 10, Deinde, quòd ea de Republ. semper uoluisti atq; sensisti, ut non modò cum secũda sperare debeas, sed etiã si omnia aduersa essent, &c.

Modò, pro Saltem. Terentius Adelph. 3.4.63. Vtinam hoc sit modò defunctum.

Modò, pro Interdum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7.2.

—sæpè notatus
Cum tribus annellis, modò læua Priscus inani
Vixit inæqualis.

**Modulor, Modulatio, Modulator, Modulatus, Modulatè]** Vide Modulus, in Modus.

**Modus]** modi (μέτρον, τρόπος, χῦμα, μετρίότης) Propriè rationem significat: id est, mensuram, siue formam. Ratio uerò iubet ne quid nimis, sed omnia cum moderamine fiant. Plaut. Pœnul. 4.21. Colum. lib. 2, Est autem modus in siccando fœno, ut neq; peraridum, neq; rursus uiride colligatur.

Modus est suus cuiq;. Cic. in Orat. 40.

Ratio & modus. Cic. 1. Offic. 180, Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

Ratio & modus, Aliter. Cicer. 2. de Orat. 195, Pictoris cuiusdam summi ratione & modo formarum uarietate locos distinguentis.

Modus benignitatis. Terent. And. 5.1.7.

Modus uiuẽdi. Cic. de Senect. 78, Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic uiuendi modum. Terent. And. Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum. Id est, moderationem & regimen, inquit Donatus.

Bellandi modus. Silius lib. 16. 19.

Blandi modi. Ouid. epist. 22.7.

Asper, & rarus modus. Quintil. lib. 4. cap. 1, 14.

Frequens, & fauorabilis modus. Idem, Ibidem.

Morigeri modi. Lucret. lib. 4. 258.

Modus par omnium. Cels. lib. 3. cap. 27, Vtile est iam seuum miscere cum hyoscyami & urticæ contritis seminibus, sic, ut omnium par modus sit, idq; imponere.

Modus uini maior. Cels. lib. 8. cap. 4.

Sumere iustum modum cibi. Celsus lib. 4. cap. 2.

Miris modis uisenda animalia. Virg. 4. Georg. 62.

Omni modo differre. Plin. lib. 16. cap. 14. 1.

Omni modo laborare. Plin. lib. 16. cap. 32. 5, Omni modo laborauit Mithridates rex, & cæteri incolæ, sacrorum certè causa laurum, myrtumq; habere, & non contigit.

Seruorum modo: id est, In modum seruorum. Liuius lib. 9. bel. Maced. 110.

Figere modum nequitiæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.

Abijt modus. Vide Abeo.

Adhibere modum alicui rei. Cic. 1. Offic. 27. Vide Adhibeo.

Adijcere modum. Vide Adijcio.

Aestimare aliquid simili ratione modoq;. Horat. 2. epist. 14.

Capere modum. Vide Capio.

Fine modoq; carere. Lucret. lib. 1. 196.

Constituere modum rebus infinitis. Cicero 1. de Finib. 5. Et pro Sylla, 34, Nisi tibi aliquem uitæ modum constituueris, coges me, &c.

Custodire modum. Vide Custodio.

Definire modum alicui rei. Cic. pro Marcello, 15.

Modo & ordine dicere & facere aliquid. Cic. 1. Offic. 25.

Dare modum professioni. Quintil. lib. 2. cap. 1. 4.

Numerosq; modosq; ediscere uitæ. Horat. 2. epist. 2. 29.

Sationis modum exequi. Cic. 5. Verr. 37.

Tempus modumq; exigere secum. Virg. 4. Aeneid. 95.

Facere modum. Cic. 4. Verr. 82, Nos modum aliquem & finem orationi

Digitized by Google

*orationi noſtræ crimínibuſq; faciamus.*
*More & modo aliquid facere.* Cic. pro Muræna, 65.
*More modoq;.* Horat. 4. Carm. ode 2. 6.
*Modo & ratione omnia facere.* Cic. pro Quintio, 14.
*Finuit modum nouis ſepulchris.* ..ic. 2. de Legib. 103.
*Habere modum* Cicer. 2. de Finib. 48, *Ergo & auarus erit, ſed finitè: & adulter, uerùm habebit modum: & luxurioſus, eodem modo.*
*Res non habet modum.* Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 53,
— *ò here, quæ res*
*Nec modum habet, neq; conſilium, ratione, modóq;*
*Tractari non uult.*
*Habet ratio modum.* Cic. Marcello, lib. 4. 7. 8.
*Modum dolori, pugnæ, tempori imponere.* Vide Impono.
*Mille modis labens.* Ouid. 5. Metam. 120.
*Miſeris modis diſtracta laborant.* Lucret. lib. 3. 103.
*Multis modis miſceri.* Lucret. lib. 2. 24.
*Parare modum.* Cic. 3. de Nat. deor. 132.
*Secundis paritur in rebus modum: id eſt, modeſtiam ſeruat.* Seneca Thyeſte, 3. 5.
*Ponere modum exitijs.* Virg. 7. Aeneid. 26.
*Præſcribere modum.* Quintil. lib. 4. cap. 1. 22.
*Quærere modum.* Cic. pro lege Manilia, 2.
*Seruare modum, finemq; tenere.* Lucan. lib. 2. 77.
*Arma non ſeruare modum.* Senec. Herc. furen. 6. 14.
*Siſtere modum.* Ouid. 15. Metam. 99.
*Statuere modum.* Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 23.
*Statuere modum inimicitiarum.* Cic. pro Sylla, 36.
*Statuere modum gradus ærumnis.* Senec. Herc. fur. 4. 1.
*Statuere modum imperij diuturnitati.* Cic. pro lege Manil. 17.
*Statuere modum alicui induſtriæ.* Cic. 1. de Finib. 6.
*Temperant modum frigoris & caloris acceſſus & receſſus ſolis.* Cic. 2. de Nat. deor. 71.
*Tenere uel retinere modum.* Cic. 1. Offic. 146, *Ludendi eſt etiam quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus.* Idem in Parad. 31, *Si quidem rerum modum fingere non poſſumus, animorum modum tenere poſſumus.*
*Terminare modum artis utilitate.* Cic. 1. Tuſc. 8.
*Modus in.* Cicer. pro lege Manil. 2, *Itaq; mihi non tam copia, quàm modus in dicendo quærendus eſt.*
*Hoc modo.* Cic. 1. de Inuent. 64, *Credibile eſt, quod ſine ullo teſte, auditoris opinione firmatur. hoc modo, Nemo eſt, &c.*
*Ad hunc modum.* Cic. 2. Tuſc. 14, *Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus.*
*Modo meo.* Terent. And. 1. 1. 26, *Sine nunc meo me uiuere interea modo.* Id eſt, *meo uoluntate, meo arbitrio, inquit* Donat.
*Bono modo.* Cic. ad Attic. lib. 14. 181. 4, *De die tantum uideto, & idipſum bono modo.*
*Bono modo fiat.* Plaut. Merc. 2. 4. 62.
*Bono modo inuenire pecuniam.* Plin. lib. 7. cap. 43. 5.
*Bono modo uindicare.* Cato cap. 5. 1.
*Humanus modus.* Cic. 4. Verr. 6, *Hunc deniq; ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more. ſi deniq; uno aliquo in genere peccaſſet.*
*Accipi indignis modis.* Vide Accipio,
*Miris modis.* Vide Miror.
*Multiplex modus.* Plin. in Proœm. lib. 33. 4.
*Multis modis aliquem expectare, pro Vehementer.* Terent. Hecyr. 2. 3. 7. Donatus. Vide Multus.
*Nouo modo.* Cic. 4. Verr. 65, *Et hæc præterea addidit homo Venerens, nouo modo, nullo exemplo, &c.* Vide Nouus.
*Nullo modo.* Cic. 4. Verr. 134, *Nunc ad ſociorum tabulas accepti & expenſi, quas remouere honeſtè nullo modo potuerunt, &c.* Vide Nullus.
*Nullus modus.* Cic. pro Sexto Roſc. 61, *Nullum modum eſſe hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.*
*Omnibus modis aliquem cruciare.* Terent. Eunuch. 2. 3. 92,
— *quæ nos, noſtramq; adoleſcentiam*
*Habent deſpica tam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis.*
*Omni modo cum aliquo agere aliquid.* Cic. Attic. lib. 6. 113. 10.
*Extra modum.* Cic. 1. Offic. 195, *Cauendum autem eſt, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas.*
*Extra numerum modumq; facere aliquid.* Horat. 1. epiſt. 19. 12.
*In modum pilæ, in modum ſemipedis: item etiam, Modo gallinarum: & modo ſagittæ.* Plin. lib. 9. cap. 46. 3. Colum. de Arboribus cap. 32. 3. Plin. libro 11. cap. 16. 6. Idem lib. 9. cap. 29. 1.
*In modum pecorum.* Liu. lib. 8. Decad. 4.
*Conuoluere ſe in modum uuæ.* Vide Conuoluo.
*In modum amici.* Vide In præpoſitionem.
*In germanum modum amicus.* Plaut. Caſin. 1. 25.
*In modum hoſtilem.* Liuius 1. ab Vrbe, 19.
*Hoſtilem in modum cruciari & necari.* Cic. 7. Verr. 58.
*In maiorem modum.* Vide Magnus.
*Mirabilem in modum.* Vide Miror.
*Mirum in modum* Vide Miror.
*Miſerandum in modum.* Vide Miſer.
*In modum perpetuum.* Vide In præpoſitionem.
*In modum peregrinum.* Vide In præpoſitionem.
*Serulem in modum cruciari.* Cic. 2. Verr. 8.
*Intra modum.* Vide Intra præpoſitionem.
*Intra loquendi modum dicere.* Vide Intra præpoſitionem.
*Præter modum.* Cic. 1. de Diuinat. 161.
*Ira ſupra modum.* Virg. 4. Georg. 48.
*Latrocinij magis, quàm belli modo.* Liu. lib. 8. Decad. 4.
*Indaginis modo.* Tacit. in uita Agricolæ.
*Pacis modo.* Tacit. lib. 20.
*Pecorum modo, pro Ritu ſiue more pecorum.* Tacitus. lib. 12.
*Rationis atq; abundantiæ modo.* Tacitus in uita Agricolæ, *Laudos, & inania honoris, modo rationis atq; abundãtiæ dixit.*
*Ruinæ modo.* Tacit. lib. 20.
*Seruorum modo: id eſt, in modum ſeruorum.* Liuius libro 9. bell. Maced.
*Modus, Finis, ſeu euentus.* Iuuenal. Satyr. 6. 45.
*Imponitq; modum ſapiens, & rebus agendis.* Virg. 4. Aen. 59,
*Tentaturum aditus, & quæ molliſſima fandi*
*Tempora, quis rebus dexter modus.* *id eſt, quis ſit optimus rebus euentus, uel quis finis, inquit, Seruius.*
*Quis ſcelerum modus eſſet?* Lucan. lib. 1. 68.
*Nullo modo, pro Nullo fine.* Iuuenal. Satyr. 7. 11,
*Nullo quippe modo milleſima pagina ſurgit.*
*Nullus modus longo lateri.* Virg. 3. Georg. 11.
*Non eſt modus exemplorum.* Plin. lib. 9. cap. 8. 9.
*Nullus modus adeſt lachrymis.* Ouid. 1. Triſt. eleg. 8. 8.
*Facere ſibi modum Veneris.* Ouid. 4. Metam. 52.
*Ponere modum orationi.* Tacit. lib. 4.
*Modus, in muſicis, pro Menſura quam in ſuo cantu obſeruare ſolent.* Cic. 1. de Orat. 132, *Solet idem Roſcius dicere, ſe quò plus ſibi ætatis accederet, eò tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturum.*
*Docilis modorum.* Horat. 4. Carm. ode 6. 9.
*Diſcordes modi.* Stat. 5. Sylu. 5. 6.
*Dulces modi.* Horat. 3. Carm. ode 9. 2.
*Flebiles modi.* Horat. 2. Carm. ode 9. 2.
*Impudici modi.* Quintil. lib. 1. cap. 10. 24.
*Lyrici modi.* Ouid. epiſt. 21. 2.
*Muſici modi.* Quintil. lib. 1. cap. 10, 13.



Digitized by Google

Præsi & flebiles modi. Cic. 1. Tusc. 170.
Rudis modus. Ouid. 1. de Arte, 23.
Numeris modisq; licentia maior. Horat. de Arte, 43.
Verbis, rebus, & modis lugubre carmen. Cic. 3. Tusc. 79.
Diuersis certare modis. Stat. 1. Sylu. 2. 50.
Varij concordant modi. Ouid. 10. Metam. 30.
Dicere aliqua quocunque modo: id est, carminibus celebrare. Virgil. 5. eclog. 9.
Fingere & disponere modos. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 13.
Intendi modis. Quint. lib. 1. cap. 10. 22, Sed ne hæc quidē præsumenda pars est, ut uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, præcipui suorum temporum oratoris: cui concionanti consistens post eum musicus fistula, quam tonarion uocant, modos quibus deberet intendi, ministrabat.
Laxare & mutare modos. Cic. 1. de Orat. 133, Quòd si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat: quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus?
Ministrare modos. Quintil. lib. 1. cap. 10. 22.
Varietates & modos uocum surdus noscere potest. Cicer. 2. de Diuin. 13.
Summißiorem quendam modum postulant. Quint. lib. 3. cap. 8.
Saltare ad tibicinis modos. Liu. 7. ab Vrbe, 6. (32.
Paruis modis tenuare magna. Horat. 3. Carm. ode 3. 15.
Modus agri, Certa diffinitio seu mensura agri, qua quod iugerū esset, intelligi poterat. Cic. Attic. lib. 13. 288. 1, Etsi nihil scripsit, nisi de modo agri. Idem pro Flac. 62, Voluisti magnum agri modum censeri. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 1. Liu. ab Vrbe cond. Ne cui maior quàm quinquaginta iugerum agri modus esset.
Modus, etiam mensura aliarum rerum. Gell. lib. 1. cap. 1, Facilè intellexit modum spaciumq; plantæ Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuisse quàm aliorū procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quàm cætera.
Lupis maiorem natura modum dedit: id est, magnitudinem. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 8.
¶ Modulus, pen. corr. Diminutiuum (μέτρον) pro mensura. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 62, —ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis. Idem 1. Epist. 7. 20, Metiri se quenq; suo modulo ac pede uerum est.
Põderib. moduliq; suis ratio utitur. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 16.
Modulos Vitruuius lib. 3. cap. 2. uocat particulas quasdam, ad quas opus totum dimetiuntur architecti: nunc paruum pedem dicunt. Paulus in l. non solum. §. sciendum. ff. de operis noui nunciat. Sed ut probari possit quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui nunciat: qui ut sumuntur, cō feranturq;, Prætor decernere solet. Budæus.
Moduli aquarij à principibus impetrabantur, quibus priuatis licebat aquam publicam in priuata loca ducere è castellis aquæductuum. Sunt erogatorij moduli, quibus aqua erogatur & distribuitur, ut est apud Frontinum. Vlp. in l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de damno infectio. Vnde Labeo putabat, cū qui modulorū aut riui faciendi causa opus faceret, etiā satisdare debere, quia in alieno solo faceret. Budæus.
Modulus, ponitur etiā pro ipsa modulatione in cantu, qui etiā modulamen dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 86, Arteriarum pulsus in modulos certos, legesq; metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Sed hoc est per translationem. Idem lib. 7. cap. 56. 13, Lydios modulos Amphion: Dorios, Thamyras Thrax: Phrygios, Marsyas Phryx inuenit.
Æquiualere modulis. Author Philomelæ, 1.
Modulus, siue modus potest etiam dici cantionis genus. Vnde illud in titulis comœdiarum Terentij, Modos fecit Flaccus Claudij filius, tibijs paribus dextris & sinistris.

¶ Modulor, penult. corr. modularis, modulatus sum (μετρέω, ἐπαυλέω, πατταυλέω, ῥοθμίζω, ῥυθμίζω) modulari, Metiri. Gellius lib. 1. cap. 1, Scitè, subtiliterq; rationatum Pythagoram philosophum dicit in reperienda modulandaq; statua longitudinisq; eius præstantia. De Hercule.
Modulari carmen, pro Cōponere, uel decantare. Virg. 1. Aen. 1.
Carmina pastoris Siculi modulabor auena. Virg. 10. eclog. 11.
Carmen modulari arundine. Ouid 11. Metam. 31.
Vocem modulari. Cic. 3. de Orat. 103.
Orationem modulari. Cic. in Orat. 32.
Sonum uocis pulsu pedum modulari, apud Liuium: pro attemperare, lib. 7. bell. Punici.
Verba modulanda fidibus. Horat. 2. epist. 29.
¶ Modulans, pen. corr. Particip. (ἐπαυλῶν) Virg. 5. eclog. 3, Carmina descripsi, & modulans alterna notaui.
¶ Modulatus, pen. prod. Participium (ἐπαυλήσεις) ut, Modulatus sonus. Vide Sonus. Et Modulata cantica. Quint. lib. 9. cap. 2, Nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinē modulatis. Senec. Agamem. 7. 17,
Ityn in uarios modulata sonos.
Nerui modulati. Ouid. ad Pisonem, 35.
¶ Modulatus, huius modulatus, pen. prod. (πατταύλησις) Seneca Herc. furen. 4. 12,
Cuiusq; muros natus Amphion Ioue
Struxit canoro saxa modulatu trahens.
¶ Modulatio, Verbale (ῥυθμὸς, ῥυθμοποιία) Quintil. lib. 9. cap. 4, Vt sint tamen pedes alij alijs crebriores, non uerba facient, quæ neq; augeri, nec minui, nec sicut modulatione produci aut corripi possint: sed transmutatio & collatio.
Modulatio significari. Plin. lib. 2. cap. 8. 3.
¶ Modulamen, pen. prod. modulaminis, n. g. Idem (ἐπαύλημα) Author Philomelæ, 1,
Nam quamuis aliæ uolucres modulamina tentent.
¶ Modulator, pen. prod. (ῥυθμοποιὸς) Aliud uerbale. Colum. in Præf. 2. lib. 4, Placitæ disciplinæ consectentur magistrum uocis, & cantus modulatorem.
Cantor atq; optimus modulator. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 26.
¶ Modulatè, pen. prod. Aduerb. (ῥυθμικῶς) Concinnè, & cum mensura. Cic. 2. de Nat. deor. 32, Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia?
¶ Modificor, pen. corr. modificaris (διαμετρέω) modificari, Metiri. Gell. lib. 1. cap. 1, Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Cic. 3. de Oratore, 103, Verba illa modificata esse debebunt.
¶ Modificatio, Verbale. Seneca epist. 89, Syllabarum enarratio, uerborum diligentia, fabularum memoria, uersuum lex ac modificatio.
¶ Modicus, pen. cor. Adiectiuum (ὀλίγος, τυτθὸς, ἀκαμεῖ) Paruum & pusillum. Plin. lib. 10. cap. 55. 1, Sed inuentū, ut oua in calido foco imposita paleis igne modico fouerentur.
Aceruus modicus. Horat. 2. epist. 2. 38.
Anus modica. Plaut. Curc. 3. 13.
Cantaris modicis potare. Horat. 1. Carm. ode 20. 1.
Classis modica. Liu. De bel. Maced.
Collis modicus. Plin. epist. 161. 4.
Corporatura modica. Colum. lib. 6. cap. 2. 12.
Funus eius modicum. Tacit. lib. 5.
Mentio modica & uulgaris. Tacit. lib. 19.
Patella modica cœnare. Horat. 1. epist. 5. 1.
Sacellum modicum. Tacit. lib. 19.
Sepulcrum modicum. Tacit. lib. 18.
Ab usu modico tibi iunctus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 2.

Originis

Digitized by Google

Originis modicus. Tacit. lib. 5.
Pecuniæ modicus. Tacit. lib. 3.
Voti modicus. Pers. Satyr. 5. 11. Silius lib. 5. 3.
Modicus, Paucus. Plautus,
In angiporta turba est, domum modici introierunt.
Pecunia modica. Cic. in Parad. 60.
Modicum proprié dicimus, non cui aliquid sit imminutum, sed quod non excedat modum, modestumq; est, & temperatum. Cic. 3. de Legib. 15, Quæ cũ populo, quæq; in patribus agun tur, modica sunto.
Centuria modica. Varro de Re rustica.
Modicus cultu, & in cultu. Plin. in Paneg. 137. Idem epist. 12. b.
Cultu modicus, sermone facilis. Tacit. in uita Agricolæ.
Eques modicus. Tacit. lib. 1.
Exercitationibus modicis utendum. Cic. de Senect. 32.
Facultatibus modicus. Plin. epist. 118.
Gradu modico. Plaut. Pœnul. 7. 19.
Iudicium modicum. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Minis modicis. Plaut. Pseud. 20. 119.
Prælium modicum. Liu. de bell. Maced.
Quies modica. Liu. de bell. Maced.
Res modicæ. Plaut. Persa, 10. 18.
¶ Modicus titulus. Plin. epist. 159. a.
Sed tamen modici fuimus in ὑποθέσει. Cic. ad Atticũ, lib. 4. 74. 3. hoc est, breues.
¶ Modicum, Substantiuum (ὀλίγον) ut,
—modico contentus agebas. Iuuenal. Satyr. 9. 1.
¶ Modicellus, Adiectiuum diminutiuum. Sueton. in Nerone, cap. 48, Decubuit super lectum, modicella culcitra uetere pallio strato instructum.
¶ Modicùm, pen. corr. Aduerbium (τιτθὸν) Parum. Plautus, Aedepol. id modicùm curat.
¶ Modicè, pen. corr. Aliud Aduerbium (μικρὸν) Parum, breuiter. Plautus Milit. Modicè sapis. Plin. lib. 6. cap. 22. 9, Aedificia modicè ab humo extantia.
Modicè tangere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 34. 2.
Modicè utile. Cic. Attico.
Modicè non semper à pauco, sed à modo quandoq; deducitur, ut modestiã designet, quæ inter parum & nimium uersatur, non paucitatem. Varro de re Rust. Quum aer est modicè temperatus.
Modicè agere. Cic. Tironi, lib. 16. 9. 8.
Modicè dicere. Cic. pro P. Sylla, 59, Quanquam à me timidè modiceq; dicetur.
Modicè facere. Cicer. Sulpitio, lib. 4. 4. 13. id est, cum modo æquo & pari. Gell. lib. 12. cap. 13.
Modicè ferre dolorem, pro Modestè, uel moderatè & patienter. Cic. 2. Tusc. 181.
Modicè spernere libertatem. Liuius.
Modicè uti libertate. Liu. de bell. Maced.
¶ Modero, moderas, pen. corr. (μετρέω) moderare, Modum ponere. Salust. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium adduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabit? Plaut. Milit. 17. 16.
¶ Moderor, penult. corr. moderaris, moderatus sum (σὺβύνω, ἡνιοχέω, πρυτανεύω, ἐπιστατέω, χαλιναγωγῶ, σωφρονίζω) moderari, Deponens, Idem.
Moderari ex sua libidine. Terent. Heaut. 2. i. 4.
Moderari alicui rei. Cic. pro Cælio, 5, Quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ. Idem in Partit. 9, Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti & prouido, & quod respuunt, immutandum est.
Alicui moderari. Tacit. lib. 1, Sed quibus Silius moderabatur.
Aliquid moderari. Cicer. 2. de Finib. 130, Et multi Epicurei fuerunt, & hodie sunt, & in amicitijs fideles, & in omni uita constantes & graues, nec uoluptate, sed officio consilia moderantes.
Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi. Cic. 4. Acad. 213.
Gubernare et moderari prudẽtia omnia. Cic. Curioni, li. 2. 6. 2.
Animo & orationi moderari quum sis iratus, non mediocris ingenij est. Cic. Qu. fratri, lib. 1 1. 59.
Cantus numerosq; arbitrio multitudinis moderari. Cic. 5. Tusc. 147.
Consilia sua officio moderari. Cic. 2. de Finib. 130.
Versat cælum Deus, terram tuetur, maria moderatur. Cic. 3. de Natur. deor. 135.
Cursui moderari. Tac. lib. 2, Naues soluit: moderabaturq; cursui.
Fortunæ moderari. Liu. lib. 7. Decad. 4.
Ortus nascentium luna moderatur. Cic. 2. de Diuin. 136.
Religionem moderari. Cic. 1. de Nat. deor. 1.
Res rusticas uenti & tempestates moderantur. Cic. 5. Ver. 195.
Moderari se immodestis moribus. Plaut. Curcul. 4. 45.
Sententiam aliquam, tanquam aliquod nauigium, atq; cursum, ex Reipublicæ tempestate moderari, non est inconstantis. Cic. pro Cornelio Balbo, 50.
Tempus dicendi grauitate & prudentia moderari. Cicer. 2. de Orat. 137.
Verba moderatur, & se ipsi sustentat testis. Cic. pro Flacco, 9.
Linguæ moderandum mihi est. Plaut. Curcul. 9. 25. id est, tacendũ est mihi. Cic. 5. Ver. 84, Sentio Iudices moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamq; uestram satietatem.
Actio uocis conformatione moderanda est. Cic. 1. de Orat. 10.
¶ Moderans, pen. corr. Partic. (σὺβύνων) Iuuen. Satyr. 10. 13,
—seuus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentẽ, & pleni moderantem frena theatri. De Cicerone.
¶ Moderanter, Aduerb. (σὺννόντως) Lucret. lib. 2. 220,
Quis regere immensi summam, quis habere profundi
Indumanu ualidus potis est moderanter habenas?
Moderantius. Ouid. 2. de Arte, 71.
Opiare moderantius aliquid. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 15.
Currere moderantius. Ouid. 1. Metam. 103.
¶ Moderatus, pen. prod. (μέτριος, σύμμετρος) Particip. uel nomẽ ex participio. Cic. de Senec. 7, Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem.
Moderatus uir. Cic. 3. de Finib. 16.
Moderatus & temperans in omnibus uitæ partibus. Cicer. pro Fonteio, 25.
Amor moderatus. Ouid. 4. Metam. 47.
Ira moderata. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 16.
Tempora moderata. Claud. 4. Paneg. 110.
Ventis moderatis iactantur æquora. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 18.
Nihil habere moderati, Nihil habere modestiæ. Salust. in Catil.
Moderatior. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5.
¶ Moderatè, pen. prod. Aduerb. (μετρίως) cum moderatione.
Ferrè moderatè. Cic. de Amic. 7.
Sed te, quæcunq; est, moderatè iniuriã turbet. Ouid. 3. de Arte, 136.
Dictum moderatè. Cic. pro Fonteio, 18.
Facere moderatius. Cic. 1. de Finib. 4.
Vti domo moderatius. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 10.
¶ Moderatissimè, pen. corr. (μετριώτατα) Cic. 3. de Legib. 18, Quæ res cum sapientissimè, moderatissimèq; constituta esset à maioribus nostris.
¶ Moderatim, pen. prod. Aduerb. Lucret. lib. 1. 66,
—naturaq; rebus
Paulatim tribuit moderatim crescere cogens.
¶ Moderatio, huius moderationis (μετριότης, σωφρονισμὸς) Modestia, siue lenitas, quæ tẽperat, aurigaturq; modos in fe-



Digitized by Google

ctis & dictis, & cæteris talibus quæ agendi officio utuntur. Cic. de Senect. 1, Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 32, Parem moderationẽ minoribus quoq; personis & rebus exhibuit.

Adhibere moderationem in re aliqua. Vide Adhibeo.

¶ Moderabilis, & hoc moderabile, pen. corr. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 12.

Nox & Amor, Vinumq;, nihil moderabile suadent.

¶ Moderator, pen. prod. moderatoris, Verbale (σὺν θυντὴς, σωφρονιστὴς, ἐπιστάτης) Rector, gubernator. Cic. 2. de Natur. deor. 131, Postea quũ uidissent motus eius finitos & equabiles, omniaq; ratis ordinibus moderata, immutabiliq; cõstantia, intelligere ineſſe aliquem non solùm habitatorem in hac cæleſti ac diuina domo, ſed etiam rectorem & moderatorẽ, & tanquam architectum tanti operis, tantiq; muneris. Et ad Curionem, lib. 2. 5. 11, Dux nobis & author opus eſt, & eorum uentorum quos proposui, moderator quidam & gubernator.

Moderator iuuẽtæ, Præceptor & pædagogus. Mart. lib. 2. 89.

Aratri moderator. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 12.

Orbis moderator. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 15.

¶ Moderatrix, pen. prod. moderatricis (σὺν θυντρία) Gubernatrix, rectrix. Cic. pro Flac. 45, Quum ſpeculator atq; obſidet Roſtra, uindex temeritatis & moderatrix officij Curia. Sic. 3. de Natur. deor. 134, Eius autem uniuerſe fictricem & moderatricem diuinam eſſe prouidentiam.

Iudex & moderatrix Reſp. Cic. 5. Philip. 220.

Moderatrix rerũ ſapiẽtia. Cic. 1. de Inuent. 8. Stat. 4. Sylu. 4. 9,

Ceſſat centeni moderatrix iudicis haſta.

Arcanæ moderatrix Cynthia noctis. Stat. 10. Thebaid 72.

¶ Moderamen, pen. prod. moderaminis (κυβέρνησις) Idem quod Moderatio. Ouid. 3. Metam. 129,

Obſtupui: Capiatq; aliquis moderamina, dixi. Intelligit moderamen nauis, id eſt, gubernaculum.

Ius & moderamen equorum. Ouid. 2. Metam. 10.

Certum moderamen. Ouid. 2. Metam. 14.

Sceptra & rerum moderamen capere. Ouid. 6. Metam. 136.

Sumere moderamina mundi. Claud. de laudibus Serenæ, 10.

¶ Modiperator, modiperatoris, Modum imperans. Varr. Rer. Human. lib. 20, In conuiuijs qui ſunt inſtituti putandi modiperatores magiſtri. Nonius, Modiperatores dicuntur, qui in conuiuijs modificandi authoritatem habent, quaſi modũ imperantes συμποσίαρχαι. Vide quæ ſcripſimus in Talus, pro Ludo.

¶ Modeſtus, Adiectiuum (ἐχέφρων, μέτριος, σώφρων, πόσμιος) Temperatus. Terent. Adel. 5. 8. 7, Proba & modeſta. Vbi Donatus, Proba ſibi, & modeſta apud alios.

Modeſtus ultu, hoc eſt, Ipſo uultu modeſtiam quandam præ ſe ferens. Terent. Andr. 1. 1. 93.

Adoleſcentis modeſtiſsimi pudor. Cic. pro Plancio, 11.

Adoleſcentia modeſtiſsima. Cic. pro Muræna, 50.

Modeſtus & prudens homo. Cic. Bruto, lib. 13. 11. 9.

Modeſtum iter, apud Plinium in epiſtolis.

Mores modeſtiſsimi. Cic. pro Plancio, 2.

Oculi modeſti. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 3.

Optima & modeſtiſsima plebs. Cic. 2. de lege Agraria, 83.

Modeſtus, probus, & integer rex. Cic. Attic. lib. 10. 196. 3.

Nec pudeat coràm uerba modeſta loqui. Oui. 3. Am. eleg. 13. 4.

¶ Modeſtè, Aduerb. (σωφρόνως) Cum modo, inquit Donatus: moderatè, adhibito modo. Terent. Hecyra, 4. 1. 38,

—quid tum poſtea, ſi modeſtè ac rarò hoc fecit? Cic. 1. de Finib. 71, Et ipſius fortunæ modeſtè ferre doceat iniurias.

Modeſtè munificus. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 11.

Parère modeſtè. Cic. 3. de Legib. 6.

Modeſtè & abſtinenter ſe gerere aliqua dignitate. Cicer. in Saluſt. 11.

Lingua non modeſtè uti. Ouid. 3. Faſt. 122.

¶ Modeſtiſsimè, pen. corr. (σωφρονέστατα) Varro Modio, Non eos optimè uixiſſe qui diutiſsimè uixerint, ſed qui modeſtiſsimè. id eſt, modicè, inquit Nonius.

¶ Modeſtia, modeſtiæ (σωφροσύνη, σύντοξία, τὸ κόσμιον) ut diſfinit author ad Herenn. lib. 3. 94, Eſt in animo continens moderatio cupiditatem. Cicer. 1. Offic. 199, Sic fit ut modeſtia, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum.

Sententiarum, & compoſitionis, & uocis, & uultus modeſtia Quintil. lib. 4. cap. 1. 39.

Modeſtia eſt ſcientia earum rerum quæ agentur aut dicentur. loco ſuo collocandarum. Cic. 1. Offic. 198.

Pudoris et modeſtiæ magiſtra ſeueritas Cenſoria. Cic. in Piſo. 6.

Humanitas & modeſtia alicuius. Cic. Attic. lib. 7. 125. 2.

Lecti modeſtia uacui. Stat. 1. Sylu. 2. 33.

Diuina modeſtia. Claud. 8. Paneg. 44.

Præcox modeſtia. Stat. 2. Sylu. 1. 8.

Virginalis modeſtia. Cic. 1. de Diuin. 115.

Per modeſtiam pudor honeſtus clarum & ſtabilem comparat authoritatem. Cic. 2. de Inuent. 243.

Mitigare aliquem modeſtia. Quintil. lib. 5. cap. 7. 18.

Mœcenas ] Vir quidã fuit Auguſti temporibus potens, qui omnium primus in urbe calentium aquarum natatoria ſtruxiſſe fertur. De hoc hiſtorici et poetæ plura. Interea illud eſt adnotãdum, Mœcenatis nomen per œ ſcribi in Græcis exemplaribus, etſi æ malint alij: quod marmora comprobant peruetuſta. Vide Cæl. lib. 12. cap. 16.

Mœchus ] mœchi (μοιχὸς) Adulter, cuius fœmininum eſt Mœcha, Adultera. Terent. Eunuch. 55. 15,

Nũc minatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet. Mart. lib. 10. 13,

Ad nocturna iaces paſtoſe limina mœchæ.

Celius Ciceroni, lib. 8. 7. 4, Accipit leno mœchi bona, ſi uxori ſuæ iure capere non liceat. Iuuenal. Sayr. 1. 6.

Notior mœchus. Iuuenal. Satyr. 9. 3.

Puſillus & ſemitarius mœchus. Catul. ad Contubernales, 35. 4.

Putida mœcha. Catul. de Acme, epig. 39. 4.

Turpis mœcha. Catul. de Acme, epigr. 39. 3.

Mœchus mulierum. Plaut. Milit. 10. 179.

Zelotypa mœcha. Iuuen. Satyr. 6. 28.

¶ Mœchiſſo, mœchiſſas (μοιχάω) mœchiſſare, Adulterare. Plaut. Caſin. 26. 7,

In adulterio dum mœchiſſat, Caſinam, credo perdidit.

¶ Mœchor, mœcharis (μοιχεύω) mœchari, Idem. Catull. de Mentula, epig. 89,

Mentula mœchatur, mœchatur Mentula certè.

¶ Mœchocinædus, mœchocinædi, dictio compoſita, contumelioſo et infando nomine eos ſignificãs, qui & Adulteri ſunt, & ijdem molles. Lucilius.

Mœmagus ] Ptolemæo Galliæ urbs: uulgò Nemours.

Mœnia ] mœnium, mœnibus, n. g. (τεῖχος) Pluraliter tantum declinatur, à muniendo dicuntur. Veteres enim œ & u indifferenter ponebant. Feſtus, Mœnia, Muri, & alia munimentæ urbis gratia facta. Virg. 2. Aeneid. 47,

Diuidimus muros, & mœnia pãdimus urbis. Valla, Muris, eſt urbis lapideus ambitus, qui Græcè dicitur τὸ τεῖχος: Paries uerò domorum, Græcè ὁ τοῖχος. Murus eſt etiam nõ urbis: ſed urbis tamen ſimiliũ, ut munitionum, caſtrorumq; Mœnia pro muris accipi ſolent, et pro ædificijs ipſius urbis. Hactenus Valla lib. 4. Cæſar 2. bell. Ciuil. 63, Quũ penè ædificata in muris ab exercitu noſtro mœnia uiderentur, &c.

Muri & mœnia. Cic. 3. de Natur. deor. 137.

Auguſta

Digitized by Google

Anguſta mœnia. Vide Anguſtus.
Ardua mœnia. Ouid. 3. Metam. 13.
Conſternata mœnia. Silius lib. 13. 27.
Direpta mœnia. Lucan. lib. 6. 7.
Turrita mœnia. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 10.
Accedere mœnibus. Vide Accedo.
Miles aßilijt mœnibus. Ouid. 11. Metam. 106.
Medijs in mœnibus aſtans. Virg. 2. Aen. 66.
Cingere mœnibus urbem. Cic. pro Seſtio, 79.
Circundatus mœnibus. Cic. 3. de Legib. 91.
Compellere intra mœnia. Vide Compello.
Compellere mœnia. Virg. 9. Aeneid. 8.
Condere mœnia. Ouid. 3. Metam. 3.
Conſtituere mœnia. Ouid. 9 Metam. 91.
Obliquo ſinu mœnia in orbem curuantur. Silius lib. 13. 28.
Deijcite paßim mœnia, in planum date. Senec. Theb. 2. 5.
Deſtruere mœnia. Virg. 4. Aeneid. 65.
Trepidantia fumant mœnia. Silius lib. 1. 26.
Cuncta malis habitantur mœnia Graijs. Virgil. 3. Aen. 80.
Turritis mœnibus incingere urbes. Ouidius tertio Amor. eleg. 7. 10.
Irrumpere mœnia. Silius lib. 13. 16.
Luctu miſcentur mœnia. Virg. 2. Aen. 60.
Ponere mœnia. Ouid. 5. Metam. 82. Silius lib. 1. 5.
Moreſq; uiris & mœnia ponet. Virg. 1. Aeneid. 55.
Reſerare mœnia alicui. Ouid 8 Metam. 13.
Signare mœnia ſulco. Silius lib. 13. 24.
Surgunt mœnia. Virg. 1 Aeneid. 89.
Tegere mœnia, Defendere. Virg. 12. Aen. 30.
Vexantur mœnia. Catul. Arg. n. epiſt. 59. 16.
Mundi mœnia. Lucret. lib. 1. 217.
Ingentia mœnia cœli. Ouid. 2. Metam. 81.

¶ Mœne, ſingulariter protulit Ennius, teſte Feſto, Apud Emporium in campo hoſtium per mœne.

¶ Mœnitus, pen. prod. Adiect. (πτερχιωμένος) Mœnibus cinctum. Plaut. Bacchid. 20. 2,

Quum Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manu, Armis, equis, exercitu, atq; exuuijs bellatoribus. Antiquum.

Mœniana] Vide Meniana.

Mœnis] μοῖνις, Germaniæ fluuius, in Rhenum influens: ut author eſt Pompon. lib. 3. Huius fluuij meminit & Tacitus.

Mœreo] mœres, mœſtus ſum, & olim mœrui (λυπῶμαι, συντέλλομαι, σκυθρωπάζομαι) mœrere. Varro de Ling. Lat. lib. 5. per æ ab Marceo deducit: quòd, inquit corpus marceſcere facit mœror. Eſt autem mœrere, Triſtari, & dolore affici, lugere. Cic. de Amicitia, 13, Quocirca mœrere hoc eius euentu, uereor ne inuidi magis, quàm amici ſit.

Lugere & mœrere. Cic. pro Domo ſua, 22.
Dolore alterius mœrere. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 10.
Alienis bonis mœrere Cic. pro Corn. Balbo, 45.
Incommodo ſuo mœrere. Cic. 1. Tuſc. 48.
Mœreo, cum accuſatiuo. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2. 4, A te quidem omnia fieri fortißimè & amantißimè uideo: nec miror, ſed mœreo caſum eiuſmodi, ut tantis tuis miſerijs meæ miſeriæ ſubleuentur.
Mortem mœrere. Tacit. lib. 18.
Mœrere, Deplorare. Cic. 1. Tuſc. 168, At illa ſicut acerbißimã rem mœret. Et iterum, Quum grauiter filij mortẽ mœreret.

¶ Mœro, mœras (λυπέω) mœrare, Antiquum uerbum, Mœrẽtem facere. Pacuuius, Qui multis mœrauit modis.

¶ Mœrens, mœrentis, Particip. (λυπούμενος, πρόσκλαυσις) ut Mœrentis fletus. Cic. 1. Tuſc. 40. Stat. 6. Thebaid. 125,

Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento Vngue ſecat.

Mœrens fratrem. Horat. 1. epiſt. 14. 2.
Horridus, incultus, mœrens. Cic. poſt Red. in Senatu, 12.
Afflictus, debelitatus, mœrens. Cic. 2. de Orat. 105.
Pectora mœrentia mulcet. Virg. 1. Aeneid. 41.
Vultus mœrens. Ouid. epiſt. 11. 19.

¶ Mœror, mœroris (λύπη, ἀνία) Cic. de Amic. 10, Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum eſt. Idem 4. Tuſc. 29, Mœror, ægritudo flebilis.

Cuncta mœrore horrida. Senec. Herc. fur. 9. 18.
Grauis mœror. Horat. in Arte, 13.
Perpetuus mœror. Iuuen. Satyr. 10. 25.
Adiuuare mœrorem orationis lachrymis. Vide Adiuuo.
Dies nulla mœrore caret. Senec. Troad. 2. 3.
Conſeneſcere mœrore & lachrymis. Vide Conſeneſco.
Demere mœrorem è pectore. Lucret. lib. 3. 186.
Iacet in mœrore meus frater. Cic. ad Attic. lib. 10. 195. 8.
Vita in mœrore iacebat. Lucret. 5. 36.
Minuere mœrorem. Cic. Att. lib. 12. 246. 3.
Offerre mœrorem. Vide Offero.
Preſſus mœrore. Senec. Octau. 4. 1.

¶ Mœſtus, Adiect. (πεφιλυπος, ἀχθόμενος) Triſte, miſerandũ. Virg. 2. Aeneid. 56,

——& mœſtas promere uoces.

Alter ab alterius funere mœſtus erat. Ouidius 4. Triſt. eleg. 4. 16.
Amor mœſtus. Virg. 10. Aeneid. 39.
Mœſtæ aræ. Virg. 5. Aeneid. 10,

——mœſtasq; ſacrauimus aras. Vbi Seruius, Mœſtas aras ad hominem pertinet; id eſt, dys Manibus conſecratas.

Clamores mœſti. Ouid. 8. Metam. 90.
Reſonet mœſto clamore chaos. Senec. Herc. fur. 13. 11.
Deficiens animo mœſto cum corde iacebat. Lucret. lib. 6. 248.
Ebur mœſtum illachrymat templis. Virg. 1. Georg. 96.
Fama mœſta. Tacit. lib. 18.
Fauilla mœſta. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 17.
Fletus mœſti. Senec. Octau. 6. 12.
Fœmina mœſta. Ouid. 3. Faſt. 27.
Frons mœſta. Claud. 4. Paneg. 32.
Genæ mœſtæ. Ouid. 6. Metam. 61.
Hoſtia mœſta. Lucret. lib. 1. 20.
Mœſtasq; reſuſcitat iras. Sil. lib. 12. 127.
Lamentatio mœſta. Senec. Hippol. 7. 4.
Loci mœſti, uiſuq; ac memoria deformes. Tacit. lib. 1.
Luctu mœſto immugit regia. Virg. 11. Aeneid. 8.
Lucus mœſtus. Valer. 1. Argon. 72.
Queſtibus mœſtis latè loca implet. Virg. 4. Georg. 103.
Luget mœſtos triſtis reditus. Senec. Hippol. 11. 5.
Senex mœſtus & ſordidatus. Cic. 2. de Orat. 106.
Timor mœſtus. Virgil. 1. Aen. 42. Seruius, Quòd mœſtos & ſolicitos faciat: ut, Mors pallida, & triſtis ſenectus.
Veſtis mœſta. Propert. lib. 3. eleg. 6. 3.
Voces mœſtus exprimere. Virg. 2. Aen. 56.
Vultus mœſtus. Virg. 6. Aeneid. 32.
Vultus mœſtus & conturbatus. Author ad Heren. lib. 3. 121.
Mœſtior, Comparatiuum. Lucan. lib. 8. 9.
Mœſtißimus, pen. cor. Virg. 2. Aeneid. 54,

In ſomnis ecce ante alios mœſtißimus Hector Viſus adeſſe mihi.

Ira tacita mœſtißimus. Valer. 5. Argon. 114.
Vultu mœſtißima. Lucan. lib. 1. 38. Proſopopœia eſt Romæ.

¶ Mœſtitia, ἀνία, συνοφρυασμὸς, Idem quod mœror. Quintil. Dolore, atq; animi mœſtitia langues. Cicer. 1. de Finib. 68,

Sapientia enim est una quæ mœstitiam pellat ex animis.
Flectere os in mœstitiam. Tacit. lib. 3. hoc est, mœstitiam uultus præ se ferre.
Inceßit mœstitia animos. Vide Inceßo.
Inferre mœstitiam. Cic. 1. Tuscul. 170. Vide Infero.
Pellere mœstitiam ex animo. Vide Pello.
Resistere mœstitiæ. Cic. in Orat. 82.
Tanta in mœstitia fui, quanta, &c. Cic. 2. Philip. 56.
¶ Mœstitudo, pen. corr. mœstitudinis, Idem (ἀνίασις) Accius, Ni ueßitus teter, mœstitudo, uastitudo, prædicarent hominẽ esse. Plautus, Cui tanta mœstitudo obtigit. Nonius.
¶ Mœstè, Aduerbiũ (ἀνιωμένως) Cum mœstitia. Author ad Herennium, lib. 3. 117, de pronunciatione, Deinde modò acriter, tum clementer, mœstè, hilarè in omnes partes commutabimus.
¶ Mœstiter, pen. cor. (ἀχθομένως) Aduerbium antiquum, pro Mœstè. Plaut. Rud. 7. 5,
Obsecro tam mœstiter ueßitas?
Mœri] mœrorum (τὰ τείχη) pro Muris. Virg. 10. Aen. 5,
Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum. Vbi Seruius, Mœrorum, pro Murorum, antiquè. Nam ueteres pleraq; eorũ, quæ nos per u dicimus, per œ diphthongũ pronunciabant. hinc est mœrorum, pro Murorum.
Mœris] μοῖρις, Veneficus, describitur Virgilio in Bucol. 8. eclog. 19.
¶ Mœris, μοῆρις, Insula est in mari Lycio, de qua Plinius libro 5. cap. 31. Fuit præterea hoc nomine Aegyptiorum rex, cuius opus est lacus inter Arsinoitem & Memphitem, circuitu CCCCLM. paß. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc. Plin. lib. 5. cap. 9.
Mœsia] Europæ prouincia, quæ Pannoniæ iungitur, ad Pontum usq; cum Danubio decurrens. Suetonius de Tiberio, Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatisq;, Gallias à Germanis uastari neglexit. Seruius Mœsiam ciuitatem Phrygiæ esse inquit, Mysiam autem prouinciam. Stephanus tamen Mysiam & regionem & urbem esse tradit. Virg 1. Georg. 21,
—nullo tantùm se Mœsia cultu
Iactat: & ipsa suas miratur Gargara messes.
Mœsileum] n. g. & plur. Mæsilea. Frontin. Similiter locorũ religiosorum, quibus secundum cantiones modus restituendus: habent enim & mœsilea iuris sui, hortorum modos circumiacentes, aut præscriptum agri finem. Quæ ferè uerba apud Vrbicum reperiantur. Turnebus mœsilea, interpretatur sepulchra, quæ ab alijs mausolea sunt appellata: atq; mausolea, non mœsilea scribendum putat. Quum enim Frõtinus (inquit) de religiosis locis loquatur, facile est cõiectu, mansolea significari, hoc nomine non tantùm principum sepulchris uindicato, sed etiam aliorum tumulis communicato.
Moga] primùm. dicebatur, quæ postea Cappadocia: nunc autem Cæsarea à cæsare, ut refert Iosephus.
Moguntia] μογουντίακον, Oppidum Galliæ Transalpinæ, in ripa Rheni.
Mola] molæ (μύλαι) Dicta est, quòd ueluti mole quadam frumentum, legumina, aliasq; res terat: uel quòd duarũ molarum motu eò coniecta moluntur. Vnde Molæ frumentariæ, Molæ fabariæ, Molæ olearię dictæ sunt. Plin. lib. 15. cap. 6. 3, Quod uerò post molam primus est, flos.
Molæ inuentæ sunt quædam asinariæ, quædam trusatiles, id est hominum opera uersatiles. Gell. lib. 3. cap. 3. De mola asinaria loquitur Cato cap. 10. 3.
Molus uersatiles Volsinijs inuentas, aliquas & sponte motas inuenimus in prodigijs, inquit Plin. lib. 36. cap. 18.
Puniceæ molæ. Ouid. 6. Fast. 64.
Scabra mola. Ouid. 3. de Arte, 58.
Versare molam. Iuuen. Satyr. 8. 7.
Molæ operam dare. Cic. ad Atticum lib. 2. 16. 16, Ac modestè tamen dixit, ut Rhodi uideretur molas potius, quàm Moloni operam dedisse.
Mola, Caro informis in uteris mulierum sine uiri semine genita. Plin. lib. 7. cap. 15. 1, Solum autem animal menstruale mulier est. In unius utero, quas appellarunt molas, ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. mouetur, sistiq; menses. Idem lib. 10. cap. 64.
Mola, à molito farre, dicitur far tostum & sale sparsum: quòd eo molito hostiæ aspergantur, inquit Festus, Virg. 8. eclog. 17, Sparge molam. Plaut. Amphit. 8. 107,
—prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit.
Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 40,
Tu cum pro uitula statuis dulcem Aulide natam.
Ante aras, spargis q; mola caput improbè falsa. Molâ salsam, quæ ante sacrificia hostia conspergebatur, interpretantur ferè omnes, fruges molitas. Græci tamen fruges integras, nec fresas, nec molitas, aspergebant hostiæ Argumento est, quòd ἄλαι à Græcis, & ἀλοπύται uocantur, quæ erant hordei integræ fruges, cum sale mixtæ. Horat. expressit, cũ scripsit, Farre pio, & saliente mica. quod est salis grano saliente, & farre, sed molito tamen. Et Virgilius,
Dant fruges manib. salsas. Græci autem, ut Theophrastus scripserat, hordeo non molito in sacris, in priscæ memoriam uitæ utebantur, in qua homines nondum molere fruges, sed solidis uesci solebant. Est igitur mola falsa, tanquam molitura salsa: ut molæ, qua frumenta franguntur, nomen, molito farri tribuatur. Hæc Turnebus.
Mola deos testari. Virg. 4. Aeneid. 104.
Sancta mola. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 3.
Inducere molas cultro. Lucan. lib. 1. 121.
Inspergere molam. Cic. 2. de Diuin. 56.
¶ Molaris, huius molaris, pen. prod. m. g. (γόμφιος, μυλίτης, μύλη) Dens maxillaris est: à Molo, molis, quòd cibum à ceteris dentibus infractum ipsi molunt. Iuuen. Satyr. 13. 23.
——interq; molares
Difficili crescente cibo.
Presso stridere molari Iuuen. Satyr. 6. 16.
Molaris, Lapis è mola concîsus & effractus. Stat. lib. 5. Thebaid. 78,
—uastæq; fudes, fractiq; molares.
Librati molares. Stat. 5. Thebaid. 113.
¶ Molaris, & hoc molare, pen. prod. (μυλίτης) Lapis molaris, ex quo mola fit. Plin. lib. 36. cap. 23. 2. Quintil. libro 2. cap. 19. 3.
¶ Molarius, Adiectiuum (μυλικὸς) Quod ad molam pertinet: ut Asinus molarius, quo utimur ad molam. Cato de Re rust. cap. 11, Asinum molarium unum.
¶ Molo, molis, molui, molitum, pen. corr. (μύλλω, ἀλέω, ἀλήθω) molere, Mola terere. Terent. Phorm. 2. 1. 19,
Molendum usq; in pistrino, uapulandum. Plin. lib. 7. cap. 56. 1, Ceres frumenta inuenit, quum antea glande uescerentur. Eadem molere & conficere, in Attica. Plin. libro 33. cap. 4. 3, Quod effosum est, tunditur, lauatur, uritur, molitur in farinam.
¶ Molitura, penul. prod. (ἀλήθησις) Plin. lib. 15. capit. 22. 1, Molitura etiam præstant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis.
¶ Molitor, pen. cor. Verbale (μυλωθρὸς) Qui molit.

¶ Moli

¶ Molitor, pen. prod. Vide Molior.

¶ Molitrix, pen. cor. fœm. gen. (μυλιτρὶς) Quæ molit.

¶ Molendinarius, Adiectiuum (μυλωθρικὸς) Quod ad molendinum pertinet: ut, Mola molendinaria. Paulus iureconsul. Asinam molendinariam & molam negat ea appellatione contineri.

¶ Moletrina, moletrinæ, pen. prod. (μύλον, μύλων) A molendo, pistrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur. Cato in Thermum, Neruo, carcere, moletrina. Hæc Nonius. Budæus, Aquariarum autem molarum loca, quibus nunc utimur, moletrinas, ut arbitror, appellare possumus, ut ex Nonio colligo.

¶ Molile, molilis, pen. prod. Instrumentum quod molæ, aut collis boum, uel humeris seruorum adalligatur, ad trudendas molas. Cato, cap. 11. 2, Iuga plostraria duo, iugum asinarium unum, molile unum. Turnebus, Scapus, uel manubrium quo mouetur mola, molile uocatur: ut à libra, librile.

Molæ] Deæ quædam antiquitus dictæ sunt, filiæ Martis, de nomine molarũ appellatæ: quòd Mars ut molis fruges, sic bellis homines frangat & comminuat. De his meminit Gellius, quas in Romanis comprecationibus nominari solitas esse Molas Martis scribit, & post eum Turnebus, quem uide.

Moles] molis, f. g. (ὄγκος, βάρος) Res magna & magni ponderis: à mouendo dicitur. Festus, Moles pro magnitudine ponè poni solet. Virg. 3. Georg. 74,

—Confertoq; agmine cerui
Torpent mole noua. id est, magnitudine, inquit Seruius. Col. lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Cic. 2. Tusc. 33, Moles gigantum.

Alta moles Auentini. Silius lib. 12. 144.

Immanis moles. Virg. 8. Aen. 104.

Ingens moles. Virg. 5. Aen. 45.

Prærupta moles. Ouid. epist. 2. 27.

Molem & montes, pro Molem montium dixit Virgil. lib. 1. Aeneid. 13. Figura est ἐν διὰ δύο. Seruius.

Stat saxea moles Templum ingens cineri. Statius 6. Thebaid. 49.

Structæ moles. Tacit. lib. 2.

Aeriam molem educere. Stat. 5. Sylu. 3. 10.

Opprimere molibus insanis aras aliquorum. Cicero pro Milone, 65.

Extruere moles opere magnifico Cic. 14. Philip. 406.

Moles in mari dicitur, quoties excluditur aqua. Cic. ad Att. lib. 4. 86. 4, Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis molibus. Cic. 6. Verr. 105, Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset. Cæsar 1. bel. Ciuil. Quia fauces erant angustißimæ portus, molẽ atq; aggerem ab utraq; parte litoris iaciebat. Hîc moles, inquit Budæus, est immensa structura in portu aliquo obiecta ad arcendum fluctus: qualis est Genuæ.

Opponere fluctibus moles. Cic. 2. Offic. 18.

Iácere moles ab utroq; portu cornu. Vide Iacio.

Iácere in mare moles. Horat. 3. Carm. ode 1. 7.

Positæ moles. Iuuen. Satyr. 12. 8,

Tandem intrat positas inclusa per æquora moles. Per positas intelligit Portum Hostiensem, quem Claudius Cæsar Hostiæ extruxit: ut est apud Suetonium in Claudio Cæsare, cap. 20.

Vnda præcelsis crescit molibus. Stat. 5. Sylu. 6. 6.

Immensam attollere molem. Virg. 2. Aeneid. 37.

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles. Ouidius secundo de Art. 94.

Operosa moles mundi. Ouid. 1. Metam. 52.

Rudis indigestáq; moles. Ouid. 1. Metam. 2.

Moles, Motus. Virg. 5. Aeneid. 45,

Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole chimæram
Consequitur.

Densa mole feruntur ad muros. Virg. 12. Aen. 115.

Tarda mole se ferre homines magni & crassi dicuntur, qui ob corporis molem tardè ingrediuntur. Stat. 5. Thebaid. 89.

Vasta mole se mouens. Virg. 3. Aen. 132. de Polyphemo.

Moles natiua. Ouid. 5. Fast. 30. Idem epist. 5. 13.

Crassa mole leo. Claud. in Eutrop. 76.

Membris & mole ualens. Virg. 5. Aeneid. 87.

Moles, Difficultas: quoniam quæ magna sunt, difficilia esse consueuerunt. Virg. 5. Aeneid. 8,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem?

Curarum moles. Tacit. lib. 12.

Iniuriæ molem sustinere. Cic. 1. in Catil. 17.

Mali molem à ceruicibus suis depellere. Cic. 3. in Catil. 62.

¶ Molestus, Adiect. (ἀργαλέος, ἀνιαρὸς, ὀχληρὸς, ὀχληρώδης, λύσφορος) Qui alicui grauis est, nec sinit eum quiescere: & à Moles dicitur. Terent. Eunuch. 3. 2. 31,

Verùm ubi molestum non erit, ubi tu uoles,
Vbi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur. Cic. de Senect. 7, Importunitas autem & inhumanitas omni ætati molesta est. Idem de Amicit. 75, Molesta ueritas est, si quidem ex ea nascitur odium. Idem ad Atticum, lib. 15. 327. 7, Molesti interpellatores.

Magis molestus. Vide Magis.

Laboriosus & molestus. Cic. 3. de Legib. 27.

Odiosum & molestum est cupidis carere: satiatis uerò & expletis iucundius est carere. Cic. de Senect. 44.

Quouis sermone molestus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 13.

Nisi fortè molesti interuenimus, uenisse delectat. Cicero de Oratore. 9.

Intempestiua & molesta nunquam est amicitia. Cicero de Amicit. 21.

Cura molesta. Ouid. 3. de Arte, 120.

Operosus & molestus labor. Cic. 2. de Nat. deor. 84.

Lites cum rege molestæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 1.

Onus molestum, munus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 20.

Ocium tibi molestum est. Catul. ad Lesbiam, epig. 48. 3.

Negociosa & molesta prouincia. Cic. pro Murena, 16.

Grauis & molesta uita ociosorum aliquibus minus est. Cic. 1. Offic. 101.

Voces compesce molestas. Propert. lib. 1. eleg. 5. 1.

Molestus etiam interdũ difficilis dicitur: ut, Separatio molesta. Vlpian. in l. si seruus. §. item. ff. ad leg. Aquil. Item si quis frumento arenam uel aliud miscuerit, ut molesta separatio sit: quasi de corrupto agi poterit.

¶ Molestia, molestiæ (ἀνιάρεια, ἀνία) Solicitudo, grauitas. Cicero 4. Tuscul. 29, Molestia, ægritudo permanens. Plaut. Pœn. 2. 35,

Ne & hìc uiris sint & domi molestiæ.

Sine molestia. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 24. 3. Terent. Eunuch. 5. 4. 6, ——uirginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia.

Iudicialis molestia. Vide Iudico.

Abstergere molestias. Cic. de Senect. 2, Nunc [illegible] da huius libri confectio fuit, ut non modò omnes offensiones senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & facilem senectutem.

Abstergere molestias. Vide Abstergo.

Abesse a molestijs. Vide Absum.

Addere molestias. Terent. Eunuch. 1. 1. 32.

Afficere molestia. Vide Afficio.

Amouere molestiam. Vide Amoueo.

Aſpergere moleſtiam alicui. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2.12.2.
Capere moleſtiam. Cic. pro Sylla, 1.
Circunfuſæ undiq; moleſtiæ. Vide Circunfundo.
Dolere moleſtiam alicui. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 24.1.
Depellere moleſtiam. Cic. Cælio, lib. 2. 15.1.
Deponere moleſtias. Cic. Terentiæ, lib. 14.7.1.
Exhibere moleſtiam alicui. Cic. Attic lib. 2.16.4.
Habeo etiam illam moleſtiam, quod, &c. Cicero Tironi, libro 16.11.12.
Habent ea moleſtiam. Cic. ad Atticum, lib. 8.147.10.
Continui. Horat. 1. epist. 17. 1.
Deuexi. Valer. 3. Argon. 139.
Deusto monte Cælio. Tacit. lib. 4.
Feri. Virg. 5. eclog. 6.
Fracti. Ouid. 1. Fast. 113.
Gelidi. Claud. 3. Paneg. 53. Ouid. 1. Metam. 139.
Impendentium montium altitudines. Cic. 2. de Nat. deor. 143.
Inaccessi. Claud. de bel. Get. 65.
Intonsi. Virg. 5. eclog. 13.
Lapidosi. Ouid. 1. Metam. 9.
Magni. Virg. 2. Georg. 52.
Nemorosi. Ouid. 3. de Arte, 86.
Nubiferi. Silius lib. 4. 1.
Perpetui. Vide Perpetuus.
Rupti. Lucan. lib. 3. 13.
Saxosi. Virg. 2. Georg. 23.
Summi. Virg. 3. Aeneid. 132.
Supremi. Virg. 4. Georg. 92.
Tumidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 11.
Vestiti atq; syluestres. Cic. 2. de Nat. deor. 198.
Vmbriferi. Silius lib. 13. 45.
Abdidit se in mõtes lupus. Virg. 11. Aeneid. 162.
Abeuntq; in nubila montes, Nimbis obscurantur. Silius libro 3. 100.
Cædere montes. Vide Cædo.
Amnis montes decurrens. Horat. 4. Carm. ode 2. 1.
In montibus errare. Virg. 6. eclog. 11.
Impendebat mons altissimus. Vide Impendeo.
Montes ululatibus implent. Ouid. 4. Fast. 91.
Mons lapsu inclinat ad æquora. Stat. 1. Theb. 66.
Abscisso Nereus interluit æquore montes. Claud. 1. de rapt. Proserp. 29.
Totus circum mouetur mons. Virg. 3. Aeneid. 19.
Nutare montem syluis. Silius lib. 8. 106.
Occurrit mons. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.
Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Horat. in Arte, 29.
Perfodere montem. Vide Perfodio.
Arduus mons duobus uerticibus petit astra. Ouid. Metã. 64.
Ex urbe se in montes remouere. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 3.
Remugit mons, Reddit echo. Virg. 12. Aeneid. 186.
Prominentia montium resistunt. Tacit. lib. 2.
Riget ardua montis ætherij facies. Silius lib. 3. 97.
Mater ad insani scandebat culmina mõtis. Stat. 11. Theb. 64.
Congestos montes struere ad sidera. Ouid. 1. Metam. 31.
Superant montes, & flumina tranant. Virg. 3. Georg. 54.
Præruptus aquæ mons. id est, in altũ eleuatus. Virg. 1. Aen. 22.
Montes frumenti. Plaut. Pseud. 4. 56.
Montes mdi. Plaut. Merc. 12. 32.
Monteis aureos polliceri: Prouerbialis hyperbole, de ijs qui in mensa promittunt, spesq; amplissimas ostentant. A' Persarum arrogantia ducta, qui propter auri uenas monteis aureos iactabant. Terent. Phorm. 1. 2. 18,

—is senem per epistolam
Pellexit, modò nõ mõteis auri pollicẽs. Persius Saty. 3. 7,

—Magnos promittere mõtes. ut hyperbole magnitudinis sit, nõ in aureis, sed simpliciter in ipsis montib. Ex Eras.

Monticulus] monticuli, pen. corr. Diminutiuum (λαγώς.)
Montanus] pen. prod. Adiect. (ὀρεινὸς, ὀρεία, ὀρείτης, ὀρείτωρ) Quod ex monte est: ut Montanus sal. Colum. lib. 6. cap. 17. 5.
Antra montana. Ouid. 11. Metam. 30.
Montanus, Qui in montibus habitat, apud Cæsarem lib. 1. bel. Ciuil. Et Plin. lib. 6. cap. 20. 3.
Armenta montana. Ouid. 1. de Arte, 61.
Feræ montanæ. Ouid. 2. Fast. 44.
Rapidus montano flumine Torrens. Virg. 2. Aeneid. 61.
Ligures montani, duri atq; agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura & magno labore quæsitum est. Cic. 2. de lege Agrar. 93.
Montana nunc sunt omnia: id est, plena montibus, & montuosa. Plin. lib. 5. cap. 27. 10.
¶ Montana, montanorum, substantiuum. Liuius lib. 1. belli Punici, Peruentum inde ad alium frequentem, ut inter montana, populum.
¶ Montosus, pen. prod. (βουνώδης) Similiter adiectiuũ, Vbi sunt multi montes. Plinius, Nascitur in montosis & asperis, aliquando & herbosis. Cic. de Amic. 60, Cùm locis etiam ipsis montosis delectemur & syluestribus. Legitur & montuosus.
Montosa regio. Cic. pro Plancio, 18.
Montosus locus. Cic. in Partit. 21. Et Cæsar 1. bel. Ciuil. 246.
¶ Montiuagus, pen. corr. Adiectiuum (ὀρεσπλανὴς) Qui per montes uagatur. Cic. 5. Tusc. 115, Quid bestiæ, nónne frigus, non famem, nõ multiuagos atq; syluestres cursus, atq; lustrationes patiuntur?
Montiuagi cursus. Sil. lib. 3. 110.
Dea montiuaga, Diana. Stat. 1. Achilleid. 90.
Feræ montiuagæ. Lucret. lib. 1. 82.
¶ Monticolus, pen. corr. (ὀρέστερος) Qui mõtes incolit. Ouid. 1. Metamorph. 39,

Et Nymphæ, Satyriq;, & monticolæ Syluani.

Monstro] monstras (δείκνυμι, δεικνύω, καταδεικνύω) monstrare, Ostendere, declarare, indicare. Cicero 1. de Diuin. 216, Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant uiam. Ex quodam poeta.
Indice monstrare digito. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 6.
Prætereuntium digito monstrari. Horat. 4. Carm. ode 3. 5.
Viam monstrare. Virg. 1. Aeneid. 78.
Comiter uiam erranti monstrare. Vide Comis.
O' si urnam argenti fors qua mihi monstret. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 1.
Monstrare, pro Docere. Cicero ad Tironem, libro 16. 22. 3, Tu istic siquid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Sic Plin. lib. 19. cap. 10. 3, Monstrare remedium.
Inulas ego primus amaras mõstraui incoquere. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 11.
Delinimenta uitæ alicui monstrare. Tacit. lib. 15.
Cæcus iter monstrare dicitur, quum quis rudis docto consulere conatur. Horat. 1. epist. 18. 1.

Et uitæ

Digitized by Google

Et uitæ monſtrata uia eſt. Hor. in Arte, 82.

Monſtrare, pro Probare. Vlp. in l. 1. §. qui aduerſ. ff. de poſtulando, Qui aduerſus ea feciſſe monſtretur: & pro alijs interdicta poſtulatione repellitur, & pro æſtimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna multatur.

¶ Monſtrans, Participium (δεικνύων) Stat. 3. Syl. 3. 8,

— uenturoſq; tuus durabit in annos
Me monſtrante dolor.

¶ Monſtratio, monſtrationis, Verbale (δεῖξις) Terent. Adelph. 4. 6. 2,

Defeſſus ſum abulando: ut Syre te cum tua
Monſtratione magnus perdat Iuppiter.

¶ Monſtratus, huius mōſtratus, pen. prod. pro Demonſtratione. Senec. in Conſolat. ad Martiam, Vtq; ignotarum urbium monſtratus nouo hoſpiti gratus eſt.

¶ Monſtrator, pen. prod. (καταδεικτὴς) Aliud uerbale: ut,

— uncíq; puer monſtrator aratri: id eſt, Triptolemus, ſeu potius Oſiris, ut inquit Seruius. Virg. 1. Georg. 4. Tacit. de moribus Germa. Qui nuper hoſpes fuerat, idem monſtrator hoſpitij, & comes.

¶ Monſtrabilis, & hoc monſtrabile, penult. correp. (δεικτὸς) Plin. epiſt. 107. lib. 6, Neſcio an nôris hominem, quanquam noſſe debes: eſt enim probitate morum, ingenij elegantia, operum uarietate monſtrabilis.

¶ Monſtrum, monſtri (ἀποφώλιον, τέλωρ, τέρας, φάσμα, à monſtrando dictum eſt, quòd aliquid ſignificando monſtret. Eſt autem aliquid præter naturam aditū aut procreatum. Cic. 2. de Nat. deor. 10, Prædictiones uerò et præſensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ futura ſunt, portendi, prædici: ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur?

Biformè monſtrum. Ouid. 8. 8. Met. 32. de Minotauro.

Deteſtabile monſtrum. Iuuen. Satyr. 15. 13.

Fatale monſtrum. Hor. 1. Carm. ode 27. 5.

Horrendum & dictu mirabile monſtrum. Virg. 3. Aen. 6.

Immane monſtrum. Sil. lib. 13. 40.

Infame monſtrum. Stat. 11. Theb. 116.

Infœlix monſtrum, Equus Troianus. Virg. 2. Aen. 49.

Noua monſtra. Hor. 1. Carm. ode 2. 2.

Sæuum monſtrum. Catul. Argon. epig. 50. 20.

Vlterius monſtrum. Iuuen. Satyr. 9. 4. Vide Vltra.

Immania monſtra perferimus. Virg. 3. Aen. 117.

Conſecrare monſtris. Vide Conſecro.

Nouitate monſtri mouentur. Ouid. 12. Metam. 35.

Gygantes terra geniti monſtra dicuntur. Horatius 3. Carmin. ode 4. 15.

Monſtrum, pro Prodigio. Virg. 2. Aen. 35,

Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris.

Monſtrum ac prodigium. Cic. 5. Verr. 147.

Monſtrum, Eſt omne contra naturam, inquit Donatus, quod præter naturam aut deficit, aut excedit. Terent. Eunuch. 4. 4. 29, —taces?

Monſtrum hominis, non dicturus? Cic. 2. in Catil. 25; Abijt exceſſit, euaſit, erupit: nulla iam pernicies à monſtro illo atq; prodigio mœnibus ipſis intra mœnia cōparabitur.

Immaniſſimum & fœdiſſimum monſtrum. Cicero in Piſonem, 24.

Mōſtrum aliter, ubi quid occulti uitij latêre ſignificamus: haud ſcio an inde ſumpta metaphora, quòd monſtra ob pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Pamphilus in Andria Terentiana, 1. 5. 15,

Repudiatus (inquit) repertor.
— quamobrem? niſi ſi, id eſt, quod ſuſpicor,
Aliquid monſtri dlunt. Eraſmus.

Dicere monſtra. Cic. 4. Tuſc. 84.

Monſtra narrare, ſiue nunciare. Cic. ad Atticum, lib. 4. 7 6. 1. Idem lib. 9. 182. 3.

Monſtra quis tanta explicet? id eſt, quis tuntum ænigma ſoluet? Senec. Theb. 1. 28.

Monſtrum, pro Monſtratione aliquando accipitur. Virgil. 3. Aeneid. 12,

Monſtra deûm refero.

¶ Monſtroſus, pen. prod. Adiectiuum (τέρατος, τερατώδης) Quod præter naturam eſt. Lucan. lib. 1. 112,

Monſtroſiq; hominum partus.

Fabula monſtroſa, turpisq; relatu. Claud. in Eutrop. 110.

¶ Monſtroſus, per translationem. Cic. 1. de Fin. 91, Inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtroſi. Suet. de claris Grammat. 15, Laſtaurum & lurconem, & nebulonem, pepinonemq; appellans, & uita, ſcriptisq; monſtroſum.

¶ Monſtroſiſſimus, penult. corr. Superlatiuum. Cic. 2. de Diuinatione, 104.

¶ Monſtroſè, penult. product. Aduerbium (τερατείως) Præter naturam. Cic. 2. de Diuinat. 216, Nihil tam præpoſterè, tam inconditè, tam monſtroſè cogitari poteſt, quod non poſsimus cogitare.

¶ Monſtrifer, penult. correpta, Adiectiuum (τερατοφόρος) Monſtrum referens. Plin. lib. 6. cap. 30. 1, Animalium hominumq; effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni, minimè mirum.

Annus monſtrifer. Claud. 2. in Eutrop. 1.

Monſtriferos agit unda ſinus. Lucan. lib. 5. 124.

Tumultus monſtrifer. Lucan. lib. 2. 1.

¶ Monſtrificus, pen. corr. Adiectiuum, Idem (τερατουργὸς) Plin. lib. 21. cap. 5. 4, Inuenta eſt & in his ratio inſerendi, monſtrificis hominum ingenijs.

Artes monſtrificæ. Valer. 6. Argon. 31.

Gemmæ monſtrificæ. Plin. lib. 37. cap. 11. 7.

Effigies monſtrificæ. Plin. lib. 2. cap. 3. 2.

¶ Monſtrificabilis, & hoc monſtrificabile. Lucilius lib. 26, Nunc ignobilitas his mirum, ac monſtrificabile. Nonius.

¶ Monſtrificè, penult. correp. Aduerbium (τερατουργῶς) Plinius lib. 28. cap. 11. 18, Equarum uirus à coitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum uiſus repræſentare monſtrificè.

Montanus] μοντανὸς, Poeta, cuius meminit Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 3.

Montanus, Montiuagus, Montoſus] Vide Mons.

Monumentum] Vide Monimentum.

Monycha] monychæ (μώνυχα) Nomen eſt matris D. Auguſtini, cuius uitæ ſanctimoniam & ipſe Auguſtinus, & Maphæus Vegius Laudenſis uates literis mandauêre.

Monychus] pen. corr. (μώνυχος) Vnus fuit Centaurorum, de quo Iuuen. Satyr. 1. 2,

— quantas iaculetur Monychus ornos.

Componitur ex μόνος, νυχὸς, hoc eſt, ſolus & unguis, quòd pedem inſtar equi habuerit. Sunt enim μώνυχες, equi, quia ſolidas ungulas habent. Lucan. lib. 6. 77,

Aſpera te Pholoes frangentem Monyche ſaxa. Ouid. 12. Metam. 100.

Grauis Monychus. Valer. 1. Argon. 30.

Monyma] pen. corr. Mithridatis uxor, quæ in deſperatione rerum proſtigatarum, detractum è capite diadema collo circumligaſſe traditur, ſeſeq; ſuſpendiſſe, & quū corporis pondere laqueus ille diruptus eſſet, dixiſſe, Execrandum diadema, neq; in tam triſti miniſterio mihi profuiſti. Moxq; quum ſuper illud humi abiectum inſputaſſet, Eunucho regio iugulandum ſeſe obtuliſſe.



Digitized by Google

Monymus] μόνυμος, Fuit Corinthij cuiusdam trapezitæ seruus: qui quum Philosophiæ amore teneretur, cupereté; maximè operam dare Diogeni, neq; tamen hoc ipsum à domino posset impetrare, simulata insania monetam cœpit spargere, eoq; modo dimissus, ad philosophiam se conuertit, Diogenemq; sequutus est. Author Laertius.

Mopsion] μόψιον, Agri Pelasgici oppidum in Thessalia, apud Strabonem, lib. 9.

Mopsopia] μοψοπία, Attica regio, à Mopsope rege sic dicta, ut author est Strabo.

¶ Mopsopius, Adiectiuum (μοψόπιος) ut,

Iuuenis Mopsopius, Atheniensis. Ouid. 5. Metam. 133. de Triptolemo.

Mopsos] μόψος, Liberum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluuium situm, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Strab. lib. 14. μόψου ἱστίαν appellat.

Mopsus] μόψος, Nomen proprium uiri uatis, qui (ut P. Mela refert) In finibus Pamphiliæ Phaselim urbem cõdidit. Fuit & alter Mopsus Lapitha, id est, Thessalus, ut Strabo scribit lib. 9, qui fuit Ampicis & Cloridis filiæ Orchmeni filius. Alius fuit, cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi, Apollinis filius.

Sacer Mopsus. Valer. 1. Argon. 43.

Mora] moræ (τριβή, μέλλησις, ἀνάβολή, παρολκή) à Moror, moraris, ut quidam uolunt, Expectatio, temporis dilatio, prolatio, tarditas, procrastinatio.

Dispendia moræ. Virg. 3. Aen. 91.

Annosa mora, Tempus longum. Ouid. 5. Fast. 29.

Damnosa mora. Ouid. 11. Metam. 76.

Immensæ moræ. Ouid. epist. 1. 117.

Inanis mora. Quint. lib. 4. cap. 3. 6.

Iniusta mora. Quint. in Procem. lib. 6. 13.

Lenta mora. Ouid. epist. 2. 28. Vide Lentus.

Nostri mora longa laboris. Ouid. 12. Metam. 4.

Mera mora. Vide Merus.

Mora nulla. Cic. ad Atticum, lib. 5. 110. 1, In his γλυκύπικρον illud confirmas, moram mihi nullam fore.

Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. Terentius And. 5. 6. 7.

Mora nulla ad agendum. Cic. ad Att. lib. 5. 110. 1.

Tarda mora. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 6.

Abrumpere moras. Vide Abrumpo.

Acquirere moram ad aliquid agendum, & spacium alicui ad sese colligendum dare. Cic. pro Cecinna, 4.

Acquirere moram ad condemnandum. Vide Acquiro.

Afferre moram, Remorari. Hor. 2. Serm. Satyr. 14. 1.

Afferre moram supplicij. Cic. 7. Verr. 130. Et 5. Philip. 182. Ista legatio moram & tarditatem afferet bello.

Agitare moras. Vide Agito.

Assequi moram. Cicer. 9. Verr. 131, Apud te Prætorem si non effugium, nec moram quidem mortis, mentione atq; usurpatione ciuitatis assequi potuit?

Castigare moras. Virg. 4. Aen. 82. Vide Castigo.

Corripere moras. Ouid. 9. Metam. 57.

Creare moram. Plaut. Pseud. 5. 158.

Distincta & interuncta interualla, moræ, respirationesq; alios delectant: flumen alijs uerborũ, uolubilitasq; cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Cicero in Orator. 29.

Dimoue uocis moras: id est, Dic breuiter. Seneca Hippolit. 4. 46.

Dare moram. Terent. Hecyr. 1. 2. 52.

Parula mora dabitur. Iuuen. Satyr. 10. 34.

Ducere moras. Quint. lib. 4. cap. 2. 42.

In longam ducere uerba moram. Propert. lib. 1. eleg. 10. 2.

Effugere moras. Quint. lib. 4. cap. 2. 79.

Ne fabricate moras. Sil. lib. 16. 134.

Facere morã. Cic. ad Attic. lib. 16. 332. 2, De Publio autẽ quòd perscribi oportet, moram non puto esse faciendam.

Moram facere libidini. Liu. 7. bel. Pun. 1.

Ferre moras. Ouid. 6. Metam. 94.

Non tulit illa moram. Ouid. 10. Metam. 99.

Fit mora. Hor. 3. Carm. ode 14. 5.

Frangere moras portarum: id est, frangere portas quæ nos morantur. Stat. 10. Theb. 39.

Habeo aliquid moræ, dum promissa militibus perfaluo. Cassius ad Cic. lib. 12. 12. 6.

Inferre moram. Vide Infero.

Inferre moram & impedimentum alicui. Cicero 1. de Inuentione, 18.

Inijcere moram & religionem iudicandi iudicibus. Cicero pro Cecin. 3.

Innectere moras. Stat. 5. Theb. 149.

Interponere moras quibus infirmetur aliquis. Cicero 8. Philipp. 245.

Interposita fluminis mora. Vide Interpono.

Interponere moram. Cic. 2. Acad. 1, Quod cum audissemus, nullam moram interponendam putauimus, quin uideremus, &c. Idem 10. Philip. 269.

Breuem moram largiri alicui. Seneca Troad. 8. 5.

Metuere amori suo moram. Vide Metuo.

Moliri moram. Vide Molior.

Moue abs te moram. Vide Moueo.

Corda moras nectunt. Valer. 3. Argon. 75.

Obstat mora. Virg. 1. Aen. 150.

Limæ labor & mora poetas offendit. Hor. in Arte, 54.

Pellere moram. Ouid. 10. Metam. 131.

Pone moras, & studium lucri. Hor. 4. Carm. ode 12. 5.

Præbere moras. Senec. Herc. fur. 7. 10.

Quærere moras. Ouid. 2. Metam. 93.

Ad iudicij moram, aliquam excusationem quærere. Cicer. pro Rab. Posthum. 5.

Consulta moras extrema recusant. Sil. lib. 7. 65.

Rumpe moras omnes. Virg. 9. Aen. 3.

Segnes rumpe moras. Virg. 3. Georg. 9.

Mora fui illi rei. Terent. Adelph. 4. 5. 79.

Moræ esse. Plaut. Amph. 11. 15.

In mora esse. Terent. And. 3. 1. 9,

Sed sequere me intrò: ne in mora illi sis. id est, Moreris & detineas, uel inferas moram & impedimentum.

Mora est. Plaut. Capt. 14. 6,

Nam si alia memorem, quæ ad uentris uictum conducunt, mora est. id est, Diu immorarer.

Iamiam nulla mora est, sequor, & quò ducitis, adsum. Virg. 2. Aeneid. 141.

Non est mora libera nobis. Ouid. 2. Metam. 29.

Res magna preciumq; moræ erit. Virg. 9. Aen. 43.

Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? Cic. pro Mil. 40.

Ne sit mora. Terent. Adelph. 2. 1. 17,

Ne mora sit, si innumero, quin pugnus continuò in mala hæreat.

In me est mora. Terent. And. 2. 5. 9,

Neq; istic, neq; alibi tibi usquam erit in me mora. id est, Paratus sum quod uis facere.

In me mora non erit ulla. Virg. 3. eclog. 11.

Per te est mora. Terent. And. 3. 4. 14.

Quæ tantæ tenuêre moræ? Virg. 2. Aen. 57.

Tenuit mora nulla uocatos. Ouid. 1. Metam. 34.

Neue

Neue moram timeas, tempus quod quærimus instat. Ouidius de Ponto, eleg. 3.17.
Tollere moram iudicandi. Quint. lib. 4. cap. 4.4
Trahere moras. Virg. 10. Aen. 178.
Trahere moram, & tempora differre. Ouidius 9. Metamorphos. 154.
Trahere tot moras. Virg. 10. Aen. 178.
Haud mora consilijs, nec iussa recusat Aceſtes. Virgilius 5. Aeneidos, 150.
Nusquam mora. Virg. 4. Georg. 37.
Nec mora, nec requies. Virg. 3. Georg. 22.
Sine mora, Citissimè, celerrimè. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 18. 11.
Mora, aliud significat apud Celsum lib. 8. cap. 10. de crurum fe morumq; fractorum curatione, In crure æquè ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune uerò ei femoriq; est, quòd ubi deligatum est, in canalem conijciendum est. Is canalis & inferiori parte foramina habet, per quæ si quis humor exceſſerit, descendat: et à planta moram, quæ simul & sustineat eum, & delabi non patiatur: & à lateribus caua, per quæ loris datis mora quidem crus femurq; ut collocatum est, detineat.
Inter moras. Vide Inter præpositionem.
Mora, pro Luce æstiua: quæ quia longa est, Mora noctis dicitur, quòd noctem retardet, & tardius uenire faciat. Virg. 1. Aeneid. 150,

Quid tantum Oceano properant se tingere soles
Hyberni: uel quæ tardis mora noctib. obsitet. Tardis, pro Tardè uenientibus, inquit Seruius.

¶ Moramentum, moramenti (ἀνάβλωσις) Idem quod Mora. Apul. in Flor. Hiſce igitur moramentis omnibus qui uolunt equitare, aduectorem sibimet equum deligunt.
Mora Vaticana] μυόσβατος, A Romanis uocatum fuisse rubi fructum, author est Dioscorides lib. 4. cap. 35.
Moralis, Moratus] Vide Mos.
Morbonia] uel, ut alij, Morbouia. Sueton. Quidam ex officio admissionis simul expellens abire morboniam iusserat. Quo quidem in loco morbonia, uel morbouia, ut nomen oppidi, quod tum nusquam est, fingi uidetur: aut adeò populi ore frequentabatur, ceu oppidi nomen, sub sensu morbi et exitij. Hoc enim perinde est, ac si quis in malam crucem amandet, aut ad coruos abire iubeat. Certè compendium Dionis pro morbonia ἐς κόρακας habet. Ex Turnebo.
Morbus] morbi (νόσος, νόσημα) Habitus cuiuscunq; corporis contra naturam, qui usum eius faciat deteriorem. Cic. 4. Tusc. 43, Morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: uitiũ, quum partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas. Itaq; illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius ualetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.
Animi morbus. Salust. in Cic. 1, Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis, quàm morbo animi petulantia ista uti.
Morbus & imbecillitas corporis. Cic. Att. lib. 11. 214. 5.
Aeger morbo graui. Cic. 1. in Catil. 23.
Infirmus ex graui & diuturno morbo. Cic. 8. Philip. 237.
Insignia morbi. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 51.
Admonitio morbi. Vide Admoneo.
Acer morbus. Vide Acer adiectiuum.
Acutus morbus. Vide Acuo.
Adueniens & crescens morbus. Cicero 2. de Diuinatione, 210.
Ancipites morbi. Vide Anceps.
Amplior. Vide Amplus.
Cæcus. Vide Cæcus.
Caducus. Vide Cado.
Comitialis. Vide Comitia.
Declinans morbus. Vide Declino.
Grauis morbus. Cic. 1. Offic. 116.
Immanes morbi. Lucret. lib. 2. 94.
Impatibilis morbus. Vide Impatibilis.
Leuiores morbi. Quint. lib. 2. cap. 3. 5.
Longinquus morbus. Vide Longus.
Maior morbus, idem qui Comitialis, Celso libro 3. capite 23. teste Bud.
Missus morbus ad corpora à numine. Iuuen. Satyr. 13. 25.
Morosus morbus. Ouid. 2. de Arte, 65.
Pallentes morbi. Virg. 6. Aen. 55.
Pedicularis. Vide Pedicularis, in Pes.
Perniciales morbi. Vide Pernicies.
Regius morbus. Hor. de Arte, 42. Ictericiam aliter uocant.
Solstitialis morbus. Vide Solstitium, in Sol.
Morbus sonticus in x 11. tab. interpretatur, qui nocet. Sed Plinius eo nomine morbum comitialem intellexit, cum ita scripsit de lapide gagate, Deprehendit sonticum morbum. Nam Dioscorides scribit, ἁλιγχθὲ ἐπιλεπτικῶν. Turnebus.
Teter morbus. Catul. de Lesbia, epig. 71. 5.
Tremens morbus. Seneca Herc. fur 9. 16.
Absumi morbo. Vide Absumo.
Accessit spacium morbis. Vide Accedo.
Aduenit morbus. Vide Aduenio.
Afferre morbum. Vide Affero.
Affici graui morbo. Cic. pro Cluent. 24. Vide Afficio.
Affectus morbo. Lucret. lib. 1. 27.
Afflictari morbo. Vide Affligo.
Anni tempora morbos apportant. Lucret. lib. 5. 45.
Assurgere ex morbo. Vide Assurgo.
Assurgere è morbo. Tacit. lib. 18.
Auxiliari morbis. Vide Auxilior.
Cadere in morbum. Vide Cado.
Mentis morbo aliquo calere. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 16.
Ossa morbo collapsa. Virg. 3. Georg. 97.
Concipere morbum. Vide Concipio.
Confirmata ualetudo à morbo. Cic. ad Att. lib. 10. 20. 282. 2.
Conflictari morbo. Vide Conflicto.
Conijcere in morbum. Vide Conijcio.
Graues morbo nequeunt consurgere. Ouidius 7. Metamorphos. 116.
Contaminatus grex morbo turpium uirorum. Horat. 1. Carm. ode 37. 6.
Contrahere morbum. Vide Contraho.
Conualescere ex morbo. Cic. Planco, lib. 13. 30. 10.
Morbi corripiunt corpora. Virg 3. Georg. 95.
Crudescit morbus. Vide Crudus.
Crudescere cœpit morbus in processu. Virgilius 3. Georgicorum, 101.
Curare morbos. Quint. lib. 2. cap. 3. 5.
Delabi in morbum Cic. ad Att. lib. 7. 125. 1.
Depellere morbum. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 7.
Euadere ex morbo dicitur ægrotus. Cicero 2. de Diuinatione, 20.
Tristes euincere morbos. Tib. lib. 4. eleg. 11. 1.
Animæ non euolitant morbis. Lucret. lib. 3. 147. hoc est, Non effugiunt morbos, non sunt à morbis immunes.
Exasperatur morbus. Celsius lib. 2. cap. 14.
Facere morbum. Celsus in proœm. lib. 1.
Medicinam facere morbo. Vide Medico.

Iactari morbo. Hor. 2. Serm. Satyr. 3.25.
Impediri morbo. Cic. Lent. lib. 1.10.101.
Implicitus morbo. Lucret. lib. 6.248. Vide Implico.
Impugnatur morbus. Vide Impugno.
Inceſsit morbus in caſtra. Vide Inceſſo.
Incidere in morbum. Cic. pro Cluent. 138.
Inclinatur morbus. Vide Inclino.
Incurrere in morbos. Vide Incurro.
Incutere morbos. Lucret. lib. 6.155. Vide Incutio.
Ingruunt morbi gentibus uniuerſis. Vide Ingruo.
Inijci in morbum. Vide Injicio.
Intabeſcere morbo. Cic. 3. de Nat. deor. 123.
Inuaſit morbus. Vide Inuado.
Laborare morbo. Cic. 1. de Fin. 91.
Languebant pleraq; morbo. Lucret. lib. 6.246.
Leuare morbum alicui. Vide Leuis.
Leuari morbo. Cic. Cornific. lib. 12.29.4.
Mederi morbis. Quint. lib. 1. cap. 10.5.
Moriturus inerti morbo. Ouid. 7. Metam. 110.
Nec tibi uis morbi nocuit. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.8.
Venienti occurrite morbo. Perſ. Satyr. 3.7.
Oppreſſa eſt morbo mulier. Cic. pro Cluentio, 15. Et ad Atticũ, lib. 15.321.1, Quum hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuiſò morbus oppreſſerit?
Perire morbis. Hor. 2. Serm. Satyr. 3.32. Vide Pereo.
Ingraueſcentem morbum præuidere. Vide Ingrauo.
Recreari è morbo. Cic. Poſt reditum, 3.
Releuare morbum. Cicero in Catil. Sic morbus qui eſt Repub. releuatus iſtius pœna, uehementius uiuis reliquis ingraueſcet.
Remouere morbum. Cic. Attic. lib. 11.207.6.
Exangui ſqualebant corpora morbo. Ouidius 12. Metamorphoſ. 126.
In morbo eſſe. Cicero 4. Tuſculan. 14, Qui in morbo ſunt, ſani non ſunt.
Tentari morbo. Cic. 4. Tuſc. 48.
Acuto morbo tentantur renes. Horatius 2. Sermon. Satyra 3.33.
Vrgeri morbo. Cic. de Fato, 27.
Reliquiæ morborum lentæ. Celſ. lib. 2. cap. 15.
Vnde ſint morbi. Celſ. in Præfat. lib. 9.
Morbus in ſummo incremento. Celſ. lib. 3. cap. 8.
Longi morbi. Celſ. lib. 3. cap. 1.
Recentes morbi. Celſ. lib. 2. cap. 14.
Regius morbus. Celſ. lib. 3. cap. 24, Aequè notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Paulò pòſt, Color autem eum morbum detegit, maximè oculorum: in quibus quod albũ eſſe debet, fit luteum. Soletq; accidere & ſitis, & dolor capitis, &c. Deinde ad finem capitis, Per omne uerò tempus utendum eſt exercitatione, frictione: ſi hyems eſt, balneo: ſi æſtas, frigidis natationibus: lecto etiam & conclaui cultiore clauſo uti, ludis, laſciuia, per quæ mens exhilaretur. Ob quæ regius dictus uidetur.
Vetus morbus. Celſus lib. 3. cap. 26.
Leuatur morbus. Celſus lib. 2. cap. 8.
Mutare morbum. Celſus lib. 3. cap. 9, Nonnunquam etiam lentæ febres ſine ulla remiſſione, corpus tenent: ac neque cibo, neq; ulli remedio locus eſt. In hoc caſu medici cura eſſe debet, ut morbum mutet.
Opportunus morbo. Celſ. lib. 1. cap. 5.
Occupat morbus. Celſ. lib. 5. cap. 27.
Subſiſtentes morbi. Celſus in Præfat. lib. 1.
Suſtinere morbum. Celſus lib. 2. cap. 8.
Teneri morbo. Celſus lib. 2. cap. 17.
Tollere morbum. Celſus in Præfat. lib. 7.
Tranſire ad morbum. Celſ. lib. 3. cap. 19.
Vacare morbo. Celſ. lib. 3. cap. 22.
Vacare à morbis. Celſus lib. 2. cap. 1.
Morbus uincit medicamenta. Celſus lib. 7. cap. 33.
Morbus & uitium apud Iuriſconſultos differunt. Morbus, eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam, qui uſum eius facit deteriorem: ut phthiſis, febris, cæcitas. Vitium uerò, partium corporis inter ſe diſſidentia, ex quo ſimus deformes: ut balbum eſſe, & atypum, & reliqua id genus. Sed qui morboſus eſt, is etiam eſt uitioſus: non contrà. poteſt enim quis uitioſus eſſe, & non morboſus. Hæc Gellius ex Cæcilio Sabino, lib. 4. cap. 2.
¶ Morbidus, pen. corr. Adiectiuum (νοσῶδες) Morbo affectũ ſignificat, uel morbis obnoxium. Varro 3. de re Ruſt. cap. 16.17, Aut quum ſunt apes morbidæ propter primores uernos paſtus.
Morbida uis, Quæ morbum affert. Lucret. lib. 6.220. Idem, —ſit morbidus aer.
¶ Morboſus, pen. prod. Adiectiuum (νοσώδης) Morbo confectus, aut morbo obnoxius, qui Valetudinarius etiã dicitur. Cato cap. 2. 4, Ferramenta uetera, ſeruum ſenem, ſeruum morboſum, & ſi quid aliud ſuperſit, uendat.
Iracundi, ſoli morboſi. Cic. 4. Tuſc. 85.
Mordeo] mordes, momordi, morſum (δάκνω, δήκω, κατα δήσω, τολμήσω) mordere, Dentibus lædere & corripere.
Momordi. Ouid. 9. Metam. 13,
—tum deniq; tellus
Preſſa genu noſtro eſt, & arenas ore momordi.
Morſi, aliquando fecit in præterito. Plautus in Trigeminis, Ni fugiſſem, inquit, medium credo prærmorſiſſet. Ex Gellio lib. 7. cap. 9.
Latrant & mordent canes. Cic. pro Roſc. Amer. 34.
Mordere humum. Plaut. Merc. 18.9.
Frænum mordere. Brutus Cic. lib. 11.23.3. Vide Frænum.
Mordere herba dicitur ſapore acri. Plin. lib. 12. cap. 19.10. Sic lib. 22. cap. 14.1, Mordens folium.
Aeſtus momordit oleam. Hor. 1. epiſt. 8.1.
Amnis mordet rura aqua. id eſt, radit. Horat. 1. Carmin. ode 31.2.
Mordere, per translationem, Detrahere alicui. Terent. Eunch. 3.1.21,
—inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum: ego non floccipendere.
Iniquo dente mordere, Calumniari. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9.25.
Dente inuido mordeor. Hor. 4. Carm. ode 3.4.
Morderi dictis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1.5.
Opprobrijs falſis morderi. Hor. 1. epiſt. 17.8.
Non mordenda tibi turba fidelis erat. Ouidius 4. de Pont. eleg. 14.10.
Mordere, Pungere. Cic. Attico, lib. 12.215.10, Quòd rogas ut in bonam partem accipiam, ſi qua ſunt in tuis literis quæ me mordeant.
Prigora mordent parum cautos. Hor. 2. Serm. Satyr. 6.9.
Morderi conſcientia. Cic. 4. Tuſc. 68.
¶ Morſus, Partic. (δηχθείς) Plin. lib. 29. cap. 3, Datur morſis à rabioſo, ne rabidi fiant.
¶ Morſus, huius morſus, maſcul. gen. (δηγμὸς, δῆξις, λάφυς) Dentium læſio uel apprehenſio. Cic. ad Atticum, libro 12. 241.9, Dum recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodã dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.
Viperinus morſus. Cic. 2. de Fin. 251.
Funeſto morſu faucius. Ouid. 11. Metam. 75.
Apprehendere morſu. Vide Apprehendo.

Pere

Fero consumite uiscera morsu. Ouid. 4. Metam. 23.
Corripere morsum. Vide Corripio.
A pecoris morsu frondes defendite nostras. Ouidius 9. Metamorph. 77.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros. Virgilius 3. Aeneidos, 79.
Inferre morsus alicui. Ouid. 11. Metam. 12.
Lacerare morsu uiscera. Vide Lacer.
Leo parat morsus. Seneca Herc. fur. 11. 11.
Premere morsu. Lucret. lib. 3. 133.
Vastis morsibus prædam leo premens. Seneca Troade, 9. 13.
Citra morsum. Vide Citra.
Bibere morsu. Vide Bibo.
Vnci morsus, De anchora dicitur, terræ uel fundo infixa. Lucan. lib. 3. 139.
Morsus, coniunctio & nexus dicitur, ubi lorica cum fibulis cõnectitur. Sil. lib. 7. 126,

Strage super lapsus socium, quà fibula morsus
Loricæ crebro laxata resoluerat ictu.

Coire ad morsum. Vide Coeo.
Morsus, pro Liuore morsiuncularum. Lucret. lib. 4. 219,

Blandaq; refrenat morsus admista uoluptas.

Ex mulierum morsu uestigia libidinis atque nequitiæ. Cicero 7. Verr. 17.
Morsus, Dolor & ægritudo. Cicer. 3. Tusc. 103. Ibidem, 140,

Aegritudo erit sublatà illa mœrens, morsus tamen & contracti unculæ animi relinquentur.

Sopitus necis morsus. Sil. lib. 13. 55.
Morsus, pro Inuidia & detractione: ut,
Insequi morsibus aliquem. Ouid. 13. Metam. 115.
Acres incitare morsus. Catul. ad passerem Lesbiæ, epig. 2. 1.
Incitat & morsus error uterq; pares. Ouid. epist. 18. 23.
Venerare morsu. Hor. 1. epist. 14. 8.
¶ Morsiuncula, morsiunculæ, pen. corr. Diminutiuum (ἀνγμάτιον) Paruus morsus. Plaut. Pseud. 3. 65,

Compressiones arctæ amantium compares,
Teneris labellis, molles morsiunculæ.

¶ Mordax, mordacis, penult. product. om. gen. (δάκτυς, δακτικὸς, κόρτομος, παυδακέτης) Qui mordendo lædit. Plautus Truc. 8. 1,

Num tibi iã amabo ianua est mordax mea, quò introire
Metuas mea uoluptas?

Ferro mordaci icta pinus. Hor. 4. Carm. ode 6. 2.
Mordax folium, Pungens & tactum feriens uel gustum. Plin. lib. 16. cap. 24. 3.
Mordax uis. Plin. lib. 9. cap. 45. 1.
Mordax homo, Detractor. Cic. 3. de Orat. 133.
Liuidus & mordax. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 19.
Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam. Ouidius 2. Tristium, 113.
Sollicitudines mordaces. Hor. 1. Carm. ode 18. 1.
Mordacissimus, penult. corr. Superlatiuum. Plinius libro 17. cap. 18. 1.
¶ Mordacitas, pen. correp. mordacitatis (τὸ δακτικὸν) Plin. lib. 21. cap. 15. 6, Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. De urtica, & similibus.
¶ Mordicibus (δάγμασι) pro morsibus. Plaut. Aul. 7. 57,

Asini me mordicibus scindant, boues incursent cornibus.

¶ Mordicùs, pen. corr. Aduerbium (ὀδάξ) Mordendo. Plaut. Curc. 13. 7,

Manum mordicus arripuit. Varr. 2. de re Rust. capite 7. 8, Ille impetum fecit in eum, & mordicùs interfecit. De equo.

Diuellere mordicùs agnam. Hor. 1. Serm. Satyr. 8. 6.
Auferre mordicùs auriculam alicuius. Cicer. Quint. frat. libro 3. 20. 3.
Mordicùs, Strictim, & quasi morsu ac dente. Suetonius in Cæsare, cap. 64, Paludamentum mordicùs trahens, ne spolio potiretur hostis.
Mordicùs tenere, per translationem, pro Summa pertinacia tueri. Cic. 4. Acad. 93, Nam ab omnibus eiusmodi uisis perspicuitatem, quam mordicùs tenere debemus, abesse dicemus. Idem 4. de Fin. 126.
¶ Morsicatim, penult. correpta (δακτικῶς) Mordendo, antiquè. Varro, Sicut pulli incedunt, & in bellis morsicatim ludunt.
Morcus] Fluuius est ex Alpibus defluens, unus eorum qui à Pado excipiuntur: de quo Plin. lib. 3. cap. 16.
Moretum] moreti, pen. prod. neut. gen. (μυττωτὸν) Genus libi ex farina, lacte, uino, caseo, & herbis confectum: quale describitur à Virgilio in eo opusculo, cui titulus est Moretũ. Ouid. 4. Fast. 74,

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum, &c.

Moribundus] Vide Morior, in Mors.
Morigeror] Vide Mos.
Morini] penultima correpta (μορινοὶ) Populus Galliæ Belgicæ ad Oceanum, ut scribit Pomponius libro 3. Virgil. 8. Aeneid. 146,

Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis.

Morio] morionis (μωρίων) Stultus. Morionès sunt fatui, quos in delicijs principum esse uidemus. Martial. libro 12. capite 90,

Paruum basiat usq; morionem. Idem lib. 18. 4,
Morio dictus erat, nigrinti millibus emi.

Morion] Gemma est, de qua sic Plin. Morion Indica, quæ nigerrimo colore translucet, uocatur pramnion: in qua miscetur & carbunculi colos Alexandrinum: ubi Sardæ, Cypriũ, Nascitur & in Tyro & in Galatia. Xenocrates & sub Alpibus nasci tradit. Hæc ille, lib. 37. cap. 10.
Morisseni] Thraciæ populi, circa Ponti littora incolentes: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.
Morior] Vide Mors.
Mormyra] Piscis est marinus, uarijs coloribus pictus: cuius memimit. Ouid. in Halieut. referente Plinio lib. 32. cap. ult.
Morochthus] μόροχθος, Lapis est in Aegypto nascens, quẽ nonnulli à lacteo colore Galaxiam & Leucographia appellant. Vtuntur eo linteariorum officinæ ad candorem uestium, propterea quòd mollis sit, & facillimè diluatur. Author Dioscorides lib. 5.
Moror] moraris, moratus sum (ἐπέχω, χρονίζω, προσδιατρίβω, περιμένω) morari, Detinere, retardere. Terent. Heaut. 1. 1. 120,

Egomet conuiuas moror. Cicer. 5. Philipp. 182, Et belli celeritatem morabitur.

Diutius morari. Cic. 3. de Orat. 43.
Longius morari in loco aliquo. Propert. lib. 3. eleg. 20. 3.
Longo morari tempore. Virg. 3. Georg. 113.
Morari emori. Catul. ad Seipsum, epig. 49. 1.
Moror ferre. Virg. 8. eclog. 22.
Consurgunt nautæ, & magno clamore morantur: id est, retrò agunt. Virg. 5. Aen. 42.
Per leue morari. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 18.
Iter alicuius morari. Ouid. epist. 18. 4.
Longa ambage aliquem morari. Ouid. 7. Metam. 105.
Longis ambagibus aliquem morari. Hor. 1. epist. 7. 17.
Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua. Hor. epist. 2. 4.
Carmina morantur oculos alicuius aures q̃. Hor. 1. epist. 13. 4.
Ne multis morer. Cic. 6. Verr. 93.

Non moror: hoc est, Non obsto, non repugno. Terentius Eunucho, 3.2.7.

Quod quum secus erit, quid te Apulia moretur? Cic. ad Attic. lib. 4. 86. 1.

Moratur aliquem pietas curaq; alicuius, quo minus quid efficiat. Hor. 1. epist. 14. 2.

Moratur me quin. Plaut. Aulul. 22. 5.

Non morari in dicendo, &c. Cic. pro Cluent. 134.

Ac ne pluribus moremur in re confessa, in regione Italiæ octaua, &c. Plin. lib. 7. cap. 49. 4.

In paruis morari. Ouid. 2. de Arte, 107.

Non circa uilem, patulumq; moraberis orbem. Horat. in Arte, 27.

Morari apud aliquem. Pomp. in l. Quintus. §. ad authoritatẽ. ff. de annuis legatis & fideicommiss.

Morari cum aliquo. Scæuola in l. annua. ff. de annuis legat. & fideicommiss.

Morari solutionem, Differre. Paulus in l. si seruum stip. §. sed si. ff. de uerbor. obligat.

Morari, Expectare. Lentulus Senatui, lib. 12. 15. 3, Diutius morari aut expectare præsidium, non necesse habui.

Morari, Habitare. Brutus ad Cic. lib. 11. 23. 3, Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi à te literæ ueniant, in Italia morabor. Cæs. 4. bel. Gall. 543.

Qua spe inimica in gente moratur. Virg. 4. Aen. 47.

In urbe morari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 2.

In una sede morari. Ouid. 2. Metam. 170.

Sub dio morari. Hor. 2. Carm. ode 3. 5.

Morari, Curare, æstimare. Liu. 2. ab Vrbe, 104, Ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut uenderet liberos, nepotesue eius moraretur. Ibidem, lib. 4. 180, C. Sempronium nihil moror, quando hoc est, in imperio consecutus, ut tam charus esset militibus. Cic. in Verrem, Nihil moror eos saluos esse, & ire quò lubet. Vide Nihil.

Nihil ne ego quidem moror, quo minus Decemuiratu abeam. Liu. 3. ab Vrbe, 225. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 3.

Nil moror officium quod me grauat. Hor. 2. epist. 1. 54.

¶ Morandi, morando, morandum, Gerundium. Virg. 10. Aen.

Aeneæ subijt mucronem, ipsumq; morando
Sustinuit. Vbi Seruius, Morando, Moram iniciendo eius impetum lusit.

Causas innectit morandi. Virg. 4. Aen. 11.

¶ Morans, morantis, Particip. (ἐπέχων) Virg. 4. Georg. 15.

——nanq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat. Seruius, Tardè incedentes.

Tempore longo morans. Virg. 3. Georg. 113.

Reditum alicuius morans. Hor. 3. Carm. ode 5. 11.

Lapsus fluminum morans Orpheus. Hor. 1. Carm. ode 12. 2.

¶ Moratus, pen. prod. (προσδιατρίψας) Aliud participium. Liuius 4. bel. Pun. 187, Et ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta, &c. Cic. ad Att. lib. 5. 104. 2, Moratus triduum Laodiceæ, & triduum Apameæ, & totidem dies Synade.

Non multis ille moratus. Ouid. 1. Fast. 33.

Haud multa moratus dat dextram iuueni. Virg. 3. Aen. 122.

Lachrymis & mente morata. Virgilius 4. Aeneidos, 130. De Didone.

Ira morata. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.

Oscula sunt labris nostra morata tuis. Prop. lib. 2. eleg. 16. 2.

Planta morata expensa gradu. Prop. lib. 2. eleg. 4. 2.

Vultum diu tellure moratum erexit. Ouidius 14. Metamorphos. 22.

¶ Morandus (ἐπιστέος) Aliud participium futuri temporis: ut,

Fraude aliqua morandus est pater. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 4.

Spectator morandus illecebris, & grata nouitate. Horatius de Arte, 46.

¶ Morator, pen. prod. (ἐμποδιστὴς) Liu. 2. ab Vrbe, 190, Quatuorq; Tribunorum aduersus unum moratorem publici cõmodi auxilio delectum Coss. habent.

Morator, Ministerij nomen erat in ludis Circensibus, quo quis fungebantur, ut conijcere est, quadrigarios & bigarios morabantur, ne ante tempus, aut non suo ordine currerent: & ut inter missus internalla essent. Hoc ex priscis titulis eruit Turnebus: in quorum uno sic legitur, Q. Rapidio, Q. F. Lem. Mulioni moratori ludi Circensis.

¶ Moratorius, Adiectiuum (ἐμποδιστικὸς) Paulus iureconsul. Quo minus prædium iure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. hoc est, Cautio quæ datur ut quis differat & expectet.

Moros] μῶρος, Latinè fatuus & insipiens dicitur, teste Budæo. Plaut. Trinum. 10. 43,

Is mores hominum moros & morosos efficit. De amore loquitur. A quo,

¶ Morari, prima longa (μαίνειν) Insanire significat. Cuius exemplum in scommate illo Neroniano apud Tranquillum in Nerone, cap. 33, Certè omnibus rerum uerborumq; consuetudinis mortuum insectatus est, modò stultitiæ, modò sæuitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines desiisse, producta prima syllaba, iocabatur: multaq; decreta ut insipientis atq; deliri pro irritis habuit. Morari pro stupidè, et fatuè, & delirè agere dixit: quod Græci μωραίνειν dicunt. Budæus.

Morologus, Morosus] Vide Mos.

Morosophus] pen. corr. (μωρόσοφος) Nomen hominis, inter stultum & sapientem ambigui. Bud. Vn sage fol.

Morpheus] disyllabũ, huius Morphei uel Morpheos, pen. corrept. (μορφεύς) Filius aut minister Somni dei: sic dictus, quòd dormientib. inducat uarias formas & uisiones. Ouid. 11. Metam. 128,

Excitat artificem simulatoremq; figuræ Morphea.

Morphnus] μορφνὸς, Aquilæ genus, circa paludes & lacus uitam præcipuè agens: ab Homero Percnos, ab alijs etiam Plancus & Anataria appellatur. Vide Plin. lib. 10. cap. 3, ubi sex aquilarum genera enumerat, Melenaeton, Pygargon, Morphnon, Pernopterum, Gnesium, et Halyaeton, etc.

Mors] mortis (θάνατος, τελευτὴ, μόρος, τέλειμος, μοῖρ) Cicero 1. Tusc. 29, Sunt enim qui discessum animi à corpore putent esse mortem.

Mors, Dissolutio. Cic. 2. de Fin. 161, Quæro aũt quid sit, quòd quũ dissolutione, id est, morte sensus omnis extinguatur, etc.

Extremum omnium rerum mors. Cic. Torquato, lib. 6. 21. 4.

Finis uitæ miseræ mors esse uidetur. Cic. 1. Tusc. 16.

Mors non est interitus omnia tollens atq; delẽs, sed quædã quasi migratio commutatioq; uitæ: quæ in claris uiris & fœminis dux in cælum soleret esse. Cic. 1. Tusc. 44.

Mors ultima linea rerum est. Hor. 1. epist. 17. 16.

Mors est migratio in eas oras, quas qui è uita excesserunt, incolunt. Cic. 1. Tusc. 156.

Mortes, pluraliter, apud Plinium iuniorẽ epist. 169, Cõfecerunt me infirmitates meorũ, mortes etiã, & quidem iuuenũ. Item apud Plinium auunculũ lib. 7. cap. 53. 1, In primis aũt miraculo sunt atq; frequenti, mortes repetitæ. Sic Mart. lib. 1. 94. Et lib. 3. 22, Mortes blãdæ. Cic. 2. de Fin. 156, Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. Quint. Declamat. 2, Contra uerbera et experimenta telorum, mortium pertulêre patientiam.

In morte. Vide In præpositionem.

Obnoxia morti. Ouid. 14. Metam. 120.

Arbiter

*Arbiter mortis*, Pluto. Seneca Herc. fur. 7. 12.
*Cupidus mortis*. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 20.
*Iusta exequialia mortis*. Stat. 11. Theb. 122.
*Fax mortis*. Ouid. epist. 20. 35.
*Gradus mortis*. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.
*Ianua mortis*. Silius lib. 11. 38.
*Imago mortis*. Virg. 7. Aeneid. 74.
*Imago mortis, somnus*. Cic. 1. Tusc. 147.
*Laquei mortis*. Horat. 3. Carm. ode 24. 2.
*Metæ mortis*. Virgilius 12. Aeneid. 110. de Aeolo quodam. Vide Meta.
*Mora mortis*. Ouid. epist. 10. 17.
*Nigror mortis*. Lucret. lib. 3. 8.
*Fallaces notæ mortis et uitæ*. Celsus lib. 2. cap. 6.
*Solamen mortis*. Ouid. 12. Metamorph. 17.
*Acerba mors*. Ouid. 14. Metamorph. 38.
*Adaperta mors*. Vide Adaperio.
*Admota mors*. Vide Admoueo.
*Aegra mors*. Virg. 3. Georg. 103.
*Amara mors*. Propert. lib. 1. eleg. 18. 4.
*Bona mors, pro laudabili & cita*. Plin. epist. ult. lib. 2.
*Mors quæstu certior*. Colum. lib. 1. cap. 3. 2. Vide Orcus.
*Cita mors*. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 2.
*Communis omni ætati mors*. Cic. de Senec. 62.
*Complorata mors*. Cic. pro Domo sua, 75.
*Consentanea mors*. Vide Consentaneus.
*Cruenta mors*. Ouid. epist. 2. 28.
*Definita omnibus mors*. Cic. pro Sestio, 38.
*Deliberata mors*. Horat. 1. Carm. ode 37. 6.
*Discreta mors*. Ouid. 11. Metam. 140.
*Dura mors*. Virg. 10. Aeneid. 159.
*Extrema iam in morte*. Virg. 2. Aeneid. 90. *Ibidem*, 11. 170.
*Famosa mors*. Horat. de Arte, 95.
*Fera mors*. Ouid. in Ibin, 80.
*Fortuna mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita*. Cic. 14. Philipp. 405.
*Gelida mors*. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 9.
*Grauis, immatura, misera mors*. Quint. lib. 6. cap. 3. 76.
*Horrida mors*. Senec. Herc. Oeth. 16. 2.
*Immatura mors*. Cic. 4. in Catil. 75. Vide Immaturus.
*Indiuidua mors est noxia corpori*. Senec. Troad. 5. 67.
*Indomita mors*. Horat. 2. Carm. ode 14. 1.
*Instans mors*. Silius lib. 8. 29.
*Inuidiosior mors*. Ouid. 7. Metam. 123.
*Non inuisa est mors ista mihi*. Sen. Octau. 17. 19.
*Lurida mors*. Silius lib. 13. 112.
*Merita morte perire*. Virgil. 4. Aeneid. Hoc sic declarat Turnebus: Mors est quædam naturalis, cum fatalem annorum summam confecimus, ut cum morimur in senectute profunda: mors est etiam merita, ut quam bellorum casus, & morbi intemperantia & cruditate quæsiti, aut scelera & crimina afferunt. Meruit enim mori, qui in aciem prodijt. Hinc illud Aeneæ,

— & si fata fuissent,
Vt caderem, meruisse manu. Is quoq; mortẽ lacessit, qui luxuriosè intemperanterq; uiuendo ualetudinem labefactat.

At nec fato, nec merita morte Dido occidebat, sed morte immerita, ut subito furore correpta. Hæc ille.
*Nec opina morte perdere aliquem*. Ouid. 1. Metamorph. 46.
*Obita mors*. Lucret. lib. 1. 27.
*Pulcherrima mors*. Plin. epist. 16. c. lib. 3.
*Rapax mors*. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 13.
*Sicca mors: id est, mors sine uulnere aut cæde*. Iuuenal. Satyr. 10. 12.
*Turpis mors*. Lucret. lib. 6. 250.
*Squalida mors*. Senec. Medea, 10. 1.
*Abstulit clarum cita mors Achillem*. Horat. 2. Carm. ode 16. 6.
*Absumi morte*. Vide Absumo.
*Absumptus morte*. Vide Absumo.
*Accelerare mortem*. Lucret. lib. 6. 155.
*Accersere mortem*. Lucan. lib. 8. 128.
*Turpis mors forti uiro non potest accidere, neq; immatura Consulari, nec misera sapienti*. Cic. 4. in Catil. 75.
*Loca mortis adire*. Ouidius 14. Metam. 25.
*Afficere morte*. Cic. pro Cluentio, 135, *Homines inimicos suos morte affici uolunt*.
*Afferre mortem alicui*. Seruius Cic. lib. 4. 12. 7.
*Anteponenda seruituti turpitudiniq; mors*. Cic. 1. Off. 114.
*Appetere mortem*. Cic. 4. in Catil. 7. *Ex uetusto codice rectius legitur, oppetiuerunt mortem*.
*Iusta morte cecidêre Centauri*. Horat. 4. Carm. ode 2. 3.
*Capere plures mortes, Mori pluribus mortibus*. Quintilianus in Milite Mariano.
*Honore mortis carentes*. Virg. 6. Aeneid. 67.
*Mors atris circunuolat alis*. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 12.
*Vitam cum morte commutare*. Seruius Cic. lib. 4. 5. 7.
*Conficere extremum diem morte*. Cic. 3. de Fin. 114.
*Consciscere sibi mortem*. Vide Conscisco.
*Consecuta mors matrem*. Vide Consequor.
*Immiti consumptus morte*. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 11.
*Contemnere mortem*. Seneca Herc. fur. 8. 5. Cic. 1. Tusc. 160.
*Instructus ad mortem contemnendam*. Vide Instruo.
*Conceptam mortem precordijs continere*. Cic. 1. Tusc. 154.
*Damnatus morti, De cuius uita desperatur*. Lucret. lib. 6. 249.
*Debentur morti nos, nostraq;*. Horat. de Arte, 13.
*Decreta mors est*. Seneca Hippol. 2. 29.
*Dédere aliquem morti*. Vide Dedo.
*Demittere aliquem morti*. Virg. 5. Aeneid. 139.
*Depellere mortem*. Ouid. epist. 14. 26.
*Deprecari mortem*. Ouid. 2. Fast. 21. Et 1. de Ponto, eleg. 2. 12.
*Deuincere mortem*. Seneca Herc. Oeth. 12. 8.
*Deuota morti pectora*. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.
*Anima dirempta morte*. Lucret. lib. 1. 23.
*Dare morti aliquem*. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 4.
*Omnes per mortes animam sontem dare*. Virgilius 10. Aeneid. 171. id est, *per omnia mortis genera, hoc est, per omnia supplicia*. Seruius.
*Duci ad mortem*. Cic. 1. Tusc. 160.
*Eripere aliquem morti*. Virg. 12. Aeneid. 32.
*Exigere mortem*. Seneca Theb. 1. 32.
*Pœnam exigere morte*. Senec. Agamem. 13. 9.
*Mors eximit infœlicitates*. Lucret. lib. 3. 177.
*Honesta mors sæpe uitam turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit*. Cic. pro Quintio, 28.
*Vulnera non explent mortem*. Lucan. lib. 6. 42.
*Nulla morte nec igni excuti luctus*. Silius lib. 6. 9.
*Manu facta mors*. Ouid. in Ibin, 30.
*Defertaq; tulit fine funere mortes*. Stat. 9. Theb. 6.
*Finire dolores morte*. Ouid. 1. Metam. 66.
*Functus morte*. Ouid. 11. Metam. 116.
*Tormenta malæ conscientiæ in morte grauescunt*. Lucretius libro 3. 207.
*Habere mortem in procinctu*. Quintil. in Milite Mariano.
*Horrere mortem*. Virg. 10. Aeneid. 176.
*Illachrymare morti alicuius*. Vide Illachrymo.
*Mors imitata quietem*. Stat. 5. Syl. 3. 52.
*Imminet & impendet mors*. Cic. 1. Tusc. 144. Idẽ 1. de Fin. 91.
*Imperare mortem, & Eripere mortem alicui, contraria*. Seneca Thebaid. 1. 21.



Digitized by Google

Mortem senioribus imputat annis. Ouid. 15. Metam. 94.
Inferre mortem. Vide Infero.
Præsentemq; uiris intentant omnia mortem. Virg. 1. Aen. 19.
Interire morte. Ouid. in Ibin, 81.
Mors res interimit. Lucret. lib. 2. 200.
Inuenire mortem manu. Virg. 2. Aeneid. 129.
Viam mortis inueniam. Seneca Herc. fur. 13. 22.
Irrumpere mortes. Ouid. 11. Metam. 108.
Iuncta leniuit morte dolorem. Silius lib. 17. 96.
Luctari morti: hoc est, morti reluctari seu repugnare: uel pugnare cum morte. Silius lib. 10. 5.
Luere quippiam morte. Vide Luo.
Mactare morte. Vide Macto.
Maturare alicui mortem. Vide Maturus.
Minari mortem. Quint. lib. 5. cap. 10. 31. Cic. 4. in Catil. 92. Mors, quã illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata.
Mitti ad mortem. Cic. 1. Tusc. 154. Vide Mitto.
Multari morte. Cic. pro Cluentio, 21.
Multare tristi morte. Vide Multo.
Mortem obire, Mori. Festus, Mortem obijsse, ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui, ob Romam legiones ductas: & ob Troiam duxit exercitum: pro ad. similiterq;, Vadimonium obijsse: id est, ad uadimonium isse: & obuiam, ad uiam. Hactenus Festus. Cic. 5. Philip. 198, Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obijt? Et pro Sestio, 50, Morte obita. Vide Obeo.
Multi mortem obeunt. Lucret. lib. 4. 205.
Morti obijcere. Cic. in Vatinium, 17.
Occumbere morti, mortem, & morte. Vide Occumbo. Cic. 1. Tusc. 163.
Ignobili atq; inhonesta morte occumbere. Vide Ignobilis.
Occupauit eum mors. Vide Occupo.
Offerre mortem alicui. Cic. pro P. Sestio, 45.
Oppetere mortem. Cic. 5. Verr. 119.
Claræ mortes pro patria oppetitæ. Vide Clarus.
Honesta mors nunquam fugienda, sæpe etiam oppetenda. Marius Cic lib. 11. 28. 10.
Opponere aliquem morti. Virg. 2. Aeneid. 26.
Orare mortem. Virg. 4. Aeneid. 90.
Peragere mortem. Plin epist. 14. lib. 3.
Perdere mortes. Stat. 9. Theb. 12.
Indignè morte peremptus. Virg. 6. Aeneid. 33.
Pulchram petunt per uulnera mortem. Virgil. 4. Georg. 44.
Morte boum tellus placanda duarum. Ouid. 4. Fast. 133.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores. Ouidius 3. Metamorph. 95.
Poscere mortem sub armis. Silius lib. 10. 12.
Præstat mors omnia mortuo, quæ uiuo. id est, relinquit. Lucretius lib. 3. 43.
Precari mortem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 12.
Premere aliquem mortibus. Lucan. lib. 7. 172.
Importuna mors omne sacrum profanat. Ouidius 3. Amor. eleg. 8. 4.
Pulchram properat per uulnera mortem. Virg. 9. Aeneid. 81.
Nec nimio rigida prostrati morte iacebant. Lucret. lib. 6. 241.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.
Morte & suspendio remedium iniuriæ suæ quærere. Cicero 5. Verr. 110.
Placida morte quieuit. Virg. 9. Aeneid. 90.
Reducere aliquem à morte. Virg. 4. Aeneid. 75.
Morte aliquid relinquere. Virg. 4. Aeneid. 87.
Resignat lumina morte. Virg. 4. Aeneid. 49. de Mercurio.
Satisfacere morti. Quint. in Pariete palmato, Et an morti satisfeciſſet, intellexit. hoc est, an omnino patrem occidisset.
Miseram solari mortem. Virg. 10. Aeneid. 166.
Sternere aliquem morti. Virg. 12. Aeneid. 93.
Sternere aliquem subita morte. Virg. 11. Aeneid. 160.
Subest mors quibusdam morbis. Cels. lib. 2. cap. 6.
Media iam morte tenetur. Virg. 2. Aeneid. 107.
Transire in mortem. Quintil. Declam. 2.
Vadimus haud dubiam in mortem. Virg. 2. Aeneid. 72.
Mors immatura uagatur. Lucret. lib. 5. 45.
Dira mors ante oculos uagatur. Seneca Octau. 6. 10.
Mors memoriæ. Plin. lib. 14. cap. 22. 5, Hinc rerum omnium obliuio, morsq; memoriæ.
¶ Morior, moriris, pen. prod. uel moreris, pen. corr. mortuus sum, mori, & moriri, pen. prod. (θνήσκω, τελευτάω, ἀποβιόω, κατοίχομαι, κηρόω, ἀποψύχω) Notum uerbum. Cicero de Senect. 67, Moriendum enim certè est, & id incertum, an eo ipso die.
Mori nemo sapiens miserum dixit, ne beato quidem. Cic. Torquato, lib. 6. 3. 5.
Mori ex uulneribus. Pollio ad Cic. lib. 10. 33. 10.
Ab ense mori. Lucan. lib. 2. 53.
Moriebatur in studio dimetiendi cæli. Cic. de Senect. 45.
Iussus mori. Virg. 3. Aeneid. 65.
Immeritus mori, Dignus qui semper uiuat. Horatius 3. Carmin. ode 2. 5.
Dulce & decorum est, pro patria mori. Horat. 3. Car. ode 2. 3.
Ante diem morior. Ouid. 3. de Arte, 47.
Per uim mori. Horat. 3. Carm. ode 4. 3.
Non omnis moriar: multaq; pars mei
Vitabit Libitinam. Horat. 3. Carm. ode 3. 2.
Acrius mori. Propert. lib. 2. eleg. 3. 10.
Aequissimo animo moritur sapientissimus quisq;, stultissimus iniquissimo. Cic. de Senect. 75.
Insano amore mori. Ouid. 1. de Arte, 75.
Curis morior. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 11.
Desiderio alicuius mori. Cic. Attico, lib. 11. 12.
Frigore mori. Horat. 1. epist. 18. 7.
Letho moriere uirorum. Stat. 9. Thebaid. 158.
Quin morere, ut merita es. Virgil. 4. Aeneid. 110.
Fama moritur. Cic. post reditum in Senatu, 2.
Meritis morietur gloria uestri. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 6.
Memoria suauissimi hominis ne moriatur. Cic. in Pisonem, 74.
Sermo moritur. Cic. pro Cælio, 60.
Virgæ morientur. Plaut. Capt. 11. 119.
Vnguentum suis horis moritur. Plin. lib. 13. cap. 3. 1.
Moriar, Iurandi uerbum, quemadmodum Dispeream. Cicero ad Attic. lib. 8. 150. 3, Moriar, si magis gauderem si id mihi accidisset.
Moriendo ponere sensus Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 20.
¶ Moriens, Participium (ἀποθνήσκων) ut, Lumina morientia. Ouid. 9. Metam. 79.
Cycno moriente dulcior uocem mouit. Seneca Hipp. 3. 6.
Digiti morientes. Ouid. 5. Metam. 24.
Herbæ moriens. Virg. 7. eclog. 12. Idem 1. Georg. 22.
Lingua moriens. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 10.
¶ Mortuus, aliud Participium (τεθνεώς, ἄπνοος, νέκυς, νεκρὸς, οἰχόμενος) Plautus Aulul. 21. 1.
Spirantis mortui effigies. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 3. 3.
Hospes mortuus. Ouid. 5. Fast. 132.
Lacerti senis athletæ mortui. Cic. de Senect. 25.
Plausus mortuus. Cic. Att. lib. 2. 34. 5.
Exanguis & mortuus concidisti. Cic. in Pisonem, 70.
Concidit mortuus ueneno poto Themistocles. Cicero de claris Oratorib.

Digitized by Google

Oratoribus,21.
Inferre mortuum in domum alicuius. Cic. pro Milone,56.
Infra mortuos aliquem mandare, non solùm ex numero uiuorum exturbare. Cic. pro Quintio,28.
Mortuo uerba facere, Est frustra uel suadere, uel orare, perinde quasi mortuo quis loquatur. Terent. Phorm. 5.9.16, Verba fiunt mortuo. Natum adagium à ridicula consuetudine ueterum, uita defunctos ter uoce cientium, unde & Conclamati dicebantur: præterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Ex Erasmo.
A mortuo tributum exigere, uel colligere. Vide A uel Ab præpositiones.
Excitare aliquem à mortuis. Cic. 1. de Orat. 127.
¶Moriturus, pen. prod. (θανούμενος) Aliud Particip. ut, Crudeli funere moriturus. Virg. 4. Aeneid. 62.
Densos fertur moriturus in hostes. Virg. 2. Aeneid. 103.
¶Moribundus, Adiectiuum (ἀποθνήσκων) Moriens. Cicer. pro Sestio,74.
Fulua moribundum extendit arena. Virg. 5. Aeneid. 75.
Cui me moribundam deseris hospes? Virg. 4. Aeneid. 65.
Hostia moribunda cecidit. Virg. 3. Georg. 98.
Ora moribunda. Propert. lib. 3. eleg. 7.12.
Pectus moribundum. Ouid. 12. Metam. 24.
Vox moribunda. Stat. 8. Thebaid. 129.
¶Mortalis, & hoc mortale, pen. prod. (θνητὸν, βροτὸν) Quod morti subiectum est. Cicero 3. de Natur. deor. 39, Mortale igitur omne animal & dissolubile & diuiduum sit necesse est.
Acta deos nunquam mortalia fallunt. Ouidius 1. Trist. eleg. 2.20.
Animæ mortales. Horat. 2. Serm. Satyr. 6.19.
Arma mortalia demorari. Virg. 10. Aeneid. 6.
Pro conditione uitæ mortalis immortalitatem consequi. Cicer. 14. Philipp. 407.
Corda mortalia. Virg. 1. Georg. 66.
Corpora mortalia. Cic. de Senect. 73. Lucret. lib. 2. 182.
Deus quidam mortalis. Quint. lib. 1. cap. 10. 3. De Oratore.
Facta mortalia, Facta hominum. Horat. de Arte, 14.
Mortalia demere fila. Ouid. epist. 22.8.
Forma mortalis. Virgil. 9. Aeneid. 21.
Fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare uidetur. Cic. 1. Offic. 168.
Fulgor siderum mortalis. Plin. lib. 2. cap. 8.2.
Genus mortale. Ouid. 1. Metam. 53.
Inimicitiæ mortales, amicitiæ immortales. Cicero pro Rabir. Posthumo,20.
Leges mortales. Liu. 4. bel. Maced. 27, Sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (ut ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse uideo. Mortales leges intelligit Liuius non firmas, sed temporarias. Senec. autem epist. 64, Legem mortalem uocat mortalium, uel mortalitatis.
Lumen mortale. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Mucro mortalis. Virg. 12. Aeneid. 148. hoc est mortali manu factus. Seruius.
Mundum mortalem fecit Plato. Cic. 1. de Nat. deor. 31.
Opera mortalia. Liu. 1. ab Vrbe, 9.
Sermo mortalis. Lucret. lib. 5. 25.
Vita mortalis. Lucret. lib. 3. 178.
Turmæ mortales. Horat. 3. Carm. ode 4.10.
Vulnus mortale. Virg. 12. Aeneid. 160. hoc est, ab homine mortali illatum. Seruius.
Vultus mortalis. Virg. 1. Aeneid. 67.
Mortale & Aeternum, contraria. Cic. 4. Acad. 223, Et quicquid est, mortale sit, an æternum?
Mortale & caducum, quibus opponitur Diuinum & æternũ. Cic. 1. de Legib. 91.
Nil mortale loquar. Horat. 3. Carm. ode 25. 4.
Nec mortale sonans. Virg. 6. Aeneid. 10.
¶Mortalior, Comparatiuus Plin. lib. 34. cap. 14.4, Eademq; prouidentia nihil in rebus mortalibus faciente, quàm quod infestissimum mortalitati.
¶Mortalis, pen. prod. (θνητὸς) Substantiuum, pro homine. Cicer. 7. Verr. 139, Nã istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententijs condemnaui.
Aegri mortales. Virg. 1. Georg. 48.
Miserrimi mortalis casum subire. Cicero Antequam iret in exil. 19.
Turpe deum mortali cedere. Ouid. 9. Metam. 4.
Tranquilla pace mortales iuuare dicitur Venus. Lucr. lib. 1. 7.
Tribuere plus alicui, quàm mortali concedere par est. Lucret. libro 4.239.
¶Mortalitas, pen. cor. mortalitatis (τὸ θνητὸν) cui contrarium est Immortalitas. Quintil. lib. 6. in Procem. Festinantemq; metu meæ mortalitatis prostrauit.
Asserere se à mortalitate. Vide Assero.
Omne quod ortum est, mortalitas consequitur. Cicero 1. de Natur. deor. 39.
Intercipi mortalitate. Vide Intercipio.
Supra mortalitatem tibi sunt omnia tributa. Cic. Octauio, 8.
Mortalitas mollitiæ. Plin. lib. 36. cap. 22.9.
Mortalitas, pro hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. cap. 76.3, Mortalitas ipsa inuenit sibi medium quiddam.
¶Mortualis, & hoc mortuale, pen. prod. (νεκρικὸς) Quod ad mortuos pertinet. Plaut. Asin. 13.63, Hæ sunt non nugæ, non enim mortualia. Antiquum.
¶Mortuariũ, Idem. Domitius apud Gellium, Vos philosophi, inquit, mera estis (ut M. Cato ait) mortuaria glossaria. Vide Noct. Attic. lib. 18. cap. 7. Hoc autem uerbo Domitius, acriter philosophos pungit, ut loquaces, & inanium uerborum funditatores, præficisq; similes, quæ in mortuos næniam argutam & nugacem canebant. Glossaria mortuaria igitur intelligo per diminutionem linguas ad contemptum, ut ita dicam, præficales. Turneb.
¶Mortifer, pen. corr. siue Mortiferus, mortifera, mortiferum, pen. corr. Adiectiuum (θανάσιμος, θανατοφόρος, φονικὸς) Quod mortem affert. Cic. 1. Tusc. 113, Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum. De Socrate.
Bellum mortiferum. Virg. 6. Aeneid. 56.
Mortiferus dolor, apud Celsum sæpe legitur. & lib. 5. cap. 26.
Mortiferum ferrum. Silius lib. 10. 29.
Grauis & mortifer morbus. Cic. 1. de Diuin. 112.
Plaga mortifera. Cic. in Vatinium, 15.
Insanabilis & mortifera plaga. Cic. pro Sestio, 35.
Potio mortifera. Quintil. lib. 7. cap. 4.6.
Præcepta mortifera pro salutaribus conscripserunt imperiti. Cic. 2. de Legib. 21.
Vrtica contactu mortifera. Plin. lib. 10. cap. 59.3.
Vulnus mortiferum. Liu. 2. ab Vrbe, 206.
¶Mortiferè, pen. corr. (θανασίμως) Aduerb. Lethaliter. Plin. epist. 60.4, Aegrotabat mortiferè.
¶Morticinus, pen. prod. Adiect. (θνησιμαῖος) Exangue, corruptũ: unde Morticinam carnem dicimus animalium, quæ non sunt mactata, sed per se mortua. Plinius, Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem nõ attingit. Varro 2. de re Rust. cap. 9.8, Morticinæ ouis non patiuntur uesci carne.
Morticini, Pedum claui. Plin. lib. 22. cap. 23. 8, Clauis pedum, qui uulgò morticini appellantur, nitro mistu, antè subactũ. Subaudi, circumlinitur laser.

Morsicatim,

Digitized by Google

Morſicatim, Morſiuncula, Morſus] *Vide* Mordeo.

Mortam] *Vnam eſſe ex Parcis dicunt, quas ueteres Latini tres eſſe putauerunt, eaſq; natiuitati & morti præſidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta: quo commento illud uidentur uoluiſſe ſignificare, tempeſtiuum partus tempus eſſe menſem nonum & decimum: qui uerò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos naſci, aut uiuos ſtatim mori. Sipontinus ex Martiano.*

Mortarium] *mortarij (θύεια, ὄλμος) Vas in quo res reſoluendæ piſtillo teruntur. Plaut. Aulul. 5.17,*

*Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,*
*Quæ utenda uaſa ſemper uicini rogant. Plinius libro 12. capite 27.2, Fit & alio modo, quum in mortarijs immatura uua teritur.*

Mortarium, *Lacus & conceptabulum, in quo calx, ſiue intrita ſubigitur ſeruaturúe. Budæus, Mortarium, locus ubi arenatum ruro ſubigitur. Vitruu. de tectorio loquens, libro 7. capite 3, Græcorum uerò tectores non his rationibus ſolùm utendo faciunt opera firma, ſed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confuſa, decuria hominum inducta ligneis uectibus pinſant materiem, & ita ad certamen ſubacta tunc utuntur. Plin. lib. 36. cap. 23.4, In Græcia tectoris etiã arenatum quod inducturi ſunt, prius in mortario ligneis uectibus ſubigunt.*

Mortariola] *Vide infrà* Oliſci.

Mortuum] *mare (ἀσφαλτίτης) Straboni dicitur quia nihil uiuum gignit. Lacus eſt in Pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue ſubmergitur. Vnde & Aſphaltites uocatur: ſiue ab eo quod Græci bitumen ἄσφαλτον appellant: ſiue ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, hoc eſt, à ſecuritate, eo quòd corpora uiua ei innatent, tutaq; ſint à ſubmerſione.*

Morticinus, Mortifer] *Vide* Mors.

Morus] *mori, ſ. g. (μορέα) Arbor nouiſſima urbanarum germinans, nec niſi exacto frigore: ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed quàm cœpit, intantum uniuerſa germinatio erumpit, ut una nocte peragat etiam cum ſtrepitu. Hæc Plin. lib. 16. cap. 25.8. Sunt tamen qui à Græco deriuatum putẽt mori uocabulum, quòd fructus nigros proferat. μαῦρον enim, Græci nigrum uocant.*

*Arbor mori. Plin. lib. 16. cap. 44.7.*

¶ Morum, mori, n. gen. (μόρον) *Fructus mori arboris.*

*Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Virg. 6. eclog. 5.*

*Nigra mora. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 5.*

*Mora quoq; in rubis ſunt, ſed multum ab his differentia. Columel. lib. 5. cap. 10.*

*Excuſſa mora rubetis. Ouid. 4. Faſt. 102.*

*Hærentia mora in duris rubetis. Ouid. 1. Metam. 22.*

Morychus] μόρυχος, Cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem uindemiæ tempore muſto & recentibus ficis illinere conſueuerunt. Vide Eraſmum in prouerbio, Morycho ſtultior.

Moryllij] μορύλλιοι, Macedoniæ populi in Occaſum uergentes, iuxta Allantenſes, & Lynceſtas. Plin. lib. 4. cap. 10.

Mos] *moris, m. g. (ἦθος, τρόπος) Eſt uitæ inſtitutum, conſuetudine firmatum. Varro ait morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo. Cicer. pro Cluent. 77, Non mos, conſuetudoq; ſeruata.*

*Mores, de equis. Colum. lib. 6. cap. 29.5, Mores autem laudantur, qui ſunt ex placido & concitato mitiſſimi.*

*Mos obliuiſci hominibus, neq; nouiſſe quoius nihili ſit faciendæ gratia. Plaut. Capt. 18.8.*

*Mos & conſuetudo ciuilis. Cic. 1. Offic. 206.*

*Nec mos bellantes unà ſtabulare. Virg. 3. Georg. 45.*

*Mos eſt. Cic. de clar. Orator. 42, Mos eſt hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere.*

*Mos erat antiquis. Ouid. 15. Metam. 9.*

*Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram. Vir. 1. Aen. 68.*

*Vt mos eſt, ut fieri ſolet. Cic. 7. Verr. 53.*

*Is genti mos dirus erat. Sil. lib. 16. 108.*

*Moris eſt. Cic. 3. Verr. 45, Tum ille ut aliquid reſponderet, negauit moris eſſe Græcorum, ut in conuiuio, &c.*

*Græcia principium moris fuit. Ouid. 2. Faſt. 9.*

*More. Plaut. Trinum. 14. 26, Scuta tácere, fugereq; hoſtes, more habent licentiam.*

*More inſtitutoq; omnium defendere. Cic. pro Cecinna, 1.*

*More agere, inſtitutiſq; ciuilibus. Cic. 1. Offic. 206.*

*Accuſatorio more, & iure facere aliquid. Cic. pro Flacco, 10.*

*More fit. Plaut. Trinum. 14. 27.*

*More rotat funda. Ouid. 4. Metam. 104.*

*More ſcribo, Vt ſoleo. Cic. ad Oppium, lib. 11. 29.7.*

*Meretricio more uiuere. Cic. pro Cælio, 30. Vide* Mereo.

*More, pro De more. Virg. 7. Aeneid. 50,*

*Hoc Priami geſtamen erat quum iura uocatis*
*More daret populis.*

*Beſtiarum more uagari. Cic. 1. de Inuen. 3.*

*Ferarum more. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 22.*

*Degere uitam more feræ. Virg. 4. Aeneid. 110.*

*Gigantum more bellare cum dijs, eſt naturæ repugnare. Cicero de Senect. 6.*

*More hominum euenit. Terent. And. 5. 6. 3.*

*More ingenij humani. Saluſt. in Iugurtha.*

*Mæandri more. Vide* Mæander.

*More maiorum. Cic. ad Att. lib. 8. 167. 4.*

*More noualium proſcindatur terra: id eſt, quemadmodum noualia Colum. lib. 3. cap. 13.*

*More omnium, Vt ſolent omnes. Cicero ad Cornificium, libro 12. 17. 5.*

*More patrum. Virg. 3. Georg. 36.*

*More meo. Cic. 1. de Orat. 53, Neq; grauabor breuiter meo more, quid quaq; de re ſentiam, dicere.*

*Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent. Virgilius 4. Georg. 14. de apibus.*

*Nouo more aliquid facere. Cic. 4. Ver. 47.*

*More iſto. Plaut. Bacchid. 11. 11.*

*Ad morem. Quintil. lib. 4. cap. 1, Materias ſibiipſi fingunt, & ad morem actionum proſequuntur.*

*Deducere ad morem alicuius. Vide* Deduco.

*De more. Virgil. 1. Aeneid. 65,*

*Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum.*
*Pura coronatis portabant ſacra caniſtris. Vide* De.

*Et circum Iliades crinem de more ſolutæ. Virg. 3. Aeneid. 13.*

*Cæſis primùm de more iuuencis. Virg. 3. Aeneid. 74.*

*Armenta aſſueto belli de more ſequuntur. Sil. lib. 7. 63.*

*Comptos de more capillos turpare ſanguine. Virgilius 10. Aeneidos, 167.*

*Ex more. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 56,*

*Ex more imponens cognata uocabula rebus.*

*Priſcoq; deos ex more precatus. Ouid. 15. Metam. 119.*

*Ex moribus diſciplinaq; aliquorum barbariem quandam delere. Cic. pro Corn. Balbo, 34.*

*In morem. Virg. 1. Georg. 49,*

*— perq; duas in morem fluminis Arctos. id eſt, in ſimilitudinem, ut ait Valla lib. 4.*

*In morem ſtagni. Virg. 8. Aeneid. 18.*

*Sinuoſo ſtexu in morem fluminis elabi. Virg. 1. Georg. 48.*

*In morem operis componere carmina. Horatius 2. Sermon. Satyr. 1. 13.*

*In more. Cic. 2. de lege Agrar. 17, Eſt hoc in more poſitũ, inſtitutoq; ma-*

Digitized by Google

*ſtituto q; maiorum, ut ij qui, &c.* Idem 2. Offic. 98, *Quod q; in patrijs eſt moribus, multorum cauſas & non grauatè, et gratuitò defendere.* Vide In.

*In moribus eſt mihi.* Cic. ad Atticum, lib. 6. III. 21. *Qui locus tamen corruptus eſt: legendum enim eſt, in amoribus: hoc eſt, In delicijs.* Bayſius.

*Per hunc morem.* Horat. 2. epiſt. 1. 30.

*Tempeſtas ſine more furit.* Virg. 5. Aeneid. 139.

*Moribus, Pro more & conſuetudine.* Cic. pro Cecinna, 14, *Et de fundo Cecinna moribus deduceretur.*

*Qui ſapit innumeris moribus aptus erit.* Ouid. 1. de Arte, 53.

*Caſtus moribus.* Vide Caſtus.

*Conſimilis moribus.* Vide Conſimilis.

*Incompoſitus moribus.* Quintil. lib. 4. cap. 5. 8.

*Perfectus moribus.* Quintil. in Proœm. lib. 1. 14.

*Natura uel more perfecta uirtus.* Cic. 1. Acad. 53.

*Argumenta morum.* Quintil. lib. 3. cap. 9. 15.

*Doctus imitator morum.* Horat. de Arte, 65.

*Veritas morum.* Quintil. lib. 6. cap. 2. 22.

*Aequi mores modicis erroribus.* Iuu. Sat. 14. 2.

*Antiqui mores.* Vide Antiquus.

*Moris antiqui homo, In laude ponitur, pro eo qui antiquã innocentiam obſeruat.* Liu. 9. bel. Maced. 37.

*Antiquus mos ſacrorum.* Lucret. lib. 2. 122.

*Auidi mores.* Vide Auidus.

*Barbarus mos.* Horat. 1. Carm. ode 27. 1.

*Bonus mos.* Plaut. Capt. 5. 4.

*Commodus mos.* Cic. de Amicitia, 49.

*Curui mores, Non recti.* Perſ. Satyr. 3. 6.

*Damnati mores.* Iuuenal. Satyr. 13. 25.

*Deductus mos.* Horat. 4. Carm. ode 4. 4.

*Feri mores hominum.* Senec. Octau. 7. 10.

*Humiles mores.* Stat. 3. Sylu. 3. 30.

*Immodeſti mores.* Vide Immodeſtus.

*Improbus mos.* Plaut. Trinum. 14. 27.

*Indocti mores.* Vide Indoctus.

*Infandus mos.* Stat. 4. Thebaid. 49.

*Inſitus uitio genti mos.* Vide Inſero.

*Inſuetus mos.* Vide Inſuefco.

*Intermortui mores.* Vide Intermorior.

*Intorti mores.* Perſ. Satyr. 5. 4.

*Non inutilis mos.* Quintil. lib. 1. cap. 2. 16.

*Lepidi mores.* Vide Lepidus.

*Malignus mos.* Claud. 1. Paneg. 23.

*Maritimi mores.* Vide Mare.

*Mendoſi mores.* Vide Menda.

*Mitiſſimi mores.* Vide Mitis.

*Noui mores.* Vide Nouus.

*Pacifici mores.* Claud. 3. Paneg. 31.

*Patrius mos.* Ouid. 6. Metam. 130.

*Patrius mos Academiæ.* Cic. 1. de Orat. 41.

*Rigidi mores.* Ouid. 2. de Remed. amor. 74.

*Solennis ſacrorum mos.* Lucret. lib. 1. 20.

*Varius mos.* Virg. 1. Georg. 51.

*Accipere morẽ.* Cic. 3. Off. 57. Vide Accipio.

*Affingere mores.* Vide Affingo.

*Agere morem.* Vide Ago.

*Recto more agere aliquid.* Horat. 2. epiſt. 2. 27.

*Auſtero more & modo agere.* Cic. pro Cel. 24.

*Aſtringere mores.* Quintil. lib. 2. cap. 2. 3.

*Bibere more Græco.* Vide Bibo.

*Bibere mores.* Claud. de Nupt. Honorij, 47.

*Captare mores.* Vide Capto, *in* Capio.

*Cedere moribus alicuius.* Horat. 1. epiſt. 19. 9.

*Rebus mores ceſſere ſecundis, id eſt, cum fortuna immutati fuerunt mores.* Lucan. lib. 1. 33.

*Colere mores populi.* Vide Colo.

*Comprobare mores factis.* Vide Comprobo.

*Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores.* Ouidius 3. de Arte, 100.

*Conformare mores.* Cic. 4. de Finib. 7. Vide Conformo.

*Congruere cum alterius moribus.* Vide Congruo.

*Cõgruere in morem alicuius.* Vide Congruo.

*Conſequi morem.* Vide Conſequor.

*Conueniunt mores.* Vide Conuenio.

*Corrũpere mores alicuius.* Vide Corrumpo.

*Cuſtodire morem.* Vide Cuſtodio.

*Decedere ſuo more.* Vide Decedo.

*Deduci ad morem.* Cic. 2. Offic. 165.

*Mendoſos defendere mores.* Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 1.

*Detegunt ſe mores.* Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.

*Nocentiſſimis moribus pernicioſa dare inſtrumenta.* Quintil. lib. 2. cap. 15. 22.

*Effingere mores.* Cic. 2. de Diuinat. 142.

*Excolere mores.* Quintil. in Proœm. lib. 4. 3.

*Exornare morem communis ſermonis decore quodam ſcenico.* Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.

*Scilicet expectas ſolitum tibi moris honorem?* Ouidius 3. Triſt. eleg. 13. 3.

*Exprimere oratione mores alicuius iuſtos, integros, religioſos, &c.* Cic. 2. de Orator. 98.

*Exuperas morum nobilitate genus.* Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 1.

*Nam morem fecerat uſus.* Ouid. 2. Metam. 69.

*Peruerſo more facere.* Cic. pro Roſc. Com. 32.

*Facta moribus uis: cui opponitur, Contra morem facta.* Cicero pro Cecinna, 1.

*In faciem, moresq; meos noua crimina fingis.* Ouidius epiſtol. 12. 36.

*Suis quiſq; fingitur moribus.* Cic. in Parad. 43.

*Morem gerere, Obedire.* Terent. Eunuc. 1. 2. 108, *Mos gerundus eſt Thaidi.*

*Morem gerere animo.* Plaut. Amph. 3. 131.

*Sed gerat ille ſuo morem furioſus amori.* Ouidius 2. Amor. eleg. 2. 3.

*Mores quos antè gerebant, nunc quoque habent.* Ouidius 7. Metamorph. 133.

*Imitari mores & diſciplinam alicuius.* Cic. pro Deiotaro, 19.

*Immutare mores.* Vide Immuto.

*Pacis morem imponere populis: id eſt, leges pacis.* Virgilius 6. Aeneid. 171. Seruius.

*Inceſſit mos.* Vide Inceſſo.

*Inducere morem.* Vide Induco.

*Nouos inducere mores.* Stat. 12. Thebaid. 119.

*Inducere aliquid in mores populi.* Cic. 2. de Orat. 66.

*Induere mores pudicos & ſeueros.* Vide Induo.

*Inficere prauis moribus.* Vide Inficio.

*Hominum mores inſpicere.* Horat. 1. epiſt. 2. 4.

*Inſtituere mores.* Quintil. lib. 1. cap. 2. 2.

*Ad uitium mores inſtruet inde ſuos.* Ouid. 2. Triſt. 52.

*Labuntur ad mollitiem mores.* Vide Labor, *láberis.*

*Manet mos.* Vide Maneo.

*Manet mos antiquus.* Cic. Rufo, lib. 5. 20. 3.

*Mutare mores.* Vide Muto.

*Obcalluere mores.* Vide Obcalleo.

*Obſerere mores.* Vide Obſero, *obſeui.*

*More & exemplo opitulari.* Cic. pro Cecin. 27.

*Ornare moribus aliquid.* Horat. 2. epiſt. 1. 1.

*Oſtendere mores alicuius.* Vide Oſtendo.

Feros

Feros mores immanemq; alicuius naturam ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. 22,

Si miro perdere more,
Ferre uocatur opem. Ouid. 13. Metam. 145.

Perdere mores alicuius. Quint. lib. 1. cap. 2. 6.

Perducere aliquid in morem. Cic. 2. de Inuent. 242.

Perlucent mores, & quodammodo agnoscuntur ex oratione dicentis. Quintil. lib. 6. cap. 2. 12.

Permittere morem. Virgil. 1. Aeneid. 109.

Hæc melior species, morib. illa placet. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 10.

Prætendere uultum & tristitiam pessimis moribus. Quintil. in Proœm. lib. 1. 13.

Pallentes radere mores. Pers. Satyr. 5. 2.

Referre morem aliquem. Virg. 5. Aeneid. 120.

Morem antiquum referre, pro Reducere. Suet. in Iulio Cæsar. capite 20.

Exemploq; suo mores reget. Ouid. 15. Metam. 167.

Virtutem & mores alicuius repræsentare. Hor. 1. epist. 20. 3.

Sensus moresq; repugnant. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 20.

Retinere morem. Cic. 2. de Finib. 3.

Seruare morem. Quintil. lib. 1. cap. 2. 16.

Adumbrare morem alicuius, Imitari. Curtius lib. 10.

Condere mores alicuius gentis, Instituere. Curt. lib. 8.

Pati mores. Plin. lib. 36. cap. 16. 2.

Prosternere mores ciuiles, Euertere, perdere. Plinius lib. 36. capite 13. 15.

Soluere morem traditum à prioribus. Vide Soluo.

Traditum ab antiquis morem seruare. Horatius 1. Sermon. Satyr. 4. 24.

Regibus hic mos est, &c. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 1.

Tenere morem. Cic. 5. Tusc. 17.

Sacrorum morem tenere. Virg. 3. Aeneid. 82.

Ad nostrum usum moremq; transferri. Cic. 3. de Orat. 53.

Iam dolor in morem uenit meus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8.

More alieno uiuere. Vide Viuo.

Moribus antiquis uiuendum. Plaut. Trin. 6. 16.

Mores cæli. Plin. lib. 14. cap. 1. 2, Succiq; tantum gratia ex hi pluribus modis ad cæli mores, soliq; ingenia.

Varium cæli prædiscere morem. Virg. 1. Georg. 11.

¶ Moratus, pen. prod. Adiect. (ἠθόμενος) Qui siue bonis siue malis moribus præditus est. Cicero 2. Tusculan. 16, Quotus enim quisq; Philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac uita constitutus, ut ratio postulat? Idem in Partit. 44, Quemadmodum quisq; generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum institutus, moratusq; fuerit. Terent. Hecyra, 4. 4. 22,

——sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Fabula recte morata. Horat. de Arte, 65.

Morata ianua. Plaut. Asina. 8. 10.

Moratus, in malam partem. Plaut. Trucul. 4. 5,

—— noui ego hominum mores:
Ita nunc adolescentes morati sunt.

Moratus bene. Cic. 2. Offic. 58, Bene morati reges.

Moratum optimè genus hominum. Cic. 2. pro lege Agrar. 83.

Morata ciuitas. Cic. de clar. Orat. 4.

Morata oratio. Quint. lib. 4. cap. 2. id est, qui mores exprimit, inquit Budæus.

Bene moratam disciplinam obtinere. Colum. lib. 1. cap. 8. 16.

¶ Moralis, & hoc morale, pen. prod. (ἠθικὸς) Quod pertinet ad mores. Cic. de Fato, 1, Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci uocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

Moralitas] pen. cor. moralitatis. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 1. Sunt præterea styli dicēdi duo, disparilitate moralitate diuersi.

¶ Morigeror, pen. corr. morigeraris, morigeratus sum (κάθίζομαι) morigerari, Obsequi, & quasi ad alterius uoluntatem mores transformare. Cic. in Oratore, 90, Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.

¶ Morigero, morigeras, pen. corr. (κάθίζω) morigerare, antiquè dixit Plautus Capt. 5. 4,

Ei uos morigerare mos bonus est.

¶ Morigerus, pen. corr. Adiectiuum (σωφρονικὸς) Obediens. Terent. Andria, 1. 5. 59,

Siue hæc te solum semper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Malè morigerus. Vide Malus.

¶ Morosus, penult. prod. Adiectiuum (δύσκολος, χαλεπόβιος, δυσάρεστος) Qui moribus est difficilibus & fastidiosis. Cicero in Oratore, 56, Vsq; eò difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Idem de Senectute, 60, At sunt morosi & anxij & iracundi & difficiles senes, si quærimus, etiam auari.

Difficilis & morosus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 19.

Mirabiliter morosum esse. Cic. Attic. lib. 2. 40. 1.

Morosa natu, uel nasci arbor. Plin. lib. 16. cap. 33. 1. Idem libro 17. capite 20. 8.

Canicies morosa. Horat. 1. Carm. ode 9. 4.

Morosa uitis. Plin. lib. 14. cap. 2. 7.

¶ Morosè, pen. prod. Aduerbium (δυσαρέστως) Plinius libro 18. capite 13. 2, Terram non morosè eligit, penè ubi nihil aliud seri possit.

Morosè, aut ingenio, liberoq; fastidio ineptias hominum respuere. Cic. de clar. Orat. 127.

¶ Morositas, pen. corr. morositatis (τὸ δυσάρεστον) Cic. de Senect. 60, At morositas tamen, & ea uitia quæ dixi, habent aliquid excusationis.

¶ Morologus, morologi, pen. cor. (μωρολόγος) Qui in sermone morosus est, id est, molestus. Vnde & sermones huiusmodi, dicuntur morologi. Plaut. Pseud. 22. 15,

Neq; ibi esse alium alio odio, ibi nec molestum, nec sermonibus morologis uti.

¶ Mosillus, mosilli (τὸ διδιον) Parnus mos: quo diminutiuo usus est Cato.

Mosa] μῶσα, Fluuius est Galliæ Belgicæ, ex Vogeso monte profluens: de quo Plin. lib. 4. cap. 14. & 15. Tacit. lib. 2. & 20. Et Cæsar de bello Gall.

Moschatula] Pyra quædam dicuntur, teste Sipontino, quæ odorem moschij referunt. Est autem Moschus, animalculum similitudine muris, binos in superiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiore, eosq; ad interiora recuruos, in cuius corpore iuxta umbilicum apostema sanguinolentum nascitur, quod unà cum pelle excisum siccatumq;, præstantissimum spirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibisq; & medicinis, & unguentis passim adhibeatur. Hinc itaq; pyri quoddam genus Moschatulum dicitur, quòd ad hunc odorem proximè accedat.

Moschus] μόσχος, populus est Asiaticus prope Phasim fluuium. ea regio est tripartita: unam Colchi, alteram Hiberes, & tertiam Hermenij inhabitant. Lucan. lib. 3. 54. Hi nunc Moscouitæ dicuntur.

Moschus] fluuius, nunc uulgò Morawa.

Moschus] grammaticus & poeta Syracusanus, Aristarchi simillaris: hic secundus à Theocrito scripsit carmen Bucolicon. Suidas.

Moschus] alius quidam apud Horatium 1. epist. 5,

Mitte leues spes, & certamina diuitiarum,

Et Moschi

Digitized by Google

Et Moschi causam.

Moses] Mosis & Mosi, sicut & Achilles, Achillis, & Achilli (μωσῆς, μωσῆος) nomen inclyti Iudæorum ducis. Iuuen. Satyr. 14. 11,

Tradidit arcano quodcunq; uolumine Moses.

Et interposito y psilo, Moyses dicitur: quod habetur in frequentiori usu. Sedulius,

Quid quod & Heliam & clarum uidere Moysem?

Scriptum legimus in sacris Bibliis, Exodi cap. 2, ex euentu rerum nomen ei impositum fuisse: id est, ex aqua saluatus, eo quòd de flumine sit saluatus.

Mossynœci] μοσσύνοικοι, populi Asiæ uersus Septentrionem, qui (ut Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo uescuntur, promiscuè concumbunt, & palàm reges suffragio deligunt, uinculisq; & arctissima custodia tenẽt. Valer. 5. Argon. 31,

Vos quoq; non notæ mirati uela carinæ
Mossynœci: uos stabulis Macrones ab altis.

Mosylon] μόσυλον, promontorium Aethiopiæ, emporium habens eiusdem nominis. Stephanus.

Motabilis, Motus] Vide Moueo.

Motacilla] motacillæ. Vide Cinædus, auiculæ nomen, in Cinædi.

Motho] mothus, μωθὼ, Arabum uicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes uico nomen fecit. nam Motho Arabum lingua mortis locum significat. Stephanus.

Motye] Motyes, μοτύη, Siciliæ oppidum, ita dictum à Motye quadam muliere, quæ Herculi eos indicauit qui boues eius abegerat Hæc Stephanus, ex sententia Hecatæ.

Moueo] moues, moui, motũ (κινέω, ἀλονέω, κλονέω, μοχλέω, μακέλλω, νομάω, μιτακινέω) mouere, Notam habet significationem. Terent. And. 4. 4. 10,

Moue ocyus te, ut quid agam porrò intelligas.

Motus in inferiorem locum de superiore. Cic. pro Cecin. 37.

Moueri de opinione. Cic. 4. Acad. 255.

Mouere de sententia. Liu. 9. bell. Maced. 165.

Mouerit è uotis pars quotacunq; deos. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 11.

Mouere in contrarium. Plin. lib. 11. cap. 48. 1. Ibidem, cap. 28. 5, In obliquum mouere.

Mouere, pro Discedere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 170. 1, Hæc autem scribebam pridie Non. x i i i i. die, postquam ille Canusio mouerat.

Mouere ab Vrbe: subaudi, castra. Liu. 4. bel. Pun. 200. Cicerò ad Att. lib. 4. 79. 3.

Si nondum profectæ sunt, nihil est quòd se moueant. Cic. ad Atticum, lib. 7. 135. 3.

Mouere se uestigio. Liu. 1. bell. Pun. 164.

Mouere castra. Cæsar 1. bell Gall. 160. Sic lib. 2. 238. Cicerò 6. Verr. 35. & 1. de Diuinat. 130, Quum Aretium uersus castra mouisset.

Mouere, pro Mutare. Liu. 4. bel. Maced. Adeò nihil motum ex antiquo probabile est ueteribus, nisi quæ usus euidenter arguit, stari malunt.

Mouere se ad motum fortunæ, Mutare animum cum fortuna. Cæsar lib. 2. bel. Ciuilis.

Mouere ancilia. Sueton. in Vitell. Sed & moris, nec dum conditis ancilibus. Solebant qui bello gerendo præsciebantur, ut inquit Seruius, ingredi Martis sacrarium, ancilia q; primum mouere: deinde simulachri hastam, dicentes, Mars uigila. Promebantur autem indicto bello ancilia, ut mouerentur: ac profectionem suscipere, antequam condita essent, ominosum & religiosum habebatur. Cornel. Tacit. Fuêre qui proficiscenti Othoni moras religio neque nondum condi-



torum ancilium afferrent. Hæc ex Turnebo.

Mouere pro Remouere. Cic. 3. de Finib. 112, Quid, non si aliud ex alio nectitur, ut nõ, si ullam literã moueris, labẽt omnia?

Aciem loco mouere. Vide Acies.

Loco mouere uerba. Horat. 2. epist. 2. 23.

Catulos leænæ mouere. Horat. 3. Carm. ode 20. 1.

Mouere loco aliquem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 4.

Mouere se loco, uel ex loco. Cæs. 3. bel. Gal. 411. Sic, Liu. 4. bel. Macedon. 77.

A gremio alicuius se mouere. Catul. de Passere, epigr. 3. 2.

Moue abs te moram: hoc est, Festina. Plaut. Capt. 13. 21.

Vasta mole mouere se. Virg. 3. Aeneid. 132. de Polyphemo.

Tali remigio, nauis se tarda mouebat. Virg. 5. Aeneid. 56.

Mouere ex opinione. Cic. 3. de Nat. deor. 6.

Mouere aliquem possessione. Cic. 3. Verr. 81.

Mouere Senatus, uel de Senatu. Cic. pro Cluent. 96. Liu. 9. bel. Maced. 176. Sic moueri statu, Liu. 10. bel. Pun. 83.

Mouere animum. Virg. 3. Georg. 105,

Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum. Seruius, In suum desiderium illicere.

Lachrymis adamanta mouebis. Ouid. 1. de Arte, 133.

Admirationes, plausus, clamores, nõ approbationes solùm mouere debet Orator. Cic. in Orat. 140. Vide Admiror.

Alum uel uentrem mouere, pro Ciere. Cato cap. 115. Martial. lib. 11. 46, Sic Mouere urinam. Plin. lib. 20. cap. 2. 3, Et Mouere uomitionem, Ibidem.

Aud iuuat ambages præceptaq; parua mouere? Ouidius 3. Quie Arte, 130.

Arma mouere. Virg. 12. Aeneid. 2.

Tum demum mouet arma leo.

Magica arma mouere. Ouid. 5. Metam. 40.

Bellum mouere, & ad bellum. Cic. 1. Offic. 56, Adeò summa erat obseruatio in bello mouẽdo. Liu. 5. bel. Maced. 41, Suis quenq; stimulis mouerent ad Romanum bellum.

Brachia mouere dicitur equus, quãdo subsilit. Oui. 2. Met. 134,

Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.

Mouere calculos in utraq; parte: id est, difficultates, aut rationes. Plin. epist. 43. c.

Cantus mouere. Virgil. 10. Aeneid. 33.

Ianua faciles mouet cardines, Facilè aperitur. Horat. 3. Carm. ode 25. 1.

Carmen ore mouere. Ouid. 14. Metam. 5.

Citharam cum uoce mouere. Ouid. 5. Metam. 23.

Cursus pituitæ mouere. Cels. lib. 7. cap. 7.

Dentes nonnunquam mouentur, modò propter radicum imbecillitatem, modò propter gingiuarum arescentium uitium. Celsus lib. 7. cap. 12.

Dolorem mouere. Celsus lib. 7. cap. 4.

Dicta Iouis mouere deos. Ouid. 9. Metam. 88.

Expectatioem mouere alicui de. Cic. ad Att. lib. 2. 29. 1.

Fastidium mouere alicui. Iuuen. Satyr. 10. 21.

Fastidia mouere stomacho. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 16.

Febrem mouere. Celsus lib. 8. cap. 16.

Mouere Ioui fertum. Cato cap. 134. 1. Vide Fertum.

Mouere fidem, Mutare. Liuius lib. 5. belli Maced.

Mouere cerebrum, Turbare. Senec. epist. 36.

Mouere se ad nutum fortunæ, Mutare animum cum fortuna. Cæsar lib. 2. bell. Ciuil.

Controuersiam mouere. Scæuola in l. ult. in princip ff. de pignor. actione.

Fides mouere, Ludere fidibus. Ouid. ad Pisonem, 35.

Et fila sonantia mouit. Ouid. 10. Metam. 18.

Fletum mouere. Cic. 1. de Oratore, 116.

Hæredes mouere, pro Excludere. Cic. 3. Offic. 100.
Indignationem mouere. Liu. 4. ab Vrbe, 218.
Inflammationes graues mouere. Celsus lib. 8. cap. 4.
Ingenium alicuius mouere. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 4.
Labra mouet metuens audiri. Horat. 1. epist. 17. 12.
Lachrymas mouere. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Linguam ferro stridore mouere. Ouid. 9. Metam. 13.
Loco mouentur ossa. Celsus lib. 8. cap. 2.
Mentionem de re aliqua mouere. Liu. 8. bell. Pun. 80.
Misericordiam mouere. Cic. 2. de Orator. 154.
Multa mouens animo. Virg. 3. Aeneid. 7.
Omne nefas animo mouentes. Horat. 3. Carm ode 4. 14.
Nuptias mouere, Perturbare, inquit Donatus. Terent. Andr. 3. 2. 36.
Oculos mouet & delectat pulchritudo corporis. Cicer. 1. Officior. 139.
Verbis odia aspera moui. Virg. 2. Aeneid. 20.
Mouetur opus. Ouid. 4. Fast. 65.
Maius opus moueo. Virg. 7. Aeneid. 9.
Ad citharam uocalia mouerat ora. Ouid. 5. Metam. 67.
Palmam mouet ordine nemo. Virg. 5. Aeneid. 70.
Quáq; pedem moui. Ouid. 5. Metam. 127.
Pedem mouerat & protulerat à limine. Iuuen. Satyr. 10. 3.
Solennes uoce mouere preces. Ouid. 6. Fast. 125.
Risum mouere, Excitare. Cicero 4. de Finib. 99. Horatius 1. epist. 3. 4.
Risum & iocum mouere álicui. Horat. 1. epist. 20. 4.
Risum mouere salibus. Claud. 8. Paneg. 62.
Risum mouere per uarios sales. Claud. 2. in Eutrop. 68.
Saxa mouere sono testudinis. Horat. de Arte, 80.
Mouere alicuius sententiam. Cic. ad Attic. lib. 7. 123. 10.
Signa mouere. Virg. 3. Georg. 48.
Verba lyræ motura sonum. Horat. 2. epist. 2. 12.
Spiritum mouere. Celsus lib. 8. cap. 9.
Sternutamentum mouere. Celsus lib. 8. cap. 9.
Stomachum mouere, Vomitum excitare. Plin. lib. 13. cap. 23. 1, Apulum uomitus facit, stomachum & aluum mouet.
Mouere stomachũ alicui, pro Irritare. Cic. ad Attic. lib. 6. 114. 13, In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet.
Studia alicuius mouere, Obturbare, uel interturbare. Cicero 1. de Finib. 4.
Sudorem mouere. Celsus lib. 2. cap. 17.
Quæ uoueo, superos motura putabo. Ouid. in Ibin, 26.
Suspicionem mouere. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 7.
Rigidam tellurem mouere spirante Borea. Virg. 2. Georg. 64.
Omnes terras, omnia maria mouere. Cic. ad Attic. lib. 8. 155. 3.
Vnde mouet tonitrus. Ouid. 2. Metam. 62.
Tragœdias mouere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 28.
Tussim mouere. Celsus lib. 8. cap. 9.
Tenui uentos mouisse flabello. Ouid. 1. de Arte, 33.
Vomitum mouet bilis. Celsus lib. 8. cap. 16.
Vrinam mouere. Celsus libro 3. cap. 21, Optima est, quæ urinam mouet.
Moueo istæc, aut curo. Terent. Andr. 5. 4. 18,
Ego istæc moueo, aut curo. Irrisio est.
Mouet me. Papinianus de cond. furtiua. l. parui refert, Nec me mouet præsens homo fuerit, necne. Caius de damn. infect. l. si ædibus, Sed mouet me, quòd ipse meas ædes reficere possim.
Multa me mouent in discessu. Cic. Attico, lib. 16. 333. 4.
Moueri super re aliqua. Virg. 10. Aeneid. 9.
Peracutè moueri. Vide Peracutus.
Serua Briseis mouit Achillem. Horat. 2. Carm. ode 4. 1.
Nullæ hic insidiæ tales, absiste moueri. Virg. 6. Aeneid. 80.
Sponte moueri, & Agitari pulsu externo, contraria. Cic. 2. de Natur. deorum, 45.
Pluma, aut folio facilius moueri. Cic. ad Attic. lib. 8. 167. 3.
Nulla contentione mente ipsa ac uoluntate mouentur membra hominum. Cic. 3. de Nat. deor. 133.
Animis mouemur & sensibus. Cic. 2. de Nat. deor. 83.
Animo moueri de salute aliquorum. Cic. pro Deiotaro, 6.
Donis moueri. Virgil. 1. Aeneid. 145.
Fletibus moueri. Virgil. 4. Aeneid. 88.
Nil moueor lachrymis. Propert. lib. 3. eleg. 24. 5.
Mente ac sensibus moueri. Cic. 4. Academ. 180.
Moueri sermonibus. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 3.
Neque enim specie famáue mouetur. Virgil. 4. Aeneid. 34.
Vultum moueri. Virgil. 6. Aeneid. 94.
In omnem affectũ mouere aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 72.
In neutram partem moueri in re aliqua. Cic. 5. Acad. 235.
Organicè & mechanicè moueri, apud Vitruuium. Vide Organicè in Organum.
Mouentur res magnæ: hoc est, commouentur, excitantur. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 7.
Mouere ac moliri aliquid. Liu. 3. bell. Punici, 182.
Mouere, pro Moueri: ut, Terra mouere dicitur. Gel. lib. 4. cap. 6. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 22, Obseruauitq; sedulò, ut quoties terra in urbe mouisset, feriæ aduocata concione Prætor indiceret.
¶ Mouendus puluis (κινητέος νοητῶς) Virg. 2. Georg. 84,
Sollicitanda tamen tellus, puluisq; mouendus.
¶ Mouens, Participium (κινῶν) Qui mouet.
Mouentes res, pro mobilibus. Liu. Quod ex ea tantum præda quæ rerum mouentium sit, decima desygnetur.
¶ Motus, Aliud Particip. (κινητέος) Virg. 1. Aeneid. 28,
—sed motos præstat componere fluctus.
Motus eram dictis. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 5.
Tumultu motus Aeneas. Virg 6. Aeneid. 64.
Moti terriculis. Liu. 4. bel. Maced. 50.
Motæ sonuêre colubræ. Ouid. 4. Metam. 99.
¶ Motus, huius motus, Verbale (κίνησις, δόνησις, κίνημα, νύσσις, κινητμὸς) Ipse mouendi actus. Virg. 5. Aeneid. 76,
Ille pedum melior motu.
Acutus motus. Stat. 6. Thebaid. 58. Vide Acuo.
Assidui motus. Ouid. epist. 18. 33.
Concitatissimus corporis motus. Quintil. lib. 2. cap. 11. 4.
Decens motus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 21.
Inconditus motus. Vide Inconditus.
Ionici motus, Saltationes Ionum. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.
Mota mẽs, quod uulgò dicim⁹ sensum turbatũ. Senec. epist. 94
Socius motus. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 7.
Tremulus motus. Lucret. lib. 3. 61.
Nullos audet dare corpore motus. Ouid. 5. Metam. 126.
Incompositos motus dare. Virg 1. Georg. 70.
Furere motu capitis. Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.
Habuêre motum saxa. Senec. Herc. Oeth. 4. 45.
Vano motu iactans brachia. Senec. Herc. fur. 12. 7.
Feroci motu quatiens caput. Senec. Medea, 11. 2.
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu. Ouid. 8. Met. 76.
Effero motu recursat huc & huc. Senec. Medea, 6. 2.
Tremiscere motu. Ouid. 7. Metam. 130.
Lassáq; uersantes supremo lumina motu. Ouid. 7. Metam. 118.
Reciprocos motus agit spiritus. Senec. Herc. fur. 11. 32.
Motus cæli & siderum. Cic. de Vniuers. 25.
Orbicus motus. Vide Orbis.
Ipsa quoq; assiduo labuntur tempora motu. Ouid. 15. Met. 36.
Incerto discurrunt sidera motu. Lucret. lib. 1. 128.
Dare motum. Lucret. lib. 1. 168.

Retrò

Digitized by Google

Retrò contrarioq; motu orbes atq; cælum uerſantur. Cicero in Somn. Scipion. 14.
Celeri motu ſimulachra feruntur. Lucret. lib. 4. 36.
Cietur & agitatur motu ſuo quod eſt calidum & igneum. Cic. 2. de Nat. deor. 34.
Omnia quum rerum primordia ſint in motu. Lucret. lib. 2. 62.
Auctifici motus. Lucret. lib. 2. 15.
Diuino motu concitus. Ouid. 6. Metam. 32.
Exitiales motus. Lucret. lib. 2. 115.
Sollicitus motus. Lucret. lib. 1. 70.
Vitales motus Lucret. lib. 2. 190.
Varius motus. Lucret. lib. 5. 243.
Interiore motu cietur id quod animal eſt. Cic. in Som. Scip. 32.
Motibus mutationibuſq; ſuis ciens omnia natura. Cicero 3. de Natur. deorum, 37.
Conſociare motus. Lucret. lib. 2. 23.
Declinare motus. Lucret. lib. 2. 52.
Siquid proprio dat corpore motus. Lucret. lib. 2. 63.
Dominans motus lethi in corpore. Lucret. lib. 2. 192.
Edere motus. Lucret. lib. 3. 113.
Nouos rerum pergignere motus. Lucret. lib. 2. 17.
Motus animi, Perturbatio. Cic. 1. Offic. 189, Vt perturbationes fugiamus. id eſt, motus animi nimios, rationi non obtemperantes.
Agitatione & motu uacuus eſſe nunquam poteſt animus. Cic. 1. de Diuin. 191.
Senſus, motus, & appetitus animi. Cic. 1. de Diuin. 122.
Celeres quidam motus animi & ingenij eſſe debent. Cicer. 1. de Orat. 56.
Senſiferi motus. Lucret. lib. 3. 189.
Temporarius animi motus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 21.
Lætitiæ motus in ſe accipere. Lucret. lib. 3. 24.
Afferre motus in animis: Vide Affero.
Dulcem motũ afferunt ſenſibus res quædam. Cic. 2. de Fin. 16.
Adhibere motus iudici. Vide Adhibeo.
Cogitationis motus celeriter agitatus. Cic. in Orat. 74.
Confiteri motum animi ſui lachrymis. Quint. lib. 6. cap. 1. 181
Dat motus actum quendam & factũ. Quintil. lib. 2. cap. 13. 6.
Langueſcunt motus mentis. Lucret. lib. 3. 211.
Vario miſcentur pectora motu. Virg. 12. Aeneid. 44.
Petendus motus à comœdis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 2.
In motu uoluptatem eſſe. Cic. 2. de Finib. 17.
Modici tangunt præcordia motus. Ouid. 1. de Remed. amor. 16.
Pectora tangebam trepido ſalientia motu. Ouid. 8. Met. 127.
Animi motus aliò traducere. Lucret. lib. 4. 216.
Motus, Cõmotio. Cic. pro Flacco, 37, Videtis quo in motu tẽporum, quanta cõuerſione rerum ac perturbatione uerſemur.
Motus & conatus. Cic. 2. in Catil. 45.
Populi motus factus eſt. Cic. 2. de Orat. 109.
Anceps motus uulgi. Claud. 1. in Ruffin. 14.
Rebellis motus. Claud. 4. Paneg. 43.
Magnificentiſſimus ille totius Italiæ motus, municipiorumq; concurſus Cic. pro Domo ſua, 110.
Truces motus. Lucan. lib. 8. 159.
Afferre motum Reipub. Cic. 2. in Catil. 27.
Diſcordeſq; ſerit motus. Stat. 10. Thebaid. 115.
In motu eſſe, pro Perturbari, uel excitatum eſſe. Cic. ad Quint. fratr. lib. 3. 18. 5.
Excipere futuros motus. Virg. 4. Aeneid. 59.
Ingens motus aquarum. Virg. 4. Georg. 73.
Cæci motus orientis Auſtri. Horat. 3. Carm. ode 27. 4.
Magni motus. Lucret. lib. 1. 60.
Inſolitis tremuerunt motibus Alpes. Virg. 1. Aeneid. 95.
Motus, pro cauſa. Plin. epiſt. 4. lib. 3, Audiſti cõſilij mei motus.

¶ Motio, motionis, Verbale (κίνησις) Cic. 2. de Natura deor. 218, In corporum etiam motione atque geſtu multa cernũt ſubtilius.
Motio animi. Cic. 1. Acad. 46.
Motio manet. Celſ. lib. 3. cap. 6, Nam ſi poſt alteram febrem motio manet, poſt alteram integrum corpus eſt, integro corpore, cibo tempus aptius eſt.
Motio ab ordine. Vlpian. in l. iij. §. pœna autem. ff. ſtellionatus, In his autem qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio, uel ab ordine motio, remittenda eſt.
¶ Motiuncula, pen. corr. Diminutiuum. Seneca de Tranquill. uitæ, Qui ex diuturno grauiq; morbo expliciti, motiunculis leuibuſq; offenſis perſtringuntur. Idem epiſt. 54, Leuis motiuncula decipit.
¶ Motor, aliud Verb. (κινητὴς) Mart. lib. 11. in Charidemum,
Cunarum fueras motor Charideme mearum,
Et pueri cuſtos, aſſiduuſq; comes.
Motorius] Adiectiuum: unde Motoria fabula. Vide Statàrius in Sto.
¶ Moto, motas (κίνημι) motare, Frequent. Virg. 5. eclog. 1.
Siue ſub incertas Zephyris motantibus umbras.
Quercus motant cacumina. Virg. 6. eclog. 6.
Latus motare. Ouid. 13. Metam. 199.
Motuantur] κινῶνται, pro motantur, dixit Plautus in Truculent. 4. 84,
Næ ut in æſtu motuantur iræ.
¶ Mobilis, & hoc mobile, pen. corr. (κινητὸς, σὺνκινητὸς) Qui facilè mouetur. Plin. lib. 11. cap. 37. 16, Supercilia hominis & pariter & alternè mobilia.
Mobilis pedes. Plaut. Mil. 10. 36.
Volat ambiguis mobilis alis. Senec. Hippol. 11. 4.
Mobilia & fluitantia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 54.
Aequor mobile. Ouid. epiſt. 2. 26.
Aetas mobilis iuuenum. Virg. 3. Georg. 33.
Mobili animo eſſe: hoc eſt, Leui & inconſtanti. Q. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 4.
Mobiliſſimo ardore tenetur mundus. Cic. 2. de Nat. deor. 45.
Aura mobilis. Ouid. 3. de Arte, 139.
Curſus mobilis. Senec. Hippol. 4. 18.
Folia mobilia. Horat. 1. Carm. ode 23. 1.
Mobilis ad omnem auram ſpei gens, atque infida. Liu. 9. bel. Punici, 20.
Mobilis homo: cui opponitur Cõſtans. Cic. pro Roſc. Com. 28.
Hora mobilis. Senec. Hippol. 11. 4. Horat. 2. epiſt. 2. 35.
Humor mobilis cæli. Virg. 1. Georg. 84.
Mobilia ingenia. Liu. 2. ab Vrbe, 157.
Ira mobilis turbati uulgi. Silius lib. 8. 57.
Mobile lignum alienis uiribus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 17. id eſt, quod mouetur alienis uiribus, alioqui immobile.
Egregiè mobilis natura animi. Lucret. lib. 3. 42.
Lubrici & mobiles oculi. Cic. 2. de Natur. deor. 213.
Res mobiles. Hermogenes de uerb. & rerum ſignif. Pecuniæ nomine nõ ſolùm numerata pecunia, ſed omnes res, tam ſoli quàm mobiles, & tam corpora quàm rura continentur.
Venti mobiles. Ouid. epiſt. 5. 22.
Vulgus mobile. Claud. 7. Paneg. 61.
Caduca ſemper & mobilia non uirtutis atq; ingenij, ſed fortunæ & temporum munera. Cic. pro Domo ſua, 113.
¶ Mobiliter, pen. corr. Aduerbium (κινητῶς) Cic. 2. de Natur. deor. 35, Animaduerſumq; ſæpe eſt, quum cor animãtis alicuius euulſum, ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur ignearn celeritatem.
Mobiliter & celeriter. Cæſar 3. bell Gall. 390.
¶ Mobilitas, pen. corr. Dimin. (τὸ κινητὸν, σὺνκινησία) Plinius



Digitized by Google

*lib.6 cap.30.1, Animalium, hominumq; effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum artifici, ad fœmanda corpora effigiesq; cælandas mobilitate ignea.*

*Pedum mobilitas.* Ouid. ad Pisonem, 37.

*Cruris mobilitas.* Ouid. epist. 21.10.

*Præcellere mobilitate.* Lucret. lib 2.33.

*Fama inget mobilitate.* Virg. 4. Aeneid. 35.

*Celerrima mobilitate sunt sidera.* Cic. 2. de Natur. deor. 59.

*Linguæ mobilitas, uerborum celeritas.* Cic. 1. de Nat. deor. 63.

*Mobilitas, pro Inconstantia & leuitate* Cic. 7. Philipp. 223.

*Quid est inconstantia, mobilitate, leuitate, cùm singulis hominibus, tum uerò uniuerso Senatui turpius?*

¶ *Mobilito, mobilitas, penul. corr.* (κινητόω) *mobilitare:* Lucretius lib. 3.50,

*Inde calor motus & uentri cæca potestas*
*Accipit, inde aer, inde omnia mobilitantur.*

**Mox** ] ἐυθέως, *Aduerb. significat Statim.* Terent. Eunu. 2.1.13,

*Nam aut tam reuertere: aut mox noctu te adigent horsum insomnia.*

*Discedo parùper à somnijs, atq; mox reuertar.* Ci. de Diuin. 86

*Mox deinde recurrit.* Tibull. lib. 1. eleg. 5.15.

*Mox*, Paulò pòst, uel Postea. Cicer. 1. de Orat. 72, *Verùm illa mox nunc de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus.*

*Quũ segetes occat, tibi mox frumẽta dabuntur.* Hor. 2. epist. 2.33.

*Mox tamẽ ardẽtes accingar dicere pugnas.* Virg. 3. Georg. 10.

*Mox*, pro Deinde. Sueton. in Octauio Aug. cap. 47, *Nec mox occasio aut causa traijciendi fuit.* Plin. lib. 12. cap. 12.3.

*Quàm mox* Terent. Phorm. 1.3.9,

*Dum expecto quàm mox ueniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.* Liu. 5. ab Vrb. 198.

*Mox quam.* Vlpian. tit. 1. *Ex libri qui inscriptus est,* **Tituli ex corpore Vlpiani**, *Qui testamento liber esse iussus est, mox quàm unus ex hæredibus adierit hæreditatem, liber fit. id est, mox post quam.*

M V

**Mu** ] *Syll. bã uoces ad depulsionem fascini et inuidiæ, moliq;, imo ad silentiũ ominandum interpretandũq; usurpasse uidentur, si modò uetustis libris fides habenda est, in quibus, quod ex Plinio scribam, sic exaratum est,* Quanquam illos religione mutuatur. *Libri editi habent, mutatur, quod & placet. Vide* Turnebum.

**Mucor** ] *mucoris, pen. prod. m. g.* (σύριγξ) Lanugo quæ diutino situ contrahitur: *quemadmodum in pane, carne, aliisq; huiusmodi fieri uidemus* Colum. lib. 12. cap. 4.3, *Ne situ penora mucorem contrahant.*

*Mucor in uino.* Vipian. in l. *si quis uina.* §. 1. ff. de peric. & commod. rei uend.

¶ *Mucidus, pen. corr. Adiect.* (σύριγξ, σύριγγος) *Quod mucorem contraxit.* Columel. de Arboribus, cap. 6.4, *At quæ mali generis & infructuosa uinea est, summasq; partes & mucidas & exesas habet, &c.*

*Fusta mucida farinæ solidæ.* Iuuenal. Satyr. 5.7.

*Mucidæ fœtæ.* Varr. 2. de Re rust. cap. 10.7, *Quæ ostenderent fœtas nostras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, luridas, mucidas, & contemnendas.*

*Mucidum uinum.* Martial lib. 8.7.

¶ *Muceo, muces, mucui* (σύριγγιάω) *mucere, Mucidum esse.* Cato de Re rust. *Vini singulæ urnæ dabũtur, quod neq; aceat, neque mucet.*

¶ *Mucesco, mucescis* (σύριγγιάω) *mucescere.* Idem Plin. lib. 14. cap. 20.8, *Proprium autem est inter reliquos liquores uino mucescere, aut in acetum uerti.* Idem lib. 18.

**Mucosus** ] *Vide* Mucus.

**Mucro** ] *mucronis* (ἀκωκή, κέντρις, τὸ ὀξύ) *Cuspis & acumen ensis ac telorum.* Apul. *Circulatorem aspexi, equestrem, spatham præacutã infesto mucrone deuorasse.* Mart. lib. 4.18,

*Tabuit in calido uulnere mucro tener.*

*Mucro, impropriè aliquando ponitur pro ense.*

*Fastigia tenuia mucronum* Lucret. lib. 5.254.

*Aptato mucrone incubuit ferro.* Ouid. 4. Metam. 33.

*Coruscus mucro.* Stat. 9. Thebaid. 109.

*Cruentus mucro.* Vide Cruor.

*Cultratus mucro.* Vide Culter.

*Ferreus ad costas alto stat uulnere mucro.* Virg. 11. Aen. 164.

*Flexi mucrones.* Lucret. lib. 2.86.

*Hebeti mucrone retusum aurum.* Lucret. lib. 5.256.

*Longo mucrone ensis.* Senec. Hippol. 4.39.

*Coruscare mucronem.* Vide Coruſco.

*Stricto mucrone constitit.* Ouid. 4. Trist. eleg 4.16.

*Ferire aliquem mucrone.* Virg. 12. Aeneid. 102.

*Figere mucrones in aliquo.* Cic. 14. Philip. 389.

*Migrare in mucronem.* Vide Migro.

*Reijcere mucrones aliquorũ à iugulis nostris.* Cic. in Catil. 49.

*Resoluere iugulum mucrone.* Ouid. 1 Metam. 46.

*Retundere mucronem alicuius.* Cic. pro Cluentio, 97.

*Coruſco mucrone stricta ferri acies.* Virg. 2. Aeneid. 67,

*Subire mucronem.* Virg. 10. Aeneid. 166.

*Transijt & parmam mucro.* Virg. 10. Aeneid. 164.

*Mucro, etiam pro quariũuis rerũ summo acumine.* Vnde apud Plin. *Herbarum mucrones dicuntur, & Herbam, in mucronem desinentes: hoc est, mucronata folia habentes,*

*Strictisq; seges mucronib. horret* Ferrea. Virg. 12. Aen. 133.

*Mucro dentium.* Plin. lib. 8 cap. 3.3.

*Mucro unguium.* Plin. lib. 8. cap. 15.3.

*Mucro faucium alicuius loci.* Plin. lib. 6. cap. 13.6.

*Mucro defensionis, per translationem.* Cic. pro Cecin. 61, *Peracutum hoc tibi uidetur: hic est mucro defensionis tuæ.*

*Mucronem Tribunitium exacuere.* Cic. 3. de Legib. 31.

¶ *Mucronatus, pen. prod. Adiectiuum* (ὀξύκωκος) *Quod mucronẽ habet, aut mucronis similitudinem.* Plin. lib. 32. cap. 2.5, Trebius Niger *author est, xiphiam, id est, gladium, rostro mucronato esse.*

*Mucronata folia.* Plin. lib. 25. cap. 13.16, Folijs angustis, *mucronatis, succosis.*

**Mucula** ] *Persarũ lingua appellatur gemma, cordis colorem habens: unde & Telicardios appellatur* Plin. lib. 37. cap. 10.

**Mucus** ] *muci* (μύξα, μύξα) *Narium humiditas, & crassior pituita.* Catul. ad Furium, epig. 20.4,

*At te fodor abest, abest saliua.*
*Mucusq;, & mala pituita nasi.*

¶ *Mucosus, pen. prod. Adiect.* (μυξώδης, μυξώδης) *Muco plenus.* Colum. lib. 6. cap. 7.1, *Sequitur torminum uitium, quorum signum est cruenta & mucosa uentris proluuies. hoc est, plurimum muci habens.*

**Mugil** ] *mugilis, pen. corr. uel Mugilis, huius mugilis, m. gen.* (κέστρος) *Genus piscis capitosi, unde etiam Græcis cephalos appellatus.* Plin. lib. 9. cap. 17.1, *Mugilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentiũ. Græci à capite κέφαλον uocant: qui omnium piscium squammis intectorum uelocissimus est, adeò ut transuersa nauigia interim superiactet: ut testatur idem* Plin. lib. 9. cap. 15. 10. Catul. ad Aurelium, epig. 15.4,

*Percurrent raphanique mugilesq;.*

*Mugilis.* Iuuen. Satyr. 10.32,

*— necat hic ferro, secat ille cruentis*
*Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat.*

*Ad cuius loci explanationẽ faciunt uerba Cælij lib. 27. cap. 4. sic dicentis, Cestreus est piscis, quem Latini mugilem uocant,*

Digitized by Google

cant, ita nuncupatus, quia teli modo publica Athenienſium pœna intret adulteros. Eſt enim miſsilis genus ceſtron, quod noſtri uiriculum uocant. Hactenus ille.

Mugilus. Horat. 2. Serm. Satyr. 4.6,

—ſi dura morabitur aluus,
Mugilus, & uiles pellent obſtantia conchæ. Sed hîc alij legunt, Mitilus.

¶ Muginor, pen. prod. muginaris, muginari (γογγύζω) Murmurare. Lucilius, Muginamur, molimur, ſubducimur. Cic. Att. lib. 16. 336. 10, De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quicquam reſcribis: cepi conſilium domeſticum. hoc eſt, dum nihil explicans differs. Feſtus, Muginari, eſt nugari, & quaſi tardè coronari.

Mugio] mugis, mugiui, mugitum, pen. prod. (μυκάομαι, βρύγω, βεμέω) mugire, Factitium uerbum à uoce boum. Liu. 1. ab Vrbe, 27, Inde tum actæ boues quædam ad deſiderium (ut fit) relictarum mugiſſent, &c. Author ad Herennium, lib. 4. 195, Imitationis hoc modo, Vt maiores rudere, uagire, & mugire, & murmurare, & ſibilare appellauerunt. Stat. 11. Thebaid. 43.

Mugiui. Propert. lib. 2. eleg. 29. 4,

Io uerſa caput primos mugiuerat annos.

Solum mugit ſub pedibus. Virg. 6. Aeneid. 52.
Terram mugire uidebis. Virg. 4. Aeneid. 98.
Malus mugit Africis procellis. Horat. 3. Carm. ode 29. 12.

¶ Mugiens. Participium (ἰεύγων) ut,

Greges mugientium. Horat. Epod. 2. 3.
Fremitu mugienti loca cuncta retonant. Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 17.
Litera mugiens. Quintil. lib. 12. cap. 10.

¶ Mugitus, huius mugitus, penult. prod. (μύκημα, μυκηθμὸς) Vox boum. Dicitur & de alijs animalibus: ut de monocerote, apud Plin. lib. 8. cap. 21. 5, Mugitu graui.

Boum mugitus. Virg. 2. Georg. 94.
Armentorum mugitus. Ouid. 5. Metam. 33.
Luctiſonus mugitus. Ouid. 1. Metam. 147.
Terrificos mugitus ciet taurus. Virg. 12. Aeneid. 21.
Dare mugitus. Ouid. 15. Metam. 102.
Edidit mugitus ore. Ouid. 1. Metam. 128.
Raucos mugitus edere. Ouid. 14. Metam. 82.
Victima diros mugitus edidit. Ouid. 7. Metam. 122.
Erupit triſti fluuio mugitus. Silius lib. 6. 57.
Feroci mugitu nemora exteret taurus. Silius lib. 16. 2.
Auras impulit mugitibus. Ouid. 3. Met. 5. de iuuenca quadam.
Prœtides implerunt falſis mugitibus agros. Virg. 6. eclog. 10.
Fumificiſq; locum mugitibus impleuêre. Ouid. 7. Metam. 23. de tauris qui uellus aureum cuſtodiebant, quorum terribilis ſpiritus ignis erat, ut alibi inquit idem Ouidius.
Vaſto mugitu taurus replet delubra. Senec. Herc. Oeth. 7. 12.
Crebris mugitibus ſonant amnes. Virg. 3. Georg. 111.
Mugitus nemorum. Plin. lib. 18. cap. 35. 17.
Fremitus & mugitus terræ. Cic. 1. de Diuin. 65.
Mugitus, & ſibilus, & murmur, nomina ſunt fictitia. Quintil. lib. 8. cap. 6. de onomatopœia.

Mugius] Cognomen Romani cuiuſdam à frequenti murmuratione: à quo Mugiona porta, cui ipſe aliquando præfuit, nominata eſt, ut ait Feſtus.

Mugonia] porta Romæ: à mugitu, quòd per eam uænale pecus intraret. Hæc & Trigonia eſt: hoc eſt, trium angulorũ. Hæc Sipontinus: apud quem legendum uidetur, Mugiona.

Mula] Vide Mulus.

Mulceo] mulces, mulſi, mulſum, & mulctum, ſecundum Priſcianum (κηλέω, θέλγω, κοιμίζω) mulcere, Lenire, mollire, mitigare, dulcem facere, ungere, delectare, polire. Feſtus, Mulcere, mollire eſt, ſiue lenire. Pacuuius, Quid me obtutu terres, mulces laudibus? Plin. lib. 8. cap. 32. 3, Mulcentur fiſtula paſtorali & cantu de ceruis.

Aethera mulcebant cantu. Virg. 7 Aeneid. 7.
Ceruix mulcetur dextra. Cic. in Arato, 6.
Feras mulcere. Ouid. 14. Metam. 68.
Voluptas animum mulcet. Ouid. 1. de Remed. amor. 40.
Flamina mulcere. Cic. in Arato, 14.
Auræ mulcent florem. Catul. in carm. Nuptiali, 57, 9.
Fluctus mulcere. Virg. 1. Aeneid. 14.
Carmina mea mulcebunt mentes ueſtras. Ouid. 10. Metam. 61.
Paſtor arũdineo carmine mulcet oues. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1. 3.
Dictis mœrentia pectora mulcet. Virg. 1. Aeneid. 41.
Pocula mulcere ſuccis Lyæi. Silius lib. 7. 34.
Procellas mulcere. Cic. in Arato, 23.
Carmine mulcere puellas. Horat. 3. Carm. ode 11. 3.
Vulnera mulcet ope. Ouid. 5. Faſt. 81.

Mulcens] Participiũ (κηλῶν) ut, Animam ſolamine mulcẽs. Valer. 4. Argon. 88.

Somnus mulcens pectora. Ouid. epiſt. 17. 6.

¶ Mulcendus, κηλεθησόμενος, Aliud Participium: ut,

Auribus mulcendis apta referre. Ouid. 2. Triſt. 72.
Ad aures mulcendus natus canor. Ouid. 5 Metam. 113.
Colla mulcenda præbere manibus. Ouid. 10. Metam. 24. de tergo quodam.

¶ Mulcedo, pen. prod. mulcedinis (κήλησις) Gel. lib. 19. cap. 9, Quæ nullas uoluptates, nullamq; mulcedinem Veneris, neq; Muſæ haberet.

Mulciber] pen. cor. mulciberis, & per ſyncopem mulcibris. eſt enim tertij ordinis: ſed aliquãdo etiã ſecundi (ῥᾳστος) à mulcendo dictus eſt Vulcanus, id eſt, molliendo ferro: ut uolunt Feſtus & Donatus: quòd ignis omnia mulceat, id eſt, molliat, uincat, ac domet. Cic. lib. 2. Tuſc. 41,

Iouisq; numen Mulcibri adſciuit manus. Ex quodam poeta. Ouidius 2. de Arte, 113,

Mulciberis capti Marsq; Veneriq; dolis.

Donatus, Mulciber à mutilando dici putat, quòd ob claudicãtem ſit mutilatus ac debilis. Martianus Capella lib. 6. ca. 1, Diſpendiaq; limi perflagrata caſſum deuorante Mulcibero.

Mulciber, pro Igne. Ouid. 14. Metam. 107,

Iamq; picem, & ceras, alimentaq; cætera flammæ
Mulciber urebat, perq; altum ad carbaſa malum Ibat.

Mulco] mulcas, mulcãre, Verberare, lædere, cruciare: Antiquum uerbum eſt, quod tamen apud Cornelium Tacitum reperias. Turnebus.

Mulcta] Vide Multa.

Mulctra, Mulctrale] Vide Mulgeo.

Mulgeo] mulges, mulſi uel mulxi, mulſum, uel mulctum, (ἀμέλγω, βλάλλω) Priſcianus, Mulgeo quoq; mulſi facit. quamuis differentiæ cauſa quidam mulxi protulerunt: quia mulceo quoq; mulſi facit.

Mulgere, Lac è mammis exprimere. Virg. 3. Georg. 80,

Quod ſurgente die mulſere horisq; diurnis,
Nocte premunt. Varro 2. de Reruſt. cap. 11. 2, A' mulgendo, atq; ortu optimũ eſt id, quod neq; emunctum longè abeſt à mulſo, neq; à partu continuò eſt ſumptum. De lacte.

Oues mulgere. Virg. 3. eclog. 1.
Mulgere hircos, De re palàm abſurda, prouerbialiter dicitur. Virg. 3. eclog. 18.
Mulſi, in præterito. Lucret. lib. 4. 244,

Et commiſcendo quum ſemen fortè uirile
Fœmineum mulſit ſubita ui, corripuitq;.

Mulctra] mulctræ (ἀμολγὸς) Ipſum lac mulctum, ſeu emunctio, & extractio lactis. Virg. 3. eclog. 6,

*Bis uenit ad mulctram, bimos alit ubere fœtus.* Colum. *lib.8.cap.17, Vt mulctra, recens caseus, si loci conditio, uel lactis annona permittit.* Docet, *quib. cibis alèdi sint pisces.*

Mulctra, *Vas in quo mulgentur uaccæ, uel capræ.* Colum. *lib.7.cap.8 2, Sed mulctra quum est repleta lacte, non sine tempore aliquo debet esse.*

¶ *Mulctrale, mulctralis, pen.prod. n gen.* (πέλλα) *Idem quod mulctra pro uase.* Virg. *3.Georg.36.*

*—implebunt mulctralia uaccæ.*

¶ *Mulctrũ, mulctri, n.g.* (ἀμολγεύς) Idẽ. Horat. *Epod.16.10, Illic iniussæ ueniunt ad mulctra capellæ.*

¶ *Mulctus, huius mulctus, m.g* (ἄμιξις) *Verbale.* Colum. *lib.2.cap.11.1, Sed horũ sunt discrimina quædam, et à pastionibus et à pecudũ natura et à mulctu. De lactis discrimimibus.*

Mulgo] *mulgas, mulgare,* Palàm facere. Plautus *Cistel.*

*Pro puella seruulus nequam, qui dominum mulgat atq; uillicum.* Ab hoc Promulgo compositum.

Mulier] *mulieris, pen.cor.* (γυνὴ, ἄνηρ) *Notum uocabulum: proprie uerò dicitur, quæ uirgo non est.* Vlpian. *in l. alioquin. ff. de contrab. empt. Quòd si ego me uirginem emere putarem, cũ esset mulier, emptio ualebit: in sexu enim non est erratum.* Cicero *obiurgantibus, quòd sexagenarius Popiliam uirginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. Huius meminit & Quintil. lib.6.cap.4.*

Penuria *mulierum.* Vide Penuria.

Animal *menstruale mulier.* Vide Mensis.

Amara *mulier.* Vide Amarus.

Copiosa. Vide Copia.

Dolosa *mulier.* Horat. *2.Serm.Satyr.5.15.*

Formosa *mulier.* Horat. *de Arte, 1.*

Non humilis *mulier.* Horat. *1.Carm.ode 37.7.*

Immoderata *mulier.* Vide Immoderatus.

Copiosa *plànè et locuples mulier.* Vide Locũples *in Loc⁹.*

Abutti *muliere.* Vide Abutor.

Impudicas *mulieres complexi.* Vide Impudicus.

Mediam *mulierem complectitur.* Vide Medius.

Conuenit *mulier uiro in manum.* Vide Conuenio.

Gaudens *unico marito mulier.* Horat. *3.Carm.ode 14.1.*

Perire *mulierem.* Vide Pereo.

*Sentiant omnes mulieres in natura fœminarum deum castitatem pati.* Cic. *2.de Legib.49.*

*Mulier, etiam dicitur ea quæ uirum non cognouit, inquit Vlpianus in l. quæritur. ff. de Aedilitio edicto.*

*Mulierem eunuchum uocat Terentius, à membrorum mollitie, in Eunucho, 2.3.65.*

*Mulier à mollitie dicitur, ut ait Varro, immutata & detracta litera, quasi mollier.*

*Mulier ancilla.* Salust. *in Iugurtha, Quum interim Hiempsal reperitur, occultans se in tugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat. Cur mulieris dixit, quum satis esse uideretur, ancillæ? Nam si ancilla, & mulier est: non autem contrà. Muleris igitur addidit, quia uideretur alioqui ancillam eius significare. Hic enim sensus esset, Occultans se in tugurijs ancillæ, sub. suæ.*

*Mulier, pro uxore. Modestinus in l. penult. ff. de supell. lega. Nunquam ex eo quòd supellectilem legauit maritus testamento, habitationem in qua supellex fuit, legasse uidetur: quare contra defuncti uoluntatem, habitationem sibi mulierem uendicare procul dubio est.*

*Mulier, pro Ea uel illa dicitur: sicut Homo pro Eo uel illo.* Horat. *2.Serm Satyr.7.13, —illa tamen se,*

*Non habitu, mutatúe loco, peccatúe supernè:*

*Quum te formidet mulier. id est, quum ea te formidet.*

¶ *Muliercula, pen.corr. Diminut.* (γυναικάρια, γυναῖον) Cic. *2. Offic. 83, Bene etiam colligit hæc pueris, è mierculis, & seruis, &c. Sic, 1. Tusc. 56, Muliercula, pro Muliere imbecilli & inopi. Vulgò pauperculam mulierem sic uocamus, quasi destitutam auxilio, et fragilem. Idem 6. Ver. 42, Quæ forsitan uobis parua esse uideantur: sed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim, quũ eripiuntur è manibus ea, quibus ad res diuinas uti consueuerunt. id est, matronis pauperibus.* Budæus.

*Muliercula impura.* Cic. *4.Ver.139.*

*Deteriore forma mulierc ula.* Lucret. *lib.4.257.*

¶ *Muliebris, & hoc muliebre, pen.corr.* (γυναικεῖος) *Quod ad mulieres pertinet: ut, Muliebre uestimentum,* Plaut. *Menæh. 4.53. Muliebris malitia,* Plaut. *Epid. 11.18.*

*Muliebris animus, Timidus & inconstans.* Cic. *1. Offic. 88. ex Ennio,*

*Vos etenim iuuenes, animum geritis muliebrem.*

*Muliebris audacia.* Liu. *1. ab Vrbe, 202.*

*Muliebre bellum gerere.* Cic. *pro Cælio, 53.*

*Muliebris & delicatus ancillarum puerorumq; comitatus.* Cicero *pro Milone, 21.*

*Muliebris fides, pro leui.* Plaut. *Mil. 8.44.*

*Formæ muliebris pulchritudo excellens.* Cic. *2. de Inuen. 122.*

*Fraus muliebris.* Tacit. *lib.2.*

*Origo muliebris.* Lucret. *lib. 4.248,*

*Siue uirûm soboles, siue est muliebris origo. id est, siue masculus est, siue fœmella.*

*Seclum muliebre.* Lucret. *lib.4.247,*

*Et muliebre oritur patrio de semine seclum. hoc est, multitudo & continua series, siue sequela successiua.*

*Sententia muliebris & eneruata.* Cic. *2. Tusc. 23.*

*Seruitus muliebris.* Liu. *4. Decad. 4.*

*Stola muliebris.* Cic. *2. Philip. 61.*

*Tutela muliebris.* Liu. *1. ab Vrbe, 9.*

*Venustas muliebris.* Cic. *1. Offic. 181.*

¶ *Muliebria, muliebriũ, tantũ pluraliter, mẽstrua* (γυναικεῖα)

*Muliebria, pro Libidine.* Quintil. *Nobilis adolescens à Centurione muliebria passus.* Vlpianus *in l. 1. §. remouet. ff. de postulando, Remouet autem à postulando pro alijs & eum, qui corpore suo muliebria passus est.*

¶ *Muliebritas, pen.cor. f. gen.* (γυναικιότης) Mollities.

¶ *Muliebriter, pen.cor Aduerb.* (γυναικείως) Effœminatè, seu more mulierum. Iustinus, *Quæ non muliebriter hostiũ aduentu territa.* Cic. *2. Tusc. 84, Si turpissimè se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter, lachrymisq; dedet.*

*Nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebriterue faciamus in dolore, maximè prouidendum est.* Cic. *2. Tuscul. 94.*

*Muliebriter expauere ensem.* Horat. *1. Carm. ode 37.*

¶ *Mulieros us, mulieros i, pen. prod.* (γυναικοφίλης) *Qui nimium appetit mulieres.* Cic. *de Fato. 15, Hunc scribũt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse.*

¶ *Mulieros us, Adiect.* (γυναικικὸς) *Quod est mulieris.* Plaut. *Pœnul. 19.24,*

*Sanè genus hoc mulieros um est tunicis demissitijs.*

¶ *Mulieros itas, pen.corr. mulieros itatis* (φιλογυναικία) Cic. *4. Tusc. 37, Similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieros itas: ut ita appellem eam quæ Græcè φιλογυναικία dicitur.*

¶ *Mulierarius, mulierarij* (γυναικομανὴς) *Qui nimium amat mulieres.* Iulius Capitolinus, *Mulierarius fuit inter primos amatores.* Cic. *pro Cælio, 52, Cur Licinii titubantẽ, hæsitantẽ, cedentẽ, fugere conantẽ mulieraria manus ista de manibus emiserit. id est, congregatio effœminatorũ hominũ.*

Dixerat

Dixerat enim antea, mulieris amici. Hæc autem est lectio castigatiorum exemplariũ: quum alia legant, mulieris manus.

¶ Muliero, mulier-as, pen. corr. (γυναικόω) mulierare, Effœminare. Varro, Et rex, & miscellus ille pauper amat, habetq; ignem intus acrem: hic ephebum mulierauit: hic ad me deca adolescentem cubiculum pudoris primus polluit. Alij legũt, hic Admecadæ cubile primus polluit. Nonius. Obsoletũ.

Mulio] Vide Mulus.

Mulleus] mullei. Festus, Mulleos genus calceorũ aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patritij usi sunt. M. Cato Originum lib. 7, Qui magistratum Curulem cepisset, calceos mulleos allucinatos, cæteri perones. Itẽ Titinnius in Setina, Iam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatis in calceos, quos putant à mullando, id est, fuendo dictos. Hactenus Festus. Vopiscus in uita Cæsarum, Calceos, inquit, mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos uiris omnibus sustulit, mulieribus reliquit.

Mullus] mulli (τρίγλαι) Piscis genus. Plinius lib. 9. cap. 17. 4, Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica, binasq; libras ponderis raro admodum exuperant, nec in uiuarijs piscimisq; crescunt. Septentrionalis tantùm hos & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. Cæterò eorum genera plura. Nam & alga uescuntur, & ostreis, & limo, & aliorum piscium carne, barba geminа insigniũtur inferiori labro. Et paulo pòst, Nomen his Fenestellа à colore mulleorum calceamẽtorum datum putat. Horat. Serm. Satyr. 2. 7,

—laudas insigne trilibrem Mullum. Martialis,
Nolo mihi ponas rhombum, mullumq; bilibrem.

Lutarius mullus. Vide Lutum.

Mulli barbati. Cic. Attico, lib. 2. 16. 14.

¶ Mullulus, pen. cor. Diminutiuum (τριγλάριον) Cic. in Parad. 48, Et uideant aliquem summis populi beneficijs usum, barbatulos mullulos exceptantẽ de piscina, & pertractantem.

Mulomedicus] pen. corr. Firmius lib. 8 cap. 13. in Scorpij parte duodecima, oritur Centaurus. Hoc oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor & cultor, aut mulomedicus, uel equitarius. Mulomedicum interpretor, mulorum aliorumq; ueterinorum medicum: qui & ueterinarius dicitur.

Mulsum] mulsi (οἰνομέλι) A' mulceo dicitur, quasi melle delinitum: Est potio ex uino, melleq; confecta. Vide Plin. libro 22. cap. 24. 7. Cic. 2. Tusc. 75, Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat.

Martialis epigramma est de mulso, lib. 13. 108.

Veteres Romani mulsum in deliciis habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur. Plautus,

Sed spectatores uos nunc ne miremini,
Quod non triumpho: peruolgatum est, nihil moror:
Veruntamen accipientur mulso milites. Liuius, Et ad portam Capenam mulsum prosecutis funus dedisse. Significat Liuius, Culleonem in Africani funere renouata memoria triumphi eius pileatũ dedisse mulsum, aut triũphi imitatũ liberalitatẽ & imaginẽ hoc fecisse. Annotauit Turnebus.

Lene mulsum. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 6.

Mulsum si calidum bibatur, uocem permulcet: si frigidũ, exasperat. Cic. 2. de Oratore, 156.

Miscere mulsum. Cic. 2. de Finib 27.

¶ Mulsus, mulsa, mulsum, Adiectiuum (μελιτώδης) ut, Mulsa aqua. Plin. lib. 22. cap. 24. 3. de mulsa aqua loquẽs, quæ melle cõcinnatur. Colum. lib. 9. cap. 12, Rorem marinum aqua mulsa decoctum.

Lac mulsum. Plin. lib. 10. cap. 22. 2.

Loqui mulsa. Plautus Pœnulo, 4. 102, hoc est, dulcia, suauia.

Mulsa dicta. Plautus Rud. 10. 33.

Mulsa mea: Amantis & blandientis affectus. Plautus Casin. 8. 20.

¶ Mulseus, Adiectiuum (μελίτεος) Colum. lib. 8. cap. 7. 3, Mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt.

Mulseus sapor. Colum. lib. 13. cap. 45. 2.

Multa] multæ (ζημία, προστίμημα, ἐπιτίμιον, τίμημα) Solutionis pœna: quòd olim, ut Varro ait, singula ob peccatum exigebantur, ut ouis, aut bos: postea multa simul exigi cœperunt, & unum atq; oleum addi. Varro lib. 9. Rerum humanarum, dicit hoc uocabulum, non Latinum, at Sabinum esse.

Multa, siue Mulcta, differt à pœna. Vlpian. ff. de uerbor. significat. l. 131.

Multam, ait Festus lib. 11. Oscè dici putant pœnam, M. Varro aut pœnam esse, sed pecuniariam. Maximam multam dixerunt trium millium & uiginti assium: quia non licebat quondam pluribus triginta bubus & duabus ouibus quenquam multari: æstimabaturq; bos centussibus, bos decussibus. De hac suprema seu maxima multa, deq; minima, quæ unius erat ouis, uide Gell. lib. 11. cap. 1.

Irrogatio multæ. Cic. pro Rab. Perduel. reo, 5.

Certare multam, & Certatio multæ. Vide Multam dicere in Dico: & Certatio in Certo certas.

Committere multam, est quum quis aliquid committit, propter quod multa est afficiendus. Cic. pro Cluentio, 83. Budæus.

Gratiem multam depellere alicui. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 14.

Dicere multam. Vide Dico.

Exposcere multam. Catul. Argonat. Epigr. 59. 38.

Imponere multam. Vide Impono.

Indicere multam. Vide Indico.

Irrogare multam, non est iudicis multantis, sed actoris, aut postulantis, & accusantis Liuius lib. 7. belli Macedo. 248, Centum millium multa irrogata erat: bis de ea re certatum est: tertiò quũ de petitione desistisset reus, nec populus de multa suffragium ferre uoluit. Irrogare multam hodie forensi uocabulo dicitur, Concludere ad multam, & Conclusiones multatitias assumere: quod & Pœnaliter intendere dici potest, Latinè loquentibus. Budæus. Cic. pro Milone, 28.

Multare multa & pœna. Cic. pro Corn. Balbo, 33.

Petere multam, nempe ut irrogetur. Cic. pro Cluentio, 82, Necesse est nullo modo illam multã quæ à Iunio petita sit, cum Cluentij causa posse coniungi. Budæus.

Sufferre multam legis. Cic. pro Cecinna, 71.

Multa ei esto ut. Plaut. Asin. 13. 56,

Hæc multa ei esto, ni uiginti dies
Vt careat. id est, interdicatur ei uino.

¶ Multatitius, Adiect. uum (προστιμητικὸς) Quod ex multa fit, uel quod ad multam pertinet, siue quod nomine multæ exigitur. Liuius 10. ab Vrbe, 110, Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuarijs damnatis, ludi facti. & libro 7. belli Pun. 34, Aediles plebis Q. n. Catius, & L. Portius Licinius, ex multatitio argento signa ænea ad ædem Cereris dedêre.

¶ Multo, multas (ζημιόω, προστιμάω, ἐμβάλλω) multare, Punire, condemnare. Construitur cum genitiuo, aliquando cum ablatiuo.

Malè multare aliquos. Cic. de clar. Orat. 44.

Exilio aliquem multare. Tacit. lib. 5, Exilio, aut morte multarentur. Idem lib. 13.

Stultitia fama multatur. Cecinna Cic. lib. 6. 7. 2.

Infortunio multare. Plaut. Merc. 3. 22.

Morte multare. Virg. 11. Aeneid. 168.



Digitized by Google

Crudelißimè per uim morte aliquos multare. Cic. 3. in Catil. 9.
Seipſum morte potius, quàm ſempiterno dolore multare. Cic. poſt. red. in Senatu, 31.
Vitia hominum atq; fraudes damnis, ignominijs, uinculis, uerberibus, exilijs, morte multantur. Cic. 1. de Orat. 96.
Pecunia multare. Curtius lib. 2.
Verberibus aliquem multare. Tacit. lib. 1.
Multari uirgis. Liu. 6. bell Pun.
Multare, Priuare. Multari patria. Virg.
Quod ſi perdiderim, patria multabor. Cic. 5. Tuſc. 150, At multantur bonis omnibus exules.
Diminutione prouinciæ imperatorem contumelioſum multari. Cic. de Prouinc. Conſul. 30.
Stipendio multare. Cic. pro Corn. Balbo, 32.
Multare, Lacerare, mutilare, uerberare, inquit Donatus. Terentius Adelph. 1. 2. 10,
Ipſum dominum atq; omnem familiam multauit uſq; ad mortem. Colum. lib. 2. cap. 4. 6.
Multare, Augere, & uoti compotem facere. Næuius Colace, Et aſſeri laudes ago, quum uotis me multatis meis: quod præter ſpem quem uellem, audiebam. Nonius.
Multare, Malè tractare. Colum. lib. 1. cap. 2. 2, Nam illud uetus eſt Catonis, agrum peſſimè multari: cuius dominus quid in eo faciendum ſit, non docet, ſed audit uillicum.
Multare matrimonio, Diuortium facere. Plaut. Amphit. 8. 221.
¶ Multor, multaris (τιμάομαι) multari, Deponens, Idem. Suet. in Auguſto, cap. 21, Neq; aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes, grauiore unquam multatus eſt pœna, quàm ut captiuos ſub lege uænundaret, ut in uicina regione ſeruirent.
Malè multari. Vide Malus.
¶ Multatus, pen. prod. Participium (ζημιωθείς) ut,
Multatum exilio maleficium. Cic. pro Cecinna, 72.
Multata conſilia à fortuna. Cic. pro Rab. Poſthumo, 1.
¶ Multatio, Verbale (τίμησις) Cic. pro Rab. perduel. reo, 10, Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorum, miſera multatio bonorum, miſerum exilium.
Multus] multa multũ (πολλὸς, πολὺς, πολλὴ, πολὺ, πολὺ, αὐτάρκης, πάμπολλος, πάμφυρος) Notæ ſignificationis. Cic. pro P. Seſtio, Et in cæteris, quæ rerum potuæ ſunt, multis fortißimis atq; optimis uiris, iniuſtis iudicijs tales caſus incidiſſe.
Minus multi. Vide Minor in Paruus.
Minimè multi. Vide Minor in Paruus.
Nimium multi. Vide Nimis.
Vna de multis. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Vnus è multis. Horat. 1. epiſt. 6. 12.
Vnus è multis orator non fuit Callidius, potius inter multos propè ſingularis fuit. Cic. de clar. Orat. 149.
Videri multus in aliqua re. Cic. 2. de Nat. deor. 177.
Multus alias in admiratione Circes gloriam herbarũ Aegypto tribuit. Plin. lib. 25. cap. 2. 9. id eſt, multum admiratur.
Multus in coloribus. Plin. lib. 35. cap. 11. 15.
Multus in eo fuit, ſiue in cære. Cic. 4. Acad. 35.
Inconcinnus aut multus in aliquo genere, ineptus dicitur. Cic. 2. de Orator. 11.
In opere multus, Continuus, uel aſſiduus. Saluſt. in Iugurth.
Multus & inſolens in re nota & peruulgata ne ſim. Cicero 2. de Orator. 194.
Multa, Id eſt, multa uerba. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 13, Multa Cicerrus ad hæc. id eſt, multa reſpondebat.
Non eſt quod multa loquamur. Horat. 2. epiſt. 1. 6.
Satis multa. Cic. 2. de Finib. 96.
Nimium multa. Cic. Planco. lib. 4. 14. 9.
Nimis multa in genera diuidere. Cic. 2. de Orat. 159.
Multa, pro Multum: ut,
Reluctans multa. Virg. 4. Georg. 62.
Haud multa moratus Dat dextram iuueni. Virgil. 3. Aeneid. 123.
Amictus multus. Virg. 1. Aeneid. 84.
Arte multa uix reuulſus è ſcopulo. Virg. 5. Aeneid. 54.
Aura multa. Horat. 4. Carm. ode 2. 5.
Baccho multo hilarans conuiuia. Virg. 5. elog. 14.
Cædes multa. Virg. 1. Aeneid. 95.
Cædes multa bidentium. Horat. 3. Carm. ode 23. 3.
Capitum multorum bellua. Horat. 1. epiſt. 1. 16.
Pauca tibi è multis expediam dictis. Virg. 3. Aeneid. 76.
Dies multa. Horat. de Arte, 60.
Ad multum diem. Cic. ad Att. lib. 13. 26 7. 1.
Multo deniq; die per exploratores Cæſar cognouit & montem à ſuis teneri, & c. 1. bell. Gall. 89.
Dolore multo corrupta uoluptas. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 8.
Grandine multa crepitant nimbi culminibus. Virg. 5. Aen. 92.
Hominum multorum mores uidit. Horat. de Arte, 29.
Herbæ multæ prodigus locus. Horat. 1. epiſt. 7. 9.
Tanti tamq; multi ignes. Cic. 2. de Nat. deor. 134.
Tropheis multorum imperatorum, non turribus munita antea erat Macedonia. Cic. de Prouinc. Conſul. 3.
Incommoda multa. Horat. de Arte, 35.
Lachrymis nõ ſine multis noctes agit. Horat. 3. Carm. ode 7. 2.
Laus multa. Horat. de Arte, 57.
Cum multa libertate notare aliquẽ. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 1.
Litura multa. Horat. de Arte, 60.
Lumine multo manifeſtius. Virg. 3. Aeneid. 31.
Multa luce reuecti hoſtes. Tacit. lib. 21.
Mala multa precatus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 41.
Multo mane. Cic. Attic. lib. 5. 91. 1.
Merces multa. Horat. 1. Carm. ode 28. 6.
Millia multa dare letho. Virg. 5. Aeneid. 162.
Cum multis millibus ibat. Virg. 5. Aeneid. 15.
Multis modis reprehendere aliquid. Cic. 2. de Finib. 132.
Multis modis, pro Vehementer, inquit Donatus. Terẽt. Hecyr. 2. 3. 7,
Niſi pol filium multis modis iam expecto.
Nomen tuum multum eſt in his locis. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 5.
Nominis multi homo. Horat. 3. Carm. ode 9. 2.
Multa nocte. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 10. 1. Sed tamen poſtridie quàm tu es profectus, multa nocte cum Vibullio ueni ad Pompeium.
Multa tam nocte. Tacit. lib. 18.
Nocte multa referunt ſe. Virg. Georg. 36.
Multa nocte uenire. Cic. Qu. fratri, lib. 8. 10. 1.
De nocte multa profectum eſſe ad Cæſarem. Cicer. Attico, lib. 7. 12 4. 3.
Odore multo fumat ara. Horat. 3. Carm. ode 18. 2.
Pars multa mei. Horat. 3. ode 30. 2.
Multis partibus maior. Cic. 4. Acad. 208. id eſt, multo maior.
Prælia multa conſerimus. Virg. 2. Aeneid. 80.
Præmia multa ferre. Horat. 2 Serm. Satyr. 1. 3.
Prece multa proſequi aliquem. Horat. 4. Carm. ode 5. 7.
Promiſſa multa. Horat. 2. epiſt. 2. 2.
Multæ, copioſæ, uariæq; rationes. Cic. 1. de Orat. 113.
Res multæ officient tibi. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 20.
Rerum multarum diues. Horat. 2. epiſt. 2. 7.
Multæ & magnæ res. Cic. 1. de Inuent. 8.
Riſus multus. Horat. 4. Carm. ode 13. 6.
Sale multo defricuit urbem Lucilius. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 1.
Salutem multam dicere. Plaut. Pœnul. 4. 182.
Sermonem multum habere de aliquo. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 20. 2.

Sudoris

Digitized by Google

*Sudoris multi.* Cic. 1. de Orator. 134, Ac ſtylus ille tuus, quem tu uerè dixiſti perfectorem dicendi eſſe ac magiſtrum, multi ſudoris eſt, & c. id eſt, multum in eo laborandum & ſudandum.

*Multa*, pro ſæpe. Cic. ex Ennio,

Quæ nunquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendeo am lachrymans. Loquitur enim uirgo Veſtalis, quæ ſæpe ſe dicit tetendiſſe manus ad cælum.

*Multa aduerſa reuertens.* Cic. 1. Tuſcul. Itaq; dubitans, circunſpectans, hæſitans, multa aduerſa reuertens, tanquã in rate in mari immenſo noſtra uehitur oratio. Rationem quãdam priſcam & poeticam olet, ut ſuperior. Demonſtratur autem æſtus hac locutione eorum, qui eò ſæpius unde degreſſi ſunt, redeunt ſua per ueſtigia, quòd eos cæpti itineris aut uiæ pœniteat. Quare multa aduerſa reuertitur oratio, quæ retrò redit ſæpè, & aduerſum ſe fertur, pedemq; in contrarium refert, contraq; id quod affirmauit, ſecutaq; eſt, pronunciat atq; aduerſum tendit, et mutat ſententiam in diuerſum. Verba ſunt Turnebi, ſic explicantis hunc locum.

*Multo tanto*, eâdem forma dicitur, qua Altero tanto. Græci dicunt πολλαπλασίως. Plaut. Rud. 13. 37,

Ego multo tanto miſerior quàm tu Labrax.

*Crebræ, multæq; toto corpore intextæ ſunt uenæ.* Cicero 2. de Natur. deor. 208.

*Verba multa fecimus.* Plautus Pœnul. 20. 31. id eſt, ſatis diu.

*Virtus multa* Virgil. 4. Aeneid. 1.

*Vi multa remulſam gubernaculum.* Virg. 6. Aeneid. 70.

*Vitilitates multæ.* Cic de Amicitia, 30.

¶ *Multiſſimus*, pen. corr. Cicero Attico, lib. 11. 210. 1, Ex multiſſimis & miſerrimis curis eſt una enata, ſi, ut ſcribis, iſta hæc edutis fidem, & famam meam tueri poteſt. Correctiora exemplaria legunt, Ex multis meis. Sunt & qui multeſſimis legendum putent.

*Multus*, pro multiplici. Plinius lib. 19. cap. 3. Radice multa craſſaq;.

*Multi exiſtimare operam ſuam.* Cic. 2. de Orat. 56.

*Multum noctis.* Tacit. lib. 18, Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis ſerum auxilium uenit.

¶ *Multum*, Aduerbium (πολὺ, πολλὸν) Plaut. Milit. 8. 4,

Vbi ſum afflictata multum.

*Multum admodum.* Cic. 5. de Finib. 21.

*Non ita multum.* Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 13.

*Multum celer medicus* Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 30.

*Homo multum demiſſus* Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 12.

*Diſſimiles multum.* Horat. 1. epiſt. 10. 1.

*Parentes multum miſeri.* Ouid. 4. Metam. 31.

*Securus multum.* Tibul. lib. 4. eleg. 10. 1.

*Abeſt ab ijs multum.* Vide Abſum.

*Amare multum.* Plaut. Perſa, 9 2.

*Natis multum amata.* Horat. Epod. 17. 4.

*Multum & diu cogitare* Cic de Senect. 35.

*Non multum differens ab indico.* Plin. lib. 12. cap. 12. 4.

*Dolitura multum* Neæra. Horat. Epod. 15. 3.

*Multum excellunt uirtutes propriæ animi.* Cic. 5. de Finib. 67.

*Fleuit multum.* Plin. epiſt. 198.

*Fundit multum lachrymas.* Virg. 3. Aeneid. 70.

*Multum ineptus labor.* Plin. epiſt. 9.

*Non tam multum in iſtis rebus intelligo.* Cic. 6. Verr. 84.

*Obiurgabo multum.* Plaut. Trinum. 4 24.

*Multum præſtat.* Cic. 5. de Fin. 72, Longè multumq; præſtet mens atq; ratio.

*Multum prouidere in poſterum.* Cic. 2. de lege Agrar. 90.

*Multum ſæpe quæſita ac difficilis res.* Cic. 3. de Legib. 48.

*Non multum eſt, unum ſi præſto togatum.* Martial. lib. 1. 179.

*Salue multum.* Plautus Trinum. 17. 55.

*In teneris multum eſt conſueſcere.* Virg. 2. Georg. 55.

*Longè omnes multumq; ſuperare.* Cic. 7. Verr. 90.

*Tacuit multum* Plin. epiſt. 198.

*Multum me in ſilentio tenui* Plin. epiſt. 126. b.

*Multum uale.* Plaut. Stich, 8 40.

*Viuere multum.* Cicer. Volumnio, lib. 7. 34. 4, Viuamq; tecum multum, & cum communibus noſtris amatoribus. id eſt, frequenter.

*Multum uti aliquo*, pro Familiariter. Cic. de Amic. 2.

¶ *Multò*, Aduerbium (πολλῷ, πολὺ, μᾶλλον) cum dictionibus Alius, aliter, ſecus, antè, pòſt, præſto, malo, antecedo, excello, & ſimilibus ſuperlatiuum uim habentibus, elegantem dicendi uim habet.

*Multo aliter.* Terent. in Prolog. Andr. 4,

Verùm aliter euenire multò intelligit.

*Multo antè.* Terent. Eunuch. 4 5. 7,

Sed Thais multo antè uenit? Cic. in Verrẽ, Cui quemadmodum reſiſtam, multo mihi antè eſt iudices prouidẽdũ.

*Multo antè mala prouidere.* Cic. Sulpitio, lib. 4. 1. 3.

*Illud ad me, ac multo etiam magis ad uos Cotta noſter & Sulpiti* Cic. 2. de Orat 76.

*Multo pòſt.* Cic. ad Atticum, lib. 12. 259. 1, Non multo pòſt quàm tu à me diſceſſiſti.

*Non multo poſt diſceſſum meum* Cic. Poſt red. in Senatu, 2.

*Multo ſecus.* Cicero, Multo ſecus euenit.

*Multo anteponere.* Cic. 4. de Finib. 83.

*Multo præſtat.* Saluſt. Multo præſtat beneficij, quàm maleficij memorem eſſe.

*Multo*, comparatiuo etiam iungitur. Cicero de Amicitia, 62, Quod quidem eſt multo proficiò magis in ueris patribus, certisq; faciendum.

*Moleſtius multo* Cic. de Amicit. 75.

*Cuius multo.* Lucret. lib. 2. 33.

*Ferocius multo.* Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 4.

*Maius multo.* Virg 3. eclog. 8.

*Multo minus mouebant mineæ.* Cic. Att. lib. 8. 153. 5.

*Multo minoris uendidit, non modò quàm tu, ſed etiã quàm qui ante uenditerunt.* Cic. 5. Verr. 35.

*Multo prius.* Lucret. lib. 3. 159.

*Emineſcis multo pulchrior* Horat. 2. Carm. ode 8. 2.

*Splendidi multo eſt.* Horat. 1. epiſt. 18. 4.

*Multo ſuauius* Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18.

*Multo*, elegantiſſimè ſuperlatiuo iungitur. Terentius Heaut. 4. 8. 1,

— multo omnium nunc me
Fortunatiſſimum factum puto eſſe gnate, quũ te intelligo
Reſipuiſſe. Cic. pro lege Manil. 1, Conſpectus ueſter multo iucundiſſimus.

*Lux multo gratiſſima.* Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 8.

*Multo grauiſſimus ſopor.* Lucret lib. 4. 193.

*Multo maxima pars.* Cicero pro lege Manilia, 37, Magna ac multo maxima parte non modò utilitatis, ſed dignitatis atque imperij caruit.

*Multo pars maxima* Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 17.

*Multo maximè.* Cic. in Verrem.

*Adiuuat & exornat orationem expolitio, ſed multo maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem.* Author ad Herennium, lib. 4. 222.

¶ *Multitudo*, pen. prod. multitudinis (πλῆθος, πλυθύς) Notæ ſignificationis. Cic. 2. de Oratore, 184, Habet enim multitudo uim quandam talem, ut quemadmodum tibicen ſine tibijs canere, ſic orator ſine multitudine audiendo eloquens eſſe non poſſit.

Teſtimo-

Teſtimonium multitudinis non grauiſsimum eſt. Cicero 2. de Finibus, 129.
Numerus hominum & multitudo. Cic. de Prouin. Conſul. 24.
Circunfuſa multitudo. Quintil. lib. 4. cap. 2. 27.
Conſternata & pauida multitudo. Vide Conſterno.
Imperita multitudo. Vide Imperitus.
Imperitæ multitudinis ex errore qui pendet, hic in magnis uiris non eſt habendus. Cic. 1. Officior. 94.
Vaga multitudo. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6.
Amputare multitudinem. Vide Amputo.
Fugiens conſulto multitudinem philoſophia, & paucis iudicibus contenta. Cic. 2. Tuſc. 5.
Manum facere, copias parare, multitudinem hominum cogere. Cic. pro Cecinna, 24.
Cauſarum multitudo pertimeſcenda eſt: eſt enim infinita. Cic. 2. de Orat. 76.
Magna frequentia à multitudine domũ reduci. Cic. 2. Verr. 12.
Multitudo, pro frequẽtia, aut copia. Cicero de Orat. lib. 3, Sed ut pontifices ueteres propter ſacrorum multitudinem tres uiros epulones eſſe uoluerunt, &c. Nonius.
Multitudo, pro numero multitudinis, ſeu plurali. Chariſius libro 1, Lignum ſingulariter ſemper dici debet: in multitudine Cato Originũ primo, ligni ait. Sic Varro pluribus in locis lib. de Lingua Latina.
¶ Multangulus, penult. corr. Adiectiuum (πολύγωνος) Quod multos habet angulos. Lucret. lib. 4. 132,
Eſſe minora igitur quædam, maioraq; debent,
Multa rotunda, modis multis multangula quædam.
¶ Multeſima pars (πολοστημόριον) pro Quantitate infinita. Lucret. lib. 6. 131,
Quàm ſit parvula pars, & quàm multeſima conſtet.
Multeſimus ea formam dicitur, qua milleſimus.
¶ Multibarbus, πολυπώγων, Qui habet multam barbã. Apul. in Floridis, Multibarbus, ſpinis obſitus & pilis.
Multibibus, pen. corr. (πολυπότης) Qui multum bibit. Plaut. Curcul. 2. 77,
Nomen eſt lenæ multibiba atq; merobiba.
¶ Multicauatus, pen. prod. (πολύκοιλος) Adiectiuum. Varro 3. de Reruſt. cap. 16. 18, Fauus eſt quem fingunt multicauatum è cera, quum ſingula caua ſingula latera habeant.
¶ Multicauus, pen. corr. Adiectiuum (πάγκοιλος) Quod multum habet concaui. Ouid. 8. Metam. 113,
Pumice multicauo, nec læuibus atria tophis
Structa ſubit.
¶ Multicaulis, & hoc multicaule (πολύκαυλος) Multos caules habens. Plinius lib. 21. cap. 16. 1, Eſt & illa differentia, quòd quædam in ijs multicaulia, ramoſaq; ſunt, ut carduus.
¶ Multicolor, pen. corr. huius multicoloris, pen. prod. om. gen. (πολύχρως) Plin. lib. 37. cap. 10. 26, Hexecontalithos in parua magnitudine, multicolor, hoc ſibi nomen adoptauit.
¶ Multifacio, multifacis, pen. cor. (πολλοῦ ποιῶ) multifacere, dicitur ſicut Magnifacere & Paruifacere. Cato, Neq; fidem, neq; iuſiurandum, neq; pudicitiam multifacit. Feſtus.
¶ Multifarius, Adiect. (πολύχους) Id eſt, uarium: quaſi quod multis modis poſsit diuidi: uel quod multarum eſt ſpecierũ. Gel. lib. 5. cap. 6 Militares coronæ multifariæ ſunt.
¶ Multifariè, Aduerbium (ποικίλως) Id eſt, uariè, multis modis. Plinius lib. 18. cap. 7. 6, Panis multifariè & è milio fit, è panico rarius.
¶ Multifariam, Aliud aduerbiũ (πολυχρόως, πολυειδῶς) Idem. Sueton. in Sergio Galba, cap. 19, Nihil amplius quàm continere ſe ſtatuit, & legionariorũ firmare præſidijs, qui multifariam, diuerſeq; tenebant. Feſtus, Multifariam dixerunt antiqui, quod utdelicet in multis locis fari poterat, id eſt, dici. Cic. 2. de Orat. 93, Quod eſſet multifariã defoſſum. Idem 1. de Leg. 58, Hodie multifariam nulla ſunt.
¶ Multifer, pen. cor. Adiect. (πολύφορος) Plin. lib. 16. cap. 8. 1, Tam multifera ſunt, & tot res præter glandem parunt robora.
¶ Multifidus, pen. corr. (πολυχιδὴς) Ex multus & fido compoſitum, quod in multas partes finditur, & multas diuiſuras habet. Plin. lib. 11. cap. 37. 7, Ouium nulla, nec cerua rum, nec quibus multifidi pedes, &c. De cornibus.
Multifidus dens. Martial. lib. 14. 25. De pectine.
Diſcrimen multifidum. Claud. de Nupt. Honorij, 21.
Faces multifidæ. Ouid. 7. Metam. 52.
Iſter multifidus. Lucan. lib. 3. 41.
Linguæ multifidæ. Valer. 1. Argon. 13. De dracone.
Quercus multifida. Stat. 10. Theb. 168.
Timauus multifidus. Mart. lib. 8. 29. quòd in multa, nempe in nouem. oſtia fiſſus prorumpat in mare.
Multiforatilis] penult. corr. Apuleius lib. 1. Floridor. Nec tam multiforatili tibia, &c.
¶ Multiforis, et hoc multifore, pen. corr. (πολύθυρος) Quod eſt multorum foraminum. Plin. lib. 8. cap. 55. 2, Injiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra.
¶ Multiforus, penult. corr. Idem (πολυπόρος) Ouid. 12. Metamorph. 32,
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Tibia multifora. Senec. Agamem. 5. 8.
¶ Multiformis, & hoc multiforme (πολυειδὴς) Varium, quaſi multiplicis formæ, aut uariæ. Colum. lib. 3. cap. 1. 1, Earum ſpecies diuerſæ & multiformes ſunt. Cic. 1. Acad. 39, Ex ijs autem ortæ, uariæ ſunt, & quaſi multiformes.
Partus multiformes. Plin. lib. 8. cap. 16. 1.
Species multiformes. Colum. lib. 3. cap. 1. 1.
¶ Multiformiter, pen. corr. Aduerbium (πολυειδῶς) Varijs modis. Gellius lib. 9. cap. 5, Plato ante hos omnes ita uariè & multiformiter diſſeruit de uoluptate. Plin. lib. 36. cap. 27. 2.
¶ Multigenus, pen. corr. Adiect. (πολυγενὴς) Multorum generum. Plin. libro 11. cap. 1. 1, Multa hæc & multigena terreſtrium uolucrum uita. Scripta manu exemplaria habent, multigenera: non improbanda lectione.
Multigenæ figuræ] Lucretius lib. 2,
Percipe multigenis quàm ſunt uariata figuris, &c.
¶ Multigeneris, & hoc multigenere, pen. corr. Idem (πολυγενὴς) Plaut. Capt. 4. 56,
Multis, & multigeneribus opus eſt tibi militibus. Idem Sticho, 659.
¶ Multijugis, & hoc multijuge: ſiue Multijugus, pen. corr. Adiectiuum (πολλαπλάσιος) Multiplex & uarium, multum & numeroſum. Iuges autem per ſe nihil ſignificat, ſed protractionem ſolim demonſtrat. Cic. Attico, lib. 14. 305. 5, Veruntamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multijuges accepi uno tempore à Veſtorij liberto.
¶ Multimodus, pen. corr. Adiectiuũ (πολύτροπος) Liu. 1. bel. Pun. 29, Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte diſtineri cœpti ſunt: & non ſufficiebant.
Multimodis] pro Multipliciter, quaſi multismodis, ut ſit uelut ablatiuus uice aduerbij: ut,
Prauus multimodis. Lucret. lib 4. 2. 33.
Agitari multimodis. Lucret. lib. 3. 24.
Ducere multimodis cantus, & flectere uoces. Lucretius libro 5. 282.
Multimodus] Subſtantiuum. hoc eſt, Varietas. Lucr. lib. 4,
Fit quoq; ut interdum ſimiles exiſtere uorum
Poſsint, & referant prauorum ſæpe figuras,
Propterea quia multimodis primordia multis

Miſta

Digitized by Google

*Miſta ſuo celantrin corpore ſæpe parentes,*
*Quæ patribus patres tradunt à ſtirpe profecta.*

*Multis multimodis:* id eſt, *multiplici uarietate.*

¶ *Multinumus*, pen. prod. Adiectiuũ (πολυχρήματος) ut *Multinumi aſini. Varro* 3. de Re ruſt. cap. 17. 6, *Aqua domeſtica, meos multinumos alo aſinos. hoc eſt, quorũ opera multos paro numos.*

¶ *Multipartitus*, pen. prod. Adiectiuũ (πολυμερὴς) *Plin. lib.* 6. *cap.* 19. 1, *Nanq; uita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.*

¶ *Multipes*, Adiectiuum, *Multos pedes habens. Plinius lib.* 11. *cap.* 45. 3. *Sic & multipedibus, &c.*

¶ *Multipes*, pen. corr. (πολύπους) *multipedis: uel Multipeda, multipedæ*, pen. corr. *Animal multorum pedum. Plin. libro* 22. *cap.* 25. 3. *Ad multipedum morſus cum melle. Idem lib.* 29. *cap.* 6. 27, *Millepeda, ab alijs centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt è uermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactúq; contrahens ſe.*

¶ *Multiplex*, pen. corr. (πολλαπλόος) *multiplicis*, pen. corr. om. gen. *Varius, inuolutus, multas plicationes habens. Huic contrarium eſt Simplex. Sueton. de claris Gram.* 10, *Multiplici uariáq; doctrina cenſebatur.*

*Multiplex animus, cui Vnus idemq; animus opponitur. Cic. de Amicitia*, 77.

*Auri multiplicis thoraca tulit. Silius lib.* 16. 117.

*Curas multiplices uoluebat animo. Catul. Argo. epig.* 59. 50.

*Magna & multiplex diſciplina. Cic.* 1. *de Orat.* 113.

*Domus multiplex. Ouid.* 8. *Metam.* 32. *de Labyrintho.*

*Fœtus multiplices. Cic.* 2. *de Nat. deor.* 193.

*Ingenium multiplex & tortuoſum. Cic. de Amicit.* 58.

*Lapſu multiplici & erratico ſerpere. Cic. de Senect.* 48.

*Mutatio multiplex. Plin. lib.* 9. *cap.* 17. 6.

*Nexus multiplex. Plin. lib.* 10. *cap.* 4. 2.

*Multiplex, copioſus, & uarius Plato fuit. Cic.* 1. *Acad.* 24.

*Anceps & multiplex uerborum poteſtas in ambiguis. Author ad Herenn. lib.* 4. 239.

*Ratio diſputandi multiplex. Cic.* 5. *Tuſc.* 16.

*Varia res & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates Prætura iuriſdictio. Cic. pro Flac.* 4.

*Sermones multiplices uariíq;. Cic. in Orat.* 7.

*Sermone multiplici populos replebat. Virg.* 4. *Aeneid.* 38.

*Spacium multiplex tranſcurrere. Lucret. lib.* 2. 33.

*Terror multiplex. Liu.* 1. *ab Vrbe*, 61.

¶ *Multipliciter*, pen. corr. Aduerb. (ὁποσαχῇ, πολλαπλασίως) *Titulus eſt apud Plinium, De eodem multiplicium: libro* 7. *cap.* 14. 1.

¶ *Multiplico, multiplicas*, pen. corr. (πολλαπλασιάζω) *multiplicare, Multiplex reddere aut facere. Plin. lib.* 34. *ca.* 8. 11.

*Aes alienum multiplicare. Cæſar* 3. *bel. Ciuil.* 129.

*Flumina collectis multiplicantur aquis. Ouid.* 1. *de Remed.* 20.

*Gloriam multiplicare. Cic. ad Qu. frat. lib.* 1. 2. 25.

*Grauitas authoris bonorẽ multiplicat. Ouid.* 4. *de Pont.* 9. 14.

*Suas uires multiplicare. Ouid.* 5. *Triſt. eleg.* 1. 13.

*Voces acceptas multiplicare. Plin. lib.* 36. *cap.* 15. 2.

¶ *Multiplicatus*, penult. product. Participium (πολλαπλασιασθεὶς) ut, *Auxilijs multiplicatis, auctо exercitu. Plancus Ciceroni, lib.* 10. 8. 9.

*Multiplicata domus, Cui acceſſio adiuncta eſt. Cic.* 1. *Offic.* 193.

*Mala multiplicata. Ouid.* 4. *Triſt. eleg.* 5. 15.

¶ *Multiplicatio*, Verbale (πολλαπλασιασμὸς) *Colum. lib.* 3. *cap.* 2. 3, *Nam ſi ſordidus aut uilis feraciſſimã quanq; ſerere conducit, ut multiplicatione frugum reditus augeatur, &c.*

*Ex multiplicatione efficere ſummam aliquam. Colum. libro* 5. *cap.* 2. 2.

¶ *Multiplicabilis, et hoc multiplicabile*, pen. cor. (πολλαπλασιαστὸς) *Quod poteſt multiplicari. Cic.* 2. *Tuſc.* 36,

*Hæc mi teremit tortu multiplicabili, &c. Ex quodam poeta.*

¶ *Multipotens*, pen. cor. *multipotentis*, om. gen. (πολυδωνὴς) *Qui multum poteſt. Plaut. Bacch.* 15. 10,

*—niſi habet pectus multipotens.*

¶ *Multiſonus*, pen. corr. Adiect. (πολυηχὴς) *Mart. lib.* 1. 49,

*Sic ubi multiſona feruet ſacer Attibide lucus.*

*Catenæ multiſonæ. Stat.* 8. *Theb.* 5.

*Siſtrum multiſonum. Stat.* 3. *Sylu.* 2. 21.

¶ *Multiſonorus*, penul. prod. Adiect. (πολυηχὴς) *Claud. de mulabus Gall.* 10. 4,

*Eſſeda concordes multiſonora trahunt.*

¶ *Multiuagus*, pen. corr. Adiectiuum (πολυπλανὴς) *Plin. libro* 10. *cap.* 37. 1, *Ferunt non mutare ſedem columbas, multiuaga alioqui aue. id eſt, quæ multum uagatur.*

*Multiuagus lunæ flexus. Plin. lib.* 2. *cap.* 10. 3.

*Domus multiuagæ Scytharum. Senec. Herc. fur.* 7. 2. *quis pa luſtris circunuehuntur.*

*Gradus multiuagus. Stat.* 6. *Theb.* 1.

¶ *Multiuolus*, pen. corr. Adiectiuum (πολυθέλων) *Qui multa uult, uel cupit. Catul. ad Mallium, epigr.* 63. 26,

*Quantum præcipuè multiuola eſt mulier.*

¶ *Multopere*, pen. corr. (μεγάλως) *ea forma dixit Plautus, qua Magnopere dicimus, in Merc.* 3. 65, *Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum.*

Multoties] *Aduerbium. Florus in Epitome lib.* 58. *de Scipione Africano, Multoties contra hoſtium eruptiones feliciter pugnauit.*

¶ *Multitia, multitiorum*, Pluraliter tantùm, *n. g* Indumenta dicebantur minutiſſimis filis contexta. Vnde à multis filis, & propterea ſubtilibus, nomen inditum. Vel à Mulcẽdo, quoniam carnem demulceant, Budæus. *Multitia, neſtes ſunt fericæ tenuiſſimæ eſtimæ. Iuuenal. Sat.* 2. 8,

*— quæro an deceat multitia teſtem.* Idem *Satyr.* 2. 7.

¶ *Plus*, πλέων, πλεῖον, πλέον, neut. gen. *in ſingulari numero, in plurali uerò, hi & hæ plures, & hæc plura uel pluria. Comparatiuus gradus eſt à Multus. Cic. de Amicit.* 39, *Plures enim diſcent quemadmodum hæc fiant, quàm quemadmodum his reſiſtatur.*

*Tantum, & plus etiam debere. Cic. Attico, lib.* 7. 123. 11.

*Nominatiuo aliquando iungitur. Liu. de bel. Maced. Paulò plus trecenta uehicula amiſſa. Idem de bel. Punico, Hominum eo die cæſa plus duo millia.*

*Genitiuo, iuxta regulam communem: ut, Plus pluſtrorũ. Plautus Aulul.* 19. 32.

*Plus dimidiati menſis ferre cibaria. Cic.* 2. *Tuſc.* 63.

*Plus ſapientiæ. Plaut. Milit.* 5. 81.

*Plus uirium habet alius alio. Cic.* 1. *de Leg.* 9.

*Accuſatiuo. Terent. Adelph.* 2. 1. 46,

*Plus quingentos colaphos infringi mihi.* Cato *de Re ruſtica, Ne plus quatuor digitos tranſuerſos emineant. Terent. Heaut.* 3. 1. 42,

*Ancillat ſecum adduxit plus decem.*

*Plus annum obtinere prouinciam. Cic. Attico, lib.* 6. 117. 4.

*Ablatiuo. Terent. Hecy.* 3. 4. 7,

*Dies triginta, aut plus eo in nani fui.* Cic. *pro Publio Quintio*, 22, *At tecum anno plus uixit. Et pro Seſtio*, 74, *Plus uiginti uulneribus acceptis.*

*Plus æquo. Cic. de Amic.* 52.

*Dimidio plus ſcripſit Clodia. Cic. Attico, lib.* 9. 180. 3.

*Nihilo plus. Vide* Nihilum.

*Nimio plus. Vide* Nimis



Digitized by Google

Nimio plus aliquem diligere. Antonius Cic. in epist. ad Atticũ, lib. 10. 198. 1.

Paulò plus audire de arte. Author ad Heren. lib. 4. 143.

Media plus parte, elegans locutio: hoc est, Vltra medietatem. Ouid. 3. Metam. 4.

Plus una ut uera sit opinio, fieri certè non potest. Cic. 1. de Natur. deor. 9.

Plus una me nocte ciuitas retinere non potuit. Cicero 1. Philipp. 5.

Plus, uerbis iunctum. Terent. Heaut. 2. 1. 8.

Is mihi ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora?

Cic. de Amic. 35, Et hercle ita fecit, uel plus etiã quàm dixit.

Proficit plus sæpe ad misericordiam commouendam uirtus & magnificentia, in qua grauitas & authoritas est, quàm humilitas & obsecratio. Cic. 1. de Inuent. 121.

Plus fuisti. Terent. Hecyra, 2. 1. 39,

Vt cum matre unà plus esset? Vbi Donatus, ἰδιοτικῶς dixit, id est, diu, ac maiorem partem.

Plus intromissus. Plaut. Truc. 16. 20.

Plus noceas tibi, dum ferias illos. Plaut. Pseud. 4. 5.

Plus scio. Terent. Adelph. 5. 9. 39,

Plus scis quid facto opus est.

Plus sum quàm. Plaut. Rud. 30. 18.

Plus uides. Terent. Andr. 4. 4. 17.

Plus minusue. Terent. Phorm. 3. 3. 21,

Ne quid plus minúsue faxit, quod nos pòst pigeat Geta.

Plúsue minúsue. Martial. lib. 8. 71. id est, circiter.

Plus minus, sine coniunctione frequentius legitur, pro Plus minúsue, hoc est, Circiter: ut, Dies plus minus triginta: pro eo quod est, Paulo plus, aut Paulo minus, hoc est, Circiter. Plinius lib. 16. cap. 6. 2, Continentur hispido calyce, per genera plus minus complectente.

Plus minus, cum uerbo. Plaut. Merc. 14. 18,

Plus minus opus quàm erat, multo dixeram

Controuersiam, ut sponsio fieret.

Plus pluséq;. Cic. Attico, lib. 6. 113. 17, Quem mehercule plus pluséq; in dies diligo.

Plus quàm, Vnica dictio est, uel duæ. Terent. Phorm. 5. 3. 14,

Hei uideo uxorem: penè plus quàm sat erat. Cicer. de Amic. 45, Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum ualet ut tollat è uita amicitiam, non plus quàm ut uirtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur.

Plus satis, pro Satis, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 1. 2. 5,

Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.

¶ Pluris, genitiuus, uerbis æstimandi & precij frequenter iungitur. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10. 9, Nos agimus nihil cupidè, eoq; est nostra pluris authoritas.

Pluris æstimare. Cic. 3. Offic. 1.

Pluris dim dio addicitur. Cic. 5. Verr. 65.

Pluris ædificamus, pro Carius. Colum. libro 1. cap. 4.

Pluris est eloquentia, quàm iuris ciuilis scientia. Cicero in Topic. 45.

Multo pluris est nunc ager, quàm tunc fuit. Cicero pro Rosc. Comœdo, 19.

Pluris est considerate agere, quàm cogitare prudenter. Cicero 1. Offic. 223.

Pluris feci teipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti. Cicer. Appio, lib. 3. 44.

Pluris fuit Annibale, consilio, uirtute, rebus gestis nemo Carthaginiensium. Cic. pro Sestio, 125.

Habetur pluris hic, quàm alius. Cic. 6. Philip. 211.

Pluris putare quod utile uideatur, quàm quod honestum. Cicero 3. Offic. 22.

Putare se pluris quàm mundum, arrogantis est. Cicero 3. de Natur. deor. 35.

Plures, pro multi, passim apud aut hores legitur. Plin. libro 9. cap. 12, Aquatilium tegimenta plura unt.

Multi & plures. Cic. pro lege Manilia 12, Non enim possunt una in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.

Plures & Pauci, contraria. Author ad Heren. lib. 4. 172.

Eunt plures multis partibus in illius sententiam. Cicero Lentulo, lib. 1. 27.

Plura dicam de peccatis tuis. Terent. in Prolog. Heaut. 33.

Colores plures in columba uideri sentio, necesse plus uno. Cicero 4. Acad. 140.

Sũmus dolor plures dies manere nõ potest. Cic. 2. de Fin. 149.

Pluribus uerbis aliquid petere. Cic. 3. Verr. 95. Aliquãdo Verbis subintelligitur, ut apud Ouid. 5. Trist. eleg. 14. 3.

Plures nimio simultates exercuerunt eum. Liuius 9. bel. Maced. de Catone.

Plura, pro Amplius, Lucret. lib. 5,

Quod superest, ne te in promissis plura moremur, &c.

Pluria, Neutrum plurale, à singulari Plus. Lucretius,

Pluria eo dispergit, & à se corpora mittit.

Sic autem legendum, non ut in uulgatis, Plura modo. Pluria autem dixisse ueteres, testantur A. Gellius lib. 5. cap. 21. & Charisius lib. 1. & idem Lucret. lib. 4,

Vnáq; res hæc est, cuius quàm pluria habemus,

Tam magis ardescit, &c. Ex Lambino.

Plurium, pro Multorum. Tacit. lib. 12, Genua Mithridatis inuadit, ipsumq; prosternit: simulq; concursu plurium uinciuntur cathenæ ac compedes.

Plurifarius, Adiect. (πολλαπλοῦ) Suet. in Claud. Cæs. cap. 21, Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Quædã exemplaria hic legunt, plurifariam, aduerbialiter.

¶ Plurifariam, Aduerb. (πολλαπλῶς) Pluribus modis. Suet. in Tib. Cæs. cap. 43, Cubicula plurifariam disposita.

¶ Pluralis, & hoc plurale, pen. prod. (πληθωτικὸς) Quod plura comprehendit, uel plures: ut, Pluralis numerus.

Datiuus pluralis] Macr. lib. 1. Saturnal. cap. 4.

A singulari casu ad pluralem transire. Pompon. in l. Seruius ait. D. de uerb. signif.

Pluralitas] tatis, form. gen. Charisius lib. 1, Nomina autem nominatiuo u litera terminata, in singularitate per omnes casus eandem u literam seruant nouissimam, in pluralitate tantùm declinantur: ut, genua genuum genibus. Rursus lib. eodem, Alia singularitate carent, ut exta, arma: alia pluralitate, ut garum, oleum, ferrum.

Pluraliter] pen. corr. πληθωτικῶς, Aduerbium. Charisius lib. 1, Hoc tergum, tergi, tergo. Pluraliter, hæc terga, tergorum, productè. Tergus, huius tergoris facit: pluraliter tergora, & genitiuo tergorum correptè. Sic alibi frequenter.

¶ Pluratiuus, pen. prod. Adiectiuum (πληθωτικὸς) ut, Pluratiuus numerus, apud Macrobium.

¶ Plusculus, pen. corr. (πλείονες) Adiectiuum, diminutiuum à Plus. Terent. Phorm. 4. 3. 60,

Vxori emunda ancillula est, tum autem pluscula

Supellectile opus est.

¶ Pluscula, Substantiuum, neut. gen. (πλείονα) Columel. lib. 12. cap. 47. 5, Deinde exiguum aceti piperati, & pluscula mellis aut mulsi adijciunt.

Negocij pluscula in quibusdam causis est. Cicer. 2. de Orat. 55.

¶ Pluscula, Aduerbium (μεῖζον) Plaut. Amphit. 4. 129,

— nisi inuitauit se in cœna pluscula. Hoc est, nisi bibit paulo plus quàm par fuerit.

Pluscu-

Digitized by Google

Pluſculum etiam quàm concedit ueritas, amori noſtro largiamur.Cic.Luceio,lib.5.12.12.

¶Plurimus,pen.corr.Adiectiuum(πλεῖστος) Superlatiuum à multus.Terent.Eunuch.2.2.39,

——plurima ſalute Parmenonem
Summum ſuum impertit Gnatho.

Pluſima] plurima:ut Fœdeſum,fœderum,& alia pleraq; ab antiquis dicta,ait Varro de Ling.Latin.libro 6. quem uide, ne quid antiquitatis ignores.

Labor plurimus.Horat.4.Carm.ode 2.6.

Plurima ſtragula.Cic.4.Verr.127.

Atticæ plurimam ſalutem.Valer.Cic.ad Attic.lib.14.318.7.

Plurimus,Longus.Virg.1.Aeneid.85,

Iamq; aſcendebant collem,qui plurimus urbi
Immmet. Seruius.Idem,Quum ſe nux plurima: id eſt, amygdala:longa nanq; eſt.

Plurimi,genitiuus uerbis æſtimandi iungitur. Cicero 3.de Finibus, 53, Sic bonum hoc de quo agimus,eſt illud quidem plurimi æſtimandum.

Quod plurimi eſt ut quiſq; poſſidet,ita ditiſſimus habendus eſt. Cic.in Parad.62.

Plurimum ætatis.Cic.4.Verr.131.Idem 1.de Finib.82, Itaq; ne iuſticiam quidem rectè quis dixerit per ſeipſam optabilem: ſed quia iucunditatis uel plurimum afferat.

Plurimum & Minimum,contraria.Cic.1.de Inuent. 37.

¶Plurimum,Aduerbium(πλεῖστον)hoc eſt,permultum. Cicero de Amic.41,Plurimum in amicitia amicorum bene ſuadentium ualeat authoritas.

Longè,longéq; plurimum.Vide Longus.

Diligere plurimum aliquem.Cic.Lentulo,lib.1.7.1.

Poſſe plurimum dignitate apud aliquem.Cic.pro Roſ.Amer.2.

Præſtabat plurimum alijs in muliebri corpore pingendo Zeuſis.Cic.2.de Inuent.122.

Plurimum,Sæpius.Terent.Phorm.1.4.17,

Domum ire pergam:ibi plurimum eſt. id eſt, frequenter. Plin.lib.9.cap.36.1.Idem de urſis,lib.8.cap.36.1,Pariunt plurimum quinos.Pro hoc uulgus.Vtplurimum dicit,Græcorum more.Quomodo & locutus eſt Plinius lib. 15.cap.3.ad finem,Nec tam numeroſa differentia:tribus ut plurimum bonitatibus diſtat.

¶Mulucha,pen.prod.(μολοχάθ)fluuius Mauritaniæ.De quo Strabo lib.17,Poſt Mauritaniam(inquit) eſt Maſeſyliorum regio,à Molochath flumine (ita Muluchan nominat) initium ſumens,&c.

Mulus] muli(ἡμίονος,ὄρεύς)Plinius libro 8.cap.44.1, Ex aſino & equa mulus gignitur menſe duodecimo,animal uiribus in labore eximium.Et paulo pòſt,Equo & aſina genitos mares,hinnulos antiqui uocabant:contráq; mulos,quos aſini & equæ generarent.

Clitellarius mulus.Cic.in Topic.18.Vide Clitellæ.

Curto mulo ire.Horat.1.Serm.Satyr.6.21.

Feſtinat calidus mulis,geruliſq; redemptor.Hor.3.epiſt.2.15.

Ornare aliquem mulis.Cic.2.de lege Agrar.43.

Peruehi Romam mulo.Cic.Pæto,lib.9.18.8.

Vtilitates mulorum & aſinorum ad uſum hominum paratæ. Cic.2.de Nat.deor.238.

Mulus,piſcis.Vide Mullus.

Muli Mariani,Sunt furculæ,quibus religatas ſarcinas uiatores gerunt:quarum uſum quia Marius attulit,muli Mariani poſtea appellati.Front.lib.4.Stratag.

¶Mula,mulæ(ἡμίονος)Plin.lib.8.cap.44.1,Gignitur autem mula ex equo & aſina,ſed effrænis,& tarditatis indomitæ.

Carrucaria mula.Vide Carrus.

Fœta mula.Iuuen.Satyr.13.7.

Meſſa paſtum mula Horat.1.Serm.Satyr.5.4.

Mundæ nitet ungula mulæ.Iuuen.Satyr.7.19.

Calceare mulas.Vide Calceo in Calx,pro poſteriore parte pedis.

¶Mularis,& hoc mulare,pen.prod.(ἡμιόνειος) Colum. lib. 6.cap.27.12, Eſt enim generoſa materies,quæ circo,ſacriſq; certaminibus,equos præbet:eſt mularis, quæ precio fœtus ſui comparatur generoſo.

¶Mulio,mulionis (ἡμιονηλάτης) Qui mulos clitellarios ſiue quadrigarios ducit.Martialis lib.9.60,

Nec pigri rota caſſa mulionis. Sic lib.13.11.

Mulio,culicum genus.Plin.lib.11.cap.18.3.

¶Mulionius,Adiectiuum (ἡμιονηλατικὸς) Quod ad mulionẽ pertinet.Cic.pro Seſt.70,Mulioniam penulam arripuit,cũ qua primùm Romam ad comitia uenerat:meſſoria ſe corbe contexit.

Mumaſtis]μυμαστὶς,Cariæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mumaſtitæ.

Mummius] Prænomine Lucius,nobilis Romanus, qui Corinthum bello captam diruit,Italiamq; uaſis Corinthijs æneiſq; ſignis impleuit.Author Plinius lib.34. cap.3.& 7.

Munda] Vrbs eſt Hiſpaniæ,ubi Cæſar pugnauit contra filios Pompeij.Author Plin.lib.3.cap.1.Vide & lib.36.cap 18.

Mundus] Adiectiuum(καθαρὸς,καθάρσιος) Purum, terſum, politum ſignificat.Terent.Eunuch.5,4.12,

Quæ dum foris ſunt,nihil uidetur mundius,
Nec magis compoſitum quicquam.

Mundus & elegans.Cic.2.de Fin.38.Nemo noſtrûm iſtius generis aſotos iucundè putat uiuere,mundos,elegantes, optimis cocis,piſtoribus,piſcatu,aucupio,uenatione, his omnibus exquiſitis uitantes crudelitatem,&c.

Mundus & elegans uir.Cic.2.de Fin.40.

Cœnæ mundæ.Horat.3.Carm ode 29.3.

Corpore mundo culta fœmina.Lucret.lib.4.258.

Supellex munda. Horat. 1.epiſt.5.2.

Mundior.Horat.2.Serm.Satyr.7.3.

Mundior iuſto cultus.Liu.8.ab Vrbe,79.

¶Mundus,mundi,Subſtantiuum(κόσμος)Dicitur ornatus muliebris,quo ſcilicet mulier mundior fit.In cuius nominis appellatione continetur ſpeculum,armillæ,annuli,gemmæ,& ſimilia,quibus mulier ornatur.Accius,Cum uirginali mundo clàm pater.Liu.2.bel.Macced.168,Non aurum modò ijs, ſed poſtremò quoque ueſtem,mundumq; omnem muliebrem ademit.

Mundum,neutro genere dixit Lucilius,

Legauit quidam uxori mundum omne penumq;.

Mundus etiam dicitur cælum, & quicquid cæli ambitu continetur.Nam ſicut Græci κόσμον,quod apud nos ornatum ſignificat:ita nos à perfecta,abſolutaq; elegantia uocamus mundum, quòd nihil eo ſit mundius & pulchrius & ornatius. Hæc ex Plinio lib.2.cap.1.& 4.Cic.3.de Fin.98.Mundum autem cenſent regi numine deorum,eumq; eſſe quaſi cõmunem urbem & ciuitatem hominum & deorũ,& unũquenq; noſtrûm huius mundi eſſe partem:ex quo illud naturæ conſequitur,ut communem utilitatem noſtræ anteponamus.

Mundus, interdum terra eſt, qui quidem eſt mundus inferior, ut cum Veteres mundum patére dicebant:quin & tum terræ partem inferiorem patére cenſebant, ut mundus potius ſubterraneus intelligeretur,qui alio tempore clauſus eſſet, ut maria clauſa eſſe dicuntur,& aperta. Mundus autem etiam cælum eſt, qui mundus eſt ſuperior,& à Cic.rone in Timæo appellatur mundus lucens.Hæc Turnebus.

Mundus,eſt quaſi communis deorum atq; hominum domus, aut urbs utrorunq;.Cic.2.de Nat.deor.231.



Digitized by Google

In rerum natura totoq; mundo quæ constant, quæq; mouentur. Cic. de Amic. 23.
Principio ipse mundus deorum hominumq; causa factus est: quæcunq; in eo sunt, & parata ad fructum hominum & inuenta sunt. Cic. 2. de Nat. deor. 231.
Arx siderea mundi. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 5.
Cardo mundi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 9. id est, polus alter.
Extremum & ultimum mundi, cælum est. Cic. 2. de Diuin. 137.
Fabricator mundi. Ouidius 1. Metamorph. 12. Quintilian. libro 2. cap. 16. 7.
Lumina clarissima mundi, Liber & alma Ceres. hoc est, Sol et Luna. Virg. 1. Georg. 1.
Machina mundi. Lucret. lib. 5. 20.
Mœnia flammantia mundi. Lucret. lib. 1. 15.
Moles operosa mundi. Ouid. 1. Metam. 52.
Nouitas mundi. Lucret. lib. 5. 164.
Oculus mundi, Sol. Ouid. 4. Metam. 46.
Orbis mundi. Virg. 6. eclog. 7.
Regio ultima magni mundi. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 17.
Ruina mundi. Lucan. lib. 5. 128.
Species serena mundi. Lucret. lib. 4. 26.
Vetustas arcana mundi. Stat. 4. Theb. 7.
Vigiles mundi, Sol & Luna. Lucret. lib. 5. 288.
Aeternus mundus. Senec. Herc. Oeth. 16. 9.
Annosus mundus. Senec. Oedip. 5. 29.
Arduus mundus. Vide Arduus.
Capax mundus. Ouid. 2. Trist. 8.
Citatus mundus. Senec. Herc. Oeth. 15. 8.
Compositus mundus. Quint. lib. 1. cap. 17. 3.
Concitatus mundus. Senec. Agamem. 9. 4.
Diues mundus. Ouid. 2. Metam. 19.
Diuulsus mundus. Lucan. lib. 1. 16.
Genitalis mundus. Sil. lib. 13. 107.
Immensi mundi publica lux, Sol. Ouid. 2. Metam. 7.
Varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundũ nominamus. Cic. de Vniuersit. 45.
Magni primordia mundi. Ouid. 15. Metam. 14.
Patulus mundus. Lucret. lib. 6. 22.
Picti mundi sidera. Senec. Thyeste, 9. 9.
Pulcherrimus mundus. Claud. 7. Paneg. 57.
Stelliger mundus. Senec. Herc. fur. 13. 14.
Subactus mundus, Deuictus. Lucan. lib. 1. 52.
Triformis mundi regna. Ouid. 15. Metam. 172.
Triplex mundus. Ouid. 12. Metam. 8.
Vastus mundus. Ouid. 13. Metam. 22.
Administrare & regere mundum. Vide Administro.
Attollit se mundus. Vide Attollo.
Incestare mundum. Claud. 2. de raptu Proserp. 44.
Magnitudinem mundi metiri. Cic. 1. Off. 117.
Nasci mundum, & deficere. Quint. lib. 5. cap. 10. 57.
Sol negat officium mundo. Ouid. 2. Metam. 77.
Lumina mundo præbet Titan. Ouid. 1. Metam. 2.
Prosternere mundum. Lucan. lib. 7. 56.
Phœbus diem reddit mundo. Senec. Agamem. 1. 12.
Rubescit mundus. Ould. 2. Metam. 24.
Mundi, mundorum, num. plurali dixit Lucretius lib. 5,
In uarijs mundis, uaria ratione creatis, &c.

¶ Mundanus, pen. prod. Adiectiuum (κοσμικὸς) Quod mundi est. Vnde interrogatus philosophus Socrates, cuias esset, mũdanum se esse respondit: ut ait Cic. 5. Tusc. 152.

¶ Mundulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum à Mundus adiectiuo, Qui nimia munditia utitur, ut placeat mulierculis. Plaut. Truc. 13. 10,
Nunc ego istos mundulos urbanos amasios
Hoc ictu exponam.

¶ Munditer, penult. corr. Aduerbium (καθαρίως) Plautus Pœnul. 4. 20,
Nam quum sedulò munditer eos habemus, uix egrè amatorculos inuenimus.

¶ Munditia, munditiæ: uel Mundities, munditiei (καθαριότης) Lautitia, uel ornatus quo quis se mundum ac politum tenet. Cic. 1. Off. 182, Adhibenda præterea munditia est, non odiosa neq; exquisita nimis: tantùm quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam.
Elegantia & munditia. Cic. in Orat. 43.
Lautitia, munditia, elegantia. Cic. Planco, lib. 9. 20. 6.
Mundities mundior. Catul. ad Furium, epigr. 20. 4.
Minimè uiriles munditiæ. Claud. 2. in Eutrop. 68.
Capimur munditijs. Ouid. 3. de Arte, 27.
Munditias facere. Cato cap. 2. & cap. 39. Vide Facio.

¶ Mundo, mundas (καθαρίζω) mundare, Mundum & nitidum facere. Plin. lib. 15. cap. 6. 2, Ob id crebrius nasa mundanda.

Mundator] pen. prod. mundatoris, Verbale. Firmicus lib. 8. cap. 19, ad finem, uicesimaoctaua pars Arietis si in horoscopo fuerit inuenta, latrinarum faciet cloacarumq; mundatorem. Et cap. 29, Decimatertia pars Aquarij si in horoscopo fuerit inuenta, hortorum cultores faciet, uel cloacarum mundatores.

Munerarius, Munerator, Munero, Muneras] Vide Munus.

Mungo] mungis, munxi, munctum (μύσσω) mungere, Quasi mucum agere.

¶ Mungor, Deponens, aliquando legitur apud antiquos. Cato de Liberis educandis, Neq; emungentur libertatem.

Munia, Municeps] Vide Munus.

Munificus, Munificentia] Vide Munus.

Munio] munis, muniui, munitum, penult. prod. (ἀσφαλίσω, ὀχυρόω, τειχίζω, καταδυφρόω) munire, Fulcire, fortificare, reficere, reparare, præparare, defendere. Sipontinus, Munio propriè Instruo, orno, & quasi muneribus compleo. Plaut. Mil. 5. 73,
Magnum illic honorem incipis, si magna munis mœnia.

Munire à frigore. Colum. Quantumq; res patietur, à frigore & tempestatibus muniemus.
Ad aliqua tempora se munire. Cic. Pæto, lib. 9. 18. 3.
Contra pudorem se munire. Tacit. in uita Agricolæ.
Mirificis molibus munire aditus insulæ. Cicero Attico, libro 4. 86. 4.
Aditum munire. Cic. pro Cluentio, 23.
Castra munire. Cæsar 1. bel. Gall. 212.
Præsidijs, custodijs, uigilijsq; coloniam munire. Cicero 1. in Catil. 5.
Colonijs munire gentem aliquam. Cic. pro Flacco, 50.
Iter munire. Liu. 5. bel. Pun. 60.
Oppidum & arcem munire. Cic. de Prouinc. Consul. 3.
Vi multa munire oppidum. Virg. 1. Aeneid. 55.
Intercludere omnes seditionum uias, munire præsidia Reipub. Cic. pro Rab. perduel. reo, 2.
Muniri & ornari bonorum omnium præsidio. Cicero pro Flacco, 80.
Præclarè & tueri & munire se benevolentia multorum. Cicer. 2. de Finib. 135.
Misericordia & liberalitate se munire. Cic. Att. lib. 9. 177. 2.
Gnatis munire senectam. Lucret. lib. 4. 253.
Firmissimis præsidijs classibusq; frumentaria subsidia Reipub. munire. Cic. pro lege Manilia, 24.
Viam munire, repurgare, reficere, ac substruere, interdum lapidibus, quales sunt uiæ Romanæ à plerisq; portis in multorũ dierum

Digitized by Google

dierk iter silicibus stratæ. Cic. pro Milone, 13, Perinde quasi Appium illeCæcius uiam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impunè sui posteri latrocinarentur? Dicimus etiam ut uiam, ita Ripam munire, Alueum munire, Aditum munire, quum illa reficimus aut reparamus. Hactenus Valla.

Munire uiam, per translationem, de corporalibus ad incorporalia. Quint. lib. 3. cap. 1, Propterea quòd plurimi authores, quamuis eódem tenderent, uias tamen diuersas munierunt, & in suam quisq; induxit sequentes.

Munire uiam ad. Cic. 3. Verr. 44, Alia sibi ratione uiam munire ad stuprum cœpit.

Viam accusandi alicui munire, adipiscendi obstruere. Cicero pro Murena, 45.

Munitur contra auium morsum. Cic. de Senect. 47.

Fidelitate nouarum necessitudinum contra ueterum inimicorum perfidiam muniendum me putaui. Cicero Planco, libro 4. 14. 9.

¶ Munior, passiuum, non facilè reperias, excepta tertia indicatiui persona, munitur, & infinitiuum, muniri. Cic. de Senect. Munitur contra auium morsum, uallo aristarum. Vide Morsus.

¶ Munitus, pen. prod. (ὀχυρὸς, ἀσφαλισθείς) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 7. 6, Dixitq; apertè, se munitiorem ad custodiendam uitam suam fore, quàm Africanus fuisset.

Nihil tam munitum, quod non expugnari possit. Cic. 2. Verr. 3.

Contra hostes septus & munitus. Cic. 1. de Fin. 79.

Latera concædibus munitus. Tacit. lib. 1.

A propinquis munitus. Vide A uel Ab prepositiones.

Amicis non paucis munitus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 5.

Partis & fundatis amicitijs fretum ac munitum esse oportet. Cicero de Petit. Consul. 17.

Beneuolentia hominum firmissima muniti sumus. Cicer. Attico, libro 2. 40. 3.

Stipatus ficarijs, septus armatis, munitus iudicibus Aedilis. Cicero pro Sest. 82.

Timore nullo munitus. Propert. lib. 3. eleg. 12. 4.

Ingenio alicuius munitiores amici. Cic. pro Murena, 52.

Munitissima arx. Liu. 6. bel. Pun. 245.

Castella munita. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 8.

Delecta munita authoritate alicuius. Salust. in Iugurth.

Clausa satis & munita aliquibus domus. Cicero pro lege Manil. 46.

Publico omni præcipuo & diuino & humano iure munita domus. Cic. de Arusp. respon. 12.

Domus tot Senatusconsultis munita atq; septa. Cic. de Arusp. resp. 13.

Equus munitus. Propert. lib. 4. eleg. 3. 2.

Iter munitum. Silius lib. 15. 101.

Libertas leuitate legum munita. Cic. pro Rab. perduel. reo, 6.

Munitissimus habendi Senatus locus. Cic. in Catil. 1.

Oppidum munitissimum oppugnare. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 8.

Palpebræ tanquam uallo pilorum munitæ sunt. Cic. 2. de Natur. deor. 214.

Sapientia munitum pectus gerere. Cicero 1. de Diuinat. 82. Ex Accio.

Munitissimus portus. Cic. 2. Verr. 8.

Munitus uirtute. Cic. de Amic. 29.

Via ad Consulatum munita. Cic. pro Murena, 30.

¶ Munitio, Verbale (ὀχυρότης, ἐπιτείχισμα) Cæsar 1. bell. Gal. 32, Operis munitione, & militum concursu & telis repulsi. Ibidem, lib. 2. 346.

Loci munitio. Quint. lib. 3. cap. 7. 19.

Operibus munitionibusq; sepire urbem aliquam. Cicero 13. Philippica, 358.

Ex uiarum munitione quæstum facere. Cic. pro Fonteio, 6.

Munitione ac mole lapidum disiunctus à mari fons. Cicero 6. Verr. 105.

¶ Munitor, penult. prod. Aliud uerbale (ὀχυρωτὴς) Liu. 7. bel. Pun. 69, Castra inde ponentem, pugnando undiq; in munitores, operibus prohibet.

¶ Munito, munitas, pen. prod. (κατασφαλίζω) munitare, Frequent. Cic. pro Rosc. Amer. 83, Nunc uerò quam uiam munitet, quod iter affectet, uidetis.

¶ Munimẽ, pen. prod. munimimis (ὀχύρωσις) Munitio est, proprie castrorum, cæterarumq; rerum, quæ contra aduentum hostium muniuntur, siue uallo, siue fossa, siue alio quouis modo. Dicitur & de alijs rebus. Virg. 2. Georg. 71,

—— hoc effusos munimen ad imbres.

Munimen nullo quassabile ferro. Lucan. lib. 6. 5.

¶ Munimentum, munimenti, Idem (ὀχύρωμα, ὄρυμα) Liuius 1. ab Vrbe, 149, Quiritium quoq; fossa, haud parum munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus est.

Tenere se munimentis, & maiores copias opperire iubetur. Tacitus lib. 13.

Togæ munimenta. Iuuen. Satyr. 9. 3.

Munis] Vide Munus.

Munus] muneris, pen. corr. (γέρας, ἀντίπνοια, ἄθλον) Donum. dictum munus, ut ait Varro, ab eo quòd qui mutuo animo sunt, id dant officij gratia. Festus, Munus, donum quod officij gratia datur. Paulus in l. munus. ff. de uerborum & rerum sig. Munus, inquit, tribus modis dicitur: Vno, donum et inde munera dici, dari, mittiue. Altero, onus: quod quum remittitur, uacationem militiæ, munerisq; præstat: inde immunitatem appellari. Tertio, officium: unde munera militaria, & quosdam milites, munifices uocari. igitur & municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

Omnia plena tuis muneribus. Virg. 2. Georg. 1.

Beneficia paretnum, deorum immortalium munera. Cic. Post red. in Senatu, 1.

Liberi iocosi munera, Vinum. Horat. 4. Carm. ode 15. 6.

Acceptissima munera. Ouid. epist. 16. 15.

Cæca munera Fortunæ. Senec. Hipp. 9. 5.

Exiguum munus. Quid. 2. de Arte, 58.

Extremum munus. Virg. 8. eclog. 12.

Funestum munus. Ouid. 2. Metam. 18.

Inania munera. Ouid. 2. Met. 69. Vide Inanis.

Inenarrabile munus. Vide Inenarrabilis.

Intemerata munera. Virg. 3. Aeneid. 26.

Leue munus. Ouid. 1. Metam. 125.

Memorabile munus. Ouid. 14. Metam. 47.

Miserabile munus. Stat. 8. Theb. 127.

Naturale munus decoris. Ouid. 14. Met. 137.

Nocitura munera. Ouid. 11. Metam. 21.

Pexa munera. Vide Pecto.

Popularia munera. Cic. 2. Off. 81.

Publica munera. Ouid. 6. Metam. 71.

Regale munus. Senec. Herc. fur. 6. 19.

Secreta munera. Iuuen. Satyr. 9. 6.

Triste munus. Ouid. 9. Metam. 1.

Votiua munera. Ouid. epist. 21. 43.

Accipere aliquid in muneribus. Vide Accipio.

Afferre munus. Cic. 2. de Diuin. 7. Vide Affero.

Augere uerbis munus. Vide Augeo.

Paruo munere beare aliquem. Horat. 1. epist. 19. 16.

Illa dei munus bene cedere sensit. Ouid. 8. Metam. 174.

Certare muneribus. Virg. 2. eclog. 12. Vide Certo.

Contendere cum aliquo muneribus. Vide Contendo.

Corrumpere aliquem muneribus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 12.
Magnis muneribus cumulare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 107.
Supremis muneribus decorare aliquem. Virg. 11. Aeneid. 5.
Despicere munus alicuius. Ouid. 13. Metam. 178.
Dignum munus dare alicui. Virg. 5. Aeneid. 71.
Extremum munus dare. Virg. 4. Aeneid. 86.
Mirificum munus populo dare. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 24. 8.
Dare aliquid muneri. Quint. lib. 1. cap. 10. 15.
Personale munus. Vide Vigilantia & solicitudo animi, in Vigil.
Præstanti munere donat iuuenem. Virg. 5. Aeneid. 73.
Promisso munere donare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 57.
Pingui donatus munere. Horat. 2. epist. 1. 54.
Diuino munere Reip. donatum uideri. Cic. de Aruſp. reſp. 5.
Exequiarum munus eripere. Cic. pro Cluentio, 20.
Ferre munera templis. Virg. 4. Aeneid. 44.
Lenire muneribus, congiarijs, epulis multitudinem imperitam. Cic. 2. Philipp. 121.
Mittere munera alicui. Cic. in Orat.
Mittere aliquid muneri alicui. Catul. in Aſinium, epig. 12. 3.
Fœdum munus obtrudere alicui. Claud. 1. in Eutrop. 9.
Offerre aliquid muneri. Quint. lib. 4. cap. 2. 12.
Ornare munus uerbis. Vide Orno.
Parta meæ Veneri ſunt munera. Virg. 3. eclog. 14.
Penſare munus munere. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 10.
Munera (crede mihi) placant homines q̃, deos q̃. Ouidius 2. de Arte, 130.
Poſcere munus aliquem. Ouid. 3. de Arte, 160.
Seruabere munere noſtro. Ouid. 7. Metam. 19.
Soluere munus alicui. Ouid. 11. Metam. 21.
Sordent tibi munera noſtra. Virg. 2. eclog. 9.
Spernere munus. Virg. 7. Aeneid. 53.
Terere munus. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 4.
Terræ munere ueſcimur. Horat. 2. Carm. ode 14. 2.
¶ Munus, ἔργον (inquit Feſtus) ſignificat etiam officium, quũ dicitur quis munere fungi. Cic. 1. Off. 25, Eiusq̃ uirtutis hoc munus proprium.
Munus propriè eſt, quod neceſſariò ſubimus, lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate, iure, officio, ſed ſponte præſtantur: quæ ſi non præſentur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſentur, plerunq; laus ineſt. ſed in ſumma, in hoc uentum eſt, ut non quodcunq; munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur. Martianus in l. munus propriè. ff. de uerborum & rerum ſignific.
Tuum eſt munus, tuæ partes. Cic. ad Brutum, lib. 11. 5. 6.
Hoc proprium tuum munus eſt ut ita erudiatur, ut & patri, & Scipioni noſtro, & tibi tam propinquo reſpondeat. Cicer. 3. de Finibus, 12.
Tui muneris eſt. Ouid. 1. Triſt. eleg. 5. 2.
Principum munus eſt, reſiſtere leuitati multitudinis. Cicer. pro Milone, 17.
Animi munus eſt, ratione uti. Cic. 3. Tuſc. 27.
Munera belli. Liu. 4. bel. Pun. 160.
Officij munus. Cic. de Senect. 26.
Officij ac ſtudij erga aliquem munus. Cic. Ligario, lib. 6. 14. 2.
Solitudinis munus. Cic. 3. Off. 5, Nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum ſolitudinis munus extat.
Vitæ munus. Cic. 1. de Fin. 19.
Officium & munus. Cicer. 2. de Orat. 137, Tamen ab oratoris proprio officio atq; munere ſeiuncta eſſe arbitror.
Tanti ac tam præclari muneris ſocietas. Cicero Metello, libro 5. 2. 4.
Munus & onus. Cicer. 1. de Orat. 57, Magnum quiddam eſt, onus ac munus ſuſcipere, atq; profiteri ſe, &c.
Munus Aedilitium magnificentiſsimum. Cicer. ad Brutum, libro 11. cap. 16. 6.
Annuum munus. Cic. Attic. lib. 6. 115. 1.
Aſſignatum munus. Vide Aſsigno.
Candidatorium munus. Vide Candeo.
Grande munus. Horat. 2. Carm. ode 1. 3.
Plena honorum munera. Hor. 4. Car. ode 14. 1.
Laute munus ſuũ adminiſtrare. Vide Lautus.
Colere & efficere munus. Cic. 1. de Leg. 23.
Conficere munus. Cic. in Partit. 73.
Curare munus ſuum. Vide Curo.
Deferre munus alicui. Cel. ad Cic. lib. 8. 8. 3.
Immunitatem munerum alicui dare. Cic. 4. Acad. 217.
Exequi munus. Cic. de Senect. 30.
Suſceptum Reip. munus explere. Cic. de Prouinc. Conſul. 29.
Explere munus amicitiæ. Cic. de Amicit. 60.
Fungi munere candidatorio. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 5.
Fungi munere amici. Horat. 1. epiſt. 9. 1.
Fungi muneribus corporis. Cic. de Amic. 21.
Habere munus aliquod. Cic. 2. de Leg. 11.
Inire munus alicuius. Virg. 5. Aeneid. 170.
Iniungere munus. Vide Iniungo.
Inſerere munus negocijs. Quint. lib. 3. cap. 7. 2.
Inſiſtere munus. Vide Inſiſto.
Obire munus. Vide Obeo.
Orbari muneribus priſtinis. Cic. 2. de Diuin. 10.
Suſceptum perfice munus. Virg. 6. Aeneid. 126.
Perfungi munere. Cic. de Senect. 70.
Præbere munus alicuius. Cic. pro Sylla, 41.
Præponere alicui muneri aliquem. Cic. 2. de Orat. 27.
Munus, & onus profiteri. Cic. 1. de Orat. 57.
Fera munera belli regit Mars. Lucret. lib. 1. 7.
Succedere muneri. Cic. 6. Verrina.
Suſcipere munus. Quint. in Proœm. lib. 4. 6.
Magnum de iure reſpondendi munus ſuſtinebat Rutilius. Cicer. de claris Orat. 58.
Miniſtrum tanti muneris eſſe. Cic. 1. de Nat. deor. 29.
Tenere ſinum munus. Cic. 5. Tuſc. 55.
Munus, Spectaculum gladiatorium, aut ferarum, cum quibus homines depugnarent. Cic. 2. Off. 84, Itaq; & P. Craſſus cùm cognomine diues, tum etiam copijs, functus eſt Aedilitio maximo munere. Et paulo pòſt, Magnificentiſsima uerò noſtri Pompeij munera ſecundo Conſulatu. Suet. in Cæſ. cap. 39, Edidit ſpectacula uarij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota. Budæus.
¶ Munuſculum, pen. cor. Dimin. (χαριδιον) Cicer. epiſt. lib. 1. 5. 3, Tulliola deliciolæ noſtræ tuum munuſculum flagitat. Virg. 4. eclog. 4,
At tibi prima puer nullo munuſcula cultu, &c.
Non ingrata munuſcula. Catul. Argon. epig. 59. 21.
Non inuiſa munuſcula. Horat. 1. epiſt. 7. 4.
Condonare munuſculum. Vide Condono.
Promittere munuſcula. Catul. Argon. epig. 59. 21.
Deferre munuſculum alicui. Cælius Cic. lib. 8. 8. 3.
¶ Munerarius, munerarij (ἀγωνοθέτης) Muneris gladiatorij exhibitor. Suet. in Domit. cap. 10, Patrẽfamiliâs quòd Thrœcem Mirmiloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam, canibus obiecit. Quibus uerbis munerarius Domitianus dicitur, ut ludorum exhibitor, à quo Thrax coactus fuerat depugnare: hoc enim ſignificat, imparem ei fuiſſe. quæ figura ſermonis exitialis homini intempeſtiuè faceto fuit. Plin. lib. 33. cap. 3. 14. pro ferarum ſpectacu-

Digitized by Google

spectaculo, Cæsar (inquit) qui postea Dictator fuit, primus in Aedilitate munere patris funebri, omnia apparatu arenæ argenteo usus est. Hæc Budæus. Quintil. lib. 8. cap. 3. Munerarium Augustus primus dixit.

¶ Muneralis, & hoc munerale, penult. product. (περὶ δώρων) Quod ad munus pertinet. Vnde Muneralis lex, qua Cincius (ut ait Festus) cauit, ne cui liceret manus accipere. Plautus,

Nec muneralem legem, neq; lenoniam rogo fuerit, nécne, flocci æstimo.

¶ Munero, munerας, pen. corr. (δωρέομαι) munerare: & Muneror, muneraris, munerari, Deponens, Donare, uel dono dare. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7, Ianus quum Saturnum classe prouectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas uictum in melius redegisset, regni cum societate munerauit. Cicer. 2. de Inuent. 124, Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur.

¶ Muneror, muneraris passiuum. Gell. lib. 18. cap. 12, Verba patiendi, pro agentibus in omnibus fermè ueterum scriptis reperiuntur: ex quibus sunt pauca ista, quæ nunc meminimus. Muneror te, pro munero, &c.

¶ Munerator, muneratoris, Verbale, Muneris gladiatorij exhibitor. Florus lib. 3. cap. 26.

¶ Munis (τέλης) Officiosus, antiquè. Plaut. Merc. 3. 104,

Dico eius pro meritis gratum me & munem fore.

¶ Munia, munionum, n. g. (ἔργα, τέλη) Obsequia lege debita, & officia quæ publicè præstantur. Cic. pro Murena, 67, Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum.

Capessere munia. Vide Capesso.

Exuere munia. Tacitus libro 4, Non enim exuere imposita munia.

Induere munia ducis. Tacit. lib. 1.

Obire regis munia. Liu. 1. ab Vrbe, 82.

Pacis munia. Liu. 1. ab Vrbe, 186.

Vitæ munia seruare recto more. Horat. 2. epist. 2. 27.

¶ Municeps, pen. corr. municipis, pen. corr. om. gen. (συμπολίτης) Propriè municipes dicebantur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiebant. Festus, Municeps est, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio à seruitute se liberauit à municipe. Item municipes erant, qui ex alijs ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantùm muneris partè. Hactenus Festus. Cic. 2. de Leg. 8, Ego mehercule, & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturæ, alteram ciuitatis.

Municipes dicti sunt, quòd munera ciuilia capiant. Paulus in l. munus. ff. de uerb. & rer. significatione.

¶ Municipes, qui unà munus fungi debent, dicti. Author Varr. de Ling. Latin. lib. 5.

Municipes abusiuè nunc dicimus, suos cuiuscunq; ciuitatis ciues: ut ait Vlpianus in dicta l. 1. ff. ad municipales. quo nomine tam oratores quàm poetæ utuntur. Iuuenal. Sat. 4. 4,

Iam princeps equitum, magna qui uoce solebat
Vendere municipes fracta de merce siluros. Cic. Bruto, lib. 13. 12. 2, Non dubito quin scias non solùm cuius municipij sim, sed etiam quàm diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri.

¶ Municipium, municipij (κωμόπολις) Id genus hominum dicitur, inquit Festus, qui quum Romam uenissent, neq; ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum unà cum Romanis ciuibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo: sicut fuerũt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tusculani, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt. Alio modo, quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas uniuersa in ciuitatem Romanam uenerit, ut Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur, quum id genus hominũ qui ad ciuitatem Romanam ita uenerunt, sic ut municipia essent sua cuiusq; ciuitatis & coloniæ: ut Tiburtes, Præneſtini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucrenses. Hactenus Festus. Cæsar 8. bel. Gall. 177, Vt municipia & colonias appellaret. Cicer. 3. Philipp. 134, Videte quàm despiciamur omnes qui sumus è municipijs, id est, omnes planè: quotus enim quisq; non est? Idem 4. de Fin. 12, Vides quantam rem agat, ut Circeis qui habitet, totum hunc mundum suum municipium esse existimet.

Attributi finitimis municipijs. Vide Attribuo.

¶ Municipia, Vrbes erant, iure ciuitatis Romanæ donatæ, in quas si coloni deducerentur, in coloniæ conditionem transibant, & quum antè sui iuris essent, legem à deductore coloniæ accipiebant. Hinc ueretur Cicero, ne Rullus municipia Campaniæ colonis occupet. Vide Colonia.

Municipia quidam putant à munitionibus dicta: alij à munificentia, quòd munifica essent ciuitates: primáq; origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ sunt, municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.

¶ Municipalis, & hoc municipale, pen. prod. (συμπολιτικὸς) Quod ad municipes pertinet. Cic. 3. de Leg. 53, Vtinam, inquit. M. Cic. isto animo atq; uirtute in summa Repub. nobiscum uersari, quàm in municipali maluisses.

Arena municipalis. Iuuenal. Satyr. 3. 3.

Municipales homines, imperiti Cic. Attico, lib. 8. 165. 2, Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rustícani. Hæc Budæus.

Municipalis honestißimi generis. Cic. pro Sylla, 18.

Municipalis dolor. Cic. ad Atticum, lib. 7. 130. 4.

Municipalia sacra uocantur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obseruare eos uoluerunt Pontifices, & eo more facere, quo fuissent antiquitùs. Festus.

Municipale ius dicitur, priuatum ius uniuscuiusq; ciuitatis.

Municipalia magisteria, uocantur administrationes & officia sui municipij.

Municipalis, id est, ignobilis & obscurus. Cornel. Tacit. lib. 4, Seq; & maiores & posteros municipali adultero fœdabat. Iuuenalis, Municipalis eques de Cicerone. Vt enim municipales homines pro ueris ciuib. non habebant, etsi donata ciuitate omnia municipia erant: sic & equites municipales pro ignobilib. equitib. ponere solebant: quòd eorũ non esset tantus splendor, nec tantæ diuitiæ, quantæ urbanorum equitum. Turnebus.

¶ Municipatim. Suet. in Iulio, cap. 14, Senatu uniuerso in socios facinoris ultimam statuente pœnam, solus municipatim diuidendos custodiendosq; publicatis bonis censuit.

¶ Munificus, munifica, munificum, pen. corr. (δωρηματικὸς, φιλόδωρος) Munifici apud antiquos, non à largitione quæ nulla erat, sed consentientes appellabantur ad ea quæ amici uellent. Nunc autem munificus pro liberali ponitur, quasi sit munera largè præbens. Plaut. Amphit. 8. 211,

Tibi morigera, atq; ut munifica sim bonis, prosim probis.

Munifica syluarum genera. Plin. lib. 3. cap. 5. 4.

Munificus laudis. Claud. 7. Paneg. 100.

Munificus amicus. Liu. 3. bel. Maced. 20, Mitis ac munificus amicus fuit.

Dea munifica, Ceres. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 1.

Numa munificus. Ouid. 3. Fast. 77.

Opes munificæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 5.
Patria munifica. Liu. 4. ab Vrbe, 258.
¶ Munificus, munificentior, munificentißimus, dicimus. Cicer. pro Rosc. Comœd. 13, Semper liberalißimus munificentißimusq; fuit. Cato olim dixit, munificior, munificißimus: teste Festo.
¶ Munificè, pen. corr. Aduerbium (δωρηματικῶς) Largè, abundanter. Cicero 3. de Natur. deor. 97, Tam munificè & tã largè dare.
Munificè & æquè tueri societatem coniunctionis humanæ. Cicero 5. de Finib. 117.
Munificè adiuuare. Liu. 2. bel. Pun. 158.
Munificè augere. Liu. 2. ab Vrbe, 9.
Munificè prædam largiri. Liu. 1. ab Vrbe, 236.
¶ Munifico, munificas, pen. corr. (πλουτίζω) munificare, Ditare, beatum facere. Lucret. libro 2. 136. de Cybele deorum matre,

Munificat tacita mortales muta salute.

¶ Munifex, pen. corr. Munificis, pen. corr. om. gen. Munifices, authore Festo, qui non uacabant, sed munus principi faciebant. Contrà beneficiarij dicebantur, qui uacabant muneris officio. Et munifices à Vegetio lib. 2. cap. 7. dicuntur milites qui munera faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum, lib. 11. cap. 40. 3, Vno uerò ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, descendit. Munificè mammam Plinius pro lactante dixit, qua scilicet fœtus lactatur. Budæus.
¶ Munificium, munificij, neut. gen. Paulus l. fi publicanus. D. de publican. & uectig. De rebus quas in usus aduehendas sibi mandant præsides, diuus Hadrianus præsidibus rescripsit, ut quoties quis in usus aut eorum qui prouincijs exercitibusue præsunt, aut procuratorum suorum, aut usus sui causa mittet quendam empturum: significet libello manu sua subscripto, eumq; ad publicanum mittat: ut si quid amplius quàm mandatum est: transferat, id munificium sit. Sic habent Halo ander & Pandectæ Florentinæ. Libello, certification, au passeporte.
¶ Munificentia, munificentiæ (πολυδωρία) Plin. lib. 27. cap. 1. 1, Nec dubiè superata hoc modo posset uideri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inuentio.
Seueritas & munificentia. Tacit. lib. 1.
Munychia] μουνυχία, portus Atticæ. Stephanus. Et, ut Strabo lib. 9. ait, tumulus curuus, in Cherronesi faciem conuersus. Vide Piræum.
¶ Munychius, Adiectiuum (μουνύχιος) Ouid. 2. Metam. 143,

Munychiosq; uolans agros, gratamq; Minervæ
Despiciebat humum.

Arces Munychiæ. Stat. 5. Sylu. 3. 22.
Rupes Munychia. Stat. 12. Theb. 124.
¶ Munychia, munychiorum, festa erant Palladis, à Munychio Athenarum portu: uel à Munychio, rege quodam eorum authore.
Munychiates] μουνιχιάτης, Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Petræ Arabiæ urbs: hodie Medina Talnabi, ubi Mahumedis sepulchrum.
Muræna] murena (μύραινα) Piscis est, non dißimilis anguillæ. Plin. lib. 9. cap. 23, Muræna quocunq; tempore parit, quum cæteri pisces statu parient. Oua eius citißimè crescũt in sicco litore. Elapsas uulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles myrinum uocat marem qui generat. Discrimen esse, quòd muræna uaria & infirma sit, myrinus unicolor & robustus: dentesq; extra os habeat, &c. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 15. Mart. lib. 13. 80,

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
Non ualet exustam mergere sole cutem. Plautus Amphit. 4. 165,

Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat. Est autem muræna duplex: marina & fluuiatilis. marina rostrum habet, quale anseris: fluuiatilis autem omnino nostræ lampetræ est similis, & à quibusdam galeos dicitur. Cicer. in Parad. 49.

Abstinere ostreis & murænis. Vide Abstineo.
¶ Murænula, colliaurum nuncupat uulgus. Hieronymo tradente, quòd scilicet metallo in uirgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena, contexitur, ex piscis utiq; imagine uocabulo conformato. Cælius lib. 4. cap. 2.
Muralis, Muratus] Vide Murus.
Murcea] μύρκια λεγομένη, dea, quam ita appellarunt, quòd præter modum faceret hominem murcidum: id est, nimis desidiosum. Cui contraria erat dea Strenua, quæ faciebat homines strenuos.
Murci] dicti sunt homines timidi & ignaui, qui ut militiæ periculum effugerent, pollices sibi amputabant. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 21, Inter Gallos non ferè compertus, qui militiæ detrectandæ causa pollicem sibi præcideret: quod genus localiter Murcos dicunt.
Murcidus] pen. corr. Adiect. (νωθρὸς) ignauus, stultus, inquit Festus. Plaut. Epid. 7. 12,

Væ tibi murcide homo.

Murciolum] murcioli, Columella semen lentisci uocat, uelut à figura muricis, quòd buccini specie uisatur is folliculus nisi quis pro languido accipiat: quando & numen sororiæ, Murceam deam uocabant. Hæc Hermolaus in 33. capite libro 9. Plinij.
Murex] muricis, penult. corr. (ἀπορράξ, μύαξ, ὄστρεον) Piscis marinus ex concharum genere, à purpura diuerso. Plin. lib. 9. cap. 25, Mutianus muricem esse latiorem purpura, neque aspero, neq; rotundo ore, neq; in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha utroq; latere sese colligente, etc. Colum. lib. 8. cap. 16. 6, Eadem quoq; maximè idonea est conchylijs, muricibus & ostreis.
Murice Baiano melior Lucrina Peloris. Hor. 2. Ser. Satyr. 4. 7.
Intortus murex. Valer. 3. Argon. 147.
Murex, per excellentiam, conchylium aliquando dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35. 20, Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Sipontimus.
Ex muricis colore fit color purpureus. Virg. 4. eclog. 9,

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice,

Afro murice tinctæ lanæ. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.
Getulo murice tinctæ uestes. Horat. 2. epist. 2. 37.
Phœnico bibulas tingebat murice lanas. Ouid. 6. Metam. 2.
Sidonio murice tincta lana. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 4.
Muricibus Tyrijs iteratæ uellera lanæ. Horat. epod. 12. 5.
Murex, pro Purpura interdum accipitur, quam Sidon urbs Syriæ gignit. Virg. 4. Aeneid. 53,

—— Tyrioq; ardebat murice læna.

Aurato præfulgens murice ductor. Silius lib. 4. 66.
Murex, Acumen, seu Asperitas saxi, inquit Nonius. Virg. 5. Aeneid. 41, Concussæ cautes, & acuto in murice remi

Obnixi crepuêre. Ab asperitate murorũ, inquit Perottus. Vide Acuo.

Murices, Sunt tribuli, uel ut Græcè τρίβολοι, machinulæ ferreæ, dolosæ, tetragona forma, quæ in quamcunq; partem incubuerint, unum aut plures aculeos infestos protendũt. Curtius lib. 4, Bion quidam transfuga nunciat regi, murices ferreos in terram defodisse Darium, quà hostem equitem emissurum esse, credebat. Tribulorum meminit Vegetius lib. 3. Lingua uernacula calciatrappæ uocantur. Budæus.

¶ Muricatum

¶ Muricatus, penult. prod. Adiectiuum (μυκωτὸς) Quod est muricis modo factum. Plin. lib. 20. cap. 23. 10, Vtrig; folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus.

Muricati gressus, Fulgentio, id est, formidolosi & pauendi. Budæus.

¶ Muricatim, penult. product. Aduerb. (μυκηδὸν) Conuolutim, inquit Budæus: In modum muricis. Columel. lib. 9. cap. 33. 1, Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso.

¶ Murilegulus, penult. corr. (μυκόλογος) à muricibus legendis siue colligendis nomen habet. Cælius lib. 8. cap. 11. Murilegulos Iureconsulti muricis & purpurarum perquisitores nuncupant. Meminit Codicis lib. 11. Iustinianus, titulo de Monetarijs & murilegulis.

Murgentina uina] à loco dicta. Varr. 1. de re Rust. capite 25. Et Cato cap. 6.

Murger] inquit Festus, dici solet à castrensium ominibus, quasi mucusus, is qui talis malè ludit. Obsoletum.

¶ Murginare, Tardare est, inquit Perottus.

¶ Murgiso, murgisonis, masc. gen. Iners, desidiosus. A' mora et desidendo dictus, inquit Festus.

Murgis] Plinio lib. 3. cap. 1, Bæticæ sinus, à quo Murgitana regio.

Muria] muriæ (ἅλμη) Genus salsamenti, quod ex piscium liquamine fiebat, præsertim thynnorum. Persius Satyra, 6. 2,

Timgat olus ficcum muria uafer in calice empta. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 11,

Vt melius muria, quàm testa marina remittat.

Muria (ἁλμυρὶς) Aqua salsa, siue salsugo, quam salamuriam uulgò dicimus. Colum. lib. 12. cap. 25, Quoniam, quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua salsa, uel muria mustum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putaui. In mediterraneo quò non est facilis aquæ marinæ inuectio, sic erit ad conduras conficienda muria. Huic rei uel maximè est idonea cælestis aqua: si minus, ex fonte liquidissimo profluens.

Stilla muriæ. Cic. 3. de Fin. Vt obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ, & ut interit magnitudine maris Aegei stilla muriæ, & ut in diuitijs Crœsi teruntij acceßio, &c.

Muria cruda & matura. Vide paulo pòst, Muria dura.

Muria dura. Celsus, libro 4. capite 9, Edenda sunt salsamenta, uel oleæ ex muria dura. Ibidem, capite 15, Themison muria dura quàm asperrima sic utendum, memoriæ prodidit. Colum. lib. 12. cap. 6, Muriam duram sic facito: Dolium patentißimi oris locato in ea parte uillæ, quæ plurimum solis accipit. id dolium aqua cælesti repleto, ea est enim huic rei aptißima: uel si non fuerit pluuialis, certè fontana dulcißimi saporis. In eam tum indito sportam iunceam, uel sparteam, quæ replenda sit sale candido, quo candidior muria fiat. Quum salem aliquot dies uidebis liquescere, ex eo intelliges nondum esse muriam maturam. Itaque subinde alium salem tandiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur. Quod cum animaduerteris, scies habere muriam maturitatem suam. Et si aliam in id uas facere uolueris, hanc in uasa bene picata difundes, & opertam in sole habebis. omnem enim mucorem uis solis aufert, & odorem bonum præbet. Est aliud muriæ maturæ experimentum. Nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. Hactenus Columella. ex cuius uerbis palàm est, eandem esse muriam duram & maturam. Sed quur dura uocatur, quæ tamen liquida est? Dura certè ob id dicitur, quòd aqua in ipsum salem uim suam liquefaciendi, non secus ac si arida esset, exercere nequit: quod liquida utique aqua & non indurato faceret, salémque colliquaret. Plinius libro 31. capite 6, duram non appellat, sed certam mensuram, salis exprimit in aquam mergendi, quo dura reddatur. Verùm, inquit, & hoc cura prouidit, inuenta ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, si plus quàm sextarius salis cum quatuor aquæ sextarijs mergatur, uinci aquam, salémq; non liquari. Cæterò sextarius salis cum quatuor aquæ sextarijs salsißimi maris uim & naturam implet. Moderatißimum autem putant, supradictam aquæ mensuram octonis cyathis salsis temperari. Hæc Plinius. Hunc autem muriæ maturæ parandæ modum, etiam Galenus, libro 4. simplicium pharmacorum prodit. sed eam tamen cui ouum innatat, σύμμετρον ἅλμην, hoc est, temperatam & maturam ad salgama condienda appellat: eam uerò quæ iniectum salem amplius colliquescere non permittit, uehementer salsam, hoc est, λευκὸν ἅλμυρὸν uocat: cum Columella hoc utrunque experimentum maturæ muriæ esse dicat, nisi quòd dulcem caseum oui loco demittendum tradit.

¶ Muries, muriei (ἁλμυρὶς) Quidam existimant idem esse muriem & muriam, significareq; salsamentorum aquam. A' mari nomen deductum. Cato capite 88, Si natabit, ea muries erit, qua uel carnem, uel caseos, uel salsamenta condias.

¶ Muriatus, pen. corr. Adiect. (ἁλμυρώτὸς) Quod in muria diu fuit. Plaut. Pœn. 4. 2 4,

— soror cogita
Amabo, item nos perhiberi, quasi salsa muriatica
Esse autumantur, siue omni lepore, & sine suauitate.

Murilegulus] Vide Murex.

Murina] murinæ: uel Myrina, myrinæ, pen. corr. (μυρρίνη) Vinum myro, id est, odore conditum. Plin. lib. 14. capite 13. 3, Lautißima apud priscos uina erant myrrhæ odore cõdita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur: quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsennus his uersibus decernit,

Mittebam uinum pulchrum, murinam. Et in Acharistione,

Panem & polentam, uinum murinam. Scæuolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse uideo, quoniam in Pseudolo sit, 11. 51,

Quòd si opus sit, ut dulce promat indidem, ecquid habet?

CH. rogas? Murinam, passum, defrutum, mellinam, mel quoinsmodi. Quibus apparet, non inter uina modò murinam, sed inter dulcia quoque nominatum. Hactenus Plinius.

¶ Murinus, Adiectiuum (μυρρινὸς) ut, Murinus odor. Plautus Pœn. 18. 6.

¶ Murinus, à mure. Vide Mus.

Murmur] murmuris, pen. corr. n. gen. (γογγυσμὸς, ψιθυρισμὸς) Lenis aquæ strepitus, licet & pro alio quocunq; strepitu poni consueuerit. Nomen est fictitium, teste Quint. lib. 8. cap. 6. Plin. lib. 2. cap. 80. 1.

Maris murmur. Cic. 3. de Orat. 88.

Ponti murmura. Lucret. lib. 3. 210.

Vocis paruæ murmura. Ouid. 12. Metam. 10.

Altum murmur. Seneca Oedip. 12. 2.

Cæca murmura. Virg. 10. Aen. 20.

Clauso murmure raucus. Pers. Satyr. 5. 2.

Fera murmura. Propert. lib. 4. eleg. 4. 13.



Digitized by Google

Fractum murmur. Stat. 10. Theb. 64.
Fragosa murmura. Claud. 3. Paneg. 68.
Futile murmur. Valer. 8. Argon. 17.
Graue murmur. Seneca Agamem. 6. 15.
Ieiunum murmur Hircanæ tigridis. Stat. 12. Theb. 34.
Incertum murmur. Quint. lib. 2. cap. 11. 4.
Ingens murmur erat in ædibus. Ouid. 7. Metam. 131.
Minitans murmur. Cic. in Arato, 8.
Modicum murmur. Iuuen. Satyr. 10. 29.
Mœstum murmur. Valer. 1. Argon. 126.
Querulum murmur. Senec. Herc. Oeth. 3. 7.
Rabidum murmur. Valer. 4. Argon. 48.
Raucum murmur ciet cadens unda. Virg. 1. Georg. 28.
Secreta murmura uulgi. Iuuenal. Satyr. 10. 9.
Stridenti murmure raucus clangor. Sil. lib. 16. 19.
Suppressum murmur. Valer. 5. Argon. 94.
Vastum murmur. Virg. 1. Aen. 50.
Ventosum murmur. Virg. 9. eclog. 11.
Comprimere murmura. Ouid. 1. Metam. 42.
Tenui murmure dicere aliquid. Ouid. epist. 12. 12.
Exiguo murmure dicta uerba. Ouid. epist. 17. 4.
Dare murmur. Lucret. lib. 6. 29.
Parua murmura dedit. Ouid. 2. Metam. 158.
Raucum murmur edere. Ouid. 14. Metam. 56.
Arcana murmura figit auribus. Stat. 1. Achill. 76.
Incluso murmure fremunt alta corda. Senectute Agamemnon. 7. 25.
Increbrescit murmur nemorum. Virg. 1. Georg. 72.
Magno indignantur murmure uenti. Lucret. lib. 6. 40.
Horrendo murmure labitur amnis. Ouid. in Ibin, 16.
Iucundo murmure labentes riui. Ouidius 1. de Remed. amor. 36.
Laxauit murmura in uocem. Claud. 2. in Eutrop. 51.
Minitans murmur cæli. Lucret. lib. 1. 14.
Magno miscetur murmure cælum. Virg. 4. Aen. 32.
Depresso sub murmure mugit tuba. Lucret. lib. 4. 111.
Pauido orantes murmure. Claud. 7. Paneg. 90.
Percurrunt murmura cælum. Lucret. lib. 5. 246.
Minaci murmure cornuum perstringis aures. Horat. 2. Carm. ode 1. 4.
Pro uerbis murmura reddunt. Ouid. 10. Metam. 140. de Duobus mutatis in leones.
Rodere murmura. Pers. Satyr. 3. 9.
Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Aen. 142.
Tacito uenerantur murmure nomen. Ouidius 6. Metamorphos. 41.

¶ Murmuro, murmuras, penult. correp. (μορμυρίζω, μορμύρω, γογγύζω, ὑποφρυάω) murmurare, Murmur facere. Cicero 5. Tusc. 163, Murmurans mare. Plin. lib. 18. cap. 35. 15, Murmurans ignis.

Vnda murmurat. Virg. 10. Aen. 43.
Flebile murmurat lingua exanimis. Ouidius 11. Metamorphos. 11.
Murmurare, Contradicere. Plaul. Aulul. 4. 13,
Vt scelesta sola secum murmurat.

¶ Murmuratio, Verbale (μορμυρισμὸς) ut, Murmuratio aquilarum. Plin. lib. 10. cap. 3. 1.
Murmuratio querula. Plin. lib. 10. cap. 3. 3.
Murmuratio, pro strepitu aut fremitu obloquentis ac contradicentis. Seneca libro 3. de Ira, capite 24. Idem de Benef. 5. cap. 15. Item, epist. 108, Optimum est pati quod emendare non possis: & Deum, quo authore cuncta proueniunt, sine murmuratione sequi.

¶ Murmurillum, murmurilli (ψιθυρίδιον) Diminutiuum. Plaut. Rud. 31. 48,
Palàm age, nolo murmurillum, neq; susurrum fieri mihi.

¶ Murmurillo, murmurillas (ψιθυρίζω) murmurillare, Murmurare. Plaut. Rud. 31. 61,
Quid murmurillas tecum, ac te discrucias? Hic uersus in quibusdam exemplaribus deest.

¶ Murmuror, murmuraris (μορμύρομαι) murmurari, Deponens apud antiquos. Varro, Ita ut soliti eramus, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari.

Muroela] μυροίλα, Ptolemæo lib. 2. cap. 15, Pannoniæ superioris urbs: uulgò Moreclz.

Murranus] penultima producta, Priscus Latinorum rex, à quo postea Latini omnes reges, Murrani sunt dicti. Author Seruius. Scimus enim, inquit, soleri plerunq; fieri, ut primi regis, reliqui nomen eius posideant: ut apud Romanos Augusti uocantur, apud Albanos Syluij, apud Persas Arsacidæ, apud Aegyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropidæ. Hæc Seruius, enarrans carmen illud Virg. 12. Aen.
Murranum hic, atauos, & auorum antiqua sonantem
Nomina, per regesq; actum genus omne Latinos. Alij, quòd murra unguentis q; oblinerentur: uel quòd oppidis mura clausis & cinctis præesset, ut murrani, quasi muranì dicantur.

Murrha] murrhæ (μύρρα) Lapidis egregij species, ex quo uasa potoria fiebant. Mart. lib. 14. 113,
Si calidum potas, ardenti murrha falerno
Conuenit, & melior fit sapor inde mero. Alij myrrha scribunt. Humorem esse putant, qui in Oriente, maximè in Parthico regno sub terra condensatur, ut ait Plinius libro 37. cap. 2.

¶ Murrha, pro Smyrnio herba. Plin. lib. 19. cap. ult. Libanotis odorem thuris, murrha myrrhæ reddit.

¶ Murrhinus, pen. corr. siue myrrhinus, Adiectiuum (μυρρινὸς) Quod ex murrha factum est. Fiebant enim uasa ex ea. Plin. lib. 37. cap. 2. 8, Oriens murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec insignibus, maximè Parthici regni, præcipuè tamen in Carmania. Humorem putât sub terra calore densari: amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine rarò, quanta dictum est uasi potorio. Splendor his sine uiribus, nitorq; uerius quàm splendor. Sed in precio uarietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremq;, & tertium ex utroq; ignescentem uelut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Mart. lib. 13. 110,
Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum
Sume: dabunt calices hæc tibi uina suos.

¶ Murrheus, Aliud adiect. (μύρρεος) Idem quod murrhinus. Iabolenus iuriscon. in l. uasa. ff. de supellectili legata, scribit, murrhea uasa quæ ad usum edendi & bibendi causa reperta sunt, esse in supellectili. Fortasse scribendum murrhina. Vlpianus de auro & argento legato. l. cum aurum. §. perueniamus. Murrhina autem uasa in gemmis non esse, Cassius scribit.

Onyx murrheus. Propert. lib. 3. eleg. 10. 5.

Murtia] Arnobio dicitur segniũ dea. Huius etiam meminit Tertullianus in lib. de Spectaculis, quam esse marmoris deã dicit. ubi fortasse, marcoris, scribendum est. Murtiam enim deam, inquit, marmoris uoluntcui in illa parte ædem uouere. Scribitur & Murcea. Vide suo loco.

Murtius] μύρτος, Auentinus mons, quòd è lapidibus & ueluti muro constaret. A quo Murtia dea, Venus. Plin. lib. 15. cap. 29. 4, Ara uetus fuit Venere Myrteæ, quam nunc Murtiam uocant. Huic erat sacellum sub Auentino monte, qui antè Murcus uocabatur.

Murtea,

*Murtea, inter genera olearum recenſentur à Columel. libro 5. capite 8.*

**Murus]** *muri (τεῖχος, τύρσις, τοῖχος) à muniendo dicitur: & propriè eſt urbis lapideus ambitus. Cic. 3. de Nat. deor. 137. Idem pro lege Manil. 38, Parua ſine muro nihil timebat. de inſula Delo.*

*Minæ murorum ingentes. Virg. 4. Aen. 18.*

*Aerij faſtigia muri. Valer. 2. Argon. 111.*

*Aheneus murus. Hor. 3. Carm. ode 3. 13.*

*Crimalis murus Cybeles. Claud. 2. in Eutrop. 56.*

*Diſciſſi muri. Stat. 1. Syl. 1. 3.*

*Humiles muri. Ouid. 2. Amor. eleg. 12. 2.*

*Lapideus murus. Vide* Lapis.

*Sublimes muri. Claud. 6. Paneg. 25.*

*Aedificare muros. Ouid. 11. Metam. 41.*

*Latior murus urbem amplectitur. Hor. de Arte, 43.*

*Subitos attollere muros. Lucan. lib. 6. 7.*

*Oppida cingere muris. Virg. 4. eclog. 7.*

*Igni circundare muros. Virg. 9. Aen. 31.*

*Arces circundabit muro. Virg. 6. Aen. 157.*

*Triplici muro circundata mœnia. Virg. 6. Aen. 110.*

*Contabularunt murum turribus. Vide* Contabulo.

*Correpere intra murum. Vide* Correpo.

*Defendere muros longo bello. Virg. 9. Aen. 103.*

*Diuidimus muros, & mœnia pandimus urbis. Virgilius 2. Aeneid. 47.*

*Dare murum ſceleri. Claud. 7. Paneg. 22.*

*Ducere muros. Virg. 1. Aen. 86.*

*In planum effundere muros, Diruere muros, & ſolo æquare. Lucan. lib. 1. 78.*

*Patrios excedere muros. Lucan. lib. 1. 99.*

*Fodere murum. Ouid. 11. Metam. 108.*

*Hoſtis habet muros. Virg. 2. Aen. 67.*

*Impellere muros manu. Stat. 1. Achill. 18.*

*Lapſis muris ingentia iacent ſaxa. Lucan. lib. 1. 5.*

*Percuſſit murum aries. Cic. 1. Offic. 54.*

*Fragiles procumbunt muri. Claud. de bel. Get. 43.*

*Conuulſis proſternes oppida muris. Sil. lib. 3. 43.*

*Quatere muros. Virg. 2. Aen. 122.*

*Labentes renouare muros. Seneca Thyeſte, 7. 5.*

*Tutos ſeruabant aggere muros. Virg. 9. Aen. 9.*

*Ignem ſubdere muris. Sil. lib. 17. 104.*

*Succedere murum. Tacit. lib. 2.*

*Traijcere murum iaculo. Cic. 4. de Fin. 38.*

*Tranſcendere muros ſcalis. Sil. lib. 13. 23.*

*Murus, per translationem. Cicero 7. Verr. 2, Ad omnes enim meos impetus quaſi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur.*

*Propugnaculum & murus. Cic. in Piſonem, 6.*

*Murus, Agger etiam dicitur ſine foſſa. Varro 1. de re Ruſtic. cap. 14. 3, Aggeres qui faciunt ſine foſſa, eos quidam uocant muros, ut in agro Reatino.*

¶ *Muralis, & hoc murale, pen. product. (τειχικὸς) Quod ad murum pertinet.*

*Corona muralis, Corona ex muris, ſiue ad murorum effigiem facta. Lucret. lib. 2. 123.*

*Corona murali donari ſolebat ab imperatore is qui primus murum ſubijſſet, & in hoſtium oppidum per uim aſcendiſſet. Plinius libro 16. capite 4. 1, Cedunt ijs murales, uallaresq; & aureæ, quanquam precio antecedentes. Liuius 3. bel. Pun. 83, Vtique poſtquam corona aurea muralis propoſita eſt, &c.*

*Herba muralis, Quæ in muris creſcit. Plinius libro 24. capite 19. 5.*

*Heros muralis: hoc eſt, corona muralis. Claudianus de laud. Serenæ, 22. 37.*

*Ictus muralis, E muro impactus. Sil. lib. 6. 54.*

*Machinæ murales, Quibus muri diruuntur. Plinius libro 7. capite 56. 11.*

*Pila muralia, Quæ de muris deijciuntur. Cæſar 7. bel. Gal. 332.*

*Tormentum murale. Virg. 12. Aen. 185.*

¶ *Muratus, penultima producta, Adiect. (τειχώδης) Quod muros habet.*

**Mus]** *muris, maſc. gen. (μῦς, σμίνθα) Exiguum animal eſt, in domibus frequens: à corroſionis ſono, quem facit, dictus. De moribus uide Plinium lib. 8. cap. 57. Cicero Attico, lib. 14. 305. 4, Sed quòd quæris quid arceſſerim Chryſippum, taberna mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. itaq; non ſolùm inquilini, ſed mures migrauerunt.*

*Breuis mus. Ouid. 2. Faſt. 115.*

*Exiguus mus. Virg. 1. Georg. 37.*

*Opici mures. Iuuenal. Satyr. 3. 21.*

*Puſillus mus. Plaut. Truculent. 18. 14.*

*Ridiculus mus. Hor. de Arte, 29.*

*Ruſticus mus. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 16.*

*Vrbanus mus. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 16.*

*Pleſtello adiungere mures, eſt puerorum. Horatius 2. Sermon. Satyr. 3. 50.*

*Aedificata muribus & muſtelis domus. Cic. 2. de Nat. deor. 25.*

*Deroſi à muribus clypei. Cic. 1. de Diuin. 161.*

*Rodunt mures. Cic. 2. de Diuin. 87.*

*Mures etiam antiqui intellexerunt non tantùm domeſticas illas beſtiolas, penori infeſtas, omniaq; rodentes: ſed ſyluęſtres feraſq; beſtias minoris formæ, pelle commendabiles: quo in genere ſunt martes & bermelini, quibus nobiles hyberno tempore pellitas gerunt penulas. Eo quoq; nomine cenſeri uidentur muſtelæ: quæ, ſi ueriloquium ſequaris, ſunt mures longi. Seneca lib. 4. epiſt. Non hodieq; magna Scytharum pars tergis uulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia uentis ſunt. Iuſtin. de Scythis, Lanaq; uſus ac uſtium ignotus, & quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis ueſtiuntur. Monuit Turnebus.*

*Mus araneus (μυοχέλη) à mure & muſtela appellant: quia muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, uerſu dentium quadruplici, ut inquit Aetius. Abundat inſula Britannia. Plin. lib. 29. cap. 4. 29.*

*Murium marinorum meminit. Plin. lib. 9. cap. 19. 1.*

¶ *Muſculus, pen. corr. Diminutiuum (μῦς, μυός) Cicero 2. de Diuinatione, 49, Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri.*

*Muſculus præciſus. Celſus lib. 5. cap. 26, Nam percuſſus, mortiferus eſt: præciſus, ſanitatem recipit.*

*Aquatiles muſculi. Vide* Aqua.

*Muſculus (μῦς, μυὸς) Pars organica corporis, conſtans carne, fibris neruoſis, uena, arteria, & membrana ſuccingente: eſtq; motus organum. Plaut. Amphit. 16. 60,*

*Quid dicas noui: cicatricem in dextro muſculo, ex illo uulnere.*

*Quod mihi impegit Pterela. Plin. lib. 20. cap. 21. 8, Item concluſis, luxatis, tumentib. & muſculis, neruis, articulis impoſuit.*

*Conuulſus muſculus. Vide* Conuello.

¶ *Muſculoſus, pen. prod. Adiectiuum (μυώδης) Celſus libro 5. cap. 20, At ſi neruoſus aut muſculoſus is locus eſt, commodius eſt cerato miſcere.*

*Muſculos etiam dixerunt antiqui, minores machinas, quibus protecti bellatores, foſſatum ciuitatis, adportatis lapidibus, lignis*

Digitized by Google

lignis & terra, non solùm complent, sed etiam solidant, ut turres ambulatoriæ sine impedimento uehantur ad murum. Sunt maiores uineis, subditioresq;, & maiores firmioresq; pluteis. Cæsar 7. bel. Gal. 339, A castris longurios musculos, falces, reliquaq; quæ eruptionis causa parauerat, profert. Idem, 3. bel. Ciuil. 337.

Musculus à testudine differt paruitate, minoresq; musculi, maioresq; testudines uocatæ sunt. Vitruuius collocat in musculo duo longa tigna in solo crassitudinis bipedalis: in eis columellas defigit utrinque, quas capreolis fastigatis coniungit: nostra lingua nomen capreoli retinet. Capreolis imponuntur perpetua tigna tecti longitudine, quibus inuehuntur trabes transuersæ à fastigio, ad extremum musculi tectum. His infiguntur regulæ, quas linguâ nostra latas appellare consueuimus. Ita firmissimum ad omnem iniuriam & pondus tectum comparabatur. Hæc ideo hic adscripsi, quia in legendis authoribus nihil molestius ferè reperitur, quàm architecturæ descriptiones.

Musculus, Genus piscis parui, qui paruo moderamine caudæ temperat balænam, ne in scopulum impingat. De hoc Claudianus lib. 2. in Eutropium, 85. Plin. lib. 9. cap. 62. 2, Amicitiæ exempla sunt, balæna & musculus: quando prægraui superciliorum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem uada prænatans demonstrat, oculorumq; uicefungitur. Idem lib. 32. cap. 11. 3.

¶ Murinus, penultima producta, Adiectiuum (μυῖνος) Quod ex mure est. Plinius lib. 30. cap. 8. 1, Murino fimo contra calculos illinere uentrem prodest. Sic lib. 28. cap. 11. 16, Murina capita. (cap. 37.

Murinus color, qui uulgaris est in asinis. Columella, libro 6.

Murinum hordeum, herba phœnicea à Græcis appellata. Plin. lib. 22. cap. 25. 15.

Pelles murinæ. Vide paulo antè, Mures etiam.

¶ Muscerda, muscerdæ (μυόκοπρον) Murium stercus. Plin. lib. 29. cap. 6. 1, Præterea (ut Varro noster tradit) murinum fimum, quod item muscerdas appellat.

¶ Muscipula, pen. corr. (μυΐαγρα) Laquei genus ad capiendos mures. Varr. 1. de re Rust. cap. 8. 5, Necnon si parit humus mures, huius minor fit uindemia, nisi totas uineas oppleueris muscipulis.

Musa] musæ (μοῦσαι) Cantum significat. Virg. 8. eclog. 1,

Pastorum musam Damonis & Alphesibœi.

Agrestem tenui meditabor arundine musam. Virg. 6. eclog. 2.

Callida musa. Lucret. lib. 6. 19.

Crassiore musa. Quint. lib. 1. cap. 10. 21, Libet propter quosdã imperitiores crassiore (ut uocant) musa, dubitationem huius utilitatis eximere.

Genialis musa. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 4.

Iocosa musa. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 2.

Pedestris musa. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 3.

Potens lyræ musa. Hor. 1. Carm. ode 6. 2.

Procax musa. Hor. 2. Carm. ode 1. 8.

Proterua musa. Ouid. 1. de Remed. amor. 73.

Solers lyræ musa. Hor. de Arte, 82.

Syluestrem tenui musam meditaris auena. Virg. 1. eclog. 1.

¶ Musas, Poetæ finxerunt deas esse Iouis & Memoriæ filias, quæ poetis & musicæ præessent. Musæ primæ (ait Cic. libro 3. de Nat. deor. 73) quatuor, natæ Ioue altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete. Secundæ, Ioue tertio & Mnemosyne procreatæ nouem. Tertiæ, Ioue tertio Pierionatæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solẽt poetæ appellare iisdẽ nominib. eodẽ numero quo proximæ superiores. Facit igitur Cicero triplicẽ Musarũ genealogiã. Alcmæon poeta scribit eas Cæli & Terræ filias esse, ut testatur Diodorus lib. 5. cap. 1. Musas duntaxat tres enumerat M. Varro: unam, quæ ex æquo nascitur motu: alteram, quam aeris icti sonus efficit: tertiam, quæ mera tantùm uoce consistit. Author Seruius in illud Virg. 7. eclog. 5,

Nymphæ, noster amor, Libethrides, &c. Censorinus itidem De die natali, capite 26, Organum (inquit) tres habuit intensiones, grauem, mediam, acutam. Inde Musæ quoq; tres olim sunt æstimatæ, Hypate, Mese, Nete. ὑπάτη, id est, chorda tenoris infimi: μέση, media: νήτη, chorda soni acuti. Diuus Augustinus libro 2. de doctrina Christiana, Non audiendi sunt, inquit, errores gentilium superstitionum, qui nouem Musas, Iouis & Memoriæ filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio utrum apud eos quisquam talium rerum doctior uel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quam (neq; enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulachra Musarum, quæ in templo Apollinis dono poneret: ut quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimùm emeret. Ita contigisse, ut opera sua illi artifices æquè pulchra explicarent: & placuisse ciuitati omnes nouem, atq; omnes emptas esse, ut in Apollinis templo dicarentur. quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse uocabula. Non ergo Iupiter nouem Musas genuit: sed tres fabri ternas fecerunt. Hactenus Augustinus. Porrò ciuitatis nomen quod ait se non recordari, Sicyon esse testatur Ausonius in Grypho ternarij hoc carmine.

Tres solas quondam tenuit quas dextera Phœbi:
Sed Sicyon totidem ternas ex ære sacrauit.

Sunt tamen qui legant, Sacrauit toties ternas ex ære Cithæron. Pausanias quoq; tres artifices, Cephisodotiũ, Strongyliona, & Olympiosthenem nominat: quorum singuli ternas Musas effecerunt, & has primas fuisse. Alias uerò idem Pausanias tres Musas connumerat, quas ait ab Aloei filijs Oto & Ephialte sic nominatas: primam μελέτην, hoc est, meditationem: secundam μνήμην, hoc est, memoriam: tertiã ἀοιδὴν, hoc est, cantilenam. Plutarchus in libro Symposiacõn tradit, antiquitùs res Musas fuisse existimatas, non secundum ea tria modulãdi genera, de quibus paulo suprà retulimus, uerùm quòd potius disciplinas in tria genera ueteres diuiserunt, philosophiam, rhetoricen, et mathematicen. Hinc quoq;, iuxta Hesiodi opinionem, harum quælibet in tres diuisa. Philosophia quidem in dialecticen, ethicen siue moralem, & physicen: Rhetorice uerò in demonstrationẽ, deliberationem, & iudicialem: Mathematica autem in musicam, arithmeticam, & geometriã. Sed & Arati interpres scribit, Orpheum ideo lyram nouem chordarum constituisse, quoniam idem esset Musarum numerus.

Musas Iouis & Mnemosynes, hoc est, Memoriæ filias poetæ finxerunt, quòd ijs qui ad disciplinas & scientias peruenire cupiunt, duo hæc in primis necessaria sunt, intellectus scilicet, & memoriæ facultas. Hoc Græci μνημονικὸν, illud νοητικὸν uocant. Proclus in Commenterijs. Iouem autem putabant contribuere, τὸ νοητικὸν: at Mnemosynen, τὸ μνημονικὸν.

Musas Plato in Cratylo dictas affirmat ἀπὸ τοῦ μώσθαι, quod est inquirere, quasi indagatrices: cui Pharnutus in libro de Nat. deor. subscribit. Ita enim ait, καλοῦνται δὲ μοῦσαι ἀπὸ τοῦ μύσεως, ὅ ἐστι ζητήσεως. Musæ, inquit, dicuntur ab inquisitione. Idem sentit Suidas, idem & Palephatus. Vnde & aliquando Musas eas antiqui uocauêre. Eusebius tamen in Euãgelica præparatione, Musas tradit sic appellatas, quia μοῦσα apud Græcos honesta bonaq; doctrina instituo significat. quamobrem eas Orpheus & Proclus hominibus religionẽ monstrasse in hymnis suis cecinerunt. Idẽ Orpheus in hymnis Musas per cõcisionem quasi meluσας, ἀπὸ τοῦ μέλω dici putat: ut ma-

Digitized by Google

ut nihil sint nisi melos harmoniacum. Alij uerò propter disciplinarum inter se conuenientiam, quasi ὁμοῦ οὔσας, quòd uno nexu disciplinæ omnes teneantur, atq; ita fiat encyclopædia. Vel quòd inuicem, sicut uirtutes, necessariæ sibi esse uideantur, ut ait Cassiodorus. Vnde fit, ut ab antiquis nonnullis doctrinæ ac scientiæ copula ac nodus quidā existimentur.

Musas simul uersari, & in chorum numerumq; ludos agere, dixerunt antiqui, propter scientiarum copulam & nexum, quo inter se disciplinæ quodam quasi nodo copulantur & coniunguntur. Eâdem de causa sorores existimatas putant.

Musæ in montibus dicuntur uersari, ut ait Cornutus: quòd secessu & solitarijs maximè locis studiosi uiri delectantur. Sunt & qui ideo in Heliconis & montium uerticibus uersari autument, quòd ipsa sapientia atq; intellectus, ex quibus disciplinæ ac scientiæ nobis comparantur, quæ per Musas intelliguntur, in hominis capite, ut in puriori & eminentiori loco, dicuntur esse.

Musas palma coronari multi prodidêre, propter quandam nominis similitudinem. Phœnicum enim populorum inuentū esse literæ dicuntur, & ab ijs ad Græcos delatæ. Phœnix etiam Græcis palmam significat. Vel, ut consentaneum magis Cornuto uidetur, ideo palma Musæ coronantur, quoniam eius arboris fructus dulcis est, multiuiuus, tardè crescēs, multiplex & copiosus. Attribuitur & laurus Musis: uel quòd ea arbor ad inspirationem & afflatum, & (ut Græci dicunt) enthusiasmon conferat: quod Sophocles in Cassandra docet. Vel quòd eius arboris gustu poeticam se facultatem adipisci antiqui credidêre, ut Lycophron innuit, qui poetam daphnophagon uocat, & de se canit Hesiodus: atq; ideo etiam à Iuuenale dictum, Satyr. 7. 2,

— laurumq; momordit. Vel potius, quòd ab ea arbor semper sit uirens: atq; simili modo bonorum poetarum uersus uirescere perpetuò dicuntur per ora docta uirorum. Quin & eâdem causa in Musarum et Apollinis certaminibus poetas uictores, quasi immortalitate quadam dignos, lauro coronati non solùm apud antiquos, sed nunc quoque moris esse uidemus.

Musas esse Apollinis comites, idq; in dextra parte, indicat illud Ausonij in Gripho,

Tres solas quondam tenuit quas dextera Phœbi. Qua de re Marsilius Ficinus in epistolis hæc memoriæ prodidit, Orpheus (ait) Delphicos aliquando lucos ingressus, oraculum consulturus, obuium statim quasi iam expiatus Apollinem habuit. Qui cumq; nouem Musas, tresq; Gratias ad dextram comitantes cominus aspexisset, ad sinistram autem quamuis eminus sequentes picas & furias, admirabundus exclamauit altius, O quàm diuersi, inquit, ducem hunc sequuntur exercitus. Sed noli ô uates mirari, Phœbus ait. Nempe quotidie multi mihi sacrificant, ut Musarum à me Gratiarumq; munera impetrent. Ergo quicunq; sacra puris manibus nobis faciunt, Musas à nobis Gratiasq; gratis accipiunt. Quicunq; uerò sacra manibus pollutis attrectare audent, picas & furias inuiti reportant. Hæc ille. Macrobius libro 1. Saturnal. capite 17, tradit Apollinis simulacra manu dextera Gratias gestare, arcum uerò cum sagittis sinistra: quòd ad noxam sit pigrior, & salutem dextera manus promptior largiatur. Quam eandem causam accipe, cur in parte dextra Musæ sint collocatæ. Hinc & à Græcis Apollo Musagetes dicitur, quasi Musarum dux.

Musas comites fuisse Osiridis, testatur Diodorus lib. 1. cap. 2, Dicitur Osiris, inquit, fuisse cupidior risus delectariq; solitus musicis & choreis. Quapropter illum, musicorum multitudo sequebatur. Inter eos nouem fuisse uirgines adolescentulas, tum canere solitas, tum in alijs eruditas: quas deinceps Græci appellarunt Musas. Has Apollinem docuisse dicunt (ut ait ibidem) qua ex re musicus est appellatus. Sunt tamen qui putant Musas à Parcis edoctas fuisse. Diodorus Siculus Musis ab Ioue patre literarum inuentionem attributam asserit. Eas quoque multi tradunt fuisse Bacchi comites.

Musarum nutricem Hyginus in Astronomico poetico, & Latina in Aratum commentaria, quæ Basso à quibusdam adscribuntur, Euphemen uocant, quæ Crotonem filium habuit, qui Musarum precibus, quòd inter eas esset uersatus, & ab eis musicam edoctus, ab Ioue inter sidera collocatus, Sagittarij nomen habet. Huius quidem Euphemes statuam Pausanias in Helicone positam fuisse ait ad Musarum lucū. Porrò Eupheme interpretatur Latinè Laus.

Musas esse alatas scribit Porphyrius in tertio de Sacrificijs. Vnde apud Ouidium Metam. 5. una earum sic ait,

— claudit sua tecta Pyreneus,
Vimq; parat; quam nos sumptis effugimus alis.

Musas esse pulchritudine eximia tradit Homerus, teste Diodoro Siculo lib. 5. cap. 1.

Musæ, à plerisq; uirgines esse dicuntur, ut author est Diodorus lib. 1. cap. 2, quoniam disciplinæ, ut uirgines, abditæ atq; incomptæ esse uidentur, natiuo scilicet decore contentæ.

Musæ & Hercules eodē in templo unà colebantur, ut est apud Ouidium in Fastis, & Suetonium in Augusto, cap. 29, ubi scribit, à Martio Philippo ædem Herculis & Musarum extructam, cuius rei causam Plutarchus in quæstionibus uestigans, ex Iubæ authoritate ait, Euandrum edoctum ab Hercule literas, gratis id statuisse. Hinc uocari cœpit Hercules Musarum. Eumenius in Oratione de instaurandis scholis, historiam sic recitat, Aedem, inquit, Herculis Musarum in circo Flaminio Fuluius ille nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modò sequutus, quòd ipse literis & summi poetæ amicitia duceretur, sed in Græcia quum esset imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, hoc est, comitem ducēq; Musarum. Idemq; primus nouem signa, id est, omnium Camœnarum, quæ ex Ambraciensi oppido translata sunt, sub tutela fortissimi numinis consecrauit, ut res quæ à mutuis operibus & præmijs iuuari ornariq; deberent, Musarum uidelicet quies defensione Herculis, & uirtus Herculis uoce Musarum. Hactenus ille.

Musis rem diuinam primi fecisse dicuntur in Helicone Otus et Ephialtes, Aloei filij, & in Ascra habitasse: ut uersus poetæ Hegesini ex eius poemate Atthide ostendunt, qui apud Callippum leguntur, & Pausaniam.

Musis etiam rem sacram facere Pastores, tradit Theocritus, & eius expositor: qui propterea id fieri ait, quoniam illis curæ est cantilenarum, quarum sunt Musæ præsides. Quinimò in hymno quodam Nemeæo Pindarus eas uult filias esse Musarum, quum ita canit, αἱ δὲ σοφαὶ μουσᾶν θυγατέρες ἀοιδαὶ. Vbi expositores hæc identidem inculcant. Musarum filiæ Cantilenæ.

Musarum uolucres, uocat Apes Varr. de re Rust. lib. 3. cap. 16. Sic enim ait, de apibus uerba faciens, Quæ cum causa Musarum esse dicuntur uolucres, quòd & siquando dissipatæ sunt, cymbali & plausibus & numero reducuntur in locum unum. Et ut Musis Helicona atq; Olympum attribuerunt homines, sic his floridos & incultos natura attribuit montes. Hactenus Varro. Proinde etiam non defuerunt, qui Aristæū scripserunt pastorem fuisse Musarum, propterea quòd primus apes & mellis usum adinuenit. Comatan quoq; pastorem fuisse legimus in Commētarijs Theocriti, qui ex pecoribus

ribus singulis quum rem sacram Musis faceret, eius dominũ indignatum fuisse, illumq; ideo in ligneam arcam conclusisse, ac eius salutem Musis commisisse, quas tantopere Comatas coluerat. Arcam uerò insequenti mox tempore adaperiens dominus, Comatan uiuum reperit, inq; ea mellis fauos, quibus Musæ uitam Comatæ conseruarant.

Musarum nomina & cognomina, uide singula suis locis. Dicũtur enim Nymphæ, Camœnæ, Heliconiades, Parnassides, Aonides, Pierides, Pegasides, Aganippides, Thespiades, Libethrides, Pimpliades, Castalides, Corycides, Olympiades, Ardalides, Mœonides, Mnemosynides, Pateides, Ligiæ, Ilißides, & Ilißiades siue Hilißiades, Hyantiæ, Citheriades.

Delubra Musarum colere. Cic. pro Archia, 29.

Dona Musarum. Hor. 2. epist. 1. 49.

Sacerdos Musarum. Hor. 3. Carm. ode 1. 1.

Sacerdos Musarum, Phœbiq;. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 5.

Sacra Musarum colere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 10.

Amicus Musis. Hor. 1. Carm. ode 26. 1.

Dulces Musæ. Virg. 2. Georg. 95.

Deditus nulli Musæ. Hor. 2. Serm. Satyr. 3. 21.

Musæ, pro Humanitate, doctrina, & literis accipiuntur. Cicero 5. Tusculan. Quis est enim omnium, qui modò cum musis, id est, cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quàm illum tyrannum?

Agrestes musæ. Cicero in Orat. Omnis enim ubertas & quasi sylua dicendi ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas, quas (ut illi ipsi dicere solebant) agrestioribus musis reliquerunt. Sic enim Philosophi forenses causas appellabant, quoniam in eis (ut frequenter agrestes homines solent) oratores uociferantur, clamant, litigant, & sæpe de rebus tantum pecuniarijs certant. In Partitionibus Cicero duo genera hominum facit: alterum agreste, quod utilitate ac lucro: alterum uerò urbanum, quod honestate magis mouetur. Quin & Philosophicas disputationes appellat Musas mansuetiores, & pro quacunq; doctrina Musam ponit. Vnde apud Græcos uir omni scientia destitutus, ἄμουσος appellatur, hoc est (ut Cicero pro Archia uidetur interpretari) aduersus à Musis. Hinc illud prouerbium, Indoctos à Musis atq; à Gratijs abesse. Sic Athenæus parum eruditas fabulas ἀμουσολογίας uocat. Contrà μουσικώτατον Græci uocant, hominem maximè eruditum & politum: quasi quis Latinè dixerit, omnibus Musis instructum. Quoniam igitur apud uulgum imperiti homines (quod ait Aristoteles & Quintilian.) plerunque uidentur ingeniosiores in dicendo, quàm eruditi, ideo Musas agrestes uocant.

Mansuetiores musæ. Cic. Lent. lib. 1. 9. 94.

Musæ nostræ. Cicero ad Tironem, libro 16. 12. 4, Tu musis nostris para, ut operas reddas, nostra ad diem dictam fient.

Auersus à musis, Insulsus & ineptus ad literas. Cicero pro Arch. 15.

Cum omnibus musis rationem habere cogito. Cicero ad Attic. lib. 2. 20. 4.

Delectare se cum musis. Cic. ad Att. lib. 2. 19. 3.

¶ Musica, musicæ: uel Musice, musices, penultima correpta (μουσικὴ) Scientia, quæ modum canendi demonstrat. Plinius libro 7. capite 56. 13, Musicam Amphion inuenit. Cic. 3. de Fin. 8.

Tractare musicam. Cic. 3. de Orat. 72.

Effœminata, & impudicis modis fracta musice. Quintilianus lib. 1. cap. 10. 24.

Musicæ appellatione (inquit Budæus) prisci humanitatem literarum significarunt: in qua ingenuos homines docebant ocium conterere, animumq; recreare. Recentiores uerò ad numerorum modulationem hoc uerbum transtulerũt: quia musica uelut ludus animi à curis uexati est requies.

Artem tractare musicam, Periphrasticῶς dictum, pro Comœdias scribere. Terentius in prolog. Phorm. 18. Donatus.

¶ Musicus, pen. corr. Adiectiuum (μουσικὸς) Quod ad musicam pertinet. Plin. lib. 2. cap. 22, Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit à terra luna. Idem lib. 37. cap. 1, Hic uidetur instituisse, ut omnes musicæ artis, hac quoq; ostentatione censerentur.

Notæ musicæ. Quint. lib. 1. cap. 12. 10.

Musicum studium, pro Studio componendi comœdias. Terent. in prol. Heaut.

¶ Musicus, Substantiuum (μουσικὸς, μουσίκατος) Qui docet musicam. Cic. 3. de Fin. 5.

In fidibus, musicorum aures uel minima sentiunt. Cicero 1. Offic. 130.

Haberi musicum. Cic. 2. Tusc. 18.

Floruerunt in Græcia musici. Cic. 1. Tusc. 7.

¶ Musica, musicorum (μουσικὴ) Cic. 1. de Orat. 92, Vt in musicis numeri & uoces, & modi, &c. Et 5. Tusculan. 89, Musicorum uerò perstudiosum accepimus. de Dionysio Syracusano.

Conterere se in musicis. Vide Contero.

¶ Musicè, pen. corr. Aduerbium (μουσικῶς) Integrè, ut nihil desit. Nam Musicam ueteres encyclopædiam dixêre, in qua omnes artes sunt comprehensæ. Musicè etiam, delicatè significat & genialiter: nam musicos adipatè & genialiter uiuere manifestum est. Plaut. Mostell. 9. 33,

Musicè hercle agitis ætatem: itaq; uti uos decet,
Vino & uictu, piscatuq; probo electili Vitam colitis.

¶ Musæus, Adiectiuum (μουσαῖος) ut Lepor musæus. Lucret. lib. 4. 2. Idem paulo pòst,

Et quasi musæo dulci contingere melle.

¶ Musæum, musæi (μουσεῖον) Domicilium Musis dicatum: accipiturq; pro diuersorio eruditorum. Plin. lib. 1. epist. 9, ad Minutium Fundanum, O mare, ô litus, uerum secretumq; musæon: quàm multa inuenitis, quàm multa dictatis? Varro de re Rust. lib. 3. cap. 5, Vbi confluit alter amnis ad summũ flumen, ubi est musæum.

Musa Antonius] Augusti medicus fuit, cuius meminit Horat. lib. 1. epist. ad Vallã. Plin. lib. 19. cap. 8, Diuus certè Augustus lactuca conseruatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici.

Musæus] μουσαῖος, Eumolpi filius, Atheniensis, primus, teste Diogene, deorum genealogiam uersibus tradidisse fertur, sphæramq; inuenisse: scripsit amores Herûs & Leandri hexametris, qui extant. Decessit Falerijs, ut indicat epigramma,

Eumolpi exanimem Musæum terra Falerûm
Continet hoc tumulo pignora chara patris.

Musæos tres Suidas commemorat: unum Eleusinum, Antipheni filium, uersificatorẽ, discipulum Orphei, qui scripsit ὑποθήκας, id est, uitæ præcepta, ad Eumolpum filiũ, uersuum ferè 1111. millibus. Virgilius 6. Aeneidos, 134. Alterum Thebanum, Thamyræ filium refert, ante Troianum bellum, qui poeta melicus fuit: scripsitq; hymnos & cantica. Tertium Ephesium, item uersificatorem, qui tempore fuit Eumenis & Attali Pergami regum, scripsitq; res Pergamenses: præterea de Persidе libros decem.

Musca] muscæ (μυῖα) Notum animal. Cicer. de clar. Oratoribus, 114, Qui nisi se suo more iactauisset, hodie te istic muscæ comedissent.

Liguriunt

Liguriunt muſcæ. Var. 3. de Re ruſt. cap. 16.
Lambunt muſcæ. Vide Lambo.
Abigere muſcas. Cic. 2. de Orat. 137.
Aſperantur muſcæ. Vide Aſpero.
Muſca, pro homine modeſto & importuno. Cic. lib. 2. de Oratore, Quid enim eſt Vargola aſſecutus cũ eum cãdidatus A. Sempronius cũ Marco ſuo fratre complexus eſſet, Puer abige muſcas? Riſum quæſiuit, qui eſt mea ſententia uel tenuiſſimus ingenij fructus.
Muſca nulla fœminæ: id eſt, nulla fœmina. Plaut. in Truculento, Act. 2. ſcen. 2, — quas tu mulieres
Mihi narras, ubi muſca nulla fœminæ eſt in ædibus?
¶ Muſcarius, pen. corr. Adiectiuum (μυακὸς) Quod ad muſcas pertinet. Plin. lib. 29. cap. 6. 23, Aranei muſcarij telæ, & præcipuè ſpelunca ipſa impoſita per frontem, &c. id eſt, qui uenatur muſcas.
¶ Muſcarium, muſcarij (σόβη) Flabellum quo muſcæ abiguntur. Martialis de muſcario pauonio, lib. 14. 72,
Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.
Muſcarium ab huius ſimilitudine etiam appellatur coma illa quarundam herbarum, in qua ſemina dependent: qualis eſt ferulæ, fœniculi, aneti, oluſatri, & ſimilium. Plin. lib. 12. cap. 26. 1, Semine è muſcarijs dependente, ut ferulæ. In papauere & ſimilibus, ſcapus: in iuglandibus, auellanis, panicula appellatur.
¶ Muſcinus, Adiect. Ea formatione ſit, qua formicinus, inquit Perottus.
Muſcerda, Muſculus] Vide Mus.
Muſcus] muſci (μνίου, βρύου) Viridis herba ſiue lanugo in corticibus arborum, & circa latera fontium, & locis humidis naſcens. Virg. 6. eclog. 13,
— muſco circundat tempora Corticis.
Molli tellus erat humida muſco. Ouid. 8. Metam. 113.
Virent muſcus. Ouid. 3. Faſt. 60.
Viridis muſcus. Lucret. lib. 5. 190.
Circum ita ſaxa muſco. Horat. 1. epiſt. 10. 2.
Turpi muſco ſqualebant faſtigia. Ouid. 1. Metam. 76.
Virentia ſtagna muſco. Virg. 4. Georg. 4.
Muſcus in uite. Colum. lib. 4. cap. 24.
¶ Muſcoſus, pen. prod. Adiectiuum (βρυώδης) Quod muſco opertum eſt: ut Muſcoſi fontes. Virg. 7. eclog. 9. Et Muſcoſa prata, apud Varronem 1. de Re ruſt. cap. 9. 5. Cicer. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 95. Nihil muſcoſius.
Solum muſcoſum. Propert. lib. 3. eleg. 3. 6.
¶ Muſcor, muſcaris (βρυόμαι) muſcari, Eſt muſco tegi: unde compoſitum Emuſcor. Colum. lib. 11. cap. 2. 26, Oleæ putantur & emuſcantur: hoc eſt, muſco liberantur.
Muſea] muſeorum (μουσεῖα λεγόμενα) dicuntur quæ in ædificijs ex pumicib. dependentia fiunt, ad imaginẽ ſpecus arte reddendã. Plin. lib. 36. ca. 21. In quẽ locũ ſic ait Hermolaus, quæ hîc Muſea appellãtur, Aelius Spartianus Muſiua appellat: hæc hodie uulgò Muſeaca dicuntur. Muſeũ opus (ait Volateranus lib. 27. De domo & eius partib.) Plinius cõmemorat lib. 36. ca. 21. Spartianus in Peſcẽnio nigro Muſiua. ſic enim ait, Hũc in Cõmodianis hortis in porticu currua, pictũ de Muſiuo inter Cõmodi amiciſſimos uidemus ſacra Iſidis ferẽtẽ. Eius nũc rei hodie ars amiſſa: cũ tot in templis collabẽtes ac celebres imagines abſidesq; ignaua ſeculi pereũt. Hactenus Volateranus. Vide Hermol. Barbar. in Corol. cap. 960. & Alciatũ in tres lib. poſteriores Codicis: & Lodoicũ Viuem in lib. 16. cap. 8. beati Auguſtini de Ciuitate Dei. Sipontinus, Vermiculare ueteres dixerunt, minuta opera facere: et uermiculata opera, paruis teſtulis elaborata: qualia ſunt, quæ nunc à Muſeis Muſeaca uocant. Muſea enim dicuntur, quæ in ædificijs ex pumicibus dependentia, fiunt ad imaginẽ ſpecus arte reddendam. Plin. lib. 35. cap. 1, Vermiculatis ad effigiem rerum & animalium cruſtis, Lucilius apud Cic. lib. 3. de Orat. Quàm lepidè lexeis cõpoſtæ, ut teſſerulæ omnes
Arte paulmẽto atq; emblemate uermiculato. Nobis placet hoc genus operis, quod Græci ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω, quod eſt Interſero, emblema uocant, triſariã diſtinguimus: ut quod in parietibus fit, uermiculatum ſiue muſeacum dicatur: quod in lignis, ſegmentatum: quod in pauimentis, teſſelatum. Conſtat tamen, hæc apud authores ſæpe confundi. Idẽ alibi, Huiuſmodi, inquit, pauimento lapideis ſiue figulinis cruſtis conſtant, uitro tectis, atq; encauſto pictis: inuentum Agrippæ in thermis, quas Romæ ædificauit. Vulgo id opus nunc Muſaicum uocant. Muſeacum autem dici debet, à Muſeis.
Muſeum] pen. prod. (μουσεῖον) Locus eſt circa Olympũ Macedoniæ montem, Muſis conſecratus. Stephanus.
Muſica] Vide Muſa.
Muſimon] pen. cor. muſimonis, maſc. g. (μουσίμων) Aſinus, mulus, aut equus breuis. Lucilius lib. 6. Precium emit, qui uendit equum muſimonem. Cato Deletorio, Aſinum, aut muſimonem, aut arietem. Hæc Nonius. De muſimone ſic Plin. lib. 8. cap. 49, Eſt in Hiſpania, ſed maximè Corſica, non maximè abſimile pecori, genus muſimonũ, caprino uillo, quàm pecoris uelleri propius: quorum è genere, & ouibus natos priſci umbros uocauerũt, infirmiſſimum pecori caput: quãobrem auerſum à ſole paſci cogendum.
Muſinor] Vide Muginor.
Muſiuum] Vide Muſea, muſeorum.
Muſmon, muſmonis (μούσμων) Muſmones, inquit Strabo, arietes ſunt in Sardinia, qui pro uellere uillum caprinum generant, quorum ſeſe pellibus loricant. Hæc ille. Plinius uidetur eos appellare Muſimones. Vide ſuprà in Muſimon.
Muſonius] Philoſophus fuit non incelebris, cuius hoc lucùlenter uereq; dictum refert Gellius: ἄντι πραξεως καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος ὄιχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει: ἄντι ποιήσεως ἀκρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ ὄιχεται, τὸ δὲ ἀκρὸν μένει. Vide Noct. Attic. lib. 16. cap. 1.
Muſsito, Muſſo, Muſſas] Vide Mutio in Mutus.
Muſtace] muſtaces, pen. pro. Genus lauri. Plin. lib. 15: ca. 30, Duo lauri genera tradit Cato: Delphicã, & Cypriam. Pompeius Lenæus adiecit, quam muſtacem appellauit, quoniam muſtaceis ſubijceretur, Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq; & albicante.
¶ Muſtaceum, γλσυκίον, Genus libi. Vide Laureola in Laurus. Cic. ad Attic. lib. 5. 108. 6, In eodem Amomo cœpit laureolam in muſtaceo quærere. Iuuen. Satyr. 6. 21.
¶ Muſtaceus, maſc. gen. Idem (γλσυκὺς) Cato de Re ruſt. cap. 128, Muſtaceos ſic facito: Farinæ ſiligineæ modium unũ muſto conſpergito, aniſum, cuminum, adipis p. 11. taſei libram, & de uirga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri folia ſubtus addito, quum coques.
Muſtela] muſtelæ, pen. prod. (γαλὴ) Animal mures perſequens & ſerpentes. Plin. lib. 29. cap. 4. 3, Muſtelarum duo genera: alterum ſylueſtre: diſtant magnitudine. Græci uocant ictidas. Harum fel contra aſpides dicitur efficax, cæterò uenenum. Hæc autem quæ in domibus noſtris oberrat, & catulos ſuos (ut author eſt Cic.) quotidie transfert, mutatq; ſedem, ſerpentes proſequitur. Var. 3. de Re ruſt. cap. 10. 4.
Muſtela, Piſcis genus, murænæ ferè ſimilis. Plin. lib. 9. ca. 17. 4.
Muſtelæ, ait Sipontinus, in lacu Brigantino Rhetiæ, murænis ferè ſimiles, & cæteros omnes piſces noſtra ætate excedentes precio: quas à lambendis petris, nunc lampetras nominant. Sipontino ſubſcribit Maſſarius in lib. 9. Plin. ubi mul-



Digitized by Google

ta de muſtela. Auſonius in Moſella,

Quæq; per Illyricum, per ſtagna binominis Iſtri
Spumarum indicijs caperis Muſtela natantum, &c.

¶ Muſtelinus, pen. prod. Adiect. (γαλεόειδὴς) Quod eſt muſtelæ, uel ſimile muſtelæ. Terent. Eunuch. 4.4.21,

Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus, ſenex,
Colore muſtelino. Plin. lib. 30. cap. 14.2, Aut ex utriculo muſtelino per genitale effluentes aquas.

Muſtela] Muſtelæ, Viri nomen proprium, qui Ciceronis ualde ſtudioſus fuit, ut ipſe teſtatur ſcribens Attico, lib. 12. 257.3. Idē 2. Philip. 104. dicit hunc gladiatorum principem fuiſſe.

Muſtricola] muſtricolæ, Eſt machinula (authore Feſto) ex regulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afranius, Muſtriculam in dentes indam tibi.

Muſtum] muſti (γλεῦκος) Vinū nouū. Ouid. 4. Faſt. 179,

Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plin. lib. 23. cap. 1. 16, Muſta differentias habent naturales has, quòd ſunt candida, aut nigra, aut inter utrunq; aliáq; ex quibus uinū fiat, alia ex quibus paſſum. Cic. de clar. Orat. 159, Sic ego iſtis cēſuerim, & nouam iſtam quaſi de muſto ac lacu feruidā orationem fugiendam.

Auſtera muſta Quintil. lib. 2. cap. 4.7.

Candida muſta, Tibul. lib. 1. eleg. 5.5.

Circuncidaneum muſtum. Vide Circuncidaneus in Circuncido.

Dulce muſtum. Virg. 1. Georg. 59.

Feruida muſta. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10.15.

Noua muſta bibere. Ouid. 2. de Arte, 140.

Preſſa muſta ueloci pede. Tibull. lib. 1. eleg. 5.5.

Pugnacibus muſtis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Plin. lib. 14. cap 20.3.

Purpureum muſtum. Propert. lib. 2. eleg. 17.4.

Muſtum, inquit Nonius, non ſolùm uinum, uerumetiam nouellum quicquid eſt, rectè dicitur. Næuius Gymnaſtico, Vtrū eſt melius, uirginem, an uiduam uxorem ducere uirginem, ſi muſta eſt.

¶ Muſtus, Adiect. (νεαρὸς) Recens. Plaut. Muſtā iuuenecā dixit.

¶ Muſtaceus, muſtacei, Genus libi. Vide Muſtace.

¶ Muſtarius, Adiect. (γλευκινὸς) Quod ad muſtum pertinet: ut Muſtarius urceus, in quo muſtū reponitur. Cato ca. 11.2.

¶ Muſteus, Adiect. (γλευκινὸς) Quod muſtum, hoc eſt, dulcedinem in ſe habet: ut Poma muſtea. Cato de Re ruſt. cap. 7, Itē alia cōditiua mala muſtea. Plin. Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas, ut finis mandendi non niſi periculoſa fiat.

Muſteus, Recens. Plin. lib. 12. cap. 7.4, Amaritudo grano eadē quæ piperi muſteo creditur eſſe. Colum. lib. 9. cap. 15. 11.

Liber muſteus. Plin. epiſt. 174. b.

Caſeus muſteus. Plin. lib. 11. cap. 42.1.

¶ Muſtulentus, Adiectiuum (γλευκώδης) Idem quod muſteus. Plaut. Ciſtel. 10.101, Ita muſtulentus æſtus nares attigit.

Mutabilis] Vide Muto.

¶ Mutatoria, ab Eſaia cap. 3. inter ornamenta muliebria poſita ſunt, de quibus uide ibi Hieronymum, & fortè hæc ſunt, quæ Homer. lib. 8. Odyß. ἱματα ἐξαμοιβὰ uocat: id eſt, ueſtimēta mutatoria, permutata, alternata. Quidā apud Eſaiam uerterunt Ricas: de quibus infrà.

Mutilus] pen. corr. Adiectiuum (κολοβὸς, κυλλὸς) Siponti-nus à mutus deductum putat, ſignificareq; truncatum & cōminutum. Horat. 1. Serm. Satyr. 5.12, — ô tua cornu
Ni foret execto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris?

Cornibus mutilus. Cæſar 6. bel. Gall. 95.

Mutili boues, dicti ſunt ſine cornibus, authore Donato. Colum. lib. 7. cap. 3.3, Nam eſt melior mutilus aries.

Mutila & hiantia. Cic. in Orat. 17.



Mutila & decurtata. Cic. in Orat. 193.

¶ Mutilo, mutilas, penult. corr. (κολοβόω, πηρόω) mutilare, Eſt (ut ait Donatus) aliquid detrahere, ſine quo res eſſe nō poſſit. Terent. Hecyr. 1.1.18,

Quin ſpolies, mutiles, laceres, quenquam nacta ſis.

¶ Mutilatus, pen. prod. Adiect. (κόλος, πηρὸς, ἀκέφαλος) ut, Mutilatus dens. Plin. lib. 8. cap. 5.1. Ouid. in Ibim, 110,

Trunca geras ſeuo mutilatis partibus enſe,
Qualia Mycerni membra fuiſſe ferunt.

Rami mutilati. Ouidius de Nuce, 8.

Colubræ mutilatæ cauea. Ouid. 6. Metam. 112.

Exercitus mutilatus. Cic. 3. Philip. 146. id eſt, diminutus.

Aures mutilatæ. Liu. 9. bell. Pun. 46.

Muticus] Vide Mutus.

Mutulus] mutuli, pen. corr. Quadrangulus ex aliqua parte comminutus. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 8, Sed pro columbarijs in pariete mutulos aut palos in ordinem, ſupra quos tegeticulæ cannabinæ ſint impoſitæ. Sic cap. 5. 11.

Mutina] pen. corr. (μύτινα) urbs Italiæ in Flaminia, Romanorum quondā colonia: ut eſt author Pomponius Mela lib. 2. & Liu Decad. 4. lib. 9. non procul à fine.

Firmiſſima & ſplendidiſſima pop. Rom. colonia Mutina. Cicer. 5. Philip. 181.

Labores Mutinæ. Lucan. lib. 1. 9.

Obſeſſæ mœnia Mutinæ. Ouid. 15. Metam. 165.

¶ Mutinenſis (μυτινεῦς) & hoc Mutinenſe: ut Color Mutinenſis, id eſt, pullus: à Mutinenſibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiunt. Varro, Nam & ludere alacrem uidimus Mutinenſi tunica.

Arma Mutinenſia. Ouid. 4. Faſt. 126.

Mutinitinus] Deus erat, cuius ſacellum, ut Feſtus ait, Romæ fuit, cui uelatæ togis prætextatis ſolebāt ſacrificare. Ego nomen eum gentiliū deum habuiſſe à tacendo, & non timiendo puto: nam in eo ni, ualet ne. Quare cōflatum nomen ex hac particula, & duobus imperatiuis uidetur: quaſi diceres, Muti, ne tinni. Ex Turnebo.

Mutinus] pen. prod. membrū uirile. Author Carminis Ob-

Tutelam pomarij diligens Priape ſācito: (ſcœni,
Rubricato furibus minare mutino.

Eſt & unum è nominibus Priapi. Lactantius lib. 1. cap. 20. Sterculius, qui ſtercorandi agri rationem primus induxit: et Mutinus, in cuius ſinu pudendo nubentes ſedent, ut illarū pudicitiā prior deus delibaſſe uideatur. Arnobio lib. 4. aduerſus Gentes, uocatur Mutinus, per quintam uocalem: ſic enim ait, Etiámne Pertūda, quæ in cubiculis præſtò eſt, uirginalē ſcrobē effodientibus maritis? Etiámne Mutinus, cuius immanibus pudendis, horrendiq; faſcino, uſtras mequitare matronas, & auſpicabile ducitis, & optatis? Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 11, Mutinus, qui eſt apud Græcos Priapus. Idem lib. 6. cap. 9, Priapus nimis maſculus, ſuper cuius immaniſſimū & turpiſſimū faſcinū ſedere noua nupta iubebatur. Sunt qui Mutinum dictum putent, quòd præſtet ut in primo cōcubitu uir moueatur, uirgo uerò ne reluctetur. Porrò faſcinū dici uirile membrum, teſtatur Horat. Epod. 8. hoc carmine. Minus' ue languet faſcinum. Vbi Porphyrio: Faſcinū, inquit, pro uirili parte poſuit, quoniam faſcinandis rebus hæc membri deformitas apponi ſolet. Alij potius ab auertēdo faſcino dictū eſſe putant, quòd in ſacris Liberi ſiue Bacchi, ritè propitiato Priapo, & impoſita illi corona à matrona honeſtiſſima, faſcinum ſeu faſcinatio à frugibus auerteretur: ut Auguſtinus de Ciuit. Dei, lib. 7. cap. 21. ex Varrone narrat. Ad faſcinū ergo amoliendū iubebatur noua nupta ſuper id ſedere: nam & Pompeius Feſtus uerſus feſcenninos, qui in nuptijs dicebantur, etiā inde uideri poſſe dictos

ſcribit,

Digitized by Google

ſcribit, quòd faſcinum exiſtimarentur arcere. Sicut ergo in agris, ita et in nuptijs Priapus, ſeminum deus, ne fœcunditas faſcinatione impediretur, colebatur.

Mutio] *mutis.* Vide Mutus.

Mutius] μύτιος, nobilis Romanus priſcis temporibus, qui Porſenna, rege Romam obſidente, ſolus in caſtra profectus eſt, ut Porſennam occideret: ſed quum regem non cognoſceret, & regis ſcribam pro rege necaſſet, comprehenſus, & coniuratos prodere iuſſus, manum ſuam diu in igne tenuit, ut oſtenderet ſe nulla pœna uinci poſſe. Rex autem admiratus eius fortitudinem, eum liberum dimiſit. Tunc Mutius pro gratia regi dixit ut ſibi caueret, quia trecenti Romani coniurraſſent ſic ſe facturos. Quapropter rex pacem fecit cum Romanis. Mutio autem poſtea Sceuolæ, à clade dextræ manus, cognomen eſt inditum. teſtis Liu. Decad. 1. lib. 2. Fuerunt præterea alij Mutij, quorum hiſtoriam multis proſequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

Muto] *mutas* (ἀλλάττω, μεταβάλλω, ἐπιτρέφω, τρέπω, μεταμείβω, μεταλαμβάνω) mutare, transferre. Varro, Fac ut te cum omni familia mutes.

*Mutari in marem.* Plin. lib. 7. cap. 4. 2.

*Mutare in peius.* Quintil. lib. 1. cap. 1.

*In horas mutari.* Horat. de Arte, 33.

*Mutare ſe in formam alterius.* Plaut. Amphit. 2. 2.

*Mutare*, Variare. Plin. lib. 12. cap. 7. 1, Piper toſtum ſolibus, colore rugiſq; mutatur.

*Mutare ſe habitu & loco*: pro eo quod eſt, Mutare habitum & locum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 13.

*Mutare et uertere ad omnẽ rationẽ aliquid.* Cic. 3. de Orat. 97.

*Animum mutare*, & Mutare ſententiã. Terent. Phorm. 5. 2. 9. Cic. ad Galliam, lib. 7. 24. 8.

*Verbo mutantur amantes.* Propert. lib. 2. eleg. 5. 3.

*Amictus fruſtra mutantur.* Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.

*Beneficium mutare.* Cæſar 2. bell. Ciuil. 120.

*Brachia mutamus uario amplexu.* Propert. lib. 2. eleg. 16. 2.

*Cœnacula mutare, lectos, balnea*, &c. Horat. 1. epiſt. 1. 19.

*Colores mutare.* Horat. 1. epiſt. 17. 8.

*Colorem mutare ad ſimilitudinem loci.* Plin. lib. 9. cap. 29. 3.

*Conſilium mutare.* Cic. ad Attic. lib. 3. 53. 1.

*Decretum mutare.* Cic. 3. Verr. 84.

*Mutare aliquid de.* Terent. And. 5. 4. 47.

—ô lepidum patrem:
De uxore ut poſſedi, nihil mutat Chremes: id eſt, quantum ad uxorem attinet.

*Di mutati.* Horat. 1. Carm. ode 5. 2.

*Dicta mutare.* Plaut. Bacchid. 23. 31.

*Factum mutare.* Terent. And. 1. 1. 13. Vbi Donatus, Haud muto factum, Vetuſtè: non me pœnitet. Idem, Donatus in cõment. in Phormionem, Sic enim ueteres dicebant, Muto factum, & nolo factum, quum alicuius rei eos pœnitebat.

*Fidem mutare.* Plautus Milite, 13. 36.

—ſed ne iſtam amittã, & hæc mutet fidẽ, Viue modò.

*Fidem mutare cum aliquo.* Terent. Phorm. 3. 2. 27.

*Fortunæ mutantur.* Plaut. Trucul. 5. 9.

*Geſtum mutare.* Lucret. lib. 4. 156.

*Effigies lãguida mutauerat habitũ notioris.* Lucan. lib. 9. 209.

*Mutauit id.* Terent. Andr. 1. 5. 7.

*Ius mutare.* Liu. 8. ab Vrbe, 139.

*Lares mutare.* Horat. in Carmine ſeculari, 8.

*Locum mutare.* Cic. 2. de Legib. 1.

*Poteſtas tralata mutauit locum.* Lucan. lib. 2. 28.

*Mentem mutare.* Cic. 1. in Catil. 4, Muta iam iſtam mentem, mihi crede, obliuiſcere cædis atq; incendiorum.

*Quæ mentem inſania mutat?* Virg. 4. Aeneid. 119.

*Mentes & uoluntatem mutare.* Cic. de Prouin. Conſul. 20.

*Merces mutare.* Virg. eclog. 4. 8.

*Mutare mores.* Terent. Adelph. 5. 9. 27.

*Naturam mutare pecunia neſcit.* Horat. 1. epiſt. 12. 2.

*Nuptias mutare.* Plaut. Sticho, 2. 36.

*Pactionem mutare.* Cic. pro Domo ſua, 18.

*Sedem mutare.* Cic. pro Cecinna, 71.

*Sedem mutare ex ſede, ut uolucres.* Plin. lib. 2. cap. 37. 1.

*Sententiam mutare.* Cic. Attico, lib. 9. 171. 2.

*Solum mutare, quod et Vertere ſolũ dicitur.* Cic. in Parad. 38.

*Sortem alicuius mutare in contraria.* Ouid. 3. Metam. 66.

*Teſtamentum mutare.* Cic. pro Cluentio, 23.

*Vellera mutare luto, pro Tingere, inficere per naturam, inquit Seruius.* Virg. 4. eclog. 9.

*Veſtem mutare.* Cic. poſt redit. in Senatu, 10.

*Tempeſtas & humor cæli mutauêre uias.* Virg. 1. Georg. 84.

*Terra mutat uices.* Horat. 4. Carm. ode 7. 1.

*Vitam mutare priorem.* Lucret. lib. 5. 24.

*Vulgus mutatur cum principe.* Claud. 7. Paneg. 61.

*Vultum mutare.* Cic. 2. Tuſc. 71.

*Mutare aliquid cum aliquo, Aliud pro alio accipere.* Terent. Eunuch. 3. 5. 24,

Vt ueſtem cum eo mutem, & pro illo iubeam me ducier.

*Mutare ære aliquid cum altero.* Saluſt. in Iugurtha, Statuit tamen Metellus pecoris & mancipiorũ prædas certatim agere, eaq; mutare cũ mercatorib. uino aduectitio, et alijs talib.

*Mutare ære*, pro Vendere. Colum. lib. 10, Quare dum uiridis ætas pulchritudinem corporis conſeruat, ære mutandi ſunt.

*Mutare bellum pro pace.* Saluſtius.

*Miſeram pacem uel bello bene mutari.* Tacit. lib. 3.

*Mutare alia re aliam.* Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 22,

—an hic peccat ſub noctem qui per uuam
Furtiua mutat ſtrigili?

*Mutare gaudium mœrore.* Plin. epiſt. 111. b.

*Mutare iucunda ſeueris.* Plin. epiſt. 112. a.

*Mitibus mutare triſtia.* Horat. 1, Carm. ode 16. 6.

*Exilio mutant urbem.* Ouid. 6. Faſt. 133.

*Mutare prætextam paludamento.* Plin. in Paneg. 94.

*Quadrata mutat rotundis.* Horat. 1. epiſt. 1. 20.

*Nihil mutauit fortuna te ipſo.* Plin. in Paneg. 38.

*Mutare uictricem patriam uicta, apud Liuium.* Cicero pro Seſtio, 29, Commutare dixit.

*Mutare, pro Emere aut uendere, antiquis fuit in uſu.* Horat. Satyr. 4. lib. 1. & Virg. in Pollione.

*Mutare, Corrigere, emendare.* Terent. Adelph. 4. 7. 40,

—cæterum
Placet tibi factum Mitio? M. 1. non, ſi quæ am
Mutare: nunc quum non queo, æquo animo fero.

*Mutare, neutrum abſolutum, pro uariare.* Liuius lib. 5. ab Vrbe, Annona ex anteuecta copia, nihil mutauit: id eſt, Quoniam urbs frumento abundabat propter anteuectam copiã, annonæ precium non creuit.

*Mutare ad, apud Sal. in oratione Marci Tribuni plebis, Neu nomina rerum ad ignauiam mutantes, ocium pro ſeruitio appelletis.*

¶Mutor, *mutaris*, Paſſiuum. Horat. lib. 2. Carm. ode ult.

Iam iam reſidunt cruribus aſperæ
Pelles: & album mutor in alitem Superne, &c.

Id eſt, mutor à partibus ſuperioribus in cycnum. Quidam corruptè legunt, ſuperna. Vide Lambinum in hunc locum.

*Mutari ciuitate*, pro Alterius ciuitatis ciuem fieri. Cicero pro Corn. Balbo, 23. & 33, Vt & ciuitate illum mutatum eſſe fateretur, & ius ciuitatis honore dignißimum indicaret? Budæus.

¶ *Mutans*, ἀλλάττων, *Participium præſens: aliquando accipitur pro eo, qui mutatur. Quint. lib. 1. cap. 10. Diu enim mutantibus, ſcilicet uerbis, repugnandum.*

¶ *Mutandus*, *Participium* (μεταβλητέος) *ut, Ratio mutanda eſt. Catul. de Acme, epigr. 39. 6.*

*Sedes mutandæ. Virgil. 3. Aeneid. 33.*

¶ *Mutatus*, pen. prod *Participium* (μεταλλαχθείς) *ut, Mutato nomine. Plin. lib. 3. cap. 11. 9.*

*Mutatus ab illo, id eſt, Diſſimilis. Virg. 2. Aeneid. 55.*

*In deterius mutatus. Tacit. lib. 4.*

*In peiorem partem ſunt uerſa & mutata omnia. Cicero per Roſcio Amerino, 62.*

*Vultum mihi mutatus. Stat. 2. Thebaid. 131.*

*Faciem mutatus & ora. Virg. 1. Aeneid. 133.*

*Amor mutatus. Ouid. epiſt. 5. 7.*

*Aura mutata. Horat. 1. epiſt. 19. 19.*

*Fortuna mutata. Virg. 5. Aeneid. 121.*

*Frontis mutatæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 17.*

*Res mutatæ. Horat. 1. epiſt. 10. 7.*

*Sententia mutata loco cedit. Virg. 9. Aeneid. 45.*

¶ *Mutaturus*, pen. prod. (ἀλλάξων) *Aliud Participium.*

*Habenas non mutaturus. Stat. 3. Sylu. 5. 6.*

¶ *Mutatio*, *Verbale* (ἀλλοίωσις, μεταβολή, παραλλαγή, τροπή) *ut Mutatio ſedis. Plin. lib. 13. cap. 4. 9.*

*Mutationem annonæ ſignificans. Plin. lib. 2. cap. 103. 9.*

*Conſilij mutatio optimus eſt portus pœnitēti. Cic. 12. Phil. 322.*

*Loci non ingenij mutatio. Cic. pro Quintio, 7.*

*Crebra corporis mutatio. Cic. pro Cluentio, 42.*

*Morum facienda mutatio. Cic. 1. Offic. 168.*

*Officiorum mutatio, dando, accipiendo. Cic. 1. Offic. 34.*

*Motus & mutatio. Cic. 4. Acad. 215.*

*Motibus & mutationibus ſuis ciens omnia & agitans natura. Cic. 3. de Natur. deor. 37.*

*Mutatio, pro Commutatione. Terent. Hecyr. 4. 4. 11,*

*A. Myrrhina hæc ſunt mea uxore exorta omnia:*
*Mutatio ſit: ea nos perturbat Laches.*

¶ *Mutabilis, & hoc mutabile, pen. corr.* (μεταβολικός, μεταβλητικός, παραλλακτός) *Quod facilè mutatur. Virgil. 4. Aeneid. 114,*

*— uarium & mutabile ſemper Fœmina.*

*Vultu mutabilis. Horat. 2. epiſt. 2 38.*

*Mutabiles uulgi animi. Liu. 2. ab Vrbe, 30.*

*Mutabilis cauſa. Liuius 1. bel. Maced. 114.*

*Fatum non mutabile. Stat. 9. Thebaid. 133.*

*Mens mutabilis Tibul. lib. 3. eleg. 4. 13.*

*Pectus mutabile conſilijs. Ouid. 2. Metam. 30.*

*Vaga & mutabili ratione labuntur ſidera quædam. Cic. de Vniuerſit. 46.*

*Vulgus mutabile. Valer. 1. Argon. 153.*

¶ *Mutabilitas*, pen. corr. (τὸ μεταβλητικόν) *Mobilitas. Cicer. 4. Tuſc. 123, Hæc inconſtantia, mutabilitáſq; mentis, quem non ipſa grauitate deterreat?*

¶ *Mutabiliter Aduerbium, Mutando. Varr. Crat, credo, hodie nihil. Quibus inſtabilis animus ardens mutabiliter habet habere, & non habere.*

¶ *Mutito, mutitas*, pen. cor. *mutitare. Sæpe facere, aut ſæpe exercitare. Gell. lib. 2. cap. 24, Principes ciuitatis qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent: id eſt, mutua inter ſeſe conuiuia agitarent. Videtur Gellius à* Mutuus *deducere. Turnebus mutuitarent, legendū putat, ut mutuitare ſit, mutuò conuiuia agitare. Quidam mutitare retinent, quòd epulas inter ſe mutarent, & uicißim conuiuia conuiuijs.*

**Muto** ] *mutonis, m. g. Membrum uirile. Horat. Serm. lib. 1. Satyra, 2,*

*Huic ſi mutonis uerbis male tanta uidentis*
*Diceret hæc animus, &c.*

¶ *Mutoniatus*, pen. prod. *id eſt, mentulatus. Mart. lib. 3. epigr. 31, in Phœbum,* *Dormis cum pueris mutoniatis.*

**Mutulus**] *Vide* **Mutilus.**

**Mutinus** ] *deus ethnicis fuiſſe uidetur, qui mutiret, efficeretq; nequid em anaret, ſed clàm eſſet, & tacitum & cultum. Lucilius,* *Sed quid Mutino, ſubiectóq; huic opus ſigno?*

**Mutuò**, *Aduerbiū, &* **Mutuo**, *Mutuus* ] *Vide* **Mutuū.**

**Mutus**] *Adiect.* ἄλαλος, ἄῦδος, ἄφωνος, σῑγηρός, βουβός) *quidam à mugiendo deduci putant: etenim quum mutus loqui non poßit, ſiue id linguæ defectu, ſiue aurium accidat, prorumpit tamen in uocem, quæ mugitus potius, quàm ſermo uidetur. Vel dicitur mutus, quaſi minutus, quòd eo ſenſu minutus ſit, Vel dicitur à muſſando, quòd hic non amplius, quàm mus dicat. Terent. Heaut. 4. 4. 26.*

*Tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies.* D. *mutum dices. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Merula canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta.*

*Mutus, inquit Nonius, onomatopœa eſt incertæ uocis, quaſi mugitus. Nam mutus ſonus eſt propriè, qui intellectum non habet. Næuius Lycur.*

*Ducite eò cum argutis linguis mutas quadrupedes.*

*Muti uel eloquentis origo. Cic. 5. Tuſc. 98.*

*Mutum eſſe ſatius eſt, quàm quod nemo intelligat dicere. Cicer. Cornificio, lib. 12. 27. 4.*

*Mutus ilicò. Terent. Eunuch. 3. 1. 27,* *— papæ*
*Iugulare hominem, quid ille? T. Mutus ilicò. Vbi Donatus, Tam hoc ſtultum eſt, quàm ſi diceret, ſtatim nihil.*

*Mutus accuſator. Cic. pro Roſ. Amer. 63.*

*Accuſatio huius temporis muta. Cic. pro Flacco, 4.*

*Aeuum mutum. Silius lib. 3. 117.*

*Agna muta. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.*

*Armenta muta. Stat. 5. Thebaid. 67.*

*Mutæ artes à Virgilio, minimè celebres dicuntur, uel comparatione muſicæ, lib. 12. Aeneid.*

*Scire poteſtates herbarum, uſumq; medendi*
*Maluit, & mutas agitare inglorius artes.*

*Mutæ artes, picturæ dicuntur, quæ quum non loquantur, tamē res ipſas exprimunt. Cic. 3. de Orat. 15.*

*Aſpectus mutus. Quint. lib. 6. cap. 1. 20.*

*Beſtiæ mutæ. Cic. 1. de Fmib. 108.*

*Mutæ beſtiæ, & nihil intelligentes. Cic. 2. de Natur. deor. 200.*

*Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat. 87.*

*Eloquentia muta quædam inducere. Cic. in Orat. 76.*

*Forum mutum, eſinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis. Cic. poſt red. in Senatu, 5.*

*Gratia muta. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 11.*

*Hiſtoria muta. Cic. 2. de Fmib. 108.*

*Imago etiā muta à tanto ſcelere reuocare debuit. Ci. 3. Catil. 55.*

*Leges mutæ tacent. Ouid. ad Liuium, 38.*

*Magiſtratus mutus, lex: cui opponitur Magiſtratus, lex loquēs. Cic. 3. de Legib. 3.*

*Os mutum. Ouid. 6. Metam. 115.*

*Pecudes mutæ. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 35.*

*Pecus mutum & turpe. Hora. 1. Serm. Satyr. 3. 20.*

*Petus mutum metu. Virg. 9. Aeneid. 69.*

*Querelas mutas abrumpit. Claud. 3. de raptu Proſerp. 32.*

*Res mutæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 20, Mutæ tamen res mouent.*

*Res inanimatæ atq; mutæ. Cic. 1. de Natur. deor. 53.*

*Muta & informis res: cui opponitur Eloquens & formata. Author ad Herennium, lib. 4. 237.*

*Scientia muta. Quintil. lib. 5. cap. 10. 84.*

Silentiq

Digitized by Google

*Silentia muta noctis.* Ouid. 7. Metam. 37.
*Spelunca muta.* Stat. 1. Achil. 48.
*Suspiria muta.* Stat. 11. Thebaid. 121.
*Mutum à literis tempus.* Cic. ad Attic. lib. 8. 166. 2.
*Muti lapides in agrorum diuisionibus dicebantur, siue inscriptione appositi, ideo quia nulla significatione apparerent, quoto loco numerarentur.* Ex Hygeno.

¶ *Mutio, mutis, mutiui, mutitum, pen. prod.* (μύζω) *mutire, Tanquam mutus signum facere seu strepitum, siue submissa & imperfecta uoce fabulari, aut unum tantùm uerbum dicere.* Terẽ. And. 3. 2. 25, —*Itaq; hercle nihil iã mutire audeo.* Idem Hecyra, 5. 4. 25, —*Adeò mutito. id est, uel tenui dicto, inquit* Donatus.

¶ *Muticus, pen. corr. Adiect.* (κολοβὸς) *ut, Mutica spica.* Varrò 1. de Re rust. cap. 48. 2, *Spica mutica dicitur, quæ nõ habet aristã: eæ enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus uerbis innuit* Varro, *spicam dici muticã, quasi cornibus mutilatã. Quam etiam expositionem probat Cælius lib. 3. cap. 30.*

¶ *Mussо, mussas* (μύζω) *mussare, Frequentatiuum à Mutio mutis, Occultè et depressa uoce loqui quod celatum quis uelit.* Plin. epist. 121. b, *Posita quum uicesimo ualetudinis die balineo præpararer, mussantesq; medicos repentè uidissem, causam requisij.*
*Tacita formidine mussant.* Claud. 2. in Eutrop. 27.
*Proceres mussant turbata consilia.* Stat. 3. Thebaid. 19.
*Mussare, Murmurare, inquit Festus.* Ennius, *In occulto mussabant.* Seruius, *Mussare, queri.* Virgil. 11. Aeneid. 91,
*Flent mœsti, mussantq; patres.*
*Mussant oras & limina circum.* Virg. 4. Georg. 38.
*Mussant iuuencæ.* Virg. 12. Aeneid. 144.
*Mussare, uulgò pro Tacere ponitur, authore Festo.* Ennius, *Nõ decet mussare bonos.* Terẽ. *Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa.*
*Mussabat tacito medicina timore.* Lucret. lib. 6. 237.
*Mussare, Dubitare.* Virgil. 12. Aeneid. 144,
—*mussantq; iuuencæ*
*Quis pecori imperitet. Seruius.*
*Mussat dicere.* Virg. 11. Aeneid. 69, —*cuncti se scire fatẽtur, Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant. Vbi Seru. Mussant, modò uerentur significat. Aliàs, dubitant: ut,*
—*mussat rex ipse Latinus*
*Quos generos uocet.*
*Interdum susurrantur: ut de apibus dicit. Et propriè mussare, est obmurmurare, & muto esse uicinum.*

¶ *Mußito, mußitas, pen. corr.* (μύζομαι) *mußitare, Frequentatiuum à mussо.* Liu. *ab Vrbe, lib. 7. 109, Mußitantesq; inter se rogitabant, nũ quẽ plebeij Cos. pœniteret.* Plaut. Mil. 10. 119. *Illi inter se certant donis, ego mecum mußito.*
Terent. Adelphis, 2. 1. 53,
*Verùm cogito id quod res est, quando eũ quæstum occœperis, Accipiunda & mußitanda iniuria adulescentiũ est. Vbi* Donatus, *Mußitanda, Patienda, considerandа cum silentio, & ut in amatore putanda, atq; per hoc perferẽda. Mussitare enim propriè est, dißimulandi causa tacere: dictũ uel à muto, uel ab* M: *quæ litera est nimium pressæ uocis, ac penè nullius, adeò ut sola omnium, quum inter uocales inciderit, atteratur, atq; subsidat. Hinc* Virg. 12. Aeneid. 132,
—*mussat rex ipse Latinus.*
*Budæus à Græco μύζειν potius deriuari putat.*

**Mutuum** ] *mutui* (λαύειον, λαύεισμαι) *Dicitur ab eo quòd de meo tuum sit. Paulus iureconsul. Mutuum damus, non recepturi eandem speciem quam dedimus (alioqui aut commodatum erit, aut depositum) sed idem genus: nam si aliud genus, ueluti pro tritico uinum recipiamus, non erit mutuum.*
*Mutuũ est, si datur, quod reddetur: quod Siculi* μοῖτον. Varr. *lib. 5. de Lingua Latina.*
*Mutuum in amicitia, est quum par uoluntas accipitur & redditur.* Cic. *filius Metello, lib. 5. 2. 7.*
*Mutuum argentum.* Plaut. Pseud. 3. 78,
*Miser sum, argentum nusquam inuenio mutuum.*
*Mutuum argentum dare.* Plaut. Pseud. 3. 83.
*Frumentum mutuum aliquibus dare.* Cic. 2. de l. Agraria, 82.
*Mutuo appendere: id est, dare mutuo.* Plin. lib. 9. cap. 55.
*Mutuum rogare.* Plaut. Pseud. 5. 61.
*Mutuas pecunias sumere.* Plaut. Asin. 5. 95. Cic. 3. Verr. 19,
*Mutua quinq; sestertia petere.* Mart. lib. 10. 14.
*Mutuus, pariter atq; æqualiter respondens, Par: ut,*
*Mutuus amor dicitur, quum ab eo amaris quem amas.* Terent.
*Meretrix adolescentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit.* Quint. lib. 12. cap. 7. *ad finem, Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia utetur: id est, respondente.*
*Animus mutuus.* Horat. 4. Carm. ode 1. 6. Cicer. *filius Metello, libro 5. 2. 7.*
*Animis mutuis amant, amantur.* Catul. de Acme, epigr. 42. 4.
*Ardor mutuus.* Lucret. lib. 4. 245.
*In amici mutua beneuolentia conquiescere.* Cic. de Amic. 20.
*Beneficia mutua & grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma deumciuntur societate.* Cic. 1. Offic. 82.
*Mutua carne inter se uescuntur.* Plin. lib. 10. cap. 23. 6. *id est, olores uescuntur carnibus olorum.*
*Certamina mutua.* Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 6.
*Consilia mutua.* Plaut. Epid. 287.
*Conuiuia mutua inter se curant.* Virg. 1. Georg. 61.
*Cupido mutua.* Lucret. lib. 5. 193.
*Dicta mutua referre.* Ouid. 1. Metam. 132.
*Face mutua torret me.* Horat. 3. Carm. ode 9. 3.
*Mutua inter se fiducia.* Plin. epist. 237.
*Gaudia mutua.* Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.
*Ignis mutuus.* Tibul. lib. 4. eleg. 5. 2.
*Innocentia mutua.* Plin. lib. 12. cap. 14. 7, *Sylua diuisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est. De pluribus dixit, non de duobus tantùm.*
*Odio mutuo flagrant inter se mugil & lupus.* Plinius libro 9. cap. 62. 1.
*Officijs mutuis commune commodum gubernatur.* Cicer. pro Roscio Amer. 66.
*Operas mutuas tradere.* Terent. Phorm. 2. 1. 37.
*Prælijs mutuis inter se pugnare.* Hirtius de bel. Asia. lib. 5. 109.
*Terror mutuus.* Liu. 4. *ab Vrbe*, 175, *Nec Volscorum meliores res esse credere quàm pop. Romani fortunam, noctemq; omnia terroris mutui implesse. Terrorem mutuum uocat, quo tam Volsci quàm Romani terrebantur. Ex uetusto exemplari legitur, erroris.*
*Testimonium mutuum dare.* Cic. pro Flacco, 7.
*Par & mutua uoluntas.* Cic. Attic. lib. 16. 341. 1.
*Voluntatem mutuam alicui tribuere.* Cicero *filius Metello*, libro 5. 2. 4.
*Vulnera mutua.* Ouid. 3. Metam. 25.
*Mutuis uulneribus se concidere.* Plin. de Viris illustr. 10.
*Mutuum facere cum aliquo.* Plaut. Trinum. 8. 30,
*Bene ault tibi. L. ædepol mutuum mecũ facit. id est tantum bene illi uolo, quantum ille mihi.* Idem Persa, 22. 17,
—*omnia quæ tu uis, ea cupio. T. mutua*
*Fiunt à me. hoc est, Id uolo quod uis.*
*Inter se mortales mutua uiuũt.* Lucret. lib. 2. 16. *hoc est, mutuò.*
*Pedes per mutua nexi.* Virg. 7. Aeneid. 14.

¶ *Mutuò, Aduerbium* (ἀμοιβαδὸν) *aliquando significat Inuicem, aliquando Eduersò.* Plaut. Milit. 2. 1,

*Meretricem ingenuam deperibat mutuò Athenienſis iuuenis.* Plancus ad Cic. lib.10.4.9, *Fac ualeas, meq; mutuò diligas. hoc eſt, Fac mihi in amore reſpondeas.*

*Facere mutuò aliquid.* Plancus Ciceroni, lib.10.9.6.

¶ *Mutuè*, Aliud aduerbium (κατ' ἀλλήλων) Cic. filius Cn. Pompeio, lib.5.7.4, *Nulla in re tam lætari ſoleo, quàm meorum officiorum conſcientia: quibus ſi quando non mutuè reſpondetur, apud me plus officij reſidere facilimè patior.*

¶ *Mutuitans*, pen corr. mutuitantis (μιχάμων) Rogitans *mutuum* Plaut. Mercatore, 352,

*Conclamitare tota urbe & prædicare,*
*Omnes tenerent mutuitanti credere.*

¶ *Mutuo, mutuas* (δανείζω) mutuare, Dare *mutuo, uel mutuũ.*

*Mutare*, pro *Mutuo ſumere*, aliquando accipitur. Cælius, *Ad amicos currat mutuatum, mutuet cauſa mea.*

¶ *Mutuo, mutuas*, pro Accipere mutuo. Valer. lib.6.cap.2, *Et prius à libertate, quàm ab innocentia præſidium mutauit.*

¶ *Mutuor, mutuaris* (δανείζομαι, μιτρέομαι, μίχαμαι) mutuari, Deponens, *Mutuo accipere* Mart. lib.8.17,

*Sed conſumis, & uſq; mutuaris.*

*Mutuari in ſumptum.* Cic. ad Attic. lib.8.150.3.

*Mutuari auxilia ad rem aliquam.* Cæſar 8. bell. Gall. 79.

*Mutuari*, ſæpe per metaphoram accipitur, pro Aliunde ſumere. Cic. 2. de Natur. deor. 132, *Mutuemur hoc quoq; uerbũ, dicaturq; tam æther Latinè, quàm dicitur aer. Eſt autem, inquit Budæus, mutuari, quæ ab alijs inuenta ſunt, in ſcripta ſua uertere, ita ut ſua uideri uelit, qui hoc facit: nec modò mutuum eſt, ſed etiam furtum.* Cicer. 1. de Oratore, 29, *Nam ego quæ ſunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis.*

*Mutuari conſilium.* Liuius, *Ab amore temerarium atq; impudens mutuatur conſilium.*

*Mutuari laudem aliunde.* Cic. 2. Offic. 66.

*A uiris uirtus nomen eſt mutuata.* Cic. 2. Tuſc. 76.

*Subtilitatem ab Academia mutuatur orator.* Cic. de Fato, 5.

*Verbum aliquod mutuari.* Cic. 2. de Natur. deor. 132.

¶ *Mutuatio*, Verbale (μίχαιμος) Cic. 1. Tuſcul. 161, *Ego uerò illi maximam gratiam habeo, quòd me ea pœna mulctauerit, quam ſine mutuatione & ſine uerſura poſſem diſſoluere.* Idem pro Flacco, 37.

¶ *Mutuatitius, a, um*, (δανειστὸς) Quod mutuo datur: ut, *Pecunia mutuatitia.* Gell. lib.20.cap.1, *Maximeq; in pecuniæ mutuatitiæ uſu atq; commercio.*

Muſirũ ] Indiæ emporiũ, *cuius meminit* Plin. lib.6.cap.23.

M Y

My] *facere, eſt hæſitare, aut ſubuereri, & uix loqui audere.* Celius lib.24.cap.30. Varronem citans.

Mya] μύα, Genus conchæ ſiue margaritæ, *in freto circa Boſphorum Thracium, unciones ruſos ac paruos gignens.* Plin. lib.9.cap.35.

*Eſt item mya, inſula in ſinu Ceræmico: cuius meminit* Plin. lib. 5.cap.31.

Myacanthon ] μυάκανθον, Herba eſt, quæ alio nomine Corruda, hoc eſt, ſylueſtris aſparagus, dicitur de qua Plin. lib.8.ca.9. *Myacantha uerò quibuſdã herba eſt, quæ à Dioſcoride* μυρσίνη ἀγρία, *à Latinis Ruſcus appellatur. Cuius nomẽclaturæ rationem hanc reddũt, quod herba hæc in carnario ſuſpenſa, aculeis ſuis mures à lardo, carneq; ſalſa arceat. Vide Marcell. Virgilium in Dioſcoridem.*

Myaces] μύακες, Piſces ſunt *ex concharum genere. qui muricum modo coaceruantur, uiuuntq; locis in algoſis, & ubi dulcis aqua copioſa mari commiſcetur: gratiſſimi autumno: nã procedente hyeme amaritudinem cõtrahunt, coloremq; rubrum. Reliqua uide apud* Plin. lib.32.cap.9.

Mya] *my æ, fœ. gen. prima prod.* (μῦα) Latinè dicitur *Muſca. Eſt & ludus quidam puerilis, cum aliquis cæteros clauſis oculis, protenſiſq; manibus captat.*

Myagros] pen. corr. Herba ferulacea *eſt, foliis ſimilis rubiæ, tripedanea: ſemen oleoſum, quod & fit ex eo. Medetur oris ulceri b. perunctis hoc ſucco.* Author Plin. lib.27.ca.12. *Noſtri uocant camelinam, aut Camamimam: ex cuius ſemine oleum uulgò conficiunt.* Ruell. lib.3.cap.126. Dicitur & *Melampyron, quaſi nigrum triticum.*

Myagrus] pen. corr. (μύαγρος) *deus muſcarũ. Aliter uocatur Myodes et Achor, ut ſcribit Plutarchus.* Plin. lib.10.cap. 28, *Inuocant & Aegyptij ibes ſuas contra ſerpentium aduẽtum: & Elei Myagron deum muſcarũ, mu ltitudine peſtilentiam afferẽte: quæ protinus intereunt qua litatum eſt illi die.*

Mycale] pen. corr. Nomẽ ueneficæ mulieris apud Ouidũ lib. 12. Metam. *Mater erat Mycale, quam deduxiſſe canendo.*
*Sæpe reluctantis conſtabat cornua Lunæ.*

*Eſt præterea, ut notat Herodotus, promontoriũ in cõimẽti ſuũ.*

Mycaleſſus ] μυκαλησσὸς, Mons in Mediterraneo Bœotiæ, *oppidũ habens eiuſdem nominis. Vtriuſq; meminit* Plin. lib. 4.cap.7. Stephanus *Mycaleſſum nomen accepiſſe exiſtimat à mugitu bouis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.*

Mycenæ] *Mycenarum, & Mycena, Mycenæ: ſiue Micene, mycenes*, pen. prod. (μυκῆναι) Vrbs Peloponneſi, *quã Perſeus Danaes filius extruxit, regiuncula in qua regnauit Agamemnon: à Mycena nympha ſic appellata.* Cælius tamen lib.9.cap.12, *Mycenas, inquit, nuncupari credunt, quòd ibi à Perſeo ſint conditæ Mercurij præcepto, unde excidit gladij manubrium, id eſt myces.*

*Agamemnonia Mycenæ.* Stlius lib.1.6.

*Agamemnoniæ Mycenæ.* Virg. 6. Aeneid. 168. *quia Agamemnon rex fuit Mycenarum.*

*Claræ Mycenæ.* Virgil. 1. Aeneid. 58.

*Dites Mycenæ.* Horat. 1. Carm. ode 7.2.

*Fortes Mycenæ.* Virgil. 3. Georg. 25.

*Magnæ Mycenæ.* Virg. 2. Aeneid. 67.

*Pelopeiades Mycenæ.* Ouid. 3. Faſt. 17. *quoniam illic Pelops habitauit: à cuius etiam filio Thyeſte, Thyeſtas uocat Lucan. lib. 1.108.*

*Sæuæ Mycenæ.* Virg, 7. Aeneid. 45,

¶ *Mycenenſes, Mycenenſium* (μυκηνῆς: &) Habitatores Mycenarum. Cic. 2. de Finib. 31, *Omnes Danai aut Mycenenſes, Attica pubes, reliquiq; Græci, &c.*

¶ *Mycenæus* ] Adiectiuum (μυκηναῖος & ) *ut, dux Mycenæus, Agamemnon.* Ouid. 2. Triſt. 80.

Mycerinus] pen. prod. *Cheopis Aegyptiorũ regis fuit filius, qui poſtquam patri ſucceſſit in regnum, ita paterna facta peroſus eſt, ut populo ad extremũ calamitatis afflicto, res agẽdi fecerit poteſtatem: quinetiam præ regibus cmnibus iuſticiam exercuiſſe fertur.* Herodotus.

Mycitus] Vide Anaxilaus

Mycon ] *Nomen pictoris egregij. Fuerunt autem duo Mycones: unus Athenienſis, Syracuſanus alter.*

Mycone] *Mycones, & Myconos, Myconi*, pen. corr. (μύκονος & ) *Inſula una ex Cycladibus.* Statius 1. Achil. 41,

*Cyclades hinc ſpretæ Myconos humiliſq; Seriphos. Scribit Seruius, hanc inſulam terræ motu diu laboraſſe: quo ceſſante, è Mycone Gyaroq; uicinis inſulis populos ueniſſe, qui eam tenerent & incolerent.* Cælius lib.13.cap.29. *ſcribit nomen ei fuiſſe inditum à Mycono, Aeneæ ac Rhyus filio.*

*Celſa Mycone.* Virg. 3. Aeneid. 16.

*Humilis Mycone.* Ouid. 7. Metam.

¶ *Myconius*, Adiect. (μυκόνιος & ) *nomen poſſeſſiuũ à Mycono. Myconios gigni ſine capillo, tradit Plinius lib.11. cap. 37.9.*

*unde*

Digitized by Google

unde caluos omnes, Myrconios dicimus, authore Stephano. Meminit & Strabo.

Mydia] Insula, quæ etiam Delos dicitur, una & Cycladibus.

Mydon] teste Homero lib. 5. Iliad. Atymnis filius, & Pylæmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Troiano interemptus est.

Mydriasis] μυδίασις, Vocatur morbus oculorum, cum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed uidetur ultra naturalem situm multo latior, interim ut usum omnem adimat, interim ut partem. Latini pupillæ dilatationem uocant.

Myduſa] μύδωσα, à quibusdam recensetur inter nomenclaturas Anchusæ herbæ: sed à doctioribus inter Dioscoridis notha reijcitur.

Mygale] es, penult. prod. fœm. gen. Vide Mus araneus in Mus.

Mygdonia] Mygdoniæ (μυγδονία) regio literalis Macedoniæ, à Mygdone rege sic dicta. Iuxta hanc est insula Mygdon.

¶ Mygdonius, Adiect. μυγδόνιος ut,

Marmor Mogdonium. Ouid. epist. 21. 29.

Campi Mygdonij. Horat. 3. Carm. ode 16. 9.

Opes Mygdoniæ. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.

Mygdonus] pen. corr. (μύγδων) fuit frater Otrei, ac, teste Porphyrio in tertium Iliados, ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cisſei filij, ambo reges in Thracia.

¶ Mygdonides, pen. corr. Patronymicum, m. g. (μυγδονίδης) quod pro gentili ponunt poetæ. Virgil. 2. Aeneid. 69,

—iuuenisq; Choræbus
Mygdonides.

¶ Mygdonis, pen. corr. huius Mygdonidis (μυγδονὶς) Patronymicum, fœm. gen. Ouid. 6. Metam. 9.

Mygdonidesq; nurus.

Mylactis] μυλακλεὶς, Blattæ genus, magnitudine cicadæ, circa molas nascens, uescensq; farina. Pollux author est, Mylacridem apud Aristophanem accipi pro gallina.

Mylaſa] μύλασα) Liberum Cariæ oppidum, ita dictum (si Stephno credimus) à Mylaſo Aeoli abnepote. Meminit huius oppidi Plinius lib. 5. cap. 29.

Myle] myles (μύλη) Herba est, radicem habens paruo bulbo similem, contrahentis facultatis, quæ cum farina loliacea debiscentem sanat uuluam. Author Galen. lib. 7. Simplic.

Myle] Oppidũ, de quo Senec. lib. 4. Natur. quæst. Circa Messanam & Mylas simo quiddã simile mare profert feruetq; & æstuat non sine calore fœdo. Vnde illic stabulari Solis boues, fabula est. Eadem penè ad uerbum scribit Plinius libro 2. cap. 98.

Mylœcos] Vermiculi genus ex blattis, circa molas ferè nascens, ut ait Plin. lib. 29. cap. 6.

Mymphur] Lignum mediocris longitudinis, rotundũ, quod loro circunuolutum circumagunt fabri in operibus tornandis. Sipontinus.

Myobarbum] quo uocabulo usus est Ausonius in lemmate epigrammatis tricesimi, quid sit, multi inquirunt. Turnebus putat uerbum compositum à mure & barbo, quæ uox significat mystrum, id est, mensuram liquidorum sescunciam pendentem, ut sit tanquam muris cyathus. Inest autem & latet in mure mysterij significatio, & barbo, quo in mysterijs Cereris legiferæ utebantur. Hoc igitur lemma significat mysticaLiberi patris nomina & mysticam potestatem.

Myoctonos] pen. corr. (μυοκτόνος) Radix aconiti. Plin. lib. 27. cap. 3. 3.

Myoparo] pen. corr. myoparonis. m. gen. (μυοπάρων) Genus nauigij: ex duobus dissimulibus formatum, inquit Festus nam mydion & paron per se sunt. Nonius, Myoparo, est nauicula piratarum. Sisenna Historiarum lib. 4, Nauisq; triginta biremis, totidem myoparones. Cic. 6. Verr. 104, Eum illo Prætore Cilicum myoparoni, prædonibusq; patuisse. De portu Syracusano. Ibidem 7. 76, Proh dij immortales piraticus myoparo, &c. Ibidem 3. 61, Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum, atq; armatum dederunt.

Myopes] penul. prod (μύωπες) dicuntur, inquit Budæus, qui iam inde ab initio ortus sui, nisi admota oculis contueri nequeunt. Cuiusmodi multos uidemus, qui res intuendas oculis propè contingunt, & limis etiam, semiclusisq; oculis aspiciunt. Vide Luscioſus. Nominatiuus singularis Myops huius myopis. Vlpian. in Litem Offilius. ff. de ædil. edict.

Myophonon] μυόφονον, Herba est muribus exitialis: unde & nomen accepit. eadem fortassis cum ea, quam alibi Myoctonon & Aconitum appellari diximus. Meminit Miophoni Plin. lib. 11. cap. 9.

Myoſota] μυὸς ὠτὶς, Herba est, quam & Alsinem, & uerbĩ ex uerbo exprimentes, Muris auriculam uocant Latini. Folia enim cum primùm erumpũt, murinæ auri habet non dissimilia. Alsines uerò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallicis Muronis nomine notissima est, eaq; sotent auicularum escam fastidientium appetitum recreare. Refertur & alterũ Myosoton à Dioscoride, quod & Myositis diminutiua forma appellatur, plures ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concauos: folia autem angusta, ingrescentia, & acutum à sinentia, flosculos uerò cæruleos, anagallidis colorem exprimentes. Posteriorem hanc speciem describit Plin. lib. 27. cap. 12. priorem uerò, lib. 26. cap. 4.

Mypsei] seu Nipsei, teste Herodoto lib. 4. populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, ultrò se dederunt.

Myra] Vrbs Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

Myrias] myriadis. pen. corr. fœm. gen. Numerus continens decem millia.

Myriaca] myricæ, uel Myrice, myrices, pen. prod. (μυρίκη) Genus humilis uirgulti, in Italia ferè nascentis: quod quidam putarunt esse tamaricem, quæ uulgò tamariscus dicitur & Dioscoridi, sed eius tantùm folia habet. Virg. 4. eclog. 1,

Nõ omnes arbusta iuuant, humilesq; myricæ. Plin. lib. 13. cap. 21. 2, Myricen, & Italia, quam alij tamaricen uocant. Achaia autẽ bryan syluestrem. insigne in ea, quòd satiua tantùm ferat gallæ similem fructum. In Syria & in Aegypto copiosa hæc est, cuius infœlicia lingua appellamus, quæ tamen infœliciora sunt Græciæ. Gignit enim arborem ostryn, quã & ostryam uocant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice & ramis, folio pyri, paulo tamen longioribus crassioribusq;, ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt. Semine hordeo simili, & colore, materia est dura atq; firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortesq; miseras. Myricam syluestrem Gallia bryarium uocat, de la bruyere. Ruellius lib. 1. cap. 99.

Fragiles myricæ. Ouid. 3. de Arte, 138.

Tenues myricæ. Ouid. 10. Metam. 20.

Myrca] Myricæ (μυρίκη) Insula est maris rubri, apud Stephanum.

Myrice] Nympha à quo genus suum duxit Imilce uxor Hannibalis: ut scribit Silius lib. 3.

Myrina] Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditũ, & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Author Diodorus lib. 4. Fuit præterea, teste Homero, urbs Aeolia.

Myrinus] μύρινος, Mas murænæ est. Plin. lib. 9. cap. 23. 1,



Digitized by Google

Aristoteles myrinum uocat marem qui generat. Vetus exemplar legit, Marus.

Myrinus] μύρινος, Apollinis cognomentum, à Myrina Aeolidis urbe, in qua religiosissimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.

Myriophyllon] μυριόφυλλον, Herba quæ millefolium aliàs dicitur. Plin. lib. 24. cap. 16. 9.

Myrlea] Plinio lib. 5. cap. 32. oppidum Bithyniæ, quod Apamea dicitur: à Myrlo Colophoniorum duce, uel à Myrlea Amazone. Nicomedes autem Epiphanes, Prusij regis filius, de matris nomine Apames, Apameam uocari uoluit.

Myrmecias] Gẽma nigra, quæ habet eminentias similes uerrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Myrmecides] penult. corr. (μυρμηκίδης) Nomen uiri proprium, de quo Cic. 4. Acad. 215. Plin. lib. 7. cap. 21. 2, Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, ut partes earũ à cæteris cerni nõ possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadem materia quam musca integeret alis fabricatam, & nauem quam apicula pinnis absconderet. Idem lib. 36. cap. 5.

Myrmecion] morbi genus. Cels. lib. 5. cap. ult. Thymion nommatur, quod super corpus quasi uerricula eminet, ad cutẽ tenue, suprà latius, subdurũ, & in summo perasperũ, &c. Et paulo post, Myrmecia autẽ uocantur, humiliora thymio, duriora q; , quæ radices altius exigunt, maioremq; dolorem mouent: infrà lata, super autem tenuia, minus sanguinis mittũt: magnitudine uix unquã lupini modum excedũt. Nascuntur ea quoq; aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum.

Myrmecion, Phalangij genus. Plin. lib. 29. cap. 4, Myrmecion formicæ similis capite, aluo nigra, guttis albis distinguẽtibus.

Myrmecites] pen. prod. m. g. (μυρμηκίτης) Gemma, innatam repentis formicæ effigiem habens. Plin. lib. 37. cap. 11. 2. Sanè myrmex, myrmecis, f. g. formica Latinè dicitur.

Myrmecoleo] μυρμηκολέων, Exiguum animalculum formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. Est aũt dictio ex formicæ et leonis nominib. cõpositа: quasi Formicoleonẽ dicas. Nam quẽadmodũ leo imbecillitorũ animaliũ, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: quũ tamen uoluerit nihil aliud sit quàm formica. Vnde in lib. Iob legitur Myrmecoleo perijt, eo quòd non habeat prædam.

Myrmidones] pen. corr. (μυρμίδονες) Populi sunt ijdẽ qui Hellenes. Seruius, Myrmidones sunt Achillis socij dicti propter hanc causam. Aeacus quũ in arbore fici formicas, id est, μύρμηκας uidisset, optauit tot sibi socios euenire: & statim formicæ in homines uersæ sunt. sed hoc fabula est. Nam Eratosthenes dicit Myrmidonas à rege Myrmidono dictos. Virgil. 2. Aeneid. 2, —quis talia fando
Myrmidonum, Dolopúmue, aut duri miles Vlyssi
Temperet à lachrymis?

Sedes superbæ Myrmidonum. Virg. 2. Aeneid.

Myrmilon] μυρμίλων, histrionis nomen est apud Iuuenal. Satyr. 6. 9, —aut Myrmilonem exprimat infans.

Myrmillones] Vide Mirmillones.

Myrmíssus] μύρμισσος, Vrbs est Asiæ, in ora Hellesponti, non procul à Lampsaco. Gentile est Myrmissius (μυρμίσιος) Stephano.

Myrobalanum] myrobalani, penult. corr. (μυροβάλανος) Quasi ungnentaria glans. Cels. lib. 4. cap. 9, Fit ex unguento & palmulis quod μυροβάλανον uocant. Plin. lib. 12. cap. 21, Myrobalanũ Troglodytis, & Thebaidi & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto disterminat, cõmune est nascẽs unguento, ut ipso nomine apparet. Quo item indicatur & glandem esse arboris, heliotropio, quã dicemus inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine auellanæ nucis. Martial. lib. 14. 62.

Myrobrechi] pe. cor. siue Myrobrecharij (μυρόβροχοι) Quasi unguento stillantes. μύρον Græci unguentũ uocant: βρέχω, proluo, aspergo, madefacio, & irrigo. Plaut. Aul. 19. 39, Myrobrecharios pro unguentorũ confectoribus accipit ad capillos irrorãdos. ait enim, Aut manulearij, aut Myrobrecharij.

Myron] aut Myro (μύρων) utrunq; enim legitur, teste Plinio lib. 34. cap. 2. Statuarius Eleutheri filius, & Hegesiladis discipulus Syracusanus, cuius uacca multorum poetarum epigrammatis celebratur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 7,
Vt similis ueræ uacca Myronis opus.
Alter fuit Athenien sis, ut scribit Pausanias.

In arte fingendi præstans fuit Myro. Cic. 3. de Orat. 15. Fecit inter alia imaginem Herculis, ut mihi idem Cic. Verr. 4. Mart. lib. 9. 50,
Quis labor in phialis docti Myos? anne Myronis?

Myron] μῦρον, Inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. cap. 22.

Myropola] myropolæ, pen. prod. m. g. (μυροπώλης) Vnguentorum uenditor. Plaut. Trinum. 8. 5,
Lanij, coq, olitores, myropolæ, aucupes. Idẽ Casina, 6. 12.

¶ Myropolium, myropolij (μυροπώλιον) Locus ubi unguenta uenduntur. Plaut. Amph. 13. 3,
Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, Myropolia,
Apud emporium.

¶ Myrothecium, myrothecij (μυροθήκιον) Vnguentorum repositorium. Cic. scribit ad Atticũ, lib. 2. 16. 3, se myrothecium Isocratis totum consumpsisse in commentario Consulatus sui scribendo. hoc est, pigmenta oratoria.

Myrrha] myrrhæ (σμύρναι) Arbuscula est, in Arabia præcipuè nascẽs. Arbori altitudo ad quinq; cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto. cuius gutta, quæ sponte stillat, uiridis est & amara: quæ eodem nomine uocatur myrrha Arabica siue stacte, id est, gutta siue stilla myrrhæ. Eius uirtus est, ut corpora imputribilia reddat. Vide Plin. lib. 12. cap. 15. & 16. Propert. lib. 3. eleg. 19. 4,
Crimen & illa fuit patriæ succensa senectæ
Arboris in frondes condita myrrha nouæ.

Fulua myrrha. Ouid. 5 Metam. 80.

Maculosa myrrha. Vide Macula.

Odoraria myrrha. Vide Odor.

Orontea myrrha. Propert. lib. 1. eleg. 2. 1. Vide Orontes.

Pingues myrrhæ. Ouid. de Medicamine faciei, 18.

Sabæa myrrha marcidus comam. Senec. Herc. Oeth. 2. 19.

Madentes myrrha crines. Virg. 12. Aeneid. 20.

Myrrhatus] pen. prod. Adiect. Sil. Ital. lib. 13,
Exhausto instituit Pontus uacuare cerebro
Ora uirûm, & longum myrrhata reponit in æuum.

Myrrhata, id est, myrrha condita, quæ putrefactionem arcet.

¶ Myrrhinus, pen. corr. Adiect. (σμυρρίνος) ut, myrrhinum uinum, Quod myrrha conditum est.

¶ Myrrheus, pen. corr. Aliud adiectiuum (σμυρνινὸς) Quod ex myrrha est, Propert. lib. 4. eleg. 1. 6,
Myrrheaq; in partis pocula cæca focis.

Crinem myrrheum cohibere nodo. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.

Myrrha] σμύρνα, filia Cinyræ regis, quæ nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio, cum illo ignorante quòd filia sua esset, cõcubuit. Postquam uerò pater filiam esse resciuit, eam gladio uoluit occidere. Sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborem sui nominis. genuit quoq; filium nomine Adonidem. Vide Ouid. lib. 10. Metam.

Myrrhapia] siue, ut apud Plin. legitur, Myrapia (μυρράπια) Genus pyrorum, quod odorem gratissimum reddit. Plin. lib. 15. cap. 15.

Myrrhine]

Digitized by Google

Myrrhine] Myrrhines(μυρρίνη)Fluuius est Troadis,alio nomine Sebastopolis dictus. Author Plin.lib.5.cap.30.

Myrrhis] Myrrhidis(μυρρίς) Oleris genus cicutæ similimũ, foliis aliquanto minoribus, & breuiori caule,saporis & odoris iucundi.Vulgus herbariorum uocat Cicutariam.

Myrrhites] μυρρίτης, Gemma quæ myrrhæ colorem habet, odoremq; unguenti.Plin.lib.ult.cap.10.

Myrsilus] μύρσιλος, Myrsi filius ultimus ex Heraclidarum genere, Lydiæ rex, alio nomine Candaules appellatus: qui cum uxore haberet formosissimam, non contentus secreta uoluptatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis nudam eam ostendit. Quam rem illa indignè ferẽs, Gygem ad uiri necem impulit, seseq; illi & Lydorum regnũ tradidit. Author Herodotus lib.1.

Myrsinites] μυρσινίτης, teste Plin. lib.26. cap.8, species est tithymali, & foliis myrti acutis,compangentibus,sed mollioribus. Item,Myrsinites gemma est, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem.Plin.lib.37.cap.10.

Myrtinus] Myrsini(μύρσινος) Oppidũ Elidis,teste Stephano,postea Myrtotium appellatum: cuius meminit & Homerus in Catal.nauium.

Myrsus] μύρσος,Propriũ nomẽ fuit patris Candaulis, à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herod.lib.1. Plin.lib.35.cap.8.

Myrtacantha] μυρτάκανθα, à quibusdam appellatur Ruscus,Frutex,quem Dioscorides μυρσίνῃ ἀγρίᾳ,hoc est,sylueſtrem myrtum appellat. Est autem ex his nomenclaturis, quas eruditiores ueluti nothas è Dioscoridis familia summouerunt.

Myrtilis] Oppidum est in ora Lusitaniæ,ad Oceanum: cuius meminit Plin.lib.8.cap.22.

Myrtilus] pen.corr.(μύρτιλος) auriga Oenomai regis Elidis & Pisæ, à Pelope in mare proiectus: unde Pelagus Myrtoum dictum est.

Myrtopetalum] μυρτοπέταλον, Herba est, quam alio nomine Polygonaton appellãt, à multitudine geniculorum. Author Plin.lib. 27.cap.12.

Myrtoum] mare,à Myrtilo dictũ,iacet inter Cretam & Atticam, habetq; latitudinem maximam:in quo sunt insulæ,Cythera,Calauria,& quæ Aginam cingunt,& Salaminem,& ex Cycladibus pleræq;:quod uerò contiguũ est,iam Aegeum existit.Author Strabo. Alij Myrtoum à Myrtoo (sic enim uocant Oenomai aurigam) nominatum tradunt, quem Pelops ab Hippodamia falsò apud se accusatum, quasi ei stuprum inferre conatus esset, cum illa,absente Pelope, Myrtoi complexum & concubitum ultrò appetisset,in mare proximum è curru præcipitem deiecit. Verùm Pausanias in Arcadicis hæc non probat. Vult enim mare Myrtoum à muliere quadam Myrtone esse appellatum.

Mare Myrtoum.Horat.1.Carm.ode 1.3.

Aquæ Myrtoæ.Ouid.epist.15.42.

Myrtus] Asia est Lydia, uel quod idem est,Mœonia. Sic autẽ regio à Sardis Tmolum & Caystrum uocatur, umida & uliginosa, & myrtetis aptissima. Illic & Asium pratum erat, & Asia palus.Meminit Turnebus.

Myrtus] myrti(μυρσίνη,μύρτος)Arbor baccas saporis præcipui producẽs,ex quib. uinũ fit.Vide Plin.lib.15.cap.29.1.

Folium myrti.Ouid.3.de Arte,11.

Amantes littora myrti.Virg.4.Georg.25.

Fragilis myrtus.Horat.3.Carm.ode 23.4.

Gratissima myrtus Veneri. Est enim arbor Veneri dicata, teste Plin.lib.12.cap.1.11.Virg.7.eclog.13.

Horrida myrtus densis hastilibus.Virg.Aeneid.5.3.

Intonsa myrtus.Stat.4.Sylu.7.2.

Littorea myrtus.Ouid.1.Amor.eleg.1.7.

Paphiæ myrti:id est,quas amat Venus.Ouid.3.de Arte,37.

Pulla myrtus.Horat.1.Carm.ode 25.4.

Cingere tempora myrto.Virg.1.Georg 6.

Defendere à frigore myrtos.Vide Defendo.

Viridi nitidum caput impedire myrto.Horat.1.Carm.ode 4.2.

¶Myrtidanus,pen.prod. Adiect.(μυρσινίτης) Quod ex myrto factum est:ut,Myrtidanum uinum.Plin.lib.15.cap.29.1.

¶Myrtaceus,Adiect. Cels.lib.7. cap.17, Quidam medium tumorem excidunt,ad similitudinem myrtacei folij.

¶Myrtatus,pen.prod. (μυρτωτὸς)Aliud adiectiuum,Idem: ut, Myrtatum obsonium. Plin.lib.15. cap.29.1. Et lib.12. cap.17. 6,Ladana myrtata deprehenduntur, crepitantq; in igne.

Myrtatum] à myrto,quòd eo largè fartum intestinũ crassum. Varr.lib.4.de ling.Lat.

¶Myrteus,Item adiectiuum, Idem(μυρτινὸς) Plin.lib.23.cap. 4.9,Similis & myrtei olei ratio,astringit,indurat,&c.

Serta myrtea.Tibul.lib.1.eleg.3.13.

Virga myrtea.Ouid.3.Amor.eleg 1.7.

¶Myrtinus,pen.cor.(μυρσινὸς)Similiter adiectiuum, Idem. Plin Oleo myrtino illi dum statim resoluitur.

¶Myrtetum,myrteti,pen. prod.(μυρσινὼν) Locus myrtis consitus.Plaut.Aulul.

Nescio qui seruus è myrteto prosiluit.Martial.lib.5.114. Myrtetis ociosis ordinata uilla.

Littora myrtetis lætissima.Virg.2.Georg.23.

¶Myrtites,pen.prod. (μυρτίτης) uinum eo modo dicitur quo Aromatites.Colum.lib.12.cap.38 1, Vinum myrtiten ad tormina sic facito.Plin.lib.30.cap.7.2.

¶Myrtuosus, penult.prod. Adiectiuum. Plin lib.12.cap.13.2, Frutice myrtuoso,palmi altitudine.

Mys] Myos(μὺς) nomẽ fuit cælatoris,qui claruit argento cælando.Martial.lib.8.50,

Quis labor in phiala docti Myos,ánne Myronis?

Mys] huius myos, m.g. In mari testudo,mus aquatilis, qui & mus marinus, & lutatus testudo dicitur. Item,piscis genus ex ostrea est.Plin.lib.37.cap.11.

Mysia] μυσία,Regio Hellespontiaca,à Mysis dicta,qui è Thracia illuc migrauerunt:quæ subdita fuit Telepho. Est & alia Mysia post Macedoniã, quæ affinis Hadriatici, usq; ad Ponticũ extenditur mare.Ptolemæus duplicem Mysiam facit,Maiorẽ & Minorẽ,& utranq; extra Bithyniam in Asia posuit, non procul ab Ida. Mysos alij Thraces,alij Lydos fuisse dixerũt. Et quoniã Lydi fagum acetosam (quæ multa nascitur in Olympo) Mysam uocauêre, ab eo Mysos dictos putarunt, quibus sermo fuit ex Lydo Phrygioq; permistus. De Mysia meminit Cic.in Orat.13.Et pro Flacco, 51.Claud.7. Pan.11,

Quum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris. Seruius in 1. Georg. Mysia prouincia est: Mœsia uerò, ciuitas haud longè à Troia: quam magis debemus accipere propter Gargara montes Phrygios.

Mysorum postremus.Strabo Geographiæ lib.12.refert,Mysorum populum usqueadeò contemptũ fuisse,ut prouerbio locũ fecerit.Id usurpat M.Tullius pro L.Flacco,51, Quid, inquit,porrò in Græco sermone tam tritum atq; celebratũ est, quàm siquis despicatui ducitur,ut mysorũ ultimus esse dicatur?Idem ad Qu.fratrẽ,lib.1.1.29,Nisi me fortè Paconij nescio cuius hominis, ne Græci quidẽ, at Mysi,aut Phrygis potius querelis moueri putas. Nimirũ gentis eius contemptum declarans. Summum itaq; despectum & infimam humilitatem hoc adagio significabimus.Erasm.

Agmina Mysorum.Horat.Epod.17.2.

Mysomacedones] μυσομακεδόνες,Populi sunt Asiæ in tractu maioris Mysiæ, à Macedonibus oriundi:unde & nomen habent.Meminit horum Plin.lib.5.cap.29.

Mysterium]

Digitized by Google

Mysterium] *mysterij (μυστήριον)* Arcanum Latinè dicitur, *uel sub quo arcani aliquid latet: quodq; non perficitur, nisi occulta aliqua sacrorũ ratione. res arcana occultaq;: quæq; nefas est uulgò offerre. Erant enim mysteria, sacra arcana, quæ Latini secluſa uocant. Hæc aũt duorum generum erant apud Eleusinen terræ Atticæ: magna, quæ Cereri sacra erãt: & parua, quæ Proserpinæ: in quibus quæ agebantur, sacerdotes summo silentio occultabant. Cic. ad Attic. lib. 4. 87. 2, Neq; enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlata non sint, nihil ea res nos offensura sit: quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librarijs quidem ferè committamus.*

*Aperire mysteria.* Cic. 4. Tusc. 88.

*Enunciare dicendi mysteria.* Cic. 1. de Orat. 103.

*Referre mysteria.* Cic 3. de Orat 43.

*Quæ tradantur mysterijs reminiſci.* Cic. 1. Tusc. 46.

*Tacitum tanquam mysterium tenere aliquid.* Cicero 3. de Oratore, 37.

*Mysteria etiam erant quædam festa, ut uidetur apud Ciceronem, ad Atticum, lib. 5. 110. 19. Et lib. 6. 112. 7, Faciesq; me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem.* Vide Incido, pen. corr.

¶ *Mysta, mystæ (μύστης)* Sacra diſcens, *mysteriorum peritus diſcipulus, initiatus ſacris alicuius nummis.* Seneca Herc. fu. rent. 19. 4,

Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystæ.

¶ *Mystagogus*, pen. prod. *(μυσταγωγὸς)* Princeps ſacrorum. Cic. 6 Verr. 116, Itaq; Iudices, *bi qui hoſpites ad ea quæ uiſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidq; oſtendere, quos illi mystagogos uocant, conuerſam habent iam demonſtrationem ſuam.*

¶ *Mysticus*, pen. corr. Adiectiuum *(μυστικὸς)* Arcanus: ut, *Myſtica ſacra.* Martial. lib. 8. 75.

*Furta mystica.* Ouid. 2. de Arte, 129.

*Sacra mystica.* Ouid. epiſt. 2. 9.

*Vitis mystica.* Tibul. lib. 3. eleg. 6. 1.

Mystillus] *μύστιλλος*, cocus eſt apud Martialem,

Si tibi Myſtillus coquus Aemyliane uocatur,
Dicetur quare non Taratalla mihi?

Mystus] Piſcis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. Belonius putat eſſe Vn barbeais, à miſtacibus.

Mythos] Latinè fabula.

¶ *Mythologia (μυθολογία)* Sermo ſeu ratiocinatio fabularum.

Mythridates] Vide Mithridates.

Mytilus] pen. corr. Piſcis eſt ex genere concharum, *in arenoſis potiſſimùm locis proueniens, cuius exuſti cinis cauſticam uim habet, non ſecus ac muricis.* Vide Plin. lib. 31. cap. 9. & lib. 9. cap. 51. Martial. lib. 5,

Sumitur inciſo myrtilus ore mihi.

Myus] *myuntis (μυῦς)* Vna ex duodecim Ioniæ urbibus, triginta à Mæandri oſtio diſtans ſtadijs, quam poſtea ob hominum paucitatem Mileſij incoluerũt. Author Strabo lib. 14.

Myxa] *myxæ*, Pituita è naribus fluens, qui & mucus dicitur, *μύξα*.

Myxon] *myxonis*, pen. prod. *(μύξων)* Mucoſus, hoc eſt, nares muco ſordida habens.

¶ *Myxon*, genus piſcis. Plin. lib. 22. cap. 7. Auribus utiliſſimum bati piſcis fel recens, ſed & inueteratum uino. Item banchi, quem quidam myxona uocant.

¶ *Myxos*, *μύξος*, Prominens pars lucernæ, ex qua proſertur ellychnium, quaſi ex naribus mucus. Martial. lib. 14. 41,

Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

N

CONSONANS Littera, quæ ſi primam dictionis ſyllabam incipiat, aliquando ſumit ante ſe literam G, ut Narus, Gnarus: Naeuus, Gnaeuus. Et ſi habuerit poſt ſe C, utplurimùm C mutatur in G, ut Quadringenti, pro Quadrincenti: Quingenti pro Quincenti. ubi uerò non fuerit, ſeruatur C, ut Ducenti.

N *literam poſtponebant ueteres frequentiſſimè uocalibus natura longis, ut pleriſq; ueterum inſcriptionibus appare, ubi legitur* Formonſus, Formonſe, Atlans, Gigans, Pallans, Thenſaurus. *Quod hac de cauſa factum exiſtimat* Pierius: *quòd mos ueteribus fuerit iſtiuſmodi uocalibus natura longis τὸν μακρὸν, ſignum ſuperaddere: qua nota, quantæ illæ eſſent, admonerentur: eamq; poſtmodũ imperitioribus ſeculis compendiariæ ſcripturæ apicẽ eſſe crediderunt. cœptaq; primò pro* N *proferri, mox & adſcribi: atq; ita ex formoſus, Formonſus: ex Theſaurus, Thenſaurus: ita ex Atlas, Atlans, & ſimilia in uſum prodiêre.*

N A

Nabathæa] *ναβαθαία*, regio eſt, *quæ ab Arabia incipiens, quam intra ſe continet, uſq; ad mare rubrum ex latere dextro, atq; ex ſuperiori parte in* Iudicum protenditur. Inde

¶ *Nabathæus*, pen. prod. Adiectiuum *(ναβαθαῖος)* Ouid. 1. Metamorph. 136,

Eurus ad Auroram Nabathæaq; regna receßit. Eadem olim mittebat elephantes, ut eſt author Iuuenalis.

*Flatus Nabathæi.* Lucan. lib. 4. 13.

Nabis] *huius nabis, f. g. (ναβὶς ποταμοπάρδαλις)* Animal. Plin. lib. 8. cap. 18. 4, Horum aliqua ſimilitudo in duo transfertur animalia: Nabim Aethiopes uocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus, unde appellata camelopardalis, Dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primùm uiſa Romæ. Ex eo ſubinde cernitur, aſpectu magis quàm feritate conſpicua: quare etiam ouis feræ nomen inuenit.

Nabius] Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius, Ptol. lib. 2. cap. 6. Narium dicit Mela.

Nablium] *nablij (ψαλτήριον)* Inſtrumentum muſicũ, quod aliàs pſalterium dicitur. Ouid. 3. de Arte, 66,

Diſce etiam duplici genitæ dia nablia palma
Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.

Nabriaſſa] *νέβριασα*, Ptolemæo lib. 2. cap. 4. alijs Nebriſſa bodie Veneria cognominata: Hiſpaniæ ciuitas eſt.

Nabuchodonoſor] Babylonis rex fuit, qui (inquit Origenes) gentibus innumeris propinauit mœroris potum, ſuperbè ac crudeliter, quod Domini fiebat uirtute, ſibi arrogantius aſcribens.

Naccæ] *appellantur uulgò ſullones, ut ait* Curiatius, *quòd nauci ſint, id eſt, nullius precij. Idem ſentit & Cincius. Quidam aiunt, quòd omnia ferè opera ex lana, naccæ dicantur à Græcis.* Feſtus. Vide Commentarios in Horatium, pag. 392.

Nactus] Vide Nanciſcor.

Næ] *Græca dictio (ναὶ)* Aduerbium affirmandi. Valde uel nimis aliquando ſignificat, *ut ait* Donatus. Terentius Andr. 2. 1. 26,

Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Idem Andr. 2. 1.

Sponſam

Sponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud mecum ſentit. Vbi Donatus, Næ, Valde. ut & Cicero 2. in Catil. 29, Næ illi uehementer errant. Senſus hic eſt, Non id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi. hoc eſt, Valde iſte, inquit, non mecum ſentit: id amat quod ego odi. Et paulo pòſt, Næ, Valde: aut, ut quidam uolunt, O quàm. Lucilius in 10,

Næ in arce bouem diſcerpſi magnificè, inquit.

**Næ**, Certè, utiq;, profectò. Cicero Curio, lib. 7. 31. 1, Incredibile quàm turpiter mihi facere uidear, qui his rebus interſim. næ tu uideris multo antè prouidiſſe quid impenderet. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 20,

Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, næ etiam rex. Cic. 6. Verr. 73, Næ iſta præclara nobilitas deſinat quæri populum Rom. hominibus nouis, &c.

**Nænia**] næniæ: uel Næniæ, næniarum (ἀπὸ τοῦ ναίειν, μονῳδίαι) Eſt (inquit Feſtus) carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo uerbo finem ſignificari putant. Quidam uolunt næniam ideo dici, quòd uoci ſimilior querimonia flentium fit. Quidam aiunt, næniæ ductum nomen ab extremi inteſtini uocabulo. Græci enim νῆνυ extremum dicunt: ſiue quòd chordarum ultima νήτη dicitur, extremam cantionis uocem næniam appellarunt. Nonius, Nænia ineptum & inconditũ carmen, quòd adducta precio mulier, quæ præfica diceretur, ijs quibus propinqui non eſſent, mortuis exhiberetur. Varro de Vita populi Rom. lib. 4, Ibi à muliere, quæ obtutum à uoce eſſet, perquàm laudari, deinde næniam cantari ſolitam ad tibias & fides. Hactenus Nonius. Cic. 2. de Legib. 98, Honoratorum uirorum laudes in concione memorentur, eaſq; etiam ad cantus ad tibicinem proſequantur. Cui nomen næniæ: quo uocabulo etiam Græciæ cantus lugubres nominant. Quintil. lib. 8. cap. 2.

**Næniam** quoq; deam ueteres coluêre, cui ſacellum extra portã Viminalem fuerat dedicatum, ut ait Feſtus.

**Soricina næni**a. Plaut. in Truculento,

Si tibi machæra eſt, nobis ueruina eſt domi,
Qua quidam te faciam, ſi tu me irritaueris,
Confoßiorem ſoricina næni**a**. Quo loco Turnebus, Soricina næni**a** non aliud quicquam uidetur eſſe, quàm cantiuncula quædam celebris de confoſſo ſorice, qui dum rodit, ſuo iudicio plerunq; confoditur. Proinde canebatur, Sorex ſuo iudicio confoſſus perijt: aut aliud quiddam ſimile.

**Puerorum næni**a. Horat. 1. epiſt. 1. 13.

**Næniam** pro Incantatione accipi dicit Porphyrio apud Horat. Epod. 17,

Caputq; Marſa diſſilire næni**a**.

**Nænu**] pro Non antiquis fuiſſe in uſu probat Nonius. Lucil. lib. 30,

Sed tamen hæc dicas, quid eſt nænu moleſtum eſt. Varr. Si hodie nænu uenis, cras quidẽ ſi ueneris, &c. Sic à pleriſq; nænu legitur ſine m. Alij Nænum ſcribunt. Vide ſuo loco.

**Næuia**] Mulieris nomen, á Næuo ſic appellatæ.

**Næuia** Sylua dicta iuxta urbem, quòd Næuij cuiuſdam fuerit. Feſtus.

**Næuius**] ναίβιος, Poeta comicus uetuſtiſſimus, cuius meminit Horatius 2. epiſt. 1. 11.

**Næuius**, epigramma ſibi poſuit plenum ſuperbiæ Campanæ. Author Gellius lib. 1. cap. 24. Varro autem in libro de Poetis, dicit eum ſtipendia feciſſe primo bello Punico, idq; bellum carmine ſcripſiſſe.

**Næuius Turpio**, Verris in omni calumnia præcurſor & emiſſarius: ut refert Cic. 7. Verr.

¶ **Næuianus**, pen. prod. Adiectiuum (ναιβιανὸς) Cic. de clar. Orat. 30, Illius autem ætatis qui ſermo fuerit, ex Næuianis ſcriptis intelligi poteſt.

**Næuianus laudator**. Cic. lib. 1. ad Atticum, Noſti caluum ex Næuianis illum laudatorem meum. In pleriſq; tamen libris ſcriptum eſt, ex Nanneianis: ſed mendum ſubolet, rectumq; uidetur, ex Næuianis. Reſpexit enim Cicero ad uerſum Næuij, cuius ita meminit in epiſtolis, Lætus ſum laudarier me, inquit Hector, opinor apud Næuium abs te pater laudato uiro. M. inquit Craſſius laudator ille meus, quem irridens caluum appellat, & laudatum uirum, ſimilemq; Næuiano laudatori, negocium tranſegit & confecit. Turnebus.

**Næuus**] næui, Corporis inſigne, ſeu genuina macula. Cic. 1. de Nat. deor. 107, At eſt corpori macula næuus: illi tamen hoc lumen uidebatur.

**Nullus in egregio corpore næuus erit**. Ouidius 5. Triſt. eleg. 14. 3.

**Nagnata**] Hyberniæ urbs inſignis, apud Ptolem. lib. 2. cap. 2. Magnata legimus in codice manu ſcripto.

**Nagnia**] Vilumbrorum urbs in Italia, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Prius Nequinum, hodie Narnia, uulgò Narni.

**Naiades**] pen. corr. (ναΐαδες, ναιάδες) Nymphæ ſunt fontiũ, uel fluminum.

**Aequoreæ Naiades**. Ouid. 14. Metam. 111.

**Chori Naiadum**. Ouid. 1. Faſt. 102.

**Dominæ undarum Naiades**. Stat. 1. Sylu. 5. 2. Nonnulli legunt, Naidas, quod à nominatiuo Naïs deſcendit: illud uerò à nominatiuo Naius.

**Heſperiæ Naiades**. Ouid. 2. Metam. 65.

**Puellæ Naiades**. Virgil. 10. ecleg. 2.

**Sorores Naiades** Silius lib. 6. 58.

**Vdæ Naiades**. Claud. 3. de raptu Proſerp. 4.

¶ **Naicus**, a, um: Propert. lib. 2,

Suppoſita excipiens Naica dona manu.

**Naim**] Ciuitas Galileæ, duobus millibus diſtans à monte Thabor.

**Nais**] huius Naidis, pen. corr. (ναὶς) nomen nymphæ aquaticæ, à νάω.

**Cærula Nais**. Stat. 3. Sylu. 4. 8.

**Candida Nais**. Virg. 2. eclog. 10.

**Lubrica Nais**. Stat. 1. Sylu. 3. 13.

**Nais**, item nomen fluuij, qui ex Tauro naſcens in Pontum mergitur.

**Nalcua**] ναλκύα, urbs Britanniæ Ptolemæo. Nunc uulgò dicitur Oßi fordæ.

**Nam**] γάρ, ὅτι, Coniunctio cauſalis, primum tantùm locum ſortitur. Terend. And. 2. 6. 27,

Quid nam hoc rei eſt? quid nam hic uult ueterator ſibi?
Nam ſi hic mali eſt quicquã, hem illic eſt huic rei caput.

**Nam**, non tam cauſam aliquando reddit, quàm ingreſſum rei ſignificat. Terent. And. 1. 1. 24,

Eo pacto & gnati uitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere in hac re te uelim.
Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia,
Liberius uiuendi fuit poteſtas, &c. Nam hîc non cauſam, ſed rei initium notat: Pamphili nempe uitam incipit deſcribere. Cic. in Bruto, Fabius Pictor fuit & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus, Quintusq; Fabius Labeo fuit ornatus iiſdem ferè laudibus. Nam Q. Metellus, is cuius quatuor filij Conſulares fuerunt, in primis eſt habitus eloquens, &c.

**Nam**, incipiendi uim habet. Verba ſunt Donati in illud prologi Adelph.

Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiuuare. &c.

**Nam**, pro Autem, uel ſimili diſcretiua ponitur. Cic. in Saluſt.

Nam

*nam quòd iſta inſitata rabie petulanter in uxorem & filiam meam, &c.*

Nam quid, ſiue Nam quis: pro Sed quid, uel Sed quis: id eſt, Quid autem, uel Quis autem? Terent. Eunuch. 5.2.58,

*—quam tu rem actura obſecro es?*
T. *Nam quid ita eſt?* Virg. 4. Georg. 90,
*Nam quis te iuuenum confidentiſſimè, noſtras*
*Iuſſit adire domos?* Cic. ad Marũ, lib. 7.1.30, *Nam quid ego te athletas putẽ deſiderare, qui gladiatores contẽpſeris?*

Nam profectò. Saluſt. in Catil.

Nam quia. Quintil. lib. 10. cap. 2, *Nam quia quædam ſunt inimitabilia, quibus, &c.*

Nam, pro Etenim. Cic. in Orat. 114, *Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt. Sic ſæpiſſimè* Cic. Budæus.

Namnitæ] ναμνῖται, Ptolemæo libro 2. cap. 8. alio nomine Nannetes dicti: quorum ciuitas Condiuincũ, uulgò Nantes.

Nanciſcor] *nanciſceris, pen. cor. nactus ſum* (τυγχάνω, κατα λαμβάνω, πειποιέομαι) nanciſci, Acquirere: cum homine autem iunctum, frequentiſſimè capitur pro Inuenire. Fit autem à Nancio, nancis, ſecundum Priſcianum. Nanciſci, inquit Donatus, propriè dicitur, qui paratus ad tenendum antè quàm poſſit repertre quod teneat, ſtatim quod occurrerit, prehendit. Plautus Rudente, 20.33,

*—ut nactus es, abi* Bono animò.

Aduerſarium nanciſci, Venerem, ueſtitum. Plaut. Capt. 2. 64. Idem Bacchid. 4.39. Terent. Eunuch. 3.58.

Belluas immanes nanciſcimur uenando. Cic. 2. de Natura deorum, 240.

Boni aliquid fortuiti nanciſci. Cic. 3. de Nat. deor. 136.

Cauſam moriendi ſe nactũ eſſe Cato gaudebat. Cic. 1. Tuſc. 116.

Fidem nacta. Ouid. 1. Faſt. 95.

Firmitatem nanciſci. Cic. Bruto, lib. 11. 12. 3.

Nacti ſunt hami. Plaut. Rud. 23. 45.

Hoſpitium. Plaut. Menæh. 9. 59.

Impudentiam. Plaut. Bacch. 252.

Malum. Terent. And. 5. 6. 3.

*—more hominum euenit, ut quod ſim nactus mali,*
*Prius reſciſceres tu, quàm ego, quod tibi euenit boni.*

Occaſionem. Cæſar 3. bel. Ciuil. 32.

Ocium. Cic. Appio Pulchro, lib. 4. 7. 1.

Aliquem ociosum. Cic. 1. de Fin. 22.

Piſces. Terent. Adelph. 3. 3. 67.

Poteſtatem. Saluſtius, Homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti.

Poteſtatem per ſcelus nanciſci. Cic. 3. de Nat. deor. 123.

Prædam nactus in agro. Ouid. 3. Metam. 122.

Nanciſcetur enim precium, nomenq; poetæ. Horat. de Arte, 61.

Sortem. Cic. 3. Verr. 73.

Spem. Cic. 3. Verr. 39, Quo quidem tempore Iudices, iſte ſpem maximam reliquorum quoq; peccatorum nactus eſt.

Spem maiorem aliquid impetrandi nanciſci. Cicero Cluuio, libro 13. 8. 8.

Tempora apta nactus. Ouid. 9. Metam. 115.

Nannium] Meretricula quædam fuit, proſcenium ut ſcribit Athenæus, cognominata, quòd ueſtium & auri cultu plurimo ſpecioſa uidebatur, cum exuta foret uel turpiſſima. Hæc item ſi Suidæ credimus, facetè dicta eſt Capra: quòd Thalli cuiuſdam cauponam ſacientis bona deglutiſſet, tanquam germina hœdis obijci ſolita in paſtum, quæ Thallos Græci uocant. Plaut. Amphit. 3. Alij legunt Nanium, ſimplici n.

Nanq;] γάρ, Coniunctio cauſalis, quæ ſecundo loco ponitur. ut, Ille nanq; ita, &c.

Nanq;, primo loco poſitum, pro Siquidem, certè. Terent.

*Nãq; eſt hæc anus à fratre egreſſa modò.* Virg. 1. eclog. 2,
*Nanq; erit ille mihi ſemper deus.* Cic. 1. de Orat. 50.

Nanq;, pro Verùm, aut Sed. Cic. 1. de Orator. 37, Nanq; illud quare Scæuola negaſti te fuiſſe laturum, &c.

Nanus] Adiectiuum (νάνος) teſte Gellio lib. 19. cap. 13. Græcum uocabulum eſt: quo antiqui uocauerunt breui corpore hominem, paululum ſupra terram extantem, quem Latinè pumilionem dicimus. Iuuenal. Satyr. 8. 4,

*—nanum cuiuſdam Athlanta uocamus.*

Nanum, inquit Feſtus, Græci uas aquarium dicunt, humile & concauum, quod uulgò uocant ſitulum barbatum. Vnde nani pumiliones appellantur.

Nanium] nanij (νάνιον) ſunt qui dicant diminutiuum eſſe factum à Comicis, pro muliere parua, ſicut Glycerium, & huiuſmodi. Plaut. Amph. 3. 91,

*Etiam hiſtriones nanio in proſcenio hic Iouem inuocauerunt.* Alij legunt nannio, duplici nn.

Napata] Napatorum (νάπατα) Aethiopiæ urbs eſt: olim Candaces reginæ regia. cuius meminit Strabo libro 17.

Napeæ] ναπαῖαι, Nymphæ ſunt fontium, ut Scribit Seruius. Faciles Napeæ. Virg. 4. Georg. 107.

Naphtha] naphthæ (νάφθα) Genus ueneni ex bitumine. Plinius libro 2. cap. 105, Similis eſt natura naphthæ: ita appellatur circa Babyloniam, & in auſtagenis Parthiæ profluẽs, bituminis liquidi modo. huic magna cognatio ignium, tranſiliuntq; protinus in eam undecunq; uiſam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura aras acceſſerat, corona igne rapta. Hæc Plinij uerba plurimũ afferunt lucis Horatio ſic ſcribenti,

*Hoc delibutis ulta donis pellicem*
*Serpente fugit alite.* Etſi iocatur allio, non naphtha imbutam fuiſſe coronam. Appellare uidentur Latini hoc genus bituminis liquidi, Oleum uiuum. Grattius,

*Vulcano condicta domus, quam ſubter eunti*
*Stagna ſedent uenis oleoq; madentia uiuo.* Turnebus.

Napithæ] νάπαιθοι, Populi in Scythia, quorum Caput uicus Napis: qui & Napatæ nominantur. Stephanus.

Napus] napi (βουνιὰς) Genus rapi obtuſioris & breuioris. Colum. lib. 2. cap. 10. 18, Napus deuexam terram amat & ſiccam. Vide Plinium lib. 20. cap. 4. 1.

Napellus] napelli, nomen habet à napi ſimilitudine. Eſt autem radix paruo napo ſimilis. Arabes nunc uulgò uocant Biſch.

¶Napina, Napinæ, pen. prod. Locus in quo ſeminantur napi. Colum. lib. 11. cap. 2. 53, Nanq; & napinæ, itemq; rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

Nar] νάρος, Fluuius, qui per urbem Narniam effluens, Tyberi immiſcetur. Vide Plinium libro 3. cap. 5. Eſt & alius hoc nomine qui à Danubio uidetur deriuari. Virg. 7. Aeneid. 104,

*Sulphurea Nar albus aqua.* Strabo hunc Naranẽ uocat.

Narane] fluuius Dalmatiæ, ab Epidauro non diſtans amplius centum millibus paſſuum.

Narbaſis] Vrbs æſtuaria in Hiſpania.

Narbo] ναρβών, Martius, Galliæ urbs, decumanorum colonia, XII. M. paſ. à mari diſtans. Plin. lib. 3. cap. 4. 2. Ab hac urbe nomen eſt inditum prouinciæ Narbonenſi. Auſonius in urbium catalogo,

Nec tu Martie Narbo ſilebere, &c.

Vulgò Narbona dicitur. Cic. pro Font. 2, Eſt in eadem prouincia Narbo Martius, &c.

Narbonenſis] ναρβωνηνσία, prouincia, ut ait Plinius libro 3. cap. 4. appellatur pars illa Galliarum, quæ interno mari alluitur: Bracchata antè dicta, à ueſtium habitu: quũ reliqua, à nutriendi capilli ſtudio Comata diceretur quanquam ſunt qui

Digitized by Google

qui toti id nomen Galliæ tribuant. Amne Varo ab Italia & Alpibus discernitur: à reliqua uerò Gallia, montibus Cebenna & Iura: agrorum cultu, uirorum morumq; dignatione, an: plitudine opum nulli prouinciarũ postferenda. Hactenus Plinius. De hac uide Melam libro 2. cap. 5. & Strabonem lib. 4.

Narcæus] νάρκαιος, Filius fuit Dionysii & Physcoæ, qui bello clarus Palladis Narcææ templum excitauit. Nam sæpe à templorum conditoribus, dijs ueterum adoptabantur cognomina. Author Cælius lib. 13. cap. 34.

Narcissus] Claudij libertus fuit, potentia formidolosus: qui quum quandoq; missus esset à Claudio, ut milites tumultuantes sedaret, suggestumq; uelut concionaturus conscendisset, hominis indignitatem molestè ferentes militum plures, id inuulgatum succlamarunt, ἰὼ σατυρνάλια, id est, Saturnalicus dies, quoniam dominorum habitu tunc prodeant serui. Author Dion. Fuit & Narcissus, nomen fluuij.

¶ Narcissus, narcißi (νάρκισσος) Flos apud Italos frequentißimus, nostris autem minus cognitus. Plin. lib. 21. cap. 5. 3. & cap. 19. 5, Narcißi duo genera in usu medici recipiunt: unũ purpureo flore, & alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem, & ideo uomitorium, aluosq; soluentem, neruis inimicum, caput grauantem. Et à νάρκη narcissum dictum, nõ à fabuloso puero. Vtriusq; radix mulsei saporis est. Virgil. 8. eclog. 96,

——narcisso floreat alnus.

Lachryma narcißi. Virg. 4. Georg. 32.

Purpureus narcissus. Virg. 5. eclog. 8.

Sera comans narcissus. Virg. 4. Georg. 25.

Narcissinus] pen. cor. Adiectiuum (νάρκισσινος) ut, Narcissinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 19. 6. Et hoc flore fit narcißinum oleum ad emolliendas duritias.

¶ Narcißites, pen. prod. (νάρκισσίτης) Gemma appellata est, quæ narcißi colorem habet, uenis hederæ distincta. Huius meminit Plin. lib. 37. cap. 11.

Narcissus] νάρκισσος, fertur filius fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes nymphæ: qui quũ pulchritudine præstaret, à multis nymphis amatus est. Et quum nimio desiderio potiundæ nymphæ contabuisset, mutatus est in florem sui nominis. Ouid. 3. Metam. 74. Et Stat. 7. Thebaid.

Narcotica] νάρκωτικὰ, Medici neoterici appellãt medicamẽta, quibus stupor conciliatur, ac torpor, aduersus sensum doloris ac cruciatum. ἀπὸ τῆς νάρκης, quod stuporem significat.

Nardus] nardi, fœm. gen. & Nardum, n. g. (νάρδος) Frutex est (inquit Plinius lib. 12. cap. 12.) graui & crassa radice, sed breui, ac nigra, fragiliq;, quamuis pingui, situm redolente ut cyperi, aspero sapore, folio paruo densoq;. cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Hebraicè uocatur Nerd. Vulgus nostrum uocat spicam nardi. Est enim & alia nardus celtica, quam eandem esse cum nostra lauandula putat Barbarus. Plin. lib. 21. cap. 6. 2, Baccar quoq; radicis tantùm odoratæ est, à quibusdam nardum rusticum appellatum.

Achæmeniæ nardo perfundi. Horat. Epod. 13. 2.

Assyria nardus. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.

Lenis nardi aristæ. Ouid. 15. Metam. 80.

Nardus, & Nardum, pro unguento nardino. Tibul. libro 2. eleg. 2,

Illius puro distillent tempora nardo. Puro, id est, non adulterato. Sic lib. 1. eleg. 7. dixerat,

Illius & nitido stillent unguenta capillo,
Et capite & collo mollia serta gerat. Veteres enim epulabantur unguentati. Horat. lib. 2. Carm. ode 11,

Cur non sub alta uel Platano, uel hac
Pinu iacentes sic temerè, & rosa
Canos adorati capillos,
Dum licet, Assyriaq; nardo
Potamus uncti? Quemadmodum rosa dixit, pro rosaceo: sic nardo, pro nardino.

Perunctus nardo. Horat. Epod. 5. 13.

Nardinus] pen. cor. Adiectiuum (νάρδινος) Quod nardum redolet, uel quod potius nardi saporem habet. Plin. lib. 15. cap. 15, Pyra ab odore myrapia, laurea, nardina.

Vnguentum nardinum, Ex nardo uel spica nardi factum. Plin. lib. 13. cap. 1. 11.

Narica] naricæ, authore Festo, Genus est piscis minuti. Plaut. Muriaticam uideo in uasis stanneis, naricam bonam & canatam, & taguma, quinas fartas conchas piscinarias. Naticẽ (inquit Festus) piscem leges apud antiquos per t, non per r: & uidetur à natando dictus.

Naris] huius naris, fœ. gen. (ῥὶς) Nares propriè nasi latiores partes, in quibus sunt spiracula, à naritate, inquit Donatus, quæ nos adoratu docent præstò & propè esse, quod adhuc oculi non uident. Plin. lib. 11. cap. 2. 84, Item, omnium auriculæ ac nares quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangerentur. Festus, Nares appellari putant, quòd per ea nasi foramina odoris cuiusq; gnari simus. Melius dici à Græco per inuersionem literarum, ut Latinis consuetum est ῥῖνες, nares: ut μορφὴ, forma: & τίθημι, tener, & multa huiusmodi.

Rectè sursum sunt nares, quòd odor omnis ad supera fertur. Cic. 2. de Nat. deor. 211.

Acutæ nares. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 6.

Adiunctis naribus spiritu os augetur. Cicer. 2. de Natura deorum, 201.

Aduncæ naris spiramina. Lucan. lib. 2. 37.

Balba de nare locutus. Persius Satyr. 1. 4.

Caua naris. Ouid. 1. de Arte, 105.

Compressæ nares. Lucret. lib. 6. 240.

Emunctæ naris durus componere uersus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 2. de Lucilio. Porphyrio refert aduersus, appellans uersus emunctæ naris, elegantes & decentes. Acron refert ad Luciliũ, interpretaturq; sapientem: quia econtrariò, inquit, mungosum stultum appellamus. Emunctæ igitur & purgatæ naris dicetur is, qui nasum emunctum & non mucosum habet. Porrò qui nares purgatas habet, acrius olfacit, & clarius loquitur. unde facilius potest alienorũ uitiorum fœtorẽ ac graueolentiã indagare, & liberius arguere. Adde, quòd mucosos non nisi emuncti solent irridere.

Geminæ nares. Virg. 4. Georg. 60.

Obesæ naris iuuenis, Qui nihil olfacit: hoc est, stupidus. Horat. Epod. 12. 1.

Obsessæ nares igni. Silius lib. 7. 72.

Patulis captauit naribus auras Bucula. Virgilius 1. Georgic. 76.

Pilosæ nares. Iuuenal. Satyr. 14. 20.

Remissæ nares à fronte. Ouid. 14. Metam. 19.

Resimæ patulæq; nares. Vide Patulus.

Sagaci nare sentire aliquid. Lucan. lib. 7. 168.

Truncæ nares inhonesto uulnere. Virg. 6. Aen. 100.

Tumidæ nares. Valer. 1. Argon. 46.

Admouere aliquid ad nares. Cic. 3. Tusc. 73.

Corrugare nares. Horat. 1. epist. 5. 5.

Ducere naribus succum. Cic. 1. de Diuin. 26.

Indulgere naribus, irridere, subsannare: quod & naso suspendere aduncо dicitur. Pers. Satyr. 1. 5.

Infundere in naribus. Vide Infundo.



Digitized by Google

Infundere per nares. Vide Infundo.
Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6. 159.
Patent nares propter necessarias utilitates. Cicero 2. de Natura deor. 217.
Aurus reducere naribus. Lucret. lib. 4. 201.
Tauri spirantes naribus ignem. Virg. 2. Georg. 28.
Vti naribus. Horat. 1. epist. 20. 9.
Narium tædia & graueolentiam emendat succus hederæ. Plin. lib. 24. cap. 4. 10.

Naritia] Vide Narycium.

Narna] uel Narnia (ναρνία) authore Strab. lib. 5. Vmbriæ ciuitas, per quam Nar labitur: à quo & nomen accepit. Silius lib. 8. 91,

Hispellum, & duro mõti per saxa recumbens Narnia.

Narnienſis tribus] Vide Tribus.

Narona] νάρων, Fluuius Dalmatiæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Melæ Nar dicitur. hodie Narenta.

¶ Narona, pen. prod. Liburniæ oppidum, Oppositum Naroni fluuio, unde & nomẽ accepit, à Salona LXXII. M. paſs. distans. Author Plin. lib. 4. cap. 22.

Narro] narras (διηγέομαι, ἀφηγέομαι, ὑφηγέομαι, ἱστορέω, προσφέω) narrare, Dicere, recitare. Donatus, Narrare aliena, & quæ nobis non sunt necessaria, dicimus. Terentius Eunuch. 5. 5. 28,

Tu isti narrato omnem rem ordine ut factum siet. Idem Andr. 3. 1. 8.

Bonum ingenium narras adolescentis.

Quid narras. Admirantis uox, non interrogantis, inquit Donatus. Terent. Adelph. 4. 2. 19,

Quid (malùm) bone uir mihi narras? equidem perij. Idem Phorm. 1. 2. 86.

Opinor narras? Terent. Andr. 2. 2. 30.

Non opinor Daue. D. opinor narras? non rectè accipis, Certares est.

Quas mulieres narras? Plaut. Trucul. 6. 29.
Narrare de. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. 1, Alteram qua Crassi libertum ais tibi de mea solicitudine macieq; narrasse.
Nauita de uentis, de tauris narrat arator. Propert. libro 2. eleg. 1. 9.
Malè narrare de aliquo. Cic. Attic. lib. 16. 338. 3.
Casum aliquem narrare. Ouid. 18. Metam. 145.
Fabellam narrare surdo asino. Horat. 2. epist. 1. 40.
Iucunde aliquid de aliquo narrare. Vide Iucundus.
Memoriter narrare. Vide Memor.
Ordine narrare. Vide Ordo.
Peræquè narrare. Vide Peræquus.
Pericula sua narrare. Propert. lib. 2. eleg. 29. 1.
Singula narrare. Ouid. epist. 6. 8.
Stomachum narrare. Plin. epist. 194.
Suspiciosè aliquid narrare. Quint. lib. 4. cap. 2. 58.
Vulgò narrare aliquid. Horat. 1. epist. 13. 4.
Narrauit ut. Plaut. Amph. 8. III. Terent. Hecyr. 1. 2. 70,

Narratq; ut uirgo à se integra etiam tum siet.

Narra mihi, reges Armenij patricios salutare non solent? Cic. ad Attic. lib. 2. 22. 2.
Narro tibi, planè relegatus mihi uideor, posteaquam in Phormiano sum. Cic. ad Attic. lib. 2. 26. 2. id est, dico.
Narrauit antiquitas. Vide Antiquus.
Narrat epistola. Plaut. Pseud. 15. 50.
Rumor narrat. Martial. lib. 3. 45.
Narrant, pro Dicunt. Plin. lib. 11. cap. 37. 17, Solui enim pericula & metus narrant.
Lux, breuitas, fides, consilium, & occulta calliditas narrandi. Quint. lib. 2. cap. 5. 5.

Tempora narrando fallere. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 3.
¶ Narratus, pen. prod. (διηγηθείς) Participium: ut,
Fabula narrata est. Ouid. 3. de Ponto eleg. 2. 20.
Narrata uulgò. Plin. lib. 11. cap. 52. 2.
Magicis narrati artibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 71.
¶ Narratus, huius narratus, pen. prod. narratui (διήγημα) Ouid. 6. Metam. 10.

—ueniet narratibus hora
Tempestiua meis.

¶ Narraturus, pen. prod. Participium (διηγησόμενος) Stat. 3. Sylu. 3. 42,

Verbaq; dilecta fert narraturus Hetrusca.

¶ Narratio, Verbale (διήγησις, ἀφήγησις) Est rerum gestarũ, aut perinde ut gestarum expositio. Cic. ad Attic. lib. 6. 113. 4, Is multis nominibus in Trophonana Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quòd, &c.
Aperta atq; dilucida narratio. Quint. lib. 4. cap. 2. 26.
Narratio, Est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. Cic. in Partit. 18.
Aperta, breuis, & uerisimilis narratio. Cic. 2. de Orat. 45.
Arida & ieiuna narratio. Quint. lib. 2. cap. 4. 3.
Constricta, an latius fusa narratio: continua, an diuisa: recta, an ordine permutato: causæ docebunt. Quintil. libro 2. capite. 13. 4.
Credibilis narratio. Quint. lib. 4. cap. 2. 38.
Credibiles, non historico, sed propè quotidiano sermone dilucidè explicatæ narrationes. Cic. in Orat. 68.
Obscura narratio totam obcæcat orationem. Cicero 2. de Orator. 179.
Gracilitas pressæ narrationis. Quint. lib. 4. cap. 3. 2.
Sinuosa narratio. Quint. lib. 2. cap. 4. 3.
Amputandæ narrationes. Vide Amputo.
Dicere narrationem. Quint. lib. 2. cap. 20. 8.
Exponere narrationem. Cic. in Orat. 121.
¶ Narratiuncula, pen. corr. diminut. (διηγημάτιον) Quint. lib. 1. cap. 9. 5, Narratiunculas à poetis celebratas, noticiæ causa, non eloquentiæ tractandas puto.
¶ Narrator, pen. prod. Verbale (διηγητὴς) Cicero 2. de Orat. 29, Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.
Faceti narratores & imitatores. Cic. 2. de Orat. 121.
¶ Narrabilis, & hoc narrabile, pen. corr. Adiect. (διηγητὸς) Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 12,

Lingua file: non est ultrà narrabile quicquam.

¶ Narses (ναρσὴς) Eunuchus, Iustiniani principis cubicularius: bibliopola prius: deinde ob animi uirtutem patriciatu honore auctus, uir religione pietateq; præditus. De quo uide apud Volaterranum.

Nartes] Populi in Vmbria regione Italiæ, qui aliàs Interamnates dicuntur: teste Plin. lib. 3. cap. 14.

Narthex] huius narthecis, pen. prod. m. g. (νάρθηξ) Græcis, ferula Latinis. Vnde narthecia, alia ferulæ species, priore minor, quasi humilis ferula. Plin. lib. 13. cap. 22. 4, Ferula cælidis nascitur locis, atq; trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius genera: nartheca Græci uocant, assurgentẽ in altitudinem, nartheciam uerò semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, ut quæq; terræ proxima. Cæterò natura eadem quæ anetho, & fructui similis.

¶ Narthecophori (νἀρθηκοφόροι) dicebantur olim, qui Bacchi sacris initiati ferulam ferebant. Vnde Plato lib. de Anima prouerbium fecit in eos qui sanctitatem prætendunt, uitijs omnibus inquinati, cum ait, Narthecophori quidem multi, Bacchi uerò pauci, id est, Religionẽ sanctitatemq; prætendunt quidem plures, sed quotusquisq; scopum pertingit, aut induit

induit perfectionem: passim quidem uocantur omnes, electorum tamen mira paucitas. Vide Cælii lib.7.cap.13. qui hoc pluribus explicat.

¶ Narthecium, narthecij (ναρθήκιον) Pro repositorio medicamentorum ponitur, etiamsi ex alia materia fuerint facta: quòd id genus ligni accommodatum sit ad seruanda medicamenta. Cic.2.de Fin. 38. Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promant, &c. Martial. libro 14. 83,

Artis ebur medicæ narthecia cernis habere Munera.

Narthecusa] ναρθήκουσα, Insula est in mari Carpathio: cuius meminit Plin.lib.5.cap.31.

Narycium] Oppidum Locrorum uetustißimum, unde Aiax fuit: & Narycij populi, de quibus Virg.3.Aeneid.80,

Hic & Narycij posuerunt mœnia Locri.

Abundant autem pice optima: ut testatur Virgilius 2. Georgic. 82,

Naryciæq; picis locus.

Nasamones] pen.prod. Populi sunt in Libya, iuxta Syrtes, spolijs naufragorum uiuentes, ut scribit Herodotus lib. 4. Lucan.lib.9.88,

Hoc tam segne solum, ratas tamen exerit herbas,
Quas Nasamon gens dira legit, &c. Plinius libro 5. capite 5.3, In ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Græci appellauêre ab argumento loci, medios inter arenas sitos.

Aequoreus Nasamon. Silius lib.3.65.
Pauper Nasamon. Lucan.lib.9.92.
Semihomines Nasamones. Silius lib.11.36.

¶ Nasamonius, Adiect. (νασαμώνιος) Silius lib.7.123, Nasamonius Idmon.

Nemus Nasamonium. Senec. Herc. Oeth.13.8.

¶ Nasamoniacus, pen.cor. (νασαμωνιακὸς) Aliud adiect.

Agri Nasamoniaci ditißimus. Ouid. 5. Metam.26.
Rex Nasamoniacus. Stat.4.Sylu.6.15.
Triumphi Nasamoniaci. Silius lib.16.126.

Nasamonites] pen. prod. Gemma sanguinea, nigris uenis aspersa. Plin.lib.37.cap.10.

Nasatus] Vide Nasus.

Nascor] nasceris, pen.cor. natus sum (γενάομαι) nasci, Notã habet significationem.

Nasci equinis pedibus. Plin.lib.4.cap.13.5.
Nasci in pedes. Plin.lib.10.cap.53.4.
Nasci & in lucem edi. Cic.1.de Legib.23.
Natus ex. Terent. Heaut.5.47,

Ita mihi atq; huic sis superstes, ut ex me atq; hoc natus es.

Natus ex ea familia. Terent. Adel.3.1.10.
Patre claro natus. Horat.1.Serm.Satyr.6.11.
Patre certo nasci. Cic.pro Rosc. Amer.26.
Illa matre natus. Liuius 1.ab Vrbe,10. Cicero 3.Tusc. 44, Penelope natus.
Iusta uxore nasci. Cic.1.Tusc.132. Vide Iustus.
Summo genere natus. Plaut. Cistel.2.19. Cicer. 7. Verr.141, Natus genere nobili. Et ad Brutum, lib.11.22.4, Natus summo loco.
Dea natus. Virg.1.Aeneid.118.
Humana matre natus. Plaut. Amph.3.28.
Natus malè uolente genio. Plaut. Bacch.14.4.
Natus de. Plaut. Capt.6.27,

Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio.

De pellice natus. Ouid.2.Metam.94.
Nata res extempore. Cic.1.de Inuent.36.
Inter agros & armenta natus. Tibul.lib.2.eleg.1.14.
Natus Athenis. Plaut. Rudente, 18.32.
Natus ibidem. Plaut. Pœn.14.80.
Natus in Apulis. Plaut. Milit.10.53.
Natus & oriundus differunt. Liu.4.bel.Pun.24, Hippocrates & Epicides, nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis, exule auo.
Natus animo leni. Terent. Hecyr.2.2.28.
Natus cum uirtutibus. Plaut. Rud.9.16.
In dedecore natus Verres. Cic.5.Verr.48.
Sine crimine natus: id est, non ex adulterio, incestu, amore meretricio. Ouid.3.Amor.eleg.4.8.
Per scelera natus. Senec. Agamem.13.7.
Natus ad. Cic.pro Sestio, 77, Nam quid ageret uir ad dignitatem & gloriam natus? Terent. Heaut.3.1.12,

At ego profectò ingenio egregiè ad miseriam
Natus sum.

Ad arma natus. Ouid.4.Trist.eleg.9.4.
Ad bella natus. Cic. pro lege Manil.29.
Ad facinus prædamq; natus aliquis. Cic.11.Philip.317.
Ad dicendi singularem quandam facultatem natus Crassus. Cic. pro Corn.Balbo,2.
Ad furta nata manus. Ouid.13.Metam.23.
Ad hoc unum natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet uni aliquis. Cic.in Orat.53.
Ad honestatem natum genus hominum. Cic.in Partit. 49.
Ad iugum natæ boum ceruices. Cic.2.de Nat.deor.237.
Ad iusticiam nos esse natos intelligere, nil præstabilius. Cicero 1.de Leg.42.
Nati, suscepti, & instituti ad laudem & decus sumus. Cicer. 5. de Finib.112.
Natus atq; aptus ad alterius libidines flagitiosas. Ci.4.Ver.93.
Ad societatem & communitatem generis humani nati sumus. Cic.4.de Finib.7.
Ad omnia summa natus Pompeius. Cic.de clar. Orat.129.
Deorum beneficio ad hæc tempora natus Cæsar. Cicer.12.Philipp.324.
In miseriam nasci. Cic.1.Tusc.15.
In ocia natus. Ouid.15.Metam.143.
In spem nasci. Liu.6.bel. Pun.34.
Scyphi nati in usum lætitiæ. Horat.1.Carm.ode 27.1.
Foro & multitudini nata eloquentia. Cicero de claris Oratoribus. 156.
Imperio huic natus. Cic.pro Cælio,46.
Nata gens instaurandis, reparandisq; bellis. Liuius 4.bel.Punic. 192.
Literis nati Græci. Cic.3.de Orat.72.
Laudi natus. Cic.pro Sest.12. Terent. Adelph.4.2.6,

—nequeo satis decernere:
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miserijs.

Suis commodis natus. Cic.pro Cluentio,33.
Patriæ, non sibi natus Cato. Cic.pro Murena,75.
Ita nati sumus, ut & blãdiri & suppliciter insinuare ijs à quib. esset petendum, & aduersarios minaciter terrere posßimus. Cic.1.de Orat.45.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Horatius 1. epistol. 2. 6.
Annos quinq; natus. Plaut. Milit.10.35. Cic.de Sen.13, Mortuus est (quum ego quinq; & sexaginta annos natus, legem Voconiam uoce magna & bonis lateribus suasissem) annos septuaginta natus: tot enim uixit Ennius.
Annos ad quinquaginta natus. Cic.pro Cluentio,88.
Annos natus unde octoginta. Horat.2.Serm.Satyr.3.24.
Nata herba ad spem fœniseciæ. Varr. 1. de Re rustica, capite 47.
Copiosißimè nasci. Vide Copia.

Lentè nasci. Vide Lentus.
Bene natus ager. Varro 3. de Re rust.
Alni nascuntur crassis paludibus. Virg. 2. Georg. 23.
Poma nascuntur per annos continuos. Ouid. de Nuce, 5.
Nascuntur dissidia, facinora, oratio, &c. Donatus, Natum dicitur de rebus repentinis. Cic. de Amic. 33, Magna etiam dissidia, & plerunq; iusta nasci. Plaut. Milit. 6.10,
Nescis tu fortasse apud nos facinus quod natũ est nouũ.
Terent. Adelph. 5.3.19,
Nunc demum isthæc nata oratio est.
Nasci & proficisci. Cic. pro Quintio, 58.
Nasci & Occidere, contraria. Cic. in Oratore, 6.
Exoriri & nasci, Extingui atq; opprimi, contraria. Cicer. 2. de lege Agrar. 88.
Oritur ex se, & sua sponte nascitur amor. Cic. 2. de Finib. 125.
Nascitur argumentum. Cic. ad Tironem, lib. 16.22.5, Scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumẽtum, hoc est, ut inde sumam argumẽtum ad te scribendi.
Natus error. Cic. 1. de Fin. 49.
Exordium nascitur. Cic. 1. Tusc. 14.
Historia maxima nascitur de nihilo. Propertius libro secundo, eleg. 1.4.
Malum nascitur. Cic. 7. Ver. 27.
Ex cupiditatibus odia nascuntur. Cic. 1. de Fin. 69.
Opinio nascens. Cic. filius ad Tironem, lib. 16.21.4.
Maior rerum mihi nascitur ordo. Virg. 7. Aeneid. 9.
Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Cic. 2. Offic. 22.
Sententia nata. Cic. 2. de Fin. 59.
Voluptas nata. Lucan. lib. 2. 79.
Ventus nascitur. Cic. 4. Acad. 181.
Auster nascitur. Virg. 3. Georg. 56.
Natus ex se. Cic. 5. de Fin. 22. Sed ita degenerant, ut ipsi ex se nati esse uideantur.
Procreatus sum paruus à parentibus, à uobis natus sum Consularis. Cic. post reditum ad Quirites, 3.
¶ Nascendo. Ouid. 4. Fast. 130,
Agnáq; nascendo sæpe necabat ouem.
¶ Nascens, Participium (πεφυκώς) ut,
Athenis non nascentibus, sed iam adultis fuit Thucydides. Cic. de clar. Orat. 13.
Fraga nascentia humi. Virg. 3. æclog. 19.
Laus nascens. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 25.
Luna nascens. Horat. 3. Carm. ode 23. 1.
Poma nascentia. Ouid. 14. Metam. 153.
Puer nascens. Virg. 4. eclog. 2.
Sol nascens. Senec. Hippol. 3. 3.
Tempora nascentia. Ouid. 1. Fast. 34.
Vuæ nascentes. Ouid. de Nuce, 6.
¶ Natus, nati (γενὼς, γενοῦς) Substantiuum, pro filio. Virg. 1. Aeneid. 134,
Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis. Natorum appellatio, inquit Modestinus, ad nepotes extenditur. Quintil. lib. 4. cap. 2, Vxorem duxi, natum sustuli, filium educaui. Vbi fortè legas, Filium sustuli, natum educaui. Vt sit sensus, postquam natus est.
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. Virg. 3. Aen. 20.
Charitas quæ est inter natos & parentes, dirimi nisi detestabili scelere non potest. Cic. de Amic. 27.
Parui nati. Horat. 3. Carm. ode 5. 8.
Natus aliquando assumit g, & dicimus gnatus.
Nati de pullis equarum. Columell. libro 6. cap. 27, Id præcipuè genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit.

¶ Nata, natæ (γενεήλιαι) Filia.
Maxima natarum Priami. Virg. 1. Aen. 132.
Dulcis nata. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 40.
Auellere natam complexu matris. Catul. in Carm. Nupt. 57. 4.
¶ Natu (ἡλικίᾳ) ut, Maior natu: nõ nisi in ablatiuo reperitur, & cum adiectiuis, magnus, paruus, & grandis iunctum. Terent. Adel. 5. 4. 27,
Id mea minimè refert, qui sum natu maximus. Cic. de Senect. 9, Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum.
Minor natu. Vide Minor in Paruus.
Minimus natu. Vide Minor in Paruus.
Maxima natu. Virg. 5. Aen. 129.
Grandis natu. Horat. 1. epist. 7. 10.
Grauior natu animus. Terent. Heaut. 4. 1. 32.
¶ Natio, nationis (ἔθνος, φῦλον) Est, authore Festo, genus hominum qui non aliunde uenerunt, sed ibi nati sunt. Plinius libro 12. capite 25. 10, Colos in quacunq; natione præferuntur ruffis.
Seruituti natæ Iudæorum & Syrorum nationes. Cicer. de Prouinc. Consul. 8.
Natione Macedo. Plin. lib. 35. cap. 10. 11.
Acerrimæ nationes. Cic. de Prouinc. Consul. 26.
Bellicosa natio. Vide Bellum.
Cumulata natio. Vide Cumulo.
Erudita illa Græcorum natio. Cic. 2. de Orat. 11.
Exteræ nationes & gentes. Cic. pro Fonteio, 21.
Inanes & barbaræ nationes. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 41.
Cognomine nationis magis suæ, quàm generis uti. Cicero pro Cluentio, 57.
Coniungere nationes. Vide Coniungo.
Conquassare nationes. Vide Conquasso.
In pecoribus quoq;, inquit Festus, bonus prouentus bona natio dicitur.
Hominis natio. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 20. 1.
Nationes mellis. Plin. lib. 22. cap. 24. 3, Mellis causas atq; differentias nationesq; & iudicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus.
Nationes resinæ. Plin. lib. 24. cap. 6. 10, Resinam è supradictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione uini, ac postea in arboribus.
Natio, pro Ordine & societate, & genere hominum. Cic. pro L. Murena, 63, Quid si illa officiosissima, quæ neminẽ patitur non honestè in urbem intrroire, tota ratio candidatorum? Idem pro P. Sestio, 83.
In natione hominum genus consideratur. Cic. 1. de Inuent. 51.
Gentiles nationes. Tacit. lib. 11.
¶ Natio (γενετὴ) Nomen deæ. Cic. 3. de Nat. deor. 63,
Quòd si tales dij sunt, ut rebus humanis intersint, Natio quoq; dea putanda est, cui, quũ fana circuimus, in agro Ardeati rem diuinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nominata est.
Natalis] pen. prod. m. g. uel Natale, n. g. & hoc Natalitium, (γενέθλιον) sumitur pro die quo quis natus est. Cic. Atti. lib. 7. 125. 3, Sed de Formiano Tarracinam pridie Calend. Ianuarias: inde Põtinum summam: inde Albanum Pompeij. ita ad urbem 111. Nonas, natali meo. Virg. 3. eclog. 16,
—meus est natalis Iola. Plin. lib. 4. cap. 7. 3, Et musis natale in nemore Heliconis aßignant.
Celebrare natalem suum. Vide Celebro & Concelebro.
Vrbis natalis: id est, Dies qua condita fuit urbs. Plinius lib. 14. cap. 4. 10, Ea cæli temperies fulsit, quàm coctiuam uocant, solis opere natali urbis D C X X X I I I I. Id est, ab urbe condita.

Natalis

Natalis alicuius numinis, id est, templi dicatio. Sic, Cic. 1. epist. lib. 4. ad Attic. natalem Salutis uocat, quo die salutis fuerat dicatum templum. Proinde cum à Martiale scribitur, Maiæ Mercurium creastis idus, nõ significatur, natum eo die Mercurium, sed eo die ei dicatum templum. Id ex Liuio lib. 2. & Festo satis apparet, quum, inquit, Maijs idibus mercatorum dies festus erat, quod eo die Mercurij ædes esset dedicata. Ex Turnebo.

¶ Natalis, & hoc Natale, pen. prod. (γενέθλιος) ut, Natalis dies. Cic. 2. de Diuin. 131, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusq; uitæ ex natali die minimè esse credendum. Idem 2. de Fin. 161, Quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis. Et ad Attic. lib. 9. 173. 1, Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilij.

Astrum natale. Horat. 2. epist. 2. 38.

Dies natalis urbis. Cic. pro Flac. 79, O nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis, quam ego diem uerè natalem huius urbis, aut certè salutarem appellare possum?

Domus natales. Valer. 3. Argon. 65.

Hora natalis. Horat. 2. Carm. ode 17. 4.

Humus natalis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 16.

Locus natalis. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 8.

Lux natalis. Ouid. in Ibin, 44.

Rura natalia. Ouid. 4. Fast. 137.

Natalis, de rebus inanimatis etiam dicitur, pro Nascens. Plin. libro 37. cap. 4. 2, Similis est huic quidem Arabicus, minor tantum, similiter & nascens, cæteris pallor gentis, & in auro non nisi excellentißimo natalis.

Sterilitas natalis & ingenita. Col. lib. 3. cap. 7.

¶ Natales, natalium, pluraliter tantùm (τὰ γενέθλια) Significant (inquit Valla) conditionem sanguinis ac familiæ: ut, Generosi natales, Natales obscuri. Corn. Tacit. Plin. epist. 171, Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu uidua.

Natalibus restituere, hodie nobilitare uocamus: & Nobilitationem, natalium restitutionem. Verbum est in Iure frequẽs. Dicitur autem natalibus restitui non modò libertus, ut patronatus obseruantia liberetur: sed etiam plebeius, quum ad nobilitatem ascisitur, quamuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Propterea autem natalibus restitui dicuntur, qui ad nobilitatem uocantur, quasi absterſa natalium plebeiorũ sordida conditione, & in priscam communemq; ab initio generi humano ingenuitatem, repositis illis qui hoc beneficio affecti sunt. Plinius ad Traianum, Postulantibus quibusdam ut de agnoscendis liberis, restituendisq; natalibus, secũdum epistolam Domitiani scriptam Minutio Ruffo, & secundum exempla Proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad Senatusconsultum pertinẽs ad eadem genera causarum. Budæus.

Natales gratè numeras? Horat. lib. 2. epistol. ult. significat hîc uel generis authores & incunabula: uel annos & ætatem duntaxat, & tunc intelligetur dies. Lambinus.

Natalis, Semen è quo aliquid nascitur. Plin. lib. 17. cap. 10. 13, E cupresso fœmina pilulæ collectæ, quibus docui mensibus siccantur sole: ruptaq; emittunt semen, formicis mirè expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum.

Natales, pro Ignobilitate & sordibus generis, posuit Plinius in epist. ad Mesium, lib. 3, Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Valla lib. 4.

Natales, pro Celebritate diei sumpsit Iuuenalis. Satyr. 6. 33,

Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat. Id est, nõ aliter à uictoria exhilaratur, q̃ si dies natales celebrẽtur.

Natales diuersarum gentium: hoc est, Origo & generis nobilitas, uel ignobilitas. Plin. lib. 7. cap. 12. 7.

¶ Natalitius, Adiect. (γενεθλιακὸς) ut, Dies natalitius, in quo quis natus est.

Natalitia prædicta: id est, diuinationes astrologorum, inquit Budæus. Cic. 2. de Diuin. 132. Et paulo pòst, 136, Notentisidera natalitia.

¶ Natalitium, n. g. Substant. Donum erat quod olim missitari solebat ab amicis, & notis die natali. Persius,

Et natalitia tandem cum sardonyche albus. Et Censorinus suum de die Natali librum, quem ad Cerelium ipsius natali mittit, natalitium uocat: Quodcunq;, inquit, hoc libri est meis opibus comparatum, natalitij titulo tibi miss. Annotauit Turnebus.

Dare natalitia. Cicero 2. Phil. 39, Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. Vbi interpres, natalitia, sunt conuiuia luxuriosa ad celebrandum natalem diem peculiariter structa.

¶ Natiuus, penult. product. Adiectiuum (ἔγγονος, συγγενικὸς) Plin. lib. 31. cap. 7, Sunt & montes natiui salis: ut in Indis Oromenus. Gell. Propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis, &c.

Natiuus color, dicitur naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur, modò in albedinem tendens, modò in nigredinem, non tamen perfectè, ut albus uel niger. Plin. lib. 26. cap. 4. 8, Radicem eius ante solis ortum erutam, inuoluunt lana coloris quem natiuum uocant.

Coma natiua. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 11.

Corpus natiuum. Lucret. lib. 2. 110.

Corpus natiuum ac mortale. Lucret. lib. 5. 48.

Decus natiuum retinere. Ouid. de Nuce, 11.

Natiui dei, Qui nascuntur & occidunt. Cic. 1. de Natura deorum, 38.

Domos natiuitas dabant antra. Seneca Hippol. 4. 37.

Lapilli natiui. Propert. lib. 1. eleg. 2. 3.

Malum natiuum. Cic. pro Domo sua, 9. Hoc est, ingenitum.

Moles natiua. Ouid. epist. 5. 13.

Domesticus natiusq; sensus. Cic. de Aruſp. resp. 17.

Testæ, naturæ belluarum. Cic. 2. de Nat. deor. 145.

Verba natiua. Cic. in Partit. 10. Quintil. lib. 8. cap. 3, Verborum alia sunt (ut dicit Cicero) natiua, id est, quæ significata sunt primo sensu: alia reperta, quæ ex his facta sunt. Var. de Origine ling. Latin. uerba natiua uocat prima & primigenia.

¶ Natiuitas, pen. cor. (γενετὴ) Ipse ortus. Vlpian. ad Municipal. l. 1. in principio, Municipem aut natiuitas facit, aut manumißio, aut adoptio.

¶ Natura, pen. prod. (φύσις, φυὴ, γενετὴ) dicta est, quòd nasci aliquid faciat. Plinius ubiq; naturam parentem rerum, opificemq; appellat: ac pro ipso Deo sumpsisse uidetur.

Naturam alij esse censent, uim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios. Alij autem uim participẽ rationis atq; ordinis tanquam uia progredientem, declarãtemq; quid cuiusq; rei causa efficiat, quid sequatur. Sunt autem qui omnia naturæ nomine appellant. Cic. 2. de Nat. deor. 115. 116. & 117.

Naturæ Deus. Plaut. Bacchid. Naturæ deus sum, Bromij altor maxumi. Actius in Menælmis, Nunc ipsa naturæ deo mihi respondeadolescens. Hoc enarrans Turnebus, Obseruasse mihi uideor, inquit, ab antiquis scriptoribus naturæ deum appellari, non eum qui uniuersæ naturæ ac summæ rerum administrationem curamq; gerit, quiq; cælo, mari, terræ præest: sed qui naturam hominis cuiusq;, aut hominum, regit, fouet, tuetur, curat, sanat: estq; quidam hominis genius.

Sic in Bacchid. Silenus genialis deus, naturæ deus dicitur. Expreßius Horatius,

Scit genius natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ deus humanæ, mortalis in unum
Quodq; caput, &c. Hæc ille.

Artificioſa planè artifex ipſius mundi natura, conſultrix & prouida utilitatum opportunitatumq; omnium. Cicer. 2. de Nat. deor. 82.

Naturæ numini diuino parent omnes. Cicero 1. de Natur. deorum, 32.

Creatrix rerum natura. Lucret. lib. 2. 223.

Mater omnium rerum natura. Cic. in Parad. 16.

Parens communis natura. Cic. lib. 5. Tuſcul.

Parens omnium natura. Cic. 1. Tuſc. 193.

Infenſa natura generi humano. Vide Infenſus.

Ius naturæ nouatum. Ouid. 4. Metam. 56.

Natura, pro locis genitalibus aliquando accipitur. Cicer. 2. de Diuinat. 214, Parere quædam matrona cupiens, dubitans eſſet ne prægnans, uiſa eſt in quiete obſignatam habere naturam. retulit. negauit eam, quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe.

Fœcunda natura. Lucret. lib. 2. 108.

Natura nihil aliud eſt, quàm quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe.

Rerum natura. Cicer. 4. Acad. 100, Quod rerum natura non patitur.

E' natura rerũ euellere. Cic. de Prouinc. Cõſul. 36. Hoc eſt, delere, tollere. Budæus.

In rerum naturam cadere, Apud Quint. lib. 2. cap. 18. Id eſt, interdum accipere. Budæus. Vide Cado.

Conſtare natura ſua. Quint. lib. 1. cap. 5. 41.

Circumlinire ſimplicem uocis naturam pleniore quodam ſono. Quint. lib. 1. cap. 11. 4.

Mundi natura. Cic. de Amicitia, 74.

Præclara mundi natura. Lucret. lib. 5. 32.

Cohærens & concinnata natura. Vide Cohæreo.

Corporea natura. Lucret. lib. 1. 67.

Edax natura Aetnæ. Ouid. 15 Metam. 71.

Immortali natura præditus. Lucret. lib 1. 48.

Quinta natura è qua ſit mens. Cic. 1. Tuſc. 36.

Tenuis natura aeris. Lucret. lib. 2. 47.

Tenui natura conſtat imago. Lucret. 4. 22.

Natura, Inclinatio, indoles. Cicero de Amic. 74, Natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquid, tanquam adminiculum annititur.

Natura, Mos, induſtria. Virg. 4. Georg. 30.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe
Addit, expediam.

Quæ tua eſt natura. Cic. ad Allienum, lib. 13. 79. 3, Cognitum per teipſum, quæ tua natura eſt, dignum eum tua amicitia hoſpitioq; iudicabis.

Natura & mores alicuius. Cic. de Amic. 27.

Ad naturam. Vide Ad præpoſitionem.

Admirabilis ad dicendum natura. Cic. de claris Orat. 153.

Adiuncta naturæ. Vide Adiungo.

Aduerſante & repugnante natura nil decet. Cic. 1. Offi. 156.

Agilis & uelox humani ingenij natura. Quintilianus lib. 1. capite 12. 2.

Bona natura. Terent. Eunuch. 2. 3. 24. Vide Bonus.

Collegium naturæ. Vide Collegium.

Communis omniũ natura. Cic. 5. de Fin. 43.

Difficilis natura. Ouid. epiſt. 21. 7.

Docilis natura. Quint. lib. 1. cap. 3. 1.

Dura rerum natura. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 12.

Dux rectè uiuendi optima, natura. Cic. de Amic. 18.

Eximia illuſtriſq; natura. Cic. pro Archia, 11.

Fixa & mutari neſcia natura. Iuuenalis Satyr. 13. 26.

Generata hominis natura. Cic. 5. de Fin. 117.

Humana natura. Horat. de Arte, 72.

Ignaua natura. Ouid. 3. de Arte, 77.

Immanis atq; importuno natura. Vide Importunus & Immanis.

Incorrupta natura. Quint. lib. 2. cap. 5. 8.

Animi quædam ingenita natura. Quintilianus libro quinto, capite 10. 86.

Inuida natura. Lucret. lib. 1. 66.

Larga natura. Iuuenal. Satyr. 10. 31.

Liberalior natura. Quint. lib. 2. cap. 8. 7.

Mendoſa eſt natura mea. Horat. 1. Sermon. Satyr. 6. 14. Vide Menda.

Mobiles naturæ & anni. Horat. de Arte, 32.

Mobilis & uartia natura malorum. Iuuenal. Satyr. 13. 25.

Voluntates hominum occultæ, multiplicesq; naturæ. Cicero Bruto, 1. 3.

Norma legis eſt natura. Cic. 2. de Legib. 97.

Potens natura. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 11.

Prouida ſolersq; natura. Cic. 2. de Nat. deor. 193.

Vaga natura. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 15.

Accommodatus ad naturam. Vide Accommodo.

Addere naturam. Vide Addo.

Naturam atq; ingenium ad dicendum: uim afferre maximam. Cic. 1. de Orat. 56.

Aptare ad naturam. Vide Apto.

Aſſumere in cauſam naturas iudicum. Quintilianus libro 4. capite 1. 12.

Naturæ cedere, ſiue concedere, Idem quod Mori. Saluſt. de Rep. ordinanda, & in Iugurt.

Commutare naturam. Vide Commuto.

Comparata ita eſt hominum natura. Vide Comparo.

Contra naturam uniuerſam nihil eſt contendendum. Cicero 1. Offic. 155.

Controuerſa gens natura. Vide Controuerſus.

Adiuta cura naturam magis eualeſcit. Quint. lib. 2. cap. 8. 3.

Fabricata eſt hoc incredibiliter natura. Cic. 3. de Orat. 97.

Facere ſibi naturam alicuius rei. Quint. lib. 2. cap. 4. 13.

Vt fert natura aliquid facere. Terent. And. 4. 5. 56,

Vt fert natura facias, an de induſtria? Vbi Donatus, Figura ἐπεξηγησις. nam quid eſt ex animo, niſi ut fert natura? Et paulo pòſt, ut fert natura: hoc eſt, naturalis & ingenita actio.

Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura. Cic. 2. de Orat. 121.

Naturæ ſuæ rationem habere. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 9. 81. Id eſt, morum.

Natura inſitum. Cic. pro P. Sylla, 63.

Naturæ & legib. ſatisfacere, Mori. Cic. pro Aulo Cluent. 21.

Sequi naturam ducem. Quint. lib. 4. cap. 5. 2.

Ducem tanquam deum ſequimur optimam naturam, eiq; paremus. Cic. de Senect. 5.

Ad laudem atq; uirtutem naturam ſæpius ſine doctrina, quàm ſine natura ualuiſſe doctrinam. Cic. pro Archia, 11.

Ad naturam uiuere. Seneca.

Natura, Vis. Vnde arborum atq; herbarum naturas dicimus. Plin. lib. 12. cap. 14. 6, Hæc concreta denſatur, ubi loci natura poſcit.

Tetra natura abſynthij. Lucret. lib. 2. 81.

Animæ natura propria atq; uis: ut ipſa à ſeipſa moueatur. Cic. de Somnio Scip. 32.

Celi

Cæli & loci alicuius natura. Cic. 7. Verr. 21.
Simplex canendi natura. Quintil. lib. 5. cap. 10. 87.
Perſcrutari penitus naturam criminis. Vide Perſcrutor.
Vis & natura iuſtitiæ. Cic. 1. de Fin. 78.
Loci natura. Cic. pro lege Agrar. 92.
Prouinciæ natura. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 20.
Stirpiũ naturas perſecutus eſt Theophraſtus. Cic. 5. de Fin. 17.
Tractare uirtutum, uitiorumq; naturam. Quintilianus libro 2. cap. 4. 16.
Natura, Ablatiuus: id eſt, naturaliter. Apud Quintil. lib. 1.
Fieri naturæ cui opponitur, Fieri quodam inſtituto. Cicero in Oratore, 90.
Inſolens & ſuperba natura uictoria. Cic. pro Marcello, 5.
Sublimis & acer natura. Horat. 2. epiſt. 1. 34.
Præter naturam aliquid facere. Terent. Adelph. 5. 5. 4. Vbi Donatus, Præter naturã plus dicit, quàm ſi diceret Præter conſuetudinem.

¶ Naturalis, & hoc naturale, pen. prod. (φυσικὸς, συγγενικὸς) Quod ſecundum naturam eſt. Vnde Naturales filij, dicuntur legitimi, qui ſola natura cõiugali lege ſint orti, nõ ex cõcubina. Suet. in Tib. cap. 52, Filiorũ neq; naturalẽ Druſum, neq; adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit.

Deſideria naturalia, pro Cupiditate coeundi. Columel. lib. 6. cap. 24. de uaccis, Atque in id ferè tempus naturalia congruunt deſideria.
Diuinatio naturalis: cui opponitur, Artificioſa præſenſio. Cic. 1. de Diuinat. 179. & 180.
Fauor naturalis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 6.
Legem naturalem diuinam eſſe cenſet Zeno, eamq; uim obtinere recta imperantem, prohibentemq; contraria. Cicero 1. de Nat. decr. 51.
Malum naturale. Ouid. 9. Metam. 148.
Motus naturalis. Cic. 1. de Finib. 228.
Munus naturale decoris. Ouid. 14. Metam. 137.
Naturalis & non fucatus nitor. Cic. de claris Orat. 18.
Naturalis atq; inſita in animis noſtris notio. Cic. 1. de Fin. 47.
Pabulum naturale. Cic. 4. Acad. 229.
Præter naturalis. Cic. 3. Philip. 138.
Pauor naturalis cerui. Ouid. 10. Metam. 24.
Principium naturale omnium cauſarum unum eſt. Cicero de claris Orat. 109.
Quæſtiones naturales & obſcuræ. Cic. in Partit. 34.
Societas naturalis. Cic. 1. Off. 76.
Vindemia naturalis. Plin. lib. 12. cap. 14. 6.
Maximè naturalis. Vide Magis.
Naturale eſt. Plin. lib. 11. cap. 37. 20.

¶ Naturalia, Plurali tantũ numero, dicũtur pudenda. Colum. lib. 6. cap. 28. 9, Si equa marem non patitur, detrita ſcylla, naturalia eius limuntur, quæ res accendit libidinem. Idem libro 8. cap. 5. 12.

Naturale numero ſingulari, eodem ſenſu protulit Celſus, lib. 7. cap. 26. 2, Inter imas oras ſuper naturale poſitum, non minus ſæpe auxilio eget. Ibidem aliquanto pòſt, Mulier per naturalia eius.

¶ Naturaliter, pen. corr. Aduerb. (φυσικῶς) A natura. Cic. de Senect. 24, Quod enim homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro uiribus. In uetuſto exemplari tantum legitur, Quod eſt, eo, &c. Colum. libro 3. cap. 16.

Naturaliter infœcunda uitis. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2.
Naſica] pen. prod. (νασίκας) Scipio dictus eſt à naſi magnitudine. Ouid. 4. Faſt. 70,

Naſica excepit, tẽpli nõ extitit author. Vide Scipio.

Naſiterna] naſiternæ, Vas aquarium anſatum & patẽs, inquit Nonius. Var. de Re ruſt. lib. 1. cap. 22. 2, Vt ex ære, ahena, urceos, & naſiternam faceret.
Naſiterna amphora. Cato cap. 11. 2.
Naſium] νάσιον, Ptolemæo authore lib. 2. cap. 9. Galliæ Belgicæ urbs. Vulgò Nanſe, Nanſi.
Naſſa] naſſæ (νάρθ) inquit Feſtus, Eſt piſcatorij uaſis genus, quo quũ intrauit piſcis, exire non poteſt. Plautus, Nunquam hercle ex iſta naſſa hodie ego eſcã petam. Cic. ad Atticum lib. 15. 329. 12, Ex hac naſſa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ad ſpem mortis melioris. Per translationem dicta. Vetus exemplar habet, naxa.
Leuis naſſa. Silius lib. 5. 10.
Naſtes] fuit frater Amphimachi, unus ex his qui in auxiliũ Troianorum uenerunt, teſte Homero lib. Iliad. 2.
Naſturtium] naſturtij (κάρδαμον) Herba hortenſis à naribus torquendis dicta, à Græcis cardamon appellata. Plin. lib. 20. cap. 13, Econtrariò naſturtium uenerem inhibet, animum exacuit. Cic. 2. de Finib. 146, Sit uoluptas non minor in naſturtio illo, quo ueſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quàm in Syracuſanis menſis.
Adhibent ad panem nil præter naſturtium Perſæ. Cicero 5. Tuſculan. 140.
Naſturtium. Plinius lib. 19. cap. 8. 25, Naſturtium nomen accepit à narium tormento. Et inde uigoris ſignificatio prouerbio id uocabulum uſurpauit, ueluti torporem excitãtis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Varro in Vopiſco, Naſturtiũ nónne uides ideo dici, quòd naſum torqueat?
Naſtus] naſti (νάρθ) Genus fuit panis, quod item Sactum uocant, ex melle, & uuis paſſis, & aromatis alijs confecti. Sunt tamen qui eo nomine recentem intelligant, & calentem panem ex oleo. Meminit Ariſtophanes Pluto. Dictum uolunt, quia denſior ſit, conſtipatioráq;, nihil prorſus leuitatis habens, aut inanitatis, ἀπὸ τοῦ νάσασθαι ὀρύσσειν. A naſto uerò dicti naſopahgi, qui eius eſitandi pro lubio tenentur. Sed & naſtocopi, panis eius confectores. Vide Cel. lib. 9. cap. 16.
Naſus] naſi (μυκτὴρ) Dicitur ea pars faciei, quæ à ſuperciliorum confinio oriens, & quaſi æquali porrecta iugo, utranq; aciem ſimul & diſcernit & munit. Cicero 2. de Nat. deor. 215, Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interiectus eſſe uideatur.
Ad naſum. Vide Ad præpoſitionem.
Peſtis naſorum. Catul. in Ruſum epigr. 64. 2.
Pituita mala naſi. Catul. ad Furium, epigr. 20. 4.
Aduncus naſus. Vide Aduncus.
Criſpans naſus. Perſ. Satyr. 3. 9.
Integer naſus. Iuuen. Satyr. 15. 6.
Madidi infantia naſi. Iuuen. Satyr. 10. 20.
Turpiculo puella naſo. Catull. de Acme, epigr. 39. 1.
Naſo clamare. Plaut. in Milite, Act. 3. ſcen. 2, Eho an dormit Sceledrus intus? LV. Non naſo quidem. Nam eo magnũ clamat: id eſt, uehementer ſtertit.
Vigilanti ſtertere naſo. Iuuen. Satyr. 1,

— doctus ſpectare lacunar,
Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo. Sterere, id eſt, ſtertendo ſimulare dormientem. naſo uigilanti, id eſt, ipſe uigilans, & faciens naſum ſtertere. ad calicem, iuxta pocula, quibus ſe potũ ſimulabat dormire, ut mœcho uxorem oſculanti & contrectanti conniuens obſequerentur. Vide Pararencho.

¶ Naſus, pro reprehenſione & irriſione quandoq; uſurpatur. Martialis lib. 13. epigr. 2.

Naſutus ſis uſq; licet, ſis deniq; naſus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas:



Digitized by Google

Et poßis ipſum tu deridere Latinum. Hinc apud Plinium in totius operis præfatione dicitur Lucilius cõdidiſſe ſtyli naſum, quia apud Latinos fuit author ſatyræ. id eſt, quia ſatyræ mordacis & pungentis reprehenſionem & irriſionem condidit, & ſtylum acrem in homines diſtrinxit. Stylus enim interdum mordax & pungens iocus eſt, & irriſio ac reprehenſio.

Naſus pro ſermonis acrimonia et dicacitate aliquando accipitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 31, Et altior homini tantum, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere, naſus.

Naſo ſuſpendere, Vafrè ac ſubdolè irridere. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 1. Perſius Satyr. 1. 12. de Horat.

Callidus excuſſo populũ ſuſpendere naſo. Ex Eraſmo.

Naſum habere. Mart. lib. 1. 25,

Non cuicunq; datum eſt habere naſum. Id eſt, acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem.

Ad naſum uenire. Vide Ad.

Prauo uiuere naſo. Horat. de Arte, 8. Id eſt, marcido & turpi.

¶ Naſus in prouerbium abijt, pro iudicio. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 2, —nõ quia nullus illis naſus erat. Eraſmus in prouerbio Odorari.

Naſatus, dicuntur naſati, ut Lampridius aduertit, uiriliores ac bellè mutoniati: unde paræmia, de Naſatorũ peculio. Sed hos item malunt eruditi uaſatos nuncupari, propter illud ex carmine obſcœno,

Grandia Dulychij uaſa tuliſſe uiri. Ab naſo aũt ita inflecti poteſt naſcatus, ut ab oculo, oculatus, inquit Cælius libro 27. cap. 26. quem uide.

¶ Naſutus, pen. prod. Adiect. (μυκτηρώδης) Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 19, —uerum

Depygis, naſuta, breui latere, ac pede longo eſt.

Naſutus, Qui doctè nouit alios irridere. Mart. lib. 13. 2,

Naſutus ſis uſq; licet, ſis deniq; naſus.

¶ Naſutius, comparatiuum formauit Martial.

Nil naſutius hac, maligniuſq; eſt.

¶ Naſutulus, pen. corr. (μυκτηρωδέστερος) Adiectiuum diminutiuum. Apul. Naſutula mulier atq; dicacula.

Natales] Vide Naſcor.

Natatilis] Vide Nato.

Nates] natis: pluraliter, hæ nates (πυγὴ, γλουτὸς, κοχώνη) Conglobata uerſus os ſacrum caro, ſedendi officio aptiſſima. A' nitendo dicta, ut uult Perottus: quòd ibi ſit firmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole, oßibus cogatur. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 10, Diffiſſa nate filius. Martial. lib. 14. 18.

Aridæ nates. Horat. Epod. 8. 1.

Natinatio] inquit Feſtus, dicebatur negociatio. Et natinatores ex eo ſeditioſi.

Natio, Natiuus] Vide Naſcor.

Natiſo] ναρίσων, Venetiæ fluuius Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. Vulgò Liſontio.

Nato] natas. Vide No, nas.

Natrix] natricis, pen. corr. m. & fœm. g. (ἔχις, ἔχιδνα) Genus ſerpentis. A' nãdo, quòd in aqua quoq; uenenum ſpargit. Priſcianus lib. 5, Natrix quũ ſpeciem anguis ſignificat, maſculinum quoq; inuenitur. Cic. 4. Acad. 215, Cur deus omnia noſtri cauſa quum faceret (ſic enim uultis) tantam uim natricum, uiperarumq; fecerit? Lucanus lib. 9. 45,

Et natrix uiolator aquæ. Colum. lib. 1. cap. 5. 5.

Natrix herba. Plin. lib. 27. cap. 12. 3, Natrix uocatur herba, cuius radix euulſa uirus birci redolet. Hac in Piceno à fœminis abigunt, quos mira perſuaſione fatuos uocant.

Natura, Natus] Vide Naſcor.

Nauæthus] Italiæ fluuius, à nauium exuſtione ſic nũcupatus, quod ſcribit Apollodorus: quia Laomedontis filiæ, ac Priami ſorores, Aethylla, Aſtioche, Mydeficaſte, cũ captiuis alijs illuc appulſæ, naues incenderunt, ex quo & ipſæ Nauprestides nuncupatæ. Vide Rhodig. lib. 24. cap. 5.

Nauale, Nauarchus] Vide Nauis.

Naualia] Ptol. lib. 2. cap. 11. urbs Germaniæ: uulgò Schmol.

Nauci] n. g. indeclinabile (περίψημα) Feſtus ait, Nauci ſignificare nucis putamẽ, aut oleæ nucleũ, aut eã mẽbranulã, quæ uiſitur in medio nucis iuglãdis interſita. deniq; rei cuiuſuis putamẽ, quod Græci περίψημα, nauci uocari exiſtimat.

Nauci, pro Nihili ponitur. Plaut. Moſtel. 15. 1, Qui homo timidus erit in dubijs rebus, is nauci non erit. Cic. 1. de Diuin. 215, Non habeo deniq; nauci Marſum augurem.

¶ Naucifacio, naucifacis, pen. corr. (παρ' οὐδὲν τίθημι) naucifacere, Nihili facere. Plautus Bacch. 22. 16, Perij, hoc ſeruũ meum non naucifacere eſſe auſum?

Naucleriacus, Nauclerus] Vide Nauis.

Naucratis] ναύκρατις, Stephano ciuitas in Aegypto, à Mileſiis condita, qui non mari potiebantur, teſte Strabone, libro 17. Eius incolæ Naucratitæ appellantur.

Naufragium] Vide Nauis.

Nauia] nauiæ, Lignum cauatum ut nauis, quo in uindemijs uti ſolent, inquit Feſtus.

Nauiculor, Nauigo] Vide Nauis.

Nauis] huius nauis (ναῦς, ναῦν, πλοῖον, σκάφος) A' Græco ναῦς. Plaut. Menæch. 9. 45,

Perij miſera, quã tu mihi nunc nauẽ narras? MEN. ligneam, Sæpe tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo.

Rector nauis. Virg. 5. Aeneid. 33.

Moderamen nauis. Ouid. 15. Metam. 146.

Inhabilis magnitudinis nauis. Vide Inhabilis.

Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas. Ouid. 1. Faſt. 68.

Actuariæ naues, Quæ remis agebantur. Liu. Decad. 4. lib. 8, Tradito & naues armamentaq; earum: neue plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. Cæſar commentariorum quinto. Has omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adiuuat. Neq; tamen numerandæ ſunt inter lõgas, quæ & ipſæ remis agebãtur. Subdit enim paulo pòſt, Eò quum uenisſet, circuitis omnibus hybernis, ſingulari militum ſtudio, in ſumma rerum inopia circiter ſexcentas eius generis cuius ſupra demonſtrauimus, naues, & longas duodeuiginti inuenit inſtructas. Eas in eodem libro Cæſar uectoria grauiaq; nauigia uocat, etiam ſi remis agerẽtur. Quæ in re, inquit, admodum fuit militum uirtus laudanda, qui uectorijs grauibusq; nauigijs non intermiſſo remigandi labore, longarum nauium curſum adæquauerunt. Quæ autem uectoria Cæſar dixit, Vlpian. in l. prima. ff. de exercitoria actione, ἐπιβάδιας appellat, his uerbis, Quædam enim naues onerariæ, quædam, ut ipſi dicunt, ἐπιβάδιες ſunt. ἐπιβάδιες, dictæ, quaſi ἐπιβατίδες, ad ἐπιβάτας ſolum, id eſt, uectores traijciendos. Et fortè legendum apud Iuriſconſultum ἐπιβατίδες.

Æratæ naues, quæ et Roſtratæ. Hirtius de bello Alexandrino, Nauibus actuarijs, quarum numerus erat ſatis magnus, magnitudine quanquam non ſatis iuſta ad præliandum, roſtra impoſuit. Has adiunctas nauibus longis, & numero claſſis aucto, militibus ueteranis impoſitis, &c. Roſtratæ igitur dictæ à roſtris: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. Cæſar lib. 2. de bel. Ciuil. interim L. Naſidius ab C. Pompeio cũ claſſe nauiũ ſedecim, in quib. paucæ erant æratæ, L. Domitio Maßilienſibusq; ſubſidio miſſus. Virg. 8. Aen. 135.

In medio claſſes, æratas, Actia bella

Cernere erat. Liuius Decad. 4. lib. 6, Vna & octoginta roſtra-

*roſtratis nauibus multis præterea minorib. quæ aut apertæ roſtratæ, aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delũ traiecit. Quibus uerbis cõſtat, roſtratas fuiſſe etiã quæ tectæ nõ erãt.*

*Apertæ naues.* Vide *Conſtratæ naues, in* Conſterno.

*Cærulea nauis.* Vide Cæruleus.

*Celſæ naues.* Virg. 2. Aeneid. 75.

*Citæ naues.* Ouid. epiſt. 15. 22.

*Claudæ naues.* Tacit. lib. 2. Liu. lib. 7. bel. Maced. 98, *Contemplatus Eudamus hoſtes, claudas mutilataſq; naues apertis nauibus remulco trahentes.*

*Curſoria nauis.* Vide Curro.

*Curuæ naues.* Ouid. 2. Metam. 33.

*Debilitata nauis.* Vide Anchorale.

*Fluuiatiles naues, Quibus nauigamus in fluuijs.* Liuius Decad. 1. 10.

*Frumentariæ naues, Onerariæ ad frumentum uehẽdum aptæ.* Cæſar lib. 3. bel. Ciuil.

*Inanis nauis.* Vide Inanis.

*Ingentes naues.* Lucret. lib. 1. 55.

*Inſtabiles naues.* Ouid. 2. Metam. 33.

*Longæ naues ab onerarijs differebant. Si quidem onerariæ uelis duntaxat incitabantur. Longæ uerò etiam remis agebantur.* Lentulus in epiſtolis Ciceronis, lib. 12. 15. 19, *A claſſe diſceſſerunt, nauiq; longa profugerunt, onerarijs relictis.* Cæſar lib. 4. belli Ciuilis, *Quod ubi Cæſar animaduertit, naues longas, quarum & ſpecies Barbaris erat inuſitatior, & motus ad uſum expeditior, paululum remoueri ab onerarijs nauibus, & remis incitari, & ad latus apertum hoſtium conſtitui: atque inde fundis, tormentis, ſagittis hoſtes propelli, ac ſummoueri iuſſit. quæ res magno uſui noſtris fuit. Nam & nauium figura, & remorum motu, & inuſitato genere tormentorum permoti Barbari conſiterunt, ac paululum modò pedem retulerunt. Longarum aliæ uocabantur biremes, quæ duobus remorum ordinibus agebantur: aliæ triremes, quæ tribus: aliæ quadriremes, quæ quatuor: quinqueremes, quæ quinq;, & ita deinceps. Erant & Liburnicæ, quas* Liu. 3. Decad. lib. 4. *leues biremes uocat: nos uulgò Galeras.*

*Luſoriæ naues, de quibus* Vegetius lib. 3. *dicebantur, quas in Danubio aduerſus Barbaros Romani in excubijs habebãt, quæ huc & illuc diſcurſare ſolebant. Nam ludere nauis dicitur, quæ huc & illuc uelut laſciuia quadã currit: Seneca ubi naues luſerunt, hauriuntur. Luſoriæ autem uocatæ ſunt, quòd ludicræ triremibus & æratis cõparatæ uiderẽtur, & tãquã ad luſum haberentur.* Senec. *Cui triremes & æratas nõ mitterẽ, luſorias, & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari laſciuientium mittam. Meminit* Turneb.

*Naues marinæ, Quibus in mari nauigamus, ad diſcrimen fluuiatilium. l. Iulia repetundarum. ff. de uacat. & excuſat. munerum.*

*Minuta nauis.* Catul. ad Thallum, epig. 22. 3.

*Obruta nauis aquis.* Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 10.

*Oneraria nauis.* Vide Onus.

*Papyraceæ naues.* Vide Papyrus.

*Perfoſſæ naues.* Vide Perfodio.

*Piratica nauis.* Quintil. lib. 2. cap. 14. 2.

*Piſcatoriæ naues, Quæ piſcium capiendorum cauſa paratæ ſunt.* Liu. Decad. 3 lib. 3.

*Prædatoriæ naues.* Liu. 3. Decad. lib. 9. *Hæ etiam Piraticæ naues dicuntur.* Liu. Decad. 4. lib. 4.

*Prætoria nauis, quam Græci* πρωρεα χιδα *uocant, noſtri uulgò Capitaneam.* Liu. 3. Decad. lib. 1, *Fretum intranti rex Hiero daſſem ornatam obuiam duxit, tranſgreſſiuſq; ex regia in prætoriam nauem, &c.* Lucan. lib. 3. 108.

*Roſtratæ naues.* Vide *paulò antè Aeratæ naues.*

*Salua naue in portum peruenire.* Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.

*Speculatoriæ naues.* Liu. Decad. 4. lib. 6. Idẽ Decad. 3. lib. 2.

*Naues tectæ, et naues apertæ cõtraria.* Liu. 2. bel. Maced. 100.

*Turritæ naues, quibus ad librã turres imponebantur, idq; non ſolùm ad proram, ſed etiam ad puppim, ut teſtatur* Appianus de bellis Ciuilib. Plin. lib. 32. cap. 1. 2, *Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, ut in mari quoq; pugnetur uelut è muris. Cæſar lib. 3. de bel. Ciuil.* Liu. 4. Decad. 7, *Abſcedentes è turri Prætoriæ nauis.*

*Valida nauis.* Virg. 1. Aeneid. 25.

*Vinaria nauis.* Vlpianus in l. uulgaris. ff. de furtis, *Quid deinde ſi de naue uinaria, ut ſunt multæ in quas uinum infunditur, quid dicemus de eo qui uinum hauſit? an totius oneris fur ſit? & magis eſt ut & hic non totius dicamus.*

*Vitiles naues.* Plin. lib. 7. cap. 56. 16.

*Vulnerata nauis.* Liu. lib. 7. bel. Maced. 98.

*Naues abreptæ remis in terram.* Liu. lib. 6. bel. Pun. 200.

*Adiguntur naues.* Tacit. lib. 2, *Sed Cæſar, dum adiguntur naues, Silium legatum cum expedita manu irruptionẽ in Cathos facere iubet.* Vide Adigo.

*Adornare nauem.* Vide Adorno.

*Aduertere nauem.* Vide Aduerto.

*Aduehere naue, & nauem.* Vide Aducho.

*Aduehi naui ab Epidauro Piræũ.* Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 1.

*Aedificare nauem.* Vide Aedifico.

*Aedificare nauem maximam triremis inſtar.* Cic. 7. Ver. 35.

*Agere nauem.* Horat. 2. epiſt. 1. 23.

*Ambulant naues.* Vide Ambulo.

*Appellere nauim ad uillam aliquam.* Cicero Attico, libro 13. 278. 2. Vide Appello.

*Applicare naues terræ, & ad terram.* Vide Applico.

*Aptæ inſtructæq; remigio naues.* Liuius Decad. 3. lib. 1. *Hinc illud Virgilij 8. Aeneid. 16,*

*Sic memorat: geminaſq; legit de claſſe biremes,*
*Remigioq; aptat, ſocios ſimul inſtruit armis.*

*Armare naues.* Vide Armo.

*Summa nauium tabulis augent.* Tacit. lib. 19.

*Coactæ naues.* Vide Cogo.

*Conducta nauis.* Vide Conduco.

*Conficit optimè curſum nauis quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur.* Cic. 1. de Inuent. 74.

*Confracta nauis.* Vide Confringo.

*Confugere in naues.* Vide Confugio.

*Conſcendere nauem.* Cic. 4. Acad. 179.

*Conſcendere nauem, uel in nauem.* Vide Conſcendo. Quintil. lib. 4. cap. 2. 30.

*Cõſtratæ naues, quæ & tectæ dicebantur, de quibus* Plin. lib. 7. cap. 56. 19, *Tectas longas inuenere Thaſij. antea ex prora tantùm & puppi pugnabatur. Cæſar bell. Ciuil. lib. 3, Atq; Omnes naues incendit* x x x v, *in quibus erant uiginti conſtratæ. Hirtius in bello Alexandrino, Magnoq; impetu quatuor ad eam conſtratæ naues, & complures apertæ contenderunt. Quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, alias tectas fuiſſe, alias apertas. Cic. 7. Ver. 82, Poterone in eos eſſe uehemens, qui naues inanes non modo habuerũt, ſed etiam apertas: in eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam nauem, & minus eximanitam? Porrò conſtratæ naues dicebantur, eò quòd haberent cataſtromata. Quid autem ſit cataſtroma, uide ſuo loco.*

*Conſtratæ tempeſtatibus naues.* Vide Conſterno.

*Conſtruere nauem.* Vide Conſtruo.

*Contrudere in naues.* Vide Contrudo.

*Correpere in nauem.* Vide Correpo.

Deferri

Deferri naui. Vide Defero.
Descendere ad naues. Cic. 4. Acad. ad calcem, Nos ad nauiculas nostras descendimus. Hoc est, Ad littus & locum in quo stabãt nauiculæ. Nõ enim idem est quod Cõscendere naues.
Detrudunt naues scopulo. Virg. 1. Aeneid. 30.
Timidæ dirige nauis iter. Ouid. 1. Fast. 1.
Diuidere nauem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 60.
Euertere nauem in portu. Cic. 1. de Orat. 85.
Palearum nauem euertere. Cic. 4. de Finib. 122.
Fabricari naues. Tacit. lib. 14.
Magna uel parua naue ferri. Horat. 2. epist. 2. 40.
Fertur nauis uelis uentoq; Lucret. lib. 4. 182.
Frangere nauem. Terent. in And.
Gubernare nauem, & saluã in portu collocare. Cic. in Pis. 15.
Hærentes littore naues. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 41.
Austri iactantes nauim. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 2.
Impegit nauem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43. Vide Impingo.
Inflammari nauem, incendiq; iussit. Vide Incendo.
Inhiberi retro nauem. Vide Inhibeo.
Instituere nauem, uel naues. Vide Instituo.
Instructæ naues. Virg. 2. Aeneid. 51.
Instructa & ornata nauis. Cic. 7. Ver. 104.
Aqua inuoluens nauemq; uirosq; Virg. 6. Aeneid. 68.
Loqui ex nauibus. Vide Loquor.
Moliri naues ab terra. Liu. lib. 8. Decad. 3.
Tarda nauis remigio mouebat se. Virg. 5. Aeneid. 56.
Patiens nauium Tyberis. Vide Patior.
Peragere nauem in portum. Vide Perago.
Nauibus atq; quadrigis petere aliquid. Horat. 1. epist. 11. 6.
Properatæ naues. Tacit. lib. 2.
Reficere naues. Tacitus lib. 2.
Iactatam nauim religarat udo littore. Horat. 1. Car. ode 32. 2.
Soluere nauem. Ouid. 1. de Remed. amor. 57.
Subducere naues. Virg. 1. Aeneid. 116.
Supplere remigio naues. Liu. lib. 6. bel. Pun. 194.
Fessas naues tenent uincula. Virg. 1. Aeneid. 35.
Transportare nauibus copias omnes Dyrrachium. Cicer. Attic. lib. 8. 161. 4.
Turbata duce amisso nauis. Liu. lib. 6. bell. Pun. 200.
In nauibus uehere aliquem. Cic. 3. de Nat. deor. 129.
Venire nauibus. Liu. 6. bell. Pun. 88, Quum Tarraconem nauibus uenisset.
Vna nauis est bonorum, per translationẽ. Cic. Cornific. lib. 12. 25. 12, Vna nauis est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus, utinam prospero cursu, sed quicunq; uenti erunt, ars nostra certè non aberit.
¶ Nauicula. pen. corr. Diminut. (σκαφίδιον) Cicer. 4. Acad. 266, Ita sermone confecto Catulus remansit, nos ad nauiculas nostras descendimus.
Parua nauicula. Vide Paruus.
Traijcere nauicula in Africam. Cic. Post red. ad Quirites, 16.
¶ Nauicella (πλοιάριον) Diminutiuũ ab altero diminutiuo Nauicula. Vtitur Martian. in tractatu de Fundo instructo.
¶ Naualis, & hoc nauale, pen. prod. (ναύϊος) Quod ad naues pertinet, ut Prælium nauale: Quod nauibus fit. Plin. lib. 16. cap. 1. 4, Prælium nauale aduersus arbores inirent.
Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Cic. ad Atticum, lib. 10. 197. 6.
Bellum nauale. Cic. pro lege Manil. 20.
Certamen nauale. Virg. 5. Aeneid. 99.
Corona naualis, qua donari solebat qui primus in hostium nauem armatus transiliisset. Virg. 8. Aeneid. 37.
Crimen nauale. Cic. 7. Verr. 102.
Disciplina naualis. Cic. pro lege Manilia, 37.
Gloria naualis. Cic. 7. Verr. 76. Et Plin. lib. 9. cap. 16. 1.
Materia naualis ad classem edificandã. Liu. 6. bel. Pun. 240.
Prælia naualia. Quintil. lib. 2. cap. 17. 21.
Pugnæ nauales & pedestres. Cic. de Senect. 12.
Res naualis. Liu. Decad. 4. lib. 10.
Socij nauales, Qui remiges quoq; dicũtur. Liu. lib. 1. bel. Pun. 188, Contrà eludere Pœnus, & arte non ui rem gerere: nauigiumq;, quàm uirorum, aut armorum malle certamen facere. Nam ut socijs naualibus affatim instructã classem, ita inopem milite habebat. Vides ut alios ponat pro socijs naualibus, alios pro milite & propugnatoribus. Et lib. 6. 88, Quum Tarraconem nauibus uenisset, expositisq; ibi copijs & nauibus subductis, socios quoq; nauales multitudinis angendæ causa armasset: profectus, &c. Rursus libro eodem 224, Postero die militibus, naualibusq; socijs conuocatis, primùm dijs immortalibus laudes gratiasq; egit.
Naualis triumphus. Plin. lib. 34. cap. 3. 3.
Naualis tuba. Martial. lib. 1. 28, Et freta nauali sollicitare tuba.
Vncus naualis. Valer. 8. Argon. 60.
¶ Nauale, naualis, pen. prod. n. g. (ναύσταθμον, λιμήν, πλόϊον, νησοῖνος) Locus in quo stant, uel fieri solent naues. Virgil. 4. Aeneid. 119,
Diripientq; rates alij naualibus: ite. Cic. 2. Off. 87, Atq; etiam illæ impensæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus.
De opere naualium dicere. Cic. 1. de Orat. 33.
Aptum nauale carinæ. Ouid. epist. 17. 42.
Cauæ naualia. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 4.
Longa naualia. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 5.
Siccum nauale. Ouid. 3. Metam. 133.
Diripere rates naualibus. Virg. 4. Aeneid. 119.
Puppis exit naualibus. Ouid. 4. Fast. 147.
¶ Nauarchus, nauarchi (ναύαρχος) Nauis princeps, qui in naui nautis imperat, uulgus Pilotã et patronũ uocat. Cic. 2. Ver. 67, O dij immortales! quid si harũ ipsarũ ciuitatũ militibus, nauib. nauarchis, Syracusanus Cleomenes iussus est imperare, &c. Ibidem, 161, An quòd forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit.
¶ Nauarchis, nauarchidis, pen. cor. f. g. (ναυαρχίς) Nauis Prætoria, in qua est Prætor. Nostri uulgò Capitaneam uocant.
¶ Nauclerus, naucleri, pen. prod. (ναύκληρος) Qui nauẽ regit, Latinè nauicularius dicitur. Plaut. Milit. 15. 16,
Nauclerus dixit, qui illas adnexit, mihi.
¶ Nauclerius, Adiect. (ναυκληρικός) Quod ad naucleri pertinet. Plaut. Asin. 3. 55,
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,
Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.
¶ Naucleriacus, pen. corr. Idem (ναυκληριακὸς) Plaut. Milite, Facito ut uenias huc ornatu naucleriaco.
¶ Naufragus, naufragi, pen. corr. (ναυαγὸς, ναυηγὸς) Qui naui fracta bona amisit. Cic. 3. Offic. 120, Quid si una tabula sit, duo naufragi, inq; sapientes, sibine uterq; rapiat, an alter cedat alteri?
Expulsus aliquis & naufragus. Cic. in Pisonem, 33.
Interijt naufragus. Ouid. 11. Metam. 138.
Agere naufragum. Quintil. lib. 6. cap. 2. 29, Orbum agimus, & naufragum, & periclitantem.
Naufragus, per trãslationem, pro eo qui bona dissipauit. Cic. in Catil. 22, Quod si se eiecerit, secumq; suos eduxerit, & eodem cæteros undique collectos naufragos aggregauerit, extinguentur, &c.
Naufragus patrimonio. Cic. pro Sylla, 30.
Dare tabulam naufrago. Seneca de Benefic. libro 3. capite 9.

¶ Naufra-

Digitized by Google

¶ Naufragus, pen. corr. Adiectiuum (ναυηγὸς) Interdum actiuè, interdum paßiuè ſumitur: ut,
Corpora naufraga. Virgil. 3. Georg. 109.
Mare naufragum. Horat. 1. Carm. ode 16. 2. Hoc eſt, naufragia faciens. Acron & Porphyrio.
Monſtra naufraga. Ouid. 4. Faſt. 100.
Puppis naufraga. Ouid. epiſt. 2. 4.
Tempeſtas naufraga. Valer. 1. Argon. 117.
Vnda naufraga. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 2.
¶ Naufragium, naufragij (ναυαγία, ναυάγιον) Nauis fractio. Cic. 1. Tuſcul. 171, Execratur luculentis ſanè uerſibus apud Ennium Thyeſtes: primum ut naufragio pereat Atreus.
Commune naufragium. Claud. 7. Paneg. 13.
Magna naufragia. Lucret. lib. 2. 112.
Dira naufragia. Senec. Octau. 4. 6.
Colligere naufragia. Vide Colligo.
Expelli naufragio. Cic. in Piſonem, 34.
Facere naufragium. Cic. 1. de Inuent. 6, Hinc nimirum non iniuria, quum ad gubernacula Reipub. temerarij atq; audaces homines acceſſerunt, maxima & miſerrima naufragia fiebant. Id eſt, maxima bonorum iactura fiebat. Idē ad Tironem, libro 16. 9. 3, Qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt.
Factum naufragium. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 3.
Pati naufragium, Senec. Herc. Oetheo, 2. 3.
Clariſſimorum ducum, regūq; naufragium. Cic. 1. de Diu. 49.
Naufragia & bonorum direptiones. Cicero ad Nigidium Figulum, 4. 13. 6.
Naufragia rei familiaris. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9. 15.
Ex naufragio tabula. Cic. ad Attic. lib. 4. 87. 4. Id eſt, unicum ſubſidium calamitatis. Budæus.
Naufragium fortunarum. Cic. pro Rab. perduel. reo, 19.
¶ Nauifragus, pen. cor. Adiectiuum (ναυηγὸς) ut,
Fretum nauifragum. Ouid. 14. Metam. 2.
Saxa nauifraga. Stat. 5. Thebaid. 83.
Scylacæum nauifragum. Virg. 3. Aeneid. 111.
¶ Nauiculor, pen. corr. nauicularis (ναυτίλλομαι) nauicularі, Nauicula uehi. Mart. lib. 3. 20,
Piger Lucrino nauiculatur in ſtagno.
¶ Nauicularius, nauicularij (ναυτίης, ναύκληρος) Idem qui Græcè nauclerus. Cic. 7. Ver. 119, Malo inquam te, iſti generi hominum, quàm mercatoribus & nauicularijs inimicum atq; infeſtum putari. Ibidem, 4. 95.
¶ Nauiculator, pen. prod. Idem (ναυκλήρος) Cic. pro lege Manilia, 6, Maiores ueſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis, bella geſſerunt.
¶ Nauicularia, nauiculariæ (ναυκλυρία) Ars ipſa regendæ nauis.
Nauicularium facere. Cic. 7. Ver. 37.
¶ Nauigium, nauigij (πλοῖον, πλόϊον, βάρις) Nauis ductio, quod & nauigium dicitur.
Nauigium, omne genus nauis quo in mari utimur. Plin. lib. 32. cap. 3, Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus, ut uetet ire nauigia. Idem lib. 13. cap. 11. 4, Noctis, dieiq; uelificonauigij curſu.
Actuaria nauigia. Vide Ago.
Grauia nauigia. Vide paulo antè, Actuariæ naues.
Piſcatorium nauigium. Quintil. 6. cap. 3. 21.
Probum nauigium. Cic. 4. Acad. 179.
Speculatoria nauigia: id eſt, exploratoria. Cæſar 4. bel. Gall.
Fragmina nauigij. Ouid. 113. (562.
Lignum utile nauigijs, pinus. Virgil. 2. Georg 89.
Committere paruo nauigio pueros. Cic. Attico, lib. 10. 203. 5.
Concedere mari nauigia. Vide Concedo.
Concredere mari nauigia. Vide Concredo.
Diſſolutum & diſſipatum nauigium. Cicero Attico, libro 15. 326. 6.
Infrænare nauigia anchoris. Vide Infræno.
Inſtruere nauigia armamentis. Vide Inſtruo.
Nauigium interijt. Hirtius in bello Alexandrino.
Mare ſcindere nauigijs. Ouid. 2. de Arte, 134.
Nauigium, pro Nauigatione uidetur accepiſſe Iuriſconſultus in l, qui Romæ. §. Callimachus, in tractatu de uerborum obligatione, his uerbis, Idq; creditum eſſe in omnes nauigij dies ducentos ſub pignoribus & hypothecis, mercibus à Berytho comparatis.
¶ Nauigiolum, penult. corr. Diminut. (πλοιάριον) Lentulus Senatui, lib. 12. 15. 6, Nos uix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemus.
¶ Nauiger, pen. corr. Adiect. (ναυφόρος) Plin. lib. 9. cap. 30. 6. de loliginibus.
Nauigeram ſimilitudinem & aliam in Propontide uiſam ſibi prodidit Mutianus: concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata. Lucret. lib. 1. 1,
Quæ mare nauigerum quæ terras frugiferentes
Concelebras.
¶ Nauigo, nauigas, pen. corr. (πλέω, ναυτίλλομαι, χειρόομαι) nauigare, Naui iter facere. Cic. Att. lib. 5. 99. 1, Negotium magnum eſt nauigare.
Nauigare in. Plin. lib. 13. cap. 25. 4, Qui nauigauere in Indos Alexandri milites.
Nauigare in portu, Eſt à periculo abeſſe: propterea quòd quæ mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi uentorū & æſtus arbitrio nauigāt. Terent. And. 3. 1. 22, Huius periculo fit, egò in portu nauigo.
E' portu nauigare. Quintil. lib. 4. cap. 2. 31.
Commodè magis, quam ſtrenuè nauigare. Cicero Attic. libro 16. 333. 18.
Incommodiſſimè nauigare. Vide Incommodum.
Claßibus maximis nauigare. Cic. Attico, lib. 10. 197. 6.
Nauigare mare. Virg. 1. Aeneid. 15.
Myoparonibus nauigare. Cic. 7. Verr. 76.
Probo nauigio, bono gubernatore nauigare. Cicero 4. Acad. 179.
Pinus nauigat in undis. Ouid. 2. de Arte, 2.
Nauigare ratibus. Plin. lib. 7. cap. 56. 16.
Remis nauigare. Cic. Attic. lib. 16. 333. 18.
Nauigare terram. Cic. 2. de Fin. 177.
Plenißimis uelis nauigare. Cic. pro Domo ſua, 20.
Nauigatur, Impersonale. Cicero pro lege Manil. 21, Quum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur. Cæſ. 4. bel. Gall. 578.
Nauigatur Occidens. Plin. lib. 2. cap. 67. 1.
Nauigatus fluuius. Plin. lib. 6. cap. 20. 2.
¶ Nauigatio, nauigationis, Verbale (ναυτιλία) Cic. ad Marcellū, lib. 15. 11. 4, Ego, ſi me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipſos Eteſias, propediem te, ut ſpero, uidebo.
¶ Prima nauigatio, olim dicebatur, quum poſt ſæuitiam tryemis, qua mare clauſum erat, uere nauigantibus primùm aperiebatur. Cicero lib. 2. epiſt. ad Qu. frat. Iidem aiebant nunciare te prima nauigatione eſſe tranſmiſſurum. Eſſe & prima nauigatio poteſt, quum dicimus nos quamprimùm nauigaturos, & primam quanq; nauigandi occaſionē arrepturos. Prima etiā nauigatio dicitur, quum eam ſecundæ comparamus, quæ & temeraria magis plerunq;, & improuida eſt: unde & prouerbio Græco celebratur πρώτιστος πλοῦς. Sunt tamē q primā nauigationē, uelificationē, ſecūdā remigationē, ut Suidas eſt author, dicant. Ex Turnebo.

Secunda

Digitized by Google

Secunda nauigatio. Tacit. lib. 2.
Longa ex nauigatione aliquando in portum uenire. Cicero de Senectute, 65.
Conquiescit mercatorum nauigatio. Vide Conquiesco.
¶ Nauigabilis, & hoc nauigabile, pen. corr. (πλωτὸς, πλώσιμος) Quod nauigari potest: ut, Nauigabile flumen. Colum. lib. 1. cap. 2. 3. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 8, Beneficium est, donare regiones, per quas multa flumina & nauigabilia decurrunt.
Nauigabile mare. Liu. 5. bel. Maced. 171.
¶ Naumacha, orum, Hastilia quædam prælonga, teste Polluce & Homero, quibus è naui depugnatur. Meminit & Cælius libro decimoquarto, cap. 12.
¶ Naumachia, naumachiæ, pen. corr (ναυμαχίαι) Nauale bellum, seu naualis pugna. Mart. lib. 1. 35. ad Marcum,
Do tibi naumachian, tu das epigrammata nobis:
Vis, puto, cum libro Marce natare tuo.
Naumachiam committere. Suet. in Claud. Cæsare, cap. 21.
Naumachia, Locus in quo fit pugna naualis. Sueto. in Tiberio Cæsare, cap. 72. Semel triremi usq; ad proximos naumachiæ hortos subuectus est.
¶ Naumachiarius, naumachiarij (ἐπιβάτης) Qui prælium nauale committit. Suet. in Claud. Cæs. cap. 21, Proclamantibus naumachiarijs. Hi etiam epibatæ dicuntur Græca uoce.
¶ Naumachiarius, Adiect. (ναύμαχος) ut, Naumachiarius pons. Plin. lib. 16. cap. 36. 3.
¶ Naulum, nauli (ναῦλος) Precium quod soluitur pro uectura in naui. Iuuen. Satyr. 8. 10,
—furor est, post omnia perdere naulum.
¶ Nauta, nautæ, com. gen. uel Nauita, nauitæ, pen. corr. (ναύτης, ναβάτης, ναυτίλος) Qui se in naui agenda exercet, & quicunq; in naui est, nauis ducendæ gratia. Terent. Phorm. 4. 1. 10,
Saluas audiui ex nauta qui illas uexerat. Cicero ad Atticum, libro 10. 197. 14, Nauitam ipse audire uideor iam euocantem.
Nauta significare dicitur, quum tempestatem aut serenitatem præuidet. Cic. 4. Acad. 263, Verum quoniam nõ solùm nauta significat, sed etiam Fauonius ipse insusurrat nauigandi nobis Luculle tempus esse, &c.
Nautæ & gubernatores. Cæsar 3. bel. Gal. 382.
Audaces nautæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 6.
Callidi nauitæ horrida uinemt æquora. Horat. 3. Carm. ode 24. 8.
Fluctiuàgi nautæ. Stat. 3. Sylu. 1. 17.
Oppressi in æquore nautæ. Stat. 11. Thebaid. 24.
Perfidus nauita. Catul. Argon. epigr. 59. 35.
Solicitus nauita. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 5.
Timidus nauita. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Vagi nautæ. Stat. 3. Sylu. 1. 1.
Festinare solent quæstus sui causa nautæ. Cicero Tironi, libro 16. 9. 9.
Hoc signum ueniens poterunt prænoscere nautæ. Cicero in Arato, 8.
¶ Nauticus, nautici, pen. corr. (ναυτικὸς) Qui nauem gubernat. Plin. lib. 9. cap. 31. 4, Quod ubi uidêre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant. Liu. 8. bel. Pun. 33.
¶ Nauticus, pen. corr. Adiect. (ναυτικὸς) Quod est nautarum. Virgil. 3. Aeneid. 26,
Nauticus exoritur uario certamine clamor.
Nauticus cantus. Cic. 2. de Nat. deor. 129.
Nauticæ exuuiæ. Cic. pro lege Manil. 38.
Panis nauticus. Plin. lib. 22. cap. 25. 18.
Pinus nautica. Virg. 4. eclog. 8.
Pubes nautica. Silius lib. 6. 71.
Res nauticæ. Cic. 2. de Nat. deor. 228.
Vela nautica. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 22.
Verbum nauticum. Cic. ad Attic. lib. 13. 278. 2.
Naula] naulæ, f. g. (ναῦλαι) Genus musici instrumenti, quod idem esse cum psalterio quidam tradunt.
¶ Naulium, Diminutiuum (ναύλιον) Ouid. 3. de Arte, 66.
Disce etiam duplici genialia naulia palma
Vertere, cõueniũt dulcib. illa modis. Vide Cel. li. 9. ca. 4.
Naulochum] ναύλοχον, Locrorum oppidum est, teste Plinio lib. 4. cap. 3. Est item Naulochon, siue Naulochus, Thraciæ oppidum, non procul ab Hæmo monte: cuius meminit idem Plinius lib. 4. cap. 11. Stephanus preterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam.
Nauo] nauas (κατατίθημι, σπουδάζω) nauare, Studiosè diligenterq; aliquid adimplere, dare, conferre, cum effectu demonstrare, id est adiumento esse. Tractum uerbum à nautis, quũ sunt auxilio alijs in gubernandis nauibus. naues enim quũ ex nauigationibus in mare deducũtur, maximo hominũ auxilio indigẽt.
Nauare & efficere aliquid. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 22.
Bellum nauare. Tacit. lib. 21.
Beneuolentiam nauare: id est, nauo animo adhibere & præstare, inquit Budæus. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 10. 11.
Flagitium nauare. Tacit. lib. 20.
Operam nauare, Iuuare. Cic. lib. 2. de Orat. 15.
Operam militarem nauare. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Operam nauare alicui. Cic. de Aruspicum responsis, 1.
Nauare & efficere opus aliquod. Cic. Attic. lib. 9. 181. 20.
Mihi dextera ferro nauet opus. Valer. 3. Argon. 29.
Reipublicæ nauare, & de moribus & legibus scribere. Cicero Valer. lib. 9. 2. 13.
Studium suum alicui nauare. Cic. Attic. lib. 15. 323. 10.
Studia suffragandi nauare. Q. Cic. de Pet. Consul. 13.
Naupactus] ναύπακτος, hodie Lepanthum, per Turcas Venetis ereptum, oppidum fuit Achaiæ apud Locros, Ptolemæo lib. 3. cap. 15.
Naupactius Achelous. Ouid. 2. Fast. 9.
Naupegus] naupegi. pen. prod. masc. gen. (ναυπηγὸς) Nauium fabricator. Vtitur hac dictione Aurel. Arcadius in l. ultima. D. de iur. immunit. Item, Firmic. lib. 4. cap. 7, Alios nauceros, naupegos, uel nauium gubernatores.
Nauplias] uulgò Naples de Romanie, Castellum est munitissimum, quod Veneti nostra ætate Solimano Turcarum regi tradere sunt coacti: idq; ob detectam à proditoribus, quibus paulo pòst laqueo gula fracta est, ad eundem legationem.
Nauplius] nauplij, Piscis, de quo Plinius lib. 30, Concham esse acatij modo carinatã, inflexa puppe, prora rostrata: in hac cõdi nauplii animal sepiæ simile, ludẽdi societate sola.
Nauplius] ναύπλιος, pater Palamedis: qui quum intellexisset Diomedẽ & Vlyssem naufragio liberatos (in quos tamẽ hoc malum per insidias machinabatur) seipsum precipitã dedit. Seneca,
Igni fallaci moriturus Argis
Nauplios præceps cadit in profundum. Propert. libro 4. eleg. 1. 23.
Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes. Vide Seruium in illud 11. Aeneid. 52,
—ultorq; Caphareus.
¶ Naupliades, pen. corr. Patronymicum (ναυπλιάδης) Sic Palamedes uocatur Nauplij filius. Ouid. 13. Metam. 8,
—timidi commenta retexit
Naupliades animi.

Nau-

**Naupontus**] *ναύπορτος, amnis, qui & Pamportus à Strabone uocatur, Amnis, inquit, Pamportus, ex Illyrio nauigabilis defertur in Sauũ. Et alibi, Iuxta Naupontum amnis est Carcora, excipiens commerciorum onera: hic in Sauum, ille in Drauum delabitur.*

**Nauportus**] *Istriæ fluuius est, inter Aemoniam & Alpes nascens, nomen habens ab Argonaue, quam Argonautæ humeris eousq; delatam per hunc fluuium subuexerunt. Author Plinius libro 3. capite 18.*

**Nauscit**] *inquit Festus, quum granum fabæ se nascendi gratia aperit: quod fit, non dissimile nauis formæ.*

**Nausea**] *nauseæ, (ναυτίαι, ναυτίασις) Stomachi ad uomitum ex graui odore concitatio. A naui deductum nomẽ, ex cuius sentina mouetur uomitus: uel ex cuius frequenti & inordinato motu, subuertitur stomachus, & ad uomitum concitatur. Plin. lib. 21. capit. 19. 1, In febre per se: uel cum aceto ad somnos, nauseas. Sub. usus eius. Cic. ad Tironem, lib. 16. 10. 3, Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger, & periculosè hyeme nauiges.*

**Abijt iam planè nausea.** Vide **Abeo.**

**Fluentem nauseam coercere.** Horat. Epod. 9. 7.

**Discutere nauseam.** Col. lib. 6. cap. 4. 1.

**Facere nauseam, pro Vomere.** Cic. 2. Philip. 89, **Modò ne nauseam faciat, quod in Numitia porticu fecit. Sic legit Budæus.** Vetera exemplaria legunt, **nauseet.**

**Inhibere nauseam.** Plin. lib. 30. cap. 14. 8.

¶ **Nauseola**, penult. corr. Diminutiuum (ναυτιάδιον) Cicero ad Attic. libro 14. 305. 2, Nauseolam tibi tum causam ocij dedisse facilè patiebar.

¶ **Nauseosus**, penul. prod. (ναυτιώδης) Quod nauseam inducit. Plinius libro 26. capit. 8. 16, Radice crassa, madida, nauseosa.

¶ **Nauseo, nauseas**, (ναυτιάω) nauseare, Ad uomitum impelli, & appetitum uomendi habere, quod dicitur. Cic. ad Fabiũ Gallum, libro 7. 27. 7, Tu tamen quum audisses ab Anitio (uidit enim me nauseantem) non modò mittendi causam iustam habuisti, sed etiam uisendi. Horat. 1. epist. 1. 19,

——conducto nauigio æquè Nauseat, ac locuples.

**Nauseare**, Contemnere & respuere: quòd qui nauseant, cibos fastidiunt. Cic. 1. de Nat. deor. 114, Quàm bellum erat Vellei confiteri potius nescire quod nescieris, quàm ista efficientem nauseare, atq; ipsum sibi displicere?

¶ **Nauseans**, Participium (ναυτιῶν) ut,

**Ructantem & nauseantem aliquem in alicuius plagas conijcere.** Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 10.

¶ **Nauseator**, uerbale. Senec. epist. 54, Illud scito, Vlyssem non fuisse tam irato mari natum, ut ubiq; naufragia pateretur: nauseator erat.

**Mausicae**] Nausicaes, uel Nausicaa, Nausicaæ, penul. prod. (ναυσικάα) fuit Alcinoi Phæacum regis filia, cuius meminit Mart. libro 12. 31,

Si mihi Nausicae patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere, Malo meos.

**Nausimenes**] pen. cor. Vir Athenien sis, cuius uxor quum liberos in incestu deprehendisset, indignitate facinoris perterrita uocem amisit.

**Nausithous**] penul. corr. (ναυσίθοος) fuit Neptuni filius ex Peribœa, Eurimedontis filia, ac Homero teste lib. 7. Odysseæ, Alcinoi Phæacum regis pater.

**Naustibulũ**] *naustibuli, Alueus ad nauis similitudinẽ factus.*

**Nauta**] Vide Nauis.

**Nautea**] *nauteæ, penul. corr. (αὐτλία)* Nonius, Nautea est aqua de corijs, uel (quod est uerius) aqua de sentina: dicta à Nautis. Plautus Asin. 16. 44,

Nauteam bibere malim si necessum est, quàm illam osculari er.

**Nauticus**] Vide Nauis.

**Nautij**] Romæ dicti sunt, à Naute Aeneæ comite. Dionysius, Virg. & Seruius in 2. Aeneid. Quum Diomedes raptum Palladium sibi non esse aptum intelligeret, illud Aeneæ trãseunti obtulit. sed quum se ille capite uelato sacrificans conuertisset, Nautes quidam simulacrum accepit. quare Minerua sacra non Iulia gens habuit, sed Nautia. Idem scribit Varro in libro de familijs Troianis. Ex Sigonio. (4.

**Nautilus**] pen. cor. (ναύτιλος) Piscis: de quo Pli. li. 9. ca. 29.

**Nauius Accius**] Insignis augur fuit, qui sub Tarquinio Romanorum rege floruit: quem Liuius lib. 1. ab Vrbe condita, fabulatur nouacula cotem discidisse.

**Nauus**] Adiect. (σπουδαῖος) Celer ac strenuus, inquit Festus: à nauium uelocitate uidetur dictus. Ennius lib. 6.

Nauus repertus homo, Graio patre, Graius homo rerũ.

Sic Cicero pro lege Manil. 11.

**Nauus & Ignauus**, contraria. Colum. lib. 11. cap. 1.

**Nauus & industrius homo.** Cic. 5. Verr. 43.

**Nauus, pudens, & probus filius.** Cic. 5. Verr. 43.

**Timor nauus.** Silius lib. 7. 71.

¶ **Nauitas**, penul. corr. nauitatis (σπουδαῖον) Cic. ad Furnium lib. 10. 25. 2, Istamq; operam tuam, nauitatem, animum in Remp. celeritati Præturæ anteponendam censeo.

¶ **Nauiter**, penul. corr. Aduerb. (σπουδαίως) Strenuè & diligenter. Terentius Eunuch. 1. 1. 6,

Verùm si incipies, neq; perficies nauiter. Liuius libro 10. bel. Pun. 15. Tempus esse aut pacem componi, aut bellum nauiter geri.

**Agere nauiter.** Horatius 1. epist. 1.

**Nauiter**, Prorsus (ἀπροβδῶς) ut, Nauiter plenum. Lucret. lib. 1.

Alternis igitur nimirum corpus inani
Distinctu'st: quoniam nec plenum nauiter extat:
Nec porrò uacuum. Sensus est, Hoc uniuersum neque est prorsus plenum, & corpus merum: nec uicißim prorsus inane, sed corpore & inani distinctum. Lambinus.

**Naxium**] *νάξιον, quid sit, declarat Plinius lib. 36. cap. 7. 1. his uerbis, Signis è marmore poliendis, gemmisq; etiam scalpendis atq; limandis, naxium diu placuit ante alia: ita uocãtur cotes, in insula Cypro genitæ.*

**Naxos**] *νάξος, insula in Aegeo, una ex Cycladibus, ceteras superans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòst appellata fuit. Verùm quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eã occuparunt, à duce Naxon appellarũt. Hanc Dionysiadẽ à uinearum fertilitate dici scribit Plin. libro 4. capit. 12. Vel quia (ut alij uolunt) solæ Naxiæ mulieres octauo mense pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Siue quia fons in ea uino fluat. Distat à Delo septem milibus. Est item Plinio libro 3. cap. 8. nomen oppidi.*

**Bacchata iugis Naxos.** Virg. 3. Aeneid. 25.

**Bacchica Naxos.** Stat. 2. Achil. 1.

**Genialis littora Naxi.** Stat. 1. Sylu. 2. 45.

¶ **Naxius**, Adiect. (νάξιος) Vnde Naxius ardor apud Columellam, quo significatur Bacchi coronæ sidus. Nam (ut ferunt poetæ) in insula Naxo relicta Ariadne à Theseo, nuptias cum Baccho fecit, donataq; corona, inter sidera relata fuit. Vide Hyginum in Astronomico poetico, libro 2.

**Turba Naxia.** Propert. lib. 3. eleg. 17. 6.

N E

**Ne**] *μὴ, Aduerbium prohibendi, Idem significat quod Non: Secundis personis subiunctiuorum aliquando iungitur.* Terent. Eunuch. 4. 7. 16,

——hic nebulo magnus est,



Digitized by Google

Ne metuas. Idem And. 1. 5. 50,
Te obtestor, ne abs te hanc segreges. Et
Secundis personis imperatiuorum. Terent. And. 2. 3. 10,
Nunquam faciam. D. ne nega. Idem Heaut. 5. 5. 8,
Age quæso, ne tam obfirma te: Donatus, Ne imperatiuo magis, quàm coniunctiuo adiungitur. Alphenus de uerb. signif. Pro iis portorium ne dato.
Ne fugite hospitium, neue ignorate Latinos. Virg. 7. Aen. 41.
Optatiuo aliquando. Cic. Gallio, lib. 7. 24. 14, Sed ne uiuam, si tibi concedo. Terent. Phorm. 1. 3. 5.
Ne abeo: pro Non abeo. Plaut. Most. 8. 86,
Quò nunc te agis? T R. ne quoquam abeo. Idem alio loco, Ne uolt.
Ne forsan: pro Ne fortè, Portius Latro in declamatione in Catilinam.
Ita, ne. Terent. Heaut. 4. 5. 35.
Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas. Terent. And. 4. 2. 23, —— dies hic mihi ut sit satis uereor
Ad agendũ: ne uacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Ego id agam mihi qui ne detur: hoc est, ut ego non habeam. Terent. And. 2. 1. 37. Ibidem, 2. 2. 12,
Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. Ne, pro non, accipiendum, teste Donato.
Ne, causalis. Terent. Andr. 1. 5. 65,
Verbum unum caue de nuptijs, ne ad morbum hoc etiam.
Ne quis illud admiretur, quonã modo, &c. Cic. 3. de Or. 107.
Vide ne. Terent. Eun. 5. 5. 23,
Vide Parmeno quid agas, ne neq; illi prosis, & ut pereas.
Vt ne, pro Vt non. Teren. And. 2. 1. 29,
——nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,
Principiò ut ne ducas. Ibidem, 5. 3. 28. Græci dicunt, ἵνα μὴ, teste Donato.
Vt ne quid meorum tibi esset ignotum, animaduerti te operam dare. Cic. Bruto, lib. 13. 12. 1.
Vt ne addam, quòd sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es. Terent. Phorm. 13. 16.
Videndum est, ne non omnia illata uel inducta, &c. Pomponius in l. in prædijs. ff. ex quib. caus. pig. uel hyp. &c.
Ne non faciam. Caius in l. posthumorum. ff. de iniusto, rup. irrito fac. test. Vel exhæredare nominatim debeo, ne non iure faciam testamentum.
Ne, non etiam ne, &c. Vlpian. in l. quoties. §. 1. ff. de peculio, Hoc solum consecuturum dominum esse constat, ne institoria teneatur, non etiam ne de peculio.
Ne, pro Neq;. Cic. 3. in Catil. 68, Ne dici quidem opus est quãta diminutione ciuium.
Ne, ut Priscianus scribit lib. 16. coniunctio est interdum neque dubitans, neq; interrogans: sed confirmans, aut certè enuncians. Allegat locum ex Horat. 1. Serm. Satyr. 10.
—ô seri studiorum, quid ne putetis Difficille & mirũ, Rhodio quod Pitholeonti Contigit, &c. Alterum exemplum ex Satyra 3. lib. 2,
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens ne etiam, & rex.
Ne quidem. Cic. Attico, lib. 6. 111. 16, Igitur meo decreto soluta res Scaptio, stat inquam decretum, si tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. Idem de Amicitia, 85, Nunquam illum ne minima quidem re offendi. Idem 6. Ver. 2, Nihil in ædibus cuiusquam, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, &c. tota Sicilia reliquisse.
Ne istius quidem laudis cupidus. Cic. pro Rosc. Amer. 2.
Ne nunc quidem. Terent. Eunuch. 1. 1. 1,
Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Quum accersor ultrò?
Ne id quidem. Terentius Eunuch. 2. 3. 30,
Quid uirgo, cuia est? CH. nescio hercle. P. unde est? CH. tantundem. P. ubi habitat? CH. Ne id quidem.
Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Terent. Eunuch. 1. 2. 49.
Ne tantillum quidem commotus est: Cicero ea forma dixit, quã Terentius Adelph. 2. 1. 9. Huius non faciam: ut ait Donatus. Idem. Cicer. Attico, lib. 5. 108. 10, Interea è Cappadocia, ne pilum quidem.
Ne ita, ut. Cic. de Amicit. 39, Ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non discedant.
Ne plura: supple dicam, uel dictum sit, prout sensus poscit. Cicero Caio Memmio, lib. 13. 1. 12.
Ne multa: id est, ut breui expediam, ad summam, ut breuiter colligam. Cic. pro Cluẽtio, 143, Ne multæ: perquiritur à coactoribus, inuenitur ea serrula ad Stratonẽ peruenisse. Idẽ 5. Verr. 51, Ne multa Iudices, his centum elijs scitote Quintum Lollium coactum ad Apronij leges condtionesq; uenisse.
Ne multis. Cic. pro Cluentio, 36, Ne multis, Diogenes emitur.
Ne longum sit. Cic. pro Cluentio.
Ne longum faciam, inquit Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 28.
Nè diutius teneam. Cic. 3. Verr. 23.
Ne uiuam, Ne ualeam, Ne sim saluus: Modi sunt dicendi, quum quid asseuerare, & ueluti quibusdam precibus denouere, aut sacramento aliquo obtestari contendimus. Cic. Attic. lib. 16. 337. 2, Ne sim saluus si aliter scribo ac sentio. Eidem, libro 4. 85. 12.
Ne, dubitatiua aut interrogatiua particula. Terẽ. And. 4. 6. 6,
Est'ne hic Crito sobrinus Chrysidis? Virg. 11. Aeneid. 26,
Iustitiæne prius mirer, belline laborum?
Ne an. Cic. 1. Off. 15, Honestúmne factu sit, an turpe, dubitant.
Est'ne, aut non. Plaut. Epid. 11. 11, éstne ea, An non? Terent. Heaut. 2. 4. 25,
Adeóne Clitiam, an non?
Vise redieritne iam, an nondum, domum? Terent. Phorm. 2. 4. 5.
Nec quid agam, certum est, P. amphilúmne adiutem, an auscultem seni. Terent. And. 1. 3. 4.
Ne, nécne. Plaut. Capt. 12. 55,
Emitterésne, nécne eum seruum manu?
Néue, geminatum. Cic. 2. de Legib. 10 5, Eam nequis nobis minuat, néue uiuus, néue mortuus.
Néue hoc, néue illud. Cic. Lent. lib. 1. 9. 70, Peto à te, ut id à me, néue in hoc reo, néue in alijs requiras.
Ne dicam. Cic. 1. de Nat. deor. 81, Vt molestè ferrem tãtum ingenium (bona uenia me audis) in tam leues, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse.
Hæc clausula, Ne dicam, si sequatur substantiuum, adiectiuum ponitur in accusatiuo: sin interijcitur inter substantiuum & adiectiuum, relinquit utrunq; in nominatiuo. Homo imprudens, ne dicam stultum: non, stultus: quia Homo, substantiuum præcedit. Crudelis, ne dicam impius & sceleratus Castor. nõ, sceleratum Castorem: quia substantiuum Castor, sequitur. in alijs casibus nulla est ambiguitas: quia semper oportet conuenire adiectiuum & substantiuum. ut, Non faceret hæc magistro conscio, ne dicam præsente: non, præsentem. Ex Valla lib. 3. capit. 20.
Ne dicam grauius. Cic. Attic. lib. 9. 173. 4, Qui nos hoc defendente, ne dicam grauius, afflixerat.
Ne, adiunctiuum. Mart. lib. 1. 120,
Lex hæc carminibus data est iocosis. Ne possint, nisi pruriant, iuuare.
Ne, Rationalis: pro Ergo Virg. 1. Aeneid. 9.
—néne incœpto desistere uictam?
Ne nihil. Ne amicis nihil tribuamus, epulamur. id est, etiam ut aliquid tribuamus. Cicero Pæt. libro 9. 26. 8.

Ne, Ad-

Digitized by Google

Ne, Aduerb. percontantis, ut ait Donatus. Terent. And. 4.3.1,
Nihilne esse proprium cuiquam? di uestram fidem?
Iámne uides belluas? iámne sentis quæ sit hominum querela frontis tuæ. Cic. in Pisonem, 1.
Cõtinuóne causa fuisset, cur à Prætore postulares, ut bona possideres? Cic. pro Quintio, 27.
Egone? P. tu ergo. Terent. And. 5.2.9,
Ne, superfluit aliquando in oratione. Horat. 1. Ser. Satyr. 1.22,
Nemon' ut auarus se probet?
Ne sit sanè, uideri certè potest. Cic. 4. Acad. 148. Idem de Nat. deor. Ne sit igitur sol, ne stellæ, ne luna: quoniam nil esse potest, nisi quod attigimus. id est, dicimus igitur non esse: hoc est, sequitur ex dictis tuis.

Nea] Insula. Plin. libro 2. cap. 87, de insulis enatis, Inter Lemnum & Hellespontum Nea.

Neæra] νέαιρα, nomen est fœminæ, quæ peperit Soli duas filias, Phaetusam & Lampetiam, quæ armenta Solis, transeunte Vlysse iuxta Siciliam, ostendebat. Virgil. 3. eclog. 1,
—ipse Neæram Dum fouet &c.

Neæthus] νέαιθος, fluuius est in Calabria: de quo sic Strabo lib. 6, Est & Aesarus fluuius, & portus: & fluuius alter Neæthus nomine, quorum cognomina casu prouenisse dicũtur. Nam in Achiuorum errore, quasdam ab Iliaca classe applicuisse, ad locorum explorationem egressos. Troianas uerò mulieres nauigationis cõmites, tam longi pertæsas pelagi cursus, naues incendisse, &c. Dictus est igitur Neæthus ἀπὸ τοῦ νεὼς καὶ αἴθειν, quòd combustæ sint illic naues. Ouid. 15. Met. 13,
Præterit & Sybarim, Salentinumq; Neæthum.

Nealces] Pictoris nomen, qui Venerem pinxit, Naumachiã Aegyptiorum & Persarum. Item, asellum bibentem in litore, & crocodilum ei insidiantem.

Neandrus] νέανδρος, Troadis oppidum, postea Perperene nominatum, teste Plinio libro 5. capit. 30. Steph. Neandriam appellat.

Neapolis] penul. cor. (νεάπολις) insignis urbs Italiæ in Lucania, aliquando Parthenope dicta, Maronis tumulo clara. Est Neapolis, Africæ oppidum, ut scribit Pomponius Mela libro 1.1. Nunc Mahometa dicitur, teste Oliuario in Melam, Est item eius nominis Cariæ urbs ad Iasium sinum, eodem authore. Neapolis, quæ & Leptis magna Ptolemæo lib 4. capit. 3. urbs Syrtis paruæ, uulgò Tripoli: in Barbaria regia ciuitas. Neapolis colonia Ptolomæo lib. 4. capit. 3. urbs Africæ.
De Neapoli Syracusanorum. Cic. 6. Verr. 106.
Celeberrimum oppidum Neapolis. Cic. pro Rab. Posth. 16.
Fœcunda Neapolis. Ouid. ad Pisonem, 19.
Ociosa Neapolis. Horat. Epod. 5.9.
Secreta Neapolis. Stat. 4. Sylu. 8.2.

¶ Neapolitanus, penul. prod. Adiectiuum (νεαπολίτης) Qui ex Neapoli est. Cic. Acilio, lib. 13. 31.1.

Nearchus] Iuuenis fuit eximiæ pulchritudinis, cuius formã commendat Horat. 3. Carm. ode 20.

Nebis] apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Tarraconensis Hispaniæ fluuius: Benis Straboni dictus.

Nebrides] pen. cor. (νεβρίδες) damarum seu ceruorum pelles, quibus uti ueteres in Bacchi sacris solebãt. νέβρος enim dama seu ceruus est.
Aspersæ nebrides uario auro. Stat. 2. Achill 9.

Nebrites] singularis numeri, Gemma Libero patri sacra, à nebridum pellium similitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mebrophonus] penul. corr. Nomen canis uenatici apud Ouidium, lib. 3. Metamorphoseos,
Nebrophonusq; ualens, & trux cum Lælape Theron.

Interpretari licet himnulorum interfectorem: παρὰ τὸ νέβρος quod est hinnulus, & φονεύω occido.

Nebula] nebulæ, penul. corr. (νέφος, ὁμίκλη) Vapor è terrâ atq; aquis surgẽs, qui siue statim euanescit, siue in altum sublatus, conuertitur in nubem. Plin. lib. 2. capit. 60. 1, Nebulæ nec æstate, nec maximo frigore existere.
Amictus nebulæ. Virg. 1. Aeneid. 84.
Aereæ nebulæ. Catull. ad Alphenum, epig. 28. 2.
Atra nebula. Virg. 2. Aene d. 72.
Grauis nebula. Senec. Thyeste, 8.31.
Humentes nebulæ. Stat. 9. Thebaid. 91.
Liuens nebula. Silius lib. 6.57.
Tristes nebulæ. Stat. 5. Thebaid. 37.
Volucres nebulæ. Ouid. 1. Metam. 121.
Quasi per nebulam audire: hoc est, leuiter, non attentè. Plaut. Capt. 19.27.
Diluit nebulas Titan. Silius lib. 5.12.
Dimouere nebulam. Claud. 1. in Eutrop. 79.
Campus in cælum erigit nebulas. Senec. Thebaid. 2.16.
Resoluuntur nebulæ uentis ac sole. Ouid. 14. Metam. 80.
Obstantes nebulas scindere. Ouid. 2. Metam. 31.
Velatus nebula. Ouid. 12. Metam. 120.
Pinguem nebulam uomucre lucernæ. Pers. Satyr. 5. 19.
Nebula erroris. Iuuenal. Satyr. 10. 1.
Nebula linea, pro tenui amiculo lineo, quod nec panni crebritatem, nec telæ densitatem, sed nebulæ tenuitatem æmulatur pellucidam. Petronius Arbiter, Palam prostare nudam in nebula linea. Ex Turneb.
Nebula, pro nugis. Pers. Satyr. 5,
Grande loquuturi nebulas Helicone legunto. Vulgus interpretum nebulas musas intelligunt, quod satis est frigidũ. Turneb. Inania & nugacia poetarũ figmenta fumis & nebulis similia accipit, quæ omnia eis in Helicone, quod Musarum domicilium est, nasci uidentur, quòd Heliconem & Musas Heliconis incolas, sæpe in suis poematis appellare, præsertim in principio soleant. Nebulæ, enim his in rebus poni solent: unde & nebulones dicti. Hæc ille.
Nebula, pro Re nihili. Plaut. Pœnulo,
Cuius ego uel nebulæ cyatho septẽ noctes nõ emã. Turneb.

¶ Nebulo, penul. corr. nebulonis, ut ait Donatus (ὀπαδαινὸς) Fur, quod nebulas obijciat: uel mollis, ut nebula est: uel inanis & uanus, ut nebula est. Terent. Eunuch. 2.2.38,
Nebulonem hunc certum est ludere. Lucilius, Nugator quidã ac nebulo fit maximus multo. Cic. ad Attic. lib. 1.7.7,
Et nebulonem illũ, si quo pacto potes, ex istis locis amoue.
Ex magno aliquo nebulone aliquid audire. Cicero Attic. lib. 6.
A nebulone facilè eludi. Cic. pro Rosc. Amer. 76. (112.4.

¶ Nebulosus, penul. prod. Adiectiuum (νεφώδης, ὁμιχλώδης) Nebulis tectus, plenus nubibus.
Aer nebulosus. Plin. lib. 21. cap. 7. 2.
Aestus nebulosus. Colum. lib. 11. cap. 2. 41.
Ager nebulosus. Cato cap. 6. 1.
Cælum nebulosum. Cic. 1. Tusc. 94.
Cubilia nebulosa. Stat. 10. Thebaid. 17.
Littus nebulosum. Ouid. ad Liuiam, 90.
Locus nebulosus: hoc est tepidus, & frequentibus nebularum humoribus consperfus. Colum. lib. 2. cap. 10. 6.
Meuania nebulosa. Propert. lib. 4. eleg. 1. 26.
Palus nebulosa. Silius lib. 8. 76.
Saxa nebulosa. Lucan. lib. 6. 19.
Nebulosior, Comparatiuum. Cato cap. 6. 4, Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi amineum maius, &c.

Nec] Disiunctiua coniunctio (οὐδέ, οὔτε) Cicer. de Amicit. 5, Nec enim melior uir fuit Africano quisquam, nec clarior. Festus,

Nec coniunctionem Grammatici ferè dicunt esse disiunctiuam, ut Nec legit, nec scribit: quũ si diligẽtius inspiciatur, ut fecit Asinius Capito, intelligi posit eam positam esse ab antiquis, pro non & ut in XII est, After custos nec sit.

Nec, pro Non, ut dictum est. Cic. 3. de Leg. 15, Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.

Nec opinanti, Non opinanti. Terent. Heaut. 1. 2. 12,

Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obijcerem domi. Et And. 1. 2. 9,

Id voluit, nos si nec opinantes duci falso gaudio,
Sperantes iam amoto metu. Cicero ad Sulpitium, lib. 13. 19. 2, Ei nec opinanti uoluntatem tuam tantam per literas detulisse.

Nec opinata res Volscos perculit. Liuius 2. ab Vrbe, 92.

Nec opinato, aduerbij uice positum, pro Inopinato. Cicer. 3. de Fin. 11, Quod quum accidisset, ut alter alterum nec opinato uideremus, surrexit statim.

Nec, secundo loco positum. Terent. Eunuch. 5. 4. 13,

Quæ dum foris sunt, nihil uidetur mundius,
Nec magis compositum quicquam. Ibidem, 5. 9. 47.

Nec nihil. Terent. Adelph. 1. 2. 61,

Nec nihil, neq; omnia hæc sunt, quæ dicit, tamen.

Nec, neq;. Liuius 7. bel. Pun. Mors Marcelli quum alioqui miserabilis fuit, tum quòd nec pro ætate (maior iam enim LX annis erat) neq; pro ueteris prudentia ducis tam improuidè isset.

Nec enim illa prima uera est, ut quemadmodum in se quisq; sic in amicum sit animatus. id est, non enim. Cic. de Amic. 51.

Nec iniuria. Liuius 6. bel. Pun. 69, Tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis, nec iniuria forsitan.

Nec ita multo pòst. Cic. pro Quintio, 8, Quo mortuo nec ita multo pòst in Galliam proficiscitur.

Nec mirum. Cic. de Amic. 31, Ab his qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longè dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt.

Nec sicut uulgus, sed ut eruditi solent, &c. Cic. de Amic. 6.

Nec uerò multitudo pedes nouit, nec ullos numeros hunc tenet. Cic. in Orat. 100.

Nec uerò, secundo loco positum, pro Sed nec. Cic. de Amic. 53, Negabat ullam uocem mimicitiorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquãdo esset osurus: nec uerò se adduci posse, ut hoc quemadmodum putaretur à Biante esse dictum, crederet.

Nec uerò, sed etiam. Cic. de Amic. 60, Nec uerò in hoc quod est animal, sed in ijs etiam quæ sunt inanima, consuetudo ualet.

Nec, pro etiam. Quintil. in Aegro redempto, Persolui gratia non potest, nec malo patri.

Nec caput, nec pedes habet. Modus loquendi uulgaris, quum res intricata & impedita est ita, ut quò te uertas, nescias. Cic. Curio, lib. 7. 32. 2.

Nec eo minus, pro nihilo secius. Sueton. in Othone, cap. 4.

Nec quicquam aliud, pro Tantum. Sueton. in Nerone, cap. 43.

Necnon &. Sueton. in Tito Vesp. cap. 5, Tanto militum gaudio ac fauore, ut in gratulatione imperatorem eum consalutauerint, & subinde decedentem prouincia detinuerint, suppliciter, necnon & minaciter efflagitantes, aut remaneret, aut secum omnes pariter abduceret. (Gram. 23.

Necnon etiam poemata faciebat ex tempore. Sueton. de claris

Non nequicquam. Vide Non, Aduerbium.

Nec quidem. Plin. lib. 8. cap. 36. de Vrsis, Procedunt uere, sed mares præpingues: cuius rei causa non pompta est: quippe nec somno quidem saginatis præter XIIII dies.

Nec omni plebe aduersante. Liu. 2. ab Vrbe, 175.

Nec tamen. Cic. 4. Ver. 89, Excogitat inquam quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodes tuus adesse posset.

Nécne. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16. 5, Parthi transierint, nécne, præter te uideo dubitare neminem.

Nec suspicari, pro Ne suspicari quidem. Cic. 1. Acad. 11, Quod bonum quale sit, negat omnino Epicurus sine uoluptatibus sensum mouentibus nec suspicari.

Nec, à Neq;, factum est, per apocopem extremarum uocalium. Et quia in fine syllabæ q scribi non poterat, transiuit in c. nam q & c affines literæ sunt.

¶ Necdum, pro Non adhuc. Cic. ad Att. libro 6. III. 23, Cæsius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatæ.

Necdum illis labra admoui. Virg. 3. eclog. 9,

Necdum etiam causæ irarum, sæuiq; dolores
Exciderant animo. Virg. 1. Aeneid. 6.

Necepso] Nomẽ authoris, de quo Firmicus lib. 8. sic inquit: Hunc locum diuinus ille Necepso, ut remedia ualetudinum inueniret, diligentissimè quidem (ut diuinum tanti uiri potuit ingenium) manifestis tractatibus explicauit.

Necesse] siue necessum (ἀναγκαῖον, ἀναγκαίως) Nomen est, inquit Donatus: nam necessus, necesis, & necessitas, & necessum, lectum est. Dicitur necesse, quod ui aliqua cogente fieri opus est. A cessso uerbo, quia non sit in eo cessandum. Terent. Eunuch. 5. 6. 28,

Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo. Cic. de Amic. 43, Quæ necesse est ut cuiu aliqua cura res sibi contrarias aspernetur.

Mori necesse est Scipioni. Cic. de Fato, 28.

Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Cic. 2. de Inuentione, 247.

Ferre legem Consuli opus esse, sibi necesse non esse. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 105.

Necesse est uendiderit. Cic. 5. Verr. 174.

Necesse habere, pro Opus habere. Cic. de Opt. gen. Orat. 148, In quibus non uerbum pro uerbo necesse habui reddere. Idẽ in Partit. 26

Habere necesse aliquid dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 13.

Necessum, Idem. Plaut. Asin. 16. 45, ——hauteam
Bibere malim, si necessum est, quàm illam oscularier. Idẽ Sticho, 4. 66.

¶ Necessitas, penul. cor. necessitatis (ἀνάγκη, βία, βιαιότης) Vis ipsa quæ nos cogit ut aliquid faciamus. Cicero 1. Acad. 42, Quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter posit atq; ab ea constitutum sit, intra quasi fatalẽ & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.

Nemus quod nulla cecidérat ætas. Ouid. 2. Metam. 84.
Nemora & syluæ multos commouent. Cic. 1 de Diuin. 185.
Congestu nemore aceruans aggerem. Senec. Herc. fur. 13. 16.

Succisum

Succisum curuare nemus. Lucan. lib. 4. 28.
Ignaua nemora euertit. Virg. 2. Georg. 42.
Grauescit nemus fœtu. Virg. 2. Georg. 86.
Insonuit uento nemus. Ouid. 2. Fast. 94.
Totum inuoluit flammis nemus. Virg. 2. Georg. 62.
Peragrare nemora. Cic. 2. de Aruisp. resp. 21.
Flamma perdit nemus. Stat. 6. Theb. 22.
Plangunt nemora ingenti uento. Virg. 1. Georg. 67.
Vernat nemus. Senec. Herc. Oeth. 4. 44.
Violare nemus securi. Ouid. 8. Metam. 158.
Omne nemus uirebit. Virg. 7. eclog. 12.
Nemus, Romani appellabant in Aricino agro locum Dianæ sacrum. Author Strabo.

¶ Nemorosus, pen. prod. Adiect. (ὑλώδης, ὑλήεις, δενδρώδης) ut, Nemorosus collis. Plin. epist. 16. 1. a, Modicus collis adsurgit, antiqua cupressu nemorosus & opacus. id est, plenus uel abundans cupresso.
Iuga nemorosa. Iulian. Satyr. 3. 20.
Locus nemorosus. Ouid. epist. 15. 11.
Montes nemorosi. Ouid. 3. de Arte, 86.
Syluæ nemorosæ. Ouid. 10. Metam. 137.
Zacynthos nemorosa. Virg. 3. Aen. 54.

¶ Nemoralis, & hoc nemorale, penultima producta (νέμεος &) Quod ad nemus pertinet: ut, Vmbra nemoralis. Mart. lib. 13. 19,

Mittit præcipuos nemoralis Aritia porcos. hoc est, quæ circum ipsa est nemora, uel quæ nemoribus circumsepta est.

Atrum nemorale. Ouid. 3. Metam. 32.
Sedes nemoralis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 12.
Stagnum nemorale. Ouid. 14. Metam. 66.
Templum nemora Dianæ. Ouid. 1. de Arte, 52.
Vmbræ nemorales. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 1.

¶ Nemorensis, & hoc nemorense, idem (νεμέης) ut, Nemorense mel. Colum. lib. 9. cap. 4. 6, Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto atq; arbuto prouenit.

Nemorensis rex. Qui Dianæ Aricinæ sacrificijs præerat. Suet. in Caligula, cap. 35.

¶ Nemoriuagus, penultima correpta, Adiectiuum (νεμεσιπλαγκτος) ut, Aper nemoriuagus. Catul. de Berecynthia, epigram. 58. 15.

Nemut, ut ait Festus, uerbum antiquum, significat Nisi, etiam, uel nempe.

Nenum] pro Non, antiquum. Lucilius lib. 30,

Sed tamen hoc dicas quid est, nenum molestum est.

Varr. epistol. ad Fusium, si hodie nenum uenis, cras quidem si ueneris, dies est natalis fortunis Fortunæ. Stpontius Noenon legit.

Neo] nes, neui, netum (νέω, νήθω) nere, Filum torquere, quod proprium mulierum est. Iustinus libro 1, Inuenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem. Plin. lib. 33. capite 3, 22, Superq; omnia netur ac texitur lanæ modo, & sine lana.

Lanas nere. Ouid. epist. 24. 9.
Deæ nerunt fortia fila. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 13.
Assiduo durum pollice nebat opus. Ouidius de Medicamine faciei, 3.
Stamina neuit. Ouid. 2. Fast. 154.
Parcæ nentes fatalia stamina. Tib. lib. 1. eleg. 7. 1.
Donum quod nostræ neuêre manus. Sil. lib. 7. 17.

Neo] neis, tertiæ coniugationis. Idem. Tibullus lib. 3. eleg. 3. ad finem,

Aut si fata negant reditum, tristesq; sorores
Stamina quæ ducunt, quæq; futura neunt.

Netus] Participium: ut, Lana neta. Vlpian. in l. si cui lana. D. de legat. 3.

Neobole] penultima producta (νεοβώλη) Lycambis filia, quæ quòd Archilocho poetæ promissa negaretur, iambis infectari cœpit Licambem Archilochus. Vide Archilochus.

¶ Neobole, pen. etiam prod. Hebri adolescentis Liparei amore capta, ad quam scribit. Hor. 3. Carm. ode 12. 2,

Studium aufert Neobole Liparei nitor Hebri. Dicitur à νέος nouus, & βῶλος gleba.

Neocæsaria] æ (νεοκαισάρεια) Vrbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit. Author Plin. lib. 6. cap. 3.

Neocles] pen. corr. Philosophus Athenien sis, frater Epicuri, scripsit de secta sua, Diogenes Laertius. Neoclem Cicero lib. 1. de Nat. deor. facit Epicuri patrem.

Neocorus] neocori, pen. corr. (νεοκόρος) Latinè Aedituus. Firmic. lib. 3. cap. 7, Erunt etiam ipsi prophetæ, necori, aut præpositi templis ac religionibus. Idem lib. 4. cap. 7, Luna facit neocorus, aut propbetas, uel sacerdotum principes.

Neodunum] pen. prod. (νεόδυνον, νεομηνία) Ptolemæo libro 2. cap. 8, Galliæ Lugdunensis ciuitas, uulgò Leondul. Scribitur & Neodunum.

Neomenia] neomeniæ, Nouilunium.

Neophytus] pen. corr. Nouellus. quasi νέον φυτὸν, id est, nouum germen. In sacris literis dicitur qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper insitus.

Neoptolemus] pen. corr. (νεοπτόλεμος) Nouus miles. Virgil. 2. Aen. 55,

Pelidesq; neoptolemus, primusq; Machaon.

Neoptolemus] νεοπτόλεμος, filius fuit Pyrrhi, ex Deidamia, alio nomine Pyrrhus, à qualitate capillorum dictus: ut est author Seruius.

Furens cæde Neoptolemus. Virg. 2. Aeneid. 100. De hoc Cicero de Amic. 64.

Neoris] Iberiæ oppidum insigne, iuxta Harmastim fluuiũ. Author Plin. lib. 6. cap. 10.

Neotericus] Recentior: νεώτερον recentiorẽ dicũt Græci.

Neotichitæ] νεοτειχῖται, Aeolidis populi sunt, quorum urbs νέον τεῖχος, hoc est, noua mœnia, commemoratur à Stephano.

Nepa] nepæ: uel Nepes nepis, more Græco (σκορπίος) scorpium significat. Cic. 5. de Fin. 75, Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus uti uideamus boues, nepas aculeis, suam denique cuiq; naturam esse ad uiuendum ducem. Festus, Nepa Afrorum lingua, sidus quod Cancer appellatur, uel ut quidam uolunt, Scorpius. Plautus Casin. 10. 7. 22,

Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam,
Captandus est horum clanculum sermo mihi. Colum. lib. 11. cap. 2, Idibus Martij Nepa incipit occidere: significat tempestates. Cic. 3. de Natur. deorum, 157. Et in Arato, 25. & 47,

Quare quum magnis sese Nepa lucibus effert.

Nepenthes] n. g. (νηπενθὲς) Herba est. Plin. lib. 25. cap. 2. 9. de Homero loquens, Herbas certè Aegyptias à regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepentbes, oblitionem tristitiæ, ueniamq; afferens, & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinandum. Hactenus ille. Vnde pharmacum illud quod Helena Telemacho confecit, Odysseæ 4. Homerus appellat νηπενθὲς, quasi ἄλυπον, Quidam eandem cum bugloſſa suspicantur, propterea quòd uino iniecta hilaritatem inducit, teste Galeno. Cui subscribit Plin. lib. 25. cap. 8. 2. Nomen habet à νὴ priuatoria particula, &

la,& νεῦλον,luctus. Idem Plin.lib.21.cap.21.7, de helenio herba, Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in uino,eumq; quem habuerit nepenthes illud prædicatũ ab Homero,quòd tristitia omnis aboleatur. Vide diligenter Macrob.lib.7.Saturn.cap.1, Budæus in posterioribus annotationibus,Cælium lib.19.cap.3.& lib.27.cap.25.

Nepeta] pen.corr.siue Nepita (καλαμίνθη) Herba quæ pulegium agreste uulgò dicitur. Colum.lib.5.cap.7.15,At si modesta pituita est,cumilæ bibulæ,uel nepetæ syluestris succuli lana inuoluti naribus inseruntur. Plin.libro 20. capite 14.1,Item, pulegio est nepeteq; societas. Nonnulli existimauerunt eam esse herbam quam Dioscorides uocat galliopsim,quum tamen non sit. Quin potius est ex Dioscoride tertia calamynthes species.

Nepeta] νέπετα,Tuscorum urbs Ptolemæo,libro 3.capite 1. hodie Nepa.

Nephalia] nephaliorum (νηφάλια) Festa erant in quibus non uinum,sed aqua mulsa libabatur,& sobriosorum festiuitates erant.

¶ Nephalia,ligna uocabantur,quæ uitiginea non forent, nec ficulnea,aut myrtea. Illa enim enispa dicuntur,aut œnospondia,ut quæ urerentur,ubi non uinum,sed aqua prolibaretur. Tradit Philocorus,thymi lignum propriè nephalium uocari,quo usi primùm in sacris igne factis uteres feruntur. Vide Cæl.lib.7.cap.16.

Nephele] huius Nepheles,pen.corr. (νεφέλη) Vxor Athamantis,& matris Phryxi & Helles. unde Ouid. Helles Nepheleidos dixit. νεφέλη interpretatur nubes,nebula,aer densus. νεφέλιον, nubecula.

¶ Nepheleus,Adiectiuum (νεφελαῖος) ut,Pecus Nepheleum, Aries qui Phryxum & Hellen per mare uexit. Valerius 1. Argon.12.

Nephritis] pen.corr.nephritidis,f.g. Renum morbus dicitur,sæpe lapide magnitudinis uisendæ,uel in renum altero, uel inureteris inorto impactoq;,à quo prouenit colico haud absimilis dolor. Sic Cæl.lib.4.cap.20.

Nepita] Vide suprà Nepeta.

Nepos] nepotis,pen.prod.m.gen.(ἔκγονος) Qui ex filio filiáue natus est :quòd natus sit pòst patri, quàm filius ut ait Festus. Cic.7.Verr.107,Tu inter huiusmodi mulieres prætextatum tuum filium,nepotem meum collocauisti.

Ex filia nepos. Cic.de clar.Orat.142.

Nepos & Auus,correlatiua. Cic.pro Deiot.1.

Patruus nepos. Virg.2.Aen.64.

Sororis nepos:hoc est, Nepos ex sorore. Tacit.lib.3.

Nepos, inquit Nonius, dici & fœmina potest, Ennio auctore, quæ nunc neptis dicitur,Iliada nepos quas erumnas retulisti.

Nepotes,posteri etiam uocantur. Virg.6.Aen.137,

Fortè recensebat numerum,charosq; nepotes. Id est, posteros ac descendentes.

¶ Nepotes (ἔσχατοι) appellantur consumptores,à scorpione siue nepa, quæ (ut ait Plinius lib. 11. cap.25.5) deuorat omnes fœtus suos, uno solum saluo. Siue dicuntur luxuriosæ uitæ homines,quòd non aliter ijs rei suæ familiaris cura sit,quàm ijs quibus pater auus uiuunt. Hor. 2.Sermon.Satyra,3.45,

Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Cicero pro Quintio,22,Quis tam perditus ac profusus nepos,non adesa iam,sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset,ut fuit Sext. Næuius?

Nepos in patrimonio suo. Cicero 1. pro lege Agraria, 1. Ibidem, 54, Vt in rebus suis, ita in Repub. luxuriosus nepos,qui,&c.

Nepos aliquando cognomen contumeliæ fuit à prodigalitate, ut de Q.Metello collega P.Lentuli cos. scribit Valer. unde lusit Cic.ad Att.Sumpta iam Nepos euasit Scaptius. Patrem tamen Metelli,eũ qui cũ T.Didio cos. fuit,Q.Metellum Nepotem uocant etiã Capitolini scriptores. Nepotem autem eum dictum, quasi Q. Metelli Macedonia nepotem significat in Cornelianam Pædianus. Ex Sigonio.

Nepotes,in uite. Colum.lib.4.cap.6, Idem tamen sarmentum, quod in materiam summittimus, ab imo usq; in tres pedes, & semissem pampinabimus,& omnes eius intra id spacium nepotes enatos decerpemus. Ibidem, cap.24.15, Iam nerò ipsos palmites, quos uindemiæ præparamus, clauiculis ac nepotibus liberandos magnoperè censeo. Virgilius 2. Georgicorum,12.

Nepos. Columella libro 6.cap. 37.3, Eiusmodi admissarium gnauiger nepotibus magis, quàm filijs utilior. De generosarum.

¶ Neptis,huius neptis (ἀνεψιά) Cic.de clarijs Orat.111,Ergo illam patris elegantia tinctam uidimus: & filias eius Mutias ambas,quarum sermo mihi fuit notus: & neptes Licinias. Plin.lib.7.cap.43.3.

Arbitrium neptis habebat auus. Ouid.epist.8.7.

¶ Nepotulus, nepotuli, pen. corr. Diminutiuum (ἐκγονίδιον) Plautus Milit.22.20,

—si Te saluum hinc mittimus ire Venerũ nepotulum.

¶ Nepotinus,pen.prod. Adiectiuum (ἀσωτικὸς) Suetonius in Caligula,cap.37,Nepotinis sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit.

¶ Nepotor,pen.prod.nepotaris (κωμάζω) nepotari, Luxuriosè & prodigè uiuere. Senec.de Benefic.lib. 1.cap.15,Veto liberalitatem nepotari. Id est,beneficium non dandum esse ei qui nequiter profusurus sit. Hinc,

¶ Nepotatus,huius nepotatus,pen. prod. (κωμάσμα) Verbale: de quo Afranius,Scurrilitate ac nepotatu nobilis. Plin. lib.14.cap.4.ad finem.

¶ Nepotalis,& hoc nepotale,pen. prod. ut, Luxus nepotalis, id est, immodica profusio uictus & prodigentia. Nepos enim prodigus dicitur. Apuleius lib.2.Asini aurei,paulo post principium.

Neptunus] pen.prod.(ποσειδὼν,ποσειδῶνος) Saturni & Opis filius,maris deus:dictus est à nando, mutatis literis primis,ut ait Cic.2.de Natura deorum, 96, Vel (ut Varroni placet) à nubendo, quòd ut cælum nubes,ita mare terras tegat.

Corpus acerbum Neptuni. Lucretius libro 2.95. Id est,mare acerbum.

Credere se Neptuno. Vide Credo.

Neptunus Aegæus. Virg.lib.3.Aeneidos,

Nereidum matri, & Neptuno Aegæo. Aegæus autem appellatur,inquit Turnebus, quòd magna ueneratione Aegis,quod oppidum est Eubœæ,coleretur.

Vterq; Neptunus. Catull.de Sirmione,

—— Quascunq; in liquentibus stagnis

Mariq; saeuo fert uterq; Neptunus. Quæsitum qui sit uterque Neptunus: ac probabilis eorum esse uidetur sententia,qui maro superum & inferum, quibus Italia cingitur,interpretantur. Verius tamen fortasse uideri potest, quum significet Neptunus eam uim, quæ humori præest, ut utrunque Neptunum intelligamus & eum qui dulcibus, & eum qui salsis aquis imperat. Sic enim Sirmio insulis & peninsulis omnibus maris,& fluminum, & lacuum anteponetur. Huic expositioni fauent Catulli uerba,qui & liquentium stagnorũ,& maris mentionem facit. Ex Turnebo.

¶ Neptunius,pen.corr. (ποσειδώνιος) Adiectiuum possessiuum:

uum: ut, Neptunia regna.
Arua Neptunia. Virg. 8. Aen. 139. Hoc est, mare.
Dux Neptunius. Horatius Epod. 9. 2. Hoc est, marinus imperator. Sextum Pompeium intelligit, Pompeij magni filium.
Heros Neptunius. Ouid. 9. Metam. 1. Intelligit Theseum.
Lacunæ Neptuniæ. Author ad Heren. lib. 4. 157.
Mœnia Neptunia. Propert. lib. 3. eleg. 9. 9.
Pergama Neptunia. Ouid. epist. 3. 31, à Neptuno & Apolline ædificata.
Pistrix Neptunia. Cic. in Arato, 48.
Prata Neptunia secare. Cic. in Arato.
Proles Neptunia, Messapus. Virg. 9. Aen. 105.
Troia Neptunia. Virg. 2. Aen. 125. Cuius muri à Neptuno & Apolline constructi sunt.

¶ Neptunine, huius neptunines, pen. prod. (ποσειδανίων) Patronymicum fœm. Catull. Argon. epigr. 59. 6,

Téne Tethys genuit pulcherrima Neptunine. Turnebus, aliter & sic legit,

Téne Tythys tenuit pulcherrima Neptunine? Neptunumq; putat hìc uocari eum, qui ex elemento Neptuni, & neptibus uxorem petat, & Neptunum genere contingat. Itaq; uocandi sensu de Peleo interpretandum, aut Neptunina legendum. Et hæc germana lectio est.

¶ Neptunalia, Neptunaliorum (ποσειδώνια) Neptuni sacra, quæ & Saliatia à Salo dicuntur.

Nequa] Aduerbium (μήτις) Ne per aliquem locum, Aut Nequa, nomen, id est, ne aliqua. Virgilius 6. Aeneid. Cicero 1. Verr. 18, Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.

Nequalia] Sunt detrimenta, ait Festus.

Nequam] οὐπανὸς, μοχθηρὸς, Nomen indeclinabile, quod apud ueteres significat hominem nullius precij, quòd ne tanti quidem sit, quam quod habetur minimi: ut ait Festus. Varro, Nequam ex Ne & Quicquam, media syllaba extrita, cõponi ostendit in libro de Lingua Latina. Quidã à Nequeo, quòd nihil queat, nulliq; rei sit aptus. Vide Gellium, libro 7. cap. 11. Caper docet, Nequam signare non malum, sed inutile. Plaut. Mostel. 3. 16, Atq; ubi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, &c. Et Cas. 5. 41, Potius quàm illi seruo nequam armigero, nihili atq; improbo. Cic. 2. Philip 84, O' hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere.

Charisius lib. 1, Commune trium generum in a unum uenit Nequa, idem & singulari & plurali numero monoptoton est, propter quod multum errant qui dicunt adiecta m litera, Nequam hominis propositum habet. Hæc Charisius.

Frugi & Nequam, contraria. Cic. 2. de Orat. 37.
Nequam & cessator Dauus. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 20.
Nequam atq; improbus homo. Cic. pro Cælio, 6.
Homo ingeniosissimè nequam. Paterculus lib. 2, C. Curio eloquens, audax, homo ingeniosissimè nequam, & facundus malo publico. Aliquanto pòst, M. Cælius, uir eloquio animoq; Curioni simillimus, sed in utroque perfectior, nec minus ingeniosè nequam.
Nequam, pro Inconsideratus. Cic. Attic. lib. 6. epist. 2, Peloponnesias ciuitates omneis maritimas esse, hominis non nequã, sed etiam tuo iudicio probati, Dicæarchi tabulis credidi. Nequam, id est, inconsiderati, indiligentis, qui temerè scriberet quicquid in buccam.

¶ Nequior, nequissimus. Cic. ad Att. lib. 9. 11 2. 5, Nunquam ui di hominem nequiorem. Idem, 2. Philip. 34, Non cum uno gladiatore nequissimo de Repub. grauiter querens. Horat. 3. Carm. ode 6. 10,

Aetas parentum peior auis, tulit Nos nequiores.

Perditus, multoq; nequior homo. Cic. Cassio, lib. 12. 2. 1.
Nequius aut turpius nihil est effœminato uiro. Cicero 3. Tusculan. 41.
Homo omnium nequissimus. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 1.
Aurum nequam. Festus, Nequam aurum est auris, quod uis uehementius ambiat. hoc uersu Lucilij significare ait Asinius Capito, nequam esse aurum, quòd aures lædat, uel pondere inaurium, quum mollissima pars inciditur. Vel ex auro intelligi pecuniæ cupiditatem, cuius respectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adducuntur.
Liber nequam. Ouid. 2. Trist. 63.
Nequam uitis, Inutilis. Colum. lib. 3. cap. 10. ad finem.
Nequam, pro Nequiter. Plaut. Pœn. 3. 50,

—— locum sibi uelle liberum præberier,
Vbi nequam faciat clam.

¶ Nequiter, pen. corr. nequius, nequissimè, Aduerbium (μοχθηρῶς) Cic. 3. Tusc. 64, A me quidem paulo antè appellata frugalitas, quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Plin. lib. 12. cap. 25. 7, Nequissimè autem gummi. quoniam ipsum quoq; inhæresc it. Cic. 2. de Fin. 45, Quia quod benè, id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat.

¶ Nequitia, nequitiæ (μοχθηρία, πονηρία) Lasciuia & libidinosa illecebra. Cic. Att. lib. 1. 11. 13, Nam plane ita putauerũt, quum religio, quum pudicitia, quum iudiciorum fides, quũ Senatus authoritas concidisset, fore ut apertè uictrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoq; peteret sui doloris.
Poeta suæ nequitiæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 1.
Nequitia, inquit Donatus, propriè libidinosa inertia dicta est, quòd nihil queat, nulliq; rei apta sit.
Natiuæ mala nequitiæ. Iuuen. Satyr. 14. 22.
Officina nequitiæ, & diuersorum flagitiorum omnium domus eius. Cic. pro Rosc. Amer. 79.
Semina nequitiæ languidiora. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 2.
Nequitia, ut ait Gellius lib. 7. cap. 11, est luxus uitæ prodigus atq; effusus. Ouid. 1. Fast. 83, Nequitia est quæ te non sinit esse senem. Terentius Heaut. 3. 1. 72,

Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.

Modus nequitiæ. Senec. Agamem. 3. 9.
Frugalitati contrarium uitium Nequitia dicitur. Cic. 3. Tuscul. 31, Frugalitas, ut opinor, à fruge, qua nihil melius è terra: nequitia ab eo, etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus, & lusisse putemur, si nihil sit, ab eo quòd nequicquam est in talli homine, ex quo idem nihili dicitur.
Nequitia, pro Intemperantia quadam, & libidine rerum Venerearum. Hor. 3. Carm. ode 15,

Tandem nequitiæ fige modum tuæ. Et Satyr. 3. lib. 2,
—— par nobile fratrum
Nequitia, & nugis pranorum & amore gemellum.

Luxuria & nequitia. Cic. 7. Verr. 69.
Nequitia & inertia. Cic. 1. in Catil. 3.
Malitia & nequitia. Author ad Herenn. lib. 3. 102.
Perdita nequitia. Vide Perditus.
Perdita nequitia & summa egestate uir. Cicero pro Cluentio, 26.
Singulari nequitia præditus homo. Cic. 5. de Fin. 100.
Inuoluta argumentis nequitia. Vide Inuoluo.
Abducere aliquem ad nequitiam. Vide Abduco.
Adducere ad nequitiam. Vide Adduco.
Aceti enim nequitiæ inest uirtus, magnos ad usus. Plin. lib. 14. cap. 20. 4, Hoc est, acrimoniæ, & substantiæ quæ ex uino ita degenerauit.
Nequitia est scelere. Locus est Ciceronis in 5. Philip. Aenigma-

tis autem inuolutum & implicatum continere sensum uidetur hancq; complecti sententiam, Rectè facere, nequitia est. ut quum quis per scelus partas opes, nequiter profusecq; dissperdit, rectè facere uidetur. Sic exponit Turnebus, sed ita ut addubitet, quòd non satis incolumem eius loci integritatem esse credat. Et Muretus quoq; paruam quandam in libris uetustis ibi patêre lacunam affirmat.

Nequitia, pro malitia & fraude. Vlp. in l. cum autem. §. capitalem. ff. de ædil. edic. Capitalem fraudem admisisse accepimus dolo malo, & per nequitiam.

¶ Nequities, nequitiei, Idem (πονηρία) Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 27, Illum aut nequities, aut uafri inscitia iuris,
Postremum expellet certè uiuacior hæres.

Nequando] Aduerbium (πώποτε) Ne ullo tempore. Cic. de Amicit. 54, Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitijs comparandis, ut nequando amare inciperemus eum: quem aliquando odisse possemus.

Nequaquam] pen. prod. (οὐδαμῶς) Aduerbium negandi Cic. 6. Verr. 57, Ipse ait, se uelle illud etiam atq; etiam consyderare: nequaquam se esse satiatum.

Nequaquam tantum inter eos interesset. Cicero 1. de Inuentione, 89.

Nequaquam satis in re una consumere curam. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 10.

Neque] μήτε, οὐδέ, οὔτε, Disiunctiua coniunctio. Terent. Eunuch. 2. 3. 2, — occidi Neq; uirgo est usquam, neq; ego qui illam è conspectu amisi meo.

Nullæ enim lites, neq; controuersiæ sunt, quæ, &c. Cicero 1. de Orat. 59.

Neq;, sæpius repetitum. Cic. 1. Offic. 7, Nulla enim uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, uacare officio potest.

Neq; enim sunt isti audiendi, qui uirtutem duram & quasi ferream esse quandam uolunt. Cic. de Amic. 44.

Neq; &. Terent. Eunuch. 1. 1. 32, — si sapis,
Neq; præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, rectè feras.

Neq;, sequente Etiam. Liu. 6. bel. Pun. 7, M. Sextilius Fregellanus respondit, & c. ad id sibi uecq; opes deesse, animum etiam superesse.

Neq; sine. Terent. And. 1. 2. 8, At nunc faciet: neq;, ut opinor, sine tuo magno malo.

Ne, neq;. Terentius And. 1. 2, 34,
Ne temerè facias: neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue.

Neq; id quidem. Cic. de Amic. 17, Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum: concedantq; ut hi boni uiri fuerint. neq; id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. In ueteri codice legitur, ne id quidem.

Neq; dum, pro Necdum: id est, Et nondum. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 24. 3, Sed eius rei maturitas neq; dum uenit, & tamen iam appropinquat. Idem pro Cluent. 58.

Neq; uerò me Lacedæmonij aut Athenienses magis nouerint, quàm Pop. Romanus. Quint. lib. 2. cap. 17.

Neq; quicquam quàm, pro Tantum. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 10, Hinc ad alios commilitones fluctuantes, neq; quicquam adhuc quàm frementes perduxit.

Neq; secius eo, pro Nihilo minus. Suet. in Domitiano Cæsare, cap. 12, Sed quum obnoxium se barbaris per hoc animaduerteret, neque secius eo in explicandis oneribus omnibus hæreret.

Neq; nihil. Cic. pro Rosc. Comœdo, 5. Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neq; tantum quantum postulauimus consequamur.

Neq; non. Varro de re Rust. Neq; non etiam quædam assumenda in uillam. Idem lib. 1. cap. 13.

Neq; opinatò se ostendere. Cic. 2. Philipp. 84.

Neq; ne, pro simplici negatione. Liuius 5. Decad. libro 4. 154, Neq; enim ne his enuntiationem apcruerat suam.

Nequeo] nequis, nequiui, nequitum, pen. corr. (ἀδυνατέω, ἀδονέω) nequire, Non ire interpretatur Festus. Significat autem non posse. Cic. de Amic. 76, Cuius autem aures clausæ ueritati sunt, ut ab amico uerum audire nequeant, huius salus desperanda est. Liuius, Signum omni ui molliente ferro nequire conuelli.
Nequeo te exorare ut maneas triduum hoc? Terentius Phorm. 3. 2. 4.

Dormire nequeo. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 2.

Nequeo quin. Plaut. Milite, 20. 32,
— heu mihi, neq; quin eam,
Quum abs te abeam.

Nequiui. Virg. 6. Aen. 102.

Nequij. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 16. — putásne,
Perduci poterit, tam frugi, tamq; pudica,
Quam nequiere proci recto depellere cursu?

¶ Nequibo, Futurum antiquum. Lucret. lib. 1,
— concedere porrò Quo poterunt undæ, quum pisces ire nequibunt.

¶ Nequitum, pen. cor. (οὐκ ἐδυνήθη) & Nequitur, pen. prod. pro non posse dixerunt ueteres. Pacuuius, Sed quum contendi nequitum, ut clàm intendenda est plaga. Plautus in Satyrione, Retrahi nequitur quoquò progressa est semel. Et Cato Originum lib. 1, Id nequitum exaugurari.

Nequicquam] Aduerbium (ἄλλως, αὔτως, μάτην) id est, Frustra. Terent. Heaut. 2. 3. 103, Age modò, hodie serò ac nequicquam uoles. Liuius 1. ab Vrbe, 131, Vtrinq; iniuriæ factæ, ac res nequicquam erant repetitæ. Cic. 3. Offic. 82, Ex quo Ennius, nequicquã sapere sapientem qui ipse sibi prodesse non quiret.

Talia nequicquam questus. Ouid. 13. Metam. 185.

Heu tantis nequicquam erepte periclis. Virgilius 3. Aeneidos, 143.

¶ Nequicquam, pro Non quicquam, ut ueteres. Ne uis, pro Non uis dicebant. Cic. 1. Tusc. Secernere autem à corpore animum, nequicquam aliud est quàm emori discere.

Nequicquam, Non. Virg. 1. Georg. 39,
Nequicquam pinguis palea teret area culmos.

Nequino, nequinas, nequinâre, Modò lasciuire, modò negari, significat. Sipont.

Nequinum, Vmbriæ oppidum, teste Plin. lib. 3. cap. 14, quod nunc Narnia dicitur, ob incolarum libidinosam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienses. Vulgò Narni.

Nequinunt] pro Nequeunt, id est, Non possunt: ut Solinũt, Ferimunt, pro Solent & Ferunt, dicebant antiq. Liu. in Odyssea, Partim errant, neq; nunc dequinunt Græciam redire. Festus.

Nequis] nequa, nequod uel nequid (μήτις) Ex Ne & Quis compositum, Ne aliquis. Terent. Heaut. 2. 3. 28,
Hoc primum, ut nequid huius rerum ignores, anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.

Nequitia] Vide Nequam.

Nereſſus] νηρεσὸς, Oppidum est in Cea insula, cuius meminit Aeschines Epist. 1. ad Polycratem.

Nereus] νηρεὺς, fuit, ut testis est Hesiodus in Theogonia, marinus deus, Oceani & Tethyos filius, ac Chorim sororem uxorem accepit, ex qua nymphas plures genuit. hunc omnium

nium antiquissimum dixit Orpheus in Argonautica.
Profundus Nereus. Stat. 5. Theb. 88.
Spumeus Nereus sæuit tridenti. Virg. 2. Aen. 84.
Violentus Nereus. Ouid. 12. Metam. 5.
Orbem totum circunsonat Nereus. Ouid. 1. Metam. 38.

Nereides] penultima correpta (νηρηίδες) Patronymicum, fœm. gener. à Nereo: fuerunt maris nymphæ, humanam effigiem habentes: quarum nomina sunt Nysæe, & Cymothoe. Nominatiuus singularis est Nereis, penult. indiff. Ouid. 11. Metam.

Sed memor admissi Nereida colligit orbam. Virgil. 5. Aeneid. 84, Claudianus in secunda præfatione libri contra Eutropium,

Lasciuas doctum fallere Nereidas. Ouid. 13. Metam. 162, Paulo post in cantilena Polyphemi,

Nerei te uereor: tua fulmine sæuior ira est. Nerei, uocatiuus est.

Deæ Nereides. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 8.
Aequoreæ Nereides. Catul. Argon. epigr. 59. 3.
Almæ Nereides. Cic. in Arato, 49.
Lasciuæ Nereides. Claud. 2. in Eutrop. in præfat. 14.
Oliantes Nereides. Claud. de Nupt. Honorij, 57.
Virides Nereides. Ouid. epist. 5. 12.

¶ Nerine, huius Nerines, pen. prod. (νηρίνη) Patronymicum fœm. Virg. 7. eclog. 8,

Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblæ.

Nerio] Nerienis (νηριήνη) Martis uxor. Gellius lib. 13. cap. 21, Nereio, siue Nericnes, Sabinum uerbum est: eoq; significatur uirtus, & fortitudo. Paulò post, Nerio igitur Martis uis, & potentia, & maiestas quædam esse demonstratur. Plautus autem in Truculento, coniugem esse Nerienem Martis dicit. Hæc etiam à Cn. Gellio in tertio Annali dicitur Neria, non Nerio, neq; Nerienes. Nerio, quasi Neirio, dicti putat Seruius Claudius, hoc est, sine ira, & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumq; fieri Martem precemur. Ne enim particula, ut apud Græcos, ita plerunq; in Latina quoq; lingua, priuatiua est. Hæc ex Gellio.

Neritæ] ex concharum genere. Plinius libro 9. capite 33. 2.

Neritos] νήριτος, Insula est prope Zacynthum, Dulichium & Ithacam. Hanc à Laerte fuisse captam ait Strabo ex Homero. Est & Neritos mons in Ithaca, ut eodem loco docet Strabo. Plin. lib. 4. cap. 12.

¶ Neritius, pen. corr. (νηρίτος) Adiectiuum, quo nomine Vlyssem intelligit Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 12,

Pro duce Neritio docti mala nostra poetæ
Scribite: Neritio nam mala plura tuli.

Domus Neritiæ. Ouid. 13. Metam. 154.
Rates Neritiæ. Ouid. 1. de Remed. 53.

Nerium] nerij (νήριον) Frutex est foliis amygdalæ, sed maioribus & pinguioribus: folia eius, quadrupedibus sunt uenenum. Rhododaphne aliàs dicitur. Plin. lib. 24. cap. 11. 5. Romanis autem rhododendron, inquit Dioscorides, à flore roseo, & quòd in arboris magnitudinem crescat: rhododaphne uerò, quòd folium lauri, florem autem rosæ similem gerat. Officinis uulgò hodiè oleander dicitur.

Nerium] νήριον, Ptolem. lib. 2. cap. 6, Promontorium Tarraconensis Hispaniæ: Artabrorum promontorium alio nomine. Nunc uocatur Finis terræ, in Compostella.

Nero] νέρων, Gel. lib. 13. cap. 21, Nerio, siue Nerienes, uerbum Sabinum est: quo significatur uirtus & fortitudo. Itaq; ex Claudijs, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen à Græcis accepisse uidentur, qui uincula ac firmamenta membrorum νεῦρα dicunt: unde nos quoq; Latinè neruos appellamus. Vide Sueton. in Tiberio, cap. 1. Hoc nomine fuit imperator Romanorum, qui omnium quos terra tulit, crudelissimus fuit. Hinc proprium nomen in appellatiuum commutatum est, ut Nerones nunc crudeles & Neroniores crudeliores dicamus. Hor. 4. Carm. ode 4. 8,

Quid debeas ô Roma Neronibus, Testis Metaurum flumen.

Maior Neronum. Hor. 4. Carm. ode 14. 3.

Nero caluus] maledictis populi appellatus est Domitianus, quòd sæuitia Neronem uel exæquaret, uel superaret, ac Nero alter esset. Et quia Caluus erat, ut à superiore distingueretur, Nero Caluus est uocitatus. Iuuenalis.

— & caluo seruiret Roma Neroni. Ausonius,

Et Titus Imperij felix breuitate, secutus
Frater, quem caluum dixit sua Roma Neronem.

¶ Neroneus, penultima prod. Adiectiuum (νερώνειος) Stat. 1. Sylu. 5. 13,

—Neronea nec qui modò lotus in unda, &c.

¶ Neronianus, penult. prod. Aliud adiectiuum (νερωνιανὸς) Mart. lib. 7. 33,

— quid Nerone peius,
Quid thermis melius Neronianis?

Nerua] fuit cognomen Liciniorum, Corceiorum, & Syllionum: ductum à Neruis, hoc est, à robore, ut quidam scribũt. Cic. in Brut. C. Licinius Nerua non indisertus fuit.

Nerua IIII. Romanorum Imperator fuit, Flauio Domitiano cui successit, dissimillimus, animoq; uerè paterno erga populum affectus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Aelium Troianum sibi adoptauit, qui illi etiam in Imperio successit. Vide Sueton. & reliquos historicos.

Neruij] νέρβιοι, Galliæ Belgicæ populi maximè fieri, ut ait Cæsar. Tornacenses nunc uocantur, Attrebatibus & Veromanduis finitimi. Hos irrigant Sabis & Scalde flumina. Cũ his pugnauit. Cæsar maximo totius exercitus discrimine, ut ipse testatur fusissimè belli Gallici lib. 2.

Nerulam] Populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Nerulam] Oppidum in Lucanis, quod ui captum fuisse repentino aduentu Aemilij, testatur, Liuius lib. 9. bel. Pun. Inde Nerulonenses dicti sunt. Sueton. in August. Manibus colybo decoloratis Nerulonensis mensarij.

Neruus] nerui (νεῦρον, νευρὰ, νευρὶς) Notæ significationis. hi à corde originem habent, ut docet Aristoteles. Alij à cerebro oriri dicunt: & rectius quidem, ex ipsa anatomes inspectione. Græcis autem dicuntur τὰ νεῦρα: unde nostra dictio Latina deducta est, ut testatur Gellius libro 13. cap. 21. Plautus Pœn. 18. 98,

— condamus alter alterum. Ergo in neruum brachiolẽ.

Adiuti aliquo conamine nerui. Vide Adiuuo.
Validi nerui. Lucret. lib. 5. 186.
Astringi ossa suis neruis debent. Quint. in Procem. lib. 1. 18.
Neruis artus continentur. Cic. 2. de Nat. deor. 209.
Neruis & ossibus dij non continentur. Cicero 2. de Natura deorum, 84.
Extentare neruos. Lucret. lib. 3. 99.
Rupti uulnere nerui. Ouid. 114.
Validi neruis. Celsus in Præfat. lib. 1.

Neruus, pro Robore & uiribus aliquando ponitur: in neruis enim robur peculiariter existit. Vnde dicimus rem esse sine neruis, quæ debilis est. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 1,

— sine neruis altera quicquid
Composuit pars esse putat.

Quantum in cuiusq; animo roboris est & neruorum, tanta est

consolatio. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 9.
Nerui Reip. id est, uires & fortitudo Reip. nempe milites, classes, & uectigalia. Cic. pro lege Manilia.
Nerui belli, pecunia & equitatus. Cic. 5. Philip. 166.
Vectigalium nerui. Cic. 5. Verr. 70.
Aculei & nerui forenses. Cic. in Orat. 34.
Mentis & corporis nerui. Quint. lib. 1. cap. 2. 6.
Neruis & sapientia tua opus est. Cic. Appio, lib. 3. 10. 4.
Est tuorum neruorum. Cic. ad Quint. fratr. lib. 3. 24. 10.
Adhibere neruos. Vide Adhibeo.
Afferre neruos. Vide Affero.
Contendere omnes neruos in re aliqua, uel Contendere omnibus neruis: pro, summa ui, summoq; studio niti. Nam robur iuxta philosophos, in neruis situm. Cic. ad Qu. fratr. Sic contende omnibus neruis & facultatibus. Idem 2. Verr. 22, Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, ueruntamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriæq; meæ contenderem.
Frangere neruos & mentis & corporis. Quint. lib. 1. cap. 2. 2.
Legionum nostrarum neruos his consilijs incidemus. hoc est, Vires & robur frangemus. Cic. 12. Philip. 313.
Incidere neruos populi Romani. Cicero 2. pro lege Agraria, 53.
Incidere neruos uirtutis. Cic. 1. Acad. 51.
Intendere neruos in re aliqua: pro, Totis uiribus conari, & omnem solicitudinem adhibere, & operam. Terent. Eunuch. 2. 3. 20. Vide Intendo.
Neruum etiam appellamus (inquit Festus) uinculum ferreum, quo pedes uel etiam ceruices impediuntur. Plautus,
Perfidiosè captus, eo ædepol neruo ceruices probat. Idem Capt. 12. 71,
Nam noctu neruo uinctus custodibitur.
Sic Asin. 11. 5, —— cruces q; compedesq;,
Neruos, catenas, carceres.
Corripere in neruum aliquem. Vide Corripio.
Neruus, pro amento, uel chorda arcus: ut,
Stridens neruus. Virg. 5. Aen. 101.
Adducto neruo concita moles. Ouidius 8. Metamorph. 72. Intelligit balistam.
Equino neruo intentus arcus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5.
Pulsans neruus. Virg. 4. Georg. 63.
Sagittas aptare neruo. Virg. 10. Aen. 27.
In neruum abire. Terent. Phorm. 4. 4. 15, —— ceterùm
Quum argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruum potius ibit. Vbi Donatus, In neruum ibit, Decipiet. à prouerbio tracto à sagittarijs: quum uis conatusq; tendentis arcum, non in uolatum teli, sed in ruptionem nerui expetatur. Alijs dictum placet, In neruum ibit: pro, in uincula ibit. Antiquitùs enim qui soluendo non essent uincti tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Neruus autem genus est uinculi, de quo paulo antè. Gel. lib. 20. cap. 1, Confessis igitur æris ac debiti iudicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent. Pòst deinde, nisi dissoluerant, ad Prætorem uocabantur, & ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur. Neruo quoq; aut compedibus uinciebantur. Deinde subdit Gellius uerba XII. tabul. In neruum potius ibit: id est, patietur se addici, & addictum uinciri.
Erumpet fortitudo istæc in neruum. Vide Erumpo.
Nerui, Chordæ citharæ dicuntur. Cic. 1. Tusc. 7, Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum uocumq; cantibus.
Concordia neruorum. Quintilianus libro 5. capite 10. 87. De fidibus.
Lyra intenta neruis. Quint. lib. 2. cap. 8, 10.
Modulati nerui. Ouid. ad Pisonem, 35.
Continere neruos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
Percutere neruos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
Probare neruos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
Sonant in fidibus nerui, ut à digitis sunt pulsi. Cicero 2. de Oratore, 119.
Trahere neruos. Quint. lib. 1. cap. 12. 3.
¶ Neruus, pro membro uirili. Hor. Epod. 8,
Illiterati num minus nerui rigent? Vbi Porphyrio, Neruos pro mẽbro uirili dixit. Author Carminis obsceni,
Nemo meo melius neruum tendebat Vlysse,
Siue illi laterum, seu fuit artis opus?
¶ Neruia, neruiæ (νεῦρον) in fœmimino genere lectum est apud doctos sæpe, inquit Nonius. Varro, Scientia docet quemadmodum in psalterio est, tendamus neruias. Neruias pro fidiculis, id est, cordis citharæ accepit Varro. Vide & Gel. lib. 9. cap. 7.
¶ Neruium, neruij, neutro genere. Varro, Et id dicunt suam Briseïdem producere, quæ eius neruia tractare solebat. Nonius.
¶ Nerulus, penultima correpta, Diminutiuum (νευρίδιον) Cic. ad Attic. lib. 16. 343. 5, Quod certè facies, si tu nerulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatemq; qua nemo tibi par est, adhibueris.
¶ Neruosus, pen. prod. (νευρώδης) Quod multos habet neruos, Plinius libro 11. cap. 37. 66, Ideo nulla est ei caro, sed neruosa exilitas.
Neruosus orator, per translationem: hoc est, Magnam uim & efficaciam sermonis habens. Cic. de clar. Orat. 62, Quis Aristotele neruosior?
¶ Neruositas, pen. corr. neruositatis (τὸ νευρῶδες) Plin. libro 19. cap. 1. 3, Neruositas filo æqualior penè quàm araneis, tinnitusq; cum dente libeat experiri. De lino.
¶ Neruosè, penultima producta, Aduerbium (νευρωδῶς) Magna ui.
Vigilanter & neruosè. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 23. 13.
Neruosè dicere, uel asserere, Audacter, & magna sermonis ui. Cic. in Orat. 70. Idem 3. Offic. 144, Itaq; neruosius qui ista dixerunt, solum audent malum dicere id quod turpe sit.
¶ Nerualis, & hoc Neruale, penultima correpta: ut, Nerudis herba. Scribonius Largus, Herbam quam Græci πολύνευρον, nos Nerualem appellamus.
¶ Neuricus, penultima correpta (νευραλγὴς) Qui neruis laborat. Vitruuius lib. 8. cap. 3, Aquæ neuricos aut podagricos efficiunt: sulphurosi fontes neruorum labores reficiunt. Budæus. Sed hoc à Græca dictione νεῦρον deducitur, quæ idem significat quod Neruus.
Nesa] Regio montana iuxta Aetnam.
Nesæe] es, siue Nesæa, e (νησαία) Nympha marina, Nereï & Doridis filia, παρὰ τὸ νέω, hoc est, à natando dicta. Author Hesiod. in Theog.
Nescio] nescis, nescisti, nescitum, pen. prod. (ἐπίσταμαι, ἀγνοέω) nescire, Ignorare. Terent. Eunuch. 4. 7. 29,
Caue sis, nescis cui maledicas nunc uiro.
Nemo in eo quod nesciat, disertus esse potest. Cic. 1. de Orat. 33.
Nescio alias, pro eo quod barbarè dicitur, Nescio de alijs. Terent. Heaut. 2. 4. 16.
Casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, ut quum maximè florere nos oporteret, tum uiuere etiam puderet. Cic. Luceio, lib. 5. 15. 5.
Nescias eius sit potestas posthac, an nunquam tibi. Terentius Heaut. 2. 3. 104.

Nescio

Digitized by Google

Nescio de illo. Plaut. Merc. 7.42.
Nescit nisi. Plaut. Mostel. 8.75,
Fœnus illic fœnus, hic nescit quidem nisi fœnus fabulari-er. Terent. Heaut. 4.1.50.
Nescimus qui fiet. Plaut. Pœn. 9.36.
Nescio quid, Aliquid quod ignoro. Terent. Heaut. 2.2.7,
Faciam: sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. Idem. And. 2.2.3,
Lætus est, nescio quid.
Nescio quid certè est. Virgil. 8. eclog. 22.
Nescio quis. Cic. de Amicit. 73, Qualem fuisse Athenis Timonē nescio quem accepimus.
Nescio quomodo. Cic. de Amicitia, 72, Serpit enim nescio quomodo per omnium uitam amicitia.
Nescio quomodo ad aures istius peruenit. Cic. 6. Verr. 56.
Nescio quo pacto. Cic. de Amicitia, 4, Plus nescio quo pacto uidetur habere grauitatis. Ibidem, 82. Terent. Hecyr. 3.1.39,
—— nescio quod magnum malum
Profectò Parmeno me celas.
Dum liceat fateri nescire quod nesciam. Cic. 1. de Orat. 51.
Nescias quod scis. Plaut. Milite, 9.89,
Posthac etiam illud quod scies nescieueris. id est, Tacebis, nec palàm facies. Terent. Eunuch. 4.4.55,
—tu pol si sapis,
Quod scis nescis, neq; de Eunucho, neq; de uitio uirginis. Donatus admonet esse prouerbium. Sumptum à dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scyrpi proponi solent: Facio, & non facio: Sum amicus, & non sum amicus: Audio, & non audio. Hoc prouerbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac dissimulat quasi nesciat.
Nescio unde eam. Terent. Eunuch. 2.3.13.
Nescio te ego? hoc est, Putas te mihi non esse notissimum? Plaut. Menæch. 16.44.
Nescis nec in pace, nec in bello uiuere. Cic.
Nesciunt irasci. Cicero 3. de Oratore, 37. hoc est, non possunt, aut nolunt.
Lachrymare uultus nescit. Seneca Herc. furen. 13.19.
Ludere nescit. Horat. de Arte, 77.
Stare loco nescit. Virg. 3. Georg. 17.
Latinè nescire. Cic. de claris Orat. 72.
¶Nescitur, pen. prod. (ἀγνοεῖται) Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 2, Inde utrum consistere ustpiam uelit, an mare transire, nescitur. Idem 4. Acad. 63.
¶Nescius, pen. corrept. Adiectiuum (οἰδὼς, ἀνεπιστήμων) Qui nescit.
Viri nescia. Ouid. 1. Metam. 124,
—uiri quasi nescia quærit. hoc est, tanquam uirum nō cognouerit. Plin. epist. 176. b, Impendentis mali nescius. Columel. lib. 10. 6, Nescia plebs generis.
Fati nescia Dido. Virg. 1. Aeneid. 61. Ibidem, lib. 10. 101.
Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ.
Haud nescius rerum. Virg. 12. Aeneid. 46.
Veri nescius. Ouid. 1. Metam. 124.
Corda nescia mansuescere. Virg. 4. Georg. 94.
Lumina nescia succumbere somno. Ouid. epist. 12. 10.
Tolerandi nescius. Tacit. lib. 3.
Vinci nescius. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 9.
Non eram nescius Brute, quum quæ summis ingenijs, exquisitaq; doctrina, &c. Cic. 1. de Fin. 1.
Non sum nescius Crasse, ista inter Græcos dici solere, &c. Cic. 1. de Orat. 24.
Et non sum nescius. Vide Non Aduerbium.

Nescius, ἀγνώτης, Incognitus, qui ignoratur. Plaut. Rud. 7.11. Gellius lib. 19. cap. 1, Quum sonus aliquis formidabilis aut è cælo, aut ex ruina, aut repentinus nescius periculi nuncius, uel quid aliud eiusmodi factum est, &c.
Tributa nescia. Tacit. lib. 1.
Nesei] Populi in Scythia Europæ, optimis quondam equis abundantes. Vide Plin. lib. 6. cap. 20.
Nesion] νησίον, Insula in Campano litore inter Pausilypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis. Lucan.
—tali spiramine Nesis. Huius nominis obliquos producit Papinius,
Syluaq; quæ fixam pelago Nesida coronat. Item, Accius eclog. 1.
Nessotrophium] nessotrophij, pen. prod. (νησοτροφεῖον) Locus ubi anates clausæ pascuntur. Colum. libro 8. capite 15, Nessotrophij cura similis, sed maior impensa est: nam clausæ pascuntur anates, &c. νῆσσαι Græcis, anates Latinè dicuntur.
Nessus] νέσσος, Centaurus fuit, Ixionis ex Nube filius, sagittis ab Hercule confixus, quòd eius uxorem Deianiram rapuisset. Fabulam refert Ouidius 9. Metam. 21.
Biformis Nessus. Ouid. 9. Metam. 25.
Ferox Nessus. Ouid. 9. Metam. 21.
¶Nesseus, pen. prod. Adiectiuum (νέσσειος) ut,
Tabe Nessea illita palla. Senec. Herc. Oeth. 6.3.
Venenum Nesseum. Ouidius epist. 9.33. hoc est, uenenosus sanguis.
Nestocles] Statuarius fuit, Phidiæ æmulus, cuius tempore floruit, Olympiade nimirum 83, ut scribit Plin. lib. 34. cap. 8.
Nestor] huius Nestoris, pen. corr. (νέστωρ) testis Homero libro Odyssææ 11. Nelei filius ex Chlori uxore: qui, ut idem Homerus in 2. Iliados scribit, cum quinquaginta nauibus ex Pylo contra Troianos uenit: quanquam trecentesimum annum ageret. Ouid. 12. Metamorph. 38,
——uixi
Annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas. Item, Iuuenal. Satyr. 10. 25,
Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum uitæ fuit à cornice secundæ.
Pylius Nestor. Horat. 1. Carm. ode 15.5.
Vincere Nestora eloquio. Ouid. 13. Metam. 13.
¶Nestorides, pen. corr. Patronymicum (νεστορίδης) & Nestoreus, possessiuum.
Seneca Nestorea. Stat. 1. Sylu. 3.22.
Gratia nestorei mellis. Ouid. ad Pisonem, 13.
Nestus] νέστος, Fluuius est Thraciæ, à Strymone secus Abderam urbem fluens. Vt Diomedis fabulis infamis est, ita Democriti patria, quam præterfluit, clarus. Meminit huius Plinius multis in locis.
Neu] μήτι, à Néue deductum est, per apocopen. id est, non. Plaut. Stich. 2.15,
Neu lachryma soror.
Neu, pro Néue, & Non. Terent. And. 1.5.56,
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deserat. Cæsar 2. bel. Gal. 305, Milites non longiore oratione est cohortatus, quàm uti suæ pristinæ uirtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo.
Neu, neu, conduplicatum, elegantem uim habet. Cæsar 1. bell. Ciuill. 280, Neu se, neu Pompeium absentem imperatorem suum aduersarijs ad supplicium tradant, obsecrat. Liuius 5. bell. Pun. 210.
Neuceria] urbs Vmbriæ.
Néue] Vide Ne.

Neugmate] inquit Festus, in carmine Gn. Marci uatis significat Negare, quam ait,

Grauis Meientium duorum neugmate. Fortasse neguma te. Hæc Festus.

Neuolo] neuis, neuult (μὴ θέλω) ueteres dixerunt: pro, Non uolo, uel Nolo, Plaut. Trinum.

Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis.

Titinnius Setina, Ipsius quidem hercle ducem neuult. Non.

Neuras] adis (νευρὰς) Ionum lingua herba appellata est, quæ alio nomine poterion dicitur, neruorum dissolutiones iuuans, unde & nomen accepit. Hæc etiam in uino pota, ranarum, quas rubetas nominant, ueneno medetur: unde & Phrynion uocatur. Plin. lib. 25. cap. 10, Sunt & ranis uenena, rubetis maximè. Auxiliatur eis Phrynion in uino potũ. Aliqui neurada appellant, alij poterion, &c. Eadem & Paronychia appellatur, quòd τὰς παρωνυχίας, hoc est, abscessibus circa ungues medeatur.

Neuri] νεῦροι, Populi Scythiæ Europeæ, ad Borysthenem amnem, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Neuris] νευρὶς, Herba, quam alij solanum, alij uesicariam appellãt. Dioscor. lib. 4. cap. 74. & 75. Hermolaus in eundẽ.

Neuris] νευρὶς, Insula est Propontidis Cizico adiacens, alijs nominibus Elaphonnesus & Proconnesus dicta. Plinius libro 5. cap. ult.

Neuricus] Vide Neruus.

Neurobata] neurobatæ, pen. cor. m. g. (νευροβάτης) Neurobatæ, qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super neruos & funes nerueos. τὰ νεῦρα, Græci neruos dicunt. Iulius Firmicus lib. 7. Matheseos, Cum testimonio uerò Martis & Lunæ erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ, et qui talia pertractent.

Neuroides] νευροειδὴς, Species est syluestris lactucæ, quæ alio nomine Limonium appellatur, multo minoribus foliis quàm beta satiua, undecim interdum caules habens. Author Plin. lib. 20. capite 8.

Neurospaston] νευρόσπαστον, Herba est quam Græci νυκτόβατον, Latini Rubum caninum appellant. Folium habet uestigio hominis simile, uuam autem nigram, in cuius acino neruum habet: unde & nomen accepit. Author Plinius lib. 24. cap. 14. Sunt item Neurospasta, imagunculæ, quæ neruis quibusdam, & fidiculis occultis mouentur, perinde ac si uiuerent. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 16.

Neuter] neutra, neutrum, pen. cor. trisyllabum, teste Prisciano, genitiuo neutri, neutræ, neutri & neutrius (οὐδέτερος) Nec hic, nec ille. Terent. Andr. 5. 1. 20,

Vero uultu, quum ibi me adesse neuter tum præsenserat.

Cic. de Amicit. 48.

Neuter anguis: id est, nec mas nec fœmina. Cic. 2. de Diuin. 92.

Neutram in partem. Cic. 2. Off. 27.

Neuter alterum diligit, dicimus: non autem, Neuter neutrum: id est, neq; ille hunc diligit, neq; hic illum.

Neutrum ab altero separo. Quintil. lib. 1.

Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. Cicero 2. de Diuinatione, 16.

Neuter alteri officit. Quintil. lib. 1.

Neuter utri inuidet. Plaut. Stich. 14. 51.

¶ Neutrò, Aduerbium (οὐδετέρωσε) Nec ad unam partem, nec ad alteram. Liu. 5. ab Vrbe, 121, Præliaq; parua fieri, & teri tempus, neutrò inclinata spe. id est, in neutram partem, Idem 4. bel. Maced. 230.

¶ Neutrobi, penultima producta. Idem (οὐδετέρωθι) Plautus Aulul. 7. 56,

Neutrobi habeam stabile stabulum.

¶ Neutralis, & hoc neutrale, pen prod. (οὐδετερικὸς) Quod est neutrius partis. Vnde Neutralia uerba dicta sunt, quæ neq; agunt aliquid, neq; patiuntur: ut Sto, Laceo, &c.

Positio neutralis. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18.

Nomina neutralia. Quintil. lib. 1. cap. 5. 34.

¶ Neutraliter, penult. corr. Aduerbium. Charisius lib. 1, Quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit. Paulò pòst, Oecymum consuetudo neutraliter dicit. Rursus, Vulgus inuenitur & masculinè elatum: ut apud Virg. in 2,

——hinc spargere uoces

In uulgum ambiguas. Sed idem & neutraliter in primo,

Sæuitq; animis ignobile uulgus.

Neutiquam] pen. prod. inquit Donatus (μηδαμῶς) Vna pars orationis est, pro Nequaquam. Nullo modo, ut ait Festus. Terent. Andr. 2. 1. 32,

Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto,

Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Idem Heaut. 2. 3. 113.

Nex] necis (φόνος) Mors, siue cædes, quæ ferro fit, aut alia ui. Author ad Herennium lib. 4. 179, Tiberium Gracchum Rempub. administrantem prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. Apud Plinium inuenies Neces in nominatiuo, accusatiuo & uocatiuo pluralibus.

Necem à Græco dici certum est, inquit Festus. νικρὸν enim mortuum dicunt Græci.

Dignus nece. Ouid. epist. 6. 36.

Artifices neeis, qui nouum aliquod mortis genus comminiscuntur. Ouidius 1. de Arte, 132.

Amor necis. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 8.

Author necis. Ouid. 8. Metam. 90.

Multorum ciuium neces. Cic. 1. in Catil. 13.

Iniusta nex. Cic. pro Milone, 7.

Afferre necem. Vide Affero.

Cecidit nece uir. Ouid. epist. 14. 3.

Conscriuit sibijpsi necem Iunius. Cic. 2. de Nat. deor. 12.

Dédere aliquem neci. Virgil. 4. Georg. 18.

Demittere aliquem neci. Virg. 2. Aeneid. 17.

Infandæ neci dare aliquem. Ouid. in Ibin, 76.

Datus neci, authore Festo, propriè dicitur, qui sine uulnere interfectus est, ut ueneno, aut fame.

Effugere necem. Ouid. 7. Metam. 85.

Eripere necem alicui, Conseruare aliquem quominus pereat Stat. 3. Thebaid. 14.

Inferre necem. Vide Infero.

Maturare necem alicui. Hor. 3. Carm. ode 7. 4.

Meruisse necem. Ouid. epist. 11. 22.

Miscere neces. Valer. 3. Argon. 76.

Corpora missa neci. Ouid. 7. Metam. 124.

Moliri necem alicui. Tacit. lib. 13.

Occumbere neci. Ouid. 15. Metam. 100.

Parare necem alicui. Ouid. 1. de Arte, 50.

Indignam necem pati. Ouid. 10. Metam. 125.

Patrare necem. Tacit. lib. 2.

Causam præbere necis. Ouid. epist. 2. 30.

Gelida nece tortus. Lucret. lib. 4. 111.

Vlcisci necem alicuius. Ouid. 7. Metam. 92.

Graui urgendus nece. Seneca Herc. Oeth. 14. 16.

In necem alterius: pro, In damnum, & fortunarum euersionem. Vlpianus de Crimine stellionatus, Siquis impostura fecerit, uel collusionem, in necem alterius. Budæus.

Nexo, nexas, & Nexus] Vide Necto.

N I

Ni] εἰ μὴ, à Nisi per apocopen factum, Si non. Subiunctiuo interdum

interdum iungitur, interdum etiam Indicatiuo. Terentius Andr. 3.4.19, Mirum ni domi est. Cicero 3. de Finibus, 102. Quod ni ita se haberet, nec iusticiæ ullus esset, nec bonitati locus, &c.

Ni, pro Non, dicebant ueteres, ut ait Donat. Plaut.

— ni stulta sis.

Ni, pro Ne. Virgil. 3. Aeneid. 138,

Contra iussa monent Heleni, Scyllam atq; Charybdim,
Inter utranq; uiam letbi discrimine paruo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò. Vbi Seruius, Antiqui Ni, pro Ne, ponebant. qua particula plenum est Plautus, Ni mala, ni stulta sis. Sensus ergo talis est, Ne cursus teneant, hoc est, agantur & impleantur inter utranq; uiam modico mortis interstitio, id est, Scyllæ & Charybdis. Lucret. lib. 2. 148,

Niue alium quemuis quæ sunt imbuta colorem
Propterea gerere hunc credas.

Ni particula in responsionibus utebantur antiqui, & in iudicio recuperatorio. Cicer. pro Muræna, Sponsionem facere possent, ni aduersum edictum Prætoris uis facta esset. Idem 5. Verr. 117. Budæus.

Niæthos] νιαιθος, Fluuius est apud Theocritum, quem enarratores ipsius dicunt esse in Sicilia.

Nicæarchus] Pictor fuit sua ætate eximius. Hic inter alia Venerem, inter Gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem tristem insaniæ pœnitentia. Author Plin. lib. 35. cap. 11.

Nicandrus] siue Nicander (νικανδρος) Colophonius grammaticus & poeta, & medicus tempore Attali iuuenis illius qui Gallogræcos uicit. Author Suidas. De hoc Cicero 1. de Orator. 36.

Nicasio] Nicasionis. Cic. lib. ad Attic. 3, Nicasionum archetypa. Quo loco Turneb. Nicasionũ archetypa, inquit, per strepum significat fœneratorum calendarium, uel quòd Nicasio fœnerator fuerit, uel quòd in Nicasione fabula à Cæcilio nescio quid tale scriberetur: uel certè quòd proprium nomẽ, quòd Græcum est origine, quadam lasciuia ad interpretationem Romanam, ad quam alludit, reuocaretur: quasi Nicasio, à Nicando, id est, necando dicatur, ut eneco & enico dicitur. fœneratorum autem crudelitas homines trucidare, enecareq; uidetur: uel quadam etiam alia ioci luxuria, quasi hominum sint uictores. Hæc ille.

Nicerotianum] pen. prod. (νικηρωτιανὸν) Delicatius odoramentum & unguentum: dictum ab artifice probo Nicerote. Martial. lib. 6. 55,

Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. 38,
Nymbis ebria Nicerotianis.

Nicea] & Nicia, pen. prod. (νικαια) utroq; modo dicitur secundum Priscianum, est nomen duarum urbium: quarum una est Galliæ, à Massilienſibus condita, teste Plinio lib. 3. cap. 5. 10. alia Asiæ, & Bithyniæ metropolis, de qua Plin. lib. 5. cap. ult. 8. Niceam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus à nomine uxoris Antipatri filiæ Niceam appellauit. Vrbis ambitus stadiorum LX fuit in figura quadrata, in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quare ex uno lapide, qui circa medium gymnasium positus erat, omues quatuor portæ cernebantur. Author Strabo lib. 12. Hîc, iubente Constantino, famosa illa synodus celebrata est, trecentorũm decem & octo episcoporum, & perfidum Arrij dogma reciſum. Alij Niceæ scribunt.

Æstuosæ Niceæ ager. Catull. ad seipsum, epigram. 43. 1.

Nicephorium] νικηφόριον, Oppidum est Mesopotamiæ, nõ procul ab Euphrate fluuio, ab Alexandro magno cõditum. Author Plin. lib. 6. capite 26.

Niceteria] niceteriorum (νικητήρια) Præmium uictorũ: accipitur etiam pro sacrificio uel epulo, uictoriæ gratia facto: quod etiam epinicia plurali numero dicitur. Iuuenalis Satyr. 3. 7,

Et ceromatico fert niceteria collo. Budæus.

Nicetes] penult. prod. Smyrnæus, sophista Adriano principi gratiosus, ab eoq; museo Aegyptio ascriptus fuit. Quum causas tentaret, foro etiam aptissimus uidebatur. Adeò ingenium ad utranq; dicendi rationem accommodauit, ut iudiciale sophistica quadam facultate exornauerit, sophisticum uerò & umbratile forensibus aculeis roborauerit: genus dicendi antiquum & politum retinuit. Lasciuius nihilominus & dithyrambicus uisus. Ex Philostrato.

Nicias] Athenienſis, genere clarus. Aristoteles scribit, tres uiros Athenis eodem tempore æquè potentes fuisse, Niciã Niceratj, Thucydidem Milesium, & Theramenem Agnonis. Thucydides his natu aliquantulum maior, multa cum Pericle clara pro Republica gesit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ sunt. Missus igitur imperator unà cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio accersiuerant, infœliciter pugnantes, ambo à Syracusanis in bello capti sunt, in carcerem̃q; coniecti, sibi manus attulêre. Ex Plutarcho Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur. Plutarchus in Parallelis: quòd & diuitijs abundauerit, & eundem ferè exitium hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. Nicias alius Athenienſis pictor, qui, ut ſte Plinio lib. 35. cap. 11. diligentissimè mulieres pinxit: lumen & umbras custodiuit: atq; ut emimerent è tabulis picturæ, maximè curauit. Hic etiam in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, ut cibũ sumere sæpe oblitus sit. Aelianus de Varia historia.

Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabritium ueniens, ei promisit Pyrrhum ueneno necaturum. At ille auersatus facinus, Pyrrho rescripsit, ut à Nicia sibi caueret. Hæc Curtius.

Nicias, Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epistola quadam ad Atticum meminit: item in epistola ad Dolabellam. Tranquillus.

Nico] fuit unus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui coniurarunt in Annibalem: tandemq; comprehensus cũ Philomene, ad Annibalem deductus est. De quo Liuius Decad. 3. lib. 5.

Nico] nicis, nicere, Verbum antiquũ, à quo deductum est nictare, & significat signum facere, ut manum mouere, aut eminari. Plaut. Truculento,

Emoriere ocyus si manus niceris.

Nicocreon] νικόκρεων, Cypriorum tyrannus: de quo in dictione Anaxarchus.

Nicolaus] pen. prod. (νικόλαος) Nomen proprium, quasi uictor populi.

Nicolaus Damascenus (Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς) Peripateticæ sectæ philosophus fuit, Herodi Iudæorum tetrarchæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui uniuersalem historiam libris 80. complexus est. Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ ciuitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare uixit. Fuit item Nicolaus quidam sophista, ex eadem Myra ortus, Dioscoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricam scripsit, & meditationes quasdã. De his omnibus uide plura apud Suidam.

Nicolai uocantur Palmarum balani grandiores. Plin. lib. 13. capite 4. 15. ubi nominis rationem assignat.

¶ Nicolaitæ, pen. prod. (νικολαῖται) Hæretici fuêre, ab Nicolao nomẽ ducẽtes, qui fuit cum Stephano diaconus. Eorũ dogma fuit, Vxorum communio. Improbantur Apocalypsis cap. 2.

Nicomachus] pen. cor. Nicomachos sex tradit Suidas: Primum ex

mum ex Alexandria Troadis, poetam tragicum, qui scripsit tragœdias undecim. Secundum, Athenien sem, item tragicũ, qui uicit Euripidem & Theogenem. Nicomachum item medicum, Machaonis filium, Aesculapij nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & in philosophia unum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis ponit, ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physicam patris.

Nicomedes] pen. prod. (νικομήδης) Nomen proprium regis Bithyniæ, Romanorum amici, qui olim raso capite sumpsit pileam, & se Romanorum libertum uocauit: à quo Nicomedia.

Nicomedia] νικομήδεια, Ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. Turcis hodie Nichor: Nautis uulgò Comidia, & Comidi.

Nicophanes] pen. corr. (νικοφάνης) Pictor elegans & concinnus, ita ut uetusta opera pingeret propter æternitatem rerum: impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei, & grauitas artis. Plin. lib. 35. cap. 10.

Nicopolis] penult. corr. (νικόπολις) Ciuitas Epiri, à uictoria Augusti sic appellata, quia Cleopatram & M. Antonium apud Actium bello superauit.

Nicostrata] Mater Euandri Arcadis, futurorum uaticinatrix, quæ à carminibus, quibus Phœbi oracula significare solebat, Carmentis Latinè dicta fuit: uel, ut alij nonnulli uoluerunt, à Carpento quo utebatur.

Nicostrategi] alij Nicostralegi. Hoc uerbo utitur Arcadius in l. munerum. §. 1. ad finem. ff. de munerib. Legati quoq; qui ad sacrarium principis mittuntur, quia uiaticum, quod legatium dicitur, interdum solent accipere. sed & nicostrategi & pistrinorum curatores, personale munus ineunt. Cæterùm quod sint nicostrategi, apud nullum reperi. Turnebus suspicatur hîc mendum esse, quòd nullum tale apud Græcos uerbum sit, quum tamen Græcam mentiatur originem: & eius loco, uicorum stratorum & pistrinorum, &c. reponendum credit.

¶ Nicostratus, Macedo, orator inter decem secundos, tempore M. Antonij & Dionis Chrysostomi, & Aristidis oratoris æqualis: scripsit nonnulla, ut author est Suidas. Fuit item alter Nicostratus, poeta comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnosophistis. Nicostratus citharœdus, & Laodocus, cũ inter se concertarent: dixit Nicostratus Laodocum esse in magna arte paruum. se autem in parua magnum: sic tiusq; nõ domum diutijs, sed artem studio & diligentia augere. Aelianus de uaria historia.

Nicto] nictas (ὀφθαλμιάω, σκαρδαμύττω) nictare, Frequentatiuum prisci uerbi Niueo, niues: Est, quum oculis signum damus, claudendo uel utrumq;, uel alterum. Plautus Asin. 13. 39,

Neq; illa ulli homini nutet, nictet, annuat. Plin. lib. 11. capit. 37. 21, Plerisq; uerò naturale est, ut nictare non cessent: quos pauidiores accepimus.

Nictor] nictaris, Deponens (βλιφαρίζω) Plin. lib. 11. cap. 37. 30, Grauiores alitum inferiore genas conniuent: eædem nictantur, ab angulis membrana obeunte.

Nictari (inquit Festus) & oculorum & aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari, dictum est ab antiquis: ut Lucretius libro 4,

Hîc ubi nictari nequeunt, insistereq; alis. Nonius in Macchoco, Pone actutum scribit, cum in neruo nictabere. Vnde quidam nictationem, quidam nictum: ut Cæcilius in Pugile, Tamen inter laudandum hunc tumidum tremulis palpebris percutere nictu, hic gaudere & mirarier.

¶ Nictare, Translatè pro micare, seu uibrare. Lucret. lib. 6,

Dissupat ardoris quasi per uim expressa repentè Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ.

¶ Nictatio, Verbale (βλιφαρισμὸς) Plin. lib. 11. cap. 37. 30, Nec genæ quidem omnibus: ideo neq; nictationes ijs quæ animal generant.

Nicto] nictis, nicti (ῥύω) nictere. Festus, Nictit canis in odorandis uestigijs ferarum leuiter ganniens. ut Ennius in libro 10, Veluti siquando uinculis uenatica uenenо capta solet, si fortè ex nare sagaci sensit, uoce sua nictit, ululat, quæ ibi accita est.

Nidor] nidoris (κνίσα) Propriè dicitur odor cuiuscunq; rei adustæ. A nitore ignis. Virg. 12. Aeneid. 61,

——illi ingens barba reluxit,
Nidoremq; ambusta dedit. Martial. lib. 1. 26,
Pascaris & nigræ solo nidore culinæ.

Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6. 159.
Ganearum nidor & fumus. Cic. in Pisonem, 9.
Carus nidor. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 4.
Cancri nidor. Plin. lib. 12. cap. 9. 2, Bactriano nidor siccus.
Graues nidore Chelydri. Virgil. 3. Georg. 83.
Nidor etiam de stercore dicitur. Apuleius lib. 4, Alios putore nidoris fœtidi à meis scapulis abegissem.
Nidor, Risus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 8,

——nasum nidore supinor. Sic Porphyrio interpretatur: Nidorem pro risu posuit: à quo uerbum fit Renideo. Acron uerò, Nasum, inquit, nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum, seu risu unde & Renidet.

Nidor differt ab odore. Plinius lib. 13. cap. 1. 1, Cedri tantùm & citri suorum fruticum in sacris fumo connolatum nidorem uerius quàm odorem nouerant.

Nideo] nides: cuius compositum in usu est, Renideo.

Nidus] nidi (νεοττία) Auium domicilium. A nidore, ut putatur, quòd mali odoris sint auium cubilia. Plin. lib. 10. cap. 29. 3, In fidenate agro iuxta urbem ciconiæ nec pullos, nec Aditus nidi. Vide Adeo. (nidum faciunt.
Nidi apium. Virg. 4. Georg. 12.
Domus & nidi. Virg. 5. Aeneid. 43.
Adulteratus nidus. Plin. lib. 10. cap. 9. 2.
Dulces nidi. Virg. 1. Georg. 83.
Verni nidi. Stat. 3. Sylu. 5. 12.
Abducere in diuersum à nido. Vide Abduco.
Construere sibi nidum. Ouid. 15. Metam. 80. Vide Construo.
Cubilia sibi nidosq; construunt, eosq; quàm possunt mollissimè substernunt gallinæ auesq; reliquæ, ut quàm facillimè ouа seruentur. Cic. 2. de Nat. deor. 195.
Demptus cacumine nidus. Ouid. 13. Metam. 178.
Detrahere aues nido. Virg. 4. Georg. 103.
Egredi nidis. Quintil. lib. 2. cap. 6. 5.
Fingunt & construunt nidos procreationis atq; utilitatis suæ causa uolucres. Cic. 2. de Orat. 14.
Migrare nidum. Vide Migro.
Struere nidum. Tacit. lib. 5, Suis in terris struere nidum.
Texere nidos. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.
Nidus, pro fœtu scrofæ, seu porculis adhuc lactentibus. Colum. lib. 7. cap. 9. non procul à fine, Et in cubili suam quisq; matrem nidus expectat. Vide totam periodum.
Nidus, aliquando accipitur pro fœtu auium. Virgilius libro 4. Georgic. 4,

——ipsæq; uolantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. Nonius.

Loquaces nidi. Virg. 12. Aeneid. 95.
Queruli nidi. Seneca Herc. furen. 2. 5.
Nidus, pro poculo, ad nidorum similitudinem facto. Varro Quinquatribus, Quem lympham melius è lacuna fontiũ allatam,

Digitized by Google

latam, nidos potili permiſceat. Nonius.

Nidus, pro domo cuiuſq; propria. Horat. epiſt. ad Fuſc. Ariſtot. libro 3,

Tu nidum ſeruas: ego laudo ruris amœni
Riuos, &c.

Nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur. Martialis lib. 1. epigrammate penultimo,

De primo dabit, alteróue nido
Raſum pumice, purpuráq; cultum.

¶ Nidulus, niduli, pen. corr. (νοσσίδιον) Parvus nidus. Gellius lib. 2. cap. 29. Cic. 1. de Orat. 96, In aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum, affixam.

¶ Nidifico, nidificas, pen. corr. (νοσσεύω) nidificare, Nidum facere. Virgilius,

Sic uos non uobis nidificatis aues. Colum. lib. 8. cap. 15. Plin. lib. 10. cap. 32.

Nidificare ex Plin. lib. 9. cap. 26, Eadem piſcium ſola nidificat ex alga, atq; in nido parit.

Nidificare luto. Plin. lib. 10. cap. 52. 2.

¶ Nidificus, penult. cor. Adiectiuum (νοσσευτικὸς) Seneca Medea, 9. 9,

— Quodcunq; tellus Vere nidifico creat.

¶ Nidulor, pen. corr. nidularis (νοσσεύομαι) nidulari, Idē quod Nidifico. Plin. lib. 11. cap. 28. 2, Paruoſq; in ijs contra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantur. Gell. lib. 2. capite 29, Habitat, nidulaturq; in ſegetibus.

Nidulari, Ouis incubare. Varro Hebdomadôn 1, Prima dies, deinde illos quibus balcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoq; ſeptem eſſe dixit.

¶ Nidamentum, nidamenti, Locus ubi nidulantur aues. Plautus Ruden. 20. 51,

In neruo mille hodie nidamenta congeret.

Nigella] nigellæ (μελάνθιον) Frutex eſt puſillus, ramulis tenuibus, altitudine palmorum duorum, foliis paruis, ſenecionis herbæ ſimilibus, in cacumine capitulum habens exiguum, ceu papaueris, in quo ſemen nigrum, acre, odoratum includitur. In officinis etiam hodie nomen ſeruat: à Gallis Poyureta appellatur.

Niger] nigra, nigrum (μέλας, φαιὸς, ἰλυὸς, πελιδνὸς, ὀρφνὸς, ἰωλεὸς) Ater, & obſcurus color, qui & fuſcus quibuſdā dicitur. Plaut. Capt. 11. 115,

Macilēto ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Aequoris nigri fremitus. Horat. 2. Carm. ode 27. 5.

Aer niger. Virg. 1. Georg. 86.

Agmen nigrū. Virg. 4. Aeneid. 81. de formicis.

Auernum nigrum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 6.

Cælum pice nigrius. Ouid. epiſt. 17. 2.

Capilli nigri. Horat. 1. epiſt. 7. 6.

Colles nigri, Vmbroſi propter arbores. Horat. 4. Carminum ode 12. 3.

Color niger. Ouid. 2. Metam. 48.

Crinis niger. Horat. 1. Carm. ode 32. 3.

Imber nigerrimus denſis Auſtris. Virg. 5. Aeneid. 130.

Lacus niger. Virg. 6. Aeneid. 49.

Linus niger. Virg. 4. Georg. 96.

Liuor niger. Ouid. in Fragmento, 6.

Monedula nigra pedes. Ouid. 7. Metam. 94.

Mors nigra. Stat. 9. Thebaid. 161.

Nemus nigrum. Virg. 3. Georg. 67.

Noctis nigræ umbra. Lucret. lib. 4. 100.

Nubes nigra. Virg. 5. Aeneid. 104.

Oculi nigri. Horat. 1. Carm. ode 32. 3.

Ouis nigra. Virg. 4. Georg. 110.

Pecus nigrum. Virg. 3. Aeneid.

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram hyemi pecudem, Zephyris fœlicibus albam.

Nigram hyemi pecudem immolari Maro facit, ut & Horatius ei agnam, cum eſſet tempeſtas ritu Romano dea:

Libidinoſus immolabitur caper,
Atq; agna tempeſtatibus. Turnebus.

Puluis niger. Virg. 9. Aeneid. 7.

Sanguis niger. Ouid. 12. Metam. 66.

Somnia nigra. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 18.

Splendor niger. Plin. lib. 12. cap. 4. 3.

Superſtitio nigra. Stat. 6. Thebaid. 3.

Syluæ nigræ, Obſcuræ, umbroſæ. Horat. 1. Carm. ode 21. 2.

Terra nigra & pinguis. Virg. 2. Georg. 51.

Turbo niger. Virg. 1. Georg. 64.

Venenum nigrum. Virg. 4. Aeneid. 103.

Violæ nigræ. Virg. 10. eclog. 8.

Vmbræ nigræ. Lucret. lib. 4. 85.

Vua nigerrima. Catul. ad Coloniam, epigr. 17. 4.

Alba & nigra. Cic. 2. de Diuin. 13.

Niger, per translationem quandoq; ponitur pro Mortuo. Iuuenal. Satyr. 1. 8,

Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas,
Per famam & populum nigros efferre maritos.

Niger, Noxius. Virg. 2. Georg. 43,

— & nigris exeſa chelydris
Creta. Seruius.

Niger, Malus. Iuuenal. Satyr. 3. 3,

nigrum in candida uertunt. Solebant enim priſci, quod bonum & laudabile erat, creta, uel alba linea notare: quod autem noxium & malum, nigro colore.

Niger, id eſt, Improbis moribus, & ingenio infido. Horatius 1. Serm. Satyr. 4,

— commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt, &c. Vide Lambinū in Horat.

Domus nigra queſtu, Funeſta. Stat. 5. Syl. 1. 4.

Nec minus niger, nec minus confidens quàm ille Terentianus eſt Phormio. Cic. pro Cecin. 20.

Nigerrimus] Plin. lib. 15. cap. 25. 1, Ceraſorum Apronianæ maximè rubent: nigerrimæ ſunt, ut Actiæ.

¶ Nigellus, Adiectiuum diminutiuum, Parum nigrum.

¶ Nigredo, pen. prod. nigredinis, Ipſe color fuſcus.

¶ Nigritudo, pen. prod. nigritudinis, Idem. Plin. lib. 10. cap. 36. 1, Nulla Veris initio apparet nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. De paſſeribus.

¶ Nigrities, penult. corr. nigritiei, Idem. Corn. Celſ. lib. 8. capite 2, Nigrities colligi quidem poteſt etiam ex dolore & ex febre.

¶ Nigritia, nigritiæ (μελανία) Idem. Plin. lib. 9. cap. 38. 3, Niq; eius nigritiæ dat auſteritatem.

¶ Nigror, nigroris (ὀφρὺς) Idem. Cic. 1. de Diuinat. 49,

Tenebræ conduplicantur, noctisq; & nimbūm obcæcat nigror. Ex Pacuuio.

¶ Nigreo, nigres, ſiue Nigreſco, nigreſcis, nigrui (μελαίνομαι) nigreſcere, Nigrum fieri. Claudian. 3. de raptu Proſerp. 15,

Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere ueſtes. Colum. lib. 12. cap. 48. 1, Oliuæ quum nigruerint.

Tenebris nigreſcunt omnia. Virgil. 11. Aeneid. 164.

Aequora nigreſcunt uentis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 22.

Cælum nigreſcit ab Auſtris. Ouid. 5. Faſt. 65.

Venæ nigreſcunt ſanguine. Ouid. 3. de Arte, 100.

¶ Nigro, nigras (μελαίνομαι) nigrare, Nigrum facere.

Nigrare, Nigrum eſſe. Lucret. lib. 2. 147,

— ne fortè hæc ex alijs alba rearis



Digitized by Google

Principijs esse, ante oculos quæ candida cernit
Aut ea quæ nigrant, nigro de semine nata.

¶ Nigrans, Participium (μελανόμενος) itis,

Nigrans color. Colum. lib. 6. cap. 1. 2, Parandi sunt boues, nouelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, ac nigrantibus & robustis.

Antra nigrantia. Stat. 10. Thebaid. 26.

Caligine nigranti piceus uertex. Silius lib. 4. 62.

Campi nigrantes puluere. Silius lib. 3. 82.

Comæ nigrantes arboris. Seneca Hercul. furen. 9. 15.

Iuuenci nigrantes terga. Virgil. 5. Aeneid. 20.

Nimbus nigrans. Virg. 4. Aeneid. 24.

Pecudes nigrantes. Virg. 5. Aeneid. 148.

¶ Nigrefacio, nigrefacis, nigrefeci, nigrefactum (μελανοποιῶ) nigrefacere, Nigrum facere.

¶ Nigrefio, nigrefis (μελανοποιοῦμαι) nigrefieri, Nigrum fieri.

¶ Nigrico, nigricas, pen. corr. (μελανίζω) nigricare, Aliquantũ nigrum esse. Plin. lib. 10. cap. 3. 1, Viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit.

Nigidius] Figulus, Philosophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæsaris tempore. Hic, teste Gellio, multa de re Grammatica edidit uolumina, quæ ad nostra secula non peruenerunt.

Nigina] Herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 12. Herba quæ uocatur nigina, tribus foliis longis intupaceis, illita cicatrices ad colorem reducit.

Nigir] νίγειρ, Ptolemæo lib. 4. cap. 5. Libyæ inferioris fluuius, eiusdem cum Nilo naturæ. Hodie Fluuius de Senega.

Nigris] νίγειρ, Aethiopum fluuius, eiusdem cum Nilo naturæ: calamum enim & papyrum, eiusdemq; gignit animantes, & ijsdem temporibus augescit. Author Plin. lib. 5. cap. 8.

Nihil] οὐδέν, μηδέν, componitur ex non & hilum, per apocopen. Author Georgius Valla lib. 33. Putauerim tamen Nihilum ex ni, id est ne, & hilum componi: ut sit nihilũ, quasi nihilum quidem, uel ne hilum quidem. Præterea ex nihilũ, per apocopen fit Nihil: per syncopen, Nilum. Lucret. lib. 1,

Nil igitur fieri de nilo posse fatendum est. Paulò pòst,
Haud igitur possunt ad nilum quæque reuerti. Persius Satyr. 3. 9,
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

Prorsus nihil abest quin sim miserrimus. Cic. Att. lib. 11. 223. 5.

Nihil ad illum: id est, Non est cum illo comparandus. Terent. Eunuch. 2. 3. 69. Cic. 2. de Orat. 15, Quem cognouimus uirũ bonum, & non illiteratum: sed nihil ad Persium.

Nihil ad te. Terent. And. 4. 1. 60,

Concrepuit à Glycerio ostium. P. nihil ad te. D. quæro.

Nihil ad te attinet. Terent. And. 1. 2. 16.

Nihil ad hanc rem est. Terent. Phorm. 5. 6. 21.

Nihil ad rem, an. Cic. in Orat. 124, Dichoreus: nihil enim ad rẽ, extrema illa longa sit, an breuis.

Nihil aliud quàm, pro Duntaxat. Sueton. in Domitiano, capit. 21, Ad horam somni nihil aliud quàm secreto solus deambulabat. Liuius.

Nihil admodum literarum sciebat. Cic. de claris Orat. 110.

Nihil admodum territus. Liu. 7. bel. Pun. 6.

Nihil agere dicuntur, qui sumunt operam inanem. Cic. de Sen. 15, Nihil ergo agebat Q. Maximus, nihil L. Paulus pater tuus, Scipio socer, optimi uiri filij mei & cæteri senes? Fabritij, Curij, Coruncani, quum Rempub. consilio & authoritate defendebant, nihil agebant? Plinius epist. 9. b, Satius est enim, ut Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit, ociosum esse, quàm nihil agere.

Nihil aliud nisi. Cic. de Amic. 83, Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita.

Nihil aliud habet quod agitet in mente. Cicero 1. de Natur. deorum, 157.

Nihil enim est aliud, quamobrem mihi percipi nihil posse uideatur. Cic. 5. de Finib. 133.

Nihil aliud facere nisi. Cic. pro Rosc. Amer. 64.

Nihil præterquam uigilatum est. Liu. 3. ab Vrbe, 115. hoc est, Nihil aliud actum, nisi uigilatum est.

Nihil amplius quàm: pro, Tantum. Suetonius in Sergio Galba, capite 19.

Nihil, pro Non. Terent. Heaut. 5. 5. 12,

— pater. C H. nihil audio. M. ad me recipio,
Faciet. C H. nihil etiam audio ipsum.

Nihil cessauerunt illicò. Plaut. Milite, 22. 40. Terent. Hecyr. 4. 1. 30,

Sed ut olim te ostendisti, eandem esse, nihil cessauisti usque adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres.

Nihil mihi cum illo fuit: pro, Nullum commerciũ. Terent. And.

Nihil tibi amplius cum illa fuit Charine? Cic. 2. Phil. 84.

Nihil desidero. Plaut. Stich. 9. 10,

Nunc me gratiam abs te inire uerbis desidero.

Nihil distat. Plin. lib. 12. cap. 13. 2.

Nihil dixit tum ut sequerere sese? C. nihil, nisi abiens mihi iussit. Terent. Eunuch. 4. 5. 9.

Nihil est. Plaut. Trucul. 17. 73,

— at ego ab hac puerum reposcam,
Ne mox inficias eat. nihil est. id est, Nullius est negocij,
Facile est.

Nihil est nisi. Cic. ad Thermum, lib. 13. 56. 5.

Nihil est æquè quod faciam lubens. Terent. Phorm. 3. 3. 34.

Nihil est: pro Nulla est spes. Terent. Heaut. 4. 2. 5,

Nam quod spẽ de argento, aut posse postulẽ me fallere,
Nihil est. Idem Adelph. 2. 2. 25. Donatus.

At nihil est, ignotum ad illum mittere, operam luseris. Plautus Capt. 6. 94.

Nihil est, quod moreris diutius: pro, Non est opus. Terent. Heaut. Cicer. Terẽtiæ, lib. 14. 4. 9, De familia liberata nihil est quod te moueat, Idem Trebonio, lib. 15. 21. 10.

Nihil est quod illi non prosequantur suis argutijs. Cicer. de Amicit. 42.

Nihil est hoc. Plaut. Milit. 3. 19.

Nihil, Responsio. Terent. Phorm. 3. 3. 32,

Nunquid est quod opera mea uobis opus sit? G. nihil uerùm abi domum.

Nihil facilius. Terent. Andr. 2. 6. 6,

Potin' es mihi uerum dicere? D. nihil facilius.

Nihil dictu facilius. Terent. Phorm. 2. 1. 70,

Non ratio, uerùm argentum deerat. D. sumeret
Alicunde. G. alicunde? nihil est dictu facilius. Vbi Donatus, Hoc quasi subridens, & auerso ab illo uultu pronunciauit Geta. quod genus actionis, securitatem ostendit hominis manifestã dicentis.

Nihil festinare. Cic. ad Att. lib. 5. 99. 2.

Nihil intelligo quid agas. Terent. And. 4. 4. 16.

Nihil enim interest, dactylus sit extremus, an creticus. Cicero in Orat. 126.

Nihil intermissa rerum cura. Tacit. lib. 4. Idem lib. 3.

Nihil magis manifestò teneo. Plaut. Mercat. 15. 30. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9. 79, Cumq; Pompeius ita contendisset, ut nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam. Subaudi, Fieri aut contendi posset, uel posit: aut, ut nihil unquam magis à me contenderit.

Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser. Plaut. Curc. 5. 7.

Nihil minus. Cic. 3. Off. 108, Cadit ergo in utrum bonum mẽtiri emoluments

*Emolumenti ſui cauſa, criminari, præripere, fallere? nihil profectò minus.*

*Nihil minus ſum.* Plaut. Stich. 8. 41,

*Perij hercle uerò planè, atq; obnixè, nihil*
*Vno Gelaſimo minus eſt, quàm dudum fuit.*

*Nihil minus.* Terent. Eunuch. 3. 3. 29,

*—at apud nos hic mane, dum redeat ipſa.*
c. *Nihil minus.* *id eſt, non faciam.* Idem Heaut. 4. 1. 54.

*Nihil moror,* Nihilifacio. Plaut. Moſtel. 9. 49. Et Rud.

*Salutem tuam nihil moror.* Sit Caſin. 16. 17,

*Cœnam mihi ut ebria ſit, lepidè, nitideq; uolo, nihil moror barbarico ritu.*

*Nihil nimis bibi.* Terent. Heaut. 3. 2. 8.

*Nimis nihil homo.* Vide Nimis.

*Te quantus quantus, nihil niſi ſapientia es.* Terent. Adelph. 3. 3. 40.

*Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat Antonius.* Cic. de clar. Orat. 72.

*Nihil non arrogat armis.* Horat. de arte, 25.

*Nihil ocyus.* Plaut. Stich. 11. 2,

*Eum ſolent prouiſere, qui hercle illa cauſa nihil ocyus uenit.*

*Nihil omnino.* Cic. de Amicitia, 47, *Atq; haud ſcio ánne opus ſit quidem, nihil unquam omnino deeſſe amicis.* Idem 5. Verr. 141.

*Nihil omnino declinare recta regione.* Lucret. lib. 2. 50.

*Nihil opus eſt reſciſcat.* Plaut. Merc. 24. 44. Cic. 5. de Finib. 28, *Nihil opus eſt exemplis hoc facere longius.*

*Nihil parcunt ſeni.* Terentius in Prolog. Heaut. 43. Idem Adelph. 4. 2. 24.

*Nihil pepercit: non puduiſſe uerberare hominem ſenẽ?*

*Nihil penſi eſſe alicui.* Liu. 2. Decad. 5.

*Nihil poterit ferre.* Plaut. Milit. 16. 17.

*Nihil mihi potius fuit, quàm ut Maſiniſſam conuenirem.* Cic. in Somnio Scip. 1.

*Nihil in ſumma pacis proficiebatur.* Tacit. 13.

*Nihil mihi propius quàm ut perirem.* Plaut. Milit. id eſt, *Parum abfuit quin morerer.*

*Nihil prorſus.* Terent. And. 2. 6. 4,

*Nihil' ne? hem.* D. *nihil prorſus.* Idem Heaut. 5. 1. 21.

*Nihil quàm: pro,* Nihil aliud quàm. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 36, *Nihil tota uia, quàm eſſet ne ſibi ſaluum imperiũ, requirens.*

*Nihil quicquam.* Plaut. Mercat. 22. 64. Terent. Heaut. 5. 1. 23,

*Quid Syrus meus? ne is quidem quicquam?* M. *nihil.*

*Nihil quicquam egregium in uita, ſine ardore quodã amoris.* Cic. 1. de Orat. 66.

*Nihil refert mea.* Terent. Eunuch. 2. 3. 28.

*Nihil ſcio: pro,* Neſcio. Plaut. Capt. 13. 73,

*Gaudeo, etſi nihil ſciam quod gaudeam.*

*Nihil ſcit, niſi uerum loqui.* Plaut Perſ. 16. 95.

*Nihil ſupra.* Cic. ad Attic. lib. 13. 27 6. 2, *Eos confeci & abſolui, neſcio quàm bene, ſed ita accuratè, ut nihil poſſet ſupra.* Subaudi, *eſſe*, uel addi.

*Nihil triſtis.* Terent. Andr. 2. 6. 17.

*Nihil tale metuamus.* Cic. 1. de Fin. 86.

*Nihil uſus circuitione.* Terent. And. 1. 2. 31.

*Nihil ualet.* Cic. pro Cecinna, 29, *Ea ſi nihil ualet, aut ſi ad hãc rem non pertinet, quid, &c.*

*Nihil quidem hercle uerbum ac utiliſimũ.* Plaut. Stich. 4. 35.

*Nihil ultrà.* Cic. Attic. lib. 15. 321. 8, *Eſt autem oratio ſcripta elegantiſimè ſententijs, uerbis, ut nihil poſſit ultrà cogitari.*

*Nihil mihi uobiſcum eſt.* Ouid. 2. Faſt. 62.

*Nihil falſi, Nihil gratiæ, &c.* Terent. And. 4. 5. 49,

*Me miſeram, nihil pol falſi dixi mi ſenex.* Idem Heaut. 5. 2. 46.

*Nihil incommodi.* Terent. Hecyr. 3. 3. 40.

*Nihil moræ.* Terent. And. 1. 1. 139,

*Sin eueniat (quod uolo) in Pamphilo ut nihil ſit moræ.*

*Nihil piſcium.* Plaut. Rud. 23. 3.

*Nihil quæſti.* Plautus Aulul. 5. 5.

*Nihil rerum.* Terent. Heaut. 2. 3. 26,

*—nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt*
*Quod malim, quàm me hoc falsò ſuſpicarier.*

*Nihil reliqui.* Cæſar 1. bel. Gall. 42, *Et demonſtrant ſibi preter agri ſolum nihil eſſe reliqui.* Sic Attic. lib. 14. 319. 2, *Nihil ſynceri.*

*Nihildum: id eſt, nihil adhuc.* Cic. Caſſio, lib. 12. 7. 5, *Et quanquam nihildum audieramus nec ubi eſſes.*

*Nihildum certi à te exquiro.* Cic. Attico, lib. 7. 131. 5.

*Nihildum Brunduſio erat allatum.* Cic. Attic. lib. 9. 171. 2.

Nihilum] *nihili, pen. cor.* (μηδενὸς) Ex nõ & Hilum cõpoſitum. Feſtus, *Hilum putant eſſe quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil & nihilum.* Vide Nihil. Terentius Phormion. 3. 3. 2,

*Vnde ego nunc tam ſubitò huic argẽtum inueniã miſer,*
*Cui minus nihilo eſt?*

*Nihilum diſtat.* Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 42.

*Stultitiáne erret, nihilum diſtabit, an ira.*

*In nihilum interire.* Cic. 1. Acad. 41.

*Ex nihilo oriri, & in nihilum occidere.* Cic. 2. de Diuinat. 56.

*Ad nihilum recidunt omnia.* Cicero in Orator. 137. & 7. Philipp. 234.

*Redigi ad nihilum.* Lucret. lib. 1. 162.

*Reuerti ad nihilum.* Lucret. lib. 1. 155.

*Ad nihilum uenire.* Cic. ad Brutum, lib. 11. 12. 3.

*Ad ſummum uenire, & Ad nihilum, contraria.* Cicero 2. Tuſculan. 7.

¶ *Nilum, pro* Nihilum. Lucret. lib. 1. 138,

*Ne tibi res redeant ad nihilum funditùs omnes.* Vide Nihil.

*Ex nihilo quicquam fieri, nulli phyſico placet.* Cic. de Fato, 29.

¶ *Nihili* (παρὰ μηδέν) Quod nec hili eſt, inquit Feſtus, Cicer. 3. Tuſculan. 32, *Sed tentemus, & luſiſſe putemur ſi nil ſit, ab eo quod nequicquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.*

¶ *Nihilifacio, nihilifacis, pen. cor.* (παρὰ μηδὲν τίθημαι) *nihilifacere, Nihili æſtimare, non curare.* Plaut. Milit. 5. 13,

*Sed me excepit: nihili facio quid faciat cæteris.*

¶ *Nihilipendo, nihilipendis, nihilipendi, nihilipenſum* (παρὰ μηδὲν τίθημαι) *nihilipendere,* Idem. Terent. Eunuch. 1. 2. 14,

*Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem?* Idem Adelph. 3. 4. 6.

¶ *Nihilo aliter* (οὐκ ἄλλως) *pro,* Non aliter: uel, Nõ alius. Terent. Phorm. 3. 2. 45,

*Is me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.*

*De nihilo.* Propert. lib. 2. eleg. 3. 4,

*Non ſum de nihilo blandus amator ego.* Vide De.

*Non hoc de nihilo eſt.* Vide Non.

*Pro nihilo habenda eſt adoptio, nullo decreto probata, & contra omne ius facta.* Cic. pro Domo ſua, 31.

*Contemnere & pro nihilo putare aliquem.* Cic. 1. Ver. 13.

*Nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus dempta æternitate.* Cicero 2. de Fin. 141.

*Nihilo diligentior ad claſſem ornandam, milites reuocandos alendoſq; eſſe cœpit.* Cic. 7. Verr. 64.

Nihilo magis. Plaut. Asin. 8.14,

Si sit domi, dicam tibi: non est. M. quid? eius
Atriensis? L. nihilo magis intus est. Donatus, Nihilo magis, Quasi in nihilo posit esse magis aut minus. Et nihilo magis, asseverationis est. Terent. Hecyr. 1.2.62,

Nocte illa prima uirginem non attigit,
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis. Cic. 3. de Finib. 73.

Nihilo magis efficere aliquid. Cic. 2. de Diuinat. 155, Sed ea summitis, quibus concessis nihilo magis efficiatis quod uultis.

Nihilo melior quàm. Cic. Planco, lib. 4.14.7, Sed ego tam misero tempore nihil noui consilij cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quàm Rempublicam offendissem.

Nihilo minus. Lucret. lib. 30.20. Terent. Heaut. 5.3.9,

Non postulo: iam loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen. Cic. 1. de Inuent. 7, Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ studendum est.

Nihilo minus ut ego absim, hæc confici possunt. Cic. ad Plancũ, lib. 10.2.4. id est, etiam me absente, & sine opera mea.

Nihilominus tamen & luto munire, & uinculo melius. Plinius lib. 17. cap. 16.2.

Nihilo plus. Terent. Eunuch. 1.1.17,

——incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm si des operam, ut cum ratione insanias.

Nihilo secius, Idem quod Nihilo minus. Terent. And. 3.2.27,

Hoc ego scio unũ, neminem peperisse hic. D. intellextin'? Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium. Cæsar 3. bel. Ciuil. 103, Præterrectosq; Dyrrhachium magna uiuenti nihilo secius sequebatur.

Nihilo segnius. Cæsar 2. bel. Ciuil. 26.

¶ Nil, ὐδὲν, à Nihil syncopatum est. Aliquando nomen est. Virgil. 3. Georg. 9,

Te sine nil altum mens inchoat.

Nil faciet sceleris pia dextra. Horat. 2. Serm. Satyr. 1.11.

Nil, nihil, nihilum. Pers. Satyr. 3.9, ——gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

¶ Nil, Aduerbium. Virgil. 5. Aeneid. 151,

Deponunt animos, nil magnæ laudis egentes. id est, nõ.

Nil opus est uerbis. Lucret. lib. 5.53.

Nilion] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 6, India & has generat, & nilion, fulgore hebeti, aut breui, & cum intueare, fallaci.

Nilis] νεῖλις, Lacus est inferioris Mauritaniæ, nõ procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantes officere creduntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.

Nilum] Vide Nihil.

Nilus] νεῖλος, Aegypti fluuius, à Nileo rege sic dictus: uel à nouo inferendo luto, quòd sua inundatione totam feracem reddat Aegyptum. Vnde Seruius Nilum dici existimat, quasi νέαν ἰλὺν, hoc est, nouum trahentem limum, quo oblimet, hoc est, limo obturet Aegyptũ & oppleat. Vnus est ex maioribus totius orbis fluuijs, à quibusdam Geon dicitur, quasi terra, qui antea Melo uocabatur. Habet septem ostia. Virg. 6. Aeneid. 160,

Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Nomina ostiorum hæc sunt: Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Phœneticum, Mẽdesicum, Tanicum, & Pelusiacum. Nascitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longè ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem uocant Nilidem. Deinde condit se itinere aliquo dierum, rursumq; erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæsariẽsi. Iterũq; arenis receptus per deserta uiginti dierum spacio fertur ad proximos Aethiopas, & denuò prosilit fonte, qui Niger dicitur. Inde Africam ab Aethiopia disterminans, medios secans Aethiopas, sic pleraq; insulas facit, quarum clarissima est Meroe, cuius metropolis etiam Meroe uocatur. Postquam se aquis omnibus auxit, Nilus appellatur. Deniq; multis ostijs fertur in mare Aegyptium: Aegyptiq; inferiorem partem dextra leuaq; diuisus amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco, propter quod aliqui Aegyptum inter insulas posuêre, ita se diuidente Nilo, ut triquetram terræ figuram faciat. Idcirco multi Aegyptum Δ Græcæ literæ similitudine Delta uocauerunt. Augetur Nilus certis diebus mirum in modum, & per totam spaciatus Aegyptum, fœcundissimus innatat: unde unicã spem Aegyptijs Nilo positam esse ait Seneca. nam sterilis aut fertilis annus est, prout ille magnus influxit, aut parcior. Inde est, ut nemo aratorum in Aegypto cælum suspiciat: quod ex Seneca depromptum, eleganter Claudianus reddidit, epigr. 6. 1. de Nilo,

Fœlix qui Pharias proscindit uomere terras, &c. Vide Plinium lib. 5. cap. 9. & Cic. 2. de Nat. deor. 196.

Pingui flumine Nilus. Virg. 9. Aeneid. 7.

Apricus Nilus. Valer. 3. Argon. 73.

Digestus in septem cornua Nilus. Ouid. 9. Metam. 155.

Discretus in septem ostia Nilus. Ouid. 5. Metam. 65.

Diuitis ostia Nili. Iuuen. Satyr. 13.3.

Fertilis Nili pinguia arua. Valer. 7. Argon. 122.

Magnum fluens Nilus. Virg. 3. Georg. 6.

Iocosus Nilus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.16.

Lagæus Nilus Lucan. lib. 1.136.

Paludosi Nili fœcunda licentia. Stat. 3. Syl. 2.22.

Paretonius Nilus. Stat. 5. Thebaid. 3.

Papyriferi Nili septemflua flumina. Ouid. 15. Metam. 151.

Sacer Nilus. Stat. 1. Syl. 6.16.

Septemgeminus Nilus. Virgil. 6. Aeneid. 160.

Septemplex Nilus. Ouid. 5. Metam. 38.

Stagnans Nilus effuso flumine. Virg. 4. Georg. 58.

Tepidus Nilus. Claud. de bello Gildon. 96.

Tumidus rigat arua Nilus. Horat. 3. Carm. ode 3.10.

Nili quoq; apud ueteres capiuntur pro fossis in ludis circundatis, pro septis siue pro canalibus aquarum aliunde deductarum, quos Romani intra domos deducebant. Vide in dictione Eurípi. Est & Nilus urbs ibidem.

Piscina & Nilus. Cic. Q. frat. lib. 3.24.14, De arcano Cæsaris opus est, uel mehercule etiam elegantioris alicuius: imagines enim istæ, & palæstra, & piscina & Nilus multorũ Philõtimorum est, non Diphilorum, sed & ipsi ea adhibebimus, & mittemus & mandabimus.

¶ Niliacus, pen. corr. Adiect. (νειλαῖος) ut, Vrbs Niliaca. Lucan. lib. 10.19.

Acetum Niliacum. Martial. lib. 14.122.

Lens Niliaca. Martial. lib. 13.9.

Olus Niliacum. Martial. lib. 13.57.

Pecten Niliacus. Martial. lib. 14.150.

Pecus Niliacum. Stat. Thebaid. 96.

Thus Niliacum. Stat. 4. Syl. 9.3.

¶ Niloticus, pen. corr. Aliud adiectiuum (νειλωτικὸς) ut, Nilotici pisces.

¶ Nilotis, pen. prod. huius Nilotidis, Patronymicum, f. g. pro Possessiuo (νειλωτὶς) unde Acus Nilotis. Vide Acus.

¶ Niligenus, pen. cor. Adiectiuum (νειλογενὴς) Ouidius 1. de Arte, 16.

Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra iuuencæ.
id est, Isidis.

Nimbus] nimbi, m. g. (λαίλαψ, ἀφρίδιος, ὐβρεχὶς, ὑετὸς) Repentina & præceps pluuia. Cicer. de Nat. deor. 20, Quæ terreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis ni

nibus,

Digitized by Google

uibus,&c. Martial.lib.1.52,
Continuis uexata madet uindemia nimbis. Liuius,
Subitò coorta tempestas cum magno fragore,tam denso regem operuit nimbo,ut conspectum eius concioni abstulerit.
Nox nimborum. Virg.1.Georg.66.
Aetherei nimbi. Virg.8.Aeneid.122.
Hyemales nimbi. Ouid.9.Metam.22.
Hiulci nimbi. Claud.2. de rapt.Proserp.47.
Piceus nimbus. Stat.1.Thebaid.20.
Præceps nimbus. Valer.1.1.Argon.17.
Remoti Aquilone nimbi. Ouid.1.Metam.66.
Terrifici nimbi. Ouid. ad Pisonem,30.
Potens nimborum tempestatumq; Deus. Virg.1.Aeneid.17.
Cinxerunt æthera nimbi. Virgil.5.Aeneid.3.
Crepitant nimbi culminibus multa grandine. Virg.5.Aen.92.
Omnia feruent nimbis. Virg.1.Georg.92.
Densi funduntur ab æthere nimbi. Ouid.1.Metam.55.
Inuoluêre diem nimbi. Virgil.3.Aeneid.40.
Nox tenebat lunam in nimbo. Virg.3.Aeneid.118.
Nimbus per translationem, pro Repentino & præcipiti casu. Cic. Att. lib.15. 325. 8, Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum citò transijsse lætor.
Nimbus,pro Vento. Virg.1.Aeneid.11,
Nimborum in patriam loca fœta furentibus Austris,
Aeoliam uenit,
Sonuerunt nimbi toto æthere. Virg.2.Aeneid.23.
Arenæ nimbus. Virg.3.Georg.22.
Nimbus,Nubes qua solent dij in terras descendere. Virg.1.Georg.66,
Ipse pater media nimborum in nocte coruſca
Fulmina molitur dextra.
Nimbus, uasis genus: in quo uina, unguenta, & alij liquores funduntur. Martial.lib.14.117,
A' Ioue qui ueniet miscenda ad pocula,largas
Fundet nimbus aquas,hic tibi uina dabit.
¶ Nimbosus,pen.prod. Adiectiuum(ὑετώδης) Pluuiosus,uentosus ue. Virg.1.Aeneid.108,
—fluctu nimbosus Orion. Plin.lib.16. cap.11.7, Campus est subiacens montibus nimbosis.
Astrum nimbosum. Valer.2.Argon.72.
Bruma nimbosa. Stat.1.Sylu.3.18.
Cacumina nimbosa montis. Virg.3.Aeneid.55.
Hœdi nimbosi. Ouid.1.Trist.eleg.10.3.
Turbo nimbosus. Ouid.11.Metam.111.
Ventus nimbosus. Ouid.2.de Ponto,eleg.3.6.
¶ Nimbatus,pen.prod. Adiect. A' nimbo uase: Vnguentatus, siue unguento perfusus. Plaut.Pœn.4.125,
Quàm magis aspecto, tam magis est nimbata, & nugæ merę.
**Nimirum**]pen.prod.(δήπου,δήπουθεν,ἀμέλει) Aduerbium confirmandi, Sine dubio,pro certo,inquit Donatus. Terẽt. Eunuch.2.2.37,
Nimirum hic homines frigent. Ibidem,4.7.14. Cic. 4.Acad.201,Itaq; in cognitione nimirum assentiar. id est, opinabor.
Quum argumenta nostra exposuerimus,contrariaq; dissoluerimus,absolute nimirum munus oratoriũ confecerimus. Author ad Heren.lib.1.18. Horat.1.epist.14.3.
Cui placet alterius,sua nimirum est odio.sors.
Nimirum, ad responsionem aliquando adhibetur. Quint. lib. 12. cap. 1, Vter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoq; melior. Ex Valla.
Nimirum,pro Scilicet. Cic.pro Rosc. Amer.36, Opinor enim esse in lege, quã ad diem proscriptiones, uenditionesq; fiãt,
nimirum ad calend.Iunias. Budæus.
Itaq; nimirum hoc illud est,quod Cæsar scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te misi. Cic.ad Attic.lib.9.180.8.
Hoc nimirum est illud quod de Socrate accepimus. Cic.1.de Diuinat.198. Idem pro Flac. 52, Hoc nimirum est illud, quod non longè à gradibus Aurelijs hæc causa dicitur. id est, scilicet. Budæus.
**Nimis**] Aduerbium (ἄγαν,λίαν) Sipont. Nimis & nimium aduerbia sunt augendi,significantq; plus satis. Iungũtur autem positiuis nominibus,aduerbijs,& uerbis.
Nimis acer. Horat.2. Serm. Satyr.1.1.
Nimis acer fortasse,ueruntamen honestus amor. Cic.pro Arch. poeta,26.
Nimis antiquè. Horat.2.epist.1.14.
Nimis aspera. Horat.2.epist.2.25.
Nimis auidus. Cic.1.de Oratore,66.
Nimis bene. Plaut. Menæh,22.29.
Nimis citò. Cic. de Amic.67.
Nimis diu & longum loquor. Plaut. Pseud.10.21.
Nimis doctus dolus. Plaut. Milit.5.93.
Durus nimis. Horat.1.epist.7.18.
Nimis ferociter. Plaut. Amphit.4.59.
Non nimis honestum uerbum. Cic. Peto,lib.9.22.14.
Imbecilla nimis. Lucret.lib.1.173.
Nimis immerito meo. Plaut. Casin.2.4.17.
Nimis improba posco. Stat.2.Achil.54.
Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi uidetur. Cic.in Orat.97.
Nimis iracundè. Plaut. Bacchid.13.12. Vide Ira.
Magnam nimis ne in nos habeat dominationem, non omnia fortunæ committenda sunt. Author ad Heren.lib.4.174.
Nimis malè. Plaut. Capt.15.5,
Nimisq; hercle ego illum malè formidabam. Idem Aulul.7.31.
Nimis penè manè est. Plaut. Persa,4.33.
Nimis multa uideor de me,ipse præsertim. Sub. dicere. Cic.de claris Orat.177.
Nihil est, qui piger est, nimisq; id genus odi. Plautus Rud. 22.10.
Non nimis me,sed alios admodum delectarunt literæ illius. Cic. Attico,lib.7.141.1.
Non nimis deesse nobis ea quæ natura expetenda sunt, ex te quærimus. Cic.de Orat.66.
Non nimis hæc exquiro à Græcis. Cicero Attico, libro septimo,136.4.
Nimis pulcher. Plaut. Amphit.4.64.
Nimis quàm cupio. Plaut. Capt.4.17.
Nimis serò. Cic.2.Philip.63.
Teneræ nimis mentes. Horat.3.Carm.ode 24.11.
Nimis ualde. Cic.3.de Legib. 1, Tu uerò quum nec nimis ualde unquam, nec nimis sæpe laudaueris.
Nimis uellem tibi dari fundam. Terent. Eunucho,4.7.16.
¶ Nimium(λίαν,ἄγαν) Nomen pro Aduerbio.
Nemo nimium beatus est, & nemo beato beatior. Cicero 5. de Finibus,140.
Nimium bonæ rei. Plaut. Stich.6.55.
Nimium citò. Plaut. Epid.13.24,
Nimium aduenisti citò.
Nimium constanter iniquus. Ouid.3.Trist.eleg.2.6.
Nimium diu. Cicero 4. Acad.108, De quo iam nimium etiam diu disputo.
Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. Cic.in Catil.7.
Iussa patris nimium mihi dura uidentur. Ouid.7.Metam.23.



Digitized by Google

*Nimium familiariter.Plaut.Rud.11.6.*
*Nimium feritatis.Ouid.3.Metam.61.*
*Fertilis nimium tellus.Virg.2.Georg.51.*
*Fortunati nimium agricolæ.Virg.2.Georg.92.*
*Nimium graphicus nugator.Plaut.Trinum.13.88.*
*Nimium guloſus.Martial.lib.10.59.*
*Nimium indiligens.Terent.Adelph.4.5.50.*
*Nimium indoctus.Plaut.Pſeud.4.72.*
*Iratus nimium,niminq; ſeuerus.Tibul.lib.3.eleg.6.5.*
*Nimium lepidus.Plaut.Milite,14.8.*
*Nimium longum tempus illud mihi uidetur.Cicero Attic.libro 12.241.10.*
*Nimium lubenter.Plaut.Aulul.20.1.*
*Nimium miris modis.Plaut.Trinum.13.83.*
*Nimium multi. Cicero pro Cluentio,101, Ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt.*
*Muta nimium in excogitandis argumentis dialectica, in iudicandis nimium loquax.Cic.2.de Orat.87.*
*Nimium magis offendit quàm parũ. Cic.in Orat. 40. & 103.*
*Nimium parcè.Terent.And.2.6.19.*
*Paulo nimium. Cic.2. de Orat. 49, Quod erat ingenij uerbis efferueſcentibus,& paulo nimium redundantibus, quod erat ætatis non ſum aſpernatus.De Sulpitio.*
*Nimium quàm.Gell.lib.15.cap.1, Declamauerat Antonius Iulianus rhetor præterquam ſemper aliàs, tum uerò nimium quàm delectabiliter & fœliciter.*
*Nimium quantum.Gell.lib.17. Lingua tamen & facundia nimium quantum præſtabilis.*
*Nimium ſæpe.Cic.2.de Finib.68.*
*Nimium ſæuiter.Plaut.Trinum.14.52.*
*Sæuus nimium.Ouid.4.Metam.110.*
*Nimiũ iſthoc abiſti.Terent.Adelph.2.1.15.*
*Nimium ne crede colori. Virg.2.eclog.4.*
*Nimium obſonauit.Plaut.Mercat.14.4.*
*Non nimium probare.Cic.ad Cornificium,lib.12.29.13.*
*Nimium multum ſis.Plaut.Mercat.8.11.*
*Nimium ſubuertere.Terent.Adelph.5.3.49.*
*Nimium eſt.Terent.Phorm 4.3.52,*
*Aediculæ item ſunt ob decem alias. D.hoi hui, nimiũ eſt.*
*Nihil tum nimium uidebatur. Cic.Bruto,15.10.*
*Nimium uolo.Terent.Eunuch.3.5.49.*
*Inter nimium & parum eſt mediocritas.Cic.1.Offic.125.*
¶ *Nimio(πολλῷ ἄγαν) Ablatiuus, comparatiuus ſolet iungi. ut,Nimio minus,æquius,&c.Plaut.Rud.5.1,*
*Nimio pol hominũ, fortunæ minus miſeræ memorãtur. Idem Trucul.14.3,*
*Nimio minus ſæuus iam ſum Aſtaphium.*
*Nimio plus. Cic.ad Attic.lib.10.198.1, Sed quia te nimio plus diligo.Plaut.Bacch.2.42.*
*Video nimio iam multo plus,quàm uolueram.*
*Nimio ſatius.Plaut.Bacchid.2.43,*
*Vixiſſe nimio ſatius eſt quàm uiuere.*
¶ *Nimiè. Aduerb.(πρὸς ὑπερβολὴν) Plaut.Milit.18.33.*
*Tam nimiè ut amarentur.*
¶ *Nimius, Adiect.(ὁ ἄγαν) Cic.de Senect. 48,Ne ſylueſcat ſarmentis,& in omnes partes nimia fundatur.*
*Aeſtus nimij.Lucret.lib.5.164.*
*Aquæ nimiæ.Ouid.4.Faſt.160.*
*Ardor nimius Lucret.lib.6.234.*
*Cædes nimia.Virg.9.Aeneid.71.*
*Celeritates nimias ſuſcipere in feſtinationibus, cauendum eſt. Cic.1.Offic.182.*
*Diligentiam,tota Republica ſuſcepta,nimiam, nullam putabã. Cic.pro Milone,49.*
*Feruores nimij.Lucret.lib.5.44.*
*Imber nimius.Ouid.5.Metam.97.*
*Laſciuia nimia.Ouid.2.Triſt.63.*
*Leuitas nimia.Ouid.2.Metam.33.*
*Nimius mero.Horat.2.Carm.ode 12.1,*
*Nec ſæuos Lapithas, & nimium mero Hyleum. hoc eſt,intolerabilem ebrietate, inquit Acron. Seneca lib. 5. de Beneficijs, Nimius animis.*
*Sol nimius.Ouid.5.Metam.97.*
*Nimia circum maritum uxor.Vlpian.in l. ſi cum dotem. §.ea autẽ in fine.ff.ſoluto matrimonio,Filia leuis mulier, uel admodum iuuenis,uel nimia circa maritum non merentem.*
*Nimius animi. Liu. Manlius nimius animi quum alios principes ſperneret,&c.*
*Nimius imperij.Liu.lib.3.ab Vrbe,114.*
*Sermonis nimius erat.Tacit.lib.19.*
*Nimius in.Cic.Bruto,15.4, Quòd in honoribus decernendis eſſem nimius,& tanquam prodigus.*
*Nimius,cum ablatiuo. Plin.lib.14. cap.2.3, Eæ minus fertiles uino,acinis & ferè nimiæ.*
*Nimium,abſolutè.Cic.4.Tuſc.91, Nam quod aiunt, nimia reſecari oportere,naturalia relinqui: quid tandem poteſt eſſe naturale,quod idem nimium eſſe poſſit?*
*Nimius & modicus,contraris.Cic.5.de Fin.54.*
¶ *Nimietas, pen.cor. (τὸ ἄγαν,τὸ περισσὸν) pro ſuperfluitate uſurpatur etiam à doctis. Col.lib. 6. cap. 24.1, Naturalia congruunt deſideria, quoniam nimietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.*
¶ *Nimiopere,pen.cor.(περισσῶς ἄγαν) Aduerbium, pro admodum nimis. Cic.in Parad. 46, Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Idem in Verrem uſus eſt hoc aduerbio,teſte Budæo. Alij legunt diſiunctim,nimio opere.*
*Ningo] ningis: uel Ninguo, ninguis, ninxi (νίφω) ningere. Priſcianus,Ninguo quoq; ninxi. unde & nix: ſicut à duxi, dux,à rexi,rex.Virg.lib.3.Georg.74,*
*Interea toto non ſecius aere ningit.*
¶ *Ninguis, huius ninguis, antiqui dixerunt: cuius loco nunc nix,niuis dicimus(νιφὰς,νιφάς) Lucret.lib.6.148,*
*——albas decedere ningues. Apul. in 1.Her.*
*——aſpera hyems erat,omnia ningue canebant.*
¶ *Ninguidus,pen.corr.Adiect.(νιφετώδης, νιφοτιδὴς)id eſt, Niuoſus. Auſonius ad Paulinum, Barcino me bimaris: iuga ninguida Pyrænei. Idem Paulo poſt, Oppida Iberorum ninguida.*
¶ *Niniue, pænult. corrept. (νινιὴ, νίνος) Vrbs Aſſyriorum, quam ædificauit Aſſur egrediens terram Sennaar, à Nino rege ſic dicta,ut ſcribit Auguſtinus. Eſt & alia ciuitas Iudæorum in angulo Arabiæ: quàm nunc corruptè Niniuem uocant:& in genitiuo Niniues facit. Vnde Auguſtinus lib. 15.de Ciuit. Dei,Niniues ciuitatis magnæ, Ninus Beli filius conditor,nomen ex illius nomine deriuatum eſt, ut à Nino Niniue uocaretur.Et populi in ea habitantes.Niniuita,pænult.product.dicuntur.*
*Ninoe] Ninoes(νινόη) Cariæ oppidum eſt, aliàs Aphrodyſias appellatum, Lelegum Pelaſgorum colonia, ſi Stephano credimus.*
*Ninus]νίνος, filius Beli, primus Aſſyriorum rex. Nam Belus ſolam habuit Babylonem, Ninus uerò totam Aſſyriam Ninus item, Aſſyriæ urbs iuxta Tigridis amnis partem, Ptolemæo authore libro ſexto, capite primo, alio nomine Niniue, quæ Ionæ prophetæ prædicationem audiuit. Nunc uaſtata tota eſt, ut tradit Haithonus lib. de Tartaris, capite 11.*

¶ *Ninos,*

Digitized by Google

¶ Ninos (νίνος) Eadem urbs quæ Ninus Assyriæ, ut opinor. Lucanus lib. 3. 43,

Accedunt Syriæ populi, desertus Orontes,
Et fœlix (sic fama) Nimos.

Niobe] pen. cor. (νιόβη) filia Tãtali, & soror Pelopis, uxorq; Amphionis. Hæc, teste Diodoro Siculo lib. 5. filios VII. & totidem filias peperit, summo decore præstantes: unde tali prole superbiens admodum gloriabatur, se Latonæ præferens numero filiorum: itaq; ira motam fabulæ Latonam ferũt, Apollini & Dianæ, ut Niobes filios & filias arcu interficerent, mandasse, quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore & abundare filijs Nioben, & carere. Vnde præ nimio dolore attonita obmutuit, ac ueluti lapidescens malis diriguit. A' Statio lib. 5. Sylu. 1. 7, Sipyleia mater dicta Niobe, quoniam facta saxea, turbine uenti in Sipylum patriam rapta est, ubi fixa cacumine montis liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manãt. Fabulam Niobes uide apud Ouidium 6. Metam. 30.

Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium. Cic. 3. Tusc. 107.

¶ Niobæus, Adiect. (νιοβαῖος) ut, Proles Niobæa. Horat. 4. Carm. ode 6. 1.

Niphæus] Viri proprium, ab equis interfecti apud Virgil. 10. Aeneidos,

—quin ecce Niphæi,
Quadrijuges in equos, aduersaq; pectora tendit:
Atq; illi longè gradientem, & dira frementem
Vt uidêre, metu uersi, retroq; ruentes,
Effunduntq; ducem, rapiuntq; ad littora currus.

Niphates] pen. prod. (νιφάτης) Maioris Armeniæ fluuius super Assyriam, quo nomine dictus est mons Armeniæ, ex quo Tigris nascitur, ut refert Strabo. Virg. 3. Georg. 6,

Addam urbes Asiæ domitas, pulsumq; Niphatem.

Montem dixit pro populo: intelligit enim Armenios, apud quos mons est Niphates. Dictus est autem Niphates, à niuibus, ἀπὸ τ νιφάδος, uel ἀπὸ τ νίφειν.

Rigidus Niphates. Horat. 2. Carm. ode 9. 4.

Niphe] νίφη, una ex comitibus Dianæ, à nitido cãdore appellata. Ouid. 3. Metam.

Excipiunt laticem Niphecq; Hypanisq; Rhanisq;.

Nipsa] νίψα, Thraciæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Nipsæi. Stephanus.

Niptra] niptrorum (νίπτρα) dicuntur lauacra: à νίπτω, quod significat lauo: quo nomine dicta est tragœdia Pacuuij, quã citat Cicero 2. Tusculan.

Nireus] dissyllabum (νιφεύς) Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium, teste Homero, qui ad Troiam nauigauerũt, formosissimus. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 13. 4,

Tam mala Thersiten prohibebit forma latere,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.

Facies Nirei. Propert. lib. 3. eleg. 18. 6.

Vincere Nirea forma. Horat. Epod. 16. 5.

Nis] pro Nobis, uetus uerbum, inquit Festus.

Nisa] fuit, teste Homero lib. Iliad. 2, urbs Hellados. Est etiã nomen fœminæ. de qua Virg. 8. ecloga,

Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes?

Nisæa] νισαία, Oppidum in sinu Megarico ubi Megarensium erant naualia, teste Thucyd. lib. 2. Est item Nisæa, Parthenes regio, cuius caput fuit Alexandropolis, ab Alexãdro conditore ita appellata. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisæi appellabantur, teste Strabone lib. 11.

Nisæ] νισαίη, Nymphæ proprium, cuius meminit Virgilius 5. Aeneid. 164.

Nisæeq;, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;.

Candida Nisæe. Propert. lib. 2. eleg. 27. 4.

Nisi] εἰμὴ, μὴ ἐὰν, μὴ ἐκὶ, Coniunctio, composita ex non & si: significatq; Si non, uel præterquam. In principio sententiæ indicatiuum desiderat, aliàs etiam Subiunctiuum, ut ait Valla lib. 2. Terent. Heaut. 4. 1. 1,

Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus quem ego suspicor.

Miseros illudi nolunt, nisi se fortè iactant. Cic. 2. de Orat. 132.

Nisi secundo loco positum. Terent. Heaut. 1. 1. 90,

—corrasi omnia,
Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico
Faciundo facilè sumptum exerceant suum.

Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo. Terent. And. 4. 2. 14. Cic. de Amic. 55, Iudicare difficile sanè, nisi expertum.

Profectò, nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali. Terent. Heaut. 5. 3. 1.

Nisi multis blanditijs à me gutta non ferri potest. Plautus Rud. 11. 20.

Nisi unum hoc faciam. Plaut. Aul. Terent. And. 5. 4. 48,

—causa optima est,
Nisi quid pater aliud ait. Cic. de Amic. 32, Ortum quidem amicitiæ uidetis, nisi quid ad hæc fortè uultis.

Nisi restituissent statuas, uehementer ijs minatur. Cicero 4. Verr. 117.

Nisi uellet. Cic. de Amicit. 9, Nisi enim immortalitatem optare uellet, quid non est adeptus quod homini fas esset optare?

Nisi uideas. Cic. de Amicitia, 80, In qua nisi (ut dicitur) apertũ pectus uideas, tuumq; ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.

Nisi quia. Terent. Eunuch. 5. 6. 28,

Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malũ,
Nisi quia necesse fuit hoc facere.

Nisi nunc. Plaut. Amphit. 8. 52, Imò equidem te, nisi nunc, ho die nusquam uidi gentium.

Nisi quòd. Cic. de Amicitia, 64, Nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse nõ possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumq; distantia.

Aliud nisi. Cic. 4. Acad. 15, Neq; nostræ disputationes quicquã aliud agunt, nisi ut in utranq; partem dicendo & audiendo eliciant.

Nihil aliud nisi Philomenam uolo. Teren. id est, quàm, uel præterquam. Cic. pro Rosc. Amer. 64.

Nisi in bonis non potest esse amicitia. Cic. de Amicitia, 16.

Non contingit nisi. Cic. de Amicit. 63.

Nunquid igitur oportet nisi tres sortes conijci, unam educi? nihil conijci iubet tres. Cic. 4. Verr.

Nisi fortè cessare uideor. Cic. de Senect. 16.

Nisi si. Terent. And. 1. 5. 14.

Repudiatus repetor. quamobrem? nisi si, id est, quod suspicor, Aliquid monstri alunt. Idem Adelph. 4. 3. 3.

Nisi, per parenthesin positum. Cic. Attico, lib. 7. 129. 2, Adhuc certè (nisi ego insanio) stultè omnia & incautè.

Nisi quis nos deus respexerit. Cic. ad Attic. lib. 1. 11. 11.

Quid nisi. Cic. 1. Tusc. 116, Nam quid aliud agimus quum à uoluptate, id est à corpore, quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à negocio omni seuocamus animum, quid inquam tum agimus, nisi animum ad seipsum uocamus?

Nisi uerò, Nisi fortè, Nisi tamen, quoties in argumentationib. subiecta est, absurditatem quandam sequi significat. Cic. 4. Acad. 155, Nisi uerò Ennium non putamus ita totum illud audiuisse. Idem de Fato, 55, Nisi fortè uolumus Epicureorũ

opinionem sequi. Idem in Miloniana, 40, Nisi fortè dementem, &c. Quasi dicat, Quod est absurdum putare: ideoq; minimè id putandum est. Quam declarationem Columella expressit lib. 3. cap. 10. 19, Nam si sagittam, id est, superiorem partem malleoli, uituperandam censebant, quum esset eadē pars surculi frugiferi: quanto magis uel ex optima uitis parte natum flagellum, si est sterile, improbatum ab his ratio ipsa declarat? Nisi tamen (quod est absurdum) crediderunt, id translatum & abscissum à sua stirpe, destitutumq; materno alimento frugiferum, quod in ipsa matre nequam fuisset. Budæus.

Nisi uerò, ut quasi uerò. Cic. in Verrem, Nisi uerò existimatis hominem, &c. Ironicè dictum: ut sit, Nisi fortè, uel nisi tamen existimetis. quasi dicat, Hoc existimandum prorsus non est.

Mentiar, nisi. Ouid. 2. Met. 103. Quint. in corpore proiecto, Mentior, nisi quum peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cum matre. Valla lib. 3.

Nisi, pro non nisi. Col. lib. 7. cap. 3. 13, Quo magis etiā propter hos casus, nisi ualidissima, quæ non comprehendatur hyeme, nouaq; progenie replcatur numerus.

Nisibis] νίσιβις, Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superauit: alio nomine Macedonia appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiā appellasse. Vide Plin. lib. 6. cap. 13.

Nissa] Vrbs, quæ ad Mediterraneam iacuit supra Trallis, ad Orientē, & maxima ex parte monte accubuit, torrēte quodam diuisa, qui conuallem efficit. Ex hac fuerunt Apollonius philosophus Stoicus, Panetij familiaris, & Menecrates Aristarchi discipulus, & Aristodemus eius filius, quem ualde senem iuuenis admodum audiuit Strabo. Item, Sostratus Aristodemi frater, & alius Aristodemus eius cōsobrinus, qui Magnum Pompeium erudiuit.

Nisus] νίσος, rex Megarensium, pater fuit Scyllæ: contra quos dum pugnaret Minos, deuictis Athenienſibus, propter filij Androgei interitum, quem Athenienses & Megarenses dolo necauerāt, amatus est à Scylla Nisi filia: quæ ut hosti posset placere, comam purpuream parenti abscissam ei obtulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tandiu regno potiretur, quādiu illam habuisset intactam. Postea & Scylla à Minoe contempta, dolore in auem conuersa est: & Nisus extinctus, deorum miseratione, in auis mutatus est formam: quæ aues hodie magna inter se flagrāt discordia. Hæc Seruius. Virg. 1. Georg. 81,

Apparet liquido sublimis in aere Nisus, &c.

Coma purpurea Nisi. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 13.

¶ Niseus, pen. prod. Adiect. (νίσεος) ut, Canes Niſei, apud Ouidium 4. Fast. 100.

Effugit ad Syrtes, & te Zanclea Charybdis,
Et uos Niſei, naufraga monstra, canes. Fabulam tangit Scyllæ, quæ ab inferiore sui parte in canes mutata fuit. Fuerunt autē Scyllæ duæ, una Phorci, altera Nisi filia. Hæc in auē, illa uerò dimidia sui parte in canes mutata fuit. Sed Ouidius hoc loco fabulam confundit, quemadmodū & Virgilius in Bucolicis,

Quid dicam aut Scyllam Nisi, &c.

Nisus] Euryali amicus, cursu uelocissimus. Virg. 3 Aen.

Primus abit, longeq; ante omnia corpora Nisus
Emicat: & uentis, & fulminis ocyor alis.

Nisus] Vide Nitor, niteris.

Nisyros] pen. prod. (νίσυρος) insula est inter Cycladas numerata, celsa, saxosa, & molendinarijs abundans lapidibus. Strabo lib. 10.

Nitedula, Nitella] Vide Niteo.

Niteo] nites, nitui (λιπαρὴς εἰμί) nitere, Splendidum, cultum, politum esse. Plaut. Trucul. 8. 3,

—feruidè ut tota floret, ut oleum Nitidè nitet.

Nitere unguentis, fulgere purpura. Cic. in Catil. 28.
Barba nitet. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 1.
Barba nitet inducto gelu. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 5.
Cælum nitet diffuso lumine. Lucret. lib. 1. 2.
Ora candida nitent. Ouid. de medicamine faciei, 11.
Regina nitet ante alias. Stat. 2. Achil. 30.
Serpens nitet recenti squama. Ouid. 9. Metam. 54.
Tecta nitent ære. Ouid. 6. Fast. 53.
In pace nitere, & in bello non obsolescere. Cic. 1. de lege Agraria, 13.
Nitere oratio dicitur, quum exculta est & elaborata. Cic. 4. de Finib. 9, Illorum uides quàm niteat oratio.
Multa nitent in carmine. Horat. de Arte, 71.
Nitui. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 13,

Ex humero Pelopis non nituisset ebur.

Nitens] Participium (λιπαρὴς ὤν) ut,
Ore floridulo nitens. Catul. in Epithal. Mallij, epig. 56. 39.
Nitens crine, niger unguento. Martial. lib. 12. 34.
Astra nitentia. Ouid. 5. Fast. 109.
Capilli nitentes malobatro. Horat. 2. Carm. ode 7. 2.
Culta nitentia. Virg. 1. Georg. 31.
Equi nitentes. Virg. 6. Aeneid. 31.
Flos nitentior ostro. Ouid. 10. Metam. 43.
Frondes nitentes auro. Ouid. 4. Metam. 128.
Galea nitens. Virg. 9. Aen. 92.
Ingenium nitens. Stat. 1. Sylu. 4. 13.
Oculi nitentes. Virg. 1. Aeneid. 47.
Non ualde nitens, non planè horrida oratio. Cic. de claris Oratoribus, 128.
Vuæ nitentes. Ouid. 14. Metam. 133.

Niteſco] niteſcis (καλλύνομαι) niteſcere, Idem. Cicero 1. Tusculan. 108,

Cælum niteſcere, arbores frondeſcere. Ex quodam poeta.

Iuuentus oleo perfusa niteſcit. Virg. 5. Aen. 27.
Candore niteſcere. Cic. in Arato, 20.
Ingenio, doctrina, præceptione niteſcit natura in arte memoriæ. Author ad Herenn. lib. 3. 123.

¶ Nitor, nitoris (τὸ λιπαρὲς) Splendor in quacunq; re. Terent. Eunuch. 2. 2. 11,

Qui color, nitor ueſtitus: quæ habitudo est corporis.

Cic. de Senect. 6, Tum Lysandrum intuentem eius purpurā, & nitorem corporis. Scilicet Cyri.

Splendor & nitor. Cic. pro Cælio, 61.
Exoriens nitor auroræ. Lucret. lib. 4. 110.
Eloquij nitor. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 10.
Generis tui nitor. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 4.
Marmorum nitor. Plin. lib. 12. cap. 1. 7.
Materiæ nitor. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42.
Orationis nitor. Cic. Attic. lib. 13. 276. 6.
Igneus nitor oris. Claud. 1. Paneg. 9.
Circunfuſus nitor. Quint. lib. 4. cap. 1. 42.
Diurnus nitor, Nitor diei. Ouid. epiſt. 17. 16.
Naturalis & non fucatus nitor. Cic. de clar. Orat. 18.
Nimio nitore luſtratus delphinus. Cic. in Arato, 11.
Nullus tota nitor in cute. Iuuen. Satyr. 9. 2.
Purus nitor. Lucret. lib. 2. 156.
Vires agreſtes, horridæ, ſine nitore ac palæſtra. Cicero 1. de Legibus, 9.

Inducere cuti nitorem. Vide Induco.

Gemme

Digitized by Google

Gemmæ nitore & auri ſplendore aſpectus omnium perſtringere. Author ad Heren. lib. 4. 230.

Nitor, non idem quod ſplendor. Plin. lib. 37. cap 2.

Splendor his ſine uiribus, nitorq; uerius quàm ſplendor.

Nitor, pro Candore, ſeu albore. Lucret. lib. 2.

Præterea, quoniam non certis certa figuris
Eſt natura caloris: & omnia principiorum
Formamenta queunt in quouis eſſe nitore:
Cur ea quæ conſtant ex illis, non pariter ſunt
Omnigenis perfuſa coloribus in genere omni?

Nitor, pro Pinguedine. ut, Olei nitor. Vitruu. Neq; olei nitorẽ, neq; uitium fructum habere potuiſſemus. Turnebus, Nitẽt, inquit, Latinis quæ bene habita & obeſa ſunt: nitoremq; in oleo dixit Vitruuius, propter eius pinguitudinem. Cæterum ut oleum, pro ipſo oleo per circuitionem poſuit.

¶ Nitidus, pen. corr. Adiect. (λιπαρὸς) Splendidus, clarus, lucens. Plaut Stich. 3. 8,

Facite ſultis nitidæ ædes meæ ſint cum redeam domum.

Pexo capillo nitidus. Cic. 2. in Catil. 42.

Suo colore nitidus. Quintil. lib. 2. cap. 5. 8.

Nitidus filiæ nuptijs. Plautus Aul. 20. 4. id eſt, nitido cultu indutus.

Agna nitida. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 42.

Aries nitidiſſimus auro. Ouid. 3. Faſt. 174.

Aurum nitidum. Ouid. 9. Metam 138.

Capilli nitidi. Horat. 1. epiſt. 14. 7.

Caput nitidum Solis. Virg. 1. Georg. 94.

Folles nitidi & uirides. Cic. 5. Ver. 37.

Ager nitidum. Ouid. 2. Metam. 1.

Gemma nitida. Plaut. Milit. 14. 12.

Forma nitida in picture, cui contrarium eſt Horrida. Cicero in Oratore, 20.

Frages nitidæ. Lucret. lib. 2. 120.

Genus quoddã nobilitatis & nitidũ & lætum. Cic. 1. de Orat. 40.

Ignes nitidi. Ouid. 8. Metam. 36.

Imago ſolis nitidiſſima. Ouid. 14. Metam. 154.

Laurus nitidiſſima. Plin. epiſt. 101. a.

Phœbus nitidiſſimus. Ouid. 4. Metam. 70.

Ramulus nitidiſſimus. Colum. lib. 5. cap. 6. 11.

Senſus nitidi. Claud. 8. Paneg. 39.

Sol nitidus, hoc eſt, lucidus et cõſpicuus. Cic. Att. lib. 12. 236. 3.

Vacca nitida. Ouid. 2. Metam. 139.

Verba quodammodo nitida, Exculta, polita. Cic. in Part. 10.

Virgines nitidæ. Horat. 2. Carm. ode 12. 4.

Vita nitidior. Plin. lib. 13. cap. 15. 7.

Vndæ nitidæ. Ouid. 3. Metam. 82.

Nitidus, Qui corpore eſt ſolido, carne læui & polita, non horrida, neq; ſqualida. Horat. lib. 1. epiſt. ad Alb. Tibull.

Me pinguem, & nitidum bene curata cute uiſes, &c.

Nitidus, pro Vrbano. Vrbani enim homines magnã partẽ cultiores, comptiores, mundiores, ac nitidiores ruſticis ſolent eſſe. Ruſtici cõtrà horridi, ſcabri, inculti, ſtrigoſi, & illoti. Hinc Horat. nitidum ruſtico oppoſuit, lib. 1. epiſt. ad Mecœn. 2,

— ex nitido fit ruſticus, &c. Lambinus.

¶ Nitidè, nitidius, nitidiſſimè, Aduerbium.

¶ Nitidiuſculè, pen. corr. (λιγλῶς) Diminutiuum aduerbiũ. Plaut. Pſeud. 12. 7.

Qui amet me ut curet tandem nitidiuſculè.

Nitiditas] nitiditatis, idem quod Nitor. Acc. Bacch.

Formæ, figuræ nitiditate hoſpes regis. Nonius.

¶ Nitido, nitidas. pen. corr. (καλλύνω) nitidare, Nitidum facere. Colum. lib. 12. cap. 3. 8, Ferramenta deterſa nitidentur, atq; rubigine liberẽtur. Ennius Creſphonte, O' pie eam ſecum aduocant, eunt ad Fontem, nitidant corpora.

¶ Nitella, nitellæ (λαμπυρὶς) Mart. lib. 5. 38, de Herotionte puella,

Quæ crine uincit Betici gregis uellus,
Rheniq; nodos, aureamq; nitellam.

Nitela pulueris. Solinus cap. 36, Nitelas interpretantur micas pulueris auri, quæ inter arenas reperiuntur.

Nitela, Nitor. Solinus cap. 35, Nam præcipua uiris gloria eſt in armorum nitela.

¶ Nitedula, nitedulæ, pen. corr. (λαμπυρίδιον) Muris exigui genus, ut docet Seruius. Cic. pro P. Seſtio, 61, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere.

Nitedula eſt & cicindela dicta, quæ noctu lucet.

Nitiobriges] νιτιόβριγες, populi Narbonenſis Galliæ apud Ptolemæum, uicini Ruthenis. Hodie montem Peſſulanũ uocant. uulgò Montpelier. Ex Marliano & Glareano. Memini Cæſar belli Gall. lib. 7.

Nitor] priore producta, niteris, pen. corr. nixus & niſus ſum (πειράομαι, πρᾴσσω) niti, Conari ſub onere. Virgil. 3. Georg. 35, Pòſt ualido nitens ſub pondere faginus axis
Increpat. Nonius.

Aequaliter niti. Cic. 2. de Nat. deor. 173.

In aduerſum niti. Ouid. 2. Metam. 15.

Niti & aſcendere in culmen. Plin. epiſt. 101. m.

Vi propria niti ad ſidera. Virg. 2. Georg. 86.

Niti alis, Volare. Virgil. 4. Aeneid. 51.

Aues motis nituntur in aera pennis. Ouid. 2. de Pont. eleg. 7. 6.

Niti gradu, Ambulare. Pacuuius Peribœa.

Niti haſta: id eſt, Incumbere. Virgil. 6. Aeneid. 152.

Niti humi, Incedere per humum. Virg. 2. Aeneid. 76. Seruius.

Niti, Conari, Dare operam, Laborare. Terent. Adel. 3. 4. 51,

Quapropter nitar, faciam, experiar.

Niti pari iugo. Plin. epiſt. 53. b.

Niti ad gloriam immortalem. Cic. de Senect. 75.

Labore præſtanti niti noctes atq; dies. Lucret. lib. 3. 13.

Ad ſumma niti. Quintil. in Proœm. lib. 1. 16.

Niti contrà. Cic. 1. Tuſc. 79, Sed plurimi contrà nituntur.

Contra honorem alicuius niti. Cic. Cæſari in epiſt. ad Attic. libro 9. 18 3. 3.

Niti conſilio de aliqua re. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 3.

Niti de æquitate. Cic. in Partit. 70.

Niti pro aliquo. Liu. 5. bel. Maced. 33.

Nocte dieq; niti pro aliquo. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 8.

Niti, Fulciri. Cic. 1. Off. 171, Eſt igitur adoleſcẽtis, maiores natu uereri, ex hisq; deligere optimos & probatiſſimos, quorũ conſilio atq; authoritate nitatur. id eſt, fulciatur & gubernetur, inſtituaturq;.

Radicibus ſuis nituntur arbores. Cic. pro Cælio, 10.

Per ſe niti. Cic. pro Plancio, 55.

Nititur in coniectura diuinatio. Cic. 2. de Diuinat. 82.

Niti, Fiduciam collocare. Cic. 4. Verr. 110, Quò confugies? ubi nitẽre?

Niti & confidere inuidia. Cic. pro Cluentio, 1.

Aequo nitantur. Quintil. lib. 3. cap. 6. 32.

Authoritate atq; conſilio alicuius, & eius exercitu niti. Cicero Caſsio, lib. 12. 10. 4.

Conſilio alicuius aut præſidio niti. Cic. in Piſonem, 14.

Fiducia uirtutis nobis nitendum eſt ad ſpem beatè uiuendi. Cicero 5. Tuſcul. 4.

Gratia & authoritate & potẽtia cuiuſquã niti. Cic. 2. Ver. 10.

Inſidijs niti. Cæſar 1. bel. Gall. 52.

Iudicio ſuorum fundamenta defenſionis ſuæ nituntur. Cicero pro Cælio, 3.



Digitized by Google

Laude alicuius niti. Cic. pro Flacco, 49.
Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia ac multitudine amicorum fulti, perfacilè existimaremus aduersariorum uim ac factionem à nobis repelli posse. Cic. Antequam iret in exil. 6.
Niti maiorum opinione. Cic. in Sallust. 3.
Prudẽtia rerũ magis quàm dicẽdi arte niti. Cic. 1. de Orat. 108.
Sustinere se, & niti spe. Cic. ad Atticum, lib. 3. 49. 4.
Niti ueritate aut fama. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 2.
Viribus suis nitens Respublica. Brutus Ciceroni, 4. 7.
Virtute decet, non sanguine niti. Claud. 7. Paneg. 44.
Niti in. Cic. in Somnio Scipionis, 7, Tu eris unus in quo nitatur ciuitatis salus.
In aliquo ambitio nostra nititur. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 3.
In nobis tantùm ipsis nitamur. Gel. lib. 2. cap. 29.
¶ Nitens, Participiũ (περιφάμενος) ut, Coruus plumato corpore nitens. Cic. 2. de Nat. deor. 171.
¶ Nisus, huius nisus (πεῖρα, περασμὸς) Conatus. Cic. 2. Tusc. 85, Pedetẽtim, inquit, ite, et sedato nisu: ne succussu arripiat maior dolor. Plin. lib. 11. cap. 37. 7, Angustissima canibus: quæ de causa uehementi nisu, nec sine cruciatu leuant eam.
Insoliti nisus. Horat. 4. Carm. ode 4. 2.
Pedum nisus. Lucret. lib. 5. 183.
Leui nisu sustollere aliquid. Lucret. lib. 4. 183.
Hastam præpropero nisu iacit. Silius lib. 15. 149.
¶ Nixus, Participium (ἐρεισάμενος) Innixus. Cic. 7. Ver. 69. Stetit soleatus prætor pop. Romani cum pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore.
Ad antra nixus. Propert. lib. 3. eleg. 3. 3.
Nixæ genib. matronæ. Liuius 6. bel. Pun. 44. Virg. 10. Aeneid. 148, —tum super abiectum posito pede nixus.
Manibus caput nixa Cynthia. Propert. lib. 1. eleg. 3. 2.
Hastili nixus Scæuola. Cic. pro Rab. perduel. reo, 15.
Nixi æquitate uestra. Adiuti & cõfirmati. Cic. Cluentio, 126.
Nixa honesto uirtus. Cic. 1. de Finib. 93.
Mendacio nixa est. Cic. 2. de Orat. 17.
Auxilium uniuersorum eo plurimum prodest, quo firmioribus opibus est nixum. Cic. Antequam iret in exil. 2.
¶ Nixus, huius nixus (τόκος, τοκετὸς) Partus. Virg. 4. Georg. 40, —haud fœtus nixibus edunt. Gell. lib. 12. cap. 1, Quàm diutinũ puerperiũ, et quàm laborioſi nixus fuissent.
Maturis nixibus editus. Ouid. 5. Fast. 35.
Nixus, Conatus etiã dicitur. Quintil. lib. 2. ca. 12. 2, Luctator, qui totius corporis nixu in id quod semel inuasit, incumbit.
Insistere studijs suo nixu. Quintil. lib. 1. cap. 12. 8.
Magno nixu aggrẽdi aliquem. Virg. 3. Aeneid. 8.
Nixus astrorum. Cic. 2. de Nat. deor. 175.
¶ Nixurio, nixuris, pen. cor. nixurij (περασείω) nixurire, Niti uelle, seu cupere, aut conari facere. Nigidius, Nixurit qui niti uult, & in conatu sæpius aliquare repellitur.
¶ Nixor, nixaris, nixatus sum (περάω) nixari. Idem quod Nitor. Lucret. lib. 4. 103,
Fundamenta, quibus nixatur, uita salusq;.
¶ Nixans, Participium (περῶν) Lucret. lib. 3. 203,
Hoc est, aduerso nixantem trudere monte Saxum.
¶ Nitibundus, Adiectiuũ (πεφόμενος) Gel. lib. 1. cap. 11, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidiculariũ tibiariũq; cõcentu, uerùm conspiratu tacito nitibundos.

Nitor, nitoris] Vide Niteo.

Nitrites] Nomos (νιτριωτικὸς νομὸς Straboni) Præfectura est in ea parte Aegypti, quæ est supra Memphim: nomen habens à duabus niterarijs, quæ plurimum ferunt nitri. Vide Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 16.

Nitrum] nitri (νίτρου) A' quibusdam dici putatur à Nitria, ubi nasci solet. Hoc non multum distat à salis hammoniaci specie, quod nonnulli existimant esse salis genus. Sicut enim salem in littore maris feruor conficit solis, durando in petram aquas marinas: ita in Nitria, ubi æstate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petram sali simillimam, sed nihil gelidi rigoris, nihil salsi saporis habentem: quæ tamen iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aere fluere & liquescere solet. Ex nitro medicinæ fiunt, & sordes uestium corporumq; lauantur. De nitri generibus & confecturis, & medicinis, & obseruationibus, uide Plin. lib. 31. cap. 10. Hodie nitrum non habemus: sed eius loco utuntur nostri pharmacopolæ sole petræ, quem uocant.
Nitri uaria genera in medicorum cõmentarijs reperiuntur: ut parthenicũ, id est, uirginale, quo scilicet uirgines se tergebant. Quidã Parthicon emendant, ut è Parthia aduectum: sed malè. Huius fit mentio apud Nicolaum Myrepsum. Est & Matronale, cuius apud Marcellum empiricũ fit sermo. Quin & aphronitrum matronicũ agnoscit Trallianus. Reperitur apud Nicolaum & Galenum etiam nitrum berenicarium, ex urbis nomine: sed & in confectione pulueris apud Nicolaum legitur nitrum matronicum, quod est matronale: & alio loco matronicum, id est, matronale, scribi debet, non matriniacon. Hæc Turnebus.
Lapidosum nitrum. Vide Lapis.
Radens tubera nitrum. Ouid. de Medicamine faciei, 17.
Rubentis nitri spuma. Ouid. de Medicamine faciei, 15.
¶ Nitrosus, pen. prod. Adiectiuum (νιτρώδης) Quod nitrũ habet, uel nitri saporem. Plin. lib. 31. cap. 10. 2, Aquæ uerò nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine uiribus densandi. Et paulo pòst, Lacus est nitrosus, exiliente è medio dulci fonticulo.
Nitrosus locus. Plin. lib. 20. cap. 19. 2.
¶ Nitraria, nitrariæ (νιτροφυτεῖον) Locus ubi nitrum fit et inuenitur. Plin. lib. 31. cap. 10. 6, Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rursum exit à colore terræ.
¶ Nitratus, pen. prod. Adiectiuum (νιτρωτὸς) Cui nitrum admistum est. ut, Nitrata aqua. Martial. lib. 13. 17.
Nitrum, νίτρου, Muliebribus ornamentis annumeratum ab Aristophane in Thesmophor. & Polluce lib. 7. cap. 22.

Niualis, Niuarius, Niuatus, Niueus, Ninosus] Vide Nix.

Niuaria] Insula una ex fortunatis, à perpetua niue cognominata. Plin. lib. 6. cap. 32.

Nix] niuis (χιών, νιφὰς, νιφετὸς) Notæ significationis. Plin. lib. 17. cap. 2. 5, Alioqui uota arborum communia sunt frugumq; niues diutinas sedere. Causa, non solùm quia animâ terræ euanescentem exhalatione, includunt & comprimũt, retroq; agunt in uires frugum atq; radices: uerùm quòd & liquorem sensim præbent, purum præterea leuissimumq;, quando nix, aquarum cælestiũ spuma est. Virg. 10. eclog. 4.
Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.
Color niuis. Ouid. 2. Metam. 171.
Niue candidiores equi. Ouid. 8. Metam. 75.
Candida niue Thrace. Horat. 3. Carm. ode 25. 2.
Pruina & nix. Cic. 2. in Catil. 43.
Alta nix iacet. Virg. 1. Georg. 62.
Cana nix. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 9.
Concreta nix acri pruina. Lucret. lib. 3. 4.
Conspicuæ niues Taygeti. Senec. Thyeste, 2. 2.
Discussa nix. Valer. 5. Argon. 35.
Duratæ niues. Horat. 3. Carm. ode 24. 8.
Gelidæ niues. Ouid. 1. Fast. 136.
Glomeratæ turbine niues. Silius lib. 3. 106.
Hiberna niue turgidi fluuij. Horat. 4. Carm. ode 12. 2.
Horrifera nix. Valer. 5. Argon. 62.

lactate

Iactata nix. Ouid. 3 Trist. eleg. 10. 3.
Madens sole nix. Ouid. epist. 13. 11.
Puræ niues. Ouid. epist. 15. 51.
Rotatæ niues. Ouid. 9. Metam. 45.
Solutæ niues. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2.
Verna nix. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 4.
Concrescit niue pruinaq; aqua admisto calore. Cicero 2. de Nat. deor. 38.
Congestas conteret ille niues. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 3.
Eluctor niues. Tacit. lib. 19.
Ritu niuis fundunt tela undiq;. Virg. 11. Aeneid. 123.
Positæ niues glaciat Iuppiter. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.
Boreas indurat niues. Ouid. 6. Metam. 139.
Perfusæ niues imbre madescunt. Senec. Hippol. 4. 5.
Auster mollit niuem. Ouid 2. de Ponto, eleg. 3. 13.
Obrutus niuibus. Vide Obruo.
Infusa nix tegit humeros. Virg. 4. Aeneid. 50.
Atram niuem ridere. Cicero Qu. frat. libro 2. 15. 1, Risi niuem atram, teq; hilari animo esse & prompto ad iocandum ualde me iuuat.
Nigram niuem Anaxagoras dixit esse. Cic. 4. Acad. 129.
Capitis niues, Capilli eani. Horat. 3. Carm. ode 13. 3.
¶ Niualis, & hoc niuale, penult. prod. (νιφόεις) Quod ad niuem pertinet.
Niualia loca, ubi nix abundat. Plin. lib. 26. cap. 8. 4, Nascitur in petrosis, aprícis, & ijsdem niualibus.
Auræ niuales. Horat. 1. epist. 11. 4.
Niuale cælum, pro pluuioso: quod sæpe niues, & frigidã aeris temperiem inducit. Colum. libro 3. cap. 1. in fine. Legitur & glaciale.
Candor niualis. Virg. 3. Aeneid. 108.
Niualis dies, In qua nix plurima è cælo delabitur. Liuius 1. Gelu niuale. Senec. Medea, 9. 10. (bel. Pun. 214.
Glacies niualis. Claud. 1. de raptu Proserp. 14.
Osculũ niuale, per translationẽ, pro frigido. Mart. lib. 7. 94.
Niualis tumulus. Cic. 1. de Diuin. 32. Ex quodam poeta.
Venti niuales. Virg. 3. Georg. 64.
Vndæ niuales, Quæ ex niuibus defluunt. Mart. lib. 14. 123.
¶ Niuarius, Adiectiuum (χιονικὸς) apud Martialem lib. 14. 108. epigramma est de niuario colo. Bayfius, Colum. niuarium, uas quo aqua ex niuibus colari solebat. Nos hodie colo utimur ad lac colandum, & est uas ligneum, quod fundũ linteum habet ei annexũ. Hactenus Bayfius. Vide Saccus.
Saccus niuarius. Plin. lib. 24. cap. 1. 3, Qua de causa & in saccos niuarios additur polenta. Vetus codex habet, uinarios. Bayfius, Vtebantur Romani & sacco niuario quo liquidius merum putarent, & erat lineus. Martial. lib. 14. 104. Videto libellum de Vasculis.
Colum niuarium. Pomponius in l. in argento. ff. de auro, argento, mundo, ornamen. &c.
¶ Niuatus, Adiect. (χιονωτὸς) Quod est niue refrigeratum. Suet. in Nerone, cap. 27, Refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis.
¶ Niueus, Adiectiuum (χιονέεσσα) Quod est ex niue. ut, Massa niuea.
Aggeribus niueis informis iacet terra. Virg. 3. Georg. 71.
Niueus liquor. Cic. 1. de Diuin. 21. Ex quodam poeta.
Lux niuea. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 5.
Niueus, pro candido aliquando ponitur. ut,
Adonis niueus. Vide Adonis.
Bos niueus. Ouid. 4. Fast. 166.
Candor niueus. Author ad Heren. lib. 4. 199.
Color niueus. Horat. 2. Carm. ode 4. 1.
Columbæ niueæ. Ouid. 13 Metam. 146.
Dens niueus. Ouid. epist. 17. 4.
Ebur niueum. Ouid. 10. Metam. 50.
Equi niuei. Ouid. 2. Amor eleg. 1. 5.
Iuuencus niueus. Virg. 6. eclog. 10.
Lacerti niuei. Virg. lib. 8. Aeneid. 78.
Lapilli niuei. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 16.
Latus niueum. Virg. 6. eclog. 12.
Ligustrum niueum. Ouid. 13. Metam. 169.
Os niueum. Ouid. epist. 19. 24.
Pecus niueum. Virg. 2. eclog. 4.
Poma niuea. Ouid. 4. Metam. 18.
Toga niuea. Martial. lib. 1. 140.
Vestis niuea. Ouid. 10. Metam. 86.
Vitta niuea. Virg. 3. Georg. 98.
Vlnis niueis reducem complectitur. Claud. 2. in Eutrop. 38.
¶ Niuosus, pen. prod. Adiectiuũ (χιονώδης) Quod niuibus abundat. ut, Niuosa loca. Colum. lib. 2. cap. 9. 5, Ea locis prægelidis ac niuosis, ubi æstas est humida, & sine uaporibus, rectè committitur.
Niuosa grando. Liu. 1. bel. Pun. 231.
Niuosa hyems. Liu. 5. ab Vrbe, 61.
Plagæ niuosæ. Claud. de bello Get. 27.
Scythia niuosa. Ouid. epist. 12. 6.
Sidus niuosum. Stat. 1. Sylu. 3. 20.
Nixij] dij, erant nixuum in puerperio adiutores. Festus. Nixij dij appellãtur tria signa in Capitolio, ante cellam Mineruæ genibus nixa, uelut præsidentes parientium nixibus. Ex quo loco, ope uetustorũ librorũ, restituit Turneb. apud Ouidiũ,

—tendensq; ad cælum brachia, magno
Lucinam, nixusq; pares clamore uocabã. pro, quo editum est, Lucinã ad partus nexos. Nixus enim pares partus inuocasse uidetur, uel nixios deos implorans, uel ab eis nixus ad puerperium precibus petens. Hæc ille.

Nixurio, Nixus] Vide Nitor, niteris.
Nixus] huius Nixi (ἐγγόνοσις) Sidus cæleste. Cic. in Arato, 44.

—ille uagans uulgato nomine Nixus. Ibidem, 50,
Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus,
Aluum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans,
Et dextræ radios læto cum lumine iactans.

N O

No]nas (κολύω, νήχομαι) nare. Proprium est piscium.
Nare contra aquam. Plin. lib. 9. cap. 17. 2.
Nare etiam aues aquatiles dicuntur. Cic. 5. de Fin. 75, Nare anaticulas, cuolare merulas.
Carinæ nant freto. Ouid. 8. Metam. 21.
Linter nat liquida aqua. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 15. Catul. Argonaut. epigr. 59. 1.
Sine cortice nare. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 25. Vide Sine.
Nat lupus inter oues. Ouid. 1. Metam. 62.
Ars nandi. Ouid. 2. Trist. 97.
Tu uiribus utere nando. Ouid. 9. Metam. 23.
Nans] Particip. (κολύων) Cic. 5. Tusc. 54, Nãq; alias bestias nantes aquarum incolas esse uoluit. Virg. 1. Aeneid. 25.
Protendere manum nanti. Ouid. ad Pisonem, 51.
Nato]natas (νήχομαι, νέω, κολυμβάω, κυβιστέω) natare, Frequentatiuum. Martial. lib. 1. 137,

Sacris piscibus hæ natantur undæ. Parium hîc est.

Aquæ natantur multo pisce. Ouid. 1. de Arte, 10.
Vnda natatur piscibus. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 5.
Natare aquas. Martial. lib. 14. 201.
Carina natat. Virg. 4. Aeneid. 80.
Arma naufraga natant. Lucan. lib. 4. 18.
Natabãt pauimẽta uino, madebãt parietes. Cic. 2. Philip. 103.

Limina

Limina natant aſperſa ſanie. Virg. 3. Aeneid. 125.
Tenebræ natant ante oculos. Ouid. 12. Metam. 28.
Natare, per translationem, Vltrà ire uel ſerpere. Colum. lib. 3. Alioquin etiã nouella uinea, quæ ex reſectione enata fuerit, uim inutilem habebit, ſumma parte natantibus radicibus. Idem lib. 4. cap. 1.
Natare, Trepidare. Ouid. lib. 6. Faſt. 135,
Nox erat, & uiris oculiſq; animiſq; natabant.
Crura apta natando. Ouid. 15. Metam. 76.
¶ Natans, priore correpta, Participium (νηχόμενος) ut, Pecudes natantes. Lucret. lib. 2. 69.
Cãpi natantes. Virg. 3. Georg. 40. Grãdiores enim ſegetes uẽto agitatæ ita iactantur, ut aliquam natantis ſpeciem præbeãt.
Lumina natantia. Virg. 5. Aeneid. 172,
Ecce deus ramum lethæo rore madentem,
Viq; ſoporatum Stygia, ſuper utraq; quaſſat
Tempora, cunctantiq; natãtia lumina ſoluit. hoc eſt, errantia ſomni uicinitate. Seruius.
Oculi natantes ſub atra nocte. Ouid. 5. Metam. 15.
¶ Nataturus, penult. prod. (νηξόμενος) Aliud participium. Ouid. epiſt. 17. 43.
¶ Natatus huius natatus, pen. prod. (νῆξις) Claud. 3. de raptu Proſerp. 67.
— pulchroq; ſecat Galatea natatu.
Segnis natatus. Claud. de torpedine, 16. 1.
Natabula] τὰ νηχέια, ab Apuleio dicuntur natationes, hoc eſt, piſcinæ natatoriæ.
¶ Natator. pen. prod. Verbale (κολυμβητὴς) Qui natat. Ouid. 1. de Remed. Amor. 25.
Pugnat in aduerſas ire natator aquas.
¶ Natatilis, & hoc natatile, pen. corr. (νηκτικὸς) Quod natat, uel natare poteſt.
¶ Natatile, Subſtantiuũ (νηκτικὸν) Locus ubi natãt piſces, aut anates, & ſimilia. Var. 3. de Re ruſt. cap. 5. 12, Et natatilia ſunt excauata anatũ ſtabula. Vetus exẽplar habet, nauali.
Noa] Syenitarum oppidum eſt ad Nilum fluuium, teſte Plinio lib. 6. cap. 29.
Noas] νόας, Thraciæ fluuius eſt, ex Hæmo monte naſcens, & in Iſtrum influens. Author Herodot. lib. 2.
Nobilis] & hoc nobile, pen. corr. (σύγγνως, διαγνώς, διάσημος, γνώριμος, σύγγενος) Quaſi noſcibilis, à Noſco: pro noto accipitur. Virg. 7. Aeneid. 113.
Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis
Nobilis. Plaut. Pſeud. 20. 8,
— cum ijs mihi
Nec locus nec ſermo conuenit, ijs nunquam nobilis fui. id eſt, cognitus.
Nobilis, Dignus, & excellens in quacunq; re, ſiue bona, ſiue mala. De bona, ut quum ad generis nobilitatem refertur. Saluſt. in Catil. Nobili genere natus. Cic. 1. de Diuin. 148, Nobili loco natus.
Nobilis & notus. Cic. pro Flac. 41, Cæteri homines apud nos noti, inter ſuos nobiles? Idẽ pro Cælio, 23, Res eſt omnis in hac cauſa nobis Iudices cum Clodia muliere non ſolum nobilis, ſed etiam nota.
Animus nobilis. Seneca Hippol. 4. 21.
Acies nobilior. Vide Acies.
Bellum nobile. Horat. de Arte, 28.
Nobilis eſt Canace fratris amore ſui. Ouid. 2. Triſt. 77.
Nobilis ciuitas. Plin. lib. 5. cap. 25, Palmyra urbs nobilis ſitu. Aere nobilis Corinthus. Ouid. 6. Metam. 84.
Diem hunc faciam nobilem. Senec. Herc. Oeth. 11. 13.
Nobile emplaſtrum ad extrahendum. Celſ. lib. 5. cap. 18.
Equi nobiles. Ouid. 1. de Arte, 27.
Racimus nobile, & multis locis ſæpe commemoratum. Cicero 4. Verr. 58.
Forma nobilis. Senec. Hippol. 6. 18.
Factum nobile. Silius lib. 3. 72.
Feræ nobiles. Claud. 3. Paneg. 48.
Flumen nobile. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 18.
Fontes nobiles. Horat. 3. Carm. ode 13. 3.
Tres nobiliſſimi fundi. Cic. pro Roſc. Amer. 60.
Nobiles, quibus opponuntur Noui homines. Liu. 9. ab Vrbe, 136, Poſtulabantur ergo nobiles homines: appellantibuſq; Tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ij modò in quos crimẽ intẽdebatur, ſed uniuerſi ſimul negare nobiliũ id crimẽ eſſe, quibus, ſi nulla obſtetur fraude, pateat uia ad honorẽ, ſed hominũ nouorũ, etc.
Homo nobiliſſimus Pericles Epheſius. Cic. 3. Verr. 60.
Homo omnium nobiliſſimus. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 26.
Illius ætatis nobiliſſimus & clariſſimus philoſophus. Cic. 2. de Orat. 85.
Inimicitiæ nobiliſſimæ. Liu. 9. bel. Maced.
Lethum nobile Catonis. Horat. 1. Carm. ode 12. 8.
Illuſtre & nobile municipium. Cic. 7. Verr. 33.
Nobile bello nomen. Liu. 1. bel. Maced. 69.
Numen nobile. Ouid. ad Liuiam 82.
Opus nobile. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 6.
Oratio nobilis. Cic. de claris Orat. 63.
Par nobile fratrum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 49.
Pectus nobile. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 20.
Puer & nobilis, & decens. Horat. 4. Carm. ode 1. 3.
Nobilis pugna. Liu. 3. bel. Pun. 188.
Magnus & nobilis rhetor Iſocrates. Cic. 2. de Inuent. 126.
Scriptorum nobilium auditor. Horat. 1. epiſt. 20. 8.
Taurus ille nobilis, quem Phalaris habuiſſe dicitur. Cicero 6. Verr. 65.
Honoratus & nobilis Thucydides. Cic. in Orat. 17.
Virgo nobilis in omne ærum. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Inſignes genere nequaquam ſunt tam, quàm uitijs nobiles. Q. Cic. de Petit. Conſul.
Nobilis & clarus origine. Ouid. epiſt. 18. 30.
Ortu nobilis. Silius lib. 1. 16.
Sanguine matris nobilior. Ouid. 1. Faſt. 94.
Iuuenum nobilium cliens. Horat. 4. Carm. ode 12. 3.
Nobilis ad, hoc eſt, utilis per excellẽtiã, quod dicitur. Plin. li. 11. ca. 37. 64, Vitulis quidẽ marinis ad multa quoq; nobile ſed.
Præclari & nobiles in philoſophia. Cic. 1. de Orat. 24.
Ex doctrina nobilis & clarus Demetrius. Cic. pro Rab. Poſth.
Nobilis in malam partem. Plaut. Rud. 16. 5. (14.
— qui ſe ſcelere fieri nolunt nobiles. hoc eſt, inſignes, uel inſigniter ſceleratos.
¶ Nobilitas, pen. corr. (σύγγενα, γνῶσις, τὸ σύγγενες) Generis, uel alterius rei excellentia & dignitas. Colum. lib. 3. cap. 21, Deprehendi poteſt nobilitas in guſtu. Cic. pro P. Seſtio, 16, Alter multos planè in omnes partes fefellit. erat enim hominum opinione, nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus. Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, &c.
Altæ nobilitatis indiciũ ſunt mores. Oui. 3. de Põto, eleg. 2. 21.
Clara nobilitas. Vide Clarus.
Ingenitæ nobilitatis homo. Ouid. ad Pi onem, 21.
Maxima nobilitas ingeminata. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 9.
Nobilitas in animo. Ouid. 7. Metam. 9.
Fautor nobilitatis Roſcius. Cic. pro Roſc. Amer. 9.
Facies non impar nobilitate. Ouid. 4. Faſt. 62.
Cenſus maior nobilitate. Ouid. 9. Metam. 135.
Potens nobilitate. Ouid. 13. Metam. 5.
Genere ac nobilitate, ſuæ ciuitatis facilè primus. Cicero pro Roſcio

Digitized by Google

Roſcio Amerino,9.
Contendere nobilitate.Lucret.lib.2.3.
Morum nobilitate exuperas genus.Ouid.4.Triſt.eleg.4.1.
Animi nobilitate geminas genus.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.1.
Præſtantes nobilitate familiæ.Cic.1.de Diuin.151.
Reſpondiſſe nobilitati,pulchrum erit. Quintil.lib.3.cap.7.7.
Superare aliquem nobilitate.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.12.
Venire in nobilitatem.Plin.lib.14.cap.15.
Nobilitas, p Fama & nominis celebritate. Cic.pro Arch.20, In eo ipſo in quo prædicationem nobilitatemq; deſpiciunt, prædicari de ſe ac nominari uolunt.Hæc Budæus.
Domus non minor nobilitate ullius.Ouid.2.Triſt.23.
Eloquio ineſt nobilitas.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.12.
Florebat nobilitate diſcipulorum Iſocrates.Cic.3.de Orat.78.
Columbarum nobilitas.Plin.lib.10.cap.37.2. Vide Origo.
¶ Nobiliter,pen.corr.Aduerbium (λιασόμως) Inſigniter & decorè.Plin.lib.34.cap.8.40, Poßidonius qui & argentum cælauit nobiliter,
¶ Nobilito,nobilitas,pen.corr.(λαμπρύνω) nobilitare,Nobilem facere,dignitatem augere,decorare. Apul. Quem non excellentia generis,ſed mores,uirtutesq; nobilitarũt. Cic.1.Tuſc.52,Quid poetæ,nónne poſt mortẽ nobilitari uolunt?
Flagitijs aliquem nobilitare.Terent.Eunuch.5.7.20.
Multitudine rerum geſtarum nobilitari.Cic.in Partit.21.
¶ Nobilitatus,pen.prod.Participium (λαμπρυνθείς) ut,Crudelitas nobilitata.Cic.2.Offic.35, Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter cæteras nobilitata crudelitas.
Nobilitatus adulterio.Plin.lib.29.cap.1.8.
Clari & nobilitati labores.Cic.2.Tuſc.104.
Nobilitatus marmore Praxiteles.Plin.lib.7.cap.38.2.
Nobilitata ſpacia Academiæ.Cic.5.de Finib.2.
Templa nobilitata.Ouid.15.Metam.141.
Spectata & nobilitata Lacedæmoniorum uirtus. Cicero pro Flac.49.
Noceo]noces,nocui,nocitum,pen.corr.(ἰπῶ, βλάπτω,ἀιαλέω,ἄτω,πημαίνω,σίνομαι) nocere,Obeſſe. Cic.3.Offic.28,Eodem modo conſtitutum eſt,ut non liceat ſui commodi cauſa nocere alteri.
Nocere aliquem.Plaut.Milit.22.18.
Nocere noxam.Liu.9.ab Vrbe,52,Quandoquidem hiſce homines iniuſſu pop.Rom.Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt,atq; ob eam rem noxam nocuerunt.
Nihil nocuerit ſi.Cic.ad Attic.lib.12.25.3.
Credulitas nunc mihi noſtra nocet.Ouid.3.Amor.eleg.11.9.
Nocuit ſua culpa duobus.Ouid.15.Metam.23.
Indulgentia nocet nobis.Ouid.2.Amor.eleg.19.7.
Virtus temeraria nocuit Anceo.Ouid.8.Metam.82.
Vis morbi nocuit tibi.Ouid.1.Amor.eleg.14.9.
Vmbræ nocent frugibus.Virg.10.eclog.15.
Nocet empta dolore uoluptas.Horat.1.epiſt.2.11.
Vis magna nocendi.Ouid.5.Metam.92.
Noxis] Præteritum antiquum, pro Nocueris. Videntur enim ueteres Latini in imminutione præteritorum tenues in duplices mutare ſoliti eſſe:ut capſis,pro ceperis:præcepſis, pro præceperis.Lucilius,

Inguen ne exiſtat,papulæ,tama,ne boa noxit.

Eo aũt in uerſu,quod oſcitanter,non fuit prætereundũ, uidetur Lucilius inguen pro inguinis tumore poſuiſſe, qui βουβὼν & à Græcis dicitur.Turnebus.
¶ Nocetur,pen.prod.Impersonale (βλάπτεται) Cic.4.Ver.67, Confirmat his curaturum ſe eſſe, nequid ei per filium ſuum noceretur.
Nocitum iri.Cæſar 5.bel.Gal.135, Ipſi uerò nihil nocitum iri.
¶ Nocens,nocentis (ἀιλέμων,κακοποιὸς) Particip.ſiue nomẽ ex participio.Qui iniuriam aut maleficiũ cõmiſit, Qui alteri nocuit,damnumq; intulit.Cic.2.Off.72, Ita habendũ eſt religioni, nocentem aliquando & nefarium impiumq; defendere.Idem pro Seſtio,84,Omnes optimates ſunt, qui neq; nocentes ſunt,nec natura improbi.
Allium nocentius cicutis.Horat.Epod.3.1.
Anima noſtra nocens eſt.Ouid.4.Metam.22.
Arma nocentia.Stat.1.Sylu.5.2.
Aurum nocentius ferro.Ouid.1.Metam.29.
Eloquium nocens.Ouid.1.Amor.eleg.8.4.
Ferrum nocens.Ouid.1.Metam.29.
Herbæ nocentes.Horat.1.Serm.Satyr.8.5.
Lingua nocens.Propert.lib.2.eleg.29.
Mores nocentiſſimi.Quintil.lib.2.cap.15.22.
Tela nocentia.Ouid.4.Faſt.186.
Nocentiſſima uictoria.Cic.2.Verr.26.
Virus nocens.Ouid.2.Metam.161.
Turpis & nocens uita:cui opponitur, Honeſtiſſimè & laudatiſſimè acta uita.Cic.Antequam iret in exilium,3.
Nocens reus criminis. Cic.5.Phil.175, Ne antè turpes iudices quæſiti, quàm honeſtis iudicibus nocentium ſalus deſperata eſt.Idem pro Murena,44.
¶ Nociturus, pen.prod. Participiũ (ἀιλέσων) Lucan.lib.3.125. Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.
Fraus nocitura natis.Horat.1.Carm.ode 28.6.
Munera nocitura.Ouid.11.Metam.21.
Pocula nocitura.Propert.lib.2.eleg.1.11.
¶ Nocenter,Aduerbium (βλαβόντως) Colum.lib.8.cap.2.8,Robuſta crura,nec longa,ſed infeſtis uelut ſudibus nocenter armata.De Gallis. id eſt,quibus noceant.
¶ Nociuus,pen.prod.Adiectiuum.Plin.lib.20.cap.2.4,Idem millepedæ,ſepa Græci uocant, oblongam, piloſis pedibus, pecori præcipuè nociuam.
¶ Nocuus,Adiect.(βλαβερὸς,ἐπιβλαβὴς) Quod nocet.Cic.3.de Leg.8.

Magiſtratus nec obedientẽ & nocuũ ciuẽ mulcta,uinculis,uerberibusq; coercẽto. Correctiora exemplaria legunt,

Nocteſco,Noctu] Vide Nox. (noxium.
Noctua] noctuæ (γλαύξ,γυκτιμένη) Auis à tempore noctis dicta,quo canit & uolat. Plin.lib.10.cap.17, Noctuarum contra aues ſolers dimicatio,maiore circundatæ multitudine,reſupinæ pedibus repugnant,collectæq; in arctum, roſtro & unguibus totæ teguntur.
Noctuas,uel ululas Athenas.Subaudiendum, portas aut mittis, Conueniet prouerbium in ſtultos negociatores, qui merces eò comportant,ubi per ſe magis abundant.Venuſtius fiet,ſi metaphora ad res animi transferatur: ut ſiquis doceat doctiorẽ,carmina mittat poetæ,conſilium,det homini conſultiſſimo.Cic.ad Torquatum,lib.6.3.8,Sed rurſus γλαῦκ' εἰς ἀθήνας,qui hæc ad te.Idem ad Qu.frat.lib.2.16.14,Ego te libenter,ut rogas,quibus rebus uis adiuuabo,et tibi uerſus, quos rogas,hoc eſt, Athenas noctuam mittam. Dæmon apud Ariſtophanis interpretem exiſtimat, non ob id ſolùm dici noctuas Athenas, quòd Athenis noctuarum ſit copia, ſed quòd in nummis etiã tum aureis tum argenteis, Athenienſium noctua inſculpi ſoleat, unà cũ facie Mineruæ. Ex Eraſmo. Vide Triobolum.
Seros exercet noctua cantus.Virg.1.Georg.81.
Noctuabundus] Vide Nox.
Nodia] Plin.lib.24.ca.19,Herba coriariorũ officinis notæ ea mularis dicitur, alijſq; nominib. Nomas curat,efficaciſimãq; aduerſus ſcorpiões eſſe potã in uino aut poſca reperio.
Nodus]nodi,priore producta (νόμβος,δεσμὸς) Ligatura quæ non facilè ſoluitur. Cic. de Vniuerſ.17, Omnia autem

duo

duo ad cohærendum tertium aliquid anquirunt, & quasi nodum uinculumq; desiderant. Virgil. 8. eclog. 15.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.

Connectere nodum. Cicero 2. de Nat. deorum 163. Ex quodam poeta.

Diuellere nodos manibus. Virg. 2. Aeneid. 44.

Rupit nodos & uincula. Virg. 5. Aeneid. 102.

Soluere nodum. Horat. 3. Carm. ode 21. 5.

Connexis nodis uincire aliquid. Ouid. 12. Metam. 86.

Amictus nodo dependet ex humeris. Virg. 6. Aeneid. 61.

Colligere sinum nodo. Virg. 1. Aeneid. 65.

Serpens nexans se nodis. Virg. 5. Aeneid. 56.

Vipereis nodis nexa brachia. Ouid. 4. Metam. 98.

Aheni nodi, Catenæ. Virg. 1. Aeneid. 60.

Articulorum nodi. Plin. lib. 11. cap. 37. 49.

Corporum nodi, Articuli. Plin. lib. 11. cap. 37. 84.

Crura sine nodis. Cæsar 6. bel. Gall. 95.

Vitales animæ nodi. Lucret. lib. 2. 190.

Nodus Gratiarum, quòd inter se semper coniunctæ & implexæ sunt. Horat.

Segnesq; nodum soluere Gratiæ. Sic apud Virg.

Corripit in nodum. id est, manibus complexus constrictum tenet. Turnebus.

Nodus Herculeus, Pro uinculo arctissimo atq; indissolubili, legitur apud eruditos. Seneca apud Lucilium, Vnus tibi nodus, sed Herculeus restat. Nodum enim quem ostendit Hercules, religiosum ac sacrum apud priscos fuisse, satis liquet ex his Plinij uerbis, lib. 28. cap. 66, Vulnera (inquit) nodo Herculis præligare, mirũ quantũ ocyor medicina est. Atq; etiã quotidiani cinctus tali nodo uim quantã utilem habere dicuntur. Festus Pompeius ostẽdit antiquitùs fuisse morem, ut noua nupta laneo cingulo præcingeretur, uincta nodo Herculis: quẽ uir ominis gratia soluebat in lecto, ut & ipse fœlix esset in liberis suscipiendis. Erasmus.

Nodus, pro quacunq; difficultate. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 11. 1, Incideramus enim in difficilem nodum.

Continuationis nodi. Cic. in Orat. 129.

Coniungere nodos in ambitu. Cic. in Orat. 129.

Expedire nodum. Cic. ad Attic. lib. 5. 109. 3.

Validos Veneris perrumpere nodos. Lucret. lib. 4. 231.

Nodum soluere dicebatur, qui negocium alioqui impeditum facilè conficeret. Natum hinc aiunt, quòd tradũt Midam curru, nodis quibusdam inexplicabilibus connexo, uectari solitum. De hoc in templo reposito, proditus erat apud Phrygas rumor, ut qui uinculum illius soluisset, eum Asiæ imperio potiturũ. Alexander magnus explicuit. Quidam aiunt gladio dissecuisse. Cic. Attic. lib. 5. 109. 3, Cæsari nullus honos à Senatu habeatur, dum hic nodus expediatur. id est, dũ hoc negotium conficiatur. Ex Erasmo.

Nodus amicitiæ amabilissimus. Cic. de Amicitia, 47.

Nodus in Rep. Cic. ad Brutum, 18. 6, Maximus autem (nisi me fortè fallit) in Rep. nodus est inopia rei pecuniariæ.

Nodus in arbore, crassior ille callus, circa quẽ ueluti colligati simul rami esse apparẽt. Colum. de arboribus, cap. 3. 4, Eius imam partem quam in terram demissurus es, acutissima falce iuxtà nodum fic, ne gemmam lædas, rotunda plaga amputato. Vitruuius lib. 2. cap. 9. de abiete, Ex ea autem antequam est excisa, quæ pars est proxima terræ, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis & liquida effi citur: quæ uerò est superior, uehementia caloris eductis in aera per nodos ramis, præcisa altè circiter pedes uiginti, & perdolata propter nodationis duritiẽ dicitur esse fusterna.

In nodum inflectere radices. Vide Inflecto.

Arundinei nodi. Claud. de torpedine, 16. 5.

Saluo nodo. Cels. lib. 7. cap. 4, Tantummodo id linteum bis die saluo nodo ducendum est, sic ut subeat fistulã pars quæ superior est.

Nodũ in scyrpo quæris: In anxium dicebatur, minisq; diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, ubi nihil esset addubitandum. Hoc adagium refertur apud Terẽt. And. 5. 4. 39,

At mihi unus scrupulus etiam restat, qui me malè habet.
P. dignus es Cum tua religione, odio: nodum in scyrpo quæris. Fest. ex Ennio citat,

Quæris & in scyrpo (soliti quod dicere) nodum nominatum prouerbij titulo referens. Donato iunci species est scyrpus, leuis atq; enodis. Quanquam apud Gellium scyrpi dicuntur captiunculæ, argutiæq;. Nisi fortè quis malit legere, in scrupo: quòd hi lapilli leues sint ac rotundi. Erasmus.

Ignis relaxat nodos. Lucret. lib. 6. 176, Nodos hoc loco uocat glaciem constrictam gelu.

Nodus in exercitu dicitur densa peditum multitudo, quòd non facilè possit resolui. Sipotinus.

Cælestis nodus, Sidus Piscium olim à ueteribus dicebatur. Cicero in Arato, 2.

¶ Nodulus, pen. corr. Diminut. (κομβίδιον) Plin. lib. 21. cap. 5. 4. Dein nudantibus se nodulis, in fœce nigri uini uel Græci, mense Martio macerantur.

¶ Nodosus, pen. prod. Adiectiuum (κομβώδης, πολύπλοκος) Quod multos nodos habet. Colum. lib. 4. cap. 24. 4, Nam præstat ex uulnere sobolem repullescentem uellere, quàm nodosam & scabram plagã relinquere. Plin. lib. 11. cap. 37. 86. In umbilico uenarum nodoso coitu.

Chiragra nodosa. Horat. 1. epist. 1. 7.

Globus nodosus. Stat. 1. Sylu. 6. 12.

Nodosus homo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 14, —adde cicutæ
Nodosi tabulas centum. Nodosi, id est, scrupulosi, diligentis in accipiendis cautionibus. Acron.

Lina nodosa. Ouid. 3. Metam. 31.

Ossa nodosa. Lucan. lib. 8. 131.

Podagra nodosa. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 5.

Poples nodosus. Ouid. 6. Metam. 52.

Robora nodosa. Ouid. 6. Metam. 138.

Stipes nodosus. Ouid. epist. 10. 21.

Nodosæ & anxiæ quæstiones: quibus opponuntur, Faciles. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1.

¶ Nodo, nodas (δεσμεύω) nodare, Nodos facere, ligare in nodos. Virg. 4. Aeneid. 20,

—crines nodantur in aurum. Plin. lib. 13. cap. 22. 4, Ferula geniculatis nodata scapis.

Nodare uites per ramos. Cato de Re rust. cap. 33.

Laqueo collum nodatus amator. Ouid. 1. de Remed. amor. 4.

¶ Nodatio, nodationis, f. g. (δέσμωσις) Verbale, pro nodositate. Vide Nodus in arbore.

Nodinus] pen. prod. (νοδίνος) Deus, quem diuus Augustinus in libro de Ciuitate Dei ex Varrone scribit cultũ fuisse à ueteribus Romanis, putãtib. Proserpinã frumentis præpositam germinantibus & proserpentibus: geniculis uerò nodisq; culmorum, deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quũ folliculi patescunt, quo exeat spica, deam Patelenam: quũ segetes nouis aristis exæquantur, Hostilinam deam, quia hostilire ac hostimentũ ueteribus exæquationem significabat: Floram quoq; adijcit, & Lactuciniam, ac Maturam: quæ florentibus lactescentibusq; ac matureſcentibus præsint frumentis.

Noega] Oppidũ est Hispaniæ Terraconensis, in tractu Asturum, in peninsula Pesici. Author Plin. lib. 4. cap. 10.

Noegæum] noegæi (νοηγαῖον) Quoddam amiculi genus prætextum

Digitized by Google

prætextum purpura. Liuius in Odyſſea, Simul ac lacrymas de ore nouæo deterſit: id eſt, candido. Feſtus.

**Nœma**] pen. prod. (νόημα) Genus ſententiarum: de quo ſic Quintilianus lib. 8. cap. 5, Eſt & quod appellatur à nouis νόημα, qua uoce omnis intellectus accipi poteſt. Sed hoc nomine donarunt ea quæ non dicunt, uerùm intelligi uolunt: ut in eum quem ſæpius à ludo redemerat ſoror, agentem cũ ea talionis, quòd ei pollicẽ dormienti reciciſſet, Eras dignus ut haberes integrã manũ. Sic enim auditur, ut depugnares.

**Nœmagus**] νοήμαγος, Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Galliæ Narbonenſis urbs, uulgò Nion prope Gebennam.

**Noenon**] Veteres pro Non dixêre. Apud Nonium nenum legitur. Vide Nenum.

**Nola**] νῶλα, Vrbs Campaniæ: quæ prius Sidicinum dicebatur, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5. à quo Nolanus poſſeſſiuum.

In triclinio coa, in cubiculo nola. Aenigma eſt, quo obijcitur, Clodiæ tum oris obſcœnitas, tum omnis infanda libido, qua notati ſunt Nolani. Cum enim libidinoſa & laſciua eſſet in conuiuio, & quædam Venus Coa, in cubiculo à nulla obſcœnitate abhorrebat. De fœdiſſima Venere ſic Auſonius,

Et quam Nolanis capitalis luxus inuſit.

**Nolo**] ἀβούλομαι, οὐ θέλω, uerbum ſic coniugatur, Nolo, non uis, non uult. Pluraliter, Nolumus, non uultis, nolunt. Nolebam, Nolui, Nolueram, Nolam, noles. Imperatiuo tempore præſenti, ad ſecundam perſonam, Nolito. Et pluraliter, Nolite. Futuro ad ſecundam perſonã, Nolito. Et pluraliter, Nolitote. Optatiuo, Nollem, Noluiſſem. Nolim. Cõiunctiuo, Nolim, Nollem, Noluerim, Noluiſſem, Noluero. Infinitiuo, Nolle, Noluiſſe.

Contendere noli. Horat. 1. epiſt. 19. 6.

Nolo, Non uolo. Terent. Eunuch. 4. 7. 43,

—noui ingenium mulierum:
Nolunt ubi uelis: ubi nolis, cupiũt ultrò. Cic. in Orat. 86, Libenter etiam copulando uerba iungebant: ut ſodes, pro ſi audes, &c. nolle, pro non uelle.

Nolo offenſum: id eſt, Vereor ne offendam. Liu. lib. 5. bell. Pun. Terent. Adelph. 2. 1. 8.

Tu quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factam eſſe: huius non faciam. Budæus.

Nollem, pro Vellem non. Cic. 6. Verr. 38, Imprudens hoc incidi iudices: emit enim, non abſtulit: nollem dixiſſe. Budæus.

Non nolle, pro Velle. Cicer. 4. Verr. 131, Vt quum tabulas nouo magiſtro traderem, exempla literarũ ipſi habere nõ nollent.

¶ Nolens, Participium (ἄκων) Lucan. lib. 1. 56,

—quamuis nolente Senatu Traximus imperium.

**Nomades**] pen. corr. (νομάδες) Populi in Scythia Europæ, nunc Tartari dicuntur: quorum uita omnis in paſcendis gregibus habetur. Sunt etiam populi in Aethiopia, ut Plin. lib. 6. cap. 28. ſcribit. Hieronymus, Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorum noua feritas, ſemicrudis ueſcuntur carnibus. Dicti Nomades à uerbo Græco νέμω, quòd eſt paſco.

Genus Nomadum. Virg. 8. Aeneid. 145.

**Nomæ**] nomarum (νομαὶ) Vlcera quæ carnem depaſcendo ſerpunt. Plin. lib. 23. cap. 4. 3, Toſti autem & cum melle triti, nomas repurgant. Eæ etiam nomata & carcinomata dicuntur.

**Nomarchiæ**] & Nomi, erant Aegypti præfecturæ. Plin. lib. 5. cap. 9. 3. de Aegypto, Summa pars cõtermina Aethiopiæ, Thebais uocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum (quas Nomos uocant) duodecim. Diodorus lib. 2, Aegyptũ in ſex & triginta nomos diuiſit: ſed interpres æquiuocatione deceptus, leges pro præfecturis tranſtulit: quum tamen apud Græcos nomos, pro præfectura, accentum in poſtrio-



re ſyllaba habeat: pro lege uerò, in priore. Nomos Herodotus & Satrapias pro eodem poſuit: Darij regnum in uiginti ſatrapias diuidens, totidemq; nomos, id eſt regiones: unde nomarchæ, earum regionum præfecti. Budæus.

**Nomas**] nomadis (νομὰς) Numida paſtor. Mart. lib. 8. 49, Cui diadema daret marmore picta nomas.

**Nomen**] nominis, pen. corr. (ὄνομα) Quaſi nouimẽ, inquit Feſtus: quia notitiam faciat: nam per id, quicquid nominamus, agnoſcitur. Nonius, Nomen eſt proprium uocabulum ſingulorum. Virg. lib. 7. Aeneid. 58.

—cui nomina mille, Mille nocendi artes.

Nomine iſto. Terent. Phorm. 2. 3. 45.

Neq; ego illum nôram: nec mihi cognatus fuit
Quiſquam iſtoc nomine. Plin. lib. 18. cap. 22. 2.

Nomina ſunt tanquam rerum notæ. Cic. 5. de Fin. 129.

Nomen, apud Grammaticos, Pars orationis. Quint. lib. 1. cap. 4. 17, Declinare nomina & uerba in primis pueri ſciant.

Numerale nomen. Vide Numerus.

Fingẽdis nominibus fœliciores Græci. Quint. lib. 1. cap. 5. 20.

Neutralia nomina. Quintil. lib. 1. cap. 5. 34.

Nomen quum dicimus, cognomen quoq; et agnomen intelligatur oportet. Cic. 2. de Inuent. 140.

Ambitus nominum. Plin. lib. 15. cap. 30. 5.

Sanguinis nomina, Vt pater, frater, ſoror, &c. Ouid. 9. Metamorph. 94,

Iam dominum appellat, iam nomina ſanguinis odit.

Viri nomine & memoria dignus. Cic. 2. de Inuent. 124.

Cauſa nominis eſt in dubio. Id eſt, incertum eſt cur ita uocetur. Ouid. 3. Faſt. 168.

Expers nominis. Lucret. lib. 3. 49.

Hæres nominis auiti. Ouid. 6. Metam. 48.

Hæreditas nominis. Cic. pro Domo ſua, 28.

Honor nominis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 9.

Immemor nominis alicuius. Ouid. 2. Triſt. 36.

Origo nominis. Ouid. 5. Faſt. 89.

Amicum nomen. Valer. 3. Argon. 35.

Beatum nomen. Claud. de nupt. Honorij, 2.

Bonum nomen. Vide Bonus.

Certum nomen. Vide Certus.

Fictum nomen. Ouid. in Ibin, 19.

Gentile nomen. Stat. 6. Theb. 69.

Humilius nomen, & Superbum, contraria. Senec. Hippol. 5. 5.

Inane nomen. Lucret. lib. 5. 182. Horat. 1. epiſt. 18. 9.

Inauditum & inuſitatum nomen. Vide Inaudio.

Infame nomen. Vide Infamis.

Ingentia nomina. Valer. 8. Argon. 93.

Inimica nomina. Virg. 11. Aeneid. 17.

Inſolentiſſimum nomen. Quintil. in Prœm. lib. 1. 11.

Inuidioſum nomen uoluptatis. Vide Inuideo.

Inuiſum nomen. Iuuen. Satyr. 13. 26.

Lachrymale nomen. Claud. 2. Paneg. 53.

Leue nomen. Vide Leuis.

Obſcurum nomen. Lucan. lib. 8. 5.

Prædulce nomen. Valer. 4. Argon. 33.

Proprium & uerum nomen noſtri mali. Cic. pro Ligario, 10.

Surdum nomen non celebre. Silius lib. 8. 49.

Vacua nomina. Tacit. lib. 17.

Vagi nominis eſt Ambroſia, et circa alias herbas fluctuati. Plin. lib. 27. cap. 4. 14.

Viduum ſua fama nomen. Vide Viduus.

Abolere nomina rerum. Vide Aboleo.

Rectè abuti nomine aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10. 5.

Abuti nomine alieno ad ſuum quæſtum. Vide Abutor.

Accipere nomen dicti. Quintil. lib. 6. cap. 3. 73.

Addere nomen alicui. Ouid. 9. Metam. 72. Vide Addo.
Vera nomina rebus addere. Ouid. 5. Metam. 105.
Adeptus nomen. Vide Adipiscor.
Maternum nomen adepta est terra. Lucret. lib. 2. 199.
Pudor adest nominibus: id est, obscœna sunt nomina. Ouidius 2. Trist. 87.
Adimere nomina. Vide Adimo.
Adoptare nomen. Vide Adopto.
Asciscere aliquem in nomen. Tacit. lib. 3.
Asciscere sibi nomen. Vide Asciscо.
Affari nomine. Vide Affor.
Afficere nomine. Vide Afficio.
Amantes nomen Pompeij. Lucan. lib. 9. 21.
Amoliri nomen. Vide Amolior.
Appellare nomine, uel nominatim. Vide Appello.
Arrogare sibi nomen. Quintil. in Proœm. lib. 1. 11.
Assequi nomen. Vide Assequor.
Assumere in nomen. Vide Assumo.
Attingere nomen legis. Cic. 2. de Legibus, 21.
Augere nomen. Vide Augeo.
Capere nomen. Vide Capio.
Carere proprio nomine. Quintil. lib. 3. cap. 10. 4.
Citare per nomina. Vide Cito.
Clamare aliquem nomine. Virg. 4. Aeneid. 135.
Commutare nomen. Vide Commuto.
Compositum nomen terrori: hoc est, ad terrorem incutiendum. L. Florus.
Certis agentium nominibus cõtinentur. Quint. lib. 3. cap. 8. 36.
Non conuenit nomen. Vide Conuenio.
Custodire nomen loci. Vide Custodio.
Deductum nomen ab aliquo. Ouidius 6. Fast. 161.
Deflecti nominibus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 22.
Delatum nomen ab. Lucret. lib. 3. 27.
Demissum nomen ab. Virg. 1. Aeneid. 59,
Iulius à magno demissum nomen Iulo, hoc est, deductum.
Dicere nomine. Virg. 6. Aeneid. 89,
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
De nomine ducis dicta gens. Virg. 3. Aeneid. 43.
Dissimulare nomen alicuius. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 11.
Distinguere sonos cithara nominibus & spatijs. Quintil. lib. 1. cap. 10. 3.
Dare nomen alicui. Virg. 1. Aeneid. 52.
Dare nomen alicui rei. Quintil. lib. 2. cap. 1. 5, Et rhetorice, cui nomen uis eloquendi dedit, officia sua non detrectet.
Dare nomen familiæ alicui. Cic. pro Domo sua, 90.
Donare aliquem nomine aliquo. Lucret. lib. 1. 19.
Ducere nomen ab aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10. 5.
Edere nomen suum. Ouid. 9. Metam. 107.
Excipere nomen alicuius læto clamore. Lucan. lib. 5. 10.
Fœmineum omne nomen exosus. Senec. Hippol. 2. 30.
Facere nomina. Quintil. lib. 5. cap. 10. 8.
Feruntur libri sub nomine eius. Quintil. lib. 1. in Proœm. 6.
Fingere nomen de nomine. Virg. 3. Aeneid. 4.
Nomen ex Græco creditur fluxisse. Quintil. lib. 3. cap. 4. 8.
Habet nomen Fabius: id est, uocatur Fabius. Ouid. 1. Metam. 35.
Est uia sublimis cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet. hoc est, Est uia quæ uocatur lactea.
Mœnia habentia nomen positoris. Ouid. 9. Metam. 91.
Ex re nomen habet. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 1.
Ignorat suum nomen. Vide Ignoro.
Imponere nomen alicui. Quintil. lib. 1. cap. 6. 22. Vide Impono.
Imponere nomen nouis rebus. Cic. 3. de Finib. 4.
Impositum nomen ab re. Lucret. lib. 6. 149.
Inuictissimum nomen Prætoris incidatur. Vide Inuictus.
Incisum grandibus literis nomen in basi. Vide Incido, penult. prod.
Inclamare nomen. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87.
Inclamare nomine. Vide Inclamo.
Indere nomen alicui. Vide Indo.
Inducere nomen fictæ religionis. Vide Induco.
Indulgere nomen oratoris malis moribus. Quintil. libro 2. cap. 17. 20.
Induere sibi nomen. Vide Induo.
Ingerere nomen. Tacit. lib. 1.
Inscribere libros nomine alicuius. Quintil. lib. 3. cap. 5. 10.
Inscribere nomina. Quintil. lib. 1. cap. 6. 23.
Intercidit nomen longis annis. Ouid. 2. Fast. 80.
Interpretari quippiam nomine aliquo. Vide Interpretor.
Inuenire noua nomina. Vide Inuenio.
Inueterauit nomen alicuius cuipiam. Vide Inuetero.
Notas aut nomina inurere utilis. Virg. 3. Georg. 32.
Loqui nomen. Vide Loquor.
Gratum manet mihi nomen. Ouid. 4. Metam. 108.
Meruerunt nomen patronorum. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5.
Priscum nomen mutare. Ouid. 14. Metam. 171.
Mutuari nomen aliquod. Vide Mutuum.
Nomen nominare. Plaut. Asin. 13. 35.
Noscere nomina. Ouid. 2. Metam. 39.
Notus mihi nomine tantùm. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 1.
Notare nominibus nouis. Vide Nota.
Dulce nomen obuersatur ad aures. Lucret. lib. 4. 214.
Occupare nomen beati. Horat. 4. Carm. ode 9. 10.
Pandere nomen alicuius. Silius lib. 13. 146.
Parco nominibus uiuentium. Quintil. lib. 3. cap. 1. 15.
Ponere nomen alicui. Virg. 7. Aeneid. 13.
Noua nomina nouis rebus ponenda sunt. Cicero 1. de Natura deorum, 64.
Pronuntiare nomina aliquorum magna uoce. Cicero Lucio, libro 5. 12. 31.
Reddere aliquem nomine: Id est, habere idem nomẽ quod ipse. Virgil. 6. Aeneid. 154.
Referre nomen aui. Virg. 5 Aeneid. 113.
Resumere nomen. Tacit. lib. 19.
Reddere nomen alicui. Vide Reddo.
Sedet nomen in ore. Stat. 12. Theb. 23.
Signata nomina saxo. Ouid. 8. Metam. 109.
Subire nomen exulis. Cic. pro Domo sua, 57.
Nomen est mihi Auxilio. Plaut. Cistel. 4. 6.
Sumere aliud nomen. Ouid. 6. Fast. 109.
Tenere nomen ab aliquo. Virg. 5. Aeneid. 25.
Aeternum tenet per secula nomen. Virg. 6. Aeneid. 47.
Trahere nomen ab aliquo. Ouidius 4. Metamorphos. 59. de Hermaphrodito.
Traxit nomen à Marte legio Martia. Cic. 4. Philip. 155.
Viget nomen Pythagoreorum. Vide Vigeo.
Vti nomine. Cic. pro Rabir. Posthumo, 17.
Vocare aliquem nomine. Virg. 11. Aeneid. 147.
Nomen, Fama. Virg. 2. Aeneid. 28.
—& nos aliquod nomenq; decusq; Gessimus.
Nomen, Decus, dignitas, inquit Nonius. Virg. lib. 2. Aeneid. 112,
Amulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus.
Nomen, pro Generositate. Virg. 2. Georg. 48,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat. Seruius.
Ingenij nomen. Quintil. lib. 6. cap. 2. 29.
Celebre nomen laudibus. Vide Celebris.
Clarum nomen. Ouid. 11. Metam. 58.
Exitiabile nomen. Silius lib. 15. 75.

Fortissima

Fortißima nomina. Silius lib. 17. 100.
Generosa nomina. Ouid. epist. 6. 23.
Grauißimum & sanctißimum pietatis nomen. Cicero Lent. lib. 1. 9. 1.
Ignobile nomen. Silius lib. 13. 7.
Immortale nomen. Silius lib. 13. 146.
Indelebile nomen erit nostrum. Ouid. 15. Metam. 176.
Ingentis nominis rex. Vide Ingens.
Laudabile nomen. Iuuen. Satyr. 11. 3.
Magnum & memorabile nomen. Ouid. 10. Metam. 121.
Magna nomina: pro, Magni nominis homines. Plin. in Paneg. 117.
Multi nominis mulier. Horat. 3. Carm. ode 9. 2.
Nobile nomen. Silius lib. 17. 92.
Præclarum nomen. Lucret. lib. 6. 1.
Regale nomen. Claud. 2. Paneg. 17.
Romanum nomen. Cic. 1. de Finib. 7.
Venerabile nomen. Ouid. 3. de Arte, 82.
Victurum nomen. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 13.
Acquiescere in nomine alicuius. Cic. 3. de Fin. 9.
Adeptus est nomen honoris, non honorem. Cicer. de clar. Orat. 154.
Virgineum nomen adimere puellæ. Ouid. 8. Metam. 119.
Attollere nomen alicuius ad sidera. Lucan. lib. 7. 3.
Auferre nomen. Vide Aufero.
Casurum nullo tempore nomen. Ouid. 3. Amor. eleg. 15. 4.
Iam canitur toto nomen in orbe meum. Ouid. epist. 21. 6.
Captare nomen. Vide Capto.
Committere nomen alicuius æternæ famæ. Ouid. ad Pisonẽ, 50.
Memorandum condere nomen. Silius lib. 4. 8.
Aeternum nomen emere sanguine. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 7.
Digni nomine pauci in dicendo euadunt. Cicero de clar. Orat. 166.
Clarum excindere nomen. Silius lib. 7. 129.
Bonum nomen existimari. Cic. Sestio, lib. 5. 6. 7.
Extinguere nomen Romanorum. Ouid. 1. Metam. 41.
Ad sidera ferre nomen alicuius. Virg. 9. eclog. 5.
Impudentiæ nomen fugiendum. Cic. 1. de Orat. 60.
Magnum nomen in oratoribus habuerunt. Cic. in Orat. 11.
Inutile nomen iactare. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Speciosa nomina imponere culpæ. Ouid. 7. Metam. 14.
Incessere nomen alicuius. Quintil. lib. 5. cap. 10. 22.
Increbrescit nomen latè. Virg. 8. Aeneid. 3.
Inuenire nomen diuinum. Vide Inuenio.
Inuenit nomen diuinitate loquendi Theophrastus. Cicero in Orat. 34.
Officere nomini alicuius. Vide Officio, officis.
Perdere nomen aliquod. Lucan. lib. 2. 12.
Peruenire ad aliquod ingenij nomen. Quintil. lib. 6. cap. 2. 29.
Præbere nomen. Tacit. lib. 13.
Memorabile nomen quæsierat studio. Ouid. 6. Metam. 3.
Radere fastis nomen alicuius. Tacit. lib. 3.
Fama sparserat nomen Thesei per urbes Argolicas. Ouidius 8. Metam. 54.
Stringere nomen alicuius, Traducere aliquem, & mordere. Ouidius 2. Trist. 76.
Superbit nomine aui & soceri. Ouid. 11. Metam. 44.
Dies tangit nomen rubygine. Catull. ad Mallium, epig. 63. 31.
Ne uestrum scabra tangat rubigine nomen.
Hæc atq; illa dies, atq; alia, atq; alia. id est, ne ulla ætas deleat nomen & famam uestram.
Nomine alicuius ad inuidiam uti. Cic. Attic. lib. 1. 11. 2.
Nomen, pro Causa ponitur. Cicer. 4. Verr. 135, Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant multis nominibus eos homines uersuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. Ibidem, 66, Ab amicitia Qu. Pompeij meo nomine se remouerat, ut scitis, Scipio. Idem in Vatinium, 6, Non tam tuo, quàm Reip. nomine. Ex Budæo.
Portorij nomine aliquid exigere. Cic. pro Fonteio, 8.
Amicitiæ nomine aliquid petere. Cassius Ciceroni, lib. 12. 12. 3.
Imperare nomine classis pecuniã ciuitatibus. Cic. pro Flac. 20.
Damnari coniurationis nomine. Cic. 7. Ver. 9.
Dotis nomine omnia uxoris uiri fiunt. Cic. in Topic. 10.
Negligentiæ nomine suspectus alicui. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 1.
Præmij nomine aliquid impetrare. Quintil. lib. 7. cap. 2. 30.
Dissoluere alicui alterius nomine. Cic. pro Rosc. Comœd. 28.
Gratulari alicui alterius nomine. Cic. 1. Philip. 22.
Suo nomine, Sua causa. Cic. pro Cluentio, 70.
Indicere suo nomine bellum aliquibus. Cicer. 2. in Catil. 35.
Vno nomine. Cic. 4. Ver. 23, Lege Hieronica iudicia plurimarum controuersiarum sublata uno nomine omnia.
Nominibus honestis, dixit Sallustius: pro, sub honesto prætextu. Cic. pro Fonteio, 7, Si hoc crimen optimis nominibus denegare possumus. Vetus exemplar legit, hominibus.
Prætexere culpam nomine aliquo. Virg. 4. Aeneid. 35.
Falso nomine poscere aliquid. Iuuenal. Satyr. 1. 16.
Hoc uno nomine, Hac una tãtum de causa. Cic. in Prætura Vrbana, Scitote quosdam homines, hunc quem sciunt improbißimũ hominem, hoc uno nomine absolui uelle, ut ab Senatu, &c.
Hoc uno nomine deceptus. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 13.
Nomina, Capita sunt breuiarij, id est, rationis argentariæ. Nomina Cicero appellare solet causas, & negocia, & personas, quibus in cõficiendis rationibus expensæ pecuniæ seruantur. Vulgò nunc articuli dicuntur. Cic. 3. Verr. 71, Nec in tuas tabulas ullum nomen referres, quam tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent? quid proderat tibi te expensum illis non tulisse? Ibidem, 3. 67, His nominibus solis Cn. Dolabellæ sestertium ad tricies litem esse æstimatam: id est (ut ait Asconius) his titulis & capitibus criminum articulos nunc uulgò dicimus. Et in eundem sæpè dicit, Recita nomina: id est res, personas, causas, in quas ille, aut quibus expensum tulit. Sic, 3. de Nat. deor. 103,
Aut tu illum fructu fallas, aut per literas
Auertas aliquod nomen, aut per seruolum
Percutiãs pauidum. Ex quodam poeta. Idem Attic. lib. 12. 260. 4, Sustinenda tamen (si tibi uidebitur) solutio est nominis Cereliani, dum & de Metione & de Faberio sciamus. Vlpian. ff. de doli mali exceptione. l. apud Celsum, Quòd si is cui pecunia debebatur, cum debitore decidit, & nomen eius uendidit. Scio, cui debitor mandauerat ut nomen emeret. Ex Budæo.
Parum idonea nomina debitorum. Aphricanus in l. tutor. §. deinde. ff. ad S. C. Velleianum.
Expedire nomina. Cicer. Attic. lib. 16. 333. 21, Nomina mea per deos expedi: exolue bella reliqui.
Explicare nomen aliquod. Cic. Attic. lib. 13. 284. 3.
Parua nomina in codicem non referre. Cic. pro Quintio, 2.
Nomina, inquit Budæus, pro debitoribus ponuntur, uel pro syngraphis creditarum pecuniarum. Inde illud prouerbiale apud Columellam lib. 1. cap. 7. 2, Vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse uerissimè fertur: id est, quamuis locupletes habeas debitores, tamen si diu iudicium ipsis non dictaueris, usurasq; non petieris: mala tandem fieri: id est, ipsos tandem non soluendo tantò ære alieno fieri: sicq; inanem tandem persecutionem, & nomina ipsa cassa factum iri. Hæc Budæus.
Nomen, interdum id significat quòd nobis debetur, interdum

*id quod nos debemus. Itaq; & exigere nomina dicitur, pro exigere id quod nobis debetur: & dissoluere nomen, pro dissoluere id quod ipsi debemus.* Cic. pro Plancio.

*De nomine appellare: id est, nomen exigere.* Cic. ad Attic.

*Bonũ nomen, Non bonũ nomẽ.* Cic. Attic. lib. 5. epist. ult.

*Nominum diem cedere.* Cic. Attic. lib. 8.

*Concurrunt nomina.* Cic. Attic. lib. 16.

*Nomina conficere, uel Conficere de nomine.* Cic. Famil. 16. & ad Attic. 5.

*Debere certis nominibus grandem pecuniam.* Cic. pro Quint.

*In nominibus esse.* Cic. 7. Verr.

*Nomina exigere: pro, Ad dissolutionem cogere.* Cicero 3. Verr. 19.

*Debere certis nominibus grandem pecuniam.* Cicero pro Quintio, 20.

*Certis nominibus expendere nummos.* Horat. 2. epist. 1. 21.

*Nomina expungere.* Plaut. Cistell. 4.

*Facere nomina.* Vide Facio.

*Facit nomina, negocium conficit Caninius.* Cic. 3. Offic. 77.

*In nominibus habere.* Cic. ad Attic. 8.

*Impedita nomina.* Liuius, *Tarda nomina & impedita inertia debitorum.* Sic & Expedita, & Explicata.

*Adire ad arbitrum de nomine alicuius.* Cicero pro Roscio Comœd. 7.

*Fide nominum aliquid agere.* Cic. in Salust. 11.

*Nomen deferre.* Vide Defero. Cic. 4. Verr. 66, *Ait, si liceret, nomen absentis deferre se uelle. Et pro Cælio, 19, Si quidem non modò nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando.*

*Nomen suum alicui commodare ad translationem criminis.* Cicero 6. Verr. 82.

*Nomen absentis recipere.* Cic. 4. Ver. 65, *Palàm de sella ac Tribunali pronunciat, siquis absentem Sthenium rei capitalis reum facere uellet, sese eius nomen recepturũ. Et paulo pòst, 66, Hic tum repentè Pacilius quidem homo egens & leuis accedit: ait, si liceret, nomen absentis deferre se uelle. iste uerò, & licere, & fieri solere, & se recepturum.*

*Nomen dare* Liu. 2. *ab Vrbe*, 102. *Apud Tacitum legitur.*

*Dare nomen in coniurationem.* Vide Do.

*Nomen accipere.* Liu. 9. bel. Maced. Vide Accipio.

*Nomen edere.* Vide Edo, edis.

*In numeros nomen referre.* Vide Numerus.

*Nomina soluere.* Cic. Attic. 6.

*Nomina tollere de tabula.* Cic. pro Sext.

*Nomina transcribere in alios.* Liu. 5. belli Maced.

*Nomen transferre: id est, uersuram facere.* Cic. Famil. 5.

*Renouandum per annos sacramentum in nomen Tiberij.* Tacit. libro 1.

*Ciere modò nomina singulorum.* Tacit. lib. 1.

*Ad nomina respondere.* Liu. lib. 7. Budæus.

*Ad nomen.* Vide Mitto.

¶ *Nomino, nominas, pen. corr.* (ὀνομάζω) *nominare, Nomina tim compellare.* Plaut. Mostel. 10. 1.

*Nominare, pro Mentionem facere de aliquo.* Terent. Heaut. 2. 3. 62, *Quid ait, ubi me nominas?* Cic. pro lege Manil. 26, *Ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se uoluerit confiteri.*

*Suo certo ac proprio uocabulo rem aliquam nominare.* Cicer. pro Cecinna, 37.

*Nominare nomen alicuius.* Terent. Phorm. 5. 1. 12.

*Nominor exul.* Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 2.

*Prædicari de se & nominari uolunt omnes.* Cicero pro Archia, 20.

*Nominare, Nomen imponere.* Cic. de Amicit. 26, *Amor enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad beneuolentium coniungendam.* Idem de Senect. 69.

*Nominare, pro Declarare, ut uulgò dicimus, et exprimere.* Cic. pro Cælio, 34, *Multi à me summi atq; ornatissimi uiri prædicarentur: quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur.* Budæus.

*Nominare ex alieno.* Cic. 3. Offic. 86.

*Nominato quem uoles de.* Cic. 6. Verr. 49.

*Nominare honoris causa.* Vide Honor. Cicer. 2. Ver. 11. Idem pro Quintio, 14, *Quem ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino.* Ex Budæo.

*Nefas habent Mercurium nominare Aegyptij.* Cicer. 2. de Nat. deorum, 76.

*Nominare, Est præsentem sistere: &, ut iuris Pontificij scriptores dicunt, Ius patronatus habere: hoc est, Nominare designandum.* Brutus ad Ciceronem, 7. 2, *Is Pansæ locum petere constituit, eam nominationem à te petimus: neq; coniunctiori dare beneficium, quàm nos tibi sumus: neq; digniorem nominare potes quàm Bibulum.* Budæus.

*In nomimando.* Vide In præpositionem.

¶ *Nominito, nominitas, nominitare, Frequentatiuum.* Lucret. lib. 3.

*Quod supereſt, si quis corpus sentire renutat,*
*Atq; animam credit permistam corpore toto,*
*Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus.*

¶ *Nominitandus Participium: ut, Cortex nominitanda est.* Lucret. lib. 4.

¶ *Nominatus, penult. prod. Participium* (ὀνομασμένος) Cicero 3. Offic. 158, *Atqui ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerij philosophi nominati, omne bonum in uoluptate posuerunt.*

*Nominatus, nomen* (ὀνομαστὸς) *pro Celebri.* Cicero 6. Verr. 23, *Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?* Plin. lib. 12. cap. 9. 1, *Vicina est Bactriana in qua bdellium nominatissimum.*

¶ *Nominatim, pen. prod. Aduerbium* (ὀνομαστὶ, ὀνόματι) *per singulorum nomina.* Liuius 2. *ab Vrbe*, 118, *Dimisso Senatu, Consules in Tribunal ascendunt, citant nominatim iuniores.*

*Appellare nominatim aliquem.* Cic. 7. Ver. 74, *Tum appellantur à multitudine mulieres nominatim.* Cæs. 2. bel. Gal. 321.

*Nominatim proferre.* Cic. pro Rosc. Amer. 26.

*Nominatim rogare.* Cic. 6. Verr. 124, *Mos est Syracusis, ut si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui uelit, nominatim nemo rogatur.*

*Nominatim peccata alicuius perscribere.* Cic. 4. Verr. 123.

*Persequitur nominatim omnes uoluptates Epicurus.* Cicero 1. de Nat. deor. 154.

*Decernere aliquid nominatim.* Cic. Attic. lib. 7. 134. 2.

*Excludi nominatim honore aliquo.* Cic. 2. de lege Agrar. 63.

*Nominatim, pro Expressè aliquando ponitur.* Cic. 3. Offic. 85.

*Quicquid enim est in prædio uitij, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere.* Idem ad Sulpit. lib. 13. 29. 5, *Sed duo quæ te nominatim rogo, primũ ut si quid tibi, &c.*

*Nominatim & Generatim, contraria.* Cic. Attic. lib. 9. 214. 2.

*Excipere aliquem nominatim.* Cic. Attic. lib. 11. 215. 3.

¶ *Nominatio, nominationis, uerbale* (ὀνομασία, ὀνοματοποιία) Plin. epist. 73. 4, *Mihi uerò etiam illud gratulatione dignum uidetur, quod successit Iulio Frontino principi uiro, qui me nominationis die, per hos continuos annos inter Sacerdotes nominabat, tanquam in locum suũ cooptaret. Nominationis die, id est, principio anni, authore Tacito, quo Sacerdotes*

Digitized by Google

dotes ſolent nominare quos digniſſimos ſuo ſacerdotio iudicent.

Nominatione ſua cooptare aliquẽ, eſt quod uulgò dicitur, Nomen ſuum dare alicui, & appellare aliquẽ ſuo nomine. Cic. 3. Phil. 351, In quo ego eum, ut quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.

Facere nominationem. Liu. 6. bel. Pun. 122.

Nominatio figura rhetorũ, de qua author ad Herẽ. lib. 4. 195.

¶ Nominalis, & hoc nominale. Verbale: ut, Gentilitas nominalis. Varr. de Ling. Lat. lib. 7, ut enim ab Aemilio homines orti Aemilij, ac gentiles: ſic ab Aemilij nomine declinatæ uoces in gentilitate nominali.

¶ Nominaliter, pen. cor. Arnobius lib. 2. Aduerſus gentes, Quæ quum eſſe conſenſerimus uicti, & uniuerſa his ſcatere nominaliter annuerimus humana, conſequetur ut, &c.

¶ Nominatiuus, caſus (ὀνομαστικὸς) à grãmaticis dicitur, quòd nominat rem: & rectus, quòd à nullo cadit.

Nominatiuus, pro Nomine. Varro lib. de Ling. Lat. 7, Primum ſi in his eſſet analogia, dicunt debuiſſe omnes nominatiuos, & articulos habere totidem caſus: nunc alios habere unum ſolum, ut literas ſingulas omnes: alios tres, ut prædium, prædij, prædio, &c.

¶ Nomenclator, pen. prod. nomenclatoris (ὀνομακλήτωρ) uel, ut quibuſdam placet, Nomenculator, A' nomine calando, id eſt, uocando, qui memoriter unumquenq; uocare didicit, ut puta in foro reos, in conuiuio conuiuas: quem eundem Cicero pro Muræn. 70. uocat monitorẽ. Apuleius, Et ad nomenclatorem mox citati uenerunt. Cic. Attic. lib. 4. 70. 6, Ad urbem ita ueni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatoris notus fuerit, qui mihi obuiam non uenerit. Idem pro Muræna, 70, De nomenclatoribus multa. Horũ opera utebantur potiſſimum candidati, ut ſibi in prenſando ſuffragatores nomina ciuium ſuggererent. Vnde laudatur Cato, quòd legem ſeruauerit, quæ Candidato nomenclatores adeſſe uetat, ut per ſeipſum ſine nomẽclatore nominatim ſalutaret ciues Romanos. Hi & ſartores quoq; dicebantur, quia ſalutatorum nomina, ut ait Feſtus, uelut infarcirent petitorum auribus.

¶ Nomenclator, pen. prod. (ὀνοματόλογος) Quint. lib. 6. cap. 3. 64, Vt Aſer ingrato litigatori conſpectum eius uitanti, in foro per nomenclatorem miſſum ad eum, Amas me, inquit, quòd te non uidi.

¶ Nomenclatio, nomenclationis (ὀνοματόκλησις) Colum. lib. 3. cap. 2. 18. de uineis, Ideoq; in hac ipſa Italia, ne dicam in tã diffuſo terrarum orbe, uicinæ etiam nationes nominibus rerum diſcrepant, uariantq; uocabula. quare prudentis magiſtri eſt, eiuſmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequeant, ſtudioſos non demorari.

Nomenclatio & blanditia. Qu. Cic. de Petit. Conſul. 27, Ea deſiderat nomenclationem, blanditiam, aſſiduitatem, benignitatem, rumorem, ſpem in Republica. De populari ratione.

¶ Nomenclatura, pen. prod. Idem (ὀνοματοκλησία) Plin. lib. 3. in Præfat. 3, Quædam in hos nomenclatura nuncupentur. Idem lib. 2, Cæleſtis nomenclatura.

**Nomentum** ] νώμεντον Oppidum in Latio, non procul ab urbe Roma. Martial. lib. 13. 15,

Si uicina tibi Nomento rura coluntur. Hinc

Nomentana uia (νομεντανὴ ὁδὸς) Romæ, qua itur Nomentũ: & Nomentani, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore. Colum. lib. 3. cap. 2. 8. Virgil. 6. Aeneid. 155,

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemq; Fidenam, &c.

**Nomius** ] νόμιος, dictus eſt Apollo, hoc eſt paſtor: non ex officio paſtorali, ſed quia ſol paſcit omnia quam in terris gignuntur.

Nomos ] νόμος, Latinè dicitur Lex. Eſt etiam præfectura. Vide Nomarchia.

Nomos in carmine, ac cantilena. Suet. in Nerone, cap. 20, Ne concuſſo quidem repentè motu terræ theatro, antè cantare deſtitit, quàm inchoatum abſolueret νόμον. Sciendum, ait Cælius lib. 9. cap. 8. in carmine, ac cantilena, nomen ſignificare qualitatem uocis ac moderationem, qua uel remiſſiore, uel acutiore utimur. Eandem itaq; cantilenam duobus tribúsue nomis modulantur muſici. Ratio autem nominis ea eſt, quia Græcè νόμος, lex eſt. Veteres autem priuſquam literas ſcirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mandarent: quod temporibus ſuis in more Agathyrſis fuiſſe, Ariſtoteles ſcribit. Ergo primas poſteriorum cãtilenarum eodem appellarunt nomine, quo omnes uocabantur ſuperiores. Hæc & plura Cælius. Nomorum uaria nomina pete ex Plutarchi libello de Muſica.

¶ Nomophylax, pen. corr. nomophylacis, om. gen. (νομοφύλαξ) Legum cuſtos & ſeruator: ἀπὸ τῦ νόμε, à lege: & φύλαξ, cuſtos. Colum. lib. 12. cap. 3. in fine, Non ſatis uiſum eſt bonas habere leges, niſi cuſtodes earum diligentiſſimos ciues creaſſent, quos Græci νομοφύλακας appellant. Cicero 3. de Legibus, 66, Græci hoc diligẽtius, apud quos νομοφύλακες creantur.

¶ Nomotheta, nomothetæ, pen. corr. (νομοθέτης) Latinè legifer dicitur. Vnde Solon nomothetes dictus.

Non ] σὺ, ὄυκ, οὔκουν, ὀυμενοῦν, μὴ, Aduerbium negandi. Omnibus modis præter imperatiuum iungitur.

Indicatiuo. Cicer. 4. Acad. 16, Illi non dubitabant quin ea uera ſint quæ defendunt.

Optatiuo. Virg. 2. Georg. 9,

Non mihi ſi centum linguæ ſint, oraq; centum.

Subiunctiuo. Quintil. lib. 9. cap. 4, Non igitur durum ſit, neq; abruptum, quo animi uelut reſpirent.

Infinitiuo. Terent. Phorm. 1. 2. 4, Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.

Non, nón ſic: uel, Non, non eſt: ita geminatum, elegantem uim habet. Terent. Phorm. 2. 1. 73.

—non, non ſic futurum eſt: non poteſt. Idem Adelph. 1. 2. 21, Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum

Scortari, neq; potare, non eſt, neq; fores Effringere.

Non, pro Nónne, interrogatio negatiua, cui ſubintelligitur affirmatio. Terent. Phorm. 1. 2. 69,

Non ſi rediſſet pater, ei ueniam daret?

Non per admirationem dictum. Terent. Heaut. 3. 3. 51,

—atqui non opus eſt.

S. Non opus eſt? C. non hercle uerò. Ibidem, 4. 5. 32.

Non, Reſpondentis negatio. Cic. 4. Verr. 73, Cognitorem aſcribit Sthenio: quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. Thermitanum aliquem honeſtam hominẽ ac nobilem? ne id quidem. at Siculum, in quo aliquis ſplendor, dignitasq; eſſet? minimè.

Non, nõ. Teren. Heaut. 5. 1. 21, —opus eſſe argentũ ut dares.

M. Non. C. quid non? M. non inquam. C. neq; ipſe gnatus? M. nihil prorſus Chreme.

Nunquam, non ſi. Terent. And. 4. 2. 12,

Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturum: Non, ſi capitũdos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines.

Nónne. Vide ſuo loco & ordine.

Non etiam ne. Vide Ne.

Non aliter, quàm. Caius in l. ſiquis alicui. §. ult. ff. mandati uel contra, Si mandatu meo Titio credideris, & mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quàm ſi actiones tuas, quas aduerſus Titium habes, mihi præſtiteris.

Non aliter, niſi. Caius in l. 2. ff. quibus mod. pig. & c. Non aliter

hoc facere conceditur, nisi prius ei debitum offerat.

Non ab re Liu. 5. bel. Maced. 123, Tamen non ab re esse Quintio uisum est, sociorum aliquos, &c. Vide Ab.

Non adeò inhumano ingenio sum Chærea, neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, nesciam. Terent. Eunuch. ubi Donatus, Non adeò inhumano ingenio sum: hoc est, inmitis non sum.

Non adhuc. Cic. de Senec. 25.

Non admodum delectari re aliqua. Cic. de Amicit. 45.

Non alio modo quàm. Plin. lib. 10. cap. 67. 1, Salamandræ tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies.

Non antè. Cicer. Attic. lib. 10. 195. 17, De die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam.

Non ausim, pro non audebo, inquit Donatus. Terentius Eunucho, 5. 2. 45.

Non audio, Non libenter admitto, & consentio, interprete Donato. Terentius Phorm. 3. 2. 1. Dorio audi obsecro. D. non audio.

Non bonus. Plaut. Capt. 2. 65.

Non clam me est. Terent. Hecyr. 4. 1. 54.

Non continuò, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. Cic. pro Rosc. Amer. 57.

Non dictū est: hoc est, Tanquā non dixeris. Plaut. Pœn. 14. 92.

Non dico inter pecudem, &c. Cic. de Amicitia, 44, Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominem & saxum, aut truncū, aut quiduis generis eiusdem? Hoc est, nō solùm: uel, Nolim dicere tātum inter pecudem, &c.

Non diu apud hunc seruies. Plaut. Persa, 16. 61.

Non dubiè. Plin. epist. 190. c. lib. 5.

Non dubia spes. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 4.

Non est consilium sic facere. Terent. Hecyr. 3. 4. 44.

Non hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit. Terent. Hecyr. 5. 1. 1.

Non ita est: sed uniuscuiusq;, &c. Cic. 1. Verr. 9.

Non est ita Iudices, non est profectò. Cic. pro Flacco, 42.

Non est quod metuas preces iniquas. Martial. lib. 5. 6.

Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus. Cicero 3. Verr. 6.

Non igitur, Non ergo. Cic. de Amic. 48, Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta est. Non ergo erūt homines delitijs diffluentes audiendi, &c.

Non etiam. Quintil. lib. 9. cap. 2, Periculum tantum, non etiam offensa uitatur.

Nos facilè dixerim. Plin. lib. 2. cap. 3. 1, An sit immensus, non facilè dixerim.

Non ferè quisquam nostræ industriæ fauet. Cic. 7. Ver. 143.

Non ferè quàm, uel nisi. Cic. pro Sestio, 42, Deniq; ex bellica uictoria, non ferè quàm est inuidia ciuium consecuta. In uetusto exemplari legitur quenquam. Idem de Amicit. 63, Quid non ferè contingit nisi ijs qui etiam contemnendos se arbitrantur.

Non ideo, Non continuò, non protinus. Iurisconsul. Quum decē tu dari stipulatus sis, non ideo posse te decem dare oportere intendere, quia, &c.

Non ita longa disputatione opus esse uidetur. Cic. de Sen. 67.

Non ita multis antè annis. Cic. pro Rosc. Amer. 38.

Non ita antiqua simulachra. Cic. 6. Ver. 98.

Non ita multum tecum fuit. Cic. 4. Verr. 34.

Non ita multo pòst, per, &c. Liu. 5. bel. Maced. 35.

Non inepti homines. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5. 8.

Non inertissimus homo. Cic. 1. Ver. 37.

Non iniuria. Terent. And. 1. 1. 33.

Non magis. Plaut. Perf. 7. 5, Quod ego non magis somniabam, neq; opinabar, neq; censebam.

Non magis, quàm. Paul. in l. fistulam in princip. ff. de seruit. urb. præd. Sed non posse prohiberi uicinum, &c. non magis quam si uelit in triclinio suo, uel in cubiculo aquam effundere.

Non malus, Terent. Eunuch. 2. 2. 43, Sed quid uidetur hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. Cic. 5. Ver. 87, Homo non malus.

Non malè ualeo. Plaut. Most. 9. 24.

Non metuo nequid doleat quod ferias. Plaut. Bacch. 23. 53.

Non minus. Liu. 1. ab Vrbe, 145, non minus tribus puberibus præsentibus diceret.

Non minimè commoueri. Cic. 6. Verr. 111. Id est, maximi.

Non minimum corrumpunt uites. Var. 1. de Re rust. cap. 2. 15.

Non modò. Quintilianus, Primi, quorum quidam opera non uetustatis modò gratia uisenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur, Polygnotus atq; Aglaophon.

Non modò, sed etiam. Cic. de Amic. 41, Eaq; adhibeatur admonendū, non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit.

Non modo petitum, sed ita. Cic. 1. Verr. 8.

Non modò, uerùm etiam. Cic. de Amicit. 10, Non modò præsentia, uerùm etiam futura bella deleuit.

Non modò, sed ne. Cic. Attic. lib. 13. 26. 267. 1, Sed unum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Eidem, lib. 9. 180. 9.

Non modò non, sed etiam. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14. 15, Vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset.

Non modò non, sed ne. Cicer. Attic. lib. 10. 195. 4, Horum ego summorum imperatorum non modò res gesta non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam.

Non modò non, sed potius. Cic. de Amic. 40.

Non modò non, sed potius. Cic. 2. Philip. 104, Quos clientes nemo habere uelit: non modò esse illorum cliens.

Non modò, pro Nedum. Cic. 3. de Legib. 19, Nihil habui sanè non modò multum, quòd putarem nouandum in legibus. Idē ad Atticum, lib. 8. 360. 2.

Non multò post. Plaut. Trucul. 8. 42.

Non nemo, pro Nonnulli, uel aliqui. Cicer. pro lege Manil. 43, Quum esset, non nemo in Senatu qui diceret non oportere. Idem pro Muræna, 76.

Non nequicquam isti unum Demetrium filium, te habere, me subditū, & pellice genitū appellant. Liu. 10. bel. Maced. 33.

Non nimis. Plautus Epid. 9. 24.

Nisi, non. Cic. de Amicitia, 16, Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Ibidem, 27.

Non uiuā uesperi, nisi illanc à me sceleſtam abigā. Plaut. Merc.

Non nollem. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 8. (19. 20.

Non omnes possunt. Cic. pro P. Sylla, 17.

Non parua exercitatio. Cic. de Amicitia, 16.

Non parum facetus scurra. Cic. pro Quintio, 6.

Non paulum nescio quid in rem suam conuertit. Cicero pro Rosc. Amer. 68.

Non pauca suis adiutoribus largè effuseq; donabat. Cicer. pro Rosc. Amerino, 14.

Non plus quàm ut uirtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. Cic. de Amic. 45.

Non possum satis narrare quos ludos præbueris intus. Terent. Eunucho, 5. 7. 9.

Non procul abhorres ab insania. Cic. pro Rosc. Amer. 41.

Non pridem, inquit Festus, æquè & rectè & frequenter dicitur ac Iampridem, Quàm pridem. Plin. lib. 14. cap. 1. 8, Generibus non pridem illustrata.

Non probus, pro Improbo. Cic. de Senect. 33.

Non

Non queo, pro Nequeo. Cic. de Amic. 38, Sine lachrymis non queo dicere.

Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Cicero de Amic. 57.

Non quò, pro Non quia: uel Nõ q̃, retractationis uel reprehensionis cuiusd. m sui gratia. Cic. Attic. lib. 7. 134. 1, Vt ab Vrbe discesi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem: non quò haberem magnopere quid scribe rem, sed ut loquerer tecum absens. Idem 5. Verr. 31.

Non satis cõstat. Plin. lib. 12. cap. 19. 7, Id acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an fortè, non satis constat.

Non scire, pro Nescire. Cæsar 1. bel. Gal. 193.

Etsi non sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit. Cic. ad Cluuium, lib. 13. 8. 3.

Non secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur. Cic. pro Cluent. 114.

Non si. Cic. 7. Verr. 16, Non dicam ne illud quidem, si maximè in culpa fuerit Apollonius.

Non solùm, sed etiam. Cic. Est enim munus eius non ingenij solùm, sed laterum etiam & uirium. Idem de Senect. 11.

Non solùm, & Sed etiam, cum interpositione, ut sonantior sit compositio. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 81, Habui non temporum solùm rationem eorum, sed etiam naturæ.

Non solùm, uerùm etiam. Cic. de Senect. 8.

Non solùm, secundo loco positum inter impària, aliquando inter paria. Cic. pro Cn. Cluentio, Plura ne dicam, tuæ me etiã lachrymæ impediunt, uestræq; iudices non solùm meæ. Idem 1. Offic. 27.

Non solùm, sine redditiuo Sed etiam. Cic. ad Cornificiũ, lib. 12. 29. 7, Vultus meherculè tuos mihi expressit omnes, non solùm animum ac uerba pertulit.

Non solùm, post Quoq;. Liu. 8. bel. Pun. Vt meam quoq;, nõ solùm & Reip. & exercitus, uicem uideretur ualde solicitus.

Non tam utilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. Cic. de Amic. 47.

Non tantùm. Quintilian. lib. 1. cap. 1, Et Quinti Hortensij filiæ oratio apud Triumuiros habita legitur, non tantùm in sexus honorem.

Non tantum ualet ut. Cic. de Amic. 45.

Non tantùm, sed etiam. Cic. de Senect. 22.

Non temerè est, & properans uenit. Terent. Eunuch. 2. 2. 60.

Non temerè, pro Vix unquam, siue ferè nunquã. Suet. in Octauio Augusto, cap. 73, Veste non temerè alia quàm domestica usus est. Idem in Cæs. Calig. cap. 36. Erasmus.

Nõ ultrà quàm, pro Tantùm. Suet. in Octau. Augusto, cap. 67, Cosinium seruum grauissimè de se opinantẽ non ultrà quàm compedibus coercuit. Erasmus.

Non uerò, rarissimè legitur. Cic. de Senect. 25, At hi quidẽ iam mortui sunt: non uerò tam isti, quàm tu ipse nugator.

Non ut. Cic. 1. de Inuent. 41, Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, non ut enarres quemadmodum sit factum.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthũ. Horat. lib. 1. epist. ad Scæuam. . Huic prouerbio locus est, quum significare uolumus esse difficile & operosum ad rem aliquam peruenire ualde optabilem & expetendam. Natum est autem (ut uult Strabo) à Corinthiorum delicijs illecebris, ac luxuria. Vide quæ notat scholiastes Aristophanis in Pluto de scortis Corinthijs: & quæ Aul. Gell. lib. 1. cap. 8, de Laide meretrice, & Demosthene rhetore: & quæ Eustath. ad lib. 2. Iliados.

Nona] una ex Parcis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixêre: de quibus Gel. lib. 3. cap. 16. Vide Morta.

Nonacris] pen. corr. (νώνακρις) locus in Arcadia. Vitruuius lib. 8. cap. 3, Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillantes è saxo frigidissimos humores. Hæc autem aqua Stygos hydor appellatur: quam neq; argenteum, neq; æneum, neq; ferreum uas potest sustinere, sed dissilit ac dissipatur. Conseruare autem eam & continere, nisi ungula mulina, nil potest.

¶ Nonacrius, pen. corr. Adiect. (νωνάκριος) Ouid. 5. Fast. 20,

Et matri & uati paret Nonacrius heros. Euandrum sic uocat.

¶ Nonacrinus, pen. prod. Aliud adiectiuum (νωνακρῖνος) Ouid. 2. Metam. 82,

Dum redit, idq; frequens, in uirgine Nonacrina Hæsit.

Hamadryades Nonacrinæ: hoc est, Arcadicæ. Ouid. 1. Metamorph. 139.

Nonæ] Nonarum (νῶναι) Dicuntur in Martio, Maio, Iunio & Octobri, sex illi dies qui primum sequuntur: in reliquis uerò mensibus, quatuor tantùm illi dies primum sequentes.

Nonæ, Quasi nouæ dicuntur, propter initium obseruationis. uel quòd ab eo die semper ad Idus nouem dies computantur. uel ideò nonæ dicuntur, quòd ante nonum diem sunt. Siue à noua luna, quòd Pontifex eo die nouam lunam obseruaret, & uisam regi sacrificulorum indicaret.

¶ Nonarum aliæ quintanæ dicuntur, aliæ septimanæ. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 13, Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, undetricenis censebantur diebus: & quintanas Nonas habebãt. Martius uerò, Maius, Quintilis, & October, dies tricenos singulos possidebãt. Nonæ in his septimanæ erant. Hæc ille. Quintanas intellige, quòd quinta dies ab initio mẽsis, siue à Calendis inclusiuè (ut nunc loquuntur) ad diem Nonarũ in breuioribus mensibus: in longioribus uerò septimanas, quòd hæc dies sit à Calendis septima, simili modo. Et hoc nõ obscurè colligitur ex his uerbis eiusdem authoris, quæ habentur in eiusdem libri cap. 15, Hinc alijs quintus à Calendis dies, alijs septimus Nonas facit. Nonarum quintanarum & septimanarum meminit & Censorinus de Die natali, cap. 17.

Nonæ Decembres. Horat. 3. Carm. ode 18. 2. Cic. pro Flac. 79.

¶ Nonæ Idus antecedunt, sicut & hi Calendas: itaq; in enumeratione trium illarum mensis partium, cauebant diligenter Romani, ne ante Nonas & Idus, Calendas nominarent. Proinde Nonas Idus Cal. dicebant: ne si secus nominarent, malè ominosum esset. Cic. tamen in Verr. Calendis Nonis Idibus dixit: in quo annotat Asconius, Religioso omine nominat multitudo Nonas, Idus Calendas. Cicero Calendis & Idibus, Nonas addit: quamuis hoc pronunciatione soluatur, ac temporum diuisione hoc dici uidere possimus. Ex Turnebo.

Nonagesimus, Nonaginta, Nonarius] Vide Nouẽ.

Nondum] Aduerbium (οὔπω, οὐδέπω, μήπω, μηδέπω) Id est, non adhuc. Cic. Matio, lib. 11. 27. 1, Nondum satis constitui.

Nondum dico quàm hæc singula sint. Cic. 2. de Diuin. 24.

Nondum manifesta sibi est. Ouid. 9. Metam. 94.

Nondum planè est expeditus. Cic. Attico, lib. 4. 85. 13.

Nondum etiam. Terent. And. 1. 2. 30,

Quid hoc, intellextin', an nondum etiam ne hoc quidem?

Nongenti] Vide Nouem.

Nónne] ἢ γάρ, μῶν, μή, Aduerbium interrogandi, Ex non & ne compositum. Terent. And. 1. 5. 4, —nónne oportuit

Præscisse me antè? nónne prius communicatum oportuit? Cicero 7. Verr. 166, Nónne publicè uindicaremus? Idem 5. Tuscul. 50, Quum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nónne beatum putaret.

Nónne, in fine positum. Cic. pro Cecinna, 27, Verùm ita est uti dicis, te deiectum debeo intelligere, etiam si uictus non fueris. nónne?

Nonnihil] pen. corr. indeclinabile, Aliquid, uel aliquantum.



Digitized by Google

Terent. Adelph. 1. 2. 62,
Nonnihil moleſta hæc ſunt mihi. Cic. pro Quintio, 1,
Nonnihil commoueor.

Nonnihilo æſtimare. Cic. 4. de Fin. 102.

Nonnullus] Adiectiuum, Aliquis. Plin. epiſt. 140. d, Nonnullius in literis nominis. Cic. 4. Acad. 126, Etenim de cæteris ſunt inter nos nonnulla communia.

Nonnullum de alterius ingenio iudicium facere. Cic. 1. Ver. 24.

Nonnullus bonos. Martial. lib. 1. 138.

Nonnulla in re forſitan conſilium tuum emendare poſſum. Cic. pro Muræna, 55.

Nonnullum ſemen. Virg. 1. Georg. 5.

Nonnunquam] Aduerbium: id eſt, Aliquando. Terent. Eunuch. 2. 3. 76,
Cibũ nonnunquã capiet cũ ea, interdũ propter dormiet.

Nonnunquam & aliquando. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 4, Sed quædam peſtes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.

Nonnuſquam] In aliquibus locis. Plin. lib. 14. cap. 19. 2, Nõnuſquam uini fæce, acetóue cõdiũt. Idẽ lib. 36. cap. 22. 11.

Nonus] Vide Nouem.

Norba] Cæſarea (νῶρβα καισάρεα) Luſitaniæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Vulgò Alcantar.

Noricum] pen. corr. (νωρικὸν) Regio in Europa (ut lib. 2. ſcribit Ptolemæus) quæ limites habet ab Occaſu, Enum fluuium, qui medius eſt inter Vindelicos & Noricos: à Septentrione, Danubium: ab Ortu ſolis, montem Cecium, qui Pannoniam ſuperiorẽ diſterminat à Norico: à Meridie, montem Curuancam, qui eſt ſuper Iſtriam. Eam nunc regionem pleriq; Bauariam appellant.

¶ Noricus, pen. cor. Adiect. (νωρικὸς) Horat. lib. 1. Car. ode 16. 2, Quas neq; Noricus deterret enſis.

Caſtella Norica. Virg. 3. Georg. 95.

Ignis Noricus. Ouid. 14. Metam. 143.

Norma] norma (γνώμων) Fabrorum inſtrumentum. Noſtrates ſquadram, uulgus quierram uocat: ut ait Budæus. Vitruuius lib. 7, de tectorio opere loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur.

Fallax norma. Lucret. lib. 4. 105.

Norma oratoris, per translationẽ, pro Lege & præſcriptione ſiue formula. Plin. epiſt. 203. c, Demoſthenes ipſe ille norma oratoris & regula, non ſe cohibet & comprimit, quum dicit illa notiſſima, &c. Sic, Norma legis. Cic. 2. de Legib. 97.

Loquendi norma. Horat. de Arte, 15.

Norma, regula, præſcriptio naturæ. Cic. 4. Acad. 254.

Veterum norma. Horat. 2. Carm. ode 15. 3.

Præſcriptũ norma iuris, & formula iudicij. Cic. 2. de Orat. 95.

Naturali norma legem bonam à mala diuidere poſſumus. Cic. 1. de Legib. 65.

Acerrima aliquorum norma quædam dirigere. Cicero 3. de Oratore, 105.

Dirigere uitam ad normam rationis. Cic. pro L. Muræna, 2.

Ad iſtorum normam ſapiens ille. Cic. de Amic. 17.

¶ Normula, normulæ, pen. corr. (γνωμόνιον) Diminutiuum.

¶ Normalis, & hoc normale, pen. prod. (γνωμόνιος) Quod ad normam factum eſt. ut, Normalis angulus. Quintilianus lib. 11. cap. ult. Normalem pro recto poſuit, qualem norma efficit, ut ait Budæus.

¶ Normatus, pen. prod. Adiectiuum, Idem (γνωμότυπος) Col. lib. 3. cap. 13. 11. Antiquam illam ciconiam infiximus, ut tanquam ſuppoſitæ baſi ad perpendiculum normata inſiſteret.

Nortmania] regio Galliæ ultra Sequanam flumen, quæ à Carolo Magno deuicta, fidem Chriſtianam ſuſcepit. Biducen ſium regnum uidetur appellare Ptolemæus lib. 2. 8.

¶ Nortmani, βάρβαροι, pars Danorum ſæuæ, Oceani accolæ, Cimbricæq; Cherſoneſi habitatores: ſic appellati, quòd Septentrionales homines eſſẽt. Nort enim lingua Germanica Septentrionẽ ſignificat. Man, Virũ. Hi Galliã ultra Sequanã occuparũt, & ei regni Nortmaniæ nomẽ indiderũt. Dicti ſunt aliquando & Suetones. Ex Andrea Althamero in Tacitum.

Noruegia] χαλδανοὶ, regio in Europa, Septentrionalis, uerſus Oceanum Germanicum ſita. Sub imperio eſt Danorum. Interpretatur Septentrionalis uia. Nort enim Germanica lingua Septentrionem ſignificat: Vueg, uiam.

Nos] noſtrûm uel noſtri (ἡμεῖς, ἡμῶν) plurale eſt ab Ego, mi uel mis.

Nos inter nos. Cic. Attico, lib. 10. 195. 13, Ego enim ad eum ſcribam, ut tu ipſe uoles, de ea re nos inter nos locutos. Terent. Adelph. 2. 4. 7.
Quaſi non norimus nos inter nos.

Noſmet, pro Noſipſi. Plaut. Rud. 4. 70,
Si non moneas, noſmet meminimus.

Noſmetipſi. Cic. 4. de Fin. 42, Sed primum poſitum ſit, noſmetipſos commendatos eſſe nobis. Idem 4. Acad. 206.

Noſmetipſi inter nos. Cic. ad Atticum, lib. 14. 311. 5.

Noſter, ἡμέτερος, noſtra, noſtrum: noſtri, noſtræ, noſtri, Pronomen poſſeſſiuum.

Noſter, πρὸς αὐτοδιασταλτὶν, qui nõ eſt noſter. Teren. Phor. 1. 2. 67, Noſter quid ageret, neſcire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat abſentẽ patrẽ. Idem Prol. And. 19.

Noſter ille. Vide Ille.

Noſter eſt. Terent. Adelph. 5. 8. 29. Id eſt, ex noſtra familia.

Noſter, pro noſtri ordinis. Horat.
—noſter ludos ſpectauerat, unà
Luſerat in campo. Turnebus hunc enarrans locum, Imitatur, inquit, ſermonẽ hominũ ſibi inuidentiũ, et mirantiũ tam proſperã ſecundamq; fortunã ſuam: Horatius, inquiunt, noſtri ordinis & loci erat, & in ultima cauea nobiſcũ ſpectabat ludos inter pauperũ cuneos, in cãpo Martio nobiſcũ ſeſe exercebat, qui fortunæ filius nunc uidetur, tantis auctus ſucceſſibus eſt. Nam Senatores ludos ſpectabant ex orcheſtra: è quatuordecim ordinibus equites: & plebeiorũ lautiores & ditiores cõmodius ſedebant: pauperiorũ deterior ut cõditio, ſic & in cauea locus. In campo quoq; generoſi cum generoſis ſe exercebant, pauperes cum pauperibus. Ergo iuuenem Horatium olim ſui fuiſſe ordinis dicebant, qui fortunæ indulgentia ad amicitiam Mecœnatis, opeſq; peruenerit, & fortunæ beneficiò prouectus ſit ad tantam fœlicitatem.

Noſter, pro Noſtras. Terent. Eunuch. 2. 3. 21,
Haud ſimilis uirgo eſt uirginum Noſtrarum. Vbi Donatus, Noſtrarũ, ciuium ſcilicet, id eſt, terræ ac patriæ noſtræ. ut Virg. 2. Georg. 18,
Non eadem arboribus pendent uindemia noſtris.

Noſter eris. Virg. 2. Aeneid. 30.

Noſter, Blandientis eſt aliquando. Terent. Hecyr. 5. 2. 4,
Noſter ſocer uideo uenit, puero nutricem adduxit. Et magis hoc conſuetudine dictum eſt, quàm integritate, inquit Donatus.

Noſter, id eſt, Nobis fauens. Dij enim noſtri dicuntur, qui nobis fauent. ut apud Virg.
Sin noſtrum annuerit nobis uictoria Martem. Et,
—nec dij texêre Cupentũ Aenea uenienti ſui. Turneb.

Noſtra, pro Mea, moraliter dictum, authore Donato. Terent. Eunuch. 2. 3. 69,
Eſt'ne ut ſertur forma? P. ſanè. C H. at nihil ad noſtrã hãc.

Noſtra omnis lis eſt: id eſt, uicimus. Plaut. Caſin. 1. 73.

Noſtri an alieni ſimus. Plaut. Mil. 8. 20.

Noſtrarum

Noſtrarum,pro Noſtrûm.Terent.Eunuch.4.4.11,
—hunc oculis ſuis
Noſtrarum nunquam quiſquam uidit. Vbi Donatus, ἀφχαίσμὸς eſt figura, pro noſtrûm, uel noſtrarũ:id eſt,quæ familiæ noſtræ ſunt.
Noſtrarum omnium adoleſcentia.Cicero de Prouincijs Conſul. 33.Budæus.
Noſtri & externi. Plin.lib.12.cap.25.1.id eſt, Latini & Græci. De Balſamo.
¶Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe. Terentius Phorm.5.2.1.
¶Noſtras,noſtratis,penul.prod.om.gen.(ἡμισλαπὸς)à Noſter deducitur: & ſignificat, E noſtra gente uel patria.Plin.lib. 15.cap.29.5, Tarentinam ſolio minuto, noſtratem patulo, exoticam denſiſſimo.
Noſtratia uerba.Cic.ad Cælium,lib.2.10.1.
Noſtrates philoſophi.Cic.5.Tuſc.130.hoc eſt,noſtræ ſectæ.
Facetijs maximè noſtratibus capiebor. Cic.Pæto,lib.9.15.4.
Noſco] noſcis,noui,notum (γνόω) noſcere, Cognoſcere. Cicero ad Caſſium,lib.12. 4.5, Scriberem plura, ſi rem causamq; noſſem.
Noſcere,percipere,comprehendere.Cic.4.Acad.146.
Noſco à Græco fit: nam Græci γινώσκειν, dicunt Cognoſcere: γνωτὸν, Cognitum. Hinc Latini ueteres non noſco,ſed gnoſco dicebant:& gnotum,non notum.
Noui animũ tuum. Terent. Heaut.3.3.9.hoc eſt,Ego probè teneo cuius ſis animi:quod uulgus dicit, Cognoſco tuã naturã.
Noui tuum animum de noſtris factis.Plaut.Stich.2.2.
Noui de facie.Cic.in Piſonem,63,Habet hoc uirtus(quam tu ne de facie quidem noſti)ut uiros ſortes,&c.
Noui & ſcio.Terent.Andr.5.4.32.
Bene te noui.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.10.
Vnde tam bene me noſtis?Horat.2.Serm.Satyr.3.4.
Omnes philoſophiæ partes atq; omnia membra tum facilimè noſcuntur, quũ totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. Cic. 1.de Nat.deor.14.
Familiariter aliquid noſſe.Quintil.lib.5.cap.7.5.
Optimè unumquemq; noſſe.Cic.3.Verr.11.
Artem Romanam nouerat.Ouid.3.Faſt.21.
Noui faciem hominis, Noui formam, Noui hominem. Terent. Hecyr. 3.4.25.Ibidem, 4.1.58.Plaut.Rud.23.23.
Faciem nouerat ducis.Ouid.8.Metam.5.
Herbas ſalutiferas noſſe.Stat.1.Achil.24.
Ingenium noſcere.Terent.Andr.1.1.26.
Leges & iura alicuius ciuitatis noſcere.Cic.in Piſon.23.
Locum noui.Terent.Adelph.4.2.34.
Ludum noui.Plaut.Amphitr.15.22.
Mente noſcere.Cic.1.de Nat deor.55.
Noſmetipſos noſcere,difficillimum eſt.Cic.1.de Legib.38.
Nouimus nos inter nos.Terent.Adelph.2.4.7.
Noui omnia tecum.Terent.Phorm.5.9.43.
Noui omnem rem.Terent.And.4.5.50.
Noſſe ſaporem.Plin.lib.13.cap.4.14.
Se quiſq; noſcat.Cic.1.Tuſcul.82.
Venerem noſſe.Plin.lib.10.cap.63.4.id eſt,coire,
Noui uiam.Terent.Heaut.2.3.7.
Vox noſcitur.Stat.5.Sylu.1.35.
Vultum alicuius noſcere.Lucret.lib.3.95.
Noſcor.Ouid.1.Triſt.eleg.4.6, —nec noſcitur ulli,
Agminibus comitum,qui modò cinctus erat.
Noui ut.Plaut.Amphit.3.104,
Nam ego uos nouiſſe credo iam,ut ſit pater meus.
¶Notus,Participium(γνωσθὸς)Plin.lib.16.cap.18.3, Alpina & hæc arbor,nec uulgò nota.
Notus pulchrè.Plin.lib.21.cap.26.1.
Vt cuiquam qui ipſe notus ſibi ſit, hoc eſt, qui ſuam naturam ſenſumq; perſpexit:ut ait Cic.2.de Fin.26.
Notus omnibus improbitate & uitijs.Cic.pro Cluent.35.
Fama ſuper æthera notus.Virg.1.Aeneid.77.
Hinc uſq; ad ſidera notus.Virg.5.eclog.9.
Notus,Qui nouit.Plaut.Pſeud.15.39,
Ita herus meus eſt imperioſus. B.noui:notis prædicas.
¶Notus (γνωστὸς,γνώριμος)notior notiſſimus, Nomen ex participio. Cic.4. Acad.27, Tum ad hos notiores, &c.referre in eundem numerum ſolent. Idem 4. Acad. 182, Cui erant quæ paulo antè dixi,notiſſima.
Notus & Obſcurus,contraria.Cic.pro Mureena,13.
Nocturnos, pro furibus dictum reperio, quòd & noctu graſſantur fures, & atrociores fures nocturni habentur. Petronius, loquens de aduocatis, qui ueſtes auertere conabantur, Aduocati tamen, inquit, iam penè nocturni, qui uolebant pallium lucrifacere, flagitabant ut apud ſe utraq; deponerentur. Hoc autem eo eſt lepidius & urbanius, quòd iam adueſpe-



Digitized by Google

rauerat: ut ambiguitatis sensu duplici gratia augescat, & aduocatorum nocturnorum, & nocturnorum furum. Ex Turnebo.

Nocturnus, pro Noctu. Virgil. Georg. 3,

Nec gregibus nocturnus obambulat. id est, noctu. Horat. 1. Serm. Satyr. 3,

Nec qui nocturnus diuûm sacra legerit, &c.

Noctesco] noctescis, noctescere, In modum noctis tenebrosum esse uel fieri. Furius Antias apud Gellium, lib. 18. cap. 11,

Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

Noctifer] pen. corr. (νυκτοφόρος) dicitur Vesper uel Hesperus, stella uespertina, quæ eadem mane dicitur Lucifer. Catull. in Carm. Nuptiali, 57,

Nimirum Eoos ostendit noctifer ignes.

¶ Noctiluca, pen. prod. (νυκτοφανὴς) dicitur Luna, quia nocte lucet. Horat. 4. Carm. ode 6. 8.

¶ Noctiuagus, pen. cor. Adiect. (νυκτίπορος) ut,

Currus noctiuagus Phœbes. Virg. 10. Aen. 44.

Deus noctiuagus, Sopor. Stat. 10. Thebaid. 31.

Faces noctiuagæ cæli. Lucret. lib. 5. 240.

Iter noctiuagum. Valer. 2. Argon. 9.

Labor noctiuagus. Claud. 3. de raptu Pros. 67.

Strepitus noctiuagus Faunorũ. Lucr. lib. 4. 118.

Vmbræ noctiuagæ. Stat. 3. Thebaid. 84.

Noctuabundus] Cic. Attic. lib. 12. epist. 1, Quum compli-carem hanc epistolam, noctuabundus ad me uenit cum epistola tua tabellarius. id est, qui de multa nocte ambulasset.

Noctulucus] id est, Interdiu & noctu. Nomen est fictum, cõpositumq; è duobus aduerbijs, noctu & lucu, ut è per & diu, Perdium. Varr. Nisi quòd ut tuba & cornua signum quũ dant, canere dicuntur: quod hic item & noctulucum. Quidã noctu lucu legunt: sed liberum esto cuiq; iudicium.

Noctipuga] Lucilius uocauit obscœna, quòd noctu pungãt, atq; excitent uenerem.

Noxa] noxæ (πταῖσμα, αὐτίποινον) est peccatum, aut pro peccato pœna: ut, Accius Menalippæ, Te esse huic noxæ obnoxium. Item, quum lex iubet noxæ dédere, pro peccato dedi iubet. Hactenus Festus. Salust. Maximè uellem P. C. Rempub. quietam esse, aut in periculis à promptißimo quôq; defendi: deniq; praua incœpta consultoribus noxæ esse. Vlpianus de Aedilitio edicto. l. quis sit. §. quod aiunt, Noxas accipere debemus priuatas, hoc est, ea quæcunq; committuntur delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudicijs noxalibus.

Noxæ appellatione omne delictum continetur: ut ait Caius de uerb. significat. l. plebis.

Noxa (ἐγκλημα) Culpa. Liuius 3. ab Vrbe, 175, Alia omnis penes milites noxa erat.

Minimæ noxæ, & minora peccata. Cic. pro Rosc. Amer. 37.

Admittere noxam. Quintil. lib. 5. cap. 12. 10.

Auertere noxam. Liu. 1. ab Vrbe, 257.

Sine ulla sua noxa. Suet. de Cæsaris uita, cap. 81.

Inuidiam detrahere noxæ. Ouid. epist. 7. 21.

Eleuare noxam alicuius. Tacitus lib. 5.

Noxam & noxiam pro eodem accipi contendit Valla lib. 6. Tamen noxiam pro noxa, id est, peccati pœna aut damno, raro scriptum reperias.

Noxa, Pœna peccati. Vnde,

Decernere noxam. Vide Decerno.

Eximere noxæ, Est gratiam criminis facere. Liuius lib. 8. ab Vrbe, 178. Budæus.

Liberare aliquem noxa. Quintil. lib. 5. cap. 12. 10.

Noxæ dédere, & Ob noxam, Arbitrio permittere puniendum. Liuius, Obrui Aetnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insulæ esse, quàm uelut dedi noxæ inimico Consuli. Idem, Ob noxam sibi dedi postulant. Budæus.

Noxis solutus seruus. In l. cum in uenditione. de euictionibus. Et Pomponius in eodem titulo, l. si emptori qui stipulatus fuit, fortis, noxisq; solutum esse, hæres extiterit is, qui, &c.

Noxa (ἄτη, βλάβη, ἀήλημα, πῆμα, ὀίνη) Læsio, damnum. Columel. lib. 1. cap. 6. 9, Ea res à noxa curculionum, & similium animalium commodißimè uidetur conditas fruges defendere. Cels. lib. 7. cap. 26, Ergo & per se sæpe excidit, etsi in primo, quod est angustius, inhæret, eodem tamen unco sine ulla noxa educitur.

Noxa admissa, apud Vlpian. in l. siquis quum in hostium potestate. ff. de furtis. id est, culpa tam euenit: uel, damnum iam acceptum.

Capere noxam. Vide Capio.

Noxam concipere: pro, Morbum incurrere, apud Columellam: ut & Noxam capere. Vide Concipio.

Noxam contrahere. Colum. lib. 6. cap. 29.

Noxam facere. Gell. libro 11. cap. 18. id est, furtum.

Noxam nocere. Vide Noceo.

Noxa stomachi. Celsus libro 4. cap. 19.

Tristes noxas pellere à foribus. Ouid. 6. Fast. 26.

Repulsa noxa meis stabulis. Ouid. 4. Fast. 151.

Esse noxæ. Liu. lib. 2. Decad. 4, Nihil his aut sociis eorum noxæ futurum.

Vacare omni noxa. Celsus lib. 5. cap. 27.

¶ Noxalis, & hoc noxale, pen. prod. (πταιστικὸς, νοξάλης) unde Noxalis actio. Caius in l. 1. ff. de noxal. act. Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa atq; maleficio seruorum, aduersus nos instituuntur. Quarum actionum uis & potestas hæc est, ut si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis quod deliquit, euitare æstimationem.

Noxia] noxiæ (πταῖσμα, νοξία) Culpa dicitur, authore Festo. Terent. Phorm. 1. 4. 49,

Memmistin' olim ut fuerit uestra oratio
In re inciptunda ad defendendam noxiam?

Pœna noxiæ. Cic. 3. de Legibus, 17.

Admittere noxiam. Vide Admitto.

Noxia careo: pro, In culpa non sum. Plaut. Bacchid. 20. 89.

Commerere noxiam. Vide Commereo.

Noxiæ esse, ut Prandi esse. pro, Vitio & culpæ dari. Liuius, Si domum abire uellent, publica fide accepta: nihil eam rem noxiæ futuram, quòd se hostibus iunxissent. Budæus.

In noxia esse, Culpam in se admittere. Terentius Phorm. 2. 1. 36.

In noxia tenere inimicos. Plaut. Casin. 10. 71.

Noxiæ esse, Damno esse. Celsus in l. Quintus Mutius. ff. mandati, Cæterùm in posteriore casu non oportet esse noxiæ fidei iussori, si ipse pepercit pudori suo.

Noxijs uacuum esse. Plaut. Merc. 24. 23.

Noxiam remittere. Plaut. Mostell. 16. 47. Terentius Eunuch. 5. 2. 13.

——unam hanc noxiam
Mitte: si aliam unquam ullam admisero, occidito. Vide Mitto.

Sarcire noxiam. Vlpianus. Pandect. libro 9. leg. 1, Quamobrem eum ibi aut noxiam sarcire, aut noxam dédere oportere.

¶ Noxius, penult. corr. Adiectiuum (πταιστικὸς, βλαβερὸς) Nocens, & criminis compertus. Salust. Quæ nisi quæsita erũt, & nisi

& niſi uindicatum in noxios, quid erit reliquum? Liuius 5. ab Vrbe, 51, Qui noxij ambo, alter in alterum cauſam conferant.

Ciuis noxius. Cic. 3. de Legib. 8.
Corda noxia. Ouid. 10. Metam. 70.
Corpora noxia. Virg. 6. Aeneid. 147.
Facere noxia ſua lumina. Ouid. 2. Triſt. 21.
Membra noxia. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 15.
Spicula noxia. Ouid. in Ibin, 109.
Tela noxia. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 5.
Venena noxia. Claud. 1. in Ruffinum, 14.
Viæ noxiæ. Seneca Thebaid. 1. 30.
Noxius, cum genitiuo. Tacitus lib. 5, Vt noxium coniurationis ad diſquiſitionem trahebat.

¶ Noxioſus, penultima producta, Aliud adiectiuum. Seneca 1. de Clementia, Si noxioſiſſimo cuiq; animali in nos daretur poteſtas: ſi leones urſiq; regnarent, quæ alia uita foret? Idem epiſt. 71.

Noxitudo] pen. prod. huius noxitudinis, pro Noxia apud ueteres dicebatur. Accius,

Ocule noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos ſancteſcat genus. Nonius.

N V

Nubæ] Νῦβαι, Stephano, Populi ſunt Libyæ, ad ſiniſtrum Nili flexum habitantes, in multa diuiſi regna, teſte Strabone lib. 17.

Nubes] nubis, fœ. gen. (νιφέλη, νέφος) Vapor humidus in ſublime elatus è terra per æſtum: ſiue aer in liquorem coactus, cuius denſitas haud dubiè ſolem obumbrat.

Aer ſine nubibus. Ouid. 3. de Arte, 35.
Conflictus nubium. Cic. 2. de Diuin. 64.
Corio nubium craßiore ſpiſſatur aer. Plin. lib. 2. cap. 5. 1.
Pulueris nubes. Curtius lib. 4.
Aetherea nubes. Ouid. 10. Metam. 161.
Alta nubes. Virg. 1. Aeneid. 73.
Aquoſa nubes. Ouid. 4. Metam. 125.
Ardens nubes. Vide Ardeo.
Ardua nubes, Hor. 3. Carm. ode 29. 2.
Aridior nubes. Lucret. lib. 6. 31.
Atra nubes. Lucret. lib. 6. 37. Vide Ater.
Bibulæ nubes. Ouid. 14. Metam. 74.
Caligans. Cic. in Arato, 28.
Deformis nubes. Senec. Thyeſte, 8. 31.
Fugaces nubes. Claud. de bel. Get. 10.
Pulua nubes. Ouid. 3. Metam. 55.
Liquidæ nubes. Virg. 5. Aen. 105.
Mœſtiſſima nubes. Claud. 1. de raptu Proſer. 17.
Nigra nubes. Virg. 5. Aen. 104.
Piceæ nubes. Ouid. 11. Metam. 110.
Roſeæ nubes. Valer. 4. Argon. 16.
Sordida nubes. Senec. Hipp. 6. 11.
Vacuæ nubes. Senec. Herc. furent. 10. 7.
Vmbroſæ nubes. Valer. 4. Argon. 146.
Volantes nubes. Lucret. lib. 5. 51.
Abruptæ nubes. Virg. 3. Aeneid. 40.
Fluidis adopertus nubibus æther. Ouid. ad Piſonem, 30.
Iris alimenta affert nubibus. Ouid. 1. Metam. 55.
Caua nube amicti. Virgilius 1. Aeneidos, 104. de Aenea & Achate.
Attrahit nubes ſol. Lucan. lib. 7. 1.
Aer cogitur in nubem. Virg. 5. Aen. 4.
Cogitur in nubem aer concretus. Cicero 2. de Natura deorum, 145.
Coguntur in cælo nubes, imbres, uenti. Cic. 1. Tuſc. 68.
Contruſæ nubes ad altos montes coguntur premunturq;. Lucret. lib. 6. 148.
Collectæ ex alto nubes, ſædam glomerant tempeſtatem atris imbribus. Virg. 1. Georg. 65.
Concreſcunt nubes in alto. Lucret. lib. 4. 27.
Conditus in nubem ſol. Virg. 1. Georg. 89.
Conſciſſis nubibus orbem protulit luna. Stat. 12. Theb. 62.
Exigua nubes ſordido creſcens globo. Senec. Agamem. 6. 15.
Trepidas Tithonia nubes Diſcutit. Stat. 12. Theb. 1.
Diſcuſſa nube tonant uenti. Ouid. 15. Metam. 14.
Aeſtiuis effuſus nubibus imber. Virg. 4. Georg. 63.
Eliſa nube micat dirum fulmen. Senec. Agam. 6. 21.
Excußis eliſus nubibus ignis. Ouid. 8. Metam. 68.
Eripiunt ſubitò nubes cælumq; diemq;. Virg. 1. Aen. 18.
Grauidæ euaneſcunt nubes. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2. 22.
Oppoſitas nubes euicit imago ſolis. Ouidius 14. Metamorphoſ. 154.
Facere tenebras nubibus. Lucret. lib. 2. 219.
Collectas nubes fugat Iupiter. Virg. 1. Aen. 30.
Subita nubes glomeratur nigro puluere. Virgilius 9. Aeneidos, 7.
Inardeſcit ſolis radijs nubes. Vide Inardeſco.
Induerunt ſe in nubem anhelitus. Cicero 2. de Diuinatione, 64.
Infectæ nubes ab ictu aduerſi ſolis. Ouidius 3. Metamorphoſ. 37.
Procella uenti intorſit ſe nubibus. Lucret. lib. 6. 26.
Ventus inuadit nubem. Lucret. lib. 6. 36.
Aßiduis nubibus madeſcit tellus. Ouid. 1. Metam. 14.
Obijcere nubem oculis. Ouid. 12. Metam. 7.
Opacam nubem pellit uentus. Cic. in Arato, 23.
Ventus perſcindit nubem. Lucret. lib. 6. 37.
Sol latet preſſus nubibus. Ouid. 1. eleg. 8. 3.
Quatit nubes Iupiter. Senec. Herc. furen. 6. 25.
Circunfuſa nubes ſe ſcindit, & in æthera purgat apertum. Virgilius 1. Aeneid. 119, de nube qua circundatus erat Aeneas cum Achate.
Spiſſeſcit nubes. Lucret. lib. 6. 36.
Summotis nubibus cadunt imbres. Virg. 6. eclog. 8.
Denſis texit ſua nubibus ora Lucifer. Ouidius 11. Metamorphoſ. 115.
Obſcura nubes uento trahitur. Virg. 4. Georg. 12.
Glauca nube tremunt lumina. Valer. 2. Argon. 100.
Nubes, translatè pro triſticia, & ſeueritate immoderata, quæ contracto ac ſublato ſupercilio ſignificatur. quod Græci, τὸ τῶν ὀφρύων νέφος, id eſt, ſuperciliorum nubem appellant. Hor. lib. 1. epiſt. ad Lollium, 2,

Deme ſupercilio nubem, plerunq; modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem, &c.

Nubes peditum, per translationem, pro Multitudine & denſitate. Liu. 5. bel. Maced. 188, Res contrà peditū, equitumq; nubes iactat, & conſternit maria ſuis claßibus.
Armorum nubes. Stat. 4. Theb. 168.
Belli nubes. Virg. 10. Aen. 162.
Pulurea nubes bellorum. Stat. 5. Sylu. 1. 27.
Immenſa campo conſurgit nubes. Lucan. lib. 2. 97.
Facere nubem. Virg. 12. Aen. 51.
Atram prorumpit ad æthera nubem. Virgil. 3. Aeneidos, 115. de Aetna.
Obijcere nubem fraudibus. Horatius 1. epiſtol. 17. 13. ad Lauernam.
Cæca nubes, tenebræ, procellæ Reip. Cic. pro Domo ſua.
Triſti nube caret uita. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6. 5.
Opaca nube mortis grauis ultus. Stat. 4. Sylu. 6. 15.



Digitized by Google

Nubis in nominatiuo, apud Plinium in Mercat. 22.38,
— nónne ex aduerso uides?
Nubis atra, imberq; instat.

¶ Nubecula, nubeculæ, pen. corr. (νεφέλιον) Parua nubes. Plinius libro 18. cap. 35. 15, Nubecula, quamuis parua, uentum procellosum dabit.

Nubecula, per translationem. Cicero in Pisonem, 15, Neq; tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluamq; in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum Collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem.

¶ Nubifer, pen. corr. Adiect. (νεφελιφόρος) ut,

Eurus nubifer. Silius lib. 10. 65.

Noti nubiferi. Ouid. epist. 3. 12.

Apenninus nubifer. Ouid. 2. Metam. 46.

¶ Nubifugus, pen. corr. Adiect. Qui nubes fugat, uel etiam qui fugit nubes. Colum. lib. 10. 27,
Nec tam nubifugo Boreæ Latonia Phœbe
Purpureo radiat multu.

¶ Nubigena, nubigenæ, pen. corr. m. g. (νεφελογενὴς) Columel. lib. 10. 16,
Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c.

Nubigenæ, dicuntur Centauri, quòd ex nube sint nati. Ouid. 13. Metam. 110,
— certè mihi sæpe referre
Nubigenas domitos à se pater ipse solebat.

Bimembres nubigenæ. Virg. 8. Aen. 59.

Feri nubigenæ. Ouid. 12. Metam. 43.

Amnes nubigenæ. Stat. 1. Theb. 71.

¶ Nubilus, pen. corr. Adiectiuum (νεφελώδης) Fuscum, nubibus tectum. Plin. libro 16. cap. 26. 5, Pyrus & amygdala etiamsi non pluat, sed fiat austrinum cælum atq; nubilum, florem emittunt.

Auster nubilus. Ouid. 11. Metam. 133.

Nubilus color, Obscurus. Plin. lib. 9. cap. 35. 4.

Nubila massa. Mart. lib. 8. 45.

Mars nubilus ira. Stat. 3. Theb. 46.

Parca nascenti mihi fuit nubila. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 3.

Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ouidius 1. Trist. eleg. 8. 2.

¶ Nubilum, pen. corr. Substantiuum (νέφος) ipsam nubem significat. Plin. lib. 2. cap. 62, Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur.

Nubilum inducere dicuntur aliqui uenti: pro, Tempus nubilum facere. Plin. epist. 17. lib. 2, Ibi omnes silent uenti, exceptis qui nubilum inducunt & serenum, ante quàm usum loci eripiunt.

Cæli nubila. Virg. 4. Georg. 34.

Nubilum diei. Plin. lib. 2. cap. 35.

Nubilo, pro In tempore nubiloso. Plinius libro 7. capite 60. 4, Etiam tum tamen nubilo incertæ fuêre horæ usq; ad proximum lustrum.

Ambusta nubila. Ouid. 2. Metam. 40.

Arida nubila. Virg. 3. Georg. 40. Vide Aridus.

Assimulata montibus nubila. Lucret. lib. 6. 39.

Densa nubila. Virg. 6. Aen. 119.

Ramosa atq; aspera nubila. Lucret. lib. 6. 627.

Ventus agit nubila. Virg. 1. Georg. 85.

Fallax simulachrum in nubila cessit. Sil. lib. 17. 111.

Saucia diuiduis claréscunt nubila sulcis. Claud. 5. Paneg. 21.

Depellere nubila cælo. Tibul. lib. 1. eleg. 2, 11.

Notus deterget nubila cælo. Hor. 1. Carm. ode 7. 3.

Aquilo differt nubila, hoc est, dissipat, dispergit. Virg. 3. Georg. 40. Lucret. lib. 1. 55.

Discecit nubila Iupiter. Ouid. 1. Metam. 66.

Diuidit nubila igni coruſco diespiter. Horatius 2. Carmin. ode 34. 2.

Findere nubila disco. Stat. 3. Syl. 1. 31.

Fusca repurgato fugiebant nubila cælo. Ouidius 5. Metamorphos. 58.

Pellere & Inducere nubila, contraria. Ouidius 7. Metamorphos. 41.

Tristia nubila pellit Boreas. Ouid. 6. Metam. 138.

Pendent nubila. Virg. 1. Georg. 43. id est, nondum delabuntur, aut defluunt.

Pendentia nubila. Ouid. 1. Metam. 54.

Venti perflant nubila. Lucret. lib. 6. 27.

Venti portant nubila per cælum. Lucret. lib. 4. 91.

Humida furgunt nubila. Ouid. 8. Metam. 1.

Venti uerrunt nubila, ac subito uexantia turbine raptant. Lucret. lib. 1. 56.

Venti lacerant caua nubila. Stat. 5 Theb. 74.

Producere nubila menti. Stat. 5. Sylu. 3. 3.

Nubila humani animi sol serenat. Plin. lib. 2. cap. 6. 16.

¶ Nubilarium, nubilarij (σιτοβολὼν) Locus, quò propter nubes conferuntur frumenta semitrita. Colum. libro 2. cap. 6. 16, Huic areæ nubilarium applicari debet, maximeq; in Italia, propter incõstantiam cæli, quò collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.

¶ Nubilar, pen. corr. nubilaris, Idem. Columel. lib. 2. cap. 21, quòd si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in acerium uel nubilar congeritur. Vetus exemplar habet, uel in nubilarium.

¶ Nubilo, nubilas, penul. corr. (γνοφίω) nubilare, Nubilum seu obscurum facere. Apud Catonem legitur. Et apud Varronem, Nubilat aer.

¶ Nubilans, fulgor carbunculi: hoc est, ueluti nubes quasdam oculis obijciens. Plin. lib. 37. cap. 7. 3.

¶ Nubilor, nubilaris (γνοφοῦμαι) nubilari, Deponens, Idem. Cato de re Rust. cap. 88, Vbi nubilabitur, & noctu sub tecto ponito.

Nubilis] Vide Nubo.

Nubo] nubis, nupsi & nuptus sum, præteritum facit, nuptum (γαμέομαι, γυμφεύομαι, μνηστεύομαι) nubere, Operire, uelare: à nube quæ cælum operit.

Nubere, Viro tradi: quòd sponsæ apud ueteres, dum uiro traderentur, nubere, hoc est, uelare capita solebant.

Nubere alicui. Cicero pro Cluentio, 8, Quæ breui tempore post patris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit.

Si qua uoles apertè nubere, nube pari. Ouid. epist. 9. 7.

Nubere apud Gell. lib. 1. cap. 23, Vna apud duos nupta esset. Ibidem tamen mox sequitur, Vna potius ut duobus nupta fieret, quàm ut uni duæ.

Nupta est cum illo. Cic. Marco Catoni, lib. 15. 2. 1, Iiq; mihi nũciassent, regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror.

Virgo nubit cum bona alite. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 4.

Nupta est malè. Plaut. Casin. Vide Malus.

Nubere in familiam claram. Cic. pro Cælio, 25.

In familiæ luctum, atq; in priuignorum funus nupsit mulier. Cic. pro Cluentio, 149.

Nubere, inquit Nonius, ueteres non solùm mulieres, sed etiam uiros dicebant: ut nunc Itali dicunt. Pomponius Pannucetis, Sed meus frater maior postquã uidit me indotatum domo, nupsit posterius dotatæ uetulæ, uaricosæ, Aphræ. Hactenus Nonius. Iuuen. Satyr. 2. 14,
— quid quæris? nubit amicus.

Sunt

*Sunt qui dicant, uirum tum nubere, quum seruit uxori, nec lut illa potius uir sit, quàm ille.* Vnde Mart. lib. 8. 10,

——*uxori nubere nolo meæ.*

*Nubere* dicuntur etiam arbores uitibus, & uites arboribus: pro, conscendere & coniungi. Plin. lib. 14. cap. 1. 2, *In Campano agro populis nubunt.* De uitibus. Idem lib. 18. cap. 28. 8, *Vertit populi albæ etiam uitibus nuptæ.*

¶ *Nubitur*, penultim. correp. (μνηστύεται) Impersonale passiuæ uocis. Plaut. Pers. 10. 59,

*Hîc cum mala fama facilè nubitur.*

¶ *Nubendi*, τῦ γαμεῖσθαι, tempus. Ouid. epist. 19. 22.

¶ *Nuptum*, πρὸς γάμον, collocare. Vide Colloco.

*Dare nuptum uiro.* Plaut. Casin. 6. 38.

¶ *Nubens*, Particip. (γαμύμενος) ut, *Ferre dona nubenti.* Senec. Med. 11. 22.

*Filiæ nubenti lectum genialem strauit mater.* Cicero pro Cluentio, 10.

¶ *Nupta*, Aliud participium (γεγαμημένος) ut,

*Marito certo nupta.* Ouid. epist. 5. 22.

*Filia nupta* Cic. pro Sestio, 4.

*Mulier uni nupta, proposita omnibus.* Cic. 7. Verr. 28.

*Puella nupta alicui.* Catul. ad Coloniam, epigram. 17. 3.

*Viro sæuo nupta puella.* Hor. 3. Carm. ode 10. 1.

*Virgines nuptæ.* Hor. 2. Carm. ode 8. 5.

*Nupta uerba dicebant ueteres, quæ non licebat uirgini dicere.* ut Plautus in Dyscolo,

*Virgo sum, non didici uerba nupta dicere.* Festus.

¶ *Nuptus, nupti* (μνηστὸς, νυμφίος) Qui nupsit. Plautus Casin. 22. 5,

*Lubet Chalinum, quid agat scire, nouum nuptum cum nouo marito.*

¶ *Nupta, nuptæ* (νύμφη) Quæ nupsit. Festus, *Nuptam à Græco dictam. illi enim nuptam, νύμφην appellant.*

*Noua nupta.* Vide Nouus.

*Pudica nupta.* Ouid. 2. Fast. 159.

*Singulis Indis plures solent esse nuptæ.* Cic. 5. Tusc. 113.

¶ *Nuptus, huius nuptus* (μνηστεία) Plin. de Viris illust. 59, *Eo die Numantini fortè solenni nuptu filias locabant.*

*Nuptui collocare.* Cæsar, *Et sorores suas nuptui in aliàs ciuitates collocasse.* Colum. lib. 4. cap. 3, *Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri.*

¶ *Nupturus*, pen. prod. Participium (γαμησόμενος) ut, *Proles nupturæ & nuptæ.* Ouid. epist. 21. 40.

¶ *Nubilis, huius nubilis*, pen. corr. (γαμετὸς) Apta ut uiro in matrimonio iungatur. Virg. 7. Aen. 11,

*Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.* Cic. pro Cluentio, 8, *Nubilis filia.*

*Nubilis uirgo.* Ouid. 2. Trist. 100.

¶ *Nupturio, nupturis*, pen. corr. (γαμησείω) nupturire, Cupere nubere. Apuleius in Apol. *Ea si claro nupsisset homini rusticano, indecrepito seni, sponte eam diceres sine ulla magia iam olim nupturisse.*

¶ *Nuptiæ, nuptiarum*, tantùm pluraliter (γάμος) Coniunctio maris & fœminæ. Festus, Nuptias dictas esse ait Santra, *ab eo quòd nymphea dixerunt Græci antiqui γάμον. unde nouam nuptam νέαν νύμφην.* Cornificius, *quòd noua petantur coniugia.* Curiatius, *quòd noua ratio fiat.* Aelius & Cincius, *quia flamineo caput nubentis obuoluatur: quod antiqui obnubere uocarunt. Ob quam causam lege quoq; parens tam iubetur caput eius obnubere qui parentem necauisset, quod est obuoluere.* Hactenus Festus. Cicero pro Cluentio, Nuptiæ plenæ dignitatis, *plurè concordiæ.* Idem 3. de Natura deorum, 61, *Nisi fortè maritimæ nuptiæ terrenis anteponantur.*

*In nuptijs antiquitùs aqua & ignis in limine adhibebantur, inquit Varro: quod coniungit hîc, & mas ignis. quod ibi semen aqua fœmina, quod fœtus ab eius humore, & eorum iunctione sumit Venus.* Vide lib. 4. de Ling. Latin.

*Nuptiæ, à nuptu, id est, operatione.* Author Varro de Ling. Latin. lib. 4.

*Multarum nuptiarum mulier uetula.* Cicero Attico, libro 13. 28 4. 1.

*Expers nuptiarum puella.* Hor. 3. Carm. ode 11. 3.

*Solennia nuptiarum.* Tacit. lib. 11.

*Incertæ nuptiæ.* Vide Incertus.

*Inceste nuptiæ.* Tacit. lib. 11.

*Infirmæ nuptiæ.* Vide Infirmus.

*Innuptæ nuptiæ.* Vide Innubo.

*Legitimæ nuptiæ.* Vide Lex.

*Adipisci nuptias.* Vide Adipiscor.

*Adornare nuptias.* Vide Adorno.

*Alligatus nuptijs.* Vide Alligo.

*Apparare nuptias.* Vide Apparo.

*Celebrare nuptias.* Vide Celebro.

*Cœnare apud aliquem in nuptijs eius.* Cicero ad Quint. fratr. libro 2. 7. 10.

*Conficere nuptias.* Vide Conficio.

*Conijcere in nuptias.* Vide Conijcio.

*Constitutæ in hunc diem nuptiæ.* Vide Constituo.

*Non conueniunt hæc nuptijs.* Vide Conuenio.

*Cupere nuptias.* Vide Cupio.

*Imperare nuptias alicui.* Vide Impero.

*Indicere nuptias.* Vide Indico, *indicis.*

*Inumare nuptias*, Adulterari. Hor. 3. Carm. ode 6. 4.

*Moliri nuptias.* Tacit. lib. 12.

*Mouentur nuptiæ.* Vide Moueo.

*Mutare nuptias.* Vide Muto.

*Ornare nuptias.* Vide Orno.

¶ *Nuptialis*, & hoc nuptiale, pen. prod. (γαμικὸς, γαμήλιος) Quod pertinet ad nuptias: ut,

*Nuptialis cœna.* Plaut. Curc. 14. 60.

*Carmina nuptialia.* Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 3.

*Dies nuptialis.* Seneca Medea, 12. 22.

*Dona nuptialia.* Cic. pro Cluent. 20.

*Faces nuptiales.* Cic pro Cluentio, 11.

*Face nuptiali digna puella.* Hor. 3. Carm. ode 11. 7.

*Sacra nuptialia.* Quint. lib. 1. cap. 7. 14.

*Tibiæ nuptiales.* Author ad Herennium, lib. 4. 199.

*Vox nuptialis.* Liu. 1. ab Vrbe, 39.

Nucamentum] κύταρος, à nuce inclinari uidetur: uel quòd sit ceu rudimentum quoddam naturæ, pineam nucem facere condiscentis: uel quòd apertissimè in nucibus propendere uideatur, inquit Ruellius. Plin. lib. 16. capite 10. 10, *Eramis generum horum pannicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. Hæc abietis masculæ primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ uerò totis pãniculis minoribus gracilioribusq; minimos ac uigros. Propter quod Græci phtiriophoron eã appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. Quibus ex locis, & quid sint panniculæ, & quid nucamenta, facilè conijcere poteris.*

Nuceria] νουκερία, Vrbs est Cãpaniæ, nouẽ millib. passuũ à mari distãs: cuius meminit Sil. lib. 8. 106. Nuceria itẽ Colonia, Vmbrorũ urbs Ptolem. lib. 3. cap. 1. Hodie Alphatenia.

Nucetum, Nuceus. Nucleus, Nucula] Vide Nux.

Nudipedalia] Vide Nudus.

Nuditanum] Hispaniæ Bæticæ oppidum est, apud Plinium lib. 3. cap. 1.

Nudfustertius]

Digitized by Google

Nudiustertius] & Nudiusquartus (πρόχειρα) Composita sunt, inquit Festus, ex nunc & die tertio & quarto: id est, nunc est dies tertius, nunc est dies quartus: semperq; de præterito dicuntur. Vide Vallam libro 2. capite 33. Plautus Curc. 2.17,

Caruit ne febris te heri, uel nudiustertius? Cic. Att. lib. 14.307.1, Nudiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea quæ proximè uelim mehercule, &c.

Nudiusquartus. Plaut. Mostel. 13.18,

— nam heri & nudiustertius,
Quartus, quintus, sextus, usq; postquam hinc peregrè eius pater Abijt.

Here nudiusquintus natus quidem ille est. Plautus Truculent. 10.30.

Nudiussextus cui talentum mutuum dedi. id est, Nunc sex dies sunt quòd, &c. Plaut. Trin. 10.99.

Nudiustertius decimus. Cic. 5. Philip. 164, Recordabimini qui dies nudiustertius decimus fuerit, quãtus cõsensus uestrûm, quanta uirtus, quanta constantia. Ibidem, 165, Legatos uerò ad eum mittere, de quo grauissimum iudicium nudiustertius decimus feceritis, &c.

Nudo, nudas] Vide Nudus.

Nudus] nuda, nudum (γυμνὸς, ψιλὸς) Quod est sine tegmine. Plaut. Amph. 4.150,

Quòd homines quatuor in soporem collocastis nudos.

Nudum (inquit Seruius) dicitur, quod nunquam tectum est: ut facies.

Aestas nuda. Ouid. 2. Metam. 6.

Aruum nudum. Catul. in Carm. Nupt. 57.10.

Cæspes nudus. Senec. Hippol. 4.31.

Campi nudi sine fronde & arbore. Ouidius 3. Tristium, eleg. 10.15.

Corpus nudum. Ouid. 4. Fast. 30.

Ensis nudus: id est, strictus. Seruius. Virg. 9. Aen. 109.

Ferro nudo concurrere. Ouid. epist. 13.17.

Forma nuda. Ouid. 4. Metam. 70.

Humus nuda. Ouid. 4. Metam. 53.

Lacerti nudi. Ouid. 2. de Arte, 18.

Lapis nudus. Virg. 1. eclog. 10.

Littora nuda. Stat. 3. Sylu. 1.1.

Ossa nuda. Claud. 1. in Eutrop. 25.

Pectora nuda. Ouid. 4. Metam. 118.

Nudis radicibus arbores. Plin. lib. 12. cap. 9.3.

Ramus nudus stetit fugiente pomo. Senec. Thyeste, 1.22.

Silex nuda. Virg. eclog. 1.3.

Solum nudum. Claud. 2. in Eutrop. 60.

Vertice nudo fulua cæsaries. Virg. 11. Aen. 129.

Nuda genu: pro, Nudum genu habens. Virgilius 1. Aeneidos, 65.

Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. Ibidem, 8.85,

— & nudus membra Pyracmon. Seruius.

Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos. Ouidius 7. Metamorph. 37.

Nudus inopsq; Hor. 2. Serm. Satyr. 5.2.

Senecta nuda, Inops. Ouid epist. 9.31.

Nuda uerba, pro Apertis. Plin. epist. 79.

Exornata atq; instructa domus, Nuda & inanis contraria. Cicero 4. Verr. 59.

Vacuus & nudus ab. Cic. 6. Verr. 3, Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus portuq; ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè uacua atq; nuda est.

Nudus à propinquis. Cic. ad Quirites post reditum, 5.

Nuda à magistratibus Resp. per translationem: pro, Destituta. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 46.

Agris nudus. Hor. 2. Serm. Satyr. 3.37.

Mœnia nuda suis ductibus. Ouid. 2. Fast. 143.

Nummis nudus. Hor. 2. Serm. Satyr. 3.37.

Nuda urbs præsidio. Cic. ad Att. lib. 7.132.2.

Nudo uestimenta detrahere: pro eo quod est, Ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat, inquit Erasmus. Plaut. Asin. 3.80.

Nudum in causa destituere. Cic. pro Cecinna, 67.

Nuda ista si ponas, iudicari qualia sint, non facilè possunt. Cic. in Parad. 29.

Artes nudæ. Quint. in Proœm. lib. 1.18.

Asperitas nuda quæstionum. Quint. lib. 4. cap. 1.17.

Certamen nudum operum: id est, controuersia in qua certatur non de dignitate, nec de generis splendore, nec potentia, aut diuitijs, sed tantùm de operibus, id est, qui plus operæ suæ confecerit. Ouid. 13. Metam. 32,

Ergo operum quoniam nudum certamen habetur, &c.

Nuda fides. Valer. 5. Argon. 100.

Inficatio nuda. Quint. lib. 5. cap. 13.8.

Ira nuda. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.4.

Nomina nuda. Ouid. 2. Trist. 82.

Odia nuda. Stat. 9. Theb. 4.

Simplicitas nuda. Ouid. 1. Amor. eleg. 3.3.

Traditio nuda. Quint. lib. 3. cap. 1.3.

Veritas nuda. Hor. 1. Carm. ode 24.2.

Vires nudas mouent in prælia, Pugnant sine armis. Stat. 6. Thebaid. 4.

Nudus, insepultus, siue mortuus. Virg. 5. Aen. 175,

Nudus & ignota Palinure iacebis arena. Idem 1. ecloga, 13,

Et freta destituent nudos in littore pisces. Seruius.

¶ Nuditas, pen. corr. nuditatis (γυμνότης) Quandoq; sumitur pro inopia. Quintilianus libro 10. capite 2, Tenuitas ac nuditas placuit, &c.

¶ Nudo, nudas (γυμνόω, ψιλόω) nudare, Nudum facere, detegere. Cic. 7. Verr. 126, Quum repentè hominem proripi, atq; in foro medio nudari ac deligari, & uirgas expediri iubet.

Ab aliquo nudari. Ouid. 1. Trist. eleg. 5.2.

Aciem nudare. Vide Acies.

Armis nudare iacentem. Ouid. 12. Metam. 88.

Nudatur arbor foliis. Plin. lib. 16. cap. 22.2.

Tepidos nudauerat artus. Sil. lib. 5.138.

Corpus nudare. Cic. 4. Tusc. 115. Ex quodam poeta.

Nudare gladios, pro Distringere. Liu. 8. bel. Pun. 172.

Nudare littora, & portus relinquere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 58.

Breuia littorum nudantur. Tacit. lib. 5.

Montem nudare syluis. Sil. lib. 8.100.

Terga fuge nudant. Virg. 5. Aen. 118.

Nudare uada dicitur uentus. Liu. 6. bel. Pun. 235, Et adeò nudauerat uada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua nix superaret. De Septentrione uento.

Viscera nudare. Virg. 1. Aen. 43.

Spoliare & nudare. Cic. 2. Verr. 9.

Nudata castra. Cæsar 2. bel. Gal. 312.

Nudatus defensoribus murus. Cæsar 2. bel. Gal. 255.

Præsidio sceleratorum ciuium, perditos magistratus nudare. Cic. pro Domo sua, 1.

Pericula alicuius non modò ciuium præsidio, sed etiam quorũdam deprecatione nudare. Cic. post red. in Senatu, 18.

Nudare scelus aliquod, Indicare, patefacere. Liuius 5. belli Macedon. 122.

Euoluere & nudare. Cic. 2. de Orat. 190.

Nudatus & proditus. Cic. 2. Verr. 7.



Digitized by Google

Nudare animos. Liu. 4. bel. Maced. 92.
Facta alicuius nudare: id est, detegere & prodere. Ouidius 2. Amor. eleg. 5. 1.
¶ Nudatus, pen. prod. Partic. (γυμνοθείς) ut,
Caput nudatum. Virg. 12. Aen. 62.
Cacumina syluæ nudata. Ouid. 1. Metam. 70.
Cornicula nudata furtiuis coloribus. Hor. 1. epist. 3. 4.
Corpus nudatum. Catul. Argon. epig. 59. 4.
Crura nudata. Virg. 2. Georg. 2.
Nudatum tecto culmen. Liu. 7. bel. Pun. 18.
Fraus nudata. Claud. de bel. Gildon. 55.
Messes nudatæ. Ouid. 3. Fast. 112.
Montes nudati. Valer. 3. Argon. 67.
Pede nudato currere. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 19.
Respublica interitu Consulum nudata. Plancus Ciceroni, libro 10. 17. 4.
Iuris ciuilis scientia nudata uis ingenij alicuius. Cicero 1. de Oratore, 84.
Suræ nudatæ tollens tegmina. Catul. Argon. epig. 59. 26.
Nudipedalia] γυμνοπόδια, Sacra erant Hierosolymis, ut scribit Hieronymus contra Iouinianum. De his meminit Egesippus lib. 2. bel. Iudaici.
Nugæ] nugarum, pluraliter tantùm (λῆρος, ὕλη, φλυαρία, λέσχη, βλακεῖαι, σμοί) Sunt sermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerunq; scurriles, ioculatoriiq;. Vnde Catullus & Martialis poemata sua uocant nugas, ut de inanibus rebus, uel uerbis loquentia. Hæc Valla in Rudentem Plaut. Amph. 7. 46,
Quas (malùm) nugas?
Nugæ, à non & ago, componi uidetur, quòd nihil agant.
Archetypæ nugæ. Vide Archetypus.
Bullatæ nugæ. Pers. Satyr. 5. 2. Vide Bulla.
Meræ nugæ. Cic. Att. lib. 6. 114. 8. Vide Merus.
Armatus nugis. Hor. 1. epist. 19. 4.
In nugis poetam non audio. Cic. in Parad. 31.
Auferre nugas. Vide Aufero.
Conciliare nugas. Vide Concilio.
Concredere alicui suas nugas. Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 9.
Delectari nugis. Cic. 2. de Diuin. 45.
Meditari aliquid nugarum. Hor. 1. Serm. Satyr. 9. 1.
Offendere amicum in nugis. Hor. de Arte, 41.
Relinquere nugas. Cic. Attic. lib. 6. 114. 3.
Nugæ, pro homine leui, nugatore, nebulone. Cic. Attic. lib. 6. epist. 3, Videatúrne aut pietatis esse meæ, fratrem: aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere? Relinquere, uidelicet in prouincia, quum ipse decederet. Aliquid nugarum, leuem hominem Meßinium. Paulò pòst, Quid est igitur quòd laborem? amicos habet, meras nugas M. Scaptium. hoc est, leues homines, & quos amicorum numero Brutus habere non debeat.
Nugas] Adiectiuum indeclinabile. Charisius lib. 1, Nugas licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum est, hic & hæc & hoc nugas.
¶ Nugax, nugacis, pen. prod. om. gen. (φλυαρώδης) Quid nugatur. Vnde & Nugator aliàs dicitur.
Nugigerulus, pen. corr. Adiect. Qui nuna nunciat.
¶ Nugiger, pen. corr. Adiect. (ληροφόρος) ut, Nugigera manus: hoc est, Vana, & quæ seipsam fefellit. Cic. ad Att. lib. 4. 74. 4, Scio te uoluisse, & me: ast nugigeram manum fuisse. Ex uetusto codice legitur, Ast num germanum fuisset?
¶ Nugiuendus, nugiuendi (ληροπώλης) ab antiquis dicebatur, qui aliquid mulieribus uenderet, inquit Nonius. nam omnia quibus mulieres utuntur, pro rebus uanis atq; inanibus habentur. Plaut. Aulul. 19. 53,
Nugiuendis res soluta est omnibus.
¶ Nugor, nugaris (ληρέω, ὑλάω, φλυαρέω, φλυαρώω, ὀρχιλέω, ἀδολιχέω, βωμολοχέω) nugari, Deponens, Vana et nugas agere. Cic. 2. de Diuin. 44, Democritus tamen non inscitè nugatur. Idem ad Attic. lib. 5. 110. 18.
Cum aliquo nugari. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 15.
¶ Nugator, pen. prod. nugatoris, Verbale (φλύαρος, ἀδολιχής) Plaut. Curc. 9. 1,
Aedepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus est Phedromus. Cic. de Senect. 25, Non uerò tam ipsi, quàm tuipse nugator. Idem pro Flacco, 30.
¶ Nugatorius, Adiect. Idem (ληρώδης) Cic. 1. de Nat. deorum, 150, Tota res Vellei nugatoria est. Idem pro Cecinna, 47, Omnino ad probandum utranq; rem uideam infirmam, nugatoriamq; esse. Brutus ad Antonium, lib. 11. 2. 7, Leue est ac nugatorium.
Mala, Nugatoriaq; accusatio. Cicero pro Roscio Amerino, 24.
¶ Nugalis, & hoc nugale, penultima producta (φλυαρώδης) Quod est nugis plenum, seu quod est nugarum. Gellius lib. 1. cap. 2, Sed theorematibus tantùm nugalibus dilatrantes, obiurgatione iustâ incessiit. Idem lib. 13. cap. 16, Alij alia quædam nugalia.
¶ Nugamentum, nugamenti (ὕλημα) Idem quod nugæ. Apul. lib. 1, A quo illorum nugamenta hæc comparasti.
Nugarium] ut, Nugarium unguentum. Varr. de Ling. Latin. lib. 6, Diobolares, à binis obolis: scæniculæ, ab scæno nugario unguento.
Nullus] nulla, nullum, genitiuo nullius, pen. prod. (μηδείς, οὐδείς) & aliquando in carmine correptè à non, & ullus, compositum. Cic. de Amic. 29, Sic munitus est, ut nullo egeat. Idem 4. Acad. 186, Assentiri nulli rei.
Fers te nullius egentem. Hor. 1. epist. 18. 5.
Nullius addictus iurare in uerba magistri. Horatius 1. epistol. 1. 3.
Nullus, id est, nullius momenti & utilitatis, siue irritum & inane. Cicero de Amicit. 81, Nulla hæc igitur amicitia, quum alter uerum audire non uult, alter ad mentiendum paratus est.
Nullus, cum genitiuo. Cic. 1. de Nat. deor. 135, Elephãto bellua rum nulla prudentior.
Nullus, pro Non. Terent. And. 2. 2. 33,
Liberatus sum Daue hodie tua opera. D. at nullus quidem. Cic. Att. lib. 12. 230. 4, Philotimus non modò nullus uenit, sed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me quid egerit. Eidem, lib. 15. 329. 18.
Nulli duo concinunt. Plin. lib. 3. cap. 1. ad finem.
Nullus imperator fuit ex illo tempore, uir ille summus. Cic. Mario, lib. 7. 3. 7. de Pompeio.
Argumentum id quidem nullum est. Cic. 2. Tusc. 19.
Ars nulla aut pertenuis. Cic. 1. de Orat. 53.
Nulli consilij, pro nullius. Terent. And. 3. 5. 2.
Nullus de. Cic. 5. de Fin. 63, Vt & omnes partes habeat incolumes, & de uirtutibus nulla desit.
De inimicis nulli supersunt. Cic. pro Marcel. 12.
Nullus dum. Liu. 5. ab Vrbe, 155, Alpes inde oppositæ erant, quas inexuperabiles uisas haud equidem miror, nulla dum uia (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.
Leges nullæ. Cic. 2. de Leg. 23, Igitur Tutias & Apuleias leges nullas putas?
Quintio tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Cic. pro Quintio, 2.
Nulla fides regni sociis. Lucan. lib. 1. 19.



Digitized by Google

Nulla fide esse: hoc est, Cui non est adhibenda fides. Plautus Milit.20.59.

Nullo fine crescunt uites. Plin.14.cap.1.2.

Nullorum hominum homo. Terent. Eunuch.3.1.19,

Regem elegantem narras. T. imò sic homo est
Perpautorum hominum. G. imò nullorum arbitror,
Si tecum uiuit. id est, præter cum nemo est qui talem ferre secum uelit.

Lites nullæ, neq; controuersiæ sunt. Cic.1.de Orat.59.

Nullis literis uir: id est, illiteratus. Plin.epist.115.a.

Nullo loco deesse alicui. Cic.ad Attic.lib.2.35.1.

Nullomodo. Terent. Eunuch.5.2.23

Quasi dedita opera domi erant, ut nullo modo
Introire possem.

Nullo negocio, Sine difficultate. Cic. Attic.lib.11, Cato Siciliam tenere nullo negocio posuit. Idem pro Rosc. Amer. Quare tu hoc propter multitudinem sicariorum, nullo negocio facere potuisti.

Nullus nisi. Cic.2.de Finibus, Nullum suum officium deserent, nisi ut uoluptati ministrarent.

Nullo numero homo: Id est, nullius precij. Cicero 3. Philipp.135.

Oratio nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Cic.1.de Orat.27.

Passim nullo ordine habitant Numidæ. Liuius 10. belli Punici,13.

Nullo pacto. Plaut. Pseud.3.92,

Profectò nullo pacto possum uiuere. Terentius Andr.1.5.11.

Nullam in partem, pro Nullo pacto. Cicer. ad Memmium, libro 13.1.3, Sed id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse, ita mihi des, si tibi, ut id libenter facias, antè persuaseris.

Nulla ratione moueris. Cic.4.Acad.255.

Nulla re una magis commendatur orator, quàm splendore uerborum. Cic.de clar.Orat.113.

Rem publicam nullam habere. Cic.1.de Orat.

Ecce me nullum senem. Plaut. Casin.6.26.

Tam nullus. Plinius libro 11. capite 2.1, In his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta uis, quàm inextricabilis perfectio?

Nullus sum, pro Perij. Terent. Hecyr.4.1.6,

Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire, nulla sum. Et Eunuch.5.7.22, Nullus sum. Vbi Donatus, Plus est nullum esse, quàm perisse. nam qui perit, uel corpus habet reliquum: qui uerò nullus est, ita est, ac si natus non sit.

Nullius non facinoris societas, pro Cuiusuis facinoris. Sueton. in Octau. Augusto, cap.32. Mart. lib.8.21,

Quum facias uersus nulla non luce ducentos.

Nullius. pro Neutrius. Asinius Pollio Ciceroni, libro 10.31.4, Quum uerò non liceret mihi nullius partis esse, quia utrobiq; magnos inimicos habebam.

Num] μῶν, ἆρα, μὴ οὖν, μὴ ναί, Aduerbium interrogandi, cui subintelligitur negatio. Soli indicatiuo iungitur. Terent. And.5.3.6,

Ô ingentem confidentiam:
Num cogitat quid dicat: num facti piget?
Vide, nam eius color, pudoris signum usquam indicat?
Quasi dicat, non cogitat.

Num, an. Hor.2.Serm. Satyr.5.12,

Num furis tan prudens ludis me, obscura canendo?

Num, aut. Virg.4.Aeneid.74,

Num lachrymas uictus dedit, aut miseratus amantem est

Num quod eloquentiæ uestigium apparet? Cicero 1. de Orator.19.

Num quo alio modo? Cic.2.de Inuent.151.

Annum imperatorum scientia nihil est? Cicero 1. de Diuinatione,49,

¶ Numnam (μῶν) compositum à num, & nam. Idem quod num significat. Terent. And.3.4.12,

Hem numnam perijmus? Idem Eunuch.2.2.55.

Numa Pompilius] νομᾶς πομπίλιος, uir Sabinus, & à Romulo secundus rex, iustitia & pietate insignis: qui pactis finitimorum odijs, gemini Iani templum edidit: quod apertum bella, clausum pacem indicaret. Mox ad religionem conuersus, in deorum timorem (quo ad mitiora truces flecteret animos) sacra instituit, sacerdotes creauit, uirgines Vestales sacrauit, Pontificem maximum primus declarauit, dies fastos, nefastosq; condidit, annum in duodecim menses diuisit: postremò ubi maxima cum reuerentia & suorum & finitimorum creuisset, quadragintáq; annis regnasset, diem suum obijt. De eo Cic.2.de Orat.84.

Coniux Numæ Egeria. Ouid.3.Fast.56.

Antiqui regia parua Numæ. Ouid.3.Trist.eleg.1.6.

Munificus Numa. Ouid.3.Fast.77.

Numana] pen.prod. (νομανᾶ) Oppidum est Piceni in Italia, ut scribit Pomponius Mela lib.2.

Scopulosæ rura Numanæ. Sil.lib.8.86.

Numantia] νομαντία, Vrbs Hispaniæ in Celtiberia, quæ à Romanis obsessa per annos XIIII. quum haberet tantùm quatuor hominum millia, non solùm sustinuit, sed etiam uicit quadraginta millia Romanorum: tandem tamen à Scipione posteriore, post longam & arctissimam obsidionem deleta. Quum enim fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua & seipsos igni immiserunt. Vide Florum, lib.2.

Euerterunt Numantiam Romani. Cic.4.Philip.161.

Fera Numantia. Hor.2.Carm.ode 12.1.

¶ Numantinus, penultima producta, Adiectiuum (νομαντῖνος) ut,

Vrbs Numantina. Ouid.1.Fast.119.

Aui Numantini. Propert.lib.4.eleg.12.6.

Numarius, Adiectiuum: Numarius, rij, Numacio, Numatus] Vide Numus.

Numatius Plancus] Nobilis fuit Romanus, Iulij Cæsaris temporibus, qui primus Lugdunum coloniam deduxit. Ad hunc extant Ciceronis aliquot epistolæ, & Horatij carmen. Sunt qui scribant Munatius.

Numella] numellæ (νύφων) Est, ut ait Nonius, machinæ genus ligneum, quod ad discruciandos noxios parabatur, quò collum & pedes immittebant antiqui. Plautus Asin.11.5,

Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boriis,
Tortoresq; acerrimos.

Numella, authore Festo, genus est uinculi, quo quadrupedes deligantur. Varro lib.2.de re Rust.cap.9.11, Consuequoq; faciunt, ut possint alligari primùm leuibus numellis: quasi abrodere conantur, ne id consuescant facere, uerberibus eos deterrere solent. De canibus. Legitur in emendato codice, uinclis. Columel.lib.6.cap.19.2, Vbi, inquit, possunt etiam numellæ fabricari, ut inserto capite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. In quibusdam exemplaribus hic legitur masculino genere, numelli. Idem de ouibus & capris, libro 7. capite 8.5, Nonnulli antequam pecus numellis inducant, uirides pineas nuces in mulctram demittunt.

Numen] numinis, pen.corr.n.g. (ἀπὸ τοῦ νεύειν, θεῶν, βούλεσθαι) Dicitur,

Digitized by Google

Dicitur, authore Festo, quasi nutus dei, ac potestas. A nuo, nuis, quod ueteres pro uolo usurpabant. Virg. 2. Aen. 156.

—non hæc sine numine diuûm Eueniunt. id est, sine fati necessitate, ut ait Seruius. Valla negat significare nutum, libro 6.

Numen est quoddam & uis deorum. Cic. 2. de Nat. deor. 137.

Numen potestas dei, maiestas. unde Diuersa numina, id est diuersæ potestates. Virg. 4. eclog. 10,

Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Numen, Possibilitas. Virgil. 1. Aeneid. 135,

Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Seruius. Catull. Argon. epigr. 59. 41,

Annuit inuicto cælestum numine recto.

Cultores numinis. Ouid. 1. Metam. 66.

Amicum mihi numen. Virg. 2. Aeneid. 47.

Benigno numine Iuppiter. Horat. 4. Carm. ode 4. 15.

Conscia numina ueri. Virg. 2. Aeneid. 29.

Conuersa numina. Virg. 5. Aeneid. 94.

Diuinum numen horrere. Cic. 4. Acad. 218.

Redditum se diuino numine Reipub. Cicero testatur pro Domo sua, 110.

Exorabile numen. Iuuenal. Satyr. 15. 11.

Implacabile numen. Senec. Oedip. 4. 21.

Ineuitabile numen. Stat. 9. Thebaid. 110.

Magna numina deûm. Virg. 2. Aeneid. 125.

Maligna numina. Iuuenal. Satyr. 10. 12.

Præsens & propitiũ alicui numen. Quint. in Procem. lib. 4. 4.

Puro numine Iuppiter glaciat niues. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.

Adorare numen. Virg. 1. Aen. 11. Ouid. 11. Metam. 79.

Ascribi numinibus. Vide Ascribo.

Colendum numen. Stat. 9. Thebaid. 118.

Iram numinis contrahere sibi. Ouid 2. Metam. 133.

Numine suo atq; auxilio nos defendunt dij immortales. Cic. 1. in Catil. 47.

Secundis numinibus euenire. Tacit. lib. 15.

Iræ numinis exercent te. Virg. 4. Georg. 91.

Exorabile numen Cæsaris. Stat. 5. Sylu. 1. 33.

Diuûm numine feror in arma. Virg. 2. Aeneid. 68.

Horrere diuinum numen. Cic. 1. de Fin. 63.

Læsum numen. Virg. 1. Aeneid. 3.

Metuens numinis ingenium. Ouid. 6. Fast. 52.

Occursare numinibus. Vide Occurro.

Orare numina. Virg. 2. Aeneid. 47.

Parent numini diuino omnes naturæ. Cic. 1. de Diuin. 32.

Placabile numen. Ouid. 2. Trist. 29.

Placare numen per sacrum aliquod. Ouid. 12. Metam. 93.

Diuinum numen precibus placare. Cic. pro Domo sua, 108.

Cæleste precari numen. Ouid. 1. Metam. 75.

Magna precari numina. Virg. 3. Aeneid. 127.

Sancta numina precamur. Virg. 3. Aeneid. 109.

Spernere numina diuûm. Ouid. 8. Metam. 150.

Cælum & terras qui numine torquet. Virg. 4. Aeneid. 54.

Vendere numen interdictumq; deorum immortalium alicui. Cic. in Pisonem, 38.

Venerabile numen. Stat. 4. Sylu. 6. 12.

Non uiolabile numen. Virg. 2. Aeneid. 31.

Numen, Ipse deus. Virg. 4. Aeneid. 77,

Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt)
Supplicia hausurum scopulis.

Aquarum numen Neptunus. Ouid. 4. Metam. 7.

Belligerum numen. Stat. 1. Achil. 102.

Fontana numina Naiades. Ouid. 14. Metam. 66.

Montana numina Panes. Ouid. epist. 4. 35.

Rustica numina Fauni. Ouid. 1. Metam. 39.

Syluestria numina. Ouid. 2. Fast. 56.

Doloris numina. Quintil. in Procem. lib. 6. 4.

Numina diuûm, Oracula. Virg. 2. Aeneid. 25.

Conceptum numen pectore. Lucan. lib. 5. 20.

Manifesto numine: id est, manifesto deorum iudicio. Virgilius 11. Aeneid. 47.

Numen pro habitu atq; ornatu interpretatur Nonius. Virgil. 2. Aeneid. 80,

Vadimus immissi Danais, haud numine nostro. Seruius, Numine nostro, Aut dijs contrarijs, aut quia in scutis Græcorum, Neptunius in Troianorum, fuerat Minerua depicta.

Numenius] νουμήνιος, Misenæ regionis (quæ mari rubro proxima est) sub Antiocho præfectus, qui Persas eodem die nauali & equestri certamine uicit: geminaq; eodem in loco Ioui & Neptuno trophæa erexit. Fuit & Numenius Platonicæ sectæ philosophus, quem Origenes non dubitat cæteris omnibus philosophis anteponere. Hunc ferũt, quem Platonis dogmata cum Mosis mysterijs cõferret, illud identidem asseruisse, Platonem sibi prorsus Mosen alterum, Attica eloquentia diuinitatis arcana rimantem.

Numerius] νουμέριος, à numero prænomen ductum est.

Numerus] numeri. pen. cor. (ἀριθμὸς) Vnitatum collectio.

Numerus, est ex unitatibus composita multitudo, Euclid. 7. Elementorum.

Numerus, notis quibusdam ueteres utebantur numeros significantibus: quas deinde ad literarum formam, scribẽdi consuetudine, paulatim conuertit librariorum imscitia. quas quidem notas, & earum significationẽ, eregionè subijciam. atq; hæ tredecim sunt, totidem, quot Priscianus agnoscit: ab eo tamen, quiddam est, cur dissentire cogar.

| Antiquæ notæ | Significatio. | |
|---|---|---|
| I | 1 | unus |
| V | 5 | quinq; |
| X | 10 | decem |
| L | 50 | quinquaginta |
| C | 100 | centum |
| IↃ | 500 | quingenta |
| CIↃ | 1000 | mille |
| IↃↃ | 5000 | quinque millia |
| CCIↃↃ | 10000 | decem millia |
| IↃↃↃ | 50000 | quinquaginta millia |
| CCCIↃↃↃ | 100000 | centum millia |
| IↃↃↃↃ | 500000 | quingenta millia |
| CCCCIↃↃↃↃ | 1000000 | decies centena millia. |

Non erat autẽ, inquit Plinius, apud ueteres numerus ultra centum millia. itaq; & hodie multiplicantur hæc, ut, decies centena millia, aut sæpius, dicatur. Atq; hæ notæ, si figuram consideres, eædem omnes sunt, nisi quòd in quinque primis deprehenditur dissimilitudo. nam quum scribimus CIↃ, siue IↃↃ, & inde quæ subsequuntur, duabus tantùm utimur notis, I & C: hoc tamen obseruantes, ut C post I non tanquam auersa, sed quasi respiciens constituatur: sic unamquaq; summam, quàm ualueris immensam, explicari primis quinq; notis animaduertes. Hæc est prima consideratio: sequitur altera, quòd à prima nota ad usque eas quas in extremo posui, alternis modò in quincuplũ summa crescit, modò in duplũ: quod, ipsas notas qui persequi singulas uoluerit, intelliget. Priscianus autem hanc rationem tractat imperitè. primùm mille sic ait notari, X, et decem millia sic, CXC. in quo repugnat uetustatis obseruatio. triplex enim genus est, quod antiquitatem maximè testatur, lapides, libri, nũmi. & quum ego in singulis non ita negligenter sim uersatus,



Digitized by Google

*nunquam tamen* x *pro mille comperi, nunquam* cxↃ *pro decem millibus. sed idem labat in sua sententia: infert enim paulo pòst: Decem millia, quod uerisimilius est, notatũ per* M, *circunscriptam ex utroq; latere: & putat mille significare, quia nominis prima sit litera. quorum alterum concedo, ut* M *mille ualeat: alterum, quia cum ratione pugnat, concedere nõ possum, ut* M *ideo mille significet, quòd in uerbo mille princeps occurrat litera. mihi enim dubiũ non est, quin* M *inde sit deriuata, quòd ueteres pro quingentis hac utebantur figura* IↃ *: unde contra Prisciani sententiã, qui de origine* D *nescio quid ridiculè commiscitur, facta est* D, *negligentia simul & ignorantia describentium, dum antiquas notas elementa putant. ergo pro quingentis, ut dixi, scribebãt* IↃ, *pro mille* CIↃ: *unde fluxit* M, *errorẽ creante similitudine, quòd* M *quandoq; ita scribitur* CIↃ, *ut minimum discrepare uideatur à* CIↃ. *in antiquis autem libris & alias figuras pro mille usurpatas licet animaduertere, ut* ω *&* CIↃ: *quas peperit minus accurata librariorum festinatio, id agentium, ut* CIↃ *uno calami ductu perficerent. etiam* ↀ *&* ↀↀ *pro mille reperias: quæ deriuatæ sunt ab* CIↃ, *corruptæ scilicet à corrupta. Quæritur etiam cur* L *quandoque pro* I *posita reperiatur, ut in hac figura* CCCLↃↃ, *& similibus. huius quoq; mutationis culpam sustinet librariorum inscitia: qui quum antiquam notã,* I, *longiusculã uiderẽt, exempli gratia sic,* CCCIↃↃ: *decepti similitudine consonantem* L *putarunt, & pro* CCCIↃↃ, *scripserunt* CCCLↃↃ. *Hæc de numerorum notis. Reliqua erant nonnulla: quæ, quia satietati legentium placet occurrere, prætermitto. hac de re paulò plenius agetur in libris de quæsitis per epistolam. Ex Paulo Manutio in epist. ad Atticum.*

*Aureus numerus sic uocantur (ut aiunt) propterea, quòd Iulius Cæsar quum deprehendisset, decimonono, quôque anno Luna ad eundem zodiaci locum, unà cum Sole redire, eum literis aureis in Calendario singulis annis adscribi iusserit.*

*Breuiores numeri. Quintil. lib. 1. cap. 10. 32.*

*Centenarius numerus.* Vide Centum.

*Impar numerus.* Vide Impar.

*Infinitus numerus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 65.*

*Immanis numerus.* Vide Immanis.

*Innumeralis numerus. Lucret. lib. 2. 217.*

*Singularis, dualis, ac pluralis numerus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 27.* Vide Dualis *post* Duo.

*Numerus aliquando refertur ad ea quæ mensurãtur. Vnde Magnum numerum frumenti, olei, uini, antiqui dicebant. Cicero pro Plancio, 52, Frumenti in summa caritate maximum numerum miserã. Cæsar in Cõment. Frumenti magnum numerum coegit, Hercius in Cõment. Magno inuento numero hordei, olei, uini, fici, pauco tritici. Cic. 2. Philip. 76, Maximus uini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti.*

*Magnus numerus frumenti.* Vide Magnus.

*Numero ac summa sua, pecunia quanta sit ostendit. Cicero pro Cluentio, 70.*

*Numerus, societas, grex, seu pars. Vnde dicimus aliquem ex eorum numero, qui est eorum particeps. Salust. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit.*

*Integer numerus militum. Cic. Appio, lib. 3. 3. 6.*

*Exigui numero uiri. Virg. 5. Aeneid. 151.*

*Turmæ equitum numero tres. Virg. 5. Aeneid. 112.*

*Numerus, pro Honore uel existimatione. Cic. 2. Philip. 80.*

*Itaq; quem locum apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti, quo numero fuisti? qua existimatione, quo gradu dignitatis?*

*Ex numero desertorum homo. Cic. 1. de Orat. 82.*

*Nullo numero homo.* Vide Nullus.

*Abundare numero. Quintil. lib. 5. cap. 7. 15, Etsi deficietur numero pars diuersa, paucitatem: si abundabit, conspirationẽ: si humiles producit, utilitatem: si potentes, gratiam oportebit incessere.*

*Accipi numero.* Vide Accipio.

*Aequati numero.* Vide Aequo, *æquas.*

*Ad numerum adscribere: pro, In numero suorum habere. Cicero ad Qu. frat. lib. 1. 1. 23.*

*Adscribere in numerum.* Vide Adscribo.

*Augere numerum. Lucret. lib. 1. 89.* Video Augeo.

*Collocare in deorum numero.* Video Colloco.

*Componere numero in turmas. Virg. 11. Aeneid. 120. Seruius, Numero, id est, rationabiliter. Vnde & sæpenumerò dicimus: id est, frequenter & rationabiliter.*

*Comprehendere numero.* Vide Comprehendo.

*Conuenit numerus.* Vide Conuenio.

*Defici aliquem numero. Quintil. lib. 5. cap. 7. 15.*

*In numero & loco hostium duci. Cic. 7. Verr. 97.*

*Digerere aliquid in numerum. Virg. 3. Aeneid. 90.*

*Distribuere in numeros: hoc est, in ordines, uel ita per numeros disponere, ut postea in ordines reduci possint. Plinius epist. 246.*

*Exequi subtiliter numerum, id est, minutatim Liu. Decad. 1. libro 3, Difficile ad fidem est, in tam antiqua re, quot pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero. audet tamen Antias Valerius concipere summas. Romanos cecidisse in Hernico agro* V *Mil. ac* CCC. *ex prædatoribus Aequorum, ab* A, *Posthumio Consule duo millia & cccc cæsos. Paulò pòst, Interfecta inde quatuor millia, & exequendo subtiliter numerum,* CC *ait &* XXX.

*Eximere aliquem numero beatorum. Horat. Carm. ode 2. 4.*

*Numero eximere, Est eximium, & egregium, & singularem aliquem constituere. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3.*

*Explere numerum.* Vide Expleo.

*Gliscere numero. Tacit. lib. 4.*

*Numerum habui. Plaut. Pseud. 15. 5,*

*Habui numerũ sedulò, hoc est, sextũ à porta, proximum Angiportum. id est, sciebam quotus esset.*

*Rationem numeruṁq; habere. Cic. 7. Verr. 57.*

*Habere aliquem in numero suorum: hoc est, inter suos & amicos. Cic. Octauio, lib. 13. 22. 6.*

*Habere aliquem numero ac loco. Cic. 4. Ver. 93.*

*Numerus, translatitiè pro turba sine nomine, sine uirtute ac dignitate. nam apud scriptores multitudo numero, non pondere, aut dignitate æstimatur. Hor. lib. 1. epist. ad Lolliũ, 1,*

*Nos numerus sumus, & fruges consumere nati, &c.*

*Ex Lambino.*

*Numero, uel in numero aliquo haberi, uel esse: cui Despici opponitur. Varro 1. de Re rust. cap. 17. 5, Quod ita quum sit, minus se putant despici, atq; aliquo numero haberi à domino. Brutus ad Atticum, 17. 7, Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quàm eum patris habere loco, quino liberi quidem hominis numero sit?*

*Metiri numerum. Stat. 6. Thebaid. 53.*

*Mutare numerum. Quintil. lib. 1. cap. 6. 12.*

*Obtinere aliquem numerum. Cic. de claris Orat. 91.*

*Ad numerum permanere. Cic. 1. de Nat. deor. 145.*

*Redigi ad numerum duorum. Ouid. 6. Metam. 40.*

*Referre aliquem in numerum. Cic. 2. de Diuinat. 6.*

*In numeros nomẽ referre. Plin. epist. 8. lib. 3, Neq; enim adhuc nomen in numeros relatum est: ideoq; liberũ est nobis, Syllanum in locum tuum subdere, In numeros, id est, in ordi-*

*nem,*

Digitized by Google

nem, Tribunorum scilicet. Dicimus milites nondum relatos in numerum, quum delecti quidem sunt, nondum tamen in suos ordines peruenêre.

Replere numerum. Lucret. lib. 2. 108.

Subducere numerum. Catul. in Epital Iuliæ, 56.

Ad numerum esse. Vide Ad.

In numero esse, Annumerari. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 24. 2.

Hoc erit in magno numero nostrorum malorum. id est, Augebit numerum nostrorum malorum. Cic. Attico, lib. 3. 46. 1.

Esse in numero ciuium. Cic. pro Domo sua, 64.

In nullo numero esse. Cic. 3. de Orat. 117.

Deorum numero esse alicui. Liuius 7. ab Vrbe, 140, Conditorum, parentum deorum immortalium numero nobis eritis. Cic. 1. Verr. 34.

Venerari in numero deorum aliquos. Cic. 2. pro lege Agr. 92.

Venire in numerum oratorum. Cic. 1. de Orat. 57.

Ad centena numero. Vide Ad præpositionem.

Numerus, pro ratione harmonica ponitur, quam Græco uocabulo rhythmum appellamus: quòd omnis harmonia & omnis concentus numeris constet. Virgil. 9. eclog. 8.

—numeros memini, si uerba tenerem.

Hinc oratio quæ numeris caret, soluta dicitur: quæ uerò numeris constat, numerosa. Cic. 2. Acad. 15, Atq; ipse uariũ & elegãs omni ferè numero poema fecisti. Quint. lib. 9. cap. 4.

Vincula numerorum. Cic. in Orat. Primùm igitur eum tanquã è uinculis numerorum eximamus: sunt enim quidam, ut scis, oratori numeri, de quibus mox agemus, obseruandi ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi. Numeros tanquam uincula appellat: uel quòd oratorem quodammodo alligant ad eos obseruandos: uel (quod magis placet) quia membra et periodos orationis uinciunt, & egregiè coniungunt.

Numerus & modus oratorius. Cic. 1. de Orat. 73.

Flebiles numeri. Ouid. 2. Fast. 22.

Impares numeri, Elegiaci. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 8.

Leuioribus numeris apta materia. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 5.

Adiungere numeros. Vide Adiungo.

Adiunxit primus numeros uerbis solutis Isocrates. Cicer. in Orat. 100.

Alligari numero. Quintil. lib. 4. cap. 5. 3.

Astringere orationem numeris. Vide Astringo.

Moderatione certa quadam numerorum astringitur historia. Cic. 1. de Orat. 132.

Canere in cantu numeros. Vide Cano.

Claudere sententias numeris. Cic. in Orat. 134.

Commetiri numero. Vide Commetior.

Verborum numerum, sententiarum numero consequi. Cicero 2. de Orat. 30.

Contentæ numeris fides. Cic. 4. de Fin. 121.

Numero & paucitate definita genera. Cic. 2. de Orat. 79.

Graui numero edere arma. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 1.

Explere numeros, & conficere uersus, eius est qui fidibus utitur. Cic. 4. Academic. 46.

Molli numero fluunt carmina. Persius Satyr. 1. 7.

Ludere in numerum. Virgil. 6. eclog. 6. Idem 4. Georg. 35. de Cyclopibus,

Illi inter sese magna ui brachia tollunt In numerum.

Lucret. lib. 2. 128,

Ludunt, in numerumq; exultant sanguine læti,

Extra numerum si se moueat histrio, exibilatur & explodi-tur. Cic. in Parad. 31.

Obloquitur numeris septem discrimina uocum. Virgilius 6. Aeneid. 130.

In quadrum numerum sententias redigere. Cic. in Orat. 120.

Modum & numerum in oratione soluta seruari oportere. Cicero de claris Orat. 16.

Soluti numeri lege. Horat. 4. Carm. ode 2. 3.

Omnibus numeris absolutus. Plin. epist. 215.

Obire omnes numeros comitatis. Plin. in Paneg. 121.

Perfectum expletumq; omnibus suis numeris & partibus. Cic. 2. de Natur. deor. 52.

Veritatis omnes numeros in se habere. Cic. 1. de Diuin. 46.

Continere omnes numeros uirtutis. Cic. 3. de Fin. 39.

Numerus, occultiore significato longè aliud est quàm quod uulgus existimat. Sanè Plato, uelut Salomoni concinens, dicendi Deum omnia in numero, pondere & mensura perfecisse: dum numeros, mensuras, & solida in mediũ adducit, per numeros uult intelligi ipsas rerum naturaliũ species, formasq; substãtiales: quas etiam Aristoteles numeris cõparat. Per mensuras aũt, certas instrumentales q; figuras, uel magnitudines speciebus certis accommodatas. Per sola deniq; atq; uires, significat qualitates, et quæ cum molibus penitus protendũtur, & præstãt motionibus actionibusq; momẽtũ. Ex qua recõditiore disciplina scribit Macrobius, Numerorum certã constitutãq; rationẽ animas sociare corporibus. Qui numeri dum supersunt, perseuerat corpus animati: quum deficiunt, arcana illa uis soluitur, qua societas ipsa constabat. Et hoc est quod fatum, & fatalia uitæ tẽpora uocant. Vnde est Virgilij illud 10. Aeneid. 109,

—explebo numerum, reddarq; tenebris. Hinc etiam ueteres philosophi dixerunt, Animam esse numerum se mouentem. Quod Pythagoricum esse decretum, probat Plutarchus lib. 4. de Placitis philosophorum: adijciens tamen, numerum hîc pro mente accipi.

Numerus impar à Pythagora plenus censebatur & perfectus: contrà Par, indigus, deficiens & imperfectus. Impar siquidem pari cõmistus, uim suã seruat perpetuò: conduplicatus uerò, eundem gignit. Est itaq; fœcũdus: habetq; uim principij, diuisionis ipse nescius, unitate semper in eo redundante. Par uerò diuisibilis est, nec imparẽ unquã producit. Atqui ex diuisione malũ omne suboritur, corporum ægritudines, ciuitatum seditiones, familiarum dissidia, & reliqua hoc genus. Econtrariò, ex unitate bonũ omne, corporum sanitas, ciuitatum & familiarum pax, animorum consensus. Proinde Homerus imparia semper superis contribuit: inferis uerò paria. Adde, quòd Pythagoras numeros impares ponebat formis rerum naturalium analogos, ut Pares materiæ: per hos de sensibilibus, per illos de intellectualibus substantijs philosophans.

Numeri militares inde putantur dicti, quòd ad numerũ omnia præstarent, uel quòd eorum certus quidam numerus esset: quod hodie Galli reges obseruant, certum quendam numerum alentes, etiam pacis temporibus. Vlpian. in l. unica. D. de bonorum possessione ex testamento militis, Si quis militum ex alio numero translatus sit in alium: quamuis et hinc sit exemptus, & illò nondum peruenerit: tamen poterit iure militari testari. est enim miles, quamuis in numeris nõ sit.

Definere in numeris esse. Paulus in l. quod dicitur. D. de militari testamento, Postquam desijt in numeris esse.

Referri in numeros. Vlpian. in l. ex eo tempore. D. de militari testamento, Ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est: antè non. Proinde qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti uel tirones sunt, et publicis expensis iter faciunt, nondum milites sunt. Debent enim in numeros referri.

Numeri, Tesseræ. In tesseris enim antiquorum, ut nostris, scripti erant tantùm numeri: unde Iactare numeros, pro Iacere tesseras, dixit Ouidius,

Seu ludet, numerosq; manu iactabit eburnos,
Tu malè iactato, tu bene iacta dato. Ac quum senum sint laterum, plures numeros, quàm tali, qui quaternûm sunt, habebãt: unde et numeros appellasse, fortasse putabitur Ouidius, aut potius quòd tali sine punctis & numeris fierent. Vide Talus & Tessera. Turnebus.

¶ Numerò, Aduerbium, ueteres pro Nimium citò dicebant, authore Festo. Plautus Menæch. 8.13,
Menæchme, numerò huc aduenis ad prandium. Idem Milite, 22.7,
Haud etiam numerò hoc dicis. Sic Casin. 16.20,
—quid uis
Ancillæ P. nimiũ sæuis. S. numerò dicis? Erasmus, Numerò dicis, dixit, pro eo quod est, Facilè & compendio. Festus exponit pro Citò ac Celeriter: citans tum alios multos authores, tum hũc Plauti locum. Sed apud Festum adeò depraua ta est scriptura, ut referre pigeat: nisi quòd illinc colligitur, ueteres non solùm dixisse, numerò dicis: sed, numerò scis, numerò facis, numerò expungere, numerò credere, numerò uenire: pro, Facilè & citò uenire. Nonius Marcellus putat numerò dici, pro Multũ: sed exempla quæ adducit, magis indicant accipi pro Citò ac facilè, siue statim. quod ipsum ille fatetur in fine. Idem in Amph.
Numerò mihi in mentem fuit. Vsurpatur apud eundem & alijs aliquot locis.

¶ Numerosus, pen. prod. Adiectiuum, Quod magno cõstat numero. Plin. in epistolis, Hoc opus numerosas poscit manus. hoc est, multas. Idem in Paneg. 45, Aliò me uocat numerosa gloria tua.

Numerosiore ambitu litorum circunflectitur Ionia. Plin. lib. 5. cap. 29. 7.

Brachia numerosa ducere. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 6. hoc est, ad certam legem & mensuram.

Cicatrix numerosa. Claud. de bello Get. 97.

Cohors numerosa. Plin. lib. 7. cap. 44. 2.

Gestus numerosi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 7.

Laus numerosa. Ouid. ad Pisonem, 14.

Malum numerosum. Senec. Herc. fur. 4. 8.

Partus numerosus. Plin. lib. 11. cap. 40. 1. Idem lib. 10. cap. 58. 1, Ita natura moderante, ut alijs crebrior sit fœtus, alijs numerosior.

Phalanx numerosa. Valer. 1. Argon. 89.

Quæstus numerosior. Claud. 1. in Eutrop. 44.

Varietas numerosa. Plin. lib. 9. cap. 17. 6.

Vrbes numerosæ. Claud. de bello Gildo. 52.

Numerosa oratio Ciceroni dicitur in Oratore, 127, quæ est similis numerorum, non planè è numeris constans. Idem 3. de Orat. 102.

Loci numerosi. Quintil. lib. 6. cap. 3. 25.

Horatius numerosus. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 10.

¶ Numerosè, Aduerbiũ. Cic. 3. de Orat. 96, Et tamen eam coniunctionem sicuti uersuum numerosè cadere & quadrare & perfici uolumus. Idem 2. de Nat. deor. 33, Quid si platani fidiculas ferrent numerosè sonantes? In priore quidem exemplo significat id quod uulgò dicitur Rhythmicè, & per mensuras: in posteriore autem, Permultum.

Numerosè & aptè cadens comprehensio. Cic. in Orat. 83.

Cadit numerosè sententia. Cic. de claris Orat. 17.

Aptè & numerosè dicere. Cic. in Orat. 127.

Numerosè & uolubiliter orationẽ fundere. Cic. in Orat. 122.

¶ Numerositas, pen. corr. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 20, Ad significationem numerositatis innumeræ. id est, ad significandum numerum immensum.

¶ Numeralis, & hoc numerale, penult. prod. (ἀριθμητικός) Quod ad numerum pertinet. Vnde, Numeralis scientia, quæ tractat de numeris. Græcè Arithmetice dicitur.

Naturalia nomina, apud Gramamticos, quibus utimur in numerando.

¶ Numerabilis, & hoc numerabile, penult. corr. (ἀριθμητὸς) Quod numerari potest.

Populus numerabilis: id est, non magnus. Horat. de Arte, 42.

¶ Numero, numeras, pen. cor. (ἀριθμέω) numerare. Per numeros recensere uel colligere & metiri. Virgil. 3. eclog. 7,
Bisq; die numerant ambo pecus.

Per digitos numerare. Ouid. 3. Fast. 25.

Argumenta si ex reis numeres, innumera sunt: si ex rebus, medica. Cic. 2. de Orat. 75.

Imbres hybernos citius numeraueris. Stat. 3. Sylu. 3. 20.

Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes. Ouid. epistol. 2. 2.

Numerare, Recensere ordine. Virg. 4. Georg. 70,
Atq; Chaodensos diuũm numerabat amores.

Numerare pecuniã, pro Præsentem pecuniã dare. Cic. ad Plancum, in Epist. ad Attic. lib. 16. 341. 3. Terẽt. Adelph. 33. 51.
Nam ut numerabatur fortè argentum, &c.

Stipendium numerare militibus. Cic. in Pisonem, 69.

A Quæstore numerare. Vide A uel Ab.

A se numerare. Cic. 2. Philip. 219.

Numerare alicui, Subintelligitur, pecuniam. Plaut. Asin. 2. 4. Cic. pro Quintio, 10, Sed Romæ quotidie, simulatq; sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat.

Numerare, pro Habere, & censere. Cic. pro Rosc. Amer. 22, in hoc tãto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita rarò extitit, ut siquando auditum sit, portenti ac prodigij simile numeretur. Idẽ 4. Verr. 75, Propè Collega Timarchidi numerabatur. id est, habebatur & censebatur. Budæus.

Nullo loco numerare rem aliquam: pro, Nihili facere. Cicero 2. de Finib. 144.

Aliquem accusatorem suum numerare, nõ competitorem. Cic. pro Muræna, 47.

Sapientem se esse, & numerari uelle. Cic. Lent. lib. 1. 9. 63.

Proximum optimis numerari. Cic. de claris Orat. 116.

In actis alicuius quippiam numerare. Cic. 1. Philip. 14.

Numerare in bonis, &c. id est, inter bona, hoc est, bonum iudicare. Cic. 1. de Fin. 48, Cur nec uoluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor, &c. Idem ad Curionẽ, lib. 2. 5. 4, Ne id quod petit, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potius quàm in beneficij loco numerare uideatur.

In primis beati in Italia Crotoniatæ quondam numerabantur. Cic. 2. de Inuent. 121.

In multis nũmerari. Cic. de claris Orat. 88.

Mors in beneficij partem, si cruciatus absit, numeretur. Cicero 11. Philip. 290.

In uulgo patronorum numerari. Cic. de claris Orat. 187.

Numerare inter. Cic. pro Rosc. Amer. 9, Honestissimus inter suos numerabatur.

Inter amicos numerari. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 7.

¶ Numerandus, Participium (ἀριθμητέος) ut,
Ante omnes bello numerandus Amilcar. Silius lib. 15. 148.

¶ Numeratus, pen. prod. Aliud Participium (ἠριθμημένος) Cic. pro Cecinna, 8, Quum uteretur dote uxoris numerata, quo mulieri esset res cautior.

Milite numerato repetebat castra. Silius lib. 7. 147.

¶ Numeratò, uice aduerbij positum (ἀριθμήσει) Cic. Attic. lib. 12. 244. 4, Mihi & res, & conditio placet, sed ita ut numeratò malim, quàm æstimatione. id est, Malum numerari mihi, quàm diutius expectare.

In numerato habere ingenium: id est, promptum & ad manũ, hoc est,

Digitized by Google

hoc est, præsentissimum, & ad expedienda ex tempore dicendo solertissimum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 77. Erasmus, in numerato habere, si ad animi rem transferatur, prouerbij rationem habuerit. Sumptū est ab ijs, qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est, ad pecuniam numeratā.

In numerato relinquere HS. DC. hoc est, In numerata pecunia, uel pecuniæ numeratæ. Plin. lib. 33. cap. 10. 3.

¶ Numeratio, Verbale (ἀρίθμησις) Colum. lib. 11. cap. 1. 21, Sed ubi æris numeratio exigitur, res pro nummis ostenditur. Idem lib. 1. cap. 8. 9.

Numestrani] Populi Italiæ, in tractu Lucanorū, Vrsentinis et Volsentanis proximi: quorū meminit Plin. lib. 3. ca. 11.

Numicius] νομίκιος, Amnis est, non longè à Lauinio, qui & Numicus dicitur.

Corniger Numicius. Ouid. 3. Fast. 130.

Numicus] pen. prod. (νομικος) Ingens fluuius fuit in Latio: in quo repertū est cadauer Aeneæ, & consecratū. Vide Liuium Decad. 1. lib. pòst paulatim decrescens, in fontem redactus est: qui & ipse siccatus est sacris interceptis. Vestæ enim non nisi de hoc fluuio libari licebat. Hæc Seruius in illud Virgilij 7. Aeneid. 30,

—hæc fontis stagna Numici. Dicitur & Numicius.

Fontis nada sacra Numici. Virg. 7. Aeneid. 49.

Littus sacrum Numici. Virg. 7. Aeneid. 160.

Placidi sum nympha Numici. Ouid. 3 Fast. 131.

Numidia] νομαδία, Regio latè patens in Africa: dicta est à dictione Nomades, quos Romani Numides appellant. Hinc Plinius lib. 5. cap. 3, Numidæ uerò Nomadas, à permutādis pabulis: mapalia sua, id est, domus plaustris circunferentes. Vagabundis populationibus enim, ut in Sarmatia Hamaxobitæ, errantes, et rei pecuariæ deditī, nomē hoc indepti sunt à Græcis: quibus νομεύω, pasco significat. Numidia habet ab Ortu Syrtes quasdam paruas: unde regio Carthaginiensis incipit: à Septentrione, mare quod uersus Sardiniam tendit: ab Occasu Mauritaniam, & à Meridie Aethiopiā: nec præter marmoris Numidici, ferarumq; prouentum, aliud insigne habet. Sunt in ea claræ urbes, Hippon & Rhegium.

¶ Numida, Numidæ, pen. corr. (νομάς) Qui Numidiam incolit. Virg. 4. Aeneid.

—Numidumq; petam connubia supplex.

Numidarum nomen Latinis non eos tantùm populos, qui certa in Africæ partem Numidiam uocatam tenuerunt, significat, uerumetiam alios populos, qui pecuarij erāt. Sic enim Vitruuius Arabes uocat his uerbis. Item, Ioppæ in Syria, Arabiaq; Numidarum, lacus sunt immani magnitudine. Turnebus.

In fræni Numidæ. Virg. 4. Aeneid. 9.

Rebelles Numidæ. Ouid. 15. Metam 151.

¶ Numidicus, pen. corr. Adiectiuū (νομαδικὸς) ut, Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora adnumeratur. A Papinio Libycus silex appellatur. Et pauimenta Punica à ueteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico strata erāt.

Numidica gallina. Colum. lib. 8. cap. 2. 2.

Numidicæ aues. Martial. lib. 13. 73.

Numidici equi. Liu. 10. bel. Pun. 24.

¶ Numidianus, pen. prod. Possessiuum: ut, Numidiana pyra.

Numisma] Vide Numus.

Numitor] penul. corr. (νομίτωρ) filius Procæ Albanorum regis, & Amulij frater. Rheam Syluiam filiam habuit, quā Amulius pulso Numitore fratre Vestalem uirginem fecit, ne tandem sobolem haberet, quæ patruum ulciscereturVide Liuium lib. 1. ab Vrbe. Virg. 6. Aeneid. 154,

Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet
Syluius Aeneas.

Numus] numi, m. g. (νόμισμα, ἀργύριον) Moneta, ἀπὸ τοῦ νόμου, dicitur, id est, à lege: quia quum permutatione uti hominis solerent, lege, numi usus introductus est, non natura. Scribitur & nummus.

Nummus argenti. Plaut. Pseud. 5. 66,

Nimis sum miser, nummum nusquam reperirè argenti queo. Et Pseud. 23. 33,

Hinc nunquam eris nummo diuitior. Cicero 2. de Finibus, 90, Vnde si secutus esset eorum sententiam, qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, numum nullum attigisset.

Nummus adulterinus. Cic. lib. 3. Officior. 122.

Nummus asper. Sueton. in Claud. Nerone, cap. 44.

Aurei nummi. Cic. 12. Philip. 332.

Bonus numus. Vide Bonus.

Rediuiuus nummus pullulat arca exhausta. Iuuen. Satyr. 6. 37.

Comedere nummos. Cic. Attic. lib. 6. 112. 4.

Nummi denarij. Varr. de ling. Latin. lib. 5, Nummi denarij decuma libella, quod libram pondo as ualebat, & erat ex argento parua.

Rediuinus nummus pullulat arca exhausta. Iuuen. Satyr. 6.

Comedere nummos. Cic. Attic. lib. 6. epist. 1, Magnum odium Pompeij suscepistis. putat enim suos nūmos uos comedisse.

Commouere nummum. Cic. pro Fonteio, Nemo Gallorum sine ciue Romano quicquam negocij gerit: nummus in Gallia nullus sine ciuium Romanorum tabulis commouetur. Sensus est, Si quis ab Imperatore nummus exigitur à Gallis, oportet Gallos (utpote multis prælijs ab Romanis attritos, bonis spoliatos, agro multatos) eum nummum à ciuibus Romanis in Gallia negociantibus accipere, ideoq; tabulas conficere, quas uocant obligationes. Nam cōmouere nummum, est exigere, & ut uulgò dicunt, leuare pecuniam. Quod ipse Cicero per simplex uerbum Mouere, pro Flacco dixit: Dicunt se Flacco, & ijs qui simul essent, drachmarum x v. millia dedisse. Cum ciuitate mihi res est, accerrima, & conficientissima literarum, in qua nummus moueri nullus potest sine quinq; Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensarijs, qui apud illos à populo creantur. Moueri, id est, publicè exigi, & (ut uulgò dicunt) leuari.

Conductis, coemens obsonia nummis. Horatius 1. Serm. Satyr. 2. hoc est, fœnore sumptis, siue ad usuram acceptis: pro quibus, tanquam pro rebus conductis, merces penditur.

Contemplari nummos in arca. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 14.

Corrogare nummos. Vide Corrogo.

Cudere nummos. Vide Cudo.

Effundere saccos nummorum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 30.

Cautos nominibus certis expendere nummos. Horatius 1. epistol. 1. 21.

Extricare nummos unde unde. hoc est, corrogare & colligere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 18.

Habere in nummis. Cic. ad Attic. 8.

Mouere nummum. Tide Commouere nummum.

Olfacere nummos. Vide Olfacio.

Parti gladio uel pyxide nummi. Iuuen. Satyr. 13. 3.

Recondere nummos & aurum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 22.

Dolosi si spes refulserit nummi. Persius in Prologo, 3.

Spargere nummos populo de Rostris. Cic. 3. Philipp. 136.

Subducere ad nummum. Vide Subduco.

Bibliothecam multorum nummorum tractare. Cicero Sulpitio, lib. 14. 78. 5.

Numus, Nomen speciale est aliquando, idem quod Sestertium ualens, id est, æstimatione nostra decē turonicis denariolis, & semisse denarioli. Cic. 5. Verr. 119, Cogit enim Scandiliū quinque illa millia numûm dare, ac numerare Apronio. Et

paulo pòst, Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem atq; audaciam prædicationemq; nefariæ societatis sestertia quinq; millia mercedis nomine ac præmij dare. Quinq; sestertia: quinq; millia sestertiûm: & quinq; millia nummûm, pro eodem dixit. Budæus.

Bis dena sestertia nummûm. Horat. 2. epist. 2. 7.

Numus sestertius, Idem. Vitruuius lib. 1. cap. 4, Ab Senatu populoq; Rom. petijt, ut liceret transferre oppidũ: constituitq; mœnia: et areas diuisit, numoq; sestertio singulis municipibus mancipio dedit. id est, sestertijs singulis areas ædificaturis ciuibus uendidit: quæ res instar donationis, imaginem uẽditionis habet: quomodo & Numo addicere. Cicero pro Rab. Post. 28, Tua bona Posthume numo sestertio à me addicuntur?

Numo addicere, apud Suetonium in Cæsare legitur. Cicer. pro Rabirio Posthumo, 28, Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirij Posthumi numo sestertio sibi addici uelit? Budæus.

In numis suis esse. Cic. 6. Verr. 10. Non modò in ære alieno nullo, sed in suis numis multos esse, ac semper fuisse.

¶ Numulus, pen. cor. Diminutiuum (νομισμάτιον) Cic. Attico, lib. 1. 11. 12, Si iudicium est, triginta homines populi Rom. leuissimos ac nequissimos numulis acceptis ius ac fas omne delere. Ibidem, 14. 12.

¶ Numosus, pen. prod. Adiectiuum (χρηματώδης) Qui numis abundat.

¶ Numatus, pen. prod. Aliud Adiect. (πολυχρήματος) Cic. 2. de lege Agrar. 62, Voluat enim ante oculos istorum lubæ regis filium adolescens, non mmus numatus, quàm bene capillatus. Horat. 1. epist. 6. 8.

Marsupium nummûm, In quo multi sunt numi. Plautus Amphit. 16. 40.

¶ Numatio, numationis (πολυχρηματία) Numorum abundantia & affluentia. Cic. 2. Philipp. 120, Pone ante oculos lætitiam Senatus, populiq; Rom. cõferens cum numtatione tua, tuorumq;: tum intelliges, quantum inter laudem & lucrum interfit.

¶ Numarius, Adiect. (χρηματικὸς) Quod ad numos pertinet: ut, Res numaria. Cic. pro Cluentio, 81, Exagitabãtur omnes eius fraudes, atq; fallaciæ: tota uita in eiusmodi ratione uersata aperiebatur: egestas domestica, quæstus forensis in medium proferebatur: numarius interpres pacis & concordiæ non probabatur. id est, mercenarius: & qui ob id pecunias accepisset, &c.

Iudicium numarium, Quod fit acceptis pecunijs. Cicero 5. Ver. 112.

Iudices numarij, Sordidi & corrupti. Cic. Attic. lib. 1. 11. 13.

Difficultas numaria. Cic. 4. Ver. 49.

Ratio numaria. Cic. ad Attic. lib. 10. 203. 2.

Res numaria. Cic. 3. Offic. 105, Vt res numaria de communi sententia constituerentur.

Res numaria tenet eum. Cic. 6. Ver. 19.

Theca numaria. Cic. ad Attic. lib. 4. 76. 2.

¶ Numisma, numismatis, pen. corr. n. g. Idẽ quod Numus. Græcè νόμισμα. Horatius 2. epist. 1. 48,

Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Martialis lib. 1. ad Sextilianum, 40,

Quum data sint equiti bis quinq; numismata, quare?

¶ Numularius, νομισματιστὴς, Mensarius aliàs dicitur, Qui numos ad mensam tenet, uel qui ex officio, mensæ numorum inseruit. Vide Mensarius in Mensa.

¶ Numularius, Adiectiuum: ut, Mensa numularia. Scæuola in l. ultim. D. de institoria actione, Lucius Titius mensæ numulariæ quam exercebat, habuit libertum præpositum.

Nunc] Aduerbium temporis (νῦν, νυνὶ, τὰ νῦν) Terent. Eunuch. 5. 5. 15,

Quid ais? P. nunc minatur porrò sese id quod machis solet. Idem And. 3. 2. 33.

Nunc age. Virg. 4. Georg. 30.

Nunc agesis. Lucret. lib. 1. 53.

Nunc, superflue aliquando additur, authore Donato. Terent. Adelph. 2. 3. 3,

O frater frater, quid ego nunc te
Laudem? satis certè scio, &c.

Nunc, pro Serò, interprete Donato. Terent. Eunuch. 1. 1. 25,

—nunc ego & Illam scelestam esse, et me miserũ sentio.

Virg. 8. eclog. 9,

Nunc scio quid sit amor. Idem 4. Aeneid. 76,

—nunc agur Apollo,
Nunc Lyciæ sortes.

Nunc, Aliquando nullum tempus denotat, & pro Sed accipitur. Cic. 1. de Diuin. 107, Quæ quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri irenius: nunc onusti cibo & uino, confusa & perturbata cernimus. Ex Valla lib. 2.

Nunc, Concedendi aduerbium. Plaut. Trucul.

Haud manifesti ut ego darem: tute sumpsisti tibi. nunc habeas ut nactus. hoc est, Age habeas, uel habeas sanè.

Nunc, pro Autem, qua in significatione frequens est apud optimos scriptores: & habet gratiam, si in loco utaris. Quintil. lib. 1. cap. 1, Nam bona facilè mutantur in peius: nunc quando in bonum uerteris uitia? id est, quando autem.

Nunc, pro nomine aliquando ponitur. Cic. Nunc temporis numero. Quasi temporis præsentis, & quasi nuncini, si Latinitas pateretur, sicut crastini.

Nunc, pro Nunc primùm, & nunquam antehac. Plaut. Trin. 6. 81,

Mẽtire ædepol gnate, atq; id nũc facis, haud cõsuetudine.

Nunc demum. Terent. Adelph. 2. 2. 25,

—nunc demum uenis?
Cur passus? ubi eras? Ibidem, 5. 3. 19,
— nam uetus uerbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.
D. Facetè, nunc demum istæc nata oratio est.

Nunc deniq;. Colum. lib. 11. cap. 2. 25, Cicer. pro Quintio, 23, Pecuniam petit nunc deniq;.

Nunc est. Terent. Adelph. 3. 2. 1,

Nũc illud est, quòd si omnes, omnia sua consilia conferãt,
Atq; huic malo salutem quærant, auxilij nihil afferant.

Vbi Donatus, Significat autem, Nunc tale negocium est, Nunc tale periculum est. Idem. Eunuch. 3. 5. 3.

Nunc iam. Terent. Adelph. 2. 1. 21,

——geminabit nisi caues. S. hei misero mihi.
AE. Non innueram: uerùm in istam partem potius peccato tamen. I nunc iam. Vbi Donatus, Nunc Iam, duæ partes sunt. Et bene Iam, quia serò, & post plagas. Et Iam, etiã tarditatis incusatio est. Cic. 6. Verr. 4, Patior non molestè Iudices, eam uitam quæ mihi sua sponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege & conditione necessariam quoque futuram.

Nunc ipsum: pro, Hoc ipso momento & puncto temporis. Cicer. ad Attic. lib. 12. 255. 1, Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ij, &c.

Nunc nuper. Terent. in Prolog. Eunuch. 6,

Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. Vbi Donatus, Nuper, ex illis uerbis est, quæ ueteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. nam nisi adderet, Nunc hoc Nuper, Olim, pridem, & iam significasset.

Nunc primùm. Terent. And. 5. 4. 34,

Tum

*Tum illam hic relinquere eſt ueritus. poſt illa nunc primum audio Quid illo ſit factum.* Cic. pro Fonteio, 4.

*Nunc primùm: id eſt, primò.* Terent. And. 3.2.3,

*Nunc primum fac iſtæc ut lauet. pòſt deinde*
*Quod iuſſi ei dare bibere, & quantũ imperaui Date.*

*Nunc nunc.* Plaut. Rud. 4.4.80,

*Nunc nunc periculum eſt, eiecit alteram.*

*Nunc nunc inſurgite remis.* Virg. 5. Aeneid. 38.

*Nunc nunc adeſte.* Horat. Epod. 5.11.

*Nunc huc, nunc illuc.* Lucret. lib. 2.27.

*Nunc hos, nunc illos aditus.* Virg. 5. Aeneid. 89.

*Nunc erat*, Antiqui illi ſimul ponebant præſens cum præterito. Cic. Attico, lib. 2.39.7, *Nunc reus erat apud Craſſum diuitem Vectius de ui.* Eidem, lib. 16.333.6.

*Nunc uerò iam.* Cic. 7. Verr. 99, *Paucorũ cupiditati tũ quum obſiſtere non poterant, tamen ſufficere aliquo modo poterant. nunc uerò iam adempta eſt non modò reſiſtendi, uerum etiam ſuppeditandi facultas.*

*Nunc uerò*, Aliquando non ſignificat tempus. Cic. 1. de Inuent. *Quòd ſi magnam in his Hermagoras habuiſſet facultatem, ſtudio & diſciplina comparatam, uideretur fretus ſua ſcientia, falſum quiddã cõſtituiſſe de oratoris officio, & nõ quid ars, ſed quid ipſe poſſet, expoſuiſſe. nunc uerò ea uis eſt in homine, ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit, quàm philoſophiam conceſſerit.* Ex Valla lib. 2.

**Nuncubi**] pen. corr. (μὴ οὖν πῦ) Aduerbium compoſitũ ex *nunquid & alicubi.* Terent. Eunuch. 1.2.83,

*—nuncubi meam Benignitatem ſenſiſti in te claudier?*

*Vbi* Donatus, *Nuncubi, Nunquid alicubi. Aut ſi Nuncubi legimus, erit aduerbiũ temporis: ut ſit ubi, quo in loco, qua in re.*

**Nuncius**] *Vide* Nuntius.

**Nuncoreus**] Seſoſtridis filius, qui obeliſcum illum, qui poſtea Romæ ſitus fuit in Vaticano, curauit excidendum. Author Plin. lib. 36. cap. 11.

**Nuncupo**] nũcupas, pen. corr. (προσαγορεύω, ὀνομάζω) nũpare, Nominare. Liu. lib. 1, *Quem Iulium eũdem Iulia gens authorem ſui nominis nuncupat.* Varro de ling. Lat. lib. 5, *Nuncupare, Nominare, ualere apparet in legibus, ubi nuncupatæ pecuniæ ſunt ſcriptæ. Item, in choro, in quo eſt, Aenea quis eſt qui meum nomen nuncupat? Hactenus ex Varrone.* Cic. 2. de Natur. deor. 86, *Itaq; tum illud, quod erat à Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant: ut quum fruges Cererem appellamus.*

**Nuncupare**, uel uocare. Ouid. 1. Faſt. 50,

*Arx mea collis erat, quem uulgus nomine noſtro*
*Nuncupat, hæc ætas Ianiculumq; uocat.* Verba ſunt Iani.

*Effari & nuncupari.* Cic. 3. de Orat. 84.

*Vocabulis deorum res utiles & ſalutares nũcupatas dicit Perſeus.* Cic. 1. de Natur. deor. 56.

*Nomine Dei aliquid nuncupare.* Cic. 2. de Natur. 86.

**Nuncupare**, Pronunciare: id eſt, expreſsè & nominatim prædicere, profariq; ex bona fide in rebus contrahendis. Cicer. 3. Offic. 84, *Nã quum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata: quæ qui infitiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à Iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Hactenus ille. Eſt enim nuncupare, nõ ſcripto, ſed uerbo cauere uel dicere.* Budæus.

*Adoptio nuncupatur.* Tacit. lib. 17.

*Nuncupata uoluntas dicitur à Iuſtiniano, uel Treboniano in titulo de Teſtamentis, in fine.* Budæus.

*Vita nuncupata, Liuio & Tranquillo, et Valerio dicitur.* Bud.

*Verbis nuncupari.* Liuius 8. ab Vrbe, 46.

*Nuncupauit laturos eò ſpolia.* Liu. ab Vrbe, 44.

**Nuncupare**, Recenſere, enarrare. Plin. lib. 7. cap. 26. 1. *Verum ad decus imperij Rom. non ſolùm ad unius uiri pertinet uictoriam, Pompeij Magni titulos omnes, triumphoſq; hoc in loco nuncupari.*

*Vota nuncupare, Eſt alicui diuorum uota polliceri & deſtinare.* Caius in l. *ſi calumnietur. ff. de uerb. & rerum ſignific.* *Poſt calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis uota nuncuparunt.* Feſtus Pompeius, *Nuncupata pecunia eſt, ut ait Cincius in libro 2. de officio Iuriſconſulti, Nominata, certa, nominibus proprijs pronunciata. Vota nuncupata dicuntur, quæ Conſules, Prætores, quum in prouinciam proficiſcuntur, faciunt: ea in tabulas præſentibus multis referuntur. At Santra lib. 2. de uerborum antiquitate, ſatis multis, Nuncupata colligit, non de recto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circunſcripta, recepta, etiam uotis nuncupandis eſſe conuenientius. Hactenus Feſtus. Liu. 5. bel. Maced. 186, Auſpicantem, immolantemq;, & uota nuncupantem, ſacrificuli uatis modo in acie uidiſſe.* Cic. 3. Philipp. 131, *Neglectiſq; ſacrificijs ſolennibus, ante lucem ea uota quæ nunquam ſolueret, nuncupauit.* Idem 7. Verr. 28.

*Nuncupatum teſtamentum.* Plin. lib. 14. cap. 22. 4, *de ebrietate loquens, Alij teſtamenta ſua nuncupant, alij mortifera loquuntur: redituraſq; per iugulum uoces non continent.* Iuſtinus lib. 12. de Perdica loquens, *Nam etſi non uoce nũcupatus hæres, iudicio tamen delectus uidebatur.* Iulianus in l. *ſi ita. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab. Quidam teſtamentũ in tabulis ſibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem ſubſtituit. Et paulo pòſt, Nam quemadmodum ſcripto hærede filio ſeparatim ab hæredibus patris: ita nuncupato poteſt uideri ſeparatim à ſcriptis patris hæredibus bonorum poſſeſſio dari. Nuncupatum hæredem à ſcripto diſtinguit: ut ſit is modus, cuius meminit Iuſtinianus Inſtit. de teſtam. §. finali.* Budæus.

**Nuncupare**, eſt Voluntatem ſuam circa hæredis inſtitutionem, legatorum dationem, cæteraſq; teſtamenti partes, coram ſeptem teſtibus lingua & uoce exprimere, nominareq; nõ ſcriptis aut tabulis. Vide Iuſtinianum lib. 2. tit. de teſtamentis ordinandis. §. ultimo.

¶ **Nuncupatio**, Verbale (προσαγόρευσις) Plinius lib. 9. cap. 35. 14, Ipſam confeſtim paratam nuncupationem tabulis probare.

**Nundina**] Nundinæ (νόνδινα) Romanorum dea, à nono die naſcentium dicta, qui Luſtricus dicitur. Eſt autem Luſtricus dies, quo infantes luſtrantur, & nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octauus eſt fœminis. Macrob. 1. Saturnal. cap. 16.

**Nundinæ**] pen. corr. *mundinarum*, fœm. gen. (πανήγυρις, πανδημόλιον) plurali numero tãtùm, à nono die dictæ ſunt, quaſi nouendinæ: quæ à Romanis ita inſtitutæ perhibẽtur, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent: nono autem die repeterent urbem, ad mercatum, pro legibus accipiendis, & ut ſcita atq; conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, à ſingulis atque uniuerſis facilè noſcebantur. Vnde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur. Ex Macrobio 1. Saturn. cap. 16. Feſtus, *Nundinis ruſtici conueniebãt, mercandi & uendendi cauſa.* Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. 2, *Ipſo die nundinarum.* Idem 2. Philipp. 55, *Domus quæſtuoſiſſima falſorum commentariorum & chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, uectigalium flagitioſiſſima nundinæ. id eſt, In qua hæc omnia uendebantur, & in qua hæc omnia erant uænalia.*

Nundinarum conuentus manifestum est propterea usurpatos, ut nonis tantummodo diebus urbanæ res agerẽtur, reliquis administrarentur rusticæ. Colum. in præfat. libri 1. Meminit & Varro in præfat. lib. 2. de Re rust.

Instituere nundinas. Vide Instituo.

Receptaculum aratorum, nundinæ rusticorum, cella atq; horreum Campani agri Capuæ. Cic. 2. de lege Agr. 87.

Domesticis nundinis Antonij uectigalia non solùm, sed etiam imperium populi Rom. diminutum est. Cic. 2. Philipp. 94.

¶ Nundinalis, & hoc nundinale, pen. prod. (πανδημώλικος) Quod pertinet ad nundinas. Plaut. Aulul. 9. 45,

Coquus ille nundinalis est: in nonum diem solet ire coctum.

¶ Nundinor, pen. corr. nundinaris (πανηγυρίζω) nundinari, Venditare, inquit Budæus, precio addicere, institorio more aliquid ad quæstum exercere: quod & Nundino, nundinas, dicitur. Iulius Firmicus lib. 6. Mathe. cap. 31. ad finem, Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nũdinabit, & ad coitum fratrem inuitabit, et filium. Apulcius, Toti nunc iudices sententias suas precio nundinantur. Sueton. in Tit. Vespas. cap. 7.

Nundinari, sæpius pro Emptitare utitur Cicero. 4. Ver. 85, Ab isto, inquit, & præco qui uoluit istum ordinem precio mercatus est: & pueri annorum senũm, septenumq; denũm, Senatorium nomen nundinati sunt. Hæc Budæus. Idem Cic. 3. Philipp. 130.

¶ Nundinatio, Verbale (πανήγυρσις) Ipse nundinandi actus.

Iuris nundinatio. Cic. de leg. Agrar. 5, Hinc uos quas spoliationes, quam pactiones, quã denique in omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis? Idẽ 3. Verr. 84. Ibidem, 4. 83, Nundinatio hominum.

¶ Nundinator. pen. prod. nundinatoris, m. gen. (πανηγυρτὴς) Qui nundinas frequentat. Festus, Nundinis rustici conuenie bant mercandi & uidendi causa: tunq; nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

¶ Nundinarius, Adiectiuum (πανηγυρικὸς) Quod ad nundinas pertinet, uel quod nundinis deputatum est. Plin. lib. 12. cap. 17. 8, His commercijs Carras oppidum aperuêre, quod est illis nundinarium. Idem libro 8. cap. 51, Forum nundinarium.

Epulæ nundinariæ. Vlpian. in l. cum societas. ff. pro socio, Vt unus reliquus nundinarias epulas præstaret.

Nunquam] Aduerbium (οὐποτε, οὐδέποτε, μήποτε, μηδέποτε) Non ullo uel nullo tempore. Cicer. 4. Verr. 38, Nunquam uos prætorem tam palæstricum uidistis. Idem de Amic. 10.

Nunquam ante hunc diem. Plaut. Stich. 4. 110. Cic. 1. Academ. 5, Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem uenit à te requirere.

Nunquam post hunc diem. Plaut. Menæch. 11. 12.

Nunquam post illa. Plaut. Curcul. 10. 43.

Nunquam, in fine sentẽtiæ. Cic. 1. de Inuent. 2, Eloquentiã uerò sine sapientia nimium obesse plerung; prodesse nunquam.

Nunquam, nisi. Cic. 4. Acad. 125, Nunquã à Philone discessit, nisi posteaquam ipse cœpit qui se audirent habere.

Nunquam mihi duarum rerũ credas: id est, nihil diuini & humani, quod est iusiurandum: de quo suprà in Nihil. Plautus Trucul.

Nunquã ædepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit. Quidam duarum, uertunt in suarum: sed antiquitatis ignari, sensum omnem adulterant, ac malè de poeta merentur. Turnebus.

Nunquam hodie: id est, nullo tempore huius diei, interprete Donato. Terentius Adelph. 4. 2. 32,

Scio ubi sit, uerùm hodie nunquam monstrabo. Virg. 1. Aeneid. 134,

— nunquam omnes hodie morientur inulti.

Nunquam hodie effugies, Virg. 3. eclog. 10.

Nunquam hoc uno die. Plaut. Trucul. 19. 13.

Nunquã, id est, non. Plaut. Amph. 8. 66. Terẽt. Hecyr. 3. 5. 15,

Ille reuiuiscet iam nunquã. Vbi Donatus, Pius est Nunquam, quàm Non. Idem Phorm. 2. 71,

Illéne indotatam uirginem, atq; ignobilem
Daret illi? nunquã faceret. Vbi Donatus, Nota Nunquam, pro Non, in maiorem negationis significationem semper poni.

Nunquam non coronam lauream gestauit, &c. id est, semper. Suet. in Tiberio, cap. 69.

Petijt nunquam. Cic. de Amic. 10, Qui consulatum petijt nunquam, factus est Consul bis.

Nunquam quicquam. Donatus, Nunquam quicquã, παρέλκων, pro Nunquam, id est, non. Terent. Adelph. 4. 1. 12,

Quid dicã? S. nihilne in mente est? C. nunquã quicquã.

Nunquam quisquam. Plaut. Capt. 3. 8,

Quos nunquam quisquam neq; uocat, neq; inuocat.

Nunquam nusquam. Terent. Eunuch. 5. 9. 61,

Nunquam etiam fui usquã, quin me omnes amarent plurimum. Vbi Donatus, Nunquam usquam, ἀσυνήθως, pro Non usquam: id est, nusquam.

Perij, nunquámne etiam me illam uidisse? Terent. Eun. 2. 3. 68.

Nunquando] μή οὔ ποτε, Aduerbium, compositum ex num & aliquando. Cic. de Amic. 59, Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, Nunquãdo amici noui digni amicitia, ueteribus sint anteponendi, ut equis uetulis teneros anteponere solemus. Idem in Vatinium, 11. Vetus exemplar legit, Num quando, disiunctim.

Nunquis] μή οὔτις, nunquæ, nunquod uel nunquid, Num aliquis, per interrogationem dicitur. Terẽt. Eunuch. 3. 5. 1,

Nunquis hîc est? nemo est. nunquis hic me sequitur? nemo homo est.

Nunquis fundus in Nolano uænalis sit? Cicer. Attic. libro 13. 266. 1.

Nunquid horum probat noster Antiochus? Cic. 4. Acad. 256.

Nunquid Gnato dubitas, quin ego perpetuò perierim? Terent. Eunucho, 5. 9. 13.

Nunquid uis? Sic solent interrogare discedentes: quemadmodum si dicãt, Nihilne me iubes facere in tuam gratiam? Terent. Eunuch. 5. 6. 24, —nunquid est
Aliud mali, damniue quod non dixeris,
Reliquom? Idem Eunuch. 3. 2. 22.

Nunquid est quod opera mea uobis opus sit? C. nihil. Terent. Phorm. 3. 3 32.

Nunquid ergo in his rebus est, quod prouisione, aut permotione mentis magis quàm natura ipsa sentiamus? Cic. de Diuinat. 13.

Nunquid uelit, rogo. Cicer. Attico, lib. 5. 89. 3, Quum me spectans è sua uilla, nunquid uellem rogasset. Terentius Eunuch. 2. 3. 49,

Dum hæc dicit, abijt hora: rogo nunquid uelit. Rectè inquit, abeo. Vbi Donatus, Rogo nũquid uelit: hoc est, significo me abire. nam abituri, ne id durè facerẽt, Nunquid uis, dicebant his quibuscum constitissent. Quid est ergo, Rogo nunquid uelit? hoc est, dico quod abeuntes solent.

Nunquid redeat, incertum. Plaut. Mercat. 19. 19.

Nunquid est aliud? Imò uerò, inquit. Cic. pro Rosc. Amer. 31. Et pro Quintio, 24, Pecuniã petit: negamus deberi. Iudicium fiat statim: non recusamus. Nunquid præterea?

Nunquidnam (inquit Donatus) Comicũ est, & Terentianum:

quam

quum exemptis Num et Nam, sufficere ad interrogationem potuisset Quid. Terent. And. 1.4.8,

Opperiar, ut sciam nunquidnã hæc turba tristitiæ afferat. Cic. 2. de Orat. 8, Quid uos tandẽ Crassus? Nunquidnam, inquit noui? Idem 1. de Finib. 60.

Nunquidnam inquam noui? Cic. Matio, lib. 11. 27. 3.

Nunquid non. Vlpian. in l. si quis. ff. si quis omiss. caus. test. Nũquid locus non sit edicto?

**Nuntius** ] huius nũtij, m. gen. (ἄγγελος, ἀγγελίας, ἀγγέλου) Qui nuntiat, & quod nuntiatur. Festus, Nuntius & res ipsa & persona dicitur. Plaut. Merc. 13. 1,

Quoniam à uiro ad me rus aduenit nuntius. Virgil. 2. Aeneid. 110,

—& nuntius ibis Pelidæ genitori.

Mercurius nuntius Iouis & deorum. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.

Horribilis nuntius affertur. Catul. de Ario, epig. 79. 2.

Mendax nuntius. Claud. de bello Get. 74.

Optatißimus nuntius. Vide Opto.

Tristis nuntius armorum. Lucan. lib. 8. 11.

Velox nuntius. Claud. 5. Paneg. 35.

Verus nuntius. Virg. 3. Aeneid. 62.

Cladis nuntius. Ouid. 11. Metam. 70.

Accersitus Prætoris nuntio. Cic. 6. Verr. 77.

Remittere nuntium uxori: pro Repudiare uxorem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 6, Deindè ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse, uxori Cæsarem nuntium remisisse. Ob adulterũ Clodij scilicet. Vlpianus in l. in potestate. de sponsalibus, in potestate manente filia, pater sponso nũtium remittere potest, & sponsalia dissoluere. Idem in l. dotis. de iure dotium.

Remittere nuntium uirtuti. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. 6.

Nuntius, Quod nuntiatur. Plin. lib. 5. epist. 100. a, Nuntiatur mihi Caium Fannium decessisse: qui nuntius graui me dolore confudit. Plautus Capt. 13. 13.

Bonus nuntius. Vide Bonus.

Nuntius, à Græco uerbo uideri potest deriuatum, inquit Varro de lingua Lat. li. 5. apud quos μαντὺς nũtiator dicitur.

Nuntium, nuntij, etiam neutro genere, pro re quæ nuntiatur. Catull. de Berecynthia & Atys, epig. 58. 15,

Geminas deorum ad aures noua nuntia refe ens. Tibullus lib. 3. eleg. 4. 2.

Lepidum nuntium. Vide Lepidus.

Nuntij afferuntur: pro, Nuntia & noua, quæ dicuntur. Cic. ad Senat. lib. 15. 22, Nuntij & literæ de bello à Parthis in prouinciam Syriã illato quotidie ferè afferuntur. Idem 7. Ver. 73. Vide Affero.

Accipere nuntium. Cic. F. Celio, lib. 2. 18. 1. Vide Accipio.

Exoptatum nuntium afferre. Cic. pro Rosc. Amer. 11.

Apportare nuntium. Vide Apporto.

Audire nuntium. Vide Audio.

Cognoscere ex nuntijs. Vide Cognosco.

Deferre nuntium acerbum alicui. Cic. pro Corn. Balbo, 51.

Literis, nuntijs, cohortationibus ad patriæ præsidium aliquem excitare. Cic. 14. Philip. 398.

Per nuntium certiorem facere quid actum sit. Cicero Attico, libro 11. 230. 4.

Improbißimis literis, fallacibusq; interpretibus ac nuntijs impellere aliquem in spem aliquam. Cic. Bruto, 10. 4.

Incutere nuntium alicui. Vide Incutio.

Mittere nuntios ad regem. Vide Mitto.

Secretis nuntijs monet Rhadamistum. Tacit. lib. 12.

Perferre nuntium. Cic. pro Ligario, 4.

Perferri omnium nuntijs. Vide Perfero.

Noua nuntia referre. Catull. de Berecynthia, epig. 58. 15.

Venit nuntius. Cic. ad Attic. lib. 3. 58. 1.

Optatißimi nuntij & literæ uenerunt. Cic. 14. Philip. 395.

Grauior nuntius aures uulnerat. Virg. 8. Aeneid. 117.

Vno nuntio. Cic. pro lege Manil. 4, Is qui una die, tota Asia, tot ciuitatibus, uno nuntio, atq; una literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandosq; denotauit.

Noctis nuntius Hesperus. Seneca Hippol. 6. 3.

Interpretes & nuntij rerum sensus. Cic. 2. de Nat. deor. 210.

¶ Nuntius, Adiect. Ouid. epist. 15. 2,

Vror: habes animi nuntia uerba mei.

¶ Nuntia, nuntiæ (ἄγγελος) Cicer. 1. de Leg. 3,

Nuntia fulua Iouis miranda uisa figura. Ex quodam poeta.

Fidißima nuntia meæ uocis. Ouid. 11. Metam. 118.

Fama nuntia rerum lætarum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 3.

Veri nuntia fama. Virg. 4. Aeneid. 38.

Historia nuntia uetustatis. Cic. 2. de Orator. 20.

Iris nuntia Iunonis. Ouid. 1. Metam. 55.

Litera nuntia. Ouid. epist. 6. 2.

Sæuus atque sanguinarius nuntius. Vide Sanguinarius in Sanguis.

¶ Nuntio, nuntias (ἀγγέλω, μηνύω, προάγω, ἀναγγελλω) nuntiare, Monere, significare tanquam per nuntium. Terent. Heaut. 1. 2. 18,

Voluptatem magnam nuntias. Idem Hecyr.

At istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuntiant.

Salutem nuntiare. Cic. ad Atticũ, lib. 4. 79. 5, Misit ad me statim qui salutem nuntiaret.

Nuntiatur Romam, Nuntiatur domum. Cic. ad Brutum, lib. 12. 12. 3. Idem 4. Verr. 33.

Nuntiatum est nobis, Cæsarẽ ad VIII. Cal. Capuæ, &c. Cic. ad Atticum, lib. 9 188. 9.

Nũtiatus est Silius Italicus uitã inedia finisse. Plin. li. 3, epist. 7.

Prælium nuntiare. Cæsar 5. bel. Gal. 81.

Horam nuntiare. Martial. lib. 8. 6,

Horas quinq; puer nondum tibi nuntiat, & tum
Iam conuiua mihi Ceciliane uenis.

Nuntiare monstra: hoc est, res magnas & mirabiles. Cic. Attico, lib. 4. 76. 1.

Ne sensus quidem uera nuntiant. Cic. 4. Academ. 139.

¶ Nuntiatio, nuntiationis (ἀγγελία) Cic. 2. Philip. 86, In quo primùm incredibilem stupiditatẽ hominis cognoscite. quid enim istuc, quod te sacerdotij iure facere posse dixisti, si Augur non esses, & Consul esses, minus facere potuisses? Vide etiam ne facilius. nos enim nuntiationem solùm habemus: Consules & reliqui magistratus, etiam inspectionem. Ibidem 5. 169.

¶ Nuntiator, pen. prod. nunciatoris. Aliud uerbale, masc. gen. Vlpian. in l. prætor ait, & l. stipulatio. D. de noui operis nuntiat.

**Nuo** ] nuis, nui, nutũ (νύω) nuere. Apud ueteres pro Velle ponebatur. Propriè nuere, est Signo capitis uoluntatem suam ostendere.

¶ Nutus, huius nutus, masc. g. (νεῦμα) Signum quod fit oculis, uel capite, uel manibus. Virg. 9. Aeneid. 23,

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. Cic. ad Brutum, lib. 11. 22. 3, Nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa uirtute, officiosißimum præterea & grauißimum, incolumem in ciuitate retinere.

Loquaces nutus. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 5.

Aberrare nutu. Vide Aberro.

Annuere nutum. Vide Annuo.

Appellare nutu & significatione. Vide Appello.

Consequi aliquid nutu. Vide Consequor.

Demon-

Digitized by Google

Demonstrare aliquid nutu. Quintil. lib. 1. cap. 5. 23.
Signa dare nutu. Ouid. 1. Fast. 84.
Loqui nutu signisq;. Ouid. 4. Metam. 13.
Nutus, Voluntas, quæ huiusmodi signo declaratur, siue affirmando, siue negando. Plin. lib. 1. epist. 7. ad Octauium Rufum, Nam ego quoq; simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possumus. Cic. pro Quintio, 63, Si fas est respirare P. Quintium contra nutum, ditionemq; Næuij.
Ad alicuius arbitrium nutumq; totum se fingere & accommodare. Cic. in Orat. 13.
Ad uoluntatem nutumq; alicuius uiri totum se conuertere. Cicer. Appio, lib. 3. 10. 37.
Sub nutu alterius ætatem degere. Lucret. lib. 4. 226.
Authoritate nutuq; legum docemur coercere cupiditates. Cic. 1. de Oratore, 96.
Expeditus ad nutum alicuius. Cic. de Aruſp. reſp. 56.
Gubernari nutu atq; arbitrio alicuius. Cic. 7. Ver. 28.
Obſeruare nutum. Vide Obſeruo.
Pendere pecunias ad nutum alicuius. Cic. pro lege Agr. 96.
Nutu atq; uerbo non accurata quadam orationis copia libertinos in urbanas tribus trāſtulit Tiberius Sempronius. Cic. 1. de Orator. 20.
Nutus (ῥοπὴ) Vergentia, & procliuitas: à Nuto, nutas. Cicer. 1. Tuſc. 63, Vt terrena & humida ſuopte nutu & ſuo ponderе ad pares angulos in terram & in mare ferantur: reliquæ, &c. Idem 1. de Finib. 30, Siue aliæ declinabunt, aliæ ſuo nutu rectè ferentur.
Conglobata in ſeſe nutibus ſuis terra. Cic. 2. de Nat. deor. 142.
Nutus. pro Nutatione, motu, ruina. Valer. Flaccus Argonauticōn libro 6,
Quin grauior, nutuq; cadens exterruit Idam. hoc eſt, motu corporis decidui.
¶Nuto, nutas (νευτάζω) nutare, Frequentatiuum, Sæpe ſignā capitis facere. Plaut. Aſin. 13. 39,
Neq; illa ulli homini nutet, nictet, annuat.
Nutare, pro Moueri, aliquando accipitur, et quaſi ruinam minari. Vnde Nutare ædificia dicimus, quū malè ſolidata, ruinam minantur. Nutat domus, Plin. epiſt. 139. b. Liu. 4. ab Vrbe, 162, Altera ex parte nutant circunſpectantibus galeæ, & incerti trepidant, applicantq; ſe turbæ.
Nutant arbores. Plin. lib. 13. cap. 4. 7.
Rami nutant pondere. Ouid. 2. de Arte, 53.
Victoria nutat, Seſe in unam uel alteram partem inclinat. Plin. de Viris illuſt. 16.
Fortuna nutat. Liu. 1. bel. Pun. 165, Si fortuna nutabit, in prelio potius, quàm in fuga mortem oppetere. Vetus codex habet, dubitabit.
Animi nutant. Stat. 4. Thebaid. 40.
Timor nutat utroq;. Stat. 8. Theb. 123.
Nutare in re aliqua, pro Dubitare. Cicer. 1. de Nat. deor. 164, Nutare uidetur in natura deorum. Idem 2. de Fin. 9, Nunc autem dico ipſum Epicurum neſcire, & in eo nutare.
¶Nutans, Participium (νευτάζων) ut,
Acies nutans. Tacit. lib. 19.
Curis nutantem Colchida uidit. Valer. 7. Argon. 31.
Domus nutantes pendent. Lucan. lib. 1. 98.
Machinamentum ſuſpenſum & nutans. Tacit. lib. 20.
¶Nutaturus, pen. prod. Aliud participium (νευτάσων) ut,
Apex nutaturus ſupra agmina. Stat. 4. Sylu. 4. 14.
¶Nutatio, Verbale (νύσταξις) Plin. lib. 11. cap. 37. 13, A cerebro proficiſcitur ſomnus: hinc capitis nutatio.
Nuper] Aduerbium temporis (ἀρτι, ἀρτίως, ἀναγκαίως, σπουδῇ) Non longo tempore. Neque uerò ad horas refertur, ſed uel ad paucos dies, uel ad paucos mēſes. Terent. Eunuch. 1. 2. 51,
—mater mea illic mortua eſt
Nuper. Cic. de Amic. 24, Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis & amici mei M. Pacuuij fuerunt. Virgil. 2. eclog. 5,
Nec ſum adeò informis, nuper me in littore uidi,
Nuper indulgens in patrem, idem ſeuerus in filium. Cicero 3. Officior. 154.
Nuper admodum. Terent. Heaut. 1. 1. 1,
Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt, Hæc uerba uſurpat Cic. 2. de Fin. 23.
Nunc nuper. Vide Nunc. Plaut. Trucul. 8. 32,
—nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam, ſeſe expertum Quanti ſeſe penderem.
Nuper, de longiori tempore aliquando dicitur. Cic. 1. de Diuinat. 144, Neq; ante philoſophiam patefactam quæ nuper inuenta eſt, hac de re communis uita dubitabit.
¶Nuperrimè, penul. corr. Superlat. Cicer. 1. de Inuent. 36, Primum te dicturum polliceri, aut ab aduerſarij dicto exordiri, ab eo potiſſimùm quod ille nuperrimè dixerit, aut, &c. Plin. lib. 36. cap. 20. 2.
¶Nuperus, nupera, nuperum, penult. corr. Recens, nouū. Plautus Capt. 12. 60,
Recens captum hominem, & nuperum & nouitium te perdocere, &c.
Nupſia] νυψία, Oppidum eſt ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum: cuius meminit Plin. lib 6. cap. 29.
Nupſis] Oppidum eſt Arabiæ, Nomadibus proximum: de quo Plin. lib. 6. cap. 100.
Nupta, Nuptiæ, Nuptus] Vide Nubo.
Nurſia] νερσία, Sabinorum ciuitas, authore Ptolemæo ub. 3. cap. 1. Hodie Norcia. Nurſia item, Piceni ciuitas, à Virgilio frigida dicta, aut reuera: aut certè uenenoſa & nocens. Gracchi namq; ubiq; in concionibus ſuis Nurſinos ſceleratos appellauerunt: & ſcimus amarè Virgilium hiſtoriarum rem per tranſitum tangere. Verba Seruij ad illud Virgilij 7. Aeneid. 143,
—quos frigida miſit
Nurſia, & Hortinæ claſſes; populiq; Latini.
Habitata primis Nurſia. Silius lib. 8. 83.
¶Nurſinus, Adiectiuum. Martialis lib. 13,
Nurſinas, poteris parcius eſſe pilas.
Nurus] huius nurus, fœm. gen. (νυὸς) Filij mei uxor. Cic. 2. Philip. 71, Reiecta mater amicam impuri filij tanquam nurum ſequebatur.
Digna nurus ſocero. Ouid. epiſt. 3. 15.
Nurus ſæpe ponit Ouidius tantùm pro ſexu: ut 2. Metam. 74,
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis. id eſt, fœminis Latinis.
Nurus, pro Sponſa aliquando ponitur. Martialis lib. 4. 31,
Atq; inter Latias gloria prima nurus. Budæus.
Nuſcitio] nuſcitionis. Vide Luſcitio.
Nuſquam] οὐδαμοῦ, μηδαμοῦ, Aduerbium in loco & ad locum: id eſt, Nullo in loco. Terent. Eunuch. 4. 3. 18,
Ille autem bonus uir nuſquam apparet. Cic. 4. Acad. 185, Quæ nuſquam alibi eſſet.
Vſpiam & Nuſquā, contraria. Cic. 1. de Legib. 62, Lex eſt recta ratio imperandi atq; prohibendi. quàm qui ignorat, is eſt iniuſtus, ſiue eſt illa ſcripta uſpiam, ſiue nuſquam.
Nuſquam abero. Virg. 2. Aeneid. 125.
Nuſquam cunctabundus. Tacit. lib. 1.
Nuſquam aut nullum fore. Cic. de Senect. 72.
Nuſquam tuta fides. Virg. 4. Aeneid. 75.
Nuſquam, ad locum. Terent. Eunuch. 2. 2. 50,
Detineo te, ſortaſſe tu proficiſcturus aliò fueras.



Digitized by Google

P. Nusquã. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 13.

*Nusquam uentum aut abitum sine causa putetur.* Author ad Herennium, lib. 2. 33.

*Nusquam pedem.* Terent. Adelph. 2. 2. 19.

*Nusquam gentium: id est, nusquam omnino.* Abundare, Gentium, ait Donatus. Terent. Adelph. 4. 2. 1,

Nec ego homo sum infœlix, primum fratrem nusquam inuenio gentium.

**Nuto**] *nutas.* Vide Nuo, *nuis.*

**Nutrio**] *nutris, nutrui uel nutrij, nutritum*, pen. prod. (τρέφω, στείω, στείζω, τιθάω, τιθλείω) *nutrire*, Notæ significationis. Plin. lib. 11. cap. 40. 3, Balenæ uitulũq; mammis nutriunt fœtus.

*Vento nutritur ignis.* Ouid. 2. de Remed. amor. 83.

*Nutrire unum, quod & Curare dicimus.* Col. lib. 12. cap. 30. 1.

*Pax nutrit Cererem.* Ouid. 1. Fast. 141.

*Amorem longum malè nutrit.* Ouid. 3. de Arte, 115.

*Audacias aliquorum nutrire.* Cic. in Salust. 6.

*Fauorem nutrire.* Silius lib. 7. 100.

*Ignes suos nutrire.* Ouid. 6. Metam. 99.

*Morbos nutrire.* Celsus lib. 6. cap. 6. de oculorum grauioribus morbis.

*Vires nutrire.* Celsus lib. 3. cap. 23, Medijs autem diebus uires eius erunt nutriendæ.

*Vlcus nutrire.* Celsus lib. 5. cap. 26. repurgatumq; ulcus sicut cætera nutriendum est.

¶ **Nutritor**, Futurum Imperatiui passiui, pro præsenti actiui posuit Virgilius 2. Georg. 85,

Hoc pinguem, & placidã paci nutritor oliuã. Seruius.

¶ **Nutritus**, pen. prod. Participium (τεθραμμένος) *ut,*

*Ferino lacte nutritus.* Ouid. 3. Trist eleg. 11. 1.

¶ **Nutritus**, huius nutritus, pen. prod. (θρέψις) Nutrimentum. Plin. lib. 22. cap. 24. 8, Multi senectam longam mulsi tantùm nutritu tolerauêre.

*Nutritus pius & maternus.* Senec. in Consulat. ad matrem.

¶ **Nutrico**, nutricas, pen. prod. (ψωμίζω) nutricare, Idem quod nutrire. Plaut. Merc. 9. 11,

Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare. Varrò 2. de Re rust. cap. 8. 4, Quum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus.

¶ **Nutricor**, nutricaris (στείζω) nutricari, Deponens, Idẽ. Cic. 2. de Nat. deor. 22, Omnibus autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens (ut ita dicam) atq; educator, & altor est mundus, omniáq; sicut membra sua & partes suas nutricatur & continet.

¶ **Nutricatio**, Verbale (στεισμὸς) Varro 1. de Re rust. cap. 44. 2, Dicetur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus atq; alimonijs eorum. Gell. lib. 12. cap. 1.

¶ **Nutricatus**, huius nutricatus, pen. prod. Idem (στίσις) Plaut. Milit. 10. 55,

O lepidũ semiseneũ, ne si quas memorat uirtutes habet,
Atq; equidem planè eductum in nutricatu Venereio.

Varr. 1. de Re rust. cap. 47.

¶ **Nutritius**, Adiectiuum (θρεπτικὸς) Qui nutrit. Colum. lib. 3. cap. 13. 6, Ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero uelut nutritio sinu recipiat, & cælestes admittat imbres.

*Nutritius eius pueri eunuchus.* Cæsar 3. bel. Ciuil. 424.

¶ **Nutritor**, pen. prod. nutritoris, m. g. (τροφεὺς) Qui nutrit. Suet. de clar. Grammat. 9, M. Antonius Cnipho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus à nutritore suo manumissus.

*Puellæ nutritor.* Claud. 1. in Eutrop. 21.

*Equorum nutritor* Pholoes. Stat. 10. Theb. 44.

¶ **Nutrix**, nutricis, pen. prod. (θρέπτειρα, τιθὴ, τιθλεύτρια, τροφὸς) Quæ nutrit. Terent. Eunuch. 5. 2. 53,

Nutricem accersitum ijt, quæ illam aluit paruulam.

*Nutrices & pædagogi iure uetustatis plurimum beneuolentiæ postulant.* Cic. de Amicit. 64.

*Regia nutrix natorum Priami.* Virg. 5. Aeneid. 129.

*Oratoris nutrix.* Cic. in Orat. 21.

*Leonum nutrix tellus Iubæ.* Horat. 1. Carm. ode 22. 3.

*Cum lacte nutricis, errorem aliquem sugere.* Cic. 3. Tusc. 4.

*Inserunt mansa omnia in os pueris infantibus nutrices.* Cicero 2. de Orat. 89.

*Discordia nutrix belli.* Claud. 1. in Ruffinum, 6.

*Curarum nutrix nox.* Ouid. 8. Metam. 17.

*Nutrices arbores glandiferæ dicuntur* Plinio, *in Proœm. libro* 16. 2.

*Nutrix, pro Seminario (inquit Budæus) in quo tenella adhuc semina depanguntur, deponunturq;.* Plin. lib. 17. cap. 10. 8, Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atq; in seminarijs adolescere, iteruméq; migrare.

*Nutrix, alia significatione usurpat Catullus* Arg. epig. 59. 4.

Illáq; atq; alia uiderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas,
Nutricum tenus extantes è gurgite cano.

¶ **Nutricula**, nutriculæ, pen. corr. Diminut. (θρέπτειον) Iuuenal. Satyr. 7. 15,

Gallia uel potius nutricula causidicorum. Horatius 1. epist. 4. 2.

*Fabulæ nutriculares.* Quintil. lib. 1. cap. 9. 2.

*Seditiosorum nutricula.* Cic. in Vatinium, 2.

*Prædiorum nutricula.* Cic. 11. Philip. 298.

*Casam nutriculam uocauit* Quintilianus declam. 13. ubi quis nutritus fuit.

¶ **Nutricia**, θρέπτρα, genere neutro, numero plurali, uocamus nutricis mercedem: ut in titulo de uarijs & extraordinar. cognitionibus, circa finem. Græcè trophia dicuntur.

¶ **Nutrimentum**, nutrimenti (θρέμμα, αὔξησις, χύλωσις) Alimentum. Cic. in Orat. 25, Sed quòd educata huius nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat. Sueton. in Caligula, cap. 9, Quantum per hanc nutrimentorũ consuetudinem fauore & gratia ualuerit: id est, quòd in castris educatus sit, ut ait Budæus.

*Nutrimenta ignis.* Valerius Max. lib. 3. cap. 2. Virg. 1. Aen. 36,

Suscepitq; ignem foliis, atque arida circum
Nutrimentum dedit, rapuitq; in fomite flammam.

*Nutrimentum, pro eo qui alitur.* Valerius lib. 9. cap. 3, Digna nutrimenta, quæ in exitum patriæ suæ, ut euenit, conuerterentur. Loquitur de filijs Annibalis.

¶ **Nutrimen**, pen. prod. nutriminis, Idem (τρόφιμον) Ouidius 15. Metam. 71,

Naturæq; suum nutrimen deerit edaci.

*Nutrimenta, nutrimentorũ,* Pro ipsa nutricatione posuit Sueton. in Augusto, cap. 6, Nutrimentorum, inquit, eius ostenditur adhuc locus in auito suburbano iuxta uelitras permodicus.

**Nutus**] Vide Nuo, *nuis.*

**Nux**] *nucis*, fœm. gen. (καρύη, καρύα, καρύον) Generale nomen est omnibus quæ duro operimento teguntur, ut sunt amygdalæ, auellanæ, & huiusmodi. Plin. libro 15. cap. 22. 3, Ceteris quicquid est, solidum est, ut in auellanis, & ipso nucum genere: quas antea abellinas patrio nomine uocabant.

*Nux, à nocendo dicitur.* Ouid. de Nuce, 13,

——quoniam fata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

*Cortex uiridis nucis.* Tibul. lib. 1. eleg. 8. 9.

*Fœtus nucis.* Virg. 2. Georg. 14.



Digitized by Google

Nux auellana, seu Prænestina, quæ eadē est, ex arbore est quæ Corylus dicitur. Hanc autem nucem Græci Ponticam uocant. Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 18.

Nux calua, nux est auellana uel Pōtica. Hoc ex ueteri quodam lexico eruisse se dicit Turnebus, in quo sic scribitur, Caluæ, ποντικὰ, ψιφρυγμένα.

Basilica nux. Vide Basilica.

Castaneæ nuces. Virg. 2. eclog. 11.

Nux Græca. Colum. de Arboribus, cap. 22. 1, Nucem Græcam serito Arcturi signo. Quidam dicunt esse amygdalam, argumento Plinij lib. 15. cap. 22. quum de amygdala loquitur, Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur, quoniam Græcas nominat.

Nuces inglandes, quæ & regiæ dictæ sunt. Plin. lib. 15. ca. 22. 1.

Minimæ nuces. Iuuen. Satyr. 3. 15.

Nuces pineæ, quas pinus arbor gerit. Martial. lib. 13. 25.

Nux persica. Martial. lib. 13. 46.

Cassa nuce. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 8. Vide Cassus.

Conficere nucem. Vide Conficio.

Annosam si fortè nucem deiecerit Eurus. Iuuen. Satyr. 11. 12.

Dare nuces. Catul. in Epithalamio Iuliæ, epigr. 56. 27.

Qui è nuce nucleum esse uult, frangat nucem. Qui cōmodum appetit, ne fugiat laborem: Qui quærit uoluptatem, prius experiatur sudorem, sine quo non paratur uera uoluptas. Hanc sententiam Plautus figura sanè quàm prouerbiali extulit, in Curcul. 2. 55. Erasmus.

Frangere nucem. Cic. 2. de Orat. 148.

Legere nuces. Cic. 2. de Orat. 147.

Nuces relinquere, Est omissis studijs ac nugis puerilibus ad grauiora, magisq; seria conuerti. Persius Satyr. 1. 1.

—& nucibus facimus quæcunq; relictis,
Quum sapimus patruos. Translata metaphora, uel à uetusta nuptiarum ceremonia, in quibus sponsus uxorem ducens nuces spargebat, utpote iam pueritiæ renuntians: uel certè à puerorū lusibus, qui nucibus peraguntur, ductū prouerbiū uideri potest. Hæc Erasmus. Martial. lib. 5. 135.

Spargere nuces. Virg. 8. eclog. 6.

Nuces amaræ, apud Celsum lib. 6. cap. 7. & alibi frequenter, nihil aliud sunt, quàm quas uulgò amygdalas amaras uocāt.

Persicum quod uulgò uocatur, Molluscа nux dicitur, scilicet quòd cæteris nucibus mollior sit. Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 18. Perottus Macrobio refragatur.

¶ Nuciprunum, nucipruni, pen. prod. n. g. Prunum insitū nuci. Plin. lib. 15. cap. 13. 1, Peculiaris impudentia est nucibus insitorum, quæ faciem parentis, succumq; adoptionis exhibent, appellata ab utroq; nucipruna.

¶ Nuceus, Adiect. (καρυΐνος) Quod est ex nuce. Plin. lib. 16. cap. 39. 5, Vlmeam, pineam, nucem, hanc atq; aliam materiam omnem quum effodies, luna decrescente eximito post meridiem.

¶ Nucula, nuculæ, penult. cor. Diminutiuum, Minuta nux: unde et Prænestinæ nuculæ appellatæ sunt. A' Nucula, fit aliud diminutiuum, Nucella. Calepinus.

¶ Nucifrangibulū, ioco appellat Plaut. dētē, in Bacchid. 13. 16.

—mihi cautio est
Ne nucifrangibula excußit ex malis meis.

¶ Nucleus, nuclei (κυρλιὼ) Quod tenerum in nuce includitur. Plin. lib. 12. cap. 9. 4, Pomum intus simile contortis nucleis. Idem lib. 9. cap. 35. 8.

Concidere nucleum dentibus. Vide Concido, pen. prod.

Nucleum amisi, Prouerbium. Plaut. Capt. 11. 193,

Nucleum amisit, reliquit pignori putamina.
Verba sunt Hegionis, ubi resciuisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum: is enim ex quo fructus expectabatur, aufugerat, e o relicto ex quo nihil emolumenti poterat capi. Erasmus.

Nuclei oliuarū, Testæ. Vlpian. in l. carbonū. ff. de uerb. signif.

Nucleus, Allij spica. multis enim spicis seu nucleis compactum est, allij caput. Plin. lib. 19. cap. 6. 11, Allium tenuißimis & quæ separantur, in uniuersum uelatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim uestitis.

Nucleus pinguitudinis. Plin. lib. 17. cap. 6.

Nucleus ferri, Chalybs. Plin. lib. 34. cap. 14. 6.

Nucleus acini, Quod uinaceū appellat Colum. Plin. lib. 23. cap. 1. 5. Paulò antè, 4, Nuclei acinorum eandem uim obtinent.

¶ Nucleatus, pen. prod. Adiect. Scribonius Largus, Vua passa, nucleata, contusa ac mista.

N Y

Nyctalops] pen. cor. nyctalopis, pen. prod. om. gen. (νυκτάλωψ) Qui uidet interdiu, occidente autem sole cernit exiliter, noctu nihil. Hic etiam luscioſus dicitur à Latinis. Plin. lib. 8. cap. 50. 4, Caprinū iecur si uescātur, restituit uespertinam aciem his quos nyctalopas uocant. Idem dicit. lib. 28. cap. 11. 7.

¶ Nyctalopia, Vitium ipsum est, ut Myopia. Dioscorides tamen Nyctalopa pro uitio identidem accipit Budæus.

¶ Nyctalopa, Herba. Plin. lib. 21. cap. 11, Eandem uocari chenomychon, quoniam anseres à primo conspectu eius expauescant: ab alijs nyctalopas, quoniam è longinquo noctibus fulgeat. De nyctegreto.

Nyctegrecia] Ea Homeri rhapsodia uocatur, qua maximo metu perculsis omnibus & consternatis ob offensionem pugnæ, noctu in castris ab Agamemnone excitantur è stratis duces, & ad consilium uocantur.

Nycteoretas] νυκτήγερτος, Herba, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 11, Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus, coloris ignei, foliis spinæ, nec à terra se attollentē, præcipuā in Gedrosia narrat. Erui post æquinoctium uernum radicitus, siccariq; ad Lunam xxx. diebus, ita lucere noctibus. Mageos Parthorumq; reges uti hac herba ad uota suscipienda. Hæc ille.

Nyctelius] νυκτέλιος, uocatus fuit Bacchus, quòd sacra eius noctu fiebant: νὺξ enim nox est, τελέω perficio.

Nyctelius pater, Bacchus. Ouid. 1. de Arte, 114.

Latex Nyctelius, Vinum. Senec. 5. 18.

Nycteris] pen. corr. nycteridis (νύκτερις) Vespertilio, tam minutos habens pedes, ut eis carere uideatur.

Nycteris, hoc est, Vespertilio, dictus est Chærephon philosophus: propterea quòd philosophādo expalluisset, & supra modum emaciatus esset. Author Suidas.

Nycteus] duarū syllabarū, Nycteos, uel Latinè Nyctei (νυκτεύς) Rex quā fuit pater Antiopes. Propert. li. 3. eleg. 15. 3,

Nycteos Antiopen, &c.

¶ Nycteis, pen. prod. (νυκτηΐς) Patronymicū fœm. Propertius lib. 1. eleg. 4. 1,

Tu licet Antiope formam Nycteidos, &c. Ouidius 6. Metam. 23.

Nicticorax] pen. corr. nycticoracis, pen. corr. m. g. (νυκτικόραξ) Coruus nocturnus.

Nyctimene] pen. corr. (νυκτιμένη) Filia Nyctei, quo etiam nomine dicta est auis quædam, in quā conuersa Nyctimene fertur. Quæ quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoscens in syluas aufugit, & in noctuam conuersa, lucem odit, nocte tantùm uolitans. A' Græcis appellatur λαῦξ. Vide Ouidium 2. Metam. 119.

Nyctorix] Regina Babyloniæ. quæ, teste Herodoto lib. 1. post Semiramin regnauit sola. Apud ipsum Herodotum scribitur Nitocris.

Nympha]

Digitized by Google

Nympha] *nymphæ (νύμφη) Latinè sponsa dicitur.*
*Nymphas antiqui aquarum deas esse putauerũt, quasi lympharum numina: quippe ueteres Græci nymphã dicebant, quã nos mutatione unius literæ lympham, hoc est, aquam.*
*Aliquando Nymphæ dicuntur Musæ, quòd aqua currendo musicos sonos efficiat. Hinc sæpenumerò à poetis inuocantur.* Virg. 7. eclog. 5,
Nymphæ noster amor, Lybethrides. Cicer. 3. de Nat. deor. 57, *Sunt ne etiam Nymphæ deæ?*
*Genitor Nympharum, Oceanus.* Catul. *in Gellium, epigrammat.* 83.2.
*Templa syluestria Nympharum.* Lucret. *lib.* 5. 190.
*Agrestes Nymphæ.* Virg. 3. *Aeneid.* 7.
*Auernales Nymphæ.* Ouid. 5. *Metam.* 108.
*Faciles Nymphæ.* Virg. 3. *eclog.* 2.
*Nysiades Nymphæ.* Vide Nysa.
*Simplices Nymphæ.* Horat. 2. *Carm. ode* 8. 3.
*Teneræ Nymphæ.* Ouid. 11. *Metam.* 31.
*Nymphæ, dicuntur apes, quum primùm formam cœperint habere.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 16. 6.
¶ *Nymphæum, nymphæi (νυμφαῖον) dicitur & lauacrum & balneum.* Iulius Capitolinus, *Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam nymphæa, & balneas.* Plinius 35. *cap.* 12. 1.
¶ *Nymphæa (νυμφαία)* Herba heraclia, *quæ Venerem extinguit: à nympha, hoc est, aqua dicta, quòd aquis gaudeat.* Pli. *lib.* 26. *cap.* 10. Et *lib.* 25. *cap.* 7. 4. *Ruellius eam dicit esse, quæ officinis uulgò* Nenuphar *dicitur.*
Nymphæus] *νυμφαῖος, Italiæ fluuius iuxta* Velitras: *&* Nymphæum, *Proconnesi promõtorium. Author utriusque* Raphael Volaterranus, *Nymphæum montem semper ardere, eiusq; craterem bitumen egerere, omnium dilutißimum.* Strabo *author est lib.* 7.
Nympharina] *Gemma, urbis & gentis* Persicæ *nomen habet, similis hippopotami dentibus.* Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.
Nymphides] *νυμφίδες, Genus calceamentorum muliebrium: de quibus* Cælius *lib.* 28. *cap.* 27.
Nympholepti] *νυμφολήπτοι, dicuntur quasi Nympharum spiritu correpti: iidem* Lymphati *quoq; uocantur.*
Nymphon] *Vir quidam Colophonius, de quo* Cicer. Quin. *fratri, lib.* 1. 2, *Ego nugas maximas omni mea comitate complexus sum,* Nymphontem *etiam Colophonium.*
Nysa] *νύσα, Vrbs Arabiæ, apud quam (ut* Diodorus *ait)* Bacchus *educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nysæus dictus est, ac cognominatus* Dionysius, *à Ioue scilicet & Nysa nomen accipiens. Nysa etiam non tam mons, quàm ciuitas in India est, à Libero patre (ut refert* Strabo *lib.* 15.) *condita, carminibus poetarum celebratißima. Vide Herodotum lib.* 2. *Alia est Nysa in Bœotia apud Homerum: apud Plinium in Caria: apud Strabonem uicus etiam in Helicone: apud Ptolemæum in Lycia & Ionia: & apud Stephanum in Thracia.*
Vertex celsus Nysæ. Virg. 6. *Aeneid.* 161.
¶ *Nysæius, Adiectiuum (νυσήϊος) ut,* Chori Nysæi. Propert. *lib.* 3. *eleg.* 17. 5.
Palmes Nysæus, Vitigineus. Silius *lib.* 7. 40.
Nysa] *Proprium hominis.* Cic. 3. *de Nat. deor.* Dionysios *multos habemus, primum Ioue & Proserpinam natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse.*
Nysæa] *teste Herodoto & Curtio, urbs clarißima in India, à Libero patre condita, sub radicibus montis, quem* Neron *uocant.*
Nysirus] *Vide* Nisyrus.
Nyssa] *nysse, Repagulum, unde cursores mouentur. A' νύσσω inclino: quòd cum metam attigerint, inclinentur.*
Nysus] *Vide* Nisus.

O

Atq; V, *permutantur inuicem.* Quintil. *lib.* 1. *cap.* 4. 12, *Quid* O, *atq; u permutatæ inuicem? ut* Hecoba, *&* notrix: Chulcides, *&* Pulyxena *scriberẽtur. Quod hic* Quintilianus *dicit, multis monimentis ueterum probat.* Pierius *in suis Castigationibus in* Virgilium: *in quibus se scriptum uidisse testatur* Donu, *pro* Dono: Annus, *pro* Annos: Cupressu, *pro* Cupresso.
O (ὦ) *uocandi Interiectio, nominatiuo interdum, nonnunquã etiam accusatuo gaudens.* Virg. 1. *Aeneid.* 106,
O' regina nouam cui condere, &c. Cic. Furnio, *lib.* 10. 26. 3, O' mi Furni, *quam tu, &c.*
*Aliquando admirandi.* Terent. *Eunuch.* 2. 3. 5,
O' faciem pulchram? deleo omnes dehinc ex animo mulieres. Iuuenal. *Satyr.* 10. 15;
O' qualis facies, & quali digna tabella?
*Exclamantis.* Terent. *Heaut.* 2. 3. 3,
O' Iuppiter, tantam inesse animo insciti am? Idem Phor.
O' audaciam, etiam me ultrò accusatum aduenit? Idem *Adelph.* 5. 3. 4.
O' cælum, ô maria Neptuni.
O' immoderata mulier. Cic. pro Cælio, 41.
O' consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis & audacibus, quum pœna abfuit, & licentia consecuta est. Cic. 5. Verr. 152.
*Dolentis.* Terent. And. 1. 5. 47,
——ô Mysis, Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis de Glycerio.
Cicero 6. Verr. 49.
O' tempora, ô mores.
O' miseras hominum mentes, ô pectora cæca. Lucret. *lib.* 2. 3.
O' misera uitæ ratio. Cic. Anteq. iret in exil. 19.
O' spectaculum uni Crasso iucundum, cæteris non item. Cicero Attico, *lib.* 2. 36. 4.
*Irridentis.* Cic. de Amic. 43, O' præclaram sapientiam: solem enim è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt.
O' præclarum custodem ouium, *ut aiunt, lupum.* Cicer. 3. Philipp. 143.
*Exultantis.* Terent. And. 1. 1. 78, ô factum bene,
Beasti me. Idem Eunuch. 4. 4. 7.
O' terram beatam, quæ illum exceperit. Cic. pro Milone, 80.
O' si, *desiderantis particula.* Virg. 11. *Aeneid.* 84,
Quanquam ô si solitæ quicquam uirtutis adesset. Ibidem, *lib.* 8. 112,
O' mihi præteritos referat si Iuppiter annos.
O' utinam tunc quum Lacedæmona classe petebat,

Obrutus insanis esset adulter aquis. Ouid.1.epist.1.1.

O interiectio repentè perculsi. Terent.And.4.6.7,

O Mysis salue. M. Saluos sis Crito. Ibidem,1.5.32,

Quis hic loquitur? Mysis salue. M. ô salue Pamphile.

O, quid agis. Horat.1.Carm.ode 14.1.

O, pro Vtinam. Virg.2.eclog.6,

O tantùm libeat mecum tibi sordida rura,

Atq; humiles habitare casas. id est,utinam libeat.

O, quandoq; tacetur,quum accusatiuo iungitur. Terent. Eunuch.3.1.28,

Hominem perditum miserumq;,& illum sacrilegum.

Docet Donatus,maioris stuporis esse,hoc modo pronũciatum.Cic.ad Attic.Me miserum, cur non audes?

O A

Oanus]Oanij(ὄανος)Lydiæ oppidum,apud Stephanum.

Oasis]ὄασις,Oppidum in desertis Libyæ,septem dierum itinere à Thebis distans, quod Herodoti ætate à Samijs tenebatur:ut ipse refert lib.3.

Oataricha]ὠατάριχα.Dicũtur mugilum oua, sale condita: ὠὸν enim est,quod nos ouum dicimus,interposita u,euphoniæ causa:τάριχον,salsum dicitur:ταριχόω, seruo,condio, liquefacio,sicco.

Oaxis] ὄαξις, fluuius est Cretæ insulæ,dictus ab Oaxe filio Apollinis.

Rapidus Cretæ Oaxis.Virg.2.eclog.13.

Oaxus]ὄαξος, ciuitas Cretæ, ab Oaxo Achalidis filiæ Minois filio:uel à situ loci,quòd loca prærupta Cretenses ὄξεα uocent.Herodotus quoq; Oaxum urbem Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Bacchi regnauit, qui Cyrenem Libyæ urbem ædificauit.

O B

Ob] Ἀντὶ, πρὸ, Præpositio, accusatiuo iungitur, & significat propter.Terent.And.3.5.4,

Ergo precium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquã auferet. Donatus,id est,precium stultitiæ.

Ob adulterium cæsus.Virgil.6.Aen.123.

Laborat ob auaritiam.Horat.1.Serm.Satyr.4.6.

Ob delictum pœnas dij expetunt.Cic.pro Marcello,10.

Ob dictum aliquem oppugnare. Metellus ad Ciceronem, libro 5.1.1.

Ob aliquod emolumentum suum siqui cupidius aliquid dicere uidentur,ijs credi non conuenit.Cic.pro Fonteio,14.

Ob industriam.Plaut.Casina,6.60.

Ob decem minas oppositus pignori.Terent.Phorm.4.3.57.

Ob nullam noxiam.Plaut.Pœn.3.15.

Ob rem.Terent.Phorm.3.2.41,

——non pudet.

Vanitatis? D. minimè,dum ob rem. id est, modò in rem meam sit.

Ob absoluendum,Ob tacendum,& similia:pro, Ad absoluendum,uel ut absoluat.Cic.4.Verr.55.Gell.lib.11.cap.10.

Ob,pro ante.Plaut.Milite,7.50,

—nunc demum experior ob oculos caliginem.

Prius mihi obtigisse. Ibidem,22.37.

Ob oculos mihi sæpe mors uersata est. Cicero pro Rabir. Posth.24.

Mihi ob oculos exilium uersatur. Cic.pro Sestio,38.

Ob os offusus ignis. Cic.de Vniuers.55.

Ob,pro Ad,apud antiquos,inquit Festus.Ennius, Ob Romam noctu legiones ducere.Cic.Pæto, lib.9.26.4, Cuius ob os Graij ora obuertebant sua.

Ob,in compositione,pro Circum,autore Festo: ut, Obambulare. (bare.

Obacerbo]obacerbas,obacerbare, Est,ut ait Festus, exacer

Obacero]obaceras,obacerare.Compositum ex ob & acus, aceris,est, authore Festo, Obloqui, atq; alterius sermonem molestè impedire.

Obæratus]pen.prod. Adiectiuum (ὑπόχρεως) Dicitur qui ære alieno iam obligatus est,quasi ære alieno obstrictus, & debitor ad aliquid operandum. Liu.6.bel.Pun.208,Quatuor millia hominum erant misti ex omni colluuione, exules,obærati.Cæsar lib.1.Commentariorum, Omnes obæratos,quorum magnum numerum habebat,conduxit.

Obambulo]obambulas,pẽ.cor. (περιστείω,περιοδεύω, περίειμι)obambulare,Est(ut ait Festus)aduersum alios ambulare,& quasi ambulanti sese opponere: siue circumire, aut obuiam ire. Plaut. Merc.22.59,

Sanè hoc non in mentem uenit,dudũ ut urbem obãbulo.

Solus obambulat ipse. Ouid.2.Trist.92.

Gemebundus obambulat Aetnam. Ouid.14.Metam.38.

Obambulantes ante uallum portasq;.Liu. 5.bel.Pun.220.

Obambulare muris.Liu.6.bel.Maced.132.

¶ Obambulatio,Verbale(περιπάτησις) Author ad Herẽ.lib.3. 126. Propterea quòd frequentia & obambulatio hominũ conturbat,& infirmat imaginum notas.

Obareni]ὀβαρηνοὶ, Armeniæ populi,non procul à Cyro fluuio:quorum meminit Stephanus.

Obarescо]obarescis,obarescere.Lactãt.de Opific.Dei,cap. 10, Acies enim quam siccari & obarescere non oportet, nisi humore assiduo tersa purè nitet,obsolescit.De oculorum acie loquitur.

Obaro]obaras,pen.cor.obaraui(περιαρόω)obarare, Circũ arare,uel arando excolere.Liu.3.bel.Pun.91,Et quum hostes obarassent, quicquid herbidi terreni extra murũ erat, raporum semen iniecerunt,ut,&c.

Obarmo]obarmas(καθοπλίζω) obarmare, Idem quod Armare.Horat.4.Carm.ode 4.5, —quibus

Mos unde deductus per omne

Tempus Amazonia securi

Dextras obarmet,quærere distuli.

Obater]pen.prod.Adiect.(ὑπομέλας) Quodammodo atrũ, & ueluti subatrum. Plin. lib.18. cap.35.8, Nascens luna, si cornu superiore obatro surget.

Obatresco]obatrescis,obatrescere, Obatrum esse.Firmicus in præfat.lib.1,Paliscus lacus semper crassitudine luridæ foetidus,liuentibus spumis obatrescit.

Obba]obbæ,Poculi genus, authore Nonio, uel ligneum,uel ex spartho.Varro, Dolia atq; apothecas tricliniares,melicas,calenas,obbas,& cumanos calices.Idem epistola ad Marullium:Vtrũ meridie,an uesperi libentius ad obbã accedã.

Sestilis obba. Persius Satyr.5.15.

Obbibo]obbibis,obbibi,penult.cor.obbibitum, pen. corr. (καταπίνω)obbibere,Idem quod bibere. Cic.1.Tuscul.153, Qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorũ uenenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, ut id resonaret.

Obbrutesco] obbrutescis, obbrutui (ἀλογοποιοῦμαι) obbrutescere, Brutum fieri, rationem amittere. Lucretius libro 3. 110,

Nec refert,utrum pereat dispersa per auras,

An contracta suis è partibus obbrutescat. de Animæ.

Obcæco]obcæcas (ἐκτυφλόω) obcæcare,Idem significat quod Cæcare.Col.lib.4, Veluti ignorantiæ tenebris obcæcata luce ueritatis caruit.Dicimus & oecæco. Plin. lib.10. cap.3.5,Respersu pinnarum hostem occæcantes.

Obcæcat orationem totam narratio obscura. Cicero 2. de Orator.179.

Obcæcatus stultitia.Cic.ad Senatum,lib.15.1.12.

Obcæcatio

Obcæcari tenebris, & Præfulgere splendore, contraria. Author ad Herenn. lib.3.126.

Aether terrificis obcæcat sidera nimbis. Ouid.ad Pisonem, 30.

Obcæcare fossas in agro: hoc est, obtegere, & desuper claudere, ne pateant. Col.lib.2.cap.2.7.

Obcædes] Plautus,

Obe, iam satis, nolo obcædes,
Catuli ut ludum nunc uolo. id est, Nolo hîc quicquam tragicum & cruentum, quod ǫ; cædes imitetur: malo ludum catellorum, qui inter se lasciuè lusitant. Obcædes aût iuncto uerbo, ut concædes, dicuntur. Turnebus.

Obcæno] obcænas, obcænare. Antiquum. Plaut. in Cestione Cerastibola, ut de lumbo obcænabis. Author Varr. lib. 6. de Ling. Latin.

Obcaleo] obcales, pen.cor. obcalui, obcalêre. Circumcalere. Celsus lib. 4. cap. 24, Vbi dolor uehemens urget, interest sine tumore is sit, an tumor cũ calore, an tumor iam etiam obcaluerit. Et paulo pòst, Si uerò tumores etiam obcaluerunt, & dolent, leuat spongia.

Obcaleo] τυλλᾶμαι. Vide Occalleo.

Obcalluêre mores. Col.lib.8.cap.16.5.

Obdo] obdis, obdidi, obditum, pen.cor. (ἀποδιδόω) obdere, Opponere, inquit Festus.

Obdere ceram auribus. Senec.epist.32.

Obdere forem, pro Claudere fores. Plaut.Casin.23.14.

Obdere fores ferratis trabibus. Plin.lib.6.cap.11.1.

Obdere pessulum ostio. Terent.Eunuch.3.5.55.

Idem Heaut.2.3.37,

Anus foribus obdit pessulum.

Obdormio] obdormis, obdormiui, obdormitum, pen. pròd. (κοιμάω) obdormire, Dormire. Cic. 1. Tusc. 147, Nescio quando in Latino obdormiuit. De Endymione.

Obdormire crapulam. Plaut. Most. 16.1. Vide Dormio.

¶ Obdormisco, obdormiscis (ἀφυπνόω) obdormiscere, Idẽ. Cic.1.Tuscul.191, Quid melius quã in medijs uitæ laboribus obdormiscere, & ita conuenientẽ somno consopiri sempiterno? Vlpianus in l. si seruus seruum. §. si quis insulam. ff. ad legem Aquiliam, Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormiscet, & ulla exusta fuisset, &c.

Obduco] obducis, pen.prod. obduxi, obductum (προσιάγω) obducere, Circunducere, uel Contrà ducere. Plaut. Pseud. 8.17.

Pòst ad oppidum hoc uetus continuò mecum exercitum
Protinus obducam.

Obducere uelum, Apud Plinium in epistolis.

Obducere (εἰσάγειν) pro Inducere: ut, Obducere torporẽ. Plin. lib.22.cap.25.26.

Obducere rebus tenebras. Cic.4.Acad.32. Quint.lib.10.cap. 1, Atq; ille quidẽ omnibus eiusdem operis authoribus absti lit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. id est, obtenebrauit, ut minus noti essent. De Menandro.

Obducere (ὑπεισάγω, προσπαλύπτειν) Superducere, tegere. Cic.2.de Legib.82, Redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.

Herbæ obducunt segetem densis sentibus. Virgilius 2. Georgic.83.

Obducere plagam limo. Plin.lib.8. cap.26. Et apud Columel. lib.3. cap. 18. 6, Obducunt cicatricem radices quæ excreuerunt.

Crustam obducere. Plin.lib.13.cap.4.16.

Rubiginem obduccre. Plin.lib.17.cap.4.4.

Macies obduxerat artus. Ouid.epist.11.6.

Tenebræ obduxêre oculos. Lucan.lib.3.146.

Frontem obducere, pro Contrahere. Quint.lib.10.cap.3.

Callum obducere, pro Contrahere callum. Cic.3.Tusc.90. Idẽ ad Varronem, lib.9.2.9, Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.

Obducere callum dolori dicitur labor, per translationem: pro, Dolorem minus molestum facere. Cic.2.Tusc.62.

Obducere uultum, quemadmodum Obducere frontem. Senec. de Benefic.

Obducere, Detegere, aperire. Lucil. Vos interea lumen auferte, atq; aulam obducite. Nonius.

Obducere aliquem. Cic. ad Attic.lib. 1. 1. 4, Vt mihi uideatur non esse ἀδιώατον, Curiũ obducere, sed hoc præter me nemini uidetur. id est, obtrudere in petitionem.

Diem obducere. Cic.ad Attic.lib.16.333.19, Nono Calend. igitur ad Siccam: ibi tanquam domi meæ scilicet: itaq; obduxi posterum diem. Vbi interpres, Obduxi, circũ illa loca duxi, & consumpsi.

¶ Obductus, Participium (ἐπεισαχθείς) ut,

Cicatricem Reip. iam obductam refricare. Cicero 3. de lege Agrar.3.

Colos cano situ obductus. Plin.lib.12.cap.25.10.

Dolorem obductum uulgare. Virg.10.Aeneid.13.

Frons obducta, Tristis. Horat.Epod.13.

Obstructio obducta. Cic.pro Sestio, 16.

Obducta situ uetustatis prata. Col.lib.2.cap.18.2.

Tenebræ obductæ. Propert.lib.3.eleg.16.1.

Vultus obductos condere. Ouid.2.Metam.66.

¶ Obductio, obductionis, Verbale (προσπάλυψις)

Obductio capitis. Cicer.pro C.Rabirio perduel.reo, 10. Id est, obuolutio, ut ait Budæus.

¶ Obducto, obductas (εἰσάγομαι) obductare, Frequent. Plaut. Merc.16.46,

Nec pol ego patiar sic me nuptam tam malè,
Meaq; in ædes sic scorta obductarier.

Obdulcesco] obdulcescis (πικραίνομαι) Idem ferè quod dulcesco, simplex: hoc est, dulcis fio. Calep.

Obduro] obduras, pen.prod. (σκληρύνω) obdurare, Facere durum.

Amorem edendi obdurare. Lucret.lib.4.175. Fortassè legendum, obthurare.

Perstà atq; obdura. Horat.2.Serm.Satyr.5.8.

Destinatus obdura. Catul.ad Seipsum, epig.8.4.

¶ Obdureo, obdures, penult.product. obdurui (σκληρύνομαι) obdurere, Durius fieri. Cicero ad Atticum, libro 12. 2311, Quare obduretur hoc triduum, ut te quoq; ponam in eodem πάθει.

¶ Obdurescо, obdurescis, obdurui (κατασκληρύνομαι) obdurescere. Idẽ. Varro 3. de Re rust. cap. 14.4, Earũ semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit.

Obdurescere, etiam de homine dictum. Cic. ad Luceium, lib. 5. 15.3, Alij occiderunt, alij nescio quo pacto obduruerunt.

Obdurescere & percallere. Cic.pro Milone, 57.

Consuetudine obdurescere. Cic.2.Philip.105.

Obdurescere ad. Cic.ad Brutum, lib.13.261.4, Sed iam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem exuimus.

Obduruit animus ad dolorem nouum. Cicer. ad Calium, libro 2.15.1.

Obdurescere contrà. Cic.3.Tuscul.113, Obduruissq; sese contra fortunam arbitrantur.

Obdurescere in patientia. Cic.7.Verr.27.

Obedio] obedis, pen.prod. obediui, obeditum, penult prod. (πείθομαι, ὑπακούω) obedire, Parére, obsecundare. Festus, Obedio, obaudio. Cic. de claris Orat. 131, Quantum in hac urbe pollet, multorum obedire tempori, multorumq; uel honori uel periculo seruire.



Digitized by Google

Parére & obedire. Cic. 5. Tusc. 52.
Obedire, parére uoluntati dei. Cic. 1. de Nat. deor. 29.
Obtemperare & obedire. Cic. 3. de Leg. 7.
Obedire ad. Cic. pro Cecinna, 38, Si seruulis hoc nostris concesserimus, ut ad uerba nobis obediant.
In modum seruorum alicui obedire. Tacit. lib. 1.
Obedibo, antiqui dixerunt. Afranius, Meo ut obsequar amori, obedibo tibi.
¶ Obediens, Participium (πειθόμενος) Cic. 2. de Nat. deor. 111, Nulli igitur est naturæ obediens aut subiectus Deus.
Obediens dicto. Plaut. Bacchid. 8. 35.
Naturæ obediens homo homini nocere non potest. Cicero 3. Offic. 31.
Appetitiones obedientes efficere rationi. Cic. 2. Offic. 25.
¶ Obediens, Nomen ex participio (ὑπηκόος, ὑπήκοος, πειθήνιος) Liu. 5. bel. Pun. 210, Et ut imperijs uiuorum nemo obedientior me uno fuerit, &c. Plin. lib. 16. cap 43. 2, Obedientißima quocunq; in opere fraxinus.
¶ Obedientia, obedientiæ (ὑπείξα, ὑπακοή, πεῖσα) Cicer. 1. Offic. 143, Relinquunt enim & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ.
Abijcere ac relinquere obedientiam. Vide Abijcio.
Fracti animi obedientia, & arbitrio carentis suo, seruitus est. Cic. in Parad. 44.
Obedientia imperiorum. Plin. lib. 8. cap. 1. 1.
¶ Obedienter, Aduerb. (ὑπείθως) Liu. lib. 8. ab Vrbe, Sub imperio populi Rom. se obedienter ac fideliter futuros.
Obedienter curatum est. Liu. 5. bel. Pun. 45.
Obedo] obedis, pen. cor. obedi, obesum, pē. prod. (πιέλω) obedere, Consumere, quasi circum edere.
¶ Obesus, penul. prod. Adiect. (πιελιδεσμός) Gracilis & exilis, inquit Nonius, & circunrosus, macilentusq;. Næuius, Corpore, pectoreq; undiq; obeso, ac merito exeso, tardi ingenio senis.
Obesus (πίων) inquit Festus, pinguis: quasi ad edendum factus. Nonius, Obesum pro uberi & crasso sæpius ponitur. Virgil. 3. Georg. 16,
Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga. Plin. libro 11. capite 37. 69, Iidem minus solertes, quibus obesißimus uenter.
Canis obesus lacte. Claud. 1. in Eutrop. 27.
Obesum corpus leuant onere. Plin. lib. 24. cap. 8. 2.
Fauces obesæ: id est, clausæ. Virg. 3. Georg. 100. Seruius.
Obesa illuuies. Colum. lib. 7. cap. 10. 5.
Naris obesæ iuuenis. Horat. Epod. 12. 1.
Turdus obesus. Horat. 1. epist. 16. 4.
¶ Obeso, obesas, pen. prod. (λιπαίνω) obesare, Impinguare. Col. lib. 8. cap. 7. 4, Nonnulli tribus aquæ partibus unā boni uini miscent, madefactoq; triticeo pane obesant auem. De gallinis. Legitur & obescant.
¶ Obesitas, pen. cor. obesitatis (πιότης) Ipse obesorum status & temperatura. Plinius, In magna obesitate. Columella lib. 6. cap. 24. 2, Ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas. De uaccis.
Obeliæ] Panes erāt Dionysio offerri soliti: sic dicti, uel quia ueruculis quibusdam constiparentur, quos obeliscos uocāt: uel assarentur: aut quia uenderentur obolo. Vide Cæl. lib. 9. cap. 16.
Obelus] obeli, pen. corr. (ὀβελός) Latinè dicitur ueru, siue uerucula. A cuius similitudine uirgula quædam expūctioni frequens, ueru dicitur: iacet autem sic —Hac uirgula usi sunt Ecclesiastici interpretes, quum significarent aliquid additum in uulgari translatione, quod in prototypis non haberetur.
¶ Obeliscus, obelisci (ὀβελίσκος) Diminutiuum nomine magis, quàm re: quum res magnæ obelisci dicantur. Est autem lapis asperrimus, figura metæ cuiusdam, sensim à procerita te in excelsum consurgens, paulum gracilescens, specie quadrata, in uerticem productus angustum, manu læuigatus artificis, qui multi Romæ fuisse referuntur: & sunt pyramidibus longè minores, Solis numini sacrati. Plin. lib. 36. cap. 8. 3, Trabes ex pyrrhopœcilo fecere reges quod im certamine, obeliscos uocantes, Solis numini sacratos. Idem lib. 16. cap. 40. 2, Obeliscum in Vaticano circo statutum.
¶ Obeliscolychnium (ὀβελισκολύχνιον) Instrumentum fabrile, ex ueru & lucerna compositum. Arist. lib. 4. de partibus animal. tractans de linguis insectorum, quæ pluribus fungūtur officijs, Vbi enim, inquit, licet duobus uti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere solet, quale per inopiam ars excusoria obeliscolychnium ex ueru lucernaq; componit. Attamen si id fieri non potest, eodem ad plura opera abutitur. Hoc uerbum restituit apud Quintilianum Turnebus: quo loco legitur. In Græcis obelisco coluduno, pro eo, obeliscolychnio, emendans. Vide & Erasm̄ in Prouerbijs.
Obeo] obis, obiui uel obij, obitum, penult. corr. (ἐφοδεύω) obire, Adire significat: nam Ob, pro Ad, quandoq; ponitur. Significat & exequi, siue peragere: ut ex subiectis exemplis clarum fiet.
Obeunt tres noctes. Plaut. Truc. 3. 8. id est, prætereunt.
Obire] πράσσειν, Peragere. Cic. ad Attic. lib. 8. 160. 3, Nec uerò hæc extrema quicquam potest iure reprehēdere, quòd mare non transierim: id enim etsi erat deliberationis, tamen obire non potui.
Obire (τελευτᾶν) Mori. Plut. Epid. 10. 76,
Malo cruciatu ut pereas, atq; obeas citò. Plin. lib. 11. cap. 37. 57, Obire morbo.
Decurso lumine uitæ obijt. Lucret. lib. 3. 212.
Annum obire. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25. 5, Multi clarißimi uiri quum Reip. darent operam, annum petitionis suæ non obirent. id est, non uenerunt ad annum.
Bella ad res alias obire. Liu. 4. ab Vrbe cond. 32, Quia duo Cōsules obire tot simul bella nequirent, id est, onus tot bellorū susципere, & eis sufficere. Vel, eodem tempore adire tot bella, tot bellis interesse. Idem, Ne ad omnia simul adire & obire unus non posit. Cic. 1. de Orat. 84, Iudicia priuata magnarum rerum obire.
Cœnas obire. Cic. ad Attic. lib. 9. 185. 6.
Colonias obire. Cic. ad Attic. lib. 16. 335. 1.
Comitia obire. Cic. ad Attic. lib. 1. 2. 1, Venias ad id tēpus, quod scribis, obieris Quint. fratris comitia. id est, adieris, atq; illis adfueris.
Competitores plures obire. Qu. Cic. de Petit. Consul. 23.
Diem aliquem obire. Cic. de Amicitia, 7, Qui diligētißimè semper illum diem & illud munus solitus esses obire. id est, adire, & adesse eo die.
Diem auctionis obire. Cic. Attic. lib. 13. 272. 2.
Diem obire, Mori. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 12. 6, Paulò ante lucem Marcellum diem suum obijsse. Sic,
Obire supremum diem. Plin. lib. 14. cap. 4. 2. Et libro 7. capite 29. 3.
Hæreditatem obire. Vide Hæreditas.
Obire in silentium. Seneca epist. 21.
Legationes obire: id est, susципere. Cic. pro lege Agraria, 52.
Obijt legatus Aegyptum: pro, Legatione functus est in Aegyptum. Cic. in Somnio Scipionis, 6.
Lethum obire. Lucret. lib. 5. 285.
Locum & tempus obire. Cic. pro Milone, 20.

Mortem

Digitized by Google

Mortem obire, Mori. Festus, Mortem obijsse ea consuetudine dicitur, qua dixerũt antiqui, Ob Romã legiones ductas: &, Ob Troiã duxit exercitũ: pro, ad. Terent. Phorm. 5.9.30, Ea mortem obijt: è medio abijt. Cic. pro Milone, 65, Primum illud uulnus acceperit, quo teterrimã mortẽ obiret.

Obire morte. Sueton. in Augusto Cæsare.

Munus cõsulis obire, Fungi officio Cõsulis. Plin. in Paneg. 99. Liu. 2. ab Vrbe, 35, Non sufficientib. iam uiribus ad Consularia munera obeunda. Et lib. 3. 27, Munus uigiliarum Senatores, qui per ætatem ac ualetudinem poterant, per se ipsi obibant.

Grauatè munus obire. Liu. Haud grauatè munus obibant.

Munia regis obire. Liu. Decad. 1. lib. 2.

Negocium obire. Cic pro lege Manilia, 24.

Oculis obire, Circunspicere. Plin. epist. 51. d, Nam ferunt Xerxem, quum immẽsam exercitum oculis obijsset, illacrymasse.

Officia obire. Plin. epist. 45. d, Nam ille quoq; quoad honestũ fuit, obijt officia, gessit magistratus, prouincias rexit.

Officia liberaliter & dextrè obire. Liu. 1. ab. Vrbe, 156.

Opus rusticum obire. Col. lib. 12. cap. 3. 4.

Oratione sua omnem rem aliquam obire. Cic. 4. Verr. 87.

Pericula at labores obire. Liuius 1. ab Vrbe, 236. Et 7. bel. Punic. 266.

Prælia obire, Præliari. Lucret. lib. 4. 196.

Prouinciam obire. Cic. 7. Verr. 64, Nam æstate summa, quo tẽpore cæteri Prætores obire prouinciam, & concursare cõsueuerunt. Ibidem, 24.

Rem priuatam obire, & publicam. Cic. pro lege Manilia, 37.

Res suas obire. Cic. pro Archia, 9.

Sacra obire. Liu. 1. ab Vrbe, 81, Quanquam ipse plurima sacra obibat. id est, plurimis sacris interesse solebat.

Obire sidera dicuntur, quum occidunt. Plin. lib. 2. cap. 26.

Vadimonium obire, Est ad diem se sistere. Vnde Obitum uadimonium. Cic. pro Quintio, 31, Vadimonium mihi non obijt quidam socius & affinis meus. Et paulo antè, Qua tibi uadimonium non sit obitum, eadem te hora, &c. Budæus.

Interdũ additur præpositio Ad. Plin. lib. 8. epist. 12, ad Minutianum, An si litibus tererer, obstrictum esse me crederem obeunti ad mea uadimonia?

Vigilias obire. Plin. lib. 14. cap. 22. 8.

Visu crebro obijt omnia. Silius lib. 3. 33.

Terras obire, Circuire. Virg. 6. Aen. 12. Cic. 2. Verr. 4, Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obij.

Multum telluris obiuit. Virg. 6. Aeneid. 161.

Vrbes obire. Curtius lib. 4.

Regiones pedibus obire. Cic. 5. de Finib. 149.

Domos amicorum obire. Cic pro Cælio, 12.

Obit infera Perseus in loca. Cic. in Arato, 50.

Obire, Circundare. Virg. 8. Aeneid. 108,

Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum.

Obiri, passiuum. Plin. lib. 13. cap. 4. 2, Palmam breuem ramis obiri umbra foliorum putãt. Vetus exemplar habet, breuiq; ramorum orbe foliosum.

Campus obitur aqua. Ouid. 1. Fast. 93.

¶ Obiens, huius obeuntis, Participium (μετιών) Cic. in Somnio Scipionis, 23, Quid in reliquis Orientis aut Obeuntis solis ultimis, aut Aquilonis, Austriue partibus tuum nomen audiet?

¶ Obeundus, Aliud Participium (μετιτέος) Horatius 1. Serm. Satyr. 6. 24,

——non sollicitus mihi quòd cras
Surgendum sit mane, obeundus Marsia, &c.

Bella planè accinctis obeunda. Tacit. lib. 3.

¶ Obitus. pen. cor. similiter participi. (μετελευθὼς) Cic. pro Sestio, 71, Nec uerò illorum quisquam, quos à maioribus nostris morte obita positos in illo loco, atq; in Rostris collocatos uidetis, &c.

¶ Obitus, huius obitus, pen. corr. (τελευτὴ) Mors, interitus. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 1, Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sanè quàm pro eo ac debui, grauiter molestéq; tuli.

Difficiles obitus. Virg. 4. Aeneid. 139.

Mitis obitus. Tacit. lib. 3.

Ante obitum nemo dici debet beatus. Ouid. 3. Metam. 28.

Interitus atq; obitus omnium rerum conficit natura. Cicero 2. de Diuin. 56.

Dare obitus. Valer. Argonaut. 104.

¶ Obitus, δύσις, Occasus. Cic. 1. de Orat. 92, In astrologia cæli conuersio, ortus, obitus, motusq; siderum.

Obitus & occasus. Cic. in Pisonem, 26.

Stellarum ortus atq; obitus. Catul. de coma Berenicis, epigrammat. 61. 1.

¶ Obitus, παρουσία, Aduentus. Turpil. Ecquis est qui interrũpit sermonem meum obitu suo?

¶ Obitus, pro Aditu (πρόσοδος) Terent. Hecyr. 5. 4. 18,

Vt uoluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunq; adueneris, Semper siet. Vbi Donatus, Obitus, occursus. Ob enim significat Contra. Ergo obitus, aditus. Inter obitum & aduentum hoc interest: quòd obitus est, quem casus affert: aduentus, quem uoluntas & destinatus locus. Festus, Antiqui obitu dicebant, pro aditu.

Obequito] obequitas, pen. corr. (περιϊππάζω) obequitare, Circumequitare. Liu. 2. ab Vrbe, 193, Primò obequitando castris, prouocandoq;. Sic lib. 9. 190, Et luce orta postero die obequitauit stationibus hostium.

Obequitare, cum accusatiuo. Curtius lib. 3, Alexander ante prima signa ibat, &c. Quumq; agmen obequitaret, uaria oratione, ut cuiusq; animo aptum erat, milites alloquebatur.

Oberro] oberras (περιπετέω, περιέρχομαι) oberrare, Circumerrare. Plin. lib. 17. cap. 19. 4, In summa tellure oberrant. Idem lib. 29. cap. 4. 3, Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat, &c. De mustela.

Oberrare, per translationem, pro Circumuolare posuit Persius Satyr. 4. quum dixit,

Dlues arat Curibus quantum non miluus oberret.

Oberrare, pro Errare, peccare. Horat. de Arte poet. 72,

——& citharœdus
Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Obesco] obescas (ἀπαλιάζω) obescare, ab esca compositum, Escam in os ingerere. Col. lib. 8. cap. 7. 4, Nonnulli tribus aquæ partibus unam boni uini miscent, madefactoq; triticeo pane obescãt auem, quæ prima luna (quoniam id quoq; custodiendum est) saginari cœpta, uicesima pergliscit. Legitur &, obesant. Vide Obeso.

Obesus] Vide Obedo.

Obex] obicis, pen. cor. com. gen. Ab obijcio, Significat cuiuscunq; rei obiectionem siue obstaculum. Festus, Obices, pessuli serę. Plaut. Merc. 3. 72,

Tibi denicq; iste lætitiam pariet obex. Plinius in Paneg. 76, Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus, superatisq; iam mille liminibus ultrà semper aliqua dura & obstantia. Virg. 10. Aeneid. 75,

Ecce maris magna claudit nos obijce pontus. Vbi Seruius, Modò usus habet ut hic obex dicamus: unde quidam, Magno Obice legunt. Antiqui etiam hæc obex dicebant: secundum quod est, Magna Obice. Hinc est quòd nonnulli uitant generis dubietatẽ, & legunt Magni, scilicet maris. Ca-

per tamen in libris dubij generis, probat dici & hæc obex: quod, ut dixi, hodie de usu receßit.

Obijces, per duplex ij scribitur apud poetas: ut producatur Ob.

Aperti obijces. Claud. 1. de raptu. Proserp. 35.

Obijces rupti. Virg. 2. Georg. 96.

Moliri obijces. Vide Molior.

Firmo obijce portas claudere. Ouid. 14. Metam. 157.

Abrupto obijce soluit montes. Senec. Herc. furen. 4. 7.

Obfirmo] obfirmas (ἐπιστηρίζω) obfirmare, Firmè propositum in animo habere, & quasi obstinatè aliquid in animo tenere. Terent. Eunuch. 2. 1. 11,

—censen' posse me obfirmare, & Perpeti ne redeam interea? Idem Heaut. 5. 5. 8,

Ne tam obfirma te.

Obfirmare animum, Firmum & inuictum atq; obstinatum animum habere. Plaut. Amphit. 8. 14,

—feram & perferam usq; eius abitum,
Animo forti atq; obfirmato. Idem Mercator. 3. 81,
Vtut animum obfirmo meum.

Obfirmare uiam. Terent. Hecyra, 3. 5. 4,

Certum obfirmare est uiam me, quam decreui persequi.

Vbi Donatus, Obfirmare uiam, Aduersus omnia obstinatè agere.

¶ Obfirmatus, pen. prod. (ἐπιστήριγμένος) Nomẽ ex participio. Cic. ad Att. lib. 1. 73, Incredibile est quanto mihi uideatur illius uoluntas obstinatior, & in iracundia obfirmatior. Vetus codex habet, affirmatior.

¶ Obfirmatè, pen. prod. Aduerbium (ἐπιστηριγμένως) Pertinaciter. Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 25, Ad capessendam rem perurgebant, quanquam obfirmatè resistentem.

Obgannio] obgannis, obganniui, obgannitum, pen. prod. (ἐπικνυζάω) obgannire, In aurem secretò loqui, & ueluti immurmurare. Apul. lib. 2, In aurem mulieris obgannijt. Terent. Phorm. 5. 9. 41,

Habet hæc ei quod dum uiuat, usq; ad aurem obganniat.

Obhæreo] obhæres, obhæsi (προσέχομαι) obhærere, Idem quod adhærere. Sueton. in Nerone, Consurgenti ei primùm lacinia obhæsit.

Equus obhæret in flumine. Lucret. lib. 4.

Obherbesco, obherbescis, Herbis obducor: ex Ob & Herbesco. Herbescere uerò, est herbam fieri. Cic. in Catil. Et elicit herbescentem ex eo uiriditatem, quæ nixis fibris stirpiũ, sensim adolescit. Festus, obherbescere, herbam increscere.

Obhorreo] obhorres, obhorrui, obhorrere. Plin. lib. 37. capite 8. 6, Vilioris est turbæ prasius, cuius alterum genus, sanguineis punctis obhorret.

Obiaceo] obiaces, pen. cor. obiacui, obiactum (κεῖτέαμαι) obiacere, Circum aut cõtrà, siue obuiam iacere. Festus, Obiacuisse, Ante iacuisse. Col. lib. 2. cap. 4. 5, Sed uastos cæspites conuellit, quibus obiacentibus impeditum aruum minus rectè potest iterari. Liu. 10. ab Vrbe, 179, Ibi obiacente sarcinarum cumulo, quas coniecerant in medium. Stat. 4. Thebaid. 13, —uatum quà conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaq; obiacet alto Isthmos.

Obijcio] obijcis, pen. cor. obieci, pen. prod. obiectum (κεῖμαι, προβάλλω, προτείνω, ἐπιφέρω) obijcere, Antè iacere, anteponere, porrigere, offerre, opponere.

Obijcere argentũ lenæ. Plaut. Asin. 14. 5. Terent. Phor. 5. 2. 4,

Etiam argentum est ultrò obiectum ei.

Obijcere machæræ aliquem. Plaut. Curc. 12. 11,

—reddin' an non uirginem
Prius, quàm te huic meæ machæræ obijcio mastigiæ?

Obijcere cibum canibus. Plin. lib. 8. cap. 40. 4.

Offam obijcere cani. Virg. 6. Aeneid. 85.

Caput obieci ruenti telo. Silius lib. 16. 131.

Clypeos ac tela siniſtris Protecti obijciunt. Virgilius 1. Aeneid. 89.

Obijcere corpus feris. Cic. pro Rosc. Amer. 43.

Obijcere fores portæ. Liu. 8. bell. Pun. 27.

Obijci ad omnes casus. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 5. 11.

Obijcere se in impetus profligatorum hominum quotidianos. Cic. pro Archia, 10.

Obijcere caput suum ferro pro ceremonijs. Cicero pro Domo sua, 112.

Obijcere se telis hostium. Cic. 1. Tusc. 142.

Obijcere florem uiminibus. Plaut. Curcul. 31.

Concionibus seditiosorum, insidijs coniuratorum, & telis obiorum obijci, & ad omne periculum atq; omnem inuidiã opponi. Cic. pro Murena, 79.

Potestati aliquorum aliquid obijcere. Cicero de Aruſp. respon. 22.

Funera acerba obijcere. Plaut. Amphit. 4. 36,

Quod multa Thebano populo acerba obiecit funera.
id est, multos occidit Thebanos.

Furorem obijcere alicui dicitur res aliqua. Cicer. pro Rosc. Amer. 23, Quæ res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit?

Impietatem obijcere alicui. Plin. in Paneg. 53.

Laborem obijcere alicui. Terent. Hecyra, 3. 1. 6.

Lætitiam obijcere alicui. Terent. Heaut. 1. 2. 12.

Lucrum alicui obijcere. Plaut. Curc. 10. 45.

Maledictum alicui obijcere. Cic. pro Murena, 11.

Malum obijcere. Plaut. Amphit. 7. 47.

Malitiam obijcere. Plaut. Casina, 15. 33.

Mentem alicui obijcere: pro, In mentem inducere. Liuius 5. ab Vrbe, 72.

Metum animo alicuius obijcere. Cic. 2. Tuscul. 14.

Moram obijcere, Retardare. Plaut. Pœn. 5. 37.

Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem. Horatius 1. epistol. 17. 13.

Nubem obiecit oculis. Ouid. 12. Metam. 7.

Præuaricationem obijcere. Plin. lib. 7. epist. ultima, b.

Religionem obijcere. Plaut. Merc. 22. 40.

Salutem suam pro aliquo obijcere. Cic. pro Plancio, 65.

Solicitudinem obijcere. Plaut. Milit. 10. 29.

Spem obijcere. Liu. 6. ab Vrbe, 65.

Splendorem falsi honoris obijcere. Cic. Bruto, 18. 4.

Tempus omne ijs fluctibus obiecimus, qui per nos à communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. Cicer. 1. de Orator. 2.

Terrorem obijcere hosti. Liu. 7. bel. Pun. 3.

Obijcere, In memoriam reducere, siue reuocare. Plautus Milite, 10. 25.

Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia
Obijcere, neq; te decõra, neq; tuis uirtutibus.

Obijcere aliquid alteri, Exprobrare. Cic. 6. Verr. 32, Non tibi obijcio, quòd hominem dignißimum tuis moribus, & spoliasti, ac depeculatus es. Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 17.

Obijcere alicui de Brutus ad Antonium, lib. 11. 3. 4, Te miramur quum hæc reticueris, non potuisse continere iracundiã tuam, quin nobis de morte Cæsaris obijceres.

Obijcere aliquid crimini. Plin. lib. 34. cap. 3. 4.

Obijcere in loco criminis, Idem. Cic. pro Cluent. 49. Doce, in illorum iudicijs quid præter hoc uenenum Oppianici, non modò in crimmis, sed in maledicti loco sit obiectum.

Obijcere ut probrum. Cic. 1. Tuscul. 6.

De uno alteri obijcere. Cic. pro Plancio, 61.

Digna

Digna pudore obijcere alicui. Ouid. 13. Metam. 62.
Eloquentiam ut uitium alicui obijcere. Cic. in Salluſtium, 4.
Factum quod obijcitur, negare. Cic. in Partit. 55.
Furta, largitiones, libidines obijcere alicui. Cicero pro Domo ſua, 72.
Ignobilitatem alicui obijcere. Cicero 3. Philipp. 134. Et pro Muræna, 14.
Libido mihi obijcitur abs te. Propert. lib. 3. eleg. 19. 1.
¶ Obijciendus, Particip. (προβλητέος) Virg. 3. eclog. 2,
Parcius iſta uiris tamen obijcienda memento.
¶ Obiectus, aliud participium (προβεβλημένος) Cicero 1. Tuſcul. 180.
Clathri obiecti cauea: id eſt, oppoſiti. Horat. de Arte, 96.
Obiecta tela. Cic. de Aruſp. reſp. 46.
Obiectæ uallo munitiones. Liu. 3. ab urbe, 111.
Oppoſitum & obiectum hoſtibus propugnaculum. Cicer. pro Fonteio, 3.
Flumina obiecta retardant equos. Virg. 3. Georg. 51.
Scopuli retardant obiecta flumina. Virg. 3. Georg. 51.
Viſum obiectum eſt à Deo dormienti. Cic. 4. Acad. 91.
Ad omnes caſus ſubitorum periculorum obiecti ſumus. Cicero Torquato, lib. 6. 4. 11.
Error in aliqua re obiectus. Cic. pro Cecinna, 4.
Obiecta ſpecies uoluptatis. Cic. 1. de Finib. 73.
Vtilitas obiecta. Cic. 5. de Fin. 93.
Signo obiecto aliquem monere quid euenturum ſit, niſi caueat. Cic. 1. de Diuinat. 57.
De obiectis non confiteri. Cic. pro Domo ſua, 72.
Diluere obiecta. Quintil. lib. 4. cap. 2. 19.
¶ Obiectus, huius obiectus, Verbale (προβολὴ) Colū. lib. 3. cap. 19. 2, Qui uterq; non incommodè arcetur obiectu ueſtis.
Virgil. 1. Aeneid. 33,
—inſula portum
Efficit obiectu laterum. Tacit. lib. 4.
¶ Obiecto, obiectas (προβάλλομαι) obiectare, Frequentatiuum. Plaut. Moſtel. 10. 23,
Hã, caue ne illi obiectes nunc in ægritudine
Te hæc emiſſe. id eſt, ne illi protinus dixeris.
Corpora bello obiectant: id eſt, exponunt. Virgil. 4. Georg. 44.
Caput obiectare periclis. Virg. 2. Aeneid. 151.
Animam obiectare pro aliquo. Virg. 12. Aeneid. 46.
Vitam obiectare procellis. Claud. 3. de raptu Proſerp. 73.
Obiectare (ὀνειδίζειν) Exprobare. Cic. in Salluſt. 2, Quid ſal ſuum crimen bonis obiectat.
Probrum obiectare alicui, & illius laudem illuſtrare, contraria. Cic. pro Domo ſua, 50.
¶ Obiectatio, Verbale (ὀνειδισμὸς) Exprobratio. Cæſar 3. bel. Ciuil. 230, Idq; ita eſſe, cùm ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domeſtico iudicio, atq; animi conſcientia intelligebant.
¶ Obiectaculum, huius obiectaculi, penult. corr. Pro obice & claſtro, ut ait Budæus. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 17. 9, In Baiano autem tanta ardebat cura, ut architecto permiſerit ut ſuam pecuniam conſumeret, dummodo perduceret ſpecus è piſcinis in mare obiectaculo, quo æſtus bis quotidie ab exortu lunæ ad proximam nouam introire, ac redire rurſus in mare poſſet, ac refrigerare piſcinas.
Obigenē] Obigenes, Lycaoniæ pars, contermina uno ex latere Galatiæ: ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 32.
Obinanis] & hoc obinane, pen. prod. (κενὸς) Idem quod inane & uacuum: atq; quòd aliquid auget compoſitio. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. 9, In ijs idem aiunt, quum ad lumen ſuſtuleris, quod perlucet, id eſſe obinane. Docet, quomodo cognoſcas an plena ſint oua, an inania ſeu uacua.
Obiratus] pen. prod. (ὀργισθεὶς) Adiectiuum, Idem quod Iratus. Liu. 1. ab Vrbe, 135, Aut fortunæ (ut fit) obirati cultum reliquerant Deûm.
Obiter] pen. corr. (ἐν παρόδῳ) Aduerbium compoſitum ex ob, quod ſignificat Circum, & iter, Incidenter: hoc eſt, Præter propoſitũ, quaſi in itinere occurrens, aut quaſi per iter & in trãſitu. Plin. in Prologo, 11, Vt obiter caueã iſtos Homeromaſtigas. Idẽ lib. 18. cap. 10. 7, Maior pars Italiæ ruido utitur pilo, rotis etiam quas aqua uerſet obiter & molat. Iuuenal. Satyr. 3. 24,
Aut obiter leget, aut ſcribet, uel dormiet intus. id eſt, interim.
Obitus] obita, obitum, penult. correpta. Participium, Vide Obeo.
Obiurgo] obiurgas (νουθετέω, ἐπιτιμάω) obiurgare, Reprehendere, uerbis protelare & coarguere. Terent. Andr. 1. 1. 115,
Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit:
Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum? Catullus in Gellium, epig. 69. 1.
Obiurgare à peccatis. Plaut. Trinum. 10. 54.
Obiurgare de. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 16. 11, Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nonlim ita exiſtimes, &c.
Verecundiam alicuius in rogando obiurgare. Cicero Qu. frat. lib. 3. 17. 14.
Summa cum authoritate Senatum obiurgare. Cicero Attic. libro 1. 12. 12.
Obiurgare, pro exprobrare. Quintil. lib. 6. cap. 4, Cicero obiurgantibus quòd ſexagenarius Pompiliam uirginem duxiſſet, Cras mulier erit, inquit.
Obiurgare, ad alia etiam translatum. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 9, Ea uilla quæ nunc eſt, tanquam philoſophia, uidetur eſſe quæ obiurget cæterarum uillarum inſaniam.
Monendi amici ſæpe ſunt, & obiurgandi. Cicero de Amicit. 75.
¶ Obiurgito, obiurgitas, pen. corr. (νουθετοῦμαι) obiurgitare, Frequentatiuum. Plaut. Trinum. 4. 26,
Rogitas? téne obiurgitem?
¶ Obiurgatio, obiurgationis, Verbale (νουθέτησις) Poſt turpe factum caſtigatio, authore Feſto. Cic. de Amicit. 75, Deinde, ut obiurgatio contumelia careat.
Obiurgatio & admonitio. Cic. 2. de Orat. 184.
Delitiarum obiurgatio. Cic. pro Cælio, 19.
Caſtigatione & obiurgatione dignus. Cicero Attico, libro 3. 50. 4.
Habet acerbitatem obiurgatio. Cic. 1. Offic. 191.
Mordebit puerum obiurgatio. Quintil. lib. 1. cap. 3. 5.
Suſceptam obiurgationem reprimere. Cicero Attico, libro 4. 86. 7.
¶ Obiurgator, penult. prod. (νουθετητὴς) Aliud uerbale. Cic. 3. pro lege Agrar. 7, Nam attendite quantas conceſſiones agrorum hic noſter obiurgator uno uerbo facere conetur.
Placare obiurgatores beneuolos. Cic. 1. de Nat. deor. 9.
Ferendus quidem obiurgator non eſt is, qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. Cic. 5. Verr. 4.
Conuincere ſuos obiurgatores. Cic. 1. de Diuinat. 182.
¶ Obiurgatorius, Adiect. (νουθετητικὸς) ut, Obiurgatoria epiſtola, Quæ ad obiurgationẽ pertinet. Cic. ad Attic. li. 264. 2.
Obiuro] obiuras, penult. produc. ὀμνύω, obiurãre, iureiurando obſtringere, inquit Feſtus, ut eſt in Pentaſilee, Formidabant obiurare.



Digitized by Google

Oblædo] *oblædis, oblæsi, oblæsum* (λυβάω) *oblædere*, Idē quod Lædere. Plautus Casin. 8.51,

Præcide os tu illi hodie: age ecquid sit, ne oblæsis manū.

Oblangueo] *oblangues, oblangui* (ἀδυνάω) *oblanguere*, Idem quod Languere. Cic. ad Tironē, lib. 16. 12. 3, Literulæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt.

Oblatro] *oblatras*, pen. corr. (καθυλακτέω) *oblatrare*, Circum aut contrà latrare. Et est canum.

*Oblatrare aliquem.* Silius lib. 8. 49.

¶ *Oblatrator*, pen. prod. *oblatratoris*, Verbale (καθυλακτήρ)

¶ *Oblatratrix*, pen. prod. *oblatratricis* (καθυλακτις) Plaut. Milite, 10. 80,

Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

Oblatus] Vide Offero.

Oblecto] *oblectas* (ἄγω, ψυχαγωγέω) *oblectare*, Frequentatiuum est ab Oblicio, quod ex ob & lacio componitur, unde fit Lacto, lactas: Delectare, Recreare. Terent. Phorm. 2. 3. 87,

—habebis quæ tuam Senectutem oblectet.

*Aliquem falso gaudio oblectare.* Plaut. Pœn. 18. 86.

*Iucunda opinione quàm diutissimè aliquem oblectare.* Cicero Quint. fratri, lib. 1. 1. 2.

*Fabula ualde oblectat populum.* Horat. de Arte, 65.

*Adolescentiam alunt, senectutem oblectant hæc studia.* Cic. pro Archia, 12.

*Vitam oblectare.* Plaut. Asin. 4. 6.

*Me te oblectes.* Terent. Eunuch. 1. 2. 115,

Me speres, me te oblectes, mecum tota sis. Cicero de Senect. 52.

*Musæ me oblectant dulci carmine.* Catul. ad Mallīū, epig. 63. 2.

*Rura oblectant animos.* Ouid. 1. de Remed. amor. 34.

*Oblectare se*, Animum pascere & recreare. Terentius Hecyra, 1. 2. 9,

Dic mihi Philotis, ubi te oblectasti tam diu?

*Oblectare se cum.* Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15. 5, Oblecta te cum Cicerone nostro quàm bellissimè.

*Oblectare se in.* Terent. Adelph. 1. 1. 24,

In eo me oblecto, solum, id est, charum mihi.

*Se oblectare in hortis.* Cic. 3. Offic. 75.

*Ocium temporis oblectare*, Est tempus ociosum & uacuum à rebus serijs traducere in uoluptatem. Plin. epist. 79. 4.

*Tempus oblectare studio.* Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 1.

*Oblector hac re*, Passiuum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 16.

*Ludis oblectari & duci.* Cic. pro Murena, 37.

¶ *Oblector, oblectaris*, deponens (ψυχαγωγέομαι) Idē quod oblecto. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15. 5, Ego me in Cumano, & Pompeiano, præter quàm quòd sine te, cæterùm satis commodè oblectabar, & eram in ijsdem locis.

¶ *Oblectatio*, Verbale (ψυχαγωγία) Cic. 4. Acad. 229, Indagatio ipsa rerum cùm maximarum, tum etiam occultissimarum, habet oblectationem.

*Oblectatio & leuamentum.* Cic. 5. de Finib. 96.

*Plena oblectationis requies.* Cic. de Amicit. 85.

*Animi oblectatio libera.* Cic. 1. de Orat. 59.

*Oblectatio animi, requesq; curarum.* Cic. 2. Offic. 7.

*Oblectatio ocij.* Cic. 1. Acad. 17.

¶ *Oblectamentum*, *oblectamenti* (ψυχαγώγημα) Ipsa delectatio. Cic. de Senect. 48, Satiari delectatione nō possum, ut meæ senectutis requietem oblectamentumq; noscatis.

*Oblectamenta & solatia seruitutis.* Cic. 6. Verr. 118.

¶ *Oblectamen*, pen. prod. *oblectaminis* (ψυχαγώγησις) Idem. Stat. 3. Syl. 5. 19,

Nec desunt uariæ circum oblectamina uitæ.

Oblenio] *oblenis*, penult. prod. *obleniui*, penult. prod. & *oblenij, oblenire*, pro Lenire. Seneca de Ira, 3, Lectio illum carminum obleniat.

Oblido] *oblidis, oblisi, oblisum*, pen. prod. (κατάγχω) *oblidere*, Ex ob & lædo, significat Circum circà usq; ad mortē lædo, percutio, suffoco, neco. Colum. lib. 7. cap. 3. 7, Nec angustiæ fœtus oblidant.

*Fauces oblisæ.* Tacit. lib. 5.

Obligo] *obligas*, pen. corr. (καταδέω, ἐνδέω) *obligare*, Circumligare. Plaut. Meneh. 18. 9,

Ait se obligasse crus fractum Æsculapio.

*Obligare manipulos.* Colum. lib. 11. cap. 2. 30.

*Obligare uulnus.* Cic. 3. de Nat. deor. 77.

*Obligare aliquē* (ὀνέχω) pro Deuincire beneficijs. Cic. Trebiano, lib. 6. 11. 1, Dolabellā antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. Asconius, Obligatus, in bonis dicitur, & in uinculis. In uinculis cum est, tunc proprium est: ad bona cum traducitur, tunc translatum est.

*Obligare beneficio.* Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 22, Scaurum beneficio defensionis ualde obligaui.

*Obligare fidem pro alio apud alium.* Papin. in l. bona fide. §. uxor. ff. ad S. C. Velleianum, Et si fidem suam pro ea, quam delegauit, apud uirum obligauerit: locum, &c.

*Obligatus fœdere.* Liu. 8. bel. Maced. 139.

*Obligare omnia bona sua pignori.* Scæuola in l. Titius. ff. qui potiores in pig. & hypot. & c.

*Obligare se sceleri.* Seneca lib. 2. de Tranquil. uitæ.

*Obligare pœnæ.* Seneca de Benefic. 7.

*Iudicio aliquo distringi & obligari.* Cic. 2. Verr. 16.

*Sua liberalitate sibi aliquem obligare.* Cicero Qu. frat. libro 2. 15. 7.

*Obligare se nexu.* Cic. pro Murena, 3. Vide Nexus.

*Pactionibus præmiorum suorum aliquos obligare.* Cic. Post reditum in Senatu, 29.

*Obligari periculo iurisiurandi.* Cic. Verr. 4. 128.

*Religione sempiterna obligari.* Cicero 2. de Leg. 92. Vide Religio.

*Sacramento militiæ obligarè.* Cic. 1. Offic. 55.

*Scelere obligare aliquem.* Cic. pro Domo sua, 16.

*Sponsione obligari.* Cic. 2. de Legib. 66.

*Superstitione obligari.* Cic. 1. de Diuin. 13.

*Se uno uerbo obligare.* Cic. pro Cecinna, 5.

*Caput obligasti uotis: id est, denouisti, non implendo promissa.* Horat. 2. Carm. ode 8. 1.

*Fidem suā obligare.* Plin. epist. 104. lib. 6. Cic. 5. Philip. 201, Audebo etiam obligare fidem meam P. C. nobis, P. Q. R.

*Aedes obligare ob amoris prandium.* Plaut. Trucul. 5. 4.

*Se furti obligare: hoc est, propter furtū: uel quod dicitur,* Conscium se furti reddere. Gell. lib. 7. cap. 15.

*Obligare uadem trium millium æris.* Liu. 3. ab Vrbe, 60.

*Obligor ut tanquam læui fera littora Ponti.* Ouidius 1. Trist. eleg. 2. 17.

¶ *Obligatus*, penult. prod. Participium (καταδεδεμένος) Circumligatus.

*Obligatior*, Comparatiuum. Plin. epist. 155. in fine, Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit.

*Obuolutus & obligatus corio.* Author ad Herennīū, lib. 1. 23.

¶ *Obligans*, & *obligatus* (ὀνέχω, καὶ ὀνεχόμενος) Participia. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 4, Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorumq; animi certent.

*Magnis & multis pignoribus eum Respublica obligatū tenet.* Cic. 13. Philip. 348.

*Dapem obligatam reddere Ioui: id est, promissam ac debitam.* Horat. 2. Carm. ode 7. 4.

¶ *Obligatio*, Verbale (ὀνέχω) Cic. ad Brutum, 18. 4, Est autem

Digitized by Google

tem grauior & difficilior animi & sentētiæ, maximis præsertim in rebus pro altero, quàm pecuniæ obligatio.
In obligationem deducere. Vide Deduco.

Obligurio] obliguris, pen. prod. obliguriui uel obligurij, obliguritum, pen. prod. (καταλιχνεύω) obligurire, Multa auidè consumere, & suauitatem ex eduliorum consumptione capere: unde etiam pro patrimonij profusione sumitur. Cicero 2. in Catil. 31, Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.

¶ Obliguritor, pen. prod. obliguritoris, Verbale. Firmicus lib. 5. cap. 5, In Tauro Mars si fuerit inuentus, homines faciet audaces, temerarios, obliguritores.

Oblimo] oblimas, pen. prod. (καταλύω) oblimare, Ex ob & limus componi uidetur: siue etiam à uerbo limo, limas, quasi circũ limo, siue superlimo, replco. Cic. 2. de Nat. deor. 196, Aegyptum Nilus irrigat, & quum tota æstate obrutam oppletamq; tenuit, tum recedit, mollitosq; & oblimatos agros ad serendum relinquit. Virg. 3. Georg. 27,

—& sulcos oblimet inertes.

Oblimare per translationem, pro Obcæcare, & quasi limo meatus claudere, seu obtundere, uel inquinare, posuit Claudianus 3. de raptu Proserp. 6,

—sed quod dissuasor honesti
Luxus & humanas oblimat copia mentes. Budæus.

Oblimare rem. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 13. Per translationem, pro Consumere, & deterrere. Tractũ à lima, qua fabri utuntur. Aut certè à limo: ut sit, obducere. ut dicimus, quædam limo obducta perisse.

Oblinio] oblinis, pen. corr. obliniui, oblinitum, pen. prod. (καταλείφω) oblinire. Circumlinire. Colum. lib. 12. cap. 39. 2, Oblinitis uasis includere. Idem libro 5. cap. 9. 3, Sed oportebit talearum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinire.

Oblino] oblinis, pen. corr. oblini, oblini, obleui. pen. prod. oblitum, pen. corr (καταχρίω) oblinere, Circũ linere. Varro 3. de Re rustic. cap. 7. 6, Qui ita decipiuntur quum se obleuerint uisco.

Moribus externis se oblinere. Cic. de clar. Orat. 25.
Versibus atris oblinere aliquem. Horat. 1. epist. 20. 6.

¶ Oblitus, oblita, oblitum, penult. corr. Participium (κατόχιμος) Circumlitus. Cicero 7. Verr. 137, Vt non cera, sed cœno obliti esse uideantur.

Oblitus faciem suo cruore ne nosceretur. Tacit. lib. 2.
Libellus oblitus à cæde. Ouid. epist. 11. 1.
Lupus oblitus spumis. Ouid. 11. Metam. 74.
Oblitus cibis stomachus. Plin. epist. 123. lib. 7.
Parricidio oblitus. Cic. 11. Philipp. 310.
Libidine flagitiosa oblita est Antoniorum uita. Cicero 14. Philipp. 390.
Stultitia singulari atq; inhumanitate oblita omnia. Ci. 5. Ver. 7.
Oblita scripta. Sueton. de claris Grammat. 10.
Facetiæ oblitæ Latio. Cic. ad Papyriũ, lib. 9. 15. 5. id est, aspersæ, intermisto Latio.
Oblitam orationem reddunt exornationes, si crebræ collocabuntur: quæ si raræ disponentur, distinctã sicuti coloribus. Author ad Herennium, lib. 4. 159. Legitur & obliquam.

Obliquus] pen. prod. Adiect. (πλάγιος, γυμάσιος, λοξός, σκολιός, λοχμιός, λάμπιος) Non rectũ significat: aut etiam lineas transuersis expositas habens. ut Cicero in Somnio Scipionis, 21, Hosq; qui incolunt terrã non modò incorruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim uersos, partim ctiã aduersos stare uobis.

Carmen obliquum. Vide Carmen.
Cursus obliqui. Ouid. 9. Metam. 4.
Cursus obliquos agere. Senec. Hippol. 5. 18.
Dente obliquo timendus aper. Ouid. epist. 4. 21.
Obliquus ictus & inflexus. Plin. lib. 11. cap. 25. 2.
Latus obliquum. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 1.
Lumine obliquo cernere aliquem. Ouid. 2. Metam. 158.
Oculo obliquo limare cõmoda alicuius. Horat. 1. epist. 14. 8.
Obliquus ordo. Cæs. 7. bel. Gal. 291.
Ordo obliquus signorum. Virg. 1. Georg. 48.
Pede obliquo claudicare. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 4.
Obliqua radice arbor, & imitante auium pedes. Plin. lib. 12. cap. 12. 4.
Riuus obliquus. Horat. 2. Carm. ode 3. 3.
Obliquum litorum spacium. Plin. in Præf. lib. 5. 1.
Natant obliqui in caput: id est, transuersi. Plin. lib. 9. cap. 29. De cancris.
In obliquum. Virg. 1. Georg. 20,

Rursus in obliquum uerso perrumpit aratro.

Flexus in obliquum. Plin. lib. 9. cap. 31. 2.
Sectus in obliquum est limes. Ouid. 2. Metam. 26.

¶ Obliquè, pen. prod. (πλαγίως, λόχμια) Aduerb. cui contrarium est Rectè. Cic. 1. de Fin. 30, Primùm erit hoc quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur.

Obliquè prærodere uitis latus. Cato cap. 41. 1.
Obliquè in latera procedunt locustæ. Plin. lib. 9, cap. 30. 8.

¶ Obliquitas, pen. corr. (λοξότης, σκολιότης) obliquitatis. Plin. lib. 3. cap. 5. 7, Multoq; amplior mensura fieret. Tacinium usq;, ni talis obliquitas in latus digredi uideretur.

¶ Obliquo, obliquas, pen. prod. (λοξόω, πλαγιάζω, καμπυλιάζω) obliquare, Curuum facere. Plin lib. 6. cap. 13. 5, At ubi cœpit in latitudinẽ pandi, lunatis obliquatur cornibus. De Caspio mari.

Ensem obliquat in latus. Ouid. 12. Metam. 97.
Equos pauentes obliquauit. Stat. 12. Thebaid. 150.
Preces obliquare. Stat. 3. Thebaid. 77.
Visus superbos obliquat. Stat. 2. Achil. 65.
Obliquari. Quint. lib. 1. cap. 4. 7, Et Q., cuius similis effectus, speciesq;, nisi quod paulum à nostris obliquatur.

¶ Obliquans, pen. prod. Partic. (καμπυλιάζων) ut,

Oculos obliquans contra diem & radios. Ouid. 7. Metam. 83.

Obliquatio] obliquationis, Verbale. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1.

Oblitero] obliteras, pen. corr. (ἀπαλείφω, ἐξαλείφω, λειαίνω, καταλειαίνω, ἀφανίζω) obliterare, Abradere, abolere, & quasi è literarũ monumentis delere. Cic. in Vatin. 12, Si eum magnitudo cõtentionis, studiũ gloriæ, præstãs animus, excellens nobilitas aliquò impulisset, quod in uiro & tum ferendum esset, & maximis rebus quas postea gesit, obliterandum, &c. Nonius, Obliterare, Obscura facere, & in obliuionem ducere. Accius Agamemnonidibus, Inimicitias Pelopidarum extinctas iam atq; obliteratas memoria renouare. Catull. Argonaut. epig. 59. 47.

Hæc uigeant mandata, nec ulla obliteret ætas.

Oblitero, à litus quidam deduci putant: quòd ibi notata, à fluctibus æquari & tolli soleant. Alij ab oblitione, id est, à supino oblitum. Vel dici potest ab oblino, sicut à lino litera.

Famam obliterare. Liu. 9. bel. Maced. 77.
Offensionem obliterare. Cic. Post red. in Senatu, 18.
Nõdũ obliterata memoria superioris belli. Liu. 1. bel. Pũ. 107.
Tempora ultima, & tam obliterata. Quintil. lib. 1. cap. 6. 26.
Peccata obliterata. Liu. 3. ab Vrbe, 250.
Vetustate obliterata res. Liu 3. ab Vrbe, 307.
In animo obliterari. Liu. 6. bel. Pun. 212.

¶ Obliterus,

Digitized by Google

¶ Obliterus, obliterā, obliterum, Adiectiuū. ut, Oblitera gens, pro Obliterata, apud Næuiū. Vide Gell. lib. 19. cap. 8.

¶ Obliteratio, Verbale (διάλειξις) Plin. lib. 34. cap. 7. 13, Quantoq; maior in Zenodoro præstantia fuit, tanto magis deprehendi æris obliteratio potest.

Obliteſco] obliteſcis (καταλανθάνω) obliteſcere, Ab obliteo inusitato uerbo, uel ex Ob & Lateo: Abscondi, delitescere. Varr. 1. de Re rust. cap. 51. 1, Me æstu per rimosa in rimis grana obliteſcant, & recipiant aquā. Cic. de Vniuers. 47, Quæsq; temporibus à nostro respectu obliteſcant: rursusq; emersi errorem incutiant rationis expertibus.

Oblitus] Vide Oblino, & Obliuiſcor.

Obliuiſcor] obliuiſceris, pen. corr. oblitus sum, pen. prod. (ἀμνηστέω, λανθάνομαι, ἐπιλανθάνομαι, ὑπολανθάνομαι, ἀπομνηστέω, ἀπομνημονέω) obliuiſci, Notæ significationis.

Oblitus sum dicere. Plaut. Trin. 17. 13. Teren. in And. 5. 1. 12, Et neſcio quid tibi sum oblitus hodie, ac uolui dicere.

Oblitus cum genitiuo. Cic. 2. Verr. 31, Quæ te obliuiſci laudis domeſticæ non sinant. Cæſ. 1. bel. Gal. 54, Veteris contumeliæ obliuiſci.

Conſuetudinis & instituti sui obliuiſci. Cic. Att. lib. 4. 87. 1.

Dignitatis suæ obliuiſci. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 24.

Malorum obliuiſci. Horat. Epod. 2. 8.

Memini enim memini, nec unquam obliuiſcar noctis illius. Cic. pro Plancio, 81.

Obliuiſcor, cum accusatiuo. Cic. pro Roſc. Amer. 29, Et artificium obliuiſcatur, & studium deponat, licebit.

Obliuiſci aliquem. Virg. 2. Aeneid. 30, Quiſquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.

Nunc oblita mihi tot carmina. Virg. 3. eleg. 11. Passiuè accipitur, pro à me.

¶ Obliuiſcens, Participium (ἀμνηστῶν) ut, Secla obliuiſcentia. Catull. ad Mallium, epig. 63. 9.

¶ Obliuiſcēdus, Aliud partic. (ἀμνηστέος) Horat. 1. epiſt. 11. 2, Obliuiſcendus et illis.

Obliuiſcendi tui mores. Plaut. Milit. 20. 49.

¶ Oblitus, pen. prod. Particip. (ἐπιλαθόμενος) Plin. lib. 9. cap. 10. 1, In tantum fallit oblitus sui, ut, &c. Virg. 3. Aeneid. 126.

Decoris sui oblitus. Virg. 5. Aeneid. 35.

Moris patrij oblitus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.

Pudoris oblita. Ouid. epiſt. 16. 3.

Corda oblita laborum. Virg. 4. Aeneid. 106.

¶ Obliuio, obliuionis (λήθη, ἐπιλησμονή, ἀμνηστία, λιθότης) Memoriæ defectus & imbecillitas. Plin. lib. 13. cap. 17. 2, Nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ.

Obliuio & reticentia. Cic. 14. Philip. 406.

Obliuio amicitiæ, & intermissio consuetudinis. Cicero Sestio, libro 5. 17. 1.

Liuidæ obliuionis. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.

Longa obliuio. Iuuen. Satyr. 10. 21.

Capit me obliuio. Cic. 1. Offic. 38, Maximè autem adducuntur pleriq;, ut eos iusticiæ capiat obliuio.

Contcrere obliuione iniurias. Cic. Lentulo, lib. 2. 9. 76.

Dare obliuioni. Liu. 1. ab Vrb. 135.

Obliuione delere, Idem. Cic. pro Deiotaro, 26, Quæ unquam uetustas obruet, aut quæ tanta delebit obliuio?

In obliuione iacuit. Cicero 3. Verrin. 71. id est, in obscuro. Video Iaceo.

Inobscurat obliuio. Cic. 9. Philipp. 263, Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

Intercipit obliuio. Vide Intercipio.

Obliuione obruere aduersa. Cic. 2. de Finib. 88.

Obltuio surrepit. Plin. lib. 8. cap. 22. 5, Huic quamuis in fame mandenti, si respexit, obliuionem cibi surrepere aiunt, digressumq; quærere aliud. De lupo ceruario.

Obliuione hominum & taciturnitate tanta dedecora legere. Cic. 7. Verr. 108.

Venire in obliuionem. Cic. in Sallust. 3.

Vindicare ab obliuione. Cic. 2. de Orat. 5. Laudem eorum iam propè seneſcentem, quantum ego posſem, ab obliuione hominum atq; à silentio uindicarem.

¶ Obliuium, obliuij (λήθεδών) Idem: quod tamen uix legitur nisi in plurali, et in nominatiuo uel accusatiuo. Virg. 6. Aeneid. 143,

Securos latices, & longa obliuia ponūt. Poeticū est, pro obliuione.

Rerum obliuia. Lucret. lib. 3. 170.

Meriti nostri obliuia. Ouid. 7. Metam. 9.

Iucunda obliuia ſollicitæ uitæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 13.

Pigra obliuia. Stat. 10. Thebaid. 18.

Cepêre te obliuia nostri. Ouid. 1. Triſt. eleg. 7. 3.

¶ Obliuioſus, pen. prod. Adiect. (ἐπιλήσμων) Qui citò obliuiſcitur. Cic. 1. de Inuent. 51, Acutus an hebetior, memor an obliuioſus.

Stultus & obliuioſus ſenex. Cic. de Senect. 32.

Obliuioſus, quod obliuionē inducit. Horat. 2. Carm. ode 7. 9, Obliuioſo læuia Maſsico Ciboria exple. hoc est, uino Campano, quo labor in obliuionem uenit. Acron.

Capere obliuionem alicuius rei. Vide Capio.

Obloco] oblocas, pen. corr. (ἀπομισθόω) oblocare, Idem quod simplex locare. Iuſtinus, Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esſet. Qua etiam dicendi formula utitur Tranquillus. nisi fortè quis legendum hîc contenderit abloco, per primam uocalem. Sic enim uulgò legitur apud Suetonium in Vitellio, cap. 7.

Oblongus] Adiect. (ἐπιμηκὴς) idem quod Longus significat: nisi quid addat præpositio. Plin. lib. 37. cap. 12. 4, Figura oblonga maximè probatur. De gēmis. Liuius 1. bel. Pun. 31, Haſtile oblongum.

Oblonga oua. Plin. lib. 10 cap. 52. 3.

Oblongo ſemine cardamomum. Plin. lib. 12. cap. 13. 3.

Obloquor] pen. corr. obloqueris (ἀντακολαίω, καταλαλέω) obloqui, Contra loquentem loqui, inquit Seruius. Cic. pro Cluentio, 49, Tamē uocat me alò iamdudum tacita uestra expectatio, quæ mihi obloqui uidetur, Quid ergo? negásne illud iudicium esſe corruptum? Idem ad Qu. frat. lib. 2. 12. 1, Tu uerò ut me & appelles, & interpelles, & obloquare & colloquare uelim.

Respondere & obloqui. Plin. lib. 36. cap. 16. 1.

Obloqui numeris. Virg. 6. Aeneid. 130.

Necnon Treicius longa cum ueſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocū. Seruius, dicendo Obloquitur, chordarum expreſsit laudem, quas dicit uerbis loquutas.

Auis obloquitur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

Obloqui, Maledicere. Plaut. Curcul. 2. 41,

Lenonis hæ sunt ædes. P A. malè istis eueniat.
P H. Quî? P A. quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiunt.
P H. Obloquere. P A. fiat maximè. P H. etiam taces?
P A. Nempe obloqui me iusſeras.

¶ Obloquutor, pen. prod. obloquutoris, Verbale (καταλαλητής) Qui alteri detrahit. Plaut. Milite, 10. 48,

Obloquutor non sum alteri.

Obluctor] obluctaris (ἀντιπαλαίω, ἀντιφέρω) obluctari, Acrius contra aliquid niti. Colum. lib. 8. cap. 14. 8, Fruticibus aut ſolidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, ut collum obrumpat.

Genibus aduerſæ obluctor arenæ. Virg. 3. Aeneid. 8.

Soli

Soli obluctandum Fabio. Sil. lib. 8. 2.

¶ Obluctans, Partic. (αὐτιφέρων) ut,

Saxa obluctantia summouit. Stat. 3. Sylu. 1. 4.

Obluctans obliuioni. Curtius lib. 7.

¶ Obluctatus, pen. prod. Aliud partic. (αὐτιφέρας) ut,

Turba obluctata morti. Lucan. lib. 3. 132.

Obludo] obludis, obluſi, obluſum, pen. prod. (αὐτιπαίζω) obludere, Cum aliquo ludere. Plaut. Trucul. 4. 9,

Quũ uident quẽpiam ſe aduerſare, obludũt, qui cuſtodẽ Oblectent per ioculum & ludam.

Obmanens] κατομένων, pro Diu manens: ut Permanens. Feſtus.

Obmolior] obmoliris, obmolitus ſum, pen. prod. (αὐτοχυρόω) obmoliri. Liu. 7. bel. Maced. 173, Sed undiq; oẽs ad munienda & obmolienda, quæ ruinis ſtrata erant, concurrerunt id eſt, obſtruenda oppoſitis mollibus. Curtius lib. 6, Arborum truncos & ſaxa obmoliuntur.

Obmurmuro] obmurmuras, pen. corr. (αὐτιμορμύρω) obmurmurare, Contrà murmurare. Ouid. epiſt. 17. 10,

Vana peto, precibuſq; meis obmurmurat ipſe.

Obmuteſco] obmuteſcis, obmutui (φιμόομαι) obmuteſcere, Quaſi mutum fieri, tacere. Cic. 2. de Fin. 81, Sed quia tale ſit, ut uel ſi ignorarẽt id homines, uel ſi obmutuiſſent, ſua tamen pulchritudine eſſet ſpecieq; laudabile. Idem 2. de Orat. 16, Ego uerò, inquit Craſſus, neq; Antonium uerbum facere patiar, et ipſe obmuteſcã, niſi prius à uobis impetrãro.

Ore preſſo obmutuit. Virg. 6. Aeneid. 31.

Aſpectu obmutuit amens. Virg. 4. Aeneid. 56.

Obmuteſcere dicitur res aliqua, pro Non eſſe in uſu. Plinius libro 33. capite 13. 1, Lydium Sardibus emebatur: quod nunc obmutuit.

Obnato] obnatas, pen. corr. (αὐτινήχομαι) obnatare, Contrà uel citrà natare. Virg.

—in æquore ſuluis
Obnatat umbra foris.

¶ Obnatus, penult. prod (ὑπιφύομαι) Partic. ab Obnaſcor. Liu. lib. 3 bel. Pun. 87, Ibi hærentia inter obnata ripis ſalicta conſpiciuntur. hoc eſt, circum ripas nata.

Obnecto] obnectis, obnexui, obnexum (συμπολίζω) obnectere, Eſt, authore Feſto, obligare: & maximè in nuptijs frequens eſt.

Obniger] pen. corr. Adiect. (ὑπομέλας) Idem quod niger, uel ſubniger: aut, ut quidam uolunt, admodum niger. Plin. lib. 20. cap. 23. 1, Radicibus multis, & obnigris.

Obnitor] pen. prod. obniteris, obniſus uel obnixus ſum (αὐτιφείδω, αὐτιτίνω, αὐτιχέω) obniti, Contrà niti, obluctari. Cic. pro Milone, 26, At nõ P. Clodio mortuo uſitatis iam rebus obtinendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam;

Obniti contrà & tendere. Virg. 5. Aeneid. 5.

Aduerſis obniti. Tacit. lib. 15.

¶ Obnixus, Participium (αὐτιτείας) ut,

Obnixi ſcutis & corporibus. Liu. 4. bel. Maced. 175.

Obnixus curam ſub corde premebat. Virg. 4. Aeneid. 67.

Obnixus non ceſſit. Virg. 4. Georg. 17.

Obnixus impetum hoſtium excipit. Liu. 6. ab Vrbe, 55.

Obnixus opibus, Intẽtus uel attentus ad rem. Plaut. Stich. 2. 30.

Mens obnixa malo. Valer. 7. Argon. 32.

Dentes obnixi. Stat. 11. Thebaid. 68.

Obnixa firmitas. Plin. lib. 36. cap. 15. 7.

Remi obnixi in acuto murice. Virg. 5. Aeneid. 41.

Venti obnixi lacerant rauca nubila. Stat 5. Thebaid. 74.

Obnixus contrà. Virg. 10. Aeneid. 72,

Non ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diu, ſtant obnixa omnia contrà. hoc eſt,
mare mari, nubes nubibus, uenti uentis. Seruius.

¶ Obnixè, Aduerbium (αὐτόνως) Cum conatu, inſtanter, totis uiribus. Terent. And. 1. 1. 134.

Quem ego credo manibus pedibuſq; obnixè omnia Facturum.

Obnixè perij. Plautus Sticho, 8. 41.

Peri hercle uerò planè, atq; obnixè. Legitur et obnoxiè, & à nocte deducitur, ut ait Sipontinus.

Obnoxius] Adiect. (ἔνοχος, ὑπόδικος, ὑπόσπονδος) Qui pœnæ obligatus eſt propter delictum, inquit Feſtus. utputa ſi quis morbis obnoxius ob nimiam cibi intemperantiam: aut ſi mulier ob ſtupri cum aliquo uiro conſuetudinem, illi obnoxia ſit. Plaut. Epid. 14. 30,

Cedo manus igitur tu. B. morãtur nihil, atq; arctè colliga.
P. Nihil eas uerò obnoxias. id eſt, quæ non meruerunt, ſiue aliquid commiſerunt, unde colligari debeant.

Supplex & obnoxius. Brutus Attico, in epiſt. ad Brutum, 17. 9.

Obnoxius, pro Obediente atq; morigero. Salluſt. Maria montesq; polliceri cœpit, & minari interdum ferro, niſi ſibi obnoxia foret. id eſt, morem gereret. Sipontinus.

Aduerſus gratiæ animus, & Obnoxius, opponuntur. Quintil. lib. 3. cap. 11. 6, Nec enim niſi totis cauſæ partibus diligenter inſpectis, ſcire poſſumus, qualem nobis facere animum cognoſcentis expediat, ſeuerum an mitem, concitatum an remiſſum, aduerſum gratiæ an obnoxium.

Obnoxius ſum illi: id eſt, Subijcior tanquam ſeruus. Plautus Bacchid. 23. 76.

Obnoxius, ad alia multa trãsfertur: ut, Obnoxius uentis, quaſi obiectus, & expoſitus, atq; ſubiectus. Col. lib. 4. Ibid. ca. 19, Rurſus exilis terra, & accliuis, torrẽsq; æſtu, uel quæ uehementibus procellis obnoxia eſt, humilius iugum poſcit.

Obnoxius iniurijs, ludibrijs, & huiuſmodi. Plin. iunior epiſt. 299. Idem epiſt. 58. b, Vides quot periculis, quot contumelijs, quot ludibrijs ſimus obnoxij.

Obnoxius crimini. Liu. 4. ab Vrbe, 191.

Mens turpi obnoxia facto. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 3.

Pars hominum obnoxia prauis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2.

Obnoxius tibi ſum, Obligatus & deuinctus. Plautus Trinum. 14. 54. Terent. Hecyr. 3. 22,

Tũ uxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit.

Animus obnoxius. Plin. in Præfat. 9, Obnoxij profectò animi & infœlicis ingenij eſt, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere. id eſt, illiberalis & degeneris. Budæus.

Arua nõ obnoxia curæ, nõ raſtris hominũ. Virg. 2. Georg. 88, hoc eſt, arua quæ non egent raſtris, nec cura hominum, propter quæ deuincta ac obligata illis eſſe uideantur. Stpontinus.

Luna obnoxia radijs fratris, Quia lumen accipit à Sole. Virg. 1. Georg. 80.

Vitis procellis obnoxia: id eſt, quæ noxam procellarum non perfert. Apud Colum. lib. 4. cap. 19.

Corpora obnoxia, pro ualetudinarijs. Plin. lib. 31. cap. 6. 4.

Fructus feris obnoxius. Colum. lib. 5.

Obnoxia nulli animali olera. Plin. lib. 19. cap. 10. 4.

Obnoxius pro crimine. Liu. lib. 8, Veſtra obnoxia capita pro licentia Q. Fabij obijcit.

Obnoxius, Abſolutè. Plin. lib. 14. cap. 2. 6. de generibus uitiũ, Fecenia, & cum ea florens biturica, acino rarior, nunquam floris obnoxij, quoniam antecedunt, uentisq; & imbribus reſiſtunt.

¶ Obnoxiè, Aduerb. (ἐνόχως) Vnde apud Liuium 3. ab Vrbe, 160, Obnoxiè dicere ſententiam: id eſt, ſeruiliter: & ut Budæus interpretatur, trepidè.

Obnoxiè,

Obnoxiè, pro Obscurè Sipontinus interpretatur, à Nox, noctis: & sic legit apud Plautum Stich. 8.41,

Peri herclè uerò planè, non obnoxiè. Alij, atque obnixè, legunt.

Obnubilo] obnubilas, pen.corr. (ἐπινεφάω) obnubilare, Obscurum facere, & quasi nubibus implere. Gell. lib. 1. cap. 2, Ac ne oris quoq; & uultus serenitatẽ Stoici hominis unquam ulla posse ægritudine obnubilari.

¶ Obnubilus, pen.corr. Adiect. (ἐπινέφελος) ut,

Obnubila & obsita tenebris loca. Cic. 1. Tuscul. 77. Ex quodam poeta.

Obnubo] obnubis, pen.prod. obnupsi, obnuptũ (ἐπικαλύπτω) obnubere, Abscondere, tegere. Festus, Aelius & Cincius, quia flamineo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere uocarunt, ob quam causam lege quoq; parens tam iubetur caput eius obnubere, qui parentem necauisset, id est, obuoluere. Hactenus Festus. Cicero pro Rabirio perduelli reo, 8, Sed Tarquinij superbißimi atq; crudelißimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis, libẽtißimè cõmemoras, Caput obnubito, arbori infœlici suspendito.

Obnubit furiale caput. Stat. 11. Thebaid. 117.

Decius obnubitur caput atra tempestate. Silius lib. 11. 52.

Comas obnubit amictu. Virg. 11. Aeneid. 16.

Obnuncio] obnunciat, obnunciare. Donatus, Qui malam rem nunciat, obnunciat: qui bonã, annunciat. nam propriè obnunciare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, sæuumq; uiderint. Terent. Adelph. 4.2.9,

Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia:
Primus porrò obnuncio. Vbi Donatus, Obnuncio, id est, malum imminens, quasi omen nuncio. Inde enim etymologia huiusce uerbi est. Cicero pro P. Sestio, 68. Idem Attico, lib. 4. 72. 8, Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuncietur.

Obnunciare, ut dictũ est ex Donato, dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, sæuumq; uiderint. Cic. 1. de Diuinat. 56, Non in eo est culpa qui obnunciauit, sed in eo qui non paruit. Et ad Atticum, lib. 4. 72. 7. Nisi Miloni C. Appius obnunciasset, comitia futura ante diem XII. calend. Decemb.

Obnunciare, Resistere & reluctari. Sueton. in Cæs. cap. 20, Lege autem Agraria promulgata obnunciantem collegam, armis foro expulit.

¶ Obnunciatio, Verbale. Cic. 1. de Diuin. 55, Marco Crasso quid acciderit, uidemus, dirarum obnunciatione neglecta.

Obnunciatione, inquit Pædianus, pernicioßis legibus resistebatur. Sicuti uerò intercessioni obtemperare necessarium censebatur, ita planè augurum obnunciationi: quod in Crasso significabat Plutarch.

Interponere obnunciationes. Cic. Attic. lib. 4. 85. 10.

Oboleo] oboles, penult.corr. obolui & oboleui (ἀποζέω) obolere, Graue olere, odoremq; tetrum reddere. Plautus Mostellar. 2. 38,

—oboluisti allium
Germana illuuies. Sueton. in Calig. cap. 23, Ille antidotum oboluisset, quasi ad præcauenda uenena sua sumptum.

Obolere, per translationẽ, pro Præsentiscere, subolere. Plaut. Amphit. 4. 167,

Vltrò istic qui exossat homines, perij si me aspexerit.
M. Olet homo quidem malo suo. S. hei nunquam obolui.

Idem Menæh. 9. 27,

—oboluit marsupium
Huic istuc quod habes. Cic. 1. Acad. 17, Ne obolescerent, hæc renouabam.

Obolus] oboli, penult.corr. (ὄβολος) Vltima est nummorum significatio, inquit Donatus. Terent. And. 2. 2. 32.

—etiam puerum inde abiens conueni Chremis.
Olera & piscículos minutos ferre obolo in cœnã seni.

Obolus, inquit Budæus, ualet semissem nostrum & denariolũ: id est, septem denariolos.

¶ Obolostates, inquit Cælius, dicitur minutulus fœnerator. Vide lect. antiq. lib. 10. cap. 2.

Obortor] oboriris, pen.prod. uel oboreris, pen.corr. obortus sum (αὐίχω) oboriri, Adnasci, inquit Festus. Plaut. Sticho, 4. 11,

Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Terentius Heaut. 4. 3. 2,

Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat, tanta hæc lætitia oborta est.

Obortum est bellum. Liu. 1. bel. Pun. 28.

Oborta lux. Liuius 8. bel. Pun. 57. Cic. pro Ligario, 4, Vide quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.

Lux oborta micat. Sil. lib. 17. 97.

Nox oborta est. Senec. Herc. fur. en. 9. 42.

Tenebræ obortæ sunt oculis. Ouid. 2. Metam. 37.

Sol radijs terram dimouit obortis. Lucret. lib. 6. 175.

Obortus] obortus, Agnatio, accessio. ut, Perpetuus obortus. Lucret. lib. 4,

Perpetuoq; fluant certis ab rebus obortu. Sic restituit Lambinus: cum antea legeretur, ab rebus odores: planè mendosè.

Obraucatus] penult.prod. Adiect. Solinus cap. 15. de gruibus, Volatus desidiam castigat, uoceq; cogit agmen. Ea ubi Obraucata est, succedit alia.

Obrepo] obrepis, pen.prod. obrepsi, obreptum (παρεμπίπτω, ὑπεξέρχομαι) obrepere, Est, ut ait Budæus, latenter progredi, & fallaciter adire. Tractum ab animalibus, pedibus carentibus, quæ gressu tacito gradiuntur. Plaut. Trinum. 13.129,

Nimis argutè obrepsisti meapse occasiuncula.

Inscientibus nobis & cœnantibus obrepit aliquid. Cic. F. Tironi, libro 16. 21. 8.

Obrepere, dicitur quicquid sensum fallit. ut, Obrepit fames. Plaut. Pœnulo, 2. 14.

Obrepit creditor. Vlpian. in l. si fideiussor. com. §. si cum. ff. mandati uel contrà, Debitor enim debuit notum facere fideiussori, iam se soluisse: ne fortè creditor obrepat, & ignorantiam eius circumueniat, & excutiat ei summam, in quã fideiußit.

Obrepit mors. Plaut. Pseud. 10. 20.

Obrepit somnus. Plinius epist. 124. lib. 7. ad Pontium, Dein quũ meridie (erat enim æstas) dormiturus me recepissem, nec obreperet somnus. Horat. de Arte, 73,

Verùm opere in longo fas est obrepere somnum. Hìc per translationem, pro Falli & peccare.

Obrepit dies, Obrepit senectus. Cicero de Senect. 5, Quid enim citius adolescentiæ senectus, quàm puritiæ adolescentia obrepit? Idem Attico, lib. 6. 114. 2, Obrepsit dies, ut uides: mihi enim ad tertiũ calend. Sextiles de prouincia decedẽdũ est. Budæus.

Obrepit obliuio. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 1.

Obrepere in animos. Cic. 2. de Diuin. 205.

Obrepere, Fallere: hoc est, Incautum aggredi. Vlpian. in l. Carbonianum. §. pueri. ff. de Carbon. edicto, Sed si quum esset pubes, quasi impubes obrepserit, bonorumq; possessionem acceperit, dicendum erit nihil eum egisse. Budæus.

Obrepere ad magistratum dicitur, qui falsa specie uel probitatis uel doctrinæ ad magistratus assumitur. Cic. in Pisonem, 1, Ob-

Digitized by Google

1,Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil præter colorem.Budæus.

¶ Obrepto,obreptas (παραφρπίζομαι) obreptare, Frequent. Plaut.Perſa,32.4,

Opertæ ne fuerint, nequis obreptauerit.

¶ Obreptio,obreptionis,Verbale (παρέρπυσις) Latens & fallax aditio.Vlp.in l.ſed ſi hac.§.patronum.ff.de in ius uocando, Patronum autem accipimus, etiamſi capite minutus ſit,uel ſi libertus capite minutus ſit,dum arrogetur per obreptionem. quum enim hoc ipſo quod arrogatur,celat conditionem ſuam,non id actum uidetur,ut fieret ingenuus.

Obretio] obretis,penult.prod. (σαγηνεύω) obretire, Reti aliquem circundare, aut obuium reti excipere. Lucr. lib. 3.7.9, —neq; aranei tenuia fila

Obuia ſentimus, quando obretimur euntes.

Obrigeo] obriges,pen.corr.obrigui (πήγνυμαι) obrigere, Totum frigore contrahi, & quaſi indureſcere,& rigidum fieri. Cic. 1.de Nat.deor.36,Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas uidemus,quòd pars earum appulſu ſolis exarſerit, pars obrigauerit niue pruinaq;,longinquo ſolisabſceſſu. Idem in Som. Scipionis, 21, Obriguiſſe pruina uides.

¶ Obrigeſco,Idem epiſt.83,Quid ergo? uiro non uel obrigeſcere ſatius eſt?

Obrima] obrimæ,Vnum eſt ex tribus fluminibus, Apamiam urbem in Aſia celeberrimam ambientibus. Plinius libro 5.capite 29, Tertius conuentus Apamiam uadit, ante appellatam Celænas,deinde Ciboton. Sita eſt in radice montis Signiæ,circumfuſa Marſia, Obrima, Orga flumimibus,in Mæandrum cadentibus.

Obrimo] Vnum eſt ex cognominibus Proſerpinæ. Sic autem dicta eſt, quòd quum uim ei uideretur illaturus Mercurius,immugijt altius? unde factum,ut is manum abſtineret. Meminit Cælius lib.26.cap.20.

Obris] Nomen fluuij in Gallia Narbonenſ. Pomponius libro 2,Secundum Bæterras Obris fluit. Hunc Ptolemæus Obrium uocat. Gallicè Orb. Hic Biterrmos etiam alluit,è Cebennis montibus ſcaturiens.

Obryzum] huius obryzi(ὄβρυζον) uel potius obryzum,Aurum dicitur, quaſi ἄβρυζον, hoc eſt,ſincerum delicatumq;, quod ſæpe igne candefactum & exuſtum eſt, & quod in coctione non minuitur.Hermolaus ex Phocyonis ſententia,in illud Plinij lib.33.cap.3.19, Auriq; experimento ignis eſt, ut ſimili colore rubeat quo ignis: atq; ipſum obryzum uocant.Hieronymus in Ieremiam dici putat quaſi Ophiriſum: Nam ex Ophir inſula laudatiſſimum aurum euehebatur. Vtitur & Suetonius in Nerone,cap.44.

Obrodo] obrodis,pen.prod obroſi,obroſum (περιτρώγω) obrodere,Circum rodere.Plaut.Amph.8.90,

Vt quod obrodat ſit,animo ſi malè eſſe occœperit.

¶ Obroſus,pen.prod.Partic.Circunroſus.Plin. lib.37. cap.26,Potauit ex eo ante hos annos Conſularis ob amorem obroſo eius margine.De poculo murrhino.

Obrogo] obrogas,penult. correp.(παρρωγέω) obrogare. Feſtus, Obrogare,obloqui, atque alterius ſermone moleſtè impedire.

Obrogare legi (αὐτοφωρέειν) Eſt legis prioris infirmandæ cauſa,legem aliam ferre.Cicero ad Attic.lib. 3.65.5, Quod per legem Clodiam promulgare,obrogare,derogare,obrogare ſine fraude ſua non liceat. Idem 1. Philipp.17,Quid, quòd obrogatur his legibus Cæſaris? Correctiora exemplaria legunt abrogatur.Vide Abrogo.

Obroſus] Vide Obrodo.

Obrumpo] obrumpis, obrupi, penultima producta,obruptum (καταῤῥήγνυμι) Obrumpere, Idem quod Rumpere. Varro 3.de re Ruſtic. capite 10. 5, Quo temperandum ijs, qui propter cupiditatem ſæpe in paſcendo, ſi radicem prenderint, quam educere uelint è terra, obrumpunt collum. De anſeribus. Alia exemplaria habent, abrumpunt.

Obruo] obruis,obrui, obrutum, pen. corr. (καταχόω) obruere,Subſternere,operire.Cic.de Senect.19,Nec uerò quẽquam ſenum audiui oblitum,quo loco theſaurum obruiſſet.

Obruere & Eruere,contraria.Cic.4.de Fin.17.

Obruere & opplere.Cic.2.de Nat.deor.196.

Obruere lapidibus,telis,& id genus : hoc eſt, Dilapidare,& telis lapidibusq; operire ad necem. Cic. 3. Offic. 63.Liu.7. bel.Pun.108.

Fratrem obruit armis.Stat.11.Theb.115.

Obrutus niuibus,pruinisq;.Liu.5.ab Vrbe,6.

Numero obruimur.Virg.2.Aen.85.

Telis obruimur.Virg.2.Aen.83.

Procella obruit uiros.Ouid.1.Faſt.98.

Nox terram obruit roriferis umbris.Lucret.lib.6.174.

Obruere ſale.Plin.lib.9.cap.35.

Corpus obruere tellure.Ouid.1.Faſt.76.

Obrutum uetuſtate,uel ſitu uetuſtatis. Plin. lib. 11. cap.17.1. Liu.9.bel.Pun.69.

Obrutus in terra.Cato cap.143.2.

Semina obruere ueſata terra.Ouid.1.de Remed.amor.35.

Oua obruere teſtudines & crocodilos, quum in terra partum ediderint,deinde diſcedere aiunt: ita naſcuntur & educantur ipſa per ſeſe.Cic.2.de Nat.deor.194.

Theſaurum obruere.Cic.de Senect.19.

Obruere ſe uino,Inebriari.Cic.pro Deiot.17.

Obruere,per metaphoram,pro Opplere,confundere,abolere, deuaſtare, euertere. Quintil. Tot uoluptates obruere poſſunt unum dolorem.

Obruere & delere.Cic.pro Deiot.26.

Obruere & perdere.Cic.pro Cecin.65.

Perpetua obliuione aduerſa obruimus, ſecũda iucundè ac ſuauiter meminimus.Cic.1.de Fin.88.

Famam alicuius obruere.Tacit.in uita Argicolæ.

Sapientia malum paruum obruere,uix ut appareat. Cicero 3. Tuſc.136.

Mala uirtutis magnitudine obruentur. Cicero 5. de Finibus,159.

Memoriam & nomen alicuius obruere.Cic.1.Tuſc.177. Idem pro Archia,18.

Quod dij omen obruant.Cic.de Aruſp.reſp.38.

Vnda obruit meos uultus.Ouid.1. Triſt.eleg.2.7.

Obruit aliquem obliuio.Tacit.in uita Agricolæ, Nam multos ueterum uelut inglorios & ignobiles obliuio obruet.

Obruit eum obliuione uetuſtas.Cic.de clar.Orat.30,

Obruere ære alieno.Cic.ad Att.lib.2.16.17.

Ambitione & foro obrui.Cic.1.de Orat.47.

Obrui copia ſententiarum.Cic.2.Tuſc.5.

Obrui & opprimi criminibus & teſtibus. Cicero 3. Verrin.13.

Obrui magnitudine negocij,tanquam fluctu.Cicero ad Quint. frat.lib.1.1.6.

Obruitur omnium riſu teſtis.Cic.3.de Orat.157.

Obruitur uulgi ſermo hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur.Cic.in Som.28.

Obruitur enim aratorum teſtimonijs.Cic.4.Verr.108.

¶ Obrutus, pen. corr. Participium (καταχωθεὶς) Ouid.epiſtol.1.2,



Digitized by Google

Obrutus insanis esset adulter aquis.
Claßis obruta aquis.Ouid.6.Fast.39.
Corpora morbo obruta. Claud.2.in Eutrop. 3.
Gratia uirtutis obruta.Ouid.13.Metam.90.
Ignis latet obrutus multo cinere.Lucret.lib.4.178.
Obruta itinera strage.Liu.10.bel.Pun.23.
Somno obruta legio.Stat.10.Theb.38.
Semina obruta longis sulcis.Ouid.1.Met.25.

Obrussa] Exploratio & probatio perfectionis, et nota auri atq; argenti. Cicero in Bruto, Et adhibenda tanquam obrussa, ratio. Hodie, quam obtrussa, edunt inemendatè. Placet etiam, cum obrussa: nam, cum, in, quam, facilè potuit degenerare breui discrimine: atque hoc uerius puto. Verba sunt Turnebi.

Obrutuit] inquit Festus, Obstupuit: à bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt. Afranius, Non possum uerbum facere, obrutui. Vide Obrutesco.

Obryzum] Vide Obrizum.

Obsæuio] obsæuis, obsæuiui, obsæuitum, pen.prod. (ἀντιχαλεπαίνω) obsæuire, Contrà sæuire. Plaut. Epid.11.29,

—— túne is es,
Qui per uoluptatem in me ærumna obsæuisti grauiter?

Obsaluto] obsalutas, pen. producta, obsalutare, Salutandi gratia sese alicui offerre, dicebant antiqui: ut Consalutare, pro Salutare. Festus.

Obsaturo] obsaturas, pen. corr. (κατακορέω) obsaturare, Significat Saturitatem usq; ad fastidium, uel contra animum capere. Terent. Heaut.4.8.29,

— ne tu propediem,
Vt istanc rem uideo, istius obsaturabere.

Obscenus] pen.prod.(ἀπαίσιος) Adiect. Ab Ob & Cano deductum, interposita S litera, euphoniæ causa, & sine diphthongo scribitur: & abominabile augurium significat. Virg.lib.1.Georg.94,

Obsceniq; canes, opportunæq; uolucres. id est, contraria portendentes & mala. Festus, Obscena apud antiquos dicebantur, quæ mali ominis habebantur. Virgilius Aeneid.lib.12,

— ne me terrete timentem
Obscenæ uolucres. Seruius, quæ canendo aduersa significant.

¶ Obsceno, obscenas, pen.prod. (ἀπαισιόω) obscenare, Obscenum, id est, malum omen afferre. Plaut. Asin.6.17, Metuo ne ille obscenârit meæ falsæ fallaciæ. Nonius.

Obscœnus] αἰσχρὸς, ἀῤῥητοποιός, Adiectiuum, cum diphthongo, Turpe, immundum: Ex Ob, & Cœnum, componitur: uel ab Ob & Canendo: uel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ut ait Priscianus lib.9, Festus ab Oscis deriuat, quorum frequentißimus fuit usus libidinum spurcarum: unde & uerba impudentia appellantur obscœna. Quod si uerum esset, sine B, & absq; diphthongo, oscenū scribi oporteret. Varro lib.6.de Ling. Latina docet, obscenū à scena deduci, quasi ad scenam: quòd scenis id daretur quod obscenum foret. Varro Agathone, Pueri obscœnis uerbis nouæ nuptulæ aureis restaurant.

Cantare obscœna.Ouid.3.Fast.135.
Aues obscœnæ.Ouid.2.Amor.eleg.6.11.
Carmina obscœna.Propert.lib.1.eleg.15.2.
Dicta obscœna.Ouid.14.Metam.104.
Facinus obscœnum.Claud.2.in Eutrop.24.
Illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum iocandi genus, Cic.1.Offic.135.
Lectus obscœnus.Ouid.10.Metam.92.
Opus obscœnum.Ouid.3.Amor.eleg.13.6.
Partes obscœnæ.Ouid.2.de Arte.117.
Risus obscœni.Ouid.2.Trist.82.
Sermones obscœni.Hor.2.epist.1.26.
Spem capit obscœnam.Ouid.6.Fast.68.
Verba obscœna.Ouid.3.Fast.139.
Delicatæ & obscœnæ uoluptates. Cicero 1. de Natura deorum,153.

Obscœnum, Vitabile, authore Nonio. Virg.3.Aen.74,

Obscœnamq; famem, quæ prima pericula uito. Vbi Seruius, Obscœnam, aut quæ homines etiam ad obscœna compellit, ut Malesuada fames: aut certè quam obscœna auis prædixerat.

Adulterium obscœnum.Ouid.2.Trist.43.
Obscœna pastu auis.Plin.lib.10.cap.29.10.
Obscœnus piscis.Plin.lib.9.cap.18.1.
In obscœnis est penis: hoc est, inter obscœna connumeratur. Cic.Pæto,lib.9.22.6.

¶ Obscœnitas, pen.corr. obscœnitâtis (ἀῤῥητουργία, αἰσχρολογία, αἰσχρότης) Cic.pro Flac.26, Quas ego non solùm propter longitudinem, sed etiam propter turpißimam obscœnitatem uerborum prætereundas puto.

In obscœnitate si quod sit flagitium, id aut in re esse, aut in uerbo. Cic.Pæto,lib.9.22.2.
Turpitudinem uerborum, & rerum obscœnitatem uitare. Cic. 2.de Orat.134.
Obscœnitas orationis.Cic.1.Offic.178.
Verborum obscœnitas si turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus est. Cic.1.Offic.146.

¶ Obscœnè, pen.prod. (αἰσχρῶς) Aduerbium, Impurè. Cic.1. Offic.178, Latrocinari, fraudare, admirari turpe est, sed dicitur non obscœnè.

Excitata obscœnius Mercurij natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. Cicero 3. de Natura deorum,76.

Obscæuo] obscæuas, obscæuare, Quasi scæuum, id est, malum omen afferre. Plaut. Asinar.

Metuo quod illic obscæuauit meæ falsæ fallaciæ. Nonius. Alij legunt, Obsceno.

Obscurus] pen.prod. (ἀμαυρὸς, ὀρφναῖος, σκοτεινός, ὀρφνινὸς, αἰνώνυμος, ἀφεγγής) Adiectiuum, quod à Cura deriuari dicit Sipontinus: significatq; propriè, Quod sine lumine est. Virg.9.Aen.49,

Vidimus obscuris primùm sub uallibus urbem.

Acumen obscurum.Lucret.lib.4.87.
Aer obscurus.Virg.1.Aen.83.
Ambages obscuræ.Ouid.in Ibin,76.
Antrum obscurum.Ouid.4. Metam.20.
Cælum obscurum.Virg.3.Aen.18.
Gloria multis obfuit. Ouid. 11. Metam. 65.
Lingua obfuit authori. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 8.
Obsuo] obsuis, obsui, obsutum, pen. prod. obsuere, Circumsuere. Ouid. 2. Fast. in Feralium mentione,
Quodq; pice astringit, quod acu traiecit ahena,
Obscutum menta torret in igne caput.
Obsurdesco] obsurdescis, obsurdui (κωφόομαι) obsurdescere, Surdum fieri. Cic. in Somnio, 19, Hoc sonitu completæ aures hominum obsurduerunt.
Obsurdescere, Nolle audire. Cicer. de Amic. 74, Sed quum tot signis eadē natura declaret quid uelit, ac anquirat quid desideret: obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus.
Obtego] obtegis, pen. corr. obtexi, obtectum (κατασκεπάζω) obtegere, Tegere, & cum diligentia operire. Cato cap. 40. 3, Insuper lingua bubula obtegito, si pluat.
Obtegere se corpore alicuius. Cic. pro Sestio, 65.
Vetustas obtegitur densa caligine. Silius lib. 8. 9.
Errata, uel turpitudinem adolescētiæ obtegere. Plaut. Trinum. 10. 24. Cic. in Vatinium, 8.
Dissimulare & obtegere, pro Celare. Cicer. Attico, lib. 1. 13. 1.
Obtegens sui. Tacitus lib. 4.
Domus obtecta arboribus. Virg. 2. Aeneid. 60.
Obtempero] obtemperas, pen. corr. (πρόσκω, ὑπακούω) obtemperare, Morem gerere. Cicer. Sic mihi semper obtemperauit, tanquam filius patri.
Obedire uel obtemperare alicui ad uerba. Cic. pro Cecin. 38.
Imperio alicuius obtemperare. Cæsar 4. bel. Gall. 540.
Iussis magistri obtemperare. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 9.
Cupiditati alterius obtemperare. Cic pro Quintio, 4.
Sibi obtemperare, & decretis suis parere. Cic. 2. Tusc. 17.
Te audi, tibi obtempera. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 4.
¶ Obtemperatio, Verbale (ὑπακοή) Cicer. 1. de Leg. 62, Quòd si iusticia est obtemperatio, scriptis legibus institutisq; populorum, &c.
Obtendo] obtendis, obtendi, obtensum & obtentum (προτείνομαι, προβάλλομαι) obtendere, uel Tegere, uel Contrà tendere significat: ut, Obtendere uelum ante lectum, hoc est, Distendere uel extendere. Sueton. in Nerone. Plinius libro 11. capite 37. 28, Omnibus membrana uitri modo translucida obtenditur.
Antilibanus obtenditur. Plin. lib. 5. cap. 20. 1.
Inuolucris tegere, & obtendere uelis. Cicer. Quinto fratri, lib. 1. 1. 22, Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdam obtenditur uniuscuiusq; natura: frōs, oculi, uultus persæpe mētiuntur, oratio uerò sæpissimè. Virgilius 10. Aen. 17,
Tu potes Aeneam manibus subducere Graiûm,
Procq; uiro nebulam & uentos obtendere imanes.
Rationem turpitudini obtendere, Velle turpe factum ratione excusare, hoc est, turpitudinem ratione operire. Plinius epistol. 159. g.
¶ Obtentus (προβεβλημένος) Particip. Virg. 1. Georg. 50,
—& obtenta densantur nocte tenebræ. id est, obducta, ait Seruius.
¶ Obtentus, huius obtentus (πρόκλημα) pro Extentione. Virg. 11. Aeneid. 14,
Extructosq; toros obtentu frondis inumbrant. Plinius lib. 31. cap. 1. 2.
Obtentus, Prætextus. Gel. lib. 10. cap. 22, Qui obtentu philosophiæ nominis inutile ocium, & linguæ uitaq; tenebras sequuntur. Liu. 1. ab Vrbe, 246.
Obtentui esse. Salust. in oratione Lepidi ad Pop. Rom. Quia secundæ res mirè sunt uitijs obtentui.
Obtento, Obtentas] Vide Obtineo.
Obtero] obteris, pen. cor. obtriui, obtritum, pen. prod. (καταπατέω, καταπατίω) obterere, Conterere, suffocare. Varrò 2. de re Rust. cap. 1. 19, Vt purè & molliter stent, uidendum, & ne obterantur.
Eques obtriuit pabula. Lucan. lib. 6. 17.
Hostem obterere. Lucan. lib. 7. 56.
Artem obterere. Cic. 1. de Diuinat. 55.
Calumniam obterere atq; contundere. Cic. pro Cecinna, 13.
Iure obterere. Liuius 3. ab Vrbe, 237.
Laudes maiorum obterere. Cic. Antè quàm iret in exilium, 9.
Maiestatem populi Roman. senescentem obterere. Liuius 3. bel. Punici, 201.
Militem uerbis obterere. Liu. 4. bel. Pun. 66.
Prosternere atq; obterere obtrectationes & inuidias maleuolorum. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9. 2.
Vis quædam obterit res humanas. Lucret. lib. 5. 248.
Vestigia obterere. Plin. lib. 22. cap. 6. 7, Ne neglectu uestigia obterant.
Obterere, Idem quod Detrahendo minuere. Curtius libro 8, Silentium tum habuêre seniores, donec Philippi res orsus obterere, nobilem apud Cheroneam uictoriam sui operis fuisse iactauit.
Obteri, Passiuum. Cic. 7. Verr. Ne patiamini talem imperatorem populo Rom. Siculorum testimonijs eripi, neue obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiæ uelitis.
Religio pedibus obteritur. Lucret. lib. 1. 16.
Obterere, Tundere in mortario. Colum. lib. 6. cap. 4, Nonnulli pellem serpentis obtritam cum uino miscent.
¶ Obtritus, pen. prod. Participium (καθαπτόμενος) Cic. 2. de Orator. 192, Quod quum humare uellent sui, neque possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur, &c.
Pondere terræ obtritus. Lucret. lib. 3. 183.
Ossa obtrita. Lucan. lib. 3 131.
Obtritus uehiculo. Vlpian. in l. si pecuniam. §. ult. ff. de condict. cauſ. data, &c.
¶ Obtritus, huius obtritus, pen. prod. (καταπάτησις) Plin. lib. 18. cap.

18.cap.28.1,Ne herbæ uellantur,obtritúq; hebetentur.

Obteſtor]obteſtaris(ἐξορκίζω,ἐπιτρέπω)obteſtari,Eſt(inquit Donatus)precari,cum mentione earum rerum per quas petimus.Virg.10.Aeneid.10,

— per euerſæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obteſtor. Terent.And.1.5.56,
Per tuam fidem,perq; huius ſolitudinem
Te obteſtor,ne abs te hanc ſegreges.

Obteſtari deos.Cic.7.Verr.148,Cæteros item deos,deasq; omnes imploro atq; obteſtor,&c.

Orare & obteſtari pro.Cicero ad Domitium,libro 6.22.4,Oro obteſtorq; te pro uetere noſtra coniunctione ac neceſſitudine,&c.

Obteſtari,Orare aliquando ſignificat,ſine adiuratione.Cic.pro M.Cælio,62,Quare oro,obteſtorq; uos Iudices,ut qua in ciuitate paucis his diebus Sex.Clodius abſolutus ſit,&c.Cæſar lib.7.bel.Gall.191.

Obteſtatur fidem ueſtram,miſericordiamq; implorat.Cic.pro Muræna,78.

Oro obteſtorq; te ut Quintum fratrem ames. Cic. ad Atticum, libro 3.65.9.

Precibus omnibus orare & obteſtari. Cicero Attico,libro 9.183.3.Vide Oro.

Implorans obteſtatur.Plancus ad Ciceronem,lib.10.18.3.

¶ Obteſtatio,Verbale(ἐξορκισμὸς)Cic.ad Memmium,lib.3.13.10,Phædri obteſtationem,ſedem,domicilium,ueſtigia ſummorum hominum ſibi tuenda eſſe dicit. Idem pro Cornel. Balbo,25.&c.

Obtexo]obtexis,obtexui,obtextum (περιφαίνω)obtexere,Circum texere.Plin.lib.11.cap.19.2,Filis etiam araneoſa,quacunq; inceſſit,alarum maximè lanugine obtexit.Idem lib.2.cap.39.Cælum aliud obtexens.De nubibus.

Domum obtexere.Plaut.Moſt.3.41.

Omne fretum lõga uelorũ obtexitur umbra.Stat.2.Achil.24.

Cælum obtexitur umbra.Virg.11.Aeneid.123.

Obthuro]obthuras,pen.prod.(βύω,ἐπιβύω,τύφω,φυμόω,φράττω)Occludo.Horat.2.epiſt.2.21,

Obthurem patulas impunè legentibus aures. Feſtus,Obthurare ex Græco trahitur,ab eo quod illi oſtia dicunt θύρας.Cic.de Fato,16,Stupidum eſſe Socratem dixit,& barbum,quòd iugula concaua non haberet,obſtructas eas partes & obthuratas eſſe dicebat.

¶ Obthuramentum,φραγμὸς,Quo aliquid obthuratur.Plin.lib.16.cap.8.4.de cortice ſuberis,Vſus eius cadorum obthuramentis.

Obthuramentum ſtagni.Plin.lib.33.cap.4.10.

Obticeo]obtices,pen.corr.obticui (βαθυσιγάζω) obticere, Tacere.Terent.Eunuch.5.1.4,

Virgo cõciſſa ueſte lacrymãs obticet.Martial.lib.10.17, Et queritur nugas obticuiſſe meas.

Chorus turpiter obticuit.Horat.de Arte,58.

¶ Obticentia,obticentiæ(ἀποσιώπησις)Quintil.lib.9.cap.2, ἀποσιώπησις,quam idem Cicero reticentiam, Celſus obticentiam,nonnulli interruptionem appellant,& ipſa oſtendit affectus.

Obtineo]obtines,pen.corr.obtinui,obtentum(ἐπέχω,κρατέω)obtinere,Impetrare,aſſequi,habere. Cic.ad Atticum,libro 16.242.3,Id tu nos obtinuiſſe non modò facilè patiare, ſed etiam gaudeas.

Obtinuit ut.Liu.5.bel.Maced.33,Is obtinuit ut præferretur cãdidato,quem Africanus frater ducebat.

Obtinere de. Cælius ad Ciceronem,lib.8.6.11,Leuiſſimè enim quia de intercalando non obtinuerat,transfugit ad populũ.

Obtinere & Repelli,contraria.Cic.ad Lentulum,lib.1.5.7.

Perſeueranter obtinere.Vide Perſeuero.

Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. hoc eſt, uelut regnabant in Academia.Cic.1.de Orator.24.

Admirationem obtinere,In admiratione eſſe.Plinius libro 34. capite 2.1.

Aetatem obtinere.Plaut.Ciſtel.2.41.

Artem obtinere.Plaut.Milit.5.30.

Cauſam obtinere,quod & Vincere cauſam dicimus.Cic. Attic. lib.7.143.1,Malas cauſas ſemper obtinuit,in optima cõcidit. de Pompeio.Idem 4.de Finib.90.

Dignitatem obtinere,pro Retinere & conſeruare.Cic.ad Trebatium,lib.7.11.6.

Bonus obtinuit exiſtimari.Cic.2.de Finib.114.

Famam obtinere per aliquem. Vide paulo pòſt in Obtinere uitam.

Fama obtinet.Liuius 1.bell.Pun.184.

Firmitudinem animi obtinere,Conſtanti animo eſſe. Plautus Aſin.7.54.

Fortunas obtinere.Cic.Marcello,lib.4.7.9.

Obtinere ſummum atq; altiſſimum gradum ciuitatis.Cicer.ad Lentulum,lib.1.7.31.

Grauitatem obtinere.Cic.pro Quintio,50.

Humanitatem alicuius erga ſe obtinere.Cic.Figulo,lib.4.13.7.

Ius obtinere.Cic.7.Verr.97,Hæc autem apud te cognationis, fidelitatis,uetuſtatis,authoritatis,ne hoc quidem iuris obtinuit,ut unius honeſtiſſimi atq; innocentiſſimi ciuis mortem & ſanguinem deprecaretur. id eſt,non tantum potuit.

Ius ſuum contra aliquos obtinere.Cic.pro Quintio,18.

Obtinere ius ſuum,uel Retinere non poſſe,dicebant ueteres eũ, quem nunc iuſticiam habere uel conſequi nõ poſſe dicimus. Cic.3.Verr.44,Hic Philodamus poſtea quàm ius ſuum obtinere non potuit,ut humanitatem, conſuetudinemq; ſuam retineret,laborabat.Ex Budæo.Vide Ius.

Iure obtinere.Cic.3.Offic.113,At cui regno? Quod à Tantalo & Pelope proditum iure obtinebatur.

Lenitatem per ſe obtinere.Cicer.pro Ligario,9.

Licentiam cupiditatum ſuarum obtinere. Cicero Attico,libro 10.195.2.

Litem obtinere & Amittere,contraria. Cicero pro Roſc.Comœdo,5.

Locum infimum ſeruitutis obtinere:id eſt, minimi exiſtimari. Cicero in Parad.46.

Tertium locum Mileſiæ oues obtinent.Plinius lib.8.cap.48.1.

Locum criminis obtinere.Cic.pro Domo ſua,67.

Locum prouerbij obtinere.Cic.4.Tuſc.56.

Obtinet magnum locum in medicaminibus hæc herba. Plinius lib.14.cap.1.9.

Obtinere ſecundum locum.Plin.lib.12.cap.23.2.

Principem locum obtinere.Cæſar 1.bel.Gall.26.

Mendacium obtinere.Cic.pro Quintio,50.

Obtinere & conſeruare eam neceſſitudinem,quæ nobis cum aliquibus eſt.Cic.Quint.fratri,lib.1.1.53.

Nobilitatem obtinere.Plin.lib.13.cap.4.13.

Noctem obtinuit caligo.Liu.9.bel.Pun.137.

Nomen patriæ obtinere.Plin.lib.15.cap.18.2.

Nomen ſapientiæ obtinere.Cic.4.Acad.48.

Noxiam ueneni obtinere.Plin lib.20.cap.13.6.

Numerum obtinere iure cæſorum.Cic.2.Offic.62,At eius filij nec probantur bonis,& mortui numerum obtinent iure cæſorum. hoc eſt,Numerantur inter eos qui iure occiſi ſunt. de Gracchis loquitur.

Opinionem obtinere.Vide Opinio.

Ordinem ſuum obtinere.Colum.lib.3.cap.16.2.

Partes accuſatoris obtinere.Cic.pro Quintio,4.

Primatum

Primatum obtinere apud regem. Plin. lib. 24. cap. 17. 8.
Principatum obtinere. Plin. lib. 9. cap. 18. 1.
Principatum obtinere in. Cæsar. 1. bel. Gal. 13, Qui eo tempore principatum in ciuitate sua obtinebat.
Principatum obtinere, de inanimatis. Plin lib. 14. cap. 2. 3.
Prouinciam obtinere, id est, habere prouinciæ gubernationem uel regimen quod uocant, ad tempus, ut Proconsul, aut prætor, uel ut Quæstor. Cic. 5. Verr. 111, Iam antea in sella sedens Prætor, quum prouinciam Siciliam obtineret.
Hispaniam obtinere cum imperio. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 9. 24.
Rationem obtinere. Plinius libro 17. cap. 2. 10. Terent. Adelph. 5. 3. 26,
—eandem illam rationem antiquam obtine:
Conserua, quære, parce.
Regnum in Sequanis obtinere: hoc est, Sequanis dominari. Cæsar 1. bel. Gall. 13.
Religionem suam obtinere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 11.
Sententias contrarias obtinere. Cic. 4. de Finib. 125.
Apud aliquem suauitatem filij obtinere. Cic. pro Sylla, 14.
Venustatem antiquam obtinere. Terent. Hecyr. 5. 4. 17.
Vicem obtinere. Plin. lib. 11. cap. 3. 3.
Vim obtinere diuinam dicitur lex naturalis. Cic. 1. de Natura deor. 51.
Vim medicamenti obtinet. Plin. lib. 11. cap. 42. 2.
Vitam & famam obtinere per aliquẽ. Cic. pro Rosc. Amer. 29.
Vrbem aliquam armis obtinere. Liu. 10. bell. Pun. 90.
Obtinere pro Occupare. Plin. lib. 12. cap. 1. 6, Arbor agros longis obtinens umbris.
Obtinetur, pen. prod. Impersonale. Cic. ad Atticum, lib. 11. 215. 6, Nam si perseuerant, & obtinetur, quid nobis futurum sit uides. Correctiora exemplaria legunt, obtinent.
¶ Obtento, obtentas (ἐπέχομαι) obtentare, Frequentatiuum. Cic. ad Atticum, lib. 9. 181. 6, Et tamen spes quædam me obtentabat, fore ut aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.
Obtingit] obtingebat, obtigit, pen. corr. (συμβάινει) obtingere, Euenire. Non nisi in tertijs personis legitur.
Obtingit prouincia, Quum sortito prouincia regenda alicui committitur. Cic. 3. Verr. 23, Quæstor ex senatusconsulto prouinciam sortitus es: obtigit tibi Consularis.
Obtigit. Plaut. Rud. 20. 35,
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi. Cic. 1. Offic. 33, Ex quo quia suum cuiusq; sit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuiq; obtigit, id quisq; teneat.
Obtigit dies mihi aduersus. Plaut. Menæh. 20. 2.
Discordia obtigit mihi tecum. Horat. Epod. 4. 1.
Occasio obtigit. Plaut. Rud. 22. 18.
Obtigit tibi ex sententia. Terent. Heaut. 4. 3. 5.
Præter spem obtigit. Terent. Phorm. 2. 1. 9.
Obtigit de. Plaut. Rud. 26. 7,
Eloquere ut hæc res obtigit de filia.
Obtorpeo] obtorpes, obtorpui (καταβλακεύω) obtorpere, A quo Obtorpesco, obtorpescis, obtorpescere, Valde torpidum fieri, & torpere quodam ita affici, uel propter metum, uel alia quauis ratione, ut omnino imbecilliores simus. Curtius lib. 10, Quis crederet sæuam paulo antè concionem obtorpuisse subito metu?
Subiectus miseriis obtorpui. Cic. 3. Tuscul. 115. Ex poeta.
Squamæ obtorpuêre. Plin. lib. 8. cap. 27. 3.
Manus obtorpuit. Cic. pro Domo sua, 104. Liu. 2. bel. Pun. 18.
Obtorqueo] obtorques, obtorsi, obtortum (συστρέφω) obtorquere, Valde uel uehementer torquere. Plin. de Viris illustribus. Consuli legibus agrarijs resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret è naribus. De Mar
co Liuio Druso loquitur.
Proram obtorquet in undas. Stat. 5. Thebaid. 83.
Gulam obtorquere. Cic. 6. Verr. 20.
¶ Obtrecto, Participium (σύμπλοκος) ut, Obtorti auri flexilis circulus. Virgil. 5. Aeneid. 112.
Obtrecto] obtrectas (διασύρω) obtrectare, Ex ob & tracto compositum, significat, ut ait Festus, Contra alienam sententiam tractare, seu Maledicere. Erasmus, Obtrectat qui obloquitur, qui malè prædicat de alio: detrahit, qui minuit laudem alicuius. Cic. 3. Tuscul. 141, Nam & inuidere, ægritudinis est, & æmulari, & obtrectare.
Obtrectare legi. Cic. pro lege Manilia, 41.
Obtrectare laudibus alterius. Liu. 8. ab Vrbe, 184.
Obtrectare aliquid, pro Culpare & damnare. Plin. lib. 9. cap. 35. 16. de Cleopatra, Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix lautitiam eius omnẽ, apparatumq; obtrectãs.
Obtrectare laudes. Liu. lib. 5. Decad. 5.
Obtrectatur] Impersonale (διασύρεται) Cic. Attico, lib. 3. 68. 1, Si obtrectabitur, utar authoritate Senatus.
¶ Obtrectans, Participium (διασύρων) ut,
Inuidia obtrectans. Silius lib. 16. 3.
Aemulantis est, angi alieno bono quod ipse non habeat: Obtrectantis autem, angi alieno bono, quòd id etiam alius habeat. Cic. 4. Tuscul. 89.
¶ Obtrectatio, Verbale (διασυρμὸς) Cic. 4. Tusc. 28, Obtrectatio autem ea, quam intelligi zelotypiam uolo: ægritudo ex eo, quòd alter quoq; potiatur eo quod ipse concupierit.
Domestica ex obtrectatione & ciuilibus studijs inimicus. Cicero pro Fonteio, 14.
Obtrectatione & maleuolentia liberatum iudicium. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 65.
Obtrectatio inuidiæ. Cic. de claris Oratorib. 80.
Obtrectatio laudis, Detractio. Cæsar 1. bel. Ciuil. 27.
Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur. Tacit. lib. 17.
Inuidia atq; obtrectatione impediri. Cic. 1. de Inuent. 23.
Maleuolentissimis obtrectationib. de uetere aliqua diuturnaq; sententia depelli. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 23.
¶ Obtrectator, penul. prod. (διασυρτὴς) Verbale masc. detractor. Cic. de claris Orat. 2, Dolebamq; quòd non, ut plerique putabãt, aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & consortem glorioſi laboris amiseram.
Obtrectator beneficij. Cic. pro Flacco, 1.
Inuidi & obtrectatores. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 4.
Obtrectatores & aduersarij. Cic. de Arusp. resp. 47.
Dominatione obtrectatorum, potentissimo inimico, infidelibus amicis, plurib. inuidis quid sperẽ? Cic. Qu. fratri, lib. 1. 4. 2.
Communes obtrectatores, atq; omnium inuidi multa finxerunt. Cic. pro Plancio, 46.
Inuenire obtrectatores. Vide Inuenio.
Sermoni obtrectatorum locum non relinquere. Cicero pro Flacco, 53.
Studiorum suorum obtrectatorem tollere. Cic. pro Fonteio, 15.
¶ Obtrectatus, huius obtrectatus, pen. prod. (διασύρμα) Idem quod Obtrectatio. Gellius lib. 20. cap. ultimo, Aequum esse puto, ut sine uano obtrectatu considerent.
Obtritus] Vide Obtero.
Obtrudo] obtrudis, obtrusi, obtrusum, pen. prod. (ὠθέω, ὠθίζω) obtrudere, Idem quod Trudere. Plaut. Menæh. 12. 25,
Iámne abijt intrò? abijt, obtrudit fores.
Obtrudere, Quasi inuito & renuenti offerre & dare. Plautus Curcul. 7. 87,
Aliquid prius obtrudamus, pernam, sumen, glandiũ, &c. ut satis consilia suppetant.
Obtrudere uxorem, Inuito & nolenti dare. Terent. Andr. 1. 5.



Digitized by Google

16. Donatus. Idem Hecyr. 3.1.16,
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.

Obtrudere monimenta. Cic. 6. Verr. 71, Tu isti aderis, qui non obtrusi aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed fundituus sustulit ac deleuit? Quo in loco fortassis legendū est, obstruxit, uel obruit, ut sensus constet.

¶ Obtrusus, pen. prod. Participium (ὠθισθείς) Cic. de claris Orator. 140, Quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda quàm obtrusa ratio, quæ mutari non potest.

Obtrunco] obtruncas (κατακόπτω, μαχαιρίζω) obtruncare, Capite cædere, & occidere quomodocunq;. Liuius 1. ab Vrbe, 43, Regem in prælio obtruncat, & spoliat. Sic, Cic. 3. de Natura deorum, 91, Puerum interea obtruncat. Ex quodam poeta.

Incautum excipit, patriasq; obtruncat ad aras. Virgilius. 3. Aeneid. 67.

¶ Obtruncatio, Verbale (κατακοπή) Colum. lib. 4. cap. 29. 3, Quod tum & obtruncatione uitis, & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri.

Obtundo] obtundis, obtudi, pen. corr. obtusum, pen. prod. uel obtunsum (ἀμβλύω, ἀμβλύνω, καταβλύω, πυρόω) obtundere, Circum percutere, rumpere, crassum, hebesq; facere, uel hebetare, & cuspidem adimere. Columel. libro 4. cap. 24, Obtusa, hebesq; & mollis falx putatorem moratur, eoq; minus operis efficit, & plus laboris adfert uinitori. Virg. Georg. 53,
—durum procudit arator
Vomeris obsidentem. Vbi Seruius, Obtusi, reuerberati & acumine carentis.

Aciem oculorum obtundere. Plin. lib. 22. cap. 25. 21.

Eleuare & obtundere ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 60.

Auditum obtundere. Cic. in Orat. 129, Ne breuitas defraudasse aures uideatur, néue longitudo obtudisse. Subaudi, aures uel auditum.

Acuere & Obtundere ingenia, contraria. Cic. 3. de Orat. 52.

Mentem obtundere, cui opponitur Acuere mentem. Cic. 1. Tuscul. 126. Virg. 1. Aeneid. 215,
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. Vbi Seruius. Obtusa, non stulta, sed crudelia,

Vocem obtundere. Cic. 2. de Orator. 156.

Vox obtunditur, atq; aures cõfusa penetrat. Lucret. lib. 4. 124.

Obtundere, Sæpius repetendo eadem inculcare. Terent. Heaut. 5.1.6.
Desine deos uxor gratulando obtundere. Idem Adelph. 1.2.33,
Ausculta: ne me obtundas de hac re sæpius. Tractum à fabris, qui sæpe repetunt tundendo aliquid malleo: & idem obtundunt & hebetant.

Diutius aures aliquorum non obtundere. Cic. 6. Verr. 97.

Obtusæ criminatione aures, & Vacuæ, contraria. Cic. Antequã iret in exil. 7.

Obtundere aliquem longis epistolis. Cic. Attico, lib. 8. 145. 6.

¶ Obtusus, pen. prod. Participium (ἀμβλωθείς) Plin. lib. 18. cap. 35. 7, Cornua lunæ obtusa.

Obtusus animi uigor. Liu. 5. ab Vrbe, 83.

Obtusus pugnis. Plaut. Amphit. 7. 48.

¶ Obtusus (κατομβλυωτὴς) Nomen ex participio. Cic. de Senec. 75, Nónne uobis uidetur animus is, qui plus cernat, & longius uidere se ad meliora proficiscit? Ille autem cuius obtusior fit acies, non uidere?

Acies obtusa stellis. Virg. 1. Georg. 79.

Acies oculorum obtusior. Vide Acies.

Angulus obtusus. Lucret. lib. 4. 71.

Aures obtusæ: id est, surdæ. Stat. 5. Sylu. 1. 35.

Cornua obtusa. Virg. 1. Georg. 87.

Vires obtusæ. Lucret. lib. 3. 92.

Vsus obtusior. Virg. 3. Georg. 27.

Obtunsus etiam legitur, sed minus frequenter & usitatè. Plin. epist. 123. lib. 7. ad Præsentem, Vt enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acreis, acutosq; miscerem, ut obtunsus illis & oblitus stomachus, his excitaretur. Alia exẽplaria habent, obtusus. Plaut. Casina, 21. 7,
—obtunso ore nunc peruelim progredi senem.

¶ Obtusè, pen. prod. (ἀμβλέως) Obtusius, obtusissimè. Cic. 1. de Nat. deor. 96, Totum aut etiam, aut non, negauit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius?

Obtueor] obtueris, pen. prod. obtutus sum, pen. prod. (περιβλέπω, προσορᾶω) obtueri, Diligenter conspicere. Plaut. Mostel. 10. 65.
At tu istac aduorsum obtuere. Idem Amph. 10. 19,
Inimicos ausa sum semper obtuerier.

¶ Obtutus, huius obtutus, penult. prod. ma. g. (πρόσοψις) Aspectus. Cic. 3. de Orat. 10, Qui uultum eius quum ei dicendum esset, obtutumq; oculorum in cogitando probè nosset.

Acris obtutus. Silius lib. 17. 70.

Continuus oculorum obtutus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 9.

Toruus obtutus. Silius lib. 10. 53.

Obtutu consurgit ab alto. Valer. 7. Argon. 18.

Effugit obtutum oculorum animus. Cic. de Vniuers. 35.

Visum fatigari continuo obtutu oculorum. Quintilianus libro 1. cap. 2. 9.

Figere obtutum aliquò. Cic. 2. de Nat. deor. 155. Ex poeta.

Obtutu hæret defixus in uno. Virg. 1. Aeneid. 100.

Tacito obtutu stetit. Virg. 12. Aeneid. 134.

Ora defixa tenet obtutu. Virg. 7. Aeneid. 50.

Quodam obtutu oculorum duo pro uno lucerne lumina uideri. Cic. 2. de Diuinat. 180.

Obtuor] obtueris, pen. corr. obtuitus, pen. corr. uel obtutus sum (ἀμβλέπω) obtui, Idem. Aliquando à synonymo obtueor obtueri habet.

¶ Obtuitus, huius obtuitus, penult. corr. (βλέμμα) Idem quod Obtutus. Cic. 1. Offic. 203, Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione aut remissione superciliorum. Correctiora exemplaria legunt, Obtutu.

Obturbo] obturbas (διαταράττω) obturbare, Ab omni parte turbare, quod & Disturbare dicitur. Terent. Andr. 5.4.23, Itáne uerò? obturbat.

Obturbatur, Impersonale. Plin. epist. 190. g, Incipit respondere Veiento. nemo patitur, obturbatur, obstrepitur, adeò ut diceret, Rogo p. c. ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum. Tacit. lib. 19, Denso agmine obturbabat.

Lenire & Obturbare, contraria. Cic. Attico, lib. 12. 241. 7.

Obturbare solitudinẽ alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 12. 241. 11.

Obturo] obturas, (ἐπιβύω) Vide Obthuro. nam per h scribi debet. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 6, Etiam paucæ extra ostium aluei obturant omnia.

Obtusus] Vide Obtundo.

Obtutus] Vide Obtueor.

Obuagio] obuagis, pen. prod. obuagiui, obuagitum (καταβαίνω) obuagire, Circum uagire. Plaut. Penul. 2. 31,
Néue furientes hìc quasi hœdi obuagiãt. de infantibus.

Obuallo] obuallas (πολιχαρακόω) obuallare, Circumuallare. Cic. pro lege Agraria, 19, Me longo interuallo propè memoria temporumq; nostrorum primum nouum hominẽ Consulem feciſtis, & eum locum quem nobilitas præsidijs firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce rescidiſtis.

Obuarie

**Obuaricatores**] Dicebantur illi, qui cuipam occurrebant, quò minus rectum iter conficeret, inquit Festus. Obuarico, obuaricas, uerò, penult. corr. est occurro, obsto, teste eodem.

**Obuaro**] *obuaras* (διαστρέφω) *obuarare*, Peruertere, depranare. Dictum à uaris. Ennius Achille, Nam consilijs obuarant, quibus tam concedit hic ordo. Nonius.

**Obucula**] *obuculæ*, Oppidum ulterioris Hispaniæ, in conuentu Astigitano: cuius meminit Plinius libro 3. cap. 1.

**Obuenio**] *obuenis*, pen. corr. *obueni*, pen. prod. *obuentum* (ἀντάω, ἀντιάζω, ἀντομαι, ἀντιμολέω) *obuenire*, Obuiam uel contrà uenire. Plaut. Asin. 7. 15. Plin. epistol. 188, Obueniat materia, uel hæc ipsa quam monstras, uel potius alia. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27. 5. Sed eas eram daturus, ut nutâram postridie ei qui mihi primus obuenisset. Correctiora exemplaria legunt, Obuiam uenisset.

Obuenire, pro Contingere quasi sortito. Cic. pro Cluentio, 118, Hoc est Qu. Voconium cum ijs iudicibus, qui ei obuenerint (uos appellat Iudices) quærere de ueneno.

Sorte prouincia Sicilia Verri obuenit. Cic. 4. Verr. 11.

Obuenire, Quoquo modo contingere. Cic. 2. Philipp. 88, Id igitur obuenit uitium, quod tu iam calend. Ian. futurum esse præuideras.

Obuenit occasio. Curtius lib. 8.

Obuenit hæreditas, uel Hæreditate obuenire aliquid dicimus, hoc est, quod uulgò dicimus, per successionem. Varro de Re rust. libro 1. cap. 12, Quid potero facere, si ijsmodi mihi fundus hæreditate obuenerit? Cic. Obuenientia bona homini ab alio conferuntur, uel aliunde deferuntur, obuenit hæreditas: philosophia homini non obuenit, sed eam sibi quisque quærere debet à seipso. Plinius epist. 6. libro 3, Ex hæreditate quæ mihi obuenit, emi proximè Corinthium signum. Budæus.

Hæreditas ei obuenit. Author ad Herenn. lib. 4. 181.

¶ **Obuentio**, Verbale (προσοδος) Vlpianus in l. magis puto. 8. si pupillus. ff. de rebus eorum qui sub tutela & cura sunt, An pecuniam pupillus habeat, uel in numerato uel in nominibus quæ conueniri possint, uel in fructibus conditis, uel etiam in redituum spe atq; obuentionum.

Reditus & obuentiones. Vlpianus in l. 1. §. exercitorem. ff. de exercitoria actione, Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt.

**Obuerto**] *obuertis*, *obuerti*, *obuersum* (ἀντιστρέφω) *obuertere*, Contrà uertere. Plaut. Pseud. 16. 5,

Ne in re secunda nunc mihi obuertat cornua. Cic. 3. Tuscul. 68, Quem spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Ex poeta.

Obuertere ordines uel signa, In hostem uel contra hostes conuertere. Liu. 7. bel. Pun. 110. Idem 9. ab Vrbe, 183.

Arcum obuertit in illum. Ouid. 12. Metam. 121.

Naues obuertunt magno cum pondere nautæ. Cic. in Arato, 16.

Prōras obuertunt pelago. Virg. 6. Aeneid. 1.

Terga obuertere alicui. Virg. 2. Georg. 55.

Obuersa Orienti gallina. Colum. lib. 1. cap. 3. 1.

Obuersus sto, pro Aduersus. Plin. lib. 9. cap. 57. 1, Contraq; uenantes refugere in suas cauernas, & in ijs obuersos stare. De piscibus terrenis.

¶ **Obuersor**, *obuersaris* (πλέκομαι) *obuersari*, Deponens frequenter adesse & uersari. Plinius epist. 116. a. lib. 5, Sedebant iudices, Centumuiri uenerant, obuersabantur aduocati, silentium longum.

Obuersari dicitur id, quod ita animo apparet, ut adesse coràm uideatur, & cerni. Cic. pro Sest. 5, Sed mihi ante oculos obuersatur Reipub. dignitas, quæ me ad se rapit.

Veritas ipsa & grauis, & recta ratio, nonne mihi obuersatur? Cic. 4. Academic. 252.

Obuersatur species in somnis. Liu. 2. ab Vrbe, 155.

Obuersatur animo. Cic. 2. Tuscul. 90, Obuersantur species honestæ animo.

Obuersatur oculis Claudianæ cladis memoria. Liuius 5. bell. Maced. 36.

Ante oculos obuersari. Lucret. lib. 4. 198.

Ante oculos exterminatoris sui obuersatur Respublica. Cic. pro Domo sua, 109.

¶ **Obuersatio**, Verbale (περίστασις) Cic. pro Murena, 46, Mœstos amicos, obuersationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant.

**Obuio**] *obuias* (ἀντάω, ἀντιάζω, ἀντομαι) *obuiare*, Obuiam proficisci, uel obuium esse. Et per translationem pro Resistere. Sallust. in Iugurtha, nō ita procul ab initio, Tum primùm superbiæ nobilitatis obuiatum. Sed hîc exemplaria castigatiora habent, Obuiam itum est.

¶ **Obuius**, Adiectiuum (ἀντιβατικὸς) Quod alicui occurrit, & tanquam in uia expositum est: ut, Obuia arma ferre, apud Virgilium 9. Aeneid. 12, Sallust. Deinde omnes puberes, Numidas atq; negociatores promiscuè, uti quisq; armatus fuerat, obuius interfecit.

Signa obuia signis. Lucan. lib. 1. 2.

Tute tibi obuius obstas. Lucret. lib. 4. 232.

Obuius & expositus homo, Qui omnes admittit, nec se difficilem præbet in colloquijs. Plin. epist. 10. 4, Est enim obuius & expositus, plenusq; humanitate quam præcepit.

Obuius tibi sum, Obuius tibi fio, & Obuiū me tibi fero, dicimus.

Obuium se dare alicui. Liu. 1. ab Vrbe, 67.

Obuium esse. Cic. pro Cecinna, 55.

Obuiæ literæ. Cic. Attico, lib. 6. 115. 4.

Obuia urbs inimicis. Virg. 3. Aeneid. 100. id est, quæ nullum patiatur excidium.

Obuij è diuerso. Plin. lib. 8. cap. 50. 2.

Nominatiuus positus, ut uidetur, pro accusatiuo apud Virgiliū 1. Aeneid. 64,

Cui mater media sese tulit obuia sylua. Pro eo quod est, tulit sese obuiam. Sic tamen ordinandum est, ne uideatur soloecismus, Cui mater obuia tulit sese in media sylua.

Turba obuia mi uenerat. Propert. lib. 2. eleg. 30. 1.

¶ **Obuiam**, Aduerbium (εἰς ὑπάντησιν) Terent. Phorm. 1. 2. 2,

At ego obuiam conabar tibi Daue.

Accedere obuiam. Vide Accedo.

Effusi obuiam (εἰς ἀπάντησιν) Liu. 5. ab Vrbe, 106, Aduentus quoq; Dictatoris omnibus ordinibus obuiam effusis celebratior, quàm ullius unquam antea fuit.

Ire obuiam. Cic. pro Murena, 61, Si mercede corrupti obuiam candidatis issent.

Obuiam ire periculis. Sallust. in Iugurtha.

Obuiam ire conatibus. Cic. Antè quàm iret in exilium, 6. Sic 3. Verr. 74, Obuiam ire cupiditatibus.

Itio obuiam. Cic. Attico, lib. 11. 224. 1.

Obuiam fieri. Cic. pro Milone. 20.

Mittere obuiam. Cic. ad Atticum, lib. 12. 235. 5, Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam. Vide Mitto.

Obsistere obuiam alicui. Vide Obsisto.

Procedere obuiam. Cic. 4. Verr. 45.

Longè alicui obuiam procedere. Vide Longus.

Prodire obuiam. Cic. pro Murena, 62.

Properare obuiam alicui. Cic. Terentiæ, lib. 14. 5. 5.

Venire obuiam: Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 1.

Obuiam esse, pro In promptu. Plaut. Capt. 10. 6,

Nec sycophantijs, nec fucis ullum mantellum obuiam est.

Idem Aulul. 10. 19,

Quod te scio facilè abstinere posse, si nihil obuiam est. id est, si nihil offenderis obuium.

Obuiam, pro Contra. Cic. Attic. lib. 4. 85. 17, Huic obuiam Cato & Seruilius Prætor apertè.

Obulco] obulconis, Oppidum mediterraneum ulterioris Hispaniæ, in conuentu Cordubensi: cuius meminit Plinius libro 3. cap. 1.

Obumbro] obumbras (ἐπισκιάζω) obumbrare, Vmbris undiq; obscurare. Vig. 13. Aeneid. 116,

—obumbrant æthera telis. Curtius, Quippe obumbratus amnis presso in solum dilabitur alueo. hoc est, arboribus tectus, inquit Budæus.

Coma obumbrat humeros. Ouid. 13. Metam. 180.

Lucus obumbrat templum. Ouid. 14. Metam. 168.

Oleaster obumbrat uestibulum. Virg. 4. Georg. 4.

Obumbrare, Tueri, defendere, per translationem. Virgil. 11. Aeneid. 45,

—& magnum reginæ nomẽ obumbrat. Subaudi, Turnum. hoc est, tuetur, defendit: & est translatio ab arboribus. Hoc autem dicit, Amor reginæ ad fauorem popularem plurimum proderat Turno. Seruius.

Obumbrare, Obscurare. Quintil. in Proœm. lib. 8, Ne gratiam cõsequuntur, & fidem amittunt, propter id quod sensus obumbrant, & uelut læto gramine sata strangulant. Budæus.

Crimen obumbrare sub imagine erroris. Ouidius 3. de Ponto, 3. 15.

Error obumbrat crimen facti. Ouid. epist. 16. 10.

Obumbratur sapientia uino. Plin. lib. 23. cap. 1. 28, Vinum ieiunos bibere, nouitio inuento inutilissimũ est: curas uigoremq; animi impendit, ad procinctum tendentibus, somno accommodatum ac securitatibus. Iamq; dudum hoc fuit, quod Homerica illa Helena ante cibum ministrauit. Sic quoq; in prouerbium cessit, Sapientiam uino obumbrari. Quod Plinius citat, est apud Homerum Odysseæ quarto.

Obumbrare, cum dativo. Plin. lib. 17. cap 21. 11, Meliorq; ea uiuo, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoq; sole coquitur, & afflatum magis sentit.

Obuncus] ἀπημμένος, Adiectiuum, Valde uncus & incuruus. Virg. 6. Aeneid. 120,

—rostroq; immanis uultur obunco, &c.

Morsus obuncus aquilæ. Claud. de bello Gildon. 94.

Obundo] obundas (κυμαίνω) obundare, Ab unda. Stat. 1. Achil. 21, —lateq; deæ sperchios obundat

Obuius, & dulci uestigia circuit unda.

Obuoluo] obuoluis, obuolui, obuolutum, pen. prod. (περιελίσσω) obuoluere, Circumuoluere. Cic. in Oratore, 41, Si deniq; pictor ille uenit, quũ immolanda Iphigenia tristis Chalcas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse: quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.

Obuolutum & præligatum folliculo os. Cic. 2. de Inuent. 232.

Obuoluta sanguine fax. Cic. 1. de Diuin. 117.

Obuoluere uitium decoris uerbis, pro Velare, obtegere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 9.

Obustus] Adiectiuum (πεπυρωμένος) Circumustus: ut, Sudes obusta. Ouid. 12. Metam. 60.

Robur obustum. Silius lib. 4. 57.

O C

Ocalee] Bœotiæ ciuitas, teste Homero lib. 2. Iliad.

Occa] occæ (βωλοκόπημα) Instrumentum, quo tracto, reptanteq; super terram, ferreis aut ligneis dentibus, quibus instructum est, glebæ conteruntur, & agri superficies eoæquatur, & semina cooperiuntur: quamuis & cratibus id sæpe fiat. Virgilius 1. Georg. 19. Ab occido, siue occæco deductum. Colum. lib. 2. cap. 18. Deinde uiciam permistam seminibus fœni seremus, tum glebas sarculis resoluemus, & inducta occa coæquabimus. Exemplaria castigatiora habent, inducta crate, &c.

¶ Occo, occas (βωλοκοπέω) occare, Glebam confringere & comminuere. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31. 1, Vineam nouellã fodere, aut arare, & postea occare, id est, comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Cic. de Senect. 47, Quæ quum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit, primum id occatum cohibet: ex quo occatio (quæ hoc efficit) nominata est. Colum. lib. 2. cap. 10. 4. Festus lib. 13, Occare & occationem Verrius putat dictam ab occædendo, quòd cædant grandes globos terræ: quum Cicero uerissimè dicat ab occæcando fruges iactas.

Villicus occat segetes. Horat. 2. epist. 2. 33.

Sibi occare. Plaut. Merc. 3. 71.

¶ Occatio, Verbale (βωλοκοπία) Plin. lib. 18. cap. 20. 1, Aratione per transuersum iterata occatio sequitur.

¶ Occator, pen. prod. occatoris (βωλοκοπητὴς) Aliud uerbale. Plaut. Capt. 12. 4,

Sator, sartorq; scelerum, & messor maximè?

Y. Non occatorem dicere debebas prius?

Nam semper occant prius, quàm sarriunt rustici. Colum. lib. 2. cap. 13. 1.

¶ Occatorius, Adiectiuum (βωλοκοπητικὸς) ut, Occatoria operæ, Quæ ad occationem pertinet. Colum. lib. 2. cap. 13. 2.

Occæco] occæcas, (τυφλόω) occæcare, Cæcũ facere. Occæcatur sol. Plaut. Menæch. 4. 65,

—ô solem uides

Statim ut occæcatus est, præ huius corporis candoribus.

Dicimus & obcæco, integra præpositione. Vide Obcæco. Cic. 3. de Orat. 86, Tenebræ cõduplicantur nocteq;, & nimbum occæcat nigror. Ex Pacuuio.

Occæcare animum, per translationem. Liuius 8. bel. Pun. 128, Mors Scipionis falso credita occæcabat animos.

Occæcati animi pauore. Liu. 8. bel. Maced. 92.

Occæcatus cupiditate. Cic. 1. de Finib. 51.

Occalleo] occalles, occallui, occallere. Siue,

Occalesco] occalescis (πωρῶμαι) occallescere, Callum obduccre dicuntur partes quæ obdurescunt. Plaut. Asin. 9. 13,

Qui latera conteram tua, quæ occalluêre plagis. Ouid. Metam. 57.

Osq; meum sensi pando occallescere rostro.

Occallescere in odium. Seneca 3. de Ira.

Longa patientia occallui. Plinius epist. 39. Apud Plautum, Occalluit animus. Cicero Attico, lib. 2. 33. 5, De Statio manumisso, & nonnullis alijs rebus angor equidem: sed iam prorsus occallui.

¶ Occallatus, pen. prod. (πωρηδὴς) Qui callum obduxit. Senec. 4. Nat. Quæst. Sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & occallatæ curis ardentibus?

Occanere] κατᾴδω, pro Occinere. Tacit. lib. 2, Tum Sentius occanere cornua, tubasq;, & peti aggerem, erigi scalas iussit. Vide Occino.

Occasio] occasionis (καιρὸς, ἀφορμὴ) Est opportunitas temporis, casu proueniens, inquit Festus. Cic. 1. de Inuent. 56, Occasio autem est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Idem 1. Offic. 198, Tempus autem actionis opportunum, Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occasio.

Occasio & causa illius opprimendi fuit hæc. Cicero pro Milone, 30.

Casus est in capiendo, locus, euentus, occasio. Cicero pro Flacco, 24.

Factorum

Factorum occasio. Quintil. lib. 8. cap. 6. 21.
Ampla occasio. Vide Amplus.
Breuis occasio. Vide Breuis.
Cõmoda & idonea occasio. Author ad Herennũ, lib. 4. 214.
Insperata occasio. Vide Insperans.
Rara occasio. Quintil. lib. 3. cap. 7. 12.
Admota sceleris exequendi occasio. Vide Admoueo.
Amittere occasionem. Cic. pro Cecinna, 11.
Amplecti occasionem. Plin. epist. 13. lib. 2.
Aperire occasionem. Vide Aperio.
Arripere occasionem. Vide Arripio.
Capere occasionem. Plaut. Pseud. 16. 6.
Captare occasionem. Cic. de Arusp. responsis.
Dare occasionem. Cic. Philipp. 228, Qui familiarem iugulárat, quid hic occasione data faciet inimico?
Dare occasionem alicui rei. Quintil. lib. 1. cap. 3. 10.
Ne data quidẽ occasione illum repulimus. Cic. Att. lib. 7. 136. 3.
Tarditatem occasionis expectare. Cic. 2. Philipp. 122.
Habere occasionem. Brutus Ciceroni, 4. 6.
Imminere occasioni, pro Captare occasionem. Curtius lib. 5.
Ad alienæ petitionis occasionem interceptus honos. Cic. 2. de lege Agrar. 220.
Largiri occasionem. Vide Largior.
Nactus calumniæ amplam occasionem. Cic. 4. Verr. 43. Vide Nanciscor.
Obuenit occasio. Vide Obuenio.
Occurrere occasioni si potuisset, se acerrimum propugnatorem communis libertatis præstitisset. Brutus Ciceroni, 11. 1.
Offerri occasionem. Tacit. lib. 12.
Oblata occasio. Cic. pro lege Manil. 2.
Opprimere occasionem. Vide Opprimo.
Ostentata occasio. Vide Ostento in Ostendo.
Occasio parta. Plaut. Bcchid. 15. 24.
Præbere occasionem flagitijs. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Tantæ laudis occasione aliquem priuare. Cic. pro Ligario, 16.
Quærere occasiones. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 14.
Rapiamus occasionem de die. Horat. Epod. 13. 1.
Occasio est. Plaut. Pseud. 5. 52. Terent. Phorm. 5. 7. 2,
Summma eludendi occasio est mihi nunc senes.
Quantæ, quoties, quam præclaræ occasiones fuerũt, si eum interficere uoluisset. Cic. pro Milone, 29.
Si fuerit occasio, manu: sin minus, locis nos defendemus. Cic. Attic. lib. 5. 106. 5.
Tenere & Omittere occasionem, contraria. Cic. 1. de Legib. 7.
Oblatam occasionem tenere. Cic. 3. Philipp. 148.
Occasio uenit. Plaut. Trin. 13. 155.
Occasio uisa. Cic. 3. Verr. 23.
Occasio in aggrediendo, conficiendoq; negocio, præcipuum habet momentum: ut non sine causa ueteres uideantur eam diuinitate donasse: tametsi apud Græcos mas est hic deus, appellaturq; καιρός. Eius simulacrum ad hunc modum fingebat antiquitas. Volubili rotæ pennatis insistens pedibus, uertigine quàm citissima semet in orbem circumagit: priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra, ut illa facilè prehendi queat, hac nequaquam. Vnde dictum est, Occasionem arripere. Ad quod eruditè simul & eleganter allusit quisquis is fuit, qui uersiculum hunc conscripsit,
Fronte capillata, post hæc occasio calua. Ex Erasmo, Extat Ausonij nobile epigramma in simulacrum Occasionis & Pœnitentiæ: quod qui uolet, inde petat licet.
Occasio, pro Copia, teste Budæo. Colum. lib. 8. cap. 17, Id aũt stagnum uel exciditur in petra, cuius rarissima est occasio, uel in litore construitur opere signino. Plin. lib. 16. cap. 40. 8, Quoniã ad excutiendũ ignem nõ semper lapidis occasio est.



¶Occasiuncula, occasiunculæ, pen. corr. (ἀφορμίδιον) Diminutiuum. Plaut. Trin. 13. 129,
Nam nihil aurifero, nimis argutè obrepsisti meapse occasiuncula.
Occasus] Vide Occido, óccidis.
Occatio, Occator, Occatorius] Vide Occo.
Occedo] occedis, pen. prod. occessi, occessum (προέρχομαι) occedere. Antiquum: Ex ob & cedo, significat Accedere: ut, Occedere obuiam. Plaut. Asin. 8. 24,
Quisquis obuiam huic occesserit irato, uapulabit.
Occentasit] pro conuitium fecerit, ueteres dicebant, inquit Festus. Hinc illa XII. tab. Lex, Si quis occentasit, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiúmue alteri precaretur.
Occepso] ἄρχωμαι, Incepero, ueteres dicebant, autore Nonio. Plaut. Amphit. 8. 39,
Ni ego illi puteo, si occepso, animã omnẽ intertraxero.
Occido] occidis, occidi, occisum pen. prod. (κτείνω, ἀποκτείνω, ἀναιρέω, καταπαίνω, ἀναιρίσω, φονεύω) occidere, Ex Ob & Cædo compositum, Interficere quomodocunq;. Terent. Andr. 5. 2. 22,
Si quicquam mentitum inuenies, occidito.
Multos ferro, multos ueneno homines occidere. Cic. pro Rosc. Amerino, 61.
Virginiam filiã suã manu occidit Virginius. Cic. 2. de Fin. 107.
Non hominem occidi. Horat. 1. epist. 17. 10.
Inermem occidere. Ouid. 2. Fast. 139.
Condere Rempublicam, & Occidere, contraria. Cic. pro Domo sua, 74.
Occidere pugnis. Terent. Adelph. 4. 2. 21.
Occidere, Enecare, excruciare, tantaq; molestia afficere, ut quis occisus propè uideatur. Terent. Phorm. 4. 3. 68,
Hei mihi Geta, occidisti me tuis fallacijs. Idẽ Adel. 5. 7. 1.
Legendo occidere aliquem. Horat. de Arte, 96.
Occidis sæpe rogando. Horat. Epod. 14. 1.
¶Occisus, pen. prod. Participium (ἀναιρεθείς) Cic. 1. in Catil. Vigilare non solùm ad insidiandum somno maritorum, uerumetiam bonis occisorum.
Nullo negocio occisus. Vide Negocium.
Occisa est hæc res: id est, desperata & perdita. Plaut. Menæh. 11. 45, Satin' sanus es? occisa est hæc res.
¶Occisissimus, pen. corr. (ἀναιρετώτατος) Superlatiuum, quo utitur Plaut. in Casin. 15. 53,
Occisissimus sum omnium qui uiuunt, loricam induam.
¶Occisio, occisionis, Verbale (φόνος) Cic. pro Cecinna, 31, Tu uim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit?
Occisione occidere. Cic. 14. Philipp. 409.
¶Occidio, occidionis (ἀναίρεσις) Cædes, siue mors. Colum. lib. 4. cap. 17. 2, Nec ad occidionem uniuersum genus perduci patimur complurium annorum negligentia. Tacit. lib. 12, Copiæ tum occidione occubuissent. Item, in eodem libro, Ac post multum uulnerum, occidioni exempti sunt.
Occidione occidere. Liu. 8. bel. Pun. 236. Cic. ad Catonem, libro 15. 4. 19, Et à cohorte Prætoria, quæ erat Epiphaneæ præsidij causa, occidione occisum.
Occido] óccidis, óccidi, pen. corr. occasum (ἐκπίπτω) occidere, Ex Ob & Cado compositum. Plaut. Rud. 2. 8,
Et alia signa de cælo ad terram óccidunt. id est, cadunt.
Ex nihilo oriri, & In nihilum occidere, contraria. Cicero 2. de Diuinat. 56.
Occidere (ἀποθνήσκειν, τεθνάναι) Mori. Cic. 1. Tuscul. 29, Sunt enim qui discessum animi à corpore putant esse mortem: sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed unà animum & corpus occidere.



Digitized by Google

Occidere & mori. Cic. pro Ligario, 11.
Occidimus ipsi & extinguimur refrigerato & extincto calore. Cic. 2. de Nat. deor. 34.
Planè occidere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 4. 5.
Potentes rerum occiderunt. Lucret. lib. 3. 209.
Morte æterna occidere. Valer. 7. Argon. 57.
Ferro óccidit Priamus. Virg. 2. Aeneid. 117.
Ante suos annos óccidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 10.
Vulnere óccidit. Ouid. 6. Metam. 53.
Occidi dolentis cum commotione quadam particula, Idē significat quod Perij. Terent. Eunuch. 2. 3. 1, óccidi:
Neq; uirgo est usquam: neq; ego, qui illam è conspectu amisi meo.
Occidit dolus. Plaut. Trucul. 9. 6.
Domus una óccidit. Ouid. 1. Metam. 49.
Occiderunt fundi. Plaut. Trucul. 4. 68.
Occidere etiam herbæ dicuntur, per translationem, quum senescunt, uel euanescunt. Virg. 4. eclog. 6,
—& fallax herba ueneni Occidet.
Lumen oculorum óccidit. Lucret. lib. 3. 85.
Celerius óccidit festinata maturitas. Quintil. in Procem. lib. 6. 9.
Occidit memoria. Cic. 2. de Legib. 77.
Occidit recordatio harum rerum. Cic. de Amicitia, 86.
Occidit hoc spacium. Plaut. Sticho, 6. 32,
Sed spacium hoc óccidit, breue est curriculo. hoc est, non satis spacij habeo.
Occidit spes nostra, nusquā stabulum est confidentiæ. hoc est, de spe decidimus. Plaut. Mostel. 6. 3.
Occidit, óccidit spes omnis. Horat. 4. Carm. ode 4. 14.
¶Occidens, pen. corr. Participium (ἀποδύσκων) ut, Occidens Resp. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 1. 2, Profectò aliquid opis occidenti Reip. tulissemus.
Natura occidentem, maturius extinguere uulnere. Cicero pro Cælio, 63.
Vita occidens suis laudibus consolari potest. Cic. 1. Tuscul. 175.
Occidens sol. Cic. 1. Tuscul. 151.
¶Occidens, δύων, Aliquando substantiuè accipitur: & subintelligitur Sol, nempe pro ea parte mundi, in qua sol óccidit: ut Oriens, in qua oritur. Cic. 2. de Nat. deor. 243, Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt.
Insula ultima Occidentis. Catul. in Iulium Cæsārē, epigr. 27. 3.
Sinus ultimus Occidentis. Horat. Epod. 1. 3.
Totus nauigatur Occidens. Vide Nauigo in Nauis.
¶Occidentalis, & hoc Occidētale, pen. prod. (δυτικὸς) Quod uergit ad Occidentē. Plin. lib. 18. cap. 34. 7, Ab Occasu solstitiali & Occidentali latere Septentrionis.
¶Occaso, occasis, pen. prod. (κατοίχομαι) occasere, uerbū antiquum, ab occasum, occasu. Plaut. Casin. 15. 8,
Satin' propter te pereo ego, atq; occaso?
¶Occasus, huius occasus, pen. prod. (πτῶσις) Mors, interitus, & casus fortunæ, tam in homine, quàm in rebus externis. Cic. 1. Acad. 12, Ac post Lælij nostri occasum.
Obitus & occasus noster. Cic. in Pisonem, 26.
Occasus imperij, occasus Reip. Plin. in Paneg. 43. Virgilius 2. Aeneid. 87,
Testor in occasu uestro nec tela, nec ullas
Vitauisse uices Danaûm.
Occasus & interitus Reipublicæ. Cic. pro Sylla, 24.
Vrbis occasus & ruinæ. Virg. 1. Aeneid. 49.
Totius urbis atq; imperij occasus apropinquat. Ci. 3. Catil. 64.
Occasus solis, Transitus solis in aliud hemisphæriū, nempe quū nobis apparere desinit. Plaut. Epid. 3. 41.
Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt. Author ad Herennium, lib. 3. 131.
Occasus, Sub. solis, Idem. Plin. lib. 17. cap. 2. 10, Quæ propter qui ibi in Occasum aut Septentriones conseret.
Ad occasum. Vide Ad.
Ab Ortu ad Occasum spacijs immutabilibus commeans fidus. Cic. 2. de Nat. deor. 70.
Ad occasum solis pascere pecus. Virg. 3. Georg. 61.
Vertor in occasum. Catull. de coma Berenicis, epigr. 61. 14.
Præcipitante in occasum die. Tacit. lib. 20.
Signorum ortus & occasus. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3.
Occasus Vergiliarum. Plin. lib. 18. cap. 31. 1.
¶Occasurus, pen. prod. Participium (ἀποθανούμενος) ut, Beneficia in aliquem collata exitio alicuius occasura. Cicero pro Milone, 77.
¶Occiduus, Adiectiuum (ἑσπέριος) Quod óccidit, uel ubi sit solis, uel alterius rei occasus. Claud. lib. 2. de raptu Proserp. in præfat. 8,
Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. Plin. lib. 7. cap. 49. 2, Scansili annorum lege occidua.
Sol occiduus. Ouid. 1. Metam. 13.
Aquæ occiduæ. Ouid. 1. Fast. 63. Mare Hesperium.
Domus primæ & occiduæ, Orientis & Occidentis. Stat. 1. Theb. 40.
Senectæ occiduæ iter decliue. Ouid. 15. Metam. 46.
Occilare] συγκόπτειν, Contundere. Plaut. in Amphitr.
Qui mihi aduenienti occilet os. Quidam tamen legunt, Oscillare, pro Inclinare.
Occino] occinis, pen. cor. occinui, occentum (κατᾴδω) occinere, Contrà canere. Liuius, Si pulli non pascentur, si tardum ex cauea exierint, si occinuerit auis. Legitur & Occanui, apud Sallustiū lib. 1. Hist. Iussu Metelli cornices occanuerunt.
Alites occinentes. Catull. ad Thallum, epigr. 22. 1.
¶Occentus, huius occentus (κατῳδὴ.)
Occentus soricis. Valerius Maximus lib. 1.
¶Occento, occentas, occentare (κατᾴδομαι) Frequentatiuum.
Occentare (inquit Festus) Conuicium facere significat, ut apud antiquos, quum id clarè & cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri posset quod turpe habetur, quia nō sine causa fieri putatur. Plaut. Curcul. 3. 53, —quid, si adeā fores,
Atq; occentem? Idem Persa, 16. 20,
Hac enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.
Occipio] occipis, pen. cor. occœpi, occœptū (σύνταμαι) ocipere, Ex ob, & cœpi, defectiuo compositum, Incipere. Terent. Eunuch. 1. 2. 45,
Interea miles, qui me amare occœperat. Idem Andr. 3. 2. 24,
Si quid narrare occœpi, continuò dari
Tibi uerba censes.
Magistratum occœperant. Tacit. lib. 3.
Iuuentas occipit. Lucret. lib. 5. 178.
Occiput] pen. corr. huius occipitis, n. g. (ἰνίον) Posterior capitis pars, quæ fronti opponitur. Auson. in epigrammate Occasionis, Occipite es caluo.
¶Occipitium, huius occipitij, Idem, (ἰνίον) Plautus Auld. 4. 25,
Quæ in occipitio quoq; habet oculos pessima. Erasmus, In occipitio oculos habet. De uersutis & circumspectis, quosq; neutiquam procliue sit fallere: quod genus hominum Persius Satyra 1. 6, Ianos appellat,
O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit.
Prons occipitio prior, Priscis agricolis celebratum adagium, atq; instar ænigmatis iactatum. Quo significauit antiquitas rectius geri negocium, ubi præsens ac testis adest is, cuius agitur negocium. Prior, dictum est pro potior, meliorq;. Alioqui

qui quis ignorabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem: Tametsi hæc amphibologia commendat nonnihil dicti gratiam, quod ob antiquitatem, oraculi instar habebatur. Extat autem apud Catonẽ lib. de Re rust. cap. 4, Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & sæpius uenies, fundus melior erit, minusq; peccabitur, fructi plus capies: frons occipitio prior. Plinius item in eandem fermè sententiam libro historiæ mundi decimo octauo, capite quinto, 5, Eum tamen, inquit, qui bene habitet, sæpius uentitare in agrum: frontemq; domini plus prodesse, quàm occipitium, non mentiuntur. Rursus eiusdem libri capite 6, Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Erasmus.

Occisio, Occisus] Ville Occîdo, Occîdis.

Occlamito] occlamitas, pen. corr. (κατακράζω) occlamitare, idem, quod clamitare frequentatiuum, & obstrepere. Plaut. Curcul. 4.28,

—dormio, Ne occlamites.

Occludo] occludis, occlusi, occlusum, penult. prod. (κατακλείω) occludere, Ex Ob & Cludo antiquo uerbo compositum, quod Claudere significat. Plaut. Amph. 13.10, Occluserunt ædes.

Tabernas occludere. Cic. 4. Academ. 251.

Occludere linguam alicui. Plaut. Milite, 10.11,

Quippe si resciuêre inimici consilium tuum, tibi
Tuopte cõsilio occludunt linguã, & cõstringunt manus.

hoc est, impediunt nequid respondere possis.

¶ Occlusus, pen. prod. (κατακλειστός) Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 4. in Catil. 90, Occlusis tabernis.

Occlusa contumelijs libido. Terent. And. 3.3.26.

Occlusum odium effundere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9.78.

Quidam legunt, inclusum.

Nec obsignatum, nec occlusum. Cic. 2. de Orat. 138.

Occlusior stultiloquentia. Plaut. Trinum. 4.136. hoc est, occulta & obscura.

Occo, occas] Vide Occa.

Occubo] occubas, pen. corr. occubui, occubitum, pen. corr. (κατάκειμαι) A cubo compositum, Idem quod Occumbo. Virg. 1. Aeneid. 111,

—nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Morte occubare. Liu. 8. ab Vrbe, 49.

Occulco] occulcas (κατασατίω) occulcare, Idem quod Conculcare significat. Cato cap. 49, Ita uti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco, operitoq;, & bene occulcato.

Occulo] occulis, pen. corr. occului, occultum (κρύπτω) occulere, Abscondere, ita ut nihil appareat. Cic. 2. de Oratore, 95, Puncta argumentorum pleruncq; ut occulas, nequis ea numerare possit. Virg. 2. Georg. 70,

Quod superest, quæcunq; premes uirgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra.

Aether occulit deos. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.13.

Iuppiter occuluit aerem nubibus. Ouid. 14. Metam. 164.

Sylua occulit feras. Ouid. 2. Fast. 44.

Arcana pectore fido occulam. Senec. Hippol. 8.3.

Caput in terris occuluit Nilus. Tibull. lib. 1. eleg. 7.5.

Culpam parentum occuluit. Stat. 3. Sylu. 3.10.

Mœsta secretum occuluit. Senec. Hippol. 7.6.

Vmbris sese occulat. Virg. 12. Aeneid. 11.

¶ Occultus, κρυπτέος, κρύφιος, λαθραῖος, Participium, siue Nomen ex participio. Cic. ad Matium, lib. 11.27.13, Habeo multo occultiora, quæ uix uerbis assequi possum.

Occultus & inuolutus, Promptus & apertus, contraria. Cicer. 1. de Finib. 46.

Aeuo occulto crescit fama. Horat. 1. Carm. ode 12.9.

Amores occulti. Ouid. 2. Fast. 1.

Calles occulti. Virg. 9. Aeneid. 77.

Occulta & tecta cupiditas. Cic. pro Rosc. Amer. 63.

Dolores occultos proferre. Propert. lib. 1. eleg. 17.1.

Doli occulti. Tibul. lib. 1. eleg. 9.5.

Iter occultum. Propert. lib. 3. eleg. 11.11.

Occultum, intestinum, & domesticum malum. Cic. 3. Verr. 27.

Monitus occulti. Ouid. 3. Fast. 34.

Nonæ occultæ, Literæ secreti aliquid habẽtes. Ouid. 3. de Arte, (125.

Proditor occultus. Claud. 1. Paneg. 23.

Occultæ res, & ab ipsa natura inuolutæ. Cic. 1. Acad. 21.

Occultissimæ res, Secretissimæ & absconditissimæ. Cicero 4. Academ. 112.

Occultas & penitùs abditas res non modò uidit animo, sed etiam sic tractat, ut manu doceat Epicurus. Cicer. 1. de Natur. deor. 69.

Sapor salis occultus in lacte. Virgil. 3. Georg. 80.

Scelus occultum. Lucan. lib. 4. 52.

Spes occultæ. Tacit. lib. 18.

Viæ occultæ. Virg. 3. Aeneid. 140.

Vires occultas concipiunt terræ. Virg. 1. Georg. 18.

Voces occultæ. Stat. 5. Thebaid. 98.

Saltuum occulta. Tacit. lib. 1.

Abdere se in occultum. Vide Abdo.

Continere sese in occulto. Vide Contineo.

Occultum offerre, inquit Festus, est, Sub terram ferè ponere.

Abditum & occultum. Vide Abdo.

Occultum & reconditum. Cic. Bruto, lib. 11.21.10.

Occultum ac subdolum fingendis uirtutibus. Tacit. lib. 5.

Credere occulta seruis. Cic. pro Cælio, 45.

Occultũ habere aliquid, pro Occulere, reticere. Salust. in Catil.

Recludere occulta Parcarum. Stat. 1. Achil. 101.

Subuertere aliquid per occultum. Tacit. lib. 3.

In occulto propè stare. Cic. pro Cluentio, 62.

Ex occulto, Aduerbialiter positum, pro Secretò. Plin. lib. 9. cap. 42, Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.

Ex occulto interuenire. Cic. pro Cluentio, 36.

¶ Occultè, λαθραίως, occultius, occultissimè, Aduerbium: ut, Occultè facere aliquid: hoc est, Clàm & cautè. Cic. 1. de Fin. (79.

Clàm & occultè. Cic. 6. Verr. 19.

Occultè sine teste. Cic. 2. de Finib. 86.

Occultè ferre. Terent. Adelph. 3.2.30.

Neq; id occultè fert: à lenone ipsus eripuit palàm. Id est, non clàm agit.

Labitur occultè, fallitq; uolatilis ætas. Ouid. 10. Metam. 103.

Occultè latère. Cic. 2. pro lege Agraria, 49.

Lude, sed occultè. Ouid. epist. 16.31.

Occultè aliquid moliri. Cic. Atti. lib. 7.127.3.

Apertè & Occultè, contraria. Cic. 1. de lege Agraria, 1.

Peruenire occultè ad aliquem locum. Cic. 3. in Catil. 51.

Occultè ad exploranda loca proficiscitur. Cæs. 1. bel. Ciu. 245.

Occultissimè parère. Cic. 1. Offic. 177.

Occultissimè aliquid agere. Cic. 2. Verr. 10.

¶ Occulto, occultas (κρύπτομαι) occultare, Frequentatiuum: hoc est, Abscondo. Virgil. 2. eclog. 2.

Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos.

Boues abactas occultat syluis. Ouid. 2. Metam. 138.

Corpus senile paludibus occultauit. Cic. pro Sestio, 42.

Occultare se latebris. Cic. pro lege Manilia. 4.

Quæ natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis. Cic. 1. Offic. 177.

Occultare se ab aliquo, Ex alicuius conspectu se auferre. Plautus Trinum. 6.3.



Digitized by Google

Occultare apud se. Cæsar 6. bel. Gall. 68.
Occultare rem aliquam alicui, Celare. Plaut. Persa, 15.24.
Intemperantis est, scribere quod occultari uelis. Cic. 1. Acad. 4.
Occultari & Aperiri, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 74.
Elucere & Occultari, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 52.
Dissimulare & occultare. Cæsar 2. bel. Ciuil. 128.
Occultare & dissimulare appetitum uoluptatis propter uerecundiam. Cic. 1. Offic. 148.
Causam tanti terroris occultas. Cic. 3. Verr. 56.
Occultare consilium fugæ. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 401.
Culpam occultare sub antris. Stat. 9. Theb. 124.
Occultare fugam. Cæsar 1. bel. Gall. 107.
Vitia occultare. Cic. post red. in Senatu, 14.
Intus ueritas occultatur, in fronte est ostentatio. Cic. 2. de Finibus, 124.
Occultari, pro Latere. Cic. 2. Offic. 34, Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres: & ne quod in uestimentis occultaretur telum, exquirerent.
¶ Occultatus, pen. prod. Participium (κεκρυμμένος) ut, Occultata tenebris. Cic. 4. Acad. 219.
¶ Occultatè, Aduerb. (κεκρυμμένως) Idem quod Occultè. Cicer. pro Deiotaro, 12, Quod igitur & occultatius conari, et efficere cautius potuit.
¶ Occultatio, Verbale (κατάκρυψις) Cicer. 2. de Finib. 117, Quæ libido se non proripiet ac proijciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Cæsar 6. bel. Gal. 79, Cuius rei nulla est occultatio.
¶ Occultator, pen. prod. (κατακρυπτής) Aliud uerbale.
Occultator & receptor latronum locus. Cic. pro Milone, 37.
Occumbo] occumbis, occubui, occubitũ, pen. corr. (ἀποκοίμομαι, ὑποδύομαι) occumbere, Mori, succumbere, uinci.
Ante annos suos occubuit. Ouid. 3. de Arte, 4.
Occumbere morti, Idem. Virg. 2. Aeneid. 13.
Neci occumbere. Ouid. 15. Metam. 100.
Occumbere necem, uel mortem. Suet. in Augusto. Liuius. 1. bel. Maced. 69.
Occumbere morte. Cic. 1. Tusc. 163, Vt esset qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. Legitur & mortem. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 27.
Ferro occumbere. Ouid. 12. Metam. 42.
Certamine sæuo occumbit. Silius lib. 1. 29.
Factis claris occumbere. Valer. 6. Argon. 58.
Occupo] occupas, pen. corr. (ἀχολέω, καταλαμβάνω, προλαμβάνω, ἐναχολέω) occupare, Ex Ob & Capio compositum, significat propriè (ut ait Valla lib. 5.) quod in cõmune siue in medium positum erat, ante alios capere. Est etiam locum tenere aut capere, & ui arripere. Cicer. de Amicitia, 38, Tib. Gracchus regnũ occupare conatus est, uel regnauit is quidem paucos menses.
Occupare saltus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 145. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 33. 13, Parmam direptam. L. Antonium Alpes occupasse.
Occupare, Præuenire. Titinnius Veliterna, Ergo occupa foràs exire. Plaut. Rud. 6. 22, Occupas præloqui. Varro Ephebo, Crede mihi plures dominos serui comedere, quàm canes. quod si Actæon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset. Nonius.
Occupes prior adire. Plaut. Pseud. 14. 18. Liu. 1. ab Vrbe. 133, Occupat Tullus in agrum Sabinum transire.
Occupare antè. Plaut. Asin. 14. 9.
Occupare, Detinere. Cic. 1. Offic. 83, Et in ea funditùs delenda occupati & sunt, & fuerunt. Virg. lib. 4. Georg. 88,
—manicisq; iacentem Occupat. Nonius.
Occupare se ad aliquod negocium. Plaut. Pseud. 7. 136.
Occupare animum in funambulo. Teren. in Prolog. Hecyræ, 5.
Affectibus occupari. Quintil. lib. 6. cap. 2. 6.
Occupare, Inuenire, tenere, uel possidere. Cic. in Hortensio, Et Paulum Marcelli occupauisse. Virg. 6. Aeneid. 85,
Occupat Aeneas aditum custode sepulto. Cic. 13. Philipp. 351, Agri Lucani possessiones occupauit. Nonius.
Occupari quidpiam ab aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 10. 11.
Occupare locum, & complere. Cic. de clar. Orat. 160.
Aditus occupare. Vide Adeo.
Aestum maris occupare. Curtius lib. 9.
Amplexu occupare aliquem. Ouid. 3. Fast. 102.
Occupat animus terror. Cæsar 1. bel. Gall. 155.
Occupat animos fuga. Liu. 5. ab Vrbe, 171.
Animum ab iracundia occupari. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 58.
Occupare liberum mortis arbitrium. Curtius lib. 4.
Sopor occupat fessos artus. Virg. 4. Georg. 38.
Arua occupat furens. Valer. 3. Argon. 18.
Fama occupat aurem. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 19.
Solus occupat communia. Ouid. 13. Metam. 55.
Occupare consilium, Inuenire. Plaut. Menæch. 17. 86.
Diem fati occupare. Curtius lib. 8.
Exercitum occupare. Curtius lib. 7.
Scabies extremũ occupet. Horat. de Arte, 84. Vide Scabies.
Fortunam occupare & capere. Cic. 5. Tusc. 40.
Gratiam alicuius occupare. Curtius lib. 7.
Honores occupare. Horat. 1. Carm. ode 12. 4.
Italiam militibus occupare. Cic. 2. de lege Agraria, 10.
Obsidere & occupare præsidijs Italiã. Cic. pro lege Agr. 74.
Locum occupare, quod uulgò impedire dicitur. Cic. 3. de Finib. 104, Sed quemadmodum theatrum quum commune sit, rectè tamen dici potest eius esse eum locum quem quisq; occupárit. hoc est, primus ceperit.
Cæmentis occupare locum aliquem. Horat. 3. Carm. ode 24. 1.
Locum primum occupare. Lucret. lib. 1. 79.
Odij locum ne risus occupet. Cic. in Orat. 48.
Sopor occupat lumina fessi. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 1.
Occupare primos menses. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 10. 10.
Mentes Siculorum tanta superstitio occupauit, ut, &c. Cic. 6. Verr. 101.
Ministerium carnificis occupare. Curtius lib. 8.
Mors occupat eam. Terent. And. 1. 5. 62.
Morsu occupare. Ouid. 3. Metam. 10.
Munus aliquod occupare. Curtius lib. 8.
Muros occupare. Curtius lib. 9.
Occupatum occupare. Plaut. Rud. 4. 21.
Orbem occupare uiribus. Virg. 7. Aeneid. 52.
Pallor occupat ora. Virg. 4. Aeneid. 100.
Ortum solis occupare. Curtius lib. 6.
Pacem occupare. Curtius lib. 4.
Nauis occupat portum. Horat. 1. Carm. ode 14. 1.
Possessionẽ occupare laudis. Plancus ad Ciceronẽ, lib. 10. 7. 4.
Regiam occupare. Horat. 2. Carm. ode 18. 2.
Regnum occupare. Cic. 5. Philip. 175.
Solum occupabitur feris. Horat. Epod. 16. 2.
Suffugium occupare. Curtius lib. 8.
Tyrannidem occupare. Cic. 3. Offic. 121.
Verba quæ maximè cuiusq; rei propria, quæq; essent ornatissima atq; optima, occupauit Ennius. Cic. 1. de Orat. 75.
Occupare hominem, id est, nõ opinantem opprimere. Curtius lib. 3, Quũ deinde Darũ regẽ, ubicũq; esset, occupare statuisset, ut à tergo tuta relinqueret, Amphoterũ, &c. Idẽ lib. 7.
Occupare, Collocare, inquit Nonius. Pomponius Pictoribus,
Quæ tuleram mecum, nulla deinde uictoria tã Græca mercede illicò curaui ut occuparem.



Digitized by Google

Occupare pecuniam alicui, uel apud aliquem fœnore. Cic. pro Flacco, 40, Pecuniam adoleſcentulo, grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauiſti. id eſt, pecuniam abs te fœneratitiam ſumpſit adoleſcentulus. Et 3. Verr. 64, Præterea pecunias occupauerat apud populos, & ſyngraphas fecerat. Budæus.

¶Occupans, pen. cor. occupãtis, Participiũ (καταλαμβάνων) Quintil. Declamat. 13, Multa nihilominus quæ libera fuerunt, tranſeũt in ius occupantiũ ſicut uenatio & aucupatio.

¶Occupatus, pen. prod. Participium (κατειλημμένος) ut, Vrbs occupata ſeditionibus. Horat. 3. Carm. ode 6. 3.

¶Occupatus, Adiect. (ἄσχολος, ἐνασχολούμενος) Qui antè negocio aliquo detentus, non poteſt negocijs alterius operã dare: ut ait Valla. Cic. de Senec. 29, Itaq; nemo adhuc conuenire me ualuit, quin fuerim occupatus.

Occupatus & Ocioſus, contraria. Cic. 1. Tuſc. 9.

Occupatum & impeditum nunquam hunc tenuerunt amores. Cic. pro Cælio, 35.

Occupatus auditioni. Plin. lib. 26. cap. 2. 2.

Vehementer occupatus homo. Cic. pro Muræna, 25.

De aliquo occupatus. Cic. Attic. lib. 19. 196. 1.

In faciendo aliquid occupatus. Cic. pro Muræna, 77.

Occupatus in alio amore. Terent. And. 5. 1. 10.

Occupatus in bonis. Cic. pro Roſc. Amer. 56.

Occupatus in ſtudio. Cato in Præfatione.

Occupatus in re familiari. Cic. ad Brutum, 8. 2.

Occupatus in ſe conſeruando. Cic. 4. de Finib. 55.

Occupatus tot annos in dijs mortalibus placandis. Cicer. pro Font. 30.

Occupati animi beneficijs alicuius. Liu. 7. bel. Pun. 118.

Suſpẽſo et occupato animo alicui reſpondere. Cic. 1. de Or. 123.

Animum occupatum in aliqua re habere. Cic. 1. de Inuent. 45.

Opera occupata. Cic. 1. de Legib. 13.

Tempora occupata. Cic. pro Planc. 54.

Habebant me occupatiorem comitiorũ dilationes, & expectare in dies exitum cogebant. Plancus Ciceroni, lib. 8. 4. 7.

Occupatiſſimus. Cicer. ad Atticum, lib. 12. 252. 7, Non dubito quin occupatiſſimus fueris, qui ad me nihil literarum, &c.

¶Occupatio, occupationis (ἀσχολία, κατάληψις) Eſt, quum alicui neceſſariæ rei, & cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia uacamus: ut ait Valla. Cic. 1. Offic. 33, Sunt autem priuata natura nulla, ſed aut uetere occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt.

Obſeſſio templorum, occupatio fori, oppreſſio curiæ. Cic. pro Domo ſua, 3.

Occupatio rei militaris. Cic. 4. Acad. 9.

Moleſtiſſimæ occupationes. Cic. Mario, lib. 7. 1. 18.

Summæ atq; incredibiles occupationes. Cic. Attic. lib. 1. 14. 1.

Deſcendere ad iuris Ciuilis perdiſcendi occupationem. Cic. 1. de Oratore, 131.

Diſtineri occupatione aliqua. Cic. Attic. lib. 2. 38. 1.

Eripere tempus è ſummis occupationibus. Cic. Attic. lib. 1. 9. 1.

Expedire ſe ab omni occupatione. Cic. Attic. lib. 3. 61. 3.

Impediebat te iſta conuiuiorum mulierumq; occupatio. Cicero 7. Verr. 66.

Implicatus occupationibus. Cic. 1. de Nat. deor. 72.

In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. Cic. in Orat. 19.

Obſeruare occupationes. Vide Obſeruo.

Occupationibus prohiberi aliquid facere. Cæſ. 4. bel. Gal. 519.

Relaxare ſe occupationibus. Cic. Mario, lib. 7. 1. 18.

Occupatio, pars orationis. Valla, Occupare, ſæpe antè capere eſt, & (ut aliqui loquuntur) præoccupare. Vnde ſchema illud occupatio dicitur, quoties quæ dici ab alio poterant, ea ipſi præueniendo dicimus, in noſtram partem, ne nobis poſtea officerent, retorquentes. Cic. 3. de Oratore, 113, Et in hilaritatem impulſio, antè occupatio. Author ad Heren. lib. 4. 187, Occupatio eſt, quum dicimus nos præterire, aut nõ ſcire, aut nolle dicere, id quod tunc maximè dicimus: hoc modo, Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiæ addixiſti, dicerem, ſi hoc tempus idoneum putarem: nunc conſultò relinquo.

Occurro] occurris, occurri, occurſum (ἀπαντάω, προέρχομαι) Obuium fieri, ſiue obuiam procedere. Iuuenalis Satyr. 1. 8, Occurrit matrona potens, quæ molle calœnum, &c. Cic. ad Brutum, lib. 6. 1, Scripſi ad eum ut mihi Heracleam occurreret.

Occurrere obuiam. Liu. 4. ab Vrbe, 170.

Ad tempus occurrere. Cic. 1. Philip. 6.

Occurrere, pro Currere. Plaut. Curcul. 6. 28, Video paraſitum tuum occurrentem. Idem Trucul. 6. 27.

Occurrit ex aduerſo inſtructa acies: id eſt, proceßit. Liu. 2. bel. Macedon. 108.

Obuius aduerſoq; occurrit. Virg. 10. Aeneid. 147.

Oculis tuis occurram. Ouid. epiſt. 2. 28.

Occurrere ad iudicium. Vlpian. in l. 2. §. 2. ff. ſi quis caut. in iudic. ſiſtendi, &c. Simili modo & ſi ad teſtimonium deſideratus, ad iudicium occurrere non potuerit: id eſt, ſiſti iudicio.

Telis occurrere. Virg. 11. Aeneid. 162.

Occurrere ſuppetias fugientib. ſuis. Hirt. lib. 5. bel. Afric. 259.

Occurrere (φθάνειν) pro ultrò anteuertere & præuenire. Cic. pro Cluen. 49, Sed ego occurram expectationi ueſtræ Iudices: id eſt, reſpondebo tacitæ obiectioni.

Occurretur ſicut occurſum eſt. Cic. 4. Acad. 81.

Dictis occurrere alicui. Virg. 12. Aeneid. 125.

Rationi illi quã paulo antè cõcluſi, ſic occurri. Cic. de Fato, 61.

Occurrere, & ſe offerre. Cic. 3. de Orat. 105.

Occurrere maleuolentiæ hominum: id eſt, obſiſtere. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 11. 4. Perſius Satyr. 3. 7,

—uenienti occurrite morbo.

Conſilijs Catilinæ occurri & obſtiti. Cic. in Catil.

Res uera occurrit falſæ rationi. Lucret. lib. 3. 106.

Satietati aurium, animorumq; eſt occurrendũ. Cic. 6. Ver. 94.

Varietas ſatietati occurrit. Cic. in Orat. 101.

Fortuna occurrit ſæpe imprudẽti. hoc eſt, aduerſatur. Propert. lib. 1. eleg. 19.

Occurrit pernionib. herba hæc: pro, Sanat perniones, uel prohibet ne ueniant. Plin. lib. 20. cap. 8. 2. Sic lib. 26. cap. 7. 4, Cuicunq; ſanguinis uitio intus occurrit ſuccus quinquefolij. Ibidem, cap. 8. 27.

Occurrere, pro Vltrò offerri et euenire. Cic. pro Deiotaro, 28, de miſericordia loquens, Soles ſupplicibus ipſa, & calamitoſis, nullius oratione euocata, occurrere.

Fortuna occurrit ſæpe imprudenti. Propert. lib. 1. eleg. 19. 1.

Occurrere (ὑπέρχεσθαι) res aliqua dicitur, quæ in mentem uenit. Cic. de Senect. 2, Sed mihi quũ de ſenectute aliquid uellem ſcribere, tu occurrebas dignus eo munere. Idem pro Milone, 18, Occurrebat mancam ac debilem Præturam ſuam futuram Conſule Milone.

Occurrere & incidere dicuntur res. Cic. 2. de Orat. 81.

In mentem uenire & occurrere. Cic. 4. de Finib. 77.

Oſtendere ſe nobis & occurrere dicitur res aliqua. Cicer. 1. de Orator. 73, Omnes enim ſiue artis ſunt loci, ſiue ingenij cuiuſdã atq; prudentiæ, qui modò inſunt in ea re, de qua ſcribimus, inquirentibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus oſtendunt ſe & occurrunt.

De noſtro itinere in utranq; partem permulta mihi occurrũt. Cic. Attic. lib. 15. 329. 19.

Occurrit

Occurrit animo, uel animis: hoc est, succurrit, & in mentem uenit. Cic. 4. Acad. 4. 50, Si id quod Officij sui sit, non occurrit animo, nihil unquam omnino aget. Liu. 3. bel. Pun. 221.

Occurrunt animo pereundi mille figuræ. Ouid. epist. 10. 17.

Visa quietis menti occurrunt tranquilla atq; ueracia. Cic. 1. de Diuinat. 109.

Occurrere, Offerri. Cic. Occurrebat tibi oratio. id est, offerebat se, ut ait Sipontinus.

Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. Colum. lib. 2. (cap. 2. 12.

Tellus nulla occurrit. Virg. 5. Aeneid. 2.

¶ Occurri, Præteritum antiquum, pro occurri. Helius Tubero apud Probum, Si generalis species occecurrit. Vide Gell. libro 7. cap. 9.

¶ Occurritur, pen. corr. Impersonale (συίσταται) Obsistitur, resistitur, repugnatur. Cic. 2. Offic. 9. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus, satisne constanter facere uideamur, qui quū percipi nihil posse dicamus, etc.

¶ Occurrens, Participium (ἀπαντῶν) ut,

Imago sæpius occurrens. Virg. 6. Aeneid. 140.

¶ Occursus, huius occursus (ἀπάντησις) Ipse occurrēdi actus. Plin. lib. 11. cap. 37. 33, Dentes serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur. Sic lib. 7. cap. 49. 1, Occursus maleficorum siderum.

Vrsi, leæq; occursu fecēre metum. Ouid. 14. Metam. 52.

Rota fracta occursu stipitis. Ouid. 15. Metam. 105.

¶ Occurso, occursas (ἀπαντῶμαι) occursare, Frequentatiuū, hoc est, Currendo obuiam ire. Virg. eclog. 9. 4,

—& inter agendum
Occursare capro: cornu, ferit ille, caueto. Plin. libro 17. cap. 22. 16.

Occursare, significat interdum promptitudinē memoriæ. Plin. epist. 27, Occursant uerba, sed qualia? quæsita & exculta.

Occursare, pro Succurrere, & Venire in memoriam. Plautus Milit. 14. 55,

Nā ita me occursant multæ, haud meminisse omnes possū.

Occursat animo meo mortalitas. Plin. epist. 100. b. lib. 5.

Occursare numinibus, Adorare, & sacrificijs placare, & præuenire numina ne nobis noceant. Plin. in Paneg. 134.

¶ Occursans, Particip. (ἀπαντώμενος) Lucret. lib. 5.

—& una Labitur omnimodis occursans ciensq;, &c.

Occursatio, Verbale (ἀγχαρισιασμὸς) quæ uulgò briga dicitur, hoc est, Diligens captatio honorum, dum magnatibus aut populo occurrimus prius quàm decernatur. Cicero pro Plancio, 24, Facilis est illa occursatio & blanditia popularis. Idem pro Milone, 73.

Oceanus] pen. corr. (ὠκεανὸς) Proprium nomen Tethyos coniugis. Item, eius de quo Martialis lib. 3. 53,

Et sedeo, qua te suscitat Oceanus. Ouid. 2. Metam. 102.

Genitor Nymphārū Oceanus. Catull. in Gellium, epigr. 83. 2.

Oceanus (ὠκεανὸς, Mare dicitur quod uniuersam circuit terram. Augustinus, Mari magno cingitur terra, qui uocatur Oceanus, de quo influit quoddam exiguum in medium terrarū, & facit ista maria nota nobis, quæ nauigijs frequentantur. Dictus Oceanus ab ὠκὺς, quod est uelox, testibus Solino & Seruio. Quòd & neutro genere Oceanum dicitur, præsertim si Mare sequitur: ut Caper & Probus testantur. Vndarum uerò illarum illa proruptio interfluentis Oceani, Læua Europam facit, Libyam dextra, & montibus utrinq; concluditur. Nam Europa Calpe, Africa Abyla monte dispescitur, qui utriq;, quòd eminentes essent, dici columna Herculis meruerunt: quòd (testimonio uetustatis) laboris Herculei limes in illis sit consecratus. Falsami autem illam opinionem uelocitatis maris, Lusitani, id est, Portugalesij hac nostra ætate deprehenderunt. Nam Columbus Nauarchus, ultra Gades Oceanum ingressus, ultra Torridam zonam penetrauit per Oceanum ad Indos, usq; ad Beatorum insulas. Suidæ deduci uidetur ab α priuatiua particula, & κέω, quod est χέω, mutata α in ω. Et quamuis nomen sit proprīū Oceani, aliquando tamen pro appellatiuo ponitur, quando partes eius significat. Nam à litoribus plerunq; accipit nomen: ut Atlanticus, Gaditanus, Arabicus, Persicus, Indicus, &c. Poetæ Oceanum, pro quocunque mari usurpant. Virgil. 2. Aeneid. 50, —& ruit Oceano nox.

Aequor Oceani. Virg. 1. Georg. 50.

Amnes Oceani. Virg. 4. Georg. 47.

Aperta Oceani. Tacit. lib. 2, Disiectiq; naues in aperta Oceani.

Ostium Oceani Cic. pro lege Manilia, 23.

Belluosus Oceanus. Horat. 4. Carm. ode 14. 10.

Refusus Oceanus: id est, refluus. Virg. 7. Aeneid. 46. Seruius.

Ruber Oceanus. Horat. 1. Carm. ode 35. 7.

Soles se tingunt Oceano. Virg. 2. Georg. 97.

Mare Oceanum appellamus. Cic. de Somn. Scipionis, 21.

Oceanus, & Salacia cæli satu terræq; conceptu generati & editi. Cic. de Vniuers. 56.

Oceanus, Solium uastum in balneis, & omnino locus aluei q; maior, uel ab eo nomine, uel ab amplitudine uocatus, & à lauantiū quoq; strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius, Oceani (inquit) solum primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id nō fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammianus docet lib. 16, quum inquit, Lauacra in Vrbe in modum prouinciarum extructa.

¶ Oceanitis, pen. prod. Oceanitidis, Patronymicum fœm. (ὠκεανίτις) dicitur filia Oceani. Virg. 4. Georg. 69,

Clioq; & Beroe soror, Oceanitides ambæ.

Ocellatum] ocellati, Genus auellanæ, nucularūq;, quæ ocellorū quandam præ se speciem & rotunditatem ferunt. Hac uoce usus est Tranquillus, quàm scribit Augustum solitum esse cum pueris minutis ludere ocellatis nucibusq;. Quanquam non ignoro quam diuersa de ocellatis Grammatici sentiant, & ut in re ignota emendationem comminiscantur ac modò castellatis, modò oscillis, modò osilatis, uel osiculatis, uel osiculis reponāt. Sed Turnebus ocellatis probat: quam uocem à Varrone mutuò sumpsisse Tranquillum existimat. Sic enim authore Nonio scribit in Marcipore,

Altera exorat patrem libram ocellatorum,
Altera uirum semodium margaritarum.

Ocellus] Vide Oculus.

Ocellum] ὄκελλον, Hispaniæ Tarraconensis urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vulgò Otero de rey.

Ocha] ochæ, Anser dicitur. Composita dictio ex Græcorum masculino articulo, quod est ὁ, & χλὼν, anser. Sic enim nostri componentes ὁ cum χλὼν, & in recto n abijcientes, ocha dixerunt: quod integrum nomen Itali retinent.

Ochesius] Aetolorum dux, uir longè præstantissimus, qui in bello Troiano interemptus est. Author Homerus.

Ochnus] Mantus filius, qui Mantuā cōdidit. Vide Ocnus.

Ochra] ὤχρα, Cretæ, siue lapidis species, quæ fit exusta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Plin. lib. 35. cap. 6. 1.

Ochthos] ὄχθος, Limbus, uestis muliebris Polluci libro 7. cap. 21. Lexici concinnator ὄχτωβον appellat. Aliud enim illi significat ὄχθος, nempe onus, cumulū, collem, locū inuū.

Ochus] ὦχος, Fluuius, qui in Indiæ montibus ortus, per Acarnaniam fluit. Plin. lib. 6. cap. 16. Idem lib. 31. cap. 7, Præterea apud Bactros amnis Ochus & Oxus, ex oppositis montibus deferunt salis ramenta.

Ocimum] Vide Ocymum.

Ocinum] Vide Ocynum.

Ocior,

Digitized by Google

Ocior, aris, Ociosus ] Vide Otium.

Ociroe ] teste Hesiodo in Theogonia, Nympha, Oceani, & Tethyos filia.

Ocium ] Vide Otium.

Ocnus ] ὄκνος, Is est, inquit Seruius, quem in Bucolicis Virgilius Bianorem dicit, Mantuæ conditor. Cuius etiam meminit 10. Aeneid. 40,

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris, &c.

Ocnus (si Latinè interpreteris, significat pigrum) uir quidam fuit, quem effinxerunt pictores apud inferos sedentem & torquentem funem, astantem autem illi asinam statim deuorantem quòd ab illo tortum fuit. Vide prouerbium apud Erasmum, Torquet piger funiculum. Miror autem Erasmum, nescio quo modo, nunc Ocnon onon coniungere, & asinum pigrum interpretari: nunc Ocnon hominem esse dicere, cui astet asina: quæ quidem uera est sententia. Vt autem Ocnon de Asino etiam dici putaret, permotum eum puto Propertij carmine, lib. 4. eleg. 3. 5,

Occidat immerita qui carpsit ab arbore uallum:
Et struxit querulas rauca per ossa tubas.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Aeternusq; tuam pascat aselle famem. Hos uersus exponit ille, ut Obliquo Ocno, Datiui sint. Ac si dicas, Dignior esset ille qui funem torqueret, quem Ocnus roderet. Sed uidetur rectius sic, Dignior est qui funem torqueat, quum Ocnus ille ut positum sit casu auferendi. Eosdē uersus exponit Turnebus his uerbis, Pictus fuerat, ut Plinius scribit, à Socrate piger, qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodebat. Quis autem non uidet, magnæ pigritiæ fuisse, in torquendo sparto laborare, nihilq; perficere, rodente quicquid tortum erat asino, nec tamen abigendi asini laborem suscipere? Sed aliū in sensum dici uidetur à Propertio, de eo qui supplicio non dissimili Danaidum pœnæ afficitur, aut qui in ignem lanam trahit: qui scilicet perpetuò sine esse fine laborat, quomodo apud inferos Ocnon puniri opinio erat, ut existimo.

Ocquiniſco ] ocquiniscis (κύπτω) ocquiniscere, Inclinare, inquit Nonius. Pomponius Prostibulo, Vt nullū ciuem prædicari per dolum, nisi ipsius orans ultrò qui ocquiniscere. Idem Pistore, Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui ocquiniscat, quo compingam terminū in tutum locū.

Ocrea ] ocreæ (περισκελίς) Calceamenti genus, Dicta quòd crus tueatur: uel quòd, Varrone authore, opponatur ob crus: uel quòd sit inæqualiter tuberata, ut ait Festus. Apul. Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Liu. 9. ab Vrbe, 208, Et sinistrum crus ocrea tectum.

Leues ocreæ electro, auroq; recocto. Virg. 8. Aeneid. 122.

¶ Ocreatus, pen. prod. Adiect. (περισκελιδωτὸς) Qui ocreis calceatus incedit. Plin. lib. 19. cap. 2. 2, Ad reliquos usus laboriosè euellitur ocreatis cruribus, manibusq; tectis manicis, conuolutum ossicis ligneisue conamentis.

In nitre Lucana dormis ocreatus. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 47.

Ocriculum ] ocriculi, pen. corr. Oppidum Italiæ, in monte situm: quod Strabo inter Sabinos ponit, Plinius inter Vmbros Sunt qui Otriculū scribāt. sed corruptè, ut docti putāt.

¶ Ocriculana tribus. Vide Tribus.

Ocriculani populi. Plin. lib. 3. cap. 14.

Ocrinum ] Britanniæ promontorium, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 3. quod uulgò Mons Sancti Michaelis.

Octaedrum ] Figura est solida, quæ octo triangulis æquilateris continetur. Euclid. 11. Elem.

Octauia ] ὀκταβία, γενιὰ, gens à Velitris originem accepit, quam assentationis gratia, propter Augustum excellere dixerunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quàm Equestri familia ortum se scribit, uetere ac locuplete, & in qua primus Senator suus pater fuerit. M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat Resionem è pago Thurino, & auum argentariū. Ex Tranquillo in Octauum Augusto, cap. 2. Cic. in epist. ad Octauium, 14, eum nepotem argentarij, & filiū adstipulatoris uocat. Vtcunq; sit, constat Augusti patrem honestissimum uirum fuisse, magnaq; laude Macedoniam prouinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, quo ad Qu. fratrem scribens hortatur, ut in promerendis socijs uicinum suum Octauium imitetur.

Hic Octauius Augustus natus est, M. T. Cicerone, & Antonio COSS. cui infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam maiorum originis. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomē assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munacij Planci sententia. Hæc & plura uide apud Suetonium, in ipsius Octauij uita.

Satis animi, authoritatis parum in Octauio erat. Cic. Attico, libro 16. 338. 2.

Statuam in foro, locum in Senatu, summum honorem ante tempus decreuit Octauio Senatus. Cic. Octauio, 8.

Vindex libertatis Romanæ Octauius. Cic. Octauio, 7.

Octauius patrem appellat Ciceronem. Brutus Attico, 17. 7.

Octauius tanquam in dotali matrimonio Rempub. testamento legatam obtinuit. Cic. Octauio, 15.

Octauius Manilius (ὀκταβιὸς μανίλιος) alius fuit, cum quo A. Posthumius Dictator bello Tusculano dimicauit: ut scribit Cicero 2. de Nat. deor. 8. De eo meminit & scribens ad Atticum lib. 9. 181. 4.

Alius Octauius Marsus fuit, sceleratus latro, de quo Cic. 11. Philip. 291, Qu. Octauius à Lucio Cinna suo collega interfectus. Prædianus, Octauius Auitus & Pœtelius Faustinus, furta Virgilij adnotarunt, notantes unde quæq; carmina surriperentur, ut ait Seruius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Octauius item alius poeta, cuius meminit Horatius libro Serm. Satyra ultima, Plocius, & Varius, Mecœnas, Virgiliusq; Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atq; Fuscus, &c. Vide P. Vict. uariar. lect. lib. 14.

Octauiæ porticus duæ appellantur: quarum alteram theatro Marcelli propiorem, Octauia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompeij proximam, Cn. Octauius Cn. filius, qui fuit Aedilis curulis. Pr. Con. Decemuir sacris faciendis, triumphauitq; de rege Perse nauali triumpho, quam combustam reficiendam curauit Cæsar Augustus. Festus.

¶ Octauianus, pen. prod. Adiect. (ὀκταβιανὸς) ut, Bellum Octauianum. Cic. 1. de Diuinat. 7.

¶ Octauianus, Augusti Cæsaris cognomen fuit, inde tractum, quòd ex Octauiorum familia in Cæsarum gentem fuerit adoptatus: quemadmodum & Africanus minor dictus est Aemylianus, quòd P. Aemilij filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus.

Octo ] ὀκτὼ, Nomen numerale, adiectiuum indeclinabile.

Pedes temo protentus in octo. Virg. 1. Georg. 35.

¶ Octies, Aduerbium: quasi octo uicibus. Mart. lib. 8. 58,

Vno nasceris octies in anno. Cic. in Somn. Scip. 7, Nam quum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusq; conuerterit.

¶ Octauus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Octaua pars. Plinius libro 6. cap. 33. 5.

Circiter horam octauam. Horat. 1. epist. 7. 10.

Sapientum octauus. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 5. 9.

¶ Octauum (ὄγδοον) Tanquam Aduerbium positum, pro Octies. Liu. 6. ab Vrbe, 146, Nam præter Sextilē Liciniumq;, latores legum iam octauum Tribunos plebis refectos.

¶ Octingenti, ὀγδακόσιοι, octingentæ, octingenta. Cic. 4.

Acad.

Acad.143, Mille & octingenta ſtadia quòd abeſſet, uidebat. Et pro Plancio, 49, Octingenti ferè conſecuti ſunt. Colum.lib.5.cap.2.12.

¶Octingenarius, Adiectiuum (ὀκτακόσιοσ) ut, Octingenarius grex. Varro 2.de Reruſt.cap.10.9.

¶Octingenteſimus, penult. corr. Adiectiuum (ὀκτακοσιοστὸς, ἀκτακοσιοστὸς) Cic. de Senect.5, Deinde qui minus grauis eſſet ijs ſenectus, ſi octingenteſimum annum agerent, quàm octogeſimum?

¶Octoginta, ὀγδοήκοντα, Cicer. de Senect.63, Argantonius quidam Gadibus qui octoginta regnauit annos, centum uiginti uixit.

¶Octogenus, pen.prod. Adiect. (ὀγδοήκοντα) Plin. libro 9. cap.51.7, Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur: id eſt octoginta.

Octogenæ ſtirpes. Colum.lib.3.cap.3.3.

Octogeni bini æris militibus dati. Liu.10.ab Vrbe,151.

¶Octogeſimus, pen.corr. (ὀγδοηκοστὸς) Aliud itĕ adiect. Cic. de Senec.12, Qui & uno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt. De Platone. Colum. lib.5.cap.1.9, Pars ducenteſima octogeſimaoctaua.

Solſtitia octogeſima. Iuuen. Satyr.4.10.

Octogies, Aduerb. (ὀγδοκοντάκις) Cic.in Piſonem, 68, Nónne ſeſtertium centies & octogies, quod, quaſi uaſarij nomine, in uenditione mei capitis aſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti?

Octogies quinquies centena. Plin.lib.2.cap.108.3.

¶Octonus, pen. prod. Adiect. (ὀκτὼ) ut, Octonis annis pariunt capræ. Plin.lib.8.cap.50.2. & cap.32.1, Octonis menſibus ferunt partus. De ceruis. id eſt, octo menſibus.

Annis octonis integer. Ouid.5.Metam.10.

Idus octonæ. Horat.1.Serm.Satyr.6.15.

¶Octonarius, Adiect. Plin.lib.31.cap.6.2, Fiſtulas denûm pedum longitudinis eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt, ſexagena pondo pendere: ſi octonariæ, centena: ſi denariæ, centena uicena: ac deinde ad has portiones. De aqua per fiſtulas ducenda.

Octonaria regula. Varr.lib.8.de Ling.Lat.

¶Octoiuges, pen.cor. Liu.5.ab Vrbe,7, Antea trina loca contentione ſummâ patricios explere ſolitos: nunc tam octoiuges ad imperia obtinenda ire.

¶Octipes, pen. corr. octipedis (ὀκτώπους) Quod octo habet pedes. Ouid.1.Faſt.63,

Octipedis frustra quæruntur brachia cancri.

¶Octuplus, pen.corr. Adiect. (ὀκταπλάσιος) Cic.de Vniuerſ. 30, Quintam inde quæ tertiæ tripla, tum ſextam octuplam primæ. Idem 5.Ver.20.

Damnatus octupli. Vide Damno.

Octuplicatus, pen.prod. Adiect. (ὀκταπλασιαζόμενος) Liu. 4.ab Vrbe,103, Octuplicatoq; cenſu ærarium fecerunt.

¶Octußis, Nummi ſpecies, ad ualorẽ octo aßium. Horatius 2. Serm.Satyr.3.32,

Quanti emptæ? paruo. Quanti ergo? octußibus. Lambinus locum hunc reſtituit, & rectè, his uerbis: Octußis numero ſingulari, & aſſes octo, unum ſunt, aut certè idem ualent. Itaq; ſic loquũtur Latini, Ptiſanã octuſſe emi, numero ſingulari: id eſt, octo aßibus. Quòd ſi quis ita loquatur, Emi octußibus, numero multitudinis, ineptè loquatur: niſi cũ hac adiectione, uerbi gratia, duobus, tribus, &c. octußibus: duo octuſſes autem ſedecim aſſes ualent. Idcirco ſcripturam uulgatam reieci, & corruptam & ineptam mihi ſuffragãtur aliquot ueteres codices, in quibus in nomine octußibus, u non uacabat litura. Ex qua feci coniecturam, ſcriptum fuiſſe initiò octaßibus: deinde ab aliquo audaciore factum eſſe octußibus. As autem principiò nummus erat libralis æreus, & per L ſcriptum uocabatur. Itaq; ſeſtertius, qui duos aſſes, & ſemiſſem ualet, per duo L L & S à ueteribus notabatur, hoc modo L L S, non ut hodie, idq; imſcitè, H S. Hæc ille.

October] Octobris, pen.prod. (ὀκτώβριος) Nomen mẽſis: dictus, quòd octauum locum teneat.

Octodurũ] ὀκτώδουρον, Ptol.lib.2.cap.6, Campus Gothorũ alio nomine. Vulgò Toro: Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs. Eſt etiam Octodurũ, oppidum in alpibus Cortijs, non procul à Centronibus: cuius incolæ Octodurenſes commemorãtur à Plin.lib.3.cap.20.

Octophorum] octophori, pen.corr. (ὀκτώφορον) Lectica quæ ab octo ſeruis portabatur. Mart.lib.6.83, Octophoro ſanus portatur Auite Philippus. Cicer.ad Quintum fratrem, libro 2.12.3, Memini enim quum hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano, macherophoris centum ſequentibus, miror riſus nos edere. Idem 7.Verr.22.

Oculus] oculi, pen.corr. (ὀφθαλμὸς, ὄμμα) Dictus ab occulendo, quòd ciliorum tegminibus occulatur: latent enim oculi ſub cilijs.

Oculi tanquam ſpeculatores, altißimũ locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes, ſinguntur ſuo munere. Cic.2.de Natura deorum,211.

Oculi ſunt quorum tum intentione, tum remißione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum ſignificemus aptè cum genere ipſo orationis. Cic.3.de Orat.123.

Veſtiuit & ſepſit oculos natura membranis tenuißimis, quas primùm perlucida fecit, ut per eas cerni poſſet: firmas autẽ, ut contuerentur. Cic.2.de Nat.deor.213.

Mundi oculus, Sol. Ouid.4.Metam.46.

Cupiditatis oculi. Cic.2.de leg.Agrar.37.

Acies oculorum. Ouid.7.Metam.119.

Acies contenta oculorum. Lucret.lib.1.66.

Infirmitas oculorum. Vide Infirmus.

Lumina oculorum. Lucret.lib.6.238.

Margo oculorum. Stat.3.Sylu.2.11.

Potentia oculi. Celſ.lib.6.cap.6.

Senſus oculorum acerrimus. Cic.2.de Fin.85.

Oculorum uigor integer. Plin.epiſt.45.d.

Tunicæ oculi. Celſ.lib.7.cap.7.

Viſum oculorum amittere. Plin.lib.7.cap.50.1.

Nigris oculis decorus. Horat.1.Carm.ode 32.3.

In oculis exercitus. Vide In præpoſitionem.

In oculis præſtant: pro, Coram hominibus. Cic.de Senect.11.

Abacti oculi. Stat.1.Thebaid.21. Vide Abigo.

Abſtinentes oculi. Vide Abſtineo.

Acres oculi. Vide Acer adiectiuum.

Ardentes oculi. Virg.3.Georg.101.

Arguti nimis oculi, quemadmodũ animo affecti ſumus, loquuntur. Cic.1.de Legib.39.

Attoniti oculi. Claud.3.Paneg.14.

Cærulei oculi. Vide Cæruleus.

Cruentati oculi. Vide Cruento.

Dexter & læuus oculus. Lucret.lib.4.61.

Eminentes oculi. Cic.in Vatinium,2.

Eruditi oculi. Cic.in Parad.47.

Exempti oculi. Lucret.lib.3.74.

Fideles oculi. Horat.de Arte,37.

Humentes oculi. Claud.4.Paneg.54.

Ignei oculi ſerpentium. Senec.Herc.fur.4.3.

Immites oculi. Ouid.6.Metam.

Immoti oculi. Ouid.2.Metam.

Oculi indomiti. Vide Indomitus.

Inertes

Digitized by Google

Inertes oculi. Virg. 3. Georg.
Irretortus oculus. Horat. 2. Carm. ode 2,
Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos.
id est, quisquis non est auarus, nec aspectu pecuniæ magnopere mouetur. Nam qui pecuniæ est auidus & studiosus, ad eius aceruos subinde retorqueo oculos, ac penè strabus efficitur, nec sic ab ea auelli potest, quin oculos sæpenumerò reflectat, ut eam respiciat. Eum igitur dicit, cui pecuniæ aspectus oculos non depranat, nec strabos reddit, quòd magnæ auiditatis est argumentum. Lambinus uerò sic, Oculo irretorto, id est, qui ingentes auri aceruos ita spectat, ut oculos suos nullam in aliam partem reflectat, aut retorqueat: qui aurum rectis oculis intueri potest: cuius ea est oculorum animi acies, ut auri splendore non offendatur, neq; præstringatur, id est, qui ita aspicit, ut non concupiscat, aut corrumpatur. Est autem metaphora ducta ab his, qui oculorũ uitio lucem aspicere non possunt: sed oculos ab ea demouere, atq; in aliam partem reflectere coguntur. Vtitur eadem similitudine Cicero in epist. quadam ad Brutum, cuius initium, Quum sæpe te literis, &c.
Labentes oculi. Quint. in Proœm. lib. 6. 11. de filio moriente.
Liuentes oculi. Claud. 1. in Ruffinam, 28.
Loquaces oculi, Qui notis assignandis uim habent uocis. Tibul lib. 2. eleg. 7. 9.
Lubrici & mobiles oculi. Cicero 2. de Nat. deor. 213. Vide Lubricus.
Madentes oculi. Stat. 6. Thebaid. 125.
Maligni oculi. Virg. 5. Aeneid. 131.
Melliti oculi. Catull. ad Iuuentium, epigr. 45. 1.
Minaces. Lucan. lib. 2. 6.
Modesti. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 3.
Nitentes. Virg. 1. Aeneid. 47.
Patentes. Lucret. lib. 3. 131.
Peruersi. Cic. 1. de Nat. deor. 108.
Putres oculi: id est, nimio potu marcentes, & libidine resoluti: Horat. 1. Carm. ode. 36. 4. Acron.
Scabri. Cels. lib. 6. cap. 6.
Sequaces oculi. Stat. 3. Thebaid. 100.
Sicci oculi. Quintilianus libro 6. cap. 2. 23, Siccis agenti oculis lachrymas dabit?
Superbi oculi. Ouid. 6. Metam.
Torui oculi. Ouid. 5. Metam.
Truces oculi. Seneca Oedipo, 12. 2.
Velox oculus. Horat. 2. Serm. Satyr. 5.
Venusti oculi, candiduli dentes, color suauis. Cic. 5. Tusc. 66.
Vigilantes, uel uigiles oculi. Virg. 5. Aeneid. 88. & lib. 4. 37.
Vitiosi oculi, & cæci. Senec. de Benefic. lib. 5. cap. 1.
Abire ab oculis. Vide Abeo.
Abesse ab oculis. Vide Absum.
Accipere oculis. Vide Accipio.
Accipere noctem oculis. Vide Nox.
Adducere ante oculos. Vide Adduco.
Adijcere oculum alicui rei. Cic. 4. Verr. 25. Vide Adijcio.
Aduertere oculos tẽplis. Claud. 5. Paneg. 40. Vide Aduerto.
Agnoscere oculis. Vide Agnosco.
Agere aliud oculis. Quint. lib. 1. cap. 1. 24.
Comibus est oculis alliciendus amor. Ouid. 3. de Arte, 101.
Amare aliquem plus suis oculis. Catull. ád Caluum, epigr. 1. 4. 2.
Amittere oculos. Vide Amitto.
Angere oculos. Vide Ango.
Aperire oculos ad puniendum aliquem. Cic. pro Milone, 65.
Ardent oculi. Cic. 6. Verr. 130. Vide Ardeo.
Aspicere oculis. Cic. pro Domo sua, 85.
Aequis oculis aspicere. Virg. 4. Aeneid. 75.





Iustis oculis aspiciunt superi mortalia. Ouid. 13. Metam. 14.
Limis oculis aspicere, uel intueri. Vide Limus.
Astare ante oculos. Virg. 3. Aeneid. 30.
Graues oculos attollere. Virg. 4. Aeneid. 138.
Atollere oculos humo. Ouid. 2. Metam. 90.
Attollere oculos aduersus. Vide Attollo.
Auertere oculos omnium in se. Vide Auerto.
Auertere oculos ab aliquo. Ouid. 2. Metam. 155.
Auertere ab uel ex oculis. Vide Auerto.
Cadentes oculi morte. Stat. 3. Syl. 5. 8.
Caligant oculi. Lucret. lib. 3. 32.
Capti oculis talpæ. Virg. 1. Georg. 37.
Oculis rationem capere. Plaut. Pseud. 9. 2.
Capessere oculis. Vide Capesso in Capio.
Conspici oculis infestis. Vide Conspicio.
Cernere aliquid oculis. Quint. lib. 6. cap. 2. 24. Vide Cerno.
Profanis oculis sacra cernere. Ouid. 3. Metam. 142.
Cernere oculis & animo. Cic. 3. de Nat. deor. 27.
Circunferre oculos. Sil. lib. 11. 53. Vide Circunfero.
Superbos oculos circunferre. Ouid. 6. Metam. 34.
Circumlinere oculum. Vide Circumlino.
Circumspexit oculis agmina. Virg. 2. Aeneid. 14.
Cohibere oculos. Vide Cohibeo.
Collimare oculis. Vide Collimo.
Collustrare oculis. Vide Collustro.
Compingere oculos. Vide Compingo.
Comprimere oculos alicuius. Ouid epist. 1. 21.
Configere oculos cornicum. Vide Configo.
Conijcere oculos in aliquem. Cic. pro Cluentio, 42.
Coniecit oculos in hostem. Virg. 12. Aeneid. 97.
Conscelerare oculos uidendo. Ouid. 7. Metam. 7.
Constituere aliquem in fòro atq; in oculis ciuium. Cicero 2. de Orator. 23.
Contemplari intentis oculis. Vide Contemplor.
Lynceis oculis contemplari. Vide Lynx.
Contrectari oculis. Tacit lib. 3.
Conuisere omnia loca oculis. Lucret. lib. 2. 72.
Corrumpere oculos. Vide Corrumpo.
Deijcere oculos ab aliqua re. Cic. 1. Philip. 1.
Deiecti in terram oculi. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5.
Demisere oculos omnes. Ouid. 15. Metam. 123.
Deponere oculos in aliquam. Horat. 1. Carm. ode 36. 4.
Diriguêre oculi. Ouid. 14. Metam. 151.
Distorquens oculos. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 13.
Oculi dolent, quoties aliquid uidemus, quod uidere molestum est. Terent. Phorm. 5. 9. 64,
Vin' primùm hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata?
Et quo tuo uiro oculi doleant?
Hebetare oculos. Plin. lib. 20. cap. 6. 11.
Erigere oculos, & recondere. Ouid. 4. Metam. 29.
Eripere oculos alicui. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 7.
Eruitur oculos Gryneus. Ouid. 12. Metam. 54.
Euerberare oculos. Quint. lib. 2. cap. 4. 14.
Oculum exculpere, quod & Eruere dicitur. Terentius Phormione, 5. 8. 96.
Exiliunt oculi. Ouid. 12. Metam. 51.
Somnum expellere oculis. Stat. 4. Sylu. 6. 3.
Expilare genis oculos. Ouid. 13. Metam. 114.
Extulit oculos ad sidera. Virg. 2. Aeneid. 138.
Oculus teneros mihi fascinat agnos. Virg. 3. eclog. 21.
Ferire oculos. Vide Ferio.
Ferre oculos passim per cuncta. Virg. 2. Aeneid. 114.
Ferre aliquem in oculis. Cic. de Aruisp. resp. 45. Et Quint. fratri, lib. 3. 17. 13.



Digitized by Google

Fixi solo oculi. Virg. 1. Aeneid. 98.
Flectere oculos. Ouid. 8. Metam. 140.
Fodere oculos. Senec. Oedipo, 12. 9.
Iœdare oculos lachrymis. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 9.
Lucidum fulgentes oculi. Horat. 2. Carm. ode 12. 3.
Fessos oculos furari labori. Virg. 5. Aeneid. 169.
In oculis gestare, uel In oculis esse, aut ferre: pro, Valde amplecti & amare. Terent. Eunuch. 3. 1. 11.
Gignere dolorem oculis. Lucret. lib. 4. 63.
Grauati oculi in morte. Ouid. 4. Metam. 29.
Acres atq; acutos oculos habere. Cic. pro Plancio, 54.
Habere alicuius oculos in suis oculis: pro, Videre quid ille uelit aut imperet. Plaut. Pseud. 13. 68.
In oculis habere aliquid: pro, Semper ad aliquid intentum esse, ut interpretatur Budæus. Quint. lib. 16. cap. 5.
Oculi in uultu habitant. Cic. 12. Philip. 320, Hic etiam fautores Antonij quorũ in uultu habitant oculi mei, tristiores uidebam. hoc est, A quibus contuẽdis nõ dimouentur oculi mei.
Hærere oculis. Virg. 1. Aeneid. 145.
Haurire oculis. Videre. Virg. 4. Aeneid. 132.
Iacere ante oculos. Lucret. lib. 1. 13.
Iactare oculos nimium. Lucret. lib. 4. 229.
Imponere oculos. Virg. 2. Georg. 15,
Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex.
Imponere oculos prædijs alicuius, Inijcere. Imp. Dioclet. l. 1. tit. de præscriptione triginta uel quadraginta annorum.
Incitare oculos alicuius. Ouid. 3. Metam. 87.
In oculos incurrere: id est, uisu offendere. Cicero Attic. lib. 12. 242. 5. Vide Incurro.
Inferre oculos. Vide Infero.
Inflectere oculos aliquorum. Vide Inflecto.
Intendere oculos, Fixis oculis intueri. Plin. epist. ultima lib. 2.
Intueri aliquid acrioribus oculis. Quint. lib. 2. cap. 10. 4.
Inuadere in oculos. Vide Inuado.
Iudicare oculis. Vide Iudico.
Labentes languore oculi. Claud. de Berecynth. epigr. 58. 8.
Laceratus oculus. Lucret. lib. 3. 83.
Coacti oculi lachrymare discunt. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Lædere oculos. Horat. 1. epist. 2. 8.
Inuitis oculis hæc mea uerba leges. Ouid. epist. 17. 1.
Obliquo oculo limare cõmodum alicuius. Horat. 1. epist. 14. 8.
Linquentes imbrem oculi. Stat. 5. Thebaid. 54.
Lucent oculi. Ouid. 1. Metam. 49.
Lustrare campos oculis. Lucan. lib. 7. 161.
Igne micant oculi. Ouid. 3. Metam. 7. Ibid. 15. 135.
Acribus oculis micat ignis. Virg. 12. Aeneid. 21.
Natantes oculi in luce. Stat. 2. Thebaid. 128.
Renuente oculo negaui. Ouid. epist. 16. 18.
Tenebræ obduxêre oculos. Lucan. lib. 3. 146.
Turba oberrat meos oculos. Senec. Herc. fur. 13. 2.
Obire oculis. Vide Obeo.
Obliquare oculos. Ouid. 7. Metam. 83.
Oculis utilitatem obtinere. Plaut. Epid. 13. 28.
Oculis obuersari. Vide Obuerto.
Obuersatur mihi ante oculos Reip. dignitas. Cic. pro Sestio, 5.
Pascere oculos. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 2.
Pascere oculos, animumq; exaturare cruciatu atq; supplicio. Cic. 7. Verr. 53.
Colores pascunt oculos. Lucret. lib. 2. 84.
Patiuntur oculi. Vide Patior.
Veloci oculo percurrere aliquid. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 12.
Perlegere aliquid oculis. Virg. 6. Aeneid. 7.
Aura perterget oculos nostros. Lucret. lib. 4. 51.
Ponere aliquem ante oculos. Cic. 2. de lege Agr. 58.



Prædiscere oculis colores. Virg. 2. Georg. 51.
Premere oculos alicuius. Virg. 9. Aeneid. 98.
Premi oculum supercilio. Quint. lib. 1. cap. 11. 6.
Proponere uitam cuiusdam ante oculos suos. Cicero pro Sylla, 53.
Prosequi oculis abeuntem. Ouid. epist. 5. 11.
Nox oculos mentemq; rapit. Stat. 9. Thebaid. 8.
Referre oculos sensusq; aliquò. Valer. 6. Argon. 117.
Referre ora & oculos in aliquem. Virg. 12. Aeneid. 132.
Reflectere oculos. Ouid. 7. Metam. 69.
Restituere oculum in sedem suam. Cels. lib. 6. cap. 6.
Oculos retorquere. Ouid. 10. Metam. 138.
Reuocare oculos alicuius. Ouid. epist. 15. 47.
Rigare oculos fletu. Senec. Medea, 6. 2.
Satiare oculos amore. Propert. lib. 2. eleg. 16. 5.
Scintillant oculi. Pers. Satyr. 3. 12.
Sequi scripta oculis. Quint. lib. 2. cap. 5. 3.
Ab oculis mentem seuocare. Cic. 3. de Nat. deor. 27.
Spargere oculos, Est oculos huc illuc cõuertere, Pers. Sat. 5. 4.
Statuere aliquem ante oculos. Cic. 1. de Orat. 127.
Subijcere oculis. Quint lib. 6. cap. 3. 26.
Limis subrisit ocellis. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 7.
Subsidunt oculi. Cels. lib. 2. cap. 6.
Succumbunt oculi. Ouid. 1. Metam. 144.
Suffusus oculos lachrymis. Virg. 1. Aeneid. 47.
Oculus tibi sum. Plaut. Pseud. 4. 447.
Mollibus oculis esse dicitur, qui facilè commouetur ad lachrymas. Ouid. 1. de Remed. amoris, 68.
In oculis esse aliquibus: id est, charum & gratum esse. Cic. Att. lib. 6. 113. 8.
In oculis multitudinis esse. Cic. 2. Tusc. 106.
Humentes oculos sustulit. Ouid. 11. Metam. 93.
Non oculi tacuêre tui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 4.
Temperare oculis. Curtius lib. 9. hoc est, abstinere à lachrymis.
Tendere oculos, Dirigere. Virg. 5. Aeneid. 102.
Immotos tenere oculos. Ouid. 2. Metam. 98.
Silentes tenuêre inter se oculos. Valer. 4 Argon. 39.
Oculos tenere artificum dicitur res aliqua: pro, In contemplationem sui adducere. Plin. epist. 6. lib. 3.
Tollere oculos contra aliquem. Lucret. lib. 1. 14.
Oculos tollere, de literis dictum, per translationem: pro, Resicere, & erigere oculos, siue delectare. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12. 3, Literulæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt. Hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt.
Torsit oculos ad mœnia. Virg. 4. Aeneid. 44.
Traijcere oculos aliquò. Lucret. lib. 4. 86.
Immitibus oculis tueri. Ouid. 6. Metam. 124.
Toruis oculis tueri aliquem. Ouid. 5. Metam. 198
Somnus uenit in oculos. Ouid. 7. Metam. 31.
Vestigare oculis, cui opponitur Reperire. Virg. 6. Aeneid. 29.
Videre oculis. Terent. Hecyra, 5. 4. 22,
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, uideram.
Inunctis oculis uidere. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 5.
Siccis oculis uidere aliquid. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.
Volitare ante oculos quorundam. Cic. 2. de lege Agrar. 62.
Voluere oculos huc illuc. Virg. 4. Aeneid. 73.
Voluere oculos per singula. Virg. 8 Aeneid. 124.
Intentos uoluens oculos. Virg. 7. Aeneid. 51.
Quies dura urget oculos. Virg. 10. Aeneid. 149.
Inertes oculos stupor urget. Virg. 3. Georg. 105.
Ocule mi, Blandientis uox. Plautus Curcul. 4. 48, Bene ita le ocule mi.



Digitized by Google

Oculi, dicuntur etiam in arborum surculis unde germinant. Cato cap. 8.3, Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ferunto. Col. li. 3. cap. 18.3, Et reliqui duo uel tres fructuarij oculi penitus in terram deprimuntur. Idem lib. 4. cap. 29.

Oculi, de stellis. Plin. libro 2. capit. 5, Inde tot stellarum collucentium illos oculos.

Oculi caudæ pauonum. Plin. lib. 13. cap. 15. 5.

Oculi, Notæ rotundæ. Plin. lib. 8. capit. 17, Pantheris breues in candido maculæ oculi.

¶ Ocellus, ocelli, Diminut. (ὀμματίδιον) Persius Satyr. 1. 2,
—patranti fractus ocello. Mart. lib. 1. 88, Siccis ocellis.
Ebrij ocelli. Catull. de Acme, epig. 42. 3.
Mors nostros claudet ocellos. Propert. lib. 2. eleg. 14. 4.
Iratos in te defixit ocellos. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 3.
Argutis ocellis promisit quiddam. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 17.
Deiectis ocellis spectare gremium. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 8.
Somnus lassos summisit ocellos. Ouid. in Fragmento, 1.
Somnus tegit ocellos. Catull. ad Licinium, epig. 17. 2.
Turbare nitidos ocellos. Iuuenal. Satyr. 6. 1.
Ocellus meus, Blandientis uox. Plautus Asin. 12. 74, Da meus ocellus, mea rosa.
Peninsularum insularumq; ocellus Sirmio: id est, præstantissima, aut pulcherrima. Catull. ad Sirmionem peninsulã, 29. 1.
Ocelli radicis. Plin. lib. 21. cap. 4. 7.

¶ Ocellatus, pen. prod. Adiect. (ὀμματιδιωτὸς) Quod ocellos habet, id est, cauernulas quasdam. Vnde Suetonius Ocellatas nuces dixit, id est, multis foraminibus distinctas. Suetonij locus est in Augusto, cap. 83, qui nunc sic legitur, Animi laxãdi causa, modo piscabatur hamo: modò talis, aut ocellatis nucibusq; ludebat cum pueris minutis. Alij legunt oscillatis. Vide Ocellatum, suprà suo loco.

¶ Oculissimus, ὀμματώτατος, Superlatiuum formauit Plautus in Curc. 3. 27,
Salue oculissime homo. hoc est, qui tam clarè aspicis.
Oculissimus, Charissimus, inquit Festus. Plaut. Curcul. 2. 15,
Salue, ualuistin' ostium oculissimum?

¶ Oculeus, Adie. (ὀμματιδιωτὸς) Plẽus oculis. Plau. Aulul. 16. 19.
Quos si Argus seruet, qui oculeus totus fuit.
Oculeus, per translationem, pro Perspicaci ponitur, quasi qui ex oculis constet. Apul. Perspicaciorem ipso Lynceo, uel Argo, & oculeum totum.

¶ Ocularius, Adiect. Solinus capit. 37, Cuius succus proficit ad ocularium claritatem. De Euphorbia.
Ocularia ægritudo. Solinus cap. 10. ad finem.
Medicus ocularius. Celsius lib. 6. cap. 6.
Ocularius, Substãt. Idẽ. Scribo. Largus, Asprituditates palpebrarum desperatas à quibusdã ocularioriũ, paucis diebus tollit.

¶ Oculatus, penul. prod. (πανόπτης) Aliud Adiect. Cui perspicaces sunt oculi, qui per totum corpus oculos habet.
Malè oculatus. Vide Malus.
Oculatum, pro Præsenti, authore Festo, posuit Plaut. quum dixit Pseud. 5. 68,
Eme die cæca hercle oliuum, id uendito oculata die.
Oculatus testis, Qui se uidisse dicit id quod narrat, inquit Festus. Plaut. Trucul. 10. 8.
Oculatissimum locum appellat Plinius conspicuum, lib. 13. 4. capite 6. 2.
Oculatio, oculationis (ὀφθαλμισμὸς) in uitibus, pro Gemmarum superfluarum defectione. Plinius libro 17. capit. 21. 12, Pampinationi quoq; & oculationi, omniq; operi facilior. Vetus exemplar hic legit, occationi.

¶ Oculitùs, penul. corr. Aduerbium (ἐκ τῆν ὀμμάτων) ita dicitur inquit Festus, ut Funditùs, penitùs: quo significatur, tam charum esse quàm oculus. Plaut.





Qui amant ancillam meam Hedylium oculitùs.

Oculo] oculas (ὀμματόω) Idem quod illustro uel illumino, et quasi ex cæco oculatum facio. Tertull. in Apologet. Sed quia iam expolitos, & ipsa urbanitate deceptos, in agnitionem ueritatis ocularet. Sed hoc uix crediderim apud ueteres inuenire. Neq; n. oculatus participium est à uerbo oculo, sed potius nomen, sicut Manicatus & Tunicatus.

Ocyalus] Vnus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, ut ostendit Homerus libro 8. Odyss.

Ocymum] ocymi Penult. corr. (ὄκιμον) Herba ad boum pabulum sata, qua ciebant aluum bobus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31. 3, Omne pabulum primum ocymum, farraginem, uiciam, nouissimè fœnum secari. Ocymũ dictum è uerbo Græco ὠκὺς. id est, citò, Similiter quoq; ocymum in horto hoc amplius dictum ocymum, quod citat aluum bobus, & ideo his datur ut purgentur: id genus pabuli sunt segetes uirides, sectæ antè quàm gerant siliquas. Catul. ad Fundum, epig. 41. 3,

Et me recuraui ocymoq; & urtica. Pers. Satyr. 4. 3.

Ruellius lib. 1. capit. 20. non putat idem fuisse apud ueteres ocimum & ocymum, quæ tantùm una litera dissidere uidentur, uario supra modum significatu, ut idem ait. Ocimum uerò tradit esse genus illud pabuli, de quo apud Varronem: Ocymum, herbam illam odoratam, quæ uulgò Basilicon dicitur: ut meminit lib. 2. cap. 54. Sunt tamẽ, ut idem testatur, qui significantius per z, scribendum ducant, ab ὄζω, quòd redolere denotat: quoniam herba tota suauissimum spiret odorem. Petrus Victorius sic legendum censet Varronis locum: Ocinum dictũ à Græco uerbo ὠκέω, quod ualet citò: similiter quo ocimum in horto. Hoc amplius dictũ ocinum, quòd citat aluum bubus, & ideo ijs datur ut purgentur, id ex pabuli segete uiride sectum, antequam gerat siliquas. Idem etiam apud Catonem semper ocimum legit, pro illo boũ pabulo.

Ocymũ, consuetudo neutraliter dicit. sed Aemylius Macer ait,
Inter præteritas numerabitur ocymus herbas.

Ocyer] Ocyssimus (ὠκύωρ, ὠκύτατος) Latina nomina, pro Celerior, Celerrimus. Fiunt à positiuo Græco ὠκὺς, quo Latini carent. Plin. lib. 16. capit. 31. 4, Quidam breuitate radicum celerius senescere arbores putant: quod arguunt fici, quarũ radices longissimæ, & senectus ocyssima.

Fulminis ocyor alis. Virg. 5. Aeneid. 64.
Ceruis ocyor. Horat. 2. Carm. ode 16. 5.
Euro ocyor. Horat. 2. Serm. Satyr. 16. 5.
Verbere fundæ ocyor. Lucan. lib. 1. 46.
Aura ocyor. Horat. 1. Carm. ode 2. 10.

¶ Ocyus, Ocyssimè, Aduerbia (ὠκυτέρως, ὠκυτάτως) Terent. Eunuch. 3. 5. 60,
Perlongè est, sed tanto ocyus properemus: multa uestem.
Cic. in Somnio Scipionis, 32, Idq; ocyus faciet, si iam tum quum erit inclusus, in corpore eminebit foras.
Tardius & Ocyus, contraria. Cic. 4. Tusc. 49.
Deseremur ocyus à re publica, quàm à re familiari. Cic. Attic. lib. 16. 333. 1.
Ire ocyus. Virg. 8. Aeneid. 111.
Peragere iussa alicuius ocyus. Seneca Troade, 6. 55.
Peruenire ocyus ad aliquem locum. Cic. pro Quintio, 24.
Ocyus omnes surgimus. Ouid. 12. Metam. 46.

¶ Ocyssimè, penul. corr. (ὠκύτατα) Terent. Heaut. 4. 8. 28,
Tanto ocyus te ut poscat, & tu id quod cupis.
Quàm ocyssimè ut des.

Ocypete] penul. corr. (ὠκυπέτη) Vna ex Harpyis sic dicta, quòd alarum uelocitate polleat: ὠκὺς enim celer & citus dicitur, πέτομαι uolo, uolas. Vide Cælium, lib. 39. cap. 27.

Ocyroe] penul. corr. (ὠκυρόη) Nympha, Oceani & Tethyos filia, ut scribit Hesiodus in Theogonia.

Ocyroen, Chironis Centauri filiam fabulantur poetæ fuisse fatidicam, eandemq; in equam tandem conuersam. Ouidius 2. Metam. 128.

O D

Oda] ode, uel ode, odes, f. g. Cantus. Author opusculi de Philomela, Et morulus modulans tam pulchris concinit odis.

Odessos] Vrbs est in Mœsia inferiori, ut scribit Pompon. Mela libro secundo.

Odaxysmus] ὀδαξυσμὸς, Græcis & medicis dicitur pruritus ille qui in infantibus præcurrit dentitionem. Vide Cæl. lib. 4. cap. 1.

Odeum] odei, pen. prod. (ᾠδεῖον) Pars ædificij. Cic. ad Atticum, libro 4. 86. 5, Monimentum illud quod tu tollere laudibus solebas, ut odeum laxaremus, & usq; ad atrium libertatis explicaremus: contempsimus sexcenties H-S. Vbi interpres, Odeum, pars ædificij, authore Vitruuio, quæ Latinè dici cantilenarium potest: de quo Pausanias & cæteri. Quædam tamen exemplaria legunt, Vt forum laxaremus. Odei meminit Vitruuius lib. 5. capit. 9. Vide etiam Cælium libro 28. capit. 12. Græcè scribitur ᾠδεῖον. Porrò ᾠδὴ cantum significat.

Odfacio] Veteres pro Olfacio dixerunt, teste Festo.

Odi] odisti, odit (μισέω, στυγέω, μεγαίρω, ἐχθω, ἐχθαίρω, ἐχθραίνω) Verbū defectiuū, sub uoce præterita significat præsens & præteritum, tàm imperfectum quàm perfectum: id est, Odio habebam, aut habui. Præteritum perfectum tantū habet, & ab eo formata.

Odi, significat Odio habeo, & habui. Cic. de Amic. 28, Alterū propter crudelitatem semper hæc ciuitas oderit. Sic, pro Sestio, 89. Et ad Marium, lib. 7. 2. 5, Postremò, uix ueri simile fortasse uideatur, oderam multo peius hunc, quàm illum ipsum Clodium.

Odit Ædi ferro uitalia opobalsamum. Plin. lib. 12. cap. 25. 4.

Odisse & Amare, contraria, Cic. Att. lib. 6. 113. 17.

Odisse & Diligere, contraria. Cic. 5. de Finib. 48.

Fauere & Odisse, contraria. Cic. de claris Orat. 97.

Acerbè & penitus odisse aliquem. Cic. pro Cluentio. 136.

Apertè odisse magis ingenui est, quàm fronte occultare sententiam. Cic. de Amicit. 59.

Furialiter odit. Ouid. 3. Fast. 128.

Malè odisse aliquem. Cic. Att. lib. 14. 299. 3. Vide Malus.

Pati contumelias peius odero malis omnibus alijs. Brut. Cic. 16.

Impendio odit. Vide Impendo. (11.

Odissem te odio Vatiniano. Catul. ad Caluum, epigr. 14.

Odimus immodicos fastus. Ouid. 3. de Arte, 102.

Oderunt hilarem tristes. Horat. 1. epist. 19. 19.

Improbos omnes ciuili odio odimus. Cic. pro Milone, 27.

Amor odit inertes. Ouid. 2. de Arte, 46.

Odi profanum uulgus, & arceo. Horat. 3. Carm. ode 1. 1.

¶ Osus, osa, osum, Partic. (μισήσας) Qui odio habuit. Plautus Amphit. 10. 19.

Inimicos osa sum semper obtuerier. Gell. lib. 4. cap. 8.

¶ Osurus, Cicero in Lælio, Negabat ullam uocem inimiciorem amicitiæ posse reperiri, quàm eius qui dixisset, Ita amare oportere, ut aliquando esset osurus.

¶ Osor, osoris, Verbale (μισητὴς) Qui odio habet. Plautus Merc. lib. 18. 15,

Osores, infensi, iracundi. Et Pœnulo, 1. 2,

Osor mulierum.

¶ Odium, odij (μίσος, ἐχθος, ἔχθημα) Ira inueterata, inquit Cic. lib. 4. Tusc. 32. Terent. Phorm. 5. 9. 27,

Neq; negligentia tua, neq; id odio fecit tuo.

Odium & offensio. Cic. 2. Verr. 22.

Dignus odio aut irrisione. Cic. 2. de Orat. 113.

In odio. Vide In præpositionem.

Atrox odij Agrippina. Tacit. lib. 12.

Procax odij, & potestatis temporantior. Tacit. lib. 13.

Securus tam odij. Tacit. in uita Agricolæ.

Semina odij. Ouid. 3. de Arte, 102.

Acerba odia. Virg. 10. Aeneid. 181. Vide Acerbus.

Aegra odia. Valer. 5. Argon. 29.

Blandum & affabile odium. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 14.

Capitale odium. Vide Caput.

Compressum odium. Vide Comprimo.

Crudele odium. Virg. 1. Aeneid. 73.

Hostile odium. Tacit. lib. 15.

Ieiunū odiū, Insatiabile. Iuuen. Sat. 15. 6. De Aegyptiorū odijs

Immane & crudele odium barbarorum in hostem. Cicero pro Plancio, 58.

Immortale odium. Iuuen. Satyr. 15. 4.

Inexorabile odium. Ouid. 5. Metam. 49.

Inexpiabile odium. Vide Inexpiabilis.

Infestum odium. Vide Infestus.

Insigne odium. Vide Insignis.

Insitum penitus odium. Cic. 2. de lege Agraria, 28.

Intestinum odium. Vide Intestinus.

Intimum odium. Vide Intra.

Iusta odia. Quintil. lib. 5. cap. 13. 31.

Iustum & debitum omnium mortalium odium. Cic. in Piso. 25.

Nouercalia odia. Tacit. lib. 1.

Nuda odia. Stat. 9. Thebaid. 4.

Occulta odia. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 13.

Perniciale odium. Vide Pernicies.

Pertinacia odia. Tacit. lib. 20.

Priuata odia. Tacit. lib. 1.

Preciosa odia, & constantia magno. Ouid. epist. 7. 9.

Vatinianum odium. Vide Vatinius.

Viuida odia. Tacit. lib. 15.

Adduci odio. Vide Adduco.

Recentia, uteraq; odia aduertit. Tacit. lib. 4.

Afferre odium. Vide Affero.

Aeterna odia agere. Senec. Herc. fur. 6. 6.

Alendis odijs materiam præstare. Claud. 2. Paneg. 4.

Capere odium. Vide Capio.

Certare odijs. Virg. 10. Aeneid. 3.

Conciliare odium. Vide Concilio.

Concipere odium. Vide Concipio.

Concitare odium. Quintil. lib. 6. cap. 1. 10.

Concitare magnum odium in aliquem. Cic. 1. de Inuent. 112.

Concoquere odium. Vide Concoquo.

Conflatus odio. Quintil. lib. 5. cap. 7. 15.

Deponere odia. Senec. Herc. fur. 6. 15.

Odio quodam & dissidio ab aliquibus dissidere. Cicero pro Corn. Balbo, 23.

Capitali odio ab aliquo dissidere. Cic. de Amic. 2.

Effundere occlusum odium. Vide Occludo.

Excitare acerbum odium. Cic. 2. de Orat. 115.

Exedere urbem odijs. Virg. 2. Aeneid. 157.

Exercere odia. Ouid. epist. 7. 9.

Exercere aliquem odijs Virg. 4. Aeneid. 125.

Explere odium strictis mucronibus. Claud. de bel. Get. 122.

Amorem finire odio. Ouid. 2. de Remed. amor. 53.

Flagrare odio alicuius. Seneca Octauia, 4. 7.

Flagrare mutuo odio. Vide Mutuus.

Frangere odium. Quintil. lib. 6. cap. 3. 7.

Gerere odia. Seneca Thyeste, 4. 31.

Odium gerere aduersus. Plin. lib. 9. cap. 18. 3.

Habere

Digitized by Google

Habere magnum odium in aliquem. Cic. 2. de Inuent. 202.
Habere odium seruitutis. Cic. 5. Philipp. 192.
Importare odium alicui. Horat. 1. epist. 13. 1.
Incendere in se odia. Vide Incendo.
Incurrere in odia hominum. Vide Incurro.
Inferre odia. Tacit. lib. 15.
Inflammare urbes odijs. Stat. 3. Thebaid. 68.
Intendere odium. Tacit. lib. 13.
Iudicare odio & inuidia. Cic. pro Marcello, 17.
Liberare aliquem odio. Vide Liber, liberi.
Mereri odium. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 2.
Metiri aliorum odium suo. Vide Metior.
Mittere ac finire odium. Vide Mitto.
Mordet odium. Quint. lib. 6. cap. 4. 9.
Aspera odia mouere uerbis. Virg. 2. Aen. 20.
Asperitas mouet odium. Ouid. 2. de Arte, 30.
Patefacere odium suum in aliquem. Vide Patefacio.
Ponere odia. Claud. de bell. Get. 19.
Premi odijs. Claud. 2. in Ruffinum, 3.
Remittere odia. Tacit. lib. 1.
Renouare & reuocare animos aliquorum ad alicuius odium Cicero 2. de Oratore, 109.
Reponere odium. Tacit. in uita Agricolæ.
In odijs residere. Vide In præpositionem.
Seruatum odium perenni studio. Silius lib. 1. 4.
Saturare odium diuturnum & inueteratum. Cic. in Vatin. 4.
Struere odium in aliquos, & Dimouere ab aliquibus, contraria. Cicero de Orat. 114.
Est mihi odium illius: id est, prosequor illum odio. Virgilius 1. Aeneid. 73.
Odio esse alicui. Cic. 5. de Finib. 111. Virg. 8. eclog. 7,
Dumq; tibi est odio mea fistula.
Odio esse apud omnes. Cic. pro lege Manilia, 45.
Hostili odio & crudelitate esse in aliquem. Cic. pro Cluen. 8.
In odio esse omnibus. Cic. ad Att. lib. 2. 36. 1.
Suscipere odium alicuius in re aliqua. Cic. ad Att. lib. 6. 111. 4.
Acre odium suscipere. Cic. 2. de Inuent. 202.
Tendere odijs. Tacit. lib. 20.
Odium collectum transferre. Ouid. 3. Metam. 52.
Obscuro odio morsuq; uenenare commoda alicuius. Horat. 1. epist. 14. 8.
Ventre odio omnibus. Plin. lib. 28. cap. 8. 18.
Venire in odium omnibus. Cic. ad Attic. lib. 10. 197. 9.
Odium mitigatur, deponitur, tenetur, sedatur. Cic. Post red. ad Quirites, 18.
Facere odium studiorum. Quintil. lib. 1. cap. 3. 6.
Ferre odium ex aliqua re. Quintil. lib. 5. cap. 14. 24.
Odium infinitum. Cic. pro Corn. Balbo, 50.
Odium, Assiduitas, instantia, molestia, fastidium, ut ait Donat. Terent. Phorm. 5. 6. 9,
Pergit hercle: tu nunquam tuo odio uinces me. Idem Hecyr. 1. 2. 48,
Tundendo, atq; odio deniq; effecit senex,
Despondit ei gnatam huius uicini proximi.
¶ Odiosus, pen. prod. Adiect. (μισητὸς, δυμισητὸς, βδελυρὸς) Qui odio habetur, uel qui molestus est. Terent. Eunuch. 4. 6. 16.
Vbi sita est? T. in Risco: odiosa cessas? Idē Hecyr. 4. 3. 13,
Odiosa hæc est ætas adolescentulis. Cic. de Amic. 62, Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium.
Aures odiosæ. Ouid. 1. de Arte, 98.
Odiosus dolor. Cic. 4. de Finib. 85.
Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & bistrionum nonnulli gestus ineptijs non uacant. Cic. 1. Offic. 181.

Offensio omnis odiosa est in fragili corpore. Cic. de Senec. 60.
Senex odiosus. Ouid. 2. de Remed. amor. 16.
Senectus sic plerisq; senibus odiosa est, ut onus se Aetna grauius dicant sustinere. Cic. de Senect. 4.
Odioso uento concita æquora. Ouid. epist. 18. 5.
Insolens & odiosum uerbum. Cic. in Orat.
Odiosa plaga. Cic. Att. lib. 5. 108. 7.
Odiosum esse alicui, id est, molestiū, ut ait Valla. Plaut. Curc. 27,
Tandem es odiosus mihi. Terent. Phorm. 5. 8. 44,
Enimuerò si porrò esse odiosi pergitis.
Odiosus & loquax orator spernitur. Cic. pro Muræna, 28.
Odiosus scrupulus. Cic. Attico, lib. 10. 205. 7.
Iucundum potius quàm odiosum. Cic. de Senect. 23. Ex Cæcilio.
Odiosum & molestum. Cic. Attico, lib. 6. 114. 3.
Graue & odiosum, Leue & facile, contraria. Cicero pro Roscio Comœdo, 9.
Odiosum & Iucundum, contraria. Cic. de Senect. 44.
¶ Odiosius. Quintilianus lib. 1. cap. 6. 26, Quia nihil odiosius affectatione.
¶ Odiosè, pen. prod. Aduerbium (μισητῶς) Cum odio uel tædio aut quod fastidiosè uulgò dicitur. Terentius Adelph. 4. 2. 50,
Aeschinus odiosè cessat: prandium corrumpitur.
Dicere odiosè. Cic. de clar. Orat. 156.
Odiosè interpellare. Cic. 2. de Orat. 146.
Loqui odiosè. Author ad Herennium lib. 4. 176.
Odinolyontes] ὀδινολύοντες, Pisciculi sunt exigui, magnitudinem magnæ limacis non excedentes, quos Græci alio nomine Echeneidas, Latini etiam Remoras uocant: sic appellati, ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας, id est, à soluendo dolores partus. Quippe sale asseruatum, & alligatum grauidis, partum soluere prodiderunt. Plin. lib. 32. cap. 1.
Odites] ὀδίτης, Vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, à Mopso interfectus in nuptijs Pyrithoi. Ouid. 12. Metamorphoseos, Occubuit, frustráq; loqui tentauit Odites.
Odius] Halizonum dux quem Agamemnō in bello Troiano interfecit. Author Homerus lib. Iliad. 5.
Odones] de quibus in l. argumēto. §. fasciæ. ff. de aur. et arg. legat. ubi dicitur, quòd usum calceamentorū præstāt nisi ibi mendum sit, & legēdum potius, undonum: quod putat Catellianus Cotta, in uerbo Vndones. Sed non uideo quomodo undones usum calceamentorum præbeant. Tiraquellus.
Odor] uel odos, huius odoris. pē. prod. (ὀδμὴ, ὀσμὴ, αὐτμὴ) Notæ significationis. Plaut. Capt. 13. 45,
Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum.
Odoris ignauia. Vide Ignauus.
Suauitas odorum. Cic. de Senect. 55.
Vastitas odoris. Plin. lib. 31. cap. 6. 4.
Aggrauans capita odor. Plin. lib. 12. cap. 17. 8.
Angusti odoris rosa. Plin. lib. 21. cap. 4. 1.
Argutus odor. Plin. lib. 15. cap. 3. ad finem.
Austerus odore. Plin. lib. 12. cap. 25. 7.
Dilutus odor. Plin. lib. 15. cap. 28. 2.
Ferus odor. Plin. lib. 12. cap. 17. 5.
Non inelegans odor. Plin. lib. 21. cap. 25. 2.
Iucundè grauis odor. Plin. lib. 21. cap. 10. 5.
Mali odoris urina crassa. Celsus lib. 2. cap. 6.
Potentissimus odor. Plin. lib. 13. cap. 2. 2.
Recentis odoris mala. Iuuen. Satyr. 11. 10.
Roscidus odor. Plin. lib. 14. cap. 2. 11.
Vinosus odor. Plin. lib. 27. cap. 4. 14.
Vnguētorum odor. Cic. Post red. in Senatu, 14.
Acer odor. Vide Acer adiectiuum.
Acerrimus odor. Plin. lib. 21. cap. 7. 2.



Digitized by Google

Acutus odor. Vide Acuo. Plin. lib. 21. cap. 7. 3.
Ater odor. Vide Ater adiectiuum.
Castoreus odor. Vide Castor.
Crocei odores. Virg. 1. Georg. 12.
Fœdus odor. Celsus. lib. 7. cap. 29.
Grauis odor cœni. Virg. 4. Georg. 10.
Grauis odor oris. Ouid. 3. de Arte, 56.
Inimicus odor. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 11.
Iniucundus odor. Vide Iniucundus.
Insuauis odor. Vide Insuauis.
Iucundus odor. Vide Iucundus.
Lentus odor. Seneca Thyeste, 6. 2.
Medicatus odor. Vide Medico.
Mollissimus odor. Vide Mollis.
Panchæi odores. Lucret. lib. 2. 84.
Teter odor. Virg. 3. Aeneid. 46.
Adhibere odores ad deos. Vide Adhibeo.
Abolere odorem. Plin. lib. 28. cap. 9.
Defluit celerrimè odor: id est, euanescit. Plin. libro 13. cap. 1. 6.
Euanescit odor celerrimè. Plin. lib. 13. cap. 1. 6.
Frui ex utraq; parte corporis odore prodigo. Plin. li. 13. ca. 3. 5.
Odorem oris tollit, gingiuas astringit, dentes firmat. Plinius libro 23. cap. 2. 1. De aceto scillino.
Afflantur è floribus odores. Cic. de Senect. 55.
Capere oderem. Vide Capio.
Capi odore rerum. Cic. pro Cælio, 32.
Continere odorem. Vide Contineo.
Malus odor crescit membris. Horat. Epod. 12. 2.
Bestiæ quædam intolerabili odoris fœditate infectantes depelluntur. Cic. 2. de Nat. deor. 190.
Liquidum ambrosiæ diffudit odorem. Virg. 4. Georg. 83.
Euellere odorem è glebis thuris. Lucret. lib. 3. 66.
Acrem odorem excire. Lucret. lib. 6. 245.
Expirare odorem dicitur res aliqua. Catul. Argon. 59. 18.
Fertur ad superiora omnis odor. Cic. 2. de Nat. deor. 211.
Flouunt odores certis ab rebus. Lucret. lib. 4. 44.
Acerbus fragrat odor. Valer. 4. Argon. 98.
Multo odore fumat ara. Horat. 3 Carm. ode 18. 2.
Iácere odorem de corpore. Lucret. lib. 2. 170.
Iactare odorem. Vide Iacio.
Incendere thus & odores. Cic. 6. Verr. 69.
Galbaneos incendere odores. Virg. 4. Georg. 53.
Suaues odores miscent herbæ. Virg. 2. eclog. 11.
Diuinum odorem spirauêre comæ. Virg. 1. Aeneid. 82.
Aurea nitiantur odoribus. Ouid. 7. Metam. 111.
Odores, in plurali, & aromata, pro eodem accepisse uidetur Colum. lib. 12. capit. 20. 4, Quòd si non ita, ut præcipimus, permiscueris, subsident aromata, & adurentur. Et paulo pòst, 5, Ad prædictum autem modum musti adijci debent ij odores, nardi folium, iris Illyrica, &c.
Ingrati odores. Ouid. 2. Metam. 126.
Differtum corpus odoribus. Tacit. lib. 16.
Odor, infectus aer. Plin. lib. 9. capit. 7. 3, Odorem quidem non aliud quàm infectum aera intelligi posse.
Odor oris & corporis tetterrimus. Cic. 5. Verr. 18.
Odor, per translationem: ut, Odor Dictaturæ, id est indicium. ut ait Budæus. Cic. ad Att. lib. 4. 85. 15.
Suspicionis odor. Cic. pro Cluen. 58.
Legum odor. Cic. 7. Verr. 125.
Lucri bonus est odor ex re qualibet. Iuuen. Satyr. 14. 21.
¶ Odorus, pen. prod. Adiect. (ὀσμώδης) Quod ex se odorem mittit, teste Seruio: ut Stat. 6. Theb. 21,
—& odoro uulnere pinus Scinditur.
Arbor odora. Ouid. 1. de Arte, 58.
Flos odorus. Ouid. 9. Metam. 18.
Sulfur odorum. Claud. 5. Paneg. 51.
Odorus, Indagator & sagax. Virg. 4. Aeneid. 27,
—& odora canum uis. Seruius.
¶ Odoratus, pen. prod. aliud Adiectiuum (ὀσμώδης, ἀνάπλεως ὀσμῆς, ἡδύοσμος, ἀρωματώδης) Quod dicunde accepit odorem, inquit Seruius: ut, Templum odoratum. Plinius epist. 17. libro 2, Ante cryptoporticum xystus mollis odoratus.
Minus odoratum. Plin. lib. 21. cap. 7. 2.
Minimè odoratus. Plin. lib. 21. cap. 7. 2.
Capilli odorati. Horat. 3. Carm. ode 20. 3.
Caput odoratum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 11.
¶ Odoratus, Participiũ, sine origine uerbi. non. n. ab odoro, do, sed ab odore deducitur. Horat. 2. Carm. ode 11, & rosa.
Canos odorati capillos, &c. id est, capillis odoratis. nam sic loquuntur Græci.
¶ Odoratus, Quod ex se odorem habet. Virg. 3. Georg. 83,
Dissere & odoratam stabulis accendere cedrum. Vbi Seruius, Odoratam, pro Odorifera. Plin. lib. 12. cap. 12. 5, Odorata radicis herba.
Bacchus odoratus. Virg. 4. Georg. 56.
Cereæ odoratæ. Ouid. 8. Metam. 46.
Ignes odorati. Ouid. 1. Fast. 16.
Lignum odoratum. Virg. 2. Georg. 24.
Nemus odoratum lauri. Virg. 6. Aeneid. 232.
Rosæ odoratæ. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 13.
Serta odorata. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 1.
¶ Odoratior, & odoratissimus. Plin. lib. 21. capit. 7. 1, Ita & uina mustis odoratiora, & syluestria magis omnia satiuis. Ibidem, 4, Hortensium odoratissima quæ ficea, ut ruta, mentа, apium.
¶ Odoratus, huius odoratus, pen. prod. (ὄσφρησις) pro Olfactu, siue ipso sensu & facultate odorandi. Plin. lib. 11. capit. 4. 3, Insecta autem habẽt oculos, præterq; sensum tactum & gustatum, aliqua & odoratum. Cicero 4. Acad. 42, Nihil necesse est de gustatu & odoratu loqui.
Odoratus, idem quod Odoratio. Cic. 2. de Nat. deor. 235, Nisi si fortè tanta ubertas & uarietas pomorum, eorumq; iucundus nõ gustatus solùm, sed odoratus etiam & aspectus, dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donauerit.
Odoratus, Odor. Plin. libro 25. cap. 13. 8, Folia coriandri teneriora, graui odoratu.
¶ Odoro, odoras, penul. prod. (ὀσφραίνω, ὀσφραίνομαι) odorare. Odorum reddere. Colum. libro 9. capit. 4. 4, Qui coloret, odoretq; mella.
Odoro, pro Odore repleo. Ouid. 15. Metam. 147,
Thura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraq; sonant, & odorant aera fumis.
Sic Græci nonnunquam utuntur uerbo θυμιᾶν.
¶ Odoror, odoraris. Deponens (ὀσφραίνομαι) Olfacere. Colum. libro 6. capit. 2. 1, Deinde nares perfricato, ut homini discant odorari.
Cibum proiectum odoraris. Horat. Epod. 6. 2.
Odorari, per translationem. Cicero Attico, lib. 14. 320. 1, Cæpio enim antequam Romam uenio, odorari diligentius quid futurum sit.
Peruestigare & odorari aliquid. Cic. 6. Verr. 26.
Indagare & odorari. Cic. 4. Verr. 93.
Degustare & odorari aliquẽ, Callidè & clàm explorare quid habeat animi. Cic. ad Attic. lib. 4. 77. 6.
Sagacius odorari, Diligenter inuestigare & indagari. Cicero ad Atticum, lib. 6. 115. 3.
Quàm sagacissimè odorari, quid sentiant, quid existiment, quid



Digitized by Google

expectent, quid uelint, quò deduci facillimè posse uideantur iudices. Cic. 2. de Orat. 100.
Festinè odorari aliqua. Cic. Att. lib. 4. 83. 2.
Vestigijs odorari. Cic. in Pisonem, 65.
Decemuiratum odorari. Cic. 2. de lege Agraria, 67.
Vestigare & odorari uoluptates. Cic. Post red. in Senatu, 13.
Ni uoluptates omnes uestigant atq; odorantur.

¶ Odorans, penul. prod. (ὀσφραίνων) Participium. Plautus Milit. 5. 112,
——si ita non reperio, ibo odorans quasi
Venaticus usq;.

¶ Odoratio, Verbale (ὄσφρανσις) Cicero 4. Tuscul. 31. Et quales est hæc auribus, tales sunt oculorum, & tactionum & odorationum, & saporum.

¶ Odoramen, pen. prod. siue Odoramentum (ἄρωμα) Quod odoris gratia tenemus: sicut unguentum, quod ungendi causa, ut ait Sipontinus. Macrob. libro 1. Saturn. in præfat. Confusura uidelicet omnium succos odoraminum in spiramentum unum. Plin. lib. 21. capit. 7. 1. Omnium autem odoramentorum, atq; adeò herbarum differentia est in colore, & odore, & succo.

¶ Odorarius, Adiectiuum (ὄδμιος) Quod ad odores pertinet.
Odoraria myrrha. Plin. lib. 12. cap. 16. 3.

¶ Odorarius, Substantiuum (ἀρωματοπώλης) Qui odores cõficit & uendit: Græcis aromatopola dicitur.

¶ Odorifer, penul. cor. Adiect. (πολύοσμος, ἀρωματοφόρος) Quod odorem reddit. Pli. lib. 12. ca. 17. 10. Eundē & ad serpentes fugandas urunt, in odoriferis syluis frequentissimas.
Odorifera Arabia, in qua nascuntur odores. Plin. lib. 5. cap. 1. 1.
Gens odorifera. Ouidius 4. Met. 42. Sic uocat Achæmenios, Arabiæ populos.
Odorifera insulæ. Plin. lib. 6. cap. 28. 13.
Lances odoriferæ. Propert. lib. 2. eleg. 14. 5.

Odrysæ] penul. corr. Populus est Thraciæ, ut scribit Plinius lib. 4. cap. 11.

¶ Odrysius, Adiectiuum (ὀδρύσιος) Idem quod Thracius ut, Hasta Odrysia. Stat. 1. Achil. 97.
Boreas Odrysius. Silius lib. 7. 115.
Carmen Odrysium. Valerius 5. Argon. 68. id est, Orphei, qui Thrax erat, carmen.
Rex Odrysius, Rex Thraciæ. Ouid. 6. Metam. 98.

Odyssea] odyssea, pen. prod. (ὀδύσσεια) Homeri opus de Vlyssis erroribus, uiginti quatuor libris absolutum. Deriuata dictio ab ὀδυσσεύς, id est Vlysses. Cicer. de clar. Orator. 36, Num & Odyssea Latina est sic tanquam aliquod opus Dædali, & Liuianæ fabulæ, &c.

Odytes] Vide Odites.

O E

¶ Oea, Africæ ciuitas est, una ex tribus quæ à numero Tripolim illam Africanam fecerunt. Solinus, Achæi Tripolim lingua sua signant, de trium urbium numero, Oea, Taphræ, Leptis magnæ, &c.

Oeagrus] οἴαγρος, Pater Orphei uatis, & fluuius Thraciæ: unde & Hebrus, quòd ex eo fluat, Oeagrius dicitur Virg. 4. Georg. 105,
Tu quoq; marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus.

¶ Oeagrius, Adiectiuum (οἰάγριος) ut,
Aemus Oeagrius. Ouid. 2. Metam. 44.

Oeanthe] Ciuitatis nomen, quæ à quibusdam etiam Oeanthea uocatur. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

Oebades] Darij stabularius, cuius industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est. Vide Herod. lib. 3. et Iustin. lib. 1.

Oebalia] οἰβαλία, duplex est, una quæ & Laconia dicta fuit: & ab Oebalo filio Argulij Oebalia cognominata. De qua Statius in Achilleide, lib. 1. 4.
Soluerat Oebalio classem de littore pastor
Dardanus.
Equi Oebalij. Stat. 6. Thebaid. 66.

¶ Oebalides, penul. corr. Patronymicum masc. (οἰβαλίδης) Ouid. in Ibin, 18. pro gentili posuit,
Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas. id est, Hyacinthus, qui Lacon fuit. Idem 5. Fast. loquens de Castore & Polluce,
Effugere Oebalide cursu potuêre sequentes.

¶ Oebalis, penul. corr. Patronymicum fœm. (οἰβαλίς) Stat. 1. Sylu. 2. 30,
——quis purpura sæpe
Oebalis, & Tyrij moderator liuet aheni. Positum pro adiectiuo. Altera uerò in Italia, iuxta Tarentum urbem inclytam Calabriæ, ab Oebalo filio Telonis, ut quidam uolũt, cognominatam. Virg. 4. Georg. 25,
Nanq; sub Oebaliæ memini me turribus altis, &c.

¶ Oebalius, Adiectiuum (οἰβάλιος) ut,
Matres Oebaliæ, Italicæ. Ouid. 3. Fast. 46.

Oebalus] pen. cor. (οἴβαλος) Argulij filius, rexq; Laconiæ, ab se Laconiam prouinciam, Oebaliam dixit. Fuit & Oebalus, Telonis regis Caprearum insulæ prope Neapolim filius, et nymphæ Sebethidis. Hæc Ser. apud Virg. 7. Aen. 147, Oebalæ, quem genera sse Telon Sebethide nympha Fertur.

Oechalia] οἰχαλία, pars Laconiæ, propinqua Thessaliæ, quæ Oechaliæ nomen assumpsit à ciuitate eiusdem nominis, quæ in illa erat. Ipsa uerò ciuitas, teste Homero libro 2. Iliados, ab Oechaleo fluuio nomen accepit. in hac Eurythus regnauit, qui Herculi filiam Ionam antè promissam denegauit, ideo quòd filius fuerat eum dehortatus, dicens ab Hercule & uxorem & filios esse interemptos. Quare illum & filios interemit, atq; Oechaliam eius urbem euertit. Vide Virg. 8. Aeneid. 59. & Ouid. 9. Metam. 28.
Inclyta Oechalia. Senec. Hercul. Oeth. 4. 38.

Oeconomus] penul. corr. (οἰκονόμος) Latinè dicitur administrator rei familiaris.

¶ Oeconomia, οἰκονομία, Rei domesticæ administratio.
Oeconomia, Dispositio cuiusq; rei, per translotionem. Cicero ad Attic. lib. 111. 1, Iis igitur respondebo. Sic enim postulas. Nec οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem conseruabo tuum. Vitruuius libro 1. capit. 2, Architectra autem constat ex ordinatione, quæ Græcè τάξις dicitur: & ex dispositione (hanc autem Græci διάθεσιν uocant) & eurythmia & symmetria, & decore, & distributione, quæ Græcè οἰκονομία dicitur. Budæus.
Oeconomia apud Oratores, Dispositio causæ dicitur. Quint. lib. 3. cap. 3. 7.
Diligentior œconomia. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7.
¶ Perturbatior œconomia. Cicero Attic. libro 6. epist. 1, Sed. n. οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato: te. n. sequor κατάλογον, οἰκονομία, ordo & dispositio rerum, quæ scribuntur. κατάλογον, qui scribis non ordine, sed ut quidque in mentem uenit.

¶ Oeconomicus, œconomici, penul. corr. (οἰκονόμικος) Quæ gubernandæ familiæ peritus. Cicer. 2. Offic. 128, Has res commodissimè Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur.

¶ Oeconomica, œconomicorum, n. g. (οἰκονόμικα) Quæ ad rem domesticam ac familiarem pertinent. Vnde & Oeconomicus Xenophontis, Colum. in Præfat. libri 12, & Aristotelis œconomica dicuntur.



Digitized by Google

Oecos] οἶκος, Græcè, Latinè Domus siue familia dicitur à quo oeconomus. Ea uoce utitur Plin. lib. 36. cap. 25.

Oecumenicus] penul. corr. Adiectiuum (οἰκουμενικὸς) Uniuersalis, & ad totum orbem pertinens. Vnde Concilium œcumenicum. οἰκουμένη enim, idem est quod orbis terrarum, terra habitabilis.

Oecyrines] Vir Argiuus, qui donauit Agamemnonem thorace pulcherrimo. Homer. Iliad. lib. 11.

Oedipus] penul. corr. (οἰδίπους) filius Laij regis Thebani, dum adhuc matris utero teneretur, & pater Laius Apollinem de nascitura prole consuleret, ab oraculoq; percepisset debere se à nascitura prole interfici, natũ puerum pastori armentorum suorum occidendum tradidit: qui dum ætatis miseretur, & regium imperium exequi cogeretur, paruuli pedes gladio perforauit: & uimine suspendit ad arborem, quasi inedia moriturum. Quod ipse apud Senecam in Oedipo testatur. Sed quum uagitu Phorbantem pastorem Polybij Corinthiorum regis ad se puer traxisset, ille consciss uinculis iam tumidum pedibus puerum cuidam largius est, qui letus ad Meropem uxorem Polybij regis liberis carentem pro magno munere detulit. illa unà cum uiro, tanquam filium cælitùs missum, paterna charitate suscepit, & à pedum tumore Oedipodem nominauit. Cuius penultima breuis à poetis nostris poni consueuit, & declinatur Oedipus, huius Oedipodis, Græcè. Latinè uerò Oedipi teste, Prisciano lib. 6. & Donato. Hic quum semel Thebas pergeret. Sphinge comperta, eius ænigma dissoluit, & monstrum interemit. Vnde rerum obscurissimarum interpres postea dictus fuit.

Dauus sum, non Oedipus. Erasmus in Chiliad. Oedipi ingeniũ scitè proponendis, simul & dissoluendis ænigmatum scyrpis nobilitatum est, propter dissoluta Sphingis problemata, adeò ut in prouerbium abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in Andria. seruus dissimulans intelligere quod herus dixerat, Dauus, inquit, sum, non Oedipus. Id quod commutato nomine potest ad quemlibet accommodari, Paulus sum, non Oedipus: Antonius sum, non Oedipus. Quin ipsa per se figura prouerbialis est: potestq; ad eundẽ modum fingi ex quauis uel persona, uel re uulgò nobi itata. Vt, Quî possim omnia meminisse? Petrus sum, non Lucullus. Quî possim tantis sufficere laboribus? Nicolaus sum, non Hercules. Quî potero rem tam duram persuadere? Ricardus sum, non Cicero. Erasmus.

¶ Oedipodes, Oedipodæ (οἰδιπόδης) pro eodẽ dicitur. Stat. lib. 1. Thebaid. 4,

—limes mihi carminis esto
Oedipodæ confusa domus.

Impij Oedipodæ nuptiales faces. Senec. Herc fur. 6. 32.

¶ Oedipodionius, pen. corr. Adiect. (οἰδιποδιόνιος) Ouidius 15. Met. 86,

Oedipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ?

Fratres Oedipodionij. Stat. 10. Thebaid. 156.

¶ Oedipodionides, penul. corr. Patron. masc. (οἰδιποδιονίδης) Stat. 1. Theb: 63,

Interea patrijs olim uagus exul ab oris
Oedipodionides furtim deserta pererrat Aoniæ.

Dirus Oedipodionides. Stat. 6. Thebaid. 86.

Oenantharion] οἰνανθάριον, Vnguentum œnãtinum est, teste Aegineta, qui non ob id sic nominatũ putat, quòd cenãthẽ respiret, quũ sæpe fiat sine ea, sed à uino et Loribus illij.

Oenanthe] œnanthes (οἰνάνθη) Flos labruscæ, hoc est, uitis syluestris: non tamen cuiuslibet (nam duæ sunt labruscæ species) sed eius tantùm, quæ solum florem, non etiam uuas profert. Colligitur cum optimè olet: siccatur in umbra, substrato linteo, atq; in cados conditur, Dicitur quasi οἶνος ἄνθος, hoc est, uini flos. Author Plin. lib. 12. cap. 28.

¶ Oenanthe, oenanthes, Herba. Plin. lib. 21. cap. 24. Oenanthe herba nascitur in petris, folio pastinacæ, radice magna, uinerosa. Sunt qui putent esse eam quæ uulgò Filipendula dicitur: uocatamq; Oenanthen, quòd cum uino floreat.

¶ Oenanthinus, penult. corr. Adiectiuum (οἰνανθίνος) Quod ex œnanthe factum est: ut, Oenanthinum oleum. Plinius lib. 23. cap. 4. 4.

Oenanthia] οἰνανθία, Vrbs Sarmatiæ in Asia, Ptolemeo lib. 5. Hodie S. Sophia.

Oeneus] duarum syllabarum (οἰνεύς) Calydoniæ rex, & Deianiræ pater, de primitijs, omnibus numinibus sacrificauit, excepta Diana: quæ irata aprum immisit, qui cuncta uastabat, donec à Meleagro Oenei filio occideretur. Hæc seruius. Ouid. 8. Metam. 98,

An fœlix Oeneus nato uictore frueturr?

¶ Oenei partu edita. Periphrasis est Deianiræ Oenei filiæ. Cic. 2. Tuscul. Vecors Oenei partu edita, &c.

¶ Oeneus, trium syllabarum, penul. prod. Adiect. (οἰνεύς) Ouid. 8. Metam. 57,

Inquit, & Oeneos ultorem spreta per agros
Misit aprum.

¶ Oeneus, Aliud adiectiuum (οἰνήϊος) quatuor syllabarum ut, Heros Oeneius. Stat. 5. Thebaid. 33.

¶ Oenides, pen. prod. Patronymicum masc. (οἰνίδης) Ouid. 8. Metam. 83,

At manus Oenidæ uariat, &c. id est, Meleagri filij Oenei.

Magnus Oenides. Stat. 5. Thebaid. 81.

Oeno] Vna fuit ex filiabus Anij & Dorippes, quibus id impartiuerat Dionysius, ut quicquid attigissent, in triticũ statim uerteretur, & uinum, & oleum: unde dictæ Œnotrophæ, quasi in nouas formas omnia uertentes. Meminit Cel. libro 7. cap 15.

Oenoanda] Oppidũ Cabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula est, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & Oenoandam. Author Plin. lib. 5. cap. 27.

Oenomeli] οἰνόμελι, Potio ex melle & uino austero, quam Latini mulsum appellant. Vide Dioscor. libro 5.

Oenochonus] οἰνόχοος, teste Herodoto lib. 7. Fluuius in Thessaliam defluens. sicut & Peneus.

Oenomaus] penul. cor. (οἰνόμαος) filius Martis, rex Elidis & Pisæ, atq; Hippodamiæ pater. hic uictus à Pelope regnũ amisit: totaq; postea regio Peloponnesus à Pelope dicta est. Strabo libro 8. Alter fuit Pelponnesus, in bello Troiano ab Hectore interfectus, teste Homero.

Oenone] penul. prod. (οἰνώνη) ut ait Strabo libro 8. nomen ciuitatis, & Nymphæ Phrygiæ, à Paride adamatæ. Ouid. 2. de Remed. amor. 31.

Oenophorum] œnophori, pen. corr. (οἰνόφορον) Vas ad ferenda uina aptum. Martial. lib. 6. 89.

Reddidit œnophori pondera parua sui. Cic. 2. de Finib. 40, Quibus uinũ diffusum è pleno sit œnopboro, ut ait Lucilius. Quædã exemplaria legũt, hirsiphõ. Vide Brochus.

Oenophorus, phori (οἰνόφορος) Minister uinũ ferens, uel pocula uini inferens. Plinius libro 34. cap. 8. Praxiteles fecit Stephusam, Spilamenem, Oenophorum, Harmodium, &c.

Oenopia] οἰνοπία, Insula est, quæ alio nomine Aegina dicitur. Vide Aegina Ouid. 7. Metam. 95,

Oenopiam ueteres appellauêre, sed ipse
Aeacas Aeginam genitricis nomine dixit.

¶ Oenopius, Adiectiuum (οἰνόπιος) ut,

Muri Oenopij. Ouid. 7. Metam. 98.

Oenopola] œnopolæ, pẽ. prod. (οἰνοπώλης) Venditor uini.

¶ Oeno-

¶ Oenopolium, œnopolij (οἰνοπώλιον) Taberna uinaria, Plaut. Pseud. 11. 52,

Quin in corde instruere quondam cœpit œnopolium.

Idem Asin. 5. 48.

Oenopte] οἰνόπτας, in Græcorũ cõuiuijs dicebãtur, quorum officium erat dare operam, ut ex æquo biberetur. Vide Cæl. Rhodiginum.

Oenotria] οἰνωτρία, regio est Italiæ. Nõnulli uerò ipsam Italiam sic uocatam esse perhibent ab Oenotro Arcade, ut refert Pausanias lib. 8. Pisander uerò lib. 13. à uini bonitate appellatam sic esse ait. Gentile nomen est Oenotrus, & Oenotrius. Hæc Stephanus, qui Oenotriã Græcè οἰνωτρίαν per ω μέγα in medio scribit: ut mirũ sit apud Latinos poetas correptam inuenirì. Et fortasse apud quosdam Oenotri interdum, non Oenotrij legendum esset: quod apud Silium Italicũ ubique obseruatũ uidi. Vide suprà in dictione Italia.

¶ Oenotrius, Adiectiuum (οἰνώτριος) ut,

Pubes Oenotria. Silius lib. 12. 130.

Tellus Oenotria. Virg. 7. Aeneid. 17.

Viri Oenotrij. Virg. 2. Aeneid. 108.

¶ Oenotrus, Aliud adiectiuum (οἰνωτρὸς) ut,

Pines Oenotri. Silius lib. 13. 11.

Oræ Oenotræ. Silius lib. 8. 44.

Oenotrides] οἰνωτρίδες, dictæ sunt duæ insulæ, quæ sunt contra Veliam, Pontia scilicet & Iscia. Plin. lib. 3. cap. 7.

Oenus] Germaniæ fluuius, uulgò dictus Ine.

Oenussæ] οἰνοῦσσαι, Tres insulæ sunt ante Messenen Peloponnesi urbem, quorum meminit Plinius libro 4. capite 12. Est item Oenussa, exigua insula, Chio adiacens. Plinius lib. 5. cap. 31.

Oesipœum] οἰσιποῖον, Genus calceamenti maliebris, Polluci lib. 5. cap. 16. ubi Gualtherus uertit Monile.

Oestrum] œstri, Græcè, Latinè furor dicitur, οἶστρος. Vnde Statius uocat œstrum, poeticum furorem, libro 1. Theb. 7,

Tempus erit quum laurigero tua fortior œstro
Facta canam.

Oestrum etiam Latinè asilus dicitur, uolatile paruum, uulgò tabanus, ut ait Seruius: ex soni similitudine dictus. Virgil. 3. Georg. 30, Est lucos Silari circa, &c.

Colum. lib. 9. cap. 14. scribit, nasci in extremis partibus fluuiorum, amplioris magnitudinis, quàm sunt apes cæteræ: eosq; nonnulli putant esse reges. Verùm quidam Græcorum authores οἴστρους appellant, ab eo quòd exagitent, neq; patiantur examina conquiescere.

Oesus] pro usus. Cicero de Legibus, Ast quid erit quod extra magistratus coeratione oesus sit. id est, curatione sit opus. Nam prisci non rarò pro ũ, œ posuerunt, ut pro munire, mœnire: pro mutuus, mœtuus: pro murus, mœrus: pro uti, œti. Festus, Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus œtier solet. Martianus tamen esse putat oisus scribendum. Nam de litera i disputans, i copulatur, inquit o literæ in nomine Iouis, & Oimone: Oisus etiam dicitur. Sic. n. ueteres usum dixerunt. In exemplaribus apud Ciceronem legitur hesus: sed Turnebi consilio reponi debet oesus, ut suprà scripsimus.

Oesyme]es, (οἰσύμη) Oppidũ est in Thracia, siue in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima est, non procul à Philippis & Neapoli. Meminit huius oppidi Plin. li. 4. cap. 11.

Oesypum] œsypi, pen. corr. neu. g. (οἴσυπος) dicitur pingue illud collecta in lana succida. Ouid. 3. de Arte, 43,

Oesypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,
Demptus ab immundæ uellere succus ouis?

Plin. lib. 29. cap. 2. 5, Quin ipse sordes pecudum, sudorq; feminum & alarum adhærentes lanis (œsypum uocant) minumeros propè usus habent. Dicitur etiam lana succida & sordida, iam primùm ab ouibus detonsa, nondum mundata, sed quæ adhuc cum sudore est, & sordibus. Græcè οἰσύπη, καὶ οἰσυπός. Legitur apud quosdam œsipa, apud alios œsopa: utrunq; malè, ut opinor. Oesypum dicitur, quasi ὄϊος ὑπνος: id est, ouis sordes.

Oeta] Mõs Doridos, apud Plin. lib. 4. cap. 27. Et li. 35. cã. 11.

Oeta] siue Oete (Οἴτη) Mons inter Thessaliam & Macedoniam, clarus morte & sepulchro Herculis, in quo (ut Seruius inquit) stellæ uidentur occidere, sicut de Ida nasci: & ubi elleborum optimum nascebatur, ut refert Plin. libro 25. cap. 5. A Parnaso usq; Pindũ pars in Termopylas uergens, propriè Oeta uocatur. Quidã addunt aspiratiõnẽ, Oetha.

Ardua Oete. Ouid. 9. Metam. 47.

Alta Oete. Idem 9. Metam. 41.

Frondosa Oete. Stat. 4. Thebaid. 32.

Nemorosa Oete. Ouid. 9. Metam. 34.

Tibi deserit Hesperus Oetam. Virg. 8. eclog. 6.

¶ Oetæus, Adiect. (Οἰταῖος) unde Hercules Oetæus dictus est.

Iuga Oetæa. Propert. lib. 1. eleg. 13. 5.

Oethyni] Populi sunt iuxta pontum. Sipontinus.

Oetoscyros] Lingua Scythica Apollo dicebatur.

Oetum] Herba est Aegypto peculiaris, de qua sic Plin. libro 21. cap. 15, de Aegyptijs loquens, Mandunt, inquit, & œtũ, cui pauca folia, minimaq;, uerùm radix magna. Turnebus eam esse putat, quæ à Theophrasto ὄϊγγον dicitur. Sed & Hesychius scribit, ὄϊγγον καλεῖσθαι ὑπ' ὀνίων οἶτον. Fortassis igitur apud Theophrastum ὄϊτον, nõ ὄϊγγον scribendum.

Oetus] οἶτος, frater Ephialtis gigantis, filius Aloei: quorum meminit Virgil. 6. Aeneid. 117. Hic pugnauit in Creta, ut Sallustius refert. Vnde Oetij campi. Hic Seruio & alijs uocatur Othus.

O F

Offa] offæ, Festus, Penitam offam Næuius appellat absegmen carnis cum coda. Antiqui enim offam uocant absciſſum glo bi forma, ut manu glomeratam pultem. Iuuen. Satyr. 2. 4,

——& patruo similes effunderet offas.

—nigra in facie tumidis liuoribus offa. Iuuen. Satyr. 16. 2.

Offa, Cibarium ex frustis panis in iure pingui, caseo uetere, pipere & cinamomo conditis, quæ iussulata & caseata dicitur. Sipontinus, Offa & pultem significat, & quicquid est in pultis modum redactum. Virg. 6. Aeneid. 84,

Melle soporatam & medicatis frugibus offam Obijcit.

Potest etiam fieri offa ex alijs rebus. Varro lib. 3. de Re rustica, cap. 5. 3, Cibatui offas positas: hæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto.

Offa, Massa. Plin. libro 9. cap. 48. de lepore marino, In nostro mari offa informis colore tantùm lepori similis.

Conuolutum in offas. Vide Conuoluo.

Offa & massa promiscuè utitur Colum. lib. 12. cap. 38.

Offæ quibus aues saginantur. Colum. lib. 8. cap. 7.

Obijcere offam. Cic. 1. de Diuin. 53.

Cadit offa ex ore pulli. Cic. 2. de Diuin. 110.

Pultis offa. Cic. 2. de Diuin. 111.

Offæ panis. Colum. lib. 8. cap. 9. 2.

Offæ ficorum. Colum. lib. 12. cap. 15. 3.

Carminis offæ. Pers. Satyr. 5. 1.

¶ Ofella, ofellæ, Diminutiuum, simplici f scribendum esse docet Seruius, quia primam syllabam corripit, contra primitiui naturã. Frustulum carnis. Dicitur q; ofella porcina à porco quam in sartagine, craticula & prunis coquimus. Vitulina, à uitulo, quam ad ignẽ uerubus uersantes, ad escam paramus. Martial. lib. 14. 227,

Parua tibi curua craticula sudet ofella. Iuuenal. Satyr. 11. 15,

——at ru-

—at rudis omni Tẽpore, & exiguæ frustis imbutus ofellæ.

¶ Offula, offulæ, pen. corr. Aliud diminut. Suet. in Claud. Cæsare, Rogo uos quis potest sine offula uiuere?

Offector] offectoris, dicitur, authore Festo, qui proprio colori nouum adijcit.

Offendo] offendis, offendi, offensum (προσκόπτω) offendere, Compositum ex Ob & Fendo, quod non est in usu, Incurrere in aliquid, atq; incidere significat. Terẽt. Eunuc. 5.9.34,

Si in platea hac te offendero pòst unquam, nihil quod dicas mihi. Alium quærebam, iter hac habui: peristi.

Scopulum offendere. Cicer. pro Roscio Amerino, 48. Hîc per translationem.

Puppis offendit in scopulis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.5.

Offendere ad. Quintil. lib. 6. capit. 3. 46, An non plurima καθ' ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homine prælongo, Caput eum ad fornicem Fabij offendisse.

Offendere ad stipitem. Collum. lib. 2. cap. 3. 22.

Offendere ad Africam. Liu. 8. bel. Pun. 238.

Offendere, Læsionem & offensionem accipere ex aliqua re in aliquam corporis partem. Colum lib. 5. capit. 9. 10, Deinde arando ne coxam bos, aliamúe partem corporis offendat.

Latus offendere. Cic. pro Cluentio, 139.

Offendere (ἐντυγχάνω) Inuenire, sed præter opinionem. Terent. Heaut. 2. 3. 44,

Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Idem Hecyr. 3. 1. 45, Quónam modo Philumena mea nunc te offendam affectam?

Imperatum aliquem offendere. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 4.

Offendere, Peccare, errare, aut etiam lædere aliquem. Cicer. ad Varronem, lib. 9. 2. 6, Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Aliquem offendere (βλάπτειν, αἰτιᾶσθαι) Suet. in Claud. Cæsare, capit. 26, Priorem, quòd parentes eius Augustum offenderãt, uirginem adhuc, repudiauit.

Offendere apud iudices. Cic. pro Cluentio, 50, Postremò certè potius illum qui bis apud eos iudices offendisset, quàm eum qui bis causam ijs probauisset. id est, damnatus esset, contrariam sententiam tulisset. Budæus. Offendit apud iudices, de quo malè iudicatur, id est, damnatur.

Aciem oculorum offendere. Vide Acies.

Amicum offendere in nugis. Horat. de Arte, 91.

Offendere alicui animum. Cicer. ad Attic. lib. 4. 8 4. 4, Veritas est pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Publio offenderet.

Offendere animos bonorum in re aliqua. Cic. ad Qu. fratrem, libro 1. 7. 5.

Animus meus multis rebus offenditur. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 13.

Contumelia offendere aliquem. Cic. Att. lib. 6. 114. 5.

Existimationem alicuius offendere. Cic. ad Appi, libũ. 3. 8. 28.

Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6. 159.

Pectora offenduntur facto aliquo. Ouid. 2. de Rem. amor. 7.

Sensum aliquorum offendere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 61.

Vitio alicuius offendi. Cic. 2. de Inuent. 124.

In aliquo aliquem offendere. Cic. Appio, lib. 3. 8. 13.

Offendere aliquid in re aliqua. Cicer. 1. de Orat. 63, Nihil enim est tamen insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis.

Offendi. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16. 14, Ille si omnibus est maleuolus, quod nunquam existimaui, minus offendor in me: sin autem à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt.

Offendi in aliquo. Cic. ad Quin. fratrem, libr. 1. 1. 21, Sed siquis est in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris. id est, spe & existimatione, quam de eo conceperas, deceptus fueris.

Offendere in arrogantiam. Cicero 2. de Inuent. 125. id est, incidere. Budæus.

Offendere aliquid in aliquo. Cic. pro Milone, 76, Quæ si nos cœpit obliuio, aut si in me aliquid offendistis. id est, si nos læsi uel fefelli.

Offendit me loci celebritas. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 13.

Offendit eos noster labor. Cic. 1. de Finib. 6.

Offendere, pro Infœlicciter agere. Cic. 7. Ver. 102, Quam multi uiri fortes in communi incertóq; periculo belli & terræ & mari sæpe offenderint.

Offendebatur, cum infinitiuo, pro Grauiter ferebat. Sueton. in Octau. Augusto, cap. 89, Componi tamen aliquid de se, nisi & seriò & à præstantissimis, offendebatur.

Offensum esse, impersonaliter dicitur, quum aliquid secum accidit quàm sperabamus, ut ait Budæus. Cic. Lentulo, libro 1. 7. 16, Si cecidisset ut uolumus, ut optamus, omnes te & sapienter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupidè & temerè feciße dicturos. Idem 1. Verr. 40, Si tantulum offensum, titubatumq; sit.

¶ Offendens, Participium (βλάπτων) Qui offendit.

Offendens, pro Offensus uidetur usurpatum à Gellio libro 9. capit. 15, Aderat nobiscum ibi Iuliani sectator, imnemis prœptus & proficiens, & offendens iam in eo, quòd illa apud Iuliani aures in præcipiti stare, & subitaria dictione periculum sui facere audebat.

¶ Offensus, Aliud Participium (βεβλαμμένος) Læsus. Liuius ab Vrbe cond. Miles offenso scuto præbuit sonitum. Plinius lib. 7. cap. 53.

Pede offenso procumbere. Ouid. 2. Fast. 144.

Pergrauiter offensus. Vide Pergrauis.

Vehementer à quibusdam offensus. Hirtius Ciceroni, in Epist. ad Atticum, lib. 15. 325. 5.

Damnis offensus. Horat. 1. epist. 7. 18.

Vitijs offensus. Ouid. 10. Metam. 49.

Nolo offensum. Vide Nolo.

Deos offensos mereri. Ouid. epist. 20. 10.

Hominem sibi offensum subleuare. Plancus Cicer. lib. 10. 18. 5.

Alienatus & offensus animus. Cic. Attico, lib. 1. 12. 10.

Offensa uoluntas populi. Cic. 5. Tusc. 194.

Offensus, Adiectiuum, nonnunquã actionẽ significat, nimirum q offendit, q peccauit: ut, Offensa forma. Horat. Epod. ode 15,

Nec semel offensæ cedet constantia formæ, Si certus intrârit dolor. Vide Lambinum.

Offensus alicui, Nomen, pro Inuiso. Suet. in Iulio Cæsare, capit. 19, Pompeium assectatus est, offensum Patribus quòd Mithridate uicto, &c.

Inuidiosus & offensus. Cic. pro Cluentio, 127.

Inuidiosus & offensus ordo Senatorius: id est, odiosus & inuisus, inquit Budæus. Cic. 5. Verr. 123.

In offenso esse. Lucret. lib. 3. 192.

Offensus, pro Infenso & irato: propterea quòd qui offensi & læsi sunt, irasci solent. Planc. Cicer. lib. 10. epist. Si hominem offensum mihi, coniunctum cum Repub. non subleuassem.

¶ Offensior, pro Irato. Cic. ad Atticum, lib. 1. 3. 2, Quòd ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa, quante mihi curæ fuerit, ut Qu. fratris animus esset is qui esse deberet: quem quum esse offensiorem arbitrarer, eas literas ad eum misi, quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut minorem, & obiurgarem ut errantem. Idem pro Cluentio. 137.

¶ Offensum, Substantiuum (βλάπτημα) Cic. 1. de Inuent. 105, Offensum, est quod eorum qui audiunt uoluntatem lædit.

¶ Offensa, offensæ (αἰτίασις) ferè actiuè sumitur: estq; eius qui offendit, ut ait Valla. Quintil. libro 6. capit. 6, Idem quum offensam uereretur, si obiurgaret populi segnitiem. id est,

ne pœ

ne populum Atheniensum offenderet.
Offensæ. Tacit. lib. 19, Satis patuit ijs, qui principum offensas acriter speculantur.
Leues offensæ. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 26.
Offensa, Gratiæ opponitur. Quint. lib. 4. capit. 2, Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ excipiendo recta, quàm offensæ reprehendendo prava mereamur.
Periculosa potentium offensa. Quint. lib. 2. cap. 20. 7.
Habere offensam. Quint. lib. 9. cap. 2.
Mereri offensam: id est, committere aliquid quo alius offendatur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 4,
Ab, pudet offensam non meruisse prius. Vide Mereo.
Respuere offensas, Obliuisci iniuriarum Claud. 2. Paneg. 9.
Esse in offensa apud aliquem, pro Offendere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 17. 1. 4.
Sentire offensam in cœna. Celsus lib. 1. cap. 6.
Offensam suscipere & subire. Plin. lib. 2. epist. 18.
Vereri offensam. Quint. lib. 6. cap. 5. 6.
Vindicare sua offensas nece. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 8.
Sine gustu offensa. Colum lib. 12. cap. 21.
¶ Offenso, offensus (προσκρόω) offensare, Frequentatiuum ab Offensum, supino uerbi Offendo. Liu. 5. bel. Pun. 203, Flere omnes repentè, & offensare capita.
¶ Offensando (τῷ προσκρόειν) Lucret. lib. 2. 211,
—& ipsa. Sponte sua fortè offensando semina rerum, &c.
¶ Offensans, offensantis, Participium (προσκρόων) Quintil. lib. 10. cap. 7, de extemporali dictione loquens, Si non interstientes offensantesq; breuia illa atq; concisa singultantium modo electuri sumus.
Offensio] Verbale (πρόσκρουμα, προσκοπή)
Pedis offensio. Cic. 2. de Diuinat. 126.
Asperitas & offensio. Cic. de Vniuersit. 23.
¶ Offensio, est penè idem quod Inuidia (βλάβη) id est, Odium publicum & prava existimatio. Cic. 1. Verr. 13, Apertè ab iudicibus petit, ut tu mihi anteponare: & ait hoc se honestè, sine ulla inuidia, ac sine ulla offensione contendere.
Offensio & Beneuolentia, contraria. Cic. pro Muræna, 39.
¶ Offensio, & Gratia contraria. Plin. lib. 19. cap. 1. 3.
Periculosa offensio. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 18.
Vitiosa offensio atq; fastidium. Cic. 4. Tuscul. 35.
Offensiones belli, Damna & pericula. Cic. pro lege Manilia, 19.
Offensio hominum, Nocumentum & impedimentum quo alijs nocemus, & alios offendimus. Cic. 1. Verr. 23.
Offensio totius ordinis, pro Offensa, actiuè. Cic. 1. Verr. 5.
Offensiones graues, Læsiones & dolores. Cicero ad Tironem, libro 16. 12. 1.
Odiosa offensio. Cic. de Senect. 60.
Accendere offensiones. Vide Accendo.
Accipere offensionem. Vide Accipio.
Accipere offensionem, & Deponere, contraria. Cicero Attic. lib. 1 12. 3.
Afferre offensionem. Vide Affero.
Cadere in offensionem. Vide Cado.
Concitare grauem offensionem, & magnum odium. Cicero 1. de Inuentione, 112.
Coniectare multu offensionem. Tacit. lib. 1.
Effugere offensionem. Cic. Seruio, lib. 4. 4. 13.
Excipere offensionem. Cic. 1. de Inuent. 44.
Habet offensionem hæc res apud aliquos. Plinius libro 19. cap. 1 3.
Offensio fit: hoc est, molestia, Varro 1. de Re rust. cap. 17. 4.
In odium & offensionem aliquorum incurrere. Cicero 2. Verr. 22.
Lenire offensionem. Cic. 1. de Inuent. 44.
Offensione turpitudinis moueri: pro, Offendi turpitudine. Cic. 5. de Finib. 110.
Obliterare offensionem. Vide Oblitero.
Priuatam offensionem obliterare. Cicer. Post red. in Senatu, 18.
Offensioni esse, Molestiam adferre. Cic. ad Attic. lib. 13. 28. 3.
Inuidiã atq; offensionẽ suscipere apud populũ. Cic. 4. Ver. 95.
Labores & molestiæ offensionum & repulsarum quasi quandam ignominiam timere & infamiam. Cic. 1. Off. 102.
Offensionem negligentiæ uitare atq; effugere: hoc est, crimen & culpam. Cic. 3. Verr. 72.
¶ Offensiuncula, penul. corr. (βλαβίδιον) Diminutiuum, Parua noxa. Cic. pro Plancio, 41, Vidit M. Pisonem in ista Aedilitate offensiuncula accepta, summos à populo Rom. esse honores adeptos.
¶ Offensus, huius offensus (πρόσκομμα) Idem quod Offensa. Lucret lib. 6. 67,
Non igitur multis offensibus in temerando. Senec. epist. 108, Per huiusmodi offensus emetiendum est confragosum hoc iter.
¶ Offensus, ἀπαάντημα, Occursatio, quum inter se offendunt atomi. Lucret lib. 2.
¶ Offensaculũ, offensaculi, pẽ. cor. Lactant. de Opificio Dei, ca. 1. Summa ergo prudẽtia est, pedetẽtim incedere, quoniã aduersarius noster offensacula pedibus latenter opponit.
¶ Offensator, penul. prod. offensatoris (προσκοπιστὴς) Qui offendicula incurrere solitus est: ut, Offensator equus. Quint. lib. 10. cap. 3, de dictandi modo loquens; At idem ille qui excipit, si tardior in scribẽdo, aut inertior in legẽdo uelut offensator fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resistit, aut potius qui perperam legit.
¶ Offendiculum, offendiculi, penul. cor. (προσκομμάτιον) Impedimentum, obstaculum. Plin. epist. 188, Sunt enim in hac offendicula nonnulla circunfer oculos, & occurrent.
¶ Offendimentum, Idem quod Offendix. Festus.
¶ Offendix, offendicis, penul. prod. Ligaturæ nodus, quo apex retinebatur. Festus, Offendices ait esse Titius ligaturæ nodos, quibus apex retineatur & remittatur, at Veranius choriola existimat, quæ sint in loris apicis, quibus apex retineatur & remittatur. quæ ab offendendo dicantur. Nam quum ad mentum prouentum sit, Offendi mentum.
¶ Offendo, Offensio, Antiquum. Afran. Vopisco, Quoq; num offendo sepe procul nostra sit mala. Ex Nonio.
Offercio] offercis, offersi, offertum (ἐπιβύω) offercire Implere.
¶ Offertus, Participium (ἐπιβυτὸς) Plenus. Plaut. Asin. 7. 18.
Maximas optumitates gaudioq; offertissimas pariet.
Offertissimus, pro Pinguissimo, apud Plautum Capt. 13. 8,
Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.
Offero] penul. corr. offers, obtuli, oblatum (προσφέρω, προσφέρω, προβάλλω) offerre, Exhibere, siue quòd à barbaris dicitur præsentare. Terent. Heaut.
Opportunè te mihi offers. Cic. ad Atticum, libro 2. 37. 1,
Quod sors obtulerit, id acturus uideatur.
Peropportunè offerre. Vide Peropportunus.
Alicui offerre quod ipse sibi optare deberet. Cicero pro Cluent. 136.
Offerre aliquid in lusum. Quint. lib. 1. cap. 1. 20.
Tellus obtulit accessus faciles puppibus. Lucan. lib. 3. 9.
Aduentum offerre. Terent. Hecyr. 3. 3. 10.
Auxilium offerre. Iustinus, Cũ ei auxilium obtulisset. Cicero 6. Verr. 96.
Beneficium offerre. Cæsar 6. bel. Gal. 154.
Obuius ipse caput obtulit letho. Lucret. lib. 3. 212.
Caput offerendum fuit letho. Senec. Medea, 7. 2.

Caput

Caput uilitati & periculis offerre. Plaut. Capt. 5. 37. Cicero pro Sylla, 64.
Crimen offerre, pro Criminari. Cic. de Amicit. 58.
Incendium offerre. Cic. pro Domo sua ad Pontifices, 49.
Iniuriam offerre. Terent. Hecyra, 5. 1. 13.
Iusiurandum offerre. Suet. de claris Rhet. 5. Quint. lib. 5. capit. 6, Iusiurandum litigatores offerunt suum.
Luctum offerre alicui. Catul. Argon. epig. 59. 50.
Maiestatem suam contumeliæ offerre. Liu. 3. ab Vrbe, 48.
Morti pro te toties me obtuli. Cic. pro Milone, 72.
Mendicitatem offerre. Plaut. Rud. 13. 30.
Mœrorem offerre. Plaut. Casin. 15. 50. Terent. Hecyr. 3. 1. 1, Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini unquam oblata.
Metum offerre. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 14.
Moram offerre, Remorari. Plaut. Casin. 15. 50. Et Pseud. 5. 18, Quis est, qui moram occupato molestam obtulit?
Occasionem offerre. Cic. pro lege Manil. 2, Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur.
Officium offerre alicui. Lucan. lib. 9. 13.
Opem obtulit inuito. Ouid. ad Liuiam, 84.
Operam ultrò offerre. Liu. 10. bel. Maced. 96.
Optatum offerre. Terent. Adelph. 5. 9. 21.
Os suum non modò ostendere, sed etiam offerre. Cic. pro Rosc. Amerino, 53.
Oscula offerre alicui. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 11.
Religionē offerre, Inijcere scrupulū. Cic. ad Planc. lib. 10. 12. 8.
Se offerre. Cic. pro lege Agrar. 27, Finem feci offerendi mei: ne fortè mea sedulitas, aut seditiosa, aut impudens uideretur.
Vltrò se offerre & polliceri. Cic. pro Plancio, 19.
Profiteri, offerre se, & polliceri. Cic. Quint. frat. lib. 1. 2. 25.
Ocurrere, offerre se, & non uocatum respondere. Cicero 3. de Orat. 105.
Offerre se ad mortem pro patria. Cic. 1. Tusc. 51.
Se alacrem offerre. Cic. ad Atticum, lib. 5. 100. 2.
Offerre se alicui, pro In conspectum eius prodire. Cic. ad Atticum, lib. 3. 50. 3, Quem ego, &c. uitauī ne uiderē, ne aut illius luctum squalorem q; aspicerem: aut ne quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictum q; offerrem. de Quinto fratre. Budæus.
Gratulationi se offerre. Cic. Attico, lib. 9. 173. 1.
Ignotum se offerre uenientibus. Virg. 2. Aeneid. 12.
Offerre se & salutem suam in discrimen pro statu ciuitatis. Cicero pro Sestio, 1.
Se in societatem gloriæ alterius offerre. Cic. pro Marcello, 4.
Se in uia offerre. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 10.
Inuidiæ periculisq; omnibus pro salute aliquorum se offerre. Cic. 3. in Catil. 71.
Melioribus se offerre. Horat. 1. epist. 2. 14.
Offerre se ultrò morti. Cæsar 7. bel. Gal. 309.
Acriter se morti offert uir fortis. Cic. pro Milone, 71.
Si nihil se offert quod sit probabilitati illi contrarium, &c. Cicero 4. Academ. 178.
Se obuiam alicui offerre. Terent. Adelph. 3. 2. 24.
Offerre se periculis sine causa. Cic. 1. Off. 116.
Offerre se prælio. Cæsar 3. bel. Ciuil. 262.
Pro omnium salute se offerre. Cic. in Pisonem, 15.
Offerre se, pro Opponere. Cic. ad Brutum, 15. 8, Romam ut ueni, statim me obtuli Antonij sceleri atq; dementiæ.
Temeritatibus se offerre. Cic. pro Sestio, 52.
Spem offerre, pro Dare spem. Cæs. 6. bel. Gal. 120.
Stuprū offerre, Stuprare. Cic. 3. Off. 49, Reginæ stuprū obtulit. Correctiora exēplaria legunt, intulit. Idem 2. Philip. 99.
In discrimen uitam suam offerre. Cic. pro Sest. 52.
Vitam suam pœnæ offerre. Cic. pro Rab. Posth. 13.
Vitium uirgini offerre, pro Violare, & uim inferre. Terent. Adelph. 3. 1. 9.
Vultus blandos offerre alicui. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 1.

¶ Oblatus, penul. prod. Participium (προβεβλημένος) Cæs. 1. bel. Ciuil. Sic oblatus terror à ducibus, crudelitas in supplicio, uana religio iurisiurādi, spē præsentis deditionis sustulit.
Oblatam mihi causam gaudeo, in qua, &c. Cicero Attic. libro 16. 339. 2.
Facultas oblata. Virg. 4. Georg. 88.
Oblata facultate, se in castra receperunt. Cæs. 1. bel. Ciuil. 267. Cic. pro Cluentio, 61, Oblatā sibi facultatem putauit, ut, etc.
Fœdus oblatum. Virg. 12. Aeneid. 22.
Fortuna, quæcūq; oblata erit, uos cōplectar. Cic. pro Sest. 129.
Oblata fortuna delendi exercitus. Liu. 5. bel. Maced. 21.
Honorem oblatum respuis. Claud. 2. Paneg. 58.
Munus oblatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 10.
Præsentia illius oblata est. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 5.
Stuprum per uim oblatum. Cic. 5. de Fin. 114.
Oblatam uani furti inuidiam, Liuius lib. 6. Decad. 1. item, Pœnam oblatam oculis deorum, dixit. Terentius Vitium oblatum, Stuprum oblatum: & Incendium oblatum, ac Mortem oblatam Cicero quibus in locis Ob præpositio infaustæ rei, impedimentiq; indicatrix est.

¶ Oblatum, Substantiuè positum (προβεβλημένου) Liuius 5. Decadis lib. 4. 98, Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum auaritiæ dimissum est.

¶ Oblatio, in re nummaria quid sit. Vide Canon.

Offerumentum] offerumenti (ἀνάθημα) oblationem ueteres dicebant quæ dijs offerebatur, authore Festo.

¶ Offerumentas, per quandam translationem, Plautus dixit plagas, percussiones, & flagella, quòd ea scapulis & tergo offerantur, quum quis fuste cæditur: in Rudent. 18. 45, Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, Quàm ulla nauis lōga clauos, tū ego ero mendacissimus.

Officina] Vide Officium.

Officio] officis, pen. cor. offēci, pen. prod. offectum (δηλέω, ἐμποδίζω, ἐπιπροσθέω) officere, Contrà facere, nocere, obesse, inquit Nonius. Datiuo iungitur: & antiquè accusatiuo. Cic. 3. Off. 85, Iussissentq; Claudium Centimalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri ea quorum altitudo officeret auspicijs.
Obstare atq; officere. Cic. pro Rosc. Amer. 4.
Officere alicui. Quint. lib. 1. cap. 1. 11.
Apricanti Diogeni offecerat Alexander. Cic. 5. Tusc. 132.
Auspicijs officit altitudo domus. Cic. 3. Off. 85.
Claritati oculorum lactucæ officiunt. Plin. lib. 20. cap. 7. 10.
Officere & obstare commodis alicuius. Cic. pro Sex. Ros. 66.
Decori alicuius officere. Liu. 1. ab Vrbe, 230.
Herbæ officiunt frugibus. Virg. 1. Georg. 14.
Libertati officit. Liuius 2. ab Vrbe, 6.
Luminibus officere. Cic. pro Rab. Posthumo, 27.
Nomini alicuius officere. Liu. 1. ab Vrbe, in Præf. 3.
Partitioni huic quæ officere uidebuntur, propulsabimus. Cicero 1. de Inuent. 89.
Terræ umbra soli officiens. Cic. 2. de Nat. deor. 71.
Officit quominus. Plin. epist. 115, b. lib. 6.

¶ Officior, Passiuum, ex absoluto uerbo Officio. Cicero 1. de Orat. 87, Quod cuicunq; particulæ cæli officeretur, ita quamuis esset procul, mutata lumina putabat.
Officiuntur extrà: id est, obstando & officiendo impediuntur. Lucret. lib. 2. 32,
Quapropter simul inter se turbantur: & extrà
Officiuntur, uti cogantur tardius ire.

¶ Offi-

Digitized by Google

Offectus] offecta, offectum: ut, Lumẽ offectum, id est, Obductum, obstructum, & per alicuius corporis interpositionẽ exclusum. Lucret. lib. 5,

Quóue modo soleant offecto lumine obire. Sic restituit Lambinus, quum antea offeto & effæto legeretur.

Officium] officij (καθῆκον, ὅρον, γιγνόμενον) Donatus, Officium, ab efficiendo, ab eo quòd quæritur quid efficere in eo unumquenq; conueniat pro condutione personæ. Cicero 3. de Finibus, 89, Quod autem ratione actum est, id officiũ appellamus.

Genus officij dulce. Ouid. epist. 13. 29.

Militis officium longa est uia. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 2.

Officium & munus oculorum sine oculis extare non potest. possunt tamen oculi fungi suo munere. Cicero 1. de Diuinat. 122.

Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodatè. Cic. 1. de Orat. 68.

Peregrini officium. Vide Peregrinus.

Officium munusq; sapientiæ in hominis cultu est occupatum. Cicero 4. de Finibus, 58.

Tegminis officium. Ouid. 12. Metam. 19.

Antiquißimum officium. Vide Antiquus.

Ciuilia officia. Quint. lib. 2. cap. 4. 80.

Grata alicui officia. Cic. Attico lib. 13. 277. 1.

Interlucana officia. Vide Interlucanus.

Iustum, pium, & debitum officium. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 10.

Pium officium. Ouid. 6. Metam. 50.

Publicum officium. Quint. lib. 3. cap. 7. 2.

Suprema officia. Tacit. lib. 5, Quòd supremis in matrem officijs defuisset. hoc est funeri, siue exequijs.

Tenuia officia rerum. Pers. Satyr. 5. 10.

Triste officium, Quod præstatur in funere. Ouid. 12. Metam. 1.

Virile officium. Horat. de Arte, 40.

Virilibus officijs aptus. Ouid. 3. Fast. 34.

Debitor officio. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 10,

Non manet officio debitor ille tuo.

Nonus in officio, & prælatus munere sortis. Ouid. 13. Met. 56.

Contra officium. Vide Contra.

Officium, pro Obsequio, uel honoris exhibitione. Liu. ab Vrbe cond. Quæ officij causa ab domo prosecutæ fuerant. Ibidem, Scipionem officij causa conuenerant.

Officia mutua, pro Beneficijs amicorum, quæ alter alteri exhibet. Cicero Thermo, lib. 13. 56. 6, Peto abs te pro nostra coniunctißima necessitudine, plurimisq; officijs paribus ac mutuis, ut uoluntate, authoritate, studio tuo perficias, ut, etc. Cicero de Amicitia, 62, Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium.

Necessitudinis officium. Cic. pro Muræna. 67.

Intermißio officij. Cic. de Amic. 8.

Studia & officia. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 2.

Singulari in Remp. officio & fide uir. Cic. pro Sylla, 43.

Summo officio præditus homo, pro Officiosißimo, uel integræ uitæ, uel qui omnino id quod decet, strenuè facit. Cic. in Verrem, 3. 95, Hirem ad uirum primarium, summo officio ac uirtute præditum, M. Marcellum, &c.

Humanitatis, officij, diligentiæ plenæ literæ. Cicero Appio, libro 3. 9. 1.

Nullum est officium tam sanctum atq; solenne, quod non auaritia comminuere atq; uiolare soleat. Cic. pro Quintio, 13.

Abduci ab officio aliquo. Cic. de Amic. 8.

Adhibere officium. Vide Adhibeo.

Augere officia. Cic. Attico, lib. 13. 277. 1.

Celebrare suprema officia: hoc est, exequias, seu iusta mortuis persoluere. Curtius lib. 3.

Certare officijs. Vide Certo.

Claudicare in officio. Vide Claudico.

Colere officium. Vide Colo.

Colere officium, & Negligere, contraria. Cic. 1. Off. 6.

Commemorare officia. Vide Commemoro.

Commonere aliquem officium suum. Plaut. Pseud. 4. 16.

Comparent officia. Vide Compareo.

Conferre officia. Vide Confero.

Conficere legationis officium. Vide Conficio.

Conferre multa & magna officia in aliquem. Cic. pro Flac. 41.

Conseruare officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos, monet pietas. Cic. 2. de Inuent. 170.

Constant in me tua officia. Vide Consto.

Copulata officio. Quint. in Proœm. lib. 1. 10.

Cumulare aliquem officijs. Vide Cumulo.

Curare officium suum. Vide Curo.

Decedere officio, uel de officio. Vide Decedo.

Decedere ab officio. Liu. ib. 6. Decad. 4.

A religione officij declinare. Cic. 5. Verr. 2.

Delegatum alicui officium. Quint. in Proœm. lib. 6. 1.

Deserere officium. Cic. 1. Off. 41.

Deseri ab officijs amicorum. Cic. F. Metello, lib. 5. 2. 28.

Deesse officio. Cic. Mario, lib. 7. 3. 3.

Amoris, studij, pietatis, nullum officium à me defuit. Cicero pro Milone, 76.

Desiderare officia ab aliquo. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 3.

Detrectare sua officia. Quintil. lib. 2. cap. 1. 5.

Discedere ab officio. Cic. 1. Off. 48. Vide Discedo.

Officij duxit, Absolutè: pro, Putauit officium suum esse. Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 11.

Ductus officio uel cognationis, uel amicitiæ. Quintilianus, libro 4 capite 1. 5.

Regis officia & munera exequi. Cic. de Senect. 30.

Munus officij exequi ac tueri. Cic. de Senect. 65.

Exequi officia & studia. Cic. ad Atticum, lib. 3. 55. 6.

Expectare officia ab aliquo. Cic. Lent. lib. 1. 6. 4.

Officium suum facere. Terent. Adelph. 4. 3. 2. Idem Eun. 4. 5. 3,

Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.

Seruilia officia facere. Propert. lib. 4. eleg. 10. 10.

Onus officij nullum cuiquam reliquum facere. Cicero Appio, libro 3. 13. 2.

Fungi officio. Cic. Appio, lib. 3. 8. 10.

Fungi officio pædagogorum. Quint. lib. 1. cap. 2. 8.

Fungi officijs uernaliter. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 22.

Fungi supremo in aliquem officio. Curtius lib. 3.

Fungi officium. Terent. Heaut. 3. 3. 19,

Hominis frugi & temperantis functus officium. Idem Phorm. 2. 1. 52.

Implere officium suum. Vide Impleo.

Intendere officia. Vide Intendo.

Intermittere officium. Cic. de Amic. 8.

Intermoriturum existimare officium. Vide Intermorior.

Labi in officio. Vide Labor, laberis.

Languent officia. Lucret. lib. 4. 226.

Mandare officium aliquod alteri. Vide Mando, mandas.

Manere in officio. Vide Maneo.

Meminit officium suum. Plaut. Milit. 21. 1. pro Officij, antiquè.

Meminisse officia debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Cic. de Amicit. 62.

Migrat officium. Vide Migro.

Misso officio. Vide Mitto.

Molliri officijs parentum. Lucret. lib. 2. 122.

Sol negat officium mundo. Ouid. 2. Metam. 77.

Officia obire liberaliter & dextrè. Vide Obeo.
Parére officio. Cic. Attico, lib. 13. 280. 3.
Perſoluere officium receptum alicui. Cic. 7. Verr. 143.
Pertinet ad officium. Vide Pertineo.
Polliceri & deferre alicui ſtudium, officium, operam, laborem ſuum. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 31.
Honeſtum officium poſtponere ſcorto. Horat. 1. epiſt. 19. 7.
Præſtare officium. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 3.
Præſtare officium patri. Ouid. 7. Metam. 68.
Præſtare officia urbana alicui. Balbus Ciceroni in Epiſt. ad Atticum, lib. 9. 178. 3.
Promereri officium. Cic. Anteq. iret in exil. 2.
Recuſare prima officia operis ſui. Quintilianus libro 2. capite 1. 6. De Rhetore.
Interruptum uarietate temporum officium cumulatè reddere. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 3.
Redire ab officijs. Horat. 1. epiſt. 7. 10.
Relictis omnibus officijs agere aliud. Horat. 2. epiſt. 2. 14.
Fructum & præmium officij ab aliquo repetere. Cic. Antequã iret in exilium, 2.
Repudiare officium neceſſitudinis. Vide Neceſſe.
Officijs mutuè reſpondere. Cic. F. Pompeio, lib. 5. 7. 4.
Retinere officia. Cic. pro Cluentio, 105.
Retinere aliquos in officio. Cic. pro Roſc. Amer. 42.
Reuerti ad officium ſuum. Lentulus Senatui, lib. 12. 15. 21.
Satisfácere officio. Cic. 1. Verr. 25.
Omni officio ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 1.
Seruare officium, & Prætermittere, contraria. Cicero Seſtio, libro 5. 17. 6.
Spectare officium. Quint. lib. 1. cap. 2. 12.
Spondere officium alicui. Ouid. 10. Metam. 84.
Officium tuum eſt, has bene ut aßimules nuptias. Tuæ partes, tuum munus. Terent. And. 1. 1. 141.
In officio eſſe, pro Officium præſtare, officio fungi. Cic. ad Terentium, lib. 14. 111, Tantum ſcribo, ſi erunt in officio amici, pecunia non deerit.
In officio eſt Nicanor, & à me liberaliter tractatur. Cicer. Attico, lib. 5. 108. 13.
Partes officij iſtius non ſunt filij mei. Cic. Attico, lib. 6. 113. 3.
Singulari officio eſſe in aliquem. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 5.
Suſcipere aliquod officium. Quint. lib. 1. cap. 1. 17.
Officia & partes imperatoris ſuſcipere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 5.
Tribuere officium & cultum alicui. Cic. 2. de Inuent. 241.
Tueri officia. Cic. Appio, lib. 3. 9. 4.
Vincere officijs ſuis cogitationes alterius. Cicero Appio, libro 3. 10. 5.
Officium aliquod uſurpare. Cic. de Amicit. 8.
Officium, pro Beneficio, quod uulgò dicitur placitum. Colum. lib. 2. cap. 15. 4, Licet filicem ſine iniuria uicini, etiam cum officio decidere.
¶ Officium, pro magiſtratu uidetur accipi apud Aurelium in l. 1. D. de off. præſ. præt. Credidit. n. ait, Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quòd ipſe foret iudicaturus. Plin. iunior libro 1. epiſt. 10, Diſtringor officio ut maximo, ſic moleſtiſſimo. Idem in Panegyrico, non admodum procul à fine, Nondum biennium compleueramus in officio laborioſiſſimo & maximo, cum tu nobis Conſulatum obtuliſti. Vtrobiq; Præfecturam ærarij intelligit.
¶ Officium, Apparitor, Officier. Hermogenianus in l. ſi plus uel minus. D. de euictione, & duplæ ſtipulatione, Si iuſſu iudicis rei iudicatæ pignus captum per officium diſtrahatur.
¶ Officium, pro Actis. Paulus in l. eum. ff. de in ius uocando, Ei pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Itē qui apud acta adhibiturum ſe eſſe quem promiſit: etſi officio nō caueat, ad exhibendum tamen cogitur. Vlpianus in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatisdare cogantur, Si ſatisdatum pro re mobili non ſit, & perſona ſuſpecta ſit, ex qua datio deſideratur: apud officium deponi debebit (ſi hoc iudici ſederit) donec uel ſatisdetur, uel his finem accipiat.
¶ Officioſus, pen. prod. Adiectiuum (ὀργανικὸς) Qui libenter & ex animo, officium ſeu beneficium alicui exhibet. Cicer. Octauio, lib. 13. 22. 6, Hominem prudentem & officioſum cognoſces.
Officioſus in aliquem. Cic. 3. Verr. 42.
Diligens & officioſus homo. Cic. Attico, lib. 13. 293. 3.
Humanus, officioſus, & liberalis homo. Cic. pro Roſc. Com. 10.
Amicitia officioſa. Cic. pro Plancio, 37.
Dextera officioſa in paucos uerſus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 6. 1.
Officioſus dolor, à Cic. lib. 3. Tuſc. 118, dicitur, qui ex iuſta cauſa ſuſcipitur, & cuius probabilis ratio reddi poteſt.
Labores officioſi. Cic. pro Milone, 9.
Sedulitas officioſa. Horat. 1. epiſt. 7. 2.
Voluntas officioſa. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 7.
¶ Officioſior, officioſiſſimus. Cic. Attico, lib. 13. 203. 3, Equidē ſi ex omnibus eſſet eligendum, nec diligentiorem, nec officioſiorem facilè delegiſſem Veſtorio.
Natio candidatorum officioſiſſima. Cic. in Piſonem, 42.
¶ Officioſè, Aduerbium (ὀργανικῶς) officioſius, officioſiſſimè, Diligenter, bono animo. Cic. de Amicit. 62, Eoq; magis ſi aliquid habere ſe putant quod officioſè, amicè, & cum labore aliquo ſuo factum queant dicere.
Officioſè parére. Cic. ad Atticum, lib. 13. 280. 3. Quædam exemplaria legunt officio, non officioſè.
Officioſè ſcribere. Cicero ad Atticum, lib. 1. 15. 2, Quæ de re quum ad me ita ſuauiter, diligenter, officioſè, humaniter ſcripſeris.
Officioſè ire ſalutatum. Martial. lib. 1. 66.
¶ Officialis, & hoc officiale, pen. prod. Quod ad officiū pertinet, uel quod de officio tractat.
¶ Officialis, etiam miniſter magiſtratus dicitur. Apul. Sed iuſſit poteſtas officialem ſuum magna ſeueritudine coerceri.
¶ Officina, officinæ, pen. prod. (ὀργαστήριον) Locus ubi aliquid fit: hoc eſt, in quo operarij opera ſua faciunt. Cic. 7. Philipp. 224, Armorum officinas in urbe uidetis.
Graues officinæ. Horat. 1. Carm. ode 4. 2.
Officina, de fabrica dictum. Plin. lib. 33. cap. 11. 5, Seruus eius Druſillanus nomine Rotundus, &c. quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat.
Aeraria officina. Vide Aes, æris.
Chartariæ officinæ. Vide Charta.
Ex eadem officina. Cic. in Præf. Parad. 6, Non enim eſt tale, ut in arce poni poßit, quaſi Minerua illa Phidiæ: ſed tamen ut ex eadem officina exiſſe uideatur.
Officinas promercalium ueſtium exercere. Suetonius de claris Grammat. 23.
Inſtituit officinam Syracuſis Verres. Cic. 6. Verr. 48.
Quæſtuoſiſſima falſorum commentariorum & chirographorum officina. Cic. 2. Philip. 55. Sic uocat domum Antonij, ubi falſa teſtamenta ſcribebantur.
Officinæ uitiorum, & ſimilium, per translationem. Columell. in Præfat. 5.
Officina nequitiæ, & diuerſorium flagitiorum. Cicero pro Roſc. Amer. 79.
Officina dicendi. Cic. de claris Orator. 16.
Clariſſima rhetoris officina. Cic. 2. de Orat. 31.

Inſtruc-

Digitized by Google

instruxerunt quasi officinas sapientiæ philosophi. Cicero 1. de Legibus,53.

Officina,Ipsa(ut ita dicam)factio,operatio,uel fabricatio. Plinius lib.11.cap.2.1,In magnis siquidem corporibus, aut certè maioribus,facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis,&c.De insectis.

Officinam,gallinarium uocat.Colum.lib.8.cap.3.1,Totius autem officinæ(id est ornithonis) tres continuæ extruuntur cellæ. Et paulo pòst 6,Hæc erit officinæ cohortalis dispositio.

¶Officinator(τέκτων)pro fabro posuit Vitruuius lib.6.cap. ult. Quum subtiliter officinatoris probabitur exactio. Budæus.

Offigo]offigis,penult. prod.offixi,offixum (πήγνυω)offigere. Plaut.Mostel.6.13,

Sed ea lege,ut offigantur bis pedes,bis brachia.

Offirmo,offirmas,offirmare]Vide Obfirmo.

Offlecto]offlectis,offlexi,offlectum(ἐπικαμπτέω)offlectere, Circum uel contrà flectere.Plaut.Rud.23.73,

At ego hinc offlectam nauem.

Offoco]offocas,pen.prod.offocare,Præfocare.Florus lib.2. cap.11,Quum catenas morsibus & ore tentassent,quum ofa focandas inuicem fauces præbuissent.

Offringo]offringis,offregi,penult.prod.offractum (κατάγνυω)offringere,Quod fractum est,contrario frangere. Festus,Offringi terra dicitur,quando iterum transuerso sulco aratur. Varro lib.1. de re Rust.cap.29.1,Rursum terram quum primùm arant,proscindere appellant:quum iterum, offringere dicunt.quòd prima aratione glebæ grandes solent excitari:quum iteratur,offringere uocant.

Offucia]offuciæ:Pluraliter,offuciæ,offuciarum (φύκωμα) A fuco,fallaciæ dicuntur.Plaut.Mostel.4.106,

Neq; ceruſam,neq; melinum,neq; aliam ullam offuciam.

Gellius libro 14.cap.1,Sed id præstigiarum atque offuciarum genus,&c.

Offuco]offucas,offucare,Festus explicat aquam in fauces ad bibendum dare.Et hinc quidam putant infucare esse apud Plautum,unum aqua diluere,quum etiam aqua eius color infucetur:uerum Turnebus infuscare libentius retinet. Vide Offula]Vide Offa. (suo loco.

Offundo]offundis,offudi,penult.prod.offusum (ἐπιβρέχω, ἐπιχεόω,πορίχνω)offundere,Circumfundere. Plautus Trinum.14.82,

Vísne aquam tibi petam? C.res quum iam animã agebat, Tum esse offusam oportuit.

Offundere caliginem oculis.Lin.6.bel.Pun.233.

Aer crassus nobis offunditur.Cic.4.Acad.144.

Obscurare & offundere.Cic.3.de Finibus,69.

Noctem offundere rebus.Cic.1.de Natur.deor.10.

Errorem alicui offundere.Liu.4.bel.Maced.27.

Tenebras offundere,Obtenebrare.Cic.3.Tusc.139.

¶Offusus,pen.prod.Participium(πορίχυθείς)ut, Pauore offusus.Tacit.lib.11.

Offusa animis caligo.Cic.5.Tusc.9.

Offusa Reip.sempiterna nox.Cic.pro Rosc.Amer.55.

Offusa religio oculis & animis sacerdotum. Liuius 2.ab Vrbe,168.

Tenebræ offusæ.Cic.pro Domo sua,106.

Offusus terror oculis auribusq;.Liu.8.bel.Pun.156.

Offusco]offuscas(ἀμέρδω)offuscare,Obumbrare,obscurare, denigrare,& quasi fuscum reddere.

O G

Ogdoas]ogdoadis,Græcè:Latinè,numerus octonarius.

Ogdolapis]Fluuius nauigabilis,ex Alpibus fluens, ad Vrbem irrumpit.Vide Strabonem lib.4.

Ogdous]Aegypti rex,Vchoreus cognominatus,qui Memphim condidit,à nomine filiæ dictam:ut author est Diodorus Siculus,lib.2.cap.1.

Oggannio]oggannis,oggannire.Vide Oggannio.

Oggero]oggeris,pen.corr.oggeßi,oggestum,oggerere, Intendere,seu injcere.Antiquum.Plaut.Trucul.4.8,

Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit,dũ illi agãt.

Ogyges]pen.corr.(ὤγυγος)rex fuit Thebanorum,sub quo primum omnium diluuium fuisse dixit Varro in Prologo libri tertij de re Rust. Estq; (inquit) uetustißimum oppidum Græcum Bœotiæ Thebæ,quod rex Ogyges ædificauit, peractis iam duobus millibus annorum & centum. Sed ut diuus Augustinus de ciuitate Dei lib.18.retulit,tempore quo regnabat Ogyges,diluuium magnum factum est:non illud maximum,quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca fuerunt:sed tamen maius,quàm quod postea tempore Deucalonis fuit.

¶Ogygius,Adiectiuum(ὠγύγιος)unde Ogygia mœnia, Thebana dicta sunt.

Deus Ogygius,Bacchus.Ouid.epist.10.10.

Lyæus Ogygius.Lucan.lib.1.134.

Ogygia]ὠγυγία,insula est,ut quidam ferunt, Phœnicij & Syrij maris:sic quoq; ab Ogygio rege in ea regnante cognominata.De qua Homerus in primo Odysseæ.

Ogylus]ὄγυλος,Insula est inter Peloponnesum & Cretam. Stephanus.

Ogyris]pen.corr.Arabiæ fœlicis insula. De qua Plin. lib.6. sic scribit,Insula in alto obiacet Ogyris,clara Erythro rege ibi sepulto.Meminit insulæ huius perpulchrè lib.9.Curtius.

O H

Oh]Interiectio,qua utimur ubi ex interuallo notos uidemus, ut ait Donatus:estq; præsertim in usu apud Comicos. Terent.Adelph.5.6.3,

—— sed eccum Demeam.saluos sies.

D.Oh,quî uocare? G.Geta.

Oh,Admirantis,cum contemptu quodã.Terent.And.3.5.12,

— imò melius spero. P.oh,tibi ego ut credam furciferè

Oh,Affirmantis,cum certitudine quadam. Terentius Eunuchus,1.2.49,

Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P.oh,dubiúmne id est? Idem Adelph.3.3.48.

Oh,Dolentis & reprehendentis.Terent.Heaut.5.3.8,

Oh,iniquus es,qui me tacere de re tanta postules.

Oh,Dolentis & reprehendentis.Plaut.Casin.6.21,

— unde hic amabo unguenta olent? S.oh,perij, Manifestò miser teneor.

Oh,Exultantis ob rem bene gestam.Plaut.Mostel.4.85,

Vt uideas eam medullitùs me amare,oh, probus homo sum,

Qui pro me causam diceret,patronum liberaui.

Oh oh,Exultantis.Plaut.Mostel.5.9,

Oh oh ocellus es meus.

Oh oh oh oh,Eiulantis more comico.Plaut.Capt.5.6.

Ohe]Interiectio satietatem usque ad fastidium designans.Terent.Phorm.2.3.30,

Quis homo est? ehem. D.tace. G.absenti tibi Te indignas,seq; dignas contumelias Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe desine. Idem Heaut.5.1.6,

Ohe,iam desine deos uxor gratulando obtundere, Tuam esse inuentam gnatam.

Oho]Interiectio admirantis aliquid repentè fieri. Plautus Pœnul.4.41,

——eamus soror mea.

AD. Obo amabo, quid illuc nunc properas?

Obo, Agnoscentis cum gaudio particula. Plaut. Pseud. 15.30, Accipe & cognosce signum. BAL. obo Polymachæroplacides Purus putus ipsus. Budæus.

O I

Oicles] Filius fuit Antiphatis filij Melampi, Homero lib. 15. Odysseæ. Idem fuit pater Amphiarai, Argini natis.

Oileus] ὀιλεὺς, trium syllabarum, pen. prod. fuit Locrorum rex, & pater Aiacis Oilei, teste Virg. 1. Aeneid. 9.

¶Oilides, pen. prod. (ὀιλείδης) Patronymicum masc. Propert. lib. 4. eleg. 1. 24,

Victor Oilide rape nunc & dilige natem. Intelligit Aiacem Oilei filium.

O L

Olbia] Ciuitas (ὀλβία πόλις) Ptolemæo lib. 5. cap. 5. Vrbs Galliæ Narbonensis. Vulgò Eres. Fuit & Pamphyliæ oppidum, iuxta Cataracten fluuium: teste Plin. lib. 2. cap. 27. Fuit & Olbia Bithyniæ urbs, in extremo Ascanij finus sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. Est & alia in Sarmatia Europæ, ad Borysthenem amnem, quæ & Borysthenis appellatur à Ptolemæo, tabula octaua Europæ, cuius etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 11.

Olcachites] pen. prod. (ὀλκαχίτης) Ptolemæo lib. 4. capit. 3. Zeugitanæ regionis finus: hodie Alcon ciuitas.

Olea] oleæ (ἐλαία) Nota arbor. Virg. 2. Georg. 13,

Sed truncis oleæ melius propagine uites
Respondent. Plin. lib. 15. cap. 82.

Minerua inuentrix oleæ. Virg. 1. Georg. 4.

Rami oleæ. Stat. 12. Thebaid. 94.

Mares oleæ. Ouid. 4. Fast. 150.

Nigræ oleæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 10.

Pariles oleæ. Ouid. 6. Metam. 21.

Attondere oleas. Vide Attondeo.

Florent oleæ. Ouid. 5. Fast. 53.

Acstus mordet oleam. Horat. 1. epist. 8. 1.

Sempiternam oleam in arce tenere potuerunt Athenæ. Cicero 1. de Legibus, 3.

Florem oleæ quum agricola uidet, baccam quoque se uisurum putat. Cic. 2. de Diuin. 24.

Olea, etiam fructus dicitur. Vnde Olea conditanea Varroni dicitur, quæ ad condituram asseruatur. Colum. libro 11. capite 2, Tum & olea distringenda est, ex qua uelis uiride oleum efficere.

Distringere oleas. Ouid. de Nuce, 27.

Inspergere oleam sale. Vide Inspergo.

¶Oleaceus, Adiectiuum (ἐλαΐνεος) olei uel oleæ simile. Plinius lib. 35. cap. 15. 6, Gignitur & pingue, liquorisq; oleacei, in Sicilia. Idem lib. 21. cap. 4. 5, Folia oleacea.

¶Oleaginum, pen. corr. Adiectiuum (ἐλαίαγνος) Quod ex oleæ arbore est, siue coloris olei. Virg. 2. Georg. 7,

Truditur è sicco radix oleagina ligno. Plinius lib. 37. capite 5. 15, Post eos autem cerini, deinde oleagini, hoc est colore olei.

¶Oleagineus, Aliud adiectiuum, Idem (ἐλαίαγνος) Varro libro 1. de re Rust. cap. 40. 4, Demum in oleagineis seminibus arbores uidendum, &c.

Oleagineis coronis ministri triumphantium utebãtur, quòd Minerua, dea belli esse putabatur. Hæc Festus. Gellius lib. 5. capite 6, Est item oleaginea postrema, qua uti solent qui in prælio non fuerunt, sed triumphum procurant.

¶Olearis, & hoc oleare, penult. prod. Quod ad oleum pertinet. Plin. lib. 34. cap. 14. 8, Quippe quum in exacuendo, oleares cotes & aquarie æquè differant, oleo delicatior fiat acies. id est, quæ oleo aspergantur.

Olearis talea. Colum. lib. 11. cap. 2. 31.

¶Olearius, Adiectiuum, Idem. Colum. lib. 2, In uasis olearijs salsamentarijsq;. Idem lib. 1. cap. 6. 5, Olearia cella. Et Cicer. in Topic. 8. Item, Varro 3. de re Rust. capite 2. 7, Olearie seriæ.

¶Olearius, olearij (ἐλαιοποιὸς) Qui oleum facit uel uendit. Colum. lib. ult. Peritissimi olearij uix patiuntur ad unam lucernam opus fieri. Idem lib. 12. cap. 50. 11.

¶Oleaster, oleastri (ἀγριέλαιος) Olea syluestris. Virgilius 2. Georg. 37,

Indicio est tractus surgens oleaster eodem.

Ingens oleaster. Virg. 4. Georg. 4.

Infœlix superat foliis oleaster amaris. Virg. 2. Georg. 63.

Sacer oleaster. Virg. 12. Aeneid.

Suspendi hominem in oleastro iussit Verres. Cic. 5. Verr. 47.

¶Oleastellus, oleastelli (ἀγριελαίδιον) Diminut. ab Oleaster, apud Colum. lib. 12. cap. 49. 3, Veruntamen habetur præcipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem oleastellum uocant.

¶Oleastrense, Nigri plumbi genus. Plin. lib. 33. cap. 17.

¶Oleastrinum, Dicitur oleum quod ex oleastro fit, quo mobiles dentes confirmantur, teste Dioscoride lib. 1.

¶Oleitas, penult. corr. oleitatis (ἐλαιοτριγνίτης) Tempus legendarum olearum, & fructus oleæ. Cato de re Rust. cap. 68, Vbi uindemia & oleitas facta erit, prela extollito. Idem cap. 144. 1.

¶Oleosus, pen. prod. Adiectiuum (ἐλαιώδης) Quod est plenum oleo. Plin. lib. 27. cap. 12. 3, Semen oleosum, quod & fit ex eo. Medetur oris ulceribus perunctis.

Oleosum butyrum: hoc est, pingue. Plinius libro 28. capite 9. 11.

¶Oletum, oleti, pen. prod. (ἐλαιών) Locus oleis consitus. Cato de re Rustic. capite 1. 3, Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. Vide etiam Oleo.

¶Oleum, olei (ἔλαιον) Quod ex olea expressum est.

Balanimum. Vide Balanus.

Carynum. Vide Caryon.

Cibarium. Vide Cibus.

Cicinum. Vide Cicinia.

Citreum. Vide Citrus.

Omphacinum. Vide Omphacium.

Narcissinum. Vide Narcissus.

Pingue. Virg. 6. Aeneid. 51.

Vngere caules oleo bono. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 25.

Largo oleo unctum cadauer. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 18.

Iuuentus oleo humeros perfusa nitescit. Virg. 5. Aeneid. 27.

Instillare oleum lumini. Cic. de Senect. 32.

Oleum scintillat. Virg. 1. Georg. 79.

Oleum addere camino. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 65. id est, Ido fomentum ac uelut alimoniam suppeditare, quo magis magis augescat.

Plus temporis, atq; olei plus. Iuuen. Satyr. 7. 10.

Oleum & operam perdidi. Plaut. Pœnul. 4. 109. id est, quicquid insumpsi seu rei seu laboris. Metaphora ducta est à gladiatorum ac palæstritarum certaminibus, in quibus certaturi, unguentis quibusdam olearijs perungebantur. Cicer. Mario, lib. 7. 1. 11, Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris, in quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oleum perdidisse? Quanquam potest & ad lucubrantium lucernas referri, sicuti Cicero fecisse uidetur, scribens ad Atticum, lib. 13. 290. 1, Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exarsi

*exaraui nescio quid ad te, & ante lucem dedi. id est, quasi obiter, & eadem commentatione.* Eidem, *lib. 2.32.2,* Non *deflecamus, ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferamus tranquillo animo.* Ergo *hîc oleum pro sumptu positum est.* Erasmus.

Oleo *tranquillior.* Hyperbole prouerbialis *in homines minimè iracundos, leniq; ingenio præditos.* A *liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum, magisq; lene.* Plaut. *Pœnul. 18. 64.* Vide Erasmum.

Oleum, *pro simulacro pugnæ, & pro exercitatione, non pro uno certamine.* Cic. *1. de Orat. 40,* Nitidum *quoddam genus uerborum, & lætum: sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ & fori. id est, accommodatum concionibus & iudicijs.* Budæus.

¶ Oleamen, *pen. prod. oleaminis, neutri generis.* Scribon. Largus, *Post dies triginta cõijciuntur macerata: deinde oleum purum excipietur, quod reponitur fictili uaso: cuius oleamnis uiris ad omnem contractionem neruorum tantæ sunt, ut sit uix credibile.*

¶ Oleamentum, *oleamenti.* Scribonius Largus, *Quum primùm hæc leuia patuerint, cum oleamentis ex uino adipem liquefactum cum rosæ pondo quadrante miscere in unum oportet.*

Olearos] *penult. corr.* (ὠλίαρος) *Insula una ex Cycladibus.* Plin. *lib. 4. cap. 12. 18.* Ouid. *7. Metam. 94,*

*At non* Olearos, Didymenq;, & Tenos, & Andros.

Oleatrum] ὀλέαστρον, *Hispaniæ urbs, Ptolemæo authore libro 2. cap. 4. alio nomine* Oleatro *dicta. Meminit* Plinius *lib. 3. cap. 1. 15.*

Olenos] *penult. corr.* (ὤλενος) *urbs est Aetoliæ, dicente* Seruio, Diomedes *habuit socios de tribus ciuitatibus quas habet Aetolia,* Pleuron, Olenon, Calydona. Hactenus ille. *Fuit & Olenos urbs Bœotiæ, sic dicta ab* Oleno Vulcani filio. Strabo *lib. 8.*

Olenus] Oleni, *pen. corr.* (ὤλενος) *uir fuit qui* Lethæam *duxit uxorem eximia pulchritudine, adeò superbam, ut se deabus præferret. Cæterùm deæ iratæ quum de* Lethæa *supplicium sumere uellent,* Olenus *in se culpam uxoris transferre ausus, unà cum illa in lapidem fuit conuersus.* Ouidius *10. Metamorph. 14.*

¶ Olenius (ὠλενίος) *Possessiuum est ab* Oleno. Ouidius *5. Fast. 23,*

*Nascitur* Oleniæ *signum pluuiale capellæ.*

*Cornibus* Olenijs *manant imbres.* Stat. *6. Theb. 85.*

*Arua* Olenia. Ouid. *5. Fast. 51.*

*Astrum* Olenium. Stat. *3. Theb. 5.*

*Pecus* Olenium *lædit æquor.* Ouid. *epist. 17. 39.*

Oleo] *oles, olui, oletum, pen. prod. uel olui, olitum, pen. corr.* (ὄζω) *olere, Odorem spirare & emittere.* Plin. *lib. 21. cap. 7. 2,* Rosa *recens, à longinquo olet.*

¶ Olesco, *fit ab* Oleo, *idq; inter se differunt, quòd* Oleo *habet significationem naturalem transitiuam,* Olesco, *passiuam innatam.*

*Bene olere.* Cic. *ad Atticum, lib. 2. 16. 2.*

*Deterius olet herba lapillis Libycis.* Horat. *1. epist. 10. 4.*

*Iucundè olere.* Plin. *lib. 20. cap. 17. 3.* Vide Iucundus.

*Malè olere.* Cic. *2. de Orat. 138.* Vide Malus.

*Malè olet omne cœnum.* Cic. *4. Tusc. 84.*

*Ex Academia nihil olet* Epicurus, *nihil ne ex Lyceo, nihil ne è puerilibus disciplinis.* Cic. *1. de Natur. deor. 97.*

*Oleo, cum accusatiuo.* Plaut. *Asin. 16. 78,* Myrrham *olet.*

*Olet huic aurum.* Plaut. Aulul. *7. 39,*

*Certè ædepol equidem te ciuẽ sine omni malitia mala etiã*
*Semper sum ratus, & nunc arbitror. Aurum huic olet.*

*Quid nũc me uis? id est, suspicatur me habere thesaurũ.*

*Ceram, quàm quod crocum olet unguentum, magis laudari.* Cicer. *3. de Orat. 55.*

*Olet furtum.* Plaut. *Menæb. 4. 57.*

*Hircum olere.* Horat. *1. Serm. Satyr. 2. 6.*

*Olent illa supercilia malitiam.* Cic. *pro Rosc. Comœdo, 11. id est, significant, ut ait* Budæus.

*Olent tua basia myrrham.* Mart. *lib. 2. 12.*

*Pastillos olere.* Horat. *1. Serm. Satyr. 2. 6.*

*Sonare & olere peregrinum.* Cic. *3. de Orat. 25.*

Oleo, *cum ablatiuo.* Ouidius,

*Perq; locos sacros, & olenti sulphure fertur.* Propertius *lib. 4. eleg. 7. 7,*

*Cur nardo flammæ non oluêre meæ?*

*Olere, pro Malè olere.* Horat. *Epod. 10. 1,*

*Malâ soluta nauis exit alite,*
*Ferens olentem Mæuium.*

¶ Olo, *olis, olere, pen. corr. antiqui dixêre.* Afran. *Fratrijs.*

*—— non potest*
*Quin illa tacta, longeq; & multis olat. id est, oleat.* Pomponius Aleonibus,

*Aleo ludam sanè meæ malè olant manus.* Nonius.

¶ Olens, *Participium* (ὄζων) *ut, Agri olentes.* Lucan. *lib. 7. 167. Intelligit olentes, propter cadauera interfectorum.*

*Amaracus suaue olens.* Catull. *in Epithal. Iuliæ, 56. 3.*

*Bene olens anethum.* Virg. *2. eclog. 10.*

*Membra olentia.* Virg. *3. Georg. 113.*

*Bene olentes myrrhæ.* Ouid. *de Medicam. faciei, 19.*

*Latè olentia serpilla.* Virg. *4. Georg. 42.*

¶ Oletum, *oleti, pen. prod.* (ἀποσκυβαλισμὸν) *Stercus humanum: dictum quòd uehementer oleat.* Persius *Satyr. 1. 12,*

*—— ueto quisquam hic faxit oletum.* Vide etiam Olea.

¶ Olidus, *pen. corr.* Adiectiuum (ὀζώδης) *Quod tam bonum, quàm malum odorem habet.* Martial. *lib. 1. 46,*

*Olidæq; uestes murice.* Idem *lib. 10. 37,*

*Hic olidam clamosus agens in retia uulpem.* Hîc *in malum dixit, ut & Horat. lib. 1. epist. 5. 6.*

*Veternum olidum.* Catull. *ad Coloniam, epigr. 17. 5.*

Oleracius] Vide Olus.

Olerus] ὤλιος, *Vrbs Cretæ, in edito loco sita, ultra Hierapytnam. Hinc Minerua* Oleria, *& festum* Olerium, *in eius honorem.* Stephanus.

Oleum] Vide Olea.

Olfacio] olfacis, *pen. cor. olfeci, pen. prod. olfactum* (ὀσφραίνω) *olfacere, Odorari.* Plin. *lib. 11. cap. 37. 14,* Quónam *modo audiant delphini, mirum. Idem nec olfactus uestigia habent, quum olfaciant sagacissimè.* Cicer. *5. Tusc. 155,* Vt *ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, &c.*

*Vnguentum olfacere.* Catull. *ad Fabul. epig. 13. 3.*

*Olfeci ego, pro Subodoratus sum & præsensi, per translationem.* Terent. *And. 3. 3. 43,*

*—— an non ex totis mensibus*
*Prius olfecissem, quàm ille quicquam cœperit?* Plautus *Milit. 18. 41.*

*Olfacere nummum.* Cic. *de lege Agrar. 6.*

*Cernere, audire, gustare, olfacere, tangere aliquid.* Cicero *2. de Diuinatione, 13.*

¶ Olfactus, *huius olfactus* (ὀσφρησις) *Sensus odoris per nasum sumministratus.* Plin. *lib. 8. cap. 4. 1,* Intremiscere *insidiarum metu, subsistere ab olfactu.*

¶ Olfactorium, *olfactorij* (ὀσφραντὸν) *Florum uel odorum fasciculus, delectandis naribus uel olfactus gratia comparatus.* Plin. *lib. 20. cap. 9. 12,* Syluestris *siue erratica immenso plus laudat* Cato: *adeò ut aridæ quoq; farinam in olfactorio collectam*



Digitized by Google

collectam,uel odore tantùm naribus rapto,uitia earum,gra ueolentiamq; ſanare affirmet.Idem lib.30.cap.11.4.

¶Olfacto,olfactas (ὀσφραίνομαι) olfactare, Frequentatiuum ab Olfacio.Plin.lib.20.cap.14.10,Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum in tertianis ante acceßionem olfactandum dari tradit.Plaut.Menæb.4.54,

Vt ſummum olfactare abſtines?

¶Olfactatrix,pen.prod.(ὀσφραντὶς)Verbale fœm.Plin.libro 17.cap.24.24,Olfactatrix enim intelligitur,& tangi mirum in modum.

¶Olfactoriola,inter ornatus muliebres ponit Eſaias, capite 3. quæ crediderim ea eſſe,quæ noſtræ mulieres olfactus & odoris gratia ſpecie pomi deferunt, auro quidem argentóue contecta ac circundata.

Oliaros]ὠλιάρος,Inſula in mari Aegæo,una Cycladum: de qua Virg.lib.3.

Oliba]ὀλίβα,Ptolemæo lib.2.cap.6.Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs.Vulgò Olit.

Olicana]ὀλίκανα,urbs Britanniæ,Ptolemæo lib.2. capite 3. uulgò Kirkbi.

Olidus]Adiectiuum.Vide Oleo.

Oligarchia]ὀλιγαρχία,Status Reipub.paucorum conſtans dominatione. Vnde Oligarchici dicti ſunt,qui paucorum dominatione gaudent.

Oligochronij]ὀλιγοχρόνιοι,id eſt,modicæ uitæ.Verba ſunt Iulij Firmici lib.3.cap.5.Idem lib.4.cap.8,Quidam oligochronij fiunt,ac breui tempore morituri.

Olim]πάλαι,ἀπάλαι,Aduerb.tẽporis.Terẽt.Heaut.2.1.4,

Ex ſua libidine moderãtur,quæ nũc eſt,nõ quæ olim fuit.

Loquebantur olim ſic.Cic.2.de Orat.98.

Locus olim conditus.Horat.1.Serm.Satyr.5.19.

Olim,Fabulæ proprium eſt,inquit Donat.Terent.Eun.2.2.15,

Olim iſti fuit generi quondam quæſtus apud ſeclũ prius.

Horat.Serm.lib.1.Satyr.8.1,

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.

Olim.Terent.Hecyr.3.3.33,

Nam uitium eſt oblatum uirgini olim à neſcio quo improbo.Vbi Donat.Rectè olim:quia facilis uenia circa ueterа iam delicta.unde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum.Olim ergo,ante nouem menſes.

Olim,pro Nuper.Terent.And.3.3.14,

Alium eſſe cenſes nunc me atq; olim quum dabam? Ibi-

Olim,pro Ante.Terent.Hecyr.4.1.23, (dem,1.5.34.

Vtinam ſciam ita eſſe iſtuc,ſed nunc mihi in mentẽ uenit,

Ex hac re quod locuta es olim,quũ illũ generũ cepimus.

Locus ille animi noſtri,ſtomachus ubi habitabat olim, concaluit.Cic.Attico,lib.4.85.15.

Olim,de præſenti tẽpore aliquando dicitur.Virg.10.eclog.7,

Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. Plin.epiſt.10. lib.2,Vt tandem percipias gaudium,quod ego olim pro te non temerè præſumo.

Olim,de futuro.Virgilius 1.Aeneid.59,

Hunc tu olim cælo ſpolijs orientis onuſtum Accipies.

Quint.lib.10.cap.1,Sunt clari hodieq;,& qui olim nomina buntur.Ex Valla lib. 2.

Olim,pro Aliquando,ſiue Quandoq;.Horat.1.Ser.Satyr.1.6,

— ut pueris olim dant cruſtula blandi

Doctores,elemẽta uelint ut diſcere prima.Virg.2.Geor. 81, Ac olim ſeras poſuit quum uinea frondes.

Olim,pro Iamdudũ,Iãpridẽ,Iã lõgo tẽpore.Plin.epiſt.162,Olim nõ librũ in manu,non ſtylũ ſumpſi.olim neſcio quid ſit ociũ,quid quies,qd denig; illud iners quidẽ.Lucã.li.5.15.4,

— nónne olim caſu pendemus ab uno? (lib.10.

Nunc primum profiteor, & Olim ſcio, contraria. Curtius

Olim,pro quouis tempore.Virg.2.Georg.38,

Hic tibi prœualidas olim,multoq; fluentes

Sufficiet Baccho uites. Seruius.

Atq; olim.Virg.8.Aeneid.

Non ſecus atq; olim tonitru quum rupta coruſco,

Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Vbi Serv.

Atq; olim,Ferè ut ſolet.nam non eſt aduerbium temporis.

Olim iam:id eſt,Iam longo tempore.Quint. in Milite Marino,Olim iam Imperator inter fulgentes uirtutes tuas locum quærit.Valla lib.2.

Oliſci]ὀλίσβοι,annumerantur mundo muliebri à Polluce lib. 7.cap.2.Gualtherus uertit Mortariola.

Oliſippo]Vide Olyſippo.

Olitor]Vide Olus.

Oliua]oliuæ,pen.prod.(ἐλαία,μορίαι)Arbor nota.Plin.lib. 15.cap.5.1,Dicentur nunc Catonis placita de oliuis.

Inuentor oliuæ Ariſtæus dicitur.Cic.3.de Nat.deor.60.

Albentis oliuæ rami.Ouid.epiſt.11.14.

Canentis oliuæ fœtus.Ouid.6.Metam.17.

Tardè creſcentis oliuæ proles.Virg.2.Georg 1.

Denſa oliua canet mons.Iuuen.Satyr.14.15.

Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ. Horatius Epod.16.9.

Fera oliua.Stat.6.Thebaid.2,

Paluereumq; fera crinem detorſit oliua.Interpres exponit fera,pro ferali:ſed ſine ratione,ut opinor.quis enim neſcit oliuas eſſe feras etiam,id eſt,ſylueſtres?

Fœlicis oliuæ ramus.Virg.6.Aeneid.46.

Flaua oliua.Virg.5.Aeneid.62.

Glauca oliua.Stat.2.Theb.iid.20.

Imbellis oliuæ frondes.Valer.5.Argon.73. Imbellis, Pacifica.

Nitidæ oliuæ ferax Peparethos.Ouid.7.Metam.94.

Mitis oliua.Ouid.7.Metam.56.

Pallens oliua.Virg.5.eclog.4.

Pingues oliuæ.Virg.2.Georg.17.

Placitæ paci oliua.Virg.2.Georg.85.

Teres oliua.Virg.8.eclog.4.

Tonſæ caput ſolijs euinctus oliuæ.Virg.5.Aen.155.

Viridi Mneſtheus euinctus oliua.Virg 5.Aen.99.

Viuacis oliuæ Palladia ſylua.Virg.2.Georg.37.

Vmbroſa oliua.Claud.de bello Gildon.64.

Vndiq; decerptam fronti præponere oliuam. Horat.1.Carm. ode 7.2.

Oliua,Fructus.Plin.lib.25.cap.31,Oliuæ conſtant nucleo, oleo,carne,amurca.

Carnoſißimæ oliuæ.Vide Caro.

Lecta de pinguißimis oliua ramis arborũ. Horat.Epod.2.12.

¶Oliuetum,oliueti,pen.prod.(ἐλαιόφυτον)Locus oliuis conſitus.Col.lib.5.cap.9,Multa de Oliuetis Cic. de Senect.53, Quid de pratorum uiriditate,aut arborum ordinibus, aut uinearum oliuetorúmue ſpecie dicam?

Vineta,ſegetes,oliueta,ubertatem frugum & fructuum, omnemq; commoditatem proſperitatemq; uitæ à dijs ſe habere.Cic.3.de Nat.deor.125.

Fertilia oliueta.Horat.2.Carm.ode 15.2.

Maritum oliuetum.Vide Marītus.

Facere oliuetum in iugeribus,& uineas in eis inſtituere. Cic.2. de lege Agrar.69.

¶Oliuarius,Adiect.(ἐλαϊκὸς)Quod ad oliuam pertinet. Columell.lib.12.cap.47.10,Oliuariæ metretæ.

Molæ oliuariæ.Pompon.in l.cum fundus.ff.de inſtruct. uel inſtrument.legato.

¶Oliuina, oliumæ, pen. prod. (ἐλαίας πόσις)Reddimus olei, uel olei maxima copia.Plaut.Pſeud.4.77,

— cuius

—cuius amatores domi oliuinam habent Maximam.

¶ Oliuitas, penultima correpta, oliuitatis (ἐλαία) Fructus oleæ. Varro in Gloperiton, Tum denique omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, oliuitasq; consumpta est. Nonius.

Oliuitas, Tempus legendarum oliuarum. Col. lib. 12. cap. 50, Media est oliuitas plerunq; initium mensis Decembris. Et lib. 1. cap. 1. 4, Oliuitates largissimæ.

¶ Oliuo, oliuas, penultima producta, oliuare, Oliuarum uindemiam agere, siue oliuas colligere. Plinius libro 15. cap. 3. 3, Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit, Oleum ne stringito, neue uerberato.

¶ Oliuum, oliui, pen. prod. (ἔλαιον) Id est, oleum ex oliuis expressum. Plaut. Pseud. 5. 68,

Eme die cæca hercle oliuum, id uendito oculata die.

Dulce oliuum. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 13.

Inolentis oliui natura. Lucret. lib. 2. 170.

Liquidi corrumpitur usus oliui. Virg. 2. Georg. 94.

Corrupto casiam dissoluit oliuo. Pers. Satyr. 2. 7.

Vngor oliuo. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 25.

¶ Oliuifer, pen. corr. Adiect. (ἐλαοφόρος) Quod oliuam fert. Mart. lib. 12. 95,

Bætis oliuifera crinem redimite corona.

Arua oliuifera. Ouid. 3. Fast. 31.

Sicyon oliuifera. Ouid. in Ibin, 64.

Olizon] ὀλιζών, Thessaliæ oppidum: cuius meminit Homerus in Catalogo nauium.

Olla] ollæ (χύτρα, χύτρου) Vasis genus, ut ait Nonius. Antiqui uocabant aulam, quia nullam literam geminabāt, inquit Festus. Inde Plauti comœdia Aularia inscribitur. Varro, Cato ait uuam amineam in ollis commodissimè condi. Plaut. Capt. 15. 8,

Ollas, calicesq; omnes confregit.

Ipsa olera olla legit. Catul. de Mentula, epigr. 89. 1.

Bibulæ ollæ. Vide Bibo.

Farrata olla. Pers. Satyr. 4. 4.

Olla fictilis. Colum. lib. 8. cap. 8. 6.

¶ Ollula, ollulæ, pen. corr. Diminutiuum (χυτρίδιον) Varro, Electa in secretam corbulam, inde in ollulas addatur. Idem 1. de re Rust. cap. 54. 2.

¶ Ollaris, & hoc ollare, penultima producta (χυτρᾶος) unde Ollares uuæ, quæ in ollis seruantur: de quibus Col. libro 12. cap. 43.

¶ Ollaria, ollariæ, Temperatura æris. Plin. lib. 34. cap. 9, Nouissima est quæ uocatur ollaria, uase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarij in centenas æris additis.

Ollus] ἐκεῖνος, olla, ollum, dixêre ueteres, teste Donato: pro Ille, illa, illud. Virg. 9. Aen. 48,

Olli subridens. Vbi Seruius, Olli pro Illi, uel Tunc interpretatur. Cic. 3. de Legib. 9, Ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Olli certamine summo procumbunt. Virg. 5. Aen. 40.

Olli sic breuiter fata est. Virg. 6. Aen. 65.

Olli subridens hominum sator. Virg. 1. Aen. 53.

Flammeus est plerunq; colos, & splendidus ollis. Lucret. lib. 6. 42. Subaudi, fulminibus.

¶ Ollic, pro Illic, similiter dixêre ueteres, authore Festo.

Ololygones] pen. corr. (ὀλολυγόνες) Mares ranæ, quo tempore uocem mittentes, cient ad coitum fœminas. Fit à uerbo ὀλολύζω, quod significat ululo.

Olor] oloris, pen. prod. (κύκνος) Auis, quæ Græcè cygnus dicitur. Quidam à Græco deducūt, quasi ὅλος ὠχρός, hoc est, totus pulcher. Auis est alba, anſere maior, uocem argutam habens. Virg. 9. eclog. 7.

—sed argutos interstrepere anser olores. Ouid. epistol. 7. 1,

Ad uada Mæandri concinit albus olor.

Amyclæi olores. Stat. 2. 29.

Innocui latè pascuntur olores. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 11.

Niuei olores. Valer. 6. Argon. 21.

Purpurei olores: id est, elegantes. Hor. 4. Carm. ode 1. 2.

Anteire olores candore. Sil. lib. 13. 24.

¶ Olorinus, pen. prod. Adiect. (κύκνειος) ut, Color olorinus, hoc est, candidus. Plin. lib. 37. cap. 10. 23.

Alæ olorinæ. Ouid. 6. Metam. 22.

Pennæ olorinæ. Virg. 10. Aen. 38.

Sonos olorinos referre. Ouid. ad Pisonem, 16.

Olus] oleris, pen. corr. n. g. (λάχανον) Dicitur omnis herba satiua, quæ est in usu cibario. Ab alendo, quòd oleribus alerentur homines ante quàm fruges uel carnes essent. Plin. lib. 19. cap. 10, Semen olerum si succo eius madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. Varro ab olla deducit. Nonius & Festus inter aspirata connumerant. Vide Holus.

Atrum olus. Vide Ater adiectiuum.

Cordum olus. Vide Cordus.

Positum est algente catino Durum olus. Pers. Satyr. 3. 12.

Ipsa olera olla legit. Prouerbij speciem habet, in eos q; iactari potest, qui quod se facere oportet, faciunt: ut cum libidinosus & salax, sectatur & mœchatur: ebriosus, potat. Olera enim in olla coquuntur: quæ quum eis repletur, ipsa legere uidetur, id est, colligere. Ex Turnebo.

Olus, figuratè, pro tenui & quotidiano uictu. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 6,

—si nusquam es fortè uocatus
Ad cœnam, laudas securum olus.

Emptum cœnat olus. Hor. 2. epist. 2. 54.

Panis ematur, olus, uini sextarius. Horatius 1. Sermon. Satyra, 1. 15.

Fastidire olus. Hor. 1. epist. 18. 3.

¶ Oluscŭlum, oluscŭli, pen. corr. Dimin. (λαχανάριον) Hor. 2. Serm. Satyr. 6. 13,

Vncta satis pingui ponentur oscula lardo. Cic. ad Attic. lib. 6. 111. 23, Lancibus & splendidissimis canistris oluscŭlis nos soles pascere.

¶ Olitor, pen. corr. olitoris (κηπωρός, κηπουρός) Qui olerum hortum exercet, quiq; olera uendit. Colum. lib. 10. 8,

Ipse ferens olitor diductos pondere qualos. Cic. ad Tironem, lib. 16. 18. 4, Sic olitorem ipsum commouebis. Plin. lib. 19. cap. 5. 1, Pensiles eorum hortos promouentibus insoles rotis olitoribus.

¶ Olitorius, Adiectiuum (κηπωρικός) Quod ad olera pertinet: ut, Forum olitorium, ubi uenduntur olera. Liu. 4. belli Maced. 195.

Olitoria hostia: id est, Hostia hortorum. Plinius, libro 10. cap. 8. 2.

¶ Oleraceus, Adiectiuum (λαχανώδης) ut, Oleraceus frutex: hoc est, frutex olerum modo fruticans nam etiam olera fruticare affirmat Theophrastus, appellatq; oleri arbores olera fruticantia. Vel similem oleri fruticem habens. Plinius libro 26. cap. 8. 38, Eadem præstat hypericon, quam alij chamæpityn, alij corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali.

Olusatrum] olusatri, pen. prod. (ἵππομέλινον) Herbæ genus quæ in hortis nascitur. Plin. lib. 19. cap. 8. 30, Sed præcipuè olusatrum: miræ naturæ est, hipposelinum Græci uocant, alij smyrneum. E lachryma caudicis sui nascitur. seritur &

tur & radice. ſuccum eius qui colligunt, myrrhæ ſaporem habere dicunt. Authorq; eſt Theophraſtus, myrrha ſata natum, &c. Oluſatrum ideo dicitur, quòd folia habeat ſubnigra: ideo Columella pullum olus appellat. Quidam ſeparatim ſcribunt, Olus atrum.

Olympe] Olympes (ὀλύμπη) urbs Illyridis, cuius incolæ dicuntur Olympei. Author Stephanus.

Olympia] ὀλυμπία, urbs Græciæ, quæ prius Piſa diceba-tur, ubi Iupiter Olympius colebatur. Dicitur etiam Arpina, ut Nicanor ſcribit, à matre Oenomai. Hæc Stephanus de Vrbibus. De hac Strabo lib. 8.

¶ Olympia, Olympiorum (ὀλύμπια) Ludi qui in honorem Iouis Olympici apud Piſam & Helidem Græciæ oppida celebrabantur: hoc eſt, Gymnicum certamen, quod quinto quôque anno fieri ſolebat. Vide Sacra certamina, in Certo, certas.

Magna Olympia. Hor. 1. epiſt. 1. 10.

Pugnos & plagas Olympiorum in pugiles exercitati cupidi ferre poſſunt. Cic. de clar. Orat. 131.

¶ Olympiacus, pen. corr. Adiect. (ὀλυμπιακὸς) ut, Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Strab. lib. 8. Cic. ad Attic. lib. 16. 334. 8.

Arena Olympiaca. Stat. 5. Sylu. 3. 44.

Curſus Olympiacus. Author ad Heren. lib. 4. 140, Quaſi ſi quis ad Olympiacum uenerit curſum, &c. Quædam exemplaria legunt, Olympia quum uenerit curſum.

Palmæ Olympiacæ præmia. Virg. 3. Georg. 10.

¶ Olympionices, ſiue Olympionicus, pen. prod. (ὀλυμπιονίκης) Qui in Olympiaco certamine uictor euaſit. νίκη, quippe uictoria dicitur. Aelianus de Varia hiſtoria libro 10, Licere id ſibi perſuaſit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicas.

Præmium Olympianicarum capere. Cicero 2. de Inuentione, 228.

Actinas pugil Olympionices. Cic. pro Flacco, 24.

Nobilis Olympianices Diagoras Rhodius. Cicero 1. Tuſculan. 179.

¶ Olympias, Olympiadis, pen. corr. (ὀλυμπιάς) Quinq; annorum ſpacium, quod à Romanis Luſtrum dicitur. Exinde Græci tempora per Olympiadas ſupputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ aut ſecundæ, aut centeſimæ, anno primo, uel ſecundo, uel tertio, uel quarto. Atq; ut Conſules, ita & Olympiæ uictores iterum & tertium dicimus. Plut. Menæch.

Iterum (inquit) Pythia & tertium Olympia. Cic. ad Att. lib. 13. 285. 3.

Olympias] ὀλυμπιὰς, nomen mulieris proprium, matris Alexandri Magni. De hac Gel. lib. 13. cap. 4.

¶ Olympias, uentus in Euboea flans. Plin. lib. 17. cap. 24.

Olympiodorus] pen. prod. Nomen uiri proprium, eius qui docuit Epaminundam cantare tibijs.

Olympieum] pen. prod. (ὀλυμπίειον) Locus in Delo, quem cum Athenienſes Adriani ſumptu condidiſſent, Nouas Athenas Adrianas uocauerunt. Steph.

Olympius] ὀλύμπιος, Myſius tibicen, & poeta Melicus & elegiarum, Marſiæ Satyri diſcipulus, qui citharæ legem dedit, modoſq; pulſandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Troianum, à quo & mons in Myſia nomen accepit. Fuit item alius iunior è Phrygia tibicen, tempore Midæ regis. Suidas. Præter hos fuit & Olympius Nemeſianus, qui (ut ait Vopiſcus in uita Cæſarum) ſcripſit Halieutica, cynegetica, Nautica. Olympius itē præſul, natione Hiſpanus, inter Chriſtianos cōmemoratur ſcriptores à Gēnadio.

Olympus] ὄλυμπος, mons, cuius uertex uſqueadeò attollitur, ut ſumma eius accolæ Cælū nocent. Propter quod portæ cælum Olympum uocant. Dictus Olympus, quaſi ὅλος λαμπρὸς: hoc eſt, totus fulgens: quia Solem clarum habet, nullisq; unquam nubibus fuſcatur. Lucan. lib. 2. 55,

— nubes excedit Olympus.

Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altiſſimus inter Theſſaliam & Macedoniā, qui tamen Theſſaliæ aſcribitur. Alter in Gallogræcia, uel in Cypro. Alius apud Myſos, ad cuius radices Pruſa ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrū in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido, qui oriente ſole uſq; ad quintam diei horam flammas emittit.

Aetherius Olympus. Virg. Aen. 6.

Frondoſus Olympus. Virg. 1. Georg.

Magnus Olympus. Virg. 3. Georg. 45.

Opacus Olympus. Hor. 3. Carm. ode 4. 11.

Pinifer Olympus. Sene. Agamem. 5. 6.

Pruinoſus Olympus. Claud. 2. de raptu Proſerp. 52.

Olympus, pro cælo: ut, Rector Olympi. Ouidius 9. Metamorphoſ. 101.

Altus Olympus. Virg. 1. Georg. 20.

Clarus Olympus. Virg. 4. Aen. 54.

Cliuoſus Olympus. Ouid. 3. Faſt. 83.

Curuus Olympus. Valer. 5. Argon. 83.

Igniſer Olympus. Senec. Hippol. 9. 1.

Omnipotentis Olympi domus. Virg. 10. Aen. 1.

Rapidi limen Olympi. Claud. de bel. Gildon. 4.

Stellantis Olympi rex. Claud. 6. Paneg. 7.

Stelliferi Olympi uector, Atlas. Senec. Herc. Oeth. 15. 9.

Superi regnator Olympi. Virg. 2. Aen. 156.

Vaſti rector Olympi. Ouid. 2. Metam. 12.

Viam affectare Olympo. Virg. 4. Georg. 113.

Emenſo Phœbus diſcedit Olympo. Virg. 1. Georg. 90.

Pulſare Olympum nomine, Nomen extollere ad cælum uſque. Ouid. ad Piſonem, 47.

¶ Olympicus, pen. corr. Adiect. (ὀλυμπικὸς) Quod eſt Olympi, uel quod ad Olympum pertinet: ut, Iupiter Olympicum. Dictus eſt autem ab Olympo, à quo eruditus, & ad uirtutem inſtitutus ſit. Alij uerò à cælo, quem Olympum Græci uocant, in quo regnare fertur.

¶ Olympius, Aliud adiect. (ὀλύμπιος) id eſt, cæleſtis: poſſeſſiuum ab Olympo.

Olynthus] ὄλυνθος, urbs fuit iuxta Atticam: quæ quum ab Athenienſibus ad Philippum regem Macedoniæ defeciſſet, ab illis deinde euerſa eſt.

Vrbem antiquam & omnibus rebus auctam, & ornatam Olynthum cepit P. Seruilius. Cic. 3. Verr. 37.

¶ Olynthiacus, Adiectiuum (ὀλυνθιακὸς) ut, Olynthiacæ orationes Demoſthenis, quibus Athenienſes aduerſus Philippū incitantur Olynthijs bellum inferentem.

Olyra] olyræ (ὄλυραι) Frugis genus eſt, quod, teſte Plinio, à Latinis Siligo dicitur, olim etiam à Gallis Arinca. Spicam habet ſemper erectam, neq; rubigini obnoxiam, grano candido, læui, et multipliciter tunicato. Columella tritici uitium eſſe ait, & quamuis candore præſtet, pondere tamen inferius eſſe. Idem author eſt, triticum omne uliginoſo in loco tertia ſatione in olyram degenerare.

Olyras] Fluuius eſt prope Thermopylas, quem fabulantur conatum eſſe rogum Herculis extinguere. Strab. lib. 9.

Olyſippum] ὀλύσσεια πόλις, Luſitaniæ urbs, quæ noſtris temporibus Vlyſbona appellatur. Dicitur Olyſippo, Plinio lib. 4. cap. 22.

O M

Omaſum] omaſi, pen. prod. (ὄμασος) Eſt pinguium atq; craſſius in-

Digitized by Google

*sius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt.* Hor. 2. *Serm. Satyr.* 5. 9.

——*seu pingui tentus omaso.* Plin. *lib.* 8. *cap.* 45. 5. *de bobus, Vt sit inter exempla damnatus à populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderit bouem.* Hor. 1. *epist.* 16. 2.

——*patinas cœnabat omasi*
*Vilis, & agnini, tribus ursis quod satis esset.*

**Ombria**] ὄμβρια, *Gemmæ species, quam nonnulli* Notitiam *uocant: quæ cum imbribus & fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum Ceraunia & Brontia: eundémq; cum illis effectum habet. Author Plin. lib. ult. cap.* 10.

**Ombrici**] *Populi sunt iuxta Illyricum, ex quorum agro Capris & Alpis fluuij in Istrum cadunt: teste Herodoto libro* 3.

**Ombrios**] ὄμβριος, *Vna & prima ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plinius lib.* 6. *cap.* 32.

**Omen**] *ominis, pen. corr. n. g.* (οἰωνὸς, οἰώνισμα) *Augurium quod fit ore, quasi oremen, inquit Festus. Est enim futuræ rei prænunciatio, ori hominis incidens, diuino tamen furore. Omen Varro interpretatur, quasi osmen, extrito s, & ab ore tractum dicit lib.* 5. *Cicero* 1. *de Diuinatione,* 165. *Neq; solùm deorum uoces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum quæ uocant omina. quæ maiores nostri, quia ualere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonũ, faustum, fœlix, fortunatumq; esset, præfabantur.*

*Fides ominis. Tacit. lib.* 18.

*Fati omen. Cic.* 9. *Philip.* 263.

*Omen belli. Liu.* 1. *bel. Pun.*

*Omen comitiorum. Cic. libro* 1. *de Diuinatione, ubi scribit, maiores uoluisse prærogatiuas omen esse iustorum comitiorũ. quod hoc sensu dictum esse interpretatur Turnebus, Romanos tantùm posuisse in suffragio prærogatiuæ centuriæ, ut eum semper consulem declararint, qui ab ea factus esset. Ita omen in Consulibus rogandis magistratibus erat, uox prærogatiuæ & suffragium.*

*Nuptiarum omen. Plaut. Mil.* 16. 28.

*Omen, de bona prænunciatione. Virg.* 4. *Georg.* 77.

*Omine, quo firmans animum sic incipit ipsa.*

*Omen, de malo dictum. Virg.* 2. *Aen.* 38.

——*quod dij prius omen in ipsum*
*Conuertant. Cic.* 11. *Philipp.* 296. *Quid Bestiam, qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur? atq; hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter.*

*Candidum omen. Catul. in Epithal. Iuliæ,* 56. 23.

*Cassum omen. Stat.* 5. *Theb.* 64.

*Dextrum omen. Sil. lib.* 13. 23.

*Dirum omen mortalibus, bubo. Ouid.* 5. *Metam.* 110.

*Fausto omine letus. Ouid.* 9. *Metam.* 158.

*Infausto committitur omine sermo. Ouid.* 6. *Metam.* 90.

*Inoffensum omen. Claud.* 4. *Paneg.* 3.

*Magnum omen. Virg.* 7. *Aen.* 30.

*Optimis ominibus. Cic.* 12. *Philipp.* 331.

*Omen prærogatiuum. Cic. pro Murena,* 37.

*Sinistrum omen. Ouid. epist.* 13. 10.

*Accipere omen. Vide* Accipio.

*In omen accipere. Liuius, Id à pleriſq; in omen magni terroris acceptum.*

*Auctus omine. Tacit. lib.* 1.

*Auertite & detestamini quæso hoc omen Dij immortales. Cic.* 4. *Philipp.* 159.

*Capiendi ominis causa exire in quendam locum. Cicero* 1. *de Diuinat.* 167.

*Tristia omina conciuerunt aues. Ouid.* 3. *Amor. eleg.* 11. 1.

*Conijcere omen. Cic.* 4. *Verr.* 12.

*Ominibus & execrationibus exire. Cic. pro Sestio,* 60.

*Secundo omine ire. Hor.* 3. *Carm. ode* 11. 10.

*Firmare omina. Virg.* 2. *Aen.* 139. [poeta.

*Clarum omen firmauit Iupiter. Cic.* 1. *de Diuinatione,* 137. Ex

*Habere omen dicitur res aliqua. Ouidius* 2. *Fastor.* 41. Vide Carmentis.

*Quod dij omen obruant. Cic. de Arusp. resp.* 55.

*Certis ominibus prohiberi. Ouid.* 9. *Metam.* 120.

*Prosequi aliquid optimis ominibus. Cic. Appio, lib.* 3. 12. 6.

¶ *Ominosus, penultima producta, Adiectiuum* (δυσοιώνιος) *Quod malum omen portendit. Plin. epist.* 14. *lib.* 3, *Notabilis, atq; etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. Gellius lib.* 13. *cap.* 14.

¶ *Ominor, pen. corr. ominaris* (οἰωνίζομαι) *ominari, Auspicari, omen capere. Plin. epist.* 80. *b. lib.* 4, *Optamus enim tibi, ominamurq; in proximum annum Consulatum. Cicer.* 2. *Offic.* 109, *Malo enim alteri quàm nostræ ominari: neq; tantum de nostra, sed de omni Republica disputo.*

¶ *Omino, ominas* (οἰωνίζω) *ominare, dixêre ueteres. Pomponius, Ita sit & tibi bene qui recte ominas.*

¶ *Ominatus, penultima producta, Participium* (οἰωνισθείς) *Ominosus: ut, Malè ominatis parcite uerbis, ait Horatius* 3. *Carm. ode* 14. 3.

¶ *Ominator, pen. prod. ominatoris* (οἰωνιστὴς) *Qui præest ominibus capiendis. Plaut. Amph.* 8. 88,

*Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.*

**Omentũ**] *huius omenti* (ὑπίπλοον) *Membrana tenuis & pinguis, qua integuntur uentris inferioris partes. Plin. lib.* 11. *cap.* 37. 72, *Ventriculus atq; intestina pingui ac tenui omento integuntur, præterquam oua gignentibus.*

*Alba porci omenta. Iuuen. Satyr.* 13. 12.

*Pingue omentum in flamma liquefaciens. Catull. in Gell.* 85.

**Omentum**, *abusiuè, pro Membrana quæ totum inuoluit cerebrum. Macrobius, libro* 7. *Saturnal. capite* 9, *Et cerebrum quod tactu sui hominem uel torquet, uel frequenter interimit, non suo sensu, sed ueститus sui, id est, omenti, hunc importat dolorem.*

**Ometis**] *ometidis, & pluraliter ometides, sunt scapulares quædam & humerales fasciæ. Ouid.*

*Conueniunt tenues scapulis ometides altis*
*Angustum circa fascia pectus eat. Libri excusi, ameletides legũt: in ijsq; explicãdis Grammatici multũ sudant, nihilq; proficiunt. Proinde Turnebus contra librorũ authoritatẽ affirmat legendũ esse ometides, ut sint tanquã scapulares uel humerales fasciæ. Quis enim nescit, ad dissimulandam scapularũ altitudinẽ tenuibus fascijs uendũ, ne si crassioribus & plenioris fili aliqua utatur, magis uitiũ extet & appareat? Recordor equidem, Grammaticos primi ordinis, analectides legere, & intelligere tanquam pulwillos ad constipandas puellarum scapulas, quibus subscriptorem præstare non possunt. Verba sunt Turnebi.*

**Omitto**] *omittis, omisi, pen. prod. omissum* (ἀφίω, παρίημι, παραλείπω, καθυφίημι) *omittere, Rem aliquã penitùs dimittere, et relinquere ac præterire. Terent. Adelph.* 2. 2. 24,

*Nunc si hoc omittam, actum agam.*

*Omittere & Adipisci, contraria. Cic.* 1. *de Fin.* 56.

*Consilium alicuius rei omittere. Liu.* 3. *bel. Maced.* 89.

*Omittere iracundiam. Terent. Adelph.* 4. 7. 36.

*Memoriam alicuius rei omittere. Quint. lib.* 3. *cap* 1. 14.

*Pietatem & humanitatem hic omisit, ut id quod utile uidebatur, neq; erat, assequi posset. Cic.* 3. *Offic.* 47.

*Rationem insequendi omittere. Cæsar* 1. *bel. Ciuil.* 117.

Sollicitu-

Digitized by Google

Sollicitudinem omittere. Terent. Heaut. 1.2.3.
Triſtitiam omittere. Terent. Adelph. 2.4.3.
Timorem omittere. Cic. in Somnio, 5.
Vetera omitto: id eſt, miſſa facio veteres iniurias, aut conquerendi cauſas. Saluſtius in Iugurtha.
Id omitto. Terent. Heaut. 4.1.24.
Atq; id omitto: miſericordia, animus maternus, ſino.
Vt alia omittam, hoc ſatis eſt. Cic. pro Quintio, 47.
Vt omittam quòd. Terent. Eunuch. 5.4.4. id eſt, præteream, & nihil dicam.
Omitto ac negligo cetera: ſua confeßione induatur ac iugulet tu, neceſſe eſt. Cic. 7. Verr. 130.
Id omittamus. Cic. 4. Acad. 95.
Omitte iſta quæ nec percontari, nec audire ſine moleſtia poſſumus. id eſt, deſine quærere. Cic. 1. Acad. 3.
Omitte hunc. Terent. Phorm. 1.2.91. hoc eſt, Sine eum abire, Condona ei.
Omittere aliquam. Plaut. Mil. 15.3.
—nullo pacto poteſt
Prius hæc in ædes recipi, quàm illam omiſerim. id eſt, quàm illam amiſerim à me. Fortaſſe legendum, amiſerim.
Omitte me. Plaut. Pſeud. 5.24.
Aliquem alicui omittere. Cicero Capitoni, in Epiſtol. ad Attic. libro 16.343.2, Deinde, ſi me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo.
Differre aliquid, & omittere in tempus præſens. Horatius de Arte, 9.
Nauigationem primam, dummodo idonea tempeſtas ſit, ne omiſeris. Cic. Q. frat. lib. 1.8.6.
Omitte rogare, dicere. Plautus Perſa, 16. 90. Terent. Eunuch. 5.6.19.
Omitte mirari opes Romæ. Hor. 3. Carm. ode 29.3.
Omitto iratus eſſe. Plaut. Perſa, 12.25.
Omitto contra uerum niti. Saluſt. in Iugurth.
¶ Omiſſus (παραλειφθεὶς) Participium, ſiue Nomen ex participio.
Omiſſus animus, pro Remiſſo & languido. Terent. Heaut. 5.2.9.
Omiſſa controuerſia, oratio omnis ad miſericordiam tuam conferenda eſt. Cic. pro Ligario.
Delicijs omißis hoc age. Hor. 1. epiſt. 6.7.
Omißis iocis. Plin. epiſt. 21.
Omißior ab re, Qui lucrum negligit, neq; ſolicitus eſt de acquirendis diuitijs. Terent. Adel. 5.3.45.
Omnis] & hoc omne (πᾶς, ἅπας) Diſtributiua dictio, eandem uim habens in ſingulari, quam in plurali. Omnis homo, pro Omnes homines. Dicitur de uniuerſis numero diſtinctis: ut, Omnis grex Aliquando tamen idem ſignificat quod Totus. Poſitiuo & comparatiuo iungitur, & aliquando ſuperlatiuo.
Omnis, totus, uniuerſus. Cic. 2. de Finib. 178, Sed omne cælum, totamq; terram cum uniuerſo mari.
Omnia de duobus dictum. Cic. pro L. Murena, 31, Perfecta ab Lucullo hæc ſunt omnia, ut urbs fideliſſimorum ſociorum defenderetur, ut omnes copiæ regis diuturnitate obſidionis conſumerentur.
Omnis, pro Cuncto & pro toto, Græcorum more. Cic. in Piſonem, 8, Erat non ſolum domus mea, ſed totum palatium, ſenatu, Equitibus Romanis, ciuitate omni, Italia cuncta refertum. Et pro Quintio, 20. Ex Budæo.
Omnibus æſtatibus: id eſt, ſingulis. Plin. lib. 12. cap. 25.5.
Omnis amor. Terent. Eunuch. 5.9.8.
Tota mente, atque omni animo intueri aliquem. Cicero de Orator. 50.
Omnibus annis. Plin. lib. 12. cap. 19.8.
Omnes antiquiſſimi ciues. Cic. pro Cecinna, 73.
Clamor omnis procul eſto. Hor. 3. Carm. ode 8.4.
Omni cõtentione pugnatum eſt, ut lis hæc capitis æſtimaretur. Cic. pro Cluent. 92.
Omni contentione aliquid fugere. Cic. 3. Tuſc. 43.
Corpus omne in profunda uoce intenditur. Cicero 2. Tuſculan. 96.
Domus omnis. Hor. 1. epiſt. 17.9. pro, Domus omnes.
Omne tale flagitium. Cic. de Senectute, 36.
Non omnem frugem neq; arborem in omni agro reperire poſſis. Cic. pro Roſcio Amerino, 45.
Omne genus, & Omnis generis: pro eodem. Varro 1. de re Ruſtic. cap. 29.1, Seminaria omne genus ut ſerantur. Liu. 7. bel. Punic. 102, Merita inde ſua in duces Carthaginienſes commemorauit: auaritiam contrà eorum, ſuperbiamq;, & omnis generis iniurias in ſe atq; populares.
Genus omne in terris. Virg. 3. Georg. 49.
Omnibus horis. Brutus Attico, in epiſt. ad Brutum, 17.3.
Omnia magna loquens. Hor. 1. Serm. Satyr. 3.3.
Omnibus menſibus ugeſimo die lunæ aliquid facere. Cic. 2. de Finibus, 161.
Omnia minima, maxima, &c. Cic. Licinio, lib. 5.8.16, Quãobrem uelim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus, ut ad hominem amiciſſimum.
Omni modo. Plin. lib. 16. cap. 14. 1. Cic. pro lege Agrar. 8, Videtis iam P. C. omnibus rebus & modis conſtructam & coaceruatam pecuniam Decemuiralem.
Omne munus. Plin. in Paneg. 99.
Omnibus uel multis partibus. Cic. 1. de Inuent. 74, Exercitus in cui præpoſitus eſt ſapiens & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui ſtultitia & temeritate alicuius adminiſtratur. Cæſar bel. Ciuil. lib. 3, Vt quoniam numero multis partibus eſſet inferior.
Omne periculum. Terent. And. 2.3.17, Sine omni periculo.
Omnes ferè philoſophi omnium diſciplinarum. Cicero 5. Tuſculan. 130.
Omnis illa urbana & perdita plebs. Cic. Att. lib. 7.123.8.
Omnibus precibus. Cæſar bel. Gal. lib. 5, Ille primò omnibus precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur.
Omni quinquennio: id eſt, toto quinquennio. Plin. de Viris illuſt. 34.
Omni ergo ratione colenda & retinenda iuſticia eſt. Cicero 2. Offic. 59.
Sanguinem omnem profundere mater cupit. Cic. pro Cluentio, 13.
Omnibus ſententijs aliquem uicti ſci. Cic. ad Brutum, 3.4.
Omni huic ſermoni propoſitum eſt, non ut ingenium & eloquentiam meam perſpicias, &c. Cic. de clar. Orat. 177.
Omnis ſpes. Terent. Heaut. 4.3.35,
At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis.
Omni ſupplicio uindicanda. Cic. de Amicit. 40.
Omnia ſumma ſperare. Cic. Att. lib. 11.214.5.
Eo tempore omni Neapoli fui. Cic. pro Sylla, 12.
Omnes tres. Quint. lib. 5, Quanquam omnes tres ſtatim cadere in hoc opus poßint. Sic Omnes duo, Omnes quatuor, Omnes quinq;, &c.
Accingunt omnes operi. Virg. 2. Aen. 47.
Adiurare omnia. Vide Adiuro.
Colluſtrare omnia. Virg. 3. Aen. 131.
Omnia ad arbitrium ſuum facere. Plin. epiſt. 192.
Periclitare omnia. Vide Periclitor.
Permiſcere omnia. Vide Permiſceo.
Præſtare omnia. Ouid. 14. Metam. 35.



Digitized by Google

Omne reddere. Terent. Adel. 2. 4. 16.
Latè uastant omnia. Virg. 4. Georg. 4.
Omnes qui ubique sunt, qui Latinè sciunt. Cicero 2. de Finibus, 20.
Omnia quæcunq; in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt oratori dicenda. Cic. 2. de Orat. 4.
Omne quod scio. Plaut. Curc. 6. 7.
Omnis, cum genitiuo. Sic Liuius 1. belli Macedon. Macedonum ferè omnibus, & quibusdam Andriorum ut manerent persuasit.
Omnes omnium ordinum homines. Cicero pro Rabirio perduell. reo, 14.
Omnes omnium ortus quicunq; gignantur in omni terra quæ incolatur, eosdem esse. Cic. 2. de Diuin. 137.
Longè omnium quicunq; scripserunt aut loquuti sunt, extitit & grauitate princeps Plato. Cic. in Orat. 34.
Omnium egenus. Virg. 1. Aen. 121.
Omnium sermonibus uapulare. Cic. ad Att. lib. 2. 29. 1.
Ex omnibus princeps Gorgias ausus est in conuentu poscere, qua quisq; de re uellet audire. Cic. 3. de Orat. 71.
Vnus ex omnibus amicis certè efficiam ut maximè letere. Cic. Att. lib. 3. 55. 5.
Ex omnium omnibus flagitijs nullum turpius uidi, nullum audiui, quàm quòd, &c. Cic. 2. Philip. 83.
Ex omni nimbos dimittere cælo. Ouid. 1. Metam. 53.
Omnes ad unum idem sentiunt de ea re. Cic. de Amic. 72.
Insultare in omnes. Vide Insilio.
In omne corpus sanguis per uenas infunditur. Cic. 2. de Natura deorum, 28.
Omne ad tempus à periculo tuti: id est, in perpetuum. Cicer. ad Cassium, lib. 12. 1. 3.
In omne æuum nobilis. Hor. 3. Carm. ode 11. 7.
Carminibus uiues tempus in omne meis. Ouidius 1. Trist. eleg. 5. 8.
Ante omnia. Vide Ante præpositionem.
Ad omnia alia. Vide Ad præpositionem.
Omne, sine adiuncto, summam rerum Cicero uocauit, quod Græci τὸ πᾶν appellant. Cicero, Vidésne Epicurum (quem bebetem & rudem dicere solent Stoici) quemadmodũ quod in natura rerum omne esse dicimus, infinitum esse concluserit? Sic Lucretius,

— quæ magnum iaculando contulit omne. Dicit enim, ab immenso illo uniuerso, quod omne uocat, & interdum summam summarum, corpuscula conferri, quib. mundi huius elementa constent & augeantur, munduśq; crescat & amplificetur. Turnebus.

¶ Omnino, penult. prod. Aduerb. (παύτως, παντελῶς, ὅλως, πάμπαν, τὸ παράπαν) Prorsus. Cic. de Amicitia, 80, Omnino est amans sui uirtus.
Plurimum & omnino. Cic. 1. Acad. 14, Plurimum quidem & poetis nostris, omninoq; Latinis & literis luminis, & uerbis attulisti.
Impedimento omnino hæ fuerunt. Cic. Tironi, lib. 16. 10. 4.
Omnino, aut magna ex parte liberatus. Cic. 1. Tusc. 1.
Omnino, aut certè facilius labore alicuius & studio quædam consequi. Cic. pro Corn. Balbo, 34.
Vix, aut omnino non posse fieri. Cic. Att. lib. 3. 65. 3.
Non multum, aut nihil omnino. Cic. 1. Tusc. 9.
Omnino omnis eruditionis expers uir. Cic. 2. de Orat. 1.
Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis uiribus. Cicero 1. Offic. 111.
Omnino leuitatis est. Cic. de Amic. 78.
Omnino modicè epulari. Cic. de Senect. 41.
Omnino nequaquam par. Cic. de Amicit. 61.
Nequis omnino regem reduceret, cui scis interfuisse esse. Cic. Lent. lib. 1. 7. 13.
Nihil omnino. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 19.
Omnino nunquam causas alicuius rei attingere. Cicero 2. de Orator. 3.
Omnino nusquam reperiri. Cic. de Amic. 20.
Omnino omnis. Cic. 1. de Inuentione, 99, Hoc genus & cætera necessaria, & omnino omnis argumentatio, & eius reprehensio.
Omnino præclarè te habes. Cic. 4. Verr. 106.
Omnino pugnas, sed cum aduersario facili. Cic. 4. Acad. 148. Et 5. Verr. 68, Omnino relinquendum.
Omnino, in principio sententiæ. Cicer. de Amicit. 67, Omnino omnium horum uitiorum atq; incommodorum una cautio est, atq; una prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiamus. hoc est, Vna omnino cautio atq; una prouisio est: id est, quod in totum dicitur: hoc est, non plures. Idem 1. Offic. 94.
Is omnino seruus, in familia non erat, eum statim exhiberi iubet. Cic. 7. Verr. 14.
Omnino, pro tantummodo. Cic. pro Cluent. 61, Quinq; omnino fuerunt, qui illum uestrum innocentem Oppianicũ, &c. absoluerent. Budæus Plin. lib. 10. cap. 74. 2.
Omnino, pro Etiam: & Sed omnino, pro Sed etiam. Cicer. pro Cluent. 134, Nego illum adolescẽtem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illa die esse mortuum. Idem pro Quintio, 51, Mihi perdifficile esse contra tales oratores, non modò tantam causam perorare, sed omnino uerbum facere conari. id est, Sed etiam quouis modo. Hæc Budæus.
Omnino, superlatiuo iunctum. Cic. de Senect. 8, Aptissima omnino sunt, Scipio & Læli, arma senectutis, artes, &c. id est, quàm aptissima, aut omnino aptissima.
Perscribere diligentissimè omnino aliquid. Cicero Attic. libro 6. 114. 11.
¶ Omnicarpus, omnicarpa, omnicarpum, Adiectiuum: ut, Omnicarpæ capræ. Varr. de Ling. Latin. lib. 4.
¶ Omnifariam, Aduerbium (παντοδαπῶς) Omnibus modis. Gel. lib. 12. cap. 13, Quum uerò omnes terras omnifariam & undiq; uersum circunfluat, nihil citra eum est.
¶ Omnimodis, pen. corr. Aduerb. (ἐκ παντὸς τρόπου) Id est, omnibus modis. Lucret. lib. 3. 83,

Si non omnimodis, aut magna parte animai Priuatus.

¶ Omninodè, penultima correpta, Aduerbium (παντοίως) Lucret. lib. 2. 99,

Omninodè expertus fueris, quam quisq; det ordo, &c.

¶ Omnimodus, Adiect. ut, Ignis omnimodus Lucret. lib. 1,

Ignis enim foret omnimodus, quodcunq; crearet. id est, omnibus modis ignis est. Nonnulli legunt omnimodis, manente eadem sententia. Alij, unimodus. Vide Lambinum.

¶ Omnifer, pen. corr. Adiect. (παντοφόρος) Ouid. 2. Met. 55,

Sustulit omnifero collo tenus arida uultus. De tellure.

¶ Omnigenus, pen. corr. Adiect. (παντοῖος) ut Cæcigenus. Lucret. lib. 2. 152,

E' quibus omnigenos gignunt, uariantq; colores. Idem de atomis loquens, Omnigenos cœtus. Alibi, Omnigenis è principijs. Hæc Budæus. Virg. 8. Aen. 140,

Omnigenumq; deũm monstra.

¶ Omniparens, pen. cor. om. g. (παντοτόκος) Vir. 6. Aen. 119.

Necnõ et Tyrion terræ omniparẽtis alumnũ Cernere erat,

Terra omniparens. Lucret. lib. 5. 52. Virg. 6. Aen. 119.
¶ Omnipotens, pen. corr. huius omnipotẽtis, om. gen. (παντοκράτωρ) Omnia potẽs. Cõpositũ est, ut docet Priscianus, ex

tribus

tribus corruptis,omni,potis,& ens,Qui omnium potis est. Plaut.Pœn.4.53,

Dij immortales,omnipotẽtes,quid apud uos est pulchrius? Virg.lib.8.Aen.67,

Omnipotens fortuna.

Pater omnipotens,Iouis est periphrasis.Virg.3.Aen.51.

Neptunus omnipotens.Cic.4.Tusc.119, — teq; omnipotens Neptune inuoco.Ex quodam poeta.

¶ Omnipotentia,omnipotentiæ.Macrob.lib.5. Saturnalium, cap.16,de Fortuna loquens, Omnipotentiam quoq; eidem tribuit.Idẽ in Somnio Scipionis,lib.1.cap.14,Vt summi omnipotentiam Dei ostenderet.

¶ Omnituens,omnituentis,& pluraliter omnituentes. Lucretius,

Non congressa modo uitales conuenienti
Contulit inter se motus,quibus omnituentes
Accensi sensus animantem quanq; tuentur. Sic reponit Turnebus,omne & tuentes,duabus dictionibus in unam iunctis,non dissimili ratione atq; apud eundem poetam legitur,ædituentes.

¶ Omniuagus, penultima correpta (παντοπλανὴς) ut Soliuagus.Cic.2.de Natura deorum, 99, Quæ eadem Diana omniuaga dicitur:non à uenando,sed quòd in septem numeratur tanquam uagantibus.

¶ Omniuolus,Adiectiuum,Omnia uolens, uel omnia cupiens: quod epitheton à Catullo Ioui tribuitur,quem poetæ finxerunt in amoribus admodum inconstantem, omniumq; ferè formosarum concubitus appetentem. Sic enim scribit,

Sæpe etiam Iuno maxima Cælicolûm
Coniugis in culpa flagrauit quotidiana,
Noscens omniuoli plurima furta Iouis.

¶ Omniuorus,pen.corr.Adiect.(παμφάγος) Plin.lib.25.capite 8.15,Bibunt autem lac uaccinum, quoniam boues omniuoræ ferè sunt in herbis.

Omoplatę] ὠμοπλάτη,Sunt duo ossa lata, utrinq; à ceruice ad scapulas tendentia,quæ à Latinis Scopula operta uocantur.Author Celsus.lib.8.cap.1.

Omophagi] ὠμοφάγοι, penultima producta, qui cruda carne uescuntur,quales perhibentur esse Aetoli, ut ait Thucydides.

Omphacium] huius omphacij (ὀμφάκιον) Quod barbari uerjutum uocant. Plin. lib. 23. in Prologo,Omphacium qua fieret ratione incipientis uuæ pubertate, in unguentorum loco docuimus.

¶ Omphaces, ὄμφακες, dicuntur uuæ & fructus immaturi.

¶ Omphacinus,pen.corr.Adiect.(ὀμφάκινος) Quod ex omphace factum est.

Omphacinum oleum,Quod ex olea omphaca,id est,immatura expressum est.Plin.lib.23.cap.4.3.

Omphacinon] ὀμφάκινον,à Polluce memoratur pro ueste fœminea,lib.7.cap.13.

Omphale] pen.corr.(ὀμφάλη) Nomen reginæ Lydiæ,cui Hercules propter amorem seruiuit:multisq; ab ea muneribus est donatus,quòd ad Sangarim fluuium serpentem multos homines interficientem interemisset.Hæc,ut tradit Donatus in Terentium,ipsum Herculem sibi seruientem etiam ad lanificium compulit:quem ipsa calathum & colum,cultuq; fœmineos,sagittis & claua,leonisq; tegmine mutasset. Propert.lib.3.eleg.11.4,

Omphale in tantum formæ processit honorem,&c.

Quo loco Omphale mediam productam habet:nisi quis uocalem in fine non auferendam putet, ut nonnunquam fit & apud Virgilium. Producta uerò esse non potest nisi ratione liquidæ, quæ Latinis poetis uix conceditur.

Omphalocarpon] ὀμφάλιον, Dioscoridi,Herba est quam alij Ampeloparcon,alij philanthropon appellant, quòd semen gignat hamatum, quod uestibus adhærescens, hominũ amore teneri uidetur. Omphalocarpon autem idcirco appellatum est (ut non obscurè innuit Dioscorides lib.3.cap. 103) quod semen eius rotunditate quadam umbilici speciem uideatur referre. Apud Plin.lib. 27. cap. 5, Omphalocarpon legitur. facit tamen ratio etymologiæ, quam modò adduximus,ut Omphalocarpon restituendum putemus.Vide Marcel. Virg.in locum Dioscoridis paulo antè citatum, & Hermolaum in Plinium.

O N

Onæ] ὄναι,ficus sunt perdulces,quæ Tarenti tantùm nascuntur:sic dictæ,quòd propter bonitatem iure emi mereantur. ὠνὴ enim Græcè dicitur emptio à uerbo ὠνέωμαι, quod est emo.apud Plin.lib.15.cap.18.legitur Onæ.

Onager] huius onagri,pen.corr.m.g.(ὄναγρος) Asinus siluestris.Componitur ex ὄνος, asinus, & ἄγριος, syluestris. Varro 2.de re Rust.cap.6.2,de Asinis loquens, Horum genera duo:unum ferum,quos uocant onagros, in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi:alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes.Cic.ad Att.lib.6.112.5.

Timidos onagros agitare cursu.Virg.3.Georg.82.

Onagos] ὀνηγὸς,Fabulæ nomen.Plautus,

Huic nomen Græcè est onagos fabulæ.

Onchestus] ὀγχηστὸς,Filius fuit Neptuni, qui Onchestum ciuitatem Mycallesso promontorio propinquam condidit, deq; suo nomine appellauit.

Onchestus] ὀγχηστὸς, Bœotiæ urbs est, non procul à lacu Copaide,ubi Amphyctionum concilium cogi solet,teste Strabone lib. 9, Condita putatur ab Onchesto heroe, Neptuni filio,& ab eo nomen accepisse.

Onchiston] Locus est in finibus Thebanorum, teste Hom. lib.Iliad.2.

Onero,Oneroſus] Vide Onus.

Onesicritus] pen.prod.(ὀνησίκριτος) philosophus,& historicus Aegineta:ut autem Demetrio Magnesio placet, Astypaleus fuit,è Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere uidetur.ut enim hic cum Cyro,ille cum Alexandro militauit.Xenophon Cyri Pædia,Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter & utrq; principis sui persequitur laudes:stylus insuper utriusq; simillimus. Author Diogenes Laertius.

Onesimus] pen.corr.Cyprius seu Spartiata,tempore Constantini magni,scripsitin Rhetorica,De statuum differentia Præexercitationes,Declamationes,& alia.Suid.

Onisicus] huius onisci, Genus uermiculi arcuatim incedentis.Plin.lib.29.cap.6,Millepeda,ab alijs centipeda,aut multipeda dicta,animal est è uermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens,tactuq; contrahens se:onisicum Græci uocant.

Onoba] Hispaniæ Baticæ oppidum, prope Iunonis promontorium,Plinio authore libro 3.capite 1, & Pomponio, libro 3.

Onobalisturia] ὀνοβαλιστούρια,Ptolemæo lib.2.cap.4.Hispaniæ urbs:alio nomine Onaba Lusturia.

Onobatis] ὀνοβάτις, apud Cumanos dicebatur mulier in adulterio deprehensa,teste Plutarcho:qui refert,Cumanis in more fuisse,ut quum aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum deductam,& saxo impositam,spectandam omnibus proponerent:deinde asino impositam per urbem perueherent,eaq; infamia notatam, onobatim appellabant.

Onocentaurus] ὀνοκένταυρος, Animal monstruosum, quod

quod à parte superiori hominis speciem habet: à parte inferiori, asini præfert imaginem: quemadmodum & Hippocentauros finxit antiquitas, superiori parte hominem, reliqua equum referentes. Onocentaurorum mentio est in sacris literis apud Esaiam.

**Onochelos**] pen. prod. ὀνόχελος, Latinè sonat Labium asini, Genus herbæ, paruo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice meßibus sanguinea, ceterò nigra, in locis fabulosis nascens. Hæc à Plinio lib. 22. cap. 21. numeratur inter species anchusæ.

**Onochonus**] Thessaliæ fluuius, unus ex ijs quos Xerxianus exercitus traditur ebibisse. Author Herod.

**Onocrotalus**] onocrotali, pen. cor. (ὀνοκρόταλος) Auis est cygno similis. Dicta, quòd collum in aqua mergens spirãsq; ueluti ruditum asini edat. ὄνος, asinus: κρόταλος, crepitus. Plin. lib. 10. cap. 47. 1.

Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis messet alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas. mox perfecta rapina sensim inde in os reddita in ueram aluum ruminantis modo refert.

**Onomatopœia**] ὀνοματοποιία, id est, nominis fictio: ut Balatus ouium, Mugitus boum, Dicta onomatopœia, quasi τὸ ὀνόματος ποίησις. A quibusdam Nominatio dicitur, qua rei, cui nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, ipsi nomen effingimus, aut imitationis, aut significationis gratia. Inde sunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare.

**Ononis**] Vide Anonis.

**Onthyrion**] ὀνθύριον, Oppidum est Thessaliæ iuxta Arnẽ: cuius incolæ Onthyrici appellantur. Stephanus.

**Onuphis**] ὄνουφις, Vrbs celebris Aegypti, à qua uicina præfectura Onuphitis appellatur: cuius meminit. Plinius lib. 5. cap. 9.

**Onus**] oneris, pen. corr. n. g. (φορτίον, ὄχθος, γόμος) Põdus. Cic. pro lege Manil. 38. Insula Delos tã procul à nobis Aegeo mari posita, quo omnes undiq; cum mercibus atq; oneribus commeabant.

Vacuus onere. Sene. Herc. fur. 9. 31.
Coloßica onera. Vide Colossus.
Ignauum onus. Lucan. lib. 7. 20.
Illetabile onus. Stat. 5. Thebaid. 127.
Insolitum onus. Stat. 6. Thebaid. 86.
Insuetum onus. Ouid. 2. Metam. 33.
Accipere onera uenientem. Virg. 4. Georg. 34.
Cum onere moram offerre. Vide Cum præpositionem.
Cedere oneri. Vide Cedo.
Concidere sub onere. Vide Concido, pen. corr.
Deponere onus. Lucret. lib. 3. 215.
Detrectat onus ceruice rebelli. Claudius primo de raptu Proserp. 32.
Dulce onus ferre. Ouid. 9. Metam. 68.
Grande onus gerere. Ouid. 7. Metam. 127.
Iactare onus. Senec. Hippol. 10. 19.
Premi nullo onere. Senec. Herc. fur. 6. 18.
Grauius dorso subijt onus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 5.
Ferendo oneri esse. Ouid. 15. Metam. 81.
Mantica lumbos ulcerat onere. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 22.
Onus ciborum reddere. Plin. lib. 8. cap. 27. 1.
Oneri esse: hoc est, molestiæ. Liu. 3. bel. Pun. 198.
Geminatum onus. Quint. lib. 2. cap. 3. 2.
Operum onera. Quint. lib. 1. cap. 9. 5.

**Onus**, pro Munere, prouincia, siue partibus & Officio. Cic. de Orat. Magnũ quiddam est onus ac munus suscipere ac profiteri, se, &c. Idem 6. Verr. 70. Cur ego tuas partes suscipios curtum onus sustineo?

Officij onus. Cic. Appio, lib. 3. 13. 2.
Grauißimum onus. Quint. lib. 2. cap. 6. 23.
Abijcere onus. Vide Opprimi onere.
Accipere onus. Vide Accipio.
Alleuare onus. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Deponere onus. Cic. pro Sylla, 49.
Habere onus. Cic. 5. Verr. 3.
Imponere onus. Cic. ad Thermum, lib. 13. 57. 2.
Onus simultatis imponere. Cicero ad Quint. fratrem, libro 2. 5. 2.
Obseruantiæ onus magnum alicui imponere. Cicero Attic. libro 13. 268. 4.
Iniustum onus alicui imponere, & Recipere, contraria. Cicero in Orat. 19.
Iniungere onus. Vide Iniungo.
Liberare aliquem onere. Quint. lib. 5. cap. 6. 3.
Opprimi onere. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Perferre onus. Ouid. ad Liuiam, 70.
Molestum onus portare. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 20.
Premi onere. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 4.
Remouere onus à se. Ouid. 12. Metam. 126.
Mens reponit onus. Catul. ad Sirmionem peninsul. epigramm. 29. 2.
Seponere onus coniugij. Lucan. lib. 5. 145.
Subire onus. Quint. lib. 6. cap. 1. 34.
Hoc nihil ad te: nostrum est onus. Cic. Appio, lib. 3. 13. 6.
Suscipere onus. Cicer. 5. Verr. 6, Plus etiam quàm pars uirilis postulat, pro uoluntate populi Romani oneris ac muneris suscipere debeam.
Sustinere onus. Cicero de Senect. 4, Onus se Aetna grauius dicant sustinere.
Tollere onus. Cic. pro Sext. Roscio, 6.
Vacare onere. Quint. lib. 1. cap. 6. 23.

¶ **Onerosus**, penult. product. Adiectiuum (φορτικὸς) Quod est oneri, siue quod onerat & grauat. Plin. libro 17. capite 26. 3, Plurimæ autem amputari sibi uolunt onerosa ac superuacua.

Onerosum capiti, Graue & ponderosum. Plin. libro 22. capite 25. 32.
Onerosa præda, Magni ponderis. Virg. 9. Aeneid. 77.
Hasta onerosa & grauis imbellibus lacertis. Ouid. 3. Metamorph. 22.
Aer onerosior igne. Ouid. 1. Metam. 11.
Sors onerosior. Ouid. 9. Metam. 136.

¶ **Onustus**, Adiect. (ἐμφορτος) Cui onus impositum est: ut,
Onusta frumento nauis. Cic. 3. Offic. 66.
Onustus præda. Liu. 3. ab Vrbe, 124.
Humero onusto uehere aliquid. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 10.
Tergum uulneribus onustum. Tacit. lib. 2.
Onustus cibo & uino. Cic. 1. de Diuinat. 107.
Corpus onustum hesternis uitijs. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 16.
Onustum pectus lætitia: hoc est, plenum. Plaut. Sticho, 5. 3.
Onustus cum genitiuo. Plautus Aulul. 22. 4, Aulam onustam auri.

**Onero**, onerat, pen. cofr. (φορτίζω, γομόω, βρίθω) onerare, Onus imponere. Virg. 1. Aen. 40,

Vina bonus quæ deinde cadis onerârat Acestes. Terẽtius Phorm. 5. 6. 4.

Costas aselli onerat pomis. Virg. 1. Georg. 55.
Mensas onerare epulis. Virg. 4. Georg. 76.
Epulis onerari. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 7.
Malis onerare aliquem. Virg. 4. Aen. 110.
Catenis onerare aliquem. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.

Manus ambas iaculis onerauit acutis. Virg. 10. Aen. 174.
Onerare amœnitate, Lætitia, &c. Plaut. Capt. 13. 7. Ibidem, 13. 58. Sic Onerare se uoluptatibus, Plaut. Stich. 9. 27.
Annonam onerare, Cariorem facere, Vlpian. in l. annonam. ff. de extraord. criminibus, Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ.
Onerato hilaritus me. Plaut. Milite, 10. 8,
Es, bibe, animo obsequere mecum, atq; onerato hilaritus me.
Iniurijs, maledictis onerare aliquem: pro, Iniurijs afficere. Terent. And. 5. 1. 8. Plaut. Pseud. 5. 122. Cic. 2. Philipp. 98, Omnibus eum contumelijs onerasti.
Argumentis quamplurimis onerare iudicem. Cicer. 3. de Nat. deor. 10.
Onerare aures. Plaut. Persa, 5. 13,
Conueniam hunc Toxilum: eius aures quæ sunt mandata onerabo.
Onerabat parentium curas ordo Mutinensis. Tacit. lib. 18.
Commoditatibus onerare diem. Terent. Phor. 5. 6. 2.
Imaginibus onerari. Plin. iunior lib. 3. ad Corneliam Hispullã, Nec minus sæpe ab illo quàm à te meq; admonebitur, quib. imaginibus oneretur: quæ nomina & quanta sustineat.
Laudibus onerare, Vehementer laudare. Liu. 4. ab Vrbe, 63.
Aures onerantur legibus. Propert. lib. 2. eleg. 31. 3.
Onerauit hæc dies me malignitate. Plaut. Capt. 8. 5.
Mendacijs onerare. Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 21.
Odio onerare aures. Sallust. in Ciceronem, 4.
Pensis famulam onerauit iniquis. Propert. lib. 3. eleg. 15. 3.
Populum onerare, pro Exigere à populo pecunias. Plinius in Paneg. 38.
Præceptis onerare aliquem, pro Dare mandata. Plautus Milit. 12, 29.
Principes onerasti futuros. Plin. in Paneg. 124.
Probris onerare aliquem. Senec. Hippol. 2. 9.
Promißis onerare aliquem. Liu. 10. ab Vrbe, 62, Et ipsos nominatim iuuenes pari comitate utrunq; nunc laudibus, nũc promißis onerat.
Pectora onerat largis promißis. Silius lib. 17. 117.
Pugnis onerare, pro Pugnos incutere. Plaut. Ampb. 4. 174.
Rationes onerare: id est, dispendiosum esse, apud Columellam, lib. 4. cap. 2. 1. teste Budæo.
Aethera onerauit uotis. Virg. 9. Aeneid. 5.
¶ Onerans, pen. cor. Particip. (βαρύων) ut, Verba onerantia lassas aures. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 2.
¶ Oneratus, pen. prod. Aliud participium (περιστιφόμενος) Plaut. Pseud. 4. 65, —nisi
Carnaria tria grauida tergoribus onerata, buberi hodie Mihi erunt.
Oneratus ueste. Terent. Heaut. 3. 1. 43.
Oneratus spe præmiorum. Liu. 4. bel. Maced. 221.
Atlas humeros oneratus Olympo. Ouid. 5. Fast. 34.
Brachia onerata telis. Ouid. 3. Metam. 22.
Iumenta onerata plagis. Horat. 1. epist. 19. 10.
Lancibus oneratis cumulant aras. Virg. 12. Aeneid. 43.
Sinu onerato portare aliquid. Seneca Hippol. 10. 6.
Vlmus onerata uitibus. Ouid. 2. Trist. 29.
¶ Onerarius, Adiectiuum (φορτικός) Quod onerat, uel onerari potest.
Naues onerariæ, à gestandis oneribus dictæ sunt, & ob id tardæ. Cic. 3. Verr. 31, Haq; in onerariam nauem suam conijcienda curauit. Vide Nauis.
Onychipuncta] Gemma est ex Iaspidum generibus, quæ & Iaspo nyx dicitur, niueo colore, rutilis punctis stellata. Vnde & nomen accepisse uidetur. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Onytes] pen. prod. Nomen uiri proprium, quod Donatus (inquit Seruius) dicit aut gentile esse, aut patronymicum: sed hoc non procedit, quia neq; patronymicum in Tes exit, neq; Onytes à qua gente ueniat, usquam lectum est. Proprium ergo est, &c. Hæc Seruius, enarrans Virgilianam illud lib. 12. Aeneid. 103,
Tres imo congressu, & mœstum mittit Onyten, &c.
Onyx] huius onychis, pen. cor. masc. & fœm. gen. (ὄνυξ) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 6. 10, Exponenda est & onychis ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transilit, & à lapide ex Carmania. Sudines dicit in gemma esse candorem unguis humani similitudine. Item chrysolithi colorem, & sardæ, & iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere uarietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis uenis oculi modo, interueuientibus quarundam oculis obliquis uenis. Idem lib. 36. cap. 7. 5, Onychem etiam tum in Arabiæ mentibus, nec usquam alibi nasci putauêre nostri ueteres: sed in Germania potorijs uasis inde factis primùm, deinde pedibus lectorum sellisq;, Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, quũ P. Lętulus Spinther amphoras ex eo, & urceos magnitudine cadorũ ostendisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas uidisse se. Mart. lib. 12,
Calcatusq; tuo sub pede lucet onyx. Idem lib. 7. 93,
Siccos pinguis onyx anhelat æstus.
Ex onyche lapide antiqui uasa unguentaria faciebant ad ornatum: unde etiam onyx pro eodem uase sumi cœpit. Martial. lib. 7. 93,
Vnguentum fuerat quod onyx modò parua gerebat.
Onyx, item est, ut ait Dioscor. lib. 2, conchylij operculum, purpuræ operculo simile, quod reperitur in India in paludibus his, quæ nardum ferunt. Itaq; & odores suauissimos afflat, quoniam conchylia nardo uescuntur. Ex his igitur siue testis, siue conchis, fieri poterant uasa ad unguentum seruandum aptissima, quippe quæ nardi odore iam essent penitus imbuta. Dixerunt autem appellationem, & hæc concha, & ille lapis, à similitudine unguis humani, quia nihil sit in eis rugosum, nihil asperum: sed omnia, ut in ungue, leuia & polita. Lambimus.
Paruus onyx nardi. Horat. 4. Carm. ode 12. 4.
¶ Onychinus, pen. prod. Adiectiuũ (ὀνυχινός) Quod pertinet ad Onychem gemmam, uel quod ex onyche factum est: ut, Vasa onychina.
Onychina pyra, à colore uocat Plin. lib. 15. cap. 15. 3. Et Onychina pruna, apud Colũ. lib. 12. cap. 10. 2. quæ onychis, hoc est unguis similitudinem & formam habeant.

O O

Oonæ] pen. prod. Insulæ in Septentrionali Oceano, in quib. (ut Plinius refert lib. 4. cap. 13.) ouis auium & auenis incolæ uiuunt.
Oopellum] Britanniæ insulæ urbs, Ptol. lib. 2. cap. 3. Vxellis alijs dicta, hodie Cestria: Vulgò Chestre Vuchestre.

O P

Opacus] pen. prod. Adiectiuũ (σκιερός, σκιώδης, ἀφεγγής) significat umbrosum, teste Festo: ab operiendo.
Arbor opaca. Virg. 6. Aeneid. 28.
Barba opaca. Catul. in Egnatium, epigram. 37. 3.
Caligo opaca. Ouid. 10. Metam. 11.
Crepuscula opaca. Ouid. 14. Metam. 25.
Domus opaca intus. Virg. 3. Aeneid. 124.
Frigus opacum. Virg. 1 eclog. 11.
Herba opaca. Ouid. 3. Metam. 88.
Latebræ opaciores. Col. lib. 8. cap. 17. 4.
Opacus, & Apricus locus, contraria. Cic. in Partit. 21.

Opacus

Opacus & frigidus locus in ſylua. Cic. 3. de Orat. 11.
Loca opaca redimita ſyluis. Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 1.
Lucis habitamus opacis. Virgil. 6. Aeneid. 135.
Luſtra opaca. Claud. 2. in Eutrop. 85.
Montes umbrantur opaci. Virg. 3. Aeneid. 102.
Nemora opaca, Denſa. Plin. lib. 3. cap. 5. 4.
Nox opaca. Virg. 4. Aeneid. 25.
Nubes opaca. Ouid. 2. de Arte, 124. Cic. in Arato, 23.
Quies opaca. Stat. 3. Sylu. 5. 4.
Ripa uiridi & opaca inambulare. Cic. 1. de Leg. 22.
Rupis opaci umbræ. Virg. 1. Georg. 32.
Opaca ſepes, & munita uallo arboris. Plin. lib. 12. cap. 5. 1.
Syluæ opacæ. Ouid. 2. Faſt 82.
Vallis opaca. Horat. 1. epiſt. 17. 1.
Vlmus opaca. Virg. 6. Aeneid. 57.
Vadere per opaca. Seneca Herc. fur. 10. 6.
Viarum opaca. Virg. 6. Aeneid. 127.
Ferimur per opaca locorum. Virg. 2. Aeneid. 45.
Opaciſſima nemorum ac montium, alta magis, quàm plana paſcua. Col. lib. 6. cap. 22. 1.

¶ Opaco, opacas, pen. prod. (ἐπισκιάζω) opacare, Obumbrare, cooperire, obſcurare. Cic. 2. de Nat. deor. 71, Vt quum terras larga luce cõpleuerit, eaſdẽ modò his, modò illis partibus opacet. De ſole. Idem 1. de Orat. 15, Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis.
Rami opacant arborem. Virg. 2. Georg. 11.
Ramus opacat humum. Virg. 6. Aen. 4.

¶ Opacitas, pen. cor. opacitatis (ἐπισκιασμὸς) Col. lib. 8. cap. 17. 5, Pluſq; nocet putris unda, quàm prodeſt opacitas. Plin. lib. 15. cap. 30. 3.

Opalus] ὤπαλος, Gemma eſt in India tantùm naſcens, colore quidem candida, ita tamen, ut in ea uario modo & carbunculi tenuior ignis, & amethyſti fulgẽs purpura, & ſmaragdi uirens mare, incredibili pariter miſtura translucẽant: unde & inter gemmas pæderotas, hoc eſt, à pueris in delicijs habitas, numeratur à Plinio, lib. 37. cap. 6.

Opalia] ὠπάλια, Feſta erant Opi deæ, quæ Saturni uxor putabatur, dicata: quæ menſe Decẽbri, paucis diebus ante Saturnalia celebrabãtur. Plin. lib. 19. cap. 6, Sunt qui alliũ & ulpicũ inter Opalia & Saturnalia aptiſſimè ſeri putent.

Opera] operæ, pen. cor. (ἐργασία) Actio, labor & induſtria operãtis ſeu operatio pro mercede ſumpta. Cic. Offic. 64, Quibus non malè præcipiunt qui ita iubent, uti ut mercenarijs operam exigendam, iuſta præbenda.
Fabrorum operæ. Cic. 3. Verr. 104.
Parcus opera. Vide Parcus in Parco.
Opera & artificio ſingulari ſimulacrum. Cic. 6. Verr. 64.
Opera & labor. Cic. 1. de Finib. 17.
Multæ operæ & laboris res. Cæſ. 5. bel. Gal. 44.
Bona aut mala opera. Plaut. Pſeud. 3. 102. Vide Malus.
Celeris opera. Horat. de Arte, 53.
Conducta opera. Vide Conduco.
Eadem opera, Eadẽ diligentia, eodẽ labore. Plaut. Capt. 7. 91, Eadem opera à Prætore ſumas ſyngraphum.
Impenſa opera. Quint. lib. 1. cap. 10. 27.
Iners opera. Vide Iners.
Opera maiore. Plaut. Caſina, 2. 72. hoc eſt, maiori labore.
Opera mea, Opera tua, Quod barbari Tuo medio dicunt. Terent. Hecyr. 2. 1. 31,
Non mea opera, neq; pol culpa euenit. Idem Phorm. 4. 4. 4. ——opera tua
Ad reſtim mihi quidem res redijt planiſſumè.
Militaris opera. Liu. lib. 4. Decad. 5.
Secundæ operæ homo: hoc eſt, ſimulãs ſimulanti, miniſter miniſtri. Lucanus lib. 8.
Operæ ſucciſiuæ. Cic. Philipp. 1. Togata opera. Vide Toga.
Vehemens opera. Horat. 1. epiſt. 13. 2.
Vna opera. Plaut. Capt. 11. 32.
Et quidem Alcmeon atq; Oreſtes & Lycurgus poſtea
Vna opera mihi ſunt ſodales, qua iſte. id eſt, tam ſunt mihi ſodales quàm iſte.
Opera, id eſt, uirtute & induſtria benefici & liberales qui erunt, eò plures ad benignè faciendum adiutores habebunt, quò pluribus profuerint. Cic. 2. Offic. 75.
Foris operæ intermiſſio. Cic. 2. de Diuinat. 209.
Sine hominum opera, neq; ualetudinis curatio, neq; nauigatio, neq; agricultura, neq; frugum fructuumq; reliquorum perceptio & conſeruatio ulla eſſe potuiſſet. Cic. 2. Offic. 16.
Accommodare operam. Vide Accommodo.
Addere operam. Vide Addo.
Afferre operam alicui. Ouid 2. de Arte, 135.
Commodare operam. Vide Commodo.
Condicere operam. Vide Condico.
Conferre operam. Vide Confero.
Multam operã conferre in res obſcuras. Cic. 1. Offic. 29.
Conſumere multam operam fruſtra. Cic. 1. Tuſc. 165.
Laboris & operæ plus in aliqua re conſumere, quàm cæteri in alia. Cic. pro Fonteio, 1.
Conſumere operam in aliqua re. Vide Conſumo.
Conterere operam. Vide Contero.
Operam dependere & impẽdere. Colum. lib. 4. cap. 22. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Operam dare alicui rei. Plaut. Trinum. 13. 21, ——lubido eſt
Obſeruari quid agat, ei rei operam dabo. id eſt, In hac re laborabo.
Operam dare amori, Amare. Terent. Heaut. 1. 1. 58.
Dare operam bellis. Ouid. 1. de Remed. Amor. 33.
Dare operã funeri. Eſt intereſſe pompis exequiarum. Cic. Att. lib. 15. 329. 2. Alij dicunt idem eſſe quod curare funus.
Liberis operã dare, quã honeſtè dicitur. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 9.
Aſſiduas operas dare ludis. Lucret. lib. 4. 197.
Dare operam præceptori: id eſt, audire eum. Suetõ. in Iulio Cæſare, cap. 4. Budæus.
Dare operam rebus diuinis. Cic. 2. de Leg. 43.
Dare operam ſtudio iuris Ciuilis. Cic. de clar. Orat. 169.
Dare operam tonſori, Tonderi. Sueton. in Auguſto, cap. 79.
Dare operam ualetudini. Cic. 1. de Orat. 138.
Dare operam alicui, iuuare aliquẽ. Plaut. Bacchid. 1. 11,
Vbi ei dederit operas, ne hãc ille habeat pro ancilla ſibi.
Idem Capt. 7. 2, ——uult te nouus herus operã dare
Tuo ueteri domino, quod uelit fideliter.
Operas dare alicui in re aliqua. Vide Dare operam. Cic. 4. Ver. 123, Canuleius uerò qui in portu Syracuſis operas dabat, furta quoq;, &c. Et ad Silium, lib. 13. 66. 1, Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat.
Dare operam in exercitationem aliquam. Cic. 1. Tuſc. 12.
Dare operã alicui dicitur iudex, cũ audientiã illi accõmodat. Cic. ad Att. lib. 13. 296. 3, Is ad me uenit, dixitq; iudicẽ operam dare ſibi conſtituiſſe eo die ipſo, quo de Seſtio noſtro lege Pompeia in conſilium iri neceſſe erat.
Dare operam ut aliquid fiat. Cic. Seruio, lib. 13. 28. 6.
Id operam do: id eſt, Curo & laboro. Terent. And. 1. 1. 130, Cic. in Verrem, Primum omnium opera danda eſt, qui famæ noſtræ capitiq; conſulant.
Egregiam operam alicui dare. Cic. Attic. lib. 5. 90. 2.
Dedita, uel data opera facere. Vide Do, & Dedo.
Mercenariorum operæ, non artes emuntur. Cic. 1. Offic. 209.

Ope atq; opera omni eniti, ut aliquid fiat. Cicero Attico, libro 14.313.7.

Opera est mihi: quod barbarè dicitur, Habeo ad faciendum. Plaut. Merc. 6.15,

Dicam, si uideam tibi operam esse aut ocium. id est, Si uidero te esse occupatum. Idem Milite, 14.93.

Operæ est, idē quod opus est, uel uacat. Plaut. Casin. 23.5,

Operā date, dū mea facta itero, est operæ aurib. accipere. Liu. 1. bel. Pun. 33, Nec Annibali in tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire.

Pauper, cui opera uita erat: id est, uitam sibi comparabat ex labore. Terent. Phorm. 2.3.16.

Exigere plenam operam. Quintil. lib. 1. cap. 1.15.

Experiri opera. Plaut. Bacchid. 7.3,

Homini amico qui est amicus, ita uti nomen possidet, Nisi deos nihil præstare, id opera expertus sum esse ita.

Opera orationis compendi facere. Plaut. Mostel. 3.57. hoc est, Paucis eloqui.

Grauari operam. Plaut. Rud. 11.22,

Cur tu operā grauare mihi, quam ciuis ciui cōmodat? id est, Cur inuitus iuuas?

Impendere operam intra tectum. Vide Impendo.

Impendere duplicem operam. Vide Impendo.

Insumere operam. Vide Insumo.

Interponere operam. Vide Interpono.

Locare operam alicui. Gel. lib. 3. cap. 30. Vide Locus.

Ludere operam. Vide Ludus.

Nouare operam. Liu. lib. 4. Decad. 5. Vide Nauo.

Bonam operam nauare. Vide Bonus.

Parcere operæ. Vide Parco.

Non parcam operæ. Cic. Seruio, lib. 13. 28. 1.

Operam perdere, quod & operam ludere dicitur: hoc est, Inuanum laborare. Cic. pro L. Murena, 20, Quod quidē ius Ciuile didicisti, non dicam operam perdidisti. Idem 1. de Orator. 62, Tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud se perdere.

Perdere operam & oleum. Vide Oleum.

Periit opera. Cic. ad Attic. lib. 2. 32. 2, Ne & opera & oleum philologiæ nostræ perierit.

Operam ponere in re aliqua. Cicer. 1. Offic. 29, Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur, id iure laudabitur.

Ponere operam alicui. Cic. ad Attic. lib. 13. 28. 3. 4, Quicquid erit, operam Faberio ponamus. hoc est, pecuniam exigamus à Faberio debitore, demus operā ut pecunia exigatur à Faberio.

Bene ponere operā. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 15. 6.

Præbere operam alicui. Cic. de clar. Orat. 90.

Reddere operam uel operas. Vide Reddo.

Tu musis nostris para ut operā reddas. Cic. Tironi, li. 16. 12. 4.

Iustam operam reddere. Vide Iustus.

Pol haud censebam istarum esse operarum. quasi dicat, Non existimabam patrem his rebus se immiscere, & talia curare, siue talibus rebus operam dare. Plaut. Merc. 17.13.

Sumere operam. Cic. 6. Verr. 61.

Inanem operam sumere. Horat. de Arte, 90.

Operam & munus aliquod suscipere. Cic. pro Corn. Balbo, 12.

Tribuenda est opera Reip. uel omnis potius in ea cogitatio & cura ponenda est. Cic. 2. de Diuinat. 11.

Opera alicuius uti ad rem aliquam. Cic. 4. Acad. 217.

Mutuas operas tradere. Vide Mutuum.

Opera accipitur interdum pro delicto. Liu. lib. 1. Decad. 5, Placuit Lanuuinos, quorum opera instauratæ essent feriæ, hostias præbere: illi enim in precatione enarrauerant.

Operas quoq;, personas dicimus quæ aliquid faciunt: siue etiā nebulones conductos ad malum infrendū. Cic. 7. Verr. 38, Quæ ad tuam laudationem missa est, nauem tibi operis publicis Mamertinorū esse ædificatā. Idem pro P. Sestio, 50. Et ad Attic. lib. 2. 8. 6, de Clodij iudicio, Boni uiri precibus Clodij à causa remouentur, operæ cōparantur. Opera, numero singul. in eadem significatione. Horat. 2. Serm. Satyr. 7.24, ——ocyus hinc te

Ni rapis, accedes opera agro noua Sabino.

Mercenariæ operæ, & multitudo conducta. Cic. 1. Philip. 16.

Conductæ operæ. Cic. pro Sestio, 30.

Confirmat operas suas Clodius. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 7. 8.

In operas multos mittere. Cic. pro Plancio, 37.

Prohibere operas aditu. Cic. Attic. lib. 4. 72. 4.

Operæ etiam publicanorum, quos factores uulgò uocant. Cic. Crassipedi, lib. 13. 10. 5, A te peto Cn. Pupium qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officijs, atq; omni liberalitate tutare, cureq; ut eius operæ (quod tibi facile factu est) quàm gratissimæ sint socijs.

De operis, Colum. lib. 2. cap. 23, abundè tractat.

Theatrales operæ. Tacit. lib. 1.

Operula] operulæ, pen. cor. Diminut. Apuleius, Operulas etiam in eam contuli, quas adhuc uigenis sacrariam faciens merebam.

Opella] Aliud diminut. ut, Forēsis opella. Horat. 1. epist. 7. 2.

Parua opella. Lucret. lib. 1. 220.

¶ Operarius, operarij, Qui alicui rei operam impendit, & laborem insumit in re aliqua. Vnde Cassius apud Varronē, lib. 1. de Re rust. cap. 17, scribit operarios parādos esse qui laborem ferre possint, ne minores annorum uiginti, & ad agriculturam dociles. Cic. 6. Verr. 68, Barbaros quosdā Libybæo scitote aduocatos esse operarios. Idem in Parad. 27, Vtrum de bonis est quærendum quid baiuli atq; operarij, an quid homines doctissimi senserint?

Appositus ad deferenda quædam onera operarius. Cicer. 5. Verr. 112.

Lingua operarius. Cicer. 1. de Orat. 41, Hos quos nos oratores uocaremus, nihil esse dicebat nisi quosdā operarios linguæ celeri & exercitata.

¶ Operaria, operariæ (ὀργάτης) Plaut. Bacch. 1.41.

Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium preciosa operaria es.

¶ Operarius, Adiect. (ὀργάτης) Quod industria atq; opera fit, siue quod ad operarium pertinet. Plin. lib. 14. cap. 10, Sed inter uina operaria numerantur.

Homo operarius, Qui operatur. Cicer. pro Rosc. Amer. 72. Idem ad Atticum, lib. 7. 122. 9, Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. id est, mechanico, quē uocāt.

Orator operarius. Cic. 1. de Orat. 137.

Lapides operarij, Qui ad opus aliquod accommodari & incidi possunt. Plin. lib. 36. cap. 22. 8.

Vsus operarius, Qui ad aliquod opus faciēdum adhibetur, uel qui alicui operæ accommodatur. Plin. lib. 8. cap. 3. 3.

Pecus operarium, Cuius usum ad operas nostras faciendas conuertimus, uel quo utimur ad id quod opus habemus. Colum. libro 6. cap. 2. 12. hoc est, quo terram colimus.

Dies operarius, id est, profestus. Cato de Re rust. cap. 2. 2, Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarūm dierum. Per syncopen, pro operariorum. Castigatiora exemplaria sic distinguunt, operarum, dierum: ut sit ab opera.

¶ Operosus, pen. prod. Adiect. (ὀργατικὸς) Qui agit, & rebus gerendis operam dat, inquit Valla. Cicer. de Senect. 23, Sed uidetis ut senectus non modò languida atque iners non sit, uerumetiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens.

Colonus

Colonus operosus. Ouid. de Nuce, 12.
Mulier operosa cultibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 1.
Brachia operosa Cyclopum. Stat. 1. Thebaid. 44.
Operosus eius rei quisq; dicitur, in qua desudat. Ouidius 1. Fastor. 21.

Disce metu posito uates operose dierum,
Quod petis. id est, Qui in digerendis diarijs laboras.

¶ Operosus, Passiuè aliquando accipitur. Ouid. 1. Metam. 52,

—moles operosa laboret. id est, quæ ab aliquo operata est: non quæ aliquid facit, ait Valla lib. 1.

Operosus, pro Efficaci ponitur. Ouid. 14. Metam. 5,

Vtere tentatis operosæ uiribus herbæ.

Operosus, Multæ operæ, uel uehementis, inquit Valla lib. 1. Plinius lib. 18. cap. 15. 1. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 21. 8, Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.
Facilis & Operosus, contraria. Plin. lib. 15. cap. 23. 2.
Aes operosum. Ouid. epist. 3. 7.
Agri operosi. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 7.
Antra operosa. Propert. lib. 3. eleg. 2. 3.
Artes operosæ. Cic. 2. Offic. 23.
Aruæ operosa. Ouid. 1. de Arte, 80.
Bella operosa. Ouid. ad Pisonem, 5.
Carmina operosa. Horat. 4. Carm. ode 2. 7.
Concursatio operosa. Cic. de clar. Orat. 188.
Gloria operosa. Ouid. epist. 2. 13.
Operosus & molestus labor. Cic. 2. de Nat. deor. 84.
Sepulchrum operosum. Cic. 2. de Leg. 102.
Spissum & operosum opus. Cic. Quint. frat. lib. 2. 15. 5.
Stamen operosum. Ouid. 1. de Arte, 140.
Templa operosa. Ouid. 15. Metam. 134.
Operosior (ὀργαστικώτερος) Operosissimus. Cicer. 2. de Leg. 72, Textile, nec operosus quàm mulieris opus menstruum. Plin. lib. 7. cap. 53. 6, Operosissima tamen securitas mortis in M. Osilio Hilaro ab antiquis traditur.
Diuitiæ operosiores. Horat. 3. Carm. ode 1. 10.
¶ Operosè, penult. prod. Aduerbium (ὀργαστικῶς) Laboriosè, difficulter. Cic. in Orat. 83, Quod uel maximè desiderat diligentiam (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet operosè. Plin. lib. 18. cap. 26. 8, Dicemus mox paulo operosius.
¶ Operositas, pen. cor. operositatis. Quintil. lib. 8. cap. 3, Est etiam quæ περισσολογία uocatur, superuacua, ut sic dixerim, operositas.
¶ Operæprecium, πρᾶγμα, significat fructuosum, & ad rem pertinens, uel quia decens, uel quia utile, uel quia gloriosum, uel quia iucundum: inquit Valla lib. 4. Terent. Andr. 1. 3. 12,

Audireq; eorum est operæprecium audaciam. Vbi Donatus, operæprecium dicitur de mirificis & laudabilibus. nam & ea quæ magna sunt, etiam si mala, tamen miramur: quia libenter audiamus: & hoc precium est operæ, id est, audiendi. Cicer. 6. Verr. 25, Iam ut hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit Iudices, est operæprecium cognoscere.

Mereri operæprecia. Liu. 2. bel. Pun. Tempus est opulenta uos ac ditia stipendia facere, & magna operæprecia mereri. id est, magna præmia militiæ, ait Budæus.
Facere operæprecium. Liu. 2. bel. Pun. 5, M. Centenius petit à Patribus, uti sibi quinq; millia militum darentur: se peritũ & hostis, & regionum, breui operæprecium facturum.
Operæprecium habere aliquid. Liu. 5. bel. Pun. Operæpreciũ habent libertatem, ciuitatemq;.
Operæprecium est: id est, Magni æstimandum est, & magnipẽdendum. Liuius in præfatione operis, 1, Facturus ne operæprecium sim, si à primordio urbis res pop. Romani perscripsero: nec satis scio, nec si sciam, dicere ausim. Idem alibi, Ibi dies aliquot frustra absumpti: & quia uix operæprecium erat, absceſſere. id est, uix tanti fuisset urbs capta, ut tempus tamdiu tereretur. Cicer. pro Rosc. Amer. 64, Si nihil in ista pugna Roscij quod operæprecium esset, fecerat: quã ob causam à Chrysogono tantis præmijs donabantur? id est, nihil quod ualeret, ut uulgus loquitur. Budæus.
Precium operæ etiam dicitur, ut Verisimile, & simile ueri, per tmesin. Plinius, Id uerò audire, precium operæ sit.
¶ Operor, pen. cor. operaris (ὀργάω, ὀργάζω, ὀργάζομαι) operari, In opere aliquo faciundo laborare. Plin. lib. 11. cap. 10. 2, Adolescentiores ad opera exeunt, & supradicta conficiunt, seniores intus operantur.
Operari, Operam dare. Colum. lib. 12. cap. 4. 3, Si rebus uenereis fuerit operatus uel uir uel fœmina: debere eos flumine ablui.
Operari superstitionibus. Liu. lib. 10.
Operari liberalibus studijs. Tacit. lib. 3. Vbi operari, operam nauare significat.
Operari, Nonio est religiosè, & cum summa ueneratione sacrificijs litare uel conuiuari. Iuuenal. Satyr. 12. 10,

Et matutinis operatur festa lucernis. Virgilius 8. Georg. 68,

——lætis operatus in herbis.

Operari noctes dicitur Luna, quum circulum suum per noctis tempus absoluit, & per Solis occasum lumen nobis præbet, quod ueluti opus suum est. Propert. lib. 2. eleg. 34. 1,

Cynthia iam noctes est operata decem.

¶ Operatus, pen. prod. Participium (ὀργασθείς) Liuius 4. ab Vrbe, 259, Saltem acquiescere eo tempore, quo corpus additum atq; operatum Reipub. esset.
Operati auditioni. Plin. lib. 26. cap. 2. ad finem.
Iuuentus operata nouis aruis. Virg. 3. Aeneid. 28.
Ora operata. Ouid. 6. Fast. 50.
Omnia sint operata deo. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 2.
Operatus, absolutè, pro Operatus sacris. Tacit. lib. 2, Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, uiditq; se operatum.
¶ Operatio, Verbale (ὀργία, ἐνέργεια) Plinius libro 11. cap. 24. 2, Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum.
Moueri operatione alicuius. Cic. Attic. lib. 6. 11 4. 11.
Operatio, Sacrificatio. Plaut.

Vt isthæc operatio crimen expiet.

¶ Operator, pen. prod. Verbale. Firmicus lib. 3. cap. 9. Si Mercurius in hoc loco partiliter fuerit constitutus, faciet multa perpeti mala laborantes eorum enim artes erunt, aut sordidæ, aut squalidæ, ex quibus uigiliæ perpetuæ operatoribus exigantur: quales sunt cõfectores coriorũ, fullones, lanarij.
Operculo, Operculas, Operculum ] Vide post Operio.
Operio ] operis, pen. cor. operui, opertum (ἐπικαλύπτω) operire, Claudere. Compositum ex Ob & Pario: sed b abijcitur. Plin. libro 11. cap. 37. 26, Morientibus oculos operire, rursusq; in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est.
Sopor operit oculos: Catul. de Berecynthia, epigram. 58. 8.
Ostium operire. Terent. Phorm. 5. 3. 33.
Operire, Tegere. Propert. lib. 3. eleg. 13. 7,

Atq; hinuli pellis totos operibat amantes.

Fronde operire domum. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 8.
Pellis operit latos humeros. Virg. 11. Aen. 136.
Floribus & sertis operit limina. Lucret. lib. 4. 237.

Luctum operire, Celare, abscondere, non patefacere. Plinius epistol. 60. b.
Nox operit terras. Virg. 4. Aeneid. 71.
Operior] operiris, opertus sum (ἐπικαλύπτομαι) operiri, Passiuū. Cic. 6. Ver. 105, In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu operiretur, nisi munitione, &c.
Arbos operitur frondibus. Ouid. 1. Fast. 31.
¶ Opertus, Particip. (ἐπικεκαλυμμένος) ut, Montes operti arbore. Ouid. 5. Metam. 113.
Pectus operta comis Pallas. Propert. lib. 2. eleg. 2. 2.
Opertus dedecore, & Opertus contumelia. Cic. pro Cluentio, 47. Idem 6. Verr. 99. Budæus.
Operti præda: id est, onusti. Plin. in Paneg. 69.
Aemus opertus nubibus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.
Bella operta tumescunt. Virg. 1. Georg. 93.
Caput opertum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 8.
Detexit caput opertum. Lucan. lib 9. 199.
Esse operto capite. Cic. de Senect. 30.
Fores opertæ. Ouid. 2. Fast. 113.
Lectica operta ferri per oppidū ut mortuus. Cic. 2. Philip. 103.
Nox operta. Stat. 10. Thebaid. 4.
Opertis oculis aliquid facere, ut Clausis oculis. Seneca de Beneficijs.
Ratio operta. Ouid. 3. Fast. 153. (nes. 4.
Patefactio rerum opertarum. Cic. 2. de Finib. 7.
Abditum & opertum. Vide Abditum in Abdo.
Opertum & Apertum, contraria. Plaut. Capt. 10. 9.
Proferre operta. Cic. 1. de Diuin. 287.
Recludere operta. Horat. 1 epist. 5. 4.
In operto esse. Cic. in Parad. 40.
¶ Opertum, operti. Substāt. (ἐπικεκαλυμμένον) Cic. in Parad. 39, Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, ut si opertum Bonæ deæ accessisses, exularet.
¶ Opertus, huius opertus, Verbale. Macrobius libro 1. Sat. cap. 9.
¶ Operimentum, operimenti (ἐπίβλημα) Quo aliquid tegitur. Cato de Re rust. cap. 10. 4, Instragula octo, puluinos sedecim, operimenta decem, mappas tres.
¶ Opertorium, pertorij (σκέπασμα) Idem. Senec. epist. 88, Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est.
¶ Operculum, operculi, pen. corr. (ὀπαῖον, ἐπίθημα, πῶμα) Instrumentum quo aliquid tegitur. Cato de Re rust. cap. 10, Operculum aheni unum. Plin. lib. 8. cap. 39, Adhærent operculo eiusdem testæ se operiens. De uipera.
Ambulatorium operculum. Vide Ambulo.
¶ Operculo, operculas (πωμάζω) operculare, Operculo operire. Colum. lib. 11. cap. 2. 37, Nunc autem si sunt pleni atq; operculati faui, demetendi sunt. Idem lib. 12. cap. 15. 2, Quæ uasa confestim operculare & oblinere conuenit.
¶ Opertaneus, Adiect. (μυστικός) ut,
Opertanea sacra, Quæ in operto, non in aperto, nec sub dio fiebant. Plin. lib. 10. cap. 56. 1.
Operor, Operosus] Vide Opera, operæ.
Opes] Vide Ops.
Opharus] ὄφαρος, Scythiæ fluuius in montibus Cathei nascens, & in Lagoum influens. Plin. lib. 6. cap. 8.
Opheltes] ὀφέλτης, filius Lycurgi à serpente necatus. Vide Hypsiphile. Stat. 2. Sylu. 1. 37,
Sic & in anguifera ludentem gramine Lernæ
Præcisum squamis auidus bibit anguis Ophelten.
Ophiasis] penult. corr. (ὀφίασις) Vitium est capitis, pueris præsertim familiare, ab occipite plerunq; originem ducens, indeq; usq; ad aures & frontem paulatim serpens, donec utrinq; fines quasi capite & cauda committantur. unde & nomen inuenit. ὄφις enim Græcè nobis serpentē sonat. Quacunq; hoc malum serpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabretaq; per extimam capitis cutem sparsa, serpentis effigiē relinquunt.
Ophicardelus] Gemina est, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. Plin. lib. 37. cap. 10.
Ophidion] ὀφίδιον, Piscículus est congro similis, multo tamen minor, à serpentis figura nomen habens. Meminit eius Plin. lib. 32. cap. ult.
Ophioctonon] ὀφιοκτόνον, Herba quæ notiore nomine Elaphoboscon appellatur: ita dicta, quòd serpentes enecare credatur. Herbariorum uulgus Gratiam dei appellat, teste Ruellio.
Ophiogeniū] ὀφιογονίον, Herba est, cuius pastu, cerui sese aduersus serpentes muniunt. Alio nomine Elaphoboscon dicitur, hoc est, cerui pabulum.
Ophiogenes] pen. corr. (ὀφιογενεῖς) Populi sunt in Hellesponto, qui serpentum ictus contactu leuant, & manu imposita uenena extrahunt corporibus. Plin. lib. 7. cap. 2.
Ophiomachus] ὀφιόμαχος, penult. cor. Lacerta à Græcis dicitur, quòd cum serpentibus pugnet.
Ophion] pen. prod. (ὄφιων) socius fuit Cadmi, ex illis qui è dentibus serpentinis nati fuerunt. Ideoq; & nomen habet à serpente, qui Græcè ὄφις dicitur. Hinc,
¶ Ophionius, Adiect. (ὀφιώνιος) Seneca Oedip. 5. 17,
Sacer Cithæron sanguine inundauit,
Ophioniaq; cæde. id est, Thebana. Cadmus enim cum socijs Thebas condidit.
Ophion] pen. prod. (ὄφιων) nomen uiri proprium, qui cum Eurynome uxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnum, rerum potitus est, quem Saturnus fugauit. Claudianus 3. de rapt. Proserp. 70,
Hos onerat ramos exutus Ophion. Vide Ianum Parrhasium.
Ophioneus] Messeniorum uates, qui à natali die lumine captus, publicè & priuatim futura prædicere solitus est.
Ophiophagi] ὀφιοφάγοι, Dicti sunt qui serpentibus uescuntur: cuius generis populos ad sinum maris rubri memorat Plin. lib. 6. cap. 29.
Ophioscorodon] ὀφιοσκόροδον, Frutex est, qui notiore nomine Capparis appellatur. Author Dioscor. lib. 2.
Ophiostaphyle] ὀφιοσταφύλη, Frutex est idem cum capparis. Plin. lib. 13. cap. 23, Capparis firmioris ligni frutex, seminisq; & cibi uulgati. Quidam eum cynosbaton uocant, alij ophyostaphylen.
Ophiostaphylos] ὀφιοστάφυλος, Frutex est ex syluestrium uitium genere, quæ uitis alba, & Græco uocabulo Ampelo leuce uocatur à Plinio lib. 23. cap. 1, Latinorū nonnulli serpentis uuā interpretantur: itaq; dictam putant, quòd in Arabia, hoc fruticis genus præsentissimum uenenum putetur.
Ophitæ] ὀφῖται, Hæretici quidam fuerūt, qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant & uuā serpentem, quem uenerabantur & nutriebant.
Ophis] ὄφις, ornamentū manuū, Polluci lib. 5. cap. 16, à similitudine, ut opinor, serpentis dictum. Nam & Anguiculam uertit Gualtherus eodē loco. Huius etiā meminit Nicostratus poeta Comicus, & ex eo Clemens Alexandrinus, lib. 2. Pædag. cap. 12. ubi Gerlanus Heruetius uertit serpētē. Quo in loco Clemens ipse hæc etiam dicit memoratu digna: quòd quemadmodū Euā serpēs decepit, ita etiā aliæ mulieres mundus muliebris aureus, esca utens, serpentis figura, in probra impellit: nempe murænulas quasdā aureas, & serpentes ad decorem effingens.

Ophites]

Digitized by Google

Ophites]ophitis, pen. prod. m.g. (ὀφίτης) Marmoris genus, habentis maculas serpentium maculis similes. Lucan. lib.9.143,

Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites. Scribit Plin.lib.38.cap.7.2, ex ophite columnas esse paruas, quòd marmor sit nigricans, uariũ, dicaturq; capitis dolores sedare, alligare serpentum ictus. Stat.1.Syla.5.7,

Mœret onyx longè, queriturq; exclusus ophites.

Ophiuchus]pen.prod.(ὀφιοῦχος) est signum cæleste, quod alij putant Herculem esse, alij Aesculapium. Et interpretatur anguitenẽs. De quo Cicero ex Arato lib.2.de Nat.deor.

Ophiusa] pen. prod. insula olim Rhodos dicta: ut testatur Plin.lib. 5. cap. 31. Est item insula in mari Balearico, teste Ptolem. ex duabus Pithyusis minor (nam maior Ebusus dicitur) propter serpentum copiam inculta: unde & Colubraria à Latinis appellatur. Plin.lib.3.cap.5. Est & altera eiusdem nominis insula, non procul à Creta: cuius etiã meminit Plin.lib.4. cap. 12. Ophiusa item oppidum fuit Sarmatiæ Europeæ, ad Thyram amnem: de quo idem Plin. loco iam citato.

¶ Ophiusius, Adiectiuum(ὀφιοῦσιος)ut, Ophiusia uerua. Ouid. 10.Metam.

Ophiusa] Herba est in Elephantine Aethiopiæ regione nascens, liuida, difficilisq; aspectu: qua pota minas terroremq; serpentium animo obuersari tradidit Democritus, in tantũ ut mortem sibi eo metu damnati consciscant: quare & sacrilegis bibenda dari consueuit. Author Plin. libro 24.cap.17.

Ophrys]ὄφρυς, Herba quædam denticulato oleri similis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. Plinius libro 26.cap.15.

Ophthalmos]ὄφθαλμος, Latinè dicitur oculus.

¶ Ophthalmia, ὀφθαλμία, Oculorum ægritudo, quam Celsus lippitudinem appellat. Negat tamen Iulius Pollux esse proprium aliquod oculorum uitiũ, sed eo uerbo significari tradit cauitatem oculorum ex corporis ægritudine. Hinc triophthalmus lapis, qui hominis tres oculos simul exprimit.

Ophthalmia dicitur & piscis, qui à Plinio uocatur oculata. Plaut.Capt.13.81,

— pernam atq; ophthalmiam,
Horæum, scombrum & trygona, & cetum.

¶ Ophthalmicus, pen.corr.(ὀφθαλμικός) Medicus oculorum, inquit Budæus. Martial.lib.8.74,

Hoplomachus nunc es, fueras ophtalmicus antè:
Feciſti medicus, quod facis hoplomachus.

Opicus]opica, opicum, pen.corr. (ὄπικος) Sordidum, immundum, & obscœnum significat. Nam (ut ait Festus) opicũ pro oſco ponitur. Plin.lib.29.cap.1.14, ſub Catonis persona ait, Nos quoq; dictitant barbaros, & spurcius nos quàm alios opicos appellatione fœdant: De Græcis. Iuuen. Satyr.3.21, opicos mures, fœdos, & putidos dixit. Idem Satyr.6.46,

Nec curanda uiris opicæ castigat amicæ Verba. id est, quæ non Latinè loqueretur, sed opicè. Fuerunt autem Opici, Campaniæ populi quidam, à linguarum colluuie dicti, siue à serpentibus, quasi Ophici, in quibus narrabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani, hæ nãque urbes, Opicorum fuisse dicuntur.

Opifera] Vide Ops.

Opifex]pen.corr.huius opificis, com. g. (δημιουργὸς, κατασκευαστὴς) Ex Opera & Facio compositum: dicitur artifex, siue ut sic dicam, operator, non modò rerum, sed etiã uerborum. quinetiam opifices, coqui, & blandarum artiũ sectatores appellantur. Cic.1.Offic.209, Opificesq; omnes in sordidâ arte uersantur. Idem pro Flacco, 14, Opifices & tabernarios, atq; omnem illam fæcem ciuitatũ quid est negocij concitare?

Coronæ opifex. Horat.3.Carm.ode 27.6.
Deus opifex trisulci fulminis. Seneca Hippol.2.24.
Optimus opifex operis. Horat.1.Serm.Satyr.3.27.
Opifex persuadendi, Rhetorice. Quintil.lib.2.cap.16.
Rerum opifex. Ouid.1.Metam.17.
Verborum opifex ignobilis Zeno. Cic.5. Tuscul.49. Idem ad Gallum, lib.7.26.4. Is enim est dicendi opifex.
Apes opifices. Varro de Re rust.lib.3.cap.16.
Opifex, ædificatorq; mundi Deus. Cic.1.de Nat. deor.27.

¶ Opificina, huius opificinæ, pen.prod. (δημιουργεῖον, ὀργανοστάσιον) pro Opificio, ut ait Budæus. Plaut. Milit.12.7.

Si ea opificina nesciam aut mala esse, aut fraudulenta. Cicero 1. Offic. 209, Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina. Vetus codex habet officina.

¶ Opificium, huius opificij (δημιούργημα) Opus ipsius opificis. Varro de Re rust.lib.3.cap.16, de apibus, Nisi opificij eas urget tempus.

Opilio]huius opilionis, m. g. (ποιμὴν) dicitur quasi ouilio, hoc est, qui oues custodit. Sunt qui upilio, nõ opilio, scribant, authoritate Prisciani, qui dicit o breuem in hoc nomine esse cõuersam in u longũ, ex literariũ affirmitate. Colum. lib.7.cap.3.12, Post fœturam deinde lõginquæ regionis pascua petiturus opilio, ferè omnem sobolem pastioni reseruet suburbanæ. Plaut. Asin.10.16.

Opilo]inquit Festus, genus auis est.

Opimius]prænomine Lucius, Consul Romæ fuit, quo anno C.Gracchus seditiosis concionibus statũ Reipub. labefactãs cæsus est. Ab huius nomine uina Opimiana dicta sunt, quæ Opimio consule nata sunt. Plin.lib. 14. cap.4, L. Opimio consule, quẽ C. Gracchus tribunus pleb. seditionib. agitatis interemptus est, ea cæli temperies fulsit, quam coctură uocant, Solis opere, natali Vrbis 634. Durantq; adhuc uina ducentis ferè annis, iam in speciem reducta, mellis asperi: (etenim hæc natura uinis in uetustate est) nec potari per se queunt, si non peruincat aqua, usq; in amaritudinem carie indomita.

Opimus]pen.prod. Adiectiuũ (πίων) Diues, pinguis. Ab Opis deducitur. Festus, Hostiæ opimæ, præcipuæ, pingues: & spolia opima, magnifica, & ampla spolia. Virg.10. Aeneid.90,

At spolijs ego iam raptis laudabor opimis.

Habitus corporis opimus, & Gracilitas, contraria. Cic. de claris Orat.32.
Præda opimus uir. Cic.3.Verr.94.
Acies opimæ: id est, bella in quibus spolia quærebantur opima. Stat.4.Syl.6.13. Vide Acies.
Accusatio opima. Cic. pro Flacco, 63.
Ager opimus & fertilis. Cic. de lege Agrar.56.
Arua opima. Virg.2.Aeneid.157.
Asia opima & fertilis. Cic. pro lege Manil.9. Sic opima prædia, apud Plinium libro 8. cap. 43. pro quæstuosis, teste Budæo.
Boues opimi. Varro 2.de Re rust. cap.1.21. Sic boues altiles, ad sacrificia publica saginati, dicuntur opimi. Cicero 5. Tuscul.140.
Bonum opimorum alba colla. Ouid.4.de Ponto, eleg.9.10.
Cadauera opima. Valer.3.Argon.29.
Cibus opimus. Plin.lib.22.cap.22.24.
Quæstus opimi. Plin.lib.10.cap.51.
Victima opima. Plin.lib.10.cap.21.4.
Decus opimum. Curtius. Budæus.



Digitized by Google

Opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus. Cic. in Orat.13.
Iecore opimo fartus & satiatus. Cic.2.Tusc.43. Ex poeta.
Mensa opima. Silius lib.11.57.
Pax opima. Silius lib.16.137.
Pingue opimum. Persius Satyr.3.4.
Præda opima. Horat.Epod.10.5.
Opima præclaraq; præda. Cic.pro Rosc.Amer.5.
Res opimæ. Horat.1.epist.2.12.
Spolia opima. Virg.6.Aeneid.171.
Triumphus opimus. Horat.4.Carm.ode 4.11.
¶ Opimitas, pen. corr. opimitatis, f.g. Solinus cap.59, Nam protinus atq; poma eius ceciderint maturitate, alia protuberant: eaq; tantum est opimitati mora, ut fœtus decidant antè nati. De arbore medica.
¶ Opimior, πιότερ& , Comparatiuum, apud Gellium lib.5. cap.14, Nam earum quas uenabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat. Quasi pinguiora.
¶ Opimè, pen.prod. Aduerb. (πιόνως) Abundanter & lautè. Plaut.Bacch.6.6,
Omnium ad perniciem instructa domus optimè atque opiparè.
¶ Opimo, opimas, pen.prod. (πιαίνω) opimare, Pinguefacere. Colum.lib.8.cap.9.2, de alendis turturibus, Hyeme tamen offæ panis uino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant, quàm cæteri cibi.
Opinio] huius opinionis, f.g. (δόξα, οἴησις, δόκησις) Fama, existimatio. Cic.ad Cæsarem iuniorem, lib.1, Erat opinio bona de Plautio, bona de Lippido. Ex Nonio.
Opinio hominum magna de aliquo. Cic.Lent.lib.1.7.29.
Opinio & existimatio. Cic.Antequam iret in exilium, 14.
Virtutis opinio: hoc est, existimatio. Cic.de Amic.36.
Vulgi opinio. Cic.3.Offic.112.
Opinio, Suspicio. Varro Eudæmonibus, Qui omnes me bimátrem agitare clamitantes opinionem mihi insaniæ meæ confirmant. Terent.Heaut.2.2.3,
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Cic.3.Offic.14, Qui primùm hæc natura cohærentia opinione distraxissent. Ex Nonio.
Opinio, Spes, opinatio: ut ait Nonius. Cicero ad Cæsarem iunior em, Posthac quod uoles à me fieri scripto, uincam opinionem tuam. hoc est, diligentior ero quàm tu opinaris.
Contra opinionem, & Præter opinionem. Cic. 4. Verr.132. Vide Contra.
Omniũ opinione, Vt omnes existimant, et credunt. Cic.Ver.2.
Opinione celerius. Lentulus Senatui, lib.12.15.28, Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronẽ pœnas daturum.
Celerius opinione uenturus dicitur. Cic.Terent.lib.14.23.1.
Gratius opinione. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib.10.31.14.
Opinione melius. Plaut.Casina, 8.30,
Opinione melius res tibi habeat tua,
Si hoc impetramus.
Pius tua opinione hic adero, bonum animum habe. Plaut.Amphit.6.47. Opinione pulchrior. Plaut.Mil.18.23.
Opinio rei alicuius. Cels.lib.1.in Proœ. Cuius aũt rei nõ est certa notitia, eius opinio certum reperire remedium nõ potest.
Opinio, est iudiciũ siue persuasio, quam de aliqua re habemus. id est, id quod de ea re sentimus. Cic. ad Octauiũ, 7, Quod utinam neq; nostra nos opinio, neq; tua fides fefellisset. Ibidem 10, Quantum te populo Romane, de me fefellit opinio? Quum autem de aliqua re dubia quæstio est, non dicimus, Hæc est mea opinio: sed, Mea sententia. unde & sæpe legimus, Mea quidem sententia: id est, meo iudicio.

Vt opinio est de cuiusq; moribus, ita quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest. Cic.pro Cluentio, 55.
Opinio & Veritas, contraria. Cic.1.de Nat.deor.84.
Opinio & suspicio. Cic.2.de Orat.85.
Aduersa opinio, Diuersa, contraria. Plin.lib.9.cap.7.3.
Grauis & uehemens opinio. Cic.pro lege Manil.16.
Honesta de numine deorum & mente opinio. Cic. pro Domo sua, 82.
Incorrupta opinio. Vide Incorruptus.
Obscura opinio. Cic.1.de Orat.46.
Popularis opinio. Cic.pro Cluentio, 113.
Vulgaris opinio. Cic.1.de Orat.54.
Abire ad uulgi opinionem. Vide Abeo.
Accidit præter opinionem. Vide Accido.
Accipere opinionem. Vide Accipio.
Adducere in opinionem rem aliquam. Cic. pro Cecinna, 10. Vide Adduco.
Afferre opinionem. Cic.2.de Offic. 66, Opinionem afferunt populo, eorum similes fore.
Grauẽ de aliquo iudicio opinionẽ afferre. Cic. pro Cluent.113.
Affert & ista res opinionem. Quintil.lib.2.cap.12.3.
Amittere opinionem. Vide Amitto.
Amouere opinionem. Vide Amoueo.
Aucupari opinionem aliorum errantem. Vide Aucupor.
Augere opinionem. Vide Augeo.
Augurari opinione. Vide Auguror.
Quantum opinione auguror. Cic. pro Murena, 59.
Capere opinionem. Vide Capio.
Comprehendere, & Remittere opinionem, contraria. Cic.pro Cluentio, 3.
Concipere opinionem. Vide Concipio.
Confirmare opinionem. Vide Confirmo.
Conualuit opinio. Vide Conualeo.
Opinio de dijs immortalibus & omniũ est, & quotidie crescit. Cic.3.de Nat.deor.15.
Ex cõmuni quadã hominũ opinione dicere. Cic.1.de Orat.47.
Differre suas opiniones. Quintil.lib.4.cap.2.57.
Duci non re, sed opinione. Cic.pro Murena, 57.
Edita in uulgus opinio. Cæsar bel.Ciuil.lib.3.
Euellere opinionem. Cic.pro Cluent.2.
Excellens opinione fortuna quum laboribus & miserijs permista esse uideatur. Cic.2.de Orat.116.
Fictas atq; uanas opiniones diuturnitate extabuisse uidemus. Cic.2.de Nat.deor.7.
Fallere opinionẽ alicuius. Cic.Lẽtulo, lib.1.6.4. Vide Fallo.
Multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat Lentulus, quàm quanta in eo facultas erat. Cic.de claris Orat.125.
Vt opinio mea fert. Cic.6.Verr.20.
Habere opinionem. Cic.2.de Diuin.107.
Integritatis alicuius opinionem habere. Cicero Attic. libro 7. 122.6.
Opinionẽ habere de aliquo. Cic. de Amic.30, Ille uicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.
Habere falsam de se opinionem. Quintil.lib.2.cap.17.13.
Imbibere animo opinionem. Vide Imbibo.
Opinio deorum imbuit mentem alicuius. Vide Imbuo.
Inficere opinionem prauitate. Vide Inficio.
Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. Cicero in Orat.52.
Insita penitus opinio & uetusta. Vide Insero, insevi.
Inueterauit opinio. Vide Inuetero.
Irrepere in opinionem gratiæ. Cic.de Aruspic.resp.49.
Ad opinionem aliquam labi. Vide Labor, laberis.

Laborat

*Laborare opinione arrogantiæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 22.*
*Leuare aliquem opinione quapiam. Vide* Leuo *in* Leuis.
*Minuere aliquam opinionem. Cic. 2. de Orat. 110.*
*Mouere quempiam ex opinione aliqua. Vide* Moueo.
*Nascens opinio. Vide* Nascor.
*Niti maiorum opinione. Vide* Nitor, *niteris.*
*Opinionibus obsistere. Vide* Obsisto.
*Obtinere opinionem. Quintil. lib. 10. cap. 5.*
*Oppleuit opinio hæc totam Græciam. Cic. 2. de Nat. deor. 90.*
*Penetrare ad sensum opinionemq; iudicis. Cic. in Partit. 68.*
*Percrebuit opinio. Cic. 2. Verr. 1. Vide* Inuetero.
*Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec unà cum seculis ætatibusq; hominum inueterare potuisset. Cic. 2. de Nat. deor. 7.*
*Perspectæ, planeq; cognitæ, atq; ab opinionis arbitrio remotæ res. Cic. 1. de Orat. 54.*
*Peruasit opinio per animos hominũ. Cic. pro lege Manil. 16.*
*Pugnare ratione contra communem opinionem. Cic. 3. de Natura deor. 101.*
*Opinio est. Cic. ad Atticum, lib. 9. 176. 2, In his locis opinio est, coniectura magis quàm nuncio aut literis, Cæsarem Formijs ad* X *1. calen. April. fore.*
*Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atq; monumentis. Cic. 6. Verr. 94.*
*Est eius opinionis. Columel. lib. 2. cap. 12. 5.*
*In ea opinione fui, qua reliqui omnes. Cic. Attico, lib. 8. 159. 3.*
*In opinione dubia rem esse, & in præsentia atq; ante oculos, contraria. Cic. pro Domo sua, 9.*
*Sententiæ & opinionis alicuius participẽ esse. Cic. 1. de Orat. 8.*
*Superare omnium opiniones. Cic. Attico, lib. 5. 104. 3.*
*Tradere diuersas opiniones. Quintil. lib. 3. cap. 1. 12.*
*Aeterna aut certè diuturna ualet opinio tarditatis in eo, cuius in dicendo aliquid reprehensum est. Cic. 1. de Orat. 62.*
*In eam opinionem uenerat Cassius. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10. 7. id est, Ita de eo opinari cœperant.*
*Opinionem omnium uincere. Cic. 4. Acad. 2.*
¶ *Opiniosissimus*, δοξαστικώτατος. *Cic. 4. Academ. 258, Quid duo uel principes dialecticorũ Antipater & Archidemus, opiniosissimi homines, multis in rebus dissentiunt? Quædam exemplaria hîc legunt, opinosissimi.*
¶ *Opinor, pen. prod. opinaris, opinari* (δοκέω, οἶμαι, ὑπολαμβάνω) *Putare, suspicari, opinionem habere.* Donatus, *Quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt.* Terent. And. 2. 2. 30,

—*num uidentur conuenire hæc nuptijs?*
P. *Nõ opinor* Daue. D. *opinor, narras? nõ rectè accipis,*
*Certa res est.* Cic. 4. Acad. 108, *Sapientẽ nihil opinari: est, nunquam assentiri rei uel falsæ uel incognitæ.*
*Nihil sine ratione opinari. Cic. 2. de Diuinat. 24.*
*Falsò multa in uita homines opinantur.* Cicero pro Domo sua, 81.
*Vt opinor. Cic. de claris Orat. 68,* T. Albitius, *uel potius penè Græcus, loquor ut opinor, sed licet ex orationib. iudicare.*
*Opinari de. Plin. lib. 28. cap. 2. 19, Quapropter de his, ut libitum cuiq; fuerit, opinetur.*
*Grauissimè opinari. Suet. in Augusto, cap. 67.*
*De uobis Senatus opinatur, nõ secus ac de teterrimis hostibus. Cic. in Pisonem, 53.*
*Parum opinatu. Plin. lib. 29. cap. 1. 24.*
¶ *Necopinatus, Adiectiuũ. Cic. 1. Acad. 44, Nonnunquã quidẽ eandẽ fortunã, quod efficiat, multa improuisa hæc, necopinata nobis, propter obscuritatem ignorationemq; causarum.*
¶ *Necopinatò, Aduerbialiter positum; pro* Inopinanter, *ex improuiso. Liu. 3. ab Vrbe, 64, Propiusq; aliud nouũ malum necopinatò exortum est.*
*Ex necopinato. Liu. lib. 4, Vnde ex necopinato aduersum hostem inuasit.*
¶ *Opinatio, Verbale* (δόξασμα) *hoc est, Assensio, inquit Cicero 4. Academ. 194, Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quòd ut feram & immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinionem & temeritatem extraxisset. Idem 4. Tuscul. 25, Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, uolunt esse imbecillam assensionem.*
¶ *Opinatus, huius opinatus, pen. prod. Lucret. lib. 4,*

—*pars horum maxima fallit*
*Propter opinatus animi. id est, opinationes animi, quæ falsæ possunt esse.*
¶ *Opinator, pen. prod. huius opinatoris* (δοξαστικὸς) *Qui nihil asserit, sed semper opinatur. Cicero 4. Acad. 119, Ego uerò ipse & magno quidem sum opinator.*
¶ *Opinabilis, & hoc opinabile, pen. corr.* (δοξαστὸς) *Quod opinione concipi potest. Cic. 1. Acad. 46, Itaq; hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant.*
Opiparus] *opipara, opiparũ, pen. cor.* (πολυτελὴς) *Quod est magnarum opum. Plaut. Persa. 16. 1,*

*Satin' Athenæ tibi uisæ fortunatæ atque opiparæ? Et Capt. 13. 2,*
*Iuppiter supreme seruas me, measq; ages opes,*
*Maximas optumitates atq; opiparas. Itẽ, Milite, 4. 28,*
*Vino, ornamentis, opiariisq; obsonijs.*
¶ *Opiparè, pen. corr. Aduerbium* (πολυτελῶς) *Abundanter. Cic. ad Atticũ, lib. 13. 298. 4, Itaq; & edit & bibit ἀφθόνως, & iucundè, opiparè sanè & apparatè. Idem 3. Offic. 76, Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.*
Opis, *huic opi*] Vide Ops.
Opis] ὦπις, *Nymphæ comes* Dianæ. Virg. 11. Aen. 174.
Opis] *Ciuitas, iuxta quam Tigris profluit, & mare Rubrum ingreditur, teste* Herodoto, *lib. 1.*
Opisthocrepides] ὀπισθοκρηπίδες, *Genus calceamẽtorum muliebrium, de quibus* Pollux *cap. 22. lib. 7. non semel. Vide suprà* Dispodia.
Opisthocomæ] ὀπισθοκόμαι, *teste* Polluce, *Eubœæ populi dicti sunt, qui crines habebant uersus tergum reflexos: sicut Acrocomæ dicti sunt populi in Thracia, qui antius in fronte muliebriter gerebant demissas.*
Opisthographus] *huius opisthographi, pen. corr.* (ὀπισθόγραφος) *Aliquando adiectiuum, aliquando substantiuum masc. gen. Volumẽ quod etiam in tergo scriptũ est. Fit enim ab* ὄπισθεν, *id est, retrò: & γράφω, scribo. Plin. epist. 49. 6, Hac intentione tot ista uolumina peregit, electorumq; commentarios centum sexaginta mihi reliquit opisthographos quidem, & minutissimè scriptos. Hermolaus,* Opisthographi *non specie libellari, uel uoluminis, & habiles torqueri, à tergo uidentur appellati: quoniam utrãq; paginæ scripti essent, aduersa & auersa, minutis literis & lituris pleni: à quo fortassè liturarios* Ausonius *poeta eos dixerit. Scio quosdã Opisthographũ accipere pro eo quod ita scriptum est, ut legi postea non possit, nisi librarijs describendũ mandetur. Dicat aliquis & pro charta deletili siue palimpsesto posse capi: quia* Vlpianus *de bonorum secundũ tabulas possessione differens, in l. chartæ. ff. de bonor. possess. secund. tab. Chartæ, inquit, appellatio etiam ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio. Mihi à tergo id nomen tractum placet, ut probem qui sic interpretantur in* Iuuenale, *Satyr. 1. 1:*

Scriptus

Scriptus & in tergo, necdum finitus Oreſtes. Ad eandē formam opiſthocomæ dicebantur Euboici, qui comam, ut ait Pollux, per terga fuſam alerent: ſicut acrocomæ Thraces, qui antias in frontem muliebriter dimitterent. In præliis quoq; opiſthophylaces uocabant, qui terga cuſtodiebant. Eiuſdem ſunt originis & Opiſthodomos: ita dicebatur locus à tergo arcis Athenienſium: & Opiſthocrepides, calceamētum quoddam fœmineum: ſicut ornamentū quoq; capitis earum, opiſthoſphendone. Hactenus Barbarus.

¶ Opiſthographa, etiam appellabantur ea chartæ, quibus literæ integebantur, quia à tergo inſcriptæ declarabant ad quem mitterentur. Solebant enim ueteres epiſtolas in tabulis ſeu chartis conſcribere, easq; alia charta, quæ plerunq; erat intus exarata, operire: deinde lino obligare: poſtremò obſignare. Huc reſpexit Horatius quum ad librum ſuum ſic ſcribit, lib. 1. epiſt.

Aut fugies urticam: aut uinctus mitteris Ilerdam. Significat enim, ex libro ſuo homines integumenta literarum futuros. Sciendum autem eſt, libros ueterum una tantùm ex parte fuiſſe exaratos: iccircoq; uolumina dicebantur, quia in unum cōuoluebantur. Itaq; ex eis opiſthographa facere licebat, quod non item ex noſtris licet. Lambinus.

Opiſthoſphendone] ὀπισθοσφενδόνη, Ornamentū quoddam muliebre apud Pollucem lib. 5. cap. 6. ex Ariſtophane: & iterum, lib. 7. cap. 22. In priori loco, Redimiculum uertit Gualtherus: in poſteriori, fundam.

Opiſthotonicus] penult. corr. (ὀπισθοτονικὸς) Qui rigore ceruicis inflexibili laborat. Opiſthotonum enim morbum Galenus uocat emproſthotono contrariū. Hoc enim fit, quū rigidi nerui tum qui ex ſpina, tum qui ex cerebro deſcendunt, totum corpus in anteriorem partem flectunt: illud uerò in poſteriorem, ut aliò flecti non poßit. Plin. lib. 20. cap. 18. 2, Sanat & uertigines, tremulos, opiſthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. De ſaxogeno.

Opiter] opiteris, uel opitris, dicitur cuius pater auo uiuo mortuus eſt: ſic dictus, quòd obitu patris genitus ſit: aut quòd auum poſt patrem habeat, id eſt, pro patre. Feſtus.

Opitergium] ὀπιτέργιον, Carnorum oppidum, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Opitergum hodie.

¶ Opiterginus, pen. prod. (ὀπιτεργῖνος) Adiectiuū ab Opitergio Carnorum oppido: ut,

Ratis Opitergina. Quintil. lib. 3. cap. 8. 16.

Opites] Argiui proprium, quem Hector in bello Troiano interfecit.

Opitulor] pen. corr. opitularis (ἀλεξίω) opitulari, Deponens, Adiuuare, ſubuenire: ab ope & tollendo, id eſt, ferendo. Terent. And. 1. 3. 5.

Si illum relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, huius minas.

Obuenire & opitulari patriæ. Cic. 1. Offic. 116.

Permultum ad dicendum opitulati ſunt præceptores. Cicero 2. de Inuent. 126.

Opitulari cōtra. Plin. lib. 28. cap. 8. 15, E' dorſo medullam adalligatam contra uanas ſpecies opitulari.

¶ Opitulatio, Nomen uerbale. Vlpian. lib. 1. D. de minor. 25. ann.

¶ Opitulus, penult. corr. (ἀλεξητὴρ) dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator. & propriè in reb. dubijs & malis dicitur. Feſtus.

Opium] μήκωνος ὀπὸς, Succus ex papauere, habens per ſomnum uim, ſi copioſius ſumatur, mortiferam. Plinius lib. 20. cap. 17. 13, Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, in uini cyatho dilutis.

Opobalſamum] opobalſami, pen. corr. n. g. (ὀποβάλσαμον) ſuccus balſami, ab ὀπὸς, ὀπῦ, id eſt, ſuccus. Plinius lib. 12. cap. 25. 4, Succus è plaga manat, quem opobalſamum uocant, eximiæ ſuauitatis, ſed tenui gutta: ploratu lanis parua colligitur in cornua. Martialis lib. 11. 9,

Laſſa quòd externi ſpirant opobalſama Drauſi.

Candida fœlices ſudant opobalſama uirgæ. Stat. 3. Syl. 2. 29.

Hirſuto ſpirant opobalſama collo. Iuuen. Satyr. 2. 5.

Opocarpathon] ὀποκάρπαθον, Succus carpathi, quem Plin. lib. 28. cap. 10. connumerat inter uenena.

Opopanax] pen. corr. huius opopanacis, pen. corr. (ὀποπάνακς) Succus panacis herbæ, quæ omnes morbos ſanare dicitur. Plin. lib. 20. cap. 24. 1.

Oporice] pen. corr. Medicamentum nobile: de quo Plin. lib. 4. cap. 14, Vnum etiamnū arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen uocant. Nomen habet, inquit Hermolaus, ἀπὸ τῆς ὀπώρας, hoc eſt, à pomis arborumq; fructibus.

Oporinus] pen. corr. Adiectiuum (ὀπωρινὸς) Idem quod Latinè Autumnalis. Martialis lib. 9. 13,

Si daret Autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς eſſem. Siquidem ὀπώρα Græcis, Autumnum ſignificat Latinis.

Oporotheca] oporothecæ, penult. product. (ὀπωροθήκη) Locus ubi Autumnales fructus ſeruantur. Varro. 1. de Re ruſt. cap. 59. 1, Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem ut feneſtras habeant, atque ut aere perflentur, curant.

Oportet] oportebat, oportuit, Verbum impersonale (δεῖ, χρὴ.)

Oportuit eſſe. Plaut. Caſin. 17. 8,

Properate, cœnam iam eſſe coctam oportuit. Cicero pro Corn. Bal. 5, Nunc uerò quid dicitur? quid ait accuſator? feciſſe Pompeium, quod ei facere non licuerit: quod grauius eſt, quàm ſi id factum ab eo diceret, quod non oportuiſſet. eſt enim aliquid quod non oporteat, etiam ſi licet, quicquid uerò non licet, certè non oportet.

Paſcere oportet oues. Virg. 6. eclog. 1.

Nequid fiat ſecus quàm uolumus, quamq; oportet. Cic. Attico, lib. 6. 113. 3.

Beneuolentia & charitate ciuium ſeptum eſſe oportet, non armis. Cic. 2. Philip. 108.

Oportet, Conijcientis. Plaut. Seruum te eſſe oportet, & nequam & malum hominem, peregrinum & aduenam, qui irrideas. Budæus.

Oportuit factum, et Oportuit eſſe factum. Terent. And. 1. 5. 4.

Nónne prius communicatum oportuit? hoc eſt, Nónne id prius debuit communicare mecum? Cic. 1. in Catil. 3, Hoc quod iam pridem factum eſſe oportuit, certa de cauſa nondum adducor ut faciam. Ex Budæo.

Oportet, & Neceſſe eſt, non idem. Quintil. lib. 1. cap. 1. Deinde ut repetitis altius cauſis diligentiſſimè oſtenderet, quàm id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modò fieri, ſed etiam neceſſe eſſet.

Oportet & opus eſt. Cic. Attico, lib. 4. 75. 2, Ego uerò, qui ſi loquor de Republica quod oportet, inſanus: ſi quod opus eſt, ſeruus exiſtimor: ſi taceo, &c.

Oportere et Decere in quo differāt, declarat. Cic. in Orat. 40, Oportere, perfectionē declarat opificij, quo et ſemper utendum eſt, & omnibus: Decere, quaſi aptum eſſe, conſentaneumq; tempori & perſonæ.

Oportet, perſonale aliquando reperitur. Terentius Heaut. 3. 2. 25,

Hæc facta ab illo oportebant Syre.

Oppango] oppangis, oppegi, pen. prod. oppactum (προσπηγνύω) oppangere, Affigere, coniungere.



Digitized by Google

Oppangere ſuium. Plaut. Curc. 2. 60.

Oppedo] oppedis, pen. prod. (καταπέλλω) oppedere, Diſſentire & aduerſari. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 14,

— uin tu Curtis Iudæis oppedere?

Opperior] opperiris, pen. prod. oppertus ſum (περιμένω) opperiri, Deponens, Expectare. Terent. Adelph. 3. 3. 92,

Opperiar hominem hîc, ut ſalutem & colloquar. Idem Phorm. 3. 2. 29,

Si non tum dedero, unam præterea horam ne oppertus ſies. Cic. Attico, lib. 10. 194. 2, Ego in arcano opperior, dum iſta cognoſco.

Iuuenes opperiuntur dum reſidant aquæ. Ouid. 9. Metam. 20.

Hoſtem magnanimum opperiens. Virg. 10. Aeneid. 155.

Tempus opperiri. Silius lib. 5. 17.

Stetit opperiens uirginem. Valer. 5. Argon. 79.

¶ Oppertus ſum, pen. prod. (περιμένημαι) apud Plautum in Moſtell. 10. 5,

Seni non otium erat, id ſum oppertus.

Oppeſſulatus] pen. prod. Adiect. Clauſus, peſſulis obfirmatus. Plaut. in Amphitr. 15. 22.

Oppeto] oppetis, pen. corr. oppetiui uel oppetij, oppetitum. pen. prod. (ἀποίχομαι, ὑποδύομαι) oppetere, Mori, accuſatiuũ habet expreſſum aut ſubauditũ. Virg. 1. Aeneid. 20,

— ô terq; quaterq; beati,

Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis

Cõtigit oppetere. Quidã Oppetere, pro Mori, deductũ putãt ab Ob & Peto, quòd qui antiquitùs ſtrenui & fortes moriebantur, præcipuè in bello, terram ore mordebant & petebãt, ne minus dura uiro forti uox audiretur. unde Virg. Aeneid. 8. 48,

— terram ſimul ore momordit. hoc eſt, oppetijt.

Oppetere mortem, Idem. Cic. 1. de Diuin. 66, Aequius eſſe cenſuit ſe maturam oppetere mortem.

Millies oppetere mortem. Vide Mille.

Peſtem oppetere, Idem. Cic. 1. Tuſcul. Veſtras manus peto, priusquàm oppeto malam peſtem hoſtili manu.

Mors oppetita. Cic. 1. Tuſc. 188.

Oppij ex Velia] Aenigma erat, quod obſcurius Platonis numeris uocat Cicero 7. ad Atticum. Illud de pecunia mutua interpretatur Turnebus. Nam Oppijs fortaſſe pecuniã debebat, qui Veliam urbis locum incolebant. Oppios enim mox dicit de Velia ſaccones, à ſaccis pecuniæ. Vt enim à bucca bucco, à pera pero, à Druſis Druſo: ſic à ſaccis ſacco deducitur. Oppius quoq; res & rationes Cæſaris procurabat, cui Cicero pecuniam debebat.

Oppia] ὀππία, una fuit ex Veſtalibus, quæ conuicta ſtupri, uiua defoſſa eſt. Cuius ſcripſit epitaphium Strozæ filius,

Veſtalis uirgo, læſi damnata pudoris,

Contegor hoc tumulo uiuens Oppia ſub uiuo. Liu. lib. 22. hãc Opimiam uocat.

Oppianus] pen prod. (ὀππιανὸς) poeta fuit, patre Ageſilao, matre Zenodota, genere à Zerbo Ciliciæ ciuitate. Scripſit ἁλιευτικὰ & κυνηγετικὰ elegãtiſſimis uerſibus, quæ Antonino Imperatori Seueri filio obtulit, nõ ſine doctrinæ ſuæ maximã cõmendatione. Obijt Zerbi ſæuiente illic peſte.

Oppico] oppicas, pen. prod. (πιάσω) oppicare, Idẽ quod Picare ſignificabat: hoc eſt, pice illinere. quod genus picationis fieri antiquitùs ſolebat in dolijs uel cadis uinarijs, ne perfluerent. Cato cap. 120, Muſtũ ſi uoles totũ annum habere, in amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.

Oppidò] Aduerbium. Vide Oppidum.

Tutor mimus uetus oppidò ridiculus. Cic. 2. de Orat. 144.

Oppidum] huius oppidi, penult. corr. (πόλις, ἄστυ, ἐπιτείχισμα) Propriè eſt omnis urbs præter Romã, quæ peculiari nomine urbs uocari cœpta, fecit ut cæteræ urbes uocarentur oppida: ut ait Varrã. Vnde apud Plautum, oppidum & urbem indifferenter legimus, quum in Perſa inquit,

Eleuſipolim Perſæ cepêre in Arabia plenam bonarum rerum antiquum oppidum. Seruius Sulpitius quum numeraſſet urbes multas, poſtea dixit, Quæ oppida quodã tempore florentiſſima fuêre. Cic. 6. Verr. 63, Segeſta eſt oppidũ peruetus in Sicilia Iudices, &c.

Oppidum, ab ope danda dicitur: uel quòd illuc homines opes ſuas conferant, authore Feſto.

In oppidis præſidia nulla ſunt. Cic. Attico, lib. 8. 157. 2.

Ditia oppida. Ouid. epiſt. 15. 7.

Inclinata oppida. Ouid. 15. Metam. 59.

Abijt oppidum in uillas. Vide Abeo.

Accèdere in oppidum. Vide Accedo.

Cedere de oppidis. Vide Cedo.

Cingere maris oppida. Virg. 4. eclog. 7.

Foſſæ præcipites cingebant oppida. Ouid. 1. Metam. 20.

Claudere oppidum portu. Vide Claudo.

Compellere in oppida. Vide Compello.

Condere oppida. Horat. 2. epiſt. 1. 2.

Congeſta oppida manu. Virg. 2. Georg. 32.

Conſtituere oppidum. Vide Conſtituo.

Continere oppida metu. Vide Contineo.

Debellata oppida. Claud. 2. in Eutrop. 40.

Decorare oppida publico ſumptu. Horat. 2. Carm. ode 15. 4.

Inuadere in oppidum. Vide Inuado.

Irrumpere oppidum. Vid Irrumpo.

Moliri oppida. Horat. de Arte, 81.

Eruta conuulſis proſternes oppida muris. Silius lib. 3. 43.

Annoſa uaſtant oppida. Stat. 3. Thebaid. 116.

¶ Oppidulum, huius oppiduli, pen. corr. Diminutiuum (πόλισμα) Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 4, Nec tamen in acie, ſed Melitæ, aut alio in loco, ſiue in oppidulo futurum puto.

¶ Oppidatim, pen. prod. Aduerbium (κατὰ πόλιν) Per uaria ſiue ſingula oppida. Varrã.

¶ Oppidanus, oppidani, pen. prod. (πολίτης) Qui oppidũ incolit. Cæſ. 2. bel. Gall. 345, Sub ueſperum Cæſar portas claudi, militeſq; ex oppido exire iuſſit, ne quam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent.

¶ Oppidanus, pen. prod. Adiectiuum (πολιτικὸς) ut, Oppidanum ius. Cic. pro Plancio, 25.

Oppidanum & inconditum genus dicendi. Cicero de clar. Oratorib. 130.

Senex quidam oppidanus. Cic. 2. de Orator. 133.

¶ Oppidò, pen. corr. Aduerbium (μεγάλως, πολὺ) Feſtus, Ortum eſt autem hoc uerbum ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſq; frugum faceret, ut quæ multitudò ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur, quantum uel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem uenit, ut diceretur, Oppidò, pro Valde, multum. Itaq; ſiqui in alijs rebus eo utuntur, utputa ſiqui dicant, Oppidò didici, ſpectaui, ambulaui, errant: quia nulli eorum ſubijci poteſt, uel quod ſatis eſt. Hactenus Feſtus. Terent. Heaut. 4. 4. 12,

Dic me hîc oppidò eſſe inuitam, atq; ſeruari. Cic. 3. de Finib. 51, Sed eorum definitiones paulum oppidò inter ſe differunt. Idem ad Terentiam, lib. 14. 4. 10, Sin ad nos pertinerent, ſeruirent, præterquam oppidò pauci.

Oppidò quàm ſiunt in literarum oſtentatione inepti & friuoli. Gellius lib. 15. cap. 30. Idem lib. 16. cap. 7, Laberius in Mimis quos ſcriptitauit oppidò, quàm uerba finxit prælicenter. Hîc ut nimiam Laberij licentiam notet, tria, quæ augendi uim habent, coniunxit, oppidò, quàm, & præ.

Oppidò, pro Statim, aliquando accipitur. Plaut. Moſtel. 3. 38,

— perdidi

—perdidi operam fabrorum
Illicò, oppidoq; uenit ignauia. Idem,
Reddidi omne argentum oppidò.

Oppignero]oppigneras, pen.corr. (ὑποτίθημι, ἐνεχυράζω) oppignerare, Aliquid pignori dare. Cic. pro P. Sestio, 95, Libelli pro uino etiam sæpe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen. Terent. Heaut. 4.5.46,
—num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit?
Oppignerare se. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 5.

Oppilo]oppilas, pen.prod. (ἐμφράττω) oppilare, Occludere. Lucret. lib. 6. 146,
Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. Cicero 2. Philipp. 44, Hisq; oppilatis, impetum tuum compressisset?

¶ Oppilationem, ἔμφραξιν, medici uocant uitium præclusi obstructiq; iecinoris, aliorumq; intus uiscerum.

Oppleo]opples, oppleui, oppletũ, pen.prod. (ἀναπλήρω) opplere, Circumquaq; implere, siue maximè implere. Terent. Heaut. 2.3.65,
Lacrymis opplet os totum sibi. Liu. 10. ab Vrbe, 227, Nixes iam omnia oppleuerant, nec durari extra tecta poterat.
Opplet nares odor. Varro 3. de Re rust. cap. 4.3.
Liquidis loca uocibus opplent. Lucret. lib. 2.30.
Regia oppletur lætanti cœtu. Catull. Argon. epigr. 59.7.
Oppleuit opinio hæc uetus Græciam. Cic. 2. de Nat. deor. 91.
Oppleuit luctus urbem. Liu. 2. bell. Pun. 230.

¶ Oppletus, pen.prod. Participium (ἀναπληρωθείς) ut,
Mentes oppletæ tenebris à sordibus. Cic. Post red. in Senatu, 7.
Obrutus & oppletus. Cic. 2. de Nat. deor. 196.

Opploro]opploras, pen.prod. (κατοδύρομαι) opplorare, Contrà plorare. Author ad Herennium, lib. 4. 235, At ille, Quin mihi illum datis, ac uos auribus meis opplorare non desinitis.

Oppono]opponis, pen.prod. oppositi, oppositum, penult. corr. (ἀνθίστημι, ἀντιτίθημι, ἀντιστοιχέω, προίσχομαι, ἀντιδιαπλέκω) opponere, Contrà uel ex aduerso ponere. Cic. 2. de Nat. deor. 195, E' quibus pullos quum excuderunt, ita tuentur, ut & pennis foueant ne frigore lædantur: & si est calor à sole, se opponant. Plaut. Pseud. 7.10,
Ibi nunc oppido opposita obstacula.
Obijcere & opponere. Cic. in Pisonem, 64.
Opponi ad periculum. Cic. pro Murena, 79.
Hostibus opponere aliquos. Cic. 2. de Finib. 156.
Aciẽ oppositæ Aeneadæ. Virg. 9. Aeneid. 94. Vide Acies.
Auriculam opponere. Horat. 1. Serm. Satyr. 9.16.
Authoritatem suam opponere. Cic. 4. Acad. 116.
Causam opponere, Obijcere ante oculos. Cic. 3. Offic. 54.
Corpus pro patria opponere, pro Exponere. Liu. 1. bel. Pun. 30. Cic. ad Atticũ, lib. 7.141.2, Persequi Cæsar Pompeium? quid? ut interficiat? O' me miserũ, & non omnes nostra corpora opponimus.
Formidines opponere, Obijcere. Cic. pro Quintio, 26.
Genu opposuit costis. Ouid. 2. Metam. 70.
Opponere alicui insidias. Cic. pro Cecinna, 61.
Manum opposuit ante Oculos. Ouid. 4. Fast. 36.
Manum puella suauio opponat tuo. Horat. Epod. 3.5.
Manum fronti opponere. Ouid. 2. Metam. 56,
Opposuitq; manum fronti.
Milites ad portas opponere. Liu. 2. ab Vrbe, 205. Cic. pro Cecinna, 15, Atq; iste ad omnes introitus quà adiri poterat, nõ modò in eum fundum, de quo controuersia fuerat, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit.
Moles fluctibus opponere. Cic. 2. Offic. 18.
Natura opposuit montes mari. Lucan. lib. 2. 124.
Nomen opponere alicuius. Cic. 6. Verr. 66, Opponebant illi interdum nomen Africani.
Nomen alicuius ad rem aliquam faciendam opponere. Cic. 5. Verr. 111.
Ordinem aduersus hostes quadruplicem opponere. Liuius 10. bell. Pun. 39.
Periculis se opponere. Cic. pro Corn. Balbo, 19.
Præsidium opponere. Cic. ad Brutum, 15.6.
Opponere se inuidiæ pro patriæ salute. Cic. de Arusp. resp. 56.
Terrorem armati exercitus opponere togatis. Cicero pro Sestio. 43.
His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur. Cicero 2. de Orat. 184.
Paribus paria redduntur, & contraria opponuntur. Cicero in Orator. 94.
Opponere uitium uirtuti. Cic. 3. de Finib. 64.
Opponere nomen æqui iniquitati. Cic. pro Cecinna, 48.
Scripto opponitur uoluntas testatoris tum, ut queratur, uerbáne plus, an sententia ualere debeat. Cic. in Topic. 51.
Vrbem urbi opponere. Cic. pro lege Agraria, 11.
Opponere, Quum de disputationibus loquimur. Cic. 4. Acad. 273, Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis summum bonum esse, &c.
Sed quid oppones tandem, si negem me unquam istas litteras ad te misisse? quo me teste conuinces? Cic. 2. Philip. 35.
Opponere, pro eo quod aliàs Deponere dicitur, & Contra alium pignus ponere. Plaut. Curcul. 7.77,
—pono pallium,
Ille suum annulum opposuit.
Opponere pignori. Terent. Phorm. 4.3.56,
Ager oppositus est pignori ob decem minas.

¶ Oppositus, pen. corr. Participium (ἀντιτιθείς, ἀντιταθείς) Cic. 2. de Diuin. 26, Luna subiecta atq; opposita soli.
In hac dictione ludit Catullus in epigrammate ad Furium, 23,
Furi uillula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Fauoni,
Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ:
Verum ad millia quindecim, & ducenta.
O' uentum horribilem, atq; pestilentem.
Corpore opposito uim, scelus & furorem aliquem à bonorum ceruicibus depellere. Cic. pro Domo sua, 50.
Fores oppositæ. Horat. 3. Carm. ode 26.2.
Humeris oppositis extrahere aliquem è turba. Horat. 2. Serm. Satyr. 5.20.
Nubes oppositæ. Ouid. 10. Metam. 36.
Oppositum & obiectum. Cic. pro Fonteio, 3.
Opposito dedecore, Oblato, siue obiecto. Cic. 2. Tusc. 23.

¶ Oppositus, huius oppositus, pen.corr. Verbale (ἀντίστασις) Cic. pro Marcello, 19, Non modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & corporum pollicemur. Gellius lib. 4. cap. 5.

¶ Oppositio, Aliud uerbale (ἀντίθεσις) Cic. 1. de Inuent. 58, Disparatum autem est id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, Sapere & nõ sapere.

Opportunus]pen.prod. A diectiuum (ὄπιμος, καίριος) Quod pro desiderio nostro accidit. Ab Ob & Portus, quòd nauigantibus maximè utiles, aptatiq; sint. Plautus Epid. 9.41,
Nihil homini amico est opportuno amicius. hoc est, Qui in tempore succurrit.
Opportunus alicui uitio uel morbo, Procliuis, obnoxius. Plin. lib. 16. cap. 40.17. Quædã enim in mari, quædam in terra ui-

Digitized by Google

ra uitijs opportuniora. Et lib.18.cap.7.18, Non alia de causa opportuniora morbis corpora existunt.
Iniuriæ opportunus. Vide Iniuria.
Opportunus hosti. Salust. in Iugurtha.
Opportunus ad, Commodus, Idoneus. Terentius Eunuch.5.9.47,
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.
Aetas opportunissima. Cic. Trebatio, lib.7.7.3.
Classes opportunissimæ. Cic.2.Verr.8.
Latebra opportuna. Ouid.3.Metam.89.
Idoneum tempus & locus opportunus ad eam rem, de qua narratur. Cic.1.de Inuent.43.
Seges opportuna pecori. Virg.4.Georg.26.
Tempus opportunum, Commodum, optatum, proprium. Cic. ad Cælium, lib.2.18.5.
Tempus actionis opportunum. Cic.1.Offic.199.
Vrbs opportuna, munita, propinqua, fortissimorum uirorum, fidelissimorum ciuium, atq; optimorum. Cic.4, Philipp.156.
Vtilitas opportuna. Lucret.lib.6.179.
Opportunus, Absolutè. Cic.de clar.Orat.188, Tantum dico, si mihi accidisset, ut numerarer in multis, si operosa est concursatio magis opportunorum. Salust. in Iugurtha.
Locorum opportuna. Tacit.lib.4.
¶ Opportunissimus, Superlatiuum: ut, Locus opportunissimus. Plinius lib.8, Ad hos proferendos & tempus, & locum opportunissimum elegi, &c.
Vrbs opportunissima portu. Liu.6.bel.Pun. Potiemur præterea cum pulcherrima opulentissimaq; urbe, tum opportunissima portu egregio. id est, unde terra mariq; quæ belli usus poscunt, suppeditentur.
¶ Opportunè, penultima producta, Aduerbium (εὐκαίρως) id est, loco & tempore, siue in loco & in tempore. Terent. Adelph.2.4.2,
—opportunè: teipsum quærito. Idem And.3.4.11,
Opportunè hic fit mihi obuiam. Cic pro Rosc.Amer. 41, Tempus idoneum, locus opportunè captus ad eam rem.
Opportunè facere. Cic.3.de Finib.93.
Opportunè nuncijs allatis. Cæsar 3.bel.Ciuil.396.
Reddere opportunè alicui literas. Cic.Att.lib.14.317.1.
Illud satis opportunè. Cic.ad Attic.lib.16.333.18.
Opportunè uenire. Cic.1.de Nat.deor.24.
Accidere opportunius nihil potuit, teipsum cupio. Cicero Lentulo, lib.1.9.32.
¶ Opportunitas, pen.corr. (εὐκαιρία, καίριον) Commoditas, pro ratione loci, temporis & personarum. Cic.3.de Finibus, 69, Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis (habet etiam suum modum quæcunq; opportuna dicuntur) sic recta effectio.
Consultrix & prouida utilitatum, opportunitatumq; omnium natura. Cic.2.de Nat.deor.82.
Opportunitas ætatis. Salust. in Iugurtha.
Vsus opportunitate anuli Gyges reginæ stuprum intulit. Cicero 3.Offic.49.
Opportunitates habilitatesq; corporis. Cic.1.de Leg.40.
Idonea opportunitas faciendi aliquid, aut non faciendi. Cic.1. de Inuent.56.
Fluminum opportunitates. Cic.2.de Nat.deor.198.
Opportunitas loci. Cæs.3.bel.Ciuil.92.
Vtilitas & opportunitas membrorum. Cicero 1. de Natura deorum, 126.
Temporis opportunitas. Cic.1.Offic.199.
Viæ opportunitas, Facilitas. Plin.epist.24.
Opportunitas & dignitas. Cic.Attic.lib.8.157.4.
Diuina opportunitas. Cic.3.Philip.141.
Maritima opportunitas. Cic. Att.lib.8.147.6.
Adiuncta opportunitas. Vide Adiungo.
Opportunitate aduenire: pro, In tempore. Plaut.Epid.5.26. & Merc.24.3.
Corrumpere opportunitatem. Vide Corrumpo.
Habere opportunitatem ad negocium administrandum. Cic.1. de Inuentione, 55.
Loci opportunitatem sequi. Cic.1.Offic.53.
Opportunitatis est beatè uiuere. Cic.3.de Fin.93.
Opportunitas, Vtilitas. Cic.de Amicit.20, Talis igitur inter illos amicitia tantas opportunitates habet, quantas uix queo dicere.
Vtilitas & opportunitas. Cic.5.Verr.10.
Opprimo] opprimis, pen.corr. oppressi, oppressum (παρὰ τὸ πιλῶ πιέσω) opprimere, Premendo grauare & offendere. Cic. Qui homini tot miseriis calamitatibusq; oppresso subueniret. Dicitur & de rebus inanimitatis: ut ex subiectis exemplis colligitur.
Opprimere os, Continere, claudere. Terent. Phorm.5.8.93.
Opprimere, Conuincere, seu comprehendere. Terentius Andr.1.3.22,
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. Idem Adelph.2.2.21,
Vt in ipso articulo oppressit.
Opprimi ære alieno. Cic.in Catil.30.
Fluctus opprimet hanc animam. Ouid.1.Trist.eleg.2.7.
Opprimere animos formidine. Cic.7.Verr.12.
Opprimere bellum exortum. Cic.1.de Diuin.169.
Operire & opprimere contumelijs aliquem. Cic. 6. Verr.99.
Obrui & opprimi criminibus & testibus. Cic.3.Verr.13.
Opprimere dictum suum, Mutare sententiam. Plautus Mercat.12.6.
Opprimitur dolor patientia. Cic.2.Tusc.58.
Dolore opprimi. Cic.Sulpit.lib.4.6.4.
Vnda flammas opprimit. Senec.Medea, 12.2.
Conficere atq; opprimere hostes. Cic.pro Font.21.
Hostes parentis sui oppressit. Senec.Octauia, 8.9.
Opprimere ignem. Liu.9.bel.Pun.154.
Opprimere improuiso. Cic.2.Offic.119, Quumq; tyrannum Nicoclem improuiso oppressisset, sexcentos exules qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi, restituit.
Improuiso tantus morbus hominem temperantem oppressit. Cic.Att.lib.15.321.2.
Opprimere incautos. Liu.6.bel.Pun.56.
Inuidia opprimi. Cic.in Catil.27.
Iudicio opprimere. Cic.pro Quintio, 4. Idem pro Cluent. 21, Et est quisquam qui quum hæc cognouerit, suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum & circunuentum esse innocentem?
Iaculo oppressit leonem. Valer.3.Argon.5.
Mentionem aliquam opprimere. Liu.8.bel.Maced.221.
Plerosq; nec opinantes oppressimus, qui occisi captiq; sunt. Cicer.ad Catonem, lib.15.4.24.
Oppressit nox. Cic.de Senect.45, Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit quũ mane cœpisset?
Occasionem opprimere, Supprimere, tacere, celare. Plautus Asin.7.15.
Onere opprimi. Vide Onus.
Onere officij opprimi. Cic.pro Rosc.Amer.6.

Orationem alicuius opprimere. Cic. 2. de Finib. 53.
Pede opprimere. Cato cap. 46.
Penuria uictus opprimit eum. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 20.
Extinguere & opprimere potentiam alicuius. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Remp. opprimere armis. Cic. ad Sulpit. lib. 4. 3. 5.
Ruina opprimi. Cic. 2. de Diuin. 29.
Somnus oppreßit eum. Terent. Eunuch. 3. 5. 53.
Interea somnus uirginem opprimit.
Terra opprimi. Cic. 2. de Diuin. 77.
Opprimere, Præuenire, præoccupare. Cic. ad Cæsium, lib. 15. 16. 1, Puto te iam suppudere, quum hæc te tertia iam epistola antè oppreßit, quàm tu schedulam aut literam.
Opprimere aliquem consilio. Cic. 1. Verr. 24, Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam ullo artificio peruertet. Quod idem est ac si diceret, Consilijs eius anteuertam, omnia prouidebo. Budæus.
Opprimere & Abscondere. Cic. pro Rosc. Amer. 72.
Opprimere, pro Extundere, peruincere: id est, uiolenter impetrare, & uiolentis precibus. Plaut,
Nam si ullo modo posset impetrari ne te abduceret, dedi operam: uerùm oppressit.
Opprimi, Ex improuiso, & sic deprehendi. Cic. Attic. lib. 12, Illud autem quod fore uideo, ipsum uolo uitare, ne illæ ad me ueniant. Et una est ratio, & ego nollem: sed necesse est ut explores, ad quam diem hîc ita posim esse, ut ne opprimar. id est, ne Publilia & mater ueniant, quum de illarum aduentu nihil suspicer. Ibidem. Quum scribas uidendum mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam te certum illius profectionis diem non habere: putaui, &c. Ne opprimar à Publilia & matre: siue subito & insperato Publiliæ aduentu.
¶ Oppressus, Participium (καταδωρτενόμενος) ut,
Oppressa metu ciuitas, apud Liuium 4. bel. Pun. 98.
Oppressus à prædonibus, & captus est. Cic. 7. Verr. 95.
Oppressus est, non causa, sed tempore. Cic. pro Cluent. 73.
Vinctus & oppressus catenis. Seneca Herc. fur. 1. 11.
Casu acerbo oppressus. Catul. ad Mallium, epigr. 63. 1.
Oppressus doloribus, Confractus. Cicero ad Dolabellam, libro 9. 14. 6.
Oppressus ui. Cic. 2. Offic. 32.
Repressum magna ex parte, non oppressum aliquem relinquere. Cic. pro Muræna, 30.
Oppressa amicitia, Violata. Cic. de Amicit. 67.
Arces oppressæ. Lucan. lib. 2. 15.
Carmina oppressa silent. Lucret. lib. 2. 102.
Herba oppressa. Ouid. 3. de Arte, 744.
Iuuencus oppressus à lupo. Stat. 8. Theb. 135.
Memoria oppressa. Plin. epist. 195.
Pectus oppressum. Senec. Herc. Fur. 11. 32.
Oppressa captaq; Respublica. Cic. pro Domo sua, 22.
Oppressus & afflictus Senatus. Cic. Post red. in Senatu, 16.
Vita oppressa iacet. Lucret. lib. 1. 13.
¶ Oppressio, oppressionis, Verbale (καταδωάστασις) Terent. Adel. 2. 2. 30,
Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet.
Curiæ oppressio. Cic. pro Domo sua, 3.
Legum & libertatis interitus, earumq; oppressio tetra & detestabilis. Cic. 3. Offic. 111.
¶ Oppressiuncula, oppressiunculæ, pen. corr. Diminut. apud Plautum legitur.
¶ Oppressor, Aliud uerbale, masculini generis (καταδωαστὴς) Brutus ad Ciceronem in Epistolis ad Brutum, 16. 11, Petitur ut uindices atque oppressores dominationis falsi sint?

Opprobrium] opprobrij (ὀνειδος) Infamia dedecus, quasi obiectum probrum. Plin. lib. 18. cap. 26. 17, Dedecus enim habetur opprobriumq; meritum, falcem ab illa uolucre in uite deprehendi.
Aeternum opprobrium. Hor. 4. Carm. ode 12. 2.
Aliena opprobria. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. 26.
Magnum opprobrium. Hor. 3. Carm. ode 24. 9.
Turpe opprobrium. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 17.
Turpia opprobria linguæ. Claud. de bel. Get. 105.
Dignus opprobrijs. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 17.
Fugere opprobria culpæ. Hor. 1. epist. 9. 2.
Rustica opprobria fundere. Hor. 2. epist. 1. 30.
Falsis opprobrijs morderi. Hor. 1. epist. 17. 8.
Recantata opprobria. Hor. 1. Carm. ode 16. 6.
Esse opprobrio. Ouid. 2. Trist. 89,
Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo. Cic. in Salust.
¶ Opprobro, opprobras, penult. corr. (ὀνειδίζω) opprobrare, Significat probrum obijcere, inquit Festus. Plautus Mostel. 4. 144,
Egóne id exprobrem, qui mihimet cupio opprobrarier Gell. lib. 17. cap. 1, Vt uel hac ipsa re, quod ita dicebat, opprobraret aduersarijs.
¶ Opprobratio, Verbale (ὀνειδισμὸς) Gell. lib. 12. capite 11, Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.
¶ Opprobramentum, opprobramenti (ὀνείδισμα) Antiquè pro opprobrio. Plaut. Merc. 7. 80,
Multo ædepol, si quid faciendum est damni, fatere mauolo,
Quàm opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domi.
Oppugno] oppugnas (πολεμέω, πολιορκέω, προσβάλλω) oppugnare, Significat contrà pugnare, nocendi causa. Cic. ad Cælium, lib. 2. 9. 8, Ibi quintum & uicesimum iam diem aggeribus, uineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pinden issum.
Obsidere, oppugnare & labefactare aliquam urbem. Cicer. de Arusp. respon. 5.
Vehementissimè oppugnare urbem aliquam. Cicero pro lege Manil. 13.
Vrbem oppugnat celsis molibus. Virg. 5. Aen. 88.
Carinam fessam oppugnare. Ouid. 11. Metam. 107.
Sagittis oppugnare rates. Propert. lib. 3. eleg. 11. 3.
Oppugnare aliquem, Omnibus technis adhibitis uincere, siue impetrare dolo, aut etiam pecunia. Plaut. Epid. 3. 60,
Tibi audendum est, senem oppugnare certum est consilium. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 5, Vt quos tu Reipub. causa leseras, parum te oppugnarent.
Propugnare pro aliquo, & Oppugnare aliquem, contrariè Cic. Anteq. iret in exilium, 6.
Oppugnare aliquem pecunia. Cic. ad Lent. lib. 1. 1. 2.
Oppugnare aliquem capite & fortunis. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 1.
Oppugnare & repugnare. Cic. F. Metello, lib. 5. 2. 28.
Clandestinis consilijs oppugnare aliquem. Cicero in Orator. 130.
Palàm oppugnare aliquem. Cic. Qu. frat. lib. 2. 8. 2.
Defendere & probare rem aliquam. Oppugnare & euertere, contraria. Cic. 2. de Orat. 88.
Oppugnare occultè rem aliquam. Cic. pro lege Agrar. 1.
Oppugnare bona alicuius. Plaut. Persa, 3. 19.
Oppugnare uerbis æquitatem. Cic. pro Cecinna, 49.
Caput alterius oppugnare. Cic. pro Quint. 22.
Oppugnare uerbis commoda patriæ. Cic. 1. de Inuent. 2.

Oppugn-

Digitized by Google

Oppugnare consilia alicuius. Plaut. Mostel. 8.166.
Mens oppugnatur artibus innumeris. Ouidius 2. de Remed. Amoris, 59.
Oppugnare os alicui. Plaut. Casin. 98.59.
¶ Oppugnatus, pen. prod. Particip. (πολιμηθείς) ut,
Roma oppugnata proprijs triũphis. Propert. lib. 2. eleg. 16.9.
¶ Oppugnatio, Verbale (πολέμησις) Liu. 4. ab Vrbe, 124,
Nec segnior oppugnatio est, quam pugna fuerat.
Machinamenta, & actus oppugnationum. Tacit. lib. 4.
Nocturnam oppugnationem audere. Tacit. lib. 2.
Oppugnatio & gratia. Cic. ad Qu. fratr. lib. 2. 9. 2.
¶ Oppugnator, penultim. product. (πολεμητὴς) Verbale masculin. Cicero pro Cornel. Balbo, 41, Atque utinam qui ubique sunt propugnatores huius imperij, possent in hanc ciuitatem uenire: & contrà, oppugnatores Reip. de ciuitate exterminari.
Opputo] opputas, penult. corr. (πλαδύνω) opputare. Idem quod Putare, aut circumputare: & de arboribus intelligitur. Plinius lib. 17. cap. 21. 4, Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.
Opuuire] πλήττω, uerbum obsoletum, Percutere est. Vnde oppuuia, uerbera dicuntur. Afranius, Oppuuijs pueri coercentur. Nonius.
Ops] ῥέα, filia Celi ex Vesta, et soror uxorq; Saturni: quam, ut scribit Seruius, Græci Rheam uocant, ἀπὸ τοῦ ῥέω, id est, fluo, quòd terra rebus omnibus affluat. Plautus Cistel. 5.39,
Itaq; Ops opulenta illius auiá.
Turrigera Ops. Ouid. 2. Trist. 5.
Ops soror Saturni, Oceani & Salaciæ filia. Cicero de Vniuers. 56.
Aedes opis. Cic. 1. Philip. 13.
Ops eadem est quæ & Cybele. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 14.
Ops, huius opis, Opem ferens dicitur. Actius, Quorum genitor fertur esse ops gentibus. Vnde Inops, & Inopiosus, quasi sine ope. Festus, Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum: ut testimonio est ei contrarium Inops.
¶ Opis, βοηθείας, opem, ab ope, Datiuus uix legitur. id est, potestatis & auxilij. Terent. Heaut. 3.3.31,
——quid illum porrò credis facturum Chreme,
Nisi eum quantum di dant tibi opis, seruas, castigas, mones? Virg. 2. Aen. 159,
—nec spes opis ulla dabatur. id est, auxilij, inquit Seruius.
Nihil opis in. Cic. de Senect. 4, Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beateq; uiuendum, ijs omnis est grauis etas.
Dives opis natura suæ. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 15.
Expertes opis. Lucret. lib. 5. 200.
Indignus opis. Virg. 2. Georg. 86.
Admouere tardam opem. Ouid. 1. de Remed. Amor. 24.
Afferre opem alicui. Ouid. 8. Metam. 121. Vide Affero.
Auferre opem. Vide Aufero.
Confugere ad opem alicuius. Cic. pro Fonteio, 19.
Salutiferam opem dare. Ouid. epist. 20. 35.
Egere ope. Ouid. epist. 20. 8.
Opis egens, dixit Cic. lib. 3. Tusc. 75. Ex quodam poeta.
Omni ope atq; opera eniti. Cic. ad Attic. lib. 14. 312. 7.
Summa ope niti, uel eniti: id est, omni uirtute, omnibus uiribus. Salust. in Catil. Idem in Iugurtha.
Non opis est nostræ Dido. id est, nostræ possibilitatis, inquit Seruius. Virg. 1. Aen. 122.
Opem alicuius expectare. Cic. ad Attic. lib. 9. 189. 1.
Expectare ab aliquo opem & ornamentum aliquod. Cicero in Pison. 14.
Exposcere opem. Stat. 10. Thebaid. 11.
Ope consilioq; tuo furtum factum. Cicero 3. de Natura deorum, 106.
Diuina ope fefellit sua furta. Ouid. 3. Fast. 5.
Ferre opem. Ouid. 2. Fast. 81.
Ferre opem & salutem indigentibus. Cic. 2. de Fin. 187.
Abominandam opem alicui ferre. Vide Abominor.
Tristem ferre opem. Ouid. epist. 19. 36.
Opis aliquid ferre. Cic. ad Sulpit. lib. 4. 1. 2.
Fultus ope. Quint. lib. 6. cap. 3. 6.
Implorare opem alicuius. Ouid. 8. Metam. 54.
Indigere opis. Cic. 1. Offic. 74.
Medica ope iuuare aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 2.
Mulcere aliquem ope. Ouid. epist. 6. 20.
Negare opem alicui. Ouid. epist. 3. 20.
Orare opem. Ouid. epist. 12. 13.
Ad te confugimus, à te opem petimus. Cic. 5. Tusc. 7.
Petere opem lassis & dubijs rebus. Senec. Thyeste, 8. 8.
Poscere opem. Hor. 2. epist. 1. 28.
Promittere opem. Ouid. 5. Fast. 50.
Reddere opem, & exoluere grates. Stat. 5. Sylu. 5. 9.
Nil opis superest. Ouid. 6. Fast. 74.
Tentare opem. Ouid. 3. Fast. 160.
Sera ope fata uincere. Ouid. 2. Metam. 124.
Vti ope alicuius. Ouid. 3. Fast. 64.
Opem ueteres etiam pro Opulentia dixêre. Cicero libro 3. Tusculan. 77,
—o Priami domus
Septum altisono cardine templum
Vidi ego te astantem ope barbarica. Ex quodam poeta.
¶ Opes, opum, opibus, pluraliter tantum (πλοῦτος, δύναμις) Diuitiæ dicuntur. Cic. 1. Offic. 37, In quibus autem maior est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem.
Diuitias, honores; opes in bonis numerare. Cicero 5. de Finibus, 139.
Præditus magnis opibus homo. Cic. pro Cluent. 122.
Superbi opibus, Virg. 5. Aen. 54.
Magnas inter opes inops. Hor. 3. Carm. ode 16. 6.
Perosus opes. Ouid. 11. Metam. 30.
Propter opes & copias tolerabilis senectus. Cic. de Senect. 8.
Cupido furiosa opum. Ouid. 1. Fast. 43.
Variarum opum dites. Virg. 2. Georg. 94.
Fames magnarum opum. Ouid. 1. Fast. 61.
Largitor opum. Stat. 3. Sylu. 1. 19.
Nimiarum opum potentiæ non ferendæ. Cic. 3. Offic. 46.
Vbertas opum. Sil. lib. 15. 81.
Adoptiuæ opes arboris. Ouid. 2. de Arte, 131.
Auaræ. Claud. 1. de raptu Proserp. 5.
Beatæ. Stat. 1. Sylu. 5. 9.
Festæ. Sil. lib. 7. 36.
Fluxæ. Senec. Hippol. 4. 27.
Immensæ. Ouid. 6. Metam. 37.
Certæ. Vide Certus.
Indelibatæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 6.
Opes integræ, & Opes accisæ, ut contraria ponuntur. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 23.
Largæ opes. Vide Largus.
Laxæ. Vide Laxus.
Modicæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 9.
Priuatæ. Tacit. lib. 2.
Sollicitæ. Hor. 2. Serm. Sat. 6. 16.
Nimiæ. Tacit. in uita Agricolæ.



Digitized by Google

Sparſæ. Lucan. lib. 3. 24.
Specioſæ opes. Tacit. in vita Agricolæ.
Superbæ opes. Silius lib. 17. 126.
Abſumptæ opes. Ouid 1. Amor. eleg. 12. 6.
Acquirere opes. Ouid. 2. de Arte, 69. de amne.
Adoleſcunt opes. Vide Adoleo.
Affectæ opes. Tacit. lib. 18.
Amittere opes malè. Ouid. epiſt. 21. 14.
Attenuârat opes uoragine uentris. Ouidius 8. Metamorphoſ. 171.
Augere opes. Vide Augeo.
Comminutæ opes & depreſſæ. Vide Comminuo.
Fundatas & optimè conſtitutas fortunæ ſuæ opes poteſtati regiæ committere. Cic. pro Rab. Poſth. 1.
Beatas componit opes nullo fine. Senec. Herc. fur. 3. 2.
Concidere opes. Vide Concido, pen. corr.
Condere opes, Abſcondere. Virg. 2. Georg. 102.
Congeſtæ opes. Ouid. 4. Faſt. 124.
Conquirere opes quæſtu meretricio. Vide Conquiro.
Conſectari opes. Vide Conſector.
Conſequi honores & opes. Cic. de clar. Orat. 153.
Conſumere opes alicuius. Ouid. 3. Faſt. 126.
Conualeſcunt opes. Vide Conualeo.
Corruunt opes. Vide Corruo.
Creuerunt opes. Ouid 1. Faſt. 43.
Creſcunt opes & hoſtium animi. Cic. pro lege Manilia, 31.
Creſcere in multas opes. Vide Creſco.
Congeſtæ cumulantur opes. Claud 1. in Ruffinum, 39.
Deartuare opes. Vide Deartuo.
Decedit hoc opibus. Vide Decedo.
Detrahere opes alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 15.
Dilacerantur opes tuæ. Ouid. epiſt. 1. 18.
Direptæ opes. Claud. 4 Paneg. 26.
Largæ dabantur opes Ouid. 3. de Arte, 82.
Efferre opibus Rempublicam. Cic. Octauio, 7.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Ouidius 1. Metamorphoſ. 29.
Emergere ad ſummas opes. Lucret. lib. 3. 13.
Eruere opes & regnum alicuius. Virg. 2. Aen. 1.
Euertere opes. Virg. 2. Aen. 121.
Expectare opes, non opem alicuius. Cic. Attic. lib. 9. 189. 1.
Paruas opes expoſcere. Ouid. 11. Metam. 41.
Bene fundatæ opes. Ouid. 14. Metam. 117.
Inclinantur opes ad. Vide Inclino.
Inuentæ opes ſanguine. Oui. 3. Amor. eleg. 7. 11.
Lacerare opes alicuius. Ouid. epiſt. 3. 18.
Oſtentare opes. Virg. 4. Aeneid. 15.
Perdere opes ſuas. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 10.
Pollens opibus. Lucret. lib. 1. 12.
Poſſidere opes. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 11.
Potens opibus. Ouid. 4. Faſt. 51.
Contemptas proculcat opes. Claud. de bel. Getico, 122.
Quærere opes malè. Ouid. epiſt. 21. 14.
Priuatas quærere opes. Hor. 1. epiſt. 3. 4.
Miſeras opes quærere corpore. Ouidius 1. Amor. eleg. 10. 5. De meretricibus.
Rapiuntur opes à ulcis. Lucan. lib. 7. 152.
Recondere opes. Ouid. 1. de Arte, 126.
Refrænare & coercere omnium opibus iuuentutem. Cicero 2. de Diuin. 7.
Regere opes. Ouid. 14. Metam. 155.
Miſeras opes ſollicitare. Martial. lib. 1. epigram. 4. ad Domitianum.
Tuæ opes. Ouid. epiſt. 15. 7.

Opes, pro Auxilio. Virg. 12. Aeneid. 85,
Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Euenient. id eſt, auxilijs & uirib. Cic. ad Q. fr. lib. 1. 1. 3, Nunc quoniã ita accidit, ut neq; Prætores ſuis opibus, neq; nos noſtro ſtudio quicquam proficere poſſimus.
Infirmæ & tenues ad gratiam referendam ſunt ſæpe ſingulorum opes. Cic. Antequam iret in exilium, 2.
Tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. Cicero pro Quintio, 1.
Allicere opes. Vide Allicio.
Circumuenti & urgeri potentis alicuius opibus. Cicero 2. Offic. 73.
Confirmare opibus & copijs poteſtatem quandam. Cicero 2. de lege Agrar. 43.
Vi ſumma opum euertere aliquid. Virg. 9. Aeneid. 106.
Expectare alterius opes, miſerrimum eſt. Cicero pro Quintio, 28.
Fractæ opes. Virg. 3. Aen. 11.
Iuuare aliquem opibus. Virg. 1. Aen. 116.
Firmiſſimis opibus contra ſcelus inimicorum aliquem munire. Cic. de Prouinc. Conſul. 34.
Nixum firmioribus opibus auxilium. Cicer. Antequam iret in exil. 2.
Obſidere opibus Italiam. Cic. 2. de lege Agrar. 76.
Contra tantas opes non pugnandum. Cicero ad Lentulum, libro 1. 9. 84.
Viribus atque opibus omnibus repugnare alicui. Cicero 3. Tuſculan. 43.
Opibus hominum ſeptus & munitus. Cicero 1. de Finibus, 20.
Euertere opes alicuius. Cic. 2. de lege Agrar. 55.
¶ Opifer, penultima correpta, opifera, opiferum (δημιουργὸς) Opem ferens. Plinius libro 11. cap. 37. 46, Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuiſſe accepimus, ut multis menſibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere.
Deus opifer, Aeſculapius. Ouidius 15. Metamorphoſeos, 131.
¶ Opulentus, Adiect. (πλούσιος) Diues, & opibus abundans, quaſi diuitiarum plenus. Cic. de Amicit. 43, Vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant quàm uiri, & inopes quam opulenti, &c.
Opulentus & fortunatus. Cic. 2 Offic. 103.
Opulentus auro. Plaut. Epid. 5. 112.
Pecuniæ opulentus. Tacit. lib. 18.
Theſauris Arabum opulentior. Horatius 3. Carminum, ode 24. 1.
Opulentiſſima ciuitas. Cicero 3. de Natura deorum, 117.
Copia opulenta. Hor. 1. Carm. ode 17. 4.
Mens opulentior auro. Ouid. ad Piſonem, 22.
Opulentum opſonium. Plaut. Bacch. 1. 63.
Regia opulenta. Catull. Argon. epig. 59. 9.
Templum opulentum donis. Virg. 1. Aen. 91.
Vrbs opulentiſſima. Catullus in Iulium Cæſarem, epigramma 23. 5.
Rex Aſiæ opulentiſſimus Crœſus. Cicero 2. de Diuinatione, 172.
Sardanapalus rex Syriæ opulentiſſimus. Cicero 5. Tuſculanar. 143.
¶ Opulentia, opulentiæ (πλοῦτος) Plin. lib. 17. cap. 1. 6, Tam recens eſt opulentia. Sic Saluſt. in Ciceronem, 3, Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam ex ſanguine & miſeris ciuium parueris?

Diuitiæ

Digitized by Google

Diuitis Crœsi opulentia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 8.
Longa opulentia clarus. Tacit. lib. 14.
Spectata opulentia. Tacit. lib. 18.
Deest opulentia nobis. Virg. 7. Aen. 53.
¶ Opulentias, pen. corr. opulentitatis, Idem (πλουτότης) Plautus Milit. 16. 34,
Quasiq; eius opulentitatem reuerearis.
¶ Opulenter, Aduerbium (πλουσίως) Cum opulentia. Liuius 1. ab Vrbe, 160, Ludos opulentius instructiusq; quàm priores reges, fecit.
¶ Opulento, opulentas (πλουτίζω) opulentare, Opulentum facere. Colum. lib. 8. cap. 1. 2, Quum & auium stercore macerrimis uineis, & omni surculo atq; aruo medeantur, & eisdem familiarem focum mensamq; preciosis dapibus opulentent. Hor. 1. epist. 17. 1.
Opulentare herum baccis oliuæ. Hor. lib. 1. epist. 17.
¶ Opulesco, opulescis, opulescere, Opulentum fieri. Furius Antias apud Gel. lib. 18. cap. 11,
Quo magis in patrijs possint opulescere campis. Vide Nonium.
Opsianus] lapis. Arrian. καθ᾽ ἃς ἐν βάθει κεχωρισμένος εὑρίσκεται ὁ ὀψιανὸς λίθος. Huius fit mentio in Pandectis. & quanquam à plerisq; ut mendosum mutetur, optima tamen est lectio Florentina, cum scriptore Græco consentiens. Turnebus.
Opsonium] huius opsonij (ὄψον, ὀψώνιον) Dicitur quicquid ultra panem & uinum in cibo adijcitur. Plaut. Aulul. 2. 5,
Dat coquos cum opsonio. Plin. lib. 18. cap. 11. 3, Panis ipsius uaria genera prosequi superuacuum uidetur: aliàs ab opsonijs appellati, ut ostrearij. Græci ἐπιτραπεζώματα (inquit Baysius) uocant opsonia mensis imposita.
Opulentum opsonium. Vide Opulentus, in Ops.
Rancidula fiunt opsonia. Iuuen. Satyr. 11. 14.
Captare opsonia. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 22.
Omnia conductis coemens opsonia nummis. Horat. 1. Sermon. Satyr. 2. 2.
Austri coquunt opsonia. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 9.
¶ Opsonium, uidetur Terentius more Attico de piscibus intellexisse, quum dixit,
Conuertam me domum cum opsonio. Nam ab Atticis ὄψον sic usurpatur: atq; infrà Syrus hoc explicans, ait se nactum pisces ex sententia. Turnebus.
¶ Opsono, opsonas, pen. prod. (ὀψωνέω, ὀψοποιοῦμαι) opsonare: & Opsonor, opsonaris, opsonari, Deponens, Emere seu præparare res necessarias ad opsonandum (hoc est, aliquid cum pane comedendum) seu conuiuandum. Terentius Adelph. 5. 9. 7,
Et quidem porrò hæc, opsonare, cum fide scortum adducere. Idem And. 2. 6. 20,
Vix, inquit, drachmis opsonatus est decem.
Opsonare, Facere sumptum pro opsonio comparando. Plautus Bacch. 1. 64,
—— tu facito opulentum opsonium:
Ego opsonabo.
Nimium opsonauit. Vide Nimis.
Opsonare opsonium. Plaut. Stich. 7. 36.
Opsonare prandium. Plaut. Pœn. 19. 16.
Cœnæ opsonaui. Plautus.
Famem opsonare ambulando. Cic. 5. Tusc. 138.
¶ Opsonito, opsonitas, pen. corr. (ὀψωνοῦμαι) opsonitare, Frequentatiuum, Sæpe opsonare. Næuius, Multi mecum eo die opsonitauêre.



¶ Opsonatus, huius opsonatus, pen. prod. (ὀψώνησις) Plautus Truculent.
Dedi equidem hodie quinq; argenti deferri minas, præterea unam in opsonatum.
¶ Opsonator, penultima producta, opsonatoris (ὀψώνης) Qui emit opsonia, & coquo ad coquendum tradit. Plautus Milit. 10. 72,
Vel primarium parasitum, atq; opsonatorem optimum. Baysius, Qui opsonijs comparandis præerat, dicebatur opsonator: ut est apud Marcellum in l. legatis seruis, §. de legatis tertio. Græci illum ἀγοραστὴν uocant, authore Athenæo. Quin & opsonator Græcum uocabulum uideri potest, quasi ὄψου ὠνήτωρ, id est, opsonij emptor: qui et ὀψώνης dicitur.
De opsonatore confecit epigramma Mart. lib. 14. 219.
¶ Opsopœus (ὀψοποιός) concinnator opsoniorum: id est, coquus.
¶ Opsophagus (ὀψοφάγος) Apicij cognomen fuit, qui omnes gulæ proceres longo interuallo superauit.
Opticus] a, um, penultima correpta (ὀπτικός) Idem quod Visiuus, siue perspectiuus. Vnde nerui optici à Medicis dicuntur, per quos spiritus uisiuus defertur in pupillam. Hinc etiam pars Geometricæ dicitur Opticæ, id est, perspicua, quæ ad oculos pertinet: quæ causas reddit, cur uisiones subinde fallant, & ea quæ in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis sunt, minora.
Optimas, Optimè, Optimus] Vide Bonus.
Optio] Vide Opto.
Opto] optas (εὔχομαι) optare, Cupere desiderare. Ab ope petenda, ut ait Sipont. Terent. Heaut. 4. 5. 8,
Optabit rursum ut abeat ab se filius. Cic. Sulpit. libro 4. 1. 8, Itaq; mihi uenire in mentem nil potest non modò quid sperem, sed uix iam quid audeam optare.
Nihil est mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio uoluerit, optârit, cogitauerit, effecerit. Cicero pro Cluentio, 149.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Horatius 1. epist. 14. 9.
Optare & expetere aliquam fortunam. Cic. in Pis. 25.
Fructum ocij cupere & optare. Cic. 1. de Orat. 1.
Furorem & insaniam quibusdam optare. Cicero in Pisonem, 36.
Mortem miserrimus opto. Virg. 2. Aen. 131.
Optare, Eligere unum è duobus, ut ait Donatus. Terentius And. 4. 6. 2,
Quæ se inhonestè optauit parare hîc diuitias
Potius, quàm in patria honestè pauper uiuere. hoc est, melius amauit, ut loquuntur barbari. Virg. 1. Aen. 86,
Optauitq; locum tectis.
Optare, Precibus postulare. Terent. Eunuch. 5. 9. 27,
Quod uis donum & præmium à me optato: id optatum feres. Virg. 7. Aen. 55,
Et reor, & si quid ueri mens augurat, opto.
A' dijs immortalibus optare ut aliquid fiat. Cicero in Catilin. 36.
De aliquo aliquid expetere, optare, & deprecari. Cicero in Pisonem, 36.
Sapientius optare. Ouid. 2. Metam. 21.
Stultè optare aliquid. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 16.
¶ Optans, Participium (εὐχόμενος) Cic. 1. de Orat. 48, Insperanti mihi, sed ualde optanti cecidit, ut in istum sermonem delaberemini.
¶ Optandus, Participium (εὐκταῖος) ut, Fortuna optanda

& expetenda. Cic. in Pisonem, 25.

¶ Optatus, penultima producta, Aliud participium (ὀνχθεὶς) Plaut. Aul. II. I.

Optati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ omnes, Date uiam.

Optati dicuntur, qui in honestum aliquem gradum sunt electi.

¶ Optatus, Nomen ex participio (ὀνατᾶος) Cic. ad Lentul. lib. I. 5. I, Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm ut primùm abs te ipso, deinde à cæteris omnibus, quàm gratissimus erga te esse cognoscerer.

Arena optata potiuntur Troes. Virg. I. Aen. 36.

Auræ optatæ crebrescunt. Virg. 3. Aen. 106.

Dies optata parentibus instat. Ouid epist. 20. 9.

Epulæ optatæ. Hor. 4. Carm. ode 8. 6.

Vale mi optime, ac optatissime frater. Cicero Quint. fratri, libro 2. 9. 2.

Honor optatus. Virg. 5. Aen. 41.

Luce optata frui. Virg. 4. Aen. 124.

Metam optatam cursu contingere. Hor. de Arte, 83.

Optatissimus nuncius. Cic. 14. Philip. 295.

Grati & optati afferuntur rumores de fratre meo. Cic. I. Tironi, libro 16. 21. 3.

Tempus optatum. Catul. Argon. epig. 59. 5.

Optatissimum sibi putant, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 24.

¶ Optatum, pen. prod. Substant. Cic. in Pisonem, 36, Illud etiã accidit præter optatum meum, sed ualde ex uoluntate.

Furiosorum optata. Cic. I. pro lege Agrar. I.

Abominanda optata. Vide Abominor.

Accidere præter optatum. Vide Accido.

Eueniunt optata. Ouid. 6. Metam. 74.

Optata loqui. Terent. Heaut. 3. 3. 50,

—— pro Menedemo nunc tibi respondeo,
Non emo. quid ais? s. optata loquere. Vbi interpres, Ita loquitur ille qui cum alio loquitur, & cui is aduersatur in consilio in re peragenda.

Respondet optatis meis fortuna. Cic. Curioni, lib. 2. I. 5.

In optatis est complecti hominem. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 4.

¶ Optatò, pen. prod. Aduerbij uicè obtinet (ὀνατάως) Quasi cum desiderio. Terent. And. 3. 3. 2,

— optatò aduenis. Quasi dicat, gratus & desideratus. Cic. ad Att. lib. 13. 283. 7, Nisi quid te aliud impediet, mihi optatò ueneris.

¶ Optatio, Verbale (ὀνχὴ) Cic. 3. Offic. 127, Cui quum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij. id est, optiones. Idem 3. de Orat. 114.

¶ Optabilis, & hoc optabile, penult. corr. (ὀνατὸς, ἐπάρατος) Quod optari debeat. Cic. I. de Finib. 81, Itaq; ne iusticiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia iucunditatis uel plurimum afferat. Ibidem, lib. 2. 141, Voluptatem non optabiliorem diuturnitate facit?

Pax optabilis. Cic. 7. Philipp. 222.

Expetendum & optabile. Cic. I. de Orat. 112.

Optabilis & iucundus. Cic. ad Luceium, lib. 5. 12. 16.

Solamen optabile. Sil. lib. 13. 47.

Tempus optabile. Ouid. 9. Metam. 152.

¶ Optabiliter, pen. corr. Aduerbium (ὀνατῶς) Cic. I. Tuscul. 152, Prò dij immortales, quàm optabiliter iter illud iucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit? Correctiora exemplaria sine Optabiliter legunt.

¶ Optio, optionis, Electio (αἵρεσις) Plaut. Casin. 7. 13,

Optio hæc tua est, utram harum uis conditionem, accipe.

Facere optionem, & Permittere optionem. Cicer. I. Verrin. 24. Quint. lib. 5. Budæus.

Dare optionem. Cic. 4. Acad. 139, Si optio naturæ nostræ detur. Idem de clar. Orat. 93, Quando autem dubium fuisset apud patres nostros eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret, aut Crassum?

Optio est. Cic. I. de Fin. 52, Nam libero tempore quum soluta nobis est eligendi optio, quumq; nihil impedit quominus id quod, &c.

Si optio esset. Cic. 5. de Fin. 152.

Optio sit tua, Elige ut uoles. Cic. de Fato, 6.

Optio, masculino gen. Festus, Optio est optatio. Sed in re militari Optio appellatur is, quem Decurio aut Centurio optat sibi rerum priuatarũ ministrum, quo facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus. Is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quẽ uelint, Centurionibus permissum est, nomen ex facto sortitus est. Plaut. Asin. 3. 89,

Tibi Optionem sumito Leonidam. Vide Budæum in Annotat. poster.

Optio, à Varrone, Nonio, Vegetio & Plauto, in eum sensum accipitur, ut sit miles qui ægros antecedat, tanquam eorum uicem, si usus uenerit, gerere sit paratus. Priscis Accensus dicebatur. Quod & ad alia transferri potest: ut apud Callistratum in l. ult. de iure immu. Quamobrem etiam eum qui in palatina militia idipsum agat, quod in exercitu Optiones, iure arbitror dici Optionem. Malè scribit Accursius, connuncupari Optiones, qui publica exigebant. Alciatus.

¶ Optiuus, pen. prod. (ἀνατὸς) Adiect. pro Adoptiuo: ut, Nomen optiuum. Hor. 2. epist. 2. 21.

Opulentus] Vide Opes, in Ops.

Opulesco] Vide Ops, opis.

Opulus] pen. corr. f. g. Arbor. Colum. lib. 5. cap. 6. 3. Ruell. Opulus corno similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea, obierus uel opierus apud nos ruri dicitur: ulmi proceritate adolescit, caudice recto, enodi, rarioribus ramis brachiato, frondibus ferè uitigineis, baccis racematim dependentibus.

Opuntia] opuntiæ, Herba, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 17, Item, circa Opuntem opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirumq; è folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci.

Opus] Opuntis (ὄνατις) Ciuitas in Locris. Ouidius I. de Ponto, eleg. 4. 15,

Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit. Hinc,

¶ Opuntius, Adiectiuum (ὀπόντιος) ut, Sinus Opuntius in Aegeo. Opuntij, Populi Phocensibus Bœotijs finitimi fuêre. Dicimus etiam, Opoes, ut notat interpres Pomponij Melæ, Vadianus.

Opus] operis, pen. correp. n. g. (ὄργον, πόνημα, δαίδαλμα, πραγματεία) Vall. I, Opus est finis, fructusq; operæ. Vnde opera authorum dicuntur, & Opera publica, ipsa publica ædificia.

Nonnunquam ridetur opus pro opera accipi. ut Virgilius 8. Aen. 83,

Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. quasi ad opus. Sed (ut uidere uideor) quoties non ad laborẽ corporis, sed laborẽ animi, & artem industriãq; respicimus, magis opus quàm opera dicendũ est: ut, In opere rustico, In opere faciendo, In opere fabrili, In opere textorio. Seruius, Hoc opus & hæc opera dicimus, quando negocium ipsum significamus quod geritur. Si aũt fœminino genere dixerimus operæ, ipsas personas quæ aliquid faciunt. Vtrunq; autem horum nominum in eodem posuit loco Terent. Heaut. I. I. 21,

Quod in opere faciundo, operæ consumis tuæ:
Si sumas in illis exercendis, plus agas. Hacten. Val. lib. 4.

Opus, pro Labore. Virg. 8 Aen. 104,

— fub

— *sub te tolerare magistro*
*Militiam, & graue Martis opus. id est, laborem belli.*
*Opus, Officium. Virg. 10. Aen. 94.*
— *sed famam extendere factis,*
*Hoc uirtutis opus. Seruius.*
*Admonitor operum Lucifer. Ouid. 4. Metam. 133.*
*Comites operis. Ouid. 3. Metam. 26.*
*Contextus operis. Tacit. lib. 18.*
*Publicorum operum depopulatio. Cic. 2. Ver. 7.*
*Dies fœlices operum. Virg. 1. Georg. 56.*
*Dux operis. Ouid. 4. Fast. 50.*
*Immunes operum. Ouid. 4. Metam. 1.*
*Labor operum. Virg. 2. Georg. 31.*
*Mirator operum. Stat. 3. Sylu. 2. 19.*
*Artis præcipuæ opus. Ouid. 1. de Arte, 53.*
*Participes operum. Ouid. 3. Metam. 30.*
*Patiens operum iuuentus. Virg. 2. Georg. 95.*
*Populator operis nostri. Ouid. 12. Metam. 119.*
*Prudentia maior operum. Ouid. 2. de Arte, 136.*
*Quies operum. Virg. 4. Georg. 37.*
*Socius operum. Stat. 3. Sylu. 2. 19.*
*Spiritus operis huius, atq; animus est in affectibus. Quintilianus lib. 6. cap. 2. 7.*
*Structura operum. Lucan. lib. 6. 13.*
*Vastus operum. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 24.*
*Vitium operis. Cic. in Topic. 10.*
*Opus ocij, & munus solitudinis. Cic. 3. Offic. 5.*
*Acutum opus, Ingeniosum. Claud. 1. in Eutrop. 16. Vide* Acuo.
*Admirabile opus. Ouid. 6. Metam. 3.*
*Arduum opus. Vide* Arduus.
*Artificiosum & diuinum opus. Cic. 2. de Nat. deor. 20. 208.*
*Breue opus. Ouid. epist. 21. 1.*
*Claram opus. Ouid. 3. de Arte, 68. De Aeneide Virgilij.*
*Cælatum opus. Virg. 3. eclog. 8.*
*Coronarium opus. Vide* Corona.
*Destinatum opus. Quint. lib. 2. cap. 10. 10.*
*Dulce opus. Ouid. 2. de Arte, 96.*
*Durum opus. Lucret. lib. 5. 273.*
*Furtiuum opus. Ouid. 2. de Arte, 146.*
*Gratum opus agricolis. Virg. 1. Aen. 1.*
*Immensum opus. Lucan. lib. 1. 14.*
*Immortalia opera. Vide* Immortalis.
*Infaustum opus. Quint. in Procem. lib. 6. 3.*
*Infecta opera. Vide* Infectus.
*Infinitum opus. Quint. Tryphoni, 2.*
*Inimitabilia opera. Quint. lib. 2. cap. 16. 10.*
*Institutum opus. Quint. Tryphoni, 2.*
*Interrupta opera. Virg. 4. Aencid. 18.*
*Intextum opus tribus tauris. Virg. 10. Aen. 157. de Clypeo.*
*Iuuenile opus palæstræ. Ouid. 6. Metam. 49.*
*Laboriosum opus. Vide* Labor *laboris.*
*Laudabile opus. Lucret. lib. 5. 32.*
*Lauta opera. Vide* Lautus.
*Longum opus Horat. de Arte, 73.*
*Magnifica & præclara opera. Cic. 1. de Nat. deor. 136.*
*Magnum opus. Vide* Magnus.
*Magnum opus & arduum. Cic. in Orat. 41.*
*Magnum opus & difficile. Cic. 3. Tusc. 142.*
*Magnum quoddam opus, atq; haud sciam an de humanis operibus longè maximum. Cic. de Orat. 40.*
*Menstruum opus. Vide* Mensis.
*Minutissima Geometriæ opera. Quint. lib. 1. cap. 12. 10.*
*Mirabile opus. Ouidius 8. Metam. 40.*
*Mortale opus. Vide* Mortalis *in* Mors.
*Nouitium opus. Vide* Nouus.
*Numerosius opus. Quint. lib. 5. cap. 10. 8.*
*Obscœnum opus. Quid. 3. Amor. eleg. 13. 6.*
*Perfectum, elegans & elaboratum opus. Cic. 6. Verr. 112.*
*Plenum opus periculosæ aleæ. Horat. 2. Carm. ode 1. 2.*
*Præclarum opus est, docere, instituere adolescentes, & ad omne munus officij instruere. Cic. de Senect. 26.*
*Recisum opus. Vide* Recido, *recidis, perf. prod.*
*Rigens opus à summis ad ima. Quint. lib. 2. cap. 13. 6.*
*Sculptile opus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 6.*
*Solenne opus, & utile famæ. Horat. 1. epist. 19. 19.*
*Spectabile opus. Valer. 1. Argon. 87.*
*Triste opus. Valer. 2. Argon. 80.*
*Tumulturium opus. Quint. lib. 7. cap. 4. 25.*
*Vetustum opus. Ouid. 3. Fast. 79.*
*Accelerare opus. Vide* Accelero.
*Acceßit operi extrema manus. Vide* Accedo.
*Accingere operi. Vide* Aecingo.
*Addicere opus. Vide* Addico.
*Adest opus. Plaut. Amphit. 3. 17.*
*Aggredi opus. Vide* Aggredior.
*Omni opere annixi. Plin. lib. 7. cap. 53. 7.*
*Fac opus appareat. Cic. Tironi, lib. 16. 18. 6.*
*Approbare opus. Vide* Approbo.
*Approperare opus. Vide* Appropero.
*Augere opus per scelus. Ouid. 2. Fast. 12. 6.*
*Inter opus cantat. Vide* Inter *præpositionem.*
*Carpere opus aliquod. Ouid. 6. Metam. 26.*
*Multorum dierum opus & magnum conamur propter alium modum maris. Cic. Attic. lib. 9. 187. 1.*
*Construere opus. Claud. 1. de raptu Proserp. 49.*
*Suum quisq; opus à vulgo considerari vult. Cic. 1. Offic. 205.*
*Continuare aliquod opus diem & noctem. Vide* Continuo.
*Certatim ad opus currere. Vide* Certatim *in* Certo.
*Neglectum opus deponere. Claudianus in Præfat. libro 2. de raptu Proserp. 1.*
*Differre opus. Ouid. 1. de Arte, 82.*
*Efficere opus. Quint. lib. 2. cap. 17. 21.*
*Euertere opus. Quint. lib. 2. cap. 17. 21.*
*Exigere opus, Perficere. Ouidius 14. Metamorph. 54. & libro 15. 175.*
*Auarius opus exigere. Vide* Auarus.
*Tectoreo opere exornare sepulchrum. Cic. 2. de Legib. 102.*
*Explere opus alicuius. Ouid. 3. Metam. 130. Vide* Expleo.
*Extruere molem opere magnifico. Cic. 14. Philipp. 406.*
*Opus facere. Terent. Eunuc. 2. 1. 14.*
*Opere aut manu factum nihil est, quod aliquando non conficiat & consumat uetustas. Cic. pro Marcello, 7.*
*In opere faciundo. Vide* In *præpositionem.*
*Feruet opus. Virg. 4. Georg. 34.*
*Late fusum opus est, & multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquam erunt dicta omnia. Quintilianus libro 2. capite 13. 11.*
*Habere magnum opus in manib. Cic. 1. Acad. 4.*
*Impedire opus alicui. Ouid. 8. Metam. 40.*
*Inchoare opus. Stat. 6. Thebaid. 134.*
*Instare operi. Virg. 1. Aen. 102. Vide* Insto.
*Instituere opus. Vide* Instituo.
*Intermittere opus. Vide* Intermitto.
*Lætari suis præclaris operibus. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 21.*
*Liberare opere. Vide* Libero, *in* Liber, *liberi.*
*Limare opus aliquod politius. Vide* Lima.
*Locatur opus. Vide* Loco, *locas, in* Locus. (14. 4.
*Mansurum opus superstes post mea fata. Ouid. 3. Amor. eleg.*

Moliri opera. Vide Molior.
Mouere opus. Virg. 7. Aen. 9.
Opus ϖολυτιμὸν efficere & nauare. Vide Nauo.
Mercedem operis negare. Ouid. 11. Metam. 43.
Obire opus rusticum. Vide Obeo.
Patrare opera. Vide Patro.
Pendent opera interrupta. Virg. 4. Aeneid. 18.
Peragere opus. Ouid. 2. de Arte, 96.
Procedit opus. Quint. in Procem. lib. 4. 5.
Referre in apertum aliquod opus. Cic. in Parad. 6.
Incœptum dextra reliquit opus. Ouid. 2. de Arte, 16.
Repetere & omittere opus. Horat. 1. epist. 6. 10.
Propositum repetemus opus. Ouid. 3. Metam. 31.
Operibus & munitionibus urbem aliquam sepire. Cicero 13. Philipp. 358.
Sistere opus. Ouid. 3. Metam. 31.
Soluti operum famuli. Horat. 3. Carm. ode 17. 4.
Moles operum subuertere. Ouid. 6. Fast. 129.
Tendere opus ultra legem. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 1.
Tractare commodè opus. Quint. lib. 1. cap. 9. 2.
Legitima opera tractare. Cic. de claris Orat. 41.
Noctes uigiles transmittere operi, Totas noctes inuigilare operi, aut insomnes ducere noctes propter opus. Statius 3. Thebaid. 56.
Dispositum opus turbare. Claud. 4. Paneg. 45.
Vrbis opus, pro Naue ita magna ut urbem putares. Virgil. 5. Aeneid. 24. Seruius.
Opus, pro Artificio. Cic. 6. Verr. 8. 7, In hoc fano loricas, galeas q; æneas, cælatas opere Corinthio, hydrias q; grandes simili in genere atq; eadem arte perfectas. Ibidem, 93, Opere antiquo & summa arte perfectæ.
Mirabili opere perfectum candelabrum. Cic. 6. Verr. 55.
Pingere operibus magnificis stragulum. Cic. 5. Tusc. 86.
Mineruæ operum haud ignara: id est, docta artis lanificæ. Virgil. 5. Aeneid. 57.
¶ Opus, Indeclinabile, adiectiuum, etiam pro Necesse, siue necessariò accipitur: ut, Opus est fessum quiescere: id est, necesse est.
Opus esse, & Necesse esse, uidentur aliquantulum inter se differre. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 105, Legem curiatam Consuli ferre opus esse, necesse non esse.
Opus est. Terent. Phorm. 4. 5. 3,
Vt cautus est, ubi nihil opus est. Cic. 2. de Fixib. 8, Bonum ipsum etiam quid esset fortasse, si opus fuisset, definisses.
Opus est & conuenit. Author ad Heren. lib. 4. 165.
Oportet & opus est hoc fieri. Cic. Attic. lib. 13. 282. 2.
Obsignant ex tempore quod opus sit Græci. Cic. pro Placco, 28.
Quamdiu ei opus fuerit, uixit. Seruius Ciceroni, lib. 4. 15.
Opus est dicere. Quint. lib. 8. cap. 3.
Opus est nihil deesse. Cic. de Amicit. 47.
Dux & author opus est, & similia, cum nominatiuo, Idē quod Necessarius. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. 11, Dux nobis & author opus est, & eorum uentorum quos proposui moderator quidam, & quasi gubernator. Idem 3. Verr. Multa sibi opus esse, multa canibus suis.
Sumptu ne parcas ulla in re, quod ad ualetudinem opus sit. Cic. Tironi, lib. 16. 6. 4.
Aliquantū nobis tēporis & magni laboris, & multæ impensæ opus fuerūt, ut quæ Reip. &c. Plancus Senatui, lib. 10. 8. 6.
Opus est lectionis. Quint. lib. 12. cap. 3. Castigatiores codices habent, lectione.
Opus est cibum puero. Plaut. Trucul. 19. 9. Cic. ad Att. lib. 15. 329. 15, Equidem uideo mihi quoq; opus esse uiaticum: sed id ex prædijs, ut cadet, ita soluetur.
Opus est cibo, & alijs. Plaut. Trucul. 19. 11,
Nunc opus est carbonibus, fascijs: opus est puluinis.
Quibuscunq; rebus opus esse intelligam, saluti tuæ præsto ero. Cic. Planco, lib. 4. 14. 11.
Auxilio scis opus esse tuo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 2.
Expedito nobis homine & parato opus est. Cic. 11. Philip. 308.
Verbis quid opus est, ubi rerum testimonia adsint? Cicero in Salust. 7.
Opus est conuento. Plaut. Curcul. 7. 23.
Opus est exquisito. Plaut. Amphit. 7. 70.
Opus est facto. Terent. And. 3. 2. 10,
Non imperabat coràm quid opus facto esset puerpere. Idem Heaut. 1. 1. 28,
Mihi sic est usus: tibi ut opus est facto, face.
Opus est maturato. Liuius, Sed maturato opus est quicquid placuerit.
Opus est parato. Terent. And. 3. 2. 24.
Opus est properato. Cic. pro Milone, 37, Primum erat nihil cur properato opus esset. Seneca Hippolyt. 7. 6.
Quæsito opus est. Cic. in Parad. 58.
Opus est uiso & cauto. Plaut. Capt. 5. 32.
Opus est ad. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 3. 2, Præsidio firmiori opus esse ad istam prouinciam.
Aliquid opus esse nobis ab aliquo. Cæsar 1. bel. Gal.
Opus est usui in. Cato capite 13. 1, In torcularium usui quod opus siet.
Opus est ut. Plaut. Trucul. 10. 20,
Nunc tibi opus ægram ut te asinules.
Opus sunt milites, pro Opus est militibus. Plaut. Capt. 4. 61. Terent. Heaut. 4. 8. 15,
— ut quum desponderim,
Des qui aurum ac uestem atq; alia, quæ opus sunt. hoc est, necessaria.
Opus habeo. Colum. lib. 9. cap. 1. 4.
Opere magno orare, pro Magnopere. Plaut. Casina, 2. 20.
Opere maximo, pro Maximopere. Plaut. Milit. 3. 76. Terent. Eunuch. 3. 3. 27,
— Thais maximo
Te orabat opere ut cras redires.
Nimio opere delectare. Cic. 6. Verr. 126.
Opere tanto, pro Tantopere. Plaut. Epid. 14. 56,
Quid isti oratis opere tanto.
¶ Opusculum, opusculi, pen. corr, Diminut. (ϖοιημάτιον) Cic. 1. de Legib. 6, Sed tamen nonnulli Tite faciunt imperitè, qui in isto opusculo, non ut à poeta, sed ut à teste ueritatem exigant. Idem 4. Acad. 216.
Lucubratum opusculum. Cic. in Parad. 5.

O R

Ora] oræ (ϖέρατα, ἐσχατιαὶ) Extremitas cuiusq; rei. Virgil. 9. Aeneid. 109,
Et mecum ingentis orat euoluite belli. Vbi Seruius, Narrate non tantùm initia, sed etiam extrema bellorum. Nam orae sunt extremitates.
Oræ] πράσπιδον, Vestimentorum extremæ partes, inquit Festus.
Oræ, poculorum. Lucret. lib. 4. 3.
Oræ, aluearium. Virg. 4. Georg. 8,
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus orae
Explent. De apibus.
Orae, Regionum terrarumq; fines, & maritimæ ipsæ regiones. Virg. 1. Aeneid.
Arma uirūq; cano, Troiæ qui primus ab oris, &c. Cic. ad Cassium, lib. 12. 5. 3, A prima enim ora Græciæ usq; ad Aegyptum, optimorū ciuiū imperijs muniti erimus & copijs.
Idem ad

Digitized by Google

Idem ad Attic.lib.7.130.5,Ora maritima.
Orarum & litorum amœnitates.Cic.2.de Nat.deor.145.
Terrarum oras distinet mare.Lucret.lib.5.41.
Sine ora & extremitate regio.Cic.2.de Fin.163.
Plinius quum oram dicit,ferè semper regionem litoralem appellat: apud quem uelut peculiaris est talis locutio,In ora sunt ciuitates,& oppida oræ proxima.
Illætabilis ora.Virg.3.Aeneid.142.
Inuia.Ouid.14.Metamorph.158.
Latens.Horat.1.Carm.ode 37.5.
Laxatæ.Silius lib.13.6.
Vmbrosæ oræ Heliconis.Horat.1.Carm.ode 12.1.
Accedere oras aliquas uento.Virg.1.Aen.63.
Antiquis Curetum allabitur oris.Virg.3.Aeneid.27.
Vestris adnauimus oris.Virg.1.Aeneid.109.
Immanibus oris applicare aliquem.Virg.3.Aeneid.125.
Deus appulit te nostris oris.Virg.3.Aen.68.
Capessere oras Italas.Virg.5.Aeneid.139.
Legere oram.Vide Lego,legis.
Oram soluere,Est nauigare,& ab ora,id est,litorali regione solucre retinacula nauium,& discedere.Quint.in epistola ad Tryphonem,3,Permittamus uela uentis,& oram soluentibus bene precemur.Sic exponunt nonnulli. Vide tamen infrà,Oram quidam dicunt,&c.
¶Ora,χώρα,Regio,Cic.2.de Nat.deor.107,Omnibus hominibus qui ubiq; sunt,quacunq; in ora ac parte terrarum.Ibidem,146,Restat ultimus,& à domicilijs nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexus:qui idem æther uocatur:extrema ora & determinatio mundi.Budæus.
Quot oræ sunt partesq; terrarum,tot habet triumphos. Cicero pro Cornelio Balbo,6.
Orientis oræ.Horat.1.Carm.12.11.
Australis ora.Vide Auster.
Breuis ora,Regio non longa. Lucret.lib.4.36.
Gelida ora.Horat.1.Carm.ode 26.1.
Habitabiles oræ.Horat.4.Carm.ode 14.2.
Externis ab oris adesse.Virg.7.Aen.54.
Allabi oris Euboicis.Virg.6.Aeneid.1.
Longis distiungimur oris.Valer.2.Argon.113.
Italis longè distiungimur oris.Virg.1.Aeneid.53.
Dominari cunctis oris.Virg.3.Aeneid.20.
In ultimas oras extendere nomen.Horat.3.Carm.ode 3.10.
Venire ab oris aliquibus.Virg.2.Aeneid.57.
¶Ora,κλίμα,pro Climate,uel segmento cæli.Cic.1.Tusculan.107,Tum globum terræ eminentem è mari,fixum in medio mundi uniuersi loco,duabus oris distantibus,habitabilem & cultum. Budæus.
Aetheriæ oræ.Lucret.lib.5.18.
Luminis oræ.Lucret.lib.1.34,
Inde enascitur,atq; oras in luminis exit. Idem lib.2.117.
Superis concessit ab oris,Mortuus est.Virg.2.Aeneid.19.
¶Oram,quidam dicunt significare nauticum funem,quo nauis ad terram ligatur.Liu.lib.2.bel.Pun.84,Vixdum omnes conscenderant,quum alij resoluunt oras,aut anchoram uellunt:alij,ne quid teneat,anchoralia incidunt. Et libro 8.188,In ipsis quoq; trepidatum nauibus est,dum,ne hostes cũ suis simul irrumperent,trahunt scalas,oraq; & anchoras, ne in moliendo mora esset,præcidunt. Apud Quintilianum uerò sic in epistola ad Tryphonem,Permittamus uela uentis,& oram soluentibus bene precemur. Rursus lib.4.cap.2,In portum ueni,nauim prospexi,quanti ueheret interrogaui, de precio conueni,conscendi,sublatæ sunt anchoræ, soluimus oram,prouecti sumus.
¶Ora,pro Initio rei usus est Cæcilius (inquit Festus)quum ait,
Oram reperire nullam,quam expediam,quco.
Apud Celsum subinde oræ uulneris uocantur,quæ futura comprehenduntur,aut ancteribus.Oras,inquit,uulneris futuræ comprehendant.Idem,Fistulam excidere licet:futuraq; oras coniungere. Et lib.5.
¶Orarius,oraria,orarium,Adiectiuum:ut,Orariæ naues.Plinius in epist.ad Traianum,232,Nunc destino partim nauibus orarijs,partim uehiculis prouinciam petere.Sunt autem orariæ naues,actuariæ & paruæ,quibus secundum oram nauigatur.Nam maioribus pelagus tentatur:neq; enim paruo nauigio quisquam se magno committere mari audet,sed litus legit.Proinde Cicero ad Atticum scribit, Cogitaremus orbitáue Patras,an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum. Nam si traijciendum fuisset mare, corbita ac oneraria,id est,magna naui fuisset opus.Hæc Turnebus.
Oraculum]oraculi,pen.cor. (λόγιον,χρησμὸς,χρηστήριον) Ab ore dicitur, inquit Priscianus, estq; deorum responsum. Cicer.in Top.41, Oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his deorum oratio.Virg.2.Aeneid.23,
—scitatum oracula Phœbi
Mittimus.
Oraculorum duo genera fuisse,Cicero in libro de Diuinat.scribit:unum,quòd à furentibus profundebatur,ut à Pythia,numine Apollinis correpta:alterum,quod æquatis uel paribus sortibus è sitella uel urna ducebatur. Habebant enim sortes certis quibusdam sententijs, obscuris tamen,notatas: quarum quædam fœlicitatem,quædam calamitatem denunciabant,aut alia eiusdem generis. Hæc posteriora oracula dicit Cicero,quæ æquatis sortibus ducuntur. unde & sors pro oraculo usurpari consueuit:uel quia certo ordine sorte ducta reddebantur.Interest autem inter sortem & sors.Vide Sors.Ex Turnebo.
Vatum oracula.Ouid.2.de Ponto,eleg.1.11.
Tristia oracula canere.Lucan.lib.1.116.
Ex oraculo diei arbitrari.Cic.pro Fonteio,13.
Dare oracula.Cic.1.Tusc.189.
Edere oraculum.Cic.1.Bruto,2.5.
Eduntur oracula Delphis.Cic.2.de Nat.deor.175.
Apollo Pythius oraculo edidit,Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram.Cic.2.Offic.114.
Oraculum editum est,eas,&c.Cic.2.de Leg.64.
Exponere oracula.Cic.1.de Diuinat.121.
Iussis & oraculis deorum immortalium aliquid facere.Cic.pro Rosc.Amerino,40.
Fundere oraculum.Cic.1.de Diuin.187.
Nectere oracula.Stat.11.Thebaid.58.
Petere oraculum.Cic.1.de Diuinat.156.
Poscere oracula precibus.Virg.3.Aeneid.92.
Præposita oraculo sacerdos.Cic.1.de Diu.129.
Augustæ referabo oracula mentis.Ouid.15.Metam.29.
Vti oraculo.Tacit.lib.2.
Oraculum,pro Templo in quo responsa dantur.Plinius lib.12.cap.23.1,Ergo Aethiopiæ subiecta Africa, ammonitici lachrymam stillat in arenis suis:inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor,quam metopium uocant.
Oraculum,Dictum alicuius celebre,& ueluti diuinum. Vnde dicimus,Oraculum Catonis est. Plinius lib.18.cap.6.7, Quónam igitur modo utilissimè colentur agri? ex oraculo scilicet,Malis bonis.Quum dicerent Malis,intelligere uolucre utilissimos. Summum prouidentiæ illorum fuit,ut quã minimum esset impendij.

Oraculum,

Oraculum, Quum quis in somnijs aliquid nobis denunciat.
Somnij & furoris oracula. Cic. 1. de Diuinat. 121.
Oracla. Ouid. 1. Metam. 65,
—& numina montis adorat
Fatidicamq; Themin, quæ tunc oracla tenebat.
Orata] huius oratæ, penult. prod. (χρυσόφρυς) authore Festo, genus piscis appellatur à colore auri, quod rustici orum dicebant, ut auriculæ, oriculæ: utq; Sergium quendam prædiuitem, quòd duobus annulis aureis & grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum. Dicitur & Aurata apud Martialem lib. 13. 90,
Non omnis laudem preciumq; aurata meretur.
Oratha] orathe (ὄραθα) oppidum est Mesopotamiæ, ad Tigrim fluuium. Stephanus.
Oratio, & Orator] Vide Oro, oras.
Orbana] Deæ cuiusdam nomen, quæ Romæ ad ædem Latiũ aram habuit. Author Plin. lib. 2. cap. 7.
Orbelus] ὄρβηλος, Thraciæ mons est in ea parte, quæ Macedoniæ est contigua, non procul à Pangæo promontorio, à quo uicina regio Orbelia dicta est. Vide Plinium libro 4. capite 10. & 11.
Orbilius] ὀρβίλιος, Beneuentanus, grammaticus tempore Ciceronis profitebatur, uir acer in discipulos, ac plagosus propterea ab Horatio appellatus. Vixit prope ad centesimum annum, amissa iampridem memoria; relicto ex sese Orbilio, & ipso grammatico. Ex Tranquillo.
Orbis] huius orbis, masc. g. (κύκλος) Circulus dicitur. Plinius lib. 11. cap. 37. 24, Alijs glauci coloris orbibus circundatis. Idem lib. 2. cap. 9. 1, Orbis lunæ.
Circulus aut orbis. Cic. 2. de Nat. deor. 68, Quumq; duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, &c.
Orbis pilæ. Plinius lib. 10. cap. 24. 3.
Orbis ablaqueationis, Fossura, siue fossio illa quæ in orbem circa uites aut arbores fieri solet. Colum. lib. 4. cap. 4. 2.
Orbis saltatorius. Vide Salto.
Angues immensis orbibus. Virg. 2. Aeneid. 41.
Agere in orbem. Vide Ago.
Curuare iter in orbem. Ouid. 2. Metam. 144.
Ducere orbem. Ouid. 8. Metam. 50.
Immensum spiris facientibus orbem. Ouidius 3. Metamorph. 16. de serpente.
Exiguo flexos miror in orbe pedes. Ouid. epist. 4. 16.
Lanam glomerabat in orbes. Ouid. 6. Metam. 4.
Confusos glomerantur in orbes grues. Lucan. lib. 5. 143.
Impedire alternos orbes orbibus. Virg. 5. Aeneid. 177.
Vago orbe labens serpens. Stat. 5. Thebaid. 103.
Rapit immensos orbes per humum. Virg. 2. Georg. 31.
Flexos sinuatu corpus in orbes. Ouid. 9. Metam. 13. de Achelоo, qui se in anguem mutatum fuisse dicebat.
Multiplices in orbes insinuatur crinis. Claud. 2. de rap. Pros. 3.
In orbem torquere aliquid. Cic. de Vniuersit. 32.
In orbem. Vide In præpositionem.
In orbem se tutari. Vide In præpositionem.
In orbem ire. Liu. 3. ab Vrbe, 148.
Orbem uoluere. Liu. 3. ab Vrbe.
Orbis, pro Maxima hominum multitudine, ut putes totum orbis populos conuenisse. Ouid. 1. de Arte, 35.
Nempe ab utroq; mari iuuenes, ab utroq; puellæ
Venêre, atq; ingens orbis in urbe fuit.
Spisso orbe circundare aliquem. Sil. lib. 13. 138.
Orbis, Vocabulum militare, sicut frons, globus, cuneus, & alia id genus. Translata sunt autem ab ipsis rebus, quæ ita propriè nominantur: earumq; rerum in acie instruenda sui cuiusq; uocabuli imagines ostenduntur. Hæc Gellius libro 10. capite 9.
Orbes facere. Salust. in Iugurt. Cæsar 4. bel. Gal. 594, Quum illi orbe facto sese defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia sex conuenêre.
Orbe societatis ambire. Plin. iunior epist. 207, Primum est autem, suo esse contentum: deinde quos præcipuè scias indigere, sustentantem fouentemq; orbe quodam societatis ambire.
Orbis, pro Contextu & serie continua ponitur. Cicer. in Orat. 138, In Thucydide orbem orationis desidero. Idem 3. de Orat. 110, Quum circuitum & quasi orbem uerborum conficere non possent, &c. Virg. 2. Georgic. 81,
—— redit agricolis labor actus in orbem:
Atq; in se sua, per uestigia uoluitur annus.
Orbis Reip. Cic. pro Plancio, 75, Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo Reip. qui quòniam uersetur, eum deligere partem debemus, ad quam nos illius utilitas salusq; conuerterit. Idem ad Attic. Budæus.
Orationis orbis. Cic. in Orat. 138.
Absoluere orbem. Vide Absoluo.
Conficit orbem suum forma concinnitasq; uerborum. Cicero in Orator. 83.
Orbis, pro Sphæris & astrorum circumuolutionibus: ut,
Lucidus orbis solis. Virg. 1. Georg. 92.
Circuitus orbium solis, V defectibus LX & CCC, quarta ferè diei parte addita conuersionem conficiunt annuam. Cic. 2. de Nat. deor. 72.
In orbem circumq; fertur motus astrorum. Cicero 2. de Natur. deorum, 62.
Orbis & globus. Cic. in Somn. Scipionis, 14.
Flammeus orbis. Stat. 1. Sylu. 6. 18.
Infernus orbis. Claud. 2. de raptu Proserp. 71.
Lacteus orbis. Cic. in Somn. Scip. 12. Vide Lac.
Obliquus orbis. Lucanus libro 1. 16. Intelligit circulum Zodiacum.
Signifer orbis. Cic. 2. de Natur. deor. 77.
Conficiunt orbes suos & circulos celeritate mirabili stellæ. Cic. in Somn. Scipionis, 11.
Infimo orbe luna radijs solis accensa conuertitur. Cic. in Som. Scipionis, 15.
Exactus orbis lunæ. Lucan. lib. 2. 115.
Luna expleuit orbem plenis cornibus. Ouidius 7. Metamorph. 107.
Sol hausit medium orbem: id est, peragrauit iam medium orbẽ. Virg. 4. Georg. 86. Meridiei periphrasis.
Orbis, pro Anno. Virg. 1. Aen. 55,
Triginta magnos uoluendis mensibus orbes
Imperio explebit. id est, regnabit triginta annos. Orbis dicitur ea ratione, qua Græci κύκλον, uocant, quòd scilicet circulum faciat, & semper in seipsum recurrat.
Annus exactis completur mensibus orbis. Virg. 5. Aeneid. 10.
Orbis (οἰκουμένη) Mundus, à rotunditate. Plin. in Prologo libri tertij, Terrarum orbis uniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam. Cicer. ad Sulpitium, lib. 4. 1. 7, Res uides quomodo se habeat: orbem terrarum imperijs distributis ardere bello.
Orbis terræ. Cicero in Catil. In hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoq; consilio, &c.
Ager Capanus orbis terræ pulcherrimus. Cic. de leg. Agr. 76.
Extremi sinus orbis. Virg. 2. Georg. 25.
Caput orbis Roma. Ouid. 5. Fast. 19.
Decus orbis atq; præsidium unicum. Senec. Herc. Oeth. 7. 2.
Princeps orbis terrarum. Cic. pro Domo sua, 85.

Extremi

Extremus orbis. Ouid. 2. Metam. 51.
Magnus orbis. Virg. 2. Georg. 68.
Solidus orbis. Ouid. 1. Metam. 7.
Anhelans æuis ardoribus orbis. Sil. lib. 16. 21.
Totum Nereus circunsonat orbem. Ouid. 1. Metam. 38.
Describit totum orbem radio. Virg. 3. eclog. 9.
Dimensus orbis certis partibus. Virg. 1. Georg. 47.
Domitus orbis. Ouid. 3. de Arte, 23.
Peragrare orbem omnium terrarum. Cic. 6. Verr. 95.
Percensere orbem. Ouid. 2. Metam. 67.
Totus perhorruit orbis. Ouid. 1. Metam. 41.
Pacatum reget orbem. Virg. 4. eclog. 4.
Siluit exterritus orbis. Stat. 1. Thebaid. 42.
Sol temperat orbem. Ouid. 1. Metam. 155.
Orbis, Regio. Plin. lib. 12. cap. 5. 1, Nunc eas exponam quæ mirata est, Alexandri Magni uictoria, orbe eo patefacto.
Alienus orbis. Vide Alienus in Alius.
Orbis procul diuersus à patria. Ouid. 2. Metam. 65.
Fœcundus orbis. Ouid. 8. Met. m. 166.
Peregrinus orbis. Ouid. 1. Metam. 20.
Orbis, pro Orbili. Varro de re Rust. cap. 5. 14, Quum & de qua calida & frigida, ex orbe ligneo mensaq; quam dixi, in primis radijs esse epistomijs uersis ad unumquenq; factum, sic ut fluat in conuiuam.
Orbis rotarum. Plin. lib. 8. cap. 16. 11, Atq; hoc tale, tam sæuum animal, rotarum orbes circumacti, currusq; manes, &c. terrent. De leonibus.
Ferrati orbes: id est, rotæ. Virg. 3. Georg. 73.
Rapidi orbes. Valer. 6. Argon. 48.
Reuoluto orbe nunquam insistens rota. Senec. Hippol. 12. 17.
Orbis, super quem carnes in mensa minutim concidere solemus, ne corrumpatur mappa. Martial. lib. 2. 43,
Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Orbis, Operculum in orbem factum. Cato de re Rust. cap. 10. 4, Molilia tria, abacum unum, orbes æneos duos, mensas duas, scamna magna tria.
Cauus orbis triplici ære. Virg. 10. Aen. 157. De clypeo.
¶ Orbiculus, pen. corr. Diminut. (κυκλίδιον) Plin. lib. 25. cap. 13. 5, Concisa quoq; in orbiculos seruatur in uino.
Orbiculus, pro Trochlea. Cato cap. 3. 3, Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur: orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius ducis.
¶ Orbiculatus, pen. prod. Adiect. (κυκλοτερὴς) Quod in orbẽ & circuitum factum est, à figura orbis in rotundam figurã circumacti: ut, Poma orbiculata. Colum. lib. 5. cap. 10. 13. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. cap. 15 2, Malis orbiculatis esse passi uidentur. Hìc mala orbiculata, pro delicatis cibis poni intelligo, quæ in delicijs erant lautißimis hominib. Vrbanis. Mala. n. deteriora edebant milites. Turnebus.
¶ Orbiculatim, pen. prod. Aduerb. (κυκλοτερῶς) Per orbes & circulos, quasi circulatim. Plin. lib. 11. cap. 37. 49 Sed quibus ceruix, è multis uertebratisq; orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.
Orbiculatim rotari. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 9.
¶ Orbile, huius orbilis, pen. prod. neut. g. Id esse uidetur, quod rotam in summo axe continet: uel id potius, quod in extremis radijs est, & canthis cingitur. Varro 3. de re Rust. cap. 5. 13, In insula est columnella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet mensam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit. Budæus.
¶ Orbiculus, pen. corr. Adiect. (κυκλοφορήσιμος) Per orbem ductum, seu per circulum, interprete Nonio. Varro, Vt sidera cæli circa terram atq; axem uoluuntur motu orbico.

Orbita] orbitæ, pen. corr. (τροχὸς) Rota, siue currus. Virgil. 3. Georg. 59,
—— iuuat ire iugis qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. Cicero Attico, libro 2. 36. 2, Vt uix sonitum audire, uix impressam orbitam uidere possemus.
Orbita (τροχία, ἁρματοτροχία) Vestigium decurrentis in uijs rotæ ex cursu. Plin. lib. 8. cap. 58. 3, Iidem ubicunq; sint, orbitam si transiêre, moriuntur. De muribus.
Orbita uinculi sentitur uexatione non dubia. Plin. lib. 17. cap. 23. 12. hoc est, uestigium uinculi quo alligata fuit uitis.
Monstrare orbitam. Quint. lib. 2. cap. 13. 11.
Orbita, Rotunditas. Virg. in Aetna,
—— scire modum & quanto minor orbita lunæ est.
Orbitosus] pen. prod. Adiectiuum. ut, Orbitosæ uiæ, in quibus frequentes sunt orbitæ. Author eius Iambici quod est inter obscæna carmina, cuius titulus est, de Sabino,
Et inde tot per orbitosa millia
Iugum tulisse. Millia, id est, milliaria.
Orbitas] Vide Orbus.
Orbonæ] ara apud ædem Larium. Plin. lib. 2. cap. 7.
Orbus] Adiect. (τυφλὸς, στερρὸς) Propriè dicitur oculorum luce priuatus: quasi amißis orbibus, propter rotunditatem oculorum. Iuuen. Satyr. 3. 13,
—— dudum uigilantibus orbis.
Luminibus orbus. Plin. lib. 9. cap. 42. 1.
Altero lumine orbus. Plin. lib. 35. cap. 10. 23.
Visus orbus. Silius lib. 13. 145,
—— Pyrrhumq; à limine portæ
Detecit uisus orbus. Visus, accusatiuus est: orbus, nominatiuus: ut si diceres, Orbus oculos. Intelligit autem Appium Claudium cæcum.
Palmites orbi, Qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt. Colum. lib. 5.
Orbus, per translationem, dicitur quicunq; aliqua re chara priuatus est: ut ait Valla.
Rebus omnibus quibus & natura me, & uoluntas & consuetudo assuefecerat, orbus. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 8.
Auxilij orbus. Plaut. Rud. 10. 18.
Aula orba. Valer. 6. Argon. 10.
Ciuitas orba. Cic. Appio, lib. 3. 11. 9.
Orba ab optimatibus concio. Cic. pro Flacc. 43.
Funera orba rogis. Stat. 10. Thebaid. 2.
Legatio orba. Cic. 9. Philipp. 257.
Orba philosophia in Græcia, Nulla & manca. Cic. de Academica philosophia, lib. 1. de Nat. deor. 17.
Plebem orbam ne relinquunto. Cic. 3. de Legib. 13.
Respublica orba Consulis fidem tanquam legitimi tutoris, implorauit. Cic. Post red. ad Quirites, 9.
¶ Orbus (ἀτεκνὸς) pater dicitur, qui amiserit liberos. Cicero in Parad. 49, Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Quint. lib. 7 cap. 5, In paupere gratior, quàm in diuite, dante beneficium quàm reddente, patre quàm orbo. Sic Colum. lib. 7. cap. 4, Orbæ suis natis matres.
¶ Orbus (ὀρφανὸς) Qui parentes amisit. Terentius Phorm. 1. 2. 75,
Lex est ut orbæ qui sint genere proximi,
Eis nubant. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Orba patre uirgo. Terent. Adelph. 4. 5. 16.
Te incolumi orbi non erunt filij. Cic. Quint. fratri. lib. 1. 3. 14.
¶ Orbitas, pen. corr. huius orbitatis (ἀτεκνία) Illa patrum qualitas post amissos liberos, ut uxoris uiduitas post amissum marium. Cic. de clar. Orat. 46, Tum C. Galli etiam filium flens commendabat, cuius orbitas & fletus mirè miserabilis fuit, pro-

Digitized by Google

fuit, propter recentem memoriam clarissimi patris. Idem 5. de Finib. 14, Bonum liberi, misera orbitas.

Vulnus orbitatis. Quint. in Procem. lib. 6, 3.

Orbitas luminis. Plin. lib. 7. cap. 37. 2.

Orbitas tecti, Amissio. Plin. lib. 35. cap. 3.

¶ Orbitas (ὀρφανία) Orphanitas, ut uocant. Plautus Capt. 12, 105,

Quasi in orbitatem liberos produxerim. Plinius in Paneg. 59.

¶ Orbitudo, pen. prod. huius orbitudinis, f. g. (ὀρφανότης) Idē, sed antiquè. Accius, Miseret lachrymarum, luctuum, orbitudinis. Turpilius, Hoc te oro, ut illius commiserescat miseræ orbitudinis.

¶ Orbo, orbas (στερέω) orbare, Priuare. Cicer. de Amic. 9, Moueor enim tali amico orbatus.

Orbare equitatu. Plin. lib. 12. cap. 8. 2, Ibi & frutex pestilens raphani, folio lauri, odore equos inuitante, qui penè equitatu orbauit Alexandrum.

Orbare se luce. Cicer. 3. Tusc. 45.

Orbari auxilio. Cic. pro Murena, 75.

Orbare sensibus. Cic. 4. Acad. 132.

¶ Orbatus, pen. prod. Particip. (στερημένος) ut,

Orbatus filio. Cic. 1. Offic. 47. Et 1. Tusculanar. 133, Orbatus progenie.

Orbatus dignitate. Cic. 1. Tusculan. 19.

Orbatus spe salutis. Cic. ad Cecinn. lib. 6. 6. 4.

Filio orbata mater. Cic. pro Cluentio, 34.

Vaccæ orbatæ. Valer. 8. Argon. 92.

¶ Orbatio, Verbale (στέρησις) Senec. epist. 88, Paupertas nō per positionem, sed per detractionem dicitur, uel (ut antiquè dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν, quum dicunt, non quod habeat dicitur, sed quod non habeat.

Orca] huius orcæ (ὄρκυς) Genus belluæ marinæ, balænis infestum, inquit Festus. Plin. lib. 9. cap. 6. 1, Balenæ & in nostra maria penetrant, &c. Hoc scire orcas, infestam his belluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac uitulos earum & fœtas, uel etiamnum grauidas lancinant morsu, incussēq; ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 14,

Non alia quàm qua Bizantia putruit orca.

Orcæ, ad illius animalis similitudinem dicuntur, uasa uinaria: sunt enim orcæ teretes atq; uniformi specie, authore Festo. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 13. 7, Quod sæpe, ubi conditum uinum nouum, orcæ in Hispania feruore musti ruptæ.

Orca, uas fictile est, lato aluo, angusto ore ac fundo, longiori collo, in quam inter ludentes pueros qui nucem iniecisset, uictor erat. Persius Satyr. 3. 5,

— angustæ collo non fallier orcæ.

Propriè autem uasculum aleatorium est, quo coniecti agitatiq; tali emittuntur in tabulam aleatoriam.

Orca, uas in quo ficus asseruantur. Col. lib. 12 cap. 15, In orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere.

Orca, Capsa pigmentorum muliebrium. Plin. lib. 35. cap. 6. 7, Vsta casu reperta incendio Piræi, cerussa in orcis cremata.

Orca, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 34, Orca barbari nomine, è nigro fuluoq; ac uiridi & candido placet.

¶ Orcula, penult. corrept. Diminut. (ὀρκίδιον) Cato de re Rust. Cyminum, fœniculum, rutam, mentam, in orculam condito. Idem capite 117.

Orcades] penult. corr. (ὀρκάδες) Insulæ in Oceano Boreali, quæ hodie parent regi Scotorum. Notissimæ sunt ex Plinio, Strabone, Pomponio.

Orcelis] Vrbs Hispaniæ Ptol. lib. 2. cap. 7. Vulgò Origuela.

Orchamus] pen. corr. (ὄρχαμος) Assyriorum rex, Leucotheam filiam suam ab Apolline stupratam uiuam defodit. Ouid. 4. Metam. 43.

Orchestopalarius] Vide Petaminarius.

Orchestra] huius orchestræ (ὀρχήστρα) Spatium in theatro, in quo Senatorum & honorificentissimorum erant loca designata, & scenici artifices suas præstabant actiones, ut scribit Vitruuius lib. 5. Cuius pulpiti altitudo non erat quinque pedibus altior, ut sedentes spectare possent omnium agentium gestus. Cic. de Prouincijs Consularibus, 12, Itaq; ille alter aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in orchestra beluatur, antea post siparium solebat.

Orchestram pro sessione Senatus & primorum posuit Iuuenalis Satyr. 3. 18, quum ait,

—similemq; uidebis

Orchestram & populum. Suet. Deinde in Orchestram Senatumq; descendit, &c.

Orchestra dicta, quòd in ea saltationes fieri consueuissent. nam apud Græcos ὀρχοῦμαι, tripudio & salto significat.

Orchis] ὄρχις, uel Orchites, orchitis, pen. prod. f. g. Genus oliuarum, quæ à testiculis nomen sumpserunt, ut ait Seruius. Nam ὄρχεις, testes dicuntur. Vnde etiam uocantur testiculares pliuæ. Colum. lib. 5. cap. 82, Orchis quoq; & radius medius ad escam, quàm in liquorem stringitur.

Orchen ab Orchite differre, Varro innuere uidetur, cum ait, Olea grandis orchitis, quòd ea Attico orche minor. Nam orchitis etsi magna est, est tamen minor orche, olea quadam Attica. Ex Turnebo.

Orchis, Herba, quæ uulgò testiculus canis dicitur: de qua Plinius lib. 26. cap. 10. 2.

Orchis, Piscis. Plin. lib. 32. cap. 2. 4, Durissimum esse piscium constat qui orchis uocetur, rotundus est, & sine squamis, toto q; capite constat.

Orchoe] ὄρχοη, Babyloniæ urbs iuxta paludes, & desertam Arabiam, authore Ptolemæo lib. 6. Vrchoa dicitur apud alios: ipsa est Hur Chaldæorum, Abrahæ patria.

Orchomenus] penult. corr. (ὀρχόμενος) Thessaliæ mons: à quo Orchomenos, ciuitas est Bœotiæ, contermina Thessaliæ, in qua fons erat Gratijs sacer, ut notat Seruius. Ad hanc urbem Homerus in Iliade innumera quotannis deferri nauibus dixit, in oratione Achillis ad Vlyssem & Phœnicem. Ouid. 5. Metam. 122,

Vsq; sub Orchomenon, Siphidaq;, Cyllenemq;.

Ferax Orchomenos. Ouid. 6. Metam. 84.

Dines pecorum Orchomenos. Stat. 4. Thebaid. 59. Est item Orchomenon, fluuius in Bœotia ad Trophonium, teste Plinio lib. 31. cap. 2.

¶ Orchomenius, Adiectiuum (ὀρχομένιος) Orchomeniorum rex Etheocles fuit, qui primus Gratiarum templum extruxit. Historici alteram Orchomenum tradiderunt, quæ Euboicæ urbs est, & insula una ex Cycladibus in Euboico mari, in qua Titani regnasse dicuntur.

Orcinianus, Orcinus, Orcius] Vide Orcus.

Orciscopalarius] apud Firmicum libro 8. cap. 15. Vide Petaminarius.

Orcula] Vide Orca.

Orcus] orci (ᾅδης) Obscuritas inferorum. Cic. 6. Verr. 99, Hic dolor erat tantus, ut Verres alter Orcus uenisse Enná, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem uideretur.

Arbiter Orci Minos. Propert. lib. 3. eleg. 19. 6.

Satelles Orci. Horat. 2. Carm. ode 18.

Victima nil miserantis Orci. Horat. 2. Carm. ode 3. 5.

Formido-

Formidabilis Orcus. Ouid. 14. Metam. 24.
Luridus. Horat. 3. Carm. ode 4. 15.
Niger. Horat. 4. Carm. ode 2. 5.
Pallidus. Virg. 1. Georg. 56.
Rapax. Horat. 2. Carm. ode 18. 6.
Orcus, Fluuius infernalis (inquit Festus) ab urgendo dictus, quòd ad mortem urgeat. c enim pro g, frequenter ponebant antiqui. Quidam ab ὅρκος, quod est iuramentum, deducunt, quòd per illum, id est, per Stygem paludem, à qua profluit, iurabant dij, nec peierare licebat.
Demittere aliquem orco, Occidere. Virg. 2. Aen. 80.
Orco mactare. Liu. 9. ab Vrbe, 211. Vide Macto.
Missus ad Orcum fulmine. Horat. 3. Carm. ode 4. 15.
Orcum morari: id est, Non mori, cum quis mori debet. Est enim tum quodammodo Orco in mora. Horat. 3. Carm. ode 27.
Cum Orco rationem habere, uel ponere, Est periculo mortis sese exponere, quum id præuideamus: quod solent agricolæ, qui in pestilenti agro quamuis fructifero serunt. Varro 1. de re Rust. cap. 4. 2, de principijs agriculturæ, Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium uita. Colum. lib. 1. cap. 3. 2, Nam ubi sit cum Orco ratio ponenda, ibi non modò, &c.
Orcinianus] pen. prod. Adiectiuum: ut, Orciniana sponda pro lecto funebri. sic enim exponit Beroaldus in lib. 3. Asini Apuleiani. Martial. lib. 10. epigram. 5, In maledicum poetã,
Vocet beatos, clamitetq; fœlices,
Orciniana qui ferũtur in sponda. Cæl. lib. 1. cap. 18, Orciniana sponda, pro sandapila ponitur, siue pheretro. Sunt tamen (Domitium Calderinum innuit) qui non ab Orco, id est Plutone, sed ab ἕρκος, quo septum significatur, quod & Orcana dicitur, ab εἴργω, nomen id deducant, & capulum siue thecam ex impolitioribus lignis, aut etiã uiminibus contextam cõpactamq; autũent signare. Quod si est, aspirabimus primæ: nisi quod in Oratore aliud Ciceroni est uisum, At Valerius Probus flatilem admittit. Hæc Cælius.
Orcinus] Adiectiuum ab Orco: ut Libertus Orcinus, qui directò liber fit: sic dictus, quod ab eo qui ad Orcum, hoc est mortem tendit, manumittitur. Quidam non Orcinum, sed Orthinum potius dicendum putant, ab ὀρθός, quod directũ significat. Vlpian. ff. de fideicom. libertat. l. ergo. §. de solido, Hi qui ad libertatem peruenerunt, quorum liberti fiant constitutio ostendit, ut qui directam libertatem acceperunt, Orcini sint liberti. Cælius lib. 10. cap. 18, Iureconsulti Orcinos libertos ipsius testatoris interpretantur, qui iam sit in Orci familiam adscriptus, & in peculio Proserpinæ connumerandus. Alciat. lib. 1. Prætermissorum, Orcinus libertus is creditur, qui directam libertatem accipit. Quidam idcirco dici tradidêre, quòd ab his manumittatur, qui ad Orcum tendunt. Nobis placet ut orthinum dicamus: quoniam ὀρθός directũ significat. hinc Orthodoxi, qui rectæ in diuinis sunt opinionis: tametsi in Græcis scholijs iuris ciuilis etiam ὀρθῶς ἀνωλοθρεύεσθαι legatur, id est orcinus, non orthinus. Hæc Alciat. Iustinian. Instit. lib. 2. titul. 24, Qui directò ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui etiã orcinus appellatur. Quem locum enarrans Theophilus, Vocatur autem is, inquit, apud Iurisconsul. Orcinus libertus, id est χαρωνιανὸς, à Charonte. Orcinos etiam uocant Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 25. & Beroaldus in lib. 3. Asini Apuleiani, exponens illud, iam in peculio Proserpinæ & in Orci familia numeratus. Porrò directa nuncupatur libertas, quam do minus statim contribuit: sicut obliqua, uel fideicommissaria, quæ danda mandatur hæredi.
Orcius] Aliud adiectiuum: ut Orcius thesaurus, pro inferno.



Næuius apud Gellium lib. 1. cap. 24,
Immortales morales si foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Næuium poetam.
Itaq; postquam Orcio traditus est thesauro,
Obliti sunt Romæ lingua Latina loquier.
Ordeaceus (κριθινὸς) Ordeum] Vide Hordeũ. Apud Varronẽ 2. de re Rust. cap. 6. 16, Ordeacea farina. Et apud Colum. lib. 5. cap. 10. 12, Ordeacea pyra.
Ordessus] primus fluuiorum Scythiæ, magnusq;, & ab Oriente profluens cum Istro miscetur: teste Herodoto lib. 3.
Ordino] ordinas, ordinare. Vide Ordo.
Ordior] ordiris, pen. prod. orsus & orditus sum facit, teste Prisciano (ἄρχομαι, πρωτοπειράω, καταβάλλομαι) ordiri, Incipere. Cicer. 5. Tusc. 53, Vnde igitur rectius ordiri possumus, quàm à cõmuni parente natura? Festus, Ordiri, est principium rei facere. Vnde & togæ uocantur exorditæ.
A principio ordiri, & aliquem à puero inspicere. Cicero 2. Philippica, 61.
Ordiri & Terminare, contraria. Cic. pro Marcello, 19.
Ab initio ordiri & perducere ad extremum, & nouissima conferre primis. Cic. Octauio, 5.
Altius ordiri, & memoriam repetere. Cic. 6. Verr. 94.
Ordiri à capite. Plin. lib. 25. cap. 11. 1.
Ordiamur à facillimis. Cic. 1. de Finib. 21.
Causam ordiri. Cic. 1. de Legibus, 31.
Initium quoddam alterius uitæ ordiri. Cic. Attic. lib. 4. 70. 12.
Orationem ordiri. Cic. in Orat. 67.
Ordiri telam, pro Texere. Plin. lib. 11. cap. 24. 2.
Ordiri fundamenta ex depressiore loco. Colum. lib. 1. cap. 5.
¶ Orsus, Participium (ἀρξάμενος) actiuæ significationis. Cic. libro 1. de Leg. 14, Et ego animi pendêre soleo, quum semel quid orsus, si traducor aliò.
Orsus dicitur, qui fari incœpit. Virg. 1. Aeneid. 66.
— Veneris contrà sic filius orsus.
Dicere in foro orsus est Hortẽsius admodum adolescens. Cicer. de clar. Orat. 166.
Orsum, Poetæ aliquando pro eo qui finit, abusiuè posuerunt. Virgil. 9. Aeneid. 132,
— sic orsus Apollo.
Mortalis medio aspectus sermone reliquit. Orsus, id est locutus Seruius.
¶ Orsus, huius orsus (κατάρχη) Verbale. Cicer. 2. de Diuin. 93, Scire ratò sine habeant, an uanos pectoris orsus. Ex Homero.
¶ Orsa, orsorum, n. g. (κατάρχαὶ) incœpta, initia. Liu. in præfat. lib. 1, Quum bonis potius omnibus, uotisq; ac precationibus deorum dearumq;, si ut poetis nobis quoq; mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent.
Orsa referre. Virgilius 11. Aeneid. 25. hoc est, cœpta uerba. Seruius.
¶ Ordiendus, Particip. (καταρχήσομαι) Cic. 1. de Oratore, 49, Et quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc ueniam.
¶ Ordia, ordiorum, n. g. (ὑφάσματα) Lucret. lib. 4. 6,
Quóue modò distracta rediret in ordia prima. id est, in primordia.
Ordo] huius ordinis, pen. corr. m. g. (τάξις, τάγμα, σύστασις, συστοιχία, ὅρμαθος) Est digestio, & in suo cuiusq; rei loco collocatio. Plin. lib. 11. cap. 37. 40, Duos ordines habuit maxillarum.
Angulares ordines. Vide Angulus.
Discretus ordo. Quint. lib. 7. cap. 2. 1.
Longus ordo. Virg. 6. Aen. 97,



Digitized by Google

— quos ille omnes longo ordine cernens Ingemuit. Vbi Seruius, Longo ordine, Ingenti multitudine.
Magnus ordo seculorum. Virg. 4. eclog. 2.
Mutatus ordo. Lucret. lib. 1. 164.
Obliquus ordo signorum. Virg. 1. Georg. 48. circulus Zodiacus. Vide Obliquus.
In ordine. Vide In præpositionem.
Ordo rerum & uicissitudo. Cic. 2. de Arusp. resp. 17.
Ordo & opportunitas rerum. Cic. 1. Offic. 197.
Incredibilis rei ordo. Quint. lib. 5. cap. 13. 23.
Ordo & modus omnũ quæ fiũt, queq; dicũtur. Cic. 1. Offi. 25.
Ordo & dispositio argumentorum. Cic. 2. de Orat. 96.
Ordo seriesq; causarum. Cic. 1. de Diuinat. 204.
Rectus quæstionum ordo. Quint. lib. 2. cap. 13. 2.
Ordinis & collocationis uis eadem uidetur. Cic. 1. Offic. 198.
Conseruatio ordinis. Cic. 1. Offic. 198.
Prius ordine, & Posterius ordine, contraria. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 12.
Adducere in ordinem. Vide Adduco.
Ex inordinato in ordinem adducere. Cic. de Vniuers. 11.
Affert maximè lumen memoriæ ordo. Cic. 2. de Orat. 192.
Collocare quædam ex ordine. Author ad Heren. lib. 3. 125.
Compellare aliquos ex ordine. Cic. 2. de Finib. 43. Ex poeta.
Componere ordinem rei gerendæ. Vide Compono.
Conseruare ordinem suum. Cic. Attic. lib. 6. 111. 1.
Consertus tribus momentis ordo rerum est. Quintil. libro 5. cap. 10. 50.
Terno consurgunt ordine remi. Virg. 5. Aen. 24. id est, triplici.
Conuertere ordinem uotorum. Vide Conuerto.
Perpetuo ordine descendere. Ouid. 11. Metam. 152. de Mergo.
Ordine aliquid dicere: hoc est, Per ordinem narrare. Terẽtius Phorm. 4. 1. 14.
Dicere sententiam ex ordine. Cic. 6. Ver. 125.
Dirigere in quincuncem arborum ordines. Cic. de Senec. 55.
Disiecta membra in ordinem disponere. Senec. Hippol. 12. 21.
Dispensare atq; disponere inuenta ordine. Cic. 1. de Orat. 69.
Dare ordinem dicendi. Quint. lib. 1. cap. 2. 16.
In ordinem datum uenire. Quintil. lib. 10. cap. 1, Apollonius in ordinem à Grammaticis datum non uenit.
Effari ordinem rei alicuius. Senec. Hippol. 10. 2.
Efficere ordinem. Quint. lib. 2. cap. 17. 26.
Exit in longum rerum ordo. Quint. lib. 4. cap. 2. 37.
Explicare ordinem alicuius rei. Quint. in Proœm. lib. 4. 5.
Explicare ordines temporum. Cic. de clar. Orat. 8.
Ordinem facere. Quint. lib. 7. cap. 11.
Rectè atq; ordine facere aliquid. Cic. pro Quintio, 14.
Rectè atq; ordine exq; Republica feciſſe. Cic. 3. Philip. 151.
Ferre ordinem. Quint. lib. 1. cap. 4. 22.
Habere locos ex ordine. Author ad Heren. lib. 3. 124.
Immutare ordinem uerborum. Cic. in Orat. 124.
Longo ordine incedunt uictæ gentes. Virg. 8. Aen. 145.
Rectum ordinem, & frena iniſcere uaganti licentiæ. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.
Instituere ordinem. Quint. lib. 1. cap. 5. 34.
Interrogare ordinem. Cic. in Part. 1.
Interrumpere ordinem. Vide Interrumpo.
Inuertere ordinem. Vide Inuerto.
Locare ordine aliquid. Virg. 5. Aeneid. 21.
Memorare ordine. Plaut. Casin. 24. 1.
Ordine aliquid administrare. Cic. ad Attic. lib. 12. 241. 12.
Migrare ordine. Lucret. lib. 3. 152.
Multiplicari in arcto ordines. Liuius lib. 2. ab Vrbe.
Narrare rem ordine. Terent. Eun. 5. 5. 28.
Maior rerum mihi naſcitur ordo. Virg. 7. Aen. 9.
Perturbatione rationis atq; ordinis peccatur, quicquid peccatur. Cic. in Parad. 32.
Permutatus ordo. Quint. lib. 2. cap. 13. 4.
Perturbare etatum ordinem. Cic. de clar. Orat. 118.
Ponere ordine. Virg. 1. eclog. 15,
Insere nũc Melibœe pyros, pone ordine uites. Vbi Seruius, Pone ordine, quia quadrato ordine uites ponuntur.
Rationem ordinis & disponendarum rerum quærere. Cicer. 2. de Orat.
Recitare ex ordine aliquid. Cic. 2. de leg. Agr. 53.
Redigere in ordinem. Author ad Heren. lib. 3. 108.
Referre ordine, Ordinem sequi in dicendo. Ouid. 9. Metam. 1.
Referre se ad ordinem. Cic. 4. Acad. 121.
In ordine referre aliquid: id est, secundum ordinem, ut primùm hic, deinde ille dicat. Virg. 7. eclog. 4.
In ordinem reponere. Vide In præpositionem.
Retroagere ordine. Vide Retroago in Retrò.
Retexere ordinem. Ouid. 15. Metam. 50.
Ordine rem scire. Plaut. Pseud. 23. 22.
Sequi ordinem. Cic. de clar. Orat. 132.
Lunæ ordine sequentes. Virg. 1. Georg. 85.
Seruare ordinem. Cic. Philip. 5.
Stare ordine. Quint. lib. 7. cap. 1. 3.
Triplici stant ordine dentes. Ouid. 3. Metam. 7.
Structa spicæ ordine fruges. Cic. de Senect. 47.
Tenere rẽ ordine. Plaut. Persa, 4. 11, Vt ordine omnẽ rẽ tenet.
Venire in ordinem. Vide paulo antè, In ordinem datum, &c.
Vertitur ordo. Virg. 3. Aen. 76, id est, uoluitur.
Ordo, aliquando ponitur pro eo quod uulgus statum uocat. Cic. 3. Ver. 91, M. Octauium Ligurem hominem ornatissimũ loco, ordine, nomine, uirtute. Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris & Plebeius: ab Aristotele τέλεια dicuntur. Vitruuius in Præfat. lib. secundi, Dinocrates architectus quum Alexander rerum potiretur, profectus à Macedonia ad exercitum regis, à propinquis & amicis tulit ad primos ordines, & purpuratos literas. Ex Budæo. Virg. 5. Aen. 49, Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni, &c. Vbi Seruius, Ordine ab omni, Ex omni qualitate dignitatum.
Ordo publicanorum. Cic. ad Crassipedem, lib. 13. 10. 3.
Præstantior ordo Tribuni. Stat. 5. Sylu. 1. 20.
Quieti ordines deorum. Horat. 3. Carm. ode 3. 8.
Lucidus ordo. Horat. de Arte, 9.
Appropinquare alicui ordini. Vide Appropinquo.
Ascribi ordini alicui. Horat. 3. Carm. ode 3. 8.
Conijcere in ordinem. Vide Conijcio.
Mercari ordinem precio. Vide Mercor.
Sedere in certis ordinibus. Cic. 2. Philip. 61.
Nullo ordine. Vide Nullus.
A nostro ordine. Cic. ad Senatum, lib. 15. 2. 9.
Ordine, id est, Meritis singulorum. Virg. 7. Aeneid. 56,
Omnibus extemplò Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, ductisq; tapetis. Seruius.
Vno ordine. Virg. 2. Aeneid. 21,
Quidue morer? si omnes uno ordine habetis Achiuos.
Seruius, Vno ordine, Vno reatu. Et est de antiqua tractum scientia: quia in ordinem dicebantur causæ propter multitudinem, uel tumultum festinantium, quum erat annus litium. Iuuenal. Satyr. 16. 15,
Expectandus erit qui lites inchoet annus.
Ordines ducere. Cic. 1. Philip. 14, Viri fortissimi atq; honestissimi, qui ordines duxerunt, res & iudicant & iudicauerunt. De centurionibus, & equitibus loquens: id est, qui militibus præfuerunt.

Seueri

Digitized by Google

Seueri ordinis lex. Stat. 8. Theb. 2,

Dispositi in turmas iterum, legemq; seueri Ordinis.

Ordinem in exercitu intelligit, quem confundere militaris disciplina prohibet.

Lentus profectionis ordo. Quint. lib. 4. cap. 2. 42.

Abrumpuntur ordines laxati. Vide Abrumpo.

Obuertere ordines. Vide Obuerto.

Ducere ordinē. Quint. lib. 4. cap. 2. 42, Et lentum profectionis ordinem ducit.

Ordinem ducere, per translationem: pro, Ordine persequi. Quint. lib. 10. cap. 1, Idem nobis per Romanos quoq; authores ordo ducendus est.

Ordo, pro Ipsis hominibus aliquando accipitur: hoc est, ijs qui eiusdem sunt dignitatis, ut sunt Equites, Consules & cæteri: quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cicer. 3. Offic. 76, Qui esset ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus: id est, apud omnium ordinum homines.

Ordo amplissimus, Senatorius uocitabatur. Cic. de Prouincijs Consularibus, 20, Qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, & ordo is qui est & publici consilij, & meorum omnium consiliorum author & princeps. Budæus.

Ordo, ad fortunas, & genus uitæ quandoq; refertur. Vnde Donatus exponens illud Terentij in Eunucho, 2. 2. 3,

Conuenit hodie aduenienS quendam mei loci hinc atque ordinis. dicit Ordinis, pro paupere. Cic. 3. Ver. Homo autē ordinis sui frugalissimus, qui tum Accensus C. Neroni fuit, P. Tettius hæc eadē se Lampsaci cognosse dixerit. id est, ut nūc uulgus loquitur, homo status sui honestissimus. Ex Budæo.

Societas & ordo. Cic. pro Domo sua, 110.

Illustrior ordo seruitij. Claud. 1. in Eutropium, 30.

Ordinis inferioris amici: hoc est, Infimæ conditionis, uel infimi amici, & omnium mimimi. Cic. de Amicit. 61.

In ordinem redigere. Vide Cogere in ordinem, in Cogo.

Extra ordinem, apud Iurisconsultos: id est, sine uerbis & formulis solennibus. Paulus in l. ordo. ff. de publicis iudicijs capitalium, Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in usu esse desijt, durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. In Instit. Iustiniani, dicitur omnia iudicia esse extraordinaria, in titulo De interdictis, in fine. Budæus.

Clàm & extra ordinem accepit pecuniam à reo iudex. Cic. pro Cluentio, 68.

Extra ordinem, metaphoricōs, Eximiè, quasi præter cæteros. Cic. ad A. Cecinnam, lib. 6. 5. 5, Quare ad eam spem quam extra ordinem de teipso habemus, &c.

Commisit extra ordinem bella multa Pompeius. Cic. pro Domo sua, 15.

¶ Ordinarius, Adiectiuum (ταγματικὸς, τακτὸς) In quo seruatur ordo.

Ordinaria semina, Ordine disposita. Colum. lib. 3. cap. 13.

Ordinaria uitis. Colum. lib. 3. cap. 16.

Ordinarius, ἰγκύκλιος, qui in orbem redit, Vulgaris.

Ordinarius lapis, Est structuræ genus ex lapide ordinario, nec temerè congestum, nec ad perpendiculum respondens, sed tamen ordine coagmentatum. Vitruuius lib. 2, Itaq; non est cōtemnenda Græcorum structura non enim utuntur molli cæmento polita: sed cum decesserunt à quadrato, ponunt de silice seu de lapide duro ordinaria. Idem de hiantibus structuris loquens & uitiosis, Quòd siquis noluerit in id uitiū incidere, medio cauo seruato, secundum orthostatas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa & silicibus ordinarijs struant bipedales parietes. Ordinarios appellat, non incertos sed eiusdē formæ & ordinis, & inter se similes. Budæus.

Ordinaria consilia. Liu. 7. bell. Pun. 232.

Ordinarius homo. Ordinarium hominem, inquit Festus, Oppius ait dici solitum, scurram & improbum, qui assiduè in litibus moraretur, ob eamq; causam in ordine staret adeuntium Prætorem. At Aelius Stilo per contrarietatem, qui minimè ordine uiueret, in ea oratione quam scribit de suis uirtutibus cōtra Thermum, Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia, ordinarius meruissem semper? Sunt quidam qui manipularem, quia infimi ordinis sit, appellatum credant ordinarium.

Ordinarium officium dicitur Senecæ, libro 3. de Benefic. ubi præficitur aliquis certæ functioni, Ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium.

Ordinaria oratio: id est, perpetua & minus concisa. Plinius epistol. 39.

Ordinarios pugiles uocat Suetonius in August. cap. 45. artis suæ peritos, Spectauit studiosissimè pugiles non legitimos modò & ordinarios, quos etiam cum Græcis committere solebat: sed cateruarios quoq; oppidanos, inter angustias uicorum pugnantes temerè ac sine arte.

Ordinarius seruus. Vlpianus in l. item apud Labeonem. §. prætor ait, si quid aliud. ff. de iniurijs, Etenim multum interest qualis seruus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensator: an uerò uulgaris uel mediastinus, an qualis qualis.

Ordinarius seruus et Vicarius, opponuntur, Vlpianus in l. procuratoris. in princ. ff. de tribut. action.

¶ Ordino, ordinas, pen. corr. (τάττω, ἀντιστοιχίζω, διατάττω) ordinare, Disponere qui cuiq; locus esse debeat. Vnde & ordinatum dicimus, inquit Budæus, rectè atq; ordinè constitutum. Sueton. de claris Grāmaticis, 21, Quare citò manumissus, Augusto & insinuatus est, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticus suscepit. Budæus.

Ordinare & instituere. Cic. pro Sylla, 40.

Aciem ordinare. Vide Acies.

Agmina ordinare in aliquem. Horat. Epod. 17. 2.

Annos ordinare. Horat. 4. Carm. ode 11. 4.

In totum diem ordinari. Quint. lib. 1. cap. 2. 10.

Forsitan dij fata ita ordinauerunt. Curtius.

Litem ordinare. Cic. 2. de Orat. 24.

Ordinare syllabarum literas: quod Galli dicunt Epeler. Ex Prisciano, lib. 1.

Ordinare locum uitibus. Col. lib. 5. cap. 3. 9.

Ordinare milites. Liu. 9. bel. Pun. 1.

Partes orationis ordinare. Cic. 1. de Inuent. 28.

Res publicas ordinare. Horat. 2. Carm. ode 1. 3.

Ordinare Reip. statum. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 40.

Ordinare improbas cogitationes, pro Texere, uel animo concipere. Senec. epist. 10.

Ordinare testamentum. Martian. in l. 2. de inoffic. testam.

Ordinare uineam paribus interuallis. Col. lib. 3. cap. 13. 5.

Ordinare, Aliquem ad honorem & magistratum promouere, hoc est (ut Cicero loquitur) ornare, honoribusq; augere. Suet. in Vespasiano. Quendam è charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem quum distulisset ipsum candidatum ad se uocauit, exactaq; pecunia quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Budæus.

¶ Ordinatus, pen. prod. (τεταγμένος) Particip. ut,

Ordinata disciplina. Liu. 4. bel. Pun. 217.

Migistratus aliter ordinatos ab alijs scriptoribus dicit Liuius lib. 2. pro, alio ordine annorum collocatos.

Ordinatus & compositus uir. Seneca de Vita beata.

¶ Ordinatè, pen. prod. Aduerb. (τεταγμένως) Author ad Herennium, lib. 4. 243, Quæ si sequemur, acutè & citò reperiemus:



Digitized by Google

riemus: distincte & ordinate disponemus.

¶ Ordinatim, pen. prod. Aliud aduerb. (τάξει) Ordinè. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 4, Ille eum ijt passim, ego ordinatim: quacunq; ijt, ergastula soluit.

Petere ordinatim honores. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 9.

¶ Ordinatio, ordinationis, Verbale (διάταξις, συντρικισμὸς) Colum. lib. 12. cap. 3. 8, Vt ordinatio constituta cõseruetur,

Ordinatio uitæ, pro Constitutione. Plin. epist. 205.

Ordinatio, pro Administratione prouinciæ. Suetõ. in Nerone. cap. 40, Spoponderunt tamen quidã destituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Ierosolymorũ.

Ordinatio, pro Creatione præfectorum. Trãquill. in Domitiano, cap. 4, Ecquid sibi uisum esset, proxima ordinatione præficere Aegypto Metium Rufum.

¶ Ordinator, pen. prod. Verbale (συντρικισὸς) Seneca epist. 110, In his opus est illi alieno consilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori.

Ordolucæ] Populi in Anglia, arduis mõtibus proximi apud quos (ut Tacitus scribitur) Hostorius dux Romanus, Caratacum in Anglia imperantem prostrauit.

Ordouicum] Ordouici, n. g. Nomen est ciuitatis, à qua Ordouices: quos Iulius & Agricola debellauit. Tacitus in uita Agricolæ.

Orea] oreæ (χαλινὸς) Festus, Oreæ, freni, quòd ori inseruntur, dicti. Ennius in Setina, Etsi tacebit, tantum gaudebit sibi permitti oreæ. Cæcilius in Ariolo, Deprandi autem leonis obdas oreas. Cato Originum lib. 3, Equos respondit oreas mihi, inde tibi cape flagellum.

Oreades] pen. corr. (ὀρεάδες) Nymphæ sunt montium: ab ὄρος, quod Græcè dicitur mons. Virg. 1. Aeneid. 101,

Exercet Diana choros: quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades.

Orebatis] pen. corr. Ptolemæo lib. 6. cap. 9. Vrbs Persidis in Mediterraneis.

Oreges] pars Tauri mõtis, in Caspium mare uergens. Plin. lib. 5. cap. 29.

Oreon] pen. prod. Herba, sic dicta, quòd in montibus nascatur. Plin. lib. 27. cap. 10. de polygono. Tertiũ genus Oreon uocatur, in mõtibus nascens, arundini tenere simile, uno caule densis geniculis & in se fractis, fõlijs autem piceæ.

Oreoselinum] pen. prod. (ὀρεοσέλινον) Montanum appium. Plin. lib. 20. cap. 11. 5.

Oresitrophus] pen. corr. Nomen canis uenatici apud Ouidium 3, Metam. Vocatus est à monte, qui ὄρος dicitur: & τρέφω, nutrio: quasi in montibus nutritus.

Orestes] ὀρέστης, Filius Agamemnonis regis & Clytemnestræ, qui matrem occidit, eo quòd illa patrem Agamemnonẽ occiderat. Deinde Pyrrhum Achillis filium, qui Hermionen sibi prius desponsatam uxorem duxerat, occidit clàm in templo, & Hermionen recepit. Postea furiosus ob hæc scelera factus uagabatur. Et custodiente eum Pylade, amico fidissimo, peruenit in regionem Tauricam: ubi Iphigeniam sororem suam inuenit, cum qua profectus est in Italiam. Vide in dictionibus Aegisthus, Agamemnon, & Pylades.

Agamemnonius Orestes. Virg. 4. Aen. 94.

Pelopeus Orestes. Lucan. lib. 7. 158, quoniam ab illo originem duxit. Pelops enim Atreum genuit, Atreus uerò Agamemnonem patrem Orestis.

Insanus Orestes. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 9.

Agitatus furijs scelerum Orestes. Virg. 3. Aen. 67.

Scenis agitatus Orestes. Virg. 4. Aen. 94. Hoc inquit, quoniam multæ fuerunt compositæ tragœdiæ de Oreste.

Tristis Orestes. Horat. de Arte, 26.

De Orestis & Pyladis amicitia meminit Cic. 2. de Finib. 117. Et de Amicit. 24.

Alius fuit Orestes, cuius meminit Cic. 2. Offic. 85.

¶ Oresteus, pen. prod. Adiect. (ὀρέστειος) Ouid. 15. Metam. 98, Sacraq; Orestæ gemitu, quæstuq; Dianæ
Impedit. Orestea uerò dicitur Diana, quòd illam Orestes una cum sorore Iphigenia, è regione Taurica in Italicã transtulit, ac iuxta Ariciam collocauit.

Dea Orestea, Diana. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 3.

Fides Orestea. Claud. ad Olibrium, 25. 4.

Orestis] Orestidis, pen. corr. Pars Macedoniæ. Cic. de Aruspic. respons. Quis Platonem ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarũ ac nobilem, legatum Thessalonicam ad nostrum (ut se ipse appellauit) imperatorem uenisse nescit?

Oretæ] pen. prod. Gens Indica secundum Strabonem lib. 15. quos Arbis fluuius ab Indis disterminat, Authore Plinio libro 7. cap. 2.

Oretus] Siciliæ fluuius apud Panormum.

Oreus] pen. prod. (ὄρεος) dictus est Liber pater, teste Festo, à montibus, in quibus fieri sacrificia solebant.

Orexis] huius orexis, f. g. (ὄρεξις) Latinè dicitur appetitus, seu esuritio. Cicero appetitionem uerit: ab ὀρέγομαι, quod est appeto. Quidam etiam pro uehementi edendi auiditate: alij pro uomitu accipiunt, apud Iuuenalem. Sat. 643,

— rabidam facturus orexim. Idem, Satyr. 11. 13.

Organum] organi, pen. corr. (ὄργανον) Instrumentum Latinè dicitur: ὄργανον, enim erat meum Senatus: id iam est dissolutum. Cic. ad Brutum, lib. 11. 14. 2.

Organa per excellentiam dicuntur omnia musicorum instrumenta. Quintil. lib. 9. cap. 4, Natura ducimur ad modos: neq; enim aliter eueniret, ut illi quoq; organorum soni, quãquam uerba non exprimunt, in alios tamen atq; alios motus ducerent auditorem.

Exprimi sermo organis non potest. Quint. lib. 1. cap. 10. 21.

Organum, pro Cithara posuit Iuuenalis Sat. 6. 38,

— Prætoribus organa semper
In manibus.

Afficiuntur animi in diuersum habitum organis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 21.

Commouetur animus maioribus uelut organis. Quintil. lib. 1. cap. 2. 20.

Organum, Instrumentum ædificijs construendis aptum. Vitruuius lib. 10. cap. 1, Inter machinas & organa id uidetur esse discrimen, quòd machinæ pluribus operibus aut uiribus maiore coguntur effectus habere: ut balistæ, torcularium; prela. Organa autem, unius opere prudẽti tractu perficiunt quod propositũ est: uti scorpionis, seu anisocyclorum uersationes.

Organum, apud Columellam lib. 3. cap. 13. 11. pro instrumento ad metiendum apto, Sic (inquit) compositum organum, quum in sulcum demissum est, litem domini & conductoris sine iniuria deducit.

¶ Organarius, huius organarij (ὀργανοποιὸς) Organorum faber. Firmicus lib. 2. scribit, Mercurium cum Venere in sexto ab horoscopo facere organarios & myropolas.

¶ Organicus, pen. corr. Adiect. (ὀργανικὸς) ut,

Saltus organicus Heliconis. Lucret. lib. 3. 27. hoc est, sonoro musicis organis referto.

¶ Organici (ὀργανικοὶ) Qui musicis organis canunt. Vulgus organistas uocat. Lucret. lib. 2. 83, — æquè
Ac musæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

¶ Organicè, Aduerb. (ὀργανικῶς) ut, Organicè moueri, & mechanicè,

Digitized by Google

mechanicè, apud Vitruuium, teste Budæo.

¶Orge, fons nobilis in Narbonensi prouincia. In eo herbæ nascuntur, in tantum expetitæ bubus, ut mensis capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi imbribus ali. Plin. lib. 18. cap. 22. ad finem.

Orgia ] Orgiorũ, n. g. plur. nu. inquit Seruius (ὄργια) apud Græcos omnia sacra, sicut apud Latinos ceremoniæ dicuntur. Sed iam abusiuè sacra Liberi, Orgia uocantur. uel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, à furore: uel ἀπὸ τῶν ὄρων, id est, à mõtibus. Innouabantur autem tertio quoq; anno: unde Trieterica dicta sunt, id est, triennalia. Virg. 4. Aen. 61.

—ubi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusq; uocat clamore Citharon.

¶Orgyia, orgyiæ, pen. prod. Vlna, manuum extensio, et pectoris latitudo, mensura sex pedum. Budæus in Annotat. prior. Orgyia, inquit, secundum Herodotum sex pedum est. Theodorus ex Aristotele interdum pessum uertit, & Laurentius ubiq; ex Herodoto: interdum tres passus. Suidas, Orgyia, inquit, mensura est, quæ inter manus expansas continentur. Vulgò Brassa dicitur, quasi amplexus. Est autem trisyllabum uocabulum, ut harpyia, diphthongum Græcam in penultima habens. Plinius ulnam appellat, lib. 10. cap. 40, Arboris, inquit, crassitudo, quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Hæc Budæus.

Oria ] huius oriæ, Nauis piscatoria, inquit Nonius. Plautus Rud. 23. 80,

Mea opera, labore, & rete, & oria. Idem,
Malo hunc alligari ad oriam, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.

Oribasius ] ὀρειβάσιος, Sardianus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo etiam Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros medicinæ LXXII. ad Iulianum: eorumq; epitomen libris nouem ad Eustathium filium: de regno, & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius uerò, Græcus author in libro Sophistarũ, eius uitã pluribus persequitur.

Oribasus ] pen. corr. Nomẽ canis apud Ouidium 3. Metam. uocatus ita, quòd mõtes uelociter ascendat. ὄρος enim mons est, & βαίνω ascendo.

Oribata ] Oribatæ, pen. corr. neut. gen. Vide Neurobata. Oribatam putârim esse montium ascensorem. Vn Grimpemontagne, Trenchemontagne. Nisi malis Oribatas interpretari, circulatores, qui scandunt ardua, & in erecta euadunt.

Orichalcum ] orichalci (ὀρείχαλκον) Aes aurei coloris, quod in montibus inuenitur: unde nomen traxit. Græci ὀρείχαλκος, ab ὄρος, quod est mons, quia in montibus foditur: alij aurichalcum scribunt. Cic. 3. Offic. 123. Siquis aurũ uendens, orichalcum se putet uendere, indicetne ei uir bonus aurum illud esse?

Tibia uincta orichalco. Horat. de Arte, 41.

Oricos ] siue Oricum, pen. corr. (ὤρικος) ciuitas est Epiri, à Colchis condita, teste Plin. libro 4. cap. 23. de qua Lucan. libro 3. 30,

Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, &c. Propert. lib. 1. eleg. 8. 4, Vt te fœlici uectam per cærula remo,
Accipiat placidus Oricos æquoribus. Nunc uulgò dicitur Rigo. Quidam Orthos malè legunt.

Notis actus ad Oricum. Horat. 3. Carm. ode 7. 1.

Oricius ] Adiect. (ὠρίκιος) ut, Terebinthus Oricia. Virgil. 10. Aeneid. 27.

Oricularius ] ὠτικὸς, pro auriculario subinde apud Celsum legitur, ea ratione qua coliculus & colis, pro cauliculo & caule dicitur: & codex & plostrum, ut focale à faucibus, pro caudex & plaustrum. Budæus.

Oricularius clyster. Cels. lib. 5. cap. 28, de fistularum curatione. Oricularium specillum. Cels. lib. 6. cap. 7.

Oriens ] Vide Orior.

Orificium ] orificij (στόμα) dicitur quod in quacunq; re patet, inquit Sipontinus. Macrobius lib. 7. cap. 4. Duo uentris orificia.

Origanum ] origani, pen. cor. (ὀρίγανον) Herba. Plin. lib. 20. cap. 17. 1, Origanum quod in sapore cunilam æmulatur, plura genera in medicina habet, & onitin uel prasion appellant, non dissimile hyssopo.

Origanum & Origanus dicitur, producta quæ ante ultimam est syllaba. Hæc Hermolaus Barbarus in Corol. cap. 456.

Origenes ] ὠριγένης, qui & Adamantius decimo Seueri Pertinacis anno aduersum Christianos persecutione commota, à Leonida patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre uidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem & septem. Rem enim familiarem ob confessionẽ Christi, fiscus occupauerat. Hic Alexandriæ dispersa ecclesia, decimooctauo ætatis suæ anno κατηχήσεων opus aggressus: postea à Demetrio eius urbis episcopo in locum Clementis confirmatus, per multos annos floruit. & quum iam mediæ esset ætatis, & propter ecclesias Achaiæ, quæ pluribus hæresibus uexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palæstinam pergeret, à Theoctisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus, Demetrij offendit animum: qui tanta in eum debacchatus est insania, ut per totum mundum super nomine eius scriberet. Constat eum antequam Cæsaream migraret, fuisse Romæ sub Zephyrino episcopo, & statim Alexandriam reuersum, Heraclam presbyterum iterum qui sub habitu philosophi perseuerabat, adiutorẽ sibi fecisse κατηχήσεως: qui quidem & post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiã. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet, quòd Firmillianus Cæsareæ episcopus cum omni Cappadocia eum inuitauit, & diu tenuit, & postea sub occasione sanctorum locorũ Palæstinam ueniens, diu Cæsareæ in Sanctis scripturis ab eo eruditus est: sed & illud quòd ad Mameam matrem Alexandri imperatoris religiosam fœminam rogatus uenit Antiochiam, & summo honore habitus est: quodq; ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius literas fecit, quæ usq; hodie extant: & quòd tantum in scripturis diuinis habuerit studij, ut etiã Hebræam linguam contra ætatis gentisq; suæ naturam ediscere. Dialecticam quoq; & geometriam, arithmeticam, musicam, grammaticam & Rhetoricam, omniumq; philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoq; secularium literarum sectatores haberet, & interpretaretur eis quotidie, concursusq; ad eum miri fierent: quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione secularis literaturæ, in fide Christi eos institueret. Vixit usq; ad Gallum & Volusianum, id est, usq; ad sexagesimumnonum ætatis suæ annum: & mortuus est Tyri, in qua urbe & sepultus est. Hæc & longè plura diuus Hieronymus.

Origenes (ait Erasmus) Græcis montigenam sonat prima uocali producta: quemadmodum fit in ὠρέστης, quæ sine controuersia hinc dicta est, quòd malefica in montibus peragere sua sacra. Adamas autem, indomiti nomen obtinuit, quòd quum sit lucidissimus, ne chalibis quidem duritiæ, nec malleorũ ictibus cedit. At Origenis animus plus quàm adamantinus fuit, quem nec uitæ austeritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec æmulorum improbitas, nec suppliciorũ terror, nec ulla mortis facies à sancto instituto, uel tantillum dimouere potuit. Tanto enim martyrij desiderio flagrauit, ut uehementer ambiret, uel adolescentulus, in ea laudis parte pa-

te patri aut comes esse, aut præcursor: & prorsus anteuertisset, ni mater præsentiens illum summo diluculo ad agones ubi multi trucidabantur, uelle procurrere, noctu clàm omnia illius indumenta sustulisset. Ita martyrij candidatum, quẽ terror mortis non potuit, pudor domi retinuit. Quin & patrem quum adhuc in uinculis esset, per epistolam cohortatus est, ut in pulcherrimo instituto persisteret, illud addens, Vide pater nequid mea causa secus facias. Adhuc adolescens, feruido quodam zelo, sed non secundum scientiam, seipsum castrauit, quo libere cum quibuscunq; pudicitiæ periculum doceret Euangelicam philosophiam. Vide multo plura apud Erasmum.

Origo] pen prod. originis, pen. corr. (ῥίζωμα, αἰτία, ἀρχὴ) Ab Orior oriris deriuatur, & principium, initium, causam, ortum, stirpem, semen, siue fontem significat. Plin. lib. 10. cap. 37. 2, Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant.

Origo summi boni. Cic. 2. de Finib. 53.

Origines rei. Liu. 1. ab Vrbe, in Præf. 3. Et legentium plerisque haud dubito quin primæ origines, proximáq; originibus minus præbitura uoluptatis sint, &c.

Origo rerum & molitio. Cic. de Vniuers. 10. (4.

Nullus rei causa remota reperiri origo potest. Cic. de Vniuers.

Originem & progressionem certarum rerum persequi. Cic. 4. de Finibus, 29.

Causa & origo malæ mentis. Iuuen. Satyr. 14. 23.

Eloquẽtiæ origo est uerborum delectus. Cic. de clar. Orat. 137.

Fontium origines celat Nilus. Horat. 4. Carm. ode 14. 10.

Prima origo crescentis mundi. Virg. 2. Georg. 68.

Genitalis origo rerum. Lucret. lib. 5. 36.

Cælestis origo. Virg. 6. Aen. 146.

Gens cuncta ab origine. Virg. 3. Georg. 95.

Mira origo. Ouid. 1. Metam. 51.

Muliebris origo. Lucret. lib. 4. 248. Vide Mulier.

Natalis origo. Ouid. 12. Metam. 95.

Tenuis origo. Ouid. 3. Fast. 87.

Modicus originis. Tacit. lib. 5.

Clarus origine. Ouid. epist. 18. 30.

Accipere originem ab aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 11. 15.

Ducere originem ab authore aliquo. Horat. 3. Carm. ode 17. 1.

Ducere originem ex aliquo. Quint. lib. 1. cap. 5. 36.

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar. Virg. 1. Aen. 58.

¶ Originalis & hoc originale, pen. prod. (ἀρχοειδὴς) Quod ex origine contrahitur: ut, Originalis decor, Originalis macula, Originale delictum.

¶ Originarius, Adiect. (ἀρχικὸς) Budæus, Originarij, sunt qui contrahunt municipatum origine principaliter, ut Accursius in rub. de Incolis dicit lib. 10. Cod. & ibidem titulus est de Municipibus & originarijs. Hi & originales uocantur in l. cum neq; eodem tit. de incolis, in l. ciues, Ciues quidem origo facit: incolas uerò domicilium.

¶ Originatio (ἐτυμολογία) Quint. lib. 1. cap. 6. 18, Sunt qui uim potius intuiti, originationem uocent. De etymologia.

Orioles] Genus quiddam nauium, quæ aliter prosumiæ, uel geseretæ dicuntur. Vide Gell. 10. cap. 25.

Orion] pen. prod. (ὠρίων) filius Neptuni, secundum Hesiodum. Alij fabulantur eum ex urina Iouis. Neptuni, & Mercurij genitum: quos deos quum Oenopeus quidam hospitio excepisset, eisq; bouem mactasset, petiuit ut sibi filium concederens. Illi ergo corium è boue detractum poposcerunt, atq; in illud urinam reddiderunt: ex qua natus est Orion. Ouid. lib. 5. Fast. 107. Idem ibidem, non Oenopeum, sed Hyreum fuisse canit, qui hospitio deos susceperit. Et Orionem Vrionem appellatum fuisse. Fuit autem statua corporis ingenti: quod & ipsum Ouidius indicat,

Creuerat immensum. & Virg. 10. Aen. 151,

— quàm magnus Orion, &c.

Fuit etiam uenator, & satelles Dianæ. unde Horatius eũ à Diana confossum inquit, quòd concubitũ eius petere ausus fuisset. sic enim inquit lib. 3. Carm. ode 4. 5,

— notus & integræ Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus sagitta. Præterea lib. 2. Carm. ode 13. 8, apud Inferos eum esse indicat, unà cum Prometheo & Tantalo. Ouid. uerò ait eum à scorpio interfectum fuisse, quem irata Tellus illi immiserat, propterea quòd gloriatus fuerat, nullum in terris esse animal, quod uincere nõ posset. Dianam uerò misertam illius, inter sidera eum collocauisse: Lucanus lib. 9. 168, Inter astra receptus est ante Tauri uestigia. Sunt tamen qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum uelint, quòd eius tempore habet ortum hyems, & mare ac terras tempestatibus turbat. ὀρίνω enim, turbo & cõcito significat. Plautus Iugulam uocat, quòd sit eius gladius stellarum fulgore terribilis. Hic si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem denotat.

Pectus Orionis. Cic. in Arato, 1.

Aquosus Orion. Virg. 4. Aeneid. 11.

Armatus auro Orion. Virg. 3. Aeneid. 104.

Deuexit rapidus comes Orionis Notus. Horat. 1. Carm. ode 28. 5. Deuexum inquit, id est, in deuexa cæli parte positũ, hoc est in Occasu. Comitem uerò eius Notum facit, quoniã tempestatem & uentos secum fert Orion.

Ensifer Orion. Ouid. 4. Fast. 78.

Infestus nautis Orion. Horat. Epod. 15. 2.

Nimbosus Orion assurgens fluctu. Virg. 1. Aeneid. 107.

Pronus Orion magno trepidat tumultu. Horat. 3. Carm. ode 27. 4.

Tristis Orion. Horat. Epod. 10. 2. (

Orion, primam interdum productam habet, interdum correptam, utrũq; cum ratione ὠρίωνα enim (quo nomine illum uocatum fuisse suprà diximus) lingua Dorica ὡρίωνα facit, eáq; ratione O longum est. Breue autem fit quum omissa secunda uocali in ὠρίωνα, ὡρίων dicunt. Hoc mirum magis est, Ouidium lib. 5. Fast. 99, in obliquis ω posterius contrahere, Quorum si medijs Bœoton Oriona quæres. Idem 8. Metam. 42, —strictumq; Orionis ensem. Ibidem, lib. 13. 59,

— nitidumq; Orionis ensem.

Dicitur Orion etiam Oarion, ut apud Nicandrũ, Βοιωτῷ τόδε χοῦσα κανὸν μόρον ὠαρίωνι. Sic etiam Catullus in elegia de coma Berenicis, 61. 19,

Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Orior] oriris, penult. prod. uel oreris, pen. corr. ortus sum (τίλλω, ἀνατίλλω, ἀνίσχω, ἐξανατίλλω, ἐπανατίλλω, ἐπιτίλλω, ὑποφύομαι) oriri, Est nasci uel surgere, ut ait Festus. Ouid. 10. Metam. 34,

Tu quoties oreris, utridiq; in cæspite flores.

Oriri & procreari. Cic. 2. de Legib. 6.

Oriri ex se, & sponte sua nasci. Cic. 1. de Finib. 125.

x causa oriri. Quintil. lib. 2. cap. 4. 23.

Cædes miserima oritur. Virg. 2. Aeneid. 83.

Oritur clamor. Plaut. Aulul. 14. 6.

Oritur facinus ex te. Plaut. Pœn. 14. 67. id est, tu es author. Terent. Adelph. 2. 1. 35,

Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. id est, cœpta, ut ait Donatus.

Oritur fons in monte. Plin. epist. 95. 4.

Mœstus orietur fletibus horror. Propert. lib. 1. eleg. 5. 3.

Prospera lux oritur. Ouid. 1. Fast. 15.

Monstrum mirabile oritur: id est, accidit. Virg. 2. Aen. 137.

A suo cuiusque genere uirtutis officia oriuntur. Cicer. 5. de Finibus, 122.

Risus

Digitized by Google

*Risus oriebantur, dulcesq; cachinni.* Lucret. lib. 5. 282.
*Oritur ab his sermo.* Cic. de Amic. 5.
*Sermo oritur de uillis.* Horat. 2. 2. Serm. Satyr. 6. 15.
*Stellæ oriuntur & cadunt.* Ouid. 1. Fast. 59.
*Ortum est abs te uel ex te.* Terent. And. 3. 2. 9,
Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? hoc est, te esse principium & initium huius rei.
*Oriuntur ulcera.* Cels. lib. 6. cap. 13, *Alia quoq; ulcera in gingiuis oriuntur, quibus eadem quæ in reliquo ore succurrunt.*
*Oriens, orientis,* Participium (ἀνατολὴ) *ut,*
*Austri orientis motus.* Horat. 3. Carm. ode 27. 5.
*Dies oriens.* Tibul. ad Messalam, lib. 4. 25.
*Luna oriens.* Ouid. 8. Metam. 3.
*Lux oriens.* Catull. Argon. epigr. 59. 75.
*Signa orientia noctis.* Virg. 7. Aeneid. 28.
¶ *Oriens,* Nomen substantiuum, gen. masc. *Pars est mundi, in qua sol oriri solet.* Plin. lib. 10. cap. 44. 1, *Orientem spectare quibus exeant in pascua, Occasum quibus redeant.*
*Ab Oriente.* Vide A uel Ab.
*Orę Orientis.* Horat. 1. Carm. ode 12. 10.
*Anhelus Oriens.* Stat. 3. Sylu. 2. 21.
*Extremus Oriens.* Ouid. 7. Metam. 54.
*Primus Oriens nos afflauit anhelis equis.* Virg. 1. Georg. 50.
¶ *Ortus,* Participium (φυόμενος) Cic. pro Cluentio, 130, *Quum quædam in collibus (ut solet) controuersia pastorum esset orta. Sic orta luce, apud Cæsarem lib. 5. bell. Gall. 32.*
*Hoc initio suspicionis orto.* Cic. pro Cluentio, 143.
*Ortus ab omni turba fletus.* Liu. 2. ab Vrbe, 171.
*Flos ortus de sanguine.* Ouid. 10. Metam. 146.
*Lucifer ortus erat.* Ouid. 4. Metam. 133.
*Ratio orta ab sensu falso.* Lucret. lib. 4. 99.
*Ortus rumor ex Sulpitij literis, &c.* Cic. ad Att. lib. 12. 23. 2.
*Sol recens ortus.* Virg. 3. Georg. 22.
*Ortus ex eo loco: id est, natus.* Terent. Eunuch. 2. 2. 10.
*Ortus* Equestri loco. Cic. de lege Agraria, 17. Et Liu. 6. bel. Pun. 33, *Loco obscuro, tenuiq; fortuna ortus.*
*Syluis fuit ortus in altis.* Ouid. 4. Fast. 9.
*Terra orti.* Quintil. lib. 3. cap. 7. 18.
*Fatis melioribus ortus.* Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 2.
*Ab his maioribus orti.* Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 11.
*Antiquis nobilibus ortus.* Quintil. lib. 3. cap. 8. 21.
*Satu deorum ortus.* Cic. de Vniuers. 57.
*Stirpe ab antiqua Teucrorum ortus.* Virg. 1. Aeneid. 127.
*Pueri claris patribus orti.* Horat. 4. Carm. ode 6. 7.
*Ortus aliquando idem significat quod Oriundus. Cæsar lib. 2. de bello Gallico, ait pleroſq; Belgas esse ortos à Germanis.*
¶ *Ortus,* huius ortus (γούνωσις) Natiuitas. Cic. de Amicit. 31, *Et erit huius ortus à natura, quàm ab imbecillitate & grauior & uerior.*
*Materno ortu generosus.* Ouid. 13. Metam. 30.
*Nobilis ortu.* Silius lib. 1. 16.
*Ortu Tusculanus fuit* Cato. Cic. 2. de Legibus, 8.
*Ducere ortum ab aliquo.* Ouid. 5. Metam. 99.
*Habere ortum & gigni.* Cic. de Vniuers. 6.
*Moderatus ortus nascentium luna.* Cic. 2. de Diuinat. 136.
*Animantium ortus.* Cic. 2. de Finib. 53. Vide Origo.
*Repetere ortum iuris à fonte.* Cic. 1. de Legibus, 29.
*Solis ortus* (ἀνατολὴ) Plin. lib. 12. cap. 14. 1, *Saba regio spectãs ortus solus æstiui.* Virg. 3. Georg. 56.
*Signorum ortus.* Quintil. lib. 1. cap. 4. 3.
*Ortus & obitus signorum definitum quendam ordinem seruant.* Cic. 1. de Inuent. 74.
*Stellarum ortus atq; obitus.* Catull. de Coma Berenicis, 61. 1.
*Ortus occasusq; siderum non fieri eodem tempore apud omnes, necesse est.* Cic. de Diuinat. 137.
*Antiqui signorum ortus.* Virg. 9. eclog. 9.
*Cælestis ortus.* Quintil. lib. 3. cap. 4.
*Nitidus ortus.* Ouid. 2. Metam. 23.
*Punicei ortus.* Claud. 1. de raptu Proserp. 45.
*Purpureus ortus.* Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 6.
*Roseus ortus Phœbi.* Claud. de bel. Getico, 49.
*Ab ortu ad occasum commeat sol.* Cic. 2. de Nat. deor. 70.
*Phœbus iterauit ortus: id est, iam illuxit secundus dies.* Ouidius 6. Fast. 40.
*Aurora ostendit suos ortus.* Virg. 4. Georg. 109.
*Perdiscere ortus obitusq; signorum.* Vide Perdisco.
*Matutinos prædicit Lucifer ortus.* Senec. Oedip. 5. 30.
*Suspicere ortus signorum.* Virg. 9. eclog. 9.
¶ *Oriturus,* pen. prod. (ὑποφυσόμενος) Horat. 2. epist. 1. 4,
Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.
¶ *Oriundus,* Adiectiuum (ἀπόγονος) *significat locum unde maiores nostri sunt, nosq; originem traximus.* Liu. 4. bel. Pun. 25, *Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis. id est, ab Syracusis originem trahentes, unde fuerunt parentes. Hæc* Valla lib. 3.
*Oriundus ab Vlysse.* Liu. 1. ab. Vrbe, 218. De Octauio Mamiliano Tusculano. Plin. de Viris illustr. 35, *Pyrrhus rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus.*
*Ab ingenuis oriundus.* Cic. in Topic. 14.
*Oriundus, aliquando sine præpositione: ut apud Liuium lib. 1. ab Vrbe, 32, Alba oriundum sacerdotium.*
*Oriundus, cum indeclinabilibus aliquando iungitur.* Plaut. Aululd. 29. 6,
—meminerint sese unde oriundi sient.
*Oriundus, pro Orto aliquando inuenitur, cum præpositione, & aliquando sine præpositione.* Liuius lib. 8, *Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est. duabus urbibus idem populus habitabat, Cumis erant oriundi.* Columel. lib. 1. cap. 3. 4, *Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit, uel dixerit, &c.*
*Semine cælesti omnes sumus oriundi.* Lucret. lib. 2. 198.
**Orites** ] *huius Oritis, masc. gen. Gemma, de qua sic Plinius lib. 37. cap. 10, Orites globosa specie, à quibusdam & siderites uocatur, ignem non sentiens.*
**Orithea** ] Nympha est, quasi hortans ad cursum dicta.
**Orithyia** ] pen. prod. (ὀρεθυία) *filia fuit Erichthei Athenarũ regis: quam quum Boreas adamasset & sibi coniugem dari postularet, nec impetrare ualuisset, illam rapuit, & in Thraciam secum detulit, ex qua Zetum & Calaim filios procreauit, ut pro uera historia retulit Eusebius.*
*Actias Orithyia, Athenien sis.* Virg. 4. Georg. 93.
*Cecropia Orithyia.* Valer. 1. Argon. 95.
*Pandionia Orithyia.* Proper. lib. 1. eleg. 19. 7. *à fratre Pandione.*
*Sustulit Orithyiam Aquilo.* Cic. 1. de Legib. 5.
*Alia fuit eodem nomine regina Amazonũ: de qua Iustinus lib. 2.*
**Oriundus** ] Vide Orior.
**Orix** ] *siue oryx, per y Græcum, origis, masc. gen.* (ὄρυξ) *Genus capræ ferę. Colum. lib. 9. cap. 1. 1, Ferę pecudes, ut capreoli, damęq;, nec minus origum, ceruorumq; genera, & aprorum, modò lautitijs & uoluptatibus dominorum seruiunt, modò quæstui ac reditibus.* Mart. lib. 13. 95,
Sæuus orix. Vide Oryx.
*Getulus orix.* Iuuen. Satyr. 11. 14.
**Oriza** ] *huius orizæ* (ὄρυζα) *Species leguminis, folio carnoso, porraceo ferè, sed latiore, altitudine cubitali, flore purpureo. Plin. lib. 18. cap. 10. 3, Adijciuntur his genera, bromos, siligo exceptitia, & tragos, externa omnia ab Orien-*



Digitized by Google

te inuecta, orizæ similia.
Ptisanarium orizæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 31.
Orizon] Vide Horizon.
Ormenius] teste Homero, Magnesiæ ciuitas: idq; Plinius confirmauit lib. 5.
Orminium] siue orminum (ὄρμινον) Sylvestris asparagus, quam corrudam Columella & Cato uocant. Plin. libro 20. cap. 10. 2, Sylvestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui libycum uocant, Attici orminium. Vide Horminum.
Ornamentum] Vide Orno.
Ornea] Sacra erant Priapi, quem Corynthij Orneum uocabant. celebrabant autem hæc festa Nymphæ iuxta Colophonem. Strabo Geograph. lib. 8.
Orneus] Ixionis & Nubis filius, unus ex Centauris. Ouidius 12. Metamorph.
Ornis] Ornios, uel Ornithos, Græcus genitiuus, penul. prod. fœm. gen. Latinè dicitur auis uel gallina.
¶ Ornithiæ, ὀρνιθίαι, Venti Septentrionales. Columel. lib. 11. cap. 2. 16, Decimo cal. Mart. Leo desinit occidere, uenti Septentrionales qui uocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent. Plin. lib. 2. cap. 47. 11. Ornithias, ab aduentu auium dicitur, teste Budæo.
¶ Ornithon, pen. prod. ornithonis, pen. prod. m. g. (ὀρνιθὼν) Latinè auiarium dicitur. Varro 3. de Re rust. cap. 3. 5, Contrà, nunc auiaria sunt nomine mutato, quòd uocantur ornithones. Ibidem, cap. 2. 2, Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, ubi sedes inter aues. Idem lib. 2. in Proœm. 5, Ex ea enim quoq; fructus tolli possunt non mediocres ex ornithonibus, ac leporarijs & piscinis.
¶ Ornithoboscium, ornithoboscij, pen. prod. (ὀρνιθοβοσκεῖον) Locus in quo gallinæ & aues depascuntur & enutriuntur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 9. 1, De ijs qui ornithoboscium instituere uolunt.
¶ Ornithotrophiũ, ornithotrophij, pen. prod. n. g. (ὀρνιθοτρόφειον) Locus in quo aues educantur. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 5. 6, In quo diceris longè uicisse non modò archetypon inuentoris nostri ὀρνιθοτροφείων M. Lænij Strabonis, &c. id est, ornithotrophiorum.
Ornithogalum] ὀρνιθόγαλον, Cauliculus est, teste Dioscoride, sesquipedalis, candicãs, & tenuis, tribus aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine agnatis: à quibus flores prodeunt, fòris herbacei, & intus, quum hiare cœperint lactri.
Orno] ornas (κοσμέω, κοσμίπω, τορσύω, λαμπάλλω, ἱκτίλλω, κάζω) ornare, Pulchrum & decorum facere. Cic. lib. 1. Tusc. 106, Nocturnamq; cæli formã undiq; sideribus ornatam. Idẽ Attico, lib. 2. 16. 2, Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atq; incompta uisa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant.
Populus ornabat ædem frondibus. Propert. lib. 4. eleg. 10. 6.
Gemma ornabat manus. Propert. lib. 3. eleg. 6. 3.
Sepulchrum floribus ornare. Cic. pro Flacco, 73.
Ornare, Honorare. Cic. Cæsari, lib. 7. 5. 9, Neq; impedio quominus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriæ insignibus.
Augere & ornare rhetoricen. Cic. 3. de Fin. 41.
Ornare aliquem, & Spoliare, contraria. Cic. pro Flacco, 47.
Mirabilius & magnificentius augere aliquid, & ornare. Cic. 1. de Orat. 47.
Ars ornat aliquem. Cic. 1. Tusc. 182.
Artem ornare iure. Cic. 1. Tusc. 182.
Donis ornatur honestis. Horat. 12. epist. 2. 7.
Donis proprijs ornatur industria. Claud. 8. Paneg. 54.
Vestire, & oratione ornare inuenta. Cic. 1. de orat. 69.
Moribus ornas res Italas. Horat. 2. epist. 1. 1.
Ornare munus uerbis, pro Laudare, & uerbis quodammodo maius facere. Terent. Eunuch. 2. 1. 8.
Ornare & illuminare orationem. Cic. 3. de Orat. 14.
Scientiam iuris Ciuilis nouo ornatu ornare. Cic. 1. de Orat. 121.
Ornari & exornari ab aliquo. Cic. 11. Philipp. 315.
Omnibus rebus aliquem ornare. Cic. Attico, lib. 6. 117. 1.
Amplissimis & honorificentissimis rebus aliquem ornare. Cic. F. Metello, lib. 5. 2. 4.
Defendere, amplificare, & ornare aliquẽ. Cic. p Domo sua, 69.
Tueri & ornare aliquem. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14. 18.
Apparitoribus, scribis, librarijs, præconibus, architectis Prætoriam potestatem ornare. Cic. 2. de lege Agrar. 43.
Ornari decretis. Brutus Attico, in epist. ad Brutum, 17. 4.
Ornare & celebrare frequentia egressũ aliculus. Cic. in Pis. 24.
Honore ornari, & augeri dignitate. Cic. pro Plancio, 18.
Ornari eximia laude, uel summis laudibus. Cic. 4. in Catil. 92. Idem pro Cluentio, 111.
Laudibus suis & alienis aliquem ornare & honorare. Cicero 2. Philipp. 47.
Sententijs aliquem ornare. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 60.
Singularibus studijs aliquem ornare. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 20. 3.
Suffragio ornare candidatum. Plin. epist. 25. d.
Ornare, Aptare, Apparare. Plaut. Rud. 4. 53,
Iubere melius est prandium ornari domi.
Armis se ornare. Ouid. epist. 9. 21.
Parari & ornare scutis & telis. Cic. pro Cecinna, 44.
Ferre alicuius delicias & ornare. Cic. Attic. lib. 1. 12. 2.
Aedificare & ornare classes. Cic. pro lege Manil. 5.
Cõuiuiũ ornare, Præparare uel apparare. Cic. pro Quint. 62.
Ornare atq; instruere copias omnibus rebus. Cicero pro lege Manilia, 13.
Fugam ornare, Parare fugam. Terent. Eunuch. 4. 4. 6.
Ornare & sternere sibi lectum genialem. Cic. pro Cluent. 10.
Prouincias ornare. Cic. Attico, lib. 4. 87. 2.
¶ Ornandus, Participium (κοσμητέος) ut,
Victorijs ornandus Pompeius. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 67.
Senectuti celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? Cic. 1. de Orat. 98.
Famula operosa ornandis capillis. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 5.
¶ Ornatus, pen. prod. (κεκοσμημένος, κόσμιος) Aliud participium, siue nomen ex participio.
Leuiter ornatus. Vide Leuis.
Ornatus pessimè. Plaut. Aulul. 29. 10.
Nondum totos ornata capillos. Ouid. 11. Metam. 78.
Apio crines ornatus amaro. Virg. eclog. 7. 14.
Hedera crescentem ornate poetam. Virg. eclog. 7. 5.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ. Virg. 3. Georg. 5.
Liber ornatus tẽpora uiridi Pampino. Horat. 4. Car. ode 8. 7.
Ornatus in peregrinum modum. Plaut. Persa, 4. 76.
Copiosè ornatus. Vide Copia.
Ornatus & grauis in dicendo homo. Cic. 1. de Orat. 22.
Ornatus bono ingenio. Plaut. Pœnulo, 4. 78.
Ornatus ex suis uirtutibus. Terent. Adelph. 2. 1. 22.
Testimonijs clarissimorum imperatorum ornatus Deiotarus. Cic. de Aruisp. resp. 26.
Instructus & ornatus artibus. Cic. 2. de Fin. 178.
Rebus omnibus ornatus excellit. Lucret. lib. 1. 6.
Ornatus, inquit Festus, dicitur qui bonis artibus instructus est, & honores adeptus à populo: & bene aptus, ut miles aut gladiator, & acturus fabulas.
Ornatissimus homo. Cic. pro Quintio, 4, Deinde habet aduersarium P. Quintius uerbo Sex. Neuium, reuera huiusce ætatis homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis.

Honoribus

Digitized by Google

Honoribus amplissimis, fortunisq; maximis, coniuge, liberis, & & affinibus ornatus imperator. Cic. Bruto, 18.3.
Splendidissimus atq; ornatissimus ciuitatis suæ uir. Cicero pro Flacco, 38.
Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, uirtute, ingenio, copijs, &c. Cic. 3. Verr. 91.
Amplissimus ad agendum, ornatissimus ad dicendum locus. Cic. pro lege Manilia, 1.
Ornata sunt cuncta: id est, parata. Plaut. Pseud. 10.10.
Ornata & referta omnibus rebus domicilia regis. Cic. pro lege Manil. 14.
Satis probè ornatus exercitus. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 4.
Ornatissimus fundus. Cic. pro Quintio, 65.
Composita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione distincta. Cic. 1. de Orat. 27.
Instructa & ornata exercitu & pecunia prouincia. Cicero in Pisonem, 3.
Concinnitas sententiarum ornata. Cic. de clar. Orat. 182.
Capillo ornato procedere. Propert. lib. 1. eleg. 2. 1.
Fores ornatæ. Ouid. 6. Fast. 149.
Ornatissimam de me sententiam dixit. Cic. pro Domo sua, 54.
Ornatus, elaboratusq; uersus. Cic. in Orat. 20.
¶ Ornatus, huius ornatus (κόσμος, κοσμιότης) uel ornati, antiquè: ut apud Terentium, Andr. 2. 2. 28, Nihil ornati, dicitur (authore Festo) cultus ipse quo quis ornatur: ut quum dicimus aliquem tragico uel comico ornatu prodire. Cicero 4. Acad. 25, Nulla senectus diuinitate temporum existere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat. Virg. 1. Aeneid. 131.
Lugubris ornatus. Vide Lugeo.
Militaris ornatus. Cic. 1. Offic. 90.
Persicus ornatus. Cic. de Senect. 56, Tum Lysandrum intuentē eius purpuram, & nitorem corporis, ornatumq; Persicum, multo auro, multisq; gemmis, dixisse, &c. de Cyro.
Vestitus pulcherrimus & ornatus regalis. Cic. 2. de Finib. 110.
Instratus ornatu regio. Vide Insterno.
Amplus ornatus scenæ aut fori. Cic. in Orat. 74.
Admirabilis cæli ornatus. Cic. 2. de Nat. deor. 137.
Omnis ornatus uirginis. Virg. 7. Aeneid. 15.
Distinctio & ornatus oratoris. Cic. 2. de Orat. 200.
Ornatus oratoris tanquam uestis. Cic. de clar. Orat. 142.
Verborum ornatus oratoris putandus est. Cic. 1. de Orat. 26.
Insignis ornatus. Cic. in Orat. 43.
Dispositā ornatu quædā insignia et lumina. Cic. 3. de Orat. 54.
Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi. Cic. in Oratore, 74.
Nouo & alieno ornatu ornare, & Suo spoliare & denudare, contraria. Cic. 1. de Orator. 121.
Ornatus, Apparatus. Terent. And. 2. 2. 28. —in ædibus Nihil ornati, nihil tumulti.
¶ Ornatè, pen. pro. Aduerbiū (κεκοσμημένως) Rectè, propriè, eleganter & dispositè: ut, Ornatè dicere, proprium est eloquentis, ut ait Quintil. in Proœmio lib. 8. Cicero 1. de Finib. 14, Res uerò bonas uerbis electis grauiter ornateq; dictatas quis non legat? Idem 4. Acad. 235, Explicata uberius & ornatius.
Ornatè splendideq; facere aliquid. Cic. 1. Offic. 6.
Ornatè politeq; dicere. Cic pro Cælio, 5.
Compositè, ornatè copioseq; eloqui. Cic. 1. de Orat. 26.
Distinctè, distributè, eleganter, ornatè scribere. Cic. 2. Tusc. 10.
¶ Ornatrix, penult. prod. Verbale (κοσμήτρια) Tranquil. in Claud. Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. Ouid. 3. de Arte, 48,
Tuta sit ornatrix.
¶ Ornamentum, ornamenti (κόσμημα) Idem quod Ornatus. Cato cap. 10. 2, Ornamenta bubus sex. Cic. pro Rosc. Amer. 83.
Instruere ornamenta alicui. Vide Instruo.
Ornamenta, Honores. Cic. 7. Verr. 66, Vbi ternis denarijs æstimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot tantaq; ornamenta magistratibus & legatis à Senatu populoq; Rom. permissa & data?
Ornamentum, Beneficium honorificum. Cicero ad Cælium, libro 2. 18. 8, Quæcunq; à me ornamenta ad te proficiscentur. Budæus.
Afficere aliquē populum ornamentis. Cic. pro Corn. Balb. 34.
Arx & ornamentum amicorum Antonij Cotyla. Cic. 8. Philipp. 250.
Flos Italiæ, firmamentum imperij Romani, ornamentum dignitatis. Cic. 3. Philipp. 132.
Insignia & ornamenta generis, nominis, honoris occiderunt. Cic. pro Sylla, 66.
Pucritiæ ornamentum. Cic. 3. Verr. 108.
Lumen & ornamentum Reipublicæ Qu. Hortensius. Cicero pro Milone, 28.
Inter præcipua seculi ornamenta Vide Inter præpositionem.
Decus & ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putaui. Cic. de Prouinc. Consul. 22.
Honoris ornamenta, monimenta gloriæ, & insignia laudis. Cic. 3. in Catil. 70.
Ornamento esse, Decorare, ornare. Cicero Cassio, lib. 15. 4. 14, Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi.
Constituere ornamentum. Cic. 4. Verr. 55.
Ornamenta orationis negligere. Cic. 1. de Finib. 23.
Ornamenta orationum & conformationes. Cicero de claris Orat. 73.
Eloquentiæ ornamentum. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7.
Oratoria ornamenta dicendi. Cic. de clar. Orat. 141.
Ornamenta dicendi non satis opima. Vide Opimus.
Adiungere ornamenta oratoria. Vide Adiungo.
Adhibere ornamenta. Vide Adhibeo.
Ambitiosa ornamenta recidere. Horat. de Arte, 91.
Ornus] orni, f. g. Arbor. Columella lib. de Arboribus, cap. 16. 1, Sed si aspera & siticulosa loca arboribus obserenda erunt, neq; populus, neq; ulmus, tam idoneæ sunt, quàm orni: eæ syluestres fraxini sunt, paulo latioribus tamen folijs quàm cæteræ fraxini, nec deteriorem frondem quàm ulmi præstant. Capræ quidem & oues libentius etiam hanc frondem appetunt.
Aerea ornus. Valer. 8. Argon. 23.
Annosa ornus. Virg. 10. Aeneid. 154.
Excelsæ orni. Valer. 2. Argon. 97.
Humilis ornus. Claud. 3. de raptu Proserp. 29.
Rigidæ orni. Virg. cclog. 6. 15.
Steriles saxosis montibus orni. Virg. 2. Georg. 23.
Truncæ orni. Stat. 1. Achil. 23.
Vastæ orni. Stat. 5. Thebaid. 103.
Ingentes aduoluunt montibus ornos. Virg. 6. Aeneid. 37.
Veteres agitantur orni. Horat. 1. Carm. ode 9. 3.
Antiquam ornum accisam ferro eruere. Virg. 2. Aeneid. 126.
Ornus incanuit albo flore pyri. Virg. 2. Georg. 15.
Foliis uiduantur orni. Horat. 2. Carm. ode 9. 2.
Oro] oras (λίομαι, εὔχομαι, καλῶ, γουνόμαι, πρόσσυχομαι) orare: ab ore fit, inquit Varro de Ling. Lat. lib. 5.
Orare, obsecrare, ne, uel ut. Plaut. Casin. 7. 13,
—orat, obsecrat,
Ne Casinam uxorem ducam. Cic. pro Quintio, 5, Orat atq; obsecrat, ut multis iniurijs iactatam atq; agitatā æquitatem in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini.

Orare

Orare atq; obsecrare aliquem. Cic.4.Verr.29.
Rogare & orare aliquem.Cic. 4.Verr.67.
Orare & obtestari aliquem.Cic.pro Plancio,83.
Orare & hortari aliquem.Cic.Q.fratri,lib.1.1.67.
Orare aliquem per.Terent.And.1.5.54,
Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum,
Per tuam fidem,perq; huius solitudinem
Te obtestor,ne abs te hanc segreges,neu deseras. Virgil. 2.Aeneid.29.
Per omnes deos te oro.Horat.1.Carm.ode 8.1.
Orare pro aliquo.Plaut.Asin.13.38,
Tu pro illa ores ut sit propitius.
Pro salute alicuius aliquem orare.Brutus Ciceroni,16.3.
Orare ne.Terent.Hecyra,3.2.3,
—quod te Aesculapi,& te
Salus,nequid sit huius,oro.
Orare ut. Terent. And.4.2.4. Cic. pro Roscio Amerino, 60,
Non orat ut eam noctem peruigilet. Terent.Eunuch.5.47,
Oro ut adiutrix sies.
Etiam atq; etiam te oro,ut me totum tuendum suspicias.Cic.Att. lib.11.209.3.
Deum oraculèrе.Ouid.15.Metam.130.
Gentes orare & urbes.Virg.6.Aeneid.19.
Orare aliquem in audaciam.Sallust.in Catil.Cetegus autem per nuncios familiã atq; libertos suos electos & exercitatos orabat in audaciã,ut grege facto, cum telis ad sese irrumperent.
Orare aliquid alicui.Teren.And.3.2.47, —nũc Chremem
Conueniam: orabo gnato uxorem. hoc est, Orabo,ut filio meo det gnatam suam in uxorem.
Orare aliquid scire.Plaut.Pseud.9.64.
Orare aliquid ab aliquo,Est petere.Plaut.Amphit.3.64.
Orat ius,bonum,æquum,&c.Plaut.Trinum.17.36,
—ius hic orat. Idem Menæch.24.87,
Optumum atq; æquissimum orat frater. Et Persa,10.71,
Bonum æquumq; oras,sequere hâc. Terentius Heaut. 2.3.125,
—nam misere quendam offendi militem,
Eius noctem orantem.
Finem orare malorum.Ouid.1.Metam.148.
Hyemes orate serenas.Virg.1.Georg.20.
Opem orare.Ouid.1.Metam.130.
Pacem orare manu.Virg.10.Aeneid.16.
Veniam dapibus orare.Ouid.8.Metam.138.
Veniam hanc extremam oro.Virg.4.Aeneid.87.
Vitam orare.Virg.8.Aeneid.116.
Orare precibus. Cic. Cæsari, in epist.ad Atticum, lib.9.183.3,
Quamobrem à te peto, uel potius & omnibus precibus oro & obtestor,ut in tuis maximis curis aliquid impertias tẽporis huic quoq; cogitationi.
Multis & supplicibus uerbis orare ut liceat. Cic. Attic. lib. 12. 249.1.
Gestu oraui fugam.Ouid.14.Metam.44. id est,gestu rogaui, ut me iuuarent,quo hinc possim aufugere.
Orant admittier,Orant ut admittantur.Virg.9.Aeneid.47.
Orat ignoscas.Plaut.Amphit.4.103.
Modus orandi.Virg.4.Georg.108.
Flectere aliquem orando.Virg.4.Georg.80.
Orare,cum solo accusatiuo, significat Agere & dicere.Terent. Phorm.21.62,
Seruum hominem causam orare leges non sinunt. Cic. de claris Oratoribus,23.Quo neminem unquam melius ullam orauisse capitis causam, quum seipse defenderet,se audiente locuples author scripsit Thucydides.
Causas orare.Virg.6.Aeneid.170.
Vera imago orandi.Quintil.lib.5.cap.12.13.
Scientia orandi.Quintil.lib.1.cap.10.2.
Vires orandi.Quintil.lib.2.cap.16.1.
¶Orãs,orantis,Particip.(ὁ χόμενος)Teren.Eunuch.5.5.14,
Atq; equidem orante,ut ne id faceret,Thaide.
Multa deos orans. Virg.9.Aeneid. 5.
Murmure pauido orantes.Claud.7.Panegyr.90.
Annuere oranti.Virg.11.Aeneid.160.
Dictis talibus orantem audijt omnipotens.Virgil.4.Aen.44.
Aures surdas præbere oranti.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.5.
Brachia orantia tendere.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.13.
¶Orandus,Aliud participium(λιτὸς)ut,
Numina oranda.Virg.2.Aeneid.47.
¶Oratus,pen.prod.Similiter participium (λιτὸς)Plaut.Milite,9.91, Sed satin' oratus abit?
Prece multa oratus.Horat.1.epist.13.4.
Per diuos oratus.Horat.2.Serm.Satyr.3.35.
¶Oratum,orati,pen.prod.(λιτὸν) Quod orauimus.Terent. Hecyr.4.1.61,
—ne orata nostra nequeat diutius Celare. Ibidẽ,3.3.25,
Sed quum orator eius reminiscor.
¶Oratus, huius oratus (λίτημα) Precatio, rogatio. Plaut. Casina,17.17,
Illarum oratu faciunt. Cic.pro Flacco,72,An etiam scripsit oratu tuo?Correctiora exemplaria legunt,rogatu.
¶Oratio,orationis (λόγος) Verbale,Est omnis locutio,authore Cicerone de clar.Orat.35.Terent.Phorm.1.4.48,
Meministin' olim ut fuerit uestra oratio? id est,nõ meministis eorũ quæ dixistis tunc,cum,&c.Idem And.4.1.10,
—ibi Tũ impudẽtissima eorũ oratio est. Cic.de Fin.34,
Atq; ibi hoc dicit, ubi omnis eius oratio est de summo bono.
Magna laus & honesta oratio.Cic.7.Verr.4.
Orationis satis est:sequere me,ac tace.Plaut.Bacchid.2.59.
Aliena oratio.Vide Alienus in Alius.
Oratione beneficus, Qui uerbis multa promittit. Plautus Epid.3.14.
Orationis operam compendi facere. Plaut. Mostel. 2. 57. hoc est,paucis agere.
Orationem inuenire.Terent.And.2.4.4,
Orationem sperat inuenisse se,
Qua differat te.
Orationem sibi parare:pro,Cogitare quid dicturi simus.Plaut. Pseud.7.39.
Oratio, ipsius oratoris ratio, & argumentorũ arte dispositorum enumeratio:quæ quidem omni ex parte perfecta est,bis betq; numeros,figuras & affectus. Vnde Orationes Ciceronis. Cic. de Senect. 15, Et tamen ipsius Appij extat oratio, &c.Terent.in Prologo Andr.12,
—non ita dissimili sunt argumento,sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ,ac stylo. Vbi Donatus,Oratio in sensu est:Stylus in uerbis.Oratio ad res refertur:Stylus ad uerba. Stylus nõ est in tempore,sed prolata oratione: Oratio autem est & in cogitatione,& in prolatu. Orationem in sententijs dicunt esse,Stylum in uerbis,Argumentum in rebus.Ergo in poemate oratio est.
Orationem etiam dicebant ueteres pauca uerba,authore Donato.Terent.Andr.1.5.16,
Oratio hæc me miseram exanimauit metu.
Limatus oratione.Vide Lima.
Oratione locuples.Vide Locus.
Regina rerum oratio. Quintil.lib.1.cap.12.12.
Aculei orationis.Vide Aculeus.
Claritas orationis.Quintil.lib.2.cap.16.6.
Condimentum orationis.Quintil.lib.2.cap.3.13, Salsum igitur erit,

Digitized by Google

erit, quod non erit infulsum, uelut quoddam ſimplex orationis condimentum.
Corpus orationis Quintil. lib. 3. cap. 11. 15.
Flexanima atq; omniū regina rerū oratio. Cic. 2. de Orat. 101.
Genus orationis atrox & uehemens: cui opponitur Lenitatis & manſuetudinis. Cic. 2. de Orat. 110.
Exangue & aridū genus oratiōis. Author ad Heren. lib. 4. 158.
Habitus utilis orationis. Quintil. lib. 5. cap. 12. 14.
Fluctuās & diſſolutū genus orationis. Author ad Heren. lib. 4. (157.
Incitatio orationis. Vide Incito.
Lenitas & æquabilitas orationis. Cic. in Orat. 30.
Ornamenta orationis. Vide Ornamentum in Orno.
Abiecta & humilis oratio, Alta & exaggerata, contraria. Cic. in Orat. 112.
Acceptior plebi oratio. Vide Accipio.
Acris & uehemens oratio. Quintil. lib. 5. cap. 13. 20.
Anguſta & conciſa, collata & diffuſa oratio. Cic. in Orat. 108.
Anxia oratio. Vide Anxius.
Apparata oratio. Vide Apparo.
Aſpera, horrida, triſtis, neq; perfecta, neq; concluſa oratio. Cic. in Orat. 10.
Aſpera oratio, Vehemens. Curtius lib. 6.
Cæcata oratio. Vide Cæco cæcas, in Cæcus.
Capitalis oratio. Vide Capitalis in Caput.
Certa oratio. Vide Certus.
Circunfluens oratio. Vide Circunfluo.
Circunciſæ orationes. Vide Circuncido, pen. prod.
Colorata oratio. Vide Coloro.
Compta oratio & mitis. Cic. de Senect. 26.
Cōcinna, diſtincta, ornata, feſtiua, ſine intermiſſione, ſine reprehenſione, ſine uarietate oratio. Cic. 3. de Orat. 56.
Conciſa oratio. Quintil. lib. 2. cap. 20. 5.
Concitata oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 40.
Conſumpta oratio. Vide Conſumo.
Contentioſa oratio. Vide Contendo.
Continens oratio. Vide Contineo.
Contorta & aeris oratio. Cic. in Orat. 36.
Copioſa & eloquens oratio. Vide Copia.
Copioſiſſima & ornatiſſima oratio. Cic. pro Sylla, 8.
Corruptæ & uitioſæ orationes. Quintil. lib. 2. cap. 5 2.
Criminoſa oratio. Vide Crimen.
Cygnea oratio. Vide Cygnus.
Deducta atq; circumlata oratio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 42.
Diſſipata, inculta & fluens oratio, & quæ planè è numeris non conſtat. Cic. in Orat. 128.
Diſſoluta, & ex diuerſis cōgeſta oratio. Quint. lib. 2. cap. 11. 5.
Ne exilis, ne inculta, ne uulgaris, ne obſoleta ſit oratio. Cicero 3. de Orat. 54.
Exiles orationes Serg. Galbæ, & redolentes antiquitatem. Cic. de claris Oratorib. 41.
Extemporalis oratio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 38.
Facta oratio, pro elaborata. Cic. lib. 3. de Oratore. Orationem facere dicimur, non quū habemus, ſed quum rebus & uerbis condimus: expolire autem, quum limamus, & elegantijs elocutionis ornamus.
Fauorabilis oratio. Tacit. lib. 12.
Fortis oratio non ſemper quæritur, ſed ſæpe placida, ſummiſſa, lenis, quæ maximè commendat reos. Cic. 2. de Orat. 98.
Grauis & ſplendida oratio. Cic. 3. de Finib. 30.
Grauis, ſuauis, condita, liberalis, admirabilis, polita, conſperſa ſit quaſi uerborum ſententiarumq; floribus oratio. Cic. 3. de Orator. 54.
Hilarior renidet oratio. Vide Renideo.
Honora oratio. Tacit. lib. 1.
Ieiuna oratio. Vide Ieiunus.
Immoderata oratio. Vide Immoderatus.
Immodica oratio. Vide Immodicus.
Impudens oratio. Vide Impudens.
Incitata, grauis, & uehemens oratio. Cic. de claris Orat. 47.
Incitata, uolubilis, non redundans nec circunfluens oratio. Cic. de claris Oratorib. 106.
Inculta oratio. Vide Incolo.
Inflata & quæ turget oratio, ſæpe imperitis uidetur grauis. Author ad Herennium, lib. 4. 156.
Ingrata oratio. Vide Ingratus.
Intorta oratio. Vide Intorqueo.
Lenis, inſtructa, & terminata oratio: cui opponitur, Aſpera, triſtis, horrida, neq; perfecta, neq; concluſa. Cic. in Orat. 10.
Locuples oratio. Vide Locus.
Luculenta oratio. Vide Luculentus.
Magnifica oratio. Tacit. lib. 18.
Mitiſſima oratio. Cic. Metello, lib. 5. 4. 3.
Mollis & liberalis oratio. Vide Mollis.
Morata oratio. Vide Mos.
Multa, uaria & copioſa oratio. Cic. 2. de Orat. 118.
Nata oratio. Vide Naſcor.
Nitida de horridis, plena de ieiunis, noua de perumlgatis quædam eſt oratio. Cic. 3. de Orat. 29.
Nobilis oratio. Vide Nobilis.
Numeroſa oratio. Vide Numerus.
Obſcura quia peracuta, rapida & cleritate cæcata oratio. Cic. de claris Oratorib. 143.
Obſoleta oratio. Vide Obſoletus.
Pacatior philoſophorum oratio, oratorum pugnacior. Cic. de claris Oratorib. 63.
Pedeſtris oratio. Vide Pedeſtris in Pes.
Pellucens oratio. Vide Pelluceo.
Perelegans & perſubtilis oratio. Cic. pro Plancio, 47.
Perpetua oratio. Quintil. lib. 2. cap. 20. 5. Vide Perpetuus.
Secunda oratio, Grata, fauens, plauſibilis. Salluſt. in Iugurth.
Seuerißima oratio. Quintil. lib. 6. cap. 3. 71.
Simplex & grauis oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8. 45.
Simplex ac inelaborata oratio. Quint. lib. 4. cap. 1. 42.
Spinoſa & exilis oratio. Cic. 1. de Orat. 41.
Splendida, grandis, faceta & perurbana oratio. Cic. de clar. Orat. 149.
Stabilis oratio, cui Volubilis opponitur. Cic. in Oratore. Stabilis dicitur, propter ſyllabas longas: Volubilis autem, propter breues. Hoc aperit Quintil. lib. 9. cap. 4. qui cum pedes orationis enumeraſſet, ita ſubiungit: Horū pedum nullus nō in orationem uenit. ſed quo quiq; ſunt temporibus pleniores, longisq; ſyllabis magis ſtabiles, hoc grauiorem faciunt orationem: breues, celerem ac mobilem.
Tacens oratio. Quintil. lib. 2. cap. 18. 3.
Vibrans, incitata, accurata & polita oratio. Cic. de claris Oratorib. 128.
Volubilis & paulo feruidior erat oratio Appij. Cic. de claris Oratorib. 55.
Aberrauit oratio. Vide Aberro.
Aberrat ad alia oratio. Cic. 1. Offic. 188.
Abhorret oratio ab utilitate audientis. Vide Abhorreo.
Abundat ornamentis omnibus oratio. Cic. pro Corn. Balb. 12.
Accommodare orationem. Vide Accommodo.
Adduci oratione. Vide Abduco.
Adhibere orationem. Vide Adhibeo.
Adhibet lumen rebus oratio. Cic. 3. de Orat. 28.
Adhinnire orationem. Vide Adhinnio.
Agere orationem. Vide Ago.

Cadere

Cadere in orationem. Vide Cado.
Canescit oratio. Vide Canesco, in Canus.
Carpere orationem. Vide Carpo.
Claudicat oratio. Vide Claudico.
Coercere orationem rapidam. Vide Coerceo.
Cohæret oratio. Vide Cohæreo.
Complecti oratione. Vide Complector.
Comprimere orationem. Vide Comprimo.
Conferre orationem. Vide Confero.
Conformare orationem. Vide Conformo.
Consistere oratione. Vide Consisto.
Consonat moribus oratio. Vide Consono.
Contertere aliquem oratione. Vide Contero.
Contertere oratione motus populi, indicum religiones, Senatus grauitatem. Cic. 1. de Orat. 17.
Currit oratio. Vide Curro.
Defendere orationem à tædio. Quintil. lib. 6. cap. 3 13.
Distinguere & illustrare orationem. Vide Illustris.
Distinguitur atq; illustratur oratio maximè raro inducendis locis communibus. Cic. 2. de Inuent. 155.
Effingit mores oratoris oratio. Cic. 2. de Orat. 99.
Explicat orationem sanè longam & uerbis ualde bonis. Cic. 2. pro lege Agrar. 28.
Exprimere oratione mores aliquorum. Cic. 2. de Orat. 98.
Facere iucundam & ornatam orationē. Quint. lib. 4. cap. 3. 11.
Iunctam, cohærentem, lenem & æquabiliter fluentem orationem facit uerborum collocatio. Cic. 3. de Orat. 94.
Fertur quasi torrens oratio. Cic. 2. de Finib. 5.
Habere orationem contra aliquem. Quint. lib. 2. cap. 17. 3.
Multam de aliqua habere orationem. Cic. 5. Tusc. 134.
Iacet oratio. Vide Iaceo.
Illuminare orationem. Vide Illumino.
Illustrare orationem. Cic. 3. de Orat. 51.
Imprimitur animo oratio. Vide Imprimo.
Includere orationi suæ aliquid. Vide Includo.
Inducebar orationibus tuis. Vide Induco.
Induere fictam orationem. Quintil. lib. 4. cap. 1. 19.
Inflectere orationem. Vide Inflecto.
Infracta oratio. Vide Infringo.
Infundere orationem in aures alicuius. Vide Infundo.
Ingredi orationem, & in orationem. Vide Ingredior.
Instituere orationem cum aliquo. Vide Instituo.
Interimit me hæc oratio. Vide Interimo.
Interrumpere mediam alicuius orationē. Vide Interrumpo.
Loquitur oratio. Quintil. lib. 6. cap. 1. 25.
Modulari orationem. Vide Modulor.
Nitere dicitur oratio. Vide Niteo.
Notat & illuminat maximè orationem tanquam stellis quibusdam uerbum translatum. Cic. 3. de Orat. 93.
Obcæcat orationem totam narratio obscura. Vide Obcæco.
Obire oratione quippiam. Vide Obeo.
Opprimere orationem alicuius. Vide Opprimo.
Grauibus uerbis ornata oratio & perpolita. Cic. 1. de Orat. 16.
Percurrit oratio. Vide Percurro.
Perorare orationem. Vide Peroro.
Ponere modum orationi. Tacit. lib. 4.
Promere orationem de se. Tacit. lib. 18.
Refrigescit oratio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 3.
Scribere orationes. Quin. lib. 2. cap. 17. 9.
Scripta elegantissimè oratio. Cic. Attico, lib. 15. 321. 8.
In manibus est oratio. Vide Manus.
Oratio, Etiam precatio dicitur.
¶ Oratiuncula, pen. corr. Diminutiuum (λογίδιον) Cic. 3. de Natur. deor. 57, De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius. Idem Attico, lib. 2. 16. 4. Et eidem, lib. 13. 276. 2.
¶ Orator, penult. prod. oratoris (ῥήτωρ, σοφιστὴς) Cic. Orator est uir bonus, dicendi peritus, qui in causis publicis & priuatis plena & perfecta utitur eloquentia. Festus, Oratores ex Græco ἀρᾶσθαι dicti, quòd missi ad reges nationesq; deos solerent testari. hi modò appellantur legati. Terent. in Prolog. Hecyr. 9,

Orator ad uos uenio ornatu prologi, sinite exorator siem.

Is orator erit mea sententia, hoc tam graui dignus nomine, qui quæcunq; res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter & compositè, & ornatè, & memoriter dicat, cum quadam etiam orationis dignitate. Cic. 1. de Orat. 33.
Plenus & perfectus orator est, qui de rebus omnibus posit uariè, copioseq; dicere. Cic. 1. de Orat. 31.
Orator uerborum, Actor rerum. Cic. 3. de Orat. 33.
Proprium oratoris est, aptè, ornatè distinctéq; dicere. Cicero 1. Offic. 4.
Decet oratorem latè exprimere. Cic. in Partit. 77.
Eloqui compositè, ornatè, copioseq; oratoris est. Cicero 1. de Oratore, 26.
Fœderum, pacis, belli, inducliarū oratores. Cic. 2. de Legib. 35.
Oratoris pacis petendæ. Liu. 6. belli Maced. 109.
Audax orator. Ouid. 13. Metam. 40,

Mittor & Iliacas audax orator ad arces.

Canorus & uolubilis orator. Cic. de claris Oratoribus 54. Vide Canorus, in Cano.
Consummatus orator. Quintil. lib. 2. cap. 19. 1.
Cumulatus omni laude orator. Vide Cumulus.
Impetrabilis orator. Vide Impetro.
Inconditus orator. Cic. in Orator. 137.
Mediocris orator. Vide Mediocris, in Medius.
Neruosus orator. Vide Neruus.
Vehemens orator Iuuenal. Satyr. 11. 4.
Compositi oratoris bene instructam collocationem dissoluere. Cic. in Orat. 136.
Delecti ordine ab omni centum oratores. Virg. 7. Aeneid. 31.
Efficere oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 2.
Effingere oratorem. Quintil. lib. 5. cap. 12. 16.
Facere oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 5.
Formare oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.
Inchoare & informare oratorem perfectum. Vide Inchoo & Informo.
Inflare uehementius dicitur orator. Vide Inflo.
Instituere oratorem. Quintil. lib. 1. cap. 1. 15.
Instruere oratorem. Vide Instruo.
Mittere oratorem. Cic. de claris Oratoribus. 27.
Mittere oratores petitum pacem. Vide Mitto.
Orator, liber quidam Ciceronis dicitur, in quo instruitur orator. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 20. 1, Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendaui.
¶ Oratorius, Adiectiuum (ῥητορικὸς) Quod ad oratorem pertinet: ut, Vis oratoria. Cic. 1. Partit. 41. Et 1. Academic. 47. Sic ornamenta oratoria.
Institutio oratoria. Quintil. Triboni, 1.
Diserta & oratoria oratio. Cic. 1. de Orat. 118.
Ornatus oratorius. Quintil. lib. 3. cap. 1. 9.
Vrbanitas oratoria. Quintil. lib. 6. cap. 3. 9.
¶ Oratoriè, Aduerbium (ῥητορικῶς) Oratoris more: hoc est, ornatè & eleganter. Cicero in Orat. 132, Nihil enim est aliud Brute (quod quidem tu minimè omnium ignoras) pulchrè & oratoriè dicere, nisi optimis sententijs, uerbisq; lectissimis dicere.
¶ Oratoria, ῥήτρα, Oratrix. Quintil. lib. 2. cap. 15, Oratoris sic effertur ut elocutoria, oratrix ut elocutrix.

Oroandes]

Digitized by Google

Oroandes] mons, ut ait Plin. lib. 5. cap. 27. non longè ab Imao monte, imò unus ex colliculis Imai.

Oroatis] Ptolemæo lib. 6. cap. 3. fluuius est in sinu Persico, Meridiem uersus. Meminit huius Plinius lib. 6. cap. 23.

Oroba] ὀρόβα, Ptolemæo lib. 6. cap. 1. urbs est Assyriæ in mediterraneis.

Orobanche] ὀροβάγχη, Latinis eruangina appellata, quòd eruum circumligata strangulet & enecet. herba est subrubens, subhispida, caule duorum palmorum, aut paulo amplius. Plin. lib. 22. cap. 25. 41, Orobanchen appellauimus necantem eruum & legumina: alij cynomorion eam appellant, &c. Fortasis est nostra cuscuta.

Orobatis] Vrbs Persidis in mediterraneis, Ptolemæo libro 9. cap. 4.

Orobia] Orobiæ, Thuris genus, minoribus constans guttis, teste Plinio lib. 12. cap. 14. ab erui similitudine ita dictum: quanquam in uulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corrupte legimus, pro Orobia, quod etiam annotauit Hermolaus Barbarus.

Orobitis] huius orobitis, pen. prod. f. g. (ὀροβῖτις) Coloris species, ex lutea herba confecta. Plin. lib. 33. cap. 5. 3.

Orodes] pen. prod. (ὀρώδης) rex Parthorum, qui Crassum Romanum cepit & occidit. De quo Plutarchus in Crasso. Est & Orodes apud Vergilium lib. 10. Aeneid. 148. à Mezentio interfectus.

Oroetes] Vir Persa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannum dolo captum suspendit. Hic postea iussu Darij, & opera, estuq; Bagei in Sardis trucidatus est, ut scribit Herodotus lib. 3.

Orontes] ὀρόντης, uir Troianus, qui Troia capta cũ Aeneâ in Italiam nauigans, naufragium fecit, ut scribit Virgilius 1. Aeneid. 24,

Vnam, quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem, &c.

Acer Orontes. Virg. 1. Aeneid. 44.

Ductor Lyciæ classis Orontes. Virg. 6. Aeneid. 67.

Est & Orontes, Phœniciæ fluuius, ut scribit Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Phœniciæ. Et Plin. lib. 2. cap. 103. natus inter Libanum & Antilibanum, ut idem scribit lib. 5. cap. 22. Lucanus lib. 3. 43,

Accedunt Syriæ populi: desertus Orontes,
Et fœlix (sic fama) Ninos. Nunc uocatur Tarsaro: ut testatur Oliuarius in Melam.

Eous Orontes. Stat. 4. Sylu. 6. 10.

¶ Oronteus, pen. prod. Adiectiuum (ὀροντεύς) ut,

Myrrha Orontea. Propert. lib. 1. eleg. 2. 1.

Oropus] pen. prod. Oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plinius lib. 4. cap. 7. Est & alia eiusdem nominis ciuitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima. Rursus alia in Syriâ, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita, aut certè instaurata, & à nomine patriæ suæ ita appellata. Sunt & alia nonnulla, quæ enumerantur à Stephano.

Orphanus] huius orphani, pen. corr. (ὀρφανός) Qui caret patre præsidioq; paterno: & qui summopere desiderat illius opem, quũ sine eo malè habeat. Græca dictio est. Valla.

Orpheus] ὀρφεύς, duarum syllarũ, Poeta siue uates præstantissimus, Apollinis & Calliopes filius, uel, ut alij, Oeagrij fluuij, & Polymniæ Musæ. Vxorem habuit Eurydicen, cuius mortuæ causa etiam ad inferos descendit, ut illam recuperaret. Vide Virgilium 4. Georg. à numero 91. usque ad finem ferè: & Ouidium 10. Metam. & in principio 11. ubi mortem etiam eius enarrat. Fuit autem Thrax: &, ut quidam uolunt, rex Ciconum, qui populi sunt Thraciæ, iuxtà Hebrum fluuium habitantes: profectus est cum Argonautis ad uellus aureum. Plura uide apud Suidam, qui alios etiã hoc nomine poetas fuisse docet. Declinatur Orpheus, Orpheos, Orphei, Orphea, &c. Vel Latinè, Orpheus, Orphei, Orpheo, Orpheum. Exempla utriusque inflexionis apud poetas inueniuntur.

Orphei Græco datiuo usus est Virg. 4. Georg. 109,

Inferias Orphei lethæa papauera mittes.

Orphea, accusatiuus. Ouid. 11. Metam. 1,

—tumuli de uertice cernunt
Orphea percussis sociantem carmina neruis.

Blandus testudine Orpheus. Valer. 1. Argon. 39.

Rhodopeius Orpheus. Ouid. 10. Metam. 10.

Sacer Orpheus Calliopæ genus. Senec. Herc. Oeth. 8. 1.

Thracius Orpheus. Virg. 4. eclog. 12. Stat. 5. Sylu. 5. 11.

Threicius Orpheus. Horat. 1. Carm. ode 24. 3.

Vocalis Orpheus. Horat. 1. Carm. ode 12. 2.

¶ Orpheus, Adiectiuum trisyllabum, pen. prod. (ὀρφεύς) ut Vox Orphea. Ouid. 10. Metam. 1.

Cantus Orpheus. Claud. 8. Paneg. 50.

Orpheus. Idem quod Thracius. Mart. lib. 1. 21,

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.

Orphneus] ὀρφναῖος, equus Plutonis, à tenebris nomen habens. Huius meminit Claud. in fine lib. 1. de raptu Proserp. unà cum alijs,

Orphneus crudele micans, Aethonq; sagitta
Ocyor, & Stygij sublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditisq; nota signatus Alastor.

Orrea] ὄρρια, Ptolemæo lib. 3. cap. 9. Britanniæ urbs: uulgò Newcastel, Moncastre: ubi carbonum copia.

Orsilochus] pen. corr. fuit, teste Homero libro Iliad. 5, filius Alphei fluminis, qui lato gurgite terram interfluit Pyliorum, & populi frequentis Princeps fuit.

Orsus] Vide Orior.

Orthium carmen] ὀρθιος νόμος. genus est modulationis musicæ, quod Arionem cecinisse refert Herodotus libro 1. priusquam se in mare præcipitaret: sic fortè dictum, quòd eius carminis numeri quàm altissima & intentissima uoce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt, quod arduũ est, & quàm altissima uoce eleuatum. Gellius libro 16. cap. 19. Stansq; in summæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, sub altissima uoce cantauit.

Orthocorybanti] Scythiæ in Asia populi, authore Herodoto lib. 3.

Orthos] Græcè, Latinè dicitur rectus. A' qua dictione sunt composita permulta.

¶ Orthodoxus, orthodoxi (ὀρθόδοξος) Rectæ opinionis, siue sententiæ aut fidei. δόξα enim gloriam & existimationem, siue opinionem & sententiam significat.

Orthogonius, Adiectiuum (ὀρθογώνιος) Quod rectis angulis constat, & omnium partium æqualitatem habet. Colum. lib. 5 cap. 2. 8, Orthogonius ager.

Orthographia, ὀρθογραφία, Latinè recta scriptura dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 7. 1, Quod Græci orthographiam uocant, nos rectè scribendi scientiam nominemus.

Orthographia in architectura est, quum iam nõ planum opus, imaq; operis uestigia imaginamur, sed subrectum, & frontem attollens, quasi erecti operis, aduersiq; descriptio. Hæc est erecta frontis imago, modiceq; picta futuri operis figura. Budæus. Vide Vitruuium lib. 1. cap. 2.

¶ Orthomatica, Poma dicuntur ab effigie mammarum. Plin. lib. 15. cap. 14.

¶ Orthopnoicus, orthopnoici, penult. corr. (ὀρθοπνοϊκὸς) qui tam anhelitus difficultatem habet, ut nisi recta cernice stet,

ſpirare non poſſit. Plin. lib. 20. cap. 14. 2, Orthopnoicis, torminibus, cholericis efficaciſſimum.

¶ Orthopnœa, orthopnœæ (ὀρθόπνοια) Paſſio ipſa, et difficultas anhelitus. Eſt enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atq; aliud nomen habet. Celſ. lib. 4. cap. 4. de difficultate ſpirandi, Quũ uehementior eſt, ut ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poſſit, aſthma. Quum acceſſit id quoque, ne niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, orthopnœa. Plin. lib. 21. cap. 20. 6, Crapulas quoque & orthopnœas diſcutit.

¶ Orthoſtadiæ, ὀρθοστάδιαι, Tunicæ conſiſtentes, quæ rectæ manent, nec accinguntur, apud Ariſtophanem: quas Pollux lib. 7. cap. 13. dicit communes eſſe uiris & mulieribus.

Orthoſia] ὀρθωσιάς, Vrbs Syriæ, Ptoleomæo lib. 5. cap. 15. Hodie Tortoſa, prius Antaradum.

Orthoſtata] orthoſtatæ, penul. corr. m. g. (ὀρθοστάτης) Vitruuius lib. 2. cap. 8, Quòd ſiquis noluerit in id uitium incidere, medio cauo ſeruato ſecundum orthoſtatas intrinſecus è rubro ſaxo quadrato, aut ex teſta, aut ex ſilicibus ordinarijs ſtruat bipedales parietes, & cum anſis ferreis & plumbo fronte uinctæ ſint. Ita enim non aceruatim, ſed ordine ſtructum opus poterit eſſe ſine uitio ſempiternum, quòd cubilia & coagmenta eorum inter ſe ſedentia, & iuncturis alligata non protrudent opus, neq; orthoſtatas inter ſe reliquatos labi patientur. Ipſe Vitruuius ibidem, & lib. 10. cap. 17, poſtes uocat: alibi cap. 16, arrectaria tigna, teſte Budæo.

Orthragoriſcus] ὀρθραγοριϲκος, Piſcis. Plinius libro 32. cap. 2. 8.

Orti Heſperidum] κῆποι Ἑσπερίδων, in Africa fuerunt inter duas Syrtes. Poetarum fabulis plurimum celebrati, quũ reuera nihil ferant præter oleaſtrum. Vide ſuprà in dictione Hortus.

Orton] ὄρθων, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pelignorum urbs: hodie Ortona. Vulgò Pietra de pirati.

Ortopla] ὄρτωπλα, Dalmatiæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Hodie Ortopula.

Ortus] orti. Vide Hortus.

Ortus, orta, ortum, & Ortus, huius ortus] Vide Orior.

Ortygia] ὀρτυγία, Inſula in mari Aegeo, quæ etiam Delos dicitur. Dicta Ortygia (teſte Solino) quia in ea primò uiſæ ſunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας uocant. Fuit & alia hoc nomine inſula circa Siciliam, quæ ponte iungitur Syracuſis, & fontẽ habet Arethuſam. Hæc ex oppoſito eſt Plemmyrij Siciliæ amnis, de qua Virg. 3. Aeneid. 139.

Oraculum Orthygiæ. Virg. 3. Aeneid. 29.

Linquimus Ortygiæ portus. Virg. 3. Aeneid. 25.

Dea Ortygia, Diana, quæ in Ortygia inſula, quam Delon alio nomine dixerunt, nata fuit. Ouid. 1. Metam. 140.

Ortygometra] ortygometræ (ὀρτυγομήτρα) Rex coturnicum, maior aliquanto, ac nigrior auis. Dicta, quòd dux ſit ac moderatrix coturnicum. Componitur enim, ex ὄρτυξ coturnix, & μήτρων menſura. Plin. lib. 10. cap. 23. 8, de coturnicibus loquens, Aquilone ergo maximè uolant, ortygometra duce. Hæc Calepinus, ſed meptè. Ortygometra enim penultimam producit, ut Tettigometra, & eiuſdem originis reliqua. Scribitur enim per η, non per ι. Neque poſterior huius compoſitionis pars eſt μέτρον menſura: ſed μήτηρ, id eſt, mater: ut ſit Ortygometra, Coturnicum mater ſeu matrix. Vide Budæum in Annotat. prioribus.

Ortyx] ortygis, pen. cor. fœm. gen. (ὄρτυξ) Auis quæ coturnix dicitur.

Oryx] orygis (ὄρυξ) Vide Orix. Plin. lib. 2. cap. 40, Orygen appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius (Caniculæ ſideris ſcilicet) contrà ſtare, & contueri tradit, ac uelut adorare quum ſternuerit. Idem lib. 8. cap. 53. 2, de ſemiferis animalibus loquens, Sunt & oryges, ſoli à quibuſdam dicti, contrario pilo uerſi, & ad caput uerſo.

Oryza] Vide Oriza.

## O S

Os] oris, n. gen. (στόμα) Propriè concauum illud, intra quod ſunt lingua & dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 34, Continui dentes aut utraq; parte oris ſunt, ut equo: aut ſuperiore primores nõ ſunt, ut bobus, ouibus. In plurali, ora, orium, oribus. Virg. 8. Aeneid. 98,

Componens manibuſq; manus atq; oribus ora. Plin. libro 20. cap. 9. 12, Vitia orium grauceolentiamq; ſanare affirmat Cato. Sic legit Deſpauterius in Heteroclitis: uerùm corruptè. nam eo loco in uetuſto exemplari legitur, earum: de narium enim grauceolentia loquitur.

Vultus in ore ficto. Ouid. epiſt. 16. 3.

Os, de brutis. Virg. de leone, 12. Aeneid. 2,

Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

Os, facies. Virg. 1. Aeneid. 119,

Os humeroſq; deo ſimilis.

Os, Sermo. Plin. de Viris illuſt. 76, Mithridates rex Ponti, oriundus à ſeptem Perſis, magna ui animi & corporis, ut ſex iuges equos regeret, duarum & uiginti gentium ore loqueretur. Vide Loquor.

Adoleſcentioris Academiæ os. Cic. Varroni, lib. 9. 8. 1.

Inſignis ore. Virg. 4. Georg. 19. De rege apium.

Anhelitus oris. Ouid. 3. de Arte, 60.

Malè odorati oris triſtis anhelitus. Ouid. 1. de Arte, 105.

Decor oris. Ouid. 2. Faſt. 155.

Decus oris. Ouid. 3. Metam. 85.

Dos oris, Suauitas dicendi aut canendi. Ouid. 5. Metam. 113.

Facies oris. Vide Facies.

Honor oris. Lucret. lib. 4. 236,

Sed tamen eſto iam quantouis oris honore: id eſt, ſit quantumuis formoſa.

Inanitas oris. Quintil. lib. 1. cap. 11. 4.

Grauis odor oris. Ouid. 3. de Arte, 56.

Receſſus oris. Quintil. lib. 1. cap. 5. 20.

Saliua oris. Lucret. lib. 4. 223.

Suauitas oris. Quintil. in Proœm. lib. 6. 10.

Vitia oris. Quintil. lib. 1. cap. 5. 20.

Adoperta ora. Ouid. 5. Metam. 39.

Adunca ora boum: id eſt, curua. Ouid. epiſt. 12. 4.

Aegrum os. Silius lib. 13. 145.

Animoſi oris Accius. Ouid. 15. 1. Amor. eleg. 4.

Arguta ora blandis querelis. Stat. 2. Sylu. 1. 9.

Balbum os. Horat. 2. epiſt. 1. 26.

Cæleſtia ora. Ouid. 2. Metam. 125.

Candida ora. Ouid. 2. Metam. 173.

Cornea ora: id eſt, roſtrum. Ouid. 8. Metam. 110.

Corruptum os. Quintil. lib. 1. cap. 1. 10.

Coruſcum os. Claud. 2. Paneg. 57.

Criſtati oris ales, gallus. Ouid. 11. Metam. 120.

Culti oris facundia. Ouid. 1. Faſt. 5.

Diſſona uulgi ora. Lucan. lib. 3. 58.

Dulce os, Facundum. Ouid. 12. Metam. 116,

Hæc poſtquam dulci Neleius edidit ore.

Os durum. Terent. Eunucho, 4. 7. 36. Vbi Donatus, Os durũ, os impudens: ut contrà, Mollis frontis dicuntur, qui ſunt reuerentes.

Duri oris puer, & audax. Ouid. 5. Metam. 91.

Falſi oris ambages. Ouid. 10. Metam. 4.

Os faticanum. Ouid. 9. Metam. 84.

Fœtidum os. Cic. in Piſonem. 9.

Frena-

Digitized by Google

*Prænatum os equi.* Horat.1.epist.15.4.
*Formosum os.* Ouid.3.Metam.93.
*Fremebunda ora.* Stat.5.Thebaid.40.
*Fumantia ora.* Ouid.2.Metam.65,
—*fumantiaq; abluit ora.*
*Honestum os Pleiadum: pro, orientibus Pleiadibus.* Virgilius 4.Georgic.47.
*Horrenda ora.* Virg.2.Georg.78,
*Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis.* Intelligit *personas & laruas ligneas.*
*Ieiunum os.* Vide Ieiunus.
*Immania ora.* Stat.9.Thebaid.39.
*Impia ora.* Ouid.14.Metam.48.
*Improbum os.* Vide Improbus.
*Impudens os, Idem quod durum.* Terent.Eunuch.5.1.22.
*Indignantia ora.* Ouid.1.Metam.37.
*Infame os Antonij.* Vide Infamis,
*Infantia ora.* Ouid.4.Metam.104.
*Ingenuum os.* Vide Ingenuus.
*Insignia ora magnis dentibus.* Ouid.8.Metam.86.
*Intonsa ora.* Virg.9.Aeneid.37.
*Inuiolabile os.* Stat.6.Thebaid.77.
*Læue os.* Horat.1.Serm.Satyr.5.13.
*Laxum os.* Silius lib.13.85.
*Lunata ora.* Stat.11.Thebaid.107.
*Minitantia ora.* Ouid.12.Metam.70.
*Modicum os.* Persius Satyr.5.2.
*Mœsta ora.* Senec.Hippol.8.5.
*Morientia ora.* Ouid.epist.14.3.
*Mutum os.* Ouid.6.Metam.115.
*Niueo lenis in ore rubor.* Ouid.epist.19.24.
*Pallida ora.* Virg.1.Aeneid.72.
*Patulum os bouis.* Ouid.epist.15.12.
*Periurum os.* Ouid.2.Amor.eleg.10.7.
*Prædurum os.* Quintil.lib.6.cap.4.9.
*Proterua ora canum.* Ouid.14.Metam.13.
*Puerili in ore uultus uirgineus.* Ouid.10.Metam.125.
*Puluerulenta ora.* Claud.3.Paneg.50.
*Rapidum os.* Virg.6.Aeneid.16.
*Remissum os.* Stat.9.Thebaid.31. *id est, os moderatum; aut uox modesta.*
*Rentdens os.* Ouid.8.Metam.40.
*Roseum os.* Virg.9.Aeneid.1.
*Sacrificum os.* Ouid.1.Fast.26.
*Semiferum os.* Senec.Thebaid.1.24.
*Sibila ora anguium.* Virg.2.Aeneid.43.
*Siccum os.* Catull.in Amicam Formiani, epigr.40.1.
*Sidereum os Pollucis.* Valer.4.Argonaut.39.
*Silens os.* Ouid.1.Amor.eleg.7.5.
*Spumantia ora.* Ouid.6.Metam.46.
*Stygium os.* Ouid 3.Metam.16.
*Tenerum os.* Horat.2.epist.1.26.
*Timidum os.* Claud.2.Paneg.73.
*Trepidum os.* Ouid.5.Metam.47.
*Trilingue os Cerberi.* Horat.2.Carm.ode 19.7.
*Tumidum os.* Valer.2.Argon.130.
*Veridicum os.* Lucret.lib.5.2.
*Vno ore, pro Vno consensu.* Terent.Phorm.4.3.20,
—*nam cæteri quidem hercle amici omnes modò*
*Vno ore authores fuêre, ut præcipitem hãc daret.* Idem And.1.1.69.
*Abire in ora hominum.* Vide Abeo.
*Accedit os.* Cicer.2.de Orator.17, *Sed tamen quoniam hoc totum, quicquid est, siue artificium, siue studium dicendi, nisi acceßit os, nullum potest esse, docebo uos discipuli, id quod ipse didici, &c.*
*Admirari aliquem ex ore alterius.* Cic.1.Tusc.62.
*Aequiparans os deos.* Ouid.2.de Ponto, eleg.2.19.
*Spumas agit ore cruentas.* Virg.3 Georg.41.
*Aperit ora futuris Cassandra.* Virg.2.Aeneid.50.
*Asperat ora seueris minis.* Stat.9.Thebaid.141.
*Ore imperturbato bibere.* Ouid. in Ibin,113.
*Purpureo bibit ore nectar.* Horat.3.Carm.ode 3.3.
*Cadit fructum ex ore pulli.* Cic.1.de Diuinat.53.
*Sublimi ore canere aliquem.* Claud. de bello Getico,25.
*Diuino ex ore canit sacerdos.* Virg.3.Aeneid.75.
*Hiatu oris & dentibus ipsis capessunt quædã animalia cibum.* Cic.2.de Natur. deor.182.
*Auido ore captare cibos.* Seneca Thyeste,1.1.
*Cinctum anguibus os Gorgonis.* Cic.6.Verr.111.
*Coercere ora frænis.* Ouid. 5.Metam.129.
*Cohibere ora.* Seneca Troade,6.22.
*Colligit os rabiem.* Ouid.1.Metam. 48.
*Fontes colluerant ora.* Ouid.5.Metam.90.
*Clauso commurmurat ore.* Silius lib.15.163.
*Ore placido compellare aliquem.* Ouid.3.Metam.30.
*Comprimere ora,* Ouid.6.Metam.59.
*Confudit ora infractis ossibus.* Ouid.5.Metam.12.
*Congesserunt in os Midæ dormienti grana tritici formicæ.* Cicero 1.de Diuinat.132.
*Vno ore consentiunt omnes de utilitate amicitiæ.* Cic.de Amicitia,71.
*Constricta ora frænis.* Senec. Hippol.10.18.
*Dolor contrahit ora.* Ouid.3. de Ponto,eleg.1.26.
*Conuertere os ad aliquem.* Vide Conuerto.
*Conuertere ora & oculos in aliquem.* Vide Conuerto.
*Conuertere ora uulgi.* Horat.2.epist.1.40.
*Clauso ore custodire uerba.* Senec. Agamemn.7.26.
*Blando ore dicere aliquid.* Ouid.13.Metam.113.
*Rauco ore dicere aliquid.* 5.Metam.120.
*Discutit ora saxo.* Ouid.4.Metam.104.
*Distorquere os.* Terent.Eunuch.4.4.3. *ubi Donatus, Os autẽ dicimus illũ distorquere, quẽ natura pulchrũ, deturpamus.*
*Finem dedit ore loquendi.* Virg.6.Aeneid.16.
*Dare ora capistris.* Virg.3.Georg.38.
*Sublime os homini datum.* Ouid.1.Metam.18.
*Domita ora frænis.* Senec.Hippol.10.3.
*Ducere os.* Cic. in Orator.47, *Vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere: sed illo, quo significãt ingenuè quo sensu quidq; pronuncient.*
*Tremẽte ore indignos sonos edidit.* Ouid. 3.Amor.eleg.5.14.
*Placido ore edere aliquid.* Virg.7. Aeneid.39.
*Efferre ora, Est erigere se, & uidendũ exhibere, ac ueluti ostentare.* Virg.5.Aeneid.74.
*Effatus est ore.* Virg.3.Aeneid.83. Ibidem,2.105.
*Eluere os.* Celsus lib.3.cap.4.
*Recto ore emittimus uoces.* Lucret. lib.4.112.
*Egregio magnum decus enitet ore.* Virg.4.Aeneid.30.
*Reluctanti ore it equus.* Ouid.3.Amor.eleg.4.3.
*Impurissimo ore orationem in absentem euomere.* Cic.53.Philippica,177.
*Exagitatâ ora frænis.* Silius lib.7.69.
*Excellens ore.* Silius lib.1.31.
*Vox excidit ore.* Virg.6.Aeneid.138.
*Verbum ecquod unquam ex ore huius excidit, unde quisquam posset offendi?* Cic. pro Sylla, 54.
*Mœsto excutit ore cibos.* Stat.5.Thebaid.121.
*Exibat ex ore eius nihil nõ cõsideratũ.* Cic. de claris Orat.144



Digitized by Google

*Exertare ora.* Virg. 3. Aeneid. 85.
*Toto ore expalluit.* Ouid. 4. Metam. 12. *Ibidem*, 6. 121.
*Sacrum os cælo extulit Lucifer.* Virg. 8. Aeneid. 199.
*Liuida facta ora digitis.* Ouid. epist. 19. 17.
*Mendaci ore fallere numen.* Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 9.
*Prono ore terram languidus ferit.* Senec. Herc. Oeth. 7. 18,
*Ferre ora.* Vide Fero.
*Ora ad ora ferre, Osculari aliquem.* Ouid. ad Liuiam, 28.
*Ferre se ore.* Virg. 4. Aeneid. 3, *Quem sese ore ferens?*
*Per ora hominũ ferri.* Plin. epist. 10. 4, *lib.* 2. *id est, in publicũ, in* (celebrationem.
*Flectere os in mœstitiam.* Tacit. lib. 3.
*Fœdare ora unguibus.* Virg. 4. Aeneid. 135.
*Olentia ora fouere re aliqua.* Virg. 2. Georg. 27.
*Mollia purpureis frænabas ora capistris.* Ouid. 10. Metã. 25.
*Cruento ore fremit leo.* Virg. 9. Aeneid. 69.
*Cuncti simul ore fremebant.* Virg. 1. Aeneid. 113.
*Virginis os habitumq; gerens.* Virg. 1. Aeneid. 64.
*Ediscere authorem aliquem, & eum semper in ore habere.* Cic. (89.
*Leptæ, lib.* 6. 18. 10.
*Arenti sitientes hausimus ore.* Ouid. 14. Metam. 56.
*Horrent sudoribus ora.* Claud. 3 Paneg. 50.
*Humectare ora lacrymis.* Lucret. lib. 1. 188.
*Imponere os alicui.* Ouid. 6. Metam. 59.
*Pallor albus ora inficit.* Horat. Epod. 7. 3.
*Rubor igneus inficit ora.* Lucan. lib. 5. 43.
*Inserunt in os infantibus omnia minima mansa.* Cic. 2. de Orat.
*Intonare ore.* Virg. 6. Aeneid. 122.
*Ora omnium & oculos intuemur.* Cic. pro Milone, 32.
*Inumbrare ora coronis.* Lucret. lib. 3. 187.
*Lacerare ora manu.* Silius lib. 8. 31.
*Lacerare incesto ore optimum uirum.* Vide Lacer, *adiectiuũ.*
*Diro ore lacessere aliquem.* Claud. 1. *in* Ruffinum, 72.
*Os alicui lædere.* Terent. Adelph. 5. 4. 10. Donatus, *Nulli lædere os, id est, nullum præsentem lædere.*
*Lauimus ora manuq;* Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 5.
*Halitum alicuius ore legere.* Virg. 4. Aeneid. 137.
*Linere ora luto.* Ouid. 3. Fast 152.
*Docta ora loqui.* Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 13.
*Locutus est ore.* Virg. 1. Aeneid. 124.
*Infido ore loqui.* Ouid. epist. 12. 15.
*Rotundo ore loqui.* Horat. de Arte, 66. *id est, perfecto.* Acron.
*Fletu madens os.* Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 3.
*Maledicere clarissimo uiro, ore fugitiuo.* Cic. pro Deiotaro, 19
*Magniloquo ore memorare aliquid.* Ouid. 8. Metam. 80.
*Mordere ore.* Stat. 12. Thebaid. 150.
*Floridulo ore nitens.* Catul. *in* Epithal. Iuliæ, epigram. 56. 39.
*Notare ora insanis manibus.* Propert. lib. 1. eleg. 6. 4.
*Inuita notauit ora rubor.* Ouid. 6. Metam. 10.
*Presso ore obmutuit.* Virg. 6. Aeneid. 31.
*Tenuia ora obnubit comis.* Stat. 6. Thebaid. 40.
*Spiritus oris obstruitur reluctanti.* Virg. 4. Georg. 60.
*Pallor occupat ora.* Virg. 4. Aeneid. 100.
*Os loquentis opprimere.* Ouid. 3. Metam. 60.
*Oppugnare os alicui.* Vide Oppugno.
*Pallentia ora miris modis.* Virg. 10. Aeneid. 165.
*Pendere ab ore narrantis.* Virg. 4. Aeneid. 16.
*Rugis perarauit anilibus ora.* Ouid. 14. Metam. 20.
*Percutere ora manu.* Ouid. 11. Metam. 137.
*Perfricare os.* Vide Perfrico.
*Pertorquere ora.* Lucret. lib. 2. 81.
*Peruncti fœcibus ora.* Horat. de Arte, 56.
*Pio ore poscere aliquid.* Virg. 6. Aeneid. 106.
*Spectanda ora præbere.* Silius lib. 17. 131.
*Os ad malè audiendum præbere.* Cic. Attico, *lib.* 1. 13. 8.

*Primaq; ferratis præfigunt ora capistris.* Virg. 3. Georg. 80. *de hœdis excretis, quos à matribus prohibent.*
*Pressare ora dentibus.* Lucret. lib. 4. 4. 223.
*Decorum os protulit luna.* Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 5.
*Virgineo profatur ore.* Stat. 4. Sylu. 3. 85.
*Prominere ore.* Horat. Epod. 5. 7.
*Pudibunda ora protegit frondibus.* Ouid. 3. Metam. 79.
*Arida ora quatit anhelitus.* Virg. 5. Aeneid. 40.
*Regere ora equi.* Ouid. 8. Metam. 7.
*Reiectans cruorem ore.* Virg. 5. Aeneid. 94.
*Relaxare ora fontibus.* Ouid. 1 Metam. 57.
*Luna relegit & retexit ora.* Stat. 5. Sylu. 3. 6.
*Dolor ora repressit.* Ouid. 6. Metam. 117.
*Grandæua ora resoluit pater.* Silius lib. 16. 121.
*Resoluit ora fatis.* Virg. 4. Georg. 91.
*Respondere alicuius orationi ore.* Cic. de clar. Orator. 88.
*Rigabat lacrymis multum atq; ora.* Virg. 9. Aeneid. 51.
*Pauido rogat ore.* Ouid. 1. Metam. 78.
*Ausus es hoc ex ore tuo me rogare?* Cic. Attico, lib. 6. 113 13.
*Profundo ore ruit immẽsus* Pindarus. Hor. 4. Carm. ode 2. 2.
*Comanti ore ruit.* Valer. 3. Argonaut. 28.
*Spumanti ore* Phasis *ruit in æquor.* Valer. 5. Argonaut. 36.
*Secare ora alicuius.* Stat. 1. Thebaid. 13.
*Serenare ora.* Stat. 2. Thebaid. 12.
*Soluere ora, Aperire ad loquendum.* Ouid. 1. Metam. 37.
*Magno ore sonare.* Virg. 3. Georg. 59.
*Magna sonaturum os.* Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 9.
*Spargere ora lacrymis.* Lucret. lib. 2. 195.
*Iucundum os oculosq; suauiabor.* Catull. ad Veranium, 9. 2.
*Sublimere os, pro eo quod est Dare uerba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud authores.* Nonius Marcellus *tractũ putat à ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur.* Plautus Aulul. 22. 2,

—*fidei censebam maximam multo fidem*
*Esse, ea sublẽuit os mihi penissumè.* Idem alibi,
*Os mihi probè sublitum est.* Marcus Varro *in Mysterijs apud* Nonium, *Aes defraudasse cauponam, bonam luto obliuisse, quum portitores æra induxêre.* Virgilius item *in Carmine Bucolico, pueros inducit per lusum, Sileni faciem mori succo oblinentes.* Erasmus.

*Candida ora misto rubore sublucent.* Ouid. epist. 20. 44.
*Sanguis suffuderat ora.* Silius lib 11. 44.
*Pulchra uerecundo suffundẽs ora rubore.* Ouid. 1. Metam. 98.
*Durissimo ore esse.* Cic. pro Quintio, 52.
*In ore alicuius esse.* Plaut. Asin. 5. 57.
*In desiderio ciuitatis, in ore, in sermone omniũ esse.* Cic. 10. Phi (lip. 279.
*In ore est omni populo, Fama est, rumor est.* Terent. Adelph. 1. 2. 13. Cic. de Amicitia, 2, *In eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore.*
*Tibi ualde solet in ore esse.* Cic. ad Atticum, *lib.* 6. 1 14. 12.
*In ore sunt omnium* Philosophorum, Cic. 2. de Finib. 108.
*In ore & sermone omnium esse.* Cic. 4. Verr. 39.
*Supinare ora.* Stat. 5. Thebaid. 43.
*Supinato ore lambit aera.* Stat. 5. Thebaid. 105.
*Temperare ora frænis.* Horat. 1. Carm. ode 8. 2.
*Tenebant ora intenti.* Virg. 2. Aeneid. 1.
*Tinctus os fletu.* Stat. 6. Thebaid. 77.
*Tonare ore.* Claud. 1. de raptu Proserp. 17.
*Celso ore tonat.* Claud. 2. de raptu Proserp. 27.
*Os alicui tradere, Deosculando amplecti, & multis uerbis aliquem laudare.* Cic. pro Roscio Amer. 86.
*Trahere auram ore.* Ouid. 2. Metam. 46.
*Trahere aliquid ore.* Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 7.
*Tument ora ira.* Ouid. 3. de Arte, 100.



Digitized by Google

Turbatum os fletibus. Silius lib. 13. 140.
Vacant epulis ora. Ouid. 15. Metam. 96.
Venire in ora hominum, est Celebrem fieri & notum, de quo omnes loquantur. Horat. 1. epist. 3. 2.
In ore uulgi & in communibus prouerbijs istius iniquitas uersatur. Cic. 3. Verr. 85.
Vertere ora huc & huc. Horat. Epod. 4. 2.
Vigent in ore illi. Cic. 1. Tuscul. 190. id est, memorantur.
Supremo ore uocare aliquem: id est, uoce suprema. Ouid. 8. Metamorph. 105.
Volitare per ora uirum, in ore esse omni populo. Virgilius 3. Georg. 2. Hæc sententia legitur & apud Ennium.
Vomit ore cruorem. Virgil. 3. Aeneid. 104.
Fero ore flammam uomit. Ouid. 5. Metam. 71.
Os, Audacia & temeritas. Terent. Phorm. 5. 8. 24.
Nam quo redibo ore ad eam quam contempserim? Cic. 6. Verr. 58, Os hominis, insignemq; impudentiam cognoscite. Idem Philipp. 5, Sed illud os, illam impuritatem. Ibidem, 11. 293, Audisset furentis introitum Dolabellæ, uocem impuram, atque os illud infame. Idem pro C. Rabirio Posthumo, 21, Quod habent os? quam audaciam? Vide Erasmum in Adagio, Perfricare frontem.
Ferreum os conuitio uerberare. Cic. in Pisonem, 50.
Os, præsentia. Salust. in Iugurth. Incedunt per ora uestra magnificè. Cic. in Pisonem, 40, Ego tamen, ut uideam hominis, expecto.
In ore alicuius, In conspectu. Tacit. lib. 19.
In ore atq; oculis omnium hæc gesta sunt. Cic. 4. Verr. 57.
Frequens erat ille Romæ, atq; in foro, & in ore omnium quotidie uersabatur. Cic. pro Rosc. Amer. 10.
In tuis oculis, in tuo ore, uultuq; acquiesco. Cic. pro Deiot. 2.
Ante ora. Vide Ante.
Ante ora patrum oppetere. Virg. 1. Aeneid. 20.
Os, non solùm de facie dicitur, sed etiam de tota specie quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet.
Lato dedit ore fenestram. Virg. 2. Aeneid. 97.
Vlceris os. Virg. 3. Georg. 91.
Sacculi os. Iuuenal. Satyr. 14. 14.
Vascula oris angusti. Quintil lib. 1. cap. 2. 19.
Rostrata ora nauium. Horat. Epod. 4. 4.
Os portus. Cic. 7. Verr. 24, Nam in ipso aditu atq; ore portus, ubi primùm ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur.
Ora, de æquore. Virg. 1. Aeneid. 50,
Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.
Septem discurrit in ora Nilus. Virg. 4. Georg. 58.
Discordia ora, id est, diuersæ linguæ, & idiomata. Virgilius 2. Aeneid. 85.
Os, de gallina. Plin. lib. 10. cap. 56. Ore rubicundo.
Os incultum, id est, facies inornata. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 3.
¶ Osculum, oscŭli, pen. corr. Diminutiuũ (στομάτιον) Paruum os. Ouid. lib. 1. Metam. 101,
—uidet oscula, quæ non Est uidisse satis. De Daphne.
Osculum (φίλημα) pro Basio etiam accipitur: quoniam basiando os coarctamus atq; minimus, & quasi ex ore osculum facimus. Cicero ad Atticum, lib. 12. 232. 1, Atq; utinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad osculum Atticæ possim currere.
Apta oscula. Ouid. epist. 21. 26.
Fida oscula. Stat. 3. Sylu. 2. 12.
Furialia oscula. Valer. 7. Argonaut. 52.
Niuale osculum. Vide Nix.
Pressa oscula. Ouid. epist. 2. 19.
Sororia oscula. Ouid. 4. Metam. 67. Ibidem, lib. 9. 109.
Suprema oscula. Ouid. 6. Metam. 56.
Accipere oscula. Ouid. epist. 21. 26.
Admouere oscula. Vide Admoueo.
Affigere oscula. Lucret. 4. 218.
Luctantia oscula carpere. Ouid. 4. Metam. 72.
Committere oscula linguæ. Ouid. epist. 21. 26.
Properata oscula raptim congerimus sine ordine. Ouidius epist. 17. 21.
Flagrantia ad oscula detorquere ceruicem. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.
Dispensare oscula per omnes. Ouid. 6. Metam. 56.
Diuidere oscula sodalibus. Horat. 1. Carm. ode 36. 2.
Dare osculum. Plin. lib. 14. cap. 13. 1.
Obuia oscula dare. Ouid. epist. 18. 34.
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro. Ouidius 11. Metam. 148.
Dare oscula manibus. Ouid. 2. Metam. 173.
Excipere aliquid risu & osculo. Quintil. lib. 1. cap. 2. 7.
Fatigare dextram osculis. Tacit. lib. 15. hoc est, dextram osculari.
Ferre oscula. Ouid. 2. de Arte, 65.
Figere oscula. Virg. 2. Aeneid. 98. Ouid. 3. Metam. 5.
Dulcia oscula figere. Virg. 1. Aeneid. 139.
Pauida oscula figens pedibus. Silius lib. 11. 67.
Trementia oscula figere. Lucan. lib. 2. 23.
Humectare oscula labris. Lucret. lib. 4. 240.
Infigere oscula alicui. Silius lib. 12. 148.
Impertire aliquem osculo. Vide Impertio.
Ingeminare oscula. Valer. 2. Argon. 34.
Ingerere osculum. Vide Ingero.
Interserit oscula medijs uerbis. Ouid. 10. Metam. 111.
Iungere oscula. Ouid. 2. Metam. 72.
Iungere oscula per longas moras. Ouid. epist. 2. 19.
Improba oscula iungere. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 5.
Oscula moderata iungere. Ouid. 2. Metam. 87.
Lambere frigida oscula. Stat. 2. Sylu. 1. 35.
Libare oscula. Virg. 1. Aeneid. 53.
Nexa oscula lingua. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 5.
Pangere osculum. Vide Pango.
Porrigere oscula alicui. Ouid. 3. Metam. 91.
Præripere oscula alicui. Lucret. lib. 3. 184.
Refugere oscula alicuius. Ouid. 1. Metam. 112.
Reuellere oscula. Stat. 3. Sylu. 2. 12.
Venire ad oscula alicuius. Ouid. 9. Metam. 78.
¶ Oscillum, oscilli (στομάτιδιον) Diminutiuum est à diminutiuo Osculum, sicut à tantulo Tantillum. Columella lib. 2. cap. 10. 2, Quoniam si humor inuasit, uermes gignit: qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest.
Oscilla, etiam sigilla sunt, & paruæ imagunculæ, quæ arte fictili fingebantur, & uænales proponebantur, quibus homines pro se atq; suis Saturno piacula faciebant, ut ait Macrobius, lib. 1. Saturnal. cap. 7. & 11.
¶ Oscillæ etiam dicebantur ἀλῶραι, id est, pensiles quædam gestationes, de arboribus suspensæ, in quibus homines per lusum iactabantur: atq; ea iactatio, oscillatio dicebatur. Nam homines eo genere lusus se iactantes, impositi transuerso tigno de arbore suspenso, alternis se mutuoq; subiectabãt deprimebantq;. Quod genus lusus per sex feriarũ Latinarum dies celebrare solebant, in memoriam imaginem uitæ humanæ, in qua altißima interdum in infima deijciuntur, infima in altum efferuntur & euehuntur. Ita memoriã redimgrantes initiò acceptæ uitæ, per oscillationem, motus cunarum: per lactatam potionem, qua tunc utebantur, lactis alimentum



Digitized by Google

mentum significabant. Nam lac Latinis ferijs adhibebatur & in sacrificijs. Cicero,

—Et læto mactasti lacte Latinas. Virgilius Oscillationem etiam Liberalibus, ut existimo, fieri dixit,

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu. Alij, pinu. In quo tamen φαλλὸν multi interpretantur. Nam & obscœnæ etiã partis simulachrum, oscillum uocari posse censent. Inde igitur per translationem, oscillum in ariete murali dixit Septimius Florens, quum scribit, In oscillum penduli impetus armatum: propterea quòd malo statuto, tãquam trutina, alter trãsuersus suspendebatur. Eodẽ modo de mundo ex axe pendente, in libro de Anima dixit, initium enim omnium commentatus animum, & uniuersitatis oscillum de illius axe suspendens. Verba sunt Turnebi.

¶ Oscillo, oscillas, oscillare, ab Oscillum fit, & significat Inclinare. Festus, Oscilla sancta dicuntur, quòd oscillent, id est. inclinent, præcipitesq; efferant oscillãtes. Seruius putat esse compositum ab Os, & Cilleo, cilles: quòd in hoc cillerentur, id est, mouerentur ora. nam cillere, mouere est. Plautus Amphit. 4.29.

—qui mihi aduenienti os oscillet probè. Id est, pugnis percutiendo.

¶ Osculor, penult. corr. oscularis, osculatus sum (φιλέω, καταφιλέω, κυνέω) osculari, Dare osculum. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 11. 4, Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam uerò osculatus.

Complecti aliquem, & osculari. Cic. in Somnio Scipionis, 10.

Filium mater oscula est. Cic. pro Muræna, 80.

Dormientem osculari. Cic. 1. Tuscul. 147.

Amplecti, in manibus habere, fouere, osculari aliquem. Cicero Lentulo, lib. 1. 9. 31.

Venerari & osculari. Cic. 6. Verr. 84, Quòd in precibus & gratulationibus non solùm id uenerari, uerumetiam id osculari solent. De simulacro Herculis.

¶ Osculatio, Verbale (φίλησις) Cicer. pro Cælio, 38, Non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, &c.

Seges osculationis. Catull. ad Iuuencium, epigram. 45. 2.

Os] ossis, n. g. (ὀστέων, ὀστοῦν, κῶλιξ) Cic. 2. de Natur. deorum, 209, Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum & ad omnem corporis actionem?

Albi ossibus scopuli. Virg. 5. Aeneid. 173.

Albis ossibus informis ager. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 4.

Asinina ossa. Vide Asinus.

Grandia ossa. Ouid. 9. Metam. 34. Virg. 1. Georg. 99.

Grauia ossa. Stat. 6. Thebaid. 169.

Immania ossa. Claud. 1. Paneg. 28.

Ingentia cubiti ossa. Ouid. 12. Metam. 69.

Inhumata ossa. Ouid. epist. 10. 25.

Magna ossa. Virg. 5. Aeneid. 85.

Obtrita ossa. Lucan. lib. 3. 131.

Pauxilla & minuta ossa. Lucret. lib. 1. 171.

Spacioſa ossa pectoris. Valer. 4. Argonaut. 49.

Tenera ossa. Virg. 4. Georg. 62. Stat. 5. Thebaid. 120.

Tetra ossa situ. Valer. 4. Argonaut. 37.

Verticulatum os. Cels. lib. 8. cap. 1.

Humanis ossibus albet humus. Ouid. 1. Fast. 112.

Amicta ossa pelle lurida. Horat. Epod. 17. 5.

Amputare ossa. Seneca Thyeste, 8. 29.

Asperare sagittas ossibus: hoc est, acuere, præfigere. Tacit. in libro de Germanis.

Astringi suis neruis ossa debent. Quintil. in Procem. lib. 1. 28.

Collapsa in se ossa minutatim morbo. Virg. 3. Georg. 97.

Concutit ossa metus. Ouid. epist. 3. 17.

Condere terræ ossa alicuius. Virg. 5. Aencid. 10.

Condita ossa peregrina ripa. Ouid. 2. Metam. 68.

Fractis condita confudit in ossibus ora. Ouid. 5. Metam. 12.

Ima per ossa cucurrit tremor. Virgil. 2. Aeneid. 24.

Dura per ossa gelidus cucurrit tremor. Virgil. 6. Aeneid. 11.

Detegere ossa. Quintil. in Procem. lib. 1. 18.

Discussa ossa oris. Ouid. 5. Metam. 59.

Disiecta ossa oris. Ouid. 12. Metam. 51.

Inodora ossa dare urnæ. Persius Satyr. 6. 4.

Exarsit iuueni dolor ossibus ingens. Virg. 5. Aeneid. 35.

Nodosa ossa frangere. Lucan. lib. 8. 131.

Hærere uix ossibus. Virg. 3. eclog. 21.

Ferrum hæsit ossibus. Ouid. 3. Metam. 15.

Hiantia ossa ruptis genis. Iuuenal. Satyr. 15. 6.

Cineri alicuius atq; ossibus dolorem inurere. Cic. 3. Verr. 79.

Lecta è uulneribus ossa, & uestes sanguine perfusas uidemus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 24.

Operienda sunt ossa corpore. Quintil. in Procem. lib. 1. 18.

Perfracta ossa trinodi claua. Ouid. epist. 4. 23.

Perfracta ossa saxo. Silius lib. 17. 98.

Quiescunt ossa molliter. Virg. 10. eclog. 7.

Calor ossa reliquit. Virg. 3. Aeneid. 62.

Pauor ossa reliquit. Virg. 3. Aeneid. 12.

Cineri atq; ossibus filij sui solatium ex calamitate tua uult reportare. Cic. 7. Verr. 100.

Reponere os. Cels. lib. 8. cap. 10.

Dura ossa sonant sub ictu. Valer. lib. 3. Argon. 30.

Tecta ossa sepulchro. Ouid. epist. 3. 21.

Traxit furorem per ossa. Virg. 4. Aeneid. 20.

Verenda ossa. Ouid. epist. 3. 21.

Ossa orationis. Vide Succus orationis, in Succus.

Ossa uocat Suetonius Putamina, in Claudio Cæsare, capite 8, Quoties post cibum obdormisceret, quòd ei ferè accidebat, olearum ac palmularum ossibus incessebatur.

¶ Ossiculum, ossiculi, pen. corr. Diminutiuum (ὀστάριον) Gellius lib. 6. cap. 1, Ratio subtilior & utilitas ipsa operis postulauit, ut tenuissimis, minutisq; ossiculis caput compingeret. Plin. lib. 11. cap. 37. 12, Omnium cerebro medio insunt ossicula parua.

¶ Ossiculatim, pen. prod. Aduerb. (κατ' ὀστάριον) Minutatim. Cæcilius Fallacia. Ossiculatim Parmenonem de uia liceat legant. Nonius.

¶ Osseus, Adiectiuum (ὀστινὸς, ὀστρυὸς) Quod est ex osse, Columella lib. 5. cap. 11. 3, Deinde cuneum tenuem, ferreum uel osseum, inter corticem & materiam, ne minus digitos tres, sed considerate demittito.

Forma ossea. Ouid. in Ibin, 30.

Genitalia ossea. Plin. lib. 11. cap. 49. 1.

Lapis osseus, Formam & ueluti substantiam ossis habens. Plinius lib. 36. cap. 18. 1.

Osseum lignum. Plin. lib. 13. cap. 4. 11.

Manus ossea Mauri. Iuuenal. Satyr. 5. 6.

¶ Ossifragus, pen. corr. Qui ossium fractura debilitat quempiam. Cassius Seuerus apud Senecam libro 6. Controuers.

¶ Ossuaria, ossuariæ (ὀστοδοχεῖον) Locus in quo reponuntur ossa defunctorum. Vlpianus in l. 2. de sepulchro uiolato, Celsus scribit statuam sic esse monumẽti, ut ossuariam. Haloander legit, ossaria: ut sit substantiuum, ossarium, ossarij.

Os leonis, Genus herbæ, florem faciẽs purpureum. Columella, Narcissiq; comas, & hiantis sæua leonis Ora feri.

Osasum] pro Odi. Plautus Amphitryone, Inimicos semper osasum obtuerier. Nonius.

Osan-

Digitized by Google

Oſanna] Hebraicè legitur Hoſian-na: id eſt, Saluum fac obſecro.

Oſca] ὄσκα, Ptolemæo lib.2.cap.6.Hiſpaniæ ciuitas, Iſca dicta. Vulgò Gueſca.

Oſcedo] Vide Oſcito.

Oſcella] ὀσκέλλα, Lepontinorum in Alpibus Scutijs urbs, authore Ptolemæo lib.3. cap.1.Hodie Secuſa.

Oſcen] Vide Oſcinis.

Oſcheum] ὄσχεον, Latini ſcrotum dicunt,id eſt, teſtiũ receptaculum. Celſus ubi de morbis tractat, qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent, Sinus, inquit, qui conſpicitur à nobis, ὄσχεον à Græcis dicitur: noſtri Scrotum uocant.

Oſci] ὄσκοι, Italiæ populi, in Campania, ſic, ut quibuſdam placet, ab oris fœditate dicti. Virg.lib.7.Aeneid.147,

Oſcorumq; manus, &c.

¶Oſcus, adiectiuum (ὄσκος) Cic. Mario, lib.7.1.10, Non enim te puto Græcos aut Oſcos ludos deſiderasſe, præſertim quũ Oſcos ludos uel in Senatu ueſtro ſpectare poſſis. Horat. 1. Serm. Satyr.5.11, — Meſſi clarum genus Oſci.

Tellus Oſca. Propert.lib. 4.eleg.2.13.

Oſca, Purgamenta & ſordes lanæ, per contumeliam & iniuriam ſummam Oſcorum Næuius appellauit, ut Varro interpretatur. Sic enim ſcribit lib.6.de ling. Latina, Quum ex ea carent, quòd in ea hæret, neq; eſt lana, quæ in Romulo Næuius appellat Oſca ab Oſcis. Scripturam ueterem interpolant multi, alijq; aliter euulgant: ſed hæc Turnebo magis probatur.

Oſcillum, Oſcillo] Vide Oſculum, in Os oris.

Oſcinis] huius oſcinis, pen.corr.om.gen. Auis auſpiciũ ore faciẽs, inq; Varro de ling.Lat.lib.5.Hor.3.Carm.ode 27.3,

Oſcinem coruũ prece ſuſcitabo Solis ab ortu. Cic.2. de Nat.deor. 239, Quanquam aues quaſdam & alites & oſcines, ut noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſa natas eſſe putamus. Alij declinant Oſcen, huius Oſcinis. Auſonius in Ternario,

Tres quorum ætates ſuperat Phœbeius oſcen. Hoc eſt, coruus, qui eſt in Apollinis tutela.

Tum à dextra, tum à ſiniſtra parte canunt oſcines. Cicero 1.de Diuin.196.

Oſcines Plin.lib.10.cap.19.uocat omnes aues quæ canunt. Ibidem, cap.29.4, Alia admiratio circa oſcines: ſæpè mutant colorem uocemq; tempore anni, ac repentè fiunt aliæ.

Oſcinum, oſcini, pen.corr. (οἰωνισμὸς) Auium augurium. Cic. 2.de Legib. 35, Idemq; fulgura atque oſcina pianto. Correctiora exemplaria legunt, obſtita.

Oſcito] oſcitas, pen.corr. (χασμάω) oſcitare, Os commouere, & os totum aperire, ut fit præ ſomno aut tædio. Gellius lib.4.ca.20, Et in iure ſtãs, clarè nimis et ſonorè oſcitauit.

Oſcitare, pro Aperire ſe, dixit Plinius lib.16.cap.24.1. Sed, omnium fòlia quotidie ad ſolem oſcitant, interiores partes tepefieri uiolentia.

¶Oſcitor, oſcitaris, Deponẽs (χασμῶμαι) Idem. Plautus Menæch.17.72,

Vt pandiculans oſcitatur.

Oſcitans, pen.corr. oſcitantis, Participium (χασμᾶμ) Cic.pro Milone, 42, Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Idẽ pro Cluẽtio, 56, Triſtem atq; oſcitantẽ leuiter impellit.

Oſcitans, Securum et nihil prouidentem aliquando ſignificat, authore Donato. Terent. And.1.2.10,

Sperantes iam amoto metu, interea oſcitantes opprimi.

Oſcitans & dormitans, ſapientia Scæuolarum. Cicero libro 2. de Orat.79.

Oſcitans Epicurus, Ocioſus & negligens. Cicero 1. de Naturâ deorum, 97.

Oſcitantes heſterna potatione. Quintil.lib.8.cap.3.

¶Oſcitanter, Aduerbium (χασμώντως) Negligenter. Cic. de claris Orat.152, Quum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſtò, & manu tenere diceret, tam ſolutè egiſſet, tam leniter, tam oſcitanter.

¶Oſcitatio, Verbale (χάσμη) Plin. lib.7.cap. 6.2, Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt. Idem lib.9.cap.7.3.

Oſcitatio (inquit Donatus) animi ocium & ſecuritas.

Oſcitationes Bruti, Libelli oſcitanter ſiue negligenter ſcripti. Statius 4.Sylu.9.4.

¶Oſcedo, pen.prod. oſcedinis, f.gen. (χασμῶδις) Vitium quo quis tenetur ut ſæpius oſcitet. Gellius libro 4. cap.20, Sed cum ille deierraſſet, inuitiſſimum ſeſe ac repugnantem oſcitatione uictũ, teneriq; eo uitio quod oſcedo appellatur: tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt.

Oſculatio, Oſculor, Oſculum] Vide Os, Oris.

O ſi] εἴθε, Aduerbium optandi. Vide O interiectionem.

Oſim] pro Auſim, Comicorũ more. Cic. Attic.lib.2. epiſt.4.

Oſiris] pen.prod. (ὄσιρις) huius Oſiris uel Oſiridis, fuit Iouis filius ex Niobe Phoronei filia, ſucceſſitq; Phoroneo in regnum Argiuorum. Aegialum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretauit, gloriæ deſiderio. Quos cum ſubegiſſet, Iſidem (quæ & Io uocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit uxorem. Vbi quum illa literas, Oſiris uarias artes Aegyptios docuiſſet, uterq; diuinos honores meruerũt. Tãdẽ à Sityphone Aegyptio, uel (ut Seruius ait) à Typhone fratre clàm occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt. Tandem apud Phialam iuxta Syenen laceratus cõpertus eſt. In inſula Abato. in palude iuxta Memphim ſepeliri eũ Iſis curauit: & paludẽ, Stygẽ, id eſt, mœrorẽ appellauit, nec niſi certis diebus & mitratos eò accedere uoluit. Sed quum apparuiſſet Aegyptijs deinde bos quidam, Oſirim putarunt, adoraueruntq; ut deum, & uocauerunt Apim, id eſt, bouem, eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. Tibullus lib.1.eleg.7.6,

Te canit, atq; ſuum pubes miratur Oſirim

Barba Memphitem plangere docta bouem. Martial. lib.9.31,

Nec quæ turba Serapin amat. Euſebius lib. de Præpar. Euang. Aegyptios ferũt primos omnium motum ordinemq; cæleſtium corporum admiratos, Solem & Lunam deos putaſſe, ac Solem quidem Oſirim, Lunam Iſim nuncupaſſe, à proprietate quadam inditis ipſis nominibus. Nam, ſi quis ad Latinã linguam uerba transferat, multiòculus Oſiris dici poteſt. Neq; id ab re. Radijs enim ſuis quaſi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perſpicit, ut etiã poeta dicit,

Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Quamuis nonnulli Græcorum poetæ Dionyſium eſſe Oſirim confingant. Iſim uerò, Priſcam Latinè dicere poſſumus, Lunæ hoc nomine indito, quoniam ſempiterna priſcaq; ſit. Cui cornua depingunt, uel quia quũminor eſt, cornuta uideatur: uel quòd bos ei apud Aegyptios ſit dedicata. Ferũt Oſirim apud Aegyptios hauſtum, uiniq; uſum comperiſſe, & multas alias res neceſſarias, ut innuit Tibullus lib.1.ele.7.7;

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris, &c.

Sanctus Oſiris. Horat.epiſt.1.18.12.

¶Oſiris, Herba eſt, ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in ijs fòlia nigra ceu lini, ſemenq; in ramulis nigrum initiò, deinde colore mutato rubeſcens. Verba ſunt Plinij lib.27. cap.12. Vulgus Herbariorum uocat Linariam.

Oſirites] pen.prod. ac Aegyptijs dicuntur herba quam cynocephaliam, hoc eſt, canis caput uocant, quòd canino capiti ſit ſimilis. Tradunt, ſiquis eam totam eruat ſtatim mori. Sipontinus. Plinius lib.30.cap.2.

Osisimij] Populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligerim amnem. Plin lib. 4. cap. 18 Cæsar Osisinos uocat.

Osismij] Apud Melam lib. 3. cap. 2, populi sunt Britanniæ minoris, quos nunc Britones uocant, apud promontorium illud, cui uulgò nomen Sanctus Matthæus.

Osonoba] Vide Ossonba.

Osor] Vide Odi.

Osquidates] Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plinium lib. 4. cap. 15.

Ossa] ὄσσα, mons est, teste Solino, in finibus Thessaliæ Centaurorum stabulum, cum tanta pinorum copia, ut inflexione atque reflexione ramorum tonitrua referantur. Lucanus lib. 1. 79, Ossa pinifera.

Arctoa. Stat. 3. Theb. 64.

Frondens. Stat. 8. Theb. 16.

Glacialis. Claud. 1. Paneg. 3.

Niualis. Claud. 2. in Ruffin. 37.

¶ Ossæus, Adiectiuum (ὀσσαῖος) Lucan. lib. 6. 66,

Attollit Titan, rupes Ossæa coercet.

Auia Ossæa. Stat. 2. Achill. 82.

Vrsa Ossea. Ouid. 12. Metam. 64.

Bimembres Ossæi, Centauri qui Ossam accolebant. Statius 12. Thebaid. 111.

Osseus, Osiculum] Vide Os ossis.

Ossifraga] ossifragæ: uel Ossifragus, ossifragi, pen. cor. (φήνη) Aquilæ genus, ab ossibus frangendis dictæ. Plin. lib. 30. cap. 7. 5, Ossifragi uenter arefactus & potus, ijs qui cibos non conficiunt utilissimus.

Ossigetania] Regio Hispaniæ, Bæticæ uicina, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 1.

Ossonoba] ὀσσόνοβα, Lusitaniæ ciuitas, teste Ptolemæo libro 2. cap. 5. alio nomine Siluera.

Ostendo] ostendis, ostendi, ostensum & ostentum (δείκνυμι, δεικνύω, ἐπιδείκνυμι, κατοδείκνυμι, προσκιδεικνύω, ὑποφαίνω, φαίνω) ostendere, Demonstrare. Ab Os & Tendo compositum est. Os autem pro facie sæpe ponitur, quæ pro toto corpore non solùm hominis, sed etiam cuiuslibet rei specie sumitur. Ostendere igitur, est speciem siue faciem rei monstrare: quia tendere os, hoc est, extendere solemus in id quod uolumus demonstrare. Terent. in Eunuch. 5. 3. 5,

Iámne ostendisti signa nutricis? Virg. 6. Aeneid. 174,

Ostendent terris hūc tantùm fata, neq; ultrà

Esse sinent.

Ostendere & declarare. Cic. pro Cecinna, 8.

Demonstrare & ostendere. Cic. Attic. lib. 1. 1. 8.

Ostendere, & patefacere. Cic. de Aruisp. resp. 21.

Proponere & ostendere. Cic. 2. de lege Agrar. 21.

De his primùm partibus ostendendum est, deinde, &c. Author ad Heren. lib. 2. 56.

Ostenditur nobis id quod quærebamus, inquit Donatus. Terentius Hecyra, 4. 4. 5,

—opportunè te mihi

Phidippe in ipso tempore ostendis.

Apertè ostēdit quod habet uenale. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 17.

Coràm ostendere aliquid alicui. Virg. 8. Aeneid. 144.

Digitis ostendere. Ouid. 2. de Arte, 126.

Bellum ostendere. Liu. 1. ab Vrbe, 1. 47.

Bellum indicere & ostendere. Liu. 2. ab Vrbe, 192.

Iter ad ingenij lumen ostendere. Quint. in Proœm. lib. 1. 6.

Ostendere de excelso locum aliquem. Cic. in Somnio Scip. 5.

Lumen animi, ingenij, consilijq; tui hìc oportet ostendas. Cic. in Somnio Scipionis, 6.

Metum ostendere. Cic. 6. Verr. 66.

Mores alicuius ostendere. Terent. Eunuch. 5. 9. 59.

Ostendere & offerre os suū. Cic. pro Rosc. Amer. 53.

Os suum populo ostendere. Cic. 3. Ver. 1.

Peccata in re aliqua ostēdere, p Peccare. Terēt. Heaut. 4. 1. 21,

Tot peccata in hac re ostendis.

Ostendere aliquē peccare in re aliqua. Terēt. Adelph. 1. 2. 44,

Te plura in hac re peccare ostendam.

Potestatem suam in aliquo ostendere. Terent. Eunuch. 5. 9. 3.

Quàm simus callidi ostendere. Terent. And. 1. 2. 27.

Qui simus ostendamus. Cic. 4. Acad. 175.

Se, siue animum suum ostendere. Plaut. Capt. 5. 48,

Quoniā nobis dij immortales animum ostenderunt suū

Et Trucul 8. 61,

—ostendit mihì iam sese medullitùs, se infidelem nunquam dum uiuat, fore. Cic. de Amic. 80, In qua nisi (ut dicitur) apertum pectus uideas, tuumq; ostendas.

Se optimè ostendere: id est, optimè se gerere. Cic. ad Q. fratrē, libro 1. 2. 26.

Se uirum ostendere. Terent. Eunuch. 2. 3. 15.

Se palàm ostendere, pro Apparere. Cic. de Vniuers. 56.

Se ægrè pati ostendere. Terent. Adelph. 1. 2. 62.

Sententiam suam ostendere. Terent. Heaut. 2. 1. 7.

Spem ostendere. Terent. Phorm. 5. 4. 7,

—neq; me domū nūc reciperē, ni mihi esset spes ostensa

Huiusce habendæ. Cic. pro Rosc. Amer. 65, Hisce insidioſè spem falsam ostendere.

Ostendit se spes alicunde. Liu. 6. bel. Pun. 190.

Ostendere, non est tantùm, id quod in consuetudine frequenter significat, demonstrare: sed quod uerbi potius compositio præ se fert, obtendere & opponere interdum. Cuius significationis testimonium apud Ciceronem, in Verrem, in prōptu occurrit, Sed quædam mihi magnifica & præclara eius defensio ostenditur. Annotauit Turnebus.

¶ Ostensus, Partic. (δεδειγμένος) ut, Cædes ostensa Sylle. Lucan. lib. 2. 39.

¶ Ostētus, ἐπιδειχθείς. Participaliter. Festus. Pacuuius, In ipso tempore ostentum senem. Cato cap. 6. 2, Ager oleto consecrando qui in uentum Fauonium spectabit & Soli ostentus erit, alius bonus nullus erit.

¶ Ostentus, huius ostentus (χλεύη) Irrisio. Sallust. in Iugurtha, Sed quoniam eo natus sum, ut Iugurthæ scelerum ostentui essem. Ibidem, Itaq; munito agmine incedere latè explorare omnia: illa deditionis signa ostentui esse, credere. id est, in speciem esse ficta, inquit Budæus.

Mittere aliquem ostentui. Tacit. lib. 19.

¶ Ostento, ostentas (ἐπιδείκνυμι, κομπάζω, ἀλαζονεύομαι) ostentare. Frequentatiuum ab Ostentum supino formatum, significat Sæpe ostendere. Tacit. lib. 19, Mox uelamenta & infulas pro muris ostentant.

Moliri obscurè aliquid, & Ostentare, contraria. Cicero 2. de lege Agrar. 25.

Ostendere & ostentare. Cic. Planco, lib. 10. 3. 10.

Ostentare uerbis & reuera facere, contraria. Cicer. 2. de lege Agrar. 25.

Cædem ex altera parte belli exitus ostentat, ex altera seruitutem. Cic. Planco, lib. 4. 14. 4,

Ostentare iugulum pro capite alterius: hoc est, Exponere se periculo uitæ. Cic. ad Attic. lib. 1. 11. 7. Vide Iugulus.

Mœnia maxima ostentat. Virgil. 3. Aeneid. 141.

Opes Sidonias ostentat Dido. Virg. 4. Aeneid. 15.

Periculū ostētare capitis, pro Minari mortē. Cic. pro Cluēt. 18.

Spem ostentare. Cic. pro Cluent. 15.

Ostentare, Sæpe ostendere, gloriandi causa, inquit Festus. Terent. Eunucho, 3. 2. 30,

—neque pugnas narrat, neque cicatrices suas

Ostentat. Cic. pro Cælio, In alijs rebus se ostentent,

Vendi-

Digitized by Google

Venditare & ostentare. Author ad Herennium, lib. 2. 86.
Labores suos ostentare. Claud. 3. Pan. 3.
Vires ostentare superbas. Stat. 6. Thebaid. 130.
Iactare se & ostentare. Author ad Heren. lib. 4. 177.
Se ostentare. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 7.
Præ se ferre cæteris, & ostentare. Cic. Attic. lib. 2. 38. 3.
¶ Ostentans, Partic. (ἐπιδεικνύμενος) ut, Frontem albam equus arduus ostentat. Virg. 5. Aen. 114.
¶ Ostentans, pen. prod. Partic. (προεπιδεικνύμενος) Terent. Eunuch. 3. 5. 57,
—an ego occasionem
Mihi ostentatã tam breuẽ, tam optatam, tam insperatam Amitterem?
Promissa liberalitate alicuius & ostentata pecunia. Cicer. pro Rosc. Comœdo, 9.
¶ Ostentator, pen. prod. ostentatoris, Verbale (κομπαστὴς, ἀλαζὼν) Iactator. Plaut. Curcul. 9. 15.
—in medio propter canalem, ibi ostentatores meri,
Confidẽtes, garruliq; & maleuoli. Liu. 1. ab Vrbe, 43,
Ostentator factorum.
Pecuniosus ostentator. Author ad Herenn. lib. 4. 230.
¶ Ostentatio, ostentationis, Verbale (ἀλαζονεία) Iactãtia Cic. 4. de Fin. 111, Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Cæsar 1. bell. Ciuil. 14, Ostentatio sui.
Ingenio ostentationis uitanda est suspicio. Cic. 2. de Orat. 183.
Venditatio quædam & ostentatio. Cic. de Amic. 72.
Ostentatio & gloria. Cic. pro Rab. Posthum. 23.
Ostentatio & Veritas, contraria. Cic. 2. de Finib. 124, Aut etiã ut uestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus ueritas occultetur. Idem 1. de lege Agrar. 14.
Ostentatio & Voluntas, contraria. Cic. 1. Offic. 68.
Scientiæ ostentationem, disciplinam suam philosophus animo & uita constitutus, ut ratio postulat, non putat, sed legem uitæ. Cic. 2. Tusc. 17.
Simulatione, & insani ostentatione, & ficto non modò sermone, sed etiam uultu, stabilem se gloriam consequi posse si quirentur, uehementer errant. Cic. 2. Offic. 61.
Magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. Cic. pro Flacco, 41.
Declamatoria ostentatio. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.
Gloriosa ostentatio. Cic. 4. de Finib. 111.
Insolens ostentatio. Vide Insolens.
Popularis ostentatio. Cic. 1. de lege Agrar. 14.
Scenica ostentatio. Quintil. lib. 2. cap 10. 6.
Adduci ostentatione. Vide Adduco.
Componi ostentationi. Quint. lib. 3. cap. 7. 4.
¶ Ostentum, ostenti (τέρας) id est, Portentũ: quòd statim futurum aliquid ostendat, ut Cometæ, tonitrua, die sereno. Cic. 2. de Nat. deor. 10, Prædictiones uerò & præsentiones rerum futurarum quid aliud declarãt, nisi hominibus ea quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prædici: ex quo illa, ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur?
Ostenta accipiuntur etiam in bonã partẽ. Suet. in Vesp. cap. 5, Iam pridem sibi per hæc ostenta conceptam in spem imperij uenit. hoc est, per hæc indicia.
Ostentum Labeo definit (ut inquit Vlpianus in l. ostentum. ff. de uerb. & rerum signific.) omne contra naturam cuiusq; rei genitum factumq;. Duo autem genera sunt ostentorum. Vnũ, quoties quid cõtra naturam nascitur: tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est. Alterum, quum quid prodigiosum uidetur, quomodo Græci φάσματα uocant.
Grauissimum ostentum huic oraculo nunciatũ. Cicero de Aruspic. respon. 8.
Admonemur multa ostentis. Vide Admonco.
Facere ostenta. Cælius Ciceroni, lib. 8. 14. 10, Scis Appiũ Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis.
Portendere malorum periculorum metus ex ostentis. Cic. 6. Verr. 97.
Osteodes] ὀστώδης, Insulæ sunt Siciliæ adiacentes ab ea parte, qua Africam spectat. Author Plin. lib. 3. cap. 8.
Ostia] ὠστία, urbs in ostijs Tyberis sita, ab Anco Martio condita, ut scribit Liuius, in ipso maris flaminisq; confinio, ut totius mundi opes illo ueluti maritimo urbis hospitio reciperentur. Ab hac,
¶ Ostienses, ὠστιάται, dicti, & Ostiensis ager. Ptolemæo lib. 3. cap. 1, ciuitas & portus Romæ. Scribitur & Hostia.
¶ Ostiensis, ὠστιανὰ, porta Romæ, eo quòd Ostiam uersus ducat. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.
Ostigo] huius ostiginis, fœ. g. (λαχλὼ) aliàs Mentigo dicitur. Videtur in agnis & hœdis id fermè malum esse, quod in hominibus mentagram appellant. Colum. lib. 7. cap. 5. 17, Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem uocãt, mortifera lactentibus.
Ostium] huius ostij (θύρα, θύριθρον) Notæ significationis. Terent. Eunuch. 4. 6. 25,
Tu abi, atq; ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum.
Ostium, ab obstando quidam deducunt, quòd eo arcemur ingressu. Quidam ab os, oris, quòd sit idem per quod ingredimur uel domum, uel quencunq; alium locum. Alij à Græco ὀστέον, quod est repellere. Vnde ratio exigit, ut sine aspiratione scribatur: licet nonnullorum usus cum suis deriuatis aspiret.
Ostium & limen carceris. Cic. 5. Tusc. 19.
Bellissimum & taciturnissimum ostium. Vide Bellus.
Recluſa ostia. Lucret. lib. 3. 74.
Auscultare ab ostio. Vide Auſculto.
Aperto ostio dormire. Cic. pro Rosc. Amer. 39.
Obdere ostio pessulum. Vide Obdo.
Ingentia ostia domus patuêre. Virg. 6. Aeneid. 17.
Pernoctare ad ostium carceris. Vide Pernocto.
Pulsare ostium. Vide Pulſo.
Ab ostio quærere aliquem. Cic. 2. de Orat. 153.
Ostia (ἐκβολαὶ) ostiorum, tantùm pluraliter, Fluuiorũ patentes aditus, per quos in mare exonerantur. Virg. 1. Aen. 4.
—Italiam contrà, Tyberinaq; longè Ostia.
Ostium, pro Ingressu portus marini. Virg. 1. Aen. 81,
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia uelo.
Introitus atq; ostium portus. Cic. 7. Ver. 67.
Flaminis ostium. Cic. 2. Philip. 48.
Oceani ostium. Cic. pro lege Manilia, 23.
Alta ostia Ditis. Virg. 4. Georg. 94.
Sacra ostia Inferni. Virg. 6. Aeneid. 22.
Turbida ostia Tartareæ portæ. Sil. lib. 13. 85.
Puluerulenta ostia. Ouid. 2. Metam. 52.
Recta ostia uiarum. Lucret. lib. 4. 19.
Opilare ostia. Lucret. lib. 6. 146.
¶ Ostiolum, ostioli, pen. cor. Diminut. (θυρίδιον) Colum. lib. 8. cap. 14. 1, Quas singulas satis est habere quoquo uersus pedes ternos, & aditus singulis firmis ostiolis munitos. Plin. lib. 19. cap. 8. 2, Ostiola olitoria. Vide Olus.
¶ Ostiatim, pen. prod. Aduerb. (κατὰ θύριθρον) Per singula ostia. Quintil. Hæc sectenda singula, & uelut ostiatim pulsanda. Cic. 6. Verr. 47, Qui prætereiens, lectica pauliſper depoſita, non per præstigia, sed palàm per poteſtatem, uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit?
Eleganter, nec sine prouerbij specie, M. Tullius dixit Ostiatim



Digitized by Google

pro singulatim, siue nominatim: ut 6. Verr. 42, Hic nolite expectare dum ego hoc crimen agam ostiatim: ab Aeschylo Tindaritano istum pateram abstulisse, à Thrasone item Tindaritano patellam, à Nymphodoro Agrigentino thuribulum.

¶ Ostiarius, ostiarij, n. g. Tributum in singula domorum ostia imperatum: ut Columnarium, in singulas columnas. Cæsar lib. 3. bell. Ciuil. Interim acerbissimè imperatæ pecuniæ tota prouincia exigebantur: multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur. In capita singula seruorũ ac liberorum tributum imponebatur: Columnaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, torméta, uecturæ imperabãtur.

¶ Ostiarius, ostiarij (θυρωρὸς) Ostij custos. Plin. lib. 12. cap. 14. 12, Præter hos & custodes, satellitesq; et ostiarij & ministri populantur.

Ostracias] siue Ostracites, pen. prod. (ὀστρακίας) Est testacea durior, altera achatæ similis, nisi quòd achates pollitura pingueſcit: duriori tanta ineſt uis, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis eius. Ostraciti ostrea nomen & similitudinẽ dedere. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10. 35. Idẽ lib. 36. cap. 19. 2, Ostracitæ similitudinem testæ habent. Vsus eorũ pro pumice ad læuigandam cutem.

Ostracina] Suffragia, Athenienſium dicebantur, quòd ea in figulinis scribi solebant, ut latius est uidere in dictione sequenti.

Ostraciſmus] ὀστρακισμὸς, Relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus quæ populari ſtatu regebantur, eos qui superexcellere uidebantur, uel propter diuitias, uel propter amicos, alienámue potentiam, extra ciuitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Aristoteles tertio Politicorũ. Athenienſes uerò exilio decennali multare consueuerãt potentes nimis, et excellentes gloria uiros. Et hoc exilij genus, ostraciſmũ appellauerunt: quì repertus est, non ad castigandam improbitatẽ, sed ad potentiam moderandam. Ostraciſmus aũt ab ostraco, id est, calculo, siue testula nomẽ sortitus est, qui in hunc modum Athenis peragebatur. Ostraci uiritim in consilio dabantur, in quibus quisq; nomen illius perscribebant, quẽ urbe cedere uoluisset. Magistratus uerò qui huic negocio præerant, uniuersos simul calculos recẽsebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esse iudicabatur. Vbi uerò ultimus numerus repertus fuisset, eum decem annos exilio afficiebant. Hoc ostraciſmo Themistocles, Cimon, & Aristides, multati fuere. Hoc Latini, testularum exilium uocant.

Ostracium] ostracij (ὄστρακον) Latinè testa dicitur, Græcè ὀστράκινον. Vnde testaceum pauimentũ, uulgò nũc ostracum uocant.

Ostracium, pro onyche. Plin. lib. 32. cap. 10. 19, Inuenio apud quosdam ostracium uocari, quod aliqui onychen uocant.

Ostrea] ostreæ: uel Ostreũ Ostrei (ὄστρεον, λιμνόστρεον) Quæ asperam, scabramq; testam habet. Quamuis generaliter ostrea quoq; conchæ dicantur. Item, quæ ex uno tantũ latere testam habent, altero scopulis aut lapidibus, alteriue materiæ adhærent. Nam testæ ipsæ duriores propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlearũ. Hæc Sipontinus. Cic. 2. de Diuin. 49, Ostreisq; & conchylijs omnibus cõtingere, ut cum luna pariter crescant pariterq; decrescant. Gell. lib. 20. cap. 7, Ostreæ quum appositæ fuissent, & multæ quidẽ, sed inhubores, macræq; essent, Luna, inquit Annianus, nunc uidelicet senescit: ea re ostrea quoque sicuti alia quædam tenuia, exuctaq; sunt.

Inanes ostreæ. Vide Inanis.

Ostreũ, n. g. Plin. lib. 32. cap. 6. 1, Peculiariter uerò cõtra leporis marini uenena et ostrea aduersantur. Inuen. Satyr. 6. 31,

Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet.

Ostrea Circeis, Miseno oriũtur echini. Hor. 2. Ser. Satyr. 4. 7

Abstinere ostreis & murænis. Vide Abstineo.

¶ Ostreatus, pen. prod. Adiect. (ὀστρακώδης) pro Duro atque aspero ponitur. Plaut. Pœn. 4. 174,

—itaq; iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito
Propter amorem uestrum.

¶ Ostrearius, aliud adiect. ut, Ostrearius panis, Quo ueteres cum ostreis uesci solebant. Plin. lib. 18. cap. 11. 3.

¶ Ostreariæ, ostrearium (ὀστρεοτροφεῖα) Vbi ostreæ niuant & reperiuntur. Plin. lib. 9. cap. 51. 3, Nuper compertũ in ostrearijs, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

Ostrum] ostri (ὄστρου) Muricis siue conchylij ac purpuræ liquor, succus & color, unde pro ipso purpureo colore ponitur. Ostrum dictum, quòd ex concharum marinarum testis eximatur. Hic liquor, temperatura artificis adhibita, ferè purpureus fit, hoc est, in uiolaceum tendens. Virgil. 2. Georg. 102,

Vt gemma bibat, & sarrano dormiat ostro. Idem 1. Aeneid. 141,

—stratoq; super discumbitur ostro. Id est, purpura: ut ait Seruius.

Insignis ostro sonipes. Virg. 4. Aeneid. 27.
Coruscum ostrum. Claud. 5. Paneg. 52.
Puerile. Stat. 5. Sylu. 2. 14.
Puniceum. Senec. Medea, 2. 9.
Rubens. Lucret. lib. 2. 7.
Sanguineum. Virg. 12. Aeneid. 14.
Sidonium. Horat. 1. epist. 10. 6.
Tyrium. Virg. 3. Georg. 4.
Ductores fulgent decori ostro. Virg. 5. Aeneid. 27.
Pœnis ostris fulget purpura. Propert. lib. 4. eleg. 3. 11.
Instrati ostro alipedes. Virg. 7. Aeneid. 56.
Superbo ostro laboratæ uestes. Virg. 1. Aeneid. 129.
Iliacum nostrum nitet lectus. Seneca Medea, 10. 3.
Vestes perfusæ ostro. Virg. 5. Aeneid. 23.
Celso in ostro reponit illum. Valer. 3. Argon. 68.
Vestes ostroq; auroq; rigentes. Virg. 11. Aeneid. 15.
Velare humeros ostro. Virgil. 7. Aeneid. 163.

¶ Ostrinus, pen. prod. Adiect. (ὀστρεῖνος) Ostrinæ uestes dicuntur purpureæ & subrubeæ, authore Nonio. Turpilius, Interea aspexit uirginẽ gestantem in capite ridiculam indutam ostrinam.

Colores ostrini. Propert. lib. 3 eleg. 13. 2.
Totus ostrinus. Propert. lib. 1. eleg. 13. 4.
Tunica ostrina. Propert. lib. 2. eleg. 30. 6.

¶ Ostrifer, penult. cor. Adiectiuum (ὀστροφόρος) Quod ostrum producit. Virgil. 1. Georg. 42,

Pontus & ostrifera fauces tentantur Abydi.

Geraſtus ostrifer. Valer. Argon. 93.

¶ Ostrogothi, pen. corr. (ὀστρογόθοι) dicuntur Gothi qui Orientem uersus habitant. Claud. 2. in Eutrop. 31,

—Ostrogothis colitur, mistisq; Britannis Phryx ager.

Ostrya] uel ostrys, uocatur arbor quæ solitaria naſcitur, circa saxa aquosa, similis fraxino, cortice & ramis, folio pyri, paulo tamen craſsioribus longioribusq; ac rigosis inciſuris, materia dura atq; firma: qua in domum illata difficilis partus fieri, mortesq; miseras ueterum superſtitio existimauit. Plin. lib. 13. cap. 21.

Ostum] Vide Hostum.

Osus] Vide Odio, odis.

O T

Otanes] pen. prod. Persa nobilis, unus ex his qui cũ Dario [illegible] coniurarẽt, apud Herodotũ lib. 3. et Iustinũ lib. 1.

Othone]

Digitized by Google

Othone] Herba in Syria naſcitur, ſimilis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci, quare quidam anemonen uocauerunt. Plin.lib.27.cap.12.

Othonæ] ὀθόνια, Apud Homerum lib.3. Iliad. loquentem de Helena, αὐτικὰ δ' ἀργυφέῃσι καλυψαμένη ὀθόνῃσι. Hoc eſt, Confeſtim autem ſplendidis amicta othonis. In quo loco Didymus interpres dicit, Othonas ex lino contextas eſſe, alij ex lana, quibus aſſentitur Pollux. Ego Didymus magis crediderim, quando D.Ioannes cap.19 ſcribit corpus Chriſti obligatum fuiſſe othonijs, cum aromatibus, id eſt, linteis, ut uertunt interpretes. Cæteri autẽ Euangeliſtæ, quod othonijs dixit Ioannes, Sindone dicunt, quam inter linea ueſtimenta poſuit Pollux. Vide Cælium Rhodig.lib.16.cap.10.

Othryades] pen.corr. (ὠθρυάδης) Spartiata fuit, qui quum inter Argiuos & Spartiatas conueniſſet, ut trecenti utrimq; delecti de agro Tyreate inter ſe decernerent, & utri ſuperiores extitiſſent, eorum regio foret: unus hic tantum uictor è Spartiatis ſuperfluit. Quum duo qui ex Argiuis reliqui erant, fugiſſent, caſtris ſuorũ relictis, aiunt Othryadem, ſpoliatis prius hoſtiũ corporibus, et ad ſua caſtra relatis armis: deinde in ſanguine ſuo, Vici, conſcripto, quũ puderet Spartam reuerti ob ſocios interfectos, ſibi mortem cõſciuiſſe. Authores, Valer.lib.3.cap.2. Plutarchus, & Ouid. in Faſtis.

Othrys] ὄθρυς, mons Theſſaliæ, ſedes olim Lapitharum. Lucan.lib.6.68, Solſtitiale caput ne moroſus ſummouet Othrys.

Niualis Othrys. Stat.3. Thebaid.64.

Nubilus Othrys. Stat.1. Achill.48.

Piniger Othrys. Valer.6. Argon.79.

¶ Othryſius, Adiect. (ὀθρύσιος) ut, Hebrus Othryſius. Claud. 6. Paneg.30.

Oræ Othryſiæ. Claud.1. in Ruffinum, 36.

Othus] gigas. Vide Aloeus.

Otia] Piſcis eſt marin⁹, ex genere oſtrearũ. Plin.li 32.ca.ult.

Otis] otidis, pen. corr. (ὠτὶς) Auicula. Plin.lib.10.cap.23.9, Otis bubone minor eſt, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, unde & nomen illi: quidam Latinè aſionem uocant: imitatrix aliàs auis ac paraſita, & quodam genere, ſaltatrix. Ibidem, cap.22.6.

Otium] otij (σχολὴ, ῥᾳθυμία, ἀπραγμοσύνη, ἡσυχία) Vacatio à labore. Cic. pro Cn. Plancio, 54, Etenim M. Catonis illud quod in principio ſcripſit Originum ſuarum, ſemper magnificum & præclarum putaui, clarorum uirorum atq; magnorum, nõ minus otij quàm negotij rationem extare oportere. Terent. Adelph.3.3.65, Non hercle otium eſt nunc mihi auſcultandi. Et Eunucho, 2.2.34, Viden' otium & cibus quid jáciat alienus?

Otium rei. Plaut. Milite, 10.168, Atq; otium rei ſi ſit, poſſum expromere.

Otij plurimi res. Cic. ad Attic. lib.4.85.

Otium & Labor, contraria. Quintil. lib.7.cap.3.

Otium & Negotium, etiam contraria. Vide in principio huius dictionis, ex Cicerone exemplum.

Otium ac facultas diſcendi. Cic.1. de Orat.48.

Requies & otiũ. Cic.1. de Orat.113, Philoſophorũ autẽ libros reſeruet ſibi huiuſmodi Tuſculani requiem atq; otium.

Fructus otij eſt, non contentio animi, ſed relaxatio. Cicer. 2. de Oratore, 13.

Otium ab re. Cic. ad Attic. lib.12.236.3, Tantúmne ab re tua eſt otij tibi, ut etiam oratorẽ legas? Gell.lib.5.cap.21, Nunc mihi à magnis ſerijſq; rebus otium eſt.

Operis otium. Plin.lib.11.cap.10.5.

Otium à ſenibus ad potandum ut habeam. Terent. Phor. 5.5.3. Hoc eſt, Vt per ſenes potare mihi liceat.

Altum otium. Vide Altus.

Blanda otia. Claud.1. Paneg 19.

Calamitoſum otium. Vide Calamitas.

Demẽs otiũ. Plin.lib.2.ca.23.2. Id enim uelle, penè demẽtis otij (eſt.

Dia otia. Lucret.lib.5.279.

Dilecta otia. Stat.6. Thebaid.23.

Diſcincta otia. Ouid.1. Amor.eleg.9.9.

Dulce otium. Horat. Epod.1.2.

Facunda otia. Vide Facundus.

Grauia otia. Stat.5. Thebaid.40.

Otium honeſtum & moderatũ, opponitur Inertiæ & deſidiæ. Cic. de claris Orat.4.

Ignaua otia. Ouid.1. Triſt.eleg.6.6.

Iners otium. Vide Iners.

Inertiſſimum & deſidioſiſſimũ otium. Cic.2. de lege Agr. 90.

Languida otia. Claud. 1. de raptu Proſerp. 56.

Liberrima otia. Horat.1. epiſt.7.8.

Literatum otium. Vide Litera.

Literato otio quid dulcius? Cic.5. Tuſc.149.

Marcida luxu otia. Claud.6. Paneg.9.

Peregrinum otium. Tacit.lib.14.

Secretum otium. Tacit.lib.16.

Secura otia. Virgil.3. Georg.76.

Segne otium. Ouid.1. de Ponto, eleg.6.9.

Subitum otium ex nimio labore. Celſ.lib.1.cap.3.

Tranquilla otia. Lucan.lib.2.25.

Abrumpere otium. Plin. iunior epiſt.123.

Abundare otio. Vide Abundo.

Abundans otio & ſtudio. Vide Abundo.

Abuti otio. Vide Abutor.

Afferre otium. Vide Affero.

Otium & ſolitudo languorẽ hominibus afferũt. Cic.3. Offic.2.

Affluere otio. Cic.3. de Orat.32, Homines otio nimio & ingenijs huberrimis affluentes. Ibidẽ, Summa facultas uacui & liberi otij.

Agere otium. Vide Ago.

Amare otia. Virg.5. eclog.12.

Amplexari otium. Vide Amplexor.

Collocare ſe in otium. Vide Colloco.

Concedere otio ſapientiam beatorum. Cic.2. de Orat.79.

Cõcelebrare per otiũ recta atq; honeſta ſtudia Cic.1. de Inuẽt.7

Conferre ſe à turba in otium & ſolitudinẽ. Cic.2. de Orat.78.

Congelare otio. Vide Congelo.

Conſidere in otio. Vide Conſideo.

Conſolari otium. Quint.lib.2.cap.12.8.

Conſumpſit otium ſuum in ſcribenda hiſtoria Phyliſtius Syracuſius. Cic.2. de Orat.31. Ibid.lib 1.30.

Conterere otium in. Cic. de Amic.85, In quibus remoti ab oculis populi omne otium, tempuſq; contriuimus? Vetus codex legit, Omne otioſum tempus contriuimus?

Conuertere ſe ad otium. Vide Conuerto.

Deducere rem aliquam ad otium. Vide Deduco.

Demere otia alicui. Stat.1. Sylu. 2.37.

Diffluentes otio Græci. Cic. 3. de Orat.72.

Dare otium alicui rei. Tacit.lib.16.

Dabam ijs otium, ut, &c. Quint. Tryphoni, 2.

Inſperata otia dare. Claud. de bello Getico, 73.

Libera dantur otia. Ouid.2. de Arte, 146.

Ducere otia. Ouid.1. de Ponto, eleg.6.9.

Exercere otia molli cura. Sil. lib.15.139.

Eximere otium alicui Horat.4. Carm.ode 15.4.

Exuere otium. Tacit.lib.11.

Exaltare otio. Catull. ad Lesbiam, epig.48.3.

Facere otium alicui. Virg.1. eclog.2.

O' Meli-

O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.
Facere consuetudinem otij. Quintil. lib. 1. cap. 3. 6.
Habere otium. Cic. Trebonio, lib. 10. 28. 9, Plura scribam, si plus otij habuero.
Ab aliquare habere otium. Vide A uel Ab præpositiones.
Hebescere, & languescere in otio. Cic. 4. Acad. 13.
Inficere animum otio. Vide Inficio.
Intermittere otium, Otium abrumpere. Vide Intermitto.
Inuoluere se otio. Vide Inuoluo.
Languere otio. Vide Làngueo.
Ludere otium. Vide Ludo.
Marcescere otio. Vide Marceo.
Miscere otia cum. Ouid. 4. Metam. 62,
Et tua cum duris uenatibus otia misce.
Nanciscì otium. Cic. Appio, lib. 3. 7. 1. Vide Nanciscor.
Oblectare otium temporis. Vide Oblecto.
Permittere otium alicui. Tacit. lib. 14.
Ponere otia. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 23.
Procurare otia. Silius lib. 6. 66.
Secedere in otia tuta. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 7.
Referre se ad otium. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 9. 2.
Seruare otia. Silius lib. 11. 46.
In otio esse. Cic. 7. Verr. 6.
Est otium. Cic. in Partit. 1, Si modo tibi est otium, & si uis.
Quum est otium. Cic. 2. de Orat. 32.
Suppeditare otium studio. Author ad Herennium, lib. 1. 1.
Tenere otium. Cic. 2. de lege Agrar. 99.
Terere otia. Virg. 4. Aeneid. 54.
Vendere otia. Claud. 1. Paneg. 42.
In otio uiuere. Cic. 2. de lege Agr. 99.
Vsurpare otium. Tacit. lib. 14.
Otia uocat libellos suos Ouidius, quòd sine labore conscripti essent, & tantum animi causa, 2. Trist. 45.
Excutiasq; oculis otia nostra tuis.
Otium, Trãquillitas, Pax, Quies. Cic. 2. de leg. Agr. 24, Quid tam populare, quàm otium (quod ita iucundũ est, ut et uos, & maiores uestri, & fortissimus quisq; uir, maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio ac dignitate.
Pacem, tranquillitatem, otium afferre. Cic. 2. de lege Agr. 99.
¶ Otiolum, pen. corr. Diminut. Cæl. ad Cic. lib. 8. Fam. epist. 3, Atq; hoc eò diligentius factito, quòd cum otiosus sum, planè ubi delectem otiolum meum, non habeo. Delectem, id est, cum delectatione transigam.
¶ Otiosus, pen. prod. Adiect. (σχολαῖος) Vacuus. Terent. Adel. 2. 4. 15, Quamuis etiam maneo otiosus hìc. Plin. epist. 9. 6, Satius est enim, ut Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit, otiosum esse, quàm nihil agere.
Vita otiosorum facilior, tutior, & minus alijs grauis & molesta est. Cic. 1. Offic. 101.
Bos otiosus. Horat. 3. Carm. ode 18. 3.
Dies otiosus, pro Festo. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 24. 5.
Neapolis otiosa. Horat. Epod. 5. 9.
Otium otiosum. Cic. pro Plancio, 54.
Valde otiosus. Cic. Attic. lib. 12. 25 3. 1.
Nanciscì aliquem otiosum. Vide Nauciscor.
Esse domi otiosus. Cic. de claris Orat. 5.
Otiosus, nihil agens, priuatus. Cic. 11. Philip. 304, Otioso uerò, nihil agẽti, priuato, obsecro te L. Cæsare (cum peritissimo hominc mihi res est) quando imperium Senatus dedit?
Otiosus, Tranquillus, securus. Terentius Adelph. 4. 1. 17, Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrè calleo. Idem Andr. 2. 3. 24.
Animus otiosus, Qui nihil curat, aut timet. Terent. And. 5. 2. 1, Animo iam nunc otioso esse impero. Ac si diceret, Depone curas modo.
Otiosus ab animo, Idem Terent. Phorm. 2. 2. 26.
Otiosus à metu. Gell. lib. 2. cap. 29.
Spectatorem otiosum se præbere alicuius calamitatis. Cicer. 2. Officior. 36.
Reddere aliquem otiosum. Cic. Pæto, lib. 9. 25. 7.
Res otiosa, Id est, tranquilla. Plaut. Trucul. 3. 41.
Aetas otiosa & quieta. Cic. de Senect. 74.
Senectus otiosa. Cic. de Senect. 45.
Libertate otiosa frui. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 7.
Vacuus & otiosus honor. Plin. in Paneg. 96.
Otiosæ sententiæ à Quintiliano, lib. 1. cap. 1. 25. dicuntur, Id est, uulgares, & nihil pulchri continentes. Idem lib. 8. cap. 2, At ego otiosum sermonẽ dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. Vel otiosum, id est, qui non percipitur, utpote qui nihil in auditorum animis operetur.
Studiorum otiosus. Plin. in Præf. Naturalis historiæ, 3.
¶ Otiosissimus (σχολαιότατος) Superlatiuum. Plin. iun. lib. 1. epist. 13, ad Senecionem, Nũc otiosissimus quisq; multo antè rogatus, et idẽtidẽ admonitus, aut nõ uenit: aut si uenit, etc.
Otiosissimæ occupationes. Plin. li. 9. epist. 183, Ac per hos dies libentissimè otium meum in literis colloco, quos alij otiosissimis occupationibus perdunt.
¶ Otiosè, pen. prod. Aduerb. (σχολῇ) Tranquillè, liberè, sine impedimento. Cic. 4. de Fin. 53, Quo constituto tum licebit otiosè ista quærere. Idem 6. Verr. 29, Otiosè contemplari.
Otiosè, Pedetentim, lentè. Plaut. Trucul. 4. 64,
Vostra hercle factũ iniuria, quæ pperaueritis olim rapere:
Otiosè oportuit, diu ut essem incolumis uobis.
Sequi otiosè. Plaut. Milite, 18. 6.
Otiosè inambulare. Liu. 3. bell. Pun. 30.
Citò & Otiosè ambulare, contraria. Plaut. Pseud. 14. 17.
Placidè & otiosè agere. Plaut. Pœnulo, 7. 42.
Otiosè, Sine solicitudine. Terent. Heaut. 2. 3. 101,
— ademptum tibi iam faxo omnem metum,
In aurem utramuis otiosè ut dormias. Idem Adelph. 2. 1. 2.
Viuere otiosè cum parentibus. Cic. 3. Offic. 131.
Otiosè, Negligenter. Cic. de Amicitia, 72, De amicitia, omnes ad unũ idem sentiunt, & ij qui ad Remp. se contulerunt, & ij qui rerũ cognitione, doctrinaq; delectantur, & ij qui suũ negotiũ gerunt otiosè. Quædam exemplaria legunt, otiosi.
¶ Otior, otiaris (σχολάζω, ῥᾳστωνόω) otiari, In otio & quiete esse. Cic. 3. Offic. 75, Canius Eques Romanus nec infacetus & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, nõ negotiandi causa contulisset, dictabat se hortulos aliquos emere uelle.
Otriculum] Vide Ocriculun.
Otrietus] & Mygdonus, fratres fuerunt Hecubæ, filij Cissei, & patrueles Palymnestoris, teste Porphyrio, in libro 3. Iliados.

O V

Oualis] Vide Quo, ouas.
Oufentina] tribus. Vide Tribus.
Ouis] huius ouis, f. g. (ῥλὺ, πρόβατον, πρόβατημα) A Græco ὄϊς, interposita u litera propter hiatum, significat pecudem. Cic. 2. de Natur. deor. 236, Quid enim oues aliud afferunt, nisi ut earum uillis confectis atque contextis homines uestiantur.
Custos ouium. Virg. 1. Georg. 4.
Custos ouium præclarus, lupus. Cic. 3. de Amic. 143.
Fœtus ouium. Virgil. 2. Georg. 40.
Magistri ouium, Opiliones. Virg. 2. eclog. 7.
Vbera bina ouis. Virg. 2. eclog. 9.
Aurata ouis. Ouid. 6. epist. 1, Ouis Phryxi. Idẽ 2. Amor. ele. 11. 1,
Conspi-

Digitized by Google

Conſpicuam ſiluo uellere uexit ouem.
Colonica. Vide Colonus.
Intonſa. Vide Intondeo.
Lanigera. Virg. 3. Aeneid. 133.
Mina. Vide Mina.
Nigra. Virg. 4. Georg. 110.
Paſcalis. Vide Paſco.
Pellita. Horat. 2. Carm. ode 6. 2.
Picea, Nigra. Valer. 3. Argon. 88.
Pinguis. Virg. 6. eclog. 1.
Placida. Ouid. 13. Metam. 197.
Seminaris ouis uiſcera. Ouid. 1. Faſt. 118.
Balat ouis. Author Philomelæ, 12.
Cogere oues. Vide Cogo.
Lupo ouem commiſiſti. Vide Lupus.
Condenſant ſe in unum locum oues. Vide Condenſo.
Pan curat oues. Virg. 2. eclog. 7.
Mille ouium morti dedit. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 40.
Paſcere oues. Virg. 6. eclog. 1.
Miſeras oues populari. Claud. 2. in Eutrop. 80.
Decori eſt ouibus ſua lana. Ouid. 13. Metam. 180.
Infirmas tondere oues. Horat. Epod. 2. 4.
Oues uerſare ſub ſidere Cancri. Virg. 10. eclog. 14.
Ouem maſc. gen. legi admonent Feſtus & Nonius. Varro Rerum humanarum lib. 27, Vt etiam putantibus, qui oues duos non duas dicunt, Homerum ſecutos, qui ait, μῆλ' ὄιτε π. Idem Terentio, Quando citatus neq; reſpondit, neque excitatus eſt, tum ego unum ouem multam dico.

¶ Ouinus, pen. prod. Adiect. (προβατινὸς) Quod ex oue eſt: ut, Pellis ouina.

¶ Ouillus, Adiect. (προβάτιος) diminutiuum ab Ouinus. Idem, Plin. lib. 17. cap. 9, Quidam etiam bubulo fimo iumentorum præferunt, ouillamq; caprino. Liu. 2. bel. Pun. 44, Ex ſuillo, ouillo, caprino grege.

¶ Ouile, ouilis, pen. prod. n. g. (κοίμιον) Locus in quem oues ſeſe recipiunt. Colum. lib. 7. cap. 4. Liuius 6. bell. Pun. 117, Datum ſecreto in ouili cum his colloquendi tempus.
Tepidis in ouilibus agni. Ouid. 13. Metam. 177.
Incuſtoditum captat ouile lupus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 5. 2.
Circumgemit urſus ouile. Horat. Epod. 16. 11.
Creſcit ouile. Perſius. Sat. 2. 5.
Noti ab ouilibus urſi. Valer. 2. Argon. 15.
Tradere ouile rapidæ lupæ. Ouid. 3. de Arte.
Ouile, locus erat in Campo Martio, ſumpta ſimilitudine ab ouium ſeptis. Populus enim Romanus ſuffragia laturus, in hoc Ouili claudebatur. Liuius Decadis 3. lib. 6, Citatis centuriæ ſenioribus, datum ſecreto in Ouili cum his colloquendi tempus. Agebatur tum de creãdo Conſule, qui exercitum duceret in Annibalem. Iuuenalis Satyra 6,

A' Meroe portabit aquas: ut ſpargat in æde
Iſidis, antiquo quæ proxima ſurgit Ouili. Seruius in illud eclogæ primæ,

Quamuis multa meis exiret uictima ſeptis, Septa, inquit, propriè ſunt loca in Campo Martio incluſa tabulatis, in quibus ſtans populus Rom. ſuffragia ferre conſueuerat. Sed quoniam hæc ſepta ſimilia ſunt ouilibus, duo hæc inuicem pro ſe ponuntur, ut hoc loco ſepta pro ouilibus poſuit. Lucan. lib. 2. de Cæde militum iuſſu Syllæ in Campo Martio crudeliter interfectorum,

—— Larij iam ſola iuuentus

Concidit, & miſeræ maculauit Ouilia Romæ. Huiuſce crudelitatis Syllanæ memimit his uerbis Strabo lib. 5, Partim in pugna obtruncauit, nullis uitam impartiens captis: partim uerò qui arma proiecerant, ad tria millia, uel (ut alij) quatuor, in Campo Martio ad Ouilia coactos, immiſſis militibus, triduo iugulauit.

¶ Ouiaria, huius ouiariæ (κοίμνη) Ouium multitudo. Varro de Re ruſt. in Prologo libri ſecundi, 6, Quod eò facilius faciam, quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, & in Reatino equarias.

¶ Ouiaricus, penult. corr. (προβατικὸς) Adiect. poſſeſſiuum ab oue. Col. lib. 7. cap. 6. 1, Et quoniam de ouiarico ſatis dictũ eſt, ad caprinum pecus nunc reuertar.

¶ Ouicula, ouiculæ, pen. corr. Diminutiuum (προβάτιον) Author libelli de Viris illuſt. cap. 43. Q. Fabius Maximus Cunctator, ut Verrucoſus à uerruca in labris, ita Ouicula à clementia morum. Plutarch. in ipſius Fabij uita, Verrucoſium ſcribit dictum, quod caruunculam eminentem haberet in ſuperioris labij extremitate: Ouiculam, cum puer eſſet, à manſuetudine & grauitate morum.

¶ Ouilio, is, Ouium cuſtos, qui & Opilio dicitur. Iabolenus in l. fundi. in fine. ff. de fund. inſtr. legat.

Ouo ] ouas (ὀβάζω) ouare, Lætari, & Lætitiam uoce, ſeu cantu demonſtrare. Significat etiam triumphare. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 106, Romani ouãtes ac gratulantes, Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. Cic. ad Brutum, 15. 12, Quòd ut ouanti introire Cæſari liceret decreueram.
Aſcendit ouans in Capitolium M. Aquilius. Cicer. 2. de Oratore, 105.
Lætus ouat. Valer. 4. Argon. 69.

¶ Ouans (ὀβάζων) Virg. 4. Aeneid. 109,

—ſola fuga nautas comitabor ouãtes? Seruius, Ouantes, Lætãtes, abuſiuè. nam propriè ouatio, eſt minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, & uno equo utitur, et à plebeis uel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus ſacrificat: unde & ouatio dicta. Qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio de tauris ſacrificat.
Ibat ouans per urbem. Virg. 6. Aeneid. 118.
Hortari ouantes. Virg. 11. Aeneid. 3.
Cædis ſucceſſu ouans. Ouid. 12. Metam. 60.
Acies iuuenum ouans. Virg. 5. Aeneid. 113.
Corui ouantes gutture. Virg. 1. Georg. 85.
Currus ouantes. Propert. lib. 3. eleg. 9. 11.
Equi ouantes. Claud. 2. de raptu Proſerp. 62.
Gradu ouante ſuperabat littora. Valer. 2. Argon. 109.
Lyra ouans. Stat. 1. Sylu. 2. 50.
Ora ouantia. Valer. 1. Argon. 2.
Siſtrum ouans. Valer. 4. Argon. 84.
Taurus ouans. Valer. 5. Argon. 14.
Verba ouantia. Silius lib. 8. 53.

¶ Ouatus, huius ouatus, pen. prod. (ὄβασμὸς) Val. 6. Arg. 38,

—hinc barbarici glomerantur ouatus. Hoc eſt, uincentium clamores.

¶ Ouatio, huius ouationis, Verbale (ὄβα, ὄνα) Paruus triumphus, quem faciebant ouantes qui non in curru, ſed pedites ouali corona redeuntes expugna, quum bellum non erat indictum, uel ſine ſanguine erat confectum.
Ouatio dicitur ab Ouo, ouas, uel ab Obe interiectione gaudentium, ut ſit ouatio quaſi obatio. Iuuen. Satyr. 7. 7, Corpus eget, ſatur eſt, cum dicit Horatius obe. Vel à uoce militum, quæ fiebat geminata oo litera per interpoſitionem u, euphoniæ cauſa.

¶ Oualis. et hoc ouale, pen. prod. (ὀβάλιος) Quod ad ouationem pertinet. Feſtus, Oualis corona eſt myrtea, quam habebant qui ouantes introibant, quum bella non erant indicta, aut ſine ſanguine confecta.

Ouum ]

Digitized by Google

Ouum] huius oui (ὠοῦ) interpositâ u litera, euphoniæ causa. Martialis lib. 13. 40,

Candida si croceos circunfluit unda uitellos.
Hesperius scombri temperet oua liquor.

Album, uel Albumen oui. Vide Albus, & Albumen.
Candidum oui. Plin. lib. 33. cap. 3. 22.
Albus liquor oui. Vide Luteus.
Luteum oui. Vide Luteus.
Cacumina oua. Vide Cacumen.
Columbinum ouum. Hor. 2. Serm. Satyr. 4. 12.
Cynosura oua. Vide suo loco.
Durum ouum, molle, sorbile. Vide Sorbilis in Sorbeo.
Hypenemia oua. Vide suo loco.
Irrita oua. Vide Vrinum ouum.
Præmollia oua. Vide Præmollis.
Vrina oua. Vide suo loco.
Zephyria oua. Vide suo loco.
Concipere oua. Plin. lib. 9. cap. 51. 7.
Maturare oua. Plin. lib. 9. cap. 57. 3.
Parere oua. Plin. lib. 10. cap. 9. 2. Vide Pario.
Ab ouo, &c. Vide Ad præpos.) Scribe. Vide Vsque.
Decumana oua. Vide Decumanus.
Pauonium, & Pauoninum ouum. Vide Pauo.
Ruptum ouum. Iuuen. Satyr. 14. 9.
Vilia oua. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 9.
Ex ouis excudunt pullos aues. Cic. 2. de Natur. deor. 195.
Fouere oua plumis. Ouid. 1. Fast. 89. Ibidem, lib. 4. 140.
Gignunt oua pisces. Cic. 2. de Natur. deor. 194.
Incubare ouis dicitur gallina. Vide Incubo.
Ponere oua. Ouid. 8. Metam. 52.
Hiulca oua maternus rumpit tepor. Claudianus in Præfat. 6. Panegyr. 1.
Supponere anatum oua gallinis. Cic. 2. de Natur. deor. 185.
Alitum oua uertuntur in pullos. Lucret. lib. 2. 186.
Vncta oua sanguine. Horat. Epod. 5. 4.
Quorum inter se similitudo. Erasmus, Non tamen ouum ouo simile. De rebus indiscretæ similitudinis. Cic. 4. Acad. 105, Videsne ut in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse cõplures (salutis rebus illis) qui gallinas alere permultas quæstus causa solerent, hi quũ ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebãt. Neq; id est contra nos. nam nobis satis est oua illa internoscere. Idem prouerbium refertur & à Quintiliano, usurpatur & à Seneca in libello quem in Claudium imperatorem lusit. Hactenus Erasmus. Cic. 4. Acad. 100, Vt sibi sint, & oua ouorum, & apes apium simillimæ?

—ouo prognatus eodem. Erasmus, Fortasse simpliciter dictum est ab Horatio 2. Serm. Satyr. 1. 6,

—ouo prognatus eodem. quandoquidem ad fabulam respicit Ledæ, quæ grauida ex Ioue in cygnum conuerso, ouũ peperit, unde gemini prognati, Castor & Pollux. Verũ siquis hoc dictum deflectat ad ijsdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos præceptore: aut ita consimilibus ingenijs, ut eodem ouo nati uideri possint: nihil æquè fuerit prouerbiale. Veluti si dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorsus omnia si huic cum hoc conueniunt, ut iures eodem prognatos ouo.

Ab ouo usq; ad mala. Vide Ab præpositionem.
Ad ouum integram famem afferre. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 2.
¶Ouatio, ouationis (ὠοτοκία) Tempus quo gallinæ oua faciunt. Plin. lib. 29. cap. 3. 14, Certa luna capiendum censent, tanquã congruere ouationem etiam serpentium humani sit arbitrij. Quædam exemplaria legunt operationem eam.
¶Ouatus, pen. prod. Adiect. (ὠοειδὴς) Quod est in similitudinem oui factum. Plin. lib. 15. cap. 21. 1, Alijs turbinatio pyri, alijs ouata species, ceu malorum aliquibus.
Aurum ouatum, Ouo illitum, quoniam oui albo antea illito, æra, ac marmora auri & argenti laminis decorarentur, nec obstat quòd ouum habeat primam longã, pleraq; enim deriuatiua, primitiuorũ naturã non seruant. Pers. Satyr. 2. 6,

Hinc illud subijt, auro sacras quòd ouato
Perducis facies. Hoc Plin. lib. 35. cap. 1. 2. de marmoribus loquens, innuere uidetur, quum inquit Claudij principatu inuentum. Neronis uerò, maculas quæ non essent, in crustis inserendo, unitatem uariare ut ouatus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Sinnadicus. Nonnulli ouatum aurum dici aiunt, ouatione uictoriaq; quæsitum: uel ingens, & copiosum, quantum ouationibus comparatur.
¶Ouiparus, pen. corr. Vide Viuiparus, in Viuo.

O X

Oxalis] pen. corr. oxalidis, f. g. (ὀξαλὶς) Lapathi genus. Plinius lib. 20. cap. 21. 8. Vulgus acetosam uocat.
Oxalme] huius oxalmes, f. g. dici potest acida muria. Plin. li. 23. cap. 2, Quæ nunc omnia oxalme contingunt: id sale & aceto recente efficacius est. Idem alibi acetum salsum uocat, ut lib. 24. cap. 4, de gallis loquens, Eadem cremata & aceto salso extincta, ruenses sistunt.
Oxiæ] Genus nauis. Gell. lib. 10. cap. 25.
Oxos] ὄξος, apud Suidam purpura est, quæ apud Phœnices tingebatur pretiosissima. Hinc Oxobapta in l. 1. C. quæ res alienari non poss. Quo in loco nonnulli corrigunt dibapta, ueram lectionem peruertentes. Alciatus.
Oxos] Asiæ fluuius, per deserta Scythiæ fluẽs, ut scribit Pomponius lib. 3. & Strabo lib. 11.
Oxus] teste Plinio lib. 31. cap. 7, apud Bactros amnis.
Oxus, Amnis ortus in lacu Oxia, Ptolemæo, siue Oxo, Solino.
Oxyacanthes] ὀξυακάνθα, Spina est paruis foliis aculeatis per extremitates, ferens baccas rotundas, foliis ipsis arenosa lanugine obductis.
Oxybaphum] pen. corr. (ὀξύβαφον) Latinè dicitur acetabulum, acetarium teste Hermolao.
Oxycedros] ὀξύκεδρος, Species cedri, ramosa, & nodis infecta. Plin. lib. 13. cap. 5.
Oxygala] oxygalæ, uel Oxygalum, oxygali, pen. corr. (ὀξυγάλα) Quasi acetosum lac. Plin. lib. 28. cap. 9. 11, de butyro ex caprino lacte facto, Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantũ crebro iactatu in longis uasis, angusto foramine spiritũ accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulũ aquæ ut acescat. Quod est maximè coactũ, in summo fluitat: id exemptũ addito sale, oxygala appellãt. Et paulo pòst, Oxygala fit & alio modo, acido lacte addito in recens: quod dum acescit, utilissimum stomacho.
Oxygarum] pen. cor. (ὀξύγαρον) Acutum garum, hoc est, garum ex aceto confectum, quod in principio mensæ apponi solebat. Martial. lib. 5. 107,

Deposui soleas, adfertur protinus ingens.
Inter lactucas, oxygarumq; liber.

Oxygonium] figura est trianguli, quòd tres habet acutos angulos. Euclides 1. Elemen.
Oxylapathum] pen. cor. (ὀξυλάπαθον) Lapathũ acuta bs bens folia. Plin. lib. 20. cap. 21. 9, Fst & alterum genus ferè, oxylapathon uocant, satiuo idẽ similius, & acutiora habet folia, ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Quidam tamen putant oxylapathum dictum à saporis aciditate.
Oxymeli] pen. corr. siue Oxymel, oxymellis (ὀξύμελι) Acetum melle temperatum. Plin. lib. 14. cap. 17. 1, Acetũ melle temperabatur: adeò nihil intentatum in uita fuit. Oxymel hoc no-

hoc uocarunt, mellis x libris, aceti ueteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluuiæ sextarijs quinq; sufferuefactis decies, mox elutriatis atq; ita inueteratis.

Oxymorun] pen. prod. (ὠξύμωρον) ut docet Budæus ex Quintiliano, est sententia ex periculo petita: hoc est, ita acutè & affectatè enunciata, ut fatua uideatur: ut apud Virgilium in 7. Aeneid. 59,

Num capti potuere capi? Cic. Si tacent, satis dicunt.

Oxymyrsine] ὀξυμυρσίνη, Frutex est quem acutũ myrtum appellamus. Folia habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora: producit baccas rufas ad ceráforum similitudinẽ. Plin. lib. 26. cap. 11. & Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Oxyporum] oxypori, pen. corr. (ὀξύπορον) Oxypora sunt quæ Colum. lib. 12. cap. 57. 4, tradit appellari oxygara. Quoniam (inquit) quum usus exigit, aceto, garoq; diluuntur. Plin. lib. 20. cap. 23. 4, de fœniculo, ipsum condimentis probè omnibus inseritur. Oxyporis etiam aptißimè.

Sunt & sua medicis oxypora, quasi à celeritate dicta penetrandi. est enim remedium præsentaneum. Plin. lib. 24. cap. 8. 19, Iuniperus miscetur & antidotis oxyporis. Stat. 4. Sil. 9. 8,

Non sal, oxyporumue caseúsue.

¶ Oxyporopola, oxyporopolæ, pen. prod. (ὀξυποροπώλης) Qui cibos uendit aceto conditos. Plin. lib. 20. cap. 7. 6, In eos usus & oxyporopolæ seruant addito dulci acrementum temperantes. Vbi nunc sic legitur, Stomachi dissoluti utilißimè adiuuantur in eo usu, & oxyporiobolis asperitatem addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

Oxyrrhodinum] ὀξυῤῥόδινον, Medicamentum liquidum, constans ex aceto & aqua rosacea, quod capitibus eorum solet adhiberi, qui phrenitide laborant.

Oxyrynchus] ὀξύρυγχος, Ciuitas Aegypti, dicta ab Oxyrrhyncho pisce, qui ibi templum habuit. Cæterũ Agyptij omnes Oxyrynchum piscem colunt. Ex Strabone, lib. 17. Alij Oxyryngum scribunt.

Oxysaccharum] ὀξυσάκχαρον, Potionis genus ex saccharo & aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo, ut uidebis suo loco.

Oxyschænos] ὀξύχοινος, Acutus iuncus, qui & marinus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 18.

O Z

Ozæna] ozenæ (ὄζαινα) Morbus, authore Celso lib. 6. cap. 8, quum ulcera circa nares generantur, pluréſue cruſtæ, & odorem fœdum habent. cui malo uix potest succurri, nomẽq; trahit ab ozena polypo. Plin. lib. 25. cap. 13. 19, Narium ozenas emendat aristolochia cum cypero.

Ozæna, Polypi genus. Plin lib. 9. cap. 30. 1, Polyporum generis ozæna dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè murænis eam confectantibus.

Ozænitis] ὀζαινῖτις, Herba est ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluuium nascens, odore uirtus referens, unde & nomen accepit. Author Plin. lib. 12. cap. 12.

Oze] huius ozes, fœm. gen. Fœtor oris. Celsus lib. 3. cap. 11, Itaque ei remißioni credendum est, quæ etiam immoratur, & iactationem fœtoremq; quendam oris (quem ὄζλω Græci uocant) minuit.

Ozolæ] ὀζόλαι, Populi ex Locris, Aetoliæ oram incolentes, ad sinum Crissæum, quorum oppida enumerãtur à Ptolemæo, Molycria, Naupactus, Antirrhium, & Euanthia. Vide Strabon. lib. 9.

Ozymon] pen. corr (ὤζυμον) regia herba, siue basilica, aut basilicum à Liguribus uocata, fragrantißimi & uehementißimi odoris, unde nomen accepit: nempe à uerbo ὄζω, quod est redoleo.

Ozymum] huius ozymi (ὤζυμον) Genus edulij redolentis ex intestinis confecti. Persius Sat. 4. Quum bene discincto cantauerit ozyma uernæ. Ab ὄζω, redoleo. Alij legunt Ocimum siue Ocymum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google